m ¶ Voluminis.] ſ. compilationis Greg. ix. Et ſic vides hodie per hunc finem, quòd decretalis, paſtoralis. ſupra de fide inſtrumen. non habet locum in decretalibus editis poſt compilationem Gregorij ix. & ante hunc librum: ſed poſſet habere locum in Decretalibus Bonifacij editis poſt compilationem huius ſexti libri, & in omnibus per eum vel eius ſucceſſores edendis.

Decretalis paſtoralis ſ. inſtr. quæ hẽat locũ.

DE SVMMA TRINITATE, & fide catholica.

[Glo. ſeq. quærit, an rubricæ huius voluminis ſint continuandæ: & determinat, quòd non, aſſignans rationem. Do.]

HVius ſexti libri Rubricæ iudicio meo continuãdę non ſunt. [a] Ratio eſt, quia ſecundũ hoc, ꝙ occurrebant aliqua addenda, mutanda, detrahenda, vel corrigenda: ſic addita, mutata, detracta, vel correcta fuerunt habito reſpectu ad compilationem antiquam, & ipſius rubricarum ordine hic retento: ſed nihil in titulo volebat addere vel mutare, illo omiſſo tranſibat ad

a Concor. Arc. qui & illas non cõtinuat. ſed Io. Mon. §. qui cõiter illas continuat: quod nõ placet. nec fuit illa intentio auctoris ꝓ rõnẽ, quæ ſequitur in hac gl. Io.

ad ſequentes : vnde, ſecundum rei veritatẽ, decretales huius libri in compilatione antiqua debebant ſub ſuis titulis collocari, ſed omiſſum fuit ex cauſa, vt ſupra in prooemio. verſi. nec ſine cauſa. De iſtius tamen rubricæ continuatione & materia, dic vt notat Bern. ſupra eod. titu.

CAP. VNICVM.

Fideli [a] † ac deuota profeſſione [b] fatemur, quòd ſpiritus ſanctus æternaliter [c] ex patre & filio, [d] non tamquam ex duobus principijs, ſed tamquam ex vno principio: non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit. hoc profeſſa eſt hactenus, prædicauit & docuit, [e] hoc firmiter [f] tenet & prædicat, profitetur & docet ſacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium [g] & magiſtra: hoc habet orthodoxorum [h] Patrum, [i] atque Doctorum [k] Latinorum, [l] pariter & Græcorum [m] incommutabilis & vera [n] ſententia. ¶ Sed quia non nulli propter irrefragabilis præmiſſæ veritatis ignorantiam, [o] in errores varios ſunt prolapſi: Nos huiuſmodi erroribus viam præcludere [p] cupientes, hoc ſacro approbante concilio: Damnamus, [q] & reprobamus

Fideli.] Errore Græcorum, qui dicebãt, Spiritum ſanctum procedere à ſolo patre, extirpato p canones: de quo, de conſecra. diſt. 5. cap pen & vlt. Adhuc quidam in errores alios inciderunt, 1 negantes Spiritum ſanctum æternaliter proceſſiſſe à patre & filio, alijs dicentibus, quòd ab vtroque procedebat, non tãquam ex vno principio, ſed tamquã ex duobus principijs, & duabus inſpirationibus. Gregorius decimus in generali concilio Lugdunen. primo ponit confeſſionem ſuam, quam etiam dicit ſanctæ Romanæ eccleſiæ, catholicorum Patrum, Græcorum Doctorum, & Latinorum obſeruantiam & doctrinam: ſcilicet, ꝙ ſpiritus ſanctus æternaliter à patre & filio, & tamquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit. demum reprobando, damnat omnes, qui præmiſſa negare vel cõtrarium aſſerere præſumpſerint.

† Vide Magiſtrũ, & ibi Doct. Theologos, lib. 1. ſen. diſt. 11. & 12. & beatum Tho. par. 1. q. 36. art. 2. & 4.

1 De diuerſis erroib⁹ circa Spm̃ ſanctũ hr̃, 24 q. 3. c. penul. verſic. Cathafrigis. & ver. Boetiani, & ver. Noetiani. & verſi. ſeq. & verſ. Macedoniani. & hos omnes ſpecificabathic Fr. Vercel. Io. And.

ADDITIO. Secundum Ioan. Monachum ſunt tres partes. Prima narrat proceſſionem Spiritus ſancti. Secunda firmat illam. Tertia damnat contrarium ſentientes. Io. And.

a ¶ Fideli.] ĩ. eo. firmiter. & ſupra de hæret. dubius. & eſt ſimile. C. de his qui ad eccle. confug. l. fideli. & dic, Fideli, quo ad mentem: Deuota, quo ad exteriores actus: quaſi dicat, humili. ad hoc infra de immuni. eccle. decet.

b ¶ Profeſſione.] ideſt, confeſſione.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

c ¶ Æternaliter.] nam eſt Pater generans, Filius naſcens, Spiritus ſanctus procedẽs pariter ab vtroque abſque initio ſemper pariter ac ſine fine. ĩ. eo. firmiter. circa princ. de conſecr. diſt. 3. c. vlt. C. de ſumma Trin. in epiſt. inter claras. Sed opponitur: Trinitas eſt vnum vniuerſorum principium, vt ſupra eo. firmiter. ergo nõ eſt ibi æternitas: quia æternum vere ſine principio, ſine fine. Solutio: Eſt principium principians, non principiatum: vt referatur principium ad res creatas, non ad ipſam diuinitatem.

[Glo. ſeq. ponit motiua Græcorum, & reſponſionem ad illa: in fine obijcit, & ſoluit.]

d ¶ Et filio.] Confunditur hic error Græcorum dicentium, ſpiritum ſanctum à ſolo patre procedere. Mouebantur autem auctoritate Euangelica Ioan. 16. ibi: Spiritus ſanctus, qui à patre procedit. Itẽ in ſymbolo apud eos edito ſimpliciter cõtinetur. Qui ex patre procedit. nos addimus, Filioque. ad idem lex C. de ſum. Trin. l. 2. vbi dicitur, Spiritum ſanctum, quem ex ſummo rerum parente ſperamus, &c. Sed ad hoc & ſimilia rñdetur, ꝙ expreſſio patris non excludit filium, immo potius includit: cum ipſorum opera inſeparabilia ſint. 28. quæſt. 1. ſic enim. §. beatior. in fine. de conſecr. diſt. 3. cap. vlt. vnde cum pater 2 & filius ſint vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura, vt in prædicta decretali, firmiter. non poteſt ab vno ſolo procedere. Nec ſumus excommunicati (vt dicebant Græci) addendo in ſymbolo, filioque: quia illud potius eſt declarare, quam addere. Et adde quod nota. de conſe. diſt. 5. cap. pen. Sed obijcitur ad hanc conſtitutionem, ꝙ ſit ſuperflua ex eo, ꝙ hoc idẽ dictum fuerat. eo. firmiter. ibi, Spiritus ſanctus pariter ab vtroque, &c. Sed dic, quòd hic expreſſius modum proceſſionis aperit, dicens, quod non tamquã ex duobus, &c. Præterea hic dãnantur aſſerendo, vel negando, contrarium ſentientes.

2 His rationibus gloſſe ne fidas, ſed veras re qre à Theologis, vbi ĩ.

[Gloſſa ſequens diſtinguit.]

e ¶ Docuit.] Nota, ꝙ in his, quæ ſunt de fide catholica, & eius articulis, neceſſario tenere debemus, & ſequi quod tenet & ſequitur Romana eccleſia, aliàs eſſemus hæretici. ſupra eod. titu. cap. 1. & 2. ſed in alijs non habemus neceſſario ſequi, & tenere quod ſequitur: niſi ſequatur & doceat 11. diſt. nolite. vbi de hoc in gl. docere 12. diſt. nouit. 31 diſt. aliter. de conſe. diſt. 4. de trina. In vna enim fide nil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo diuerſa, vt ibi.

ADDITIO. Iſta glo. placet Dom. Phil. quorum diſtinctionem vide. Fon.

f ¶ Firmiter.] ſupra eo. firmiter.

g ¶ Fidelium.] de his, quæ ſunt foris, nihil ad nos. 33. q. 3. inter verba. verſi. ſi cogo. 2. queſt. 1. multi. de diuor. gaudemus. licet ab eis expediat bonum habere teſtimonium, vt ibi. & 8. q. 1. licet ergo. ſupra de ſacra vnct. cap. vno. §. ad exhibendum. 11. quæſt. 3 non ſunt. 12. quæſt. 1. nolo.

h ¶ Orthodoxorum.] ideſt, catholicorum.

i ¶ Patrum.] 15. diſt. cap. 1.

k ¶ Doctorum] quorum eſt ordo præcipuus in eccleſia, ſupra de hæret. cum ex iniuncto. §. cum igitur. & per Doctores, Prædicatores, & Prælatos intelligas. 43. diſt. cap. 1.

l ¶ Latinorum.] vt Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, & Gregorij. 20. diſt. de libellis. 15. diſt. ſancta. ĩ. de reliq. cap. 1.

[Glo ſeq. obiectionem dupliciter ſoluit.]

m ¶ Græcorum.] aliquorum: 3 Vt Ioannis Chryſoſt. Cyrilli, Athanaſij, Didymi, & Epheſini concilij Patrũ. Græci enim contrarium dicunt: vt ſ. dixi. Vel dic ſecundum Guilielmum, quòd in hoc generali Lugdunenſi concilio, Græci quod hic dicitur, fuerunt publice profeſſi, & ſymbolum cum adiectione, Filioque, ibi publice cantauerunt de mandato Imperatoris, & Eccleſiæ Græcorum: 4 vt vnam corde credant 23. diſtin. Pſalmiſta.

3 Vide Magiſtrũ ſent. lib. 1 di. 11. §. vñ etiam.

4 Refert Fr. Vercellẽ. ꝙ ibi fuit perſonaliter ipſorum Patriarcha, & ſolẽnes nũcii Imperatoris. Io. A.

n ¶ Vera.] aliàs poſſet in melius commutari. 35. q. 9. Apoſtolicæ & cap. ſeq.

o ¶ Ignorantiam.] quæ cunctorum errorum eſt mater, vt 38. diſt. ignorantia. Nec in his excuſat ignorantia: nam ignorans ignorabitur, vt ead. diſt. qui ea ad idem. 16. quæſtio. 1. ſi cupis. 22. quæſt. 2. in quibus. & cap. ſequenti.

p ¶ Præcludere.] vt 83. diſtin. error. ſupra de ſpon. inter opera.

q ¶ Damnamus.] ĩ. eo. damnamus. & dic, damnamus & reprobamus: ideſt, reprobando damnamus,

[Glo.

[Glo. ſeq. quærit, arguit negatiue, & ſoluit.]

a ¶ Aſſerere.] ſupra dixit negare. Quid ſi quis nec negat nec aſſerit: ſed tacens ſic conſenſit? Videtur non teneri: quia tacere, eſt præter iſta duo. 22. q. 2. ne quis. Infra de reg. iur. is qui tacet. & ff. eo. l. qui tacet. Sol. Licet non ex verbis, tamen ex mente iudicatur hæreticus. ſ. de hæreti. cap. 1. 24. q. 3. hęreſis. 1. & c. hæreticus. Et Deus audit in corde, vt 17. q. 1. c. ſi. § ſi ergo. & cor interrogat. 14. q. 5. ſi quid. & 15. q. 6. cap. 1

omnes, qui negare præſumpſerint, æternaliter ſpiritum ſanctum ex † patre & filio procedere: ſiue etiam temerario auſu aſſerere; a quod ſpiritus ſanctus ex patre & filio, tamquam ex duobus principijs, & non tamquam ex vno procedat.

† Al. à pſe

a Vide glo. ibi, quã tenet Anan. c. 1. de hær. Fon.

DE CONSTItutionibus.

[Bonifacius viij conditor huius compilationis tractaturus de iure, conſiderauit quod vbi non eſt fundamentum, deſuper ædificari non poteſt: vt in cap. veniens. de presb non bap. in ant. Idcirco pro ſui operis fundamento præmiſit rubricam, de ſumma Trinita. &c. Quo fundamento præmiſſo, incedit ad iura condenda. Et quia ius eſt duplex: ſcilicet, ius ſcriptum, & ius non ſcriptum: vt Inſtit. de iure nat. gen. & ciui. §. conſtat. Et quia ius ſcriptum eſt dignius iure non ſcripto: ideo præmittit de iure ſcripto, puta de conſtitutionibus: & poſtea de iure non ſcripto, ſcilicet, de conſuetudine. Vnde pro intellectu huius quæritur primo, quid ſit conſtitutio. Secundo, vnde dicatur.]

[Pro ſolutione primæ quæſtionis eſt ſciendum, quòd conſtitutio in iure accipitur dupliciter. Vno modo ſtricte, prout differt ab alijs partibus iuris ſcripti: & tunc nihil aliud eſt, niſi id quod ſtatuit & ordinat princeps animo condendi legem: Inſtitut. de iure naturali, gen. & ciui. §. ſed & quod principi placuit. Eſt ergo conſtitutio ſtricte ſumpta (prout differt à legẽ, plebiſcito, ſenatuſconſulto, & alijs partibus iuris ſcripti) illud, quod facit Princeps animo condendi legem, & vt ſubditi vtantur tam in ſcholis quàm in iudicijs. In ſcholis, ſcilicet, Doctores legendo. In iudicijs, Iudices ordinando, & aduocati allegando. Alio modo accipitur conſtitutio large, pro omnibus partibus iuris ſcripti, ſiue ſit lex, ſiue plebiſcitum, ſiue ſenatuſconſultum, principis placitum: edicta Prætorum reſponſa prudentum: etiam ſiue ſit ius commune, ſiue particulare, vt ſunt ſtatuta Epiſcopi, & vniuerſitatis, collegij, vel alterius corporis approbati.]

[Ad ſecundam quęſtionem reſpondetur, quod conſtitutio dicitur, à cõ, quod eſt ſimul, & ſtatuo, ſtatuis: quaſi ſimul ſtatuitio. Vel dicitur communis ſtatuitio, quia lex debet eſſe communis & generalis omnibus, & non debet edi in fauorem illius, vel iſtius. cap. erit autem lex 4. diſt & cap. cum omnes de conſti. in ant. vbi dicitur, quòd ſtatutum factum ab aliquibus canonicis alicuius Eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi, non valet, quando non omnibus canonicis eſt commune.

Licet.] Diuiditur: quia duo facit. Primo ſimilitudinem improbat, rationem reddens: & caſum ſoluit, duas modificationes ponens. Secunda; ibi, Ipſis, Ioann. Andr.

CASVS. in hoc cap. poſſet poni pluribus modis: ſed ponamus hoc modo: Cauetur in cap cum in cunctis. de electio. in ant. quod obtinens eccleſiam parochialem, debet promoueri ad ſacerdotium infra annum: quod ſi non fecerit, dicit ille textus, quod poteſt priuari ſua eccleſia, ſed tamen requiritur ſententia priuationis: ita quod per lapſum anni non eſt priuatus ipſo iure, nec per lapſum anni dicitur eccleſia vacare. Et in cap. licet canon. & in cap. commiſſa, infra de elect. dicitur, quod obtinens eccleſiam parochialem debet promoueri ad ſacerdotium infra annum: & ſi non fuerit promotus ipſo facto vacat eccleſia: ita, quod ſine ſententia priuationis poterit Epiſcopus illam eccleſiã cõferre. Sic iſtæ duæ conſtitutiones ſunt contrariæ: quia vna dicit, quòd priuatur ipſo facto: alia dicit, quod non priuatur ipſo facto, ſed per ſententiam. Et in dictis cap. licet canon. & cap. commiſſa. non fit expreſſa mentio de capit. cum in cunctis. quia in illis non dr, quod eccleſia vacet ipſo facto Non obſtante cap. cum in cunctis. quæritur, quod iſtorum cap. debent obſeruare iudices in iudicijs? Reſpondet Romanus Pontifex, quod c. licet canon. quod eſt poſterius, licet in eo non fiat expreſſa mentio de cap. cum in cunctis, quia Papa condendo poſteriorem conſtitutionem contrariam primæ, videtur primam reuocare ex eo, quòd Papa ſciebat illam contrariam conſtitutionem, ſaltem præſumitur illam ſcire, cum Princeps habeat omnia iura in ſcrinio pectoris. Sed quid Sanctiſſime Pater? ponamus, retento eodem themate, quòd Papa fecit aliquam conſtitutionem, nouam, quę non eſt contraria aliquibus conſtitutionibus generalibus, ſed particularibus aliquorum locorum particularium: puta, alicuius eccleſię vel corporis, quia forte in tali eccleſia eſt conſuetudo particularis ſuper aliquo iure, quod fuerat diſpoſitum per ius commune: Papa fecit aliquam conſtitutionem contrariam illi ſtatuto, & fecit illam conſtitutionem ſimpliciter, non derogando illi ſtatuto particulari: quia non dixit Papa, quòd vult vti tali conſtitutione, non obſtante tali ſtatuto: vtrum Papa videatur reuocare illa ſtatuta particularia? Reſpondet Romanus Pontifex, quod non. Et ratio eſt, quia Papa non videtur reuocare id quod ignorat: ſed Papa præſumitur ignorare illa ſtatuta particularia, quæ conſiſtunt in facto: ideo non videtur reuocare: quia quod quis ignorat, non videtur reuocare. Nota primo ex principio huius ca. quòd Princeps cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui: ideo ſi error conſiſtat in iure, non excuſat Principem. Simile dicunt Legiſtæ in l. omnium. C. de teſta. Sed hoc ideo eſt propter ſapientes & conſiliarios ſibi aſſiſtentes, qui dicuntur pars corporis ipſius Principis: ideo machinans in mortem talium, committit crimen lęſæ maieſtatis: l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta. Nota ſecundo principalem effectum, ad quem emanauit præſens cap. quòd lex noua & poſterior Principis, tollit præcedentem legem de directo contrariam: licet in noua conſtitutione non fiat mentio, quòd Princeps intendat reuocare quaſcunque conſtitutiones contrarias: quia non eſt veriſimile, quod Princeps voluerit legem iſtam nouam eſſe fruſtratoriam: & eſſet fruſtratoria, niſi reuocaret primam contrariam. Sed in ſtatutis particularibus eſt alia ratio: quia ſi hæc lex noua non ſeruatur in loco, vbi ſeruatur ſtatutum particulare: ſeruabitur tamen in aliis locis, & ſic non erit fruſtratoria. Et hoc verum niſi talis conſtitutio particularis, eſſet generalis in toto loco: quia tũc videretur reuocari

TITVLVS II.

De conſtitutionibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Noua conſtitutio Principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat: Speciales conſuetudines, & ſtatuta rationabilia non tollit, niſi id exprimat. Ioannes Andrea.*

CAP. I.

Licet Ro--

per conſtitutionem nouam. Sicut in regno Franciæ eſt cõſuetudo gñalis, ꝙ hæres alicuius defuncti cognoſcẽdo hæreditatem, eſt hæres & ẽt poſſeſſor, abſque alia corporali apprehenſione poſſeſſionis. Ponamus, quòd Rex fecit vnam conſtitutionem nouam, quod hæres declarando ſe eſſe hæredem, non eſſet poſſeſſor abſque corporali apprehenſione: & in iſta conſtitutione noua nullam fecit mentionem de illa generali conſuetudine: nonne erit iſta conſuetudo reuocata per nouam conſtitutionem? Certe ſic: aliàs conſtitutio Principis eſſet fruſtatoria & ſine effectu. Quæritur cum glo. in verbo, facti. Quod dicitur hic, ꝙ noua conſtitutio Principis non annullat conſtitutiones locorum particularium, niſi in ipſa conſtitutione aliud dicatur: vel quòd ipſæ conſtitutiones non reuocant etiam contraria ſtatuta: quæritur, vtrum hoc ſit verum, etiam ſi tale ſtatutum particulare diſponat idem quod ius commune? puta, Epiſcopus fecit ſua ſtatuta, quæ idem diſponunt vt ius commune: Nam plures ſunt Epiſcopi, qui conſtitutiones ſas Sinodales extrahunt à corpore iuris, vt rectores eccleſiarum videant ea quæ pertinent ad officium ſuum: Ponamus, quod Papa fecit conſtitutionem contrariam iuri communi, non eſt dubium, quod illa conſtitutio noua tollit ius commune. Sed numquid tollit etiam ſtatuta particularia, quæ diſponunt idem quod ius commune? Reſpondetur quod ſic: & ideo cap. iſtud intelligitur, quando illa ſtatuta particularia erant facta præter ius: quia ſi ſint facta ſecundũ ius commune, tunc reuocato iure communi, reuocantur etiam illa ſtatuta.

† Quæ dr̃, quaſi commune ſtatutũ, & verbũ ſtatuti reſpicit ius ſcriptũ. 1. diſt. §. cum itaque, ſm Arch.

manus[a] Pontifex (qui iura[b] omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere[c]) conſtitutionem † condendo poſteriorem, priorem,[d] quamuis de ipſa mentionem non faciat, reuocare[e] noſcatur:[f] quia[g] tamẽ locorum ſpecialium † & perſonarum ſingularium[h] conſuetudines & ſtatuta † (cum ſint[i] facti,[k] & in facto conſiſtant) poteſt proba-

e ¶ Licet Romanus.] Noua cõſtitutio principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat: ſpeciales conſuetudines & ſtatuta rationabilia non tollit niſi id exprimat.

a ¶ Romanus.] vocantur interdum Epiſcopi, maximi pontifices. 22. diſt. cleros. §. pontifex. Solus vero Papa Sũmus, vel Romanus Pontifex appellatur, vt hic. 23. diſt. in nomine circa prin. infra, ti. prox. ſi gratioſe. de ſent. excom. ſi ſummus. in clem.

ADDITIO. De diuerſis Papæ nominationibus Arc. hic tractans dicit, ꝙ quãdoque dicitur Romanus, vel Romanæ eccleſiæ Epiſcopus. 2. q. 6. ſi quis epiſcopus. Aliquãdo, vrbis Romæ Archiepiſcopus, vt 4. diſt. ſtatuimus, in tit. melius. 21. diſtin. cap. fin. Vel, epiſcopus, vt 5. q. 4. cap. 2. in tit. C. de ſum. Trin. l. inter claras, in ti. Aliquando, Papa vrbis Romæ. 97. diſt. victor, in prin. Aliquando, Patriarcha, 22. diſt. cap. vlt. Aliquando ſimpliciter, Epiſcopus. 1. q. 3. ſaluator, & cap. ex multis. in ti. & ſe dicit Miniſtrum indignum. eo. cap. verſi quapropter. Archidiaconus.

b ¶ Iura.] Nota ex hac littera rationem, quare aliud in iuribus, aliud in reſcriptis, vt primũ ius tollatur per ſecundum contrarium: ſed non primum reſcriptum per ſecundum, niſi de illo fiat mentio, de reſcr. ceterũ.

[Glo. ſeq. allegat vnã concor. & duo ꝯria & remittit.]

c ¶ Habere.] C. de teſt. l. omnium. Contra 23. diſt. pręterea. & 30. q. 3. quod autem. in gl. 1. vbi non recoluit Vrbanus eius qđ prędeceſſor Leo prohibuerat. Sol. vt in prædic. c. pręterea, notatur.

d ¶ Priorem.] poſteriori directe contrariam.

[Gloſſa ſequens allegat tres concor. dat ſimile, de qua dat rationem & regulam: & duos caſus excipit.]

e ¶ Reuocare.] de conſecr. diſt. 1. vaſa. de cog. ſpir. c. 1. ff de leg. l. non eſt nouum. In legibus ergo contrarijs ſtamus vltimę. Idem in teſtamentis. 13. quæ 2. vltima voluntas, de celebrat. miſſa. cum Marthæ. §. ceterum ſicut. ff. de leg. 1. ſi mihi & tibi. §. ſi. Ratio eſt vtrobique: quia vtrumque pendet ex voluntate vnius tantum: in his autem, quæ pendẽt ex voluntate duorum, dic, vt dixi infra de reg. iur. qui prior. Quod de teſtamento dixi, ſcilicet, ꝙ vltimo ſtamus: intelligas etiam ſi in ipſo de primo nõ fiat mẽtio. Fallit in duobus caſibus, ſcilicet, ſi primum teſtamentum factum ſit inter liberos. C. de teſta. auth. hoc inter liberos. & cum ipſe teſtator legem teſtandi ſibi dixit ſic, Si fecero aliud teſtamentum, non valeat: quia tunc ſecundum faciendo, oportet quòd faciat mentionem primi. ff de leg. 3. l. ſi quis in principio teſtamenti. Ioan. And.

† Dictio, ſpecialiũ, non hr̃ in vetuſtioribus codicibus.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit. Iterum obijcit, & remittit.]

f ¶ Noſcatur.] eſt contra ſupra de præſcrip. nonnulli. de æta. & quali. eam te. ſupra de cap. mo. ex parte. ĩ. de exceſ. prælа. cap. vnico. & 25. q. 2. reſcripta. & cap. dicẽti. §. omnes. quæ eſt lex C. ſi contra ius vel vti. pub. l. vlt. & ibi de hoc. dic prędicta iura non eſſe contraria: illa enim de reſcriptis datis contra legem loquuntur, quę nõ valent, niſi in ipſis fiat mentio de lege, 1 & maxime cum ibi cadit error facti, vt cap. nonnulli. hic de ſecunda lege loquitur, quæ primam tollit directe contrariã, licet de illa non faciat mentionem. Et potuit eſſe rõ: quia maturius & deliberatius fit legis promulgatio, quàm reſcripti conceſſio: ad hoc ſupra in procemio huius libri, in fine. In reſcripto etiam dicimus, quòd ſi conſtaret de certa ſcientia Principis, valeret reſcriptũ contra ius elicitum, vt in contrarijs notatur: ſed prima facie præſumitur per importunitatem obtentum: vnde expectari ſolet ſecunda iuſſio, in Authen. vt nulli iudi. § & hoc vero iubemus. collat. 9. in Authent. de iudi. §. omnes autem, coll. 6. & ſi reſcriptum concedit aliquid contra ius, iam in eo mutat nomen reſcripti: & dicendum eſt priuilegium. 3. diſt. priuilegia. de ver. ſig. abbate. Item contra: quia antiquiori iuri ſtandum eſt. 33. q. 2. hoc ipſum, & 50. diſt. domino ſancto. in fi. Dic vt ibi in glo. penult.

† Statuta locorũ intelligo illa, quæ generaliter ibi obſeruanẽ, & extraneos trãſgreſſores ligãt. c. quæ contra mores. 8. diſt. gl. in l. item Mela. ff ad le. Aq. ſtatuta perſonarũ voco, ſtatuta alicuius corporis, q̃ niſi incorporatos ligant. Pe. de Anc. Fon.

1 Sequitur Anch. & de clauſula illa, Non obſtante, vide Bar. in extraua ad reprimendũ, ad fi. Fon.

g ¶ Quia tamen.] Diuerſitatis ratio.

h ¶ Singularium.] Nota, quia per hoc patet, ꝙ generalem conſuetudinem bene tollit noua conſtitutio Principis, & merito: quia illius legis promulgatio aliàs ſuperflua & inutilis eſſet: ſed in ſingularibus ſecus: quia licet lex non habeat locum Bonoñ. habebit locum Mutinæ, Paduæ, & locis alijs.

i ¶ Cum ſint.] ratio rationis.

[Gloſſa ſequens reci. per quæſtionem, quam exemplificat, & ſoluit inducens ſex rationes.]

k ¶ Facti.] non enim reuocat quæ ignorat: ignorat aũt quæ ſunt facti. Et puto per hanc litteram terminatam quæſtionem illam, qua quæritur, an noua conſtitutio reuocet ſtatutum Epiſcopi contrarium, quo ſolum cauebatur ius commune. Pone in terminis decre. de æta. & qualit. præterea. quæ, quantum ad præſentationes patronorum, eſt hodie reuocata per decre. infra de inſtit. cap. 2. Nunquid & ſublatum erit ſtatutum epiſcopi, quo illud ſimpliciter cauebatur, quod dicit decre. præterea. Eodem modo poteſt poni exemplum de decr. ſupra de conceſ. præben. accedens, & de decr. eo. tit. cap. 2. & de decre. infra de cenſi. Romana. & cap. exigit. & de decre. eod. titu. felicis. Dico autem, ꝙ ſicut ſublatum eſt ius cõe, ita & ſtatutum quod ſimpliciter continebat ius commune, 2 cum illud non ſit facti, nec conſiſtat in facto: immo ſit iuris, & conſiſtat in iure: & facit quod not. Innocen. Hoſtien. & moderni, ſupra de reſcri. cap. 1. vbi no. ꝙ de reſcripto, vel priuilegio, quod ſimpliciter continet ius commune, in ſecundo priuilegio, vel reſcripto non eſt neceſſe fieri men-

2 Idẽ dicit de Anc. reſpon. Io. de Lig. tenenti cõtra gl. Fon.

8 Idē Phil. vide Fely. I cap. 1. ꝭ. de reſcr. Fon.

mentionem. 1 Quod ſi contrarium diceremus, iam Epiſcopi poſſent tollere poteſtatem ſummo Pontifici tollendi iura, in diœceſibus ſuis, ſtatuendo ſimpliciter, quæ iure cauentur. Item probo id euidentiſſima ratione: Iſta decre. æquiparat iſta duo, conſuetudines & ſtatuta ſingularia: ſed iam ſequeretur, ꝙ omnium iurium correctio vel mutatio eſſet inutilis. Dicam enim, ꝙ licet reuocatum ſit ius commune: tamen cõſuetudo præſcripta, qua ſeruatũ fuit ius commune, reuocata nõ ſit 2 eadẽ ratione, qua id ſupra diximus de ſtatuto. & id eſſet abſurdum. Item non poſſumus dicere, ꝙ ſtatuta continentia ius cõe, ſint ſingularium perſonarum: quod requirit hæc decre. Item ſi Papa tollit ſuam conſtitutionem, quod eſt plus; multo fortius conſtitutionem inferioris idem dicentem, quod eſt minus. Ad hoc optime facit extra, de fide inſtrumen. paſtoralis. vbi dicitur, ꝙ ſi decret. extrauagans contonat iuri communi, iudicari debet ſecundum ipſam: quia ius eſt. Idem igitur dicam in locali ſtatuto: ꝙ ſi continet ius commune, ſublato iure, tollitur ſtatutum, 3 quod ius commune eſt. Si igitur conſuetudo & ſtatutum ſingularia ſint, & conſiſtant in facto, & ſint rationabilia, nec expreſſe reuocentur, eis non derogatur per conſtitutionem nouiter editam: aliàs ſecus. hoc dicit decre. Ioan. And.

2 Et ſine dubio ſic dicẽdũ eſt quando fieret ſcãdalũ, ſi lex nõ obſeruaretur, no gl. Do c ſuper c. ꝭ. de cog. ſpi. Do. Philip. Fon.

3 Niſi alia eſſet ratio ſtatuti, quã ſit iuris cõmunis. Do. & plenius vide Imo. Bar. in le. 1. ff. ad l. Falcid. Fon

biliter ignorare: [a] ipſis, [b] dumtamẽ ſint rationabilia, [c] per conſtitutionem à ſe nouiter editam (niſi expreſſe [d] caueatur in ipſa) non intelligitur in aliquo derogare. [e]

¶ Idem.

¶ *Duo ſunt dicta. Primũ; quòd ſtatuta ordinariorũ nõ ligant probabiliter ignorantes. Secundum; quòd ſtatutum Epiſcopi, extra ſuã diœceſim, ſubditum non ligat. Io. And.*

a ¶ Ignorare.] ſupra vt eccleſ. bene. vt noſtrum.

b ¶ Ipſis.] ſcilicet, conſuetudinibus, & ſtatutis.

c ¶ Rationabilia.] Vtrum conſuetudo ſit rationabilis necne; relinquendum eſt iudici, 4 cum nec certa regula tradi poſſet ſecundum Hoſtien. qui hoc not. in ſumma, de conſue. §. quid ſit conſuetudo. ver. conſuetudo eſt vſus. Et bene dicit, Rationabilia: quia hoc ſolum, quod rationabile eſt, defendit eccleſia. 34. diſt. cap. vlt. & 81. di. ſi qui ſine. De rationabili autem cõſuetudine pone exempla, in fra de conſue. c 3. & 4 ſupra de cõſue. cum dilectus. & facit quod dicam infra de elect. ex eo quod. in fine.

4 Idẽ Phil. & in dubio præſumitur rationabilis. Fonta.

5 Gl ſequitur. Ph. Do. niſi conſuetudo iuuaretur noua ratione. Bu. in ca. ſi. de cõſue. & ibi Rochus de Curte. Fon.

d ¶ Expreſſe.] inf de conſue. cap. 1. & 2. de elect. quia ſæpe. & c. cum non deceat. in quibus reuocantur etiam priuilegia & ſtatuta de cleri. non reſid. c. vno. infra de cenſi. quamquam. de pœni. & re. c. 2. de biga. c. vno. de cap. mo. cap. vno. cum ſim. quæ omnia non videntur competentia exempla, cum illa non eſſent rationabilia. Quod verum poteſt dici hodie, quia ius reſiſtit. 5 habes exempla hodie circa conſuetudines, de ætate & qualita. vt hi, qui. in fine. cum ſuis concordan. in Clemen.

[Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit, & opinionem Hoſt. reprobatam dicit.]

6 Secundũ Io. Mo. dic illã legẽ loqui, qñ lex, quę conſuetudinẽ ſequatur, adiuta eſt iure, qđ vtilitati publicæ prouidet, vt illa duo iuncta ꝯſuetudinẽ tollant: al. leg. ꝭ. de iureiur. licet. Io. An.

e ¶ Derogare. contra ff. de ſep. vio. l. 3. §. Diuus. Sol. Illa lex multis modis intelligitur, vt ibi no. & ff. de leg. l. de quibus. Sed inquantum dicere videtur, ꝙ conſuetudo vel ſtatutum præcedens legem, tollatur à lege: dici poteſt hoc verum, cum Princeps hoc intendit, vt no. Ber. ſe intelligere illam legem, ſupra de fide inſtr. paſtoralis. in gl. 1. in ſi. quæ ſolutio approbatur per hanc decr. 6 Reprobatur autẽ hic opi. Hoſt. qui cõtra hunc textum no. in ſumma. de conſue. §. & de virtute, verſ. ſed ſpeciale eſt.

Vt animarum.] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, Statuto. In prima ponit, cui determinationem ſubdit: ibi, Dum tamen. In ſecunda ſoluit dubium & rationem ſubdit: ibi, Cum extra.

CASVS Epiſcopus fecit ſtatutum, vt nullus clericus ſuæ diœceſis portaret arma vel comã nutriret, vel aliquid aliud faceret ſub pœna excõmunicationis, quã volebat contrafaciẽtem incurrere ipſo facto: Accidit, ꝙ tpe, quo fuit factum tale ſtatutum, non erã in diœceſi, ſed poſtea ſum reuerſus in diœceſim, & feci cõtra ſtatutũ; vtrũ ſum ipſo facto excõicatus? Rñdet Romanus Pont. ꝙ nõ: quia cõſtitutio Epi (idem de quacũque alia cõſtitutione) non ligat probabiliter ignorantes: ſecus eſt de ignorantia craſſa & ſupina: qa illa non excuſat. Sed quid Sãctiſſime Pater: ponamus, ꝙ eps meus fecit ſtatutũ, ꝙ nullus clericus arma portaret ſub pœna excõicationis: ſciebam tale ſtatutum: accidit, ꝙ dum fui extra diœceſim, portaui arma: & ſic feci cõtra ſtatutum. Vtrum inciderim in pœnã ſtatuti? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non: & dicit, ꝙ ſtatuta facta ab eo, qui habet territorium limitatum, non habent vires extra territorium & diœceſim, ſed ſolum in diœceſi. Textus. Supina. quę eſt ignorare, quod omnes ſciunt, vel ſcire tenentur. Textus, Furtum. iura bene dicũt, ꝙ faciens furtum excõicetur: ſed nõ dicunt, ꝙ qui facit furtum, ſit ipſo iure excõicatus. Nota ex principio cap. ꝙ ſtatuta epiſcoporum, vel quorumcunque habentium poteſtatem ſtatuendi, non ligant probabiliter ignorantes, q. poſſunt prætendere iuſtam cauſam ignorantiæ: niſi eorum ignorantia fuerit craſſa & ſupina: vt ponamus ꝙ in hac ciuitate fuit facta conſtitutio pœnalis: & fuit publice publicata: ſi dico, ꝙ ignoro talem cõſtitutionem quia non fuit mihi notificata: nõ habeo iuſtam cauſam ignorantiæ: quia non eſt neceſſe ꝙ conſtitutio auribus ſingulorum inculcetur, vt in c. 1. de poſtu. præla. in ant. tamen quis admittitur ad probandum, ꝙ notificatio illius conſtitutionis non venit ad eius notitiam. Nota, ꝙ ſtatutum alicuius ſtatuentis non habet vires extra territorium: ſed reſtringitur ad limites territorij facientis ſtatutum: Secus eſt in infamia & excommunicatione, quæ afficiunt perſonam, ſicut lepra afficit perſonã leproſi: ideo ſi ſubditus epiſcopi fuerit excõmunicatus. & exeat diœceſim, ſemper remanet excõicatus.

CAP. II.

VT [f] animarum 6 † periculis obuietur: ſententijs [h] per ſtatuta [i] quorumcũque ordinariorũ [k] prolatis, ligari nolumus

† Do. hic no. ꝙ laici ligant ſtatũ to Epi in fauorẽ aĩæ facto. c. nouit de iud. cap. nos inter. de purg. cano. Fon.

f ¶ Vt animarum.] hæc decretalis edita fuit ad declarationem decretalis de ſent. excom. à nobis. 1. & eius quod ibi no. Et eius duo ſunt dicta: primum, ꝙ ſtatuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, ꝙ ſtatutum epiſcopi extra ſuã diœceſim, ſubditum non ligat. Io. And.

g ¶ Animarũ.] ad idẽ ꝭ. de iureiu. c. 1. & de ſepult. c. 1.

[Glo. ſeq. reci. per q. & ſoluit, & huic litteræ reſpondet dupliciter.]

h ¶ Sententijs.] quæ ligant animam, vt locum habeat proxima ratio: ſed idem in alijs ſententijs, quæ pœnas temporales inferunt per l. ff. de decre. ab or. fa. l vlti. vbi habes, quòd municipali ſtatuto non ligatur ignorans, ſed ſciens tantum: ad hoc C. de teſtam. l. iubemus. in ſi. & poteſt dici, quòd in hoc prouidetur animabus, ſaltem propter peccatum inobedientiæ, quod eſt maximum. 7 8. quæſt. 1. ſciendum. vel dehis dixit: quia de alijs non erat dubium, per dictam legem.

7 Placet D. Philip. quæ ex glo. inferunt, ꝙ veniens cõtra ſtatutũ municipale, peccat; vide gl. 10. di. ca. quod autẽ. Font.

i ¶ Statuta.] De generalibus ergo ſtatutis canonũ vel legum non loquitur, quæ ab omnibus ſciri & cuſtodiri debent, ſupra de conſt. c. 1.

k ¶ Ordinariorum.] Qui dicantur ordinarij, no. Goſ. & Ber. ſupra de offic. ord. cum ab eccleſiarum.

[1] Do. hic ꝙ peccans punietur pęna alterius legis, non ſtatuti. idem Phil. Fon.

[a] ¶ Ignorantes.] Contrarium no. Ber. in præced. decr. à nobis. ſupra de ſent. excom. & non mouebatur ex eo, quia incidebat in factum iam damnatum: & quia in culpa fuit rem prohibitam faciendo: & quærere debuerat: ſicut etiam vbi culpa pręcedit, non excuſat metus, ff quod metus cauſa. l. ſi mulier.

[b] ¶ Supina.] quę eſt, ignorare quod oẽs ſciũt. de poſtul. prel. c. 1. §. verum quoniã. de cler. excom. mini. Apoſtolicæ. Ignorantia ergo alia facti, alia iuris. Si iuris, aut cõis, aut ſingularis: ſtatutũ enim epĩ ius facit inter ſubditos, quod tamen non ligat ꝓbabiliter ignorantes, vt hic.

ignorantes: [a] dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit, aut ſupina. [b] ¶ Statuto [c] epiſcopi, quo in omnes, qui furtum cõmiſerint, [d] excommunicationis ſententia promulgatur: ſubditi eius furtum [e] extra ipſius diœceſim [f] committentes, minime ligari noſcuntur: Cum extra [g] territoriũ [h] ius dicenti non pareatur impune. [i]

[c] ¶ Statuto epĩ.] nota epm poſſe facere ſtatuta: ad idem ſupra prox. reſp. ſupra de maior. & obed. ſi quis venerit. & legatus in prouincia ſua. ſupra de offi. leg. c. vlt. & ſunt alia ſtatuta perpetua, etiam poſt obitum vel receſſum, vt ibi.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, tripliciter ſoluit. primam approbat, & remittit.]

[d] ¶ Commiſerint.] contra ĩ. de ſent. excom. Romana. §. caueant vbi dicitur, ꝙ pro futuris delictis excommunicatio ferri non debet. Solũ. Aliud eſt, ferre in aliquem excommunicationis ſententiam pro futuro delicto, vt ſi dicat, Excommunico te ſi tale quid feceris, quod ibi prohibetur. Aliud, ſtatutum generale facere, excommunicationem fulminans, quod hic permittitur, vt ſupra de ſent. excom. à nobis. 1. Vel licet ibi prohibeatur ferri, tantum lata tenet, vt ibi no. Ber. Vel ſi dicatur, quòd iſtud, commiſerint, ſit prætęritum, nullum eſt contrarium. Quod prius dixi, [2] tene, & adde quod ibi dicam.

[2] Iſtud etiã tenet Do. de Anch. & cõmendat gl. ibi, ꝑteritũ: in dubio cñ verba intelliguntur, vt ſint futuri tẽporis. Fõ.

[e] ¶ Furtum.] quod eſt, contrectatio rei alienæ inuito domino frauduloſa, & animo lucrandi. Inſt. de ob. quę ex quaſi deli. in prin. & §. furtum autem. & § placuit & prohibitum etiam in decalogo. 14. q. 5. pœnale & in ſecunda prohibitione obtinet quartum locum. quod dic, vt no. 32. q. 7. quid in omnibus.

[f] ¶ Diœceſim.] in qua tota iuriſdictionem habet ordinariam: & in quolibet ipſius loco non exempto, poteſt pro tribunali ſedere. ĩ. de offi. ord. cum epiſcopus.

[g] ¶ Cum extra.] ratio. Et no. de omnibus rationem reddendam: quod dic, vt ſupra de reſcr. ſi quando.

[h] ¶ Territorium.] ſuum. ſupra de offi. leg. nouit. ff. de iuriſd. omn. iud. l. vlt. Et eſt territorium, vniuerſitas agrorum infra fines cuiuſque ciuitatis: quod ab eo dictũ quidam aiunt, ꝙ magiſtratus eius loci infra eos fines terrendi, id eſt ſubmouendi ius habent. ff. de verb. ſig. pupillus. § territorium.

[i] ¶ Impune.] id eſt, ſine pœna, id eſt, non parens, ex eo pœnam non patitur.

DE RESCRIPTIS.

¶ Iſta rubrica continuatur ad præcedentem in modum qui ſequitur: Dictum fuit ſupra ti. prox. de conſtitutionibus, & ſic de iuribus: Nam conſtitutio large ſumpta accipitur pro omnibus partibus iuris ſcripti: verum quia parum eſſet iura condere, niſi eſſent iudices, qui illa tuerentur, & redderẽt vnicuique ius ſuum: idcirco viſo de iure, reſtabat videre & de iudicibus, quia iura reddunt: Sed quia iudices vt plurimum conſtituuntur per reſcripta; idcirco pręmittitur hæc rubrica, de reſcriptis. Vnde ſciendum, quòd nos habemus reſcriptum, priuilegium, & beneficium. Reſcriptum in iure accipitur dupliciter: videlicet, ſtricte, & large. reſcriptum large ſumptum, comprehendit reſcriptum ſtricte, ſiue in ſpecie ſumptum, & beneficium Principis. Sed reſcriptum ſtricte & in ſpecie ſumptum, dicitur illud, quod emanat ad obſeruantiam iuris communis; puta, cum quis conquęritur Principi, quòd aliquis facit cõtra iura, ſupplicans, vt princeps det ſibi iudicem delegatum, qui faciat obſeruare ius cõmune. In iſto aũt titulo reſcriptum accipitur large: quia in eo tractatur de gratiis circa beneficia obtinenda. Priuilegium vero dicitur illud, quod emanat contra ius cõmune in fauorem aliquarum perſonarũ: & dicitur priuilegium, quaſi priuata lex, vt, quia de iure communi omnes habentes prædia, tenentur ſoluere decimas prædiales eccleſiæ parochiali, Papa concedit aliquibus priuilegium, vt de laboribus ſuis non ſoluat decimas: vel de terris ſuis, quas colunt ſiue coli faciũt propriis ſumptibus, non ſoluant decimas: ſicut fuit cõceſſum pluribus religioſis, vt de terris ſuis, quas colũt, ſiue coli faciunt proprijs ſuis ſumptibus nullas ſoluãt decimas: iſtud vocatur priuilegium. Sed beneficium Principis, dicitur gratia, quam princeps facit alicui pręter ius: vt puta Papa fecit mihi gratiam, vt mihi detur beneficium, quòd primo vacabit in eccleſia Pictauiẽſi. Et licet priuilegium, reſcriptum, & beneficium differant (vt dictum eſt) tamẽ reſcriptum largo modo ſumptum, comprehendit omnia iſta.

TITVLVS III.

De reſcriptis.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Reſcriptũ impetratum ab excommunicato, eſt ipſo iure nullum, & quicquid inde ſecutum eſt: niſi in cauſa excommunicationis, vel appellationis.*

CAP. I.

Ipſo iure.] Ponit dictum, à quo duos caſus excipit: ibi, quam excõicationis. Io. And.

Iſtud c. ꝓcedit in excõicatione occulta, ſiue manifeſta, exceptis caſibus hic poſitis: ſed quod de appellatione hic dicitur, hoc fallit ĩ actu partis extrajudicialiter facto. ca. ſicut ĩ. de ele. nã tunc nõ excipit, ſed agit. Phil. & Do. in ſi lecturæ ſuæ colligit 15. limitatiões ad iſtud ca. quas vide. Fonta.

¶ Reſcriptum delegatorium ab excõicato impetratum, eſt ipſo iure nullum: nec valet proceſſus per illud reſcriptũ factus, etiã ſi oppoſitũ non fuerit. Fallit in reſcripto in cauſa excõicationis vel appellationis. hoc dicit. Pro intellectu huius cap. præſupponendũ eſt, quod habetur. ĩ. eo. lib. de excep. c. pia. vbi dicitur, ꝙ ſi excõmunicatus maiori excõicatione fuerit in iudicio agendo, & non fuerit exceptum de excõicatione, valet proceſſus cum eo factus: tamen licet excõicatio ante litem conteſtatam oppoſita non fuerit, poterit opponi in quacunque parte litis, & obtenta abſolutione, accipiet excõicatus proceſſum in ſtatu, in quo erat ante excõmunicationem.

Summariũ Dñi Heliæ.

CASVS. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma: vel te poſſidere beneficium meum, eo quòd habebam ordinarium loci certa ratione ſuſpectum: nolui te conuenire coram ipſo: ſed à Papa impetraui reſcriptum delegatorium ad aliquem iudicem qui cognoſceret de huiuſmodi cauſa: tempore impetrationis eram excommunicatus maiori excommunicatione, pręſentaui illud reſcriptum delegato, qui virtute illius reſcripti proceſſit vſque ad diffinitiuam ſententiam, poſtea peruenit ad notitiam tuam, quòd tempore impetrationis reſcripti eram excommunicatus maiori excommunicatione: voluiſti proponere nullitatẽ proceſſus, ſententiæ, & reſcripti: Quæritur nunquid ſis audiendus? Videbatur, quòd non: quia exceptio propoſita in quacunque parte litis, non annullat proceſſum factum antea. Non obſtante iſta ratione dubitandi, dicit Romanus Pontifex, quòd certe iſtud reſcriptum non valet, nec proceſſus inde ſecutus. Et ratio eſt propter defectũ iuriſdictionis: quia ex quo fuit

reſcri-

reſcriptum ab initio nullum, per id non fuit tributa iuriſdictio delegato; ſed ſecus, ſi iudex aliàs haberet iuriſdictionem: quia eſſet ordinarius vel delegatus, & impetrans non erat tempore impetrationis excommunicatus: quia proceſſus eſſet validus, donec eſſet oppoſita exceptio excōicationis. Sed quæritur, an ſit verū indiſtincte, ꝙ reſcriptum delegatorium impetratum ab excommunicato, ſit nullum ipſo iure? Reſpon. Romanus Pontifex, ꝙ hoc non eſt verum indiſtincte: ſed fallit, ſi excommunicatus impetret reſcriptum in cauſa excommunicationis, vel appellationis: puta, epſ Pictauienſis me excommunicauit: dico excommunicationem eſſe iniuſtam, & vlterius dico, ꝙ ſum abſoluendus ſine emenda, & abſque aliqua cautione, acceſſi ad ſedem Apoſtolicam, & impetraui reſcriptum ad aliquem iudicem delegatum, per quod mandabatur, vt ſi iudici conſtaret de iniuſta excommunicatione, me abſolueret: quia potuiſſem adire ordinarium: & Papa concurrit cum ordinario: & ſic potui adire Papam, & impetrare reſcriptum: Aliàs ſequeretur ꝙ excommunicatus iniuſte, non haberet aliquod remediū ꝯ iniuſtam excōicationē. Item fallit in cauſa appellationis, vt ſi aliquis excōicatus appellet, & impetret reſcriptū; in cauſa appellationis reſcriptum valet, vt reparetur iniuria ſibi facta a iudice à quo. Textus, Articulo. vnde articulus eſt pars intentionis cōtinens illud, quod actor vel reus intendit probare. c. veniens. 2. ibi, pars autem. j. de teſtib. Et articuli quandoque vocantur intentiones, quandoque aſſertiones. Nota primo, ꝙ excommunicatus regulariter non poteſt impetrare reſcriptum delegatorium contra ſuos debitores. Nota ſecundo, quòd proceſſus factus virtute reſcripti nullius eſt ipſo iure nullus: quia vbi non eſt fundamentum, deſuper ædificari non poteſt: ſecus ſi reſcriptum non eſſet nullum, licet eſſet ſurreptitium, & elidibile ope exceptionis: quia tunc delegatus virtute illius reſcripti haberet iuriſdictionem, ſed elidibilem per exceptionem. Nota tertio duos caſus exceptos à regula poſita in principio cap in quibus valet reſcriptum ab excommunicato impetratum: videlicet, in cauſa appellationis, & in cauſa excommunicationis: Nam in cauſa excommunicationis, excommunicatus poteſt eſſe in iudicio tamquam actor, & impetrare iudices delegatos, & petere relaxari excommunicationem ſuam, quam dicit iniuſtam. Item in cauſa appellationis, poteſt excommunicatus maiori excommunicatione appellare, & appellationem proſequi, & reſcripta impetrare. Sed vtrum per iſtud capitulum ſit correctum c. pia. infra de excep. Dicit gl. in verbo, proceſſus, (& bene) ꝙ non: quia illud c. pia. intelligitur in excommunicato agente coram ordinario vel delegato, qui agens tempore impetrationis non erat excommunicatus, ſed incidit in excommunicationem poſtquam delegatus recepit iuriſdictionem virtute reſcripti delegatorij. Iſtud autem c. intelligitur de excommunicato agente: qui tempore impetrationis reſcripti erat excommunicatus.

re[a] reſcriptū,[b] vel proceſſus[c] per ipſum habitus nō

[Glo. ſeq. ponit quod reprobat.]

a ¶ Ipſo iure.] ergo [1] ſine exceptionis ope: & ſic falſam puto opinionem Tancredi & Inn. no. j. de off. delega. prudentiam §. ſexta. & Ber. Compoſt. no. ſupra eod. c. ſuper litteris. in gl. hic quæritur. & Guil. Du. not. in Spec. ti. de reſcr. præſentatione. §. ratione autem impetrantis ver. quid de proceſſu. qui omnes dixerunt, ꝙ proceſſus habitus per litteras impetratas ab excommunicato, valet, ſi non opponatur exceptio: Et hoc dico territus, cum ſupradicti omnes (excepto Tancredo) hanc viderint decretalem: vnde vel non ponderauerunt hoc verbum, ipſo iure, poſitum in principio hic, vel hanc decretalem putauerunt eſſe correctam per decret. pia, quod non credo: cum pars illa, quæ correcta eſt, remota fuerit, vt infra dicam.

[Gl. ſeq. ſoluit q. & ſolutionē ꝓbat tribus rōnibus.]

[1] Nrã gl. ꝓbant Doct. ex qua no. Phil. ꝙ iudex procedēdo ad vlteriora, nō validat proceſſum ſuū vbi reſcriptū eſt penitus nullum. vide Do. Fon.

b ¶ Reſcriptum.] ſupra eodem, dilectus filius Abbas. Et ſatis hic puto terminatam quæſtionem, qua quæri ſolet, vtrum reus actorem, quem excipiendo contra reſcriptum & perſonam, repulit excommunicationis vigore, coram ipſo delegato reconuenire poſſit. Et patet quod non [2] Si enim nullum eſt reſcriptū, & conuentio eſt principale, & recōuentio acceſſorium: ſublato principali, & acceſſorium. infra de regulis iuris acceſſorium. cum ſuis concordantiis. Item cauſa conuentionis & recōuentionis, ſimul ſunt tractandæ. ſupra de mutuis petitionibus. cap 1. de ordi cognit. cum dilectus. quod hic eſſe non poſſet. Itē conuentio eſt expreſſum: reconuentio tacitum. Sublato igitur expreſſo, & tacitum eſt ſublatum. C. ſi reus vel accuſat. mor. fu. l. vlt. & facit quod no. de cleric. coniug. quod à te. & hoc tenuit Tancre. Barto. Brix. in quæſtione Veneriali, quæ incipit, Actor conueniebat reum.

[2] Gl. bene dicit ſecundum Doct. ſi tñ exciperet ſolū cōtra perſonā fiat reconuentio: facit j. de ele. ab eo. Do. Fon.

[Gloſſa ſequens quærit. & ſoluit diſtinguendo. Item quærit de ratione, & ponit duplicem, quam improbat: & quadruplicem, quam approbat.]

c ¶ Proceſſus.] numquid ergo correcta eſt decre. pia. j. de exce. vbi dicitur, ꝙ proceſſus habitus cum excommunicato tenet, donec opponatur exceptio: & poſtmodū ipſo abſoluto, reaſſumatur cauſa in eodē ſtatu? Sol. Non eſt correcta: immo potius corrigeretur iſta per illam, cum illa ſit poſterior. Eſt enim Inno. iiij. ſed hæc Greg. ix. ſupra ti. prox. c. 1. Sed neutra per alteram corrigitur, ſed in diuerſis caſibus loquuntur. Nota igitur primo, falſam eſſe opinionem modernorum, quā Ber. not. in decre. pia in glo. ſed vſirum & in ꝓdicta decre. dilectus. in glo. ſic videtur. verſ. ſecus ſi antiquis. & in decret. de offi. dele. prudentiam. in gl. ſic videtur. & in gl. ſecus eſſet. in quibus dixit reſcriptum ab excommunicato impetratum valere poſt ſuam abſolutionem. Et vera eſt ipſius Ber. opi. antiqua, vt per prædictas gl. apparet. & de æta. & qual. cum bonæ. & de cle. exc. min. propoſuit. Circa hanc igitur materiam ſic diſtingue: aut excommunicatus maiori agit coram delegato, aut coram ordinario: In primo caſu ſubdiſtingue: quia aut erat excommunicatus tempore impetrati reſcripti, aut poſtea fuit excommunicatus. In primo caſu ſubdiſtinctionis, habet locum hæc decre. vt ſcilicet non valeat reſcriptum, nec proceſſus per ipſum habitus, niſi impetratum fuerit ſuper cauſa excommunicationis vel appellationis, vt hic, & in concor. ſuperius allegatis. In ſecundo caſu. ſ. quando poſt impetrationem excōicatus fuit, locum habet decr. pia. [3] & de offi deleg. prudentiam. §. ſexta. ſi agit coram ordinario, tunc tria tēpora diſtingue: ſm vetera iura non tenebat proceſſus cū ipſo habitus. j. de except. exceptionem. aliàs non video quare ibi fieret condemnatio expenſarum, [4] ſi tenuiſſet habitus proceſſus, vt ibi etiam no. Poſtmodum ſtatuit ibi Greg in deciſ. huius decre. ꝙ teneret proceſſus habitus cum excōmunicato, ſi reus eum ſcienter admiſit, aliàs non. Secundum moderna vero iura tenet proceſſus, & locum habet decre. pia. & ſic nec corrigitur, nec corrigit. Si quæratur, quæ ſit ratio diuerſi iuris, & ſi dicatur, quòd excommunicatus impetrans peccauit ſe ingerendo communioni hominum: nō valet hæc reſponſio, cum eadem ratio ſit in ordinario. Si dicatur, quòd hæc ſit ratio, quia reſcriptum impetratum fuit tali veritate tacita, qua expreſſa litteras non habuiſſet; non valet etiam hæc reſponſio: quia tunc reſcriptum habet elidi exceptionis ope, non ipſo iure: ſupra eodem, ſuper litteris. & hoc notat Bernar. ſupra eodem, ad audientiam. 2. Vnde ſatis mirandum videtur, quòd ſi ago coram ordinario, tenet proceſſus: & ſi ab eo impetro delegatum, nec reſcriptum valeat nec proceſſus. Sed poteſt eſſe ratio, quia iuriſdictio delegata ſumit initium ex perſona agentis & impetrantis, & ideo, cū vitioſum fuerit principium. 1. quæſt. 1. principatus, nec reſcri-

[3] Sicut. n. ſequens excōicatio nō vitiat votū eligētis, ſed ſolū præcedēs: de ele. cū inter R. ita nec vitiat reſcriptū. Io. A.

[4] No. gl. iſto tex. quē allegat, qđ reus differēs proponere exceptionē reddentem iudiciū retro nullū, puniatur in expēſis. Phil. Do. Fon.

reſcriptũ valeat, nec ꝓceſſus. Ordinaria aũt iuriſdictio ab actore agente non incipit, & ideo ibi ſecus. Item iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt, extraordinaria odioſa, vt ſupra eo ad hoc. Item qñ proceditur coram ordinario vel delegato impetrato ante excõicationẽ; eſt in aliquo quod imputetᷓ reo, q de excõicatione debebat excipere, ſi ſciebat, aliàs inueſtigare debebat: ſed vt plurimũ, delegatum impetrat actor abſente reo: & ideo nõ valet impetratio, nec ꝓceſſus habitus ipſius impetrationis vigore vt hic. His ergo rationibus & excõmunicati odio, ſpeciale dicatur, ꝙ in hoc caſu veritas ſuppreſſa ipſo iure vitiet reſcriptũ, & proceſſum habitum per illud.

valeat, ſi ab excommunicato,[a] ſuper alio[b] quàm excommunicationis[c] vel appellationis[d] articulo, fuerit impetratum.[e]

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdun.

¶ *Per clauſulam, Quidam alii, poſſunt ſoli quatuor conueniri: quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi ſit locus. Io. And.*

CAP. II.

Cum[f] in multis[g] iuris articulis infinitas

a ¶ Ab excommunicato.] maiori excommunicatione, vt ſupra de excep a nobis. & ĩ. eo. c. pia.

[Glo. ſeq. quærit, ponit opi. cuius tenet contrarium, & reſpondet allegatis in contrarium.]

b ¶ Alio.] Quid ſi excõicatus impetrat litteras inquiſitionis? Notauit Goff. de off deleg. prudentiã. in glo. col. ligitur, ꝙ bene valẽt litteræ: & hoc ideo, quia fama ibi habetur accuſatoris loco, vt ſupra de accuſ. qualiter. 2. §. ex quibus. & licet promouens ineptus appareat, nihilominus valet reſcriptum, & ꝓceditur ꝑ illud, ſupra de accuſat. cum oporteat. vbi idem tenet Innocen. & Hoſtien. & hoc quando excommunicatus ſolum miniſterium præbuit, nec nominatus fuit in litteris 1 idem Guil. in Specul de inqui. §. 1. verſi. quid ſi in littera. allegat Innocen. & Hoſtien. ad hoc C. de preci. impe. off. l. 2. & l. vniuerſis. & ff. de inoff. teſtam poſthumus. §. 1. & l. ſi pars. §. vlti. Non enim refert ſecũdum eos, à quo & quo tempore fuerit nunciatum. ff. de petitio. hære. l. item veniunt. § à quo. & de euictio. ſi rẽ. §. vlti. per hanc litteram credo contrarium, cum in odium excõmunicati ſit hoc inductum ꝙ nullæ litteræ valeant, niſi hic contentæ: nec puto tutum à littera recedere: & ad hoc optime facit: quia ſi excõmunicatus pro alio litteras impetrat ad agendũ, non valent, 2 ſupra de ꝓbat. poſt ceſſionem. & bene refert interdum, per quẽ preces offerantur ĩ. de hæret c. 2. §. 3. Ad decre. cũ oporteat, rñde vt ibi no. ſecundum Io. in gl. penult. Preterea nõ eſt inimicus ita perſona prohibita ab impetrando, ſicut excõmunicatus: vnde agit pro ſua iniuria, quod non facit excõicatus, de iud. intelleximus. 4. q. 6. omnibus.

1 Placet D. nã tex. hic loquitur de reſcripto ad inſtantiam impetrãtis conceſſo. Font.

2 Idẽ Do. & P. d Anc. Font.

c ¶ Excommunicationis.] ſupra de ſenten. excom. cum pro cauſa.

d ¶ Appellationis.] ſupra de excep. cum inter. & c. ſignificauerunt. & c. vlt.

e ¶ Impetratum.] & ſic inſpicitur tempus datæ, vel 3 impetrationis. ad idem ſupra eo eam te. & ĩ. eod. tibi, qui. de præb. eum cui. Sequebatur autem olim hic in fine talis littera, Quod coram eo actum eſt, coram Ordinario ſimiliter irritum eſt cenſendum, niſi forſitan, qui conuenitur, ſcienter admiſiſſet eundem. Remota fuit, quia reuocata per decret. pia. vt dixi ſupra in glo. numquid ergo. Io. And.

3 Gl. ſequitur Phil. in principio lecturæ. Fõt.

Cum in multis.] Duo ſunt dicta, quorum primum cauſam præmittit: ſecundum ſubmittit ibi, Quorum. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius capituli præſupponendum, ꝙ aliquando in reſcripto delegatorio, videlicet in narratione, ponuntur iſta verba: Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Conqueſtus eſt nobis talis, ꝙ talis Titius, & quidã alij ſuper tali re ei iniuriantur. Mandamus quatenus vocatis vocandis, quod iuſtum fuerit decernas. Aliqñ ponuntur non ſolum in parte narratiua, ſed etiam in parte diſpoſitiua, hoc modo: Sixtus Epiſcopus, &c. Conqueſtus eſt nobis talis, ꝙ talis Titius, & quidam alij ſibi iniuriantur, &c. Mandamus, quatenus dictum Titium ad præſentiam tuam conuoces: & alios quos dictus talis tibi duxerit nominandos.

CASVS. hoc præſuppoſito, ſic figuratur: Ego à ſede Apoſtolica impetraui reſcriptũ ꝯ te ſub ꝓdicta forma, non eſt dubiũ, ꝙ virtute illiꝰ reſcripti poſſum te conuenire corã delegato: & etiam alios comprehenſos ſub clauſula, Et quoſdã alios. Sed quęritur vtrũ potero conuenire perſonas tot, quot voluero? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ virtute illius clauſulæ non potero niſi tantummodo quattuor conuenire. Sed quid? Ponamus, ꝙ contra aliquem comprehenſum ſub illa clauſula impetraui à iudice delegato aliquam citationem: vtrum in iſta citatione impetrata contra vnum, ego debeam nominare alios tres? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic, quia virtute illius clauſulæ: Et quidã alij, non poſſum niſi quattuor cõuenire, quos teneor exprimere in citatorio. Et licet quidam dixerint, ꝙ non debebam alios quattuor in citatorio exprimere: communis ſententia Doctorum eſt, quòd debeo omnes quattuor nominare, & debeo impetrare citationem contra omnes: & ſi impetro citationem ſolum contra vnum, debeo in ipſa citatione alios nominare: aliàs citatio non valeret. Nota primo, id ad quod allegatur principium capituli, quòd infinitas in multis articulis iuris reprobatur. Nota ſecundo principalem effectum huius capituli, videlicet, ꝙ reſcriptum delegatorium non ſolum comprehendit nominatos in ipſo reſcripto, ſed etiam alias perſonas non expreſſas, ſi in reſcripto apponatur aliqua clauſula, per quam appareat Papam hoc voluiſſe. Nota tertio, ꝙ per clauſulam, Et quidam alij, poſſunt ſolummodo quattuor conueniri: plures non poſſunt conueniri. Nota finaliter, quòd in citatione impetrata cõtra aliquem de comprehenſis in clauſula, Et quidam alij, omnes ſunt nominandi, quos intendit impetrans conuenire: aliter citatio non valeret, vt dictum eſt: quod eſt intelligendum, niſi impetrans diceret, ꝙ virtute illius clauſulæ non intendit cõuenire niſi illum quem nominat: puta, ꝙ non intendit conuenire niſi Caium, & alios tres non exprimit: quia illos non intendit conuenire, quia cum eis trãſegit: tunc ſi hoc dicatur ab impetrante in citatorio, valebit citatio: ſed ſi ſimpliciter nominet vnum, & non fiat mẽtio de alijs tribus, citatio eſt nulla: quia iſte textus requirit illam expreſſionem, vt ſatis dictum eſt.

f ¶ Cum in multis.] per clauſulam, Quidam alij, poſſunt ſoli quattuor conueniri, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi ſit locus. Ioan. And.

[Glo ſeq. ponit viij. exempla, quibus vitiatur infinitas. In fine ponit caſum, & remittit.]

g ¶ Multis. 4] exemplifica vt ſupra de rel. dom c. vlt. & ĩ. eo. ti. religionũ. ſupra de teſti. cum cauſam. §. volentes & c. ſignificauerunt. §. mandamus. ff. de teſti. l. 1. in fi. Item in relictis ꝓ redemptione captiuorum reſtringitur infinitas. C. de ſacroſ. eccl. vt inter diuinum. Item reſtringitur ſeueritas, cum multitudo peccauit, de cler. excom. mini. latores. cum ſim. Item non oneratur heres in infinitum fideicommiſſum ſoluere. ff. de lega. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. Item non valet promiſſio, ne vlla exceptio deferri iudicii obiiciatur: puta, promitto, ꝙ ſi per caſum fortuitum impeditus fuero, vt comparere non poſſim, non obiiciam de caſu. ff. ſi quis cautio-

4 Ad iſtam gl. vide Fel. c. licet. 2. de teſtibus.

cautioni. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. Item in ſtipulatione damni infecti non debet quis eſſe in infinitum obligatus. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. vlt. Item legatum, quod non poteſt ſciri ex teſtamento: puta, Lego centum ei, quem mihi Titius nominauerit, non valet. ff. de iure fi. l. ita fidei. & merito reprobatur infinitas: quia multitudo eſt canonibus inimica: ſupra de præb. quia in tantum. & oneroſa, nihil habẽs honeſti, in Authen. de referen. ad fi. colla. 2. & de hoc habes plures concordantias, de ætate, & qualitate, capit. penultimo.

re probetur: prouide [a] †[1] duximus ſtatuendum, vt per illam generalem [b] clauſulam: Quidam alij, [c] quæ frequenter [d] in litteris [e] noſtris inſeritur, vltra tres, vel quattuor [f] in judicium non trahantur: quorum [g] nomina [h] in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi [i] forſitan relinquatur, ſi circa ea [k] poſſit [l] libere variare. [m] †[2]

†[1] perinde

†[2] al. variari

a ¶ Prouide.] quia per generalitatem iſtam derogabatur iuriſdictioni ordinariæ, cui per hanc conſtitutionem prouidetur.

b ¶ Per illam generalem clauſulam.] præter expreſſos enim poterunt quattuor conueniri.

¶ Quidam alij.] [1] ſupra eodem, paſtoralis. & capitu. Rodulphus. Idem intelligo de qualibet conſimili clauſula: vt ſi dicatur, Titius, & nonnulli homines ciuitatis Bononien. vel ſimili modo. Item ſi dicatur, homines talis loci: nam aut conueniet eos, vt vniuerſitatem, & tunc omnes habentur loco vnius: aut vt ſingulos, & tunc ſolos quattuor præter expreſſos poterit conuenire, vt hic, ſecundum Innocentium.

[1] Iſta clauſula locum hẽt, vbi ponĩt poſt perſonã expreſſam, non aliàs. D. Phi. Fon.

d ¶ Frequenter.] & ideo prouidendum fuit. ff. de legibus. nam ad ea. & infra de reſtitutione ſpoliatorum. frequens. hodie autem hæc clauſula non eſt in vſu.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

e ¶ In litteris noſtris.] Quid de litteris epiſcoporũ? Dic ſecundum Hoſtienſem, quòd non extenditur ad illas. ad hoc 25 diſt. qualis.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit. ſubdit duo, quæ poſſunt recitari per quæſtiones.]

f ¶ Vel quattuor.] Olim trahebantur quadraginta. argumentum, de teſtibus, cum cauſam. & capitulo ſignificauerunt. & de clericis excommunic. miniſtralatores. Si quæratur, quæ ſit ratio, quare reſtricta fuit ad quattuor: dic, quòd arbitraria, quia æque potuit reſtringi ad plus & minus. Poſſet reddi ſimilitudinaria, quam habes ſupra de conſanguinitate, & affinitate, non debet. Dico tamen ſecundum Bernardum, quòd ſuper re indiuiſibili, puta, iudicio communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, & ſimilibus, poſſunt per generalem clauſulam vltra quattuor euocari ad iudicium. Item omnes vltra illos quattuor, qui ius habent in re, poſſunt agere vel defendere pro ſuo iure coram illo iudice. Argumentum ſupra de re iudicata, cum ſuper. & ſupra de officio deleg. ſuper eo. arg. infra de elect. c. 1.

[Gloſſa ſequens recit. per quæſtionem, ponit opinionem Innocen. ſecundum Hoſtienſem. tertio Barto. quam approbat. Secundo ſubdit dictum, cuius ponit opinionem contrariam, quam reprobat. Tertio quærit & ſoluit. Quarto quærit argu. pro, & ſoluit contrarium.]

g ¶ Quorum.] ſcilicet illorum, quos intendit conuenire per clauſulam, & debet expreſſio in actis ſcribi: de probationibus, quoniam contra. §. primo. Et dixerunt quidam, ſcilicet Innocentius, quòd in qualibet citatione illorum debeant omnia nomina exprimi: Satis poteſt dici, quòd ſufficit exprimi in citatione eius, qui primo citatur, & ſcribantur in actis, vt ſupra dixi ſecundum Hoſtienſem. Vel ſecundum Barto. ſatis eſt, quod ſcribantur in actis, licet in primo citatorio non ſcribantur: quia iam ceſſat variatio. Quod ſatis credo: [2] quaſi hæc littera dicere velit, quòd ante quàm fiat citatio, nomina exprimenda ſint illorum quattuor. Et credo tutius, quòd fiat hæc expreſſio in prima citatione, quæ fit auctoritate reſcripti: & ſi fiat de expreſſis in eo: licet alij cõtra, dicentes, quòd ſufficit, quòd fiat in prima citatione alterius illorũ quattuor: ſed ſecundum hoc non eſt plene fraudibus prouiſum. Et ſi quæratur, an de non expreſſis conuenire poſſit prius, quàm conueniat expreſſum? Eſt dicendum, quod ſic: quia donare, liberare, & remittere poteſt, niſi forte in fraudem expreſſiſſet ſecundum formam decreta. ſupra eodem, ſedes. & hoc tenet Barto. [3] in quæſtione Veneriali, quæ incipit: Aliquis impetrauit. Sed pone: quattuor expreſſit, poſtea mutat vnam ex perſonis: vel neminem expreſſit: poſtea alterum conuenit nihil excipitur: quæritur an valeat judicium? Et videtur, quòd ſic: quia hæc exceptio dilatoria eſt, vt dici conſueuit de exceptionibus duarum dietarum, ſupra eodem, nonnulli. Item quia multa fieri prohibentur, &c. de regular ad Apoſtolicam. Contrarium dico ſecundum Barto. quia ſi nomina in primo citatorio vel actis fuerunt expreſſa tempore debito: perinde eſt, ac ſi in reſcripto fuiſſent expreſſa. Si non fuerunt expreſſa tempore debito: perinde eſt, ac ſi non fuiſſet ibi clauſula. Vnde cum reſcripta non extendantur ad alias res, vel perſonàs: de officio deleg. P. & G. dico quòd etiam ſi non excipiatur, non valet judicium. [4]

[2] Poſt factum tene iſtã gl. Sed ante Hoſt. Philip. Do. Fon.

[3] Hic nõ eſt Bart. de Saxoferrato. ſed Barth. Brix. cuius ſæpe meminit Io. And. & alij veteres interpretes.

[4] Do. not. hic, vbi iudex funditus caret iuriſdictione progrediendo ad vlteriora nõ facit ſe competentẽ: & proceſſus ñ valet. Fon.

h ¶ Nomina.] & cognomina, vel certas circumlocutiones. §. teſtes. ſupra de teſtib. licet ex quadam. & ff. ſi cer. pet. l. certum. vt euitetur æquiuocatio. ſupra eo. ſignificante. & c quia nonnulli.

i ¶ Fraudi.] cui occurrendum eſt. infra de renunc. cap. 2. cum ſi.

k ¶ Ea.] ſcilicet nomina.

l ¶ Poſſit.] impetrator.

[Glo. ſeq. no. ad Brocar. & remittit: ſecundo notat ad queſtionem.]

m ¶ Variare.] Nota variationem, & inconſtantiam reprobari: alibi permittitur: Quod dic, vt plene dixi infra de regulis iuris, quod ſemel. Et nota per hanc litteram, quòd per litteras generales ad obtinenda beneficia, ex quo aliquid ſignificauit ſine proteſtatione ſi ſuccumbat, ad aliud tranſire non poterit: [5] quia perinde eſt, ac ſi in reſcripto fuiſſet expreſſum illud beneficium quod optauit. infra de conceſſione præbendæ quia cunctis. quod ſane intelligas ſecundum id, quod habes infra eodem titulo, ne captandæ. Ioannes Andreæ.

[5] Tene mẽti gl. ſed fallit tñ, ſi acceptãs probabiliter ignorauit. Fon.

¶ Idem in eodem.

¶ Si actor contra reum ſuper pluribus perſonalibus litteras impetrat ad diuerſos, non valent littera nec proceſſus earum: & reo condemnabitur in expenſis. Et idem in reo conueniente, vel reconueniente actorem, eodem durante iudicio.

CAP. III.

Diſpen-

Diſpendia.] Diuiditur in duas partes: in prima ponitur cauſa conſtitutionis: in ſecunda ibi, Decernimus. ipſa conſtitutio, in qua duo facit. Nam primo prouidet de actore, & contrafacienti triplicem pœnã imponit. Secundo; ibi, Reus quoque: prouidet de reo, in quo vnum caſum excipiens prædictam pœnam repetit. Io. And.

CASVS.

CASVS. Ponamus, ꝙ tu debebas mihi decem ſcuta ex cauſa mutui veri & legitimi: Item alia decem ſcuta debebas mihi ex cauſa venditionis: nolebam te conuenire coram ordinario propter aliquam cauſam: vnde acceſsi ad Papam, & impetraui iſtas cauſas delegari pluribus delegatis: quia impetraui vnum delegatum ad cognoſcendum in vna cauſa, & alium in alia: vtrū valeant iſtæ impetrationes? Rñdet Romanus Pōtifex, ꝙ non: immo debeo carere omnibus impetratis, & nullus delegatus recipit iuriſdictionem virtute iſtarū litterarū: & ideo ſi fecero te cōuenire corā illis iudicibus, ipſi debebunt pronūciare, ſe non eſſe iudices: & me impetrantem condemnare in expenſis. Sed quid erit Sanctiſſime Pater? Ponamus, quòd impetraui vnum iudicem delegatum pro aliquo alio debito vis me conuenire coram alio iudice delegato pendente meo proceſſu: vtrum poſſis? Reſpon ꝙ non: ſed debes me reconuenire coram meo iudice delegato. Et ſciendum eſt, quòd littera in fine intendit iſtud dicere, quod reconuentio habet locum, quando ab initio reus offert actori libellum in cauſa reconuentionis, vt facta reſponſione in cauſa conuentionis fiat reſponſio libelli in cauſa reconuentionis. Sed aliquando reus differt reconuenire actorem: Sed tunc reconuenit eum, poſtquam actor multum proceſſit in cauſa, & tunc proceſſus actoris in aliquo non differtur, ſed proceditur in eo abſque aliquo impedimento, non obſtante reconuentione ipſius rei. Et tunc reconuentio non habet priuilegium ſuum, quando opponitur poſt litem conteſtatā. ſicut quando opponitur ante litem conteſtatam: tunc enim gaudet priuilegio: videlicet, quia ſi vnus proceſſus fuerit expeditus in cauſa conuentionis, debet idem proceſſus expediri in cauſa reconuentionis, antequam expediatur alius proceſſus in cauſa conuentionis, vt ſupra de mutu. petitio. in antiquis.

dia [a] litium æquitatis cōpendio volentes, qua poſſumus [b] induſtria coarctare, ſtatutum felicis recordationis Gregorij [c] Papæ noni prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editum ampliātes: [d] Decernimus, vt ſi quis contra alium plures perſonales [e] mouere voluerit queſtiones, nō ad diuerſos iudices, ſed ad eoſdem ſuper omnibus [f] huiuſmodi queſtionibus [g] literas ſtudeat impetrare. [h] Qui vero contrarium fecerit, [i] omni [k] commodo careat litterarū: nec proceſſus [l] habitus valeat per eaſdem: † reo, ſi eum per ipſas [citauerit vel] fatigauerit, in expenſis [m] legitimis [n] cōdēnandus. ¶ Reus quoque ſi eodem durāte [o]

†In aliquot vetuſtis codicibus ita: alias reo, ſi eū per ipſas fatigauerit in expenſis, &c in codice Barbatię ita: & reo, ſi eū per ipſas fatigauerit, eſt in expenſis, &c. iā illa duo verba: citauerit: vel ſi ſunt in vetuſtis exemplarib⁹, nec ea apparet cognita fuiſſe ab antiquis interpretibus.

a ¶ Diſpendia.] ſi actor ꝯ reum ſuper pluribus perſonalibus litteras impetrat ad diuerſos, non valent litteræ nec proceſſus earum: & reo cōdemnabitur in expenſis. Et idem in reo conueniente, vel reconueniente actorē, eodem durante iudicio. hoc dicit. vocatur aūt diſpēdiū longum & inutile. compendium autem breue & vtile. Ad idem: de accu. qualiter & quando. 2. ad fi. Ioan. An.

b ¶ Qua poſſumus.] ad idem ẜ. in proœ. huius libri: & hoc ſufficit 45. diſt. Epheſijs. 47. diſt. c. vlt.

c ¶ Gregorij.] hæc eſt vera littera: & loquitur de decr. ẜ. eo. tit. c. vlt. Quidam olim habebant, Innocentius Papa tertius, & male. Ioan. And.

d ¶ Ampliantes.] ampliauit in eo, quod ſtatuit, ꝙ proceſſus non valeat: & in eo, ꝙ ſtatuit de reo. Nam hęc in decretali, Quia nonnulli. expreſſa non fuerant.

[Glo. ſeq. notat à contrario: & quattuor diuerſitatis rationes reddit: contra vltimam remittit.]

e ¶ Perſonales.] quaſi ſecus in realibus, 25. diſt. qualis, in glo. penul. ff de iudi. cum prætor. in glo. 3. & poteſt eſſe ratio diuerſitatis, quia perſonales alterius naturæ ſunt, quàm reales, & facilius expediuntur: quia ſæpius fit inde inſtrumentum vel ſcriptura. arg. ff. de eden. l. ſi legatum. & communiter paruæ ſunt perſonales qōnes. reales vero magnæ. Item in vna petitione pro pluribus perſonalibus actionibus agi poteſt cuiuſlibet aſſignata cauſa. C de anna. except. l. ex multis ſupra de libel. obl. c. vlt. ſecundum Ber. Verior. eſt ratio ſecūdum modernos, quare aliud in perſonalibus, aliud in realibus: quia duæ dietæ quæ olim dabantur per decr. ẜ. eo. nonnulli. vel vna, quæ datur hodie per decret. ſup eod. ſtatutum. ſeruata ipſius moderatione cōputantur à finibus diœceſis, vbi ſita eſt res, quando agitur reali. ẜ. eo. dilectus. 2. Contingeret ergo, ꝙ quis non poſſet cōueniri ſuper pluribus realibus corā eodem iudice, cum res eſſent abinuicem remotæ: ſed in perſonalibus computantur à finibus diœceſis, vbi habet domiciliū. vnde ſuper omnibus ad vnum iudicem cōmodius impetrantur. & ideo in iſtis aliud, q̃ in illis. Sed forte iſta ratio ceſſat hodie per decret. ẜ. e. ſtatutum. Et dic vt ibi dixi in §. cum vero, in gloſ. olim dicebamus.

[Glo. ſeq obijc. & ſoluit.]

f ¶ Super omnibus.] ſed ſi reus appellauerit ſuper vna perſonali, iudex non poterit procedere in alia, prima non finita, cum ſuſpectus ſit illi. ẜ. de appel. ad hæc ſi in vna. Ergo nō eſt commodius agere ſub vna quam ſub diuerſis: & ſic damnoſa videtur conſtitutio hæc actori. Sed poteſt dici ſecundum Bernar. ꝙ iniquitas iudicis, qui perperam proceſſit, non facit ꝙ reus ꝓpter hoc coram alio iudice poſſit trahi, & ſibi imputet, qui talem obtinuit iudicē: & expectet actor donec appellationis cauſa ſit finita: quæ ſi ꝓnunciata fuerit iuſta, actor poſtmodum ſtudeat alium iudicem impetrare: aliàs ſi fuerit iniuſta, procedet in alijs, & idem videtur de alijs impedimentis, re non integra.

g ¶ Quæſtionibus.] & ſic ad eoſdem, & non ad diuerſos debet litteras impetrare: etiam una lite finita, ſecūdum Bernar. licet quidam contra, dicentes, ꝙ hæc conſtitutio, & illa, quia nonnulli. intelligūtur quando eodem tempore actor trahit reum ad diuerſos iudices: vel vna pendente coram vno.

[Glo. ſeq. quærit, & remittit.]

h ¶ Impetrare.] quid, ſi coram delegato conueniat ſuper vna, coram ordinario ſuper alia. de hoc ſupra eod. c. vlt. in glo. ſecus.

i ¶ Fecerit.] cum effectu, vtendo ſcilicet pluribus litteris: quia ſi vnicis tantum vteretur, bene valebit proceſſus habitus per eaſdem, ſecundum Innocen. Ioannes Andreæ.

k ¶ Omni.] aliàs, omnium.

[Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & ſoluit contrarium.]

l ¶ Proceſſus valeat.] in hoc ampliauit ſtatutum, quia nonnulli. Sed pone, proceſſum fuit coram diuerſis iudicibus, & nihil exceptum: numquid valebit ſententia, vel proceſſus? Videtur, quod ſic: quia hoc eſt beneficiū perſonale, per quod etiam alteri non præiudicatur, de regula. ad Apoſtolicam. Sed verius eſt [1] ſecundum Bernar. quòd proceſſus non valet per hanc litteram: alias nihil videretur addere hæc conſtitutio illi decretali, quia nonnulli. & hoc idem tenet Inno. & dicit per curiam obſeruari.

m ¶ In expenſis.] & in damnis. [2] ſupra eod. cap. vlti. Ioan. And.

n ¶ Legitimis.] de hoc dic vt 2. q. 1. in primis. § glorioſus. de do. & contu. finem. & hoc eſt generale, vt fatigās aduerſarium, in expenſis puniatur. ſupra de pœ. calumniam. de reſeri ceterum cum ſi.

ADDITIO. Alleg. Hoſt. eo tit. c. ſi de do. & contu. c. 2. & c. finem. de maio. & obed. c. ſi. de appel. vt debitus. Ioan. Andr.

o ¶ Durante.] qualiter habet fieri reconuentio, nota. ſupra de mutu. peti. c. 1. & 2. Io. And.

1 Idē Phil. nec cōſenſu partiū cōualidatur. c P. & G. de off. deleg. Fon.

2 Gl. procedit vbicunque aliquis temere trahitur ad iudiciū. l. eum quē temere. ff. de iudi. At vbi expēſæ petūtur rōne victoriæ, damna nō veniūt. gl. in l. ſ. ff. de alie. iud. mut. P. de Anch. Fon.

a ¶ Obno-

a ¶ Obnoxium.] etiam actione reali, ſecundum Ber.
[Glo. ſeq ponit q. qui alternatiue ſoluit: ſecundo q̃ ſitur. arg. pro. & ponit ſol. Ber. cui dubitando reſiſtit.]

b ¶ Vel cõuentionis.] forte ponit hæc duo verba: q̃a ſi reconuenitur actor, vna & eadẽ ſentẽtia dẽt cauſa terminari: ſi conueniatur reus, tunc poteſt prius terminari prima, q̃ ſecũda. probat hoc ĩ de mut. pe. c. 1. & de ord. cog. cũ dilectus. Vel forte vtroq; caſu vna ſnĩa cã terminanda eſt: & ſemꝑ eodẽ durante iudicio corã eodẽ iudice agẽdũ eſt, quo finito corã alio: q̃a tũc nõ poſſet reus agere coram primo delegato, cum finita ſit iuriſdictio q̃tum ad cognitionẽ ĩ. de off. del. quærẽti. An aũt corã ordinario reconuenire poſſit eundẽ, eodẽ durante iudicio, dubitatur. Et vr̃ ꝙ ſic: cũ hic dicat littera: Litteras maluerit impetrare: vñ ſolũ de delegato loqui vr̃: ſed quia eadem rõ eſt vtrobique, idẽ ius vr̃ eſſe ſm Ber. Vel forte nõ eſt eadem rõ, quia iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt, & extraordinaria odioſa. & ideo aliud in ordinario dici poſſet. Ad hoc facit quod tenet Innoc. ſupra c. vlt.

† poſſit

ADDITIO. Idẽ Archidiaconus. Sed fortiter ꝯdicit auth. & conſequenter C. de ſen. & interl. Fateor locum eſſe auth. ſed nego pœnam huius decre. habere locũ: ita ꝙ teneret proceſſus, ſi hoc non exciperet auctor. Io. A.
[Glo. ſeq. obiectionem ſoluit.]

c ¶ Litteras.] forte eſt talis cauſa, q̃ non cadit in cognitionẽ delegati ſine ſpeciali mãdato Papæ. 6. q. 4. ſi quis epũs. ĩ. de conſi. vti. vel inuti. c. 1. & 2. ĩ. de reſt. in integ. c. pe. aliàs n. quare oneraret ſe litteris impetrandi, qui per litteras actoris põt ſuũ expedire negotium? Io. An.

d ¶ Experiri.] i. agere: quia in reconuentione reus ſit actor: concor. ĩ de cau. poſ. paſtoralis. alibi ponitur pro defendere. ſupra de iudi. c. 1. & 8. diſt quo iure. Io. An.

e ¶ Recuſare.] ab initio antequam in eos conſenſerit ſm Ber. Vel ex ſuperueniente cauſa: de off. del. inſinuãte. & pendente ſuſpicionis cognitione, (quam proponit reus contra iudicem impetratum ab actore) iudex non procedit in reconuentionis cauſa per litteras impetratas per reum: quia ſi contrarium diceretur, facile eſſet deludere hanc conſtitutionem, ſecundum Inno.
[Glo. ſeq. exponit, & de quæſtione remittit.]

f ¶ Simili pœna.] ſuperius expreſſa in actore. ſ. vt litteris careat, proceſſus non valeat, & in expenſis condemnetur. per quem autem fiat talis condemnatio, no. ſupra eod. ti. c. vlt.

Cum aliquibus.] Duo ſunt dicta principalia. Secundum: ibi, Si vero. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius capituli præſupponendũ eſt illud, quod hr̃ in c. hi qui, ĩ. de præb. iſtomet libro, & in c. vlt. ĩ. de conceſ. pręb. vbi dr̃, ꝙ ſi ſint aliqui recepti in aliqua eccleſia, in canonicos illius eccleſiæ, ſub expectatione præbendæ: & vnus ſit receptus auctoritate Apoſtolica, alius auctoritate ordinaria: in aſſecutione præbendæ præfertur receptus auctoritate Apoſtolica, licet eſſet poſterior in receptione: & debet hr̃e præbendã, quæ primo vacabit ꝑ auctoritatẽ ſedis Apoſt. Et ẽt vlterius præſupponendum, ꝙ qñ in aliqua eccleſia eſt ſtãdum de certo numero canonicorum: & iſtud ſtatutũ eſt confirmatum per Papam, cum clauſula decreti irritantis: Canonici non poſſunt recipere aliquẽ ſuper numerũ in illa eccleſia, vt quia dixit Papa, tales canonici nobis expoſuerunt, vt de cetero eſſent in tali eccleſia viginti canonici, & viginti pręb endarij: Nos ſtatutũ cõfirmamus, decernentes irritum & inane, quicquid fuerit factum contra ſtatutum.

iudicio, actorem ſibi obnoxium [a] dixerit, recõuentionis beneficio, vel cõuẽtionis, [b] (ſi contra eũ litteras [c] impetrare maluerit) de iure ſuo dẽt apud eoſdẽ iudices experiri: [d] niſi eos vt ſuſpectos poterit [e] recuſare: Simili pęna, [f] ſi cõtra hoc fecerit, puniendus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Receptus per litteras facultatis, ſi ad recipientes ſpectabat receptio, ipſorum & non Papæ auctoritate intelligitur eſſe receptus: niſi in litteris aliud eſſet expreſſum. Si autem receptio non ſpectabat ad eos: tunc Apoſtolica auctoritate dicitur receptus. Ioan. And.*

CAP. IIII.

Cum † aliquibus [g] recipiendi aliquẽ in ca-

† De materia vide Panormitanũ & Doc. in c. cũ acceſſiſſent, de conſtitut.

CASVS. Hoc præſuppoſito, ſic figuratur: In eccleſia Pictauien. canonici fecerunt ſtatutum de certo numero canonicorũ in ipſorum eccleſia: & fecerunt poſtea illud ſtatutum confirmari à ſede Apoſtolica cũ clauſula decreti irritãtis: tractu tp̃is ipſi canonici affectabant aliquẽ recipere in canonicũ vltra numerũ: vnde miſerunt ad Apoſtolicã ſedẽ, & obtinuerũt vt poſſent vnũ ſuper numerũ vel duos recipere, non obſtante eorum ſtatuto confirmato & decreto irritante: Poſtea virtute iſtarum litterarũ facultatis, receperũt aliquẽ in canonicum: Queritur, an iſte ſic receptus cenſeatur receptus auctoritate Apoſtolica, vel ordinaria? Rñdet Rom. Pontifex cũ diſtinctione: quia aut aliàs receptio pertinebat ad canonicos, quibus data eſt facultas recipiendi aliquem ſuper numerũ: & receptus dr̃ receptus auctoritate ordinaria, niſi aliud diceretur in litteris facultatis: puta, q̃a diceretur: Damus vobis facultatẽ, vt non obſtãte veſtro ſtatuto, recipiatis aliquẽ in canonicũ auctoritate Apoſtolica: tunc. n. non diceretur receptus auctoritate ordinaria, ſed Apoſtolica: Si aũt receptio ꝑtinebat ad aliũ, vel ad eos, & aliũ ſimul: tunc ſunt vſi auctoritate Apoſtolica, & per conſequens talis receptus auctoritate litterarũ, vr̃ receptus auctoritate Apoſto. licet ſimpliciter mandaret Papa, vt ipſi talẽ reciperent, non obſtante ſtatuto: licet non fieret mentio, ꝙ ipſi reciperent auctoritate Apoſtol. Ex quo infertur, ꝙ talis eſt præferendus quibuſcunque auctoritate ordinaria vel legati receptis poſtea, vel ẽt prius. Nota primo ex iſto c. ꝙ in eccleſia numerata nõ poſſunt canonici recipere vltra numerũ: & hoc qñ iſtud ſtatutũ de certo numero eſt confirmatum auctoritate Apoſtolica, cũ clauſula decreti irritantis: aliàs ſi ſtatutũ non eſſet confirmatũ per Papã, poſſent recipere aliquẽ ſuꝑ numerũ ſm Panor. in c. cũ acceſſiſſent. de conſti. in anti. & ibi tractatur de materia. Nota vlterius, ꝙ cũ Papa dat canonicis facultatẽ recipiendi vltra numerũ, non obſtante ſtatuto vel cõfirmatione ſedis Apoſtolicæ: & virtute litterarũ facultatis, canonici recipiunt aliquẽ: talis vr̃ receptus auctoritate canonicorũ, ſi aliàs receptio pertinebat ad ipſos, & non ad Papã, ſimile dr̃ in c. licet, de offi. ord. in anti. vbi dr̃, ꝙ ſi Papa mandet ordinario loci, vt aliquid faciat: vr̃ ſolũ excitare iuriſdictionem ſuã, & non vr̃ mandare vt procedat auctoritate Apoſtolica. Si aũt receptio ad illos non ſpectabat: tunc recipiunt auctoritate Apoſtolica: & ſic iſte receptus auctoritate Apoſtolica, licet ſit poſterior, eſt præferendus alteri recepto auctoritate ordinaria, vel legati Papæ, vt dictum eſt in pręſupponendis.
[Gloſſa prima facit quattuor, dicit vnde ſumpta. quærit, & ſoluit, & dicit quid declarat.

g ¶ Cũ aliquibus.] Fuit tracta de extrauaganti Alex. q̃ incipiebat, contingit. & hoc dicit, ꝙ receptus ꝑ litteras facultatis, ſi ad recipiẽtes ſpectabat receptio: ipſorum, & non Papæ auctoritate intelligitur eſſe receptus, niſi in litteris aliud eſſet expreſſum. Si autem receptio nõ ſpectabat ad eos, tunc Apoſtolica auctoritate dr̃ receptus. Sed ante omnia quæro, ad quid expediat ſcire, qđ dicit hęc decretalis: expedit ꝑ id, quod habes, ĩ. de p̃b. hi qui auctoritate. & de conceſ. præb. c. vlt. ver. vel eos. Emanauit autem ad declarationem eorũ, quæ notant Innoc. & Hoſt. de litteris facultatis. ſupra de præben. relatum.

reiatum. & Compoſtella. ſupra eodem c. vltra duas chartas. verſi. quid ſi Papa. & verſ. ſed pone ꝙ abbati.
a ¶ Eiuſdem eccleſiæ.] ad quam recipitur.
b ¶ Conſuetudinibus.] quæ ſeruandæ ſunt ĩ. de præb. cum in eccleſijs.

[Gloſ. ſeq. duas quæſtiones ſoluit.]
c ¶ Statutis.] nota capitulũ eccleſiæ poſſe facere ſtatutum, dũmodo ſit licitũ, vt ĩ. de verb. ſig. conſtitutionem. vbi de hoc, & cõcordat ſupra de conſti. cum omnes.
d ¶ Confirmatione Apoſtolica.] q.d operetur confirmatio, nota. 17. q. 4. frater. & ſupra de conceſ. pręb. quia diuerſitatem.
e ¶ Firmitate alia.] puta, vinculo pœnæ, cui ſe ſtatuẽtes ſpontanee obligauerunt: vel forte per ſuperiorem ipſis ſtatutis appoſito, vel confirmatione legati, vel alterius ſuperioris, vel alia ſimili.
f ¶ Concedimus facultatẽ.] nota verbũ: quia ſi pręciperet oĩ caſu, diceretur Apoſtolica auctoritate receptus. Et nota ꝙ per hanc formã cum dirigitur eis, ad quos ſpectat collatio, quæ hic vocatur receptio, non dr̃ grauata eccleſia: adeo ꝙ locum habeat decre. ĩ. eo. mandatum. ĩ. eo. c. pen. in ſi qa aliud eſt cõcedere facultatẽ & aliud præcipere. 14. q. 1. c. fin. §. quod præcipitur. ad idem ſupra de arbi cum olim ff. man. l. 2. in ſi.
ADDITIO Vide ſupra de ſumma Tri. firmiter. ſuper glo. & ideo. Ioan. And.
g ¶ Receptio.] ſumitur hic receptio, non pro inſtallatione, ſed pro collationẽ, quæ ius confert ad idem ĩ. de præb. cum in eccleſijs.
h ¶ Ad eos.] in quibuſdam enim eccleſijs canonicorũ receptio, & præbendarum collatio, ad ſolum ſpectant epm̃ vel prælatum tantum: in quibuſdam ad ſolum capitulum, vel conuentum. In quibuſdam cõmuniter ad vtrumque. hoc probatur ſupra de elect. cum in eccleſia. ĩ. ne ſede vacan. c. vno. de reg. c. vlt.
i ¶ Poteſtatem.] recipiendi illum in canonicum.
[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem, & ſolutionem.]
k ¶ Ad eoſdem.] tm̃ intelligo. Quid ſi cõiter ad eos, & alios? Adhuc idẽ credo quod in primo caſu, cum iſti poteſtatem recipiant ex iuribus litterarum. Nam quod prius facere ſoli nõ poterant, modo poſſunt. Et de cõi nullus recte dicit, hoc eſt meũ. ‡ 12. q. 1. §. vlt. & q. 2. c. epũs. §. qui manumittitur & arg ff. de ſer. vrba. prædi. l. ſi parietem. ibi, quia volens ‡ non ſolum dominus eſt. & facit ĩ. de præb. cum in illis. in ſi.
l ¶ Receptus.] ſi ergo recipiatur alter auctoritate Apoſtolica, ſecundus, & non primus, primo vacantem præbendam habebit, vt ĩ. de præb. hi qui. Ioan. And.
m ¶ Niſi.] iſtud fuit additum quod non erat in extrauaganti decre. contingit.
n ¶ Auctoritate noſtra.] tũc ergo licet ad eos pertineat receptio, Apoſtolica dicitur auctoritate receptus.
o ¶ Expreſſe.] ſic ĩ. eo. duobus. in ſi. ĩ. de pręb. ſi motu proprio. in ſi.
SI gratioſe.] diuiditur: quia ponit diſtinctionẽ bimẽbrẽ, & ſm̃ mẽbrũ proſequitur: ibi, Secus. & circa

‡ Vide qđ dicam. ĩ. de ver. ſig. c. vl. ſup ver. tuorũ. Io. An.
‡ Supple, parietẽ cõem demoliri & reficere. Io. And.

nonicum alicuius eccleſiæ, non obſtantibus eiuſdem eccleſiæ [a] priuilegiis conſuetudinibus, [b] vel ſtatutis, [c] iuramento, confirmatione [d] Apoſtolica, vel quacumque firmitate [e] alia roboratis, per noſtras litteras concedimus [f] facultatem: ſi Canonicorum receptio [g] aliàs in ipſa eccleſia non ſpectat ad eos, [h] quibus huiuſmodi litteræ dirigũtur, ſed ex earum viribus recipiunt poteſtatem: [i] is, qui recipitur, auctoritate Apoſtolica dignoſcitur eſſe receptus. Si vero canonicorum receptio aliàs pertineat ad eoſdẽ; [k] non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur auctoritate receptus: [l] niſi, [m] quòd eum auctoritate [n] noſtra reciperent, in noſtris litteris caueretur expreſſe. [o]

¶ Idem.

¶ Reſcriptum papale, quod cõcedit promoto retentionẽ primorum beneficiorũ vſque ad beneplacitum Papæ extinguitur mortuo Papa: ſecus, ſibi dicatur; Vſque ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis. Nec intelligitur tale reſcriptum de beneficiis prius non canonicè detẽtis.

CAP. V.

SI P † gratio-

vtrũque determinat caſum dubiũ: ibi, Prętextu vero.
¶ Pręſupponuntur primo ea quæ dicuntur in c. cum in cunctis. de elect. in anti. in c. de multa. de pręb. in anti. in c. licet canon. ĩ. de elect. iſtomet libro, vbi dicitur, ꝙ ſi aliquis promoueatur ad epiſcopatum, ſtatim ꝙ fuit confirmatus & conſecratus, vel elapſum fuit tempus conſecrationis, ſtatim vacant priora beneficia. Similiter ſiquis habeat beneficium, & acceptet aliud beneficiũ incompatibile, ſtatim vacat primum beneficium.

CASUS. Vacante aliqua eccleſia cathedrali Titius fuit electus in epm̃ & confirmatus: facta cõfirmatione, antequam conſequeretur munus cõſecrationis, miſit ad Apoſtolicam ſedem, vt per munus conſecrationis ſua priora beneficia nõ vacarẽt, ſed illa poſſet retinere: Papa fecit ei gratiam ſub his verbis, Tibi concedimus, vt beneficia, quæ obtines, cum epiſcopatu, ad quẽ fuiſti promotus, valeas retinere vſque ad beneplacitum noſtrum: poſtea Papa mortuus eſt, vtrum illa beneficia vacent mortuo Papa? Rñdet ꝙ ſic: qa mortuo Papa extinguitur gratia. Sed ponamus ꝙ Papa in ſua gratia dicit: tibi concedimus, vt poſſis retinere priora beneficia, vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicę: moritur Papa, vtrum vacent illa priora beneficia? Rñdet, ꝙ mortuo Papa non intelliguntur vacare priora beneficia, nec gratia huiuſmodi dicitur extincta per mortem Papæ, quia ſedes Apoſtolica numquam moritur. tamen ſi ſucceſſor eius velit illã reuocare, poteſt. Sed quid erit? Ponamus ꝙ tẽpore iſtius gratiæ Titius erat intruſus in iſtis beneficijs, quia illa tenebat ſine titulo canonico, nec aliquis alius habebat canonicũ titulum: quia forte obtinebat illa beneficia per ſimoniam, vtrum per iſtam gratiam detur ei nouus titulus, & canonicus tenendi illa beneficia, ita ꝙ per illam gratiam videatur licite tenere illa beneficia? Reſpõdet Romanus Pontifex, quòd non. Nota primo ex iſto capitulo iuncta ſua gloſſa, quod per beneficium incompatibile vacat beneficium incompatibile, quod prius tenebat & ſi intelligamus de epiſcopatu, intelligitur, quod per promotionem ab beneficium incompatibile poſt confirmationem, vacat prius beneficium incompatibile: Si vero intelligamus de alio beneficio: intelligitur poſt adeptam poſſeſſionem pacificam: Et hoc eſt verũ niſi ſtetiſſet per eum, quo minus eſſet adeptus pacificam poſſeſſionem: ſed tunc eſt cautela, quod non fieret acceptatio ſecundi beneficij incompatibilis, donec eſſet diſpenſatus per Papam ad alia beneficia. Quia de iure non eſt limitatum tempus ad acceptandum beneficia, licet collator poſſit limitare tempus ad acceptandum. cap. ſi tibi, infra de præben. Nota vlterius & finaliter, ꝙ gratia alicui facta vſque ad beneplacitum Papę, expirat mortuo Papa: ſecus ſi mandetur vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ.

‡ Quid nomine beneficij intelligatẽ, vide late per Doc. in cap. cum olim đ pb. & dignitat.

[Prima gloſſa tria facit, ſummat, dicit vnde ſumpta & quid declaret.]
p ¶ Si.] reſcriptum Papale, quod concedit promoto retentio-

ſe [a] tibi à Romano [b] Pontifice concedatur, vt beneficia, [c] quæ † tempore tuæ promotionis [d] obtinebas, poſſes vſq; ad ſuę [e] voluntatis beneplacitum retinere: huiuſmodi gratia per eius obitum, per [f] quem ipſius beneplacitum omnino extinguitur, [g] eo ipſo expirat. [h] Secus autem ſi vſque ad Apoſtolicæ [i] ſedis beneplacitum gratia concedatur prædicta: tunc enim, quia † Sedes ipſa non moritur, [k] durabit perpetuo: [l] niſi à ſucceſſore ſue rit reuocata. ¶ Prætextu vero talis cõceſſionis, quę debet, (cum ſit ambitioſa) reſtringi: [m] ea ſolum beneficia, [n] quę canonice [o] obtines, potes licite retinere.

¶ Idem.

¶ *Vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem ſunt diuerſa: & ideo in litteris ad beneficia impetratis, vno expreſſo nõ venit reliquum. Ioan. And.*

CAP. VI.

SVſce-

† In vetuſtiorib exẽplarib⁹ ita: quæ tẽpore tuæ promotionis obtines, poſſis vſque, &c.

† In codice Barbatię ita: quia ſedes Apoſtolica nõ moritur.

retentionem primorum beneficiorũ vſque ad beneplacitum Papæ, extinguitur mortuo Papa: ſecus ſi ibi dicatur vſque ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis. nec intelligitur tale reſcriptum de beneficijs prius nõ canonice detentis. h.d. Habuit autem ortum hæc decre. ab extrauagante Clemẽtis, quæ incipiebat, vt petitioni tuæ cõgrue ſatisfiat. & ibi Clemens non diſtinguebat, ſed ſimpliciter dicebat, ꝙ ſi Papa hanc gratiam cõceſſerit vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, ꝙ per eius obitum non expirabat gratia. Ar gu legis dicentis, ꝙ vſusfructus relictus mihi, quãdiu Titius remanſerit in furore, nõ extinguitur mortuo Titio, priuſquam ad ſanam mentem reuertatur: ꝓ eo quòd vſque ad omne tẽpus vitæ mei vſufructuarij, poterat (ſi mihi ſuperuixiſſet) non fieri ſanæ mentis. C. de vſufruc. l. ambiguitatem. ſic videbatur dicendum in caſu propoſito: quia Papa ſi ſuperuixiſſet, poterat non mutaſſe voluntatem: ergo non expiraret gratia. Vrbanus autem cõtrarium ſenſerat, ſcilicet quod expirabat in ſua extrauaganti, quæ incipiebat, Significaſti nobis. hic Bonifacius diſtinguendo veritatem exprimit, & declarat, quod no Hoſt. ſ. de preca. c. vlt. & Vin. de elect. c. dudum. 2. in vlt. glo. & Abbas ibidem.

[Gl. ſeq. recitetur per qõnem, in quo fuerit gratia.]

a ¶ Gratioſe.] in hoc fuit gratia, quia plura beneficia ſimul tenere non poterat: vnde ſi primũ curatum erat, & ſecundũ curatum: poſt receptam poſſeſſionẽ ſecundi, ſtatim vacat primum 21 q. 2. ſi quis iam ſ. de præb. de multa. vel ex quo per eum ſtat, quo minus poſſeſſionẽ haberet ĩ. de præb. licet 2. niſi in caſu. inf. de præb. ſi tibi 2. Si promoueatur in epiſcopum: poſt conſecrationem, vel poſt decurſum tempus de conſecrãdis epiſcopis, vacabunt priora beneficia. ſ. de elect. cum in cunctis. Eſt ergo gratia, vt donec voluntas eius durauerit, beneficia ipſa non vacent. Io. And.

b ¶ A Romano Pontifice.] qui ſolus ſub conditione, & ad tpſ, ſicut vult, poteſt beneficia & prælaturas conferre. 7. q. 1. paſtoralis. ſ. de fil. presby. veniẽs. & in his quę vult, eſt pro ratione voluntas: Inſt. de iure natura. §. ſed & quod principi. Alius aũt hoc non poteſt. 1. q. 2. quam pio. 7. q. 1. quamuis. 70. diſt. ſanctorum. 55. diſt. pręcepta. Nec enim moribus noſtris expedit temporales habere filios. ff. de adop. l. quæſitum eſt. aliàs, ſi tibi. nec actus legitimi, &c. inf. de reg. iur. actus.

c ¶ Beneficia.] large ponitur. Et nota quod dicit, Beneficia: non dicit fructus beneficiorum, vt inf. de pręb. ſi tibi conceſſu. Hoc dico, vt denotem quòd hic beneficia non vacent, ibi tamen vacant, vt ibi dicam.

d ¶ Promotionis.] forte in epiſcopum. Io. And.

e ¶ Suæ.] ſcilicet Romani Pontificis. & cõcor. ſup. eo. ſitteris, vbi per clauſulam, Niſi per nos, &c. non intelligitur dignitas, ſed perſona ſcribentis.

ADDITIO. Et eodem modo debet diſtingui in reſeruationibus, an reſeruet collationi ſuæ, vel ſedis Apoſtolicæ, ſecundum Archid. Hodie ſæpe exprimit vtrunque: & tunc eſt locus ſecundo reſponſo. Io. And.

f ¶ Per quem.] ratio.

g ¶ Extinguitur.] cõcor. ĩ. ne ſede vacã. c. vno. in fine: ſic & crimina morte extinguuntur. 23. diſt. quorũdam. & ĩ. de hær. accuſatus. §. ſi vero. in fine, præterquã in caſibus no. in dicta c. quorundã, & 24. q. 2. in ſumma.

[Gl ſeq primo allegat vnam concor & duo iura in contrarium, & ſoluit: ſecundo obiicit, & ſoluit. tertio iterum obiicit, & dupliciter ſoluit.]

h ¶ Expirat.] expirãte igitur Papa, expirat hæc gratia & concord. ff. loca. l. 4. vbi dicitur, ꝙ locatio vel precarium per te mihi cõceſſum quãdiu voles, obitu tuo finitur. ad hoc ſignatur ꝯriũ ſ. de prec. ca. vlt. & ff. de preca. cũ precariũ. §. 1. vbi dicitur, ꝙ precarium non finitur morte concedẽtis. Sed ibi ſimpliciter factũ fuerat precariũ. nõ adiecta aliqua conditione vel termino, vt no. in prædicta decr. vlt. de preca. Itẽ contra, nonne voluntas Papæ durare intelligitur donec mutata probetur. ſupra de baptiſ. & eius effe. maiores. ẽt poſt mortem. 25. di. qualis. Sed illa in his, quæ ſalutem animæ reſpiciunt Item valde contradicit prædictis l. ambiguitatem C. de vſufruc per quæ iura tenebat Abbas opinionem Clementis. ſ. de elect. dudum 2. in fi. Sed in lege illa eſt fauor, qui ampliandus eſt: hic odium, quod eſt reſtringendum, vt hic in fi [1] Vel verius, redire vel non redire ad ſanam mentem. nõ erat in voluntate morientis: ſed hic reuocare & non reuocare gratiam, erat in voluntate morientis. Ex quo ergo adiecit, donec volam: perinde eſt ac ſi dixiſſet, donec moriar, niſi prius reuocauero.

[Gloſſæ duæ ſequentes dant duo ſimilia.]

i ¶ Apoſtolicæ ſedis.] nota ergo, quòd aliud eſt cum ſcribit perſona, aliud cum ſcribit dignitas: ſicut aliud eſt cum ſcribitur perſonæ, aliud cum ſcribitur dignitati. ſ. de offi. deleg. quoniam. ĩ. eod. cap. vlt. & ĩ. de priuileg. ne aliqui.

k ¶ Non moritur.] ſic 12. q. 2. liberti. 2. non enim poteſt eſſe nulla. 24. q. 1. pudenda. §. fi. quia dominus pro eo orauit. de baptiſ. maiores. in prin. 16. diſt. in ſumma. §. inter eos. verſi. ego pro te.

l ¶ Perpetuo.] idest, donec vixerit ille cui fuit gratia conceſſa: ad idem ff. pro ſocio. l. 1. vbi de hoc. Et nota, quòd ſicut priuilegiũ perſonale ex parte eius cui conceditur extinguitur cum perſona. 17. q. 1. petiſti. ibi; hoc nulli; ſic priuilegium perſonale ex parte concedentis extinguitur cum ipſo concedente, vt hic: & ſic de vtroque poteſt intelligi, ĩ. de regul. iur. priuilegium. vt ibi dixi. priuilegium autem reale ex parte cõcedentis, cum concedente non extinguitur, vt hic.

m ¶ Reſtringi.] quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. ĩ. de reg. iur. odia. cum ſuis concordantijs.

n ¶ Beneficia.] nota per hoc, ꝙ hic, & ſ. in prin. dicit beneficia in plurali, videtur, ꝙ quis ſimul plura poſſit habere beneficia. De hoc dicam. ĩ. c. 2.

[Glo. ſeq. dat vnum ſimile.]

o ¶ Canonice.] nil enim noui iuris in beneficiis illis tribuit hęc diſpenſatio: ſed vetus cõſeruat & protegat. Et probatur hoc ſup. de elect. dudum. [2] in fi. ſicut de innouatione dicitur. ſupra de priuileg. ex parte. &c. qua intentionis. & de confir. vti. vel inut. ca. cum dilecta.

SVſceptum. Sunt duo dicta principalia: ſecundum ibi, Si duo. Et prima pars tria facit. Ponit dictũ, & rationẽ reddit: ibi, Cũ non. Tertio determinat. vel caſum

[1] Placet D. Pet. de Anch. late loquenti de materia gl. & dic, ꝙ leges allegatæ loquunt in vltimis voluntatibus, quas moriẽdo cõfirmamus: hic in beneficialibus, in quibus aliud, l. mãdatum. C. mãdati. Fõ.

[2] Et benefacit. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. 1. reſp. vel ordinatio vel prorogatio diei, non confirmat legatum inutile. Io. And.

ptum [a] ab Apoſtolica [b] ſede mandatum, vt ab aliquo beneficij (quod obtinet) reſignatione recepta ipſum alteri [c] conferas & aſſignes: adimplere non potes, † ſi ille [d] antequã reſignet, rebus eximatur humanis: [e] cum [f] non per reſignationem vacauerit, ſed per mortem: [g] niſi de intentione mandantis aliud appareret expreſſe. [h]

¶ Si duo ſuper eodem beneficio litteras impetrẽt: primo [i] eorum, per illius obitum, qui tenebat: [k] ſecundo vero per ceſſionem eiuſdem [l] ipſum proponente vacare. Secundus, [m] cum beneficium ipſum ceſſione non morte [n] vacauerit, debet primo in ipſius aſſecutione præferri. [o]

ſum excipit: ibi, Niſi. Secunda pars decidit caſum dubium, rationem interſerens: ibi, Cum beneficium. Et incipe conſtructum: ibi, Non potes.

CASVS. Ego à ſede Apoſtolica impetraui literas huius tenoris: puta, quia Papa mandauit Archidiacono Pictauienſi, vt ſi cãtor illius eccleſiæ vellet ſuã cantoriam, ſeu dignitatẽ reſignare, & eidem renunciare: ꝙ archidiaconus ipſam renunciationẽ reciperet auctoritate Apoſtolica: & poſtea dictam cãtoriam mihi cõferret: Accidit, ꝙ idem cantor antequam reſignaret dictã ſuam cantoriam, mortuus eſt, archidiaconus illam cantoriam mihi contulit auctoritate Apoſtolica: vtrum valeat talis collatio? Rũdet ꝙ non: quia mandabatur archidiacono vt illam mihi conferret cum vacaret per reſignationem, & non per mortem. Sed ponamus, ꝙ vacante aliquo beneficio per reſignationem, vel per aſſecutionem ſecundi beneficij, acceſſi ad Apoſtolicam ſedem, & impetraui litteras, per quas mandabatur mihi conferri tale beneficium ad præſens vacans per mortem talis, & tamen vacabat per reſignationem, vel aſſecutionem alterius beneficij: poſtea alius acceſſit ad Papam, & illud beneficium impetrauit, & expreſſit verum modum vacationis: quæritur quis noſtrum debet præferri? Reſpondet, ꝙ iſte ſecundus eſt potior: ideo eſt præferendus, licet ſit poſterior: quia iſtæ litteræ gratiæ ad beneficia ſunt odioſæ, ideo reſtringendæ, & non ampliandæ. Nota primo principalem effectum huius capituli: videlicet, quòd vacatio per mortem, & per renuntiationem, ſunt diuerſa. Ex quo infertur, quod in conſtitutione odioſa, appellatione vnius reliquum non venit: quia in odioſis non fit extenſio de vno ad aliud, ſed verba debent ſtricte & proprie capi. Nota vlterius & finaliter, ꝙ ſi quis impetrauit à Papa beneficium vacans expreſſo falſo modo vacationis, nõ valet collatio: & hoc, ſiue Papa conferat, ſiue mandet conferri, niſi aliud exprimatur in litteris: puta, quia Papa mandauit, vt mihi conferretur beneficium vacans per mortem talis, vel etiam quocunque alio modo vacet.

[Glo. prima ſummat, & dicit, quid declaret.]

a ¶ Suſceptum.] vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem ſunt diuerſa: & ideo in litteris ad beneficia impetratis, vno expreſſo, non venit reliquum. h. d. emanauit ad declarationem eorum, quæ no Hoſt. ſup. de offi deleg. ex parte. 1.

b ¶ Apoſtolica ſede.] idem ſi ab alio, qui hoc mandare poſſet: puta, legato, qui ad hoc haberet ſpeciale mãdatum: aliàs legatus hoc non poteſt, vt inf. de offi. leg. c penul. §. prohibemus.

c ¶ Alteri.] expreſſo vel non expreſſo, non curo: licèt interdum ſit differentia, vt ĩ. de offic deleg. ſi is cui. & inf. de præb. is cui.

d ¶ Ille.] qui beneficium obtinebat.

¶ Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

e ¶ Humanis.] Arg. contra inf de off deleg. ſi delegatus. 1. reſponſo. Solu. de propria ſignificatione vocabuli, Abeſſe dicitur, qui non eſt in rebus humanis. ff. de verbo. ſignific. mulieris. §. fin. non ſic in propria ſignificatione dicitur renunciaſſe (vt infra dicam) qui mortuus eſt: cum renunciatio ſit voluntaria, illa coacta: ideo ſecus. Et ſtrictiſſime ſit interpretatio in reſcriptis ad beneficia. 2 infra de præben. quamuis. 1. in princ. & concordat ad hoc. ff. de libe. & poſthu. l. commodiſſime.

f ¶ Cum non per reſignationem.] ratio, Io. And.

g ¶ Per mortem.] & in his forma mandati diligenter eſt ſeruanda. inf. de præb cui de non. in ſi.

h ¶ Expreſſe.] quia expreſſit ſe velle beneficium tali conferri reſignatione, vel quocunque modo 1 vacauerit: & facit ſ. eo. c. 2. & ĩ. de præb. ſi motu ꝓprio. in ſi.

[Gloſſa ſequens vltimo recitetur per obiectionem, quã ſoluit, & tex. fortificat.]

i ¶ Primo.] 3 Ex hoc videbatur debere præferri, vt ĩ. eo. tibi qui. & ĩ. de præb. eum cui Sed non eſt ita: quia licet ille poſterior ſit tẽpore, iure tamen eſt potior, eo quòd verum dixit, primus autem falſum. Eadem ratione dico, quod poſito, quod nullus impetrauerit ſecundo beneficium illud, non debebitur impetranti, qui falſum ſic expreſſit; nihil enim ad rhombum impetratio ſecundi: quia ſi ius habuiſſet in beneficio primus, per ſuperuenientem impetrationem, ſine prærogatiua illud perdere non potuiſſet: & eſt ſi. ſupra de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ, c. diſcretionem.

k ¶ Qui tenebat.] accipe infra illud, Aſſerente uacare. aliàs, proponente.

l ¶ Eiuſdem.] ſcilicet, qui tenebat.

m ¶ Secundus.] qui de ceſſione dixit.

[Glo. ſeq. allegat duas concor. obiicit, & obiectionem coadiuuat per duo ſimilia: demum obiectionem ſoluit & remittit.]

n ¶ Non morte.] nota ergo, quòd aliud eſt cedere, aliud eſt decedere: ad idem infra de præb. quamuis tibi. & infra de verb. ſignific. cap. vlt. Sed nonne renuncians, quoad eccleſiam habetur pro mortuo? vt 7. q 1. c. in apibus. § ecce in quibus. ſicut & vir ab vxore iudicio eccleſiæ ſeparatus, quantum ad ipſam pro mortuo reputatur. 33. quæſt. 2. in ſumma in prin. ſicut & monachus mortuus reputatur mundo. 16 q 1. placuit. 2. Sol. dicit lex, quòd per fictionem iuris veritas non confunditur, nec deletur. C. de iu do. in rebus. in princ. licet igitur renuncians quoad ipſam eccleſiam fingatur mortuus: tamen mortuus non eſt: nec idem eſt per omnia in eo, quod in mortuo: Nam talis de nouo poſſet ad eccleſiam reaſſumi. ſupra de renun. ex tranſmiſſa. quod in mortuo eſſe non poſſet. Bene ergo dicit Io. qui no. in præd. capi placuit. 16. q. 1. quòd nunquam mors ciuilis naturali comparatur, niſi in caſibus expreſſis in iure. Ad hoc optime. ff. de verbo. obligat. ex ea parte. § in inſulam. & ff de donat. inter vir & vx. l. ſed ſi mors. §. cum autem. Et licet aliàs in beneficijs larga fiat interpretatio: in litteris tamen beneficialibus, quæ ambitioſæ reputantur, fit ſtricta: vt inf. de præben. quamuis. 1. intelligimus ſtr ĉte de morte naturali, 4 prout verbum ſonat: & adde quod dicam. inf. de præb. quamuis. 2.

o ¶ Præferri.] nota ergo pro illa regula quæ dicit, Qui prior eſt tempore, potior eſt iure: ad quod facit infra eod. tibi qui. & de præbend. eum cui. intelligitur cum vtriuſque par eſt cauſa, vt ff. de regu. iur. quotiens vtriuſque. & dicam infra de regu. iuris. qui prior. Si autem potior eſt cauſa poſterioris: potior erit in iure, vt hic, & infra de præbend. hi qui. & cap. ſi à ſede. ff. de priuil. credi. l. priuilegia. C. qui po. in pigno. hab. l. vlt.

† No. ĩ materia ſtricta illud cenſeri omiſſũ, qđ non exprimitur. l. ſi cũ dotẽ. ff. ſol. ma. l. cõmodiſſime. ff. de libe. & poſthu. c. ſi cui. inf. de ver. ſign. nec fit extenſio ad omiſſum ẽt ex maioritate rõnis. c. ſi cui de non. inf. de præb. Phil. Fe. de Anchar. Font.

2 Etiam in priuilegiis, quoad non cõprehenſa & oĩ modo diuerſa à cõprehẽſis in priuilegio. Philip. F.

1 De illa clauſula Phili. hic latè.

3 Iſtã gl. ſequitur Do. Fontanus.

4 Naturali. Sic, cũ de ętate fit mẽtio, de naturali intelligẽdum eſt; non de ea quæ imperiali beneficio ſupple-tur. C. de his qui ve. æta. impe. l. fin. Arch.

GRatia.] Primo ponit dictũ, & ſuam cauſam: Secundo ſoluit dubium emergens: ibi, Vtrumque. Do.

¶ Præſupponendũ eſt pro intellectu huius cap. ꝙ cum quis a ſede Apoſtolica impetrat beneficium vacans: impetrans debet facere mentionẽ de beneficio ſuo quantũcũque modico, immo etiam ſi impetret literas vel expectatiuas ad beneficia a ſede Apoſtolica, vel à legato Papæ, debet facere mentionẽ de beneficijs obtentis quantuncunque modicis: aliàs litteræ eſſet ſurreptitiæ. Secus eſſet ſi quis impetraret beneficium ab ordinario.

CASVS. Ego conſtitui procuratorẽ meũ ad acceptandũ & accipiendũ poſſeſſionẽ actualem, & realem quorumcunque beneficiorum, & affirmandum in forma communi: poſtea arripui iter Romam, mihi abſenti fuit collatum aliquod beneficium, procurator meus acceptauit illud beneficiũ, & ego iſta ignorabã: poſtea vacauit aliquod beneficium: illud beneficium impetraui a Papa, vel eius legato: in impetratione mea non feci mentionẽ de alio beneficio, vtrum valeat iſta collatio beneficii mihi facta? Reſpon Romanus Pontifex, quòd ſic. Sed vtrum potero tenere iſta duo beneficia ſimul? Reſpondet quod non, ſi ſint incompatibilia: ſed dabitur mihi electio, vt eligam vnum vel aliud.

¶ Idem.

¶ *Licet ignorans beneficium ſibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent litteræ: alterum tamen eliget, ſi de iure ſimul teneri non poſſint. Ioan. And.*

CAP. VII.

GRatia,[a] quam ſuper beneficio à ſede Apoſtolica[b] te impetraſſe proponis: vitioſa[c] reputari non debet, quamuis de alio beneficio ab epiſcopo tuo antea[d] tibi abſenti & ignoranti[e] collato, nullam (cum tempore impetrationis neſcires[f]) feceris mentionem. Vtrunque[g] tamen, (ſi talia ſint beneficia, quæ ſimul nequeant de iure[h] teneri) habere non potes.[i] ſed eligas[k] quod ex eis malueris retinere.

[Prima glo. ſummat.]

a ¶ Gratia.] licet ignorans beneficiũ ſibi collatum in impetratione alterius illius mentionẽ nõ fecerit, valẽt litteræ; alterũ tamen eliget, ſi ſimul teneri non poſſint.

b ¶ A ſede Apoſtolica.] idem ſi ab alio: & facit ad hoc ĩ. de offi. leg. c. vlt.

c ¶ Vitioſa.] eſt enim gratia vitioſa, quando in impetratione beneficij ſubticetur aliquod beneficiũ, quantuncũque modicũ. vt ĩ. de præb. ſi motu proprio, niſi forte proprio ſuo motu Papa beneficium conferret, vt ibi. Hinc eſt, ꝙ expreſſio beneficii diſpenſationẽ non operatur: ſed hoc ſolum, ꝙ litteræ ſurreptitiæ non dicuntur, vt co. ti ĩ. de præb non poteſt. in fi.

ADDITIO. Ita & hic licet ignorantia probabilis excuſet à vitio ſurreptionis: non tamen diſpenſat contra concilium, c. de multa. de præb. 10. Mo.

d ¶ Antea.] quaſi poſt nulla fuiſſet dubitatio.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.]

e ¶ Ignoranti.] idem intelligo de ſciente antequam acceptet, vel ratam habeat collationem eãdem. Cũ enim ante hoc beneficium ſuum dici non poſſit, non eſt neceſſe de ipſo fieri mentionem: infra de prębend ſi tibi abſenti. Et no. ex hac decre. & illa, ꝙ beneficia eccleſiaſtica licite conferuntur abſenti: Simile in procuratore, qui conſtituitur etiam abſens, vt infra de procur. licet. & ff. de procurato. l. 1. in fi. Sed hic[1] forte procurator præſens, habens mandatum ad talia, ratum habuerat, & acceptauerat, per id, quod dicit in fine, Retinere. vel dic, in beneficiis vel litteris ad beneficia impetrandis, nihil debet taceri, quod poſſit mouere animum concedentis: & de tali beneficio antequam acceptet, debet facere mentionem. Ad hoc ſupra eod. in noſtra. & ĩ de præb. quamuis. 1. & cap. ſi motu. maxime cum habeat ius ad rem.[2] inf. de conceſſ præb. c. vlt. & in prædicta decr. ſi tibi.

1 Iſta placet Doctoribus reprobata prima. Fon.

2 Et nudo cõſenſu cõſtituat ſibi ĩus in re, ꝙ non facit vacationẽ expectãs, qui tñ id teneẽ exprimere, vt in prædicta decretali, ĩ noſtra. Io. And.

f ¶ Neſcires.] diuinare enim non tenebatur: quia id humanũ non eſt. ſup. vt eccl. benefi. vt noſtrum §. cum enim. verſi. porro. Io. And.

g ¶ Vtrumque.] ſcilicet, impetratum à Papa, & collatum ab epiſcopo.

[Gloſſa ſequens quęrit, & remittit: ponit quattuor opin tertiam reprobat: ad quartam ſignat contrarium, & ſoluit.]

h ¶ De iure teneri.] ſed quæ ſunt hæc beneficia, quæ poſſunt ſimul de iure teneri? Super hoc vide Spec. tit. de leg. §. reſtat. verſic illud autem. Poſſet dici, ſecundum Innoc. qui hoc tenet ſupra de elect. dudum. de præben. cum iam dudum. quòd habere plura beneficia non curata, & quæ de conſuetudine vel ſtatuto reſidentiam non requirunt, non eſt peccatum, nec contra iura: & de talibus hic poſſet intelligi. Vel poſſet dici ſecundum Goffr. qui hoc not. ſupra de cleri. non reſiden. cap. 3. quòd de iure poteſt quis habere plures præbendas, quãrum altera per ſe non ſufficit: allegat eodem titu. conquerente. ad quod facit etiam ſupra de præben. cum teneamur. Vel dic, quòd loquitur de beneficijs vnitis, annexis, vel dependentibus: illa enim ſimul poſſunt de iure teneri. Sed hæc lectura non procedit: per collationem enim vnius haberet vtrumque,[3] & ſic non fuiſſet neceſſaria alterius collatio. Vnde dici poſſet, opinionem Innocen. veram eſſe: quam ſequitur conſuetudo, quam Papa ſcit, & tolerat:[4] vel ſaltem opinio Goffred. argumen. ſupra eodem, ſi gratioſe. argumen. pro & contra, infra de præben. is cui. Vel dic, quod littera iſta loquitur de ijs beneficijs, quæ prætextu conſuetudinis vel ſtatuti ſuper hoc ex cauſa facti, ſimul teneri poſſunt. Ad primum, de conceſ. præbend. ex parte. in fine. Ad ſecundum de conſtitut. cum omnes. & eſt ſimile de iure, ſupra vt lite pend. cap. primo, & ſupra de elect. Cumana. ad finem. Ad primum contra. de conſuetu. cap primo, ſupra de conceſſ. præbend. litteras. Solu. illud ſpeciale in duobus beneficijs in vna & eadem eccleſia. Secus in diuerſis: vnde videntur facere pro. & facit quod not. Hoſti. in prædi decret. litteras. in glo. non obſtante. in fi.

3 Gloſ. eſt ſing. & notabilis Do. & Phil.

4 Et iõ valet ſm Doc. glo. eſt §. leges. 4 diſ. vbi ð Dom. hic late loquentẽ, qñ licet plura beneficia tenere. Font.

i ¶ Non potes.] de iure communi, diſpenſatiue tamen poſſet. Et ſi quæratur, per quem diſpenſari poſſit: vide quod not 70 diſt. ſanctorum. in gl. 2. 21. quæſt. 2. ſi quis iam tranſlatus. de elect. dudum. 2. de præben. de multa. de conceſ. præb. litteras. & infra, de conſuetu. cap. 1. Ioan. And.

[Glo. ſeq. primo dat ſimile, ſecundo quærit arg. pro & contra & ſoluit.]

k ¶ Eligas.] ſic & olim electio dabatur ei, qui duo beneficia curata ſimul habebat, ſupra de præbend. referente & c. præterea.[5] hodie ſecus. eod. titu. de multa. Sed numquid electo vno re integra pœnitere poterit, & aliud eligere? Argum. quòd ſic. 2. quæſt. 6. cap. ei, qui § ſi quis libello, ſupra de elec. in cauſis § quia vero. de iu. patr. cum autem.[6] quod facit etiam contra & infra de offi. deleg. quamuis. & infra de procu. quamuis. & infra de reg. iur. mutare. cum ſim. Arg. contra. 32. q. 5 horrendus. de iureiur. quemadmodum. ſupra eod. lib. de reſcrip. c. 2. & infra de reg. iur. quod ſemel. cum ſuis concor. Sol. ſatis videretur, ꝙ re integra poſſit mutare conſilium, & aliud eligere per prima iura Ad hoc ĩ de præb ſi tibi abſenti ff de opt. leg l. mancipiorum. Contrarium tene per prædi. re quod ſemel. ad hoc ĩ. eo. c. pen. in fi. & de poſtu. c. 1.

5 ĩ. de ęta. & qual. ad te.

6 Et c. cum laici. vbi de hoc in 1. gl. Io. And.

ADDITIO. Ioan. Monachus ſ. de præb. ſi tibi. ita diſtinguit. Aut optio, vel electio data eſt in contractibus: & tunc variare licet. ff. de verb. oblig. cum qui certarum. in fi. de actio. emp. l. ſi ſterilis. § fin. Aut in beneficijs vel vltimis voluntatibus: & hoc dupliciter. Aut tenuit electio. & tũc nõ potuit variare, ff. de le. 1. ſerui electione. ff. de opt. leg. l. apud Aufidiũ. Aut nõ tenuit, & hoc dupliciter, Aut illã fecit optans iure proprio, & tũc iterato poteſt optare. ff. de op. leg. l. 2. §. fin. & l. ſeq. ad inſtar iudicis ordinarij qui poteſt iterato cognoſcere cum ſententia eſt nulla. C. de accu. ſi accuſatoribus, & l. abſentẽ. & ſ. de conceſ. præ. nec captã dæ. 2. reſponſo. Aut iure alieno, & tunc iterare non poteſt. Infra, de elect. ſi compromiſſarius. § 1. & vide quod ibi not. in §. idẽ ſit. in vlti. glo. ad inſtar iudicis delegati. C. quomodo & quando iud l. ſi vt proponis. §. 1. De materia vide quod ſcripſi de teſti. præſentata, ſuper ver. optione. Ioan. Andr.

¶ Idem.

¶ Si reſtituatur quis ad gratiam reuocatam, ſine alterius præiudicio intelligitur reſtitutus: vnde alteri ante reſtitutionẽ impetrãti præferri non dẽt. Io. An.

CAP. VIII.

QVamuis[a] is, cuius gratia,[b] (per quã mandabatur † in certa eccleſia prouideri[c] ſibi de beneficio proxime[d] vacaturo) per nos fuerat reuocata,[e] reſtituatur à nobis denuo ad eandem: non tamen ei cui poſt reuocationem,[f] & ante reſtitutionẽ prædictas, ſimilis[g] in eadem eccleſia gratia facta fuit (niſi † de hoc expreſſe[h] dixerimus) anteferri debebit. Cum talis[i] reſtitutio, vbi aliud non exprimitur,

† Hodie huiuſmodi mãdata de prouidẽdo oĩno ſunt ſublata per conc. Trid. ſeſ. 24. de reſor. cap. 19.

† In antiqs codicib. ita: niſi hoc expreſſe diximus.

QVamuis is, cuius.] Ponit dictum, in quo inſerit exceptionem. ibi Niſi. & ponit rationem dicti, ibi, Cum talis.

¶ Præſupponatur primo, ꝙ inter expectantes auctoritate Apoſtolica habet locum illa regula: qui prior eſt tempore, potior eſt iure, vt ſi ſint duo vel plures, qui in eadem collatione habent ſimiles gratias expectatiuas tunc in beneficio quod primo vacabit, eſt præferendus ille, qui prior eſt in data.

CASVS. Hoc præſuppoſito poteſt ſic figurari: Papa mihi in eccleſia Pictauienſi fecit gratiam hoc anno: quia ipſe mandauit canonicis ipſius eccleſię vt me reciperẽt in fratrem & canonicum: & præbendam vacantem, vel proximo vacaturã mihi aſſignarent, cum clauſula decreti irritantis. ſi canonici facerent in præiudiciũ meæ gratiæ: Tractu tpis accidit, ꝙ Papa reuocauit gratiam mihi factã, & anno ſequenti fecit tibi in illa eccleſia ſimilem gratiam, quia mandauit dictis canonicis &c. Accidit, ꝙ ego primus acceſſi ad Papam: & petij, vt ipſe dignaretur me reſtituere ad meam gratiam, quàm ipſe reuocauerat: quod fecit: Poſt vacauit præbenda in eccleſia Pictauienſi: Quæritur nunc, an præbenda debeatur mihi vel tibi ſecundo, attento ꝙ mea gratia fuit reuocata? Reſpondet Papa, ꝙ quando reſtituit aliquem ad gratiam reuocatam, hoc facit ſine præiudicio alterius: ideo reſpondet ad quæſtionem, ꝙ licet ſim primus habito reſpectu ad gratiam, non tamen ſum primus habito reſpectu ad reſtitutionem: ideo tu ſecundus in data gratiæ, es mihi præferendus: quia nos attendimus tempus reſtitutionis, & non tempus datæ gratiæ: Et hoc verum, niſi Papa aliud diceret in reſtitutione: videlicet, ꝙ me reſtituit ad datam & prioritatem temporis, & vult gratiam meam valere perinde, ac ſi reuocata non fuiſſet, etiam quo ad prioritatem temporis. Nota primo ex textu iuncta gloſſa, ꝙ ſi ſub eadem collatione ſunt plures expectantes habentes ſimiles gratias: ille præfertur qui eſt prior in data. Et ſic habet locũ illa regula, Qui prior eſt tempore: Secus ſi non haberent ſimiles gratias: quia aliqui habent aliquas prærogatiuas: puta, ſi Papa mandet ſecundum in data præferri quibuſcunque: tunc ſeruanda eſt voluntas Papæ, quia in his ſpiritualibus Papa habet plenam diſpoſitionem. Nota ſecundo principalem effectum, ad quem emanauit iſtud cap. videlicet, quod cum Papa aliquem reſtituit ad gratiam reuocatam, nõ videtur in dubio velle ꝑiudicare iuri alterius: Et iſtud facit ad deciſionem talis quæſtionis, videlicet: Aliquis vaſallus commiſit felloniam contra Regem, propter qd eius bona ſunt confiſcata: pendente illo tempore princeps dat feuda aliis: tractu temporis iſte, qui cõmiſit felloniã, reſtituitur per principem, vtrũ reſtituatur ad bona ſua confiſcata? Textus iſte facit, ꝙ non: quia princeps vr̃ illũ reſtituere ſine præiudicio alterius: & hoc verum, ſi princeps ſimpliciter reſtituat, quia tũc non videtur remouere ius alteri quæſitum.

[Gloſſa prima ſummat.]

a ¶ Quamuis.] ſi reſtituatur quis ad gratiam reuocatam, ſine alterius pręiudicio intelligitur reſtitutus: vnde alteri ante reſtitutionem impetranti præferri non debet.

b ¶ Gratia.] conceſſa forte à Nicolao iiij. vel Cœleſtino v. Ioan. And.

c ¶ Prouideri.] nec adhuc prouiſum erat, nec ad poſſeſſionem deuenerant, vnde habebant ius nõ in re, ſed ad rem. ſ. de conceſ. præb cap. vlt Ioan. And.

d ¶ Proxime vacaturo.] quod ſolus Papa facere poteſt de conceſ. præb. cap. 2.

e ¶ Reuocata.] tenorem huius reuocatoriæ conſtitutionis, non habemus: ſed de ipſa fit mentio. ſ. de præb. c. pen. & antepe de conceſ. præb. c vlti. Reuocatoria illarum Nicolai incipiebat, Pridem ad apicem. Illarum Cæleſtini, Olim Cæleſtinus. & c. dudum. Ioan. And.

f ¶ Poſt reuocationem] idem & multo magis ſi ante reuocationem.

g ¶ Similis.] ſ. de beneficio proxime vacaturo.

h ¶ Expreſſe diximus.] hoc enim Papa facere poteſt ad hoc ſ. de præb. cap. penul.

ADDITIO. facit clem. quoniam. de immu. eccl.

[Glo. ſeq alleg. in contrarium, fortificat textum, & contrarijs reſpondet: ſecundo argum ad quæſtionem, ponit opin. Goffr. contra quam alleg. 5 iura. & remittit: demum ſubdit tres opiniones.]

i ¶ Cum talis.] ecce ratio: Et aduerte, quia in contrarium videbatur ex eo, quia reſtitutio eſt prioris ſtatus reparatio: & reſtitutus in priſtinum ius recidit. arg. 15. q 6. nos ſanctorum, & cap. iuratos. & ſ. de elect. quia diligentia. 2. q. 3. c. ſi quem in fine & C. de ſen. paſ. l 1. Reſtitutio enim hoc operari debet, vt nec proſit, nec obſit quod euenit. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. 1. reſponſo. & ff. de mino quod ſi minor. §. reſtitutio Sed contrarium eſt verum, vt hic; & ſic pro parte hac debuit quæſtio terminari per decre. de renun. ex tranſmiſſa. & de ſimo. ex inſinuatione. & concor. C. de remiſ. pig. l. vlt. vbi, ſi de voluntate creditoris debitor pignus diſtrahit, ſi iterum deueniat ad ipſum debitorem, res illa diſtracta, non renaſcitur hypothecaria, quam habebat à principio: actio enim ſemel extincta. &c. de conſecra. diſt. 4. quæris. §. item per hanc, in glo. 1. ff. de ſolu. qui res. §. aream. Ad contraria. reſpondetur, quòd hic non eſt vere reſtitutio: immo quædam non conceſſio per prædicta iura. † Et nota, quòd hæc decre. facit in argu. ad quæſtionem dominicalem: an ſcilicet, epiſcopus inuito patrono reſtituere poſſit presbyterũ per ſe depoſitum. & determinauit Goffred. de renun. ex tranſmiſſa. in fine, quòd non: per l. C. de nupt. ſi vt proponis. 2. vbi dicitur, quod in matrimonio reſtaurando per filium poſt diuortium, requiritur conſenſus

† No. ꝙ reſtitutio ad gratiam extinctã non retrotrahit ad tp̃s primæ conceſſionis. Vnde ſi creditori poſt pactũ de non petẽdo, fiat pactũ de petẽdo, nõ recuperat intereſſe neq; vſuras medij tpis. P. de Anc. Domi. Fon.

patris: ſicut à principio in contrahendo In contrarium facit, de renun. poſt translationē. de Iudę. Iudæi de ciuitate. & c conſuluit. de ijs quæ fiunt à præl. cum Apoſtolica 17. q 1. eos. & not. de hoc 24. q. 4. Nabuchodonoſor. in princ. Dicebat Hoſtien. opin. Goff. eſſe veram, cū reſtituitur ab inferiore: ſecus ſi à Principe, p iura ſuperius p reſ. tuto inducta. Barth. Brix. in quæſtione dominicali,[1] quæ incipit, Sacerdos aliquis fuit: dixit, ꝙ ſi depoſitus appellauit infra decem dies, reſtitui poteſt inuito patrono: aliàs non. Tunc dixit, ꝙ ſi eps̄ puenit in reſtitutione patronū, valet reſtitutio, aliàs non: ꝙ approbat Hoſti in prædi. decr. ex tranſmiſſa & de elect. innotuit. & facit quod no. ī de conſti. cū ac ceſſiſſent in vlt. glo.

[1] Dominicali ſingu. 64. Et ſolutio eius cōiter approbatur per c. decernim⁹. 10. q. 12. Io. And.

tractu temporis non conualeſcunt. Nota finaliter, ꝙ litteræ ad beneficia poſſunt pro parte valere, & pro parte non valere, vt in caſu huius capituli: Nam ſi minori vigintiquinque annis facta fuerit gratia reſpectu beneficij curati: litteræ non valent: & tamen reſpectu aliorum beneficiorum, valent: & ſic vtile per inutile non vitiatur.

intelligatur [a] fieri ſine iuris præiudicio alieni.

¶ Idem.

¶ In litteris ad beneficia impetratis, inſpicitur tempus datæ: Vnde per illas beneficium curatum obtinere non poterit: qui licet nunc ſit maior, illo tempore minor erat. Io. And.

CAP. IX.

SI [b] eo [c] tempore, quo tibi de beneficio cum cura, [d] vel ſine cura mandauimus prouideri, ad obtinendum curatum beneficium idoneam [e] † non habebas ætatem: tibi, licet nunc legitimæ effectus [f] ſis ætatis, auctoritate litterarum huiuſmodi (cum tempore datæ [g] ipſarum adhuc [h] non eſſes idoneus.) de beneficio curam [i] animarum habente nequaquam poterit prouideri. Beneficium [k] autem ſine [l] cura (cum ad ipſum ſufficientem tunc [m]

[Gloſſa prima ſummat.]

b ¶ Si eo.] in litteris ad beneficia impetratis inſpicitur tempus datæ: vnde per illas beneficium curatum obtinere non poterit: quia licet nunc ſit maior, illo tempore minor erat.

[Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ibi remittit.]

c ¶ Si eo.] contradicit ad hanc, ī. de præben. ei cui prouideri. ibi ſoluitur.

† Quæ ſit idonea ętas in quolibet ordinato tradit Pan. in ca. ſuper inordinata, de præb. † al. ita, ad hoc. al. ita, ad id.

a ¶ Intelligatur.] concor. infra eo. cap. 2.

SI eo tempore.] Vnius thematis duo dubia ſoluit: & vtriuſque cauſam reddit: ſecundū ibi, Beneficium. ¶ Præſupponendum primo, ꝙ quis non poteſt obtinere beneficium curatum, niſi attigerit 25. annum.

CASVS. Quidam Titius minor 25. annis, quia forte in 24. anno a ſede Apoſtolica impetrauit litteras gratioſas ad ep̄m Pictauieñ. ſub hac forma: Mandamus, vt tali prouideas de beneficio cum cura, vel ſine cura, quod de præſenti vacat, alioquin de proximo vacaturo: Accidit, ꝙ antequam vacaret aliquod beneficium, iſte Titius effectus eſt maior, quia peruenit ad 25. annum & vacauit eccleſia parochialis, quam Titius petit ſibi conferri virtute ſuæ gratię: Dicit epiſcopus, quod illud beneficium curatum non comprehendebatur ſub ſua gratia: quia tēpore impetrationis ipſe erat incapax ad obtinendum illud beneficium curatum. Dicit ex aduerſo impetrās, ꝙ licet tempore impetrationis eſſet incapax ad obtinendum illud beneficium curatum: tamen nunc ipſe eſt capax: vtrum benedicat? Reſpōdet Romanus Pontifex ꝙ non: quia requiritur capacitas tempore impetrationis, & non ſufficit capacitas tempore vacationis: Sed vtrum vitietur beneficium ſine cura per clauſulam, Cum cura: puta, quia Papa mandauit vt eps̄ tali Titio conferret beneficium vacans vel proxime vacaturum cum cura vel ſine cura: vtrum per clauſulam, Cum cura, vitietur clauſula, ſine cura, ita ꝙ tota ipſius gratia ſit vitiata? Reſpōdet, quòd non: ideo ſi vacet aliquod beneficium non curatum, epiſcopus tenetur ei illud cōferre: & ſi eps̄ nolit conferre, tunc impetrans habebit recurſum ad ſuum executorem, qui ei conferret illud beneficium non curatum nō obſtante recuſatione ep̄i: quia vtile per inutile non vitiatur, quando ſunt ſeparabilia: ſecus ſi eſſent inſeparabilia: Nota primo ex hoc textu iuncta gloſ. ꝙ minor 25. annis non eſt idoneus ab obtinendum beneficium curatum: tamē ſufficit, ꝙ compleuerit xxiiii. & attigerit. xxv. annum, vt dicitur in cap. cum in cunctis. ī de electio. licet ſecus ſit in epiſcopo: quia requiritur in epiſcopo, ꝙ compleuerit annum 30. & inceperit annum 31. Quæ ætas requiratur in quolibet ordinato, tractat Panorm. in cap. ſuper inordinata. de præb. in ant. Nota vlterius illud, ad quod allegatur iſtud capitulum: ꝙ reſpectu illius, pro quo ſcribitur, attenditur tempus datæ literarum, & non tempus vacationis, & iſte eſt principalis effectus huius capituli. Et ratio huius poteſt aſſignari: quia litteræ fuerunt nullæ reſpectu illius incapacitatis: ergo

d ¶ Cum cura] niſi hoc fuiſſet expreſſum, de curato prouideri non poſſet. ſupra de præb. cap. vlt. & ĩ. de præb. cum in illis.

e ¶ Idoneam.] ſcilicet 25. annorum. ī. de electio. cum in cunctis.

f ¶ Effectus.] ſpectamus ergo initiū & facit ī. de elec. dudum, 1. & quod ibi not. Nec firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non valebat. ĩ de reg. iu. non firmatur. cum ſuis concor.

g ¶ Cum tempore datæ.] ſic nota inſpiciendum tempus datæ: ſic ī. eo. eam. te. & ĩ. eod. tibi qui. & de præb. cum cui.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem: alleg. pro, & ſoluit contrarium.]

h ¶ Non eſſes idoneus.] propter defectum ætatis.[1] & idem dici poſſet de defectu ordinum. arg. ī. de ætate & qual præterea. ſed hoc eſt falſum, vt ĩ. de pręb. ſi pro clericis pauperibus.

i ¶ Curam animarum.] in his, qui ad curata beneficia promouentur, requiritur maior idoneitas, quàm in alijs: & ideo ſi mandatur prouideri de dignitatibus, perſonatibus, vel beneficijs, de cura mentione non habita, de curatis, dignitatibus, perſonatibus, vel beneficijs non poterit prouideri. ĩ. de pręb. cum in illis.

k ¶ Beneficium.] quia poterat dubitari, ne illa inutilis adiectio, ſ. Cum cura, vitiaret in totū reſcriptū: ſcilicet, ꝙ nec etiam de ſimplici poſſet prouideri: ideo annectit quod ſequitur. & ſic no. vtile non vitiari per inutile. ĩ. de reg. iu. vtile, cum ſuis concor.

l ¶ Sine cura.] quia ex ſe curam non habet: ſi autem habet annexam parochialem & curatam eccleſiam, dic vt dicam ĩ. de præb. ſuper eo.

m ¶ Tunc.] ſcilicet tempore impetrationis.

ADDITIO. Adde ergo, ꝙ ſi quis impetrauerit beneficium cum cura vel ſine cura, & tempore impetrationis eſt legitimæ ætatis: ſi vacat ei debetur, vt in hoc capit. & hic no. in glo. iſta antepe. Contrarium not. de præb. ĩ. c. ei cui eo. li. vbi apparet ſufficere quòd tēpore vacationis habeat ſufficientem ætatem. Sol. ibi not. in 3. gloſ. quia prima gloſ. loquitur in impetratione curati, ſecunda in impetratione ſacerdotalis. Satis obſtat quod nota. eod. titu. non poteſt. in 4. gloſ. Sed credo glo. cap. ei, cui. poſſe ſuſtineri, licet aliqui contra: quia plus eſt habere curatum in actu & habitu, q̃ in habitu tm̄: ad hoc quod not. de cleri. non reſid. quia nonnulli. ſuper ver. parochiales, & per Hoſtien. de offi. Archidia. cum ſatis. & Io. And. ſuper ver. animarum & opti

[1] Illū defectū probabit obijciēs q̄a fundans ſe ī ętate d̄bet illā probare. Do. Adde Bar. in l. de ætate. ff. de mi. Fon.

me probat extrauagans Ioan. execrabilis. iuxta finem. verſi. quantum autem. Et quod not. in præalle. c. ei cui. ſuper ver. licite, in nouella. & vide contrarietatem glo. Greg. Sed adhuc inſto per hunc textum in fi. & in gl. quę loquitur in beneficio ſimplici. Vnde poteſt ſic dici, ꝙ eſt quædam inhabilitas ratione ętatis tēporaliter ad beneficiū, quædam ſolum ratione ętatis ad qualitatē beneficij curati, quędā ſacerdotalis tantum. In prima & ſecunda inſpiciamus tpͣs impetrationis, in tertia tempus vacationis: quia plus eſt aliquē eſſe inhabilitatū ad totū, quàm ad partem, vel ad qualitatem paruam: ad hoc quod notatur hic in nouella, de æta. & qua. indecorum. de præb. ſuper inordinata. & quod not. de corpo. vitia. c. 1. & 2. & fi. Et forte ſpeciale eſt in iſta qualitate ſacerdotali, vt hic ſentit Ioan. And. & adde quod notatur. ſ. de conceſ. præb. cum noſtris. per Innoc. & Ioan. And. in additione quæ incipit: Et in clementina. Hieronymus Clarius Brixien.

ætatem [a] haberes) per eas licite [b] poteris obtinere.

¶ Idem.

¶ *Gratia generalis non præiudicat ſpeciali: & debet facere mentionem de præcedenti priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto. hoc dicit. Zenze.*

{Gl. ſeq. quærit, allegat opin. interſerens, & ſoluit.}

[1] Iſtam gl. ſequuntur Phi. & Do. qui Do. de materia bene concludit. Fon.

a ¶ Ætatem.] ſed [1] quæ eſt idonea ætas in beneficio ſine cura. Vr ꝙ maior quattuordecim ad illa dicatur idoneus: ſ. de præben. ſuper inordinata. vbi Hoſtienſis hoc tenet in canonicis propter maturitatem conſilij, quod requiritur in illis: nā ibi pueri non dicuntur idonei ad beneficia obtinenda. Certum autē eſt, ꝙ infans dicitur vſque ad ſeptimum annum: puer autem, de ſeptimo vſque ad duodecimum, vel 14 annū. 22. q. 5. pueri. & C. de falſa moneta l. 1. & dixi ſ. in procemio. circa fin. Sed vt ibi notat Bernardus, dici poteſt, ꝙ pueri ibi dicuntur minores ſeptennio. & iſti dicuntur indigni. Septennes autem, & maiores ſeptennio dicuntur idonei: cum enim tales poſſint ordinari. 28. diſtin. de his. cum glo. 1. ergo & in beneficijs intitulari: argumento, de præb. cum ſecundum. Ad hoc optime facit. j. de ele. ex eo. & hæc vera intelligo, niſi eſſent talia beneficia, quæ ſacrum ordinem ex priuilegio, conſuetudine vel ſtatuto, vel alio modo requirerent. & facit quod dicam j. de fil. presb. cap. 1. in reſponſo & probatur expreſſe infra de præben. ei cui prouideri An hodie diſpenſent epiſcopi in ætate. no. ſ. de elect. cum dilectus. & dicam infra, de electio. licet canon. & de ætate & qualitate, cap. vnico. Ioan. And

b ¶ Licite.] id dicimus poſſe, quòd licite poſſumus. 22. q. 2. faciat. Ioan. And.

SI propter.] Propter multiplicitatem intellectuum glo. Ioan. And. non ſummat: poteſt tamen ſic ſummari: Generalis gratia habens clauſulam generalem, ſcilicet: Non obſtante, niſi id aliter exprimatur, non præiudicat iuri ſpecialiter ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio alij quæſito. hoc dicit ſecundum Io. de Fantuzis, ſecundum quem hoc ſummarium comprehendit vtramque lecturam poſitam in glo. Diuiditur ſecundum Ioan. Andr. quia primo ponit thema, & eius dubium ſoluit ibi, Intentionis. caſum exceptum interſerens. ibi, Niſi.

[2] Hic caſus vſq; ad illa verba: vel dic vt j. in vlt. glo. Ioānis An. eſt, & in antiquis codicibus reperitur.

CASVS. [2] Papa conceſſit epo Bonon. debitorum onere grauato priuilegium, quod fructus beneficiorū primi anni vacantium in ſua diœceſi perciperet: & erat hæc gratia vſque ad quinquennium duratura; appoſito in priuilegio, quod non obſtarent conſuetudines, priuilegia vel ſtatuta, per quæ ſua poſſet impediri conceſſio: Vacauit quoddam beneficiū, cuius redditus primi anni de priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto ſpectabant ad fabricam eccleſiæ, vel alium vſum, vel aliquem ſingularem perſonam: quæritur cui debeantur huius beneficij redditus primi anni? Reſpōdetur ſm vnam lecturam, ꝙ debentur fabricæ, vel illi viui, vel ſingulari perſonæ: niſi in conceſſione facta epiſcopo aliud caueretur expreſſe. Vel dic vt j. in vlt. glo.

[3] Hic caſus paulo longior eſt cuiuſdam Heliæ.

CASVS. [3] ſecundum veriorem intellectum: Papa fecit epo Pictauienſi gratiā (videlicet pro exoneratione & ſolutione debitorum ei indulſit) vt fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium in ſua diœceſi perciperet vſque ad quinquennium: In ipſa diœceſi Pictauienſi erāt aliqua beneficia, quæ habebant hoc onus, ꝙ redditus primi anni erant deputati alicui hoſpitali vel fabricę: vacauit tale beneficium: Quæritur tunc, quis habebit redditus primi anni: an epͣs vel fabrica? & vtrum iſta gratia faciat præiudicium fabricæ? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ per talem gratiam non fit præiudicium fabricæ, quo minus percipiat fructus vnius anni: tamē epͣs habebit fructus primi anni, & non fabrica: ſed fabrica habebit fructus ſecundi anni, & inſtitutus in beneficio habebit fructus tertij anni: & ſic fiet ſine præiudicio fabricæ. Et ratio eſt, quia aliàs iſta gratia eſſet inutilis ipſi epo: puta, ſi illud beneficium ſolum vacaret in quinquennio: tunc ſi epͣs perciperet ſolum fructus ſecundi anni, gratia eſſet ei inutilis: quia ſecundo anno eſſet expirata. Et iſtud verum, ꝙ dabuntur fructus epo vel fabricæ deductis oneribus ipſius beneficij, videlicet, ꝙ inſtitutus accipiat moderate aliquam portionem pro ſeruiendo in diuinis: & reſiduum dabitur epo vel fabricæ. Nota primo ex iſto capitulo, ꝙ epͣs non poteſt retinere fructus beneficij vacantis, ſi contingat vacare tempore meſſiū: ſed illos fructus tenetur reſeruare futuro ſucceſſori, quem inſtituet: quia aliàs fruſtra impetraret priuilegium, vt perciperet fructus primi anni beneficiorum vacantium in ſua diœceſi: quia fruſtra precibus imploratur, quod alicui iure communi conceditur. l. vnica, de theſauris. lib. 10. C. Nota principalem effectum huius capituli. videlicet, ꝙ ſi epo mole debitorum grauato fuerit facta gratia, ipſe percipiet redditus primi anni beneficiorum vacantium in ſua diœceſi, ſi tales fructus primi anni antea erant aſſignati fabricæ, vel alicui perſonæ: per gratiam epiſcopi non præiudicatur fabricæ vel perſonæ ſingulari, etiam ſi Papa dixerit in gratia epiſcopi: Non obſtantibus priuilegijs vel conſuetudinibus: ſed debet fieri interpretatio, quia epͣs habebit redditus primi anni, fabrica autem vel perſona ſingularis habebit redditus ſecundi anni, & inſtituti habebunt redditus annorū ſequentium: licet aliqui dicant, ꝙ fabrica haberet fructus primi anni, & epiſcopus ſecundi, & inſtitutus annorum ſequentium.

CAP. X.

SI propter tua [c] debita perſoluenda fructus [d] beneficiorū primi anni, [e]

c ¶ Tua debita.] ad idem j. de præb. ſi tibi 2.

[4] Eligere. Non obſtat ſm Arc. ꝙ eccleſiaſtica beneficia debent ſine diminutione cōcedi. ſ. vt eccle. bñfi. in rubro & nigro: & ꝙ ſpirituale ius ſine temporali non conſiſtit. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. Item ꝙ inane nomen habebit ſine fructibus: quia hoc operatur indulgētia: qđ patet ēt in oībus vltra numerū auctoritate Papali receptis, q expectant, ſ. de præb. relatū. Io. And.

d ¶ Fructus.] nota, ꝙ non habet retinere beneficia, ſed fructus. Vide vt dixi ſ. eo. ſi gratioſe. in hoc caſu vacant beneficia. vnde is, ad quem pertinet electio, infra tempus ſtatutum neceſſario habet eligere. [4] Et facit quod notat Bernardus de magiſt. quia nonnullis. & probatur hoc ſatis j. de præb. ſi tibi conceſſo. Io. And.

{Glo. ſeq. quærit, & ſoluit duo dubia; & ſolutioni ſecundæ ſignat contrarium, cui reſpondet.}

e ¶ Primi anni.] quid dices? computabiturne annus iſte à die fructuum colligendorum, an à die vacationis vel mortis? Credo, à die vacationis computari. Vnde non credo hic ſeruari legem de vaſallo: quæ dicit, ꝙ ſi vaſallus decedat poſt Auguſtum & ante calendas Martij, quòd ad dominum pertinet: alioquin ad vaſallum vel eius hæredem, vt in lib. feud. tit. hic finitur lex regni, cap. ſi vaſallus. Sed credo, quòd à die vacationis vſque ad annum quicquid obuenerit beneficio, & ſeparatum erit à ſolo, totum erit huius priuilegiati. Comparo enim hunc priuilegiatum vſufructuario, qui fru-

fructus ſeparatos & reconditos, ſuos facit. ff de vſu fruc. l. arboribus. §. Iulianus. aliàs incipit, ſi fur. ſecundum moderationem tñ decre. infra de offi. ordin. præſenti. § porro. & facit quod ibi dicam. Et dico, quòd annus iſte habebit ccclxv. dies. vnde ſi vacauerit eccleſia prima die menſis, ſequenti anno prima die eiuſdem menſis finitus ſit annus. & facit quod dicam infra de elect. quàm ſit eccleſijs. & ſi eſſet biſſextus, illi duo dies cedunt ſibi pro vno: pro vno enim computantur, vt ſ. de verb. ſig quæſiuit. ff de verbor. ſignific. cum biſſextus. ff. de diuer & temp. præ. l. 2. in vlt. glo. Licet ſit argu. contra. ff de ſtatu liber. l. cum hæres. § Stichus. Sed illud in pœnis vel odijs, quæ ſunt molliſenda, de pœ. diſt. 1. pęnæ. j. de reg. iu. in pœnis. & facit quod no. in prædi. decre. quæſiuit. & 55. diſt cap. 3.

hic etiam. In vno autem beneficio & eius prouentibus conuertendis ex cauſa in vſum prælati, non erit neceſſaria licentia Papæ: quia cum eps cum capitulo poſſit ſupprimere dignitatem, & propter neceſſitatem poſſeſſiones alienare, multo fortius prouentus percipere.

quæ in tua vacabũt [a] diœceſi, tibi (non obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus, priuilegijs, vel ſtatutis, per quæ noſtra impediri [b] poſſet conceſſio) vſque ad quinquennium [c] de ſpeciali [d] gratia concedimus: [e] intentionis [f] noſtræ nequaquã exiſtit, ſi fructus huiuſmodi eccleſiæ tuæ fabricæ, †vel alteri [g] vſui, ſeu cuicunque ſingulari perſonæ, de ſpeciali conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto [h] forſitã debeantur: quòd eis per conceſſionem [i] ipſam (niſi hoc expreſſe [k] caueatur in ea) præiudicium [l] aliquod generetur.

† No text. hic iungendo cum verbo, ſtatutis. ꝙ eps ſtatuit. ꝙ fructus beneficiorũ vacantiũ debeantur fabricę. Phil & Do. & Pet. Fon.

¶ Idem.

¶ Cauſa ab Apoſtolica ſede, vel eius legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel canonicatum eccleſiæ cathedralis. Nec tractari debent, niſi in ciuitatibus vel locis inſignib. h. d. vſque ad §. cum vero.

[Glo. ſeq. ponit quattuor exempla, & ſubdit genus, demum quærit, arg. negatiue: & contrarium ſoluit.]

a ¶ Vacabunt.] morte, renunciatione, depoſitione, tranſlatione, vel quocunque alio modo. Quid, ſi permutatione? Videtur, quòd ſecus, per decre. j. de rerum permut. cap. vnico. Sed contrarium puto: quia negari non poteſt, quin propter permutationem vacet: & æquitas in eo ſolo caſu iuris rigori præfertur, in quo ſcripta reperitur, in alijs non: non enim ex illo ſpeciali caſu eſt regula danda.

b ¶ Impediri. ſecus ergo ſi differri: & licet intendat per clauſulam, Non obſtante, impedimenta tollere: dilationes tamen tollere non intendit, licet ex dilatione impediri poſſet, vt j. dicam.

c ¶ Quinquennium.] factum narrat: idem erit in citeriori & vlteriori tempore.

[Gl. ſeq. declarat in quo eſt gratia, & quid confert.]

d ¶ Speciali gratia.] quia de iure futuris ſucceſſoribus conſeruari debebant, vel in vtilitatem eccleſiarum expendi. j. de electio quia ſæpe. & de offi ord. præſenti. & intelligo hanc gratiam, & illam quæ ſequitur, ſecundũ moderationem illius decre. præſenti §. porro. ſcilicet, ꝙ hoc ſolum intelligatur de illis fructibus eccleſiarum vacantium, quæ ſolutis debitis, ſi qua ſunt, & his, quæ neceſſaria fuerint, pro ſeruitoribus, & miniſtris, & alijs incumbentibus oneribus vſque ad nouos redditus reperta fuerint ſupereſſe.

[Glo. ſeq. quærit, & opinionem ponit, quam fortificat per aliam opinionem cui opponit, & dupliciter reſpondet]

Legatus de latere, an poſſit concedere fructus primi anni beneficiorum vacantium.

e ¶ Concedimus.] an legatus de latere ſimilem gratiam dare poſſit, tractauit Io. de Deo in quæſtionibus ſuis in princ. & Guil. in Spec. tit. de legato. §. nunc tractemus in ſi. & dicemus, ꝙ dato, ꝙ ex cauſa hoc poſſet: beneficium tamen vel dignitas debet cum aliquo emolumento conferri. Quod verum eſt, vt dixi ſ. in glo. prox. & in glo. nota ꝙ non. Notat etiam Bern. ſ. vt eccl. benefi. vt noſtrum. in vlti. glo. ꝙ epiſcopus ex iuſta cauſa ad tempus poſſet fructus alicuius beneficij retinere: probat per decr. ſ. de verb. ſign. cap. penul. quæ etiam facit contra, cum id fuerit impetratum a Papa. Sed poteſt dici ſic fuiſſe de facto: ad hoc ſup. de fil. presbyt. litteras. vel illud fuit Goff. ed. in fructibus omnium beneficiorum vacantium vſque ad certum tps, vt

ADDITIO. Et hoc eſt verum, dũmodo illa perceptio non concernat vtilitatem ipſius epiſcopi. Do. Fon.

f ¶ Intentionis.] nota ad intentionẽ ſcribentis recurrendum. facit ſ eo. cap 2. & j. de conceſ. pręb. c. vlt. & ſ. de deci. ex multiplici. cum ſi.

g ¶ Alteri vſui.] puta menſæ capituli.

h ¶ Statuto.] nota, ꝙ omnia priuilegia, conſuetudines, vel ſtatuta quacunque firmitate vallata, conceſſa capitulis, conuentibus, vel collegijs cathedralium, regularium & conuentualium eccleſiarum, ſeu ſingularibus earumdem perſonis, vt bona eccleſiarum ipſarum vacantium à prælatis dimiſſa, vel tempore vacationis obuenientia poſſint ſurripere, diuidere, vel in ſuos vſus conuertere, ſunt hodie reuocata & quaſſata per decret. infra de electio quia ſæpe. & cap. ſtatutum. in clement. quæ tamen in alijs beneficijs locum non habet, vt infra de offic. ordina. præſenti. in fine.

i ¶ Conceſſionem ipſam.] ſibi factam.

k ¶ Expreſſe.] ad idem ſ. eod. cum aliquibus. & c. ſuſceptum. & c. quamuis.

[Glo. ſeq. ponit duas lecturas: Contra ſecundam dupliciter opponit, & primam approbat.]

l ¶ Pręiudicium aliquod.] niſi iſtud verbum eſſet ita generale, iſta decret. ſic poſſet intelligi, ꝙ ex ea nil ſequeretur abſurdum: ſcilicet, quòd fabrica vel vſus ille, vel aliæ ſingulares perſonæ ſic priuilegiatæ habeant redditus ſecundi anni: iſte autem priuilegiatus habeat redditus primi anni: & ita bene conſequeretur ſecundum hoc ſuum effectum illa clauſula priuilegij, Non obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus, priuilegijs, &c. Alij dicunt, quod illa fabrica vel alij hic contenti, habebunt redditus primi anni: quia Papa non intendit eis derogare, ſed ſoli ſucceſſori: Iſte autem priuilegiatus habebit redditus ſecundi, qui ſibi eſt primus: ſed quoad ſucceſſorem vel beneficiatum, tertius erit primus: & ſic nullum præiudicium etiam ex aliqua dilatione, generabitur fabricæ: ſed ſecundum hoc poſſet impediri conceſſio, quod eſt contra tenorem ipſius gratiæ. Pone enim quòd in anno quinto, quo finiri debet gratia, vacet beneficium: ſi fabrica primos redditus habeat, epiſcopus nihil habebit. Item quid operabitur illa clauſula: Non obſtantibus, &c. cum ſucceſſori ſine clauſula illa præiudicium fieret? Vnde prima lectura magis mihi placet, 1 & magis eſt amica litteræ, vt dicamus, quòd iſta erat dubitatio Decretalis, an per iſtam conceſſionem ſic factam, ſcilicet, Non obſtantibus quibuſcunque, &c. videretur derogare ipſi fabricæ, vſui, vel ſingulari perſonæ: vt ex quo ex illius priuilegij vigore redditus primi anni habere non poſſunt, amplius nil habeant: Et Papa reſpondet, quòd habebunt redditus ſecundi anni, quaſi ille eis ſit prior, vt illa clauſula, Non obſtantibus, non ſucceſſorem, ſed priuilegiatum tantum coadiuuet.

1 Iſta opin. eſt gl. & cõmunis, quã quã Archi. & Petr. de Anch diſplicẽat. Fon.

STatutum.] Principium huius cap. legitur vſque ad §. Cum vero eiuſdem.

CASVS, ſic figuratur: Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma: & quia habebam ordinarium loci certa ratione ſuſpectũ, nolui ipſum coram ordinario conuenire: ſed à ſede Apoſtolica impetraui causã delegari canonico eccleſiæ beatæ Mariæ Maioris Pictauij, vel canonico eccleſię beati Hilarij maioris, vel ſimplici ſacerdoti, qui non habebat dignitatẽ eccleſiaſticam nec perſonatũ nec canonicatũ eccleſiæ cathedralis: Præſentaui litteras meas delegato, qui Titium meum debitorem ad præſentiam ſuam fecit citari: qui in die citationis comparuit, cui obtuli libellum meum: Qui reus excipiendo propoſuit, quod non tenebatur litigare coram ipſo delegato propter incapacitatẽ perſonæ: quia cauſæ à ſede Apoſtolica non poſſunt committi, niſi perſonis exiſtentibus in dignitate: vel perſonatu, vel niſi ſint canonici eccleſiæ cathedralis: & ſic quia virtute litterarũ delegatus iſte non recepit poteſtatem, quærit an bene dicat? Rñdet Romanus Põtifex, ꝙ ſic: Et hoc verũ niſi Papa hoc faceret ex certa ſcientia: videlicet cõmittendo alicui, quãuis non ſit in dignitate vel perſonatu, vel quãuis non habeat canonicatũ eccleſiæ cathedralis: Sanctiſſime Pater, quęritur vtrũ habentes dignitatem, vel ꝑſonatum, vel canonicatum eccleſiæ cathedralis poſſint cognoſcere in omni loco, de cauſis ſibi à ſede Apoſtolica commiſſis? Dicit Romanus Pontifex, ꝙ non: immo tales delegati, vel ipſorum ſubdelegati debent de cauſis ſibi commiſſis cognoſcere in ciuitatibus, & alijs locis inſignibus, in quibus poſſit haberi copia peritorum. Nota primo, quod cum ſtatutum poſitiuum tractu temporis incipit eſſe dãnoſum, propter varietatem morum mutari poteſt: quia non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta varientur humana. cap. non debet. ſ. de conſanguinit. & affinita. Nota vlterius, quæ perſonæ ſunt capaces iuriſdictionis ſeu delegationis Apoſtolicæ: quia ſolum illæ perſonæ, quæ ſunt conſtitutæ in dignitate, vel perſonatu, vel quæ obtinent canonicatum in eccleſia cathedrali. Sed quomodo cognoſcemus, ꝙ aliquis habeat perſonatum vel dignitatem? Declarat Panor. in cap. de multa. ſupra de præben. vbi dicit, quod recurrendum eſt ad conſuetudinem, vt ſi ſit conſuetudo quod talis habeat pręeminentiam & iuriſdictionem, dicitur habere dignitatem: Si autem ſit conſuetudo, quod talis habeat præeminentiam in eccleſia, & non iuriſdictionem: tunc dicitur habere perſonatum, & non dignitatem. Nota inſuper, ꝙ canonicus eccleſiæ collegiatæ, quantumcunque illa eccleſia ſit notabilis, non eſt capax Apoſtolicæ iuriſdictionis. & ſic eſt correctum cap. præſenti, quod hodie non habemus: de quo ſit mentio in principio huius capituli. Et quamquam canonici eccleſiæ cathedralis poſſint eſſe delegati ad vnam vel plures cauſas: non tamen poſſunt eſſe conſeruatores. cap. fi. ĩ. de off. delega. Nota ꝙ delegati à ſede Apoſtolica, non poſſunt pro libito ſuæ voluntatis cognoſcere de cauſis ſibi delegatis in quocumque loco: ſed debent cauſas examinare in ciuitatibus populoſis, vel alijs locis inſignibus, vbi ſit copia peritorum. Et ſi alibi cognoſcerent, proceſſus non valeret, vt in fine huius capituli, vbi ponitur clauſula, quæ irritat facta contra iſtam conſtitutionem.

a ¶ Statutum.] licet hæc decretalis per paragraphos aliter diuiditur: eam tamen in quattuor partes diuido principales: Prima durat à principio vſque ad §. Inſuper. Secunda abinde vſque ad §. Proferendo. Tertia abinde vſque ad §. Quicquid. Quarta vſque ad finem. In prima ſtatuitur quibus perſonis, & in quibus locis cauſæ à ſede Apoſtolica, vel legatis vel delegatis ipſius cõmitti debeant, & tractari. In ſecunda prouidetur circa exactiones, quæ fiebant in iudicijs ab ipſis delegatis, aſſeſſoribus, vel notarijs cauſæ: & apponitur pœna. In tertia prouidetur circa vocationes teſtium ad iudicium, quę ſæpius malitioſe fiebant, & cauſa fatigãdi teſtes, vel ab eis aliquid extorquendi. In vltima decernitur caſſum & irritum quicquid fuerit factum contra prædicta ſtatuta.

† Vide qđ nouiſſime ſanciuit cõci. Trid. ſeſ. 25. de refor. c. 10.

CAP. XI.

STatutum [a] † quod [b] circa iudices à ſede Apoſtolica [c] deputandos nuper edidimus, cum quædam [d] contenta in eo, quæ pro cõmuni [e] vtilitate credebantur [f] inducta, ſicut experientia [g] docuit tendere dignoſcantur ad noxam: [h] ſanctione [i] præſenti, quam irrefragabiliter obſeruari mandamus, ſuadente vtilitate, in melius [k] duximus reformandum. [l] Sancimus igitur, vt nullis, niſi dignitate [m]

ADDITIO. Ioan. Monachus diuidens decr. in ſex partes: de prima faciebat tres, dicens ꝙ primo ſtatuit circa loca & iudices: Secundo circa actores & reos in §. Cum vero. Tertio in §. In nullo. circa loca & iudices prorogat. Archid. non diuidit Io. And.

b ¶ Statutum quod.] loquitur de decretali ſua extrauaganti, quæ incipiebat, Statuimus reformat etiam Decretalem Inn. iiij. eo ut præſenti quam hodie non habemus. & decre. ſ. eo. nonnulli.

c ¶ A ſede Apoſtolica.] legatis, vel delegatis ab eis, vt ĩ. patebit. Ioan. And.

d ¶ Quędam.] ibi non diſtinguebatur, an actor, & reus eſſent eiuſdem ciuitatis, vel diœceſis, vel diuerſarum. Item additur, ꝙ de expreſſo conſenſu partium extra locum, quo deputatus eſt, poſſit iudex cognoſcere & cõmittere, ſi referas ad decre. præſenti. Per illam poterit fieri commiſſio inſtitutis in collegiatis honorabilibus, & in cathedralibus eccleſijs: vnde ſecundum eam videbantur poſſe cauſæ committi manſionarijs, & quibuſcunque priuilegiatis in talibus eccleſijs: quod erat abſurdum. Hic autem prouidetur, ꝙ ſolis canonicis cathedralium eccleſiarum fiat commiſſio.

e ¶ Communi vtilitate.] quæ in legibus conſtituendis attendenda eſt 4. diſt. erit autem lex. & ſ. in proœmio huius libri.

f ¶ Credebantur.] & erant ſine dubio reſpectu prioris temporis. Ioan. And.

g ¶ Experientia.] ad idem ĩ de elect. quàm ſit & ff. de leg. 3. l. legatis. §. ornatricibus.

h ¶ Ad noxam.] & ideo non debuit iudicari reprehenſibile, ſi ſecundum temporum varietatem, varietur ipſum poſitiuum ſtatutum 63. diſt. c. quia ſancta. § verũ. in ſi. 35. q. 1. c. 1. infra de ſenten. excommun. cap. vlt. in princip. ſ. de conſanguin. & affin. non debet. cum ſuis concor. Sic & priuilegium cum tendit ad noxam, reuocationem vel moderationem a principe recipit. ſ. de deci. ſuggeſtum ĩ. de priuileg. c. 1. & cap. auctoritate. & cap. ſequenti.

i ¶ Sanctione.] ſanctio proprie dicitur, cui adijcitur pœna quod dic vt notatur 3. diſt. in ſumma.

k ¶ In melius.] laudabilior eſt autem qui rem emendat, eo qui prius inuenit. C. de vete. iure enuclean. l. 1. §. ſed neque.

l ¶ Reformandum.] eo ꝙ non in totum, † ſed pro parte corrigitur illud ſtatutum, vt ĩ. videbis.

† Nota ex hac gl. quid ſit reformare.

[Glo. ſeq. remittit, obijcit, & dupliciter ſoluit.]

m ¶ Dignitate.] dignitas ſumitur multis modis: quod dic vt notat Ioan. 4. diſt. denique. & Vinc. & Bernar. ſ. de cle. non reſi. cap. 3. hoc ad litteram de eccleſiaſticis dignitatibus intellige. Et nota mirabile: quia poſſunt committi cauſæ maioribus xv. ann. vt ſupra de offic. de leg. cum viceſimum à quocunque & etiã minoribus à Papa, vt ibi, & ff. de re iud. quidã cõſulebant. Sed certũ eſt, ꝙ qui eſt in dignitate, vel ꝑſonatu, debet attigiſſe

ſaltem

Digiti

ſaltem xxv. annum. ī. de ele. cū in cūctis. & ſic vī ꝙ minoribus xxv. annis non poſſunt cauſæ committi, ijs, dico, qui non attigerint. Sol. Si cauſæ non poſſent cōmitti niſi perſonis in dignitate vel perſonatu conſtitutis, tunc procederet obiectio: ſed poſſent ēt cōmitti canonicis eccleſiarum cathedraliū: in quibus non requiritur tanta ætas, vt probatur, inf. d: elect. ex eo. & dixi ſ. eo. ſi eo tempore. & ſic obiectio nō procedit. Dico etiam ꝙ diſpenſatiue poteſt aliquis habere dignitatem vel perſonatum, etiam minor xxv. annis per diſpenſationē Papæ ₁ vel epiſcopi; primum patet, ſecundum probatur ī de ætate & qualitate. c. vno.

præditis, a aut perſonatū obtinentibus, b ſeu eccleſiarum cathedralium c canonicis, d cauſæ e auctoritate litterarum f ſedis Apoſtolicæ, g vel legatorum h eiuſdem de cetero i committantur, k nec

1 Si tñ talis eſt inhabilis ad iudicandum, non erit delegatus, qa diſpenſatio non extenditur ad cōſequentiam actus diſpēſati. Do F.

a ¶ Prædit.s.] ideſt, præ alijs ditatis. Eſt enim dignitas quædam præeminentia in eccleſia, vt ſ. de verbo. ſign. quamuis.

b ¶ Obtinentibus.] idem de officialibus epiſcoporum principalibus & foraneis, & de Prioribus religioſis cōuentualibus & clauſtralibus. Dic vt in Clem. eo. ti. & ſi principalis.

c ¶ Cathedralium.] ſufficit ergo ꝙ ſit cathedralis. Et ſic ſublatum eſt, quod olim continebatur de eccleſijs collegiatis honorabilibus: licet adhuc hodie in alio ſit comparatio, vt ī. de elect. quia ſæpe. alibi æquiparantur cathedrales & regulares. ſupra de electione, ne pro defectu.

[Glo ſeq. primo duo puncta declarat. Secundo quærit. arg. pro. ſoluit ꝯtrium, & arg reſpōdet. Tertio ponit ius vetus. Quarto notat præſumi, &c. allegat 8. iura. Quinto ſoluit duas quæſtiones.]

d ¶ Canonicis] habentibus igitur perpetuū officium in eccleſia cathedrali ſine dignitate, perſonatu & canonicatu: de quo loquitur ī tit. prox ca 1. nō poterit cauſa committi, cum de his non exprimat. Item ſcias ꝙ licet iſti canonici delegare poſſint: Conſeruatores tñ dati non poſſunt: cum decret. vlt. ī. de offi. deleg. eos non exprimat. Sed, vt ſupra dixi, Canonicus poteſt eſſe maior ſeptennio ꝑ decreta ī. de elect ex eo & dixi de hoc ſ. eo. ſi eo tempore. in gl pen. Si committatur cauſa tali canonico, nūquid dicemus litteras valere? Videtur ꝙ ſic: quia iſta decretalis vltima de hac materia hoc ſolū requirit, ꝙ ſit cathedralis eccleſię canonicus: ergo huic ſtabimus. Sed contrarium credo, & dico ꝙ ſi tali impuberi committeretur cauſa, niſi appareret de certa ſcientia Papæ, non teneret commiſſio. Et idem dico, ſi committatur ab alio, ꝗ à Papa minori xx. per prædictam decre cū vigeſimum quā non dico, nec credo correctā per hanc. Quod enim non mutatur, cur ſtare prohibetur. C. de teſtam. ſancimus. & correctio iurium eſt vitanda. ſ. de elect. eccleſia. 2. & ī. de elect. cum expedit. in prin. nec iſta decre. dicit ꝙ hoc ſufficiat: ſed ꝙ hoc requiritur: vnde non contradicit: aliàs eadem ratione dicendum eſſet, ꝙ dummodo ſit canonicus cathedralis eccleſiæ vel in dignitate vel in perſonatu, non poſſit repelli prætextu exceptionis, excōicationis, infamiæ, inimicitiarū, vel alia iuſta cauſa: quod eſt abſurdū. & eſt ſimile quod notabo ī. de elect. licet canon. Et nota quod dicit, canonicis, olim dicebat, inſtitutis: vnde videbatur ꝙ cuilibet inſtituto in cathedrali, ēt manſionario poſſunt cauſæ cōmitti: quod hodie per decr. hāc ſublatum eſt. Nota ergo ꝙ pro dignitate & loco ₂ præſumitur pro aliquo: quāto enim quis melioribus præeſt, tanto maior & ſanctior eſt: id eſt eſſe præſumitur. in Authen. de defenſo ciui. ad finem primæ colum. § nos igitur, coll. 3. 61. diſtin. miramur. 63. diſt. Metropolitano. ſ. de præſump. cum in iuuentute. 24. diſt. quādo de magiſtris. c. 1. & c. quia. & c. ſuper ſpe. cum ſim. Et ſi tempore datæ quis eſſet canonicus, tempore præſentationis non: puto ꝙ procedere poſſit; ₃ non ſic econuerſo; ſpectamus enim initium. ad hoc ſupra eo.

2 Vide l. ꝙ ſi nolit. ff. de ędil. edi. Pon.

3 Hanc gl. ſequuntur Doct. communiter.

cap. 1. & cap. ſi eo tempore. ī. de elect. dudum. & quod ibi no. ff. de Sena. feminæ. ff de iu l. cęcus. & hoc habes in gl. fi. in cle. gratiæ. eo tit. Io. And.

e ¶ Cauſæ. hæ ſine iuriſdictione non cōmittuntur. ſ. de offic. deleg. præterea, non ergo prohibet quin audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico committi poſſit.

ADDITIO. Vnde ſignanter dicit, Cauſæ ſm B. ꝯ arg. ad hoc ſ. de offic. deleg. ſuper quæſtionum. § 1. vbi dicit, vel iudex quicunque, &c. ſ. de re iudi cum Bertholdus. Arch.

[Gl. ſeq. quærit, & ſoluit: ſecunda pars recitetur per quæſtionem: ponit opinionem Innocentij cum moderatione & declaratione.]

f ¶ Litterarum.] pone, Papa in litteris vocat aliquem ſimplicem clericū, nunquid valebit commiſſo? ſm Ber. & omnes dic ꝙ non habet hic locum talis exceptio, ex quo Papa ſcienter committit, quia facit & facere poteſt contra conſtitutionem iſtam. Ad hoc optime ſupra, de priuileg. cum olim. 2. verſi. interim. Et nota ꝙ ſecundū Inn. ſi cancellarius ex ſe dat iudices & hoc conſtat, non habet locum hæc exceptio, quare enim imputari debet parti, quæ talem iudicem non petijt? quod verum eſt etiam ſecundum Bern. & Hoſtien. cum hoc ex certa ₄ ſcientia facit: quod intelligo, ſi id in litteris exprimitur, vt infra. de præben. ſi motu proprio.

4 Tunc aūt ex certa ſcientia dr̄ Papa reſcribere, vt bene notat Francus hic, cū ex tenore reſcripti apparet eū habuiſſe notitiam facti & impedimenti.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

g ¶ Sedis Apoſtolicæ.] quid de ordinarijs? nunquid comprehenduntur & tenebuntur hac conſtitutione? Dic ſm Ber. & omnes, ꝙ non: & poteſt eſſe rō, quia epi & ordinarij habent melius notitiam clericorum diœceſis ſuæ, quàm Papa clericorum totius orbis: vnde, ēt ſi ſimplici clerico cōmittant ordinarij, tenet commiſſio: pone enim ꝙ ſimplex clericus excellens ſit Decretorū Doctor. Præterea nō eſt ita abſurdum, ꝙ aliquis etiam rudis & pannoſus clericus gerat vices epiſcopi, ſicut eſſet, quòd gereret vices Papæ: igitur ad ordinarios nō extendatur hæc conſtitutio. Et eſt ſimile quod conſueuit dici ſ. eo. nonnulli. & inferius tangam.

[Glo. ſeq. recitatur per quæſtionem, quam ſoluit & determinat.]

h ¶ Legatorum.] quia verbum generaliter poſitū, &c. 19 diſt. cap. 1. Intelligam hanc litteram generaliter in omnibus legatis quorum tria ſunt genera: quod dic vt ſ. de offi leg c. pen. & ī. eo. tit. cap 1. quod verum puto indifferenter: cum ex legationis vigore committunt, & idē intelligas in delegatis, ſcilicet cum committunt, delegationis vigore. ī. eo. cap. § in nullo quoque.

[Glo. ſeq. quærit, & remittit]

i ¶ De cetero.] conſtitutio enim non extenditur ad preterita. ſ. de conſti. c vl Quid de pendentibus? dicam ī. de elect. licet canon. Ioan And.

[Glo. ſeq quærit, ponit opinionem, & ſoluit.]

k ¶ Committantur.] pone ꝙ qō fuerit commiſſa, pars non excipit, nunquid valet proceſſus? Dicebat Bern. & omnes poſt eum, quod tacite & expreſſe poterat pars huic iuri renunciare. Introductum eſt enim in ipſorum fauorem, ne ſcilicet in opprobrium proprium cogantur epiſcopi & magni clerici coram rudibus & pannoſis clericis litigare; & interdum propter ruditatem ipſorum ius amittere ſuum. & facit de regularibus, ad Apoſtolicam, cum ſuis concordan. Sed hodie per finem iſtius decretalis, credo ꝯtrium: vbi innuitur, ꝙ ipſo iure eſt irritum & inane, quod ꝯ aliquod iſtorum fit: vnde neceſſariam non credo exceptionis opē: & facit quod dixi ſ. eo. c 1 in princ Et poteſt eſſe ratio, vt ſ. tetigi: quia hoc videtur non ſolum in fauorem partium inductum, ſed etiam in fauorem ipſius Apoſtolicæ ſedis, ne vilipendatur in tali miniſtro. 61. diſt. in ſacerdotibus. cum ſimil.

audiantur [a] alibi, quàm in ciuitatibus [b] vel locis [c] inſignibus, vbi poſſit commode [d] copia [e] peritorum [f] † haberi.

¶ *Actore & reo eiuſdem diœceſis exiſtentibus, cauſa committi non debet extra illam, niſi in ſex caſibus, in quibus tamen nō trahetur vltra vnam dietam: & niſi in duobus vltimis caſibus impetrans per iuramentum fidem fecerit de illis, repelletur à iudice: & in expenſis cōdemnabitur. h. d. vſque ad §. Cum autem Dom.*

¶ Cum vero [g] eiuſ-

a ¶ Nec audiantur.] Nota ꝙ verſiculus iſte non prohibet circa commiſſionē, ſed circa agitationem, & idē erat in prædicta decretali, præſenti. Si ergo extra talia loca fiat cōmiſſio, dūmodo in his locis cauſa audiatur, ſatisfactū eſt huic rn̄ſo ſm Ber. & oēs. arg. ī. eo. ti. nōnulli. de excep. olim. & j. § prox. & eo ſaluo quod ibi dicitur, & ad hoc. ff. q ſatiſd. cog. ſi fideiuſſor. §. 1. vbi dicitur, ꝙ cui difficile eſt ſatiſdare in vna ciuitate, in aliam mittitur, vt ſatiſdet.

b ¶ Ciuitatibus.] ciuitas [1] murorū ambitu terminatur, regulariter tñ, & ſi in ſuburbijs audiret, idē credo. arg. j. de ſent. excom. ſi ciuitas. Et bene dicit, ciuitatibus: quia in eis præſumuntur eſſe periti: ſic & epi in ſolis ciuitatibus ſtatuendi ſunt. 80. di c. 1. ſup. de priuil c. 1. Et leges & artes in regijs ciuitatibus ſunt docēdæ, vt in prooemio ff. §. hæc autem & de magiſt. ca. 1. & nomine ſtudij, nō intelligitur villa, vel caſtrum. de cle. non reſi. tuæ.

ADDITIO. Dicit Iſidorus in 15 lib. Etymol. ꝙ ciuitas eſt hominū multitudo ſocietatis vinculo adunata, dicta à ciuibus, ideſt, ab ipſis incolis vrbis, quia plurimorū conſiſtat & contineat vnitatem. Nam vrbs ipſa mœnia ſunt: Ciuitatis autem nomine non ſaxa, ſed habitatores notantur, ſecundum Iſidorum. Arch.

[Glo. ſeq. ponit duas lecturas.]

c ¶ Locis inſignibus.] quidā dicunt ꝙ hæc determinatio, Vbi, &c. quæ ſtatim ſequitur, non refertur niſi ad hoc quod dicit, locis inſignibus: Sufficit enim ꝙ ſit ciuitas, licet ibi non ſint periti: Et eſt ratio, quia cōiter in ciuitatibus ſunt periti: & ea quæ raro accidunt, Iuriſconſulti non reſpiciunt, nec eis medentur, ſed his tñ, quæ frequenter occurrunt: in Auth. vt ſine proh. ma. ſi. tu. ge. §. quia vero, coll. 7 arg. 4. diſt. erit. ff. de legibus, nam ad ea. vix enim eſt, ꝙ in ciuitate vel ibi prope non habeantur periti. Vnde ſatis eorum copia in ciuitate haberi poteſt ff. de rei vend. quæ religioſis. 7. q. 1. Pontifices Alij contradicentes, ꝙ ibi eſt eadem ratio. Primum placuit Inno. & Hoſt. [2] ſecundum hoc expone quod ſequitur, Vbi, &c. ideſt, in quibus locis inſignibus. & facit pro hac parte. inf. eo. §. in nullo.

d ¶ Commode.] 22. q. 1 facit.

[Glo. ſeq quærit & ſoluit: quæſtionem fortificat, & ſoluit: circa ſolutionem duas opin. recitat, & demum ſolutionem determinat diſtinguendo.]

e ¶ Copia.] tā pro aduocatis quā aſſeſſoribus, & cōſiliarijs, & alijs quæ emergunt. ff. de poſtulan. l. 1. §. ait prætor. ff. ex quib. cau. ma. l. ab hoſtibus. §. ſi. de vita & hon. cle. cū ab omni 11. q. 3 non licet. Quid ſi inter iudices & partes eſt contentio ſuper hoc? quia alter dicit locum inſignem, & ibi copiam peritorum haberi, alter negat quid erit? Dic recurrendum ad communem opinionem vulgi. ff. de ſupellect. leg. Labeo. & ſup. de ſpō. ex litteris. Quid ſi adhuc ſuper hoc ſit contentio? Recurretur ad arbitrium boni viri. ff de verb. obl. l. continuus actus. nō delegatorum qui iuriſdictioni ſuæ fauerent: ad hoc C. de arbi. l. nemini. & ſup. de pen. dilectus, ſecundum Ber. & intellige bonum virum iudicē eccleſiaſticum illius loci, ſecundū Inno. Hoſt. aūt dicit hic recurrendū ad arbitriū iudicis, ideſt, boni viri: & ſic intelligitur l. cōtinuus. §. cū ita. eligētur ergo ſm eū arbitri. ſup. c. paſtoralis. & de off. deleg. ſuſpicionis, niſi euidenter notorium eſſet, ꝙ ibi peritorum eſſet copia. ad hoc de app. conſuluit. 1. Ego credo, ꝙ cum iudex ſe conſtituit aduerſarium, tunc locum habeant ſupradicta. ſed ſi cōtentio eſſet ſolum inter partes, certe credo ꝙ iudex de hoc cognoſcere, & pronuntiare poſſit quia video, ꝙ pronunciat, an ſua ſit iuriſdictio: quod plus eſt. ī. eo. ſuper litteris & facit quod recitari cōſueuit, de proba. poſt ceſſionem & facit j. §. prox. in ſi.

f ¶ Peritorum.] ſcilicet, iuris, vt prius fuit in alia decret. præſenti.

g ¶ Cum vero.] hic incipit corrigere, & moderari ſtatutū generalis cōcilij ī. eo. nonnulli. & ſummæ æquitatis eſt, quod ſequitur. Io. And.

¶ Iſte §. legitur vſq; ad §. Inſuper. & hoc habet: Cum actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis vel diœceſis, extra ipſam ciuitatē vel diœceſim nō eſt cauſa deleganda, niſi cum iuſta cauſa: quo caſu poteſt committi extra diœceſim, dummodo locus non diſtet à fine diœceſis vltra vnam dietam. Et ſi actor & reus nō ſunt eiuſdem diœceſis, & actor non velit impetrare in diœceſi ipſius rei: poteſt impetrare in alio loco, dūmtamen locus iſte nō diſtet a fine diœceſis, rei vltra vnam dietam. Item delegatus deputatus ad cognoſcendum in certo loco, nō poteſt cauſam alibi adire niſi de conſenſu partium.

CASVS. Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma: eo ꝙ habebam iudicem ordinarium mihi ſuſpectum, coram ipſo nolui cum conuenire, ſed impetraui delegatum a ſede Apoſtolica: Quæritur vtrū poſſim impetrare in quocūque loco? Rn̄det Romanus Pōtifex cū diſtinctione: quia aut ego actor, & ipſe reus ſumus eiuſdē ciuitatis vel diœceſis: & tūc debet impetrari delegatus in ipſa diœceſi: niſi impetrarē iudicem delegatum ꝯ epiſcopum vel capitulum eccleſiæ cathedralis vel vniuerſitatem, qui habent iuriſdictionem in tota diœceſi: quia tunc potero impetrare extra diœceſim: ſed debeo impetrare in diœceſi vicina: quæ nō diſtet à fine diœceſis rei vltra vnam dietā. Si autem fuerimus diuerſarum diœceſum: tunc debeo impetrare delegatum in diœceſi rei, niſi habeam homines illius diœceſis ſuſpectos: quia forte reus eſt magnus dn̄s in illa diœceſi, & gentes illius diœceſis vellēt ſibi fauere. Sed quid ſanctiſſime Pater? Ponamus retēto eodem themate, quod a vobis impetraui contra Titium iudicem delegatum, cui mandatum fuit, vt cauſam examinaret in tali diœceſi: an poſſit delegatus cauſam examinare extra illum locum? Rn̄det Romanus Pontifex, ꝙ ſic, de conſenſu noſtro. Sed ponamus ꝙ delegatus vult delegare vices ſuas aliquibus, nō eſt dubium ꝙ poteſt; ſed quibus perſonis poterit? Reſpondet ꝙ perſonis, de quibus dictum eſt ſupra, & non alijs. Nota, ꝙ quando actor & reus ſunt eiuſdem diœceſis, delegatus eſt impetrandus in diœceſi, & non extra diœceſim, niſi cum cauſa: videlicet ſi impetretur delegatus contra epiſcopum vel capitulum eccleſiæ cathedralis, qui habent iuriſdictionem in tota diœceſi. Nota ꝙ ſi actor & reus ſunt diuerſarū diœceſum, actor debet impetrare delegatum in diœceſi rei, niſi homines illius diœceſis habeat ſuſpectos Nota vlterius, ꝙ quis nō pōt trahi vltra vnam dietā a fine ſuæ diœceſis: Fallit in curijs priuilegiorum regalium, Apoſtolicorum, vniuerſitatum: & hoc quando in priuilegijs vniuerſitatis, apponitur illa clauſula, Quod conſeruatores priuilegiorum poſſint cognoſcere de quibuſcumque perſonis cuiuſcunque prouinciæ, vel diœceſis. Nota ꝙ delegatus à ſede Apoſtolica non poteſt cauſam alibi audire per ſe nec per alium, quàm in loco ſibi commiſſo. Nota ꝙ delegatus à ſede Apoſtolica non poteſt ſubdelegare, nec committere vices ſuas, niſi perſonis habentibus qualitates de quibus dictum eſt ſupra: tamen delegatus poteſt alicui non canonico committere examinationem

¶ Nomine peritorū q intelligantur, vide p Archidiaconum in c. vt commiſſi. inf. de hær.

1 Concilia cœtusq; hominum iure ſociatos, ciuitates appellat Cicero de ſom. Scipionis.

2 Et placet Do. & Philip. ex qua glo. notant ꝙ clauſula in fine reſcripti poſita nō refertur ad oīa ſuperiora, vbi rō hoc ſuadet. facit. l. 3. §. 1. ibi Bart. ff. de lib. & poſthu. Fon.

nationem & receptionem teſtium: tamen totam cauſam non poſſet ſubdelegare.

[Glo. ſeq. recitetur per queſtionem.]

dem [a] ciuitatis, ſeu diœceſis fuerint actor [b] & reus, extra [c] ipſas cauſa non committatur: [d] nec conueniatur aliquis eorūdem: niſi [e] ab epiſcopo [f] contra aliquem de ſua diœceſi, [g] vel ab aliquo [h] contra eum, aut contra eius capitulum, [i] ſeu contra vniuerſitatem ciuitatis, villæ, aut caſtri fuerit actio dirigenda: vel niſi actor eandem ciuitatem vel diœceſim intrare non audens, [k] aut ſui aduerſarij potentiam [l] merito [m] perhorreſcens, eum [n] infra [o] ipſas nequeat conuenire ſecure: [p] in his quippe caſibus extra dictas ciuitatem & diœceſim poſſit [q] contra prædictos [r] cauſa committi: nullus tamen eorum vltra vnam dietam [s] à fine ſuæ diœceſis valeat conueniri. Sed & in duobus [t]

a ¶ Eiuſdem ciuitatis.] quia domicilium habent in eadem ciuitate vel diœceſi. Et idem intelligo, cum plura domicilia habent: quod eſſe poteſt, vt ff. ad municipal. aſſumptio. §. 1. quia adhuc dico, quod locum habebit §. iſte, & non ſequens: qđ ſatis probatur ſ. de foro compe. ex parte B. nec negari poteſt, licet etiam ſit iſte alterius ciuitatis, quin etiā ſit iſtius: quod §. iſte requirit.

b ¶ Actor & reus.] vnde dicantur iſti, habes ſ. de verb ſign. forus. verſi. in omni.

c ¶ Extra ipſas.] ciuitatem ſeu diœceſim.

[Glo. ſeq ad quæſtio. alleg. pro, & contra, & ſoluit dubitando.]

d ¶ Non committatur.] hoc verum videtur, niſi ad id expreſſus acceſſerit partium conſenſus. argu. j. eod. §. in nullo quoque. quod etiam facit contra, cum in illo caſu hoc ſit expreſſum: in iſto non. argum. de deci. ad audientiam. tamen id videtur, cum hoc ſolum ſit in partium fauorem inductum. de regularib. ad apoſtolicam. cum ſuis concordat. Et licet hoc ſatis videat rationabile: non dico tamen hoc aſſerendo per id quod dicitur in fine ca. Audiui tamen curiam id ſeruare, & tales commiſſiones de curia emanaſſe: [& 1 eas vidi ſub Bulla.]

1 Hęc verba: & eas vidi ſub bulla, non reperiuntur in antiquis codicibus.

e ¶ Niſi.] à generali dicto ponit caſus exceptos.

f ¶ Ab epiſcopo.] hoc æquiſſimum eſt, ex eo maxime quia ſi in ciuitate vel diœceſi ſua aliquem ex ſubditis ſuis epiſcopis iudicem impetraret, recuſari poſſet vt ſuſpectus, vt ſupra vt lite non conteſta accedens. 1. §. cum igitur.

g ¶ De ſua diœceſi.] idem ſi de aliena, quia etiam tūc non impetrat in ſua, vt j §. prox. Sed de ſua ideo dixit, quia §. iſte tractat tantum quando reus & actor eiuſdem diœceſis ſunt: vnde dictio, Niſi, aliàs non proprie poneretur.

ADDITIO. Diœceſis dicitur diſiunctio, ſiue diuiſio, vel gubernatio: quia diuiſa eſt ab eccleſia alterius epiſopatus, vt ſatis patet 7. q. 1 epiſcopum. 16. q. 3. quicunque. cap. licet. & cap. inter. Et commiſſa gubernationi vnius. 10. quæſt. 1. vnio. in fi. 21. quæſt. 2. ſicut. Archidia.

h ¶ Ab aliquo contra eum.] vix enim inueniret actor in ciuitate epiſcopi iudicem, qui non faueret epiſcopo, argum. ſupra vt lite non conteſt. accedens. 2. ibi, Et omnes exiſtunt ſub diſtrictu, & cetera.

i ¶ Eius capitulum.] ſcilicet, ſuæ eccleſiæ cathedralis. Quod dic, vt leg. & not. ſ. de verb. ſig. cum clerici, ſ. de teſti. requiſiti. § ſecus autem eſt. & cum de tali ca. loquatur, ad alia non extendam quod hic dicit: & ſic ſeruat curia de facto. Archid.

k ¶ Non audens.] forte Gibellinus, 2 & ibi regunt Guelphi, vel econuerſo: vel forte relegatus.

2 Vide Ioānem Roiā in ſingularibus fidei ſingul. 200.

l ¶ Potentiam.] paritas in iudicijs eſt ſeruanda, ſed potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iu. mut. cau. fac. quia etiam, in principio.

m ¶ Merito.] nota verbum: quia ſi diceret ſe dubitare, vbi non eſt dubitandum, non excuſaretur. ſ. eo. cum contingat. de ſimo. & ſi quæſtiones. cum ſi.

n ¶ Eum. aduerſarium.

o ¶ Infra ipſas.] ciuitatem & diœceſim, cuius ſunt ipſe reus & actor.

p ¶ Secure.] quod in iudicijs requiritur; vt ipſorum iudiciorum exercēdorum locus ſit idoneus & ſecurus, alias locum habet appellatio, de appel. ex parte. 1. & tūc etiam ſi litteras de pductu haberet, ſuis inimicis 3 capitalib⁹ ſe exponere nō teneretur. ſ. vt lite non conteſt. accedens. 2.

3 Etiam ſi dediſſet inimicitię cauſā. l. ſi merces. §. culpę. ff. loca. glo. ī l. athletę. ff de excuſ. tu. ī c. qa diuerſitatis. ſup. de conceſ. præbē. Phi. & Ancha. Fon.

q ¶ Poſſit.] non dixit, debeat. Vnđ dico ꝙ ſi cōtra epiſcopum vel capitulum vel potētem impetretur in ſua ciuitate, vel diœceſi, bene tenet commiſſio: & idem econuerſo, ſemper ſaluo recuſationis iure. Io. Andr.

r ¶ Contra pdictos.] epiſcopum vel eius aduerſarium, contra Capitulum vel vniuerſitates, vel potentes, vel aduerſarium eius, qui in eam intrare non audet.

[Gl. ſeq. format quæſtionem bimembrem & ſm mēbrum ſoluit. Primum dupliciter exemplificat ſubdens aliud ſimile dubium: & vtrumque ſimul ſoluit.]

s ¶ Vnam dietam.] olim diceban:us de duabus ꝑ decr. ſ. eo. nonnulli Sed quid dices, ſi agatur actione reali, numquid fiet cōputatio à finibus diœceſis vbi ſita eſt res, ſm quod olim fiebat: Et numquid erit ibi computatio duarum dietarum, ſm qđ olim erat: vel vnius tm vt hic? Quòd olim ſic eſſet, probatur ſ eo. dilectus. 2. de fo. cōp. ex parte B. Videtur huic nouo iuri hodie ſtandum vltimo de hac materia, & ſicut generaliter loquitur, eſt generaliter accipiendum. 19 diſtin. cap. 1 vt habeatur ſolum vnius dietæ computatio, & non duarum: & cum determinatione, qua hic ponitur. Sed à quo loco cōputetur, ſatis eſt dubitabile: Pone enim ꝙ Bononiēſis ꝯ Bononienſes ſuꝑ re ſita Mediolani litteras impetrat, vbi debebit impetrare? numqd Bononiæ vel Mediolani, vel loco vicino infra dietam à Mediolano? Item pone, ꝙ Bononiēſes ꝯ Regiēſes ſuꝑ re ſita Mediolani, vbi impetrabit? an Regij, vel loco vicino, infra dietā? an Mediolani, vel loco vicino infra dietā? Item vide aliud dubitabile: Quid, ſi Bononienſis impetrat ꝯ Regienſem domicilio, & Mutinenſem origine, an habebitur reſpectus ciuitatis Regieñ. vel Mutineñ. cum ratione originis dicatur eſſe de loco: ita, ꝙ epiſcopus loci eum ordinare, & commendatitias ad ordines ſibi dare poſſit, ſic & epiſcopus domicilij. j. eo. lib. de tempo. ord. cū nullus. 1. reſpon. & in loco originis dicit domicilium retinere. ff de Sena. l. penult. Satis videtur de mēte conditoris eſſe, ꝙ habeatur reſpectus loci domicilij, non rei vel originis: & hoc ex eo, qa de loco domicilij dicitur quis proprie trahi per illud verbum, Trahatur. ſupra, eod. nonnulli. quod etiam hic repetitur: & per mentē conditoris hoc credo tenendum Ad hoc j. de ſepul. cū quis. vbi de loco originis non habetur ratio. & C. de præſcrip. longi temp. l. vl. vbi procedit præſcriptio, vt inter præſentes, ex quo præſcribēs, & cui præſcribitur, ſunt in prouincia, licet res ſit extra prouinciam. Notat etiam Compoſtellanus in decreta. nonnulli, in 3. glo. Guil. in Spe. de citatione. §. 1. circa princip. quòd diœceſanus alicuius, vbi aliud non additur, intelligi debet diœceſanus domicilij: & ſic diſputaui, & determinaui & ſic ſeruat Curia Romana, vt audiui.

t ¶ Duobus vltimis.] ſcilicet, quādo actor reum in ciuitate ſecure conuenire non poteſt, quia ciuitatem intrare nō audet; vel quia timet aduerſarij ſui potentiam.

a ¶ Primo.

a ¶ Primo.] nota & eſt ſim. ĩ. de elect. quamuis. & ca. prouida. ad idem ĩ. de reſt. ſpol. Piſanis.

b ¶ Iudici.] nota pro eo quod dixi ĩ §. prox. in fi. iudicis enim eſt inueſtigare. ſim. C. de fideicom. l. voluntatis defuncti. 30. q. 5. iudicantem.

tam remotus eſſet locus ille: puta, per vnum milliare non poterit ibi fieri conuentio. ff. de verb. ſig. l. 3.

IN NVLLO. ¶ Primo ponit duo, à quibus vnum caſum excipit: ibi, Niſi. ſecundo alia duo: ibi, Neque alibi. Ioan. Andr.

vltimis caſibus, niſi impetrans de prædicto timore, quem in litteris commiſſionis exprimere teneatur, primo [a] fidem iudici [b] faciat, ſaltem [c] per proprium iuramentum: [d] iudex ipſe nullatenus in cauſa [e] procedat, ſed partes à ſua iuriſdictione dimittens, impetrantē eundem in expenſis legitimis [f] alteri parti cōdemnet.

¶ *Actor contra reum diuerſæ diœceſis debet impetrare delegatum vel in diœceſi rei, vel in alia non propria, nec vltra vnam dietam diſtante. Dominicus.*

¶ Cum autem [g] actor & reus ciuitatum & diœceſum fuerint diuerſarum, ſi actor in ciuitate vel diœceſi rei iudicem habere [h] recuſet: [i] ipſum non in ſua, ſed in alia ciuitate, vel diœceſi libere impetrare valeat, reumque trahere ad eandem: dummodo locus, ad quem eum traxerit [k] vltra vnam dietam [l] (ſicut in caſu alio præmittitur) minime ſit remotus. [m]

¶ *Delegatus extra locū cōmiſſionis nec partes citare, nec cauſam cognoſcere poteſt ſine expreſſo partiū conſenſu: nec ſubdelegare locis vel perſonis aliis, quàm hic expreſſis. Ioan. Andr.*

¶ In nullo quoque caſuum prædictorum, [n] iudex extra ciuitatē ſeu diœceſim, in quibus deputatus [o] fuerit citet [p] partes, nec de cauſa ſibi commiſſa cognoſcat: niſi ad id expreſſus [q] acceſſerit earundem [r] aſſenſus: neque alibi, quàm infra illas [r] & perſonis duntaxat deſignatis [ſ] ſuperius, cōmittat quomodolibet vices ſuas. [t]

¶ *Delegatus nihil debet à partibus recipere, niſi eſculentum & poculentum libere oblatum, quod paucis poſſit conſumi diebus: vel moderatas expēſas, ſi non ſunt pauperes, quando pro neceſſitate, vel vtilitate nō malitioſe extra domicilīū pergeret. Dominicus.*

c ¶ Saltem.] nota quod ſi aliter fides fieri poteſt, primo id fieri debet: ad iuramentum enim recurritur ſolū in aliarum probationum defectum. ĩ. de proba. ca. 2. de procuratoribus ex inſinuatione. ff. de iureiur. admonendi. C. de iureiur. in bonæ fidei.

d ¶ Per proprium iuramentum.] nota quod iuramentum [1] eſt legitima probatio: facit quod no. 82. diſt. propoſuiſti. ad hoc de ſent. excō. ſi vero. 2. de excep. paſtoralis. ĩ. de elect. vt circa. & ca. nulli. & adde quod dixi. ĩ. de reg. iur. præſumitur ignorantia.

[1] Vide Hippolytum in rubr. C. de probat.

e ¶ In cauſa.] principali: procedet tamē in abſoluēdo, cognoſcendo, taxando, & iudicando de expenſis, vt ſequitur.

f ¶ Legitimis.] quod dic, vt notatur 2. q. 1. in primis. de dolo & contumacia, finem.

g ¶ Cum autem.] ſ. in prox. §. dixit, quid iuris cū actor & reus eiuſdem diœceſis vel ciuitatis ſunt: modo dicit hic, quid iuris cum ſunt diuerſarū. De prælatis autem ordinum vel locorum, qui impetrāt pro mēbris ſuis habentibus vel non habentibus ſpeciales adminiſtratores vel gubernatores: dic vt in Clem. eo. ti. abbates.

h ¶ Habere.] ideſt impetrare.

[Glo. ſeq. ſoluit obiectionem.]

i ¶ Recuſet.] nota quod actor recuſat iudicem, & hoc verum eſt in iudice adeundo, delegato, vel ordinario: vnde ſi reus plures habet ordinarios, actor alterū eligit, alterum recuſat: ſed in iam adito ſecus: quia tūc actor non recuſat, ſed reus bene: niſi ex noua cauſa, vel nouiter ad eius notitiam perueniente. ĩ. de offi. deleg. cauſam quæ. & cap. inſinuante.

k ¶ Traxerit.] & in quo deputatus eſt iudex. ĩ. §. px.

[Glo. ſeq. quærit, & remittit.]

l ¶ Vnam dietam.] an dieta iſta computanda ſit legaliter, ſcilicet, vt xx milliaria computentur pro vna dieta. ff. ſi quis cau. l. vicena. quæ eſt prima: an vulgariter, ſcilicet ſecundum regionis conſuetudinem? Dic vt no. ĩ eo. nōnulli. & ĩ. de elec. cupientes. 1. reſpon. & quod de vulgaribus intelligi debeat, probatur inf. de præb. præſenti. §. loca.

[Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem.]

m ¶ Remotus.] vnde & ſi modicum vltra vnam dietam remotus eſſet locus ille: puta, per vnum milliare non poterit ibi fieri conuentio. ff. de verb. ſig. l. 3.

n ¶ Prædictorū.] ſcilicet, cū actor & reus ſunt eiuſdem diœceſis: & in eadem ſunt iudices impetrati, vel ex cauſa in alia. vel ſunt diuerſarum: & in ciuitate rei impetrati ſunt iudices, vel in tertia ciuitate.

o ¶ Deputatus fuerit.] Nota ergo, quod nō ſolum requiritur quod non citet ad locū vltra dietā remotum, ſed etiam quod non citet extra locū, in quo deputat⁹ eſt. [2] Olim autem dicebamus de duabus dietis, quod ſi iudex exeundo locum, in quo deputatus eſt, veniat ad locum non remotum vltra duas dietas, procedere poterat. de exceptioni. olim. hodie in ſupradictis caſibus nō ſic, vt hic vides.

[2] Item quod locus ſit inſignis, vt ſ. ver nec audiantur. Quid ergo ſi talis loc⁹ in quo hæc tria concurrāt, haberi nō poteſt: & remediū litigādi coram ordinario non ſubeſt: puta, quia ab ipſo eſt appellatū? Solut. exprimat hoc Papæ, qui ſibi prouidebit, hoc expreſſo in reſcripto. Io. An.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionē.]

p ¶ Citet partes.] & ſi citauerit, non tenentur ire: quia citatio irrita eſt ipſo iure. vt in ſi cap. & ſi ob hoc proceſſerit cōtra, eos nō tenet proceſſus, vt ibi. An autem citatus teneatur ire priuilegium vel defenſionem allegaturus. dic, vt no. 3. quæſtio. 2. ſi epiſcopus. in gloſ. 2. & de accuſat. veniens. in vlt. glo.

[Gloſ. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.]

q ¶ Expreſſus.] in tantum credo inhærendum huic litteræ, quod licet interueniat tacitus conſenſus: puta, quia non opponitur exceptio: credo quod non valeat proceſſus per hoc c. Idem credo, ſi interueniat conſenſus rei, & non actoris, vel econuerſo: licet eius tantum, qui conſentit, videatur eſſe fauor eadem ratione, cum littera iſta dicat, earundem.

r ¶ Illas.] ſcilicet, ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus deputatus eſt.

r al. eorundem.

ſ ¶ Deſignatis ſuperius.] ſcilicet conſtitutis in dignitate, vel perſonatu, vel cathedralium eccleſiarum canonicis. Approbata eſt igitur per hanc litteram opi. Ber. & modernorum, qui notabant in decre. præſenti, quod idē iuris erat in delegatis à ſede Apoſtolica, quod in legatis. in ordinariis autem tene, quod habes. ĩ. de off. ord. vt litigantes. & in c. cum epiſcopus.

t ¶ Vices ſuas.] ſecus ſi audientiam committeret, vel aliquem certum articulum, ad hoc ĩ. de offic. deleg. ſuper quæſtionum. & dixi ĩ. eo. §. 1.

INSVPER. Iſta eſt ſecunda pars principalis, vt dixit glo. 1. Poteſt iſta pars ſubdiuidi: quia primo ponit regulam.

Digitized by Google

regulam præmiſſa ratione, quæ duos caſus excipit. Prima: ibi, Niſi. & ſecundo caſui excepto quattuor modificationes ſubijcit: ibi, Prouiſurus.

¶ Iste §. legitur vſque ad §. aſſeſſorem, & hoc habet: Delegatus à ſede Apoſtolica non debet à partibus aliquid recipere, exceptis eſculentis & poculentis liberaliter oblatis: & hoc, niſi proficiſcatur extra ſuum domicilium: quo caſu licite recipit expẽſas. hoc dicit.

¶ Insuper[a] vt gratis,[b] & cum omni puritate[c] iudicium[d] coram ipſo[e] procedat, nullum munus[f] vel quicquid aliud (niſi[g] forſan eſculentum vel poculentum mera liberalitate[h] oblatum, quod paucis[i] conſumi[k] poſſit diebus: vel niſi cũ ipſum propter[l] cauſam ſibi cõmiſſã contigerit extra ſuum domicilium proficiſci,[m] moderatas[n] expenſas) re-

CASVS ſic figuratur: Dictum fuit ſ. in princ. huius c. ꝙ cauſæ a ſede Apoſtolica non delegantur, niſi perſonis exiſtentibus in dignitate vel perſonatu, vel obtinentibus canonicatum eccleſiæ cathedralis: & quod illi ſunt capaces iuriſdictionis Apoſtolicæ, & non alij: Sed quæritur, vtrum dicti conſtituti in dignitate, pro laboribus ſuis & oneribus, quæ ſuſtinent in examine cauſæ ſibi delegatæ, poſſint licite à partibus exigere ſalarium? Reſpondet, ꝙ non, niſi eſculentum, & poculentum, quod poſſit in pauco tẽpe conſumi. Sed quid ſanctiſſime Pater: nunquid poſſunt recipere expenſas factas? Rñdet, ꝙ ſi faciant expenſas non ſolitas pro examine teſtium vel alia iuſta cauſa, quia proficiſcuntur extra domum, tunc licite poſſunt aſſumere & petere expenſas moderatas; & ſi partes litigantes ſint pauperes, ipſe delegatus debet proficiſci extra domum ſuis proprijs expenſis. Nota, ꝙ ſi teſtes ſint in loco propinquo, ita ꝙ põt teſtes examinare ad domũ ſuam, non debet delegatus aliquid accipere. Nota inſuper ex iſto §. ꝙ delegatus à ſede Apoſtolica, non poteſt licite aliquod munus vel aliquid aliud à partibus accipere, niſi poculentum & eſculentum. Et hoc intelligitur de legatis habentibus ſtipẽdia ſufficientia ad victum: quia ſi eſſent aliquæ dignitates tenues, poſſunt licite expenſas petere à partibus, vt per Panor. in c. cum ab omni. de vita & honeſta clerico. in annota. Immo etiam licite exigit, qui non habet ſtipendia eccleſiaſtica vnde poſſit ſuſtentari, vt tenet hic Domi. de S. Gemi. Nota vlterius ꝙ delegatus, qui abundat redditibus, ſi proficiſcatur extra domum pro cauſa, licite recipit expenſas. Sed quæritur, quas expenſas recipiet ipſe delegatus? Dicendum, ꝙ non recipiet integras expenſas, ſed ſolum illas expenſas, quas in domo ſua non erat conſuetus expendere. Nota, ꝙ cum delegatus pro cauſa extra domum proficiſcitur, expenſæ ſunt ſibi faciẽdæ cõiter tã ab actore, quàm a reo: quia ex quo agit commune negotium, illud communibus expenſis debet expediri. Nota ꝙ cum delegatus exit extra domum pro cauſa & litigantes ſunt pauperes: nihil debet delegatus exigere pro ſuis expenſis, ſed debet proficiſci expenſis ſuis: quia redditus eccleſiaſtici ſunt deputati pro iuſtitia partibus miniſtranda. Sicut etiam Regibus & Imperatoribus ſunt deputata tributa pro iuſtitia miniſtranda.

[Glo. ſeq. continuat, & quæſtionem ſoluit.]

a ¶ Inſuper.] quaſi dicat, ſupra prouidimus de perſonis & locis, quibus, & in quibus cauſæ committendæ ſunt & tractandæ: nunc prouideamus circa exactiones indebitas, quæ in iudicijs & à iudicibus, aſſeſſoribus, & notarijs fiebant. De tempore proceſſus nil dixit, quia ſatis per antiqua iura prouiſum erat. ſ. de ferijs cap. vlt. de offi. deleg. conſuluit. in Authen. de iud. §. ſedebunt. colla. 6.

b ¶ Gratis.] benedicit, quia iudicium iuſtum vel iniuſtum non licet vendere. 11. q. 3 non licet. 14. q. 5. non ſane. §. ille tamen. de vi. & hon. cler. cum ab omni.

ADDITIO. Gratis, aduerbium eſt qualitatis, ideſt, ſine merito: ad hoc. 1. q. 1. c. gratia. & cap. quicquid. c. emendari. c. dictum. c. baptizandis. ſ. de ſimo. cap. dilectus. 2. in fine. ſ. de vita & honeſt. cler. cum ab omni.

11. q. 3. qui recte. & c. non licet. 14. q. 5. cap. vlt. iuxta princ. Archid.

c ¶ Puritate.] conſcientiæ. ĩ. eod. §. aſſeſſorem. infra de re iud. cum æterni.

d ¶ Iudicium.] poteſt hic poni pro ſententia, & etiam pro eo, quod ſententiam præcedit. & facit quod dixi ĩ. de regu. iu. in iudicijs. 3. q. 1. ſicut.

e ¶ Coram ipſo.] de legato: idem in conſeruatore ĩ. de offic. deleg. c. vlt.

f ¶ Nullũ munus.] nota ꝙ triplex eſt munus,[r] à manu, à lingua, & ab obſequio: non ergo dixit ſimpliciter munus, ſed dixit, nullum munus: ad idem. 1. q. 1. ſunt nonnulli.

r Vide beatum Tho. 2. 2. q. 100. art. 5.

ADDITIO. De hac dictione, munus, etiam habetur 27. diſt. legant. Sed aliquando, munus ſumitur pro ordine, ſiue officio vel dignitate. vt 55. diſt. priſcis. hic tamen non ita ſumitur. Sed ideo dicit, nullum, quia ſcriptum eſt Eſa. 33. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte etiam in excelſis habitabit. 11. q. 3. qui recte. in fi. ad hoc. 1. q. 1. ſunt nonnulli. Arch.

g ¶ Niſi forſan eſculentum. ergo nota, quia de aliquo quod in muneribus conſiſtit, etiam vnius denarij, valorem recipere non poteſt, niſi eſculentum, & cetera.

h ¶ Mera liberalitate.] vt exactum vel petitum directe vel indirecte non fuerit: ad idem de ſimon. dilectus. 2. ad finem.

[Gl. ſeq. recitetur per queſtionem, & ſolutionem.]

i ¶ Paucis.] cum numerus non adijcitur, crederem arbitrio boni viri relinquendum, habita etiam conſideratione perſonarũ, ipſius iudicis recipientis, & conſuetarũ expenſarum qualitate, & ipſius dantis. ad hoc de ſimo. & ſi qõnes. §. 2. & ſaltem duo dies non videntur excluſi, cum pluralis locutio duos numero comprehendat. de conſe. diſt. 1. hoc quoque. ff de teſtib. l. vbi numerus. Ad hoc[2] ff. de verb. obl. l. continuus actus. §. 2.

2 Scilicet, quòd relinquatur arbitrio boni viri.

k ¶ Conſumi.] ita ꝙ non producatur ad munerum quantitatem. ff. de offi. procon. ſolent in fi. Talia enim xenia, non ſunt lucra, vt ibi & ff de offi. præſi. l. plebiſcito. Et tolerantur iſta, quia non eſt veriſimile, ꝙ propter iſta moueretur animus iudicantis, de ſimo. & ſi qõnes, ad finem. Sicut & pro modica re non datur actio de dolo: quia non eſt veriſimile, &c ff de dolo. l. ideſt. & lege præcedenti, in fi. & de modico non eſt curandum. de conſec. diſt. 2. reuera. alibi non diſtinguitur inter multum & modicum. 14. q. 3 plerique & q. vlt. cap. vlt. ſ. de appel. c. de appellat. de ſimo. ex tuæ. Inſtitu. de re. diui. §. gallinarum. Io. And.

[Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem.]

l ¶ Propter cauſam.] ideſt, ſuadẽte vtilitate, vel neceſſitate cauſæ: vnde non debet fingere occaſionem, vt ſequitur. ſimile. ĩ de iura. cal. 2. Et per hoc ſatis videtur terminari, quod ſolet quæri, an ſi ſcholari exiſtenti in ſtudio, Papa deleget cauſam, ille poſſit petere expẽſas: licet enim ille non ſit in domicilio ſuo, ſed extra: non eſt tamen ibi propter cauſam, ſed propter ſtudium: vnde expenſas non habebit per hanc litteram: & de hoc in Spec. de ſala. §. 1. verſi. ſi alicui.

Scholaris cui cauſa à Papa in loco ſtudij cõmittitur, expenſas non habebit.

m ¶ Proficiſci.] pone exemplum ſ. §. pro. de præſcrip. quia indicante.

[Glo. ſeq primo litterã exponit, ſecundo ſoluit duas quæſtiones, tertio quærit & ſoluit diſtinguendo, in fine quærit dubium, & relinquit.]

n ¶ Moderatas.] Nota[3] ꝙ minores poteſt. ff. man. ſi quis alicui §. impendia. ad idem ff de admin. tuto. cum plures. §. cum tutor. erunt tamen mediocres & non delicatæ. ff. de pig. act. ſi ſeruos. in fi. ad idem de dolo & contu. finem. & c. ſeq. de eo, qui mit. in poſ. cum veniſſent. de ſequeſt. poſ. cap. 1. ad fi. Nec credo compenſandas,

3 Glo. ſequũtur Do. & Philip. & Petr. de Ancha. Fon.

cipere [a] ab eiſdẽ partibus qualitercumque [b] præſumat: [c] Prouiſurus attente, ꝙ in ipſis expẽſis modum nequaquá excedat: [d] nec plus ab vna parte, quam ab alia [e] exigat, cum commune [f] gerat negotium vtriuſque: quòdque (vbi cauſæ ſibi commiſſæ vtilitas [g] vel neceſſitas non exegerit) occaſionem [h] propter habendas expenſas proficiſcendi extra domicilium non aſſumat: ſed & vbi notabiliter [i] fuerint pauperes [k] [†] litigantes etiam pro expenſis nil prorſus exigat ab eiſdem.

¶ *Delegatus, niſi indigeat, non aſſumat aſſeſſorem: aliàs de ſuo illi prouideat. Si eget, non ſuſpectum partibus aſſumet, cum moderato ſalario à partibus ſoluendo.*

¶ ASSESSO-

das, vel deducendas, in hoc caſu expenſas, quas domi facturus eſſet, ſm quod dicere conſueuimus in victore, per l. ff. ad exhiben. ſed & ſi. §. 1. de peti. hære. ſed & ſi. § quod autem. 2. & ff. de rei ven ſi res. quia dicõ ꝙ in procuratoribus hæ non deducuntur: Sicut & epiſcopus viſitans [illegible] conſecrans, procurationem integram recipit, & nil deducit. 6. de ſimo. cum ſit. Et teſtis integre expenſas percipit. 5. q. 3. venturis. & ĩ eo. §. penul. aliàs ſequeretur interdum, ꝙ nil haberent, cum interdum tãtundem & forte plus expendant in domo ꝓpria. præterea iam non eſſet differentia inter delegatum & ordinariũ, qui, qñ proficiſcitur, expendit q̃ domi expẽſurus erat, vt in Auth. de mand Prin. §. illud tñ. alij ĩ. Et nota, ꝙ littera iſta non diſtinguit, an delegatus habeat beneficia ſufficientia vel non. Vnde dico, ꝙ ſiue abundet, ſiue non, expenſas habebit cum proficiſcitur, propter cauſam: licet Hoſt. dixerit delegatos Papę peccare, ſi recipiunt expenſas; ex quo habent ſufficientia beneficia: & hoc not. ſ. de vita & honeſt. cle. cum ab omni. Et in iſtis expenſis habetur ratio non ſolum victus, ſed etiam vecturarum, equorum, & ſimilium. Quid dicemus de delegato ordinarij? Dic ꝙ ſi eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum: idem, quod in ordinario: ſcilicet ꝙ nihil habebit, immo ordinarius ei prouideat. Idem enim eſt conſiſtorium. ĩ. de appel. cap. Romana. & ordinarius eſt, vt dixi ĩ. de offi. vi. licet. ad hoc ſ. de offi. ordi. ſnter cetera. & in Authen. vt nulli iudi. §. nulli. coll 9. & in Authen. de manda. prin. §. illud. Si ſit delegatus ad ſpecialem cauſam. & ordinarius ei cauſam malitioſe committit, idem. Si non malitioſe, videtur idem quod in delegato Papæ ſecundum Innocentium qui hoc not. ſ. de vi. & hon cle. cum ab omni. Sed an hæ pœnæ habeant locum in eo, ꝙ in delegato Papæ hic exprimuntur: vtilis eſſet declaratio pro eo, ꝙ pœnę nõ videntur excedere proprium caſum, de pœ diſt. 1. pœnæ ĩ. de reg. iur. in pœnis, cum concor.

a ¶ Recipere.] nota ꝙ non ſolum exigere ab inuito, ſed etiam à volente recipere prohibetur. ad idem. ĩ. de cenſi. Romana. §. penult.

Sportulę an debeãtur delegatis iudicibus.

b ¶ Qualitercumque.] nota, quia ſecundum leges delegatus habet ſportulas; ſcilicet, duos aureos in principio, & duos in fine, in Authen de iud. §. ne autem. colla 6. & hoc, ſi cauſa ſit maior centum aureorum: alioquin delegatus etiam a principe nihil habebit, vt ibi. Secundum nos nihil videtur delegato dandum nomine ſportularum, cũ iſta littera ſic generaliter loquatur: & ſupra dixerit, Nullum munus, vel quicquam aliud: & facit ſ. de vita & honeſt. cleri. cum ab omni, & quod ibi notatur.

c ¶ Præſumat.] hoc verbum denotat vitiũ. 8. diſt. quæ contra mores. 10. diſt. ca. 2. 17. diſt. multis. Aliquando tamen demonſtrat bonum actum, vt 5. diſtin. ad eius. 36. q. 1. monachi. & 7. q. 1. §. hoc tunc, aliàs, cum vero. ver. præſumentium. 12. q. 2. ſi quis qualibet. Quòd ſi contra fecerit, ad reſtitutionem integam tenetur, vt ĩ. eod. §. notarium. Archid.

Iudex qui ex cauſa ad teſtes accedit, à quo debeat procurari.

d ¶ Excedat.] hoc ſatis ſupra dictum fuerat, dum diceret moderatas.

[Glo. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.]

e ¶ Quàm ab alia.] hoc non habet locum in caſu. ĩ. de iudic. mulieres. cum enim teſtem producens illum habeat procurare, licet iſte pro vtraque parte teſtetur. ĩ. eod. §. pro ferendo. à ſimili in iudice, cum ad teſtem ex cauſa proficiſcitur. Item vbi vna pars abundat, alia nihil habet, idem dico, vt ĩ. eod. verſi ſed & vbi. vnde ibi dicit. litigantes, in plurali, ad hoc de elect. cupientes. §. ſi vero. verſi. niſi forſan. & facit ad idem eadem decre. §. denique. verſi. vt eo.

f ¶ Commune.] facit. infra. § prox. in fine.

g ¶ Vtilitas vel neceſſitas.] Nota iſta duo paria: ad idẽ de præbend. expoſuiſti. & ibi de hoc. Aliquã non ſunt paria. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent. ff. de impen. in re. do. fact. l. impenſæ. cum duabus leg. ſeq.

h ¶ Occaſionem.] eſt ſi ĩ de iud mulieres.

i ¶ Notabiliter.] notabilis igitur debet eſſe paupertas: ad idem ſ. de vſu. cum tu.

† Nota ꝙ paupertas excuſat ab onere expenſarũ. Dom.

k ¶ Pauperes.] paupertas non eſt de genere malorum. 15. quæſt. 1. illa. in fine. Et no. ꝙ etiam ſecundum leges in hoc caſu ordinarius non habet ſportulas. in Authen. de manda. Prin. § ſit tibi. colla 3. & magiſter in cathredrali Eccleſia inſtitutus pauperes ſcholares gratis docet de magi. c. 1. & propter paupertatẽ duæ eccleſiæ vniuntur. 1 10. q. 3. vnio. & pauperibus prouidere debet prætor de aduocatis ff de poſt l. 1. § ait prætor.

1 Vide concilium Triden. ſeſſio. 21. de reformat cap. 5. & ſeſſio. 24. de reform. cap. 13.

ADDITIO. De priuilegijs & incommodis paupertatis, remittit Archi. ad ea, quæ notauit. 11. q. 3. pauper. Ioan. And.

ASSESSOREM. Ponit duo dicta. Secundum: ibi, Si autem. Ioan. Andr.

¶ Delegatus à ſede Apoſtolica non debet aſſumere aſſeſſores vel conſiliarios, niſi cauſa hoc requirat; hoc primo. Item delegatus à ſede Apoſtolica, debet cauere ne Notarius cauſæ indebitas exactiones, occaſione ſui officij faciat. hoc ſecũdo. Item Notarius vel iudex, qui aliquid exigit à partibus, tenetur illud reſtituere, nec partes poſſunt ei donare hoc tertio. Item delegatus non debet aliquos ad præſentiam vocare pro teſtimonio ferendo, niſi cauſa hoc requirat & poteſt cogere partes vt deponãt expenſas, quas teſtes ſunt facturi. hoc quarto. Item facta contra hanc conſtitutionem ſunt ipſo iuri nulla & irrita hoc dicit vſque ad finem ca.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu iſtius § qui dicatur Aſſeſſores: Vnde aſſeſſores & conſiliarii, idem ſunt ſecundum Doct. Ægidium de Foſtanis in ſuo libello, De ordine iudiciario. Nam quando iudex ordinarius vel delegatus reperit in cauſa aliqua dubia, ad quæ dubia decidenda putat ſe inſufficientem: debet dicere partibus, Ecce reperio plura dubia in cauſa veſtra. & intendo ſuper his habere conſilium: ſi habeatis conſiliarios ſuſpectos, nominetis: ne communicentur eis dubia: Tunc partes nominabunt aduocatos ſuſpectos, ſi habeant aliquos ſuſpectos. Hoc facto, iudex aſſumet vnum vel duos de non ſuſpectis: & eis communicabit dubia, & iſti appellantur Aſſeſſores, ſiue conſiliarij, & iſti pro conſilio licite poſſunt recipere ſalarium à partibus.

CASVS. Dictum fuit ſ. in §. præcedenti, ꝙ delegati à ſede apoſtolica non debent aliquid recipere à partibus, niſi eſculentum & poculentum, quod poſſit conſumi intra paucos dies: & hoc niſi proficiſcantur extra domum. Sed quæritur, vtrum delegatis indiſtincte ſit permiſſum aſſumere aſſeſſores ſiue conſiliarios, poſito ꝙ ipſi delegati ſint ſufficiẽtes ad decidẽdum dubia? Dicit,

Dicit, ꝙ non, niſi neceſſitas exigat: ideo ſi delegatus ſit negligens, quia dixit, ꝙ non vult ſtudere, ideo quia non recipit aliquid à partibus: hoc non debet facere: quia ſi ſit ſufficiens, non debet in grauamen partium aſſumere aſſeſſores & conſiliarios, qui ſalariabuntur à partibus: Sed ſi fecit qđ in ſe eſt, & cōperit ſe non ſufficientē, debet aduocare aſſeſſores ſiue cōſiliarios, qui recipiunt ſalariū à partibus. Sanctiſſime Pater, dixiſtis qualiter delegati debent ſe habere circa aſſumendos aſſeſſores, ſed vellem informari qualiter ſe debeant habere circa notarios cauſarum? Reſpondet, quod delegati (idem de ordinarijs) debent attendere, ne notarij recipiant ſalarium immoderatum: & ſi vellent exigere a partibus magnum ſalarium, iudex debet facere eos contentari moderato ſalario. Item ſtatuit, ne delegatus conſequatur ſalarium ſiue lucrum, habita conuentione inter ipſum & notarios, vel aſſeſſores, vt iudex conſequatur partem lucri à notario vel aſſeſſore: quia in aliquibus curijs iſta practicantur: maxime in curijs eccleſiaſticis, quòd iudex non conſueuit ferre aliquam ſententiam, niſi prius habito conſilio cum peritis: Quod eſt contra iſtud cap. & aliqui iudices diuidebant ſalarium inter ſe & notarios vel aſſeſſores. Hoc non debet fieri: immo iudex debe. abſtinere ab omni lucro. Sed ponamus, quòd iudex vel notarius fecit contrarium, numquid tenentur ad reſtitutionem? Reſpondet, ꝙ ſic: & partes non poſſunt eis donare. Sed vellem informari à ſanctitate veſtra, qualiter delegati ſe debeant habere circa teſtes? R̄ndet, ꝙ non debent aduocare ad ſe aliquos teſtes, niſi neceſſitas exigat vel conditio & ſtatus cauſæ requirat, & tunc facient delegati conſignare expenſas a partibus tam in eundo, quam redeundo. Et hoc verum, ſi ipſi teſtes vocentur ex longinquis partibus. Poſtea in fine dicit Romanus Pontifex, ꝙ declarat irritum & inane, quod fit contra iſtud c: vnde clauſula, irritans quicquid, &c refertur ad omnia capitula iſtius conſtitutionis. Conſciētiæ. quia ſtatur conſcientiæ delegati, verum ſit ſufficiēs ad decidenda dubia in cauſa, vel inſufficiens. Et ſi dicat ſe inſufficientem, cum ſit ſufficiens: ædificat ad gehennam, & peccat mortaliter. Nota primo, ꝙ iudex non debet habere conſilium peritorū expenſis partium, niſi neceſſitas id requirat, videlicet, qn̄ cognoſcit ſe nō eſſe ſufficientem ad cauſam decidendam. Nota vlterius, ꝙ conſiliarius vel aſſeſſor poteſt recuſari vt ſuſpectus, licet non habeat iuriſdictionem: quia conſiliarius poſſet inducere iudicem ad iudicandum pro parte aduerſa. Sed qualiter conſiliarij debent impendere conſilium? Dicit Doctor Ægi. de So. ꝙ non tenentur fortificare conſilium aliquibus rationibus: ſed ſufficit ꝙ dicant, videtur mihi ſic de iure faciendum: nec tenentur allegare iura, cum opiniones Doctorum non ſint probabiles, niſi quatenus fortificantur rationibus. Verumtamen conſiliarij non tenentur allegare rationes, nec eorum conſilia conſueuerunt ſcribi apud acta. Nota vlterius quòd notarius debet recipere ſalarium moderatum à partibus, & in pluribus curijs ſalarium eſt taxatum: ſed ſi ſalarium non eſt taxatum, poteſt iudex illud limitare. Nota ꝙ partes poſſunt repetere ſalarium datum iudici, etiam ſi fuerit ſponte oblatum, nec partes poſſunt iudici donare. Nota quòd teſtes nō ſunt vocandi ad præſentiam iudicis, niſi ſtatus cauſæ requirat: quia quando quis vult producere teſtes ſuper principali, requiritur ꝙ lis fuerit conteſtata & iuratum de calumnia, & ꝙ captus ſit terminus ad probandum, & iamque porrexerit intentionem ſuam, ideſt, articulos probatiuos, ſuper quibus petit teſtes ſuos examinari, qui articuli in iure vocantur, quia ſic incipiunt; Intendit tales, &c. Nota ꝙ teſtis vocatus ad iudicium pro teſtimonio fereudo, non tenetur venire ad iudicium, immo nec tenetur ponere pedem extra domum ſuam, niſi prius receperit expenſas, quas eſt facturus tam eundo & ſtando, quā redeundo, vt tenet Cyn. in l. quoniam. C de teſtibus. Nota quòd iudex debet obſeruare oīa contenta in hac conſtitutione; & ſi ſecus fecerit, tunc facta contra, ſunt ipſo iure nulla, etiam ſine ope exceptionis.

rem [a] autem, vt quandoque [b] † faciunt aliqui fraudulenter, [c] niſi eo indigeat, [d] quod cōſcientiæ [e] relinquatur [f] eiuſdem, ſibi nequaquam adiungat: alioquin [g] de ſuo proprio [h] prouidere teneatur eidē. ¶ Si autem indigeat, † ipſum neutri parti ſuſpectum [i] aſſumens, ei de cōpetenti [k] ſalario proui-

† Nota ꝙ iura diſponunt ſuper quod non fit ſæpe, ſed qn̄que. Do.

† Not. ꝙ licet iudex delegatus nō ſit ſufficiēs propterhoc non poteſt recuſari, ſed datur ei aſſeſſor. Do.

a ¶ Aſſeſſorem.] de officio aſſeſſoris tangitur. ff de offi aſſeſſor. l. 1. & C. de aſſeſ. l. 1 & quaſi per totum. Eſt autem aſſeſſor is, quem ille qui poteſtatem iudicandi habet, ſibi aſſociat, vt ſibi in cauſa aſſideat vel aſſiſtat, ſeq; ad cauſam recte decidendum inſtruat, vt in princip. l. primę, C. de aſſeſſo. Archid.

[Glo. ſeq allegat duas concordantias, ſignat contrarium, & remittit.]

b ¶ Vt quandoque.] nota haberi rationem de his, quæ raro fiunt: ad idem. ff de ſta hom. l. non ſunt. & l. vlt. Contra. ff de legib. nam ad ea. Sol. & no. de deſpon. impu. litteras, in glo. pen.

c ¶ Fraudulenter.] vel vt partes grauent, vel alteram earū: vel vt amicis ſeruiant, vel vt lucrum percipiāt, vel participent, vt ī. ſequitur: vel vt ſeipſos exonerēt, quod facere non debent. de offi. deleg. paſtoralis. in princ.

d ¶ Indigeat.] quia forte non eſt peritus, vt conuenit, ad vniuerſa puncta cauſæ rimanda: vel quia varijs ſuis negotijs vel infirmitate corporis impeditur.

e ¶ Conſcientiæ.] ſim. de renunc. niſi cum pridem. in fi. [1] & ī. de hæ cap. vlt. ad fi & vide quod ibi dicam de triplici cauſa, qua quis relinquitur conſcientiæ. & habes concor. ſ̄ de voto. c. fin.

[1] Ab hoc loco vſque in finem, non ſunt in antiquis libris.

ADDITIO. Conſcientia eſt cognitio ſuiipſius cordis. ſecundum Papi.

f ¶ Relinquatur.] per hoc verbum credo ꝙ pars non poſſit referre quæſtionem iudici delegato: ſcilicet dicendo, ꝙ aſſeſſore non eget. Cum enim hoc cōſcientiæ relinquatur ipſius, ergo ſolus Deus hic, & nullus alius eſt iudex [2] vel cognitor. Præterea poſito, ꝙ ſummus ſit Doctor, & parum occupatus: ex quo conſcientia hoc dictat, poteſt aſſeſſorem aſſumere, vt hic: caueat tamen ſibi, ne conſcientia eius improbabilis ſit, de ſimonia, per tuas 2.

[2] Iſta gl. eſt vera Phi & Dom. Fallit tn̄ in caſ glo. cle. 1. de iu. pa. & in c. qualiter & quando. 1. de accu. Fon.

ADDITIO. Nota caſum in quo relinquitur conſcientiæ. ſic ī. de voto & vo. redempt. c. vlt. vbi de hoc. & 4. diſt. denique. ad idem ī eod. lib. de hære. ſtatuta. §. ceterum. in fi. Arch.

g ¶ Alioquin.] ſcilicet, ſi adiunxerit, cum non egeret.

h ¶ De ſuo proprio.] proprium eſt, quaſi porro priuatum, ſeparatum à communione, priuatum ſuum, quod alijs non pertinet, vt ī. dicam eo. lib. de elect. nulli. vbi videas. Arch.

i ¶ Suſpectum.] nota pro ſuſpectis qui de facto in cauſis dantur per partes.

ADDITIO. Patet autem per hunc textum ſatis eſſe, quòd aſſeſſor non ſit de ſuſpectis, licet non ſit de confidentibus, in quos forſan partes non conueniunt. Ioan. And.

k ¶ Competenti ſalario.] ſpe etenim præmiorum inuitandus eſt aſſeſſor. C. de aſſeſ. l. 1. & ſalarium habere debet ff. de offi. aſſeſ. l. diem functo. debet enim merces conſtitui pro labore 12. q. 2. charitatem. nec de proprio beneficium quis facere cogitur. 10. quæſt. 2. precariæ. §. decreuit in fi. & poteſt iuſtum conſilium vendere. 11. quæſtio. 3. non licet. adde quod ibi no. & 14. quæſt. 5. non ſane. vide in Specu. §. ſalarium. ver. quid ſi duobus.

a ¶ Mo-

de moderando [a] ab eo, ſaciat à partibus communiter [b] prouideri.

Delegatus taxare debet ſalarium Notariorum, nec participare debet cum ipſis, vel aſſeſſoribus in ſalario. Dominicus.

Notarium [c] vero vel Notarios [d] in cauſa ſibi commiſſa ſcribentes, qui vt plurimum in exigendo ſalario metas [e] rationis excedunt, vt ad ipſius ſpectat officium [f] prudenter [g] refrænet: [h] nec cum ipſis, aut cum aſſeſſore præfato lucrum participet vllo modo.

Delegatus recipiens aliquid contra prohibitionem huius capituli, tenetur reſtituere, non obſtante dantis remiſſione. Io. And.

Si quid autem contra cõſtitutionem præſentem receperit, [i] ad ipſius reſtitutionem integram teneatur: nulla eorum, quibus reſtitutio facienda fuerit, remiſſione [k] vllatenus profutura eidem.

Delegatus non debet vocare teſtes, niſi ſtatu cauſæ requirente: & producens illis adminiſtrare debet expenſas in veniendo, ſtando, & redeundo. Dominicus.

Pro ferendo quoque teſtimonio [l] (prætextu cuius aliqui alios fraudulenter interdum à iudicibus vocari procurant, vt eos laboribus [m] & expenſis [n] fatigent, aut extorqueãt [o]

a ¶ Moderando.] ſecundum qualitatem cauſæ, & partium conditionem, & facundiam aſſeſſoris, & loci conſuetudinem: ſicut de aduocato dicimus. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. in honorarijs.

[Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem.

b ¶ Communiter.] quia commune gerit negotium ſ. §. prox. Et ſi delegatus moritur, vel partes concordent: nihilominus aſſeſſor ſalarium ſtatutum habebit, vel habitum non reſtituet. ff. de offi. aſſeſſ. l. diem functo ff. loc. qui operas. & l. ex cõducto. §. item ſi. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. Diuus.

Aſſeſſor habeat ſalarium, licet partes concordent.

NOTARIVM. Primo mandat ſalarium moderari, ſecũdo prohibet iudicem in lucris participare. Domin.

c ¶ Notariũ.] quem debet habere delegatus, vt fideliter cuncta iudicij acta conſcribat. ſ. de proba. quoniam. & vocatur ſeruus publicus. j. de vſu. quamquam. circa medium. Et priuat eccleſia etiam laicum hoc officio ratione peccati, vt inf. de pœn felicis. §. primo, cum ſimil.

Notarius laicus põt priuari officio per eccleſiam.

d ¶ Notarios. nota plures notarios aſſumi ad ſcribendum in vna cauſa, cum hoc non reperiatur prohibitum, & hic ſit conceſſum: & facit ad prædictam decret. quoniam. ſ. de proba.

e ¶ Metas rationis.] & eſt illud quaſi crimen concuſſionis, ratione officij vltra debitum exigere. 1. q. 7. ſancimus. C. ad l. Iul. repetun l. vlt.

(Glo. ſeq. primo notat, & rationem reddit: ſecundo de duplici ſcriptura diſtinguit.)

f ¶ Officium. nota iudicis etiam delegati eſſe moderari ſalaria aſſeſſorum & notariorum: quia cum cauſa ſit ei commiſſa, &c. de offi. deleg. præterea. & eſt ſi. de iudi. c. vlt. vnde bene dicebat Guil. in Specu. tit de ſala. §. 2. circa ſi. ꝙ aut ſcriptura erat de foro & iudicialis, aut extraiudicialis: Primo caſu, puta in exceptionibus, replicationibus & ſimilibus ſcribendis ad officium iudicis, coram quo agitur, etiam delegati, pertinet talium ſalaria moderari, & à grauaminibus partes releuare. de pœn. diſt. prima, nemo. 1. de offic. deleg cum te. & cuncta quæ litigatores impediunt, emendare. 1. quæſt. 1. emendari. de offic. deleg c. 1. & tales improbos exactores punire. C. de officio præfecti Africæ in nomine. verſus ſi. §. hoc etiam decernimus. Moderabitur ergo quid detur pro citatione, quid pro termino, quid pro conteſtatione: & ſic de ſingulis. & in hoc inſpiciet conditionem perſonarum, & cauſæ, & conſuetudinis fori: & ſi videbitur, per alios fideles notarios hoc faciet taxari. Si vero ſit ſcriptura extraiudicialis, puta, inſtrumentum venditionis, de qua agitur, vel depoſiti, vel abſolutionis, vel ſimilia: expedietur id per ordinarium loci, vel deputatum illi officio: puta, per Conſulem tabellionum Bononieñ. qui ſi de certo ſalario non ſuit conuentum, inſpecta qualitate cauſæ, conditione perſonæ, & conſuetudine loci, taxabit vel taxari faciet per viros expertos. ff. de var. & extraordina. cog. l. prima, & de ſimon. cap. 1. 3. quæſtio. 7. cap. infames. §. apud vrbem.

Salarium notariorũ per quẽ iudicem dẽat taxari.

g ¶ Prudenter.] ad idem de accuſ. qualiter. 1.

h ¶ Refrenet.] alludit vocabulo: & eſt ſim. ſupra in procœmio compila. Gregorij. & ſupra de hom. dilectus.

SI QVID. Prima punit: Secunda pœnam aggrauat: ibi, Nulla. Ioan. And.

i ¶ Receperit.] ſcilicet, a partibus præter eſculentum, vel poculentum, vel vltra moderatas expẽſas cũ proficiſcitur: vel participando lucrum cum aſſeſſore vel notario.

[Gloſſa ſequens allegat concordantias, notando caſus contra regulam: ſecundo quærit: & ſoluit, huic decretali reſpõdens.]

Onſuetudinem.] Prima pars dānat conſuetudinem decernens illam, etiam ſi iurata fuerit, non ſeruandam. vtriuſque dicti reddens cauſam: Secunda ſtatuit ipſius conſuetudinis contrarium, quod ad præterita extendit, & decretum apponit Secunda: ibi, Statuētes. ¶ Sine diſpenſatione Apoſtolica non poteſt quis obtinere in eadem Eccleſia duas dignitates, perſonatus, vel officia, vel vnam dignitatem & officium, vel perſonatum & officium, vel dignitatem & perſonatum: nec valet conſuetudo quantumcumque tempore obſeruata fuerit. hoc dicit. Quæritur pro intellectu huius capituli, quid ſit dignitas, quid ſit perſonatus, quid ſit officium? Vnde ſciendum, quòd iura noſtra aliquando vtuntur iſtis vocabulis promiſcue: vt in c. cum acceſſiſſent. de conſti. in anti. vbi Primiceriatus, in princip. illius cap. appellatur dignitas. & in medio cap. vocatur perſonatus; in fine vero capitu. appellatur officium. Tamen proprie iſta tria, dignitas, perſonatus, & officium differunt: Nam dignitatem proprie dicitur quis habere, qui habet adminiſtrationem, & cum hoc habet iuriſdictionem: ſicut abbas, qui habet adminiſtrationem rerum ſui monaſterij. cap edoceri. ſupra de reſcrip. in anti. & habet iuriſdictionem in monachos; vt in cap quanto. ſupra, de offi. ord. Item prior conuentualis. Item ille qui præeſt alicui corpori, qui habet iuriſdictionem in perſonas illius corporis, vt in l. fin. C. de iur. om. iud. Sed perſonatum dicitur is habere, qui in eccleſia habet aliquam præeminentiam, non tamen habet iuriſdictionem: ſicut ille qui in eccleſia, in Capitulo, & alijs honoribus præcedit canonicos. Officium vero dicitur quis habere, qui ſine iuriſdictione, & ſine præeminentia habet adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum: ſicut eſt ſacriſta.

Dignitas, perſonatus, & officium, in quo differunt.

[Prima gloſſa ſummat.]

nem, [a] † quam in veſtra eccleſia ſeruatam aſſeritis tanto tempore, quòd in contrarium memoria non exiſtit: [b] videlicet, quòd ipſius eccleſiæ canonici duos perſonatus, aut duas dignitates, vel præpoſituras, [c] ſeu adminiſtrationes, [d] aut duo officia, [e] vel eorum alterum [f] cum reliquo inſimul & præbendam poſſint in ea [g] licite [h] abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ [i] obtinere: corruptelam (cum ſacris ſit inimica canonibus, [k] & de ambitionis [l] radice proceſſerit) merito reputantes, eam auctoritate Apoſtolica reprobamus: voſque ad ipſius obſeruantiam, etiã ſi iuramento [m] firmata extiterit, cum iuramentum iniquitatis vinculum [n] non exiſtat, decernimus non teneri: ſtatuentes, vt cum vnum officium [o] vix digne valeat aliquis adimplere, nulli liceat de cetero, niſi vnicum [p] perſonatum, vel dignitatem, aut præpoſituram, ſiue adminiſtrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine [q] cenſeantur, † cum præbenda inſimul abſque diſpenſatione dictæ ſedis in eadem eccleſia obtinere: vel iam obtenta [r] † tenere. Quòd ſi à quoquam ſecus præſumptum fuerit, irritum ſit omnino. [ſ]

¶ Idem.

¶ *Non valet conſuetudo, quòd ab officiali epĩ ad epiſcopum appelletur. Io. An.*

e ¶ Conſuetudinem.] Prætextu conſuetudinis etiam iuratæ, vel quantocunque tempore obſeruatæ, non põt quis niſi vnicum perſonatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium ſimul cum canonia & præbenda, in aliqua eccleſia abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ obtinere, vel iam obtenta tenere: & contra præſumptum irritum eſt omnino. Io. Andreæ.

[Glo. ſeq. recitetur per obiectionẽ.]

b ¶ Non exiſtit.] ſim. ſupra de verbo. ſignifi. ſuper quibuſdam. & ſi conſuetudo iſta alias legitima fuiſſet, non eſſet neceſſe in ea titulum oſtendere. inſ. de pręſcrip. c. 1. 1 Videtur enim conſuetudo talis ius inducere. ff. de aqua plu. arc. l. 1. § 1. Sed cum conſuetudo talis, corruptela ſit: longitudo tanti temporis non prodeſt: & eſt ſimi. ĩ. c. prox.

c ¶ Præpoſituras.] certa dignitas eſt in eccleſia: licet aliàs omnes qui præſunt, prępoſiti dicantur. ſupra de verbo. ſignifi. quamuis.

d ¶ Adminiſtrationes.] ſic ſ. de ſta. monach. monachi. § qui vero, ſicut cameraria, vel quiſquis ſit veſtiarius, vel eleemoſynarius, vel aliud ſimile. Archid.

e ¶ Officia.] perpetua, vt ĩ. ſequitur.

f ¶ Alterum cum reliquo.] ideſt, dignitatem cum perſonatu, vel præpoſituram cum adminiſtratione, vel officium perpetuum inſimul cum præbenda, prout ſtatim ſequitur.

g ¶ In ea.] eadem eccleſia.

h ¶ Licite.] 22. q. 2. faciat.

i ¶ Abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ.] nota caſum, in quo ſolus Papa diſpenſat. Duos ſimiles habes ĩ. de præben. cum ſingul.

ADDITIO. Hic videtur confundi ſententia Ioan. Vinc. Goff. Hoſt. & Pet. qui dixerunt, ꝙ in talibus dicti epĩ poterant diſpenſare, prout ipſi notant ſ. de pręben. de multa. in fine. Et idem no. in Spec. de legato § viden dum reſtat. ver. ſed numquid epiſcopus. de hoc etiam no. 70. diſt. ſanctorum. Arch.

k ¶ Canonibus.] 70. diſt. ſanctorum. de conceſ. præb. litteras. & hoc idem dicebat conſtitutio Vrbani, quæ incipiebat, Prouiſionis, vnde tracta fuit decr. iſta.

l ¶ Ambitionis.] ſ. de præben. quia in tantum. de electio. dudum. 2.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, de quo iuramento, & cet.

m ¶ Iuramento.] ſpeciali 2 vel generali, non curo: quia ſi ſpecialiter iuraret hanc conſuetudinem expreſſe ſeruare, fuit iuramentum temerarium non ſeruandũ: & de eo quod iurauit, poſſet & deberet imponi pœnitentia. de iureiu. ſicut. Si generaliter iurauit ſe ſeruaturum conſuetudines ipſius eccleſiæ: iuramentum iſtud ad poſſibilia, & licita tantum extenditur, 3 vt ĩ. de iureiu. c. 1. Io. And.

n ¶ Vinculum.] i. vinculans, vel obligãs in iniquitate. concor. 22. q. 4. inter cetera. ſ. de iureiur. quanto. & ĩ. de iureiur. c. 1. Ioan. And.

n ¶ Vinculum.] i. non obligat ad aliquod iniquum obſeruandum aliquem, nec aſtringit. ſic 22. quæſtio. 4. inter cetera. ĩ. eod. lib. de iureiuran. contingit. § quia vero. Archi.

o ¶ Vnum officiũ.] Concor. 89. diſ. ſingula. ſupra de hær. cum ex iniuncto § 1. & infra de præbend. cum ſingula. quæ ponit ſimilem caſum: & eſt ſimile, ſupra de cele. miſſar. te referente. de conſecra. diſtin. 2. ſufficit.

p ¶ Niſi vnicum.] ergo videtur, ꝙ de diſpenſatione inferioris à Papa, vnicum perſonatum, vel officium cum canonicatu & præbenda poſſit habere: & ſic poſſet approbari illa opinio poſita per Ber. de conceſ. præben. litteras. in fi. vlt. glo. Et idem credo, ſi hoc eſſet de ſtatuto vel conſuetudine eccleſię. ſ. de reſcriptis. eam te. ibi, erat idem archidiaconus canonicus. ad idem ĩ. de pręben. quia ſæpe. ſ. de conc. præben. poſtulaſti. ĩ. de app. à collatione. & ĩ. de præben. cum in eccleſia. & c. fina. 2. reſpon. & in clem. fi. de præben. in quibus habes, quòd præbendarius & canonicus eſt in eccleſia.

q ¶ Quocumque nomine.] vnde per hoc etiam camerlangariam vel maſſariam, vel œconomatũ perpetuum credo prohibitum. Io. And.

ADDITIO. Idem de veſtiario & eleemoſynario, ſecundum Archid.

[Glo. ſeq. quærit. & ſoluit.]

r ¶ Vel iam obtenta.] quid ergo de obtentis? quæro, vtrum detur optio quid retinere, & quid dimittere poterit? Videtur quòd ſibi detur optio: argu. ſ. de præb. referente. & c. præterea. & melius ĩ. de præben. cum ſingula. § 1. vel dicatur, ꝙ ſecundum adeptum retinere poterit, & non primum, cum vacauerit primum ipſo iure per prædictam decret. de conceſ. præb. litteras. Ad decret. cum ſingu. dici poſſet, quòd in alio caſu loquitur. Ioan. Andr.

ſ ¶ Omnino.] vt poſſimus dicere, ꝙ omnibus careat, quia omnia illicite concupiuit. facit ſ. de tranſla. licet. & c. quanto. & melius de præb. cum ſingula 1. reſpon. in fi. Ioan. And.

ADDITIO. Et apertius in conſtitutione, execrabilis Ioann. xxij. verſicu. alioquin. & verſicu. ſequen. Ioan. Andr.

NOn putamus.] Primo ponit dictum. Secundo rationem aſſignat: ibi, ne ab eodem.

¶ Præſupponitur primo, quòd de ſubſtantia appellationis eſt, quòd appelletur de inferiori ad ſuperiorem: nec poteſt appellari de ſuperiore ad inferiorem, vel de æquali ad æqualem: quia appellatio eſt de inferiori ad ſuperiorem prouocatio. Item præſupponitur, ꝙ conſiſtorium epiſcopi, & ſui officialis principalis, dicatur idem conſiſtorium.

CASVS.

† Vide cõcil. Triden. ſeſſ. 7. de refor. c. 2. & 4. & ſeſ. 24. de reform. c. 17.

1 Et ibi no. in glo. fin. quomodo talis cõſuetudo probetur, & hic aliqd p Archidiaconũ, qui & remittit ad libellũ. Roff. rub. d parochia. Io. And.

2 Vide B. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. & ibi Caiet.

3 Idẽ dicas de ſtatuto gñaliter loquente: facit l. ſi quis ſub conditione. & ibi Ang. per illum tex. ff. de cond. & demõ. Fon.

† al. cenſeatur

† No. ꝙ cõſtitutio antiqui iuris declaratoria extenditur ad præterita, & ſi § ſe habeat conſuetudinẽ, dummodo ɔ̃claret illã non valere: Dom. Phil. Fon.

CASVS. Ponamus, ꝙ officialis Pictauien. protulit contra me aliquã ſententiam, à qua appellaui ad epm: Certũ eſt, ꝙ non valet appellatio de iure cõi. Sed ponamus, ꝙ in diœceſi Pictauien. fuit longo tpe ſeruatum contrarium: videlicet, ꝙ fuit appellatum ab officiali ad epiſcopum: & epiſcopus ſæpius cognouit de cauſis appellationis: vtrum valeat talis conſuetudo, ita ꝙ prętextu illius cõſuetudinis ſit introductũ, vt eps poſſit cognoſcere de cauſis appellationis ſui officialis principalis? reſpondet, ꝙ non: quia illa conſuetudo eſſet contra ſubſtantiã appellationis: quia appellatio eſt prouocatio ab inferiori ad ſuperiorẽ: modo ipſe officialis & epiſcopus faciunt vnum conſiſtorium. Et hoc verum, loquendo de officiali principali: ſed non eſt intelligẽdum de foraneis officialibus, qui ſunt ſubdelegati officialis principalis, ſiue epiſcopi: quia ab eis poſſet appellari ad epiſcopum: quia à ſubdelegato appellatur ad primum delegantem.

CAP. II.

Non [a] putamus illam conſuetudinem quãtocunque [b] tpe de facto [c] ſeruatam conſonam rationi, quòd ab officiali [d] epiſcopi ad eumdem epiſcopum valeat appellari: ne ab eodem ad ſeipſum [e] (cum ſit idem adiutoriũ [f] vtriuſque [g]) appellatio

[Prima gloſſa ſumat.]

a ¶ Non putamus.] non valet conſuetudo, ꝙ de officiali epiſcopi ad epiſcopum appelletur.

b ¶ Quantocunque tempore.] etiam ſi, in contrarium non ſit memoria. ſupra c prox.

c ¶ De facto.] bene dicit: quia de iure non, vt ĩ. dicã.

[Glo. ſeq. primo dicit de quo officiali loquitur: ſecũdo dat duas opin. reprobatas, vnam, ſ. Gof. alteram Ber. & Hoſti. Tertio ponit duplicem reprobationis rationem: Quarto reſpondet ad rationem contrariam.]

d ¶ Officiali.] [1] generali ſcilicet: ſecus enim ſi delegatus eſſet ad cauſam ſpecialem ab epo: quia tunc ad ipſum epm appellari deberet: de offi. dele. ſuper qõnum. de appel. dilecti. & ibi de hoc ſuper glo. 2. ff. quis & à quo ap. ſit. l. 1 & reprobata eſt per iſtud c glo. Gof. quę not. in ſum. de offi. vica. §. item dubitari. ꝙ de officiali epi, debet ad epm appellari: & adde quod dicã de ap. Romana. 1. reſpon. & reprobata eſt gl. Ber. poſita in ipſo c. dilecti filij prior, de ap. vbi dicebat, ꝙ de conſuetudine poterat induci, ꝙ de officiali ad epm appellaretur: ſicut inducitur ex ea, ꝙ omiſſo medio appellaretur ad ſuperiorem. Idem dicebat Hoſtien. ĩ. de app. Romana. 1. reſpon. & eadem ratione: ſed falſum eſt, vt hic vides. Et poteſt eſſe ratio, quia appellatio, eſt de minori iudice ad maiorẽ prouocatio, vt notant ſummiſtæ, Gof. & alij in tit. de app. ſed hic nõ prouocabatur ad maiorẽ, ſed ad parẽ, vel eundẽ, vt hic vides. patet ergo ex ipſius appellationis deſcriptione, ꝙ hæc appellatio dici nõ poteſt: vñ conſuetudine induci non poterit id, pp quod appellationis ſubſtãtia in deſcriptione mutetur. ex qua rõne ſequitur, ꝙ non valet conſuetudo, ꝙ ad minorẽ appellaretur, ſicut vides in ſimili: quia non valet pactũ factũ in precario, per quod ipſius precarij natura mutetur, vt ſi vſque ad certum tempus detur: etiam ante tempus reuocabitur. ff. de preca. l. cum precario. Præterea licet interlocutoriam ſuam iudex reuocet, diffinitiuam tñ non. Quod dic vt not. de app. cum ceſſante. cum ergo officialis ſententia ſit epi: non mirum, ſi ipſe adiri non poteſt. Et non obſtat, ꝙ per conſuetudinem põt appellari omiſſo medio: quia appellari gradatim non eſt de ſubſtantialibus appellationis, ſed de circunſtantijs: vnde appellatur ad Papã, & ad legatum omiſſo medio: & circunſtantię contractuum per pactũ tolli poſſunt. ĩ. de cõmo. c. vno. de depo. bona fides. ſic & iſta circunſtantia p cõſuetudinẽ, vt prædicta decr. Romana.

[1] Iſtam gl. ſequuntur Doc.

ADDITIO. De materia glo. vide l. pacta. ff. de contrahenda empt.

e ¶ Ab eodem ad ſeipſum.] i. de officiali ad officialẽ: vel verius, de epiſcopo ad epiſcopum.

f ¶ Auditorium.] ĩ. de appel. Romana. 1. reſponſo.

interpoſita videatur. [h]

¶ Idem.

Valet conſuetudo præſcripta, quòd epiſcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui Capituli conſilium requirere non teneatur. Ioan. And.

ADDITIO. Et per hæc iura dixit Archidiaconus, ꝙ à delegato officialis appellari poteſt ad epm, vel ipſum officialem, & tu idem dicas etiam de ſubdito epo eadem ratione. Io. And.

g ¶ Vtriuſque.] epi & officialis.

ADDITIO ſcilicet, quoad appellationẽ, ſed non quo ad recuſationem. ĩ. eodem lib. de offic. deleg. ſi cõtra. in ſi & iſta littera ſatis tollit ſentẽtiam domini Goff. qui ſcripſit officialem epi eſſe delegatum, non ordinarium: & hæc ipſe ſcripſit in ſum. de off. vica. §. 1. Sed licet hæc ſententia tempore ſuo poſſet ſaluari, tñ hodie non eſt verũ, vt hic. Nã cum conſiſtoriũ epi & officialis ſit vnũ & idẽ, ergo talis officialis ordinarius dr: & ab ipſo ſicut & ab epo eſt ad archiepm appellandum. ĩ. eo. lib. de ap. Romana. in princ. Arch.

Vide Domi. c. fi. de conſuet.

CAP. III.

Non [i] eſt (dum ta-

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit: ſecunda pars reci. per obiectionem de c. ſi contra.]

h ¶ Videatur.] contra ĩ. de app à collatione. vbi de epo ad eundẽ epm appellatur. Sol. non eſt idem conſiſtoriũ epi, in quantũ eſt canonicus, & in quantũ eps: & iõ ſi collationi interfuit vt canonicus, ad eũ bene poterit appellari, vt ibi. Eodem modo rñderi põt ad iura per Ber. inducta in ſupradicta glo. Item no. ꝙ licet idẽ ſit cõſiſtorium epi, & eius officialis, ita ꝙ non appellatur de officiali ad epm: tamen ſi officialis epi recuſatur, ſuſpicionis cauſa coram epo eſt probãda. ĩ. de off. dele. ſi ꝫ vnum. in fi. Vnde licet dicamus, ꝙ appellatio & recuſatio paria ſint, non eſt verum per omnia, vt recitari ſolet ĩ. de appel. ſuper eo. 2. vnde in recuſatione recurritur ad parem: & obtinet etiam in delegatis datis cum clauſula, ꝙ ſi non omnes, vt in ead. decr. ſi ꝫ. in princ.

Appellatio & recuſatio an ſint paria.

Non eſt.] Non diuiditur. Et nota, ꝙ quia per hanc conſuetudinem iudicatur inter eos, inter quos nõ aſſueuit, adaptatur hæc decr. huic tit. aliàs fateor, ꝙ videtur eſſe præſcriptio contra Capitulum. Ioan. And.

¶ Præſupponit̃ pro intellectu iſtius c. ꝙ licet eps ſolus habeat iuriſdictionẽ in ſuos ſubditos, & canonici non habeant iuriſdictionẽ illam, tñ iuriſdictionẽ debet exercere ipſe epiſcopus cũ conſilio canonicorũ, non dico cũ conſenſu: quia epiſcopus non tenetur ſequi eorũ conſiliũ, niſi velit. Idẽ de collatione beneficiorum, vt in c. nouit. & c. quãto. ĩ. de his quæ fiunt à præl. ſine cõſen. ca.

CASVS. Epiſcopus Picta. per ſpatium xl. annor. & per tempora ſufficientia ad inducendum conſuetudinem ſolus exercuit iuriſdictionẽ puniendo ſubditos ſuos, inquirendo, corrigendo, &c. poſtea capitulum eccleſię Pictaui. oppoſuit, ꝙ epiſcopus non habebat, nec poterat exercere iuriſdictionẽ ſolus, niſi requiſito conſilio capituli: epiſcopus allegat conſuetudinẽ præſcriptam: numquid prætextu conſuetudinis ſit acquiſita iuriſdictio ipſi epiſcopo, vt non teneatur requirere conſilium ſui capituli? hoc eſt quærere, numquid valeat conſuetudo legitime præſcripta contra c. nouit & c. quanto. de his quæ fiunt à præl. ſine conſen. ca. alleg.? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſic. Heli. Reg.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid corrigit.]

i ¶ Non eſt.] valet conſuetudo præſcripta, ꝙ eps in inquirendo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui capituli conſilium requirere non teneatur.

Et corri-

men aliàs ſit præſcripta[a] canonice[b] †) conſuetudo,[c] quam allegat[d] epiſcopus, reprobāda: quod in inquirendis,[e] † puniēdis, & corrigendis[f] ſubditorum exceſſibus,[g] cōſilium ſui Capituli requirere minime teneatur.[h]

¶ Idem.

¶ Per reſcriptum Apoſtolicum, quo de præbenda primo vacatura mandabatur alicui prouideri, laudabilis illius eccleſiæ conſuetudo non tollitur: hinc eſt, quòd ſi ibi eſt cōſuetudo, quòd antiquiores canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim: illo non obſtante mādato, poterit antiquior vacantem optare præbendā: & expectans per xx. dies optare volentibus, executor de non optata prouidebit eidem. Si autem præbendam vacantē in curia Papa cōferret, tunc illam antiquior optare non poterit. Ioan. And.

CAP. IIII.

Cvm[i] in tua[k] † eccleſia (in qua conſuetudo[l] habetur, ꝙ antiquiores[m] cāonici gradatim[n]

† al. legitime

† al. requirendis

† Nota, ꝙ eccleſia dicit̄ eſſe prælati. quod intelligē quo ad adminiſtrationem: q̄ʳ prelatus nō eſt dn̄s. de don. c. 2.

Et corrigitur quod notatur per Hoſtienſem ſ. de his, quæ fiunt à præl. ſine conſenſu ca. nouit. & c. ea noſcitur. in fi. Ioan. And.

a ¶ Præſcripta.] ſuper hoc vide quod no. de conſuetud. capitu. vlt. & 2. diſtin. fruſtra.

b ¶ Canonice.] ſcilicet cum bona fide & titulo: quod dic, vt j. de præſcr. c. 1.

c ¶ Cōſuetudo.] quę deſcribitur eſſe ius quoddā moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. 1. diſt. conſuetudo.

d ¶ Quam allegat.] & probat. Et enim non creditur, licet ep̄s ſit. 6 q. 2. ſi tantum, & c. placuit.

e ¶ Inquirendis.] debet prælatus inquirere de exceſſibus ſubditorum. ſ. de offi. ordi. pnicioſam. quod intelligunt ibi Tanc. Goff. Bern. & Inno. quando fama præcedit. ſ. de ſimon. licet Hely. Archid.

f ¶ Corrigendis.] iſta omnia generali demandatione epiſcopi non tranſeunt in officialem. j. de offi. vicar. c. 2. nec beneficiorum collatio. eo. ti. c. vlt.

g ¶ Exceſſibus.] ad quos corrigendos proceditur multis modis, vt ſ. de ſimo. licet Hely. Io. And.

h ¶ Teneatur.] ad quod aliàs tenebatur de iure communi. 15. q. 7. ep̄s nullius. de exceſſ. præl. c. 1. aliàs irrita eſſet ſententia ſua, † vt ibi, & in c. ep̄s. & cōcordat, de his quæ fi à præl. nouit & c. quāto. de talibus ſenioribus intelligitur de accu. qualiter. 2. de ſim. licet Hely. 15. q. 7. ſi quid, 87. diſtin. ſi quid. & hic. adde, quod no. 15. q. 7. epiſcopus. de offi. ord. c. irrefragabili.

† No. ꝙ cōſiliū requirendum, & non requiſitum redditactū nullum. Bart. in l. 1. § ſi plures. ff. d̄ exerc. Per. de Anchar. Phil. Fon.

Cvm in tua eccleſia.) Diuiditur in tres partes. In prima ponitur caſus dubij diffinitio: in ſecunda exceptio: in tertia prouiſio. Secunda ibi, In præbendis. Tertia ibi, Ne autem. Io. And.

Caſus Do. Heliæ.

CASVS. Papa mandauit canonicis eccleſiæ Pictauienſis, vt me reciperent in fratrem & canonicum: & præbendam, ſi vacaret, mihi aſſignarent: alioquin præbendam primo vacaturam. Tractu temporis vacauit quædam præbenda, canonici receperunt me in fratrem & canonicum. peto vt ipſi mihi conferant illam præbendam vacantem: Dixit antiquior canonicus ꝙ in eccleſia ipſa erat cōſuetudo, ꝙ antiquior canonicus poterat præbendam vacantē optare, & ſuā dimittere: & ſic antiquior canonicus hoc volebat facere: Dicebam ego, ꝙ vacans præbenda mihi debebatur, & non alia: vtrū virtute conſuetudinis fiat præiudicium gratiæ: vel econtra, vtrum per iſtam gratiam fiat præiudicium conſuetudini? Reſpōdet ꝙ non, & dicit, ꝙ iſte antiquior canonicus poterit præbendam vacantē optare: & ſi nolit illā optare, ſecūdus antiquior poterit illam optare, & ſic deinceps: Et tunc expectans habebit præbendam, quę dimittetur ab antiquiore, vel illo, qui optauit præbendam vacantem & hoc verum, niſi præbenda vacaret in curia Romana: quia tunc antiquior canonicus nō poſſet optare illam præbendam: immo talis præbenda eſſet aſſignanda ipſi expectanti. No. primo, ꝙ valet conſuetudo, vt antiquior canonicus poſſit optare præbendam vacantem, & ſuam dimittere. Nota vlterius, ꝙ ſi antiquior ſit negligens, vel nolit optare præbendam vacantem: tunc executor expectantis tenetur expectare viginti dies: & vltra non tenetur expectare: & illis viginti diebus elapſis poterit executor expectantis ipſi expectanti conferre præbendam vacantem. Quæritur vtrum optio habeat locum in præbendis vacātibus ex cauſa permutationis? Communis opinio Doctorum eſt, quòd non habeat locum optio: per clementinam vnicam, de rerum permut. in clem. vbi dicitur, ꝙ beneficia vacantia ex cauſa permutationis debent aſſignari permutantibus, & non alijs: & ſi aſſignarentur alijs, non valeret collatio.

[Prima gloſ. ſummat.]

i ¶ Cum.] Per reſcriptum Apoſtolicum, quo de præbenda primo vacatura mandabatur alicui prouideri, laudabilis illius eccleſiæ conſuetudo nō tollitur: hinc eſt, ꝙ ſi ibi eſt conſuetudo, ꝙ antiquiores canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim: illo nō obſtante mandato, poterit antiquior vacantem optare præbendam: & expectatis per viginti dies optare volentibus, executor de non optata prouidebit eidem. Si autem præbendam vacantem in curia Papa conferret, tunc illam antiquior optare non poterit. Io. And.

k ¶ In tua.] in Bononia eſt talis cōſuetudo, & in multis alijs eccleſijs.

ADDITIO. Vide Hoſtienſem in ſumma de maior. & obed. poſt prin. Io. And.

[Glo. ſeq ſoluit duas quæſtiones.]

l ¶ Conſuetudo.] Nota, ſimpliciter dixit, Conſuetudo; non dixit, præſcripta. Nota igitur, quòd vbi conſuetudo rationabilis † eſt, & non contra iuſ, ſufficit, ſi ſit longæua: licet quadraginta ann præſcripta non ſit. Vnde dixit Ioannes, tunc ſufficere ſpatium decem anno. hoc no. duodecima diſtinct. conſuetudo. & facit pro his, quæ not. Innocentius, & Hoſtien. ſupra eodem titu. capit. vlt. & Compoſtella. ibidem in prima gloſ. vbi dicit, ſic iudicatum fuiſſe per Papam in Mediolanen. eccleſia, in qua erat conſuetudo ſeruata viginti quinque annis, quòd antiquior canonicus poſſet mutare domum, & pronunciauit Papa illam valere: licet quadraginta annis præſcripta non eſſet. Si enim Papa hic putaſſet præſcriptionem requiri: ita hic addidiſſet, vt ſupra addidit, capitulo proximo. Iſta vero conſuetudo innititur rationi & æquitati iuris, vt patet in gloſſa ſequenti. Et quod hic dicit de conſuetudine, puto verum etiam in ſtatuto: ad hoc ſupra eodem lib. de conſtitut. capitulo primo, & quod ibi dixi.

† Dixit rationabilis, quoniā conſuetudo irrationabilis nullo tēpore præſcribitur. Ruyn. conſil. 159. li. 4.

m ¶ Antiquiores.] non ætate, ſed tempore, quo in eccleſia militauerunt. Idem ſi eſſet conſuetudo de antiquioribus ætate, vel maioribus ordine, vel aliam æquitatem continens. Nota, quòd conſuetudo iſta innititur æquitati canonicæ, quæ vult antiquiores præferre canonicos: ad hoc 61. diſtinctio. quid proderit. & capit. ſequen. ad finem. & 74. diſtinct. epiſcoporum. cum ſimilibus.

n ¶ Gradatim.] ſcilicet, quòd primo antiquior mutare poſſit: & ſi mutare noluerit primus, poterit mutare ſecundus: & nolente ſecundo, tertius: & ſic de ſingulis: & hoc vult dicere. Ioan. And.

[Glo.

[Glo.ſeq. non quærit, arg. negatiue: ſoluit in contrarium, & argumento reſpondet.]

a ¶ Meliores.] non enim minores optare volunt. de cle. non reſi. c. 1. nec vult quis iactare pecunias ſuas. ff. de proba cum de indebito. Et nota ꝙ in præbendis diſtinctis non reprobatur imparitas, vt vna ſit melior altera: & facit ad ea quę no. de maio. & obed. ſtatuimus. Quid ſi in tali eccleſia minorem magis forte ex cauſa ſibi gratam mutare velit, & optare antiquior canonicus, nunquid poterit? Videtur ꝙ non. ſ. de præben. cui de non ſacerdotali. Contrarium credo: quia quod fauore, &c. ſ. de regu. iur. quod ob gratiam. C. de legib. nulla iuris ratio. in fine. & arg. ff. de vſu & habit. l. vlt. Et ſatisfactum creditori intelligitur, quomodocũque ſatisfiat. ff. de pigno. actio. l. ſi rẽ alienam. §. omnis. Ad decretal. cui de non. dico illud in mandato ſpeciali, cuius formam tranſgredi non licet, vt ibi patet: aliàs regulariter contra: quia cui licet plus, & minus. infra de reg. iur. cui licet. cum ſuis concordantijs.

† Hæc mãdata de prouidẽdo ſublata sũt hodie per concilium Triden. ſeſ. 24. de reform. c. 19.

Idẽ Pet. de Anchar. per l Sabinus. ff. de in diem adiect. Fon.

meliores, [a] ſi voluerint, poſſint cũ vacãt, [b] per ſe, vel per alios [c] optare præbendas) prouideri mandamus † alicui de præbenda nulli alij de iure [d] debita: proximo [e] inibi vacatura: huiuſmodi non obſtante mandato, [f] poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare: cum præbẽda vacabit: & illa, quæ optata non fuerit [g] (ſi nulli [h] ſit debita) erit illi, pro quo ſcripſimus, cõferenda. ¶ In prębendis vero apud ſedem Apoſtolicam [i] vacantibus, [k] cum de ipſis per Romanum Pontificem ordinatur, [l] locus prædictæ [m] conſuetudini † non exiſtit. ¶ Ne autem prætextu eiuſdem conſuetudinis, prouiſiones [n] auctoritate Apoſtolica faciendæ, vltra debitum differantur: ſtatuimus, vt executores ſuper ipſis prouiſionibus [o] deputati, optare volentes per viginti dies [p] dumtaxat [q] † expectent: quibus elapſis, libere in non optatis, ad exequenda ſibi mandata [r] procedant, præfata conſuetudine non obſtante.

b ¶ Cum vacant.] non vacantes ergo optare vel acceptare non poteſt: ſed hoc, quia conſuetudo id non habet. Idem enim de non vacantibus crederem, ſi conſuetudo eſſet eadem ratione.

c ¶ Vel per alios.] hic enim ineſt regula quòd id poteſt quis per alium, quod per ſe. infra de regu. iur. poteſt quis, cum ſuis concordan. De hoc tamen dic, vt ibi dixi.

d ¶ De iure debita.] per hoc ſatis patet, ꝙ poteſt fieri mutatio: conſuetudo enim eſt ius quoddam, vt ſup. dixi. ſed de conſuetudine debetur hæc præbenda antiquiori, qui mutare voluerit, ergo de iure. Non igitur eſt de iure hæc præbenda debita impetranti, ſed alia non optata, vt infra Papa reſpondet: & hoc idem probatur olim per decretalem, de conceſſ. præben. ex parte. in fi. Io. And.

e ¶ Proximo.] & ſi non adijceretur, de proxima intelligendum eſſet: aliàs qua ratione de ſecunda & tertia, & ſic de ſingulis. Probatur hoc ff. de verbo. oblig. cum qui calendis.

f ¶ Mandato.] quo mandatur ibi prouideri de præbenda, & cetera.

g ¶ Non fuerit.] ex quo enim vacant præbendæ, neceſſe eſt vnam remanere non optatam. De illa igitur prouideatur impetranti.

h ¶ Nulli.] puta, priori tempore impetrationis. ſ. tit. prox. tibi & ſ. de præben. eum cui. & cap. ſi poſtquam. Ioan Andr.

i ¶ Apud ſedem Apoſtolicam.] apud, præpoſitio, per d, ſcribitur, quia veteres pro apud, ſæpe vſi ſunt, Ad, duabus litteris ſubtractis: ſic ſ. eo. lib. de præben. ca. 2. cap. præſenti. ca. ſi Apoſtolica. ſed hic poteſt exponi Apud, pro, in, vt eod. titu. ſtatutum. in princ. Archid.

k ¶ Vacantibus.] iſtæ olim de conſuetudine conferebãtur à Papa. de accu. accedens. hodie vero de iure communi ſedes Apoſtolica illa confert. ſ. de præb. licet. Et de quibus beneficijs vel præbendis intelligantur, dic, vt eod. tit. præſenti. & c. ſequenti.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

l ¶ Ordinatur.] ſed quare dicit hoc, cum alius de ipſis ordinare nõ poſſit? vt dixi ſ. in glo. proxi. Dico, ꝙ interdum per alios de talibus ordinatur: puta, cum Papa de ipſis nõ prouidit infra menſem, vt ſ. de præb. ſtatutum. & tunc non haberet locũ verſiculus iſte, cum locum ſolum habeat, cum Papa prouidit, vt patet per litteram. Sed pone de ſpeciali poteſtate tributa à domino Papa (quia generalis non ſufficit, vt in prædicta decretali, licet) collata eſt per alium talis præbenda: numquid locum habebit ille verſiculus. Dico ꝙ ſic. argu. ſ. eod. verſi. per ſe vel alius, vt ſ. de reg. iur. qui facit. cum ſuis concor. hoc optime probatur. ſ. de præben. hi qui. & ſ. tit. proximo, cum aliquibus.

† Papa cũ ſcribit, non intendit derogare ſtatutis eccleſiæ. c. 1. ſ. de conſti. Hoc fallit, quando ius eccleſię eſt ad ipſum deuolutum. Pet. de Anc. per tex hic. Fõ.

† De dictione, dumtaxat, vide Archidiaconũ in c. ſtatutũ. §. in nullo. ſ. de reſcri. & Bar. & Alex. in l. 1. ff. ſi quis ius dic non obtemp.

m ¶ Prædictæ conſuetudini.] quia ſcilicet, antiquior ſeruato gradu mutare non poterit.

n ¶ Prouiſiones.] præbendarum: quia canonicatus collatus erat per Papam, vel per executorem auctoritate Papæ conferri poteſt.

o ¶ Prouiſionibus.] erant ergo dati ad prouidendum, vel forte ad compellendum tantum, vt infra dicam.

p ¶ Viginti dies.] ſimilis dilatio tẽporis. ſ. de elec. c. 1. & c. cupientes. & credo hoc tempus currere à tempore ſententiæ. ſ. de conceſ. præb. quia diuerſitatem. cum ſi. ADDITIO. Viginti dies, alibi habes inducias & expectationes quinque dierum. 85. diſt. perlatum. alibi duorum 5 q 2. præſenti. vbi etiam dicitur de expectatione ſeptem dierum, & vnius diei. Arch.

[Glo. ſeq recitetur per qõnem & ſolutionem, cui ſolutioni obijcit & rñdet: Finis ſoluit aliam quæſtionẽ.]

q ¶ Dumtaxat.] credo ꝙ littera iſta loquatur de omnibus optare volentibus, ſicut in plurali probata eſt: Vnde non ſolum primus antiquior, ſed & ſecundus, & tertius, & quartus, & ſic de ſingulis inter omnes, ſolos xx. dies habebunt. Si enim contrarium diceremus, iam ſequeretur, ꝙ ſi viginti eſſent canonici, & omnes deberent viginti dies habere, iam haberent annum: & vltra: quod eſſet abſurdum, & contra mentem iſtius decretalis quæ in plurali dicit, Volentes: & dicit, Dũtaxat. Et ſm hoc antiquior optare nolens, impediet alios: quia non optabit infra viginti dies, nec alij poterunt ante ipſum optare: & ſic erit caſus, quo quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa. ſ. de regul. iu. ſine culpa. Vel eſt in culpa, quia Capitulum poterat ipſi antiquiori ſtatuere terminum: puta duorum dierum ad mutandum vel optandum, vt ſic locus daretur ſequentibus, & ſic de ſingulis & ſi hoc nõ fecit, ſibi imputet, fiet enim prouiſio in non optata: & ſi de expreſſa voluntate canonicorum apparet, ꝙ mutare nolunt, non habebit neceſſe per hos dies expectare. In eorum enim fauorem eſt hæc dilatio inducta, vnde ei renunciare poſſunt, & facit quod dixi in gloſ. non enim.

Conſuetudine de optando ſtãte, an poſſit Capitulum præfigere certos dies ad optandum.

r ¶ Mandata.] vt ſi mandatum eſt ꝙ prouideant, debeant prouidere: ſi mandatum eſt ꝙ compellant, debeant compellere. ſ. de conceſ. præben. executor. & duobus capitulis ſequentibus.

TITVLVS V.

De poſtulatione Prælatorum.

¶ **Bonifacius octauus.**

¶ *Si aliquis eligat poſtulando, vel poſtulandum, vel in poſtulandum: vel poſtulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendũ: talis electio, vel poſtulatio eſt irrita ipſo iure. Si autem dicat: Eligo & poſtulo prout melius de iure valere poteſt, idem: niſi probabiliter dubitaretur, an eſſet eligendus, vel poſtulandus: & tunc conſenſus tempore eligat alteram viam, electionis ſcilicet, vel poſtulationis: qua electa, ad alteram redire nõ poterit. Ioan. And.*

CAP. VNICVM.

PErpetuo [a] prohibemus edicto, ne ſub aliqua ex his

DE POSTVLATIONE PRÆLAT.

¶ Dictum fuit ſupra titu. præced. de iure ſcripto, & nõ ſcripto: verum quia parum eſſet iura eſſe condita, niſi eſſent magiſtratus, qui ipſa iura tuerentur. l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. c. vbi periculum. §. præterea. ĩ. de elec. ideo nunc videndum eſt de ipſis Magiſtratibus ſeu iudicibus: Verũ quia iudices aſſumũtur altero de tribus modis: videlicet, per poſtulationem, electionem, vel tranſlationem: ideo de iſtis tribus modis eſt nunc videndũ: & primo de poſtulatione.

¶ Pro declaratione rubricæ quæritur, q d ſit poſtulatio: Vnde gloſſa poſita ſup verbo, vera poſtulatio, deſcribit, quid ſit poſtulatio: & Panor. ſuper rub. eo. tit. in antiq. ꝙ poſtulatio, eſt petitio gratiæ facta à ſuperiore. Electio vero, eſt alicuius perſonæ ad ſuperioritatẽ vel ſocietatem fraternam aſſumptio. Et eſt ſciendum, ꝙ cũ aliquis eſt electus, & eſt capax electionis de ipſo factę, ſuperior non poteſt eum refutare, ſed tenetur illum cõfirmare: & ſi nolit confirmare, poteſt compelli per ſuũ ſuperiorem, vel ei præfigi terminus ad faciendum confirmationem cum cõminatione, ſiue intimatione, ꝙ niſi infra talem terminum confirmet, ſuperior iure deuoluto hoc faciet. Et idem eſt dicendum in præſentato, ſi eps̃ nolit inſtituere præſentatum, nõ fit immediate deuolutio ad archiepiſcopum: ſed archiepiſcopus poteſt cõpellere epiſcopũ ad inſtituendum præſentatum, vel ei præfigere terminum certum, infra quem ipſe eps̃ habet facere inſtitutionẽ, cum comminatione, ꝙ ſi eps̃ infra talem terminum non faciat inſtitutionẽ, ipſe archiepiſcopus dicto termino elapſo inſtituet: vt tenet Panorm. in c Oſius eps̃ eo. ti. in antiq. licet vſus aliter obſeruet. Quia cum eps̃ refutat præſentationẽ, fit immediate deuolutio ad ipſum archiepiſcopum: Secus eſt in poſtulato: quia ſuperior non tenetur admittere poſtulationẽ, niſi velit: quia poſtulatio dependet à mera gratia, & poſtulatio fit de eo, qui non eſt eligibilis propter aliquẽ defectum: puta, quia nõ eſt procreatus de legitimo matrimonio c. innotuit. ĩ. de elect. Vel quia nõ eſt perfectæ ętatis. ĩ. de elect. in cunctis. puta ſi ſit aſſumendus in epiſcopum, & non compleuit annum xxx. vt dicto c. cum in cunctis. Vel ſit aſſumendus in abbatem, & non fecit expreſſam profeſſionem, vel aliũ defectum patitur, propter quem non eſt eligibilis: tunc ſi eligentes velint eũ habere in prælatum, eſt poſtulandus: quæ poſtulatio fit à ſolo Romano Pontifice, qui diſpenſabit circa iſtos defectus: Quia ſi epiſcopus poſſet diſpẽſare, tũc poſſet poſtulari ab epõ, vel illo, q poſſet diſpenſare circa illos defectus: & ſic poſtulatio eſt petitio gratiæ.

PErpetuo.] Primo damnat ſex formas cum appoſitione decreti: Secundo damnat ſeptimam etiam cum decreto, ſed ab hac excipit vnum caſum cum certa determinatione. Secunda ibi, Sub ea. Io. And.

CASVS. Quidam conſtitutus in præſentia Romani Pontificis Bonifacij octaui, quæſiuit ab eodem: Sanctiſſime Pater, ſum in ti. de poſtul. prælat. occaſione cuius materiæ vellem informari, ſub qua forma ſit faciẽda poſtulatio: vtrum valeat ſub hac, vt eligẽtes dicant, & quilibet eorum in ſcrutinio: Ego eligo talem ipſum poſtulando; vel, poſtulo talem ipſum eligendo: vel eligo talem poſtulandum; vel poſtulo talem eligendum? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ non valet ſub illa forma, ſed debent dicere: Ego poſtulo talem, & non debent dicere: Ego poſtulo talem ipſum eligendo: Sed ſi probabiliter dubitant, vtrum ille, quem ipſi petunt in prælatum, ſit legitimus vel perfectæ ætatis, vel aliàs ſit capax: vtrum poterunt dicere: Ego eligo talem, & poſtulo, prout melius de iure poterit: an valeat talis poſtulatio? Reſp. Romanus Põtifex, ꝙ ſic, ſi illi de collegio, vel capitulo, veriſimiliter dubitãt de incapacitate. Sed q d, ſi facta electione, & poſtulatione ſub prędicta forma, eligẽtes præſentant electo vel poſtulato illam electionẽ, vel poſtulationem, vtrum teneatur eligere pręciſe poſtulationem vel electionem? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd licet eligentes poſſint illo modo variare: tamen poſtulatus vel electus debet eligere vnam viam, & vna electa non poterit redire ad aliam: puta, ſi acceptauit electionem, non poterit redire ad poſtulationem: & ſi acceptauit poſtulationem, non poterit redire ad electionem, quia perdit ius quæſitum ex electione, quia ſi eſt impoſtulabilis, non poterit eligi ſi ſemel elegerit electionem. Econtra, ſi elegit viam poſtulationis, & reperiatur ineligibilis, non poterit venire ad electionem. Nota primo, quòd nimia curioſitas in iure reprobatur: vt ſunt quidam, qui volunt eſſe curioſi, vbi non expedit. c. & ſi quęſtiones. in princ. de ſimo. cum contingat §. ceterum. de reſcriptis. & per dictum Apoſtoli: Non plus ſapere, quàm oportet ſapere. Nota, nõ poteſt fieri poſtulatio ſub hac forma: Poſtulo talem eligendo: vel, Eligo talem poſtulando: quia iſta continent repugnantiam. Nam poſtulatio & electio ſunt contraria: quia poſtulatio dependet a gratia ſuperioris, electio vero non. Nam confirmatio eſt de iuſtitia, & debet ſequi electionem: Et allegans contraria, non eſt audiendus. Nota, ꝙ poſtulatio facta cum aliqua de quinque, vel ſex formis hic contentis, eſt nulla ipſo iure. Nota, ꝙ poſtulatio facta ſub hac forma: Poſtulo & eligo prout melius de iure fieri poterit: nõ valet, niſi probabiliter dubitetur, an poſtulandus ſit capax, vel non, & utrum debeat eligi vel poſtulari. Nota, ꝙ in caſu prædicto, vbi probabiliter dubitatur, an eligẽdus ſit capax, vel non: licet in eligẽtibus admittatur illa variatio, non tamen admittitur in ipſo poſtulato: ſed debet eligere vnam viam: ſcilicet viam electionis, aut viam poſtulationis. Nota, ꝙ vbi datur alicui electio duorum contrariorum, electo vno contrariorum, videtur renunciare alteri: ita ꝙ amplius non poteſt ad illud redire, ſicut hic vna eſt via gratiæ, alia iuſtitiæ, quæ ſunt contrariæ: & ideo electa vna, videtur alteri renunciare. Rom. 12.

[Prima glo. ſummat, & dicit quid prouidet, & quid declarat.]

[a] ¶ Perpetuo.] ſi aliquis poſtulando, vel poſtulandũ, vel in poſtulandum: vel poſtulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum: talis electio vel poſtulatio eſt irrita ipſo iure. Si autẽ dicat, eligo & poſtulo, prout melius de iure valere põt, idem: niſi probabiliter dubitaretur, an eſſet eligendus vel poſtulandus: & tunc conſenſus tempore eligat alteram viam, electionis

ſtionis, ſcilicet, vel poſtulationis: qua electa, ad alteram redire non poterit. hoc dicit. Prouidit iſtà decretalis contra aduocatorum imperitias, qui his formis vtebâtur: Et edita fuit ad declarationem eorum, quæ not. 63. diſt. Valentinianus. & ſupra eo. c. vlt.

de inijceretur laqueus ei, qui communi iudicio nõ peccauit: quod eſſe non debet. ff. ad Macedon. Senatuſcõ. l 3. 28. quæſt. 1. de viduis. & facit ſupra de tranſlat. interc corporalia. verſic. fin. ibi, Maiorum ſecutus errorem, &c. & bene etiam facit ſupra de diuo. gaudemus. in fine & de conſecr. eccleſiæ, vel alt. aqua. in fi. vnde ſecundum hoc ad id quod infra ſequitur, Si ſecus actum fuerit, &c. repete, de cetero.

[Glo. ſeq. reci. per quæſtionem.]

h ¶ Irritum.] licet igitur ſequatur admiſſio vel confirmatio talis electionis, vel poſtulationis, non propterea conualeſcit: quia à principio nullum erat. ſupra de electio. dudum. & c. auditis. 16. q. 3. placuit. §. fi. verſi. ſic quę enim ab initio. infra de regu. iur. non firmatur. cum ſuis concor. & facit quod dicam infra titu. proxi. quàm ſit. in fi.

formis, quas pernicioſa [a] curioſitas adinuenit, Eligo [b] poſtulando, & † poſtulo eligendo: aut eligo [c] poſtulandum, ſeu poſtulo eligendum: cum nec vera electio, [d] nec vera poſtulatio [e] reſultet ex ipſis; quin ſibi potius inuicem aduerſentur: [f] aut ſub illis verbis: † Eligo in poſtulandum, vel poſtulo in eligendum: cum rem imperfectam ſignificare noſcantur, ad faciendas electiones, vel poſtulationes de cetero [g] procedatur: ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum [h] decernentes. ¶ Sub ea etiam forma, Eligo & poſtulo, prout poteſt melius [i] de iure valere (cum incertitudinem [k] contineat) quemquam poſtulari vel eligi prohibemus: ſtatuentes, quod contra factum fuerit, viribus omnino carere: niſi quando probabiliter [l] dubitatur, vtrum quis ſit eligendus, vel potius poſtulandus: quo caſu is, qui ſic [m] poſtulatus fuerit, aut † electus conſenſus [n] tempore, viã electionis, vel poſtulatio-

† al. ita: vel poſtulo

† Dictio, verbis, deeſt in manu ſcrip. codicibus.

† al. ita: & electus, quã lectionẽ agnoſcit gl. in ver. ſic. in fi.

a ¶ Pernicioſa.] ſunt quidam, qui volunt eſſe curioſi, vbi non expedit, & perniciem inducunt: ad hoc ſupra de reſcript. cum contingat. §. fina. de ſim. & ſi quęſtiones. C. de fide inſtrum. l. vlti. ad finem.

a ¶ Pernicioſa.] id eſt morboſa, vel perditioſa, calamitoſa, funeſta: ſic 18. q. 2. pernicioſam C de ꝓba. l. exemplo. ſicut is qui dat opem, vt aliquid perdat. Archidiaconus.

b ¶ Eligo poſtulando.] ſicut enim poſtulandus eligi non debet. ſupra eodem, capit. vltimo. ſupra de electio. innotuit. ſic nec eligendus poſtulari: quia poſtulatio ſoli gratię innititur. ſupra eodem, bonæ. 2. & capi. penultimo. electio autem iuri communi de electio. publicato. & matrimoniale contrahitur vinculum: de tranſla. inter. in princ, vnde olim indifferenter vtebamur his vocabulis. Eligo & poſtulo, & eligebamus poſtulandum, & poſtulabamus eligendum. 61. diſtinct. c. ſtatuimus. §. his omnibus. 63. diſtin. litteras. hodie non ſic propter rationem ſupradictam: & quia qui poſtulat, non conſentit vt in uirum: ſed qui eligit, conſentit. Not. tamen Innocen. ſupra eod. tit c. 1. quòd ſi ſolemniter poſtuletur eligẽdus, nihil agitur ratione prædicta: ſed ſi minus ſolemniter: puta, quia clericus ſubditus epiſcopi petitur ab eo, non eſt malum: poſtea tamen ſolemnem electionem neceſſe eſt interuenire.

Per conſenſum, ſiliorum, ad quos ſpectat eligere, quẽ eo animo exprimunt, & p conſenſum electi ſecutũ. Io. And.

c ¶ Eligo poſtulandũ.] iſta forma approbata videbatur per decre. de renun. poſt tranſlationem. in prin vel illa de qua ſequitur, Eligo in poſtulandum.

d ¶ Vera electio.] per quam habet matrimonium contrahi, quoad conſenſum eligentium, ſubſecuto poſtmodum electi conſenſu.

ADDITIO. Illa eſt vera electio, quæ fit ab his, ſiue ex eorum conſenſibus, qui ius habent eligendi, & quaſi matrimoniale vinculum contrahẽdi cum illo, quem eligunt eo animo, vt ſit ſponſus ſuæ eccleſiæ viduatæ. ſupra de electione, cum inter canonicos. Archidiaconus.

e ¶ Vera poſtulatio.] per quam nullum ius acquiritur: quod tamen iſti tribuere intendebant, dicendo, Poſtulo eligendo. Deſcribi enim ſolet: poſtulatio eſt petitio gratiæ à ſuperiore facta: Electio autem alicuius perſonæ ad prælationem vel ſocietatem fraternam canonice facta vocatio.

Cõſtitutio antiq iuris declaratoria, an trahatur ad præterita, ſi conſuetudo & cõis opinio prudentiũ erat in contrarium.

f ¶ Aduerſentur.] & ſic repellendæ. 74. diſt. geſta 23. quæſt. 7. quemadmodũ. ſupra de appe. ſollicitudinem. C. de fur. l. 1.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem, alleg. pro, ſoluit in contrarium, & contrariæ rationi reſpondet.]

g ¶ De cetero.] Licet iſta conſtitutio ſit iuris veteris declaratoria: puto tamen per hoc verbum, Papam pręcedentes electiones ſic factas noluiſſe compręhẽdere. Et potuit eſſe ratio: quia omni communi iudicio ante iſtam decretalem hæc forma bona eſſe putabatur: vn-

i ¶ Prout poteſt melius.] hanc formam approbat gl. ſupra eodem, cap. vlt. & Innocen. ſupra eodem, capit. 1. Ioan. Andr.

k ¶ Incertitudinem] vota autem incerta in electionibus & poſtulationibus, reprobata ſunt. ĩ. tit. prox. c. 2.

[Glo. ſeq. exemplificat, & declarat.]

l ¶ Probabiliter.] in hoc igitur caſu intelligatur illa Ber. opin. ipſe etiam ſic intellexit, prout ex verbis ſuis ſatis apparet. Et poteſt poni exemplum, quando dubitatur, an quis in perſonatibus, vel beneficijs cum cura aſſumendus attigerit xxv. annum: vel an aſſumendus in epiſcopum peregerit xxx. annum. ſupra de elect. cũ in cunctis. vel dubitatur de monacho aſſumendo ad prælaturam eiuſdem. vel alterius ordinis, an ſit expreſſe profeſſus, infra tit. prox nullus. In his enim & ſimilibus caſibus poteſt eligi & poſtulari, prout melius de iure valere poterit. Sic enim videmus, ꝙ ratione dubij admittitur libellus diſiunctiuus ff. quorum legatorum. l. 1. §. qui autem. Et quod hic dicit, intelligo ſi dubitetur in facto: ſi autem dubitaretur ignorantia iuris, hic ſecus credo, tum qa peritiores cõſulere debuerunt, & quia iuris ignorantia nec eſt probabilis, nec excuſat. ff de iur. & fac. igno l. regula. ĩ. de reg. iur ignorantia. eo. lib cum ſuis concord.

Dubitatio probabilis, an quis ſit eligendus vel poſtulandus.

m ¶ Sic.] ſcilicet, ſecundum hanc vltimam formam eligo & poſtulo, & prout melius poteſt de iure valere. Et aduerte, quia nullam de his formis crẽdo permiſſam, niſi vltimam. Hoc caſu cum probabiliter eſt dubium, tum quia in eo caſu eſt ſola incertitudo, quæ admittitur cum probabiliter dubitatur, vt ſupra probaui. in alijs autem caſibus inſurgit contrarietas, & res imperfecta, vt patet in textu: tum quia aliàs non video, quare ſic diuiſiſſet iſtud capitulum faciendo ibi, ſub ea §. in priori parte ponendo ſpeciale & indeterminatum decretum, in ſecunda autem cum determinatione. & facit de decimis, ad audientiam, & hoc probo etiam per litteram, quæ ſequitur, Poſtulatus & electus: quia iſta ſola vltima forma dicit, Poſtulo & eligo.

n ¶ Conſenſus tempore.] quem infra menſem poſt præſentationem ſibi factam exhibere tenetur. infra titulo proximo, quàm ſit. cum determinatione, quæ ibi ponitur.

e ¶ Ne in

a ¶ Ne in incerto.] concordat ad hoc, & ad id, quod ſequitur, ī. tit. prox. vt quis duas.

b ¶ Neceſſario teneatur.] Quid ſi non elegerit? Dico totum viribus carere, vt ſ. cum enim iſta fuerit pœna ſuperius impoſita, niſi determinatio ſequens fuerit obſeruata, patet, ꝙ locū habet pęna prædicta.

c ¶ Ad aliam.] viam.

d ¶ Interdicta.] ſic C. de fur. l. 1. ff. de tribu. quod in hæredē. §. eligere. Pręiudiciales ergo ſunt ſibi adinuicē iſtæ viæ: alias enim electione vnius non tolleretur altera. Facit quod no. de libel. obla. c. 2.

† Vide c. vt qs duas. ī. tit. prox. & l. eum qui duobus. ff. de acq. hær.

nis (ne in incerto a † vagetur) eligere neceſſario b teneatur, redeundi ad aliam, c poſtquam vnam elegerit, ſibi licentia penitus interdicta. d

TITVLVS VI.

De electione & electi poteſtate.

¶ Innocentius quartus in concilio generali Lugdu.

¶ Si aliquid opponatur contra prouiſionem, electionem, vel poſtulationem factam ad perſonatum, dignitatem, vel canoniam, in perſonam vel formam: & ob hoc fuerit appellatum ad Papam, appellans & defendens, & quorum intereſt, à die obiectionis infra menſem arripiant iter eundi ad Papam. Io. And.

CAP. I.

STatuimus, e

DE ELECTIONE & electi poteſtate.

¶ Dictum fuit ſ. tit. px. de vno modo inſtituēdi iudices, ſiue miniſtros iuris, puta de poſtulatione: nūc videndum eſt de alio modo, ſcilicet de electione. Et quia dubitari poſſet de poteſtate electi ante confirmationem, vel conſecrationem, ideo annectitur in rub. & electi poteſt.

1 Iſtud cap. hēt locū in appellatione iudiciali, & extraiudiciali, & in illa, quæ interponit̄ ab iniuſta collatione executoria dati à Papa. Dom. Fon.

STatuimus.] 1 Tria facit. Primo ponit ſtatutū: Secundo pęnā contumacis in non veniendo. Tertio pęnā calumnioſi. Secunda: ibi, Sed ſi. Tertia: ibi, Adijcientes. Et iſta tertia ſubdiuiditur: qa duo facit. Primo ponit obijciē tem in formam: Secundo illū, qui obijcit in perſonam: ibi, Qui vero. Et hæc ſecunda etiam tria facit. Primo imponit pęnam. Secundo aggrauat: ibi, Ad quæ. Tertio excipit: ibi, Niſi: Io. Mona. dicit, ꝙ primo ponit ſtatutum, quod ſecundo prorogat: ibi, Hæc autem. Tertio imponit pœnam non probanti: ibi, Adijcientes an ille. §. Hæc autem. determinet, proroget, vel reſtringat: ibi, dicit circa textum.

Præſuppoſitio dñi He.

¶ Prçſupponendum eſt pro intellectu huius c. illud, qđ hr̄ in c. fi. ī. e. videlicet, ꝙ cū electio eſt facta de aliquo, eligentes conſtituunt procuratorē ad præſentandū electionē ſuperiori, & requirendū vt illam electionē confirmet: ſuperior nō debet ſtatim electionē confirmare, ne faciat ↄ̃ dictum Apoſtoli dicentis, Nemini cito manum imponas, ſed dēt iſte ſuperior videre an ſint aliq opponentes: Et ſi ſint, debet illos citare peremptorie, ſeu citari facere ad dicendum cauſas ſuæ oppoſitionis: Si vero nulli reperiantur opponentes, debet decernere citationem generalem, & illam apponere in valuis eccleſiæ illius electi, vt ſi ſint opponentes, compareant coram ipſo ad certum terminum. Hoc præſuppoſito,

1. ad Ti. 5. c. 78. diſtin. qd eſt cito.

CASVS in hoc c. ſic figuratur: Vacante Abbatia monaſterij ſancti Cypriani Pictauis, monachi illius monaſterij conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri abbatis: Electione facta, illam præſentauerunt epō Pictauienſi, & requiſierunt vt ipſam electionem confirmaret, & electo committeret adminiſtrationem illius monaſterij in ſpiritualibus, & tpalibus: Eps decreuit ſuam citationem generalem ↄ̃ opponentes: in termino aſſignato comparuerunt aliqui opponentes, qui allegauerunt aliquas cauſas oppoſitionis: videlicet, ꝙ ipſi fuerant ſpreti, & ſic oppoſuerunt aliquid ↄ̃ formā electionis: Nam vocatio eſt facienda; tamen non eſt de ſubſtātia electionis: hoc eſt, tenet electio de mero iure. c. qđ ſicut. eo. tit. in antiq. & c. quia pp. eo. tit. tn̄ ſi opponentes proſequuntur contemptum, faciant ipſam electionē caſſare: Vel etiam iſti opponentes oppoſuerūt aliquos defectus in perſonam electi: puta, ꝙ ipſe erat imperfectæ ætatis, non autem, ꝙ eſſet illegitimus: quia ingreſſus religionis tollit maculam natalium: Eps noluit admittere iſtas cauſas oppoſitionis: vel forte cum cauſæ eſſent irrationabiles, illas admiſit. & in effectu fuit appellatum ad Apoſtolicam ſedē: Quæritur, quid debeant facere opponentes & elect⁹? Rn̄det Romanus pontif. ꝙ ipſi debent arripere iter Romanū infra menſem à tpe appellationis, & debent facere diligentiam ſm cōmunē curſum, vt ſe præſentent conſpectui Apoſtolico: Sed quid? Ponamus, ꝙ opponētes comparuerunt, electus vero nō: vtrum teneantur longo tpe expectare ad hoc, ꝙ procedatur in cauſa appellationis? Rn̄det ꝙ debent expectare electum per tp̄s hic contentum: quo tempore elapſo ſi non cōpareat electus, poterit procedi in cauſa appellationis. Sed ponamus, quòd opponentes non probauerunt defectum, quem obijciebant contra formam electionis? Reſpondet, ꝙ ipſi opponentes debent mulctari in expenſis, & vltra ſunt ſuſpendendi à perceptione fructuū ſuorum beneficiorum per triennium, & ſi infra illos tres annos ſe immiſceant illis beneficijs ſuis, ſunt perpetuo priuandi. & hoc verum, ꝙ ſunt ſuſpenſi à fructibus beneficiorum, quæ obtinent in illa eccleſia, & non beneficiorum, quæ obtinent in alia eccleſia. Nullam ſuper hoc. Hic ponitur quædam comminatio: Nam Papa poſſet illū reſtituere, ſi vellet, nec per hoc imponit ſibi neceſſitatem. Nota primo ex iſto c. ꝙ ab electione facta, poſtulatione, vel prouiſione poteſt appellari: vnde prouiſio, vt hic accipitur, fit per deuolutionem ad ſuperiorem: vt qñ monachi peccant eligendo indignū, ſunt priuati pro illa vice poteſtate eligendi: quæ electio deuoluitur ad ſuperiorem immediatum: & illud quod facit ſuperior, vocatur prouiſio. Aliquando ſuperior hoc facit iure ſuo, ſicut plures Abbatiæ habent Prioratus conuentuales ſub ſe, quos conferunt abbates iure ſuo, & non eligunt monachi illius Prioratus conuentualis: & talis collatio, quam facit abbas de Prioratu conuentuali, vocatur prouiſio, & ab illa poteſt appellari. Nota vlterius, ꝙ cum appellatur ab electione, prouiſione, vel poſtulatione ad Apoſtolicam ſedem, appellans & appellatus debet arripere iter ad curiam Romanam infra menſem: & vna pars tenetur expectare aliam partē per xx. dies: quibus elapſis poterit procedi in cauſa appellationis: & ſic in cauſa electionis poterit procedi ad teſtium receptionē, lite non conteſtata. c. qm̄ frequēter. vt li. non conte. in anti. Nota vlterius, ꝙ ſi aliquis ad impediendum confirmationem electionis aliquid opponat ↄ̃ formam, & non probat illud, condēnabitur in expenſis: ſi vero oppoſuerit aliquid ↄ̃ perſonā electi, etiam condemnabitur in expenſis, ſed vltra ſuſpenſus eſt triennio à beneficijs ſuis, quæ obtinet in eccleſia, cuius prouiſionem vel electionem voluit impedire.

[Prima gloſſa ſummat, & diuidit.]

e ¶ Statuimus.] Primo dr̄, ꝙ ſi aliquid opponatur ↄ̃ prouiſionē, electionē, vel poſtulationē, factam ad perſonatum, dignitatem vel canoniam, in perſonam vel formam: & ob hoc fuerit appellatum ad Papā, appellans, & defendēs, & quorum intereſt, à die obiectionis infra menſem arripiant iter eundi ad Papam. Secundo, ꝙ ſi pars altera expectat per xx. dies poſt aduentum alterius, non venerit, in negotio procedetur. Tertio, ꝙ non pro-

probans, quod in formã opponit, comdemnatur parti alteri in expenſis: non probans, quod obijcit in perſonã eſt à beneficijs triennio ſuſpenſus: & ꝑpetuo priuatus ſi ſe interim ad illa miſcuerit. hæ pœnæ locum non habent, ſi legitime pateat eum calumnioſum non fuiſſe. hoc dicit. Tria ergo facit, primo ponit ſtatutum. Secundo pœnã cõtumacis in non veniendo. Tertio pœnã calumnioſi.

vt ſi quis [a] electionem, poſtulationem, vel prouiſionem [b] factam [c] impugnat, [d] in formam [e] [†] obijciens aliquid, vel perſonam, [f] & propter hoc [g] ad nos [h] appellari [i] contigerit: tam is, qui opponit, [k] quàm qui defendit, [l] & generaliter omnes quorum intereſt, & quos cauſa contingit, [m] per ſe, [n] vel per procuratores ad cauſam inſtructos, ad ſedem Apoſtolicam, à die obiectionis iter [o] [†] arripiant infra menſem. [p]

Si pars altera expectata per viginti dies poſt aduentum alterius non venerit, in negotio procedatur. Ioan. Andr.

Sed ſi pars alia [q] [†] non venerit, per viginti dies [r] poſt aduentum [s] alterius expectata: in electionis [t]

[†] No. ꝙ ille dr̃ impugnare actũ, q opponit aliquid cõtra formã actus vel ꝯ perſonam, in cuius cõmodum dirigitur executio actus.

2 Quando maſculinũ comprehẽdat feminimum, vide Archi. in c. ſi qs ſuadẽte. 17. q. 4. Bar. & Docto. in l. 1. ff. de verb. ſigni. adde Goza. conſi. 43. & 67. & Ruinum conſi. 15. & 22. & 103. & 145. li. 3.

a ¶ Si quis.] vel ſi qua. 2 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & de ſent. excom. mulieres ſaluo tñ eo, quod dr̃ ĩ. eo. indẽnitatibus. §. porro. & § ſeq. & ad hoc ĩ. eod. generali. Ioan And.

b ¶ Prouiſionem.] factam, vel ex ſuperioris officio, vel ex negligẽtia ſubditorum. ſ. eo. tit. ne pro defectu. de conceſ. præb. c. 2. vel ſuo iure: quia forte ad eum pertinet prouiſio, & prouidendo eligit & confirmat: quod dic vt not. de ele. cũ inter canonicos. Et dixit hic Inno. ꝙ hæc decre. locum habet ante confirmationem: poſt vero non. & hoc verum, niſi eligendo confirmaret: puta per prouiſionem factam, vt hic.

[Glo. ſeq. quærit, opi. ponit, & ſoluit diſtinguendo.]

c ¶ Factam.] quid de facienda? Dixit Abbas hic, ꝙ idẽ cum vtrobique eadem ſit ratio. Credo, ꝙ ſi contra certam perſonam appellat: vera ſit opinio prædicta: alias non: & hoc probatur ĩ. eo. qui contra certam. nã quod ibi dicitur de decre. vt circa. ĩ. eo. eadem ratione intelligam & de iſta.

[Glo. ſeq. ponit & exponit dictum Inno.

d ¶ Impugnat.] dixit hic Inno. ꝙ nullo ſe opponente, is, ad quem pertinet confirmatio, poterat confirmare nulla citatione facta, & nullis edictis propoſitis. Idẽ in conſecratore & ordinatore: quod in confirmatore verũ erat ſecundum ſua tempora, hodie ſecus ĩ. eo. tit. c. vlt. Tamen nullo ſe opponente ipſe habet inquirere de meritis eligentium & perſona electi. ſupplet enim in cauſis electionum de facto. Quod dic vt no. 28. diſt. prius ꝗ & ſ. de ele. cum nobis olim. & de poſtu. præl. bonę. 1.

e ¶ Formam.] ſ. eo. quia propter. quædam tamen ibi contenta, ſunt de ſubſtantia: quædam vero non, vt ibi not. in glo. Dic vt ĩ. Ber. Ioan. And.

[Glo. ſeq. recit. per q. ponit antiquam opi. Ber. & cõtrarium ipſius & Inno.]

Opponens contra perſonas eligẽtium, an dr̃ proprie opponere contra formã, vel perſonam.

f ¶ Perſonam.] electi: idem ſi opponatur in perſonam eligentium; vtrumque enim electionem reddit inualidam. ſ. eo. cum in cunctis. cum Vinton. congregato. & in pluribus alijs c & ſ. de conſu. cum dilectus. ſm Ber. olim tamen ipſe idem dicitur mutaſſe, & dixiſſe cum Inn. contrarium: maxime cum hic dicatur, Perſonam, in ſingulari. Nec eſt bona ratio ſecundum Innoc. dicere, Vitium eligentium reddit electionem nullam: ergo eadem pœna tenetur: quia & vitium famæ reddit nullam electionem: & tamen non eſt eadem pęna, quæ in perſona, vt patet ĩ. dico tamen ſecundum ipſum Inno. ꝙ licet non ſit idem quantum ad huius conſtitutionis pœnam, tenetur tamen ire, & appellationem proſequi: & poteſt hæc obiectio melius dici contra formã, quàm contra perſonam.

g ¶ Propter hoc.] nota quia exprimi debent omnia & ſingula quæ opponuntur, & iuramentum interuenire & non expreſſa proſequi non poterit appellans. Quod dic vt ĩ. eod. circa. & hæc vera, cum in his caſibus extra iudicium appellatur: ſecus ſi in iudicio, vt infra eodem titulo, conſtitutio.

[Glo. ſeq. reci. per q. ponit opi. & ſoluit.]

h ¶ Ad nos.] ſecus ſi ad alios, ſecundum Compoſtell. Abbas autem neutrum firmauit. Alij contra, ſcilicet Hoſtien. ſatis credo per decr. ĩ. eo. cupientes. & per hoc verbum, ꝙ hoc locũ habeat ſolum in appellationibus interpoſitis ad Papam, cũ à iure exorbitet; & ſic ad cõſequentiam trahi nõ debet, infra de regul. iu. quæ à iure cum ſuis concordant. probat cle. eodem titu. cauſam. in princ.

[†] De his terminis vi de gl. in c. perſonas. ſ. de ap.

i ¶ Appellari.] etiam ſi nõ appelletur: ſed immediata ſubiectio confirmationes harũ deducat ad Papam. In regularibus, & cathedralibus eccleſijs tene quod habes ĩ. eo. cupientes.

[†] aliqua altera.

[Glo. ſeq. ſucceſſiue format, & ſoluit duas quæſtiones.]

k ¶ Opponit.] Sed numquid illi, qui ſe opponunt, & non appellant, venire tenentur? Reſpondeo illi ſoli venire tenentur, qui appellant, vel quorum nomine appellatum eſt, vel qui appellationem ratam habuerunt expreſſe: alij autem, qui ſolum ſe opponunt, venire non tenentur: videntur enim ſuo iuri renunciare, & electioni acquieſcere. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. ſolent. ff. de appellatio ſcio. vnde illorum abſentia non obſtante procedetur in negotio: tunc enim ad appellandum, cum ordo decretum electionis interponat, vt in prædicto. §. ſolent. victoria tamen eorum, qui appellauerunt, omnibus proderit C. ſi vnus ex pluribus l. 1. ſupra de appellationibus. tua. cum ſimilibus. Quid ſi ille, qui appellauit, doloſe non proſequitur. 3 numquid qui non appellauit poteſt negotium aſſumere, etiam inuito eo, qui ex fide non proſequitur? Videtur, ꝙ ſic. ff. de appella. l. ab executore. §. alio cõdemnato. Ber & Inno & facit ad hoc vltimum. ĩ. eodẽ lib. de appel. concertationi.

3 Iudex de hoc inquiret, & hoc inuẽto, omnia retractabit, c. fin. ſ. de colluſ. Dom. Fon.

l ¶ Qui defendit.] ſcilicet, electus, poſtulatus, vel in cuius perſona, facta eſt prouiſio. Ioan. And.

m ¶ Contingit.] ſicut adhærentes. ĩ. eo. vt circa.

n ¶ Per ſe vel per procuratores.] in cathedralibus, & regularibus eccleſijs hoc reſtringitur per decret. infra eodem, cupientes. vt per ſe tantum ire teneantur, niſi ex iuſta cauſa, vt ibi. & de perſonis inſtructus, dic vt ibi.

o ¶ Iter arripiant.] ſtatuitur hic, & infra eo. cupientes. terminus ad iter arripiendum, ſic ſ. de appel. ad hoc. & c. perſonas. & de re iudic. cum cauſa. & 2. q 6. c. ei qui §. appellatore.

p ¶ Infra menſem.] qui currit ab interpoſitione appellationis facta coram appellato, vel ipſius ſpeciali procuratore ad cauſam, vel poſt notificationem alteri eorum debito modo factam. Quod dic vt in clem. eo. tit. cauſam. quæ determinat hic & alibi ſcripta, vt ibi nota. in glo. 1. & in glo. quid ergo.

q ¶ Pars alia.) opponens vel defendens. Io. And.

r ¶ Per viginti dies.] ſimilis dilatio temporis ſupra de conſuetud. c. vlt. ſup. de crim. fal. dura. ſupra de cler. excom. mini. illud.

s ¶ Poſt aduentum.] æquior temporis computatio eſt illa, quam habes ĩ. eo. cupientes §. quòd ſi per. Sed non eſt mirum, cum ibi pœna priuationis imponatur, hic autem pœna ſolius proceſſus in abſentia.

t ¶ Electionis.] poſtulationis, vel prouiſionis.

a ¶ Cuiuſ-

negotio, non obſtante cuiuſquam [a] abſentia, [b] ſicut de iure [c] fuerit, procedatur. ¶ Hæc autem [d] in dignitatibus, [e] perſonatibus, & canonijs obſeruari volumus & mandamus.

¶ *Non probans quod in formam opponit, condemnatur parti alteri in expẽſis. Non probans quod obijcit in perſonam, eſt à beneficijs triennio ſuſpenſus, & perpetuo priuatus, ſi ſe intermiſcuerit. Hæ pœnæ locum non habent ſi legitime pateat eum calumnioſum non fuiſſe. Io. Andr.*

¶ Adijcientes, vt qui plene [f] non probauerit, quod in formam opponit: ad expenſas, quas propter hoc pars altera † ſe feciſſe docuerit, [g] condemnetur. ¶ Qui vero in probatione [h] defecerit [i] eius quod obijcit in perſonam, à beneficijs [k] eccleſiaſticis

a ¶ Cuiuſquam.] prędictorum.

[Glo. ſeq. rationem reddit, & declarat duplicem abſentiam: Secundo tractat, an veniens facto iam proceſſu, qui fit poſt litem conteſtatam, petat libellum dari, vel conteſtationem fieri: & dicit, ꝙ non: Tractat demũ, quid ſi negetur procurator, & ponit tria dicta Innocentij, quæ in fine declarat.]

b ¶ Abſentia vbi. n. agit de ſpirituali matrimonio contrahendo, abſentia contumacis partis non obeſt, vt hic, & ſupra eo. dudum. 1. & idem in carnali etiam contracto. ṡ. vt lite non conteſt. accedens. 2. & ſ qm̃. §. porro. Et citata eſt hic pars interpretatiue, ad idem ṡ. de app. ſæpe. terminus enim præfixus loco peremptoriæ citationis habetur, vt ibi. Bernar. Et quod dicit, abſentia, intelligas quandocumque contingente, ſiue ab initio: quia non venit, ſiue ex poſtfacto: quia venit, & contumaciter receſſit. ṡ. de iudi. c. primo, 11. quæſt. 3. certum. & infra de eo, qui mit. in poſſ. eum qui. ṡ. vt lite non conte. quoniam. §. porro. & §. quod ſi forſan. Et vt dixit Inno. ſi proceſſum fuerit ad aliquod de illis, ad quod non proceditur lite non conteſtata, puta ad receptionem teſtium, vel huiuſmodi: ſi poſtea veniat, & libellum petat, vel litis conteſtationem fieri: audiendus non eſt: 1 fecit enim eius contumacia, ꝙ lis habeatur pro conteſtata. Item ſi procuratori poſtmodum obijciatur, ꝙ non ſit procurator: non eſt poſtea cogendus probare mandatum ratione prædicta. ff. de procu. Pomponius. §. ratihabitionis. Alij dicunt & vr̃ ſecurius ſm̃ Innoc. ꝙ licet de ijs, quæ egit ante aduentum partis, non ſit cogendus probare mandatum: tamen iudex vlterius non admittet eum procuratorio nomine agentem, niſi mandatum probet: tum ſecundum eũ, cum hoc videatur eſſe quadam æquitate non ſcripta: tum arg. prædictæ. l. Pomponius. Satis vr̃, ꝙ ſi in remotis partibus ageretur cauſa, nec de facili poſſet probari procuratio, quia forte amiſſa eſt, ꝙ & tunc non probata procuratione procederet iudex vſque ad finem cauſæ. Hæc omnia vera dici poſſent ad partis petitionem: credo tamen, ne iudex laboret in vanum, ꝙ procuratorem compellere poterit exhibere mandatum vel cauere, ſi dubitatur. argu. ṡ de procu. c. 1. & de iudi. cauſam quæ, cum ſi.

1 Nota, ꝙ primus act⁹ in sũmarijs iudicijs, q in plenarijs fieri nõ poteſt, niſi lite conteſtata, excludit dilatorias: vñ iuramẽto de calũnia in cauſa beneficiali ꝓcluſum eſt dilatorijs.

Nota ſc̃do, ꝙ cõtumax veniens dẽt cãm capere, vt eam inuenitur.

Tertio no. ibi, non credo tñ̃ excluſus ab exceptionibus, põt nihilominus proponere exceptionem, quæ reddit iudiciũ retro nullũ. Do. & Phil. Fon.

c ¶ Sicut de iure.] de iure autem eſt vt diſtinguatur, an appellans ſit præſens, 2 an appellatus, ſecundum formam decre. ĩ de app. cordi. ſecundum Innoc.

2 Vide Spe. tit. de ap. §. nunc breuiter. ver. ſed numquid.

d ¶ Hæc autem.] ſcilicet, quæ dicta ſunt ſuperius. Nã hæc clauſula omnia ſuperiora reſpicit. ſupra de reſcri. olim. §. vlt. Hoſt. Arch.

[Glo ſeq. ponit quattuor æquiparationes.]

e ¶ Dignitatibus.] hic æquiparantur hæc tria, dignitas, perſonatus, & canonia. Alibi æquiparantur dignitas, perſonatus, & beneficium cum cura animarum. ṡ. de fil. presby. nimis. Alibi perſonatus & beneficium curã habens. ṡ. eod. titu. dudum. 2. Alibi perſonatus & ordo presbyteralis. ſupra ne cleri. vel mona. ſuper ſpecula. §. quia vero. In dignitatibus tamen cathedralium vel regularium eccleſiarum, quarum confirmatio vel ex immediata ſubiectione, vel ex appellatione ad Papam ſpectat, tene, quod habes ĩ. eo. cupientes.

[Glo. ſeq ſoluit contrarium.]

f ¶ Plene., nota, quia non ſufficit ſemiplena probatio: ratio, quia perit ius alterius: & ſic non obſtat infra de procurat. ex inſinuatione, cum ſim. & dic plene & legitime, & modos probandi habes ſupra de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. in fi.

[Glo. ſeq. ponit dictum, & ſoluit contrarium.]

g ¶ Docuerit.] taxatione & iuramento præmiſſis: quod dic, vt nota. ṡ. quod metus cauſa, c. vlt. de huiuſmodi expenſis dic vt not. de dolo & contu. finem. & 3 q. 2. in primis. §. glorioſus. glo. 1. & adde ꝙ habes ĩ. de appel. cũ appellationibus. Et bene dixi, taxatione, & iuramento: quia taxatio iuramentum ſequi non 3 poteſt. nec obſtat ff. de in li. iu. l. videamus. § iurare, quia loquitur de iuramento in litem, quod eſt de affectione: vnde illud bene poteſt ſequi taxatio: quia nulla fit verecũdia iuranti: quia poterat ex affectu æſtimare centum rem, quæ non valebat quinquaginta: pone exemplum in libro tuo. Sed hic loquimur de iuramento quod eſt de veritate: vnde ſi poſtquam iurauit ſe centum expendiſſe, de mandato iudicis fieret taxatio, iniuria & verecundia eſſet iuranti. Ioan. And.

3 Vt in Authen. de iudi. §. oportet. quę hr̃ in auth. nouo iure. C de iudicijs.

† al. aduerſa.

h ¶ Qui vero in probatione.] videtur dicendum plena vt præmittitur ſup. prox. dicit Hoſti. ſcilicet ſaltem ſemiplena: & in hoc iſte §. diuerſificatur a littera præced. Archid.

[Glo. ſeq. primo ſoluit contrarium, ſecundo quærit, arg. pro & contra. ſoluit, & contrarijs reſpondet.]

i ¶ Defecerit.] hanc pœnam incurret non ſimpliciter appellans, ſed qui probandi onus aſſumpſerit: quia licitum eſt ab appellatione recedere. 2. q. 6. cap. ei qui. §. appellatore ceſſante. & §. ſi quis libellos. ff. de in ius vocan. l. quamuis. & ſic recedendo euadet hanc 4 pœnam. Sed numquid hoc caſu appellans, qui non venit, ſaltem in expenſis appellato condẽnabitur legitime comparenti? videtur quòd ſic. C. de his, qui accuſ. non poſſ. qui crimen. nec enim in præiudicium alterius potuit mutare conſilium. infra de regu. iu. mutare. cum ſuis concordan. E contra videtur, quia non intereſt appellati: iam enim in abſentia ius procedi poteſt, ac ſi præſens eſſet: & eſt ſim. quod nota. ſupra de dolo & contuma. c. vlt. & ad hoc facit ff. de arbit. l. ſi cum §. ſi arbiter. verſi. ſed ſi in aliquem. & ff. de pœn. l. ſanctio legum. Solu. dic eum teneri ad expenſas. nec obſtat quod dicitur, quòd non intereſt appellati: quia immo intereſt: quia multa potuiſſet per confeſſionem eius ſi præſens fuiſſet, habere. Nec obſtat l. ſanctio. quia condemnatio expenſarum non imponitur ſicut pœna: ſed tamquam intereſſe appellati, ſecundum Compoſtellanum.

4 Scilicet ſi ſpẽſionis à beneficijs ſed pęnã expenſarũ nõ euadet in fine litis, ſi victus fuerit, vt hic notat Ant. But.

[Glo. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.

i ¶ Defecerit.] intelligo ſecundum Cõpoſtellanum, hanc pœnam locum habere ſiue crimen aliquod obiectum fuerit, ſiue defectus: cum generaliter loquatur. Et ſi plura quis obiecit, euitat 5 hanc pœnam: ſi vnum ſolum probat, quod ad caſſationem ſufficiat. ſupra de reſcriptis, inter cetera. Item quia pœnam hanc patitur excipiens præter ius commune: de accuſa. ſuper his. Item prodita eſt in illorum odium, qui ordinationem impediunt: ſed ex quo vnum probauit, patet ꝙ non fuit in fraude.

5 Idẽ Inn. Hoſt. Compoſt. Arch. & alij.

k ¶ Beneficijs.] quæ in illa eccleſia obtinet, vt ĩ. eod. compromiſſarius. in fi.

a ¶ Ad

a ¶ Ad quæ.] beneficia.
b ¶ Tempus.] trium annorum.
c ¶ Temeritate.] ſecus autem ſi auctoritate ſuperioris, vel ſi reſtitutus fuiſſet. C. de ſen. paſ. & re. l. 1. 2. q. 3. cap. ſi quem. §. accuſatorum.
[Glo. ſeq. quærit, & remittit.]
d ¶ Priuatus.] nunquid ille, ad quẽ collatio pertinet, ſtatim poſſit illa conferre? Dic vt dicam. ĩ. eod. commiſſa.
e ¶ Spem.] nec enim ſub ſpe veniæ debet quis peccare, vt ſ. de ele. excom. mi. illud. de conſec. diſt. 4. quã do quis.
f ¶ Manifeſtiſſimis.] 2. q. 8. ſciãt. C. de proba ſciant.
g ¶ Calumniæ.] nota in excipiẽdo, accuſando, & denunciãdo quem calumniari. de ac. ſuper his. 2. q. 3. ꝗ non probauerit. & q. 8. qui crimen. & de calum. cum dilectus. Io. And.
[Glo. ſeq. exemplificat, notat, & remittit.]
h ¶ Sufficiens.] defecerunt teſtes, qui teſtificari ꝓmiſerant:[1] probaueram illum excõicatum, qui tñ clanculo ſe prius abſolui fecerat: ad hoc 2. q. 3. Paulum. de cler. exc. mi. propoſuit. Et no ꝙ in cauſa appellationis non indiſtincte condemnatur victus victori in expenſis. Quod dic, vt dixi ĩ. de reg. iur. ignorantia.

1 Nota ꝙ promittens teſtificari non eſt ſuſpectus: facit ca. dilectus. de capel. mona. Fon.

In electionibus.] Duo facit: quia primo tria reprobat: ſecũdo ibi, Statuẽtes, declarat, & punit. Io. And.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia cathedrali vel regulari canonici vel monachi illius eccleſiæ conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri prælati, qui canonici vel monachi erant xij. numero: quidam ex eis dederunt vota ſ. conditionalia, alternatiua, & incerta: quia dixerunt, Eligo talem, ſi talis eum elegerit: & ſic votũ fuit conditionale. Vel dixerunt, Ego eligo talem, vel talem: & ſic votum fuit alternatiuum. Vel dixerunt, Ego eligo illum quem talis eliget: & ſic votum fuit incertum: vtrum valeat iſta electio? & vtrum iſta vota cõputentur ad augendum numerũ? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ iſta vota conditionalia, alternatiua, & incerta, nõ augẽt numerũ, & ſunt nulla ipſo iure, ita ꝙ tota poteſtas eligendi remanſit apud alios, qui pure elegerũt.
[Glo. ſequens ſummat.]
i ¶ In electionibus.] vota conditionalia, alternatiua, & & incerta in electionibus reprobãtur, & habentur pro non habitis, & recidunt in pure conſentientes.
[Glo. ſeq. ponit tres ſignificationes ſcrutinij.]
k ¶ Scrutinijs.] ſcrutinium multis modis dicitur: ſcilicet catechiſmi. de ma. & obed. his qui. & de capel. mona. dilectus. & de illis loquuntur canones de conſecra. diſt. 4. ante baptiſmum. & c. ſeq. Item dicitur illorum, qui ad ordines vel dignitates promouentur, examinatio. ſ. de ſcruti. c. vno. Item dicitur inquiſitio voluntatum, quæ fit ſecreto in electionibus faciendis. ſ. eod. quia propter. & ſic ſumitur hic.
ADDITIO. Hoſtien ponit hic xiij modos, quibus dicitur ſcrutinium. Ioan. And.
l ¶ Ex quibus.] ſcilicet ſcrutinijs: & intellige publicatis. ſupra eo. publicato.
ADDITIO. Quia aliter non oritur ius eligendi. Ioan. And.
m ¶ Ius oritur.] ſaluo eo, quod habes. ĩ. eo. perpetuæ.
ADDITIO. Ius oritur, ideſt, legitime factis: quaſi dicat, ſi crimina aliàs eſſent malefacta, non recideret in alios ius eligendi. Innocen.

triennio nouerit ſe ſuſpenſum: ad quę[a] ſi infra illud tempus[b] propria temeritate[c] ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuo ſit priuatus,[d] nullam ſuper hoc de miſericordia ſpem,[e] aut fiduciam habiturus: niſi manifeſtiſſimis[f] conſtiterit documentis, quòd ipſum à calumniæ[g] vitio cauſa probabilis & ſufficiens[h] excuſaret.

¶ Idem.

¶ *Vota conditionalia, & alternatiua, & incerta in electionibus reprobantur, & habentur pro non habitis, & recidunt in pure conſentientes. Io. And.*

CAP. II.

In electionibus[i] & poſtulationibus, ac ſcrutinijs,[k] ex quibus[l] ius oritur[m] eligendi,[n] vota conditionalia[o] alternatiua,[p] vel † incerta[q] penitus reprobamus: Statuentes, vt huiuſmodi votis ꝓ nõ adiectis habitis, ex pu-

† al. ita: & incerta.

n ¶ Eligendi.] vel poſtulandi. ſ. eo. ti. ſcriptum.
o ¶ Conditionalia.] ideſt, ſub conditione prolata hoc modo, Conſentio in A. & ſi noluerit, cõſentio in B. vel conſentio in A. ſi nouit iura: vel, ſi habuit maiorẽ partẽ capituli, vel ſi decanus in eũ cõſenſerit.
p ¶ Alternatiua.] eligo A, vel B. Cardinales tñ interdũ ſub his formis conditionalibus & alternatiuis eligunt. & ꝑ has formas veniunt ad duas partes, vt dicũt moderni & ſit in eis ſpeciale ſicut & reliqua. ĩ. eo. licet. & ĩ. cap. pro.
[Gl. ſeq. primo ponit exemplum, & huius iuris cauſam, & ius antiquum: Secundo notat iducẽs quattuor ſimilia. Tertio quærit & ſoluit: Infert ex ſolutione, & contrarium tenet.]
q ¶ Incerta.] eligo illum, quem Archidiaconus eliget. Omnia talia vota non valent, quia certum conſenſum non exprimunt: & ideo merito reprobantur, licet olim admitterentur, vt colligitur, & not. 61 diſt. ſtudij. & 85. diſt. Archidiac. ſed ex illis ca. illud nõ colligitur, & etiã ſic poſſet intelligi. ſ. eo. tit. cum terra. Nota ergo, ꝙ hi ſunt legitimi actus, qui conditionem non recipiunt ff. de reg. iur. actus legitimi & ĩ de regu. iur. actus. vbi de hoc. Certa enim debet eſſe perſona eligenda, ſicut iudex, arbiter, tutor, & procurator. ſ. de reſcrip. ad hęc. ſ. de arbi. innotuit. ff. de teſta. tu. l. tutor incertus ff. de procu. l. 2. De procuratore tamen dic, vt ĩ. de procu. cap. 1. Sed numquid quod hic dicitur de poſtulatione & electione habeat locum in collatione ſeu prouiſione? Dic ꝙ ſic ſecũdum Compoſt. & propter eandem rationem, niſi ſit talis conditio, quæ inſit de ſui natura, puta, confero tibi talem eccleſiam vel præbendã, ſi vacat, vel ſi capax es: talia enim non faciunt actum conditionalem: Vt ſi dicat: Do Titium tutorem ſi ſatiſdederit: vel Titio lego x. ſi hæreditatem adeat hæres. ff. de tute. l. muto. §. 1. de præben. ſignificatum. Vnde & Papa & eius executores quotidie conferunt præbendas cum conditione, Si vacat. Sed in hoc, quod dicit Compoſt. ꝙ valet electio facta, ſi vacat: ꝯtrium poſſet dici, cum tempus eligendi non currat ignoranti. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. non ergo debet eligere prius, ꝗ ſciat vacare. Nec obſtat quod dicitur de tutore dato, ſi ſatiſdederit, & legato relicto, ſi adierit. quia illæ ſunt de futuro, & inſunt: aliàs quare non eadem ratione valeret; conſentio in illum, in quem maior & ſanior pars, &c. cum hoc etiam videatur ineſſe ſ. eo. quia propter. Nã & video, ꝙ conditio quæ ineſt ſi exprimatur, facit legatum conditionale. ff. de leg. 1. l. ſi ita legatum ſit. §. 1. & de hoc vide quod dixi ĩ. de ſpon. cap. vno. in vlt. glo. Ioan. And.

Beneficij collatio cõditionalis, ſeu alternatiua, vel incerta, an valeat.

ADDITIO. Cõditio ergo, quæ de ſui natura ineſt, non facit contractum conditionalem, vt not. 8 q. 3. in ſumma & no. de elect. ſignificaſti. in 2. glo. & de ſeruis non ordi. eo libentius. in glo. 2. & de reſt. ſpol. olim. 1. in glo. 2 Contrarium no. hic in iſta gl. Sol. ſi apponitur & exprimatur, nihilominus facit contractum conditionalem: Sed non ſi exprimatur, ſed relinquitur diſpoſitioni iuris ſic diſponentis, & petitur ſic fieri, non cenſetur conditionalis, dato ꝙ ius ſub conditione diſponat. Ad hoc quod no. de ſpon. cap. vno. in glo. fi. inf. eo. lib. Hiero. Clarius Brixien.
[Glo. ſeq. reci. per obiectionem.]

a ¶ Reſidente.] quia ſi ex xij. canonicis iiij. ſic eligāt, poteſtas eligēdi ſic remanet apud reliquos viij. ac ſi ipſi iiij. de capitulo non eſſent: ita ꝙ valebit electio facta ab illis viij. vel maiori parte ipſorum. Et no. ꝙ licet pœna decre. cum in cunctis. non habeat locum niſi electione ſecuta, vt inf. eod. tit. perpetuo. iſta tamē etiam ante electionem locū habet, cū dicat, Scrutinijs: Vnde etiam ſi non ſit ad electionem proceſſum: dummodo in ſcrutinium fuerit votum tale depoſitum, incurrit deponēs hāc pœnam ex ipſo conſenſu, cum non dicat voce illorum qui elegerint, ſed voce illorum qui conſenſerint.

† Deponēs vota hic expreſſa, non priuatur poteſtate eligēdi, ſed vox ſua non cōputatur. D. Fon.

ris cōſenſibus celebretur electio: voce illorum, qui non pure conſenſerint, ea vice † in alios reſidēte. a

¶ Gregorius decimus in generali concil. Lugdun.

a ¶ Reſidente.] aliàs recidente., Ioan. And.

VBi periculum.] Diuiditur in vi. partes. Secunda ibi, hoc ſacro. Tertia ibi, Porro. Quarta ibi, Præterea. Quinta ibi, Ceterum. Sexta ibi, Quia vero.

ADDITIO. Et partes poſſunt ſubdiuidi ſm Io. Mo. quia primo tractat de Cardinalibus intrantibus conclaue: ſecundo de non ingredientibus vel exeuntibus: ibi, Sane. Hæc aut prima iterum poteſt ſubdiuidi; quia primo tractat de exceptione abſentium, & de ipſis ingredientibus conclaue, & de ſeruitoribus eorum Secūda: ibi, In eodem. dat modum habitandi in conclaui. Et hæc facit quinque: quia primo prohibet velamina. Secundo in §. Nulli. prohibet acceſſum, miſſionē nuntij vel ſcripturā, & cōtrafacientes excōicat. Tertio in §. in conclaui. dat modū habendi cibū & potū in conclaui. Quarto: ibi, Prouiſionis, prohibet pendente prouiſionis negotio aliquid per Cardinales de Camera recipi & punit ꝯfacientes: ibi, Idē prohibet Cardinales alteri negotio intendere, duos caſus excipiens Boati. in diuiſione concordat, & aliud hic non gloſſat. Franchus diuidit in vij. partes: & primam protendit vſque ad §. Verum ſi quod abſit. ſecundam vſque ad §. Sane. tertiā vſque ad §. Porro. In alijs concordat. Clericus Pitanus facit viij. partes: in ſecunda concordat: tertiam facit: ibi, In conclaui. quartam: ibi, Prouiſionis. quintam: ibi, Idem. ſextam: ibi, Sane. ſeptimam: ibi, Præterea. octauam: ibi, Ceterum. vſque ad finem. Io. And.

¶ Iſtud c. legitur vnico contextu vſque ad finem. Et in princ. huius c. primo ponitur cauſa conſtitutionis: & iuris veteris conſeruatio: proteſtando, ꝙ non intendit reuocare c. licet de vitanda diſcordia. eod. ti. in ant. vbi dr̄, ꝙ ſi Cardinales in electione Rom. Pontif. ſint in diſcordia, & duæ partes Cardinalium conueniant in aliquē: ille eſt habendus pro Romano Pontifice, nō obſtāte ꝯdictione tertiæ partis: ſed ſi tertia pars Cardinaliū opponat exceptionē, non eſt admittenda. Poſtea in ſecunda parte ſtatuit, quomodo & in quo loco debeat celebrari electio Rom. Pontificis, ſiue in Romana ciuitate ſiue in alia: voce in ciuitate in qua moritur Romanus Pōtifex, debet à Cardinalib⁹ electio fieri: & ſi ſint abſentes, ſunt vocandi & expectandi per x. dies, & quē modum debeant ſeruare. Poſtea in tertia parte prouidet vbi ſit facienda electio, quando Papa moritur non in ciuitate vbi eſt curia Romana, ſed moritur extra curiā: quia forte proficiſcebatur ad aliquam peregrinationem cum ſuis familiaribus, & mortuus eſt. De forma nihil dixit, quia eadē forma ſp̄ eſt ſeruāda. In quarta parte Rom. Pont. ſiue concilium generale (quia iſta conſtitutio fuit facta in concilio generali) cōſiderans ꝙ Cardinales poſſent recedere à forma iſtius conſtitutionis diabolo ſuggerente, & ſic poſſent retardare electionem propter ſuam diſcordiā, deputauit executores dn̄os tēporales loci, in quo erit celebranda electio Qui domini tēporales poterunt ipſos Cardinales includere ſine metu excommunicationis, & eis alimēta denegare ſecundum formam contentam in hoc capitulo: quia Cardinales debebunt eſſe contenti vno ferculo in die: & ſi infra quinque dies non poſſint concordari, dabitur eis panis & aqua. In quinta parte inhibet Cardinalibus, ne pactionibus & iuramentis ſe aſtringant ad aliquem eligendum: ſed in arbitrio cuiuſlibet remaneat ſecundum ſuam conſcientiam. In ſexta & finali parte monet & hortatur Chriſti fideles, vt audita morte Romani Pōtificis, ipſi continue orent pro Romana eccleſia & quòd prælati hortentur ſubditos ſuos ad orandum pro Romano Pontifice. Hoc habet iſtud capitulum vſque ad finem. Et iſta diuiſio ſit loco poſitionis caſus. Textus. Diſpendijs, ideſt, damnis & incommodis. Abſentes expectare. Hoc eſt enim ſpeciale in electione Romani Pontificis: videlicet ꝙ præſentes non tenentur expectare abſentes, niſi per decem dies: nec tenentur illos expectare: licet ſecus ſit in alijs electionibus aliorum prælatorum à Romano Pontifice. Nam in ceteris electionibus vocandi ſunt abſentes. cap. quia propter. ea. ſicut. eod titu. in ant. Et tunc, ideſt, elapſis decem diebus. Seruientibus. ideſt famulis: & quilibet Cardinalium non poteſt ſecum ducere ad palatium, in quo facienda eſt electio, niſi vnum ſeruitorem: tamen datur ſibi Cardinali electio, an velit, ꝙ ſit clericus vel laicus. Et iſtud verum, niſi Cardinalis eſſet detentus tam graui infirmitate, quod vnus ſeruitor non ſufficeret: tunc enim permitteretur ſibi habere duos famulos. Vnum conclaue, ideſt, vnam cameram. Velamine. dicit glo. ideſt cortinis. Secretam cameram pro depoſitione ſuperflui ponderis naturæ Conclaui prædicto. & dicit ꝙ debet claudi, ita ꝙ null⁹ intret Sed quomodo miniſtrabuntur eis neceſſaria? Hic prouidet vt dimittatur aliqua parua feneſtra, per quam miniſtrabuntur victualia neceſſaria: quæ feneſtra debet eſſe ita arcta, quòd per eam nullus poſſit intrare, & exire. Prouiſione. id eſt, electione. Intra tres dies. & ſic durantibus tribus diebus poſſunt eis miniſtrari tria fercula: ſed poſt tres dies ſolum eis miniſtrabitur vnū ferculum. Quid, ſi vnus velit vnum ferculum, alius aliud: puta vnus vult carnes bouinas, alius capones, alius perdices? Dicunt Doctores, quod eſt miniſtrandum vnum ſolum ferculum omnibus: & non ſunt eis miniſtranda diuerſa fercula: quia aliàs poſſet fieri fraus: Nam ipſi ſibiipſis miniſtrarent diuerſa fercula. Intromittant. durante electione non debent ſe de alijs rebus intromittere, niſi grande periculum immineret, vt dicit hæc littera. Suffragio. ideſt voce ciuitas Si ciues videant, quòd eorum dominus non vult exequi iſtam conſtitutionem, ipſi hoc debent facere: aliàs enim ipſi ciues punirentur, quia excommunicarētur, & eorum ciuitas poneretur ſub interdicto eccleſiaſtico. Nam ex quo culpa eſt grauis & magna, etiam debet eſſe magna pœnitentia. Vbi primum. ideſt, quàm primum. A clero & populo. vnde exequiæ Papæ non debent fieri expenſis ſolius cleri, ſed populus debet contribuere. Nota ex iſto cap. notabilia principaliora. Primo nota ex principio capituli, ꝙ vbi eſt maius periculum, ibi cautius eſt agēdum. concor. authen. apud eloquentiſſimum, de fide inſtrum. C. vbi dicitur, quòd in cauſa criminali iudex debet examinare teſtes, licet in cauſa ciuili poſſit vices ſuas alijs committere: quia in cauſa criminali maius periculum vertitur, quàm in ciuili. Nota locum, in quo debet celebrari electio Papæ quando moritur in ciuitate & ponitur forma electionis, quam debent obſeruare Cardinales. Nota ꝙ ſi Papa dimiſſa curia in ciuitate, ſe tranſtulit ad alium locū, & in itinere mortuus eſt, tunc electio eſt celebrāda in ciuitate illius loci. Sed ſi ibat ad peregrinationem, tunc electio eſt facienda

¶ Ponitur cauſa conſtitutionis, & iuris veteris conſeruatio. Io. And.

CAP. III.

VBi † pericu-

† Vide concil. Lateran. ſub Alexā. iij. cap. 1. & Clemen. ne Romani. ti. de elect.

ciendа vbi dimiſit curiam. Vnde iſtud cap. limitatur ſecundum cle. ne Romani. eodem titu. Sed quid, ſi moritur in mari? non eſt in territorio ſeu dominio alicuius: quia quando dominia de iuregentium fuerũt diſtincta, mare remanſit commune & indiuiſum, ſecundum quòd erat de iure naturali. Dicunt Doctores, quòd licet mare non ſit in territorio alicuius domini, tamen partes maris conſueuerunt diſtingui per ciuitates proximas, & cenſentur pars ciuitatis. l. inſulæ. ff. de iudic. Et ideo ſi Papa moriatur in mari, tunc electio fiet in ciuitate diſtringente illam partem maris. Si autem illa pars maris non conſueuit ſtringi, fiet electio in proximiori ciuitate. Nota illud, ad quod allegatur iſtud capitulũ, ꝙ infamibus non patent portæ dignitatum. Nota, ꝙ parum eſſet iura eſſe condita, niſi eſſent magiſtratus qui iura tuerentur. Et ad hoc quotidie alleg. iſtud capitu. Helias Regnier.

lum [a] maius intenditur, ibi proculdubio eſt plenius [b] conſulendum. [c] Quàm grauibus autẽ ſit onuſta diſpendijs, quot & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti [d] cõſideratio temporis edocet, & cõſiderata prudenter illius temporis diſcrimina manifeſtant. [e] Hinc nos euidens euocat ratio, [f] vt dum reformandis etiam minoribus [g] noſtra ſolerter [h] vacat intentio, ea, quæ periculoſiora [i] ſunt, nequaquam abſque remedio reformationis ac cõmode [k] relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro vitanda diſcordia in electione Romani Pontificis, à noſtris ſunt prædeceſſoribus [l] & præcipue à felicis recordationis Alexandro [m] † Papa tertio, ſalubriter inſtituta: omnino immota in ſua firmitate [n] manere cenſentes: nihil enim detrah re illis intendimus, ſed quod experientia [o] deeſſe probauit, præſenti conſtitutione ſupplere.

¶ *Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebat.*

¶ Hoc ſacro concilio [p] approbante ſtatuimus, vt ſi eumdem Pontificem in ciuitate, [q] in qua cum

h ¶ Solerter.] aliàs ſolerter, aliàs feliciter.

i ¶ Periculoſiora.] ſicut eſt Romanæ eccleſiæ vacatio: & eſt ſimi. ĩ. de immu. eccl. quoniam.

k ¶ Accommode.] i. multum commode.

l ¶ Prædeceſſoribus.] 23 diſt. cap. 1. 79. diſtinctio. per totum.

m ¶ Alexandro.] ſupra eo. licet de vitanda. Io. And.

n ¶ In ſua firmitate.] bene dicit, vt patet 25 quæſtio. ſecunda, ſi ea. & cap. quod vero. & cap. eccleſiaſticæ. cum ſim. Archidiaconus.

o ¶ Experientia.] ſic ſupra eo lib. de reſcr. ſtatutum. & infra eo. tit. quàm ſit.

ADDITIO. Sic in Auth. hæc conſti. in no. conſti. &c. coll. 8. & infra eo. quàm ſit. 1. reſpon. Archidiaconus.

p ¶ Concilio.] generali ſcilicet, & edicto Lugdunen. Sumit tñ iſta cõſtitutio potius vigorẽ ex renouatione Cęleſtini quinti: & hac approbatione & conſeruatione Bonifacij, quàm ex primæua conſtitutione Gregorij, ex eo quia reuocata fuerat per dominum Hadrianum, [2] & per dominum Ioannem xxj. Papam: Et pro reuocata habebatur: nec olim inter Gregorianas legebatur. Et certe cum conſtitutio iſta tam vtilis, approbatione tanti concilij fuerit edita, non æquum fuit, quòd abſque requiſitione concilij reuocata fuerat. ſupra de regulis iuris, capitulo primo. de plenitudine tamen poteſtatis id facere potuerat: cum ſit Papa ſuper [3] omnia concilia. ſupra ſignificaſti.

ADDITIO Iſte prius vocatus fuit Petrus Hiſpanus, & fuerat Tuſculanus Cardinalis. de hoc commendatur, quòd ſe pauperibus & diuitibus communem exhibuit. Ad reuocandam autem conſtitutionem mouit eum, quia mortuo Gregorio huius decre. auctore, ſeruata iſta conſtitutione, ſurrogatus fuit Innocentius quintus, qui fuit Burgundus, frater prædicatorum, & doctor ſacræ paginæ: & vixit quinque menſibus & duobus diebus poſt eum. In creatione Hadriani etiam ſeruata fuit hæc conſtitutio, qui parum vixit, vt prædixi: quo mortuo, in electione etiam ipſius Ioannis ſeruatus fuit effectus conſtitutionis: quia vero etiam quamplures Cardinales tunc deceſſerunt: æſtimatum fuit, quod illarum mortium cauſa fuerit refectio illius conſtitutionis: ideo per eum reuocata fuit vel ſuſpenſa, quo ad omnem ipſius effectum. Ioan. Andr.

ADDITIO Alia Ioan. Monach. dicit, quòd fuerat ſuſpenſa: & quia ſuſpenſio non fuerat in ſcriptis redacta: ioan. illam ſuſpendit quo ad omnem ipſius effectum. & ideo Guli. noluit hanc decre. aliter gloſſare: ſed proſequebatur hic xij. ſpecialia in electione Papali: & circa illa ſeruabat aliquas quæſtiones; quas vide in decre. licet. eodem titu. Gar. autem nil gloſſauit, niſi excuſationem prętermiſſionis gloſſandi. Ioan. And.

q ¶ Ciuitate.] Ciuitas murorum ambitu terminatur. ĩ. de ſent. excom. ſi ciuitas. Ioan. And.

† In concilio Latera. c. 1. & refertur in c. licet de vitãda. extra de electio.

2 Qui fuit de Fliſco, & nepos Innocentij quarti: vixitq; minus xl. diebus.

3 Vide Turrecrematã ī ſumma de eccleſia, li. 2. ca. 24. in fi. & c. 44. vbĩ late probatur hoc dictum glo.

[Glo. prima ſimul diuidit, & ſummat.]

a ¶ Vbi periculum.] in prima parte, quæ durat vſque ad ver. Hoc ſacro. ponitur cauſa conſtitutionis, & iuris veteris conſeruatio. In ſecunda ponitur quomodo habeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebat. In tertia, quæ incipit: ibi, Porro. ponitur quid iuris quando moritur extra ciuitatem, in qua erat curia. In quarta quæ incipit: ibi, Præterea. dat executores huic iuri cũ pœnis. In quinta, quæ incipit: ibi, Ceterum obteſtatur Cardinales, vt in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum: & caſſat omnia pacta, obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta eſſent de aliquo eligendo. In ſexta, quæ incipit ibi, Quia vero. monet omnes fideles, vt ſtatim audita ſummi Pontificis morte, eius celebrent exequias: & quotidie orent pro vigili, concordi, & vtili prouiſione Romanæ eccleſiæ. Prælati autem in ſuis prædicationibus ipſos ſubditos adhortentur: & eis frequentiam oratiõnum, & obſeruantiam ieiuniorum indicant. hoc dicit in ſumma.

b ¶ Plenius.] aliàs, penitus.

c ¶ Conſulendum.] 41. diſt. quieſcamus 7. q. 2. c. vlt. ff. de Carbo. edi. l. 1. §. ſed & ſi quis.

d ¶ Exacti.] ideſt, retroacti vel tranſacti: ſic prouidetur ex præteritis circa futura. de hoc vide 43. diſt. multis. 54. q. 2. cum per bellicam. ſupra de præſump. ſcribam. & facit de proc. c. 1. de fer. non ord. c. 1.

e ¶ Manifeſtant.] ad idem ĩ. eo. fundamenta. Io. And.

f ¶ Hinc nos euocat ratio.] Nota rationem [r] legis attendendam non minus, quàm ipſam legem. C quæ ſit lon. conſue. l. 1. ff. de iure pa. adigere. §. quamuis. Et nota, quòd vbicunque habet locum ratio, & lex. ff. de interdic. l. 1. cum ſimili.

g ¶ Minoribus.] ſcilicet, inferiorum eccleſiarum vacationibus. 50. diſt. poſtquam. de elect. ne pro defectu. & c. ſeq. & inf. per totum. & 21. q. 5. c. 1.

r Hæc gloſſula ex annotatione marginali huc irrepſit & qñ liceat arguere à ratione legis vide Nicolaum Euerardum loco à ratione legis ad ipſam legem.

[Gloſſa ſequens in princip. recit. per obiectionem, quam ſoluit: & in incidenti quæſtione remittit. ſecundo quærit. argumen. pro, & ſoluit. tertio quærit, & ſoluit.]

ſua curia reſidebat, diem claudere contingat extremum: Cardinales, qui fuerint in ciuitate ipſa præſentes, abſentes expectare decem diebus [a] tantummodo teneantur: quibus elapſis, ſiue abſentes venerint, ſiue non, extunc omnes [b] conueniant in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat: [c] contenti ſinguli, ſingulis tantummodo ſeruientibus clericis, vel laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen, quibus patens neceſſitas [d] id ſuggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiſdem † electionis arbitrio [e] reſeruato. ¶ In eodem autem Palatio vnum conclaue [f] nullo intermedio pariete, ſeu alio velamine, [g] omnes inhabitent in communi: quòd (reſeruato libero ad ſecretam Cameram aditu [h]) ita claudatur vndique, vt nullus illud † intrare valeat vel exire. ¶ Nulli ad eoſdem Cardinales aditus pateat, vel facultas ſecrete [i] loquẽdi cum eis nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant, niſi eos qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præſentium, pro his tantum, quæ ad electionis inſtantis negotium pertinent, vocarentur. [k] ¶ Nulli etiam fas ſit, ipſis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel ſcripturam. Qui vero contra fecerit ſcripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo ipſorum ſecrete loquendo: ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. [l] ¶ In conclaui tamen prędicto aliqua feneſtra [m] cõpetens dimittatur, per quam eiſdem Cardinalibus ad victum commode neceſſaria miniſtrentur: ſed per eam nulli ad ipſos patere poſſit ingreſſus. ¶ Verum ſi (quod abſit) infra tres dies, poſtquam (vt prædicitur) conclaue præfatum ijdem Cardinales intrauerint, non fuerit ipſi Eccleſiæ de Paſtore prouiſum: per ſpatium quinque dierum immediate ſequentium, ſingulis diebus tam in prandio, quàm in cœna, vno ſolo ferculo ſint contenti: quibus [n] (prouiſione non facta) decurſis: extunc tantummodo panis, vinum & aqua † miniſtrentur eiſdem, donec eadem prouiſio ſubſequatur. ¶ Prouiſionis quoque huiuſmodi pendente negotio, dicti Cardinales nihil de camera [o] Papæ recipiant, nec de alijs eidem eccleſiæ tempore vacationis obuenientibus vndecumque: ſed ea omnia ipſa vacatione durante, ſub eius, cuius fidei & diligentiæ camera eadem eſt commiſſa, [p] cuſtodia

a ¶ Decem diebus.] nota ꝙ conſtitutio iſta non iubet eos citari, ſed tantum expectari: & ſic eſt ſpeciale in electione ſummi Pontificis, cũ in alijs abſentes de prouincia ſint vocandi. ſup. eod. coram. vel ſaltem ſecundum quòd eſt cõſuetudo, vt ibi no. & 7.q.1. factus. & ſi conſuetudo eſſet, non vocarentur. infra de præben. cum in eccleſijs. Si autem quæratur, quæ ſit prouincia Romana: dic vt ſupra, de offi. vica. ſua. Sed pone, Cardinales quidam ſunt abſentes & ita remoti, ꝙ nullo modo poſſent venire infra decem dies ad locum, vbi debet electio celebrari, nunquid poterunt præſentes ſtatim ad electionem procedere: vel ante lapſum horum decem dierum? & videtur quòd ſic. ff ad Velleia l. aliquãdo. § fi. maxime propter periculum moræ, vt ſup. Sed cum hic ſimpliciter dicatur, quòd expectari debẽt per decẽ dies, ſimpliciter intelligẽdum eſt, ſecundum [1] Guli ff. de alea l.1.§. quod vero. & ſupra de priuil quia circa. poſſet enim abſentes vti felici diplomate. ff. de verbo. obligat. cõtinuus. §. cum ita, circa finem. vnde ante decendium procedere non debent: & forte audientes de infirmitate Papæ, vel alia cauſa venire cœperãt ante mortem: ita ꝙ infra decẽ dies à morte erunt in loco: & beneficium iuris nemini eſt auferendum. 28. diſtinct. de his. infra de regu. iur. indultum. & facit optime infra eodem, commiſſa. 2. reſpon. cum ſuis concord. Sed pone: aliquis Cardinalis non debito tempore expectatus vult agere de contemptu: quæritur vtrum poſſit? Dic quòd ſi electio facta fuit ab omnibus reliquis, vel à duabus partibus eo non computato, nulla obſtat exceptio, & ſic nec actio. ſupra eodem, licet. & ff. de ſuperfic. l. prima. §. ait, in fi. §.

b ¶ Omnes.] præſentes: etiã ſi eſſent pauciores quàm tertia pars per hanc conſtitutionem.

c ¶ Habitabat.] ſim. ff. de iud. ſi locus. ff. de arbi. ſi cum dies § ſi arbiter.

d ¶ Neceſſitas.] vt forte quia podagras patitur, ita quòd neceſſe habet per ſeruientes ſuſtineri & portari, vel alia ſimilis cauſa.

e ¶ Arbitrio]vt poſſit habere, vel vult clericos, vel vult laicos: vel alterum clericum, vel alterum laicum.

f ¶ Conclaue.] ad idem 12. q. 2. cap. 1. infra de ſta. reg c. 1. & ff. de dam. infec. l. qui conclaue.

ADDITIO. Et ſolet dici conclaue, quòd pluribus clauibus clauditur: vel ad quod per plures claues itur. Ioannes Andr.

g ¶ Velamine.] vt puta ſeſtorijs vel cortinis.

h ¶ Aditu.] 18.q.2. difinimus.

i ¶ Secrete.] 81. diſtinctione, clericus. 28. quæſtio. ſecunda, in decima.

k ¶ Vocarentur.]puta aduocati, vel iuriſperiti, vel religioſi viri, vel tabelliones.

l ¶ Incurrat.] nota canonem latæ ſententiæ. alium habes inf. eo. cap. §. ꝙ ſi. alios huiuſmodi iuris noui notaui j. de ſent. excõ. cos. [2] Et cum non reſeruauerit ſibi abſolutionem: dicamus ꝙ ordinarius abſoluere poterit, vt dicam infra eod. ſciant cuncti.

m ¶ Feneſtra competens.] ita ꝙ nullus intrare per eam poſſit, vel exire, vt ſup. & infra.

ADDITIO. Erit cum rota ad modum monialium, ſecundũ Fran. Vercel. vel cum barris ferreis circundata, ſecundum eũ. Ioan. And.

n ¶ Quibus.] ſcilicet, quinque diebus.

o ¶ Camera.] ſic & in clericis collegiatarum cathedralium vel regularium eccleſiarum, infra eodem, quia ſæpe. & fuit hoc ſtatutum, quia forte propter hoc habenda eſſent in prouidendo tardiores. Ioannes Andreæ.

p ¶ Commiſſa.] per Papam, cuius morte non expirat officium camerarij, vt in clemen. eod. tit. ne Romani. §. eod. tamen.

† In antiquis codicib⁹ legitur, eiuſdem.

[1] Idẽ Phil. ex quo no. ipſe ꝙ pendente dilatione nihil nouandum eſt, & ſi certum ſit partem nihil agere poſſe. Son.

† In antiquis exẽplaribus legitur, illuc

[2] Et ſunt 32. 52. inductos p cle. ibi, collegi de ſen. exc. c. 1. in glo. eſt ſciendũ. Io. And.

† Præter Phil. Franchũ hic vide gl in clemen. 1. de hær. verbo, tormentis.

maneant: per eum diſpoſitioni futuri Pontificis reſeruanda.[a] ¶ Qui autem aliquid receperint, teneantur extunc à receptione quorumlibet redditiuum ad eos† ſpectantium abſtinere, donec de receptis taliter plenariam ſatisfactionem impendant. ¶ Ijdem quoque Cardinales accelerandę prouiſioni ſic vacent attentius, quòd ſe nequaquam de alio negotio intromittant,[b] niſi forſan neceſſitas adeo vrgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipſius eccleſiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere: vel niſi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, ꝙ omnibus & ſingulis[c] Cardinalibus præſentibus concorditer videretur illi celeriter[d] occurrendum.

¶ Sane ſi aliquis ex prædictis Cardinalibus conclaue prædictum (vt ſupra exprimitur) non intrauerit: aut intrans abſque manifeſta cauſa infirmitatis[e] exierit, ipſo minime requiſito, nec in eiuſdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad† eligendum ſummum Pontificem libere procedatur. ¶ Si vero infirmitate ſuperueniente, idem conclaue ex eis aliquem exire[f] contingat: ipſa etiam infirmitate durante, poterit eius ſuffragio[g] nõ requiſito [ad† electionem] procedi: ſed ſi ad alios, poſt ſanitatem[h] ſibi redditam ſeu ante, redire voluerit: vel etiã ſi alij abſentes, quos per decem dies diximus expectandos, ſuperuenerint: re integra, videlicet[i] ante quàm eidem eccleſiæ ſit de Paſtore prouiſum, in eodem negotio in illo ſtatu, in quo ipſum inuenerint,[k] admittantur: præmiſſa tã de clauſura, quàm de ſeruientibus, cibo, ac potu,[l] & reliquis, cum alijs ſeruaturi.

¶ *Quid iuris, quando moritur Romanus Pontifex extra ciuitatem, in qua erat curia.*

¶ Porro ſi quando Romanum Pontificem extra ciuitatem prædictam, in qua erat cum ſua curia[m] reſidens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in ciuitate, in cuius territorio[n] ſeu diſtrictu idẽ Pontifex obijt, conuenire: niſi ſit forſitan interdicta,[o] vel contra eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat: quo caſu, in alia viciniori cõueniant, quæ ſimiliter nec interdicto ſubiaceat, nec ſit (vt prædicitur) aperte rebellis. ¶ In hac etiam ci-

a ¶ Reſeruanda.] ſic ĩ. eod. quia ſæpe. & de offi. ordi. præſenti.

b ¶ Intromittant.] ſimile ĩ. de hæret. accuſatus. §. ſane. & §. ſeq. An collegium Cardinalium ſede vacante, Papali poteſtate vti poſſit, dicam ĩ. de ſchiſma. c. 1. ad fin. & eſt expeditum hodie quod non: niſi quantum hic conceditur: vel niſi circa ſubſtitutionem camerarij vel pœnitentiariorum deficiẽtium: quod dic vt in cle. eo. tit. ne Romani vbi etiam determinat hãc conſtitutionem, vel eius partem, tunc per collegiũ alterari non poſſe. Io. And.

c ¶ Singulis.] licet alias dicere conſueuerimus, quod fit à maiori parte dici factũ fuiſſe cõcorditer. 56. diſt. Apoſtolica. in gl. 1. & de elec. cum inter canonicos. & ff. ad mun. quod maior. niſi minor pars iuſtã cauſam contradictionis oſtendat. de his quæ fiunt à ma. par. ca. cap. 1. tamen per hanc litterã quæ hoc hic exprimit, dico omnes debere eſſe concordes.

d ¶ Celeriter.] ſcilicet, ſuſpenſo electionis negotio. Et not. ꝙ deſideratur celeritas, de hoc dixi infra eod cap. vlt. Io. And.

e ¶ Infirmitatis.] alia ergo neceſſitas non excuſat.

f ¶ Exire.] ſi autem omnes exierit ſimul vel ſucceſſiue: dic, vt in Clem. eodem tit. ne Romani. §. porro.

g ¶ Suffragio.] ideſt, conſenſu. ſic ſumitur. ff. de legi. de quibus. in ſi ff. quod cuiuſque vniuer. item eorum. § primo. ad hæc. ff. de decur. ſpurij. §. minores. infra eodem, ex eo. aliquã do ſumitur pro auxilio, concilio, vel ſeruitio. 12. quæſtio. 2. quicunque ſuffragio. C. de ſuffragijs. l. prima. Archidiaconus.

[Gloſſa ſequens quærit: ponit dictum Hoſtien. & ſoluit.]

h ¶ Sanitatem.] quid ſi Cardinalis propter infirmitatem nolens incluſus ſtare, renunciet voci ſuæ: numquid valeat renunciatio: & numquid rediens admittetur? Hoſtien. cui hoc de facto contigit, plene notauit hanc quæſtionem ſ. de renun. niſi cum pridem. §. propter malitiam. dicens finaliter quòd pœnitens & rediens admittendus eſt: de ijs autem quę medio tempore facta ſunt conqueri non poterit: & hæc quæſtio ſatis hic terminatur per ſequentia.

i ¶ Videlicet.] Vide mirabilem expoſitionem huius verbi, re integra. aliter exponitur ſ. eod. in cauſis. §. quia vero. vbi de hoc.

k ¶ Inuenerint.] ſim. ĩ. vt li. penden. cap. 1. in fi.

[Glo. ſeq. quærit, arguit negatiue, & ſoluit contrarium.]

l ¶ Potu.] pone: Cardinalis abſens venit poſt diem octauam à die incluſuræ, ita quòd Cardinales incluſi tunc non habebant, niſi panem, vinum, & aquam, vt dictum eſt ſupra, nunquid iſte ſuperueniẽs ſtatim cõpellitur ſuſcipere eorum vitam? & videtur quòd nõ: quia non fuit in culpa. ſ de conſti. cap. 2. dic ſecus per hanc litteram, & per illam ſuperiorem, in eo ſtatu, &c. Ad hoc de ſtatu monachorum, c. recolentes. & ſæpe ſine culpa quis punitur ex cauſa. quod dic vt ĩ. de reg. iu. ſine culpa.

m ¶ Curia.] & erat ordinatum de ipſa curia trãsferenda. aliàs ſi in primo loco remanſiſſet, audientia litterarum & cauſarum, licet ſuſpenſa, ibi celebraretur electio, vt in conſtitut. clemen. eodem titu. ne Romani. §. ſane. in fine.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.

n ¶ Territorio.] ſiue diſtrictu. Quid ſit territorium, dixi ſupra de conſtit. cap. 2. quo ad hunc caſum ponitur pro diœceſi, vt in Clem. eod. tit. ne Romani. §. ſane. & per hanc litteram puto, ꝙ ſi moriatur in mari, Cardinales debeãt conuenire in ciuitate, per quam locus ille maris diſtringitur[2] ad hoc. ff de verbo. ſign. l. pupillus. §. territorium ff. de iudi. inſulæ Italiæ. & ſi non diſtringatur[3] per aliquam ciuitatem, dicerem in viciniori id faciendum. ad hoc ſupra de conſuetud. cum olim. ff. de verb. ſig. notionem. §. 1. ad hoc infra. §. 1. ibi: in alia viciniori, &c.

o ¶ Interdicta.] nota quòd in loco interdicto non poteſt electio celebrari, niſi velis dicere hoc ſpeciale in electione Romani Pontificis. & poſito etiam quòd in tali loco celebretur, nihilominus valet: quia nulla exceptio admittitur, vt ſupra dixi.

† al. ita, ad ipſos

r Idẽ Do. & hoc eſt p p adiectiuum geminatũ: & idẽ dicas; ſi in ordinatione aliqua ponat plena concordia. Phil. F.

† In antiquis codicib' ita: ad eligendum ſubſtituendum Pontificem libere procedatur.

† Hæ duæ voces: ad electioné a deſunt in aliquot antiquis codic.

2 al. diſtinguitur

3 al. diſtinguatur

uitate, tam quoad expectationem abſentium, quam quoad habitationem communem, clauſuram, & cetera omnia in domo epiſcopali, vel alia qualibet eiſdem Cardinalibus deputanda, eadem obſeruentur, quæ ſuperius obeunte dicto Pontifice, in ea, in qua cum ſua curia reſidebat, ſunt expreſſa.

¶ *Dat executores huic iuri cum pœnis. Io. And.*

¶ Præterea (quia parum eſt iura condere, niſi ſit qui eadem tueatur a) adijciendo ſancimus: vt domini, † alijque rectores, & officiales ciuitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda, b auctoritate noſtra, & eiuſdem approbatione concilij poteſtate ſibi tradita, præmiſſa omnia & ſingula plene ac inuiolabiliter, ſine fraude ac dolo aliquo faciant obſeruari: nec Cardinales vltra quam præmittitur, arctare præſumant. c ¶ Super his autem taliter obſeruãdis, ſtatim audito ſummi Pontificis obitu, coram clero & populo vniuerſo ciuitatis ipſius ad hoc ſpecialiter conuocandis, præſtent corporaliter d iuramentum. ¶ Quòd ſi præmiſſa diligenter non obſeruauerint, aut fraudem in eis vel circa ea commiſerint, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, omni ceſſante priuilegio, eoipſo † ſententiam excommunicationis incurrãt, & perpetuo ſint infames: nec vnquam eis portę dignitatis pateãt, e nec ad aliquod publicum officium admittantur. ¶ Ipſos inſuper feudis & bonis ceteris, quæ ab eadem Romana eccleſia, vel quibuſlibet alijs eccleſijs obtinent, ipſo facto decernimus eſſe priuatos, f ita ꝙ ad eccleſias ipſas plene ac libere reuertantur, adminiſtratorum earumdem eccleſiarum arbitrio, ſine contradictione g aliqua diſponenda. ¶ Ciuitas vero prædicta, h non ſolum ſit interdicto ſuppoſita, ſed † & Pontificali dignitate priuata. i

¶ *Obteſtatur Cardinales, vt in electione Romani Põtificis deponant omnẽ priuatum affectum: & caſſat omnia pacta, obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta eſſent de aliquo eligendo.*

¶ Ceterum (quia cum arbitrium, vel inordinatus k captiuat l affectus: vel † ad certum aliquem obligationis cuiuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio, m dum libertas adimitur eligendi) Cardinales eoſdem obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, per aſperſionem ſui pretioſi ſanguinis obteſtamur: vt penſantes attentius quid eis imminet, cum agitur de creatione Vicarij † Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, Rectoris vniuerſalis Eccleſiæ, gregis Dominici directoris, omni priuatæ affectionis inordinatione depoſita, & cuiuſlibet pactionis, conuentionis, obligationis neceſſitate: necnon condicti, & intendimenti contemplatione ceſſantibus: non in ſe reciprocent conſiderationis intuitũ, vel in ſuos: non quæ ſua ſunt, n quærant: non commodis priuatis intendant: ſed nullo arctante ipſorum in eligendo iudicium, niſi Deo, puris & liberis mentibus, nuda electionis conſcientia, vtilitatem publicã libere proſequantur: omni conatu & ſollicitudine, prout poſſibilitas o patitur, id acturi tantummodo: vt eorum miniſterio acceleretur vtilis & perneceſſaria totius mundi prouiſio: idoneo p celeriter eidem eccleſię ſponſo † dato. Qui autem ſecus egerint, diuinæ q ſubiaceant vltioni: eorum culpa, niſi graui r propter hoc peracta pœnitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta & intendimenta omnia, ſiue iuramenti ſiue cuiuſlibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, † caſſamus s irrita-

a ¶ Tueatur.] vt ff. de or. iur. l. 2. §. poſt originem. & j. de ſta. re ca. vnico. §. & quoniam.

b ¶ Celebranda.] ſecundũ diſtinctionẽ ſuperius factam.

c ¶ Præſumãt.] quia tunc eſſent excõicati: ſicut & in ſe defendendo modum excedens. quod dic, vt ſ. de reſti. ſpol. olim. 1. in fi. Et nota caſum i quo laicus auctoritate canonis poteſtatẽ habet in clericum, cõtra id 96 diſtin. bene quidem de ſent. excom. ſi vero.

ADDITIO. Et dic: canonis id ſtatuẽtis pp bonum publicum, & ſuperioris defectũ. bene facit 79. diſt. ſi quis pecunia. alios caſus vide 23. q. 5. principes. in gl. 2. Ioan. And.

d ¶ Corporaliter.] vide quod no. c. proxi. Io. And.

e ¶ Pateant.] ſ. de exceſ. prælat. inter dilectos. j. de reg. iu. infamibus.

f ¶ Priuatos.] ſic j. eo. fundamenta. §. qđ ſi ſecus. ſ. de pœnis. in quibuſdam. & j. eo. tit. felicis.

g ¶ Sine ꝯdictione.] præſcribi tamen poſſunt. quod dic vt j. de præſcr. cap. 2.

h ¶ Prædicta.] in qua ſecundum ſuperiorem diſtinctionẽ erat electio facienda. Io. And.

i ¶ Priuata.] ſic j. de pœn. felicis. in fi. & 15. q. 2. ita nos.

k ¶ Captiuat.] ideſt, quaſi captiuatum facit, & tenet. Io. And.

l ¶ Certum.] puta ta[l]e eligendum. Io. An.

m ¶ Electio.] quæ libera debet eſſe, cũ ex cõſenſu procedat. ad idem de ſpõ cum locum.

n ¶ Sua ſunt.] de cõ[ſe]. di. cum Apoſtolus.

o ¶ Poſſibilitas.] qa vltra poſſe nemo. 22. q. 2. faciat. j. de regu. iu. nemo. ſ. de pactis. c. vlt.

(Gl. ſequens quærit & remittit.)

p ¶ Idoneo.] tenentur ergo Cardinales idoneũ eligere. licet dicamus ꝙ nulla exceptio admittitur cõtra electum à duabus partibus. ſupra eod. licet Quid ergo ſi laicum illitteratũ vxoratum eligant? De hoc vide 79. diſtin. ſi quis pecunia.

q ¶ Diuinæ.] ad hoc j. eo. commiſſa. in fi.

r ¶ Graui.] fuit ergo grauis offenſa. 24. q. 1. non afferamus.

ſ ¶ Caſſamus.] ſim. C. de leg non dubiũ. ff. de pact. l. iuriſgentiũ. § & generaliter. & ſi hoc non dixiſſet Papa: tamen non tenebant contra hanc conſtitutionem, & alia iura. quod dic vt leg. & not. 10 diſtin. vides. ſ. de ſpon duorum. tua. Arch.

a ¶ Ca-

† In antiquis legitur, dominus.

† In vno codice manuſcripto ita: & eo ipſo excõicationis vinculo ſint nodati.

† In aliquot manuſcriptis ita: ſed & Pontificali, &c.

† In antiquioribꝰ codicibus ita: vel ad certũ aliquid obligationis &c.

† Vide Turrecrematã I ſumma de eccleſia. li. 2. cap. 36.

† Vide Turrecrematã i ſum. de eccleſia. lib. 2. c. 27. & 28.

† al. inno-

† al. ita: vt nullus, &c.

a ¶ Carere.] concor. ẽ. de offi. ordin. quia plerique.

b ¶ Humana.] C. de nup. auth. quod eis. & ff. de obſeq. l. nullum. ff de le. 1. ſi qs inquilinos. § fi. ff. de pact. iuriſgentium. §. pactorum. Io. And.

ADDITIO Et in corpore vnde ſumpta fuit, coll. 5. ſcenicas. non ſolum ſi fideiuſ. &c. poſt princ. & allegat hic Archidiaconus, quod ibi not. in gloſſa, ſed quare.

c ¶ Orationis.] 23. q. 8. in qualibet. ibi: ſcientes magis religionibus quàm officijs & labore corporis, vel ſudore, noſtram rempublicam contineri.

ADDITIO. Quòd multum valent orationes iuſtorum, all. Io. Mo. 45. diſt. diſciplina. circa fi. 13. q. 2. animę. vide quod no. in cle. vna, de reliq. & ve. ſancto. ad fi. ma. glo. Io. And.

d ¶ Vbi primũ.] i. cũ primum. Ioan. And.

e ¶ Circunſtantiæ.] pùta quia timetur de zizania & magna diſcordia inter Cardinales.

f ¶ Ieiuniorum.] ad hoc concor. de vo. & voti redem. magnæ. & vigiliarum exercitium, vt ibi.

VT circa.] ſumma, & diuide ꝓut in prima glo.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauienſi, canonici illius eccleſiæ ad quos ſpectat electio, conuenerunt in vnũ, tractaturi de electione futuri paſtoris; habito tractatu, cũ maior pars vellet Titiũ poſtulare, vel eligere. vel ꝓp negligentiã canonicorum ptãs eligendi fuiſſet deuoluta ad ſuperiorẽ: ſuperior prouidere vellet Titio de eccleſia Pictauiẽſi, fuerunt aliq opponẽtes & appellãtes ad Apoſtolicã ſedem, ne Titius eligeretur, poſtularetur, vel prouideretur: quæritur quid debeant appellantes

† al. ita: & apud eum

mus, & viribus decernimus omnino carere, [a] ita † quòd nullus ad illa obſeruanda quomodolibet ſit aſtrictus, nec quiſquam ex eorum tranſgreſſione notam vereatur fidei non ſeruatæ: ſed non indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana [b] teſtetur: Deo magis tranſgreſſiones huiuſmodi, quàm iuriſiurandi obſeruationes acceptas.

¶ *Monet omnes fideles, vt ſtatim audita ſummi Pontificis morte, eius celebrent exequias, & quotidie orent pro vigili, concordi & vtili prouiſione Romanæ Eccleſiæ. Prælati autem in ſuis prædicationibus ipſos ſubditos ad hoc hortentur, & eis frequentiam orationum & obſeruantiam ieiuniorum indicant. Ioan. And.*

¶ Quia vero fidelibus nõ eſt tam de ſollicita quantumcunque inuentione ſidendum, quàm de inſtantia orationis [c] humilis & deuotæ ſperandum: huic adijcimus ſanctioni, vt in omnibus ciuitatibus, ceteriſq; locis inſignibus, vbi primum [d] memorati Pontificis obitu certitudo claruerit: à clero & populo ſolemnibus pro eo exequijs celebratis, ſingulis diebus, donec de ipſius eccleſiæ prouiſione indubitanter rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud † eum deuotis orationibus inſiſtatur: vt ipſe, qui concordiam facit in ſublimibus ſuis, ſic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quòd prouiſio çeler, concors, & vtilis (prout animarum ſalus exigit, & totius orbis requirit vtilitas) ex ipſorum vnanimitate ſequatur. ¶ Et ne tam ſalubre præſentis ſanctionis edictum ignorantiæ negligi prętextu contingat, diſtricte præcipimus: vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij eccleſiarum Prælati, ceterique, quibus conceſſum eſt proponere verbum Dei, clerum & populum propter hoc ſpecialiter frequentius congregandos, in ſuis ſermonibus ad ſupplicum precum ſuffragia pro celeri & felici exitu tanti negotij frequentanda, ſolerter hortentur: & ipſis eadem auctoritate non ſolum orationum frequentiam, ſed † obſeruantiam (prout circunſtantiæ [e] penſandæ ſuaſerint) ieiuniorum [f] indicant.

† al. ita: ſed & obſeruantiam, &c.

¶ Idem in eodem.

¶ *Appellantes contra electiones, poſtulationes, vel prouiſiones, omnia quæ obiicere intendunt contra perſonam vel formam tenentur exprimere: & iurare, quòd illa credunt vera eſſe, & ea ſe poſſe probare. Super non expreſſis ipſi, vel adhærentes eis, non audientur: niſi de nouo emergant, vel perueniant, vel ſuperueniat probandi facultas: ſuper quo iurare debebunt. Statutum Innocentij editum contra nõ probantes quæ obiiciuntur in perſonam vel formam, in ſuo robore conſeruatur.*

CAP. IIII.

VT cir-

obſeruare? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd debent nominatim exprimere in ſua appellatione vitia, quæ opponunt tam contra formam electionis, quàm perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi: & hoc non ſufficit: ſed vlterius debent iurare, quòd omnia quæ opponunt ſunt vera, & ea poſſe probare. Sed quid, ſanctiſſime Pater, ponamus quòd appellãtes volunt iuſtificare appellationẽ ex cauſa nõ expreſſa in appellatione: & volunt aliquid deducere contra formam vel perſonam: quæritur an poſſint? Reſpõdet ꝙ non, regulariter: fallit tamen vbi illud qđ opponunt, venit de nouo ad notitiam: vel ſi de nouo iſta emergunt: puta q̃a electus poſt electionem perpetrauit homicidium: tũc enim ex iſtis poterũt appellãtes iuſtificare ſuam appellationẽ. Sed verũ per iſtud capitulum ſit correctũ capitulũ primum. ẽ. eo. tit. dicit ꝙ conſtitutio Innoc. iiij. facta contra deficientes in probatione obiectorum, remanet in ſuo robore & efficacia: deficientes in probatione puniuntur pœna illius conſtitutionis. Alioquin refertur ad verba: ſcilicet ꝙ appellãtes tenentur iurare, ꝙ credũt oppoſita per eos eſſe vera. Nota primo ex iſto capitulo, ꝙ malitijs hominũ non eſt indulgendũ: ſed potius per ſuperiorẽ obuiandũ. No. vlterius principalẽ effectũ huius capituli, ꝙ ſe opponentes vel appellãtes electioni, poſtulationi, vel ꝓuiſioni factæ vel faciendæ, debẽt ipſi appellantes in ſuo inſtrũ appellationis inſerere cauſas, ꝓp quas intendunt impugnare electionem, prouiſionem, vel poſtulationẽ, vel pſonas eligen-

tium vel electi: ita ꝙ non poterunt iuſtificare ſuam appellationem ex cauſis non inſertis in inſtrumento appellationis. Et ſic de nihilo ſeruiet illa clauſula, quam communiter inſerunt appellantes in ſuo inſtrumento appellationis: videlicet quando dicunt, quòd ob illam cauſam & alias cauſas loco & tempore proponendas ſe opponunt: & intendunt iuſtificare ſuam appellationem. Nota cauſas exceptas, vt appellatio poſſit iuſtificari ex cauſis non inſertis in appellatione: Primo, quando illud quod non erat expreſſum in appellatione, & nunc opponitur, de nouo emerſit. Secundo, cum de nouo ſuperuenit facultas probandi, quæ de nouo non ſuperuenerat. Tertio, ſi illud erat antiquum: ſed peruenit de nouo ad notitiam appellantis. Nota inſuper diſpoſitionem huius capituli locum habere in quibuſcunque beneficijs etiam ſimplicibus: Nam ſi aliquis appellet à prouiſione facta de capellania vel canonicatu, vel alio beneficio ſimplici: habet locum diſpoſitio huius cap. vt appellans teneatur inſerere in ſcriptis, quæcunque ipſe vult opponere contra prouiſionem. Et ſi iſtam formam non ſeruauerit, non eſt admittendus ad proſequendum ſuam appellationem. Nota finaliter, quòd indefinitiua iuris æquipollet vniuerſali, vt hic late per glo. ad quam quotidie recurritur.

ca [a] electiones, [b] poſtulationes, & prouiſiones eccleſiaſticas, viā [c] malitijs, prout eſt poſſibile, [d] præcludamus, ne diutius periculosè, [e] vacēt [f] eccleſię, vel perſonatuum, [g] dignitatum, & aliorum [h] eccleſiaſticorum beneficiorum prouiſio differatur: Edicto perpetuo [i] prouidemus, vt ſi quando aliqui [k]

[a] ¶ Vide concilium Lateranē. ſub Innoc. iii. c. 23. & refertur extra de elect. c. ne pro defectu.

[Prima gloſſa ſummat, & diuidit.

a ¶ Vt circa.] appellantes contra electiones, poſtulationes, vel prouiſiones, omnia quæ obijcere intendunt contra perſonam vel formam tenentur exprimere: & iurare, ꝙ illa credunt vera eſſe, & ea ſe poſſe probare. Super non expreſſis ipſi, vel adhærentes eis non audiētur: niſi de nouo emergant, vel perueniant, vel ſuperueniat probandi facultas: ſuper quo iurare debebunt. Statutum Innocentij editum contra non probantes quæ obijciuntur in perſonam vel formam, in ſuo robore conſeruatur. Et ſecundum Gar. & Ioan. Monachum hæc decretalis in ſex partes diuiditur: quarum prima vſque ibi: Edicto, in qua ponit cōſtitutionis cauſam. Secunda vſque ibi: Alioquin, & ponit ibi conſtitutionem. Tertia vſque ibi: Niſi aliquid, & ponit ibi pęnā non obſeruantis conſtitutionem. Quarta vſque ibi: ſuper huiuſmodi: in qua facit exceptionem. Quinta vſque ibi: Illa ſane, in qua de iurando ponit ſuper exceptione præſtanda. Sexta ibi: Illa ſane, vſque in finem, in qua corroborat Domini Innocentij decretalem.

b ¶ Electiones.] nota hic tres modos tangi, quibus prouidetur eccleſijs. ſic ſ. eo. ca. 1. eo. lib. quorum primi duo pertinent ad ſubditos, alius ad prælatos, qui eo ipſo ꝙ prouident, confirmant: quod eſt verum ſi eodem iure ſpectat ad illos eligere & confirmare 63. diſt. in ſynodo ff. de aucto. tu. l. 3. ſecus ſi diuerſo. & ſic intelligitur. ſ. eo. cum inter canonicos. vbi de hoc. & de fide inſtru. inter dilectos. §. ceterum.

c ¶ Viam malitijs.] j. cap. proxi. de reſcrip. ſedes. & & c. plerunque. ſ. qui ma. acc. poſ. ſignificante. ff. de rei vendi. in fundo. §. conſtituimus.

ADDITIO. Vide de ſimo nobis. ſuper 3. glo.

d ¶ Poſſibile.] non enim omnibus hominum malitijs viam præcludere poſſet 6. q. 1. ſi omnia. malas enim hominum voluntates ad plenum cohibere non poſſumus. 31. q. 1. hac ratione. in fi. nihil enim eſt quod homo ſemel deditus malitiæ non adinueniat. in Authen. coll. 6. vt hi, qui ſe ob. ha. perhi. res mi. in prin. & idem ff. commo. ad eos. ff. de præſcr. ver. naturalis. C. man. l. ab Anaſtaſio.

ADDITIO. Qui circa lites verſantur, legem Anaſtaſij fraudabant ſuis machinationibus: contra quas ibi prouidetur. Ioan. And.

e ¶ Periculoſe.] aduerbialiter ponitur. ſic de pœ. diſtin. 1. periculoſe. & eſt periculum in ſpiritualibus & temporalibus. ſ. eod. ne pro defectu. 50. diſt. poſtquam. & j. eo. quam ſit.

f ¶ Vacent eccleſiæ.] ideſt prælatis careant, & miniſtris: ſic & mulier dr̄ vacans, quæ virū non habet. ff. ad leg. Iu. de vi pub. qui cœtu. §. qui vacantem. Archidiaconus.

g ¶ Dignitatum.] de quibus eſt idem iudicium habendum. ſ. eod tit. dudum. 2. & ſ. de præben. de multa.

[Glo. ſeq. reſpondet per quæſtionem & ſolutionem, obijcit rationi & ſolutioni, quæ eſt indefinitam æquipollere vniuerſali: & obiectioni reſpondet.]

h ¶ Aliorum eccleſiaſticorum.] omniū vniuerſaliter. 19. diſt c. 1. ff. de offi. præſi. l. 3. igitur ſiue ſuper ſimplici beneficio appelletur, ſiue ſuper alio locum habet hęc decr. Dici enim ſolet, ꝙ indefinita [1] canonis vel legis regulam tradere intendentis, æquipollet vniuerſali: [2] indefinita cōis locationis non: ſecundum iuriſtas, vel logicos, indefinita æquipollet vniuerſali in materia neceſſaria, vt homo eſt animal: ergo oīs homo. In materia vero contingenti ſecus, vt homo currit: ergo omnis homo, non ſequitur. Sed ꝗ, ꝙ etiam ſm̄ iura, indefinita non æquipollet vniuerſali: Nam ſi lego alicui omne marmor videor legaſſe & ſtatuas marmoreas, & ceteras ſpecies ex marmore factas. ff. de le. 3. hæres meus. §. 1. de au. & arg. leg. l. 1. & tñ ſi legetur marmor indefinite: ſub legato cōprehēditur ſola rudis materia: & nō ſpecies de marmore factæ. ff. de leg. 3. l. quæſitum. §. illud fortaſſe. Item ſi lana indefinite legetur, tincta non continetur in legato ff de leg. 3 l. ſi cui in prin. & ſi legatur oīs lana, ēt cedit tincta legato. ff de au. & argen. le. l. pediculis. § Labeo. ergo indefinita non æquipollet vniuerſali. Item aliud qñ tranſigitur ſuper generali petitione: aliud qñ ſuper indefinita, vt no. ſ. de tranſact. ca 1. Sed dic, ꝙ qñ non eſt eadem ratio & conditio (ꝑ aliquod accidens) omnium particularium in vniuerſo comprehenſorum: indefinita non æquipollet vniuerſali, vt patet in ꝯrijs: nam tinctura lanæ, & ſpecies marmoris non procedunt ex ipſa origine, ſed ex accidenti hominis operatione: & poſſet maioris æſtimationis eſſe ipſum additū tincturæ vel ſpeciei, quàm ipſum principale: [3] ſed qñ omnium particularium eſt eadem ratio, & conditio, vt prius: quia non variantur per aliquod accidens, licet forte ſit ibi imparitas ex origine: puta quia alia lana melior & nobilior ex origine: Idē in marmore: tunc indefinita negatiue vel affirmatiue prolata æquipollet vniuerſali. ff. de leg. 2. ſi pluribus. & l. ſi ita. ff de reb. dub. l. ſi is qui. §. verum. in fi.

[1] De materia huius gloſſæ præter doctores hic, vide Dinū in Rub. de regu. iu. lib. 6. & Couar. lib. 1. variar. reſolu. cap. 13.

[2] Secus de īdefinita ſtatutorū, quæ ſtrictè intelliguntur. c. in noſtra. ſ. iniu. l. cōſtitutionibus. ff. ad muni. ſed ꝙ indefinita æquipolleat vniuerſali, hoc eſt ex ſignificatione lata. Bar. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. prædio. fallit ſi aliàs eluderetur ſtatutū Bar. in l. omnes populi. Fō.

[Gloſ. ſeq. ponit 6. modos cognoſcendi legem generalem.]

i ¶ Perpetuo.] ideſt, generali. ſ. eo. Maſſana. & ſunt hæc ſigna cognoſcendæ generalis conſtitutionis, cum edicti vocabulo nuncupatur, vt hic: ſi mittatur venerabili cœtui: ſi præcipitur per omnes populos diuulgari: ſcriptura publice procedente: ſi dicatur idem in ſimilibus obſeruandum: ſi lex vel canon appelletur generalis: ſi iubetur expreſſe ad omnes pertinere. hos modos habes C de leg. l. 3. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſoluit qōnē: & ponit obſeruantiā curiæ.]

k ¶ Aliqui.] quorū intereſt, vt quia canonici, parochiani, vel patroni. 16 q. 7. filijs. & ſi collegium obijcit ſe, ad hoc tenetur. ff. quod me. cau. l. metum autem præſentem. §. animaduertendum. dixit Gar. ꝙ Romana curia quemlibet clericum de diœceſi vel ciuitate admittit cōtra electum epiſcopum, ſiue beneficiatus ſit, ſiue inde oriundus: ſi vult obijcere in perſonam: contra formam autem non, niſi canonicos admittit.

[3] Sequunt Phi. & Do. item indefinita prolata ad perſonas in odioſis non æquipollet vniuerſali. l. 1. & 2. ff. de lib. & poſthumis. fallit in fauorabilibus. l. ſi quis ita. §. 1. de in-

a ¶ Pro-

electionibus, poſtulationibus, vel prouiſionibus ſe opponunt, proponendo [a] aliqua contra electionis, poſtulationis, ſeu prouiſionis formã, [b] aut perſonas eligentium, [c] vel electi: [d] ſiue illius, cui erat prouiſio facienda, [e] ſiue facta: & propter hoc contigerit appellari: [f] appellãtes in inſtrumento publico, [g] ſeu litteris [h] ſuper appellatione confectis, omnia [i] & ſingula exprimant, quæ in formam intendunt obijcere, vel perſonas: Coram [k] perſonis authenticis, aut perſona, [l] quæ ſuper hoc teſtimonium perhibeant veritati, corporali [m] præ-

a ¶ Proponendo aliqua.] ſi ergo quæ opponuntur nõ ſunt talia: ſed directe reſpiciunt ius eccleſiæ, vel opponentis perſonæ, conſtitutio iſta non arctat, vt in cle. eo. tit. conſtitutionem. 1. reſponſo.

b ¶ Formam.] vt quia ſeruata non fuit forma decre. quia propter, in electione. contra formam poſtulationis obijci poteſt, ꝙ non eſt concors, vel ſaltẽ à duabus partibus celebrata: & hoc qñ vnus poſtulatur, & alter eligitur. ſ. eo. ſcriptum. vel ꝙ poſtulatus eſt, qui debuiſſet eligi. ſ. titu. proxi. c. vno. ꝯ prouiſionẽ poteſt opponi: ꝙ adhuc non ſit prouidẽdi poteſtas ad ſuperiorem deuoluta: vel quia per litteras ſubreptitias ſit facta prouiſio. de reſcriptis. ſuper litteris.

c ¶ Eligentium.] vt quia ſunt excomunicati maiori ſententia, vel ab homine ſuſpenſi. ſ. eod. cum inter. de conſuet. cum dilectus. vel quia priuati a canone, vt q a ſcienter elegerunt indignum. ſ. eo. cum in cunctis. vel ſunt infames: quibus ſunt actus legitimi interdicti. ff. de regu. iuris. actus. ſed eligere eſt actus legitimus. ĩ. de ſen. excom. ſolet. ad fin.

ADDITIO: Et dicit Gulielmus hic reprobari opinio Inno. & approbari opi. Berna. antiquam. de quibus ſ. c. 1. in glo electi. dic vt ibi. Et vr̃ reprobari quod dixit ibi Inno. & Compoſt ꝙ obiectio in perſonas eligentium proprie dicatur in formam. hic ponit iſta vt diuerſa. Sed dicit ibi Arch. ꝙ hoc ſit per ſimilitudinem quam habent obiectus contra eligentes & electos, ſcilicet criminum & defectuum. Io. And.

d ¶ Electi.] puta defectus ætatis, ſciẽtiæ, & natalium. 1 ſ. eo. cum in cunctis. obiectorum autem defectuũ examinatio fiet, vt traditur ĩ. eo. ſi forte.

1 Etiam ꝙ ſit leproſus dæmoniac⁹ paraliticus. Dom. Fon.

e ¶ Facienda.] quod igitur hic de prouiſione dicitur repetitum intelligatur in poſtulatione & electione faciendis: quod iuris enim in vno, & in reliquo. & hoc verum, ſi contra certam perſonam appelletur, vt non eligatur, vel poſtuletur; ſi autem contra incertam huiuſmodi conſtitutionis formam non eſt neceſſe ſeruare ĩ. eod. qui contra certam.

[Glo. ſeq. reſpondet per quæſtioem: ponit opi. Guli. & contrarium Gar. quam approbat. ſecundo ponit dictum Gar. hodie reprobatum.]

f ¶ Appellari.] ad Papam ſecundum Guli. & eſt ratio: quia appellationes interpoſitæ ad Papam magis conſueuerunt protelare negotia eccleſiarum, de appel. ſæpe. & ad ea quæ frequentius accidunt, &c. ff. de legi. nam ad ea. & iſta conſtitutio videtur ſupplere illam, ſ. eod. ſtatuimus. quæ expreſſe de appellatione interpoſita ad Papam loquitur. Arg. ad hoc ĩ. eod. is qui. & cap. ſequen. Tu dic ſecundum Gar. ꝙ hæc decr. etiam locum habet in appellationibus ad inferiores interpoſitis; cum generaliter loquatur: & ſic ſit generaliter intelligenda. ff. de offi. præſi. l. præſes. 2. 19 diſt. c. 1. ff qđ me. cau. l. metum autem §. animaduertendum. ff. de publi. in rem ac. de pretio. Præterea Hoſt. intelligit illam decre. ſ. eo. ſtatuimus. licet ibi exprimat, ad nos etiam in appellationibus ad inferiores interpoſitis: quod facit pro hac parte. tamen id non puto verum, vt ibi dixi. hęc autem decre. ſecundum Gar. locum habebat ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium appellaretur: quod non eſt hodie verum. non enim locum habet, niſi in appellationibus extra iudicium interpoſitis, 2 vt declaratum eſt ĩ. eo. conſtitutio.

Cõſtitutio, vt circa, an habeat locũ in appellationibus ad inferiorem à Papa interpoſitis.

2 Idẽ Pe de Anc. Fon.

g ¶ Publico.] facto ſcilicet per manũ tabellionis. Quid ſit publicum inſtrumentum, not. ſ. de fi. inſtru. c. 2. & dic publico, ſcilicet ſuper appellationẽ confecto.

h ¶ Litteris.] teſtimonialibus, ſcilicet ſigillo authẽtico ſigillatis. ĩ. de offi. ordi. ſi canonici. & in decr. cum medicinalis. ĩ. de ſent. excom. Vel dic, ꝙ ſufficit ſi per ſuam vel alterius priuati manum fuerint litteræ conſcriptæ: 3 probabitur tamen talis ſcriptura per teſtes tamen ſecundum Guli. prior intellectus prçualet: & ideo dictũ eſt de litteris: quia in pleriſque locis vſus tabellionũ non habetur: ſed inſtrumentorum loco habentur officialium litteræ.

3 Hic vide Phil. Fon.

[Glo. ſeq. quærit al leg. pro, ſoluit contrarium. finis gl. dat conſilium.]

i ¶ Omnia & ſingula.] quid ergo ſi dicat electum periurum, vel homicidam, vel excommunicatum: nunquid ſufficit talis expreſſio? De hoc fertur tempore Ioannis & Nicolai multum diſputatum: & diuerſæ declarationes factæ dicuntur ſuper hoc: & videtur quod hoc ſatis ſufficiat: quia quodlibet periurium, vel homicidium repellit. 4 Sed dic contra per hanc litteram: alias quare fieret hæc verborum geminatio. & probatur hoc ſatis ĩ. de exceptio. pia. & melius infra eo. procurator. & in cle. conſtitutionem. eodem titulo. 1. reſponſo. ad idem. ff de dolo. l. ſed ſi ex dolo. §. fin. infra de teſtib. præſentium. §. teſtes. 2. q. 8. per ſcripta. §. libellorum. de pęn diſtin. 5. conſideret. & tutum eſt quod iuret per hunc modum; iuro omnia & ſingula, & cetera.

4 Hæc cõſtitutio non prouidet circa repulſionem: ſed circa propoſitionem: & multa valẽt in probãdo. C. de prob. ſiue quę nõ valent in proponẽdo: vbi ius pñſens allegari oportet. ff. de rei ven. ſi rem. in prin. Io. Mo. cõcor. quod no. ĩ. eo. is qui. in gl. pe. Io A.

ADDITIO. Sed non eſt neceſſarium ſecundum Archidiac Gar. tamen dicit Nicolaum interlocutum, quòd non ſufficit iurare quòd credat omnia, &c. niſi etiam addat, & ſingula, &c. quod hic placet Io Mo. Ioan. And.

k ¶ Coram.] hic ſit verſi. refertur enim ad inferiora, non ad ſuperiora: coram aliquo autem fieri dr̃ quod ſit eo ſciente, & intelligente: licet non conſentiente, ff. de verb. ſign coram. ſed & hic eius teſtimonium requiritur, vt infra dicam.

l ¶ Aut perſona.] ſcilicet authentica: & intellige illam perſonam authenticam hic appellari, quæ præeſt iuriſdictioni. Et habes hic caſum in quo creditur vni perſonæ authenticæ. ad hoc 86 diſt. tanta. vbi de hoc. ibi videas in gl. arg. ꝙ creditur, &c. & 18 diſt. placuit. 2. in gl. 2. & 8. q. 3. c. 1. in gl. 2. Archidiaconus.

[Glo. ſeq. primo ſoluit duas quæſtiones: ſecundo quærit: ponit opin. Gar. & contrarium Guli. quam approbat in Gloſ.]

m ¶ Corporali.] per hoc dicas ſecundum Guli. & Gar. quod ſi iuret præſente textu Euangeliorum, & non tangat: quòd huic conſtitutioni ſatisfactum non eſt: & ſic Papam Nico. in hoc interlocutum dicunt. 5 Si autem Euangelia tangeret pede vel cubito: ſi manus habet, non ſufficit: quia ſingula membra ſingula habent officia. 86. diſtinct. ſingula. ſupra de hæret. cum ex iniuncto. facit enim contra generalem conſuetudinem, quæ eſt optima interpres legum. ſupra de conſue. cum dilectus. Quid ſi ſit epiſcopus, qui appellat: quæro an teneatur tangere ſacra? Dicit Gar. quod ſic: quia generaliter loquitur hæc decre. & ſic generaliter intelligenda. 16. diſtin. cap. 1. §. dicendo. ff. de offi. præſi. l. 3. Item priuilegium epiſcoporum eſt corpore iuris clauſum: vnde per iſtud tolli videtur ac ſi ius eſſet. ff. de conſtit. licet. eo. lib. cum ſuis concord. 6 Gulielmus contradicens, quòd epiſcopi tangere non tenentur. 11. quæſt. 1. c. teſtimonium. §. nec honore. C. de epiſ. & cle. authen. ſed iudex. de iut. calum. cap. vlti. & hoc

5 Ad idem cle. 1. verſi. porro. de hęre. & ibi vide gl. 2. per quod decidoquod hic no. Arc. Io. And.

6 Illud in legibus cõibus: hic loquitur cum vna generalis, alia ſpecialis, vt in caſu l. ſanctio. ff. de pę. Io. Mo. & Arch.

credo

ſtito[a] iuramento, quòd credunt ea, quæ ſic exprimũt, eſſe vera, & ſe poſſe probare:[b] Alioquin[c] tam opponentes, quàm tempore appellationis interpoſitæ, vel poſtmodũ adhærentes[d] eiſdem obijciendi aliqua, quę nõ fuerint in huiuſmodi litteris vel inſtrumẽtis expreſſa,[e] poteſtatem ſibi nouerint interdictam:[f] niſi aliquid poſtea forſan emerſerit.[g]

credo verius, licet opinio Gar. ſit tutior. & facit quod dicam infra cap. proxi. Sicut enim per illam decre. non tolluntur illi ſpeciales caſus, in quibus quis adminiſtrat ante confirmationem de iure veteri: ſic & per iſtã ſublatum non credam illum caſum in quo quis tangere non tenetur:[1] ſcilicet in epiſcopo: procederet hoc dictum ſi priuilegium epiſcoporum eſſet generale: tunc reſpondetur ad contraria infra ſignata, quæ ponunt caſus ſpeciales: ſed quia per iura ſuperius allegata: & per Authent. de ſanct. epiſco. collat. nona. §. ſed nulli. potius probatur iſtud ſpeciale in iuramento teſtrum prius prorogatum ad iuramentũ calumniæ per prædictam decre. vlt. de iur. calum. ibi: ſicut in dicendo teſtimonio, &c. dicam quod in alijs tangere tenentur. ad hoc 1. q. 7. quotiens. ſupra de iureiu. ego N. in fi. de pur. can. quotiens. §. porro. in prin. & in fi. de ſenten. excom. venerabili.

1 Idem Ant cha. Bar in extraua. ad reprimendum. Fon.

a ¶ Præſtito.] in iuramentis quæ iure præcipiuntur, vt eſt iuramentum teſtis, & calumniæ, ſemper eſt iurandum ſuper ſancta Dei Euangelia.[2] 12. q. 1. cap. teſtimonium §. epiſcopus non flagitetur. ad idem. 1 q. 7. quotiens. de cõſec. diſt. 2. ego Berengarius. ĩ. de iureiu. ego. in fi. ĩ. de iura. calum cum in cauſa. ĩ. de purg. ca. quotiens. §. 1. in prin. & idem in omnibus alijs iuramentis, quæ à iure, vel iudice, vel à partibus ex neceſſitate deferuntur. Archidiaconus.

2 Idem Pe. de Anc. F.

[Gl. ſeq. quærit, & ſoluit: ſecundo ſoluit quæſtionẽ: tertio conſulit.]

Appellans vna die, & ſequẽti die iurans: an ſatisfaciat conſtitutioni, vt circa.

a ¶ Præſtito.) pone ꝙ vna die apppellauit: ſequẽti die iurauit: quæritur an ſit huic cõſtitutioni ſatisfactum? Dixerunt Guliel. & Gar. quod non. & ſic dicebant fuiſſe declaratum per Nicolaum. & arg. ad hoc. ff. de dam infec. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. & ſupra de elec. quia propter. in quibus habes, quòd ſtipulaturus de dam. infec. eodem tempore debet iurare & ſtipulari: alias non eſt ei cauendum: & publicatio ſcrutinij, collatio, & electio inſimul fieri debent, non ex interuallo: vnde hæc videtur fuiſſe iſtius conſtitutionis mens, ꝙ incontinenti ſuper oppoſitis in appellatione iuretur. ad idem. ff. de teſtamen. hæredes palam. §. fin.[3] Item ſecundum eoſdem dicas, & bene, quod ſi appellans dicat ſic: offero me paratum iurare omnia & ſingula, & cetera, non eſt huic conſtitutioni ſatisfactum: quia cõſtitutio iſta iuramentum exigit, non pollicitationem. ad idem C. de vſur. acceptam. vbi dicitur, quod aliud eſt ſoluere: aliud eſt paratum ſoluere. ad idem ſupra de eo qui mit. in poſ. ca. 1. Idem ſecundum eos, vt plene & in omnibus huic cõſtitutioni ſatisfiat: Primo ipſe tabellio fidem faciat in inſtrumento de ſacramento: faciat etiam fidem de tactura;[4] licet enim durum uideatur, quòd ob hoc non valeat appellatio, ſi aliter probari poſſit tactura; tamen ſic fertur per Nicolaum fuiſſe declaratum.

3 Idem Io. Mo. & Arc. qui dicit, ꝙ ſic ſeruat curia. illud etiã probat littera. ĩ. q̃ ſic exprimũt. nõ dicit, exp̃ſſeſunt. Io. A.

4 Idem Pe. de Anc. F.

ADDITIO Quod tamen non placet Guli. qui dicit, quòd ex quo in inſtrumento ſit fides de iuramento, omnia præſumentur ſolemniter acta, Inſti. de fideiuſ. §. ſi & C. de contrahen. & commit. ſti. l. 1. Sed vt dicit Ioan. Mo. & Archid illud verum de qualitate intrinſeca: ſecus in extrinſeca. ff. de pub. in rem act. l. quęcunque. ad fi. & inducit Archid. quod not. Compoſt. ſupra eod. cum dilecti. ad fin. Eſt ergo neceſſe etiam de qualitate iuramenti (quæ ſubſtantia eſt) fidem fieri. Ioan. And.

[Gl. ſeq. quærit: opinionem ponit; ꝯtrium ſoluit.]

Opponens plura, & ꝓbans alterũ quod ſufficit ad victoriam, an dicatur ſuccũbere.

b ¶ Probare.] ſi autem dicat ſe credere poſſe probare ea, quæ ſufficiant ad victoriam ſuæ cauſæ, non eſt huic conſtitutioni ſatisfactum: nec valet appellatio. ĩ. eo. is qui. Quid ſi appellans quædam probauit ex oppoſitis de iuratis, quæ bene ſufficiunt ad victoriam ſuæ cauſæ; & quædam non probauit: quid erit? Dicunt quidam, eum ſuccumbere. ad hoc de proba. licet, verſi. itẽ quoque. & ita dicunt quidam Nicolaum interlocutum. Contrarium tamen eſt verum: quia conſtitutio iſta intendit, vt videatur ſolam calumniam excludere: non enim iurat quod ſint vera: ſed quod credit ea vera: ſic etiam intelligit Hoſtien. ſupra eod. ſtatuimus. decre. illa, licet, non obſtat, quia ibi ſe aſtringit ad vtrunque probandum: vnde mos gerendus fuit. ff. de probationibus. l. circa

c ¶ Alioquin.] i. ſi non expreſſerint omnia quæ intendunt opponere. Alij exponunt & male. Alioquin, i. ſi non iurauerint, vnde dicunt, ꝙ pœna iſtius conſtitutionis eſt ſolum, ꝙ ſi non iurat, non audiatur ſuper nõ expreſſis. ſed hoc eſt falſum, quia ſi non ſeruat cõſtitutionem, in nullo valet apellatio: & eſt expreſſum ĩ. eod. is qui. & ibi etiam dicam. & probat hoc cle. eo. tit. conſtitutionem. in fine.

[Glo. ſeq. reci. per quæſtionem ad quam ponit opin. Gar. & contrarium Guli.]

Cõſtitutio vt circa, an afficiat adhærentes.

d ¶ Adhærentes.] dixit Gar. ꝙ adhærentes debent ſeruare hanc conſtitutionem, vt principalis, alias non audirentur: alias enim non præcluderetur via malitijs, quod intendit iſta conſtitutio. ad hoc ĩ. eo. auaritiæ. & ita dicit Papam Nicolaum interlocutum. Sed Guli. cõtra: quod potius credo, cũ hæc conſtitutio (nulla quãtum ad hoc de adhęrentibus mentione facta) dicat appellantem iurare debere, & crimina ſpecificare. adhærentes ergo, quandiu appellãs proſequetur negotium, ad hoc tenentur: argu. de deci. ad audientiam. nec ſit tutum, nec honeſtum cogi multitudinem ad iurandum: illo vero defuncto, vel proſequi omittente: ſi ipſi velint proſequi, bene iurabunt & ſpecificabunt. Et ſcias ꝙ non admittentur ex virtute appellationis adhærentes, niſi infra tempus quo appellaſſe debuiſſent, appellationem expreſſe ratificauerint, & dixerint ſe adhærere velle. 2. q. 6. non ſolent. ff. rem rat. ha. l. bonorum.

e ¶ Expreſſa. ſingulariter. vt dictum eſt.

ADDITIO. Satis ergo probat hæc littera, ꝙ ſi aliqua ſufficienter expreſſerit, aliqua non, valet appellatio quoad ſufficienter expreſſa, dummodo in alijs fuerit ſeruata conſtitutio & patet in cle. conſtitutionem. §. 1, & 2. eo. tit. Ioan. And.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

f ¶ Interdictam.) alius autem qui non appellauit, nec adhæſit poterit ſe opponere: non poteſt tamen proſequi in cauſa illa pro intereſſe communi articulos non ſpecificatos, quod dic vt in cle. eo. tit. conſtitutionem. §. 2. & ſic debet intelligi infra eodem, ſi forte. ibi, aut dabit initium, &c. vel ſuperior ex officio ſuo inquiret hoc ne electus forſan criminoſus aſcendat ad apicem. 13. diſtinctione, qui epiſcopus. Quid ſi appellans qui deficit in probatione obiectorum, vel cuius appellatio reijcitur, offert ſe paratum probare incontinenti electum excommunicatum? Dic ſecundum Guliehnum & Gar. quod non admittetur tanquam pars: quod dic vt in cle. eo. titu conſtitutionem. §. inſuper. nam etiam per modum querelæ non audiretur, vt ibi: ſed ſuperior ex officio inquiret de hoc. & hoc, ſi probationes ſint in promptu: alias non. ſic enim retardaretur confirmatio. taceat ergo. 1. q. 7. plerunque. in princ. 7. q. 2. ſi tantum.

g ¶ Emerſerit.] vt ſi de nouo homicidium commiſit, vel aliud mortale.

ADDITIO. Exemplũ patet. ĩ. de iureiu. c. ſi. Io. An.

a ¶ Anti-

a ❡Antiquis.] tunc notis, ſed non oppoſitis. ſi vero fuiſſent oppoſita circunſtantijs omiſſis, non audiretur volens illa exprimere, etiam cum iuramento quod ſequitur, vt in cle. eod. conſtitutionem, ſecundo reſpon. & quæ eſt ratio, ibi not.

b ❡ Superuenerit.] cum enim ab initio probandi nō habuit facultatem, exprimere non debuit. 2.q.7. plerunque. in princ. non ſic in caſu. j.eo. nulli, vbi dixi. Ioan. And.

c ❡ Veriſimiliter.] vt quia non conſueuerant multam familiaritatem habere cum iſto electo: & quę opponūtur nō erant publica: & in facto alieno eſt ꝓbabilis ignorantia. ff. pro ſuo. l. vl ti. Gar.

Ignorantia eſt probabilis in facto alieno.

d ❡ Ignorantia.] vt J vltimo caſu, quo de ignorantia dicitur.

e ❡ Superueniēte.] vt in ſcdo caſu. In primo ergo caſu non iurat, niſi vt excludat calumniā, vt ſequit.

[Gl. ſeq. recitetur per obiectionē: de regula, præſumitur: & ſoluit: ſecunda pars recitetur per quæſtionem & ſolutionem.]

vel ſuper antiquis [a] ſuperuenerit [b] probandi facultas: aut aliqua antiqua in opponētium notitiam de nouo peruenerint, quę appellantes appellationis emiſſæ tempore veriſimiliter [c] ignorare potuerint, & etiam ignorarint. ❡ Super huiuſmodi autē ignorantia, [d] & ſuperueniente [e] facultate probandi, fidem per proprium [f] prę ſtandum corporaliter faciant iuramentum: hoc adijciendo in iuramento eodem, quòd ad ea probanda credunt ſe ſufficiētes probationes habere. ❡ Illa ſane, quæ felicis recordationis Innocentius Papa quartus contra non plene probantes ea, quæ in formam vel perſonam obiecerant, ſtatuit, [g] in ſuo volumus robore permanere.

❡ Idem in eodem.

❡ *Electus ante confirmationem adminiſtrare non debet per ſe, vel per alium in totum, vel in partem, ſub quocunque colore: qui contrafecerint, ipſo iure priuati ſunt iure ex electione quæſito. Io. And.*

CAP. V.

Avaritiæ [h] † cæcitas, [i] & damnandæ ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes, eos in illā temeritatem †

CASVS. Vacante eccleſia Pictauienſi, canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnū tractaturi de electione futuri prælati: tractatu habito inter eos elegerunt quendam Titium: quia Titius antequam eſſet cōfirmatus, requiſiuit à capitulo, vt capitulum ipſum conſtitueret œconomum vel procuratorē ad adminiſtrādū bona epatus: quærit an ſub iſto colore poſſet ſe igerere adminiſtrationi ante cōfirmationē? Rndet Ro. Pon ꝙ nō: aliàs ſi ſe ingerat, ꝑdit ius ſibi quæſitum ex electione. ideo electus ante cōfirmationem nec directe nec indirecte debet ſe ingerere adminiſtrationi. ꝙ ſi fecerit, eligētes vel ſuperior poterit prouidere de alio. nā facta electione eccleſia adhuc dr̄ vacare. Vnde ſicut matrimoniū carnale initiatur per ſpōſalia per verba de futuro, perficitur ſequente conſenſu per verba de præſenti, & cōſummatur per carnalem copulā: ſic matrimonium ſpirituale initiatur per electionem, ꝑficitur per confirmationem, & conſummatur per conſecrationē. No. primo id ad quod allegatur iſte textus: videlicet, ꝙ auaritia excæcat homines, vt nō videant ea quę ſunt recta Nota inſuper principalem effectum huius cap. ꝙ licet ſede vacante capitulum habeat adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus, & eam poſſit alij cōmittere: non tn̄ poteſt committi electo vt adminiſtret tanquam procurator vel œconomus: alias fieret fraus ad c. qualiter. alleg. No. vlterius ꝙ ingerens ſe adminiſtrationi ante confirmationem, perdit ius ſibi quæſitū ex electione. Vnde electus ſine vitio ambitionis poteſt poſtulare & proſequi confirmationem ſuæ electionis ex quo ſemel fuit vocatus a Deo.

† Vide Lābertinū de iure patronā. li. 2. p. 2. q. 5. art. 1.

†No. optimū tex. qui dicātur agere actum temerarie: qa ille qui agit ſciēter actū ſibi à iure prohibitū ſub colore fraudulēto. vide textū qui ſil. ſint legit. per venerabilem. ver. videbatur. & Ioā. And. in cle. 1. de ſepul.

g Iuramentū propriū dr̄ quod p̄ſtatur ꝑ ſeipſum, vel per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mādatū.

f ❡ Per proprium.] nota ignorantiā probari per iuramentum. j. eod. nulli. & ideo compelluntur iurare, quia debuerunt ab initio quærere: & quia præſumūtur malitioſe hoc opponere: aliàs quilibet p̄ſumitur ignorans. j. de reg. iur. præſumitur. vbi de hoc dixi per hanc litteram, per proprium. Dixit Guli. ꝙ generalis procurator non præſtabit hoc ſacramentum: ſed ſpecialis (ſcilicet habens ad hoc mandatū) bene. ſic dicit ſe obtinuiſſe. ad hoc ff. de iureiur. iuſiurandum quod § procurator. C. de procurato. l. in pecuniarijs. ad hoc. j. eo. procurator.

ADDITIO. Vide Bart. in l. inter omnes. § recte. ff. de furtis.

g ❡ Statuit.] ſ. eod. ſtatuimus. ibi enim ponitur pœna deficientis in probatione, hic pœna non ſeruantis hanc formam in appellando.

Avaritiæ.] Diuiditur in quattuor partes ſecundum Ioan. Mon. Prima ponit procœmium ad dicenda: Secunda narrat fraudem contra ius antiquum: ibi, Nonnulli. Tertia illā fraudem reprobat: ibi, Cum itaque. Quarta pœnam apponit: ibi, Omnes. Ioan. And. ❡ Pro intellectu iſtius cap. præſupponendum eſt ꝙ habetur in cap. qualiter. eo. tit. in ant. vbi dr̄ ꝙ quantuncūque quis fuerit electus in cōcordia nemine diſcrepāte, non debet ſe ingerere ad adminiſtrationem niſi fuerit per ſuperiorem confirmatus: per quam confirmationē acquirit poteſtatem adminiſtrandi: ſed non habet facultatem ordinandi ante conſecrationem: & proprie ante conſecrationem non vocatur epiſcopus, ſed electus: ꝙ ſi ante confirmationem ſe ingerit adminiſtrationi, priuatus eſt ipſo iure electionis: & eligentes poſſunt alium eligere. Secundo præſupponendum eſt, ꝙ vacante eccleſia cathedrali, iuriſdictio & poteſtas ordinandi eſt apud capitulum illius eccleſiæ: ita ꝙ capitulum per ſe poteſt exercere iuriſdictionem. cap. olim. de maior. & obed in an. Et ea quæ ſunt ordinis, poterit per alium exercere.

❡ Auaritiæ cæcitas.] de auaro habetur 47. diſt. c. virū. & bonorum. 1. & c. ſicut hi. per quæ iura apparet, ꝙ per hoc vitium quis a Deo ſeparatur. & huic largitas obuiat quæ ſancta in canone appellatur. 16. q. 2. viſis. ver. diuinæ. & c. cupiditas vero ſæua nuncupatur. ſ. de Iudæ. ita quorundam. in prin. Archidiaconus.

[Prima glo: ſummat.]

h ❡ Auaritiæ.] electus ante confirmationem adminiſtrare non debet per ſe vel per alium, in totum, vel in partem, ſub quocunque colore, qui contrafecerint ipſo iure priuati ſunt iure ex electione quæſito.

i ❡ Cæcitas.] nota auarum appellari cæcum & ambitioſum. j. eo quorundam. excæcant enim iſta animos, vt agenda non videant, & à prohibitis non declinent, vt ibi, & 47. diſt. viſū. & c. ſicut hi. Et quis dicatur auarus, quis largus, quis prodigus, no. ſ. de conſue. ex parte. Ioan. And.

ADDITIO. Io Monachus auarum dicit eſſe cæcū, vt tetigit hic gl. in princ. & hoc probat tali ratione: ſecundum philoſophum, Poſſeſſio diuitiarum eſt in diſtribuendo: auarus autē hoc non faciendo, non videt fructum diuitiarum: & ſic eſt cæcus. Differt autem ſecundum eum cupidus ab ambitioſo, vt dicit verſus:

Eſt cenſu cupidus: ſed honore vir ambitioſus. I. A.

a ❡ In-

impellunt, vt quæ ſibi à iure interdicta [a] nouerint, exquiſitis fraudibus [b] vſurpare conentur. Nonnulli ſiquidem ad regimen eccleſiarum [c] electi: quia eis, iure prohibente, non licet ſe ante confirmationem electionis celebratæ de ipſis, adminiſtrationi eccleſiarũ, (ad quas vocantur) ingerere: [d] ipſam ſibi tamquam procuratoribus, ſeu œconomis committi procurãt. Cũ itaque non ſit malitijs hominum indulgendum: [e] Nos latius [f] prouidere volentes, hac generali conſtitutione ſancimus: vt nullus de cetero adminiſtrationem dignitatis, ad quam electus eſt priuſquã celebrata de ipſo electio confirmetur, [g] ſub œconomatus, [h] vel procurationis [i] nomine, aut alio de nouo quęſito colore [k] in ſpiritualibus [l] vel temporalibus, [m] per ſe vel per alium, pro parte [n] vel in totum gerere, [o] vel recipere, [p] aut † illis ſe immiſcere præſumat. Omnes illos, qui ſecus fecerint, iure (ſi quod eis per electionem quęſitũ fuerit) decernẽtes eoipſo [q] priuatos. [r]

Idem in eodem.

Eligentes quam cito cõmode poſſunt, electionem electo præſentent: Electus infra menſem conſentiat: aliàs priuatus eſt iure quæſito; niſi cõditio perſonæ ipſum excuſet: Poſt conſenſum cõfirmationẽ petat infra tres mẽſes, aliàs electio viribus vacuetur. Io. An.

CAP. VI.

Qvam †

a ¶ Interdicta.] ſcilicet ante confirmationem adminiſtrare. ſ. eo. noſti. & ca. qualiter. & ſup. de præben. cum iam dudum.

[Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem, & remittit.

b ¶ Fraudibus.] fiebat fraus quaſi de contractu ad cõtractum, & hoc prohibitum eſt, quod ꝓſequere, vt no. 14. q. 3. plerique. ſ. de priuileg. quãto. & ff. de leg. contra.

[Gl. ſeq. ponit quattuor caſus exceptos.]

c ¶ Eccleſiarũ.] omnium, cũ indefinite loquatur: quòd verũ intelligas, niſi in Papa. ſ. eod. licet. & idẽ ſm Hug. & Io. in imperatore [1] qui hoc no. 93 diſt. legimus. Ali' contra. ſ. eo. venerabilem, & in caſu j. e. indemnitatibus. §. ſi vero. & § caeterũ. & in vltramontano cõcorditer electo immediate ſubiecto domino Papæ ſ eo nihil, ad fin.

d ¶ Ingerere.] vocari enim debẽt à Deo tamquam Aaron. ſ. eo. qualiter.

e ¶ Indulgendũ. [2]] ſ. c. prox. ff. de rei vẽdi. in fundo. §. conſtituimus.

[Gl. ſeq. recitetur per obiectionẽ, quã dupliciter ſoluit.]

f ¶ Latius.] ideſt late. ſic ſ. de accu. licet, prope fi. ibi, potius. & j. de iniu. & ſi pignorationes. ibi, diſtrictius. hoc dico, quia idem prouiſum eſt ex mente priorum iurium. Vel dic proprie, quia hæc conſtitutio latius & clarius exprimit. Item olim irritabatur electio: hodie aliter eſt, vt inf. ſequitur.

[Glo. ſeq ponit triplicem rationem quare, & ſecundo quærit & ſoluit.

g ¶ Confirmetur.] & tunc adminiſtrabit quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis, vt ſ. eo. tranſmiſſam. & eſt ratio quare electi ante confirmationẽ non adminiſtrant: quia aliàs de confirmatione nõ curarent, [3] maxime hi qui non habent conſecrari: & etiam confirmatio nil operaretur, ſi adminiſtrationem per electionem haberent. Item ſi contingeret electionem caſſari, non poſſent ſic de facili remoueri. Quid dices de electo cõfirmato, à cuius confirmatione eſt appellatum: nunquid ſi adminiſtrabit appellatione pendente, incurrat pœnam? & fuit diſputatum & terminatum olim Bonoñ. ꝙ adminiſtrator talis incurrat pœnã. facit de appe. oblatæ. ad fi. ꝑ l. ff. de mu. & ho. l. reus. §. eũ ꝫ quẽ. [4] & hoc niſi talis eſſet appellatio, quæ non teneret. & ſic intelligitur de appel. conſtitutis. 2.

h ¶ Oeconomatus.] œconomus, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. C. de ſacroſ. eccl. l. iubemus. circa prin. Io. And.

i ¶ Procurationis.] ſumebant hanc fraudem ex decr. ſ. eo. cum nobis olim. in fi.

ADDITIO. Inno. Papa ibi loquitur: nec puto excuſari hodie electum per commiſſionem talem, quam faceret inferior confirmator: licet littera hęc cõtra. & Arch. loquitur obſcure, quia dicit electum pœnam incurrere, ſi ſine auctoritate legitimi ſuperioris adminiſtrat. Et adde quod no. de ſimo. ſicut tuis. in glo. 2. & quod ibi dixi. Io. And.

k ¶ Colore.] quicunque fuerit ille, puta vicaria, commenda, caſtaldionatus: vel dicebat ſe facere id vt canonicum, ſecundũ opi. Lau. qui notat hoc ſ eo. qualiter.

l ¶ In ſpiritualibus.] vt excõicare, abſoluere, interdicere, pœnitentias iniungere, & ſimilia. ſ. de exceſſ. prælat. accedentibus.

m ¶ Tẽporalibus.] vt recipere cenſus & debita: habere curã colligendorum & cõſeruandorũ fructuũ, & ſimilia.

ADDITIO. Liberet tamen eccleſiam, ſoluendo quod debet, ff de neg. geſt. ſoluendo ſed debitorem ſibi ſoluentem non liberaret. ff de ſolu. vero ꝓcuratori. Io. An.

n ¶ Pro parte.] Gerere enim videtur qui minimam partem attigerit de hęreditate. ff. de acqu. hær. ſi ſeruũ §. ſi quis ſeruus.

o ¶ Gerere.] in iudicio. vel extra ff ꝺ verbo. ſignif. verba. & l. licet inter geſta.

p ¶ Recipere.] de ꝓuẽtibus: ſic dicit lex in tutore. C. arbit. tute. l. fin.

[Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem.]

q ¶ Eoipſo.] ſcilicet ꝙ ſe adminiſtrationi immiſcuit: non autem eo ꝙ fecit ſe procuratorem vel ęconomum conſtitui, ſi ſe non immiſcuit. [5] hæc probantur per ſuperiorem litteram: & verba cum effectu, &c. de cler. non reſi. relatum. cum ſim.

[Glo. ſeq. recit. per obiectionẽ dupliciter, & ſoluit. finis recit. per obiectionem.]

r ¶ Priuatos.] ipſo iure: olim vero per ſententiã: Niſi velis dicere quòd adminiſtrantes vt electi nullo colore quęſito priuandi ſint per ſententiam: per antiqua iura: adminiſtrantes quæſito colore priuati ſint ipſo iure, vt hic quod ſatis mihi placet, vt euitetur correctio iurium, vt infra eo. cum expediat. Sed primum verius ſecundum Gar. & pro eo. j e. cupientes §. ceterum. Et ſi electus aliàs nullum ius habebat ex electione, vel ei renunciauerat: tenetur ad fructuũ reſtitutionem: & aliàs iudicis arbitrio puniri debet ſecundum Guilielmum, ſupra eod. dudum 2.

ADDITIO. Secunda opin. huius gloſſæ quæ placet Ioan. And. placet etiam Ioan. Monacho, qui inducit illud Greg. ſimulata æquitas duplex eſt iniquitas: quod eſt dicere, dupliciter peccat qui facit malũ, & abutitur bono. & facit ad hoc. j. de dolo & contu. cum qui. & quod ibi no. hieron. ad Celantiã vj. Multo deformior eſt ſuperbia, quæ ſub humilibus ſignis latet. vide quod no. in cle. ad noſtrum, in fi. de hære.

Qvàm ſit.] Præmiſſa conſtitutionis cauſa, ſtatuit tria tempora ab antiquis iuribus nõ prouiſa: Primo tempus electionis pręſentãdæ ſine adiectione pœnæ: Secundo ibi, Electus. tempus conſenſus præbendi pœnam apponens, & vnum caſum excipiens: Tertio ibi, Ceterum: tempus petendi confirmationem, & pœnam apponit, & determinat: quod ſatis not. Hoſt. in ſumma

[1] Vide Oldrad. conſi. 207. titu. de ele. & electi poteſta. Font.

[2] Vide ſ. de ſimon. c. nobis. in glo.

[3] Ne ſe ſubmitterẽt periculo caſſationis. Io. And.

[4] Vide ſ. e. per inquiſitionem. in vlt. glo.

† In manuſcriptis ita; aut illi

† Vide cõc. Lateranẽ. ſub Innocen. iij c 23 refertur in c. ne pro defectu. extra de electio: adde ſancita in conc. Trid. ſeſſ. 7. de ref c. 13.

[5] Idẽ Do. Phi ex quo notãt ꝙ cõſtitutio puniens faciẽtẽ non ligat parantem ſe ad faciẽdũ. Fon.

ſumma huius titu.§.ſi.ver.quid ergo ſi capitulum.in ſi. Ioan. Andr.

CASVS. Cauetur in ca.ne pro defectu eo ti.in an. ꝙ illi ad quos ſpectat electio in eccleſia cathedrali, vel collegiam, debent eligere infra tres menſes numerandos a tempore vacationis: & ſic ibi ſatis eſt prouiſum circa electionẽ: ſed nõ fuit prouiſum circa tẽpus ĩ. quod debeant electo pręſẽtare electionem: ad hoc emanat iſtud c.ſcilicet, ꝙ eligentes debẽt quamcito commode poſſunt electionem præſentare electo: & ipſum requirere, vt cõſentiat vel diſſentiat electioni: & iſtud tẽpus hodie eſt redactum ad tẽpus octo dierum.c.cupiẽtes ĩ. eodem. Sed vellem informari, vtrum electus facta præſentatione & requiſitione teneatur incontinenti conſentire vel diſſentire: vel vtrum detur ſibi tempus ad deliberandum? Reſpondet ꝙ electus facta ſibi præſentatione electionis, non tenetur incontinenti cõſentire. ſed habet vnum menſem ad deliberandum: & infra illum tenetur declarare animum ſuum ꝙ conſentit. Si aũt non conſentiat infra menſem, tunc ipſo iure perdit ius ſibi quæſitum ex electione: niſi forte conditio perſonæ aliud requirat. quia forte erat religioſus, qui fuerat electus in epm, qui non põt conſentire ſine licentia ſui Prælati.cap.ſi religioſus. ĩ.eod. & non poteſt in breui tempore habere licentiam ſui abbatis: quia abbas forte eſt abſens in remotis partibus. Sed quid ſi electus conſentit electioni infra menſem? vtrum pro libito ſuę voluntatis poſſit petere confirmationem ſuæ electionis: vel vtrum ſint tempora ſtatuta? Reſpondet ꝙ infra tres menſes tenetur petere confirmationem ſuæ electionis: & ſi infra illos tres menſes non petierit, ipſo iure perdit ius ſibi quæſitum ex electione: & eligentes poterunt alium eligere. Nota primo quod celebrata electione non poſſunt electores pro libito ſuæ voluntatis celare electionem: ſed illa debent publicare ſolemniter clero & populo: & publicata electione, electores debẽt illam præſentare electo, vt conſentiat vel diſſentiat. Nota ꝙ electus non tenetur incontinenti declarare animum ſuum, immo non debet de honeſtate: ne videatur affectare dignitatem: tamen poteſt ſi velit. Nota, quod electus facta ſibi præſentatione electionis, debet conſentire infra menſem: & ſi infra menſem non conſenſerit, electores poſſunt alium eligere: quia illa eccleſia eſt libera, & vacat. Nota vlterius ex textu iuncta glo. ꝙ Papa poteſt alicui inhibere ne conſentiat electioni de ſe factæ: & talis inhibitio annullat conſenſum electi, ita ꝙ electus non poteſt cõſentire: quia non minorem habet poteſtatem Papa in clericos, quàm Abbas in ſuos religioſos: & tñ religioſus non põt conſentire ſine conſenſu ſui abbatis.cap.ſi religioſus. allegato. Nota finaliter, ꝙ facta declaratione per electum, ꝙ conſentit electioni de ſe factæ, debet petere confirmationem ſuæ electionis infra tres menſes: non dico ꝙ obtineat: quia ſufficit ꝙ petat, & faciat quod in ſe eſt. Vnde ſciendum ꝙ in eccleſijs ſæcularibus ſufficit, ꝙ fiat electio infra ſex menſes.cap.1.de conceſ. præben.in ant.quia ille ad quem pertinet prouiſio, habet ſex menſes, vt d.c.2.qui ſex menſes currunt à tempore notitiæ.c.quia diuerſitatem.eo.tit.de conceſ.præb.in antiq.

[Prima glo.ſummat.]

a ¶ Quam ſit.] eligentes quamcito commode poſſunt, electionem electo præſentent: electus infra menſem conſentiat, aliàs priuatus eſt iure quæſito: niſi conditio perſonæ ipſum excuſet: poſt conſenſum confirmationẽ petat infra tres menſes: aliàs electio viribus vacuetur.

b ¶ Iura.] 50.diſt. poſtquam. ĩ.eod.ne pro defectu. & c. cum inter vniuerſas.

ſit [a] eccleſijs ipſarum diſpendioſa vacatio, quàm periculoſa etiam eſſe ſoleat animabus, non ſolum iura [b] teſtantur, ſed etiam magiſtra [c] rerum efficax experientia manifeſtat. [a] Cupientes itaque competentibus remedijs vacationum diuturnitatibus obuiare, hoc perpetuo decreto ſtatuimus: vt ſi quando fuerit electio in aliqua eccleſia [d] celebrata, electores electionem ipſam, quam citius [e] commode [f] poterunt, electo præſentare, ac petere conſenſum ipſius procurent: † Electus vero illum adhibere infra menſem [g] à tempore pręſentationis huiuſmodi teneatur. † Quem ſi electus ipſe vltra præſtare diſtulerit: [h] iure (ſi quod ei

c ¶ Magiſtra rerũ.] dicit philoſophus, Natura potente, ars facilè, vſus prõptum reddit artificẽ: & cui liber artificio prębet experientia nutrimẽtũ.ff. de leg 3. l.legatus.§ ornatricibus.

ADDITIO. Ioannes Mon. allegat ſecundam conſtitutionem Codicis.§.1. & C de iud.l.certi. In prima lege cõmendatur iuriſperiti experiẽtia ſeruum, in ſecunda cauſarũ experti iudices dari poſſunt. Io.An.

d ¶ In aliqua eccleſia.] nota quomodo hæc littera loquitur indiſtincte, ad hoc ĩ.de teſta. relatum. in princ. cum concor.ibi poſitis.& ĩ.de coniug lepro.quoniam. in glo.pen. Archid.

e ¶ Quàm citius.] eſt hoc tp̃s ad arbitrium boni viri: cum lege vel canone nõ terminetur. ff. de iure deli.l.1. & ĩ.de offi.dele.de cauſis. & magis intellectu, quàm elocutione certa exprimi poteſt. de dona. Apoſtolicæ.

f ¶ Cõmode.] ĩ.eo. quia pp. 22.q.2.faciat.ff.de verb. ſi.l.nepos Proculo. ſi aũt electores fuerunt negligentes in præſentando, non nocet electo: quia non debet per alterum alteri iniqua conditio afferri.ff.de reg.iur.non debet. & eſt expreſſum ĩ.eo. cupientes. §.ceterum. & tene hodie quod ibi habes: quia ſi eligentes differunt electionem præſentare infra octo dies, poſtquam commode poterunt, totaliter quoad ſe excluſi ſunt à proſecutione proceſſus: & ab eccleſiaſticis beneficijs, q̃ in illa eccleſia obtinent, per triennium continuum ſunt ſuſpenſi: electo per hoc nullũ fit præiudicium. hoc habes in prædicto §. ceterum. Et ſcias ꝙ illud locum habet generaliter in omnibus electionibus: non in illis tantum de quibus aliàs loquitur decre.cupientes.vt ibi dicam & hoc probat principium ipſius decretalis.

[Glo ſeq.reci. per quæſtionem.]

g ¶ Menſem.] ſubaudi computandum à tempore, &c. Et dic ſm Guli & Gar. ꝙ tot dies habebit iſte menſis, quot habuerit ille, in quo præſentata fuit electio: & ſi dies aliqui lapſi erant, ſupplentur de menſe ſequenti. [1] & probatur aperte.ĩ.de ſup.negl prælat licet. vbi duo ſemeſtria faciunt vnum annum. Si enim diceremus ꝙ menſis deberet xxx dies habere, iam non facerent duo ſemeſtria integrum annum: ſed ſolũ ccclx dies.ſi xxxj. eſſent ccclxxij ſi xxviij. [2] cccxxxvj. Eſt ergo neceſſarium concludere, ꝙ fieri debet computatio ſecundum ꝙ menſes occurrunt, & faciunt ad hoc, quæ notantur ff.de diuer.& temp præſcrip.l.2.& idem intellige in tribus menſibus datis ad eligendum, & tribus ad confirmationem petendum, vt infra ſequitur.

ADDITIO. Menſis debet xxx dies habere, vt tenet Pet.de ſen.exc ſacro. per de illicita.24.q.3.& quia eſt quoddam medium: & quia vulgus ſic recipit. Io.And.

h ¶ Diſtulerit.] per hoc patet, ꝙ ſi impeditus fuerit, non currit ei tempus: quia impeditus non differt. de conceſ præb.quia diuerſitatem.& facit quod in vltimo caſu inferius dicitur.

ADDITIO Diſtulerit.] negligentiam notat, & cauſam iuſtam ſiue impedimentum excludit, vt patet inf. eod §.vlt.& ĩ. eod. ne pro defectu. vbi de hoc.& patet in eo quod legitur & notatur 61. diſtinct. bene nouit. Archidiac.

a ¶ Extunc.]

al. ſeſt inent

† Nota vbi validitas actus celeb:a ti pẽdet ex volũtate alterius, ad quod vide l. Iulianus. §.ſi quis colludente. 1. rñ.de actio. emp. Petr. Fon.

1 Idẽ Bart. in l. cũ biſſextus ff.de verb.ſig.gl. in l.2. ff de diue.& tẽp. Font.

2 Iuxta qđ vulgus recipit quattuor ſeptimanas pro mẽſe. Io.And.

ex ſua electione fuerat acquiſitum) extunc[a] ſe nouerit eoipſo[b] priuatum: niſi forſan ea ſit electæ perſonæ conditio,[c] vt electioni de ſe celebratæ abſque ſuperioris ſui licentia, ex prohibitione, ſeu quauis prouiſione ſedis Apoſtolicæ, conſentire non poſſit: quo caſu idem electus, ſeu electores ipſius, conſentiendi licentiam ab eius ſuperiore, cum ea celeritate,[d] quam ſuperioris ipſius præſentia vel abſentia permiſerit, petere ſtudeant, & habere. Alioquin ſi lapſo tempore, pro eiuſdem ſuperioris præſentia vel abſentia (vt præmittitur) moderando, huiuſmodi licentiam eos nequaquam obtinere[e] contingat: electores extunc ad electionem aliam procedendi liberam habeant facultatem.[f] Ceterum quiuis electus, infra tres menſes[g] poſt conſenſum electioni de ſe celebratæ præſtitum, confirmationem electionis ipſius petere[h] non omittat. Quòd ſi, iuſto[i] impedimento ceſſante, infra huiuſmodi trimeſtre tempus omiſerit: electio eadem eoipſo viribus vacuetur.[k]

al. ita: infra trimeſtre tēpus omiſerit petere confirmationem.

¶ Idem in eodem.

¶ *Si non ſequatur electio, non eſt quis ex conſenſu in ſcrutinio ſcienter habito in indignum, eligendi poteſtate priuatus. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. VII.

Perpe-

a ¶ Extunc.] Extremum tempus ſignificat. ff. de cond. & demonſtr. ſi is. §. ſi ita. vnde vſque ad finem menſis poterit expectare.

ADDITIO Adde quod notatur ī. de teſti. ſpol. frequens. in glo. quia dies. in fi. Io. And.

b ¶ Eoipſo.] nec requiritur alia priuationis ſententia: licet vbi dubium eſſet, declarari poſſet ſententialiter illum eſſe priuatum. & adde quod dicam infra, eo. commiſſa.

[Glo. ſeq. exemplificat, & quæſtionem ſoluit.]

c ¶ Conditio.] vt quia Papa prohibuit quod non conſentiret electioni de ſe factæ: vel monachus, canonicus regularis, vel alius frater eſt, qui ſine licentia ſuperioris conſentire non poſſunt ī. e. ſi religioſus. 1 reſpon. Licentia autem obtenta, dico quod habebit menſem integrum. illi enim nō currit, niſi ex quo cōſentire potuit. ſ. eo. vet. electus. de conce. præb. quia C. de anna. excep. l. 1. §. fi.

d ¶ Celeritate.] ſi hoc in dubium reuocetur: boni viri arbitrio terminetur. ff. de verb. obl. l. continuus. §. 2. de dona. Apoſtolicæ.

e ¶ Obtinere.] ſi ſuperior illā dare nolit: dic vt dicam ī. eo. ſi religioſus: & voluit Guli. in tantum adhærere huic litteræ: quod dixit, quod niſi obtineatur, puta quia ſuperior non vult dare quod electores ad electionem procedere poſſunt: quod ſatis videtur iniquum. Vnde intelligo obtinere in quantum in eo eſt ſecundum Gar. Verius eſt dictum Guli. 1 vt in glo. ſeq.

1 Idē Phil. vnde no. regulā, quod vbi licentia requirit. dēt expreſſe obtineri, neq; ſola petitio ſufficit, niſi in caſibus notatis in c. 1. ſ. de reſcri. Fon.

f ¶ Facultatem.] ſuppl. & electus iure (ſi quod ſibi competebat) ſit eoipſo priuatus, per extrau. g. Benedicti. eo tit. ſi religioſus.

ADDITIO Et per illam extrauag. terminatum eſt, quod diffuſe tractat hic Io. Mona. in additione, ſcilicet, an ſi poſt tempus obtineatur licentia, fieri poſſit illius electionis confirmatio. & patet quod non. Item patet, quòd licet electores non eligant alium: non conualeſcit ius electi. Ioan. And.

g ¶ Tres menſes.] de diuerſis temporibus, vide quod dicam. ī. eo. ſi electio.

[Glo. ſeq. primo not. ſecundo ſoluit queſtionem: tertio quærit & ſoluit: & ſolutionem determinat.]

h ¶ Petere.] ſufficit petere, licet non obtineat, ex quo per eum non ſtat. In confirmationibus cathedraliū vel regulariū eccleſiarum, quæ ex immediata ſubiectione, vel appellatione habent peti à Papa, ſerua decretalem Nicolai. ī. eo. cupientes. Et ſcias ſm Guli. & Gar. quod ſufficit ſi electores petant. ſ. eo. cum inter canonicos. & c. cum dilectus. & c. dudum. in princ. & electo tunc niſi petente vitatur hæc pœna. Item electus per ſuum procuratorem confirmationem petere poterit. ſ. de reſcri. cum dilecta. ſaluo quod ſemper decre. cupientes. ſeruetur in ſuo caſu. Sed pone, quod amicus eius nomine confirmationem petiit ſine mandato: nunquid ſufficit? Sic: dūmodo ratum habeat: quia & in iudicijs, vt ff. de iudi. l. licet. & in contractibus. 2 C. ad Mace. l. vlt. & in maleficijs. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quotiens ratihabitio retrotrahitur & comparatur mandato. ī. de ſent. excommu. cum quis. & infra de regu. iu. ratihabitionem. vbi dicam de hoc. Et intelligas quòd debet ratum habere ante lapſum illorum trium mēſium: aliàs ratihabitio poſtea facta non prodeſſet. ff. rem ratam haberi. l. penult.

2 Et in quaſi ꝯtractibus. ff. de ne. ge. l. Pōponi⁹. 1. & in diſtractibus ff. de ſolut. vero procuratori. in vltimis volūtatibus. C. de dona. inter vi. & vxor. l. antepen.

i ¶ Iuſto impedimēto.] puta infirmitate, viarū diſcrimine, ſuperioris impedimento, frequenti curiæ mutatione, vel alio ſimili. ff. ſi quis cau. l. 2. ī. de pig. ſignificāte. de appel. cum parati. 18. diſt. epiſcopus ad ſynodum. cum ſi. Et nota hoc tempus quodammodo vtile: quia non ceſſantibus non officit. C. de inoffi. teſta. contra maiores. ſ. de reſcript. ſi autem. & cap. plerunque.

ADDITIO Aduerte quòd l. ſecunda, §. quod diximus. ff. ſi quis cau. ſuperius allegata, ponit exemplum in eo, qui ſiſtere non potuit propter tempeſtatem maritimam vel terreſtrem, vel vim fluminis, vt quia pons fractus, vel nauigari non poterat. Io. And. in nouella.

[Gloſſa ſequens primo ponit duas opiniones: ſecundam approbat: ſecundo ſoluit dubium, tertio quærit & ſoluit.]

k ¶ Vacuetur.] dixit Garſias per ſententiam: & ideo aliud in iſto caſu, quàm ſuperiori: quia maius vinculū contractum eſt poſt conſenſum, quam ante. & ideo difficilius rumpitur. Guliel. contra: quod puto verum: 3 Cū hic dicat littera, eoipſo viribus vacuetur: per quod ſatis patet, quod eſt canon latæ ſententiæ, non ferendæ: hoc eſt ergo ius nouum: nam olim ſi poſt præſtitū conſenſum non petebat electus confirmationem: nūquam propter hoc cadebat à iure ſibi per electionem iā quæſito: ſed per ſuperiorem cogebatur ad confirmationem petendam, ſecundum ea, quæ notat Innocentius de electio. cum in cunctis. Et nota ſecundum Guli. quod hic ſtatutum eſt in electione, intelligi & in poſtulatione. 4 Quia eadem eſt ibi ratio. de conſtitut. tranſlato. Quid ſi poſtea confirmationem petat electus, & eam obtineat. Dico non poſſe conualeſcere quòd à principio fuit nullum; & peccat detinendo epiſcopatum: nec facit fructus ſuos: niſi confirmatio ſcienter fuiſſet facta per illum, qui aliàs ſuo iure conferre potuiſſet ſecundum Guli. & facit quod notatur ſ. de æta. & qual. cum bonæ. Io. And.

3 Idem clericus Piſanus: Io. Mona. & Arc.

4 Secus in poſtulatione: nam illius nō petitur cōfirmatio, vt patet infra de præben. c. ſi tibi abſenti.

PErpetuo.] Primo ponitur declaratio: ſecundo continuatio; ibi, Licet Io. & hoc habet in effectu: Cōſentiens ſcienter in indignum, non eſt priuatus poteſtate eligendi ipſo iure: niſi ex illo conſenſu, cum conſenſu aliorum fuerit ſecuta electio.

1 Præſupponendum eſt primo pro intellectu iſtius capituli, illud quod habetur in c. quia propter. iuſto c. cū in cunctis. eodem tit. in antiq. & pœnæ illorum, qui ſcienter

ſcienter eligunt indignum: Vnde ſciendum: ꝙ ad electionem de aliquo faciendam, poteſt procedi vna de tribus vijs, videlicet via ſpiritusſancti, via compromiſſi, & via ſcrutinij: vt dicto cap. quia propter. Forma Spiritusſancti eſt, quando nullo habito tractatu inter eligentes, nec conuentione, ſtatim ꝙ eligentes conuenerunt in loco ſolito, clamāt vnanimiter: Nos talem eligimus, nullo contradicente, & nulla diſputatione facta inter eos vel vnus eligētium dixit, ego eligo talē: & omnes alij dicunt ſimiliter. Alia eſt forma cōpromiſſi: & forma cōpromiſſi eſt, cum eligentes vident ſe in diſcordia: ita quòd non poſſunt conuenire: tunc transferunt poteſtatem eligendi in aliquos. Alia eſt forma ſcrutinij, quæ eſt difficilior, de cuius ſubſtantia ſunt plura: Primo quòd eligentes debent conuenire in loco capitulari: & deliberare qua via procedent aſſignando diem, qua procedent in electione facienda: ad quam diem debent abſentes citari: qua die adueniente ipſi eligentes conuocari in loco deputato, debent eligere tres ſcrutatores de ipſorum corpore: qui ſcrutatores debent ſe trahere ad partem & locum ſecretum: & eſſe in loco tam remoto, quod vota & deliberationes aliorum non poſſint ab alijs intelligi: qui ſcrutatores interrogabunt vnumquemque eligentium, quem eligunt, quæ deliberationes omnium debent in ſcriptis redigi: & auditis deliberationibus omnium, iſti tres ſcrutatores debent publicare ſcrutinium & legere: & fiet collatio zeli ad zelum: numeri ad numerum: meriti ad meritum: & illa examinatio ſecreta vocatur ſcrutinium. Et in cap. cum in cunctis. dicitur quòd eligentes ſcienter indignum, ſunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice. Hoc præſuppoſito, caſus in hoc cap. ſic figuratur. Ponamus ꝙ vacante eccleſia Pictauienſi, canonici conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri Prælati: & ordinauerunt inter ſe, ꝙ procederent ad electionem per formam ſcrutinij: vnde ipſi elegerunt tres ſcrutatores, qui reciperent vota ſingulorum: tres vel quatuor ex canonicis nominauerunt ſcienter indignum, ſcilicet illegitimum, vel imperfectæ ætatis: antequam procederetur ad electionem, pęnitentia ducti reuocauerunt nominationem ſuam, & voluerunt conſentire in alium: vtrū ſit locus pœnitentiæ? vel vtrum ſint priuati voce ſua pro illa vice: vel requiratur quod alij fuerūt ſecuti nominationem ſuam? Reſpondet, ꝙ ipſi non ſunt priuati poteſtate eligendi, ſed requiritur perſeuerātia vſque ad electionem completam, & ꝙ ex votis & nominationibus illorum ſequatur electio. Nota primo, ꝙ quis in ſcrutinio nominando ſcienter indignum, peccat: licet ex nominatione ſua non acquiratur ius electo, quominus eligentes poſſint alium eligere, niſi poſt publicatum ſcrutinium: quia publicato ſcrutinio non poſſunt amplius variare. c. publicato. eo. tit. in antiq. & hoc niſi ſcienter elegerint indignum: tunc enim poſſunt pęnitere, vt eſt hic textus. Nota vlterius, quod ſcienter eligens indignum, eſt priuatus poteſtate eligendi pro illa vice: Et ſi omnes peccauerunt, tunc poteſtas deuoluitur ad ſuperiorem. Si autem omnes peccauerunt vno excepto, tunc in illo remanet ius collegij: & ipſe ſolus poterit eligere.

tuo [a] † ſanctionis [b] oraculo [c] declaramus, quòd ſcienter in electionibus nominantes indignum, † propter ſuffragium [d] in ſcrutinio præſtitum (niſi adeo in eo perſtiterint, [e] quòd ex votis eorum communis electio ſubſequatur) nequaquam eligendi poteſtate priuētur: [f] † licet pro eo quod indignum nominando, ſcienter contra conſcientias ſuas agunt: † & diuinam vindictam, [g] & Apoſtolicæ vltionis metum, † quem qualitas facti ſuaſerit, poſſint non immerito formidare. [h]

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Perpetuo.] ſi non ſequatur electio, non eſt quis ex conſenſu in ſcrutinio ſcienter habito in indignum, eligendi poteſtate priuatus. hoc dicit.

b ¶ Perpetuo ſanctionis.] generali. vel. i. perpetuo duraturo, 25. q. 1. quæ ad perpetuam.

c ¶ Oraculo.] ideſt, reſponſo. C. de legi. digna vox. Et dicitur oraculum: quia orando ſeu precando impetratur. concordat infra de ver. ſig. cap. fi. eo lib.

ADDITIO. Archidiaconus ſ. eo. tit. cap. fundamenta, in fi. dicit, ꝙ oraculum dicitur propitiatorium. Exod. 37. Fecit propitiatoriū. i. oraculum, & hoc ſenſu accipitur fere per totam Bibliam. Pro templo tamen poteſt accipi 3. Reg. c. 6. vbi dicit, In ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola. Dicitur etiā oraculum, diuinum eloquium, cœleſte reſponſum, vel imperiale reſcripum. C. de ſacroſan. eccl. iubemus nullam. Item dicitur ab oro oras: & dat ibi verſum.

Supplicat, implorat, petit, obſecrat, hæc notat oro.

Vnde orator, ideſt, actor, defenſor, patronus, cauſidicus, aduocatus. Ioan. And.

d ¶ Suffragium.] ideſt, conſenſum in ſcriptis redactū: cum ſcilicet dicit: ego talis talem nomino in prelatum, & ſumitur ſuffragium pro auxilio, cōſilio, ſeu ſeruitio. 11. q. 2. quicūque ſuffragio. C. de ſuffra. l. vna. ſupra de celeb. miſſa. cum Marthæ. in fi.

[Gloſſa ſequens obijcit, & quęſtionem ſoluit.]

e ¶ Perſtiterint.] ſed nonne publicato ſcrutinio cōpelluntur ad electionem. §. eo. publicato. & cap. in electionibus. 1 Sed dic illud verum, cum dignum nominat: ſi autem in collationibus forte appareat, vel prius apparebat eum indignum: tunc locum habet hęc decretalis. & quod hic dicitur de peccato in perſonam. idem intellige de peccato in formam: & multo fortius, quia minus eſt peccatum.

ADDITIO. Idem Ioan. Monachus.

[Gloſſa ſequens ponit opinionem, & notat.]

f ¶ Priuentur.] Idem intelligo ſecundum Gar. & Guil. de pęna ſuſpenſionis à beneficijs: cum ea non puniantur nominantes, ſed eligentes. ſupra eo. cum in cunctis. § clerici & nota ꝙ cōſtitutus in mortali eligere poteſt: ſicut & excommunicatus minori. ſupra de cleri. excom. mini. ſi celebrat. & interdum eligitur etiam qui mortaliter peccauit. ſupra, de iureiur. ſicut.

g ¶ Vindictam.] ſic C. de ſum. trini. l. 1. & ſupra eo. vbi. verſi. qui autem.

[Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit.]

h ¶ Formidare.] quæro quæ fuerit ratio dubitationis huius conſtitutionis? Sol. Dicebant quidam, olim, videlicet Inn. & Hoſt. & Compoſt. ſupra eo. dudum. ꝙ ſciēter nominantes indignum 2 in ſcrutinio, erāt priuati poteſtate eligendi: & probabant hoc tali ratione: certū eſt quòd tempore decre. cum in cunctis. innotuit. cum Vinton. adhuc non emanauerat decre. quia propter. vnde ex ſolis conſenſibus videbatur illa pęna inferenda: quia non erat tunc neceſſaria alia cōmunis electio. Sed contrarium eſt verum, vt hic vides: & triplici ratione. Primo quia illa iura puniunt eligentes tantum. Secundo quia nec nominatio, nec votorū publicatio dici poteſt communis electio. ſupra eo. in Geneſi. Tertio quia ſimplex nominatio non tribuit ius. ſupra c. quod ſicut. Ad id quod dicitur, ꝙ ante decre. quia propter. ſufficiebat conſenſus: verum eſt talis qui electionem inferret: vnde non dixit decre. cum in cunctis. ꝙ in quenquam conſenſerint, ſed elegerint. vnde & olim ſuo modo neceſſaria fuit electio. & hodie ſuo modo adhuc eſt, vt locum habeat illa pœna: fateor tamen, ꝙ pœna decre. ſ. eo. lib. & eo. tit. c. 2. bene habet locum ante electionem, vt ibi dixi in gloſſa penult.

† In oībus antiquis codicibus ita: perpetuę ſanctionis, &c.

† Vide concilium Trident. ſeſſ. 7. de refo. c. 3. & ſeſſ. 24. de refor. c. 18.

† Priuētur, legitur in manuſcriptis libris.

al. agant

† In oībus antiquis exemplaribus legitur, motum.

1 Sup. hoc tit. & libro.

2 An ſufficiat eligere dignū, relicto magis digno, grauis eſt qō, de qua vide no. in c. cōſtitutis. 2. extra de appel. conci. Trid. ſeſ. 24. de refo. 1. magis idoneū eligendum iubet.

Nulli

NVlli licere.] Tria facit ſecundum Io. Monachum ſcilicet primo ponit regulam: ſecundo dat inſtantias ꝯ illam: tertio dat formã probationis illarũ: Secunda: ibi, Niſi: Tertia: ibi, De huiuſmodi. Io. And.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia, canonici vnanimiter & concorditer ab initio quendã Titiũ elegerant: facta electiõe, orta fuit diſcordia inter Titium electum & canonicos: quidã ex iſtis canonicis voluerũt ſe opponere dicẽtes, ꝙ erat indignus: & forte re uera erat indignus: verũ ſint admittẽdi? Rñdet ꝙ non: & hoc verum, niſi poſt electionẽ electus ꝯxiſſet maculã: vel ipſi eligẽtes tẽpore electionis illos d̃fectus ignoraſſent: tunc eſſent admittendi ad probandũ iſtos defectus. Et hoc verum, ꝙ eligentes nõ poſſunt impugnare electionem in concordia factã: non tñ per hoc ſunt ligatę manus ſupioris: qn ſi velit, poſſit inquirere de defectibus, & eum repellere ſi ſit indignus. Nota primo, ꝙ eligentes aliquem electione ſecuta non poſſunt ſe opponere electioni, niſi in caſib. hic expreſſis. Nota vlterius, ꝙ vocatio abſentiũ non eſt de ſubſtantia electionis, quo minus valeat electio; tamen ſi abſentes, qui non fuerunt vocati, velint proſequi oppoſitionem, faciant electionem declarari nullam, cap. quod ſicut eo. tit. in ant. tñ ſi velint, pñt ratificare electionem. Hel. Reg. Nota ex fine tex. ꝙ ignorantia eius q̃d dependet à conſcientia alicuius, probatur per ſuum iuramentum. Ad hoc dictum ca. vt circa. & facit quod notat glo. in § ſed & aliena Inſti. de actio. Domi.

¶ Idem in eodem.

¶ *Eligens, vel electioni conſentiens contra electum (niſi ex noua cauſa, vel nouiter ei pandita) ſe nequit opponere, vel renunciare. Ioan. And.*

CAP. VIII.

NVlli [a] licere decernimus (poſtquam in ſcrutinio [b] nominauerit aliquem, & electio fuerit ſubſecuta: [c] vel poſtquam præſtiterit electioni de ipſo ab alijs celebratæ [d] conſenſum) illum ſuper electione ipſa (niſi ex cauſis poſtea emergentibus [e]) impugnare: [f] vel niſi ei morum [g] ipſius antea celata, de nouo pandatur improbitas, ſeu alicuius alterius latentis [h] vitij, vel defectus, [i] quæ veriſimiliter [k] ignorare potuerit, veritas reueletur. [l] De huiuſmodi autẽ ignorantia fidem faciat proprio † iuramento. [m]

¶ Idem in eodem.

¶ *Contra electum à duplo maiori parte, vel electores ipſius, nil à reliqua parte põt opponi quod votũ extenuet: ſed id bene opponitur, quod votũ annullet. Io. A.*

CAP. IX.

SI quan-

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Nulli.] eligens, vel electioni conſentiens contra electum (niſi ex noua cauſa, vel nouiter ei pandita) ſe nequit opponere, vel renuntiare.

b ¶ Scrutinio.] quid ſit, habes ſ. eo. quia propter.

c ¶ Subſecuta.] vel ſcrutinium publicatum: quia poſt publicationem ſcrutinij non eſt locus variationi. ſ. eo. publicato. & dic vt ibi: niſi in caſu præcedentis decre. vt ibi dictũ eſt. Et quod dicit, ſubſecuta: intelligas ex illis conſenſibus. Verba enim ſunt cũ effectu intelligenda. de ele. non reſi. relatum. ff. quod quiſque iuris. l. 1.

d ¶ Celebratæ.] Nota hic paria, eligere, vel eligentibus conſentire: ſed non per omnia, ‡ vt ſ. de electio. eccleſia veſtra. 2.

‡ Et ratio eſt, quia cõſenſus ſequens non auget numerum, vt hic tradit Io. An. quẽ cęteri cõiter ſequuntur.

ADDITIO. Et ff. de reg. iur. l. aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire. Ioan. And.

e ¶ Emergentibus.] & ſic nouo auxilio opus eſt, ſupra de officio deleg. inſinuante. ff. de interro. actio. de ætate. §. ex cauſa.

f ¶ Impugnare.] ſ. de probat. per tuas. C. de non nu. pecu. l. generaliter. & ſic not. quòd ſemel approbatum non poſſum reprobare. & quomodo hoc intelligatur, ‡ hic habes. & uide quod plene dixi: infra de regul. iur, quòd ſemel.

‡ Vide notata p Bar. in l. poſt legatum. ff. de his qb. vt indig. & per Inn. in c cũ olim. extra de cẽſib.

g ¶ Morum.] debet enim eſſe moribus temperatus: Et boni mores pluſquam diuitiæ operantur. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ſcire §. cum reliquis. & decorari nõ debent pallio moribus indecori. 100. diſt. ꝯ morẽ.

h ¶ Latentis.] id eſt, quod latebat electores tempore electionis: puta luxurioſus erat, vel adulter, vel aliud ſimile. vnde in redhibitione erat. ff. de ædill. edic. cum lex. & l. ob quæ vitia.

i ¶ Defectus.] ſcientię, ętatis, ordinum, vel alicuius irregularitatis.

k ¶ Veriſimiliter.] alias de facili nõ crederetur, vt circa ea q̃ publice facta sũt, vel quę omnes ſciũt. 16. diſt. quod dicitur. de poſtula. pręlat. cap. 1. cum ſimili.

ADDITIO. Concor. ſ. e. vt circa. Gar. Ioan. Mona.

[Gl. ſeq. quærit opponendo: & ſoluit]

l ¶ Reueletur.] quare non poſuit certũ caſũ, ſcilicet ſi ſuper antiquis ſuperueniat probatio, vt fecit. ſ. eo vt circa? Rñdeo vt ibi dixi, bene facit appellans non exprimẽdo crimen quod probare nõ poterat: ſed hic male fecit eligẽs eligẽdo criminoſũ: licet id probare non poſſet, cum probatio nõ quęreret ab ipſo.

† Vide Panor. in c. 1. de conſt. & Bal. conſil. 119. par. 1.

m ¶ Iuramento.] ſ. eo. vt circa.

SI quando.] Prima prohibet: Secunda permittit: ibi, Si quid. Dom.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu iſtius cap. ꝙ ſi aliqua electio fuerit facta à maiori parte, & alia à ſaniori: illa electio quæ eſt à ſaniori parte, præualet: & dicitur fieri à ſaniori reſpectu zeli ad zelum, meriti ad meritum: Dicitur autem fieri à maiori parte reſpectu numeri ad numerũ: Verbi gratia, Vacante aliqua eccleſia, in qua erant aliqui canonici conſanguinei vel affines Titij: qui ducti affectione carnali ipſum elegerunt: alij canonici in minori tamen numero, non ducti affectione carnali quendam alium elegerunt: certe electio iſtorum valet tãquam facta à ſaniori parte: tamen vbi eſt maior pars, præſumitur quod etiam ſit ſanior.

CASVS Ponamus quòd in eccleſia Pictauienſi ſint xviij. canonici, qui vacante ipſa eccleſia conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri epiſcopi. xij. elegerunt Titium, & ſex Sempronium: iſti ſex ſe oppoſuerunt electioni de Titio factæ, dicendo ꝙ voces iſtorum xij. qui Titium elegerunt, attenuantur, ſiue debent diminui: ex eo ꝙ ipſi non proceſſerunt ad electionem zelo charitatis: ſed affectione carnali potius ducti. Item dicunt iſti ſex, quod Sempronius electus ab ipſis eſt dignior, quàm ſit Titius electus ab alijs xij. vtrum bene dicant: & poſſit iſta opponere ad attenuationem & diminutionem votorum dictorum duodecim? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non; nam illud quod dicitur, quòd debet haberi reſpectus zeli ad zelum, meriti ad meritum, eſt intelligendum, quando vna pars eligentium in duplo aliam partem nõ excedit. Sed quid, ſanctiſſime pater: ponamus quod iſti ſex oppoſuerũt, quod aliqui iſtorum duodecim erant excommunicati maiori excommunicatione: & ſic non poterãt eligere, an bene dicant? Reſpondet quòd ſic: nam excommunicatio opponitur, non vt vota attenuentur: ſed vt vota nulla reddantur. Nota primo ex iſto textu, quod nõ ſemper valet electio a maiori parte facta: ſed requiritur quod illa pars fuerit ſanior: vnde ſanitas proprie reſpicit zelum eligentium, & merita electorum: ſed maioritas reſpicit numerum eligẽtium. Nota inſuper

prin-

do [a] contigerit (duabus electionibus celebratis) partem alteram eligentium duplo maiorem numero inueniri: contra electores, qui partem reliquam ſic excedunt, [b] ad extenuationem zeli, [c] meriti, vel auctoritatis [d] ipſorum, reliquis, [e] vel electo ab eis, aliquid opponendi [f] omnem præſenti decreto interdicimus [g] facultatem. ¶ Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum [h] redderet ipſo iure: id eis non intelligimus interdictum.

¶ Idem in eodem.

¶ *Appellatio iudicialis, vel extra, deuoluit cauſas electionum epiſcoporum & ſuperiorum ad Papam, ſi in ſcriptis, & ex cauſa probabili fuerit interiecta: alias non. Et ab ea poſſunt partes ſine prauitate recedere prius quàm Papæ præſentata fuerit. Et an in receſſu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere: quam ſi reperierint, de cauſa non cognoſcent, ſed ſtatuent partibus terminum, in quo cum actis & munimentis ſe Apoſtolico conſpectui repræſentent. Io. And.*

CAP. X.

QVam-

principalem effectum huius cap. videlicet, ꝙ ſi duabus electionibus celebratis, vna à parte duplo maiori: alia autem à minori parte: non poteſt minor pars aliquid opponere ad diminuendum vota eligentium: puta, ꝙ minor pars eſt maioris auctoritatis: vel quod electus à minori parte eſt dignior vel magis idoneus: vel alia, quæ attenuent vota eligentium: dū tamen non annullent eligentiū vota: Nā iſta quæ annullant vota eligentiū, poſſunt obijci à minori parte contra duplo maiorem: puta quod aliqui partis duplo maioris erant excõicati maiori excõicatione. Quærit gloſſa, an valeat electio facta, in qua fuit admiſſus excommunicatus maiori excõmunicatione? Reſpõdet glo. ꝙ non valet electio, ex quo eligentes admiſerunt ſcienter excommunicatū maiori excõmunicatione: immo ſunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice. Hel. Regnier.

ADDITIO. Celebratis.] vno contextu ī.eo. congregato. antequam diuertant eligentes ad extraneos actus: nam quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur. ī. eo. officij. ff. ſi cer. pet. lecta. ſi autem fiant ex interuallo, dic vt not. ī.eod. auditis in glo. nota quia. Arch.

[Prima glo. ſummat: & declarat quid ſit extenuatio, & quid annullatio.]

a ¶ Si quando.] contra electū à duplo maiori parte, vel electores ipſius, nil à reliqua parte poteſt opponi, quod votum extenuet: ſed id bene opponitur, quod votum annullet. Sed ſcire debes, quod extenuare votum, eſt illud obijcere, quod non annullat penitus votum: ſed illud minoris reddit auctoritatis: ſicut ego litteratus, tu illitteratus: ego in dignitate, & tu ſimplex canonicus, vel his ſimilia. Annullare eſt nullum reddere, vt ſi quis dicatur excommunicatus maiori, vel ab homine ſuſpenſus, vel incidiſſe in decre. cum in cunctis. vel in decre. ſupra eodem, cap. 2. vel bigamus, vel miles factus, vel vxorem duxerit, vel canonicatui renunciauerit, vel voci ſuæ. 7. quæſt. 1. quàm periculoſum, vel his ſimilia. & hic bene obijci poſſunt à tertia parte contra duplo maiorem, vt hic.

b ¶ Si excedunt.] in duplo maiori numero.

c ¶ Zeli, meriti.] de his dic vt ī.eo. eccleſia. 2.

d ¶ Auctoritatis.] in quibus conſiſtat auctoritas habetur ſupra eod. dudum. 1. & infra de teſtibus. in noſtra. Archidiaconus.

e ¶ Reliquis.] paucioribus ſcilicet.

f ¶ Opponendi.] poſt electionem intelligas: [1] quia ante bene fiat de iſtis collatio: nec hoc hic prohibetur: vnde dixit in princ. electionibus celebratis.

g ¶ Interdicimus.] nota, quòd numerus duplo maior pręfertur auctoritati, & præſumitur Zelus melior: & facit ad ea quæ notantur ſupra de teſtibus, c. in noſtra. ſi autem numerus maior eſſet, ſed non in duplo, eſt ar. à ɔ̃trio, ꝙ numerus non pręfertur: ſed de hoc notatur. ī. eo. eccleſia. 2. in glo. quæ incipit, Ab hac. Et nota, ꝙ in hoc interdicto videtur caueri ſolū de electoribus: vñ videtur, ꝙ contra electum bene poſſet opponi aliquid, quod ad extenuationem pertineat: ſed non eſt verum ſecundum Gulielmum per litteram ī. quę dixit, meriti, quod proprie reſpicit electum.

h ¶ Nullum redderet.] pone exēpla, quæ poſui ſupra. Quid ſi aliquis ex eligentibus excõicatus erat, an teneat electio? Non, ſi ſcienter ei cõicauerunt: [2] alias ſic, de ſent. & re iudi. ad probandum. de hoc. 9. q. 1. nos in hominem. & per modern. ī eo. illa.

QVamuis.] Diuiditur in quattuor partes ſecundū Io. Monac. Primo recitat conſtitutionem Alexandri: Secundò partim illam reprobat: ibi, Sed cum. Tertio permittit ab appellatione certo caſu recedi: ibi, Ceterum. Quarto dat certam formā ordinario cum ab appellatione receditur: ibi, Inferiores. Io. And.

ADDITIO. Gul. dicit hic ſe hanc conſtitutionem procuraſſe. Idem dicit in Spec. tit. 2. § ſupereſt. 2. col. & de appellat. §. qualiter. ver. illud autem.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt, ꝙ cauſę electionum epiſcoporum & aliorum ſuperiorum: puta archiepiſcoporum, patriarcharum, vel primatuum, ſunt de maioribus cauſis, quæ Papæ reſeruantur: iuxta not. in c. maiores. de bap. in antiq.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauien. canonici illius eccleſiæ, vnanimiter & concorditer aliquē in epm̄ elegerunt: & electionē præſentauerunt archiepiſcopo Burdegalenſi, vt ipſum confirmaret, & electo committeret adminiſtrationem in ſpiritualibus & tēporalibus: corā quo archiepiſcopo fuerunt aliqui opponentes, puta aliqui canonici, vel fundatores eccleſiæ vel parochiani, qui volunt habere vnum bonum paſtorem, qui eos doceat exemplo bonæ vitæ. Archiepiſcopus noluit admittere ſuas cauſas oppoſitionis, ſed pronunciauit illas cauſas oppoſitionis non eſſe rationabiles: propter quod appellatum fuit ad Apoſtolicam ſedem. Quæritur nunc quid debeat appellans obſeruare ad hoc quòd cauſa iſta deuoluatur ad Apoſtolicam ſedem? Reſpondet Romanus Pontifex dicens, Ipſe debet appellare in ſcriptis: & in inſtrumento appellationis inſerere cauſam: quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari: licet aliqui dicerent, ꝙ iſta quantumcumque friuola, deuoluebat negotiū ad ſedem Apoſtolicam, cum ſit de maioribus cauſis, vt dictum eſt in pręſuppoſitione: Sed dicendum, ꝙ illa duo requiruntur ad hoc, ꝙ deuoluatur negotium per appellationem ad ſedem Apoſtolicā. Sed quid? Ponamus, ꝙ appellans renunciauit ſuæ appellationi: an ſit ei permiſſum? Reſpondet ꝙ ſic: ſi appellatio ſua nondum fuerit præſentata conſpectui Apoſtolico; & iſtud verum, ſi ipſe appellans appellationi renūciet ſine prauitate. i. ſine ſimonia. Sed quis habebit cognoſcere, an renuncians appellationi renunciauit ſine prauitate? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd iudex à quo fuit appellatum, debet inquirere, an ſine prauitate fuerit receſſum ab appellatione; qui iudex à

† Zelus, & meritū, in quibus conſiſtat, tradit Io. de Ana. conſi. 62.

[1] Idem Io. Monach. & Arch.

[2] De articulo huius gl. plene hic Geminian. Francus, & alij, adde doct. in c. i. la. ī. eod.

uis, [a] conſtitutio [b] felicis recordationis Alexãdri Papæ quarti prædeceſſoris noſtri, cauſas electionũ [c] epiſcopalium, ſeu ſuper electionibus epiſcoporum exortas, [d] non immerito maioribus [e] † cauſis annumerans, cognitiones ipſarum per appellationes quaſlibet [f] deuolui aſſerat ad Apoſtolicæ ſedis examen: Nos tamen & temerariam appellãtium audaciam, & effrænatam appellationum frequentiam refrænare volentes: Hac generali conſtitutione duximus prouidendum, vt ſi extra [g] iudicium in prædictis electionibus, [h] vel in alijs dignitatibus epiſcopatu maioribus [i] celebratis, expreſſa cauſa manifeſte friuola † contigerit appellari: per appellationem huiuſmodi nequaquam ad ſedem eandem negotium deuoluatur. ¶ Sed cum in electionum earumdem negotijs, in iudicio, vel extra iudicium appellatur, in ſcriptis, [k] † ex cauſa probabili, [l] quæ probata deberet legitima [m] repu-

quo, ſi inueniat interueniſſe prauitatem ſimoniæ: puta quia electus dedit appellanti aliquod beneficiũ, vel pecuniã, vt renũciaret ſuæ appellationi: tunc iudex a quo non obſtante renũciatione, debet partes ipſas citare ad cõparendum in cauſa appellationis coram ſede Apoſtolica. Sed cũ in electionum.] vnde ſicut qñ appelletur in iudicio debent illa duo obſeruari, videlicet ꝙ appelletur in ſcriptis: item ꝙ in appellatione inſeratur cauſa rationabilis: quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari: illa eadem debent obſeruari, ſi appelletur extra iudicium: puta, cum appellatur ne talis eligatur in paſtorem.

¶ Cauſæ electionũ epõrũ, & ſuperiorũ, ſunt de maioribus: de quo vide Docto. hic, & plene per Hoſt & Io. An in c. vlt. extra de cri. falſi.

Nota primo ex iſto textu, ꝙ licet cauſæ electionũ epiſcoporum, & aliorum ſuperiorum prælatorũ ſint de maiorib. cauſis, quæ de ſua natura pertinent ad Apoſtolicam ſedem: tamen nõ deuoluũtur ad Apoſtolicam ſedẽ per appellationem: niſi ſit appellatum in ſcriptis cum cauſa legitima. Nota vlterius vnum caſum, in quo cum appellatur à diffinitiua oportet exprimere cauſam appellationis, & quòd appelletur in ſcriptis: licet regulariter in diffinitiua non ſit opus ꝙ appelletur in ſcriptis, nec ꝙ inſeratur cauſa rationabilis in appellatione: ſed iſtud eſt ſpeciale in cauſis electionum epiſcoporum, archiepiſcoporum, & aliorum ſuperiorum: Ratio ſpecialitatis eſt, ne malitioſe, & ſine cauſa impediatur prouiſio eccleſiæ, quæ eſt multum periculoſa, tam eccleſiæ, quàm ſubditis. c. quã ſit ī eo. c. quoniam. vt lite non conteſt. in antiq. Nota inſuper, ꝙ cum appellatur in cauſa electionis, tam in iudicio, quàm extra iudicium, debet inſeri cauſa rationabilis in appellatione: & etiam debet appellari in ſcriptis. Nota ꝙ appellans in cauſa electionis poteſt renunciare appellationi, antequam ſit deuoluta ad ſedem Apoſtolicam. Nota finaliter, ꝙ iudex à quo, debet præfigere terminum ipſis partibus, infra quẽ partes ſe præſentent conſpectui Apoſtolico cum ſuis munimentis, ideſt, inſtrumentis: quæ ideo vocantur munimenta: quia muniunt cauſam: vel poſſent dici monumenta: quia monent iudicem.

[Prima gloſſa ſummat.]

[a] ¶ Quamuis.] appellatio iudicialis vel extra deuoluit cauſas electionum epiſcoporum & ſuperiorum ad Papam, ſi in ſcriptis, & ex cauſa probabili fuerit interiecta: aliàs non. Et ab ea poſſunt partes ſine prauitate recedere prius quàm Papæ præſentata fuerit. Et an in receſſu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere: quam ſi repererint, de cauſa nõ cognoſcent, ſed ſtatuent partibus terminum, in quo cum actis & munimentis ſe Apoſtolico conſpectui repræſentent. Io. And.

[b] ¶ Conſtitutio.] quæ incipiebat: dilecti filij. Gar. (& Archi.) habebat eam ſub rub de elect & Gul de reſcript. Hoſt de appel. qui tractat de ipſa. de accuſ. cum dilectus & Compoſtellanus. ī. eo. ſtatuimus. ad fin. hodie non habemus eam. & eſt argum. ꝙ cum unum ius reuocatur per aliud, facienda ſit de ipſo mentio: quod non eſt verum, vt ī. eod. lib. de conſtit. c. 1. vbi de hoc. & 18. diſt. quoniam.

ADDITIO. Clericus dicit, ꝙ conſtitutio, de qua fit mentio in prin. huius glo. fuit edita propter cauſam electionis eccleſiæ Helienſis. Io. And.

[c] ¶ Cauſas electionum] principales ſcilicet.

[d] ¶ Exortas.] accidentaliter, & in proceſſu.

ADDITIO. Et ſic patet, ꝙ idem iuris in principali, & in acceſſorijs, vel exortis, ſecũdum Io. Mona. & Arch. bene facit clem. diſpendio ſam. de iud. Io. And.

[e] ¶ Maioribus.] quæ ſint, no. 12 diſt. præceptis. in gl. fin. ī. de offi. lega. poſt tranſlationem.

ADDITIO Quòd autem nõ ſint de maioribus cauſæ electionum epõrum, patet: quia illas confirmant archiepiſcopi, & patriarchæ, & legati de latere, ī. eod. ſi abbatem. 2. reſpon. Ioan. Andr.

† Friuolæ cauſæ appellãdi, q̃ dicatur, vide in c. cũ appellationibus. ī. de app. hoc lib.

[e] ¶ Maioribus.] vt eſt dignitas metropolitica archiepiſcopalis, primatia, patriarchatus. 21 diſtin. cleros. Et dixit Guliel. Duran. ꝙ etiam in inferioribus dignitatibus ſeruatur quod hic dicitur, & ī. de appe. c. vt debitus. & c. cordi. eo. lib. Archid.

† Nota hic cũ dicitur: in ſcriptis, & c. caſum in quo ĩ appellatione requirit ſcriptura: alios vide per gl. ī. de cenſib. c. 1. Dom.

(Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, quòd fuerit Alex.)

[f] ¶ Quaſlibet.] etiam fruſtratorias; & erat hoc contra ius commune: & per hoc manebant longo tempore eccleſiæ viduatæ: & ideo fuit correctione dignum, & innixus fuit Alexander opinioni Innocentij, quam nota. ī. de app. vt debitus. in vlt. gl. ſua. vbi enumerat cauſas electionum epiſcoporum inter maiores cauſas. Sed ſecundum Gul. ſalua pace Inn. Alex. Vin. & aliorũ id dicentium: illud, ſalutis, &c. eſt quædã proteſtatio, quam Papa facit de iure ſuo. ſic 9. q. 3. ſaluo. & de ſupplenda neglig. præla. licet. abſurdum enim videtur quamlibet appellationem illas cauſas ad Papam deferre: de quibus alius quàm Papa cognoſcere non poteſt.

[g] ¶ Extra iudicium.] idem ſi in iudicio, vt infra ſequitur.

ADDITIO Et multo fortius propter honorem iudiciarium, ſecundum Fran. Vercel. Ioan. And.

[h] ¶ Electionibus.] epiſcoporum.

[i] ¶ Maioribus.] vt archiepiſcopatibus, patriarchatibus, primatijs: ſed idem hodie in regularibus, quod dic, vt inf. eo. ſi poſtquam 1. reſpon.

[k] ¶ In ſcriptis.] nota appellandum in ſcriptis: & eſt hoc generaliter verum, ſiue in iudicio, ſiue extra appelletur, niſi cum à diffinitiua & incontinẽti appellatur: tunc appellari poteſt viua uoce. ff. de appel. l. 2. C. de appel. litigatoribus. 2. q. 6 ad ſi. q. 6. § litigatoribus. niſi diceres contrarium in caſu huius decret. etiam in diffinitiua. & adde quod dicam. ī. de appel. cordi.

† Et rõe: q̃ tex. dicit de appellatiõe q̃ in iudicio opponitur, ſed prolata diffinitiua non eſt iudicium. ca. forus. de verb. ſign. Do. tñ tenet gl. & Petr. ſimiliter. Rom.

[l] ¶ Probabili.] dixit Gar. ꝙ hoc ſpeciale inducit hæc decretalis, ꝙ ſiue à diffinitiua, ſeu ab interlocutoria appelletur ꝙ teneatur rationabilem cauſam exprimere: licet aliàs regulariter ſit ſecus in diffinitiua. Gul. videtur tenere contrariũ, quod ſatis verum crederem. Sed primum dictum eſt tutius.

(Glo ſeq. exemplificat, quærit, & ſoluit. Iterum quærit & ſoluit: ſolutioni obijcit, & reſpondet.)

[m] ¶ Legitima.] ergo ſi eſt expreſſa legitima, defert negotium ad ſedem Apoſtolicam: ſed non manifeſte fruſtratoria: puta, ne fiat electio regijs precibus non expectatis,

ſtatis, vt dicebatur in illa conſtitutione, dilecti. vel ne eligatur niſi doctor decretorũ, vel magiſter in theologia, vel his ſimilia. [puta ne eligatur ignobilis genere. ſ. de præben. c. penul. Gul & Archi.] Tunc non defert. Sed quid in dubio? Dic ſecundum Gulielmum, & Gar. deterri vt illud dubiũ Papa decidat. 6. q. 4. Oſius. Quid ſi appellauit, & nullã cauſam expreſſit? Dicas idem ac ſi expreſſiſſet fruſtratoriam, ſecũdum prędictos.[1] Quia nullum & inutile æquipollẽt in iure. ſ. de trãſlatio. inter. §. ſed neque. verſi. ſicut. ff. qđ cuiuſque vniuerſi. l. 1. §. & quidẽ. Fuit enim promulgata conſtitutio iſta, vt refrænaretur temerarius appellandi vſus: ſed ita poteſt quis appellare temerariè, nõ exprimendo ſicut exprimendo. videbatur autem contrarium: quia in cauſa non expreſſa nihil immutatum videtur: ergo antiquo iuri ſtãdum eſt. C. de appel. præcipimus. in fi. ſed prius dictum verum eſt: quia hæc conſtitutio non vult, ꝙ cauſæ hic deferantur ad Papam: niſi ex cauſa expreſſa probabili, quæ debeat reputari legitima.

tari, ad ſedem ipſam huiuſmodi negotia deferantur. ¶ Ceterum in præmiſſis[a] omnibus caſibus liceat[b] partibu[c] ab huiuſmodi appellationibus, nulla tamen interueniente prauitate,[d] recedere, antequam præfatæ ſedi[e] fuerint præſentatæ.

¶ Inferiores autem iudices, quorum erat ipſarum cauſarum cognitio, appellatione[f] ceſſante, an in hoc[g] prauitas interceſſerit, ante omnia diligenter inquirant:[h] & ſi eam interceſſiſſe repererint, ſe de cauſis ipſis nullatenus intromittant: ſed præfigant dictis partibus terminum peremptorium[i] cõpetentem, in quo cum omnibus actis & munimẽtis[k] ſuis, Apoſtolico ſe conſpectui repręſentent.[l]

¶ Idem in eodem.

¶ *Si inter reliqua, quæ obiiciuntur promouendo ad dignitatem, obiicitur euidens defectus ſcientiæ, vel perſonæ: illud ante omnia examinari debebit: & ſi reperietur falſum, opponens à proſecutione negotii repelletur: & punietur perinde, ac ſi defeciſſet in probatione omnium obiectorum. Ioan. And.*

CAP. XI.

SI[†] forte[m] inter cetera,[n] quæ obijciuntur electo, aut poſtulato,

a ¶ Præmiſſis.] cum ſcilicet appellatum eſt ex cauſa probabili, in iudicio vel extra.

b ¶ Liceat.] quod olim non licebat per prædictam cõſtitutionem Alexandri.

[Glo ſeq. arg. per plurale: & argumentum determinat, fin. quærit & remittit.]

¶ Partibus.] per hoc videtur, ꝙ niſi ambæ partes cõſentiant: non poteſt fieri renunciatio: quod verum puto ſecundum Gul. & Gar. re non integra: ſed re integra ſolus appellans hoc poterit, ad hoc de elect. in cauſis. ff. de reg. iur. nemo. Et adhuc ſi res non eſt integra, & velit ſatisfacere aduerſario de ſuo intereſſe: adhuc poterit pœnitere ſecundum Gul. ſecundum ea quæ not. in Specu. tit. de excep. §. viſo. verſ. ſed numquid iudex. Ex quo tamen appellatio præſentata eſt Papæ, vlterius recedere non poſſunt, etiam ſi vtraque pars conſentiat, quod probatur ĩ. vbi dicit: antequam præfatæ ſedi, &c. ad hæc đ poſtu bonæ. 2 verſi. nec obſtabat. ver. ſi enim. de offi. lega. licet. in fi. & maxime quando obiiciuntur crimina vel defectus de collu. detec. crimina. 24. q. 3 ecce [Et ſit ſpeciale in his maioribus ſecundum Io. Moua qui diſtinguit hic poſt Gar cauſas maiores, medias & minores: quas plenius proſequitur Hoſt. de cri. falſi. c. fi. quæ ibi abbreuiaui in glo. quærit hic Hoſt.] Solet quæri, vtrum electus ſine ſuperioris licentia ſuo iuri renunciare poſſit. de hoc dicam inf. eo. ſi electio.

d ¶ Prauitate.] vt ſimoniaca pactione, vel aliqua illicita datione, vel promiſſione, vel violentia, vel metu. 20. q. 3. præſens. Si autem electus ius habeat: an liceat vexationem redimere?[2] Dic vt no. de ſimo. dilectus. [Dic ſi plene & iuſte habeat, & poſſideat, poteſt dare pecuniam ne turbetur. Dom. Font.]

e ¶ Præſentatæ.] ergo non poſtea. ad hoc. ſ. de poſtul. prælat. bonæ. 2. §. nec obſtabat. ĩ. de offic. lega. licet. Archidiaconus.

f ¶ Appellatione ceſſante.] id eſt, ſi appellatio interpoſita non fuiſſet.

g ¶ In hoc.] in renunciatione appellationis.

h ¶ Inquirant.] ꝙ ſi huiuſmodi inquiſitione omiſſa, ad eoſdẽ confirmandos, vel conſecrandos proceſſerint: vel alios proceſſus in cauſa fecerint: confirmatio, vel conſecratio, vel proceſſus illi ſunt nulli: & confirmantes, & conſecrantes ab epõrũ confirmatione, & conſecratione per annũ cõtinuũ ſunt ſuſpenſi. ĩ. eo. ti. prouida. in fi.

i ¶ Peremptorium.] & adhuc locum habebit expectatio xx. dierum. ſecundũ formam decre. ſ. eo. c. 1. ſecundũ Gul. & Gar.

k ¶ Munimentis.] i. probationibus, & inſtrumẽtis: ſic dictis: quia cãm muniunt, aliàs monimẽtis. Monent enim & informant iudicem quid facere debeat. ADDITIO. Et eo reſpectu dicuntur etiam documẽta: quia docent, & informant quid iudex facere debeat. 2. q. 7. plerumque. in princ. de probat. quoniam. in fine. Ioan. And.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem.]

l ¶ Repræſentent.] ꝙ ſi non venerint, procedatur ad cõfirmandã electionẽ, ac ſi appellatũ non eſſet: q̃a non appellare, & appellare, & appellationem non proſequi, ſunt paria.[3] de off. dele. gratũ. de teſti. cum veniſſet. C. de tem. ap. l. 2. in fi. licet non per omnia, vt ĩ. de ſent. excom. licet & ſ. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent.

SI forte inter. Prima dat ordinem: Secunda pœnam imponit: ibi, Ceterum. Io. And.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia cathedrali vel collegiata, canonici vel clerici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum tractaturi ſuper electione futuri prælati: & ordinauerunt, ꝙ procederent per viam ſcrutinij: facto & publicato ſcrutinio, fuit compertum, ꝙ Titius fuerat electus à maiori parte: Vnde quidam ibi exiſtens appellauit, ne Titius nominatus eligeretur, ex eo ꝙ ipſe Titius non habeat ſcientiam ſufficientem requiſitam illi dignitati: & ꝙ erat homicida. Item oppugnabat formam ſcrutinij, & perſonas eligentium, an ſit admittendus ad probandum omnes iſtos defectus ſimul? R. ñ det ꝙ non: ſed primo eſt admittendus ad probandum defectum oppoſitum contra perſonã electi: qui defectus ſi probatus fuerit, declarabitur inelligibilis: Si aũt non poſſit probari defectus contra perſonam electi oppoſitus: ipſe appellans condemnabitur in expenſis: & punietur iuxta tenorem c. ſtatuimus. ſ. eod ac ſi in omnibus probationibus defeciſſet: nec vltra admittetur ad improbandum alia vitia. Hel. Reg.

[Prima gloſſa ſummat.]

m ¶ Si forte]. ſi inter reliqua, quæ obijciuntur promouendo ad dignitatem, obijcitur euidens defectus ſcientiæ, vel perſonæ: illud ante omnia examinari debebit: Et ſi reperietur falſum, opponens à proſecutione negotij repelletur: & punietur perinde, ac ſi defeciſſet in probatione omnium obiectorum. Io. And.

n ¶ Cetera.] vtputa, ꝙ eſt homicida, periurus, excõicatus,

1 Idẽ Clericus Piſanus Io. Mon. & Arch.

† Dom. & Phi. notant hic, ꝙ iudex ꝑfigens parti terminũ ad cõparendũ corã ſuperiore, non ſe intromittit: vnde epſpo teſt illũ pręfigere excẽpto.

2 In hoc articulo hæc cõcluſio tenẽda eſt: ante ius quęſitũ, ſimoniacũ eſt aduerſariũ obſtacula pecunia redimere: ſed poſt ius acquiſitum, licet per pecuniã iniuſta impedimẽta remouere. B. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. argu.

† Hoc decretũ declaratur ꝑ Romanos Põ. ĩ. hoc eod. lib. in c. ab eo. hoc ti. & in c. cõſtitutionẽ. de verb. ſig.

3 Vel illi renũciare: ſecundũ Gul. & Archid. Io. Andr.

catus, vel his ſimilia: quæ ita de facili probari non poſſunt, ſicut euidens defectus ſcientiæ vel perſonæ: quæ per oculorum inſpectionem, vel examinationē de facili probari poſſunt.

a ¶ Promouendo.] puta per ſuperiorē, ad quem deuoluta eſt poteſtas: vel quia plures nominati ſunt domino Papæ: & petitur de altero prouideri, 85. diſt. Arch & de hoc ī. eo. ꝙ ſicut. [idem Ioan. Mona.]

b ¶ Dignitatem.] nō eſt ergo ad ſimplicia bñficia hoc extēdēdū: cū ſi de eis ītelligi voluiſſet, vel exp̄ſſiſſet vel generaliter locutus fuiſſet, de decim. ad audientiā. ad hoc ī. eod. ab eo. & ī. de ve. b. ſig c. 2. vbi ſemper hoc repetitur.

[Gloſſa ſeq. primo duo notat à vi litteræ & à ſimili: ſecūdo q̄rit, ſoluit diſtinguendo: tertio iterum quærit & ſoluit: & ſolutionē exemplificat.]

† De examine eligēdorū ad beneficia, vide ſancita ĩ conc. Trid. ſeſ. 24. de reſor. c. 18.

ſeu aliàs promouendo [a] ad aliquam dignitatem, [b] euidentem [c] ſcientiæ, [d] vel alium perſonæ defectum [e] opponi cōtingat: [f] in diſcuſſione obiectorū, illum ſtatuimus ordinem incommutabiliter obſeruandum: vt promouendus ſuper defectu ipſo ante omnia [g] ſubijciatur [h] examini† cuius euentus examinandis alijs, aut dabit initium, [i] aut negabit. ¶ Ceterū ſi præmiſſi examinis exitus huiuſmodi oppoſitiones docuerit veritate deſtitui: opponentes [k] omnino† à proſecutione cauſæ, in qua talia obiecerunt, [l] excludimus: & perinde puniri decernimus, niſi penitus in probatione omniū, quæ obiecerant, defeciſſent. [m]

† al. deeſt dictio, omnino.

¶ Idem in eodem.

¶ *Qui grauauerit aliquā perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſias, ſeu bona, pro eo, quod eum, pro quo rogabatur, eligere noluit: ipſo facto excommunicatus eſt. Io. And.*

c ¶ Euidentem.] ſi ergo defectum opponit, ſed non euidentem, nō habet locum pœna: ſed ſi opponit manifeſtum, idem: cum hæc ſint ſynonyma. ſ. de verb. ſi. cum olim. & eſt expreſſum. ī. de verbo. ſign. c. 2. Sed pone: plures opponit euidētes defectus: alterum probat, alterum non: quid erit? Sol. Si deficit in primo, repellitē ipſe opponens: ſi probat primū, repellitur electus. Si aūt ſimul examinati fuerint, ſi ſufficiens eſt defectus, q verus reperitur, repellitur electus: ſed opponens etiam de calumnia punietur: niſi iudex viderit ipſum probabili de cauſa à calumniæ vitio excuſari, vt in Authen. de iudi. §. oportet. colla. 6. ſupra de accuſ. accedens. & ſupra eod. c. 1. Si autem opponeret non euidentia, fateor, ꝙ ſufficiat alterum probari, vt ſupra eo. c. 1. & ī. eo. vt circa. de re iudi. cum I. & A. Sed numquid iudex ex ſuo officio talem diſcuſſionem facere poteſt: etiam parte non petente? Dic ꝙ ſic, ſecundum Gar. quia laborare debet vt breuientur lites. ff ſi cert peta l. quidam æſtimauerunt. ff. de poſtu. l. quos prohibet. ff. de proc. l. filiusfamilias §. inuitus. ſupra de excep. c. exceptionē. Hoc idem poterit etiam ſi ambæ partes expreſſe renūcient per iura prædicta & per l. C. de iureiur prop cal. dan. l. 2. §. ſed quia veremur. Si autem tacite: ſcilicet intrando iudicium & permixtim examinando [2] oppoſitiones tam euidentium defectuum, quàm alias, & aliæ reperiūtur veræ: oppoſitiones vero euidentiū defectuum falſæ: non habet locum pęna huius canonis propter impoſſibilitatem ſui. ad idem. ī. eo indemnitatibus in fi. Pœna enim eſt ꝙ repellantur à pſecutione: ſed iſti iam ſunt proſecuti: & ſic non poteſt habere locū pęna Nec obſtat ꝙ non poſſunt renuntiare expreſſe: quia multa poſſumus tacite, quæ non poſſumus expreſſe, ff. de procura. filiusfamilias. §. veterani C. de iureiuran. prop. calumn. dan. l. 2. §. ſed quia veremur. & ī. de iura. cal. c. 1. & ſufficere debet ad repulſionē electi, ꝙ aliquid inuenitur probatum, quod eam repellat, quia vndecunque crimina claruerint, &c. 24. q. 3. ecce. & de iudi. exhibita.

2 Dom. & Phi. no. hic, ſi recipiatur probatio eius qui admitti non dēt ex illa debet ſequi ſnīa. cle. cō ſtōnem, e. ti. & an teſtis examinatus, qui examinari nō debuit, probet, vide Hip. in l. 1. §. Cornelio. ff. de qō. Font.

[Glo. ſeq. reſpondet per obiectionem, & ſolutionem & diſtinctionem.]

d ¶ Scientiæ.] qui etiam in laicis intolerabilis eſt. 38. diſt. ſi in laicis. Sed no. ꝙ eſt quædā intrinſeca qualitas cū qua homo naſcitur. i. ꝙ aliquis ſit caſtus, pacificus, ſobrius & hanc quis præſumitur habere, ſicut nota. ff. qui ſatiſd cog. ſi vero §. 1. donec contrarium probetur. ſic intelligitur, de præſump. dudum. de ſeru cap. vno, Eſt quædam extrinſeca, vt litteratura: & talis qualitas non præſumitur, niſi probetur: & ideo ſuper hoc examinatur: & ſic intelligitur hic cum ſuis ſimilibus. [Dicit Ioan. vbi nil facere habeo cū homine, præſumere debeo illum dignum. Sed vbi ſibi dare volo filiam meam, ideſt, eccleſiam in ſponſam: debeo inquirere de dignitate ſponſi: ſaltem quo ad expreſſa. ſupra eodem, cum in cunctis. & infra eodem, licet canon. Et quia eligens inuenire tenetur conditionem debitam filiæ. arg. ff. de ri. nup. qui liberos. ideo punitur hoc nō faciens. Ioan And.] De negatiua facti, iuris, & qualitatis, dic vt 6. q. vi accuſator. de elect. bonæ. 2.

e ¶ Defectum.] ſed ſi electo opponatur, quòd ſit illegitime natus, quis habet hoc probare? Dic, quod opponens probat per notata Innocen. in cap. ſuper his. de accuſ. & de dolo & contu. cum olim.

Opponens contra electum, ꝙ eſt illegitime natus, hoc probare debet.

f ¶ Contingat.] nec poterit poſtea reuocare. infra eod. tit. ab eo.

g ¶ Ante omnia.] nota, ꝙ cum plura obijciuntur, quorū quodlibet per ſe ſufficit: illud quod facilius probari poteſt, primo probādum eſt, facit de præſcr. auditis.

g ¶ Ante omnia.] i. antequam examinentur alia non euidentia, quæ ſunt oppoſita. Archid.

h ¶ Subijciatur.] à iudice, cui fides debet fieri de his, quæ coram eo aguntur. 4. quæſt. 3 cap. ſi teſtes. §. ſæpe. in fine. vbi de hoc. ad hoc 30. quæſt. vlti. iudicantem. Archidiaconus.

[Glo. ſeq. obijcit per locum à diuiſione: & quadrupliciter ſoluit.]

i ¶ Initium.] videtur ꝙ hæc pars huius diſiunctiue locū habere non poſſit: quia aut electus inuenitur inſufficiens, & tunc penitus repelletur: aut ſufficiens, & tunc repelletur opponens: & ſic nullo caſu obiectorū diſcuſſio ſumet initium. Dic quòd vera eſt obiectio, ſi inſufficiēs reperitur electus: ſed ſi ſufficiens reperitur, adhuc locum habebit aliorum obiectorum diſcuſſio: quia ſuperior inquiret ex officio ſuo illo repulſo de alijs obiectis, ne per ſubreptionem, [3] &c. ſupra eod. cū nobis & infra eod indemnitatibus. & cap. vltimo. Vel admittetur alius cuius intererſit: licet iſte repellatur ꝓpter eamdem rationem. Vel dic hoc tunc locum habere, cum defectus oppoſitus reperitur verus, ſed nō ſufficiens ad repulſionem electi, & tunc alia examinabuntur, admitti tamen non debuiſſet ad opponendum talem defectum. Vel dic quarto, quod opponens admittetur ad alia probanda, ſi probabilis & ſufficiens cauſa eum à calumnia excuſauerit. ſupra eod. c. 1. ad fin. quia tales fuerunt vel ſimilitudines de defectu illo, ꝙ dici vel credi poterat euidens: & ſic calumniatus non fuit ſecundum Gar.

3 Placet Dom. Fon.

k ¶ Opponentes.] no. ꝙ dicit, opponentes repellendos: non alios, quorum intererit, pro eo, ꝙ dixi ſ. gl. proxi. in ſecunda ſolutione.

l ¶ Obiecerunt.] & defecerunt.

m ¶ Defeciſſent.] vt ſupra eo. c. 1.

Sciant.]

SCiant.] Non diuiditur: quia totus textus vno constructu clauditur, ſecundum Gar.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia, dñs temporalis, in cuius territorio & iuriſdictione erat ſituata illa eccleſia, ſcripſit canonicis, & eos rogauit vt ſuum filium, vel aliquem eius familiarem eligerent in prælatũ: Canonici videntes illum filium, vel familiarem non eſſe ſufficientem, nec idoneum ad dictam prælaturam: vel ex alia cauſa, noluerunt ipſum eligere, ſed aliũ in ſuum prælatũ elegerunt: Dominus tẽporalis hoc ægre ferens, cępit moleſtare canonicos, & eorum conſanguineos: vel inuadere bona canonicorum & conſanguineorum: quæritur, vtrum ipſe dominus temporalis incurrat aliquam pęnam, & quam? Reſpondet, quod ipſo facto eſt excõmunicatus: nec ab ipſa excommunicatione eſt abſoluendus, niſi præmiſſa debita ſatisfactione. Nota primo ex hoc c. quòd vota debentium eligere aliquem prælatum, debent eſſe libera. Nota inſuper principalem effectum huius c. videlicet, ꝙ ſi quis moleſtauerit clericos, eccleſias, vel conſanguineos clericorum pro eo, quod eligentes clerici noluerunt eligere aliquem pro quo moleſtans ſcripſerat: ipſe moleſtans incurrit ipſo facto ſententiam excommunicationis. Nota vlterius caſum, in quo inijciens manus in laicos, incurrit ipſo facto ſententiam excommunicationis: quia quantumcumque conſanguinei clericorum ſint laici: inijciens manus in ipſos, vel eos moleſtans, ipſo facto eſt excommunicatus.

† Vide B. Antoninũ in tract. de excõmunicatione. capit. 22.

† Vide c. felicis. ĩ. de pœn. cum ibi notatis.

CAP. XII.

SCiant [a] † cuncti, [b] qui clericos, vel quaſlibet alias perſonas eccleſiaſticas [c] (ad quos in aliquibus eccleſijs, monaſterijs, aut alijs pijs locis ſpectat [d] electio) pro eo, ꝙ rogati, [e] ſeu aliàs inducti, [f] eum, pro quo rogabantur, ſiue inducebantur, eligere noluerint: vel conſanguineos [g] eorum, aut ipſas eccleſias, monaſteria, ſeu loca cetera, beneficijs, ſiue alijs bonis ſuis, per ſe, vel per alios [h] ſpoliando, ſeu aliàs iniuſte perſequendo, † grauare præſumpſerint, [i] ſe ipſo facto excommunicationis ſententia [k] innodatos. [l]

¶ Idem in eodem.

¶ *Primo punit vſurpantes de nouo cuſtodiam vacantium eccleſiarum: Secundo punit clericos & monachos hoc fieri procurantes: Tertio punit clericos ſe talibus nõ opponentes: Quarto ponit, qualiter debeant ſe habere habentes talem cuſtodiam ab antiquo.*

CAP. XIII.

GEne-

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Sciant.] qui grauauerit aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſias, ſeu bona, pro eo, ꝙ eum, pro quo rogabatur, eligere noluit: ipſo facto excommunicatus eſt. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſoluit q. & reſpondet contrario.]

b ¶ Cuncti.] etiam epi. Nec obſtat ĩ. de ſent. exc. quia periculoſum. quia non de ſententia excommunicationis, ſed ſuſpenſionis & interdicti loquitur.

c ¶ Eccleſiaſticas.] vt Conuerſos, [1] Templarios, vel Hoſpitalarios: qui licet non ſint clerici, ſunt tamen eccleſiaſticæ perſonæ. 17. q. 4. quiſquis. in glo. pen.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem.]

d ¶ Spectat.] de iure communi in collegiata eccleſia ad collegium ſpectat electio. de iu. patr. nobis. 16. q. vlt. congregatio. Si non eſt collegium, ſpectat ad patronũ. ĩ. de iure patr. poſtulaſti. & hoc de iure communi: niſi aliud inducatur de conſuetudine. de cau. poſ. cum eccleſia. Si autem non eſſet ibi collegium, vel patronus, per diœceſanum habet ordinari. 10. q. 1. regenda. 16. q. 7. omnes baſilicæ & hæc vera quoad electionem prælati. de inferioribus no. ſupra eod. cum eccleſia Vulterana. dic vt ibi. Gar.

e ¶ Rogati.] an preces [2] inducant ſimoniam: dic vt not. 8. q. 2. in ſumma. & q. 1. Moyſes. & ſupra de æta. & qual. tuam.

f ¶ Inducti.] per promiſſiones, vel alio modo.

g ¶ Conſanguineos.] nota ſpecialem caſum, in quo laicũ percutiens, vel aliàs offendens, excõicatus eſt ipſo iure. ad idem infra de ſent. excommu. quicumque. & de immu. eccl. quoniam.

ADDITIO. Et vſque ad quem gradum dicantur hi conſanguinei, recurre ad not. ſupra de appellat. poſtremo in 1. glo. Et quia de affinibus non fit hic mentio, & conſtitutio eſt pęnalis non includit illos ĩ. de reg. iu. in pęnis. Io. Andr.

[Glo. ſeq. rationẽ reddit, quam declarat: ſecundo ſoluit q̃õnẽ: tertio quærit, arguit negatiue, ſoluit diſtinguendo.]

h ¶ Alios.] quia qui per alium facit, &c. ff. de admi. tu. ita tñ. § geſſiſſe. ſic & in maleficijs tenetur mandator, [3] ac ſi per ſe faceret. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deieciſſe. & §. quotiens. & hoc verũ de his, quæ per alios explicari poſſunt: ſecus in adulterio & ſimilibus, quæ nõ poſſunt per alios explicari C. de cad. tol. l. vnica §. ne aũt. & mandatarius etiam excõicatus hic erit. de ſent. excõ. mulieres. & c. vniuerſitatis. Sed numquid huius decre. pœna locum habebit in præſentante patrono? Et videtur, ꝙ non: quia de electione tantum loquitur, & non de præſentatione: & eſt pœnalis & reſtringenda. infra eo. tit. de ſent. excõm. ſtatutum. Dic ꝙ ſi patronus eſt clericus, vel perſona eccleſiaſtica, locum habebit cõſtitutio: nec eſt ob hoc odioſa: immo fauorabilis eccleſiarum fauore, quibus propter hoc melius prouidebitur. & quia decr. indefinite loquitur, indefinite intelligitur. & dicit clericos, &c. Si autem patronus eſt laicus, pœna locum non habebit: cum conſtitutio dicat clericos, vel eccleſiaſticas perſonas.

i ¶ Præſumpſerint.] ſi. de exceſ. præl. tanta. ĩ. in anti.

[Glo ſeq. ſoluit quæſtionem.]

k ¶ Sententia.] ſim. infra de ſent. excom. quicumque. & ſecundum Gul. epiſcopi bene poterunt abſoluere ab hac ſententia: ex quo conditor huius canonis ſibi abſolutionem non reſeruauit. de ſent. excom. nuper. & argu. præd. decr. quicunque. in fine.

l ¶ Innodatos.] ergo eſt canon latæ ſententiæ, vt hic patet. Et cum Papa hic ſibi non retineat abſolutionem ordinarius diœceſanus clerico delinquenti indulgere videtur. ſupra de ſent. excom. nuper. ad hoc facit quod not. eo tit. ſi quem. in glo. vlt. in fi. Archid.

[1] Cõuerſi, qui dicantur, tradũt Doc. in c vt priuilegia. de priu. & in c. nõ dubiũ. de ſen. excõ. adde Couar. in c. alma mr̃ ĩ ſentẽ. excõ. li. 6 p 2. §. 2.

[2] De hoc arti an preces inducant ſimoniã, vide B. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 3. arg.

[3] Vide Bar. in l. non ſolũ, § ſi mandato. ff. de iniu. Alex. conſi. 65. in 4. vol. & Iaſo. in §. pœnales. Inſti. de act.

GEnerali.] Diuiditur in quattuor partes: Secunda ibi, Clericos. Tertia ibi, Illos vero. Quarta ibi, Qui autem. Ioan. And.

ADDITIO. Clericus, & Ioan. Monac. diuidunt in tres tantum: coniungunt duas primas: & bene conuenit litteræ ſuſpenſiuæ. ſed glo. conuenit menti. Franc. autem iungens tres primas partes, diuidit in duas tñ.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt ſecundum veriorem intellectum ipſius, quid proprie iſte textus appellet regalia. Quidam volebant dicere, ꝙ regalia accipiuntur pro iuribus imperialibus: de quibus in lib. feudorum. c. quæ ſint regalia, vt ſi rex donauerit regalia eccleſiæ, & aliquis illa vſurpet, ipſo facto eſt excommunicatus. Alij dicunt, ꝙ regalia accipiuntur pro iuribus, quæ habet princeps in aliquibus eccleſijs: videlicet, ꝙ vacante aliqua eccleſia rex percipiat fructus, & eccleſiam conferat.

Caſus litteralis domini Heliæ.

¶ Hoc præſuppoſito ponamus ſic caſum: Vacante aliqua eccleſia, aliquis comes vel dux, qui dicebat ſe hr̃e iura regalia in ipſa eccleſia, occupauit cuſtodiã eccleſiæ vacantis: & dicebat, ꝙ fructus ipſius eccleſiæ ad ipſum ſpectabant: licet non fuiſſet vſus ipſo iure, an ille Comes, vel dux vſurpãs illud ius in eccleſia vacante ſit puniẽdus aliqua pęna? Rñdet Romanus Pontif. ꝙ ſic: & dicit quòd incurrit ſententiam excõmunicationis: & clerici illius eccleſiæ ſibi non reſiſtentes puniuntur pœna hic cõtenta. Sed ponamus, ꝙ rex vel alius princeps nõ cognoſcens ſuperiorem in temporalibus, habet iſta iura regalia in aliquibus eccleſijs; Et ponamus, quòd vacante tali eccleſia eſt ſylua cædua: tamen nondum venit tempus ipſam ſyluam cæduam ſcindendi, ſiue amputandi: vtrũ talis princeps poſſit illam ſcindere, ſiue ſcindi facere? Rñdet, ꝙ non. ſed ſi tempus ſcindendi & colligendi adueniſſet, cum ſylua cædua ſit in fructu, poſſet talis rex, vel princeps facere ſcindere huiuſmodi ſyluam cæduã. Nota primo ex hoc tex. iuncta gl. ꝙ Patronus laicus nõ habet cuſtodiam eccleſiæ vacantis: ſed ſuperior p̃latus cui ſubeſt eccleſia: ſecus eſt de patrono eccleſiaſtico: ideo patronus eccleſiaſticus poſſet colligere fructus eccleſiæ vacantis: non vt fructus ſuos faciat, ſed vt illos reſeruet futuro ſucceſſori. Nota inſuper, ꝙ patronus eccleſiaſticus non poteſt prætẽdere ius aliquod in fructibus illius eccleſiæ vacantis: & hoc verum, niſi de auctoritate ſuperioris tempore fraudationis retinuerit ſibi illud ius. Nota vlterius, ꝙ vſurpans de nouo prædicta iura, vel procurans vſurpationem, eſt ipſo facto excõicatus. Nota finaliter, ꝙ ille, qui habet cuſtodiam eccleſiæ vacantis, non poteſt capere fructus, qui nondum venerũt ad maturitatem: Et iſtud facit pro archipresbyteris, qui durantibus xl. diebus percipiunt fructus eccleſiarũ vacantium: ipſi enim non debent præuenire maturitatem fructuum.

† Pro intellectu huius c. vide hic p̃ alijs Guiliel. Duran. cognomento Specul.

† Nota ꝙ diſpoſitio emanans ꝟ vniuerſos, non includit ſingulos comprehenſos ſub vniuerſitate, vide Io. And. de exceſ. p̃la. nimis.

Generali[a] † conſtitutione ſancimus: Vniuerſos[b] † & ſingulos, qui regalia,[c] cuſtodiam,[d] ſiue guardiam, aduocationis, ſeu defenſionis titulum, in eccleſijs, monaſterijs, ſeu quibuſlibet alijs[e] pijs locis de nouo[f] vſurpare conantes, bona[g] eccleſiarum, monaſteriorum, aut locorum ipſorum vacantium occupare[h] præſumunt, quantæcumque dignitatis honore præfulgeant:[i] Clericos etiam eccleſiarum, monachos monaſteriorum, & perſonas ceteras locorum eorumdem, qui hoc fieri procurant:[k] eoipſo excommunicationis ſen-

[Prima gloſſa diuidit, & ſummat.]

a ¶ Generali.] decr. iſta diuidit in quattuor partes, in quarum primã punit vſurpantes de nouo cuſtodiã vacantium eccleſiarum: & durat vſque ibi, Clericos. In ſecunda, quæ durat vſque ibi: Illos vero, punit clericos & monachos hoc fieri procurantes. In tertia quæ durat vſque ibi, Qui autem: punit clericos ſe talibus non opponentes. In quarta quæ durat vſque in finem: ponit qualiter debeant ſe habere, habentes talem cuſtodiam ab antiquo.

[Glo. ſeq. recit. per q. an includat feminas: Et ſoluit quod ſic. alleg. tres leges & vnam allegat in contrariũ & dat quattuor ſolutiones.]

b ¶ Vniuerſos.] & vniuerſas: nam appellatione ſi quis & ſi qua continetur. ff. de verbor. ſign. l. 1. ff. de pact. fratres [1] & de conſti. pecu. l. 1. §. 1. Arg. contra: quia ſi pater exhæredat filium naſciturum: ſi naſcitur filia, nõ erit exhæredata. ff. vent. in poſ. mit. l. 1. §. ſed & ſi incertum. Cõmuniter dici ſolet, ꝙ in fauorabilibus maſculinum concipit femininum: in odioſis non. ſic ſoluitur ff. de verb. ſign. l. 1. Alij dicunt ꝙ ſi maſculinũ verbũ ꝓferatur ab homine, & eſt odioſum, nõ cõprehẽdit feminam: & ſic intelligitur prædictus. §. ſed & ſi incertum. ſed ſi à lege, ſiue ſit odioſum, ſiue non: femina cõtinetur. ff de iur. omnium iud. ſi quis id. Odoffredus dicebat, ꝙ ſi etiam à lege proferatur verbum odioſum, non comprehendit feminam: niſi id lege caueatur. Dic ſecundum Gar. ꝙ verbum maſculinum prolatum à canone, comprehendit feminas: quod probatur 16. q. 1. ſi quis ſuadente, coniuncto cum c. de ſenten. excom. mulieres. quod eſt verum, niſi eadem vel alia conſtitutione excipiatur femina. j̃. eodem. indemnitatibus. §. ſed cum eas.

[1] Vide ibi Angelum.

ADDITIO. Quę excepta intelligitur in articulis, qui feminis non congruunt. ſupra de ſta. reg. ea quæ, in fi. de hoc Specu. de diſpu. & alle. §. poſt hæc. ver. vel in maſculinum. p Hoſt. de teſta. Raynaldus. in prin. per Arch plenius in prædicto ca. ſi quis ſuadente. per Cyn. C. de ſer. fugi. quicumque. Io. An.

c ¶ Regalia. [2]] i. collectam, quæ ſit Regis ratione, vel Imperatoris, vel tributum quod debetur regi 11. q. 1. ſi tributum. ſic ſolet exponi de iure patro. præterea. 2. Vel. i. iura, quæ ad Imperatorem pertinere conſueuerunt, vt portus & vectigalia: ſed illa erant eccleſijs conceſſa, & modo volebat ea de nouo aliquis occupare, vt in lib. feu. tit. quæ ſint regalia, aliàs eſt ſub l. Imperialem. Ioan. And.

[2] Vide Bertrandũ conſi. 276. inci. viſa conceſſione par. 3.

d ¶ Cuſtodiã.] & cetera, quæ ſequuntur, expone ſecundum Gar. ideſt iuris patronatus, quod ſecundum diuerſas regiones diuerſa ſortitur vocabula. j̃. de iure patro. quia clerici. & c. præterea 2. de ſtatu mona. in ſingulis. §. 1. 16. q. 7. piæ mentis. & c. Frigentius. quocumque ergo nomine cenſeatur, vſurpantes de nouo tale ius in eccleſijs, & alijs locis pijs, & bona ipſorum locorum vacantium occupantes, excommunicati ſunt ipſo iure.

e ¶ Alijs.] vt hoſpitalibus, vel alijs quocumque nomine vocatis.

f ¶ De nouo.] ſcilicet à xl. annis citra, ſecundum Gar. de conſue. c. vlt. de præſcrip. de quarta. 16. quæſt. 3. c. placuit. §. quas actiones. & hoc per litteram, quę ſequitur, vel ex antiqua conſuetudine, &c. Chriſma tamen, matrimonium, mancipium, vinum, dicuntur noua, quę non excedunt annum: vetera quæ excedunt. Probatur primum de conſecrat. diſtin. 3. litteris. Secundum, 35. quæſt. 8. cap. 1. Tertium, ff de pub. & vectig. l. interdum. §. quotiens. Quartum, ff. de vi. tri. & ol. lega. vetus. Alibi dicitur nouum, cuius extat memoria: & eius contrarium dicitur vetus. [3] ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. fin. & l. in ſumma. §. 1. ſupra de verb. ſignifi. c. ſuper quibuſdam.

[3] Qd̃ dicatur antiquũ tẽpus vide per Marianum Sozi. conſi 89. in ci. in cauſa agitata.

ADDITIO. Dicit Archidia. quòd hic, & ſupra eo. auaritiæ. dicitur nouum, quod numquam fuit. Io. An.

g ¶ Bona.] de quibus nulla eſt laicis attributa facultas. 96. diſt bene quidem. de conſti. eccleſia.

h ¶ Occupare.] in mala parte ponitur. ſic ſupra eod. vt præteritæ. alibi in bona. 7. q. 1. factus eſt Cornelius. & s. de procu. non iniuſte & j̃. de proc. ſi duo. & de conſ. diſt. 5. numquam. & proprie mobilia dicuntur occupari vel rapi: immobilia dicuntur inuadi: ſæpe tamen ſumitur vnum pro reliquo. 47. diſt. ſicut. 2. 12. q. 2. quicumque. s̃. de reſti. ſpol. ſæpe. C. vnde vi, ſi quis in tantam. Inſtit. vi bo. rapt. §. quòd non ſolum.

ADDITIO. Dicit Archid. ꝙ iſti tales rerum eccleſiaſticarum occupatores dicuntur committere furtũ & ſacrilegium. & non qualecũque furtum, ſed peculatus quod eſt furtum de re publica. 23. q. 4. quid ergo. glo. [Ioan. And.]

i ¶ Præfulgeant.] hic aſſume litteram in fine ſequenti, ver. eoipſo, &c. & maiori pęna ſunt digni: quibus cum plurimum honoris defertur, inueniuntur in crimine. 3. q. 6. c. quia iuxta. §. ſi forte presbyteri.

k ¶ Procurãt.] forte occaſione diſcordiæ inter ipſos ſuſcitatæ.

ſcitatæ. & dicuntur procurare ope, conſilio, perſuaſione, & operatione. de homi. ſicut dignum. de offi. dele. c. 1. ff. de ſer. corrup. l. 1. §. perſuadere.

Procurare quis dr̃ quadrupliciter.

[a] ¶ Opponunt.] nota clericos ſe debere opponere pro iuribus eccleſiæ defendendis. ad idem. j̄. de re. eccleſ. non alie. hoc conſultiſſimo.

† Verbum, decernimus deeſt in quodam vetuſtiſſimo codice: & vr̃ abeſſe oportere: cũ tota hæc periodus regatur à verbo, ſancimus, initio capitis poſito.

† Dictio, clericos, quæ vt plurimũ deeſt in recẽtioribus lib. repoſita eſt ex omnibus antiqs codicibus.

[b] ¶ Pro tempore.] i. pro ea parte temporis. vel ideſt, ab eo tempore citra.

Glo. ſeq. quærit, & ſoluit diſtinguẽdo.]

[c] ¶ Inhibemus.] ſ facienseſt tranſgreſſor canonis, qui canonẽ tranſgreditur prohibitionẽ continentẽ, 4. diſt. c. denique. in fi. ſecus ſi conſilium tm̃, vt ibi. Sed quæro, quæ ſit pœna tranſgreſſionis canonis? Dic ſm Gar. ꝙ qui tranſgredit canonẽ, credens Romanã eccleſiã non habere poteſtatem cõdendi canones: de tali tranſgreſſione punitur vt hereticus. 19. diſ. nulli fas. vbi de hoc. Si autem credit Romanam eccleſiam poteſtatem habere, ſed facit contrarium: quia ſic ei placet, eſt pœna depoſitionis, [1] vt 4. diſt. §. vi. & adde hoc quod not. ſ. de treu. & pace. cap. 1.

Pœna tranſgredien tis canones.

1 Vbi non eſt certa pęna ſtatuta. Io. And.

tentię decernimus † ſubiacere. ¶ Illos vero clericos, † qui ſe (vt deberent) talia facientibus nõ opponunt: [a] de prouentibus eccleſiarum, ſeu locorum ipſorum, pro tempore, [b] quo præmiſſa ſine debita contradictione permiſerint, aliquid percipere diſtrictius inhibemus. [c] ¶ Qui autem ab ipſarum eccleſiarum, ceterorumque locorum fundatione, [d] vel ex antiqua [e] conſuetudine iura ſibi huiuſmodi [f] vendicant: ab illorum abuſu ſic prudenter abſtineant, & ſuos miniſtros [g] in eis ſollicite faciant abſtinere, quòd ea, quæ non pertinent ad fructus, ſiue redditus [h] prouenientes vacationis tempore, non vſurpent: Nec bona cetera, [i] quorum ſe aſſerunt habere cuſtodiam, dilabi permittant; ſed in bono ſtatu conſeruent.

¶ Idem in eodem.

¶ *Parochialis eccleſia nemini conferatur, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate: & ſi conferatur nõ attingenti xxv. annum, non valet collatio: Ille autem, cui talis eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere, & infra annum ſacerdos fieri: ſi autem promotus non fuerit, elapſo anno priuatus eſt ipſo iure. Super reſidentia autem prælatus eius ad tempus poterit diſpenſare. Io. And.*

CAP. XIIII.

Licet [k] † ca-

[d] ¶ Fundatione.] fundans enim & dotans eccleſiã de diœceſani conſenſu poteſt [2] hoc ſtatuere, vt fructus ipſius eccleſiæ, cum vacabit, ſuos faciat. 18. q. 2. Eleutherius. de iu. patro. præterea. 2. & c. nobis.

2 Quãtũ liceat hodie patronis beneficiorũ, rõne iurispatronatus, ſanciuit cõci. Trid. ſeſ. 25. de refo. c. 9. quod omnino videas.

ADDITIO. Licet donationis tempore poſſit doti onus imponi: non tamen tempore traditionis, quæ fit ex interuallo. facit C. de pac. con. l. ex morte. in fi. & quod no. de rei vxo. act. l. vna. §. accedit. facit de teſti. cog. præterea. cum concor. in vlt. glo. Io. And.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

[e] ¶ Antiqua.] præſcripta. ſ. de conſue. cap. vlt. videtur ergo ꝙ conſuetudo, qua vſurpari poſſint bona eccleſiarum, & ſic oneroſa, præſcribi poſſit: contra id, ſ. de conſuet. c. 1. Dic ꝙ in hoc ꝙ quis habeat ius patronatus, cuſtodiam, guardiam, vel ſimilia, bene valet conſuetudo: ſed in hoc quòd vſurpet, non valet: & ſic intelligitur contrarium.

[f] ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet, guardiam, cuſtodiam, vel regaliã.

[g] ¶ Miniſtros.] qui res alterius ſaluare tenentur: & de facto miniſtrorum tenentur. ff. nau. caupo. ſta. l. fin. in princ. 86. diſtin. an putatis. & culpæ reus eſt, qui malorum vtitur opera. Inſti. de obl. quæ ex quaſi deli. §. ſed ſi alicuius. circa fin.

[Glo. ſeq. quærit, & arg. & ſoluit.]

[h] ¶ Redditus.] vt ſunt ſyluæ cæduæ: quæ tempore vacationis non ſunt in tali ſtatu, quod cędi debeant. [3] Et nota ꝙ omnis fructus conſiſtit in redditu. ff. de vſu. Paulus §. 1. ſed non conuertitur: quia partus ancillæ eſt in redditu, ſed non in fructu ff. de vſu. in pecudum. §. partus Inſt. de re. di. §. in pecudum. Sed quæro an fructus medio tempore perceptos faciant tales ſuos? Ita videtur per hanc litteram: quia non prohibet de fructibus, ſed de his quæ non pertinent ad fructus. Tu dic, ꝙ fructus conſeruari debent futuro ſucceſſori. ſ. de off. ord. cũ vos. ſ. eo. vbi periculum §. prouiſionis. & j̄. eo. quia ſæpe. & de off. ord præſenti. Qui enim cuſtodiam habet, cuſtodire dẽt, non cõſumere. ff. vt in poſ. lega. l. is cui. §. qui legatorum. habebunt tñ ſm Guielmũ, quãdiu cuſtodiæ operam dant, moderata cibaria. argu. 12. q. 2. charitatẽ. ſ. de præb. extirpandæ. ff. comm. in rebus. §. poſſunt. & ſic non habet locũ hic. & ar. à contrario ſenſu. C. de epi. & cle. conuenticulam, & ff. de condi. inſer. l. 1.

3 Vel ſunt ſtagna, vel viuaria, nõ in ſtatuquo piſcari debeant. Ioã. And.

[i] ¶ Cetera.] ff. de verbo. ſig. l. ceterorum. Io. And.

Licet canon.] Summa & diuide, prout in prima glo.

CASVS. Quidam clericus conſtitutus in præſentia Rom. Pontificis quęſiuit ab eo, Sanctiſſime Pater, vellem bene informari à vobis, quæ idoneitas requiritur in promouendo ad eccleſiã parochialẽ? Ad quod rñdet Romanus Pontifex, ꝙ in promouẽdo ad eccleſiam parochialem requiritur, ꝙ ipſe habeat ſcientiam ſufficientem: & ſit imbutus bonis virtutibus: ac inſuper ſit alienus a vitijs: & ꝙ compleuerit annum vigeſimumquartum, & attigerit vigeſimumquintum: ꝙ ſi non attigerit xxv. nulla eſt collatio ipſo iure. Sed quid ſi promotus ad eccleſiam parochialem habeat omnia iſta: quia eſt ætatis perfectæ, idoneus ſcientia, & moribus: ſed tamen non eſt ſacerdos? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ipſe debet effici ſacerdos infra annum computandum à tempore adeptæ pacificę poſſeſſionis ipſius eccleſiæ parochialis: alias ſi non promoueatur ad ſacerdotium infra illud tempus: illo tempore elapſo priuatus eſt ipſo iure dicta eccleſia parochiali. c. commiſſa. j̄. eo. & ſic correctum eſt c. cum in cunctis. eodem tit. in ant. quod requirebat amotionem per ſententiam: ſed per iſtud cap. ipſo facto eſt amotus abſque aliqua monitione vel ſententia. Sed quid ſi promotus ad eccleſiam parochialem fuit effectus ſacerdos infra annum: vtrum teneatur reſidere perſonaliter in ipſa eccleſia: & eidem perſonaliter deſeruire in diuinis? Reſpondet ꝙ ſic: niſi ſuus prælatus cum ipſo diſpenſauerit, ne reſideret perſonaliter in ſua eccleſia: ſed vt poſſet in ipſa eccleſia deſeruire in diuinis per alium ſuum vicarium.

† Vide cõc. Later. ſub Alexan. iij. c. 13. & cõc. Trid. ſeſ. 7. de refo. c. 3. vbi hoc decretum confirmatur.

[Prima gloſſa ſummat, & diuidit.]

[k] ¶ Licet.] parochialis eccleſia nemini conferatur, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus & ætate: & ſi conferatur non attingenti vigeſimum quintum annum, non valet collatio: ille autem, cui talis eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere, & infra annum ſacerdos fieri: ſi autem promotus nõ fuerit elapſo anno priuatus eſt ipſo iure. Super reſidentia autem prælatus eius ad tempus poterit diſpenſare. Et poteſt diuidi in ſex partes. In hac prima ponit conſtitutionem Alexandri: & ſtatuit cui debeat conferri parochialis eccleſia.

In ſecunda ibi, Decernentes. irritat collationem aliter factam. In tertia: ibi, Is etiam. ponit de reſidentia faciē da In quarta: ibi, Et infra annum. de promotione ad presbyteratum. In quinta : ibi, Quòd ſi infra: pœnam non promoti. In ſexta: ibi, ſuper reſidentia. de diſpenſa tione reſidentiæ.

non [a] à felicis recordationis Alexandro Papa tertio prædeceſſore noſtro editus, inter cetera [b] ſtatuerit, vt nullus regimen eccleſię parochialis ſuſcipiat, niſi vigeſimū quintū annum ætatis attigerit : ac ſcientia, & moribus commendandus exiſtat: quòdque talis ad regimen aſſumptus huiuſmodi, ſi monitus nō fuerit præfixo à canonibus tempore [c] in presbyterū ordinatus, à regiminis eiuſdem amoueatur officio & alij [d] conferatur. Quia tamen in obſeruatione canonis memorati, ſe multi exhibent negligentes : Nos periculoſam [e] illorum negligentiam [f] volentes iuris executione [g] ſuppleri, præſenti decreto ſtatuimus: vt nullus ad regimen parochialis [h] eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus † moribus, ſcientia, [i] & ætate: Decernentes collationes de parochialibus [k] eccleſijs, his, qui non attigerint [l] vigeſimumquintum annum, de cetero [m] faciendas viribus omnino carere. [n] ¶ Is

ADDITIO. Iſta diuiſio in ſex partes, placet : licet Franc. diuidat in quattuor tantum : quia coniūgebat tertiam & quartam: Item quintam, & ſextam. Clericus diuidebat in quinque; coniungendo primas duas : Item Ioannes Monachus in quinque, ſubticendo tertiam. Io. And.

[Glo. ſeq. ponit tria quæ ſupplet ipſe canon.]

a ¶ Canon.] ſ. eo. cū in cunctis, qui hic in tribus maxime ſuppletur: quia ibi collatio parochialis eccleſię minoribus fieri prohibebātur tantū: hic irrita decernitur: niſi dicere velis, quòd id ſatis erat irritum per ipſam conſtitutionem : quia ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe: & ſi non adijciat contra factum non valere. 1 C. de legib. non dubium. nec fuit hoc propterea ſuperfluum, cum clarius exprimat ad idem ſ. de ſum. Tri. c. vni eo lib. & ſic innouat & ſuſcitat iſtud ius, quaſi per abuſum abolitum. Item per canonem illum moneri debent ad ſuſcipiendos ordines : per iſtū non. Itē per illum priuandus eſt per ſententiam : per iſtum priuatus eſt ipſo iure. Ioan. And.

1 Idē Do. allegat ſimilē gl. in cle. 1. de iu. pa. Font.

b ¶ Cetera.] quia multa alia ſtatuit præter iſta.

c ¶ Tempore.] quod erat in proximis quattuor temporibus. 75. diſt. quaſi per tot. vel dic præfixo ab homine.

d ¶ Alij.] ergo nō primo, ne fiant leges ludribio: & dicatur ſolum verbis lex impoſita. ſ. eo. commiſſa § porro. & dic, alij, qui cum effectu faciat id, in quo primus fuit negligens. ſupra de cler. non reſi. relatum. alias remouebitur, vt ibi.

e ¶ Periculoſam.] ſibi & illis, quos corrigere debebāt: & ita cateruatim ſequebatur eos pereuntes multitudo pereuntium. 40. diſt. ſi Papa.

f ¶ Negligentiam.] hæc omnia lædit. in Auth. colla. 6. de quæſtore. § hæc omnia. & nouerca eſt eruditionis. 83. diſt. c. nihil.

g ¶ Executione.] nota quòd quilibet canon, qui eſt latæ ſententiæ poteſt dici executorius: & hoc eſt verum quo ad iuris executionem.

ADDITIO. An neceſſaria ſit executio facti, vel declaratio. not. ſ. eo. commiſſa. § 1. Archidiaconus remittit. de præb. licet 2. Ioan. And.

[Glo. ſe. quærit, arguit pro, ſoluit contrarium. Item quærit, & ſoluit.]

h ¶ Parochialis eccleſiæ.] ſed numquid erit idē in decanatu & alijs dignitatibus, de quibus loquitur. § inferiora c. cum in cunctis. ſ. eod. arguendo de ſimilibus ad ſimilia? Videtur quod ſic, cum ſub eadem prohibitione manauerit. ſ. de conſtit. tranſlato. Dicas ſecundū Gar. & Gul quod in illis per hanc conſtitutionem nihil immutatur: quod enim non mutatur, & cetera. C. de appel. præcipimus & C. de teſta ſancimus. Habeat ergo tm̄ locū in eccleſia parochiali: nec recedā à verbis. ff. de lega. 3. non aliter. Seruabitur ergo in eis § inferiora. c. cū in cūctis. ſ. eo. Itē ſcias, quod non habet locū hæc cōſtitutio in parochialibus collegiatis, vel aſſumptis ad earum regimen. ſ. eo. tit. ſtatutum. Quid ſi eccleſia olim habuit parochianos, ſed nunc habere deſijt? Dic ſecundum Gar. quod non habet locū conſtitutio : quia & deficientibus perſonis collegij, deſinit eſſe collegium, vt no. ff. quod cuiuſque vniuerſi. l. ſicut municipij. § 1. Si autem reinciperent ibi eſſe parochiani ex tunc incipiet conſtitutio locum habere: quia facta eſt parochialis. & o, reuolauit ad a. 35. d. ab exordio. quēadmodū ſi de nouo fieret aliqua eccleſia parochialis, locū haberet cōſtitutio, & concor. ad hoc Hoſti. ſ. de cleric. non reſiden. quia nonnulli.

2 Qualis ætas requiratur in promouedis ad quaſlibet dignitates, & bñficia, ſanciuit Alex. iij in conc. Latera c. 3. & nouiſſime concil. Tri ſeſ 24 de ref. c. 12.

i ¶ Scientia.] quæ requiratur in eo, habes 38. diſt. quæ ipſis.

† Idē cauetur in conci Late. ſub Alexan iij. c. 3. & in cōci Late. ſub Innoc. iij. cap. 30. & in conc. Trid. ſeſſ. 7. de refo. cap. 3. & ſeſſ. 24. de refo. c. 12.

k ¶ Parochialibus.] de talibus eccleſijs habetur 38 diſtinct. quando in princ. 10. q. 1. regenda. 13. q. 1 c. 1. Parochia Grece Latine dicitur partitio : & dicitur parochia, quaſi partitio curæ : quia rector ipſius habet curam animarum totius populi intra illos limites congregati : vnde dicitur populum regere. ſ. de capel. monachor. c. 1. Archidiaconus.

l ¶ Attigerint.] ſufficit ergo in his, quod attigerint xxv. annum. ſecus ergo in epiſ. ſ. de ele. cū in cunctis. & in abbatiſſa. ſ. eod. indemnitatibus, & in caſu infra de æta. & qualit. c. vno.

ADDITIO Et in caſu, de regul. noſtram. vbi vide cum ſuis remiſſis. Ad vtramque partem facit clem. de ſtatu monacho. ne in agro. § ceterum. Solue vt ibi in glo. 4. Ioan. And.

[Glo. ſeq. notat remittit ſecundo quærit de pendentibus, opi. ponit, & ſoluit diſtinguendo.

m ¶ De cetero.] 3 ad futura tantum extenditur: & habet hoc locum in qualibet conſtitutione, præterquam in caſibus. ſ. de conſtitu. c. vlt. dic vt ibi. Quid de pendētibus, numquid ad illa conſtitutio extendatur? Et quidem ſi pēdeat per appellationem, negotium decidi debet ſecundum ius, quod erat tempore primæ ſentētiæ non ſecundum ius, quod emanauit appellatione pendēte in Auth. vt cum. de appel. cog. in prin. & § 1. Si autē principaliter pendet, dixit Hoſtien ſ. de conſtitu. c. 2. decidi debere ſecundum ius quod emanauit. Goff. ibi, & Accur. C. de legi. leges. ſecundum ius quod ante conſtitutionem erat. & vterque allegat prædi. Authen. dic ſecundum Gar. quod ſi conſtitutio loquatur de ordinatione negotij vel contractus, vt de numero teſtium, de ſcriptura vel alia ſolemnitate, vera eſt opinio Goffre. Non enim pars poterit diuinare. C. de teſta. teſtium. C. de teſta. iubemus. 82. diſt. propoſuiſti. Si autem conſtitutio loquatur circa ordinationem ſententiæ vel proceſſus: pone exemplum de iuramen. calum. c. 1. § vlt. de ſent. & re iudic. c. vlti. poteſt vera eſſe opinio. Hoſtien. ita quod proceſſum cauſæ. iam factum non tangat, ſed faciendū. & quòd aliàs conſtitutio de ſui natura non extendatur ad pendentia : probatur opti. infra de offi. lega. c. penulti. in fine.

3 De materia gl. vide Pe. de Anc. late loquentem. Font.

[Glo ſeq. de duobus ſimul quærit, & ſoluit. Iterum quærit: arg. pro & ſoluit contrarium.]

n ¶ Carere.] ipſo iure: Si quæratur an epi poſſint in ætate diſpenſare ſecundum quod olim à quibuſdam dicebatur per

illam

etiam, [a] qui ad huiuſmodi regimen aſſumetur, vt gregis ſibi crediti diligentius curam gerere poſſit, in parochiali eccleſia, cuius rector [b] extiterit, reſidere [c] † perſonaliter [d] teneatur: Et infra annũ [e] à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandũ, ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Quòd ſi infra idem tempus. [f] promotus non fuerit: eccleſia ſibi commiſſa, nulla etiam præmiſſa monitione, ſit præſentis conſtitutionis auctoritate priuatus.. [g] ¶ Super reſidentia vero (vt præmittitur) facienda, poſsit ordinarius. [h] gratiam diſpẽſationis ad tempus [i] facere, prout cauſa rationabilis id expoſcit.

¶ Idem in eodem.

¶ Parochialis eccleſia non commendetur, niſi conſtituto in ætate legitima, & ſacerdotio: & tali non niſi vna; & illa tunc demum, cum neceſſitas: vel vtilitas exigit. Talis autem commenda vltra ſex menſes non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, eſt irritum ipſo iure. Ioannes Andr.

CAP. XV.

NE-

¶ Idem Dominicus. F.

illam decr. de æta & qual. præterea. & c. indecorum. & vtrum diſpenſatiue poſſint annum prorogare? Dic ꝙ nõ per decre. iſtam, quæ ſolum ſuper reſidentia eis poteſtatem diſpenſandi reſeruat: 1 eo tamen ſaluo, quod habes. ĩ. eo. ti. cum ex eo. De diſpenſatione aũt ordinũ nihil hic prohibetur: vnde antiquo iuri ſtabitur, ſcilicet illi decre. præterea. Sed nũquid non conſtitutus in maioribus vel in minoribus de iure cõmuni ad talem eccleſiã eligi poteſt? & videtur ꝙ ſic: quia iſta decre. nihil exigit niſi ꝙ promoueatur infra annum: ſed ad omnes ordines ꝓmoueri poterit infra annum. Sed dic contra: quia hæc decre. præterea. nihil per iſtã immutat, immo per iſtam quodãmodo exponitur, quod ibi dicit, infra breue tempus.

¶ Idē cauet conc. Trid. ſeſſ. 6. de refor. c. 2. qđ omnino videas.

Idem Dominicus. F.

a ¶ Is etiam.] tertia pars, in qua ponit de reſidentia facienda.

b ¶ Rector.] vel perpetuus vicarius: in quo locũ habet, quod hic dicitur circa ordinem & ætatem, per cle. de offi. vic. quę de eccleſijs, cuius ꝯtriũ dicit hic Arch. per hãc literã.

c ¶ Reſidere.] ad hoc etiam tenebatur olim. ſ. de cler. non reſi. relatum.

c ¶ Reſidere.] is dicitur reſidere, qui continue ibi moratur. arg. C. de metatis. l. deuotum. lib. 12. niſi in caſibus a iure exceptis: in quibus is qui abeſt, fingitur eſſe præſens & reſidere, vt ĩ. de cle. non reſi. de cetero. c. ex parte. & c. cum dilectus. cum ſi. Arch.

d ¶ Perſonaliter.] ergo non per vicarium: niſi in caſu. ſupra de præb. extirpandæ. quam per hanc tolli non credo ſecundum Guil.

e ¶ Annum.] impedimento ceſſante. ſ. eo. ti lib. 6. quã ſit. in fi. & eſt expreſſum ĩ. eod. commiſ. a. & currit iſte annus ex quo habuit poſſeſſionem pacificam: vel per eũ ſtetit quo minus haberet: nec currit iuſte impedito, vt inf. eo. commiſſa & inf. de præb. licet.

f ¶ Idem tempus.] niſi cum eis per epiſcopos ſuos fuerit diſpenſatũ: vt litterarum ſtudio inſiſtentes, non teneantur vſque ad ſeptennium: 2 promoueri: niſi ad ordinẽ ſubdiaconatus dũtaxat: ad quem ſub hac pœna inf. annum promoueri tenentur. ĩ. eo. ti. cum ex eo.

2 Vide cle. vt hi. de ęt. & qual. & conc. Trid. ſeſ. 7. de refor. c. 12. & ſeſſ. 22. de refor. ca. 4. & ſeſs. 24. de reform. c. 12.

[Gl. ſeq. quærit & ſoluit: demum ſoluit duo dubia, & de tertio remittit: vltimo diſtinguit circa compulſionem ad ordines.]

g ¶ Priuatus.] ipſo iure. olim vero per ſententiam. Sed numquid poterit purgari mora anno elapſo ꝑ aliquot dies? Dic ꝙ non, arg. hic & de ſuppl. negl. ꝑla licet. quia commiſſa non poteſt purgari. C. de contrahen. & committen. ſtipula. l. magnam. & adde quod dixi ĩ. de reg. iur. mora. & licet tam modicum tempus reſtet de anno, ꝙ certum eſt eũ non poſſe promoueri: non eſt priuatus. inf. eo. cõmiſſa. 1. reſp. & dico, ꝙ pœna illius cõſtitutionis, cum in cunctis, non eſt remota per iſtam: quia ſi talis eccleſia collata fuerit diacono: & monitus promoueri nolit, etiam infra annum priuari poterit ſecundum tenorem ipſius decret. Et ſi quæratur quando incipiat currere tempus illi, ad quem ſpectat collatio: dicam ĩ. eo commiſſa. Nota autem ex hac decr. ꝙ compellitur quis ad ordines per ſubtractionem beneficij. Sed quia iura 3 ſuper hoc variant: diſtinguas ſecundum Gar. Aut beneficium habet certum ordinem annexum, aut non. Si habet, aut iuſta cauſa excuſat illum, vt pote irregularitas, in quam poſtea incidit ſine culpa ſua, vt quia oculum vel manum amiſit: tunc nec compellendus eſt, nec priuandus. ſ. eo. cum in cunctis. § hoc ſane. Si autem incidit in talem irregularitatem culpa ſua debet amittere beneficium: & ſic intelligitur de æta. & qual. c. 1. Idem ſi ante adeptum beneficium in illam irregularitatẽ incidit qualitercumque: quia id in promotione ſua tacere non debuit. 24. diſtin. quando & c. vlt. ſ. de cor. viti. expoſuiſti. de renun. niſi cum pridem. §. perſonæ. Si autem iuſta cauſa eum non excuſat, aut eſt parochialis eccleſia: & tunc elapſo anno priuatus eſt ipſo iure, etiam ſi nõ moneatur, vt hic: aut eſt aliud beneficium: & tunc ſi monitus non vult promoueri, priuandus eſt. ſupra eo. cum in cunctis. §. inferiora. In epiſcopatu autem non requiritur monitio: ſed ſufficit negligentia electi per tempus à canone terminatum. 100 diſt. c. 1. circa fin. Si vero beneficium non habet certum ordinem annexum: & eccleſiæ neceſſitas vel vtilitas non exigit, inuitus cogi non debet: & punitur qui eum compellit. 74. diſ. c. 1. & 2. & can. vbi iſta. Si autem neceſſitas vel vtilitas eccleſiæ requirit, vt promoueatur clericus: ſi ſe excuſat prætextu criminis, quod ſe commiſiſſe proponit: aut proponit aliud impedimentum in quod incidit culpa ſua: tunc epiſcopus debet inferiores idoneos promouere, & ipſum clericum ab ipſo beneficio penitus amouere: niſi aliàs valde vtilis & neceſſarius eſſet illi eccleſiæ. de ætate & qual. quæris. vbi vero impedimentum temporale prætendit, puta infirmitatem, vel etiam perpetuum ex delicto ſuo non proueniens: non ſolum nõ cogitur: ſed etiam ſi eius excuſatio non admittitur, poterit appellare: ſicut & tutor appellat ob excuſationem rationabilem non admiſſam ff. quando appel. ſit. l. 1. § ſi quis tutor. ꝙ ſi voluntate ſua renuit ordinari, nil prætendens, niſi quia non vult: debet compelli appellatione remota per ſubtractionem beneficij & officij. 74 diſt. c. 3. & 4. De regularibus dic vt in clemen. de ſtatu regu. ne in agro § antepen.

3 Vide iura & conc. Tr. pauloante citatum.

[Glo. ſeq. reci. per quæſtionem.]

h ¶ Ordinarius.] i. ſuus ſuperior: ſiue ſit epiſcopus, ſiue maior vel inferior epiſcopo. ĩ. de cler. non reſi. relatum: & ſic illud intelligunt Inno. & Hoſt. diſpenſationem autem illius c. ĩ. eo. cum ex eo. non poſſunt inferiores epiſcopis facere, vt ibi dicam.

i ¶ Ad tẽpus.] bene dicit: quia nec Papa ſuper reſidentiã dat perpetuas indulgentias: & datas per prædeceſſores reuocat, vt ſupra eo. lib. de reſcr. c. vlt.

NEmo.] Tria facit. Primo præmittit cui, & quando fiat commenda parochialis eccleſiæ: Secundo quãtum duret: Tertio decretum apponit. Secunda ibi, Huiuſmodi autem: Tertia ibi, Statuentes.

ADDITIO. Et Io. Mona. diuidebat in quattuor: Secunda ibi: Nec tali. Ioan. And.

CASVS.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia, epiſcopus non habens ad manus perſonam idoneam: vel forte patroni contendebant de iure patronatus: certum eſt ꝙ iſte epiſcopus poteſt ad tempus cōcedere alicui iſtam eccleſiā in commendā: Sed quæritur, quæ ætas, & quæ aliæ qualitates requirūtur in commendatario? Reſpondet quòd requiritur, quod commendatarius compleuerit annum xxiiij. & attigerit xxv. annum. Item requiritur, quòd ipſe ſit conſtitutus in ſacerdotio: Nam requiritur quod exerceat ea quæ ſacerdos exercet. Item tertio requiritur quòd non habeat aliam eccleſiam in commendam. Sed vtrum in perpetuum poterit epiſcopus eccleſiam commendare? Certe non: ſed ſolum vſque ad ſex menſes: & in effectu poteſt epiſcopus eccleſiam cōmendare vſque ad illud tempus, quod habet in ſua collatione. Nemo. Iſta conſtitutio non comprehendit Romanum Pontificem: quia Romanus Pontifex nō poteſt ſibi legem imponere. Nota primo, ꝙ epiſcopus (idem de alio ſuperiore) poteſt eccleſias ſpectantes ad ſuam collationem commendare, i. tradere in cuſtodiam, & alicui committere adminiſtrationem ad tempus: ſed talis commendatarius per hoc non habet titulum in eccleſia ſibi commendata. Nota vlterius, ꝙ epiſcopus poteſt eccleſiam commendare vltra ſex menſes: ideo elapſis ſex menſibus expirat cōmenda: ſed Romanus Pontifex poteſt in perpetuum commendare: Vnde ſciendum, ꝙ commendatarius in eccleſia ſibi commendata non dicitur habere titulum, & ideo non vacat per mortem cōmendatarij: Ex quo ſequitur, ꝙ ſi poſt mortem cōmendatarij impetraretur eccleſia commendata tanquam vacās per mortem: impetratio eſſet ſurreptitia; quia eſſet expreſſus falſus modus vacationis: & hoc verū: niſi in impetratione eſſet appoſita iſta clauſula, & hoc quocunque modo vacet. Nota inſuper ꝙ commenda eccleſiæ parochialis non poteſt alicui fieri, niſi conſtituto in ſacerdotio: licet eccleſia parochialis poſſit alicui dari in titulum non conſtituto in ſacerdotio. Nota finaliter, ꝙ cōmendatarius tenetur reſidere in eccleſia ſibi cōmendata: ideo non poſſit ſibi dari alia commenda: q̄a nemo pōt reſidere perſonaliter in duobus locis.

† Vacantibus eccleſijs parochialibus q̄d agēdū, diligenter p̄ſcribit concilium Tri. ſeſ. 24. de ref. c. 18.

Nemo a † deinceps b parochialē c eccleſiā, alicui nō cōſtituto in ætate d legitima, & ſacerdotio, e commendare f præſumat: nec tali g ēt niſi vnam, h 1 &

† Vide concilium Tri. ſeſ. 7. de refo c. 2. & 4. & ſeſſ. 14. de ref. c. 17.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Nemo. Parochialis eccleſia non cōmendetur niſi cōſtituto in ætate legitima & ſacerdotio: & tali nō niſi vna: & illa tunc demū cū neceſſitas vel vtilitas exigit. Talis aūt cōmenda vltra ſex menſes nō duret. Quod cōtra prædicta factū fuerit, eſt irritum ipſo iure. Io. An.

b ¶ Deinceps.] Per hoc verbum apparet, ꝙ hæc cōſtitutio ad præteritas 1 commendas non extenditur: & quia natura conſtitutionis eſt, ꝙ non extendatur ad præterita. & de hoc ſupra c. prox.

1 Hac additionem de tēporib. diuerſorū cōciliorū ponit Io. An. hic in lectura ſup gl. 2. in verbo: præteritas.

ADDITIO. Fuit hoc concilium, vt refert Fran. Vercel. anno Domini 1274. à principio Maij vſque ad Auguſtum, & hoc de Lugdun. Gregorius x. Prius aūt fecerat Lugdun. Inn. iiij concilium anno Dñi. 1245. vt patet in Spec. hiſtoriarum, lib. vlt. in prin. De Vieñ. quod fuit 1311 & xij. vide in Clemen. cum ſit de cenſi gl. penult. De Lateraū. Alexan. iij. quod fuit 1179. dixi de his quæ fiunt à præla. cum Apoſtolica. in fi. De generali Innocen. iij. quod fuit 1215. dixi ſupra de deci. c. penul. Ioan. And.

c ¶ Parochialem.] 2 In alijs ergo nihil immutatur: ſed remanet ius antiquum, ſecundum Gul. ad hoc C. de appel. præcipimus.

2 Quid requiratur ad hoc, vt eccleſia cēſeatur pochia. not. Alexā. conſi. 74 incip. Viſo pūcto. vol. 4.

diſt. epiſcopus. & ſollicitus debet eſſe ad hoc. C. de tẽp. ap. cũ anterioribus §. in his. [1] Credo ſecundum Gar. & Gul. tutũ eſſe electũ pluries proteſtari, ne de negligentia arguatur, & ſic doceat ſe agere voluiſſe. quod no. Inno. de pſcr ex tranſmiſſa. ad hoc. C. de vſur. pupil. l. fin. Si tñ hora & loco cõpetentibus Papam requiſiuit, & eius copiã habere non potuit: & hoc legitime fuerit proteſtatus, ſibi tps nõ curret, donec Papa copiam ſui fecerit: quia talis licet vnica proteſtatio curſum t pis impedit ff. qñ ap. ſit l. 1. § biduũ verſ. dies. & 2. q. 6. biduum. & argu in l. ut perfectius. Et ſi Papa electos ad cameram cõſueuit admittere, licet in publico non faciat copiã ſui: hoc corã oſtiarijs, tabellione, & pſonis quæ occurrerint, proteſtetur. ĩ de appell ſi iuſtus. & prædicta l. ut perfectius facit cle. quamuis. 1. rñ. de appel. & in ſcriptis proteſtatur, vt in Auth. de tempo. non ſol. pe. §. conſtitutionem. coll. 7.

ꝙ amicus qui proponit excuſationẽ, cauere volens, ꝙ electus infra prędictum tempus ratam habebit, de ęquitate admittendus eſt: & tunc ſatis eſt electo, quò d infra prædictum tempus ratificet. Io. And.

h ¶ Veriſimilia.] ſi autem proponat cauſam legitimã quoad ius, nõ tñ quo ad factũ: & vult probare, inf. tempus debitũ audietur, qa plena ꝓbatio pſumptioni præferenda eſt. ff. de his qui ſunt ſui. l. filiũ. & pone exẽplũ ſecundũ Gar. Io. Mo. & Arch. qa valde potẽs homo dicit ſe ab impotente detentũ: vel coram iudice impreſſionem paſſum. ff. quod met. cau. nõ eſt veriſimile.

pus [a] huiuſmodi (coram nobis, vel alio, ſeu alijs deputando, vel deputandis à nobis, ſi admittenda uidebitur [b]) teneantur apud [c] ſedem ipſam facere plenam fidem: [d] Niſi vel [e] infra eoſdem viginti dies, [f] ſeu prędictos quindecim, eo caſu tantum (cum ad prædictam cauſam propoſitam, [g] vt prædicitur, & admiſſam probandam cõceſſi fuerint) talia, & tam veriſimilia [h] proponi cõtingeret, quæ [i] iudicio præſidentis, electos ipſos ab infraſcripta pœna merito excuſarent: & propter † quæ forſitan videretur eidem ad prædictam comparitionem [k] tẽpus proxilius [l] indulgendum. Inſuper etiam eo caſu, quo ad perſonalem electorum comparitionẽ excuſandam, aliquam iuſtam cauſam proponi contigerit, vel [m] admitti: niſi tunc [n] infra idem tempus [o] iuſto impedimento [p] ceſſante, per procuratorem [q] ad præmiſſa [r] omnia ſufficienter inſtructum: † & nihilominus [s] ipſa cauſa ceſſante [t] (vt præmittitur) ſe perſonaliter præſentauerint: [u] electiones de ipſis factas, eo ipſo uiribus vacuan-

i ¶ Præſidẽtis.] ſummi Pontificis, vel alterius ab eo dati.

k ¶ Comparitionẽ.] pſonaliter faciendã.

l ¶ Prolixius.] arbitrarium, habita tñ cõſideratione impedimenti, & qualitatis negotij. Placet hoc Io. Mon. & Arch.

m ¶ Vel.] pro, &.

a ¶ Tempus huiuſmodi.] viginti dierum.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

b ¶ Videbitur.] quid ſi dum iudex deliberat, an ſit admittenda vel non, labitur tps? nunquid nocet electo? Credo ꝙ non [2] ſm Gar. & Gul. ĩ de appel. ex inſinuatione. 2. q. 6. biduum. C. de temp. appel. auth. ſed & lis canonizata 2. q. 6. Idem Io. Mo. & Archid.

c ¶ Apud ſedem.] ergo non alibi: niſi forte iuſta cauſa ſuaderet contrarium. ĩ eo. verſi. electos.

[Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem, an opponens, &c.]

d ¶ Fidem.] per teſtes, vel alium legitimum modum probandi. de reſt. ſpol. cum ad ſedem. & ſi ex parte electi probetur iuſta cauſa abſentię, & opponens vult contrarium dicere, bene audietur: ne quis per teſtes falſos obtineat. de teſtib præſentium. & quia probare volenti mos gerendus eſt ff de proba. circa. iudex tamen accelerare debet quantum poteſt: quia hæc eſt eius conſtitutionis mens, ſecundum Gar. & Gul.

e ¶ Niſi vel.] hic eſt verſ. & exceptio ab eo, quod dictũ erat, ꝙ debeant electi perſonaliter comparere, aliàs cadant a iure ſuo: & hoc verum eſt, niſi, &c. & hoc probat littera inf. comparitionem.

[Glo. ſeq quærit, & ſoluit.]

f ¶ Quindecim.] qui dantur ad probandam cauſam ꝓpoſitã. Sed nunquid iudex datus à Papa illos dies poterit abbreuiare vel prolongare? Dic ꝙ non, ſm Gul. & Gar. & Io. Mo. & Arch. cũ ſit tempus limitatũ à iure, ſicut nec dies qui dantur ad appellandũ. 2. q. 6. anteriorũ. & q dantur ad integrã reſtitutionẽ petendã. C. de tẽp. ĩ integ. reſt. l. ſuperuacuã. & facit cle. de ĩ inte. reſt. ab eccleſia. gl. probat Phi. Bar in l. 2. de re iud. Fon.

[Glo. duæ ſeq. ſoluunt tria dubia.]

g ¶ Propoſitam.] qui eam proponit, debet habere mãdatum, aliàs non videtur huic conſtitutioni ſatisfactũ cum ĩ dicatur, per procuratorem ad præmiſſa, &c. ſi tamen gerens negotium ſine mãdato excuſat, & admittatur. ſi electus ratum habet infra hoc tempus, infra quod ſe debuit excuſare, credo ꝙ ſufficit. ff. rem ratam hab. l. pen & facit quod dixi ſupra eo. quàm ſit.

ADDITIO. Item dicunt Gar. Ioan. Mona. Archid.

n ¶ Tunc.] ſcilicet, cum iuſta cauſa proponitur, admittitur & probatur.

o ¶ Tempus.] infra quod debuit electus perſonaliter comparere.

[Glo. ſeq tractat an ipſo iure, &c. & inſtruit iudicẽ, ne acceleret.]

p ¶ Impedimento.] & ſic in pœnam non incidit: ſi iuſtum impedimentum aduentum procuratoris impediuit. [3] Et credo ſecundum Gar. Io. Mo. & Arch. ꝙ ſeruetur illæſus ipſo iure ſine aliquo reſtitutionis auxilio per hanc litteram. Si autem electus inf. tempus nec venit, nec miſit: & aduerſarius præſens petat pronunciari ipſum in conſtitutionem hãc incidiſſe: iudex in hoc caſu bene faciet non multũ accelerando: maxime ſi ſit ſpes de vicino aduentu. ĩ. de dolo & contu. cum dilecti ſed ſi proceſſerit iudex: & electus veniens probat impedimentum, propter quod nec venire, nec mittere potuit: reſtituetur contra proceſſum. ĩ de re iud cum Bertholdus. ff de dam. infe. ſi finita. §. ſi forte. Hoc placet Io. Mon. & Archid.

q ¶ Procuratorem.] ſpecialis caſus, cum aliàs in arduis impeditus non compellatur procuratorem cõſtituere. ſup de proc. querelam. vbi de hoc. & 5. q. 3. ſi ægrotans.

r ¶ Ad præmiſſa omnia.] ſ. proponendũ, & probandũ iuſtam cauſam abſentiæ: & petendã confirmationẽ, & proſequendã electionem. Et ſic nota, ꝙ proponens cauſas abſentiæ, debet habere mandatum, vt ſ dixi.

s ¶ Nihilominus.] id eſt non obſtante ꝙ procuratorem miſit.

t ¶ Cauſa ceſſante.] impedimẽti: ꝓpter q (aliàs ꝓpter quam) electus ſe perſonaliter præſentare non potuit.

[Glo ſeq. recip. per q. an habere debeat omne tempus, &c.]

u ¶ Præſentauerint.] dato ſibi poſt impedimẽti ceſſationẽ omni tpe, qđ à principio hac conſtitutione dabatur: vnde habebit menſem ad ſe parandũ, & tps arbitrariũ, & adhuc xx. dies: & hoc voluit dicere ſuperior littera, vt præmittitur. Et quod dico de meſe, qui datur ad iter arripiendum: intelligo cum tale fuit impedimentum, quod non ſolum iter, ſed paramentum etiam impediuit, ſecundum Gar. (Io. Mo. & Arch.)

[1] Loquitur de appellante, q debet eſſe ſollicitus colligẽdo acta, offerendo illa, & apoſtolos, nota riis cauſam introducendo. Io. An.

† al. ita: quę in iudicio, &c.

† al. ita: & ꝓpter hoc, qđ forſitã, &c. ſed in antiquis codicibus vt plurimum legitur ita: & ꝓpter quod, &c.

[2] Idẽ Do. & Phil. vide Bal. in l. 1. in princ. C. de iura. calum. Fõ.

Dilationes iuris, an poſſit iudex abbreuiare, vel prolõgare.

† No. non nunciũ, ſed inſtructum procuratorem mittendum, vbi ꝑſona comparere non poteſt. Bar. in l. 2. ff. de diuer. & tẽpo. præſcri. Phil. Fon.

[3] Vel ipſius conſtitutionẽ, vt quia ĩ carcere tenetur electus, taliter incluſus, ꝙ nec ꝓcuratorem cõſtituere põt. Io. And.

[Glo.ſeq.recit per tres qõnes,quis prouideat, an appelletur,&c. an electus contra coelectum audiatur.]

¶ Priuatos] & pertinet prouiſio ad Papã ſm Gar. 1 cum mens cõditoris fuiſſe videatur, ex quo negotium eſſet in curia. ꝙ Papa prouidere deberet, aliàs nõ eſſet celeris eccleſiarũ expeditio: & ex poteſtatis ſuæ plenitudine poteſt facere qđ vult: ſed de iure credo contrarium, & dico,ꝙ ſi canonici deliquerunt in perſonã vel formã: tunc locũ habet decr.ſ.e.quam quam. Si aũt non deliquerint: electio reuertitur ad eoſdem. ſ. e ſi electio. Nec dicã contrarium i hoc caſu: cũ nõ reperiam expreſſum: nec per ſubauditiones ſunt iura reuocanda, vt dixi ſ.e §.in gl. ex quo aũt.nec obſtat cle. vt li.pen ſi duobus.quę non loquitur in electis, vt ibi patet. in prin.& vide quod ibi no.gl ſecus. Si aũt iudex datus à Papa pronunciat electũ incidiſſe in hanc conſtitutionem, ſi conſtat eum non incidiſſe,vel eſt dubium, admittetur eius appellatio;ſi autem conſtat eũ incidiſſe,non admittetur: quia à pœna legis vel canonis non appellatur ſupra de appel.quia nos.ff de verbo.ſig. ſi qua pœna. ſecundum Gul.& Gar. Et ſi electus priuatus hac conſtitutione opponat ſe alteri electo, vt vnus de capitulo, admittendus videtur: quia excluſus ab illa parte,vnde liberi; admittitur ab illa parte, vnde legitimi. ff de ſuc.edic.l.1. §.quibus.quod intelligo verum,ſecundũ Gar. ſi in alio capite ſatisfactum eſt conſtitutioni: quia perſonæ inſtructæ miſſæ ſunt: priuatus eſt enim ſolum iure ſibi quæſito per electionem, vt dicit hæc littera.

1 Idem Archidiacon⁹, qui dicit, ꝙ ſic ſeruatcu ſtis. Io. An.

tes: ipſos omni iure (ſi quod eis per electionem huiuſmodi quæſitum eſſet) decernimus eſſe priuatos. a ¶ Electos vero, qui ſe ſine actis, iuribus & munimentis ſuis, & proceſſus ſuos contingentibus, perſonaliter, vel per procuratorem (vt præmittitur b) præſentauerint: ea volumus ex contemptu conſtitutionis huiuſmodi, eo caſu c pœna percelli: vt pro exhibendis illis, alibi quàm apud ſedé ipſam (niſi ex iuſta cauſa d) nõ poſſint dilationem aliam obtinere. ¶ Ad hæc e vt diligẽs inquiſitio ſuper electionibus, f & eligentibus, g & electis, h ac alijs præmiſſa i contingentibus, plena k informatio poſſit haberi (quam informationem per procuratores: qui vt plurimum conſtituuntur abſentes, l & proceſſus ignari) curſus cauſarum non ſenut de facili prouenire: m de ipſis electoribus duæ n perſonæ ad minus, ſuper negotio ipſo, vt de electis præmittitur, o ſufficienter inſtructæ (quando electionem concordem p eſſe contigerit) infra idem tẽpus, q per r capitulum expẽſis s bonorum ad Prelatum ipſius eccleſiæ, de cuius ele

a ¶ Præmittitur.] ſ.in caſu,in quo mittẽdo excuſatur.

c ¶ Eo caſu.] ſ. quando veniunt,vel mittunt ſine actis.

d ¶ Ex iuſta cauſa] vt quia inſtrumentum detulit, & amiſit: vel aliqua de nouo opponuntur,vt dixi ſ.in gl. vt diſpenſatio, quæ eſt gl.vlt. ſ. in prox.parte.

e ¶ Ad hæc]tertia pars,poſtquam dixit ad quid tenentur electi: dicit ad quid tenentur electores, & dic ad hæc, id eſt, præter hæc.

f ¶ Electionibus]vt ſi forma decr. quia propter, fuerit obſeruata. & quæri debet diſtincte de quolibet ipſius decretalis articulo, de quo in dubium reuocatur.

g ¶ Eligentibus.]vtrum excommunicati maiori,ab homine ſuſpenſi,priuati à canone:hi enim eligere nõ poſſunt.ſ. eo cum in cunctis, & c cum inter R.de conſuet. cum dilectus.cũ ſi.Item de alijs, quę circa hoc fuerunt in dubium reuocata.

h ¶ Electis. inquiretur circa hoc de his quæ habes ſ. eo.cum in cunctis & 15.diſt.vſque ad 49.

i ¶ Præmiſſa.] electiones, electores, & electos.

k ¶ Plena.] per hanc litteram & ſequentem dico ſecundum Gar.& Gul & Io.Mo.ꝙ ſi mittãtur canonici, qui tamen non interfuerunt negotio,quod non ſufficit; cũ & infra dicatur,ex ipſis electoribus,&c.

ADDITIO. Tamen vt dicit Archidiaconus, non eſt neceſſe quod fuerint compromiſſarij, vel ſcrutatores. Ioan. And.

l ¶ Abſentes.] quod aliàs eſſe poteſt.ſ.de proc. licet.

m ¶ Prouenire.] & licet per talem procuratorem poſſet inſtructio prouenire: nihilominus veniunt hæ perſonæ,ſecundum Gul.Gar.& Archid. & facit quod dixi in prin. ſuper verbo, periculoſis.

[Glo. ſeq. recit. per tres quæſtiones.]

n ¶ Duæ perſonæ.] hæ perſonæ procuratorium ab eligentib. habere debent: 2 vel aliàs apparere quomodo traſmiſſi ſint. ar.ſ.de hær. cũ ex iniuncto, & ſi iſtæ perſonæ non venerint, electus tñ vult plenã inſtructionẽ facere p alios: ſufficit quo ad ſe,ſed nõ quo ad electores: quia pœnam incurrent. inf.e.§.cęterũ. Et ſi perſonæ inſtructæ venerint, & ante inſtructionem cauſæ deceſſerint: poſtquam ſciuerint hoc eligentes, tenentur alias pſonas mittere infra tantum tẽpus, quantum ſuperſtes eſt taxatũ: alias propter nouum contemptum pœnam incurrent: licet à principio negligentes nõ fuiſſent ad iſtar eius quod dicitur de electo.ſ.eo.§ prox. verſi.inſuper.

o ¶ Præmittitur.] ergo venient cum actis, iuribus, & munimentis,ad idem inf.§.prox.

ADDITIO ſecundum Gar. Idem Io.Mo. & Arch. Poſſet enim contingere ſecundum eos, ꝙ electus non deferret munimenta: & ſic etiam illis nõ deferentibus cauſa inſtrui non poſſet. Io. And.

p ¶ Concordem.]licet quidam dicant electionem concordem,quæ a maiori parte capituli facta eſt: Tu dic ſecundum Gul.& Gar.& Arch. concordem quando omnes conſentiunt nemine diſcrepante. Ille enim intellectus eſt contra ſignificationem vocis: & probatur hoc inf.§.prox.& inf.eo.quorundam.

[Glo ſeq. reci.per quæſtiones, quid ſi electus ſit remotior, vel propinquior, vel in curia, vel ſi ſint duo, quorum alter ſolus ſit in curia.]

q ¶ Idem tempus.] inf. quod electus debet pſonaliter cõparere,&ſi electus ſit remotior q̃ electores,ſufficit ꝙ perſonæ inſtructæ veniãt intra id tp̃s, inf.quod electus remotior venire debet.ſm Guil.& Gar.ſi aũt electus eſſet,propinquior: dico eligentes habere menſem,& tp̃s arbitrarium,& xx.dies:ad impoſſibile enim non obligatur inf de reg.iur.nemo. cum ſuis concord & verba ſunt ciuili modo intelligenda. ff ad exhi.l pen. & dico ſecundũ Guil.&Gar.ꝙ ſi in curia ſit ille,qui eſt electus vltra montes,habebunt perſonæ inſtructę tp̃s ad veniẽdum,quod haberet electus, ſi eſſet in eccleſia,& curreret à die eis notificati conſenſus exhibiti: tutius tñ eſſet,ꝙ cum mittunt pro cõſenſu mitterent & perſonas inſtructas ſecundum formã huius decr. tñ licet hoc nõ fecerint,non incidunt in pęnam. Qualiter.n. arctari debent ad proſecutionem cauſæ donec ſciant an electus conſentiat. Item dico ſecundũ eoſdem, ꝙ ſi duo ſunt electi, quorum vnus eſt in curia, alter in eccleſia: ille qui eſt in eccleſia,ſtatim poſt ſuum conſenſum exhibitum arctatur hoc tempore:cum enim decre. iſta dicat: poſt conſenſum,&c. ſtabimus textui: nec dicemus,ꝙ habeat vel poſſit expectare conſenſum alterius electi.

s ¶ Expẽſis.]neceſſarijs,&moderatis,vt ſequit̃ in ſeq.§.

[Gl.

2 Ad inſtructionem potius, quàm cõfirmationẽ petendã. vel contradicendũ aduerſario ſecundũ Archid.

† Hæc periodus in antiquis codicibus ita habet: per capitulum in expẽſis: de bonis ad Prælatũ ipſius eccleſię de cuius electione agit, ptinentib⁹, ſi ſint diſcreta, alioquin de cõibus, vel p ipſum capitulũ aliũ de prouiſis, ſi de ipſis, &c.

Electio quæ dicitur concors.

ctione agitur, pertinentium, ſi ſint diſcreta: [a] alioquin [b] communium: vel per ipſum capitulum aliunde [c] prouiſorum, ſi de ipſis diſcretis, vel communibus tunc haberi non poſſint, [d] ad omnia inſtructæ plenarie, tranſmittantur. [e] ¶ Si vero [f] in diſcordia electio, vel electiones ipſæ proceſſerint: tunc duæ [g] perſonæ ad minus de parte qualibet, (cum ſint plures [h]) vel de parte electi (cum electio vna proceſſerit) in neceſſarijs [i] & moderatis expenſis electorū: Quas ſi electi exhibere contempſerint [k] (niſi forſan ipſos facultatum impotentia [l] pro qualitate negotij excuſaret) omni iure ipſis ex tali electione q̄ſito priuentur. [m] Et † quando vnicus [n] eſt electus, cui aliquis vel aliqui ſe opponunt: [o] eo caſu tā

[Glo. ſeq. ſoluit dubium: ſecundo quærit, & ſoluit.]

a Vide Bar. in l. 4. §. a. ctor. ff. de re iudi.

a ¶ Diſcreta.] a Si autem aliqua ſint diſcreta, aliqua cōia: fiant de diſcretis pertinentibus ad prælatū, ſi ſufficiunt: aliàs quod deeſt, per hanc litteram de cōibus ſuppleatur (ſecundum Archi. & Io. Mon.) Sed ſi de bonis eccleſię plus recipit vnus, quàm alter: dabit ne tm̄ vnus ſicut alius? Dicas ſecūdū Gar. ꝙ eſt triplex genus expenſarū: in expēſis, quæ fiunt in cauſis vel negotijs generaliter ad totam eccleſiā pertinentibus, fit contributio ſecundum facultates: vt qui plus habet, plus ſoluat. de cenſ. ſopitæ. & c. cum inſtantia. ſicut in naui iacturæ ſummam pro pretio rerum diſtribui oportet: & qui plures res ſaluabit plus conferet. ff ad l. Rhod. de iact. l. 2. § cum in eadem. verſi. iacturæ ſummam. Aliæ ſunt expenſæ pertinentes tantum ad bona diſcreta, puta ad dignitatem: tunc de illis bonis diſcretis fieri debent expenſæ, dummodo ſufficiant. In expenſis vero, quæ pertinent ad bona communia: de communibus hæ fieri debent. hoc ſatis probat hæc littera, ſecundum Gar.

b ¶ Alioquin.] i. ſi bona diſcreta non ſunt.

a Nō tamē alienabunt bona ad epiſcopū ꝑtinētia 12. q. 2. ſi qua de rebus. Archid. Io. And.

c ¶ Aliunde.] ꝓhendo mutuū. a cū manifeſta ſit in hoc eccleſiæ vtilitas. 10 q. 2. ꝓcariæ. 12. q. 3. quicūque. vel ſi id commode fieri non pōt: à diœceſanis clericis charitatiuū petant auxiliū. de cenſi. cum Apoſtolus §. prohibemus. tractatur enim ſubditorū ſalus. 61. diſ. miramur.

ADDITIO. Idem Ioan. Monach. & Archid. alleg. 8. q. 1. c. 1. & 2.

d ¶ Non poſſint.] commode. ff. de verb ſig. nepos.

e ¶ Tranſmittantur.] non ergo ſufficit eos eligere, niſi tranſmittantur. Si ergo electi primo nolunt ire, alios eligant & tranſmittant: illi autem electi, qui venire noluerint, hac pœna tanquam culpabiles puniātur. ĩ. §. ceterum. quod enim fit à maiori parte capituli, minor pars ſequi tenetur, niſi rationabile quid oſtendat. de ijs quæ fiunt à maiori par. cap. c. 1. vnde venire tenebantur: ad idem 3. q. 1. nulli. 7. q. 1. quia frater. 16. q. 1. vos autem fratres. & quod ibi notatur.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Arch. Et ſcias ꝙ non excuſantur pro eo ꝙ ſint alij in eccleſia ad hoc officium digniores, vt not. 11. q. 3. quid ergo. & 23. q. 1. c. vlt. Ioan. Andr.

f ¶ Si vero.] quarta pars ponit quid iuris de miſſione perſonarum, quando electio facta eſt in diſcordia.

g ¶ Duæ perſonæ.] cōpareant: quod eſt ĩ. & ſi iſtæ ꝑſonæ ſe aduerſàrios in iudicio conſtituant, nihilominus inſtruere poſſunt: cū & infra dicatur: opponentes inſtruunt, nec ſunt iſti proprie teſtes: ſed inſtruunt cauſam cum actis, iuribus, & munimentis: & per hos inſtruetur Papa, vel auditor in facti veritate.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Arch. qui dicunt cū Garſia, ꝙ ſi omnes inſtructores vtriuſque partis inſtruunt, vt teſtes: & concordant omnes, vel maior pars: creditur eis. de teſti. c. in noſtra. Si vero non concordat pars maior, creditur eis contra partem ſuam, ſed non contra partem aduerſam, cum ſint ſuſpecti de exce. c. 1. & 3. q. 7. teſtes. niſi doloſe dicerent contra partem ſuam. ĩ. de ſimo. nobis. Ioan. And.

h ¶ Plures.] electiones. & intelligas ſiue ſint duæ, ſiue plures: dummodo omnes ſuas proſequātur electiones, ſecundum Gar. Io. Mona. & Arch.

i ¶ Neceſſarijs.] quæ ſunt illæ, quibus non factis res peritura erat, vel deterior futura: Vtiles quæ meliorē cauſam faciunt, & deteriorem eſſe non ſinunt. ff de verbo. ſig. l. impenſæ. & dico (ſecundum Gar. quod placet Archi. & Io. Mo.) ꝙ conditione ex hac decre. electi non tenebuntur ad vtiles, cū de neceſſarijs tantū dicatur: ſed actione negotiorum geſtorum bene. ff de neg. geſt. ſed an vltro. ſu. de procurat. cum pro cauſa.

[Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & contra, & ſoluit.]

k ¶ Cōtempſerint.] Sed an teneatur offerre, an ſufficiat ꝙ paratus ſit ſoluere, dubitatur. & videtur ꝙ teneatur offerre. C. de contrahen & commit. ſtipu magnam, ff de leg. commiſſ. l. ſi fundus. ad fin. vbi dicitur, quòd offerre tenetur, aliàs in pœnam incidit. & ſupra de loc. potuit. Arch. contra ff. quorum legatorum. l. fin. § 1. vbi dicitur, quòd ſufficit ſi paratus ſit ſatisfacere, nec tenetur offerre: ſed moram petenti non facere. ff. de oper. liber. cum patronus ff de dam. infec. l. 4. §. hæc autem. Sol dico ſecundum Gul. & Gar per iura vltimo allegata & per decre. de iureiur. breui. & ĩ. de ſent excom. cum medicinalis. § quiſquis. ver. exemplum. & per litteram iſtam, quæ dicit, contempſerint, ꝙ ſufficit ſi ſoluere ſit paratus: & contraria loquuntur, cum ſtatuta eſt dies, quæ interpellat.

Contēnere non dr̄, qui non interpellatur.

† Hæc period᷒ vt plurimū in antiquis exēplaribus legĩt ita: Et qñ vnicus eſt electus, cui aliquis, vel aliq̄ ſe opponunt: in expenſis ipſorū proprijs eo caſu tā opponēs, quàm opponētes huiuſmodi ſi duo tm̄: vel ſi plures duo ad min᷒ ex ipſis opponētibus in expenſis ipſorum opponentiū, plene, &c.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem, quis ſoluat expenſas in caſu impotentiæ, vel noluntatis.]

l ¶ Impotentia.] & tunc expenſas dare tenentur electores: vbi enim ius poſtulatum excuſat: incumbit hoc onus poſtulantibus. ĩ. §. pen. à ſimili, vbi ius excuſat electum, incumbit onus expenſarum electoribus. & ſatis hoc patet ĩ. §. proxi. verſi. vel ſi perſonas. & idem dico, ſi electi poſſunt, ſed nolunt has expenſas ſoluere per alleg. verſi.

m ¶ Priuentur.] per ſententiam, vbi enim vult decre. hæc, ꝙ ſit canon latæ ſententiæ, bene hoc exprimit: ita & hic feciſſet, ſi hoc voluiſſet. ſup. de deci. ad audiētiā.

ADDITIO. Non tamen punientur iſti vt trāſgreſſores canonis pęna depoſitionis de qua 4. diſ. denique. § ſi. cū hic ſit certa pœna ſtatuta ff de pœ. ſanctio. Nec debet quis duplici pęna puniri. de iudi. at ſi clerici. in ſi. ſecundum Gar. & Io Mona. Ioan. And.

[Glo. ſeq. reci. per q quid ſi ſint plures electi.]

n ¶ Vnicus.] ſi ergo ſunt plures electi: dico per hanc litteram, & per illam infra §. proximo. opponentis, vel opponentium, cum vnicus eſt electus: quòd opponentes venire non tenentur: iſta enim decretal. non compellit alios venire, niſi electos, poſtulatos, & perſonas inſtructas, & opponētes, cum vnicus eſt electus, à verbis ergo non recedam: immo verbis edictis deſeruiam. ff. de legat. 3 non aliter. ſupra de reſcriptis, ſuſceptum. eodem lib. & hoc intellexit Guliel. & Gar. de his opponentibus, qui ſunt de electoribus: pro illis enim veniunt electi, & perſonæ inſtructæ: ſed ſi aliqui ſint opponentes præter electores: puta diœceſani, clerici, vel alij quorum intereſt, ipſi venire debent: ſed eadem ratione qua ſupra dici poſſet, quòd in eis locum non habeat hæc decretalis, ſed illa ſupra eodem, ſtatuimus.

Opponētes an cogātur per conſtitutionē, capientes venire ad ſedē Apoſtolicam, qñ ſint plures electi.

o ¶ Opponunt.] in formam vel perſonam, aliquid obijciendo ĩ. eo. c. 1.

[Glo. ſeq quærit quid de epiſcopo.]

opponentis a quàm opponẽtes huiuſmodi, ſi duo b tantum, vel ſi plures, duo ad minus ex ipſis opponentibus, expenſis c ipſorum opponentium proprijs plene (vt dictum eſt, cum actis & munimentis) inſtructæ d compareant: e vt per præmiſſas perſonas, vel negotium plenarie inſtrui, f vel ſedes eadem valeat informari: g an eccleſiarum utilitate penſata, & alijs h inſpectis circunſtantijs, ſuper habendis aliquibus probationibus, ſeu quibuſcunque alijs, ſit alibi i facienda commiſſio: vel (æquitate ſuadente) partes potius apud ſedem ipſam in probationibus & alijs ſint arctandæ. k Ceterum l ſi eligentes electiones m ipſas concorditer, vel in diſcordia celebratas, infra octo n dies, poſtquam cõmode poterunt, electis o præſentare diſtu-

Opponens contra electũ vel poſtulatum, ſi ſit epĩs, an teneatur pſonaliter cõparere ex mente conſtitutionis, cupientes.

a ¶ Opponens.] dicit Gul. & Gar. ꝙ ſi archiepiſcopus, vel epiſcopus ſe opponit, perſonaliter venire non tenetur: quia durum eſſet, ꝙ occaſione huius oppoſitionis ſuam eccleſiam, vel prouinciã derelinquat: & ideo ſufficit ſi procuratorem mittat ſufficienter inſtructum, ſi quam iuſta & rationabilis cauſa eum excuſet. j. § prox. verſi. vel ſi perſonas. & j. e. §. pen. vbi non aſtringit pſonaliter uenire eccleſiæ alligatũ, etſi poſtulatus fuerit.

[Glo. ſeq. ſoluit qd ſi ſint plures: ſolutioni opponit, & rñdet.]

b ¶ Duo ad minus.] ſi aũt decẽ ſint opponentes, & diuerſa crimina opponũt: vt pote vnus adulterium, alius homicidium, & ſic de ſingulis: ſufficit duos mittere ſufficienter inſtructos. ſecundum Gul. & Gar. cum hæc littera non diſtinguat: & ſic ſatisfactum dicemus huic conſtitutioni: & inconueniens eſſet tot opponentes compelli venire, & electum per tot diſtringi. ff de exer. act. ne in plures. licet ſit arg. contra: quia ſi plures de vno crimine accuſant, magis idoneus eligitur à prętore: ſi autẽ de diuerſis, omnes venire tenẽtur, nec admittitur vnus pro alio. ff. de accuſ. ſi plures. C. de accuſ. l. qui de crimine. Sed illud, quia vbi criminaliter de crimine agitur, non poteſt procurator 1 interuenire: ſed hic agitur ciuiliter: & ideo ſecus. de accuſ. ſuper his.

1 Vide Rubeũ Alexandrinum in tract. de poteſtate procuratoris ĩ cauſis criminalibus.

c ¶ Expenſis.] quas ſi dare noluerint, & ita nullus venit, tanquam culpabiles puniantur. inf. §. prox. verſic. vel ſi perſonas.

d ¶ inſtructa] reſpicit illud duæ perſonæ: aliàs inſtructi, & reſpicit illud duo ex opponentibus, &c & an illi duo contribuere teneantur, dixi infra eodem, cum non deceat.

[Glo. ſeq ſoluit, quid ſi viciſſim ſibi opponunt electus & opponens tempora non ſeruata: ſecundo quærit & arguit pro, & ſoluit, contrarium: & allegationi reſpondet.]

e ¶ Compareant.] infra idem tempus, infra quod electi venire tenentur: vt intelligatur repetitum ſupra de appel. ſecundo requiris. & ſi electus obijciat opponenti, ꝙ tempora non ſeruauit: & opponens idem obijciat electo: primo diſcutietur de iure opponentis, tanquam de præiudiciali C. de adul. quoniam. ſupra de ordi. cogn. tuam. prius enim perſonæ opponentium diſcutiendæ ſunt 33. diſtin. illud. de accu. ca. 1. & ſimul de vtroque cognoſcere non debet. ſ. de iud. exhibita, ſecũdum Gul. & Gar. dico tamen ꝙ iudex excluſo contradicente, ex officio ſuo cognoſcet utrum electus tempora ſeruauerit. ſupra eo. cum nobis olim. in anti. Quid ſi opponentes à principio non venerunt infra tẽpora, ſed poſt: & ſe petant admitti ad ea quæ de nouo peruenerunt, nunquid admittentur? Videtur ꝙ ſic. ſ. eo. c. 1. ſ. qui ma accu. poſ. cum in tua. Et ne per ſubreptionem & ſup. eo. in antiq. cum dilecti. §. nos vero. Sed dic contra per hanc decretalem, quæ excludit eum à totali proſecutione proceſſus: & qui contra te calumniatus eſt, nec de illo, nec de alio crimine te accuſat. ff. de accu. ſi cum 3. q. 10. ſi accuſatorum. non obſtat decre. ut circa. punitur enim ibi qui non expreſſit: ſed exprimere nõ potuit quod ignorabat: hic aũt punitur quia contempſit: decretalis autem, ſtatuimus. non obſtat; quia ibi non priuatur proſecutione proceſſus: ſed in hoc punitur, ꝙ in eius abſentia proceditur: veniens igitur admittetur in contestatu, in quo cauſa reperietur: dicamus igitur hoc per decre. iſtam ſpecialiter introductũ. non obſtat decr. cum dilecti. quia officium iudicis non deficiet, ut in prædicta decre. cum nobis.

Electus ſi obiiciat opponenti, ꝙ tempora cõſtitutionis, cupientes. non ſeruauit, & opponẽs hoc idẽ opponat electo: de qua obiectione primo diſcutietur.

f ¶ inſtrui.] ita quod finiri poſſit.

g ¶ Informari.] quãdo non eſt tale quid probatum, per quod negotium decidi poſſit.

h ¶ Alijs inſpectis circunſtantijs.] quid enim ſi per iſtos informatur iudex, ꝙ probationes de facili poſſunt haberi in curia: vel non niſi cum magna difficultate? Hoc inſpecto vel commiſſionem faciet, vel ad probationem faciendam in curia compellet. Gar.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

i ¶ Alibi.] 2 ad qd fiet iſta commiſſio, cum electus & opponentes ducere teneantur omnia munimenta? Dic illud verum de probationibus per inſtrumenta faciendis: ſed iſta commiſſio fit taxatione probationum faciendarum per teſtes, quos ad curiam ducere eſſet difficile. de fideiuſ. conſtitutus. 2. q. 2. c. vlt. Gar. & Gul. & idem poſſet intelligi ſi haberet probare per inſtrumenta, quæ ſecum ducere non potuit, puta priuilegium, quod alterius erat, non ſuum: nec illud habere potuit, vel impeditus fuit per aduerſarium quominus habere poſſet, vel ſimilia. ad hoc de fide inſtrum. contingit. & c. accepimus. de teſt. cogen. peruenit. 1. Guliel.

2 Gl. ſequitur Phil. & ipſa procedit, niſi teſtes eſſent examinati: tunc producentur ante ſtationes. c. coram. ſup. de in integ. reſti. Fon.

k ¶ Arctante.] ſcilicet teſtes compellendo ad curiam venire. ſupra de teſti. cog. c. 1.

l ¶ Cæterum.] quinta pars.

[Glo. ſeq. reci. per q. an in alijs electionibus locum habeat quod hic dicitur.]

m ¶ Electiones.] ſcias ſecundum Gar. quòd hoc quod hic dicitur, habet locum non ſolum in electionibus cathedralium eccleſiarum vel regularium, de quibus hic loquitur decr. ſed in omnibus alijs electionibus: quia ſup. in princ. decr. Nicolaus corroborat quod ſtatuerat Gregorius cum hac temporis moderatione: Gregorius autem de qualibet electione loquitur: ſic in qualibet electione locum habebit moderatio.

Eligentes qui nõ præſentant electionem infra tempus debitũ, qua pœna puniantur.

[Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.]

n ¶ Octo dies.] & ſi exiuerunt competenti tempore ad præſentandum electionem, excuſabuntur propter ſuperuenientem caſum: ſi autem exiuerunt eo tempore, quo venire poterant, vtendo diplomate: impedimentum ſuperueniens non excuſat eos. ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis. ſup. eod. cum in veteri. ſecundum Gul. & Gar. Phil. ſequitur glo. Fon.

[Glo. ſeq. reci. per q. an ſufficiat procuratori præſentaſſe: & diſtinguit.]

o ¶ Electis.] ſi autem præſentarent generali procuratori electi, non ſufficit: quia temporalis hæreditas per talem non acquiritur. ff. de acquiren. hæred. per procuratorem. multo minus ſpiritualis. nec matrimonium 3 carnale per talem contrahitur. infra de procu. c. vlt. ff. de ri. nupt. generali. ergo nec ſpirituale: quod eſt verum, niſi electus ratum haberet infra id tempus, infra quod tibi debuit præſentari. ff. rem rat. hab. l. penult. Si autem præſentarent procuratori ad hoc ſpeciali, ſufficit per eadem iura, ad hoc infra de præben. accedens 32. q. 2. honorantur. C. de acquiren. poſſeſſ. l. 1. cum ſimilibus.

3 De hoc articulo qd ſit tenẽdũ, vide doc. in c. vlt. j. de procura. & theologos lib 4. ſent.

[Glo.

lerint: ipſos, qui culpabiles [a] in hoc extiterint (quo ad ſe) à proceſſus proſecutione totaliter [b] excludentes, [c] omnibus beneficijs [d] ſuis, quæ in ipſa eccleſia, [e] de cuius electione agitur, obtinent: per triennium continuum, ex tunc [f] inchoandum, volumus eo ipſo ſuſpenſos. [g] Ad quæ ſi infra illud tempus ſe propria temeritate, vel alio quæſito colore [h] ingeſſerint: illis ipſo iure perpetuo [i] ſint priuati. Vel [k] ſi perſonas inſtructas, vt præmittitur, [l] (etiam ſi opponentes, vel electi, [m] mittere vel venire, ſeu expenſas miniſtrare [n] cõ-

[Gl. ſeq. quærit arg. pro. per vnam legem: & contra per canonem. & legem ſoluit, & contrario reſpondet.]

[a] ¶ Qui culpabiles.] ſi hoc ignoretur, quid erit? Vr ꝙ nullus incidat in pœnã: quia ſanctius eſt, &c. ff. de pœn. abſentem, &c. Arg. contra: quia ſi plures percuſſerint, & vnus ſolus lethaliter, & ignoretur quis: omnes de occiſo tenetur. 23. q. vlt. c. vlt. ff. ad l. Aql. item Mela. §. ſed ſi ſernum plures. Sol. lapſus tpis ꝓbat omnes culpabiles, niſi ꝯtrium aliqui oſtendant: puta de ſua diligentia: vel ꝙ miſerũt; & miſſus fuit impeditus, vel negligens ſm Ga. nõ tamen videtur ꝙ negligẽtia miſſi excuſet eligentes, inf. eod ſi compromiſſarius. 1. reſponſo. niſi hic dicas ꝗ per hoc verbum, culpabiles. non obſtat ꝯtrium: quia cum ſunt plures, & vnus deliquit, & alter non: tunc habet locum lex illa, abſentem. ſed cum omnes deliquerunt, ſed non æqualiter: tunc habeant locũ iura pro hac parte inducta: nec enim poteſt aliquis innocens appellari, vt in l. abſentem. ſecundum Guliel. & Gar. (Archid. & Io. Mona.) hic autem omnes præſentare debebant: niſi ergo probetur contrariũ, dicam omnes in culpa.

ADDITIO. Facit quod ſcripſi. ſ. de homici. ſignificaſti. 2. ver. quòd ſi diſcerni. Ioan. And.

[b] ¶ Totaliter.] per hanc litteram dico, ꝙ nec electionẽ alterius partis poterunt impugnare: aliàs nõ eſſent totaliter excluſi. ad hoc j. eo. verſi. opponentes.

[c] ¶ Excludentes.] & ſic excluſi ſunt ipſo iure, & ſi cũ eis de facto proceſſum eſt: ſi poſtea excipiat in medio cauſę de tali ꝓceſſu ſe iuuare nõ poterunt: iudex tñ ex illo proceſſu poſſet animũ informare: cum caſus ſit iſte in quo procedit ex officio ſuo, vt pluries ſ. dixi.

ADDITIO. Facit clem. eo. ti. cõſtitutionẽ. in fi. & concor. Ioan. Mon. & Archid. Ioan. And.

[Glo. ſeq ſoluit quattuor dubia, ſcilicet quid de officijs, & quid ſi officiare nolunt: & an tunc poſſint eligere, & an eligi.]

[d] ¶ Beneficijs.] non ergo officijs, & merito: pone eñ ꝙ fuiſſent omnes culpabiles: qs interim officiaret eccleſiam? Et ſi nollent illi interim officiare, per priuationẽ beneficiorum compelleret eos eps, ſi cauſam rationabilem non allegent. ſ. de cleri. nõ reſi. Inter quattuor. vel ſaltẽ ſi vult eos ob multitudinẽ ſuſtinere ſm Guli. & Gar. de ipſorũ beneficijs faciet eccleſiæ deſeruiri, vt de cle nõ reſi. c. pe. & de ap. peruenit. 2. Et ſi hac ſuſpenſione durante vacat eccleſia, eligere poſſunt: alias decr. cum in cunctis. ſ. eo. ti. non priuaſſet eos ſpecialiter hac poteſtate. ad hoc eo. tit. cum Vintonieñ. eligi autem non poſſunt medio tempore in illa ſaltem eccleſia in qua ſuſpenſi ſunt, ſecundum Gar. & Guli. ſ. eo. ti. per inquiſitionem.

[e] ¶ In ipſa eccleſia.] nota ſuſpenſũ à beneficio in vna eccleſia, non ꝑ hoc ſuſpenſum in alia. ad idem j. eo. ſi compromiſſarius, in fi. & j. de re. eccl. non alie. hoc cõſultiſſimo. & j. de offi. ord. ſi canonici. ſecus in excõmunicato, vel ab officio ſuſpenſo. 4. q. 5. quiſquis. 5. q. 1. ſi quis presbyter.

[f] ¶ Extunc.] ſcilicet, poſt prædictos octo dies.

[Glo. ſeq. primo ſoluit duo dubia: ſecundo quærit an abſoluat epiſcopus; ſoluit ꝙ non, & reſpondet contrario: tertio quærit, & ſoluit.]

[g] ¶ Suſpenſos.] eſt ergo canon latæ ſnīæ. Sic ſ. eo. cum in cunctis. & ſi eps eſſet, qui vocẽ haberet, puta in electione metropolitani, [2] euitat hanc pœnam: cum de ipſo non caueatur expreſſe. j. de ſen. exc. quia periculoſum. & j. eo. ſi compromiſſarius. §. hmõi. pœnam aũt ſuperiorẽ non euitat, ſcilicet, vt totaliter à proſecutione, &c. [Sed ad certum tps, vt per inferiora patet.] Et ſi quæratur, an eps taliter ſuſpẽſus poſſit abſoluere? Dicendum eſt ſecundum Gul. & Ga. quod non, arg. decr. ſupra eo. c. 1. ibi, nullam, &c. & ſ. de teſtitam litteris. ibi, donec noſtram mereantur, &c. facti enim quæſtio in arbitrio eſt iudicantis: pœnæ vero proſecutio, &c. 2. q. 3. ſi quẽ. §. notandum. ff. de abol. l. 1. §. 2. iam enim ſi diceretur contrariũ, illuderetur huius canonis pœna, & ſimilium: quod inconueniens eſſet nõ obſtat decr. nuper. ſ. de ſent. excõ. quia loquitur in excõicatione, ſm Gar. vbi maius vertitur periculum: & ideo facilius remouetur: quia nullus vſque ad certum tempus excõicatur, ſed donec ſatisfaciat, vel caueat, de verb. ſigni. ex parte in Chriſto. vnde vere loquendo ibi pœna non remouetur: ſed quod ius ſtatuit, adimpletur. Sed quid dices, ſi electio nõ fuit præſentata tempore debito: electus poſt notitiam iter arripuit, fecit expenſas, poſtea præſentatur ſibi electio: electus reperit eam minus canonicam: non vult cõſentire: quæro numquid electores teneantur ei ad expenſas, quas factuus non fuiſſet, ſi ipſi debito tpe præſentaſſent? Dico ꝙ ſic, ſecundum Gar & Guli. alias electo per conſtitutionem hanc laqueus pararetur: ad hoc ff. de peri. & commo. rei ven. l. vlti. C. de iudic. ſancimus & j. de offic. ord. ſi canonici. 1. reſpon. §. 1.

[h] ¶ Alio quæſito colore.] puta quia ſe ingerunt de alicuius ſuperioris auctoritate. Vel pone exemplum ſ. c. auaritiæ. & quod dixi de ſuperiore, intelligas qui id non poſſit concedere.

[Glo. ſeq ſoluit duo dubia.]

[i] ¶ Perpetuo.] intelligebatur, & ſi nõ fuiſſet appoſitũ: ex quo enim priuantur, ꝑpetuo priuati intelligunt. C. de pœnis, ſeruus. 50. diſt. c. 1. qđ dic vt ſ de ꝯſti. in ant. c. ex litteris. & per hanc litterã, ꝑpetuo, dico ꝙ ſi eps ipſis priuatis ea vellet de nouo conferre, non poſſet. [3] ad idem. ſ. eo cum in cunctis. & c. licet canon. & cap. auaritia. ſ. eo. & melius. j. eo. c. commiſſa. §. porro.

[k] ¶ Vel ſi.] viſo qualiter puniãtur eligentes, ſi electionem tempore debito non præſentarit: eſt videndum qualiter puniuntur eligentes, ſi perſonas non mittunt inſtructas. & hic aſſume quod ſequitur. j. ſcilicet, deſtinare neglexerint.

[l] ¶ Vt præmittitur.] in §. ad hæc. & in § ſi vero.

[Gl. duæ ſeq. q̃runt opponẽdo de duobus ſimilib.]

[m] ¶ Electi.] ſed ad qđ debẽt venire perſonę inſtructę, ex quo nõ venit, nec mittit electus: cũ ex eo priuatus ſit ipſo iure? Rñdeo vt inſtruatur Papa ſuper toto negotio, & forte poſſibile eſt ꝙ electus qui non venit, impeditus fuit ad veniendum & mittendum: & ſic non eſt priuatus. ſ. c. ver. inſuper. & ſuper hoc ipſo vtilis eſſet inſtructio, & ſuper alijs occurrentibus.

ADDITIO Idem Archi & Io. Mon. Itẽ pœna electi locũ non habet, niſi integro tempore elapſo. j. eod. commiſſa. 1. reſpon & eccleſiæ inſtanti locũ habet pœna eligentium. ſ. §. ad hæc. ſaluo ꝙ ibi not. in glo. infra, quod patet regulariter ex facto electi eligẽtes excuſari non poſſe. Ioan. And.

[n] ¶ Miniſtrare.] & miniſtrabũt tunc electores, qa ipſi tenent mittere. & miſſi ſuis ſtipendijs non debent miniſtrare. 10 q. 2. precariæ. ſed ex quo electi contẽnunt miniſtrare expẽſas, priuati ſunt. Ad quid ergo veniunt perſonæ inſtructæ? Dic vt dixi ſup. gl. proxima.

[1] Vide Antonium Gomez. to 3. variar. reſolu. cap. 3. de homicidio.

[2] Vt ſuffraganti eccleſiæ Rauen. de cõſuetudine: ſm Archid.

[3] Idem de notarijs doctoribus, ex delicto priuatis Bald. in l. ſi manumiſſus. C. de lib. & eorum lib. Fon.

temnant) deſtinare neglexerint:[a] (niſi eos[b] capituli, vel contradicentium[c] paucitas, ſeu alia iuſta[d] & probabilis[e] cauſa euidenter excuſet: in quo caſu procuratorem[f] ſufficienter inſtructum mittere, & nihilominus[g] ceſſante cauſa, dictas perſonas dirigere teneantur) & à totali (quo ad ſe) proſecutione proceſſus, & à prouentuum beneficiorum, quæ in eccleſia ipſa obtinent, per triennium continuum perceptione priuentur:[h] opponentis, vel opponentium (cum vnicus eſt electus) contumacia[i] ſimili pœna[k] plectenda;[l] Nihilominus[m] tamen in præmiſſis[n] caſibus (quibus eligentes vel opponentes, quo ad ſe proceſſus proſecutione priuantur[o]) electis ſuper hoc in proſecutione ſui iuris nullum[p] præiudicium generetur.

¶ Denique[q] cum ad poſtulationem concordem, vel diſcordem procedi contigerit: & aliqui[r] patientes in ordinibus, vel

a ¶ Neglexerint.] aſſume hic litteram, & à totali quo ad ſe, &c. quæ eſt infra.

b ¶ Eos. negligentes, & opponentes.

[Glo. ſeq obiicit & ſoluit cui ſolutioni incidit obiectio & quæſtio, quibus reſpondet.

c ¶ Contradicentiū paucitas.] quomodo hoc, cū non pōt eſſe pauciores quā vnus vel duo: qui tamen venire tenentur ī. §. proxi Reſpondeo, qa non ſunt alij qui eccleſiæ deſeruiant, niſi contradicentes: qui ſunt tam pauci, ꝙ ſi mitterentur, non eſſent qui deſeruirent eccleſiæ. Sed nonne ſunt electores? Forte omnes ꝯdicunt, puta, cū ſuperior prouidit: ſed illi ſunt pauci, vel electores infirmi ſūt, vel mortui, vel abſentes ſunt, ita ꝙ nulli eccleſię deſeruiunt ꝑter cōtradicentes: & illi ſunt pauci. Sed quot dicemus paucos: hoc relinquam arbitrio iudicantis, ſi reuocetur in dubiū. aliquæ enim eccleſiæ indigent pluribus ſeruitoribus: aliquæ paucioribus: & ſic non poteſt electio exprimi, ff. de ſolu ratum. & quia reſpectiue quędam dicuntur pauca & multa. 45 diſt. diſciplina. Inſti. de iu perſo. § ſi

ADDITIO. Dixit autem hic Gar. & placet Io. Monac & Arch. ꝙ quando contradicentes non poſſent mittere niſi vnum, illum mittere teneantur. arg. ī §. prox. ver. & quando. ad hoc. ſup. de do & contu. cum dilecti. Et idem dicunt de perſonis inſtructis, quas eligentes mittere debent: vt ſcilicet ſaltem veniat vnus: & his caſibus mittant procuratorem, vt ſic in quantum poteſt fieri, conſtitutioni ſatisfaciat. Ioan And.

d ¶ Alia iuſta] puta, incurſus hoſtium, infirmitas, nimia paupertas ad hoc ī § prox. ibi, facultatum impotentia. vel eſt obligatus eccleſiæ cathedrali, vt epiſcopus vel archiepiſcopus, vt ſup. dixi. Guli & Gar.

e ¶ Probabilis.] infra tempus iudicis arbitrio taxandum probanda: ex quo hic non determinatur, ſecundum Gul & Gar. ff de iu. delib. l. 1.

f ¶ Procuratorem.] etiam extraneū, qui non ſit de electoribus, nec de opponentibus, vt declarat ſequens littera ibi, dictas perſonas dirigere teneantur. Gar.

g ¶ Nihilominus. ſi vero antequam ceſſaret impedimentū, eſſet negotium in curia terminatum, nō credo ꝙ perſonas dirigere teneantur: cum iam inſtructioni vlterius nō ſit locus: ad quid ergo inanibus ſumptibus ſe vexarent. ff. de inoff. teſta. l. 1.

[Glo. ſeq. ſoluit tria dubia. ſ. quis priuet: quid ſi ſe ingerit: & quare aliud hic, quàm ſupra.]

h ¶ Priuentur.] per ſententiam: & priuabit eos Papa, vel iudex ab eo datus: & hoc idē facere poterit eṗs proprius, qui debet canones obſeruare. & à ſubditis facere obſeruari[1]; & ſacrorū canonū eſt miniſter. 21. diſt. § 1. [Et cuſtos 24. q. 3. cum quibus. in fi. ſm Arch.] Et ideo non credo, ſm Gar. ꝙ ſi in iſto triennio ſe ingeſſerint, ꝙ ſint priuati perpetuo, vt ſup. in alio caſu, ex quo repetitū 1 non eſt, cum ſit pœnale, & reſtringendū: iudex tñ ex eo poterit eos punire. Sed quæritur, quare in præcedenti caſu priuātur ipſo iure: & hic per ſnīam? Dixit Gar. hoc iō: qa Papa reputauit eos amplius deliquiſſe: & quia hic eſt iā quaſi iudiciale: & ibi quaſi extraiudiciale: & ideo forte iudex nō eſſet ita paratus ibi, vt hic.

1 No. Phil. quòd in pęnalibus, ſequentia nō trahunť ad pręcedētia, nec ecōtra, ſi ſic pœna excēderet. Bar. in l. ꝑtor. ff. vi bo. rapt. P.

ADDITIO. Si. quod not. de pœ. felicis. in vlt. glo. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

i ¶ Contumacia.] vt quia non venit, cum ſunt vnus vel duo. vel quia duos ex ſe non mittunt, cum ſint plures. Sed nōne ex iſtorū repulſione poſſet ſequi iniqtas: pone em electū indignū? Sol. licet iſti repellantur, officiū iudicis nō quieſcit: ſicut & vbicunque periculū alæ vertitur, ſupple. ī. e. cū nobis. de except. exceptionē. & ibi publica oſtenditur vtilitas, vt in milite procuratore. C. de proc. l. militē. & de his q̄ conſtant ſibi tanquā iudici. de poſtu. pla. bonę. 1. vbi de hoc. & ſuppleat ea quib. omiſſis non valeret proceſſus. de li. obla. c. 1. & de li. cont c. vnico. cauere et dēt iudex ne ſibi illudatur. ff. d iudi. ſi prætor. & ne in vanū partes vexentur. ī. de off deleg. ſuper quæſtionum. §. porro. ad fi.

[Glo. ſeq obijcit, & dupliciter ſoluit.]

k ¶ Pœna.] excluduntur ergo a proſecutione proceſſus, & beneficijs per triennium priuabuntur: Sed iſti opponentes quare puniuntur in beneficijs. nunne à ſua oppoſitione ſine pœna deſiſtere poſſunt? Intellige ſm Gar. & Gul. [idem Monac. & Arch.] hoc de illis, qui in ſua oppoſitione perſiſtunt, vel recedunt ab eo tempore, & modo quo ab ea recedere non potuerunt, ī. eo. ab eo. ſup. eo. quamuis. & cap. ſtatuimus.

[Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.]

l ¶ Plectenda.] argue ſecundum Gar. & Gul. quòd nō eſt canon latæ ſententiæ, quo ad hoc. & dixit Gar. ꝙ illi opponentes per modum denunciationis poſſunt dicere electionem nullam. arg. ſup. de accu. veniens & c. prælatorum.[2] ſed per modum oppoſitionis vel exceptionis non: quia a totali proſecutione, &c. officium tamē iudicis non ceſſat, vt pluries dixi.

2 Arch. ſi. leg. de iure iur. ad noſtram. 2. & c & ſi Chriſtus. me ius facit c. quēadmodum. Io. And.

ADDITIO. In duobus quæ ponit hæc gloſſa concordant. Io. Mona. & Arch.

m ¶ Nihilominus.] i. non obſtante ꝙ illi excludūtur.

n ¶ Præmiſſis.] ſ. cū eligentes excluduntur: quia electionem non præſentauerunt: vel perſonas inſtructas non miſerunt: & etiam cum opponentes puniuntur: quia hanc decr. non ſeruauerunt. Io. And.

o ¶ Priuantur.] ſupple, vel priuari mandantur, propter caſum præcedentem.

[Gl. ſeq. quærit & ſoluit diſtinguendo §. Denique.]

p ¶ Nullū præiudiciū.] & ita extraiudicialis negligentia eligentiū nō nocet hic electo. Sed nūquid proceſſus eligentiū habitus ꝯ ipſos nocebit electo, vel alijs qui in iudicio nō fuerant? Dic ſm Gar. ꝙ electo ſcienti præiudicabit, ignoranti non. 3. q. 6. hęc quippe. ī. de do. & contu. cum olim. ī. de re iudi. quāuis. alijs aūt quorum intereſt, non, quia non electi: ſed aliter nocet & ſcientibus & ignorantibus, vt in actione populari ſſ, in qua proceſſus ꝯ vnum præiudicat alijs etiam ignorantibus: niſi doceant de colluſione, vel de proprio intereſſe. ff. de accuſ ſi cui. ff de iureiu cum qui. § in popularibus.

Proceſſus agitatus cōtra eligentes, an præiudicet electo.

q ¶ Denique] 6. pars. & ſ. plene dixit qualiter dēant ſe hre eligentes & electi, & ēt opponentes: nō vult dicere, qualiter ſe debeāt hre poſtulantes & poſtulati. Ga.

r ¶ Et aliqui.] &, pro idem, vel propter.

[Glo.

ætate [a] defectum, vel his ſimiles [b] poſtulentur [c] (non qui alijs eccleſijs alligati [d] liberum non habent ſine noſtra [e] permiſſione volatum: circa quos taliter alligatos, nihil de veteris [f] iuris obſeruantia immutamus) poſtulatos [g] huiuſmodi, & poſtulantes eoſdem, ea moderata [h] diſtrictione perſtringimus, vt eo ſaluo, quòd poſtulati huiuſmodi, nec ſuis poſtulationibus præſtare conſenſum, [i] nec (vt de electis dictũ [k] eſt) exhibere expenſas aliquibus [l] teneantur: ſed poſtulantes ipſi concorditer vel diſcorditer expenſas ipſas perſonis talibus ſubminiſtrẽt; [m] poſtulatos in veniendo (ſi nõ diſſenſerint [n]) & poſtulantes in mittendo perſonas inſtructas [o] (vt in concordi, vel diſcordi electione) per omnia, vt ſupra præmittitur, [p] moderatio præmiſſa conſtringat: & negligentes [q] ſtatuta ibidẽ, ſimilis [r] pœna percellat: nec [s] per hoc, quòd de poſtulatis pro celeri [t] eccleſiarũ expeditione ſtatuitur, poſtulationes ipſæ minus depẽdere intelligãtur à gratia, [u] quæ antea dependebãt. [x] Porro in ſingulis caſibus ſupradictis, in recupandis, vel reddẽdis [y]

[Glo. ſeq. dicit quis diſpenſet.]

a ¶ Vel ætate.] qui patiantur in his defectũ, collige. ſ. eo. in cũctis. & c. licet canon. ſ. de æta. & quali. præterea. cum patientibus autẽ defectũ in ordinibus diſpenſant epĩ, in prædicta decr. præterea. & eo. tit. tuam in epatibus Papa. de offi. lega. quod tranſlationẽ. de exceſſib. præla. ſi. cur vnire. [De hoc dixi. de ætate & quali. à multis. ſuper 3. gloſ.] Cum patientibus defectum in ætate quo ad epiſcopatus ſolus Papa diſpẽſat. ſup. eo. tit. in antiq. cum nobis olim. §. fi. quo ad dignitates tene quod hẽs ĩ. de æt. qua. c. vnico. Quo ad parochiales eccleſias, tene quod habes ſupra eod. licet canon.

b ¶ Similes.] vt illegitime nati ſup. eo. innotuit. in antiq.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſt. quid ſi ſpectet immediate.]

c ¶ Poſtulentur.] intelligas iſtum §. indiſtincte, ſiue mediate ſiue immediate pertineat, vel appelletur, ſiue non: quia ex quo non poteſt alius diſpenſare, quo ad hoc immediate dicentur pertinere. Item cum poſtulantur ad regulares eccleſias, & appellatum eſt, vel immediate pertinent eccleſię: vel talis eſt caſus, in quo nõ poteſt alius quàm Papa diſpẽſare; & quia tunc quo ad hoc immediate pertinere dicentur.

d ¶ Alligati.] vt epĩ, archiepĩ, vel ſimiles. Quid in alligatis inferioribus eccleſijs, puta abbatibus exemptis? Olim erat dubitatio, an tales deberent eligi vel poſtulari: quæ terminata eſt ĩ. eod. ſi abbatem. ſcilicet quod debent eligi: & ſic non habet locum iſte §.

ADDITIO. De epĩs, qui renunciauerunt loco, non ordini, an ſint eligendi vel poſtulandi: tenent hic Gar. & Io. Mon. quod ſunt eligendi: ſed Archi. tenet quod ſunt poſtulandi: tene quod diſtinguendo dixi ſ. de renun. poſt tranſlationem. ſuper glo. 2. Ioan. And.

e ¶ Noſtra.] non ergo loquitur de his, qui ſunt talibus eccleſijs alligati: quia ſufficit alterius licentia.

[Glo. ſeq. recitetur per q. quid de opponentibus.]

f ¶ De veteris.] ſeruent ergo illi decre. ſ. eod. c. 1. Et ex quo poſtulati in hoc caſu, non tenentur ad hoc ius ſeruandum, niſi propter æqualitatem ſeruandam in iudicijs: dico quod nec opponentes venire tenentur: ſed ſufficit quod ſeruent ipſum ius antiquum: nam etiam & priuilegiũ vnius partis ſæpe ad aliam extenditur. C. de fru. & lit. expen. l. vlt. ſ. de mu. peti. c. 2.

g ¶ Poſtulatos huiuſmodi.] ſcilicet patientes defectũ in ordinibus, ætate. vel his ſimiles.

h ¶ Moderata.] hoc dixit ob id quod ſequitur, vt eo ſaluo, & cetera.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit quæſtionẽ: & duo quæſtiones incidunt.]

i ¶ Conſenſum.] ſed ex quo conſentire non debent: quando incipiet eis currere tempus? Reſpondeo ſecundum Guli. & Gar. quando deliberauerunt de non diſſentiendo: vel reſponderint ſe non diſſentire: vnde dixit Guli. quòd epiſcopus poſtulatus ad eccleſiam ſic debet reſpondere: Nec conſentio, nec diſſentio: ſed in hoc me voluntati domini Papæ ſuppono: ad hoc 8. q. 1. in ſcripturis, quod infra menſem facere debent. ſ. eod. quam ſit. Et dico, quòd poſtulatio debet præſentari poſtulato: aliàs qualiter deliberaret de diſſentiendo, vel non diſſentiendo: & ſi poſtulantes negligentes fuerint in præſentando, punientur vt electores per litteram, quæ ſequitur: & negligentes ſtatuta ibidem, ſimilis, &c.

k ¶ Dictum eſt.] ſ. §. ſi vero.

l ¶ Aliquibus.] vt perſonis inſtructis, vel alijs.

m ¶ Subminiſtrẽt.] eadem diſtinctione ſeruata, quæ ſupradicta eſt in eligentibus, ſcilicet, an ſit celebrata in concordia, aut in diſcordia, ſecundum Gar.

ADDITIO. Et ſecundo caſu miniſtrant de proprio: & ſi non habent vnde, vt quia ſunt regulares, de communi. ſ. de accu. ex parte. & cap. pen. ſecundum Gar. & Ioan. Mona. & idem Archid. ſ. §. ſi vero. & facit quod not. in ſi. vlti. glo. Io. Andr.

n ¶ Nõ diſſenſerint.] nota mediũ inter cõſentire & diſſentire, ſcilicet, non diſſentire. concor. infra de regu. iur. is qui tacet.

o ¶ Inſtructas.] quod dic ſecundum Guliel & Gar licet hic textus non exprimat, quod etiam opponentes tenentur venire: quia propter parem rationem habuit pro expreſſo. ad hoc ſu. eo. c. 1. & c. vt circa. & eadem eſt ibi ratio, ſcilicet eccleſiarum prouiſio.

p ¶ Præmittitur.] in §. ad hæc. & §. ſi vero.

q ¶ Negligentes.] ſcilicet poſtulantes & poſtulatos, negligentes in veniendo, vel mittendo.

r ¶ Similis pœna.] in quantum eſſe poteſt: electus enim priuatus eſt iure iam ſibi acquiſito: poſtulatus autem ſolum ſpe gratiæ quam habebat: & idem dico in eligentibus.

s ¶ Nec per hoc.] ne credat aliquis, quòd qui poſtulati coguntur ad veniendum, habeant maius ius, hoc hic remouet.

t ¶ Pro celeri.] nota hic mentem & cauſam huius conſtitutionis. [ſecundum Gar. & Ioan. Mo.]

[Gloſſa ſequens recitetur per quæſt. de qua gratia loquatur.]

u ¶ Gratia.] ſcilicet illa generali, de qua dicitur ſ. de reſcrip. ſedes. & c. nonnulli. & c. vlt. & ſ. de torne. c. 2. & hoc ſi poſtulatio concors fuit, vel ſaltem à duabus partibus facta, in quo caſu ſecundum quoſdam poteſt peti confirmatio. ſ. eo. cum monaſterium &c. officij. §. fi. & ſi talem admiſerit ſuperior, dicetur facere gratiam: & ſi non admiſerit, facit iniuriam. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. § pen. Si autem non ſit facta in concordia, vel à duabus partibus, & ex cauſa: dependet ex gratia ſpeciali. ſ. tit. prox. in anti. cap. poſtulationem. & cap. bonæ. 1. ſecundum Gar. qui hic proſecutus fuit quandam materiam extraneam de attentatis, quam videbimus ĩ. de app. non ſolum.

x ¶ Porro.] ſeptima pars, in qua quia ſupra dixerat, electos & eligentes, poſtulatos & poſtulantes teneri ad quaſdam expenſas faciendas: dubitaret aliquis, vtrum poſtea poſſent recuperare: ideo addit quod ſequitur. Gar.

y ¶ Reddendis.] nec dabit condictio ex hoc canone ad repetitionẽ ipſarum: quia nulla hic noua obligatio. ff. de

Quod hic no. Io. Mo. An doctoris opin illũ excuſet, cũ quo per epm fuerit diſpẽſatũ: ibi dicã ſuper verbo, diſpenſare. in fine glo. Io. And.

Poſtulatio ſi nõ admittatur à ſuperiori, an non admittẽs dicatur inferre iniuriam poſtulato.

Poſtulatus ad eccleſiã qualiter debeat reſpõdere præſẽtãtibus poſtulationẽ.

con. ex lege. l. vnica. quod enim ſtatutum iam erat, hic ſeruari præcipitur: potius ergo dabitur, ſecundum Guliel. & Gar. de condictione ex decr. vt prætèritæ. ĩ. eo.

ADDITIO. Idem Archid. qui remittit ad Specu. de expen §. ſi ante litem. Ioan. Andr.

a ¶ Eligentium.] i. quas fecerunt eligentes in proſecutione electionis: & ſic expone ſequentia.

Glo. ſeq. quærit, & ſoluit diſtinguendo inter electionem vel poſtulationem cócordem & diſcordem, & ſecundo aut maior pars proſequitur, aut minor, ſubdens dictum Innoc. & facti obſeruantiam: & excipit caſum decret. nihil eſt. In opponente diſtinguit, an proſequatur ius proprium vel commune. & ſecundo caſu, aut ſuccumbit, aut obtinet. In fine diſtinguit regulares à ſecularibus, Dominicus.]

expenſis eligentium, [a] electorum, poſtulantium, & etiam poſtulati, illud ſeruari decernimus, quod iuſtum fuerit, ſeu æquitas canonum iudicabit. [b]

¶ Idem.

b ¶ Iudicabit.] ſed quid eſt iuſtum, vel quid iudicat æquitas canonum? Reſpõdeo ſecundum Gar. ſi electio vel poſtulatio factę ſunt in concordia, poſſunt eligentes & poſtulantes expenſas facere de bonis pertinentibus ad prælatum: & ſi de ſuo fecerint, recuperare poſſunt factas ĩ. eo. vt præteritæ & ſup. eo. cap. §. ad hæc. vel iudicis officio: vel condictione prædi decr. & hoc intelligo ſiue obtineat ſiue non, ſiue dignum elegerint, ſiue indignum, dummodo ignoranter: ſufficit enim q́ non fuerunt in dolo. ff. de bo. aut. iud. poſ. l. prætor. §. 2. ſi autem electio in diſcordia fuerit celebrata: & maior pars proſequatur negotium electionis: dummodo vtiliter incipiat proſequi, expenſas habebit: non tamen ſufficit q́ ſine dolo, vt in caſu præcedenti: ſed eſt neceſſe q́ vtiliter, vt ff. de nego. geſt. ſed an vltro. minor autem pars ita demum habebit expenſas, ſi obtinet: quia apparet q́ vtiliter cœpit iudicium proſequi. Innoc. tamen dixit, q́ cum facta eſt electio in diſcordia: illa pars habebit ab eccleſia expenſas, de qua poſtea fuerit diffinitũ per capitulum ſuper hoc conuocatum iterum: hoc tamen quod de expenſis dictum eſt, cum electio facta in diſcordia: dicit Gar. non ſeruari: ſi enim non obtinet electus, ſibi ſatisfaciat. ĩ. de teſt. relatum. §. nomine. ſi vero ſuccumbit, non repetit expenſas: quia ſuum negotium egit. C. de nego. geſt. l. 1. & de ſta. & ima. l. vlt. Idem de poſtulato intelligas per eandem iura: & hoc non intelligas in caſu illius decr. ſup. eo. nihil. quia ibi electus adminiſtrationem habet. Si autem aliquis ſe opponit, aut proſequitur ius proprium: puta dicens ſe conteptum: & tunc nil repetat, quia ſuum negotium egit: aut egit de iure tangente eccleſiam, dicendo perſonam non idoneam, vel formam non ſeruatam: & tunc ſi ſuccumbit, nil repetit: quia inutiliter excepiſſe præſumitur. ff. iudi. ſolu. iam tamen. § antepen. ſi obtinet, recuperat à capitulo. argu. ſupra de procu. cum pro cauſa. & ĩfr. de rebus eccle. non alie. ad noſtram. & ſic litis terminus declarat negotium expenſarum. argu. ad hoc. C. de iudic. rem non nouam victus etiam condemnatur victori in expenſis: & ſi non eſt ſoluendo, reſtituitur actio aduerſus capitulum. Hæc autem vera inter ſæculares, qui proprium habent: ſi autem ſit regularis, qui non habet proprium, tunc etiam ad proſecutionem cauſæ expenſas habebit: aliàs cum ipſe nil habeat, periret ius ſuum & eccleſiæ. ſup. de accuſ. ex parte. & cap. penul. De his vide per Bernar. Innoc. & Hoſtien. ſupra eo. vt prætèritæ.

Felias.

Fundamenta.] Romanus Pontifex in hac conſtitutione intendit ſolum dicere, q́ ad officiũ ſenatoris vel rectoris vrbis Romanæ, non ſunt vocandi principes & nobiles, vel alij, qui poſſent ſuperare Papam, & Cardinales: q́ ſi ciues ita ſint potentes, ſimiliter in eis hẽt locum tenor huius conſtitutionis. Nota ibi, vniuerſis ſenatu: q́ licet olim eſſent centum ſenatores numero: tamen hodie in ciuitate Romana eſt vnus ſenator.

[Prima glo. diuidit, & ponit caſum.]

c ¶ Fundaméta.] Decretalem [1] hanc, quæ localis eſt, in quattuor partes diuido, quarum prima durat vſque ad §. Proinde. Secunda vſque ad §. Quod ſi ſecus. Tertia vſque ad §. Vt aũt. Quarta vſque ad fi. In prima autem parte ponitur conſtitutionis cauſa & origo: in ſecunda ponitur conſtitutio: In tertia pęna tranſgreſſorum: In quarta quædã conſtitutionis moderatio. Quarum prima ſubdiuiditur in aliàs quattuor partes: Prima durat vſque ad §. Ne autem. Secunda vſque ad § Decet. Tertia vſque ad §. Digne. Quarta vſque ad finem ipſius partis. In prima autem particula dicit Nicolaus & probat auctoritate Pſalmiſtæ, noſtram militantem eccleſiã fundatam eſſe ſuper Apoſtolos & prædicatores: quorum fundamentum & ſoliditas eſt in Chriſto Ieſu: horum autem præcipuus fuit B. Petrus: cui ſuperna Dei prouiſio B. Paulum adiunxit: qui duo ſub vno perſecutore, eodem die, & loco, ciuitatem Rom. ſuo glorioſo cruore martyrij Chriſto dño conſecrarunt. Secundo dicit ipſam eccleſiam diuino miraculo tẽpalibus adiutam auxilijs, dum ſcilicet Conſtantinus imperator ipſi eccleſiæ in perſona beati Siluęſtri quarto die ſui baptiſmatis donauit ciuitatem Romanam: vt ibi collocati Petri ſedes gauderet plenaria libertate. Tertio dicit, docens eſſe omnem materiam & modum tolli, per quas metus vel terror aliquis imminereq́ poſſit ipſi Pontifici Romano vel ſuis fratribus in conſilijs ibi exhidendis, & alijs negotijs Romanæ eccleſiæ: quæ imminent pro tempore facienda in creatione Pontificis: & in promotione Cardinalium, cum occurrerent. Quarto dirigens mentem ſuam ad vrbem, ad memoriam reducit multa diſcrimina: magnaq́ue pericula, quæ ſuſtinuit vniuerſalis eccleſia propter peregrina regimina, & ſenatores incognitos, qui præfuerunt ipſi ciuitati Romanæ: & maxime tẽpore Corradini. In ſecundæ parte principali volẽs circa futura pericula exhibere ſalubre remedium: ſtatuit, q́ nullus Imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, vel aliquis alius, qui ſit notabilis præeminentiæ, dignitatis, poteſtatis, vel excellentiæ: frater, filius vel nepos ipſorum, poſſit aſſumi ad tempus, vel in perpetuum in ſenatorem vel rectorem vrbis Romę, quocunque nomine vocetur ipſa rectoria. Item nullus alius præter prædictos aſſumi poſſit ad ipſius ciuitatis regimen vltra annum. Hæc vera, niſi ſpecialis interueniret Apoſtolicæ ſedis licentia, per ipſius ſedis litteras expreſſa. Tertio ꝯ facientibus pœnam imponẽs ſtatuit, q́ nominantes, eligentes, vel aſſumentes, nominati, vel electi, vel aſſumpti ſi conſenſerint, & eis obediẽtes, dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, ipſo facto ſint excommunicati: & ipſi aſſumpti vel electi ex quo cõſenſerint, vel ſe de regimine intromiſerint, ſint cum ſuis poſteris in perpetuum priuati omnibus feudis, priuilegijs, immunitatibus, vel gratijs, & honoribus, quæ à Romana vel alijs habent eccleſijs: & hi ad quos illa pertinent, de ipſis diſponendi liberam habeant facultatem. Item ſtatuta, præcepta, ſententiæ, contractus, & omnia quæ fecerint tamquam ſenatores, vel rectores vrbis, irrita decernit & vacua: iudices & tabelliones, qui patrocinantur talibus, vel inſtrumenta conſcribunt iudicatus & tabellionatus priuat officijs: præcipit etiam, q́ à ſupradicta excõmunicationis ſententia prædicti non poſſint abſolui ſine licentia domini Papę ſpeciali. Quarto dicit, q́ Romani origine, vel ibi incolę ad vnum annum, vel tempus breuius, bene poſſunt in ſenatores Romanos aſſumi, licet ſupradictorũ fratres

[1] Hæc eſt 1. gloſ. in qua Io. An. diuidit, & ſummat totam decretalem.

¶ Gloſſa prima diuidit, & ſummat totum textum: vide eam. Dom.

CAP. XVII.

Fundamenta [c] militantis eccleſiæ in monti-

Pſal. 86.

ſint

ſint filij, nepotes, aut ſub comitatus vel baroniæ nomine extra territorium vrbis iuriſdictionem perpetuam, vel temporalem obtineant: dummodo non ſint tantæ præeminentis, vel potentatus, quòd cum perſonis ſupra prohibitis merito debeant numerari. Io. An.

p ¶ Dicendo.] Matth. 16. & 24. quæſtio. 1. loquitur. 21. diſtin. in nouo.

q ¶ Petram.] à ſoliditate fidei ſic dictus. 50. diſtin. fidelior.

r ¶ Cui.] Petro.

Anacletus Papa epi. 3.

bus ſanctis Propheta [a] rememorans, per montes Apoſtolos & prædicatores patenter inſinuat, quibus tota huiuſmodi ædificij fabrica confidenter innititur: [b] qui firmę baſes [c] eccleſię, ſuper fundamento, præter quod nemo aliud ponere [d] poteſt, qđ eſt Chriſtus Ieſus, veluti ſummo angulari lapide ſolidantur, vt veritas, quæ antea [e] legis & prophetarum præconio [f] vehebatur, [g] per Apoſtolicam tubam [h] in ſalutem vniuerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt: [i] In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Huius autem muneris [k] ſacramétum, ita Dominus ad omniũ Apoſtolorum voluit officium pertinere, vt in beato Petro Apoſtolorũ omnium ſummo [l] † principaliter collocaret: vt ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet: Hunc [m] enim in conſortium indiuiduæ vnitatis [n] aſſumptũ, id quod ipſe erat, [o] Dominus voluit nominari, dicendo: [p] Tu es Petrus, & ſuper hãc petram [q] ędificabo eccleſiam meam: vt æterni templi ſtructura Deo ędificante conſtructa, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri conſiſteret firmitate: cui [r] Saluatoris noſtri miranda [ſ] prouiſio beatum Paulum in Apoſtolatu gentiũ per dexteras [t] ſocietatis † adiunxit: Iſti [u] ſunt, per quos Euangelium Romæ reſplẽduit: [x] Iſti ſunt eius patres, verique paſtores: Iſti ſunt qui vna [y] die pro merito, † vno loco [z] pro gloria, ſub vno perſecutore, [a] pro parili [b] virtute compaſſi, vrbem ipſam glorioſo cruore martyrij, Chriſto Domino cõſecrarunt: [c] Iſti ſunt, qui illam [d] in hanc gloriam prouexerunt, vt ſit gens [e] ſancta, populus electus, ciuitas ſacerdotalis, & regia: per ſacram beati Petri ſedem caput totius orbis effecta. ¶ Ne autem ipſa mater [f] Eccleſia in congregatione & paſtura fidelium temporalibus careret auxilijs, quin potius ipſis adiuta, ſpiritualibus ſemper proficeret incrementis: [g] non abſque miraculo factum eſſe concipitur, † vt occaſionaliter Conſtantini monarchæ [h] à Deo [i] prouiſa, ſed curata [k] † baptiſmalibus fo-

a ¶ Propheta.] Dauid Pſalmo 86. qui incipit, Fundamenta.

b ¶ Innititur.] eſt enim præcipuus in eccleſia prædicatorum & doctorum ordo. de hære. cum ex iniuncto.

c ¶ Baſes.] ideſt columnæ: & dici ſolent columnę ex petra duriſſima.

1. Corinth. cap. 3.

ADDITIO: Dicitur baſis quod ſupponitur vel ſuperponitur columnæ, ſecũdum Hugonem: Alij dicunt quòd eſt baſis, quod ſupponitur, epiſtilium quod ſupra ponitur. Ioan. Andr.

d ¶ Ponere poteſt.] 1. Cor. 3. 1. quæſtio. 1. cum Paulus. de presby. non baptiza. veniens.

e ¶ Antea.] in veteri teſtamento.

Pſal. 18. Rom. c. 10.

ADDITIO. Et habes hæc verba vſque ibi, cui Saluatoris. 19. diſt. ita Dominus. Io. And.

f ¶ Præconio.] 43. diſtin. ſit rector.

† Vide Turrecrematam in ſumma de eccleſia, lib. 2. ca. 5. & 6. vbi hæc proſequitur luculenter.

g ¶ Vehebatur.] i. quaſi vehiculo ducebatur, & tranſfundebatur in orbem.

h ¶ Tubam.] Eſa. 57. in fi. aliàs 58. in prin. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocẽ. 43. diſtin. ſit rector. Io. And.

i ¶ Scriptum eſt.] Pſal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei.

Matth. cap. 16.

k ¶ Muneris.] prædicandi.

l ¶ Summo.] adminiſtratione. 80. diſt. in illis. in fi. ibi: Inter Apoſtolos nõ fuit par inſtitutio, ſed vnus pręfuit omnibus: non autem meritis. Nec obſt. ĩ. vbi dicit, pro parili virtute, &c. 2. q. 7. Paulus. & 21. diſt. in nouo.

m ¶ Hunc.] beatum Petrum.

n ¶ Vnitatis.] ipſi Chriſto per vnionem charitatis & gratiæ. ſ. de ſum. trin. damnamus. de conſec. diſtin. 2. in Chriſto patri. Et nota, quia vnitatem in militanti eccleſia eſſe voluit, dum ſuper vnum fundauit. 24. q. 1. loquitur. Schiſmatici autem conantur hanc ſcindere. infra de ſchiſma. cap. vnico.

o ¶ Ipſe erat.] ſcilicet Petrus, iuxta id, Petra autem erat Chriſtus.

ADDITIO. Et de conſecr. diſt. 2. reuera, poſt princip. Hieron. ſuper Abdiam; Petra Petro donauit, vt petra ſit. Ioan. Andr.

ſ ¶ Mirandã.] vt in procœmio huius libri & ĩ. de reliq. & vene. ſan c. 1.

t ¶ Dexteras.] per dexteram pignus pacis & teſtis fidei ſolet dari: aliàs dicitur manus dextera, quaſi dans extra: vnde illa manu ſolent porrigi dona.

† al. ſocietates.

ADDITIO. Quòd per dexteram pignus pacis, & teſtis fidei ſoleat dari, vt tetigit hic gloſſa, facit 1. Mach. 11. poſt medium: vbi plures de dextera repetitur: ibi, Dexteras dederũt mihi, & Barnabæ ſocietatis. glo. ibi, coniungere dexteras ſolet eſſe ſignũ concordiæ, qua ſe inuicem conferebãt antiqui. Io. And.

† Hæc ſcribit B. Ambroſius ſermone 66. de natali Petri & Pauli. refert Grat. in cap. beati. 2. q. 7. vide B. Auguſt. to. 10. de ſanctis, ſerm. 3. in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli.

u ¶ Iſti.] ſcilicet Petrus & Paulus.

x ¶ Reſplẽduit.] ſed per Euangeliſtas eluxit. ĩ. de reliq. & vene. ſancto. Io. And.

y ¶ Vna die.] vt ad Chriſtum pariter peruenirent.

z ¶ Vno loco.] ne alteri Roma deeſſet.

a ¶ Vno perſecutore.] vt ęqualis crudelitas vtrũque perſtringeret. 2. q. 7. beati. vbi ſunt hæc verba. & dic perſecutore, ſcilicet Cæſare Nerone. 21. diſt. quamuis. & adde hic quod ibi notatur.

† al. conſpicitur.

b ¶ Parili.] & ſic Petrus Paulo virtute nõ præfuit, vt ſ. dixi. & dic pro parili virtute, ſcilicet, vt perennem virtutem & conſtantiam contra perſecutionem in paſſione videantur habuiſſe.

† Vide Nicephorũ li. 7. hiſtoriæ eccleſiaſticę ca. 33. 34. & 35.

c ¶ Conſecrarunt.] inf. de reliq. glorioſus. 21. diſt. quiuis. 22. diſtin. cap. 2.

d ¶ Illam.] ciuitatem Romanam.

e ¶ Gens ſancta.] dic ſancta Apoſtolorum affectu. Ioan. Andr.

f ¶ Mater.] 2. q. 6. ad Romanam. de priuileg. antiqua. & ĩ. de pęnis, felicis.

g ¶ Incrementis.] 23. q. 5. prodeſt.

h ¶ Monarchæ.] ideſt, principis.

i ¶ A Deo.] cui omnia quæ fiunt, aut iuſto iudicio fecit, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit. 26 q. 5. nec mirum.

k ¶ Curata.] medicum enim ſe vocat, Luc. 5. cap. Sed non ſanis: ſed male habentibus opportunum. de pœn. diſt. 3. adhuc perfidi inſtant. Io. Andr.

a ¶Firmitatem.] iuxta illud Pauli 2. ad Cor. 12. Cum infirmor, tunc fortior ſum. ſupra de renunc. niſi cum pridem. §. alia. plerunque enim infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat, vt ibi. & dic firmitatem per auxilia temporalium, vt ſupra patet.

munita. eccl. decet. & ĩ. eo. cum non decet.

p Fratres ſuos.] nota, ꝙ quando Papa permixtim de Cardinalibus loquitur, vocat eos fratres, vt hic dicitur. & ĩ. de offic. lega. c. 1. cum ſi. Sed cum ſpecialiter, epiſcopos Cardinales vocat fratres: reliquos filios. ‡ ſupra de crimi. fal. cap. quàm graui.

mentis infirmitas quandam quaſi adiiceret ipſi eccleſiæ firmitatem: [a] qui quarto die ſui baptiſmatis, vnà cum omnibus ſatrapis, [b] & vniuerſo ſenatu, optimatibus, [c] etiam, & cuncto populo, in perſona beati Siluestri, ſibi Romanam conceden do † vrbem relinquens, ab eo, & ſucceſſoribus eius per pragmaticum [d] cõſtitutum diſponendam eſſe (decernens in ipſa vrbe vtriuſque poteſtatis monarchiam [e] Romanis Pontificibus) declararet: [f] non iuſtum arbitrans, [g] vt ibi [h] ſacerdotij principatum, & Chriſtianę religionis caput imperator cęleſtis [i] īſtituit, illic, [k] Imperator terrenus [l] habeat poteſtatem: quin magis ipſa Petri ſedes in Romano iam proprio ſolio collocata, libertate plena [m] in ſuis agendis, per omnia potiretur. Nec vlli ſubeſſet homini, [n] quæ ore diuino cunctis dignoſcitur eſſe prælata. [o] Decet [o] namque ipſi Romano Pontifici, per fratres [p] ſuos ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales (qui ſibi in executione officij ſacerdotalis coadiutores aſſiſtũt) libera prouenire conſilia: Decet ipſius [q] nullo modo vacillare [r] iudicia, vt fratres ipſos nullus ſæcularis poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis fauor abſorbeat, nullus eis terror immineat, nihil eos à veri conſilij ſoliditate remoueat: quin, cũ per ipſum Romanum Pontificem in quibuſcumque negotijs contingeret [s] eorum [t] peti conſilia, in cõſulendo per omnia liberi, eidem Romano Pontifici in omnibus, quæ pro tempore imminent, libere conſulant, & aſſiſtant: ipſaque Romani Pontificis vicarij [u] Dei, quæ ſuis temporibus occurrerit electio, [x] & eorundem Cardinalium † (cum expedierit) facienda promotio, in omni libertate procedant. [y] Digne itaque ad vrbem ipſam eiuſque regimen aciem noſtræ conſiderationis extendimus, vt felici ducta regimine, [y] pręſeruetur à noxiis, & optatis ſemper proficiat incrementis. Nunquid obduxit [z] obliuio, [a] quæ vrbi, quæ incolis nota diſpendia intulerunt hactenus peregrina [b] regimina? Nunquid non hæc deſtructio mœnium, [c] deformatio proueniens ex ruinis, [d] luce clarius manifeſtant? Nunquid non hæc [e] fidelium contrectata † depoſita? [f] Nunquid non hæc ipſa veneranda Dei templa præſidentis manu ſacrilega diebus noſtris nefarie violata proclamant? Quid plura? Nonne ipſius vrbis retroactis temporibus incorrupta conſtantia, ſub † regentis eo tempore nefando ſubuer-

Satrapa dictio eſt Perſica, ꝙ apud nos pręfectũ ſignificat, vide Plinium lib. 6. c. 20. & Suidam.

b ¶Satrapis.] id eſt, ſapientibus: vnde ſolebant vocari ſatrapæ præfecti Perſarum, & ipſorũ principes.

ADDITIO. Vel iudices ſapientes, ſecundum Io. Monachum. Io. And.

c ¶Optimatibus.] quaſi melioribus, & ditioribus de populo: vnde opes diuitię dicuntur.

† Vide Iacobatium tractatu de cõcilio lib. 10. art. 8. adde Couar. lib. 4. c. 16. variar. reſol.

d ¶Pragmaticum.] Pragma idẽ eſt quod cauſa.

e ¶Monarchiam.] monarchia dicitur à monos, quod eſt vnꝰ, vel ſingularis, & archos quod eſt princeps, vel principatus, quaſi vnus & ſingularis principatus.

ADDITIO. Et eſt idem verbum. 22. q. 1. futuram. Et ſecundum Iſidorum quatuor monarchiæ fuerunt: prima Aſſyriorum: ſecunda Perſarum & Medorum: tertia Grecorum: quarta Romanorum. Et prima & vltima fuerunt feliciores alijs.

f ¶Declararet.] habes plenius in illa Palea 96. diſt. Conſtantinus.

g ¶Arbitrans.] Conſtantinus.

h ¶Ibi.] Romæ ſcilicet.

i ¶Cœleſtis.] 22. q. 3. Iulianus. in fi. alibi vocatur rex, vt in prœmio decret.

k ¶Illic.] Romæ.

l ¶Terrenus.] quia de terreſtribus & ſæcularibus tantum habet diſponere. 96. diſtinct. bene quidem. ſupra de conſtitu. eccleſia.

m ¶Libertate plena.] ſim. ſupra, de ſpon. cum locum.

n ¶Homini.] & in hac parte Papa non eſt homo, ſed Dei ‡ vicarius, vt infra ſequitur. 33. quæſt. 2. quos Deus expreſſius. ſupra de tranſla. quanto.

o ¶Decet.] nota inſpiciendum quid deceat. ſic ſupra de voto & vo. redemp. magnæ. circa prius infra de im-

‡ Vide Turrecrematã in ſumma de eccleſia. lib. 2. c. 37.

q ¶Ipſius.] ſcilicet Romani Pontificis.

r ¶Vacillare.] vt 35. q. 9. Apoſtolicæ & e ſententiam. ſupra de priuil. ex ore. in prin.

s ¶Contingeret.] quia non compellitur: habet enim in ſe cœleſtis, & terreni imperij iura. 22. diſtinct. c. 1.

ADDITIO vide quod dicam infra de hære. ſuper eo & quod no. inf de re iudi. ad Apoſtolicæ. in 1. gl. Io. And.

‡ Vide notata in cap. Raynaldus. de teſtamẽ. ver. dilectus f. n. O. vbi inuenies, quæ ad hunc locum pertinent.

t ¶Eorum.] Cardinalium.

u ¶Vicarij Dei.] ĩ. eo. ti. vbi periculum. § ceterum, vt eccl. beneſic. vt noſtrum de tranſla. præl. quãto. cum ſim.

† Quales Cardinales eligi debeãt habetur in conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 1. circa fin.

x ¶Electio.] facienda: quod eſt infra & eo modo quo dicitur ſup. eo. vbi periculum. Io. An.

y ¶Regimine.] ſeculàri, vt patet per ſequentia.

z ¶Obduxit.] quaſi de mente ſubduxit.

a ¶Obliuio. quæ quandoque fallit. 23. diſt. præterea.

b ¶Peregrina.] prohibita. 3. q. 6 peregrina. & c. ſeq.

c ¶Męnium.] id eſt, ædificiorum. [C. de ſumma Trinita. l. 2. in fi.] Et proprie dicuntur mœnia ædificia murorum ciuitatis: dicta ab eo ꝙ ciuitatem muniant: & interdum abuſiue dicuntur omnia publica ædificia ciuitatum, & interdum priuata: à Mœnio mœnis, id eſt, ædifico, ædificas.

† al. contrecta.

d ¶Ex ruinis.] hoc maxime fuit tẽpore Brancaleonis de Andulo ciuis Bonon. qui ciuitatem Romanam multis ruinis reddidit deformem, [cum eſſet ſenator Romanus Io. Mon.]

† Hęc periodus in antiquis exemplaribus cõſtanter legitur ita: ſub regentis eo tempore nefando ſubuerſiã regimine, ipſam vrbem ſpeculum fideĩ tanta, &c.

e ¶Non hæc.] proclamant: quod eſt infra.

f ¶Depoſita.] feruntur hæc fuiſſe tempore Henrici fratris regis Caſtellæ.

ſa eſt regimine? ipſamque vrbem ſpeculum[a] fidei tanta reſperſit infamia, vt à matre ſua Romana Eccleſia filia prædilecta deuiare compulſa, quondam Corradinum, qui de venenoſa radice Frederici quondam Romani Imperatoris, colubri tortuoſi iuſto ipſius eccleſiæ iudicio reprobati[b] prodijſſe videbatur in regulum: quique ad exterminium Romanæ matris Eccleſiæ manifeſtis indicijs vnà cum ſuis fautoribus aſpirabat, & in contemptum Dei, & ſuæ matris, ac ipſius vrbis opprobrium patenter reciperet, † recepto faueret, conſtituens[c] ſe per hæc † tam patentis hoſtis ſuæ matris Eccleſiæ filiam adiutricem. Hoc ipſi Romæ præſtiterunt ſenatores incogniti, hoc præſides improuiſi, vt glorioſa ciuitas redderetur ingloria, ſua ſtabilitas vocaretur inſtabilis, ſuæque conſtantiæ antiquata ſoliditas, linguis hominum vocaretur infirma. ¶ Proinde officij noſtri debitum[d] circa huiuſmodi tam periculoſos[e] euentus, ad libram moderaminis erigentes, tantæ ſubuerſionis occaſiones ita ſalubris remedij[f] appoſitione præcipimus: ne illorum (qui ipſam rempublicam laudabiliter hactenus gubernauerunt) videamur gloriam ſuggillare, vel merita: quæ illis apud infallibilem[g] & ſcientem[h] omnia retributorem, de iam perlatis quæſita laboribus ſalua perſiſtunt. Vt ergo circa regimen ipſum talis adhibeatur in omnibus cum diſcretione ſolertia, per quam ipſi Romanæ Eccleſię plena libertas (quæ in omnibus, & per omnia ſibi debetur) optata proueniat, vitentur iam experta pericula: & † Romanus populus ab opprimentium protectus incurſibus ſedeat, ſedendo quieſcat in pulchritudinem † pacis, in tabernaculis fiduciæ, & temporalium requie opulenta: de fratrum noſtrorum conſilio, hac irrefragabili, & in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, vt quandocunque, & quotieſcunque[i] ſenatoris electio, vel alterius quocunque nomine[k] cenſeatur, qui quocũque modo, vel quocũque titulo ipſius vrbis debeat preeſſe regimini, in poſterum imminebit: nullus Imperator, ſeu rex Romanorũ, aut alius[l] Imperator, vel rex, princeps,[m] marchio,[n] dux, comes, aut baro, vel quicunque alterius notabilis præeminentiæ, potentiæ, ſeu poteſtatis, excellentię, vel dignitatis exiſtat, frater, filius vel nepos † eorum, ad tempus, vel in perpetuum,[o] ſeu quiuis alius, vltra annale ſpatium, quouis modo, colore, vel cauſa, per ſe, vel per aliam perſonam quomodolibet ſubmittendã, in ſenatorem, capitaneum, patricium, aut rectorem, vel ad eiuſdem vrbis regimen, ſeu officium nominetur, eligatur, ſeu aliàs etiam aſſumatur abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, per ipſius ſedis litteras[p] conceſſionem licentiæ huiuſmodi ſpecialiter exprimentes.[q] Quod ſi ſecus factum fuerit, nominationem, electionem, & aſſumptionem huiuſmodi decernimus eſſe nullas: ac carere omni robore firmitatis: & non ſolum nominatores, electores, & aſſumptores, verũ etiam nominati, electi, & aſſumpti, ſi hmõi nominationi, electioni, ſeu aſſumptioni cõſenſerint, aut ſe de ipſis quolibet modo intromiſerint, intendentes[r] & obedientes eiſdem, & in hoc omnes dantes ipſis nominatoribus, electoribus, aſſumptoribus, aut nominatis, electis, vel aſſumptis, auxilium, conſilium, vel fauorem, publice, vel occulte, cuiuſcunque digni-

ADDITIO. Tũc ſenatoris Romani cuius tempore templa vrbis fuerũt violata. Ioan. Mona.

a ¶ Speculum.] ciuitatem Romanam. 19. diſt. enimuero.

b ¶ Reprobati.] infra, de re iudica. ad Apoſtolicæ.

c ¶ Conſtituens.] ipſa ciuitas Romana.

d ¶ Debitum.] infra de offic. delega. cap. 1.

e ¶ Periculoſos.] 24. diſtinct. in nomine Domini. & ſupra eodem titu. vbi periculum.

f ¶ Remedij.] huius noui. Ioannes Andr.

g ¶ Infallibilem.] de conſecr. diſtin. 2. panem.

h ¶ Scientem omnia.] 22. diſt. erubeſcant. 24. q. 3. Deus quando.

i ¶ Quotieſcunque.] poſitum ne quis crederet ſolum in prima electione ſenatoris hanc conſtitutionem locum habere.

k ¶ Nomine.] ſupra eod. tit. auaritiæ. 14. quæſtio. 3 plerique. ſupra de ſimon. ea quæ.

l ¶ Alius Imperator.] puta Græcorũ. Ioan. And.

m ¶ Princeps.] quaſi primum locum capiens: & poteſt eſſe dignitatis & ordinis hoc nomen.

ADDITIO. Vide in Clem. preſenti. de bapt. in glo. ſimile. Io Andr.

n ¶ Marchio.] in libro feu. tit. qui dicatur marchio, comes, capitaneus, vel valuaſſor, habes ad litteram hæc verba: Qui à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt, dux ſolito more vocatur: qui vero de marchia, marchio dicitur: Dicitur autem marchia, quia cara, ideſt, collecta, & iuxta mare plerunque ſit poſita. Qui vero de comitatu aliquo inueſtitus eſt, comes appellatur. Qui vero à principe vel poteſtate aliqua de plebe aliqua, vel plebis parte fuerit inueſtitus, is capitaneus appellatur: qui proprie maior valuaſſor olim dicebatur. Qui vero à capitaneis antiquitus feudum tenent, valuaſſores sũt. Qui à valuaſſoribus, valuaſſini: ideſt, minores valuaſſores appellantur.

o ¶ Perpetuum.] ideſt, vt ad hæredes trãſeat: vel ideſt, donec vixerit. Ad idem ſupra eodem lib. de reſcrip. ſi gratioſe, & ff. pro ſoc. l. 1.

p ¶ Litteras.] nota caſum, in quo ſcriptura requiritur. alios not. infra de cenſi Romana. §. poſtq̃.

q ¶ Exprimentes.] ſic infra de temp. ordinat. cap. 1. de appe. cordi. infra de ſenten. excommu. cum medicinalis.

r ¶ Intendentes.] idem verbum, ſupra eodem, vbi periculum. §. ceterum. & §. ſequen.

s ¶ Di-

† al. exciperet

† al. p hoc al. per hanc

Marchio, comes, capitaneus, valuaſſor quis dicatur.

† al. ita, & Romanorũ populus, &c.

† al. pulchritudine

† Nepos & deſcendens ex filio. l. 1. §. 1. ff. de gra. ſed verſus qui ſequẽdus eſt, et in conſtitutione reſtringibili, ſm Bar. in l. oẽs populi. glo. in c. nõnulli. de reſcrip. nepos eſt filius fratris vel ſororis in vſib. feu. qui. mo. fe. amit. §. itẽ ſi fratrẽ. ita capitur hic. Io. An. Do. Phil. Fon.

a ¶ Dignitatis.] etiã ſi epiſcopi fuerint: nec obſtat infra de ſententia excommunicatio. quia periculoſum. quæ in ſententia excommunicationis non loquitur.

b ¶ Incurrant.] & abſoluentur à ſolo Papa. infra eodem. §. contemptores. Io. Andr.

c ¶ Liberam.] etiam illis non uocatis. infra de præbendis, licet epiſcopus. & hoc intellige ſaluo eo quod dicitur infra de præſcriptio cap. 2. Ioan. Andr.

d ¶ Gloriari.] ſupra de poſtulatio. capitu. 1.

e ¶ Iudices.] ideſt, aduocati. & loquitur ad modũ vulgarium, per id quod dicit infra patrocinari: vel proprie ponitur.

f ¶ Mortis.] iſte caſus ſemper excipiẽ. ſic 18 quæſtio. 3. ſi quis ſuadente. & ſupra de offic. ordina. paſtoralis. ſecundo reſpon.

g ¶ Potiantur.] olim etiam Romani ſpecialia habebant priuilegia. Vnde Paulus aduerſus iniurioſos, ſe Romanum ciuem teſtabatur, Actuum 22. decima diſtinctio. ſi in adiutorium.

[Gloſ. ſeq ſoluit contrarium.]

h ¶ Excludat.] ſicut ergo ciuis Romanus ſenator illius ciuitatis eſſe poteſt: & ſic prætor. C. de officio præto. l. 2. (facit l. 4. C. de incol. lib. 10.) aliàs nõ poteſt quis præſidere, vel aſſidere in prouincia vel ciuitate ſua ſine principis licentia. C. de crim. ſacrileg. l. vltima. ff. ex quibus cauſis maio. l. ij, qui. & l. ſequen. & C. de aſſe. l. in conſiliarijs.

Q Vamquam.] Diuiditur in duas partes principales: Prima loquitur de eccleſiis epiſcopalibus: Secunda ibi,

† Dixit Pe. de Anch. niſi hoc fuiſſet expreſſum, pœna priuationis feudi non tranſiuiſſet in filium: Quod tamẽ ipſe latius diſtinguit. Font.

dignitatis, a vel præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus extiterint, eoipſo ſententiam excommunicationis incurrant: b ac nihilominus ipſos nominatos, electos, ſeu aſſumptos, ſi contra conſtitutionem præſentem prædictis nominationi, electioni, vel aſſumptioni conſenſerint, aut ſe quoquo modo illis ingeſſerint, & eorum † poſteros in perpetuũ omnibus feudis, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, gratijs, & honoribus, quæ à prædicta ſeu alijs tenent Eccleſiis, cenſemus eſſe priuatos: Ita quòd illi, ad quos eorum collatio, conceſſio, ſeu diſpoſitio pertinet, reſumendi ea, aut retinendi, concedendi, ſeu conferendi aliis, ſeu de ipſis etiam diſponendi (prout ad eos pertinet) liberam c habeant poteſtatem: Et ne aliter nominati, electi, vel aſſumpti de ſua pertinacia, vel contemptu valeãt gloriari: d Nos quælibet mandata, præcepta, ordinationes, & ſtatuta, quę fecerint, omneſque ſententias, quas tulerint, & quicquid penitus in contractibus, & obligationibus, ſeu quibuſcũque aliis vrbis nomine, vel tãquam ſenatores, capitanei, patricij, aut rectores, vel officiales ipſius egerint, irrita prorſus exnunc, & vacua nũciamus. e Iudices e vero & tabelliones, qui ſuper his, aut eorum aliquibus, contra pręſentis cõſtitutionis edictum patrocinari, vel inſtrumenta conficere forte præſumpſerint: iudicatus, & tabellionatus officijs ſe nouerint eſſe priuatos. ¶ Contemptores quoque, ſeu violatores præmiſſorum, vel aliquorum, vel alicuius eorum, ab huiuſmodi excommunicationis ſententia (præterquam in mortis f † articulo) abſolui non poſſint, niſi per Romanum Pontificem: vel de ipſius petita, & obtenta licentia ſpeciali: Non obſtantibus aliquibus priuilegijs, indulgentijs, conceſſionibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, & ſtatutis quacumque firmitate vallatis; quæ in pręmiſſis omnibus nolumus aliquibus, vel alicui ſuffragari: ſed omnia, quo ad illa decernimus non tenere. ¶ Vt † autem ciues Romanorum, qui ex ipſa vrbe naturalem duxiſſe noſcuntur originem, aut quiuis alij, qui in ipſa eiuſve territorio non aduenæ, ſed continui habitatores extiterant, † quo ad honores ipſius vrbis, aut regimen, gratioſis functionibus potiãtur: g non intendimus, quòd præſens conſtitutio tales excludat, h quin ad vnum annum dumtaxat, vel ad aliud tempus breuius nominari ad ipſius regimen, & officium eligi valeant, ac aſſumi: etiam ſi prædictorum principum, & aliorum fratres, filij, vel nepotes exiſtãt, aut etiam ſi extra vrbem, & ipſius territorium ſub nomine comitatus, baronię, ſeu cuiuſcunque alterius tituli, in hominibus, † vel locis aliquibus iuriſdictionẽ, ſeu poteſtatem aliquam temporalem, vel perpetuam obtinerent: dummodo prædicta iuriſdictio, vel poteſtas extra vrbem & territorium præfata conſiſtens, non tantæ præeminentiæ, vel notabilis potentatus exiſtat, quòd eam † obtinentes eius occaſione, vel cauſa, cum alijs excluſis à dicto vrbis regimine (vt præmittitur) pręſentis conſtitutionis oraculo rationabiliter includantur.

Secus. de inferioribus. Dominicus.

ADDITIO. De quo conquerebatur Hoſtien. infra de ſupplenda negligen. prælato. cap Romana vt ibi dicam ſuper ver. eorum, in fine. Ioan. Andr.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauienſi, vel alia cathedrali, vel metropolitana eccleſia, omnes canonici peccauerunt in materia: quia ſcienter indignum elegerunt: vel ſcienter omnes peccauerunt in forma: certum eſt, quòd in primo caſu ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice: in ſecundo vero caſu non ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligẽdi pro

† Quia tũc nulla eſt ca ſuũ reſeruatio: & ideo oẽs ſacerdotes, quolibet pęnitẽtes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluerẽ poſſũt. concil. Trident. ſeſſio. 14 cap. 7 de caſuum reſeruatione.

† al ita: Vt autẽ ciues Romani.

† al. extiterint

† al. ita: in dominib. al. ita: in omnib. ſed lectio impreſſa eſt vera.

† Dictio, eam, deeſt in manuſcriptis codicibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Canonicis cathedralis eccleſiæ ipſo iure, vel per ſententiam (præter quam in caſu negligentiæ) eligendi poteſtate priuatis, ad Papam ius deuoluitur eligendi: in inferioribus eccleſiis ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur. hoc dicit.*

CAP. XVIII.

Q Vam-

pro illa vice: in ſecundo vero caſu non ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligēdi pro illa vice: ſed veniunt priuandi per ſnīam. Ponamus, ꝙ fuerunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice: quæritur quis habebit prouidere illi eccleſiæ de prælato: vtrum Papa vel ſuperior immediatus? Rñdet, ꝙ licet propter negligētiam canonicorū immediatus ſuperior poſſet illi eccleſiæ prouidere: tamen in caſu delicti in prædictis caſibus poteſtas prouidendi deuoluitur ad ſolum Papam: Quid in alijs eccleſijs inferioribus; puta monachi S. Cypriani ſcienter peccauerunt in materia, vel in forma: vtrum ſuperior īmediatus, ſcilicet eps Pictauiēſis, habebit prouidere ipſi abbatiæ ſancti Cypriani? Reſpondet quòd in eccleſijs inferioribus, in caſibus prędictis, prouiſio ſpectat ad proximum ſuperiorem & ſic iſtud cap. non immutat aliquid de iure antiquo niſi in eccleſijs cathedralibus & metropolitanis. Nota primo illud, ad quod allegatur prin. huius c. videlicet nos nō debemus dicere ius antiquum eſſe correctum niſi in caſibus, inquibus reperitur expreſſe correctum. concor. l. præcipimus. in fi C. de appel. ideo licet in capitulo, ne pro defectu. eo tit. in ant. comparentur eccleſia cathedralis & regularis: & per hoc capitulum ſit receſſum à cathedralibus eccleſijs: non tamen per hoc eſt receſſum ab eccleſijs regularibus. Nota inſuper principalē effectum, ad quem emanauit pręſens capitulum videlicet, ꝙ ſi canonici eccleſiæ cathedralis vel metropolitanæ peccauerunt in materia: ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice: ſi in forma, per ſententiā: & poteſtas prouidendi deuoluitur ad Papā: Nā res de facili reuertitur ad ſuā naturā: Vnde in principio eccleſiæ ſolus Papa cōferebat epatus, & alias dignitates maiores: & epi conferebāt oīa alia inferiora beneficia: poſtea illud fuit imminutatū & fuit ordinatum, qđ canonici eligerent epm vel p̄latum ſuperiorē. Ita ſimiliter in alijs inferioribus eccleſijs collegiatis clerici ſimiliter haberent electionem. Itē ſi eſſent alia beneficia, & aliqui ea fundarent, ꝙ ipſi haberēt ius patronatus in illis bñficijs: & ad illa poſſent clericos præſentare: ideo ſi canonici eccleſię cathedralis, vel metropolitanę, quibus facta fuit illa gratia, delinquant: poteſtas reuertit ad Papam. Nota vlterius, ꝙ licet in cap. ne pro defectu. alleg. eccleſiæ cathedrales & regulares æquiparentur: quia in vtraque eſt electio facienda infra tres menſes, tamen diſcōueniunt. Nam in cathedralibus eccleſijs ſi peccatum fuerit in materia, vel forma, ſit deuolutio ad Papam, in alijs autem eccleſijs inferioribus ſit deuolutio ad proximum ſuperiorem.

† In generali cōcilio Late a ſub Innoc. iij. cap. 13.

quam[a] in caſu negligentiæ ſit ſtatutum à iure,[b] † vt eccleſia cathedrali[c] vacante, ſi per eos ad quos ſpectat,[d] non fuerit electio de prælato infra tempus[e] debitum celebrata, eligendi poteſtas ad ſuperiorem proximum deuoluatur: hoc tamen non eſt ad caſum alium[f] extēdendum. Igitur ſi electores in huiuſmodi eccleſia, vel ipſo iure, cum eligunt[g] ſcienter[h] indignum,[i] vel per ſententiam, cum formam traditam in generali[k] † concilio non obſeruant, eligendi poteſtate priuentur: non ad dictum[l] ſuperiorem, ſed ad Romanum Pontificem poteſtas eadē[m] deuoluetur:[n]

† al. generali cōcilio Lateranen. ſub Inn. iij. cap. 24.

¶ Prima gloſſa ſummat. & dicit quid declaret, & vnde ſumitur.

a ¶ Quamquam.] canonicis cathedralis eccleſiæ ipſo iure, vel per ſententiam (præterquam in caſu negligentiæ) eligendi poteſtate priuatis, ad Papam ius deuoluitur eligendi: In inferioribus eccleſiis ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur hoc dicit. Emanauit ad declarationem eorū, quæ not. Ber ſ. eo. bonæ. 1. in vlt. gloſ. & moderni ſupra eo. cum in cunctis. & ca. ne pro defectu. vt infra clarius dicam. Et primum dictum huius decretalis fuit ſumpum ex decretali Alexandri, dilecti. in fine. de qua facta fuit mentio ſupra eod. quamuis.

b ¶ A iure.] ſ. eo. ne pro defectu.

c ¶ Cathedrali.] & idem in hoc caſu ſtatutum eſt de regularibus, vt ibi: & de inferioribus omnibus. ſ. de cōceſ. præben. cap. 2. ſed licet quo ad caſum negligentiæ ſint hæc paria: non tamen quo ad alios caſus, vt j. in fine patebit.

ADDITIO. Vt dixi ſ. eo. in antiquis. quia propter. in gloſ. 2. Ioan And.

d ¶ Spectat.] quocumque modo, ſiue iure communi, ſiue priuilegio, vel præſcripta conſuetudine. ſupra eo. cum ec cleſia. de cauſa poſſeſſio. cum eccleſia. cū ſimilibs. in antiq.

e ¶ Tēpus debitū.] trium menſium. 50. diſtin. poſtquam. ſ. eod. ne pro defectu. ſaluo. eo. quod dicit j. de prębendis, cap. 2. & 3.

ADDITIO. Dic vt ibi, in glo. ſecunda. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. dat tria ſimilia.]

f ¶ Alium.] à caſu negligentiæ: & ſic aliud eſt eſſe in negligentia, aliud in dolo. probatur idem j. eo. ſi compromiſſarius. ſicut & aliud eſt remitti in vno, q̄ in alio. ff. de his qui notā. infā. l. 1. & 2. ad idem, ff. de ſuſpect. tuto. l. hæ enim. ſ. eo. tit. ſuper eo. in antiq.

g ¶ Eligunt.] hoc intellige, ſiue ſimul & ſemel eligāt, ſiue ſeparatim. in antiq. ſ. eo tit bonæ. 1. licet quidam olim dixerint j. ſcilicet Lau. ſed hoc eſt tenendum, vt ibi not. in vlt. glo. & idem ibi notant moderni omnes.

h ¶ Scienter. ſecus ſi ignoranter: quia tunc ad eos rediret electio & à die ceſſationis tēpus integrum haberent, vt j. eo. ſi electio.

i ¶ Indignum.] ſup. eo. cum in cunctis. in antiq.

k ¶ Generali concilio.] ſup. e quia propter. & idē dico in alij caſibus quibus priuati ſunt, vel priuantur. ſu. eo. quicquid & ſup eo. lib. & tit. ca. 2

l ¶ Dictum ſuperiorem.] ſcilicet proximum.

m ¶ Poteſtas eadem.] eligendi. vel prouidendi in ipſa cathedrali eccleſia.

[Gloſ. ſeq primo ponit antiquam & nouam opin. Ber. ſecundo contra nouam allegat: tertio illam fortificat per ſimile: quarto illam probat per originariam huius iuris cauſam: quinto quęrit, & ſoluit.]

n ¶ Deuoluetur. vt plene ſcias hanc materiam, & huius iuris originem, ſcire debes, ꝙ Ber. in quadam ſua antiqua gl. quam hodie non habemus per decre. ſup e. ne pro defectu. notabat ſup. e. bonæ. 1. in vltima gl. ꝙ quando canonici eligebant ſcienter indignum in cathedrali eccleſia, ꝙ eligēdi poteſtas ad ſuperiorem proximum deuolebatur: Rñdens ad decre. bonę. ꝙ ibi nō erat alius ſuperior, q̄ Papa: ſed poſtmodum cancellata illa gloſſa in ſui additione, quam ibi poſuit, dixit ꝯ: & opinio eius hic approbatur: dixit enim quod quia in decr. cum in cunctis. Papa in inferioribus expreſſit ad quos eligendi poteſtas deuoluatur: & in cathedralibus tacuit: dedit intelligere, ꝙ ad ipſum in prędictis eccleſijs eo caſu poteſtas deuolui deberet, & hoc ibi tenet Gof. & Vin. In contrarium videbatur: quia quaſi paria videntur non eligere intra debitum tempus, vel non eligere idoneum: ad hoc de tranſl. 1. inter corporalia, (& ibi vide concor. in verſi. ſed neque & de cle. non reſi. tuæ. in glo. 2) ſed ſi illi non elegiſſent, ad illum ſuperiorem deuolueretur poteſtas. ergo, &c. & ſuper hoc vide quod not. Inno ſup. de conceſ. præben. cū noſtris. 1 Sed vt ſup. dixi. & j. patebit: aliud in vno, aliud in alio & merito: Nam dicit lex, ꝙ ſi quis negligens fuerit in petenda bonorum poſſeſſione infra centum dies, locum facit ſequenti in gradu. ff. de ſucceſ. edic. l. 1. §. decretalis. & § quod dicimus. Si autem pp crimen

1 Et ibi ſcripſi ſup verbo, poſſidebat. Tenet tū ibi, ꝙ dū modo talē elegerint, I quem eade repoſſit ius dignitatis: qualem dixit eſſe homicidā, nō dicerentur negligētes: ſecus ſi talē elegiſſent, in quē tale ius non cadit, exēplificat de omnino illitterato, muliere, vel īfante. ibi vide. Ioan. And.

crimen vel indignitatem, bonorum poſſeſſionem amittit, applicatur fiſco, non ſequenti in gradu. ff. de his qui bus vt indi. l. Claudius. & l. mulierem. & C. eo. ti. l. hæreditas. Sicut ergo ſuccedit fiſcus propter delictum vel indignitatē, non propter negligentiam: ſic & curia in primo caſu, nō in ſecūdo ſuccedat. Vt igitur huius iuris originem ſcias, veritatem ſcire debes, ſcilicet ď antiquo iure & diſpoſitione eccleſiæ, poteſtates conferendi epiſcopatus ad Papam pertinere. 22. diſt. c. 1. conferendi autem inferiores eccleſias ad epōs.

Secus [a] autem in inferioribus [b] eccleſijs eſt cenſendum.

Idem.

Conſtitutioni, vt circa, non ſatisfecit appellās, qui diſtinctione iurauit ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere deberent ex eis. Ioan. And.

CAP. XIX.

IS, qui contra [c] electionis formam, vel electi [d] perſonā aliqua obij-

Sed hæc regula fallit in caſibus, qui poſtmodum à iure fuerunt expreſſi: Voluerunt enim iura, ꝙ in cathedralibus ſibi eligerent canonici, ſup. eo. cum eccleſia. in inferioribus ēt collegiatis canonici. 21. q. vlt. congregatio. ſupra eo. c. 1. & ſtatuta fuerunt eis tempora. ĩ. ne pro defectu. & de conceſ. præb. c. 2. 50. diſt. poſtquā. Scias tñ ꝙ primo emanauit conſtitutio illa, nulla. de conceſ. præb. quam decretalis illa, ne pro defectu. Olim ergo etiam poſt decre. nulla. ſi canonici cathedralis eccleſiæ non eligebant epm debito tēpore, deuoluebatur etiam in hoc caſu negligentiæ, poteſtas ad Papam, vt ſupra de conceſ. præben. dilectus. ſed poſtmodum ſtatutum fuit, ꝙ in illo caſu, ſcilicet negligentię, bene deuoluatur ad ſuperiorem proximum: vt in c. ne pro defectu. in hoc caſu ergo ſeruabimus illud ius: ſed ad alios non extendemus, vt hic vides: ſed antiquo iuri ſtabimus. Refert tamen Compoſtellanus pluries ſuis temporibus tractatum fuiſſe per Papam, quod hæc poteſtas archiepis conferretur etiam in his caſibus: ſed finaliter deliberatio in contrarium reſedit, vt hic vides: Et fuit ratio: quia prompti eſſent archiepiſcopi in caſſandis electionibus, vt prouiſionū poteſtas rediret ad eos. Fuerat ēt olim iſta opinio Vinc. ĩ. eo. innotuit. & ſequuntur eam Innoc. & Hoſtien. in decre. cum in cunctis. & ſic ſeruabat curia ante iſtam conſtitutionem. Et ſemper intelligas hæc vera, cum omnes ſcienter eligunt indignum, ſiue ſimul & ſemel, ſiue ſeparatim: vt ſupra dixi. Si autem aliqui eligunt, tunc deuoluitur poteſtas eligendi ad alios ipſo iure: vel per ſententiam cum peccant in formam, vt in decret. quia propter. facit ſupra eod. cap. 2. Sed pone: pars eligentium peccauit eligendo ſcienter indignum: remanſit ergo iuriſdictio in alios: illi non elegerunt infra tempus debitum: quid erit in caſu iſto, nunquid deuoluetur electio ad archiepiſcopum vel ad Papam? Dico ſecundum Ber. Compoſtel. qui hoc no. ſupra eo. cum Vintonien. cum pars non peccans fungatur vice capituli, vt ibi, & ſupra eo. dudum. ſi capitulum negligat: ad ſuperiorem deuoluitur electio per cap. ne pro defectu. ſic & hic, cum finalis culpa fuerit negligentia.

ADDITIO Et finis eſt ponderandus. de noui ope. nunc. c. 2. in fi. Io. Andr.

[Gl. ſeq. litteram declarat, & rationem reddit. ſignat contrarium & ſoluit.]

a ¶ Secus.] in hoc ſecus: quia in inferioribus vtroque caſu deuoluitur ad ſuperiorem: & eſt eadem rō quam ſupra dixi. ad epm enim ex diſpoſitione antiqua pertinebat eccleſiarum ſuæ diœceſis diſpoſitio: redit ergo res ad ſuam naturam. 35. diſt. ab exordio. [Et ſi vacat ēt cathedralis, dicit Io. Mona. tenendum quod habetur ĩ. ne ſede vacan. cap. vno. Io. Andr.] Nota ergo, ꝙ pœna decre. cum in cunctis. habet locū in inferioribus dignitatibus ab epiſcopatibus: & eſt expreſſum ſupra eo. dudum. 2. Contra ĩ. eo. ſi compromiſſarius. §. hmōi. Solu. ibi loquitur de pęna illa ſuſpenſionis à beneficijs per triennium, quæ nō habet locū niſi in epatibus & ſuperiorū electionibus: de qua loquitur decre. cū in cunctis. §. clerici ſane. ſed hic loquitur de illa pœna, ſ. priuationis ptāte eligendi, de qua loquitur ipſa decr. cū in cunctis. in fi. Sed cū pęna ſuſpenſionis à beneficijs ibi repetita non ſit: in illis locum non habebit, vt in contrario dr.

[Gl. ſeq. ponit ꝯriam obſeruantiam curiæ, cui rñdet.]

b ¶ In inferioribus.] quibuſcūq; ab epatibus, ēt in regularib⁹: olim tñ curia ſeruabat ꝯrium, interdū in regularibus: quia cū decre. illa, ne ꝑ defectu æquiparet cathedrales & regulares, ſicut in cathedralib. ĩ. dictū eſt, ita videbatur in regularibus dicendū: ſed non eſt ita: nec habet locum rō reddita ĩ. proxi. rñſo: quia ſufficit nō denegari diœceſano hanc poteſtatem, cum in ſua diœceſi oia poſſit: quod non eſt in archiepis. [In quibus ſatis eſt id eis non conceſſum. ĩ. de ſupplen. negli. præl. Romana. cū ſuis concor.] Et ſuper hoc vide Cōpoſt. ĩ. eo. ne pro defectu. ad ſi Approbatur aūt hic gl. Io. & Hugo. 17. q. 2. c. 1. qui ibi no. ꝙ eps aliū inſtituet in abbatem, cum monachi indignum eligūt. & quod no. ipſe Ber. in prædicta decr. bonæ. in vlt. glo. [& de excep. ſignificauerunt. in 1. glo. Ioan. And.]

[IS qui.] Primo ſoluit caſum dubium: Secundo rationem ſubdit: ibi, Cum non. Ioan. And.

ADDITIO Dicit Archidiaconus, ꝙ in concilio Bituricen. idem fuerat interlocutus Innoc. v. Ioan. Mon. dicit de quarto. Io. And.

CASVS. Dictum fuit in c. vt circa. ſupra eo. tit. in anti. ꝙ appellans ne aliquis eligatur, poſtuletur, aut prouideatur, debet exprimere in ſua appellatione omnia vitia, quæ opponit tam contra formam electionis vel poſtulationis, quàm contra perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi. Item ꝙ debet ipſe appellans iurare, ꝙ omnia obiecta per ipſum credit eſſe vera, & ſe ea poſſe probare. Sed ponamus, quod ipſe appellans à prouiſione, electione, vel poſtulatione iurauit ſub hac forma, ꝙ ipſe credit omnia propoſita in inſtrumento appellationis, vel aliqua ex eis, quæ debebunt ſufficere ad repellendum electum, poſtulatum, vel prouiſum, eſſe vera: vtrum per iſtam formam ſit ſatiſfactum illi conſtitutioni? Reſpondet ꝙ non: immo debet ſimpliciter iurare, ꝙ omnia quæ oppoſuit in formam electionis, vel perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi, credit eſſe vera: & ea ſe poſſe probare: alias ſua appellatio non valet: nec pōt impedire confirmationem electionis. Nota primo, ꝙ appellans in cauſa electionis ad Apoſtolicam ſedem obijciendo aliqua in formam electionis & perſonā electi, poſtulati, vel prouiſi, debet iurare expreſſe, ꝙ omnia per eum obiecta credit eſſe vera: & ſe poſſe probare.

Nota vlterius, ꝙ ſi appellans ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, iurauerit oia per eū poſita in inſtrumento appellationis ſe credere eſſe vera, & poſſe probare, vel aliqua ex his, quæ tamen ſufficient ad electū, poſtulatum, vel prouiſum repellendum, nō eſt per hoc ſatiſfactum formæ ſubſtantiali appellationis, de qua in c. vt circa. ideo non eſt admittendus ad proſequendum ſuam appellationem. Heli. Reg.

[Prima glo. ſummat, & dicit vnde ſumpta.]

c ¶ Is, qui contra.] Conſtitutioni, vt circa. non ſatiſfecit appellans, qui diſiunctiue iurauit ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere deberēt ex eis. Ortum habuit hæc decretalis ex gloſſa Gar. poſita ſup. eo. vt circa, ſuper verbo, probare. & gloſſa Guliel. ibidem poſita ſuper verbo, ſe poſſe. & hic ipſorū approbatur opinio.

d ¶ Vel electi.] [1] Ergo intelligo idē de poſtulato, vel eo in cuius perſonam facta eſt prouiſio: cum decret. illa, vt circa. hæc oia æquiparet: vnde quod in vno dr, intelligatur in alijs repetitum: & idem ēt intelligas de eligendo, ſi contra certā perſonam appelletur. ĩ. ꝓprox.

[1] Ex hac gl. no. Phil. ꝙ noua diſpoſitio iuriſdictionis qui declaratoria, hēt locum in eo ſu, quo ius antiquum. Fom.

e ¶ Obij-

ciens, [a] ad ſedem Apoſtolicam [b] appellauit, corporali à ſe præſtito iuramento, quòd illa, quæ in appellatione ſua expſſerat, vel ea, quæ de ipſis deberẽt ſufficere, vera eſſe credebat, & ſe poſſe probare: non eſt ſuper obiectis, vel expreſſis huiuſmodi audiendus. [c] Cum nõ ſimpliciter, [d] ſicut tenebatur iuxta conſtitutionem felicis recordationis Gregorij Papæ decimi prędeceſſoris noſtri, editam in concilio generali Lugdunenſi, [e] iurauerit expreſſa eadem ſeu obiecta ſe credere vera eſſe: & ſe [f] poſſe ꝓbare: ſed indeterminate illa, [g] vel ea, quæ deberẽt ſufficere de eiſdem. [h]

¶Idem.

¶Qui cõtra certam perſonam ne eligatur appellat, cõſtitutionem, vt circa, ſeruare tenetur. Ioan. And.

CAP. XX.

QVi contra [i] certam, [k] & nominatam [l] † perſonam ne ab alijs eligatur, [m] ad ſedem Apoſtolicam, [n] antequã

a ¶ Obijciens.] exempla de his quæ obijci poſſunt, dixi ſ. eo. vt circa.

b ¶ Ad ſedem Apoſtolicam.] iſta littera vĩ facere pro Guli. qui not. in decre. vt circa. ꝙ decr. ipſa non habet locũ niſi in appellationibus interpoſitis ad Papã: ſed ȝrium credo, vt ibi dixi, ſecundum Gar cũ decre. illa indiſtincte loquatur.

ADDITIO. Pluries meditatus ſum, quod forſan cõpoſitores huius libri in his opinionib. diſcordabant, certis volentibus, & alijs nolentibus Apoſtolicã ſedẽ exprimere. Et iõ nõ fecerunt de his quatuor capit. declarantibus decr. vt circa vnicã decre. diuiſam per §. ſicut fecerũt de decre. commiſſa. inf. e. quæ declarat decr. licet canon.

c ¶ Audiendus.] nota ꝙ iſta decre. declarat q̃ ſit pœna nõ ſeruantis conſtitutionẽ illam, vt circa. ſcilicet, ꝙ non valet appellatio: dicebant enim quidam, ꝙ illa erat pœna non iurantis, ꝙ ſuper non expreſſis non audiretur, ſuper expreſſis vero ſic: per illum ver. alioquin qui eſt ibi. ſed hoc eſt falſum, vt hic patet: quia non iurans, vel iurans alio modo quàm debuerit, non auditur etiam ſuper expreſſis: & ille verſic. alioquin, exponi debet, vt ibi dixi.

a ¶ Si electio.] Si electus non cõſentit: vel poſt conſenſum renunciat: vel moritur: vel propter occultum ſui vitium electio caſſatur: eligentes ad eligendum extunc integrum tempus habebunt: niſi circa id egerint fraudulenter. Et determinat hęc decretalis quod tangebat per Hoſtienſem & Compoſtellanum ĩ. eo. ne pro defectu, per Vincen & Abbatē ĩ. de maio. & obed. cũ olim.

1 Et Arch. hic dicēs, ꝙ littera hæc loquitur đ renũciatione poſt conſenſum. & de nullius licentia mētionē facit. Idem Ioan. Mo. ĩ. vt li. pen. cap. 1. Io And.

b ¶ Effectum.] confirmationem. ſupra c. proxi ſi enim confirmatus eſſet, & caſſaretur cõfirmatio: dic vt ĩ. eo. ſi confirmationem, vel conſecrationem: ſi talis eſt electus ĩ. eo. cum in cunctis. ſupra de acc. ſuper his.

[Gloſ. ſeq circa renunciationem electi, qui cõſenſit, ponit tres opi. & ſoluit.]

c ¶ Renunciat.] an electus poſt cõſenſum ſine ſuperioris auctoritate poſſit renunciare electioni de ſe factæ fuit cõtētio inter doctores: & dixerunt Io. Ber. In. Pe. de Samp & Abbas ſupra de tranſl. inter corporalia ꝙ põt: 1 Gof. & Hoſt. ibi tenent ɔ̃triuũ. 2 Dixit igiť Ber. & Inn. ĩ. de reſt. in inte. c. 2. ꝙ poſt conſenſum & ante cõfirmationem ſufficit renunciare in manibus eligentium. Tu dic ſecundum Guli. qui hoc not. ſupra eo. quamuis. ad fin. quod non confirmatus, aut renunciat electioni priuſquam negotium ad ſuperioris deferatur examen. aut poſt: primo caſu hoc c. licet. ĩ. e. cum inter canonicos, de tranſla. inter corporalia. de reſti. in teg. c. 2. 7. q. 1. quam periculoſum. Si delatum eſt, aut proponitur tale quid cõtra electum quòd electionem nullam reddat, & eligentes poteſtate priuat eligendi: aut non. In primo caſu licet teneat renunciatio quo ad ipſum, non tamen quo ad ſuperiorē, quin facta renunciatione poſſit ſuper propoſitis veritatē inquirere: & ſi de ipſis conſtiterit, eligere ac prouidere ac ſi pronunciatũ eſſet. de ſupplen. negli. præla. licet aliàs ſibi poſſet illudi. ĩ. in antiq. de poſtu. bonæ. 2. §. nec nocebat. & criminis vñcunque, &c 24. q. 3. ecce. de collu c. 1. Sicut qñq; de iure defuncti quæritur, vt ſciri poſſit de iure ſuperſtitis. ĩ. de arbi. ex parte. Itē ſecundus accuſator de prioris pũuaricatione docens, admittitur. ff. de pręua. l. 1. C. de accu. ſi quis homicidij. In ſecũdo caſu tenet in totũ renũciatio: in nullo. n. præiudicatur ſuperiori coram quo quæſtio pendet. puta ſi dicatur, ꝙ electio facta ſit contra formã concilij, quia ꝑpter. Ego dico ꝙ etiam ſi non ſit delatum negotiũ ad ſuperiorem, vel eſt in ſecũdo caſu diſtinctionis cum delatum eſt, ſcilicet & non opponitur id ꝑ quod ſint priuati, licet teneat renunciatio quo ad electum ſecundũ opinionem Ber. & ſequaciũ, quam credo veram eſſe: tamen in nullo caſu tenebit quo ad ſuperioris præiudicium: nam etiam ſi peccatũ ſit in forma, habet ſuperior tunc prouidere: vt ſupra eodem quamquam. Dico ergo breuiter, quòd in omni caſu ante confirmationem tenet renunciatio, quo ad electum: quo ad ſuperiorem in nullo caſu fit ſibi præiudicium per iura pro hac parte inducta & argumen. ĩ. eo tit. ab eo Ioan. And.

2 Qui tamē Hoſt. fateť ꝙ cõtraria opin. habet ęquitatem. Sed dicit ꝙ id interpretari non eſt ſuum: ſed Papæ: qui fil. ſint leg. per venerabilem. §. rationibus. Io. And.

† Idem in electo ad ſęculare officium. l. hæc conditio §. 1. ff. de condi. & dem. l. filio. §. 1. illo tit. Phi. Fon.

† No. ꝙ diligentia in termino facta, & redacta ad nihilum, terminus iterať. Bar in l. & ideo. ff. de verb obl. ergo ſi in ſ. menſis dati acta ꝑdant, iterandus ē mēſis, Phi. Pet. Font.

[Glo. ſequens cauſam addit, litteram exponit quærit, & ſoluit.]

d ¶ Occultum.] idem ſi propter ſuperueniens delictũ, vel factum. Pone ꝙ peccauit in decre. ſupra eo. quam ſit. vel in decre. cupientes. vel in decre. infra e. ſi religioſus. redibit poteſtas ad electores, cum in culpa non fuerint: & ideo dicit de occulto: quia ſi ſciēter elegiſſent, poteſtas eligendi nõ rediret ad eos: ſed ad ſuperiorem deuolueretur ſecundum diſtinctionem decre. ſupra e. quamquam. & ſic non procederet quæſtio quantum tēpus deberent habere: quia nullum. Sed pone, ꝙ ſcienter elegerunt indignum, ita ꝙ priuati erant poteſtate eligendi: Papa de gratia eos reſtituit, 3 nunquid habebunt integrum tempus, vel tantum quòd ſupererat? Dico ꝙ integrum per hanc decret. & per decret. de maio. & obe. cum olim. in antiq. quia integre reſtitui intelliguntur. 23. q 3. notandum. C. de ſen. paſ. l. 1. & ita notant Vic. Inn. & Abb in prædicta decr. de maio. & obe. cum olim.

3 Nõ fit hic reſtitutio ĩ lapſum tēporis, & ſic nõ obſtat ſ nis vlt. glo. Io. And.

e ¶ A diſſenſu.] vt ſupra in primo caſu.

f ¶ Renunciatione.] ſcilicet poſt conſenſum.

[Glo. ſeq. litteram exponit & ampliat: ſecũdo ponit duas opiniones, & primam approbat.]

g ¶ Integrum.] ſcilicet triũ mēſium in cathedralibus vel regularibus eccleſijs. ĩ. eo ne pro defectu. in minoribus ſex menſes, de conceſ. præb c. 2. Et idem intelligo repetitum in menſe, qui datur Papæ ad electionem vel collationem beneficiorum in curia vacantium. infra de præben. ſtatutum. 4 Et intellige hanc decre. in his qui de iure proprio habent eligere: quia ſecus ſi ex iure deuoluto: ſecundum ea quæ no. Ber. Tan. & Hoſtien. ſupra eod. ne pro defectu. qui dicunt negligentes eſſe priuatos tantum in prima electione, quæ occurrit: vnde ſecundum hoc ſi archiepiſcopus, ad quem ex iure deuoluto ſpectat eligere, eligit: & electus diſſentit vel renunciat, vel moritur: ad canonicos redibit electio. Sed Goffr. intellexit negligentes priuatos in tota illa vacatione: ſed prior opinio verior vř: quia ſi culpa

4 Et idem in patronis quo ad tēpus quadrimeſtre, vel ſemeſtre ſ quo ĩ. de iure patr. c. vno. Io. A.

ex delicto proueniens, ex prima electione tantum puni tur, ſupra eo. cum Vintonien. multo fortius hic erit culpa, quæ prouenit ex negligentia, cum minus puniri debeat negligentia, quàm dolus. ſupra eo. nihil eſt. de crimi. fal. ad falſariorum.

ctionem aliam [a] celebrandam: Dummodo nil fraudulenter [b] egerint in præmiſſis.

¶ Idem.

¶ Si religioſus non obtenta licentia conſentit electioni de ſe factæ extra ſuum monaſterium, non valet conſenſus, & irrita eſt electio.

CAP. XXVII.

SI † religioſus [c] (cuius arbitrium [d] nō ex ſua, cum velle vel nolle non habeat: [e] ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cuius imperio ſe ſubiecit, voluntate dependet) electioni de ſe ad prælationem aliquam extra ſuum monaſterium, vel ſuam eccleſiam [f] celebratæ, ſui

Glo ſeq. tex. ampliat: ſecundo notat diuerſa tempora.]

a ¶ Aliam.] eadem ratione idem dico in tertia & quarta: ſi ſecūdus, vel tertius diſſentit, renunciat, moritur, vel occulto ſuo vitio caſſatur: & idē in vlterioribus. Nota igitur tempora, quæ dantur in expeditionibus eccleſiarum vacantium: Primo dantur tres [1] menſes electoribus ad eligendum, vel ſex menſes ſecundum diſtinctionem. ſupra eo. ne pro defectu. de conceſſ. præben. cap. 2. & ſeruata forma iſtius decret. Ad præſentandum datur tempus quàm citius fieri poteſt, & adhuc octo dies. ſupra eod. titu. & lib. quam ſit. & c. cupientes. in princip. & §. cæterum. Ad conſentiendum datus vnus menſis electo, ſi libertatem habet conſentiendi, aliàs quantum iudex arbitratur. Ad petendam confirmationem dantur tres mēſes. ſupra eod. quam ſit. Ad conſecrationem alij tres. 100 diſt. quoniam. & 75. diſt. c. 2. Et ſi debet pallium petere, hoc faciat à tempore conſecrationis ī. alios tres menſes. 100 diſt. cap. 1. In cauſis autem regularium, vel cathedralium, quæ ex immediata ſubiectione vel appellatione deuoluuntur ad Papam, ſerua decre. Nicolai ſupra eo. cupientes.

[Glo ſeq. textum exponit, dubium ſoluit, & arguit.]

b ¶ Fraudulenter.] pone in vltima die trium menſium dixerunt canonici, eligamus talem, qui diſſentiet: & ſic à die diſſenſus adhuc habebimus tres mēſes: & ſic fraudem faciendo reperiebātur ſex menſes habere in cathedralibus vel regularibus, vel in inferioribus annū: qđ eſſe non debet. ſup. eo. auaritiæ. Et dico ꝙ qui fraudē allegat, eam probare debet. ff. de proba. quotiens. § qui dolo. Nota ergo hanc decr. quæ facit pro his quæ not. per Inno. & Hoſti. ſupra in ant. de appel. ex ratione. qui ibi no ꝙ ſi vna die quis fuerit impeditus de anno appellationis proſequendæ: habebit integrum annum [2] per prædictam decr. & eo. tit. cum ſit. 2. q. 6 et qui. & in Auth. de his qui ingre. ad appellan in prin §. 1. & 3. coll. 8 Sed ſi beneficio reſtitutionis ei ſubueniretur, tunc non habebit niſi tantum tempus, quantum amiſit. ff. ex qui cau. maio. in integrum reſti. l. ab hoſtibus. §. fi. ibi de hoc per eos plenius videre poteris.

ADDITIO. Facit Clem. ab eccleſia. de reſti. in integr Ioan. And.

SI religioſus.] Sunt duo dicta: Secundum ibi, Quia vero.

CASVS. Vacante aliqua abbatia, forte abbatia monaſterij noui Pictauis, vel alio monaſterio: monachi illius monaſterij quendam monachum alterius monaſterij in ſuum abbatem elegerunt: & electione facta ſibi eam præſentauerunt, petendo, vt conſentiret aut diſſentiret: quęritur vtrum iſte monachus poſſit cōſentire iſti electioni ſine licentia ſui abbatis: vel requiratur, vt petat & obtineat licentiam à ſuo prælato, ſiue abbate? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ cum monachus cenſeatur mortuus, & non habeat velle neque nolle, non pōt cōſentire electioni de ſe factæ, niſi petita & obtenta licentia a ſuo prælato: tamen ſi ipſius prælatus nollet ei dare licentiam, poſſet ipſe prælatus compelli per ſuum ſuperiorem. Sed quid? ponamus, ꝙ abbas bene vult ei dare licentiā: ſed cōuentus nō vult conſentire: vtrum ſolus abbas poſſit ei dare iſtam licentiā? Reſpondet ꝙ ſic, etiam inuito conuentu.

[Prima gl. ſummat]

c ¶ Si religioſus.] Si religioſus nō obtēta licentia conſentit electioni de ſe factæ extra ſuū monaſteriū, non valet cōſenſus, & irrita eſt electio. Secundo dr̄, ꝙ ſolus ſuperior ſine capitulo dare poteſt conſentiendi & tranſeundi licentiam.

d ¶ Arbitrium.] dependet ex voluntate illius, cuius imperio, &c.

superioris, [g] qui dare ipſam valeat, non petita licentia & obtenta, [h] præſumpſerit conſentire: conſenſus ſic præſtitus nō teneat: [i] & in pęnam præſumptionis illius, electio eadem ipſo facto viribus vacuetur omnino.

¶ Solus ſuperior ſine conuētu dare poteſt ſuo religioſo conſentiendi, & tranſeūdi licentiam. hoc dicit.

¶ Quia vero vtrum religioſis [k] conſentiendi electionibus de ſe factis, & ad prælationes, ad quas electi fuerint tranſeundi, à ſuis ſuperioribus ſine fratrum [1] conſilio licentia dari poſſit (cum iura ſuper hoc ſint varia [l]) dubitatur interdum: Nos

e ¶ Non habeat.] 12. q. 1 non dicatis. & ſupra eod tit. quorundam. ī de ſepul c. vlt.

f ¶ Suam eccleſiam.] in alijs ergo non habet locum hæc conſtitutio.

g ¶ Superioris.] ſolius etiam ſine conuentu, vt infra proximo reſponſo.

[Glo. ſeq. litteram exponit, notat, quærit, & ſoluit: & opin. ponit.]

h ¶ Obtenta.] debito modo, & non per extorſionem: vt ſ. eo quorundam. ad idem infrà de his quæ vi metus ve cau. fi. c. 1. Et no. caſum, in quo non ſufficit petere licentiam, niſi & obtineatur: interdum ſufficit, vt ſupra de reg. licet. [3] Sed quid ſi ſuperior licentiam dare nolit? Dixerunt Tanc. & Ber. ſupra in anti. de renun poſt tranſlationem. in prin. ipſum per ſuum ſuperiorē compellendum, niſi habeat iuſtam cauſam denegādi. ſupra de iure patr. nullus. ſi habeat iuſtam cauſam, non compelletur 63. diſt. litteras. 71. diſt c. 2. & 3. Sed quia ſolius principis priuilegium videtur priuare aliquem re ſua, dicunt quidam per ſuperiorem, Papam intelligendum, & ſic loquitur illa decr. nullus. quæ in Papa loquitur. Dic vt ibi dixi Io. Andr

ADDITIO. Per ſuperiorem, Papam intelligi dicit Hoſti in decr. nullus de iure patr. & Abb. in decre. admonet. de renun. quod placet Io. Mon. & Archid. ſupra eo quam ſit. Nec obſt decr. nullus. quia illud cum eſt aliquod ius quæſitum: hic de mera gratia: hoc ſemper ſaluo, quod habes in extrauag Benedicti, eo. tit. ſi religioſus de qua ibi feci additionem. Io. And.

i ¶ Non teneat. ſic ſupra eo. quorundam.

k ¶ Religioſis.] Mendicantibus, vel non.

[Glo ſeq alleg. pro & contra. & ponit opi.]

l ¶ Sint varia.] Quod enim ſolus prælatus illam dare poſſet: videbatur per c. 58. diſ. c. 2. ibi, abbas loci. de capitulo nihil dixit, ſupra de renun poſt tranſlationē. ibi, & ſancti

1 Idque ex decreto cō cilij Later. ſub Inn. iij. cap. 23.

† Vide Clemen. cū cōceſſa de elect. & extrauag. Benedicti, q̄ incipit: ſi religioſus de electio.

2 Ita ſi alia parte anni fuerit ſemper diligēs, notāt Doc. in d. c. ex ratione. legiſtæ l Auth. ij qui. C. de tempo. ap. Font.

† No. ꝙ monachi dñr fratres. cap. ca uſam. ſ. de iud. Do. alle. ibi ca. pe. infra c. de priuile. Font.

3 Dicit Io. Mona. aīus hoīs generoſus de ſe tendit ad alta, ſ. honores & officia: quē animum reprimunt iura, vt hic, & ſupra de teſt. c. 2 ſed nō ſic homo aſpirat ad onera.

1 Arch. al-leg. 16. q 6. monachi. & c. cũ pro vtilitate & 28. q. 2. nullam poteſtatẽ. 20. q. 4. monachũ. Io. And.

ſancti Fridiani priore. & ſup. eod. titu. quàm ſit. 1 ibi, ſuperioris nil de capitulo dixit. In contrarium videbatur ſupra de verb. ſigo abbate. ibi, abbati & conuentui placuit, &c. & eſt expreſſum de ſtatu monachorum. cap. 2. in fi. & 19 q. 3. ſtatuimus. & hoc ſecundum litteram, quæ ibi eſt abbatis, ac totius congregationis: ſed ſecundum aliam quæ eſt ſine actione, facit in contrarium. Et prælatus non põt alienare res eccleſiæ ſine conſenſu capituli. 12. q. 2. ſine. ergo nec pſonas, cũ maior ſit alienatio pſonæ, q̃ rerum. ad idem. 12. q. 1. præcipimus. & hanc ſecundam partem tenebat Io. And. 58. diſt c 2. & Ber. in prædicta decret. poſt tranſlationẽ. in 3. gl. prima tamen hic approbatur non tã de iure antiquo, quam de hoc nouo ob celerem eccleſiarum expeditionem.

ad huiuſmodi dubitationem tollendam: [a] & vt ordinationes eccleſiarũ, ac monaſteriorum, in quibus tales [b] electi [c] extiterint, celerius & facilius valeant expediri: Decernimus, vt ijdem ſuperiores (ſuis irrequiſitis conuentubus) electis [d] huiuſmodi conſentiendi, & tranſeundi liberam dare valeant facultatem.

¶ Idem.

Iuriũ declaratio ad Papã ſpectat.

a ¶ Tollendam.] Interpretatio enim & declaratio iurium ad eũ ſpectat. 11. q. 1. c ſicut. §. ex his. ſ̃ de ſenten. excom. inter alia. C de leg l. vlt. Et habes etiam de hoc ſupra in antiq de poſtu. c. 1.

b ¶ Tales.] ſcilicet religioſi, qui non habent liberum arbitrium tranſeundi, vel conſentiendi.

c ¶ Electi.] ex multiplicatione huius verbi quod hic habes, not. quod religioſi poſſunt eligi: & dicam infra cap. proxi.

d ¶ Electis.] non dixit, eligendis: vnde non valet licentia data religioſo, vt conſentire poſſit electioni futuræ, vel prouiſioni, etiam cum conſenſu ſui ſuperioris: vt in conſti. Clem. eo ti. cum conceſſa.

NVllus religioſus.] Primo ſtatuit: Secundo decernit ibi, Quòd ſi. Tertio excipit ibi, Ad dignitatem, fortificationem interſerens ibi, Ad quam. Ioan. Andr.

CASVS. Vacante monaſterio ſancti Cypriani Pictauis, in quo ſunt plures monachi: aliqui ſunt tacite profeſſi, videlicet per delationem habitus, vel ſe immiſcendo actibus profeſſorum: alij autem ſunt expreſſe profeſſi: ipſi conuenerunt in vnum ſuper electione futuri abbatis: & quendam monachum tacite profeſſum, nõ autem expreſſe, in ſuum abbatem elegerunt: vtrum ad hoc quod quis poſſit eligi in abbatem, requiratur expreſſa profeſſio? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic. ita ꝙ tacita profeſſio non ſufficeret: & hodie iſtud capitulum extenditur ad prioratus, & alias adminiſtrationes: vt in cle. ne in agro. §. ſane. de ſta. regu. Ex quo dicunt Doctores, ꝙ monachus, qui fecit tacitam profeſſionem, poteſt inſtare, vt prælatus ſuus ipſum admittat ad profeſſionem expreſſam, quia ipſius monachi intereſt admitti ad profeſſionem expreſſam: vt poſſit vocari ad prioratus, & alias adminiſtrationes. Hoc dicũt iſta duo vltima capitula ad longum. Nota primo ex capitulo, ſi religioſus. quòd religioſus per profeſſionem abdicat à ſe ſuum proprium velle: & illud ſupponit voluntati abbatis: & hoc verum in licitis & honeſtis. Nã ſi abbas ſibi præciperet aliqua, quæ eſſent contra Deũ, non tenetur ei obedire: vel etiam ſi præciperet aliqua, quæ ſunt contra propriam conſcientiam: ad omnia autem alia tenetur ei obedire.

Nota inſuper ex dicto cap ſi religioſus. quòd religioſus poteſt conſentire electioni de ſe factæ cum licentia ſui prælati: & ſolus prælatus inuito conuentu poteſt dare religioſo licentiam ſe transferendi ad aliud monaſteriũ. Nota ex hoc cap nullus. ꝙ ad hoc vt poſſit religioſus ſe transferre ad aliud monaſterium, requiritur ꝙ fecerit profeſſionem expreſſam. Idem dicendum in quocũque prioratu: vt in cle. ne in agro. §. ſane. ſupra alle. Nota ꝙ religioſus poteſt vocari ad prælaturã epiſcopalem poſito ꝙ eccleſia cathedralis ſit ſecularis: nec per hoc dr̃ deſcendere, ſed potius aſcẽdere: quia epiſcopi dicuntur religioſiſſimi.

¶ *Monachus in abbatem eligi non poteſt, niſi ſit expreſſe profeſſus. Ad dignitatem autẽ epiſcopalem, & in ſeculari, & in regulari eccleſia talis eligi poterit.*

CAP. XXVIII.

NVllus † religioſus [e] ad Abbatiã, ſeu prælaturam [f] ſuæ vel alterius [g] religionis de cetero eligatur, [h] niſi antea fuerit ordinem regularem expreſſe [i] profeſſus: Quòd

† Vide Clement. cum rationi. de electio.

[Prima gloſſa ponit ſummam, & quid declaret.]

e ¶ Nullus religioſus.] Monachus in abbatẽ eligi non põt, niſi ſit expreſſe profeſſus: ad dignitatem autem epalem, & in ſeculari, & in regulari eccleſia talis eligi poterit. hoc dicit. Declarat in prima parte decretalem ſupra eo. cum cauſam. & reprobat quod no. Naſo & Cõpoſtellanus ſ̃. eo. cum in magiſtrum. & approbat quod ibi no. Hoſtien. & Goffr. & Abbas in decretali, cum cauſam. in ſecunda approbat quod no. Ber de ſtatu regu. quod Dei timorem in magna glo. Compoſtellanus. ſ̃. eo. cum cauſam. & Hoſti. de voto. per tuas.

f ¶ Prælaturam.] Puta Prioratum, Guardianatum, 1 vel Magiſtratum ſecundum ꝙ diuerſa ſunt nomina talium prælatorum, qui religioſis præſunt: vt ſupra eo. ti. c. quorundam. ad idem ſupra eod fundamenta. Sed etiam hodie in adminiſtrationibus & prioratibus monaſteriorum habet hoc locum, vt in clem. de ſta. regu. ne in agro. § ſane.

1 Hic not. Do. ꝙ Guardianus fratrũ Minorũ eſt in dignitate, iõ datur delegatus. vide Fel. I c. olim, de maio. & obed. Fon.

g ¶ Alterius religionis. hodie religioſus eligi non poteſt ad prælaturam alterius religionis: vel habitus. per cle. eo. ti. cum rationi.

ADDITIO. Archidiaconus tenebat hic contrarium per hanc litteram, reſpondens ad cap. 16. q 7. in nona actione. quòd non loquebatur de diſparitate habitus, ſed clericorum ad laicos. & ſic 29. q. 3. monaſterijs. loquebatur de laicis, qui ſunt in probatione. & cap. officij. ſup. in anti. ſed loquitur ibi de nouitio non experto. Ioan. And.

[Gloſſa ſequens oſtendit hic ſolui quæſtionem, de qua ponit duas opin.]

h ¶ Eligatur.] eligere tamen poteſt, ſi tacite ſit profeſſus. ĩ. eo. ex eo ꝙ. in fi. & in c. indẽnitatibus. in princ. Nota expreſſe, ꝙ monachus, vel religioſus eligi poteſt, nec habet poſtulari, ſed poſt electionem poſtulabitur: ſine ſuperioris enim licentia, qui eam dare poſſit, non poterit conſentire. ĩ. eo. cap. prox. per quod idem probatur: & per decre. ſ̃. eo. quàm ſit. & ſupra eo quorundam. De hoc olim opiniones fuerunt: & tractabant de hoc Inn. & Hoſt. ſupra de renun. poſt tranſlationem. ſ̃. in anti. de vo. per tuas. Compoſt. ſ̃. in anti. de poſtulat. cap 1. Gar. ſ̃. eo. quàm ſit. & dicebant quidam (quibus fauebat Innoc. & Compoſtel.) monachum extra ſuum monaſterium debere poſtulari: non obſtante decre. per tuas. vbi dicebant abbatem electum in prælatum, aliàs in epiſcopum eligi poſſe, aliàs extra ſuum monaſteriũ poſtulari debebat. Alij dicebant indiſtincte eum eligẽdum. Ad decre. poſt tranſlationem. reſpondebant illum fuiſſe poſtulatum propter ordinem epiſcopalem: hodie tene eum eligendum per hæc iura.

i ¶ Expreſſe.] ergo non ſolum ſecularis eligi non poteſt in abbatem, vt ſupra eodem, cum ad noſtram. ſed nec religioſus tacite profeſſus, vt hic, & infra eo. indemnitatibus. in prin. vbi in abbatiſſa, vel prioriſſa idẽ dr̃, & tamen per tacitam profeſſionẽ bene eſt quis monachus,

ſi ſecus actum † fuerit, eo ipſo irritum [a] habeatur. ¶ Ad dignitatem vero epiſcopalem (ad† quam nouitij [b] eliguntur interdū) talem in ſæcularibus vel regularibus [c] eccleſijs, eligi minime prohibemus.

¶ Idem.

¶ *Forma electionis tradita per decret. ſup. eo. cum dilecti. non eſt ſublata per ſequens concilium, quia propter. h. d. Io. And.*

CAP. XXIX.

CVm expediat [d] concordare iura iuribus, & eorum correctiones † (ſi ſuſtineri [e] valeant) euitari: Decretalem [f] felicis recordationis Innocentij Papæ tertij prædeceſſoris noſtri, quæ innuit ſub ea forma poſſe in electionibus licite† cō promitti: vt compromiſſarij ſecreto & ſigillatim voluntatibus omniū inquiſitis [g] illum, in quem maior & ſanior pars capituli [h] conſenſerit, eligere teneantur: declaramus abrogatam non eſſe per ſubſecutum concilium [i] † generale: immo poteſt in ipſis electionibus, vt

chus: & votum ſolemnizat. ĩ. de vo. c. vno. non aũt ſolus habitus, ſed profeſſio facit monachum ĩ. de regula. porrectum. talem autem profeſſionem in ſcriptis [1] facere debent, vt obuiet illis, (ſi poſtea reclamarent) propria ſcriptura. 27. q. 1. omnes feminæ, 1. quæſt. 7. ſaluberrimum.

1 Scriptura tñ non eſt de neceſſitate profeſſionis, Francus hic.

† Al. ita: actum fuerit

† al. ita: ad etiam nouitij, &c.

a ¶ Irritum.] olim non erat irritum ipſo iure, ſed irritandū per ſententiam ĩ. eo. cum cauſam.

b ¶ Nouitij.] nedū tacite profeſſi. & minus ſunt obligati nouitij, quia poſſunt ad ſeculum remeare: niſi appareat eos abſolute voluiſſe vitā mutare: vt infra de reg. non ſolum.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

c ¶ Regularibus.] quaſi dicat, interdū cathedralis eccleſia ſæcularis eſt, ideſt, ſæcularium canonicorum; interdum regularis: vtroque caſu tacite profeſſus in epiſcopum eligi poterit. Sed quæ eſt ratio, quare in cathedrali regulari eligitur non profeſſus: in alijs non: prout dixerunt Laur. Tanc Goffre. & Compoſtel in prædicta decre cum cauſam. i. propter excellentiam epiſcopalis dignitatis & ordinis, vt epš etiam ſæcularis immediate præſit monachis & probatur idem ĩ. de iudi. cauſam. ĩ. ne ſede vacante. cap. 1. vbi monaſterium erat vnitum cathedrali eccleſiæ, forte ſæculari. tamen Tanc & Goff ibi dixerunt, ꝙ Bathoniē. cathedralis eccleſia ibi erat regularis: ſicut & multæ in Anglia. ſed Ber. videtur tenere contrarium in tertia glo vnde in conſecratione religioſus dicitur etiam religioſior abbate & epiſcopus monachos ad profeſſionē recipit, vt abbas. in Auth. de ſanctiſ. epiſco. §. iubemus. collat. 9. & facit ad hoc ĩ. de vo. & vo. redem. ex multa. & quod not. ſupra de capel. monacho. c. 2.

CVm expediat.] Præmittit declarationis cauſam generalem: Secundo declarat ibi, Decretalem. Ioannes Andreæ.

¶ Pro intellectu huius cap præſupponitur primo illud quod habetur in c. cum dilectus. & c. quia propter, eod. tit. in anti. Dicitur in c cum dilectus. ꝙ canonici alicuius eccleſiæ vacantis, poſſunt compromittere in aliquē ſub hac forma: videlicet vt ipſe exquirat vota ſingulorum canonicorum, & eligat illū, in quē conſenſerit maior pars totius capituli: & dicant illi hoc modo: Nos ſumus viginti canonici, qui damus & concedimus tibi poteſtatem, vt exquiras vota ſingulorum canonicorum ſigillatim & ſecreto: & ſi reperis aliquem, in quem maior pars totius capituli conſenſerit, illum eligas: ſed illa forma non eſt ſeruanda in electionibus aliarum dignitatum, per quas eccleſia non dicitur viduata Dicitur in c. quia propter. alleg. ꝙ canonici debent eligere prælatum altera de tribus vijs: videlicet per viam ſpiritus ſancti, vel compromiſſi, vel ſcrutinij: Per viam Spiritus ſancti videlicet quando concorditer eligunt aliquem, nullo modo habito tractatu inter ſe. Per viam compromiſſi, quando eligentes compromittunt in aliquo, vt dictum eſt in c perpetuæ. ĩ eo. tit. & lib vnde forma ſcrutinij eſt multum difficilis: in qua etiam deficiunt periti & maxime ſi non habeant practicā. & in hoc c deciditur, vtrum per c. quia propter. ſit correctum c. cū dilectus, videlicet ꝙ ſi canonici velint transferre in aliquos poteſtatem eligendi, ꝙ debeant facere compromiſſum abſolutum, non determinatum: vel verum non ſit correctum illud c. cum dilectus. videlicet vt canonici poſſint facere compromiſſum cum determinatione & reſtrictione? Reſpondet ꝙ per c. quia propter. non eſt correctum c. cū dilectus. Nam c. quia propter. non dicit, ꝙ illud cō promiſſum ſit ſimplex: & non ſit determinatū & reſtrictū: ſed ſolum ponit vnā formam compromiſſi: quia dicit. ꝙ ex altero de tribus modis eſt procedēdum: & ſi aliter proceſſum fuerit, non valet electio: Forma autem contenta in cap. cum dilectus. continetur ſub forma compromiſſi.

† Correctio iuriū eſt vitāda, & vbi apparet cōtrarietas, ꝑ diuiſionem actuum dēt reduci ad concordiā, ad hoc ſupra de reſti. c. cum tu, & de reſt. ſpo. c. litteras.

† Dictio, licitè, deeſt hic in anti. codicibus.

[Prima gloſſa ſummat: & notat, & exponit.]

d ¶ Cum expediat.] forma electionis tradita per decretalem, ſ. eo cū dilectus. nō eſt ſublata ꝑ ſequens concilium, quia propter. hoc dicit. Et nota ex hoc princip. inſpiciendum quid expedit. de pœnit. diſt. 1. aliud. ſupra de vo. & voti redem magnæ. Vide quod ibi dixi in glo. vt patet in fi. & proprie expedientia vtilitatem reſpicit, vt ibi patet Ioan. Andr.

† Conc La ter. ſub Ino. iij. c. 14. refertur de elec. c. 42.

e ¶ Suſtineri valeant.] reprehenduntur hic illi, qui volunt ſuſtinere iura, quę penitus ſunt correcta: vbi ergo apparet de correctione, non ſuſtineantur: aliàs ſuſtineantur. ad idem C de inoffi. teſta. ſi quando. & ſupra eod. eccleſia veſtra 2.

ADDITIO. Vide quod ſupra de priuil. accedentib. dixi ſuper 1. glo in fi. Io. And.

f ¶ Decretalem.] ſupra eo. cū dilecti. aliàs cū dilectus.

[Glo. ſeq declarat, & commendat hanc formam.]

g ¶ Inquiſitis.] eſt ergo forma iſta partim ex ſcrutinio & partim ex compromiſſo, vt hic patet, [2] ſed principalius dicetur iſta forma cōpromiſſi, ſed determinati. Et ſi bene aduertatur, iſta hodie eſt melior & expeditior forma iudicio meo quam hodie habemus: non enim volunt canonici libere ius ſuum in alios transferre, & dare illis poteſtatem præficiendi prælatum: per formam ſcrutinij graue eſt procedere, nec omnes bene ſciunt illā formam ſeruare: immo & boni iuriſtæ practicam ignorantes in ea deficiunt: expedientius ergo ſeruabitur iſta forma.

2 Ideo noua: quia vbi ius emanās cōſurgit ex duobus capitulis iuris antiqui, facit nouam ſpeciem, l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſthu. cap. quanto. ſupra de iudi. Pet. de Ancha. Font.

h ¶ Capituli] nota quia ſecus ſi diceretur de maiori parte eligentium: & compromiſſarij illum elegiſſent, quem maior pars numero, non maior capituli nominaſſet: quia tunc electio eſſet nulla. ſupra eo. ſi cui.

ADDITIO. Cum qua hæc deberet iungi, vt ibi dixi, & hic Archid. & Ioan And.

[Glo. ſeq. ponit motiua opinionis hic reprobatæ, & alleg. reſpondet.]

i ¶ Concilium.] ſupra eo. quia propter. dicebant enim quidam, ꝙ forma illa ſublata erat per decr quia propter. & hoc videbatur tenere Hoſt. in prædicta decr. in prin. qui dicebat diuerſas electionum formas, vt ſupra eo. cum dilectus. propterea ibi tres tm̃ formæ, vel ſm̃ alios duæ approbari videntur ꝑpea ibi dicitur, aliter electio facta non valeat: ſed ꝓtium eſt verum, vt hic vides: & propterea eſt forma compromiſſi: [3] ſed cum certa determinatione, vt ſupra dixi.

3 Idē Dñicus. ſed Archi. & Anc. contra. ſed opinio glo. eſt cōior. F.

a ¶ Vt

[a] ¶ Vt prius.] ideſt, ſicut poterat ante concilium, quia propter. concilium tamen & decret. fuerunt eiuſdem auctoris.

ex hoc principio inſpici quid deceat: quod proprie honeſtatem reſpicit. ĩ. de voto & vo. redem. magnæ. nec enim honeſtum eſt officium ſuũ alicui fore dãnoſum. 4. q. 3. § item in criminali verſ. venturis. ſupra de reſcr. ſtatutum. in fine. ff. de fur. l. ſi ſeruus cõis. ff. ad Velleia. l. 2. §. 1. C. de admin. tut. cum quidam. ſupra de fideiuſ. peruenit cum ſimil.

[Gloſ. ſeq. ſoluit quæſitionem.]

Cvm non.] Primo ponit conſtitutionis cauſam generalem. Secundo ponit conſtitutionem, interſerens cauſam ſpãlem: Tertio tollit obſtantia. Secunda ibi, Statuimus. Tertia ibi, Non obſtantibus.

CASVS. Dicitur in c cupientes. ĩ. eo. tit. & lib. ꝙ ſi in cauſa electionis appelletur ad Apoſtolicam ſedem: eligentes debent mittere ad eandem ſedem duos ex ipſis inſtructos, ſimiliter, quòd opponentes debent mittere duos ex ipſis. Sed q̃d ſi illi, qui mittuntur ad Apoſtolicam ſedem ſunt de ipſis canonicis: vtrum ipſi canonici debeant reputari reſidẽtes: hoc eſt vtrum ipſi poſſint percipere fructus p̃bendarum ſuarum? Reſpondet, ꝙ cum ipſi canonici ſint abſentes pro vtilitate illius eccleſiæ, debeant cenſeri & reputari p̃ſentes: ita quod ipſi percipiant fructus p̃bendarum ſuarum: exceptis fructibus diſtributionum ſuarũ quotidianarum. Sed ponimus, quòd tales canonici quando erant in eccleſia, cuius negotium tractatur, percipiebant fructus præbendæ, quam habebant in alia eccleſia: ſicut in abbatia eccleſiæ beatæ Mariæ maioris Pictauis non poteſt eſſe abbas illius eccleſiæ, niſi ſit canonicus in eccleſia Pictauen. & percipit fructus ipſius abbatiæ? Rñdet ꝙ tales canonici abſentes pro vtilitate eccleſiæ fructus non non ſolum ſuarũ præbendarũ, quas habent in eccleſia, cuius negotiũ proſequuntur: ſed ẽt debent percipere fructus, quos perciperent ſi nõ eſſent abſentes: ſed reſiderent in illa eccleſia. No. primo ex hoc c. illud ad q̃d allegatur principiũ c ꝙ officiũ ſuum non debet alicui eſſe dãnoſum, ſiue nociuũ. Nota vlterius, ꝙ abſentes pro vtilitate eccleſiæ cenſentur reſidentes, quo ad perceptionẽ fructuũ ſuarum prębendarũ, exceptis quotidianis diſtributionibus, quę tñ cõceduntur intereſſentibus diuinis officijs, hoc verũ, niſi talis canonicus eſſet infirmus, quia debet ẽt habere quotidianas diſtributiones, licet ſit abſens, vt in c. 1. de cle. ægro. in antiq. Not. inſuper, ꝙ abſentes ab eccleſia, in qua ſunt præbendati, de iure cõi, non debent percipere groſſos ſuarũ præbendarũ: valet tñ ꝯria conſuetudo, vel ſtatutum, vt ẽt in abſentia percipiant fructus ſuarũ præbendarũ. c. cum oẽs. de conſti. in anti. Nã pp officium. i. miniſteriũ, datur beneficium. i. fructus.

prius,[a] procedi licite per eandem.

¶ Idem.

¶ *Accedens ad ſedem Apoſtolicam pro inſtruendo negotio electionis per decret. Cupientes. eundo hac de cauſa, ſtando, & redeundo integre (præter quotidianas diſtributiones) percipit fructus beneficiorum, quos percipere poſſet in ipſa eccleſia reſidendo. Ioannes Andr.*

CAP. XXX.

Cvm non deceat [b] alicui ſuum officiũ eſſe damnoſum: Statuimus, vt ij, qui iuxta [c] conſtitutionem [d] felicis recordationis Nicolai Papæ tertij prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editam, ad Apoſtolicam ſedem venerint, eam circa imminentium electionum negotia inſtructuri: (Cum tales eccleſiarũ ſuarum † proſequentes vtilitatem, cenſeri debeant reſidentes [e]) fructus beneficiorũ ſuorum, quæ obtinent in illis eccleſijs, quarum negotia proſequuntur; & etiam aliorum quos reciperent, vel poſſent recipere in † ipſis eccleſijs reſidendo; [f] integre (quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis [g]) recipiant ad ſedem propterea [h] veniendo eamdem, ibidem hac de cauſa [i] morando, & ad ipſas eccleſias redeundo, ac ſi perſonaliter in eiſdem eccleſijs reſiderent: Non † obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus, vel ſtatutis eccleſiarum ipſarum contrarijs, ſeu priuilegijs quibuſcumque, per quæ

† Not ꝙ ſuũ põt dici id, quod eſt ſuum in parte, & nõ in toto: nã eccleſia nõ eſt tota canonici. vidẽ gl ĩ. de pb. cũ in illis.

† al. ita: in dictis eccleſijs, &c.

† al. ita: nõ obſtãtibus quibuſlibet alijs cõſuetudinibus, &c.

[Gloſſa prima ſummat, & notat, allegans quoad hoc principium ſex concord.]

[b] ¶ Cum non deceat.] accedens ad ſedem Apoſtolicã pro inſtruendo negotio electionis per decre. cupientes. eundo hac de cauſa ſtando, & redeundo. integre, præter quotidianas diſtributiones, p̃cipit fructus beneficiorũ quos percipere poſſet in ipſa eccleſia reſidẽdo. Et nota

[c] ¶ Iuxta.] nota quia per hanc litteram dico, ꝙ ſi talis eſt caſus quo inſtruens vadat non aſtrictus per decre. ĩ cupientes puta quia non eſt eccleſia cathedralis, nec regularis: vel ſi eſt talis appellatio, vel immediata ſubiectio, quæ nõ deuoluit, his caſibus, cum nõ habeat locũ decr. cupientes. ergo nec iſtius decr. priuilegium per iſtam litterã: & concor. quod dixi ĩ. eo. ſi poſtquã. 2. reſpon.

ADDITIO. Et facit ad quæſtionem, quam Paduæ diſputaui de doctore diſputante, qui diſputare non tenebatur. quam vide infra de regul. iuris, acceſſorium. Io. And.

[d] ¶ Conſtitutionẽ.] ĩ. eo cupientes.

[e] ¶ Reſidentes.] Cõcord. ſupra de cler. non reſiden. ex parte.

[f] ¶ Reſidendo.] pone: habet eccleſia Bonon. priuilegium, quod canonici ipſius eccleſiæ percipiant fructus beneficiorum ſuorum, quos habent in alijs eccleſijs in Bonon. eccleſia reſidendo: vel habet ipſe qui vadit pro inſtruendo negotio priuilegium, ꝙ recipiat fructus tales. ſupra de reſcri. c. vlt. hos iſto caſu percipiet. hoc vult dicere littera illa.

[g] ¶ Exceptis.] quæ nec dantur ſtudentibus [1] in theologia. ſupra de præben. licet. nec dantur præſentibus, qui non interſunt horis canonicis ĩ. de cler. non reſi. c. vnico. Et licet iſta conſtitutio fingat ipſum præſentem: nõ fingit ipſum diuinis officijs intereſſentem. habeat ergo quod præſens haberet, qui diuinis officijs non intereſſet, vt in prædi. c. vnico. quod etiam eſt contra: cum dicat diſtributiones quotidianas concedi ijs, qui proſequuntur eccleſiarum vtilitatem: & ibi ſoluitur.

[1] Vide conci. Tri. ſeſ. 5 de reform. c. 1. in fi.

[h] ¶ Propterea.] nota legem pro inſtruendo negotio electionis iuxta prædictam conſtitutionem: & facit ad id quod dixi in glo. 2.

[Glo. ſeq. recitetur per duas quæſtiones, & ſolutiones ipſarum.]

[i] ¶ Hac de cauſa.] Si ergo facta inſtructione, & finito negotio, ſola voluntate, vel pro aliorum ſuorum negotiorum expeditione maneret in curia: tunc ceſſabit priuilegium hoc. Et eſt huic ſimile quod dicit lex, ꝙ non vere reipublicæ cauſa abeſſe dicitur is, qui proprij commodi cauſa in legatione eſt, ff. ex quibus cau. maio. l. non vere. ſed poſtea ex quo redire inciperet, competeret ei hoc priuilegium: redit enim de itinere, quod ob hanc cauſam fecit. [Hoc eſt expreſſum. ff. ex quibus

bus cauſis maio. l ſi cui. §. tandiu.] & eſt ſimile huic quod dicitur de teſte, ſupra eo. lib. de reſcr. ſtatutum. in fi. cum ſuis concord.

[Glo. ſeq exemplificat, quæ rit, ſoluit, ſolutioni oppo nit, & reſpondet: In fi. arg. ad quæſtionem.]

tes, ſi ſint, qui pr ætendant habere intereſſe, &c.

[Prima gloſſa ſummat.]

b ¶ Ab eo.] Is qui opponit euidentem defectum ſcientiæ, vel perſonæ contra promouendum ad aliquam dignitatem, pœnitere non poteſt, cauſam reddit.

premiſſorū effectus[a] poſſet quomodolibet impediri.

¶ Idem.

¶ *Is qui opponit euidentem defectum ſcientiæ vel perſonæ, cōtra promouendum ad aliquam dignitatem, pœnitere non poteſt. cauſam reddit. Io. And.*

CAP. XXXI.

AB eo[b] qui contra electum, vel poſtulatum, ſeu promouendum[c] ad aliquam dignitatem, inter cetera, quæ obijcit, euidentem, † notorium, ſeu manifeſtum[d] ſcientiæ, vel alium perſonæ defectum opponit: ipſius defectus oppoſitio, vel eius qualitas[e] nequeunt poſtea reuocari: Cum enim opponens (ſi quod de defectu oppoſuit huiuſmodi, deſtitui veritate cōtingat) à proſecutione cauſæ debeat omnino excludi,[f] & puniri, perinde ac ſi in probatione omnium, quæ obiecerat, defeciſſet:[g] iuſtum eſt, vt (poſtquam ad oppoſitionem eamdem procedit) nequeat in præiudicium eius, contra quē oppoſuit, vlterius pœnitere.[h]

¶ Idem.

¶ *Canonicus impubes ad electionem nō vocatus, non agit de contemptu.*

a ¶ Effectus.] puta, quia eſt ſtatutū, conſuetudo, vel priuilegium in eccleſia, ꝙ quacumque de cauſa quis abſit, etiā ſi vtilitatē eccleſiæ proſequatur, nihil percipiat. Quid ſi talem cōſuetudinem, vel ſtatutum iurauerit? Nō credo, ꝙ tunc locum habeat hoc priuilegiū: quia iuramentū illud pōt ſeruari ſine periculo animæ. ī de iureiur. ſi vero. & qa hic non diſpenſat cōtra iuramentum, vt de reſcr. cum aliquibus. ī. e. lib. cum ſuis ſimil. Nec obſtat, ſi ſuſtulit ſtatutum, vel cōſuetudinem, quod eſt principale: ergo & iuramentum 1 de illo ſeruando, quod eſt acceſſorium, tolle enim inſtātiam. ī. de iureiu. cū contingat. & quod ibi no.] Aliqui contra per id quod dicit, quibuſlibet: & ſubdit, quibuſcunque, & quomodolibet, quæ multum videntur pro eis facere.] Hæc decre bene facit ad quæſtionē, de qua quærebat olim Gar. in decre. cupientes. ſup. eo. lib. an duæ perſonæ de opponentibus, 2 quæ vadunt pro inſtruendo negotio ad curiam, contribuere debeāt ad expenſas: fiat quod inter eos conuenit. ff. de depoſi. l. 1. ſi conueniat. ſi nil erat conuentum: dicebat iudicis arbitrio relinquendum, penſatis labore, & facultatibus mittentium & miſſorum. [Idem Io. And.] cum iſta decret priuilegiet eos in fructibus percipiendis: ſatis arbitratur iudex eos conferre debere, &c.

ADDITIO. Et facit ad quæſtionem de damnum paſſo, numquid contribuat cum alijs ciuibus ad emendam? Et dicitur, ꝙ ſic: in Spec. de cenſi. §. 2. ver. quid ſi damnum. facit ff. ad legem Rhod de iac. l. nauis onuſtę. §. cum autem. de hoc ff de leg. 1. ab omnibus. §. ſi Titio. Ioan. And.

AB eo, qui contra electum.] Diuiditur in duas partes: Secunda ibi, Cum enim. Dom.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauienſi, vel alia eccleſia, puta monaſterio ſancti Cypriani: Pictauienſes canonici vel monachi, quendam Titium in prælatum elegerunt, fuerunt aliqui opponentes, qui oppoſuerunt cōtra electum defectū ſcientiæ vel morum, vel defectum ſuorū natalium: & cū hoc qualificabant illos defectus, videlicet, ꝙ illi defectus erant manifeſti: opponentes pœnitentia ducti voluerunt recedere ab illo defectu: vtrū poſſint? Reſpondet, ꝙ non: Nam ex quo appellauerunt ob illum defectum, ab illo defectu recedere nō poſſunt. Sed ponamus, ꝙ ipſi nolunt recedere à defectu, ſed ſolum a qualitate: vtrum ſit eis permiſſum, &c.? Rñdet, ꝙ non, immo ſi recedant a qualitate defectus, ſunt puniēdi, ac ſi defeciſſent in probatione defectuū: ideo debent perſiſtere & in defectu, & in qualitate defectus: tamen ſi dicti opponentes recedant ab ipſis defectibus vel qualitatibus; poterit ſuperior inquirere de ipſis defectibus, vel qualitatibus: vel etiam opponentes, ſi ſint, qui prætendant habere intereſſe, &c.

[Secunda glo. quæſtionem ſoluit.]

c ¶ Promouendum.] iſta igitur tria ſunt paria. concor. ſupra eo. ti. vt circa. Et no. ꝙ dicit, dignitatem: & idem dicit ſupra eo. ſi forte. & idem ī. de verbo. ſignif. conſtitutionem. per quod apparet, quod decr. illa, ſi forte. non habet locum in alijs beneficijs, vt ibi dixi.

d ¶ Manifeſtum, &c.] iſta enim quo ad caſum noſtrum ſunt ſynonyma, & idem deſignant, vt infra de verbo. ſignif. conſtitutionem.

e ¶ Vel eius qualitas] hoc vult dicere: is qui oppoſuit, forte vult obiectum reuocare: vnde cū oppoſuiſſet euidentem defectū ſcientiæ vel perſonæ, dicit ꝙ vult inſtare alijs obiectis, & recedere ab illo: vel non reuocat obiectum, ſed qualitatem: 3 vnde nunc vult ſimpliciter dicere, quod patitur defectum: ſed reuocat id quod dixerat, quòd defectus erat euidens: iſtud eſt reuocare qualitatem tantum, & neutrum poteſt, vt hic vides. Io. And.

f ¶ Excludi.] vt ſup. eo. ſi forte.

g ¶ Defeciſſet.] vt ſupra eo. ti. c. 1.

[Glo ſeq. quęrit, arg. negatiue, & affirmatiue: & pro negatiua ſoluit.]

h ¶ Pœnitere.] vt ſic ſibi non liceat mutare conſiliū in alterius detrimentum. infra de regulis iuris, mutare. cū ſuis concordant. ad idem ſupra de electione, cap. publicato. nam & quod ſemel placuit, non poteſt amplius diſplicere, vbi verſatur alterius intereſſe. infra de regu. iur. quod ſemel. niſi in caſibus, in quibus iura pœnitentiam & variationem admittunt, quorum aliquos ibi no. 4 & eſt ſimile huic ſupra eodem vt quis duas. [Ioan. Monach. & Archid alleg ff. de pact. l fin. depoſi. l. 1. §. ſi rem.] Quid dices, pone promouendus conſentit, quòd opponens renunciet obiectui, vel qualitati obiectus: iudex non conſentit: numquid hoc poterit opponens? Et videtur quòd non: quia quos prætor prohibet, &c. ff de poſtulan l. quos prohibet prætor. & concord. ſupra de exceptionibus, cap. vlt. maxime cum in huiuſmodi electionibus exhuberet iudicis officium. ſupra de electio. cum nobis olim. cum ſimilibus. In contrarium videtur per hanc litteram, quæ dicit: in præiudicium eius, contra quem, &c. & quilibet poteſt renunciare iuri pro ſe introducto ſupra de regular. ad Apoſtolicam. C. de legibus, quod fauore. infra de regulis iuris, quod ob gratiam. Satis uidetur (per prima iura, & maxime ea ratione: quia ſi probetur talis obiectus: promouendus ſtatim debet repelli) quod ipſe huic iuri renunciare non poſſit: 5 cum iſtud ius licet ei faueat, ſi non probatur obiectus: tamen ei nocet, ſi fuerit probatum: & ſic uidetur renunciare non poſſe huic iuri inuito iudice: & facit quod dixi ſupra eod. ſi forte, &c.

† No. iſta æquiparari, euidēs, notoriū & manifeſtū: & ſic videtur iſta ſynonymā, de quo vide tex. ī. de verb. ſignif. c. 2.

1 Gl. fi. in cle. dudū. verſ. pacta. de ſepul. c. cōſtitutus. de reſcr. in anti. & procedit hæc gl. ſm Phil. etiā ſi clauſula, nō obſtante, ponatur in iure. vide Roma. conſil. 501. Fon.

2 Idem de eligē. ib. eo caſu, quo tenētur ad expenſas. Io. An.

3 Et nō poteſt, quia dtractio qualitatis mutaret actionem: quia iſtæ exceptiones ſapiunt actionem. Do. Font.

4 Adde quæ ibi dicā. vide glo. c. ſi diligēti. de fo. compe. Fel. ca. cum olim. col. 3. de re iudi. in antiq. F.

5 Idē Arch. alleg. ą no. 2. q. 7. quærendum & cap. alieni. Io. And.

CAP. XXXII.

EX eo [a] quòd ad electionẽ epiſcopi, [b] quę te in pupillari [c] cõſtituto ætate, in tua † eccleſia [d] extitit celebrata, cum ceteris eiuſdem eccleſiæ canonicis non fuiſti admiſſus: de contemptu [e] conqueri, aut electionem eãdem impugnare non potes: Cũ tam iuris, [f] † quã rationis [g] exiſtat: vt tales (cum diſcretione [h] careant) ad præſtandum in electione ſuffragiũ [i] nullatenus admittantur.

¶ *Non profeſſi cum profeſſis, vel conuerſi laici cũ clericis, electioni intereſſe non debent. hoc dicit.*

¶ In eccleſiis quoq; regularibus, vel monaſterijs,

EX eo.] ſunt duæ partes, quæ patent: Et prima ponit dictũ, cuius rationem ſubdit: ibi, Cũ tam. Secũdo ponit duo dicta: ſecũda ibi, Vel conuerſi. Io. An. ¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt illud, quod habetur in c. quod ſicut. e. tit. in ant. vbi dicitur, ꝙ oẽs habentes vocẽ in electione, debent vocari ad electionem faciendam. Item ꝙ illi, qui ſunt præſentes die electionis faciendæ, non debent vocari: quia fruſtra vocarentur: ſed ſoli abſentes ſunt uocandi ad illam diem, qua debet electio celebrari; ſi ſint in loco propinquo vel remoto, ſecũdum ſtatuta illius eccleſiæ: tñ ſi pręſentes proceſſerunt in electione abſque vocando abſentes, valet electio de ſe: ſed abſentes poterunt poſtea facere caſſari illam electionem.

† Nota, ꝙ ſuũ poteſt dici, qđ eſt cõmune cũ alijs. ad hoc ĩ. eo. cũ nõ deceat. vide quæ notaui ad c. pen. ĩ. eo. de ſent. excõ. Font.

† Not. arg. ꝙ ad probãdũ deciſionem dubij, ſufficit validare dciſionem duplici argumento, vel rõe. vide Ioann. And in c. inquiſitionis. ĩ. de accuſ. Dom.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauienſi, canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum ad electionem futuri paſtoris faciendam: In eccleſia ipſa erat canonicus impubes de iure cõmuni vel diſpenſatiue, qui erat tunc abſens: Vnde quando aſſignauerunt diem ad faciendum electionem, alij canonici non vocauerunt illum impuberem: ſed eo ſpreto ad illam electionem proceſſerunt: vult ille impubes conqueri de contemptu, & caſſare electionem: vtrum poſſit? Reſpondet Romanus Pontifex. quod non: quia cum talis impubes non habeat vocem, fruſtra vocaretur ad electionẽ: quia ipſe impubes caret diſcretione, quæ requiritur in electione: Sed hodie quantumcunque ſint puberes, non habẽt vocem, niſi ſint in ſacris conſtituti: ſed impubes non poteſt eſſe in ſacris: ideo non habet vocem in electione: Secundum vero hæc tempora non requirebatur, quòd quis eſſet conſtitutus in ſacris, quo ad electionem actiuam. Sed ſanctiſſime Pater, ponamus quòd vacat aliqua eccleſia regularis: in qua ſunt monachi profeſſi, & alij non ſunt profeſſi: vtrũ non profeſſi habeant vocem electiuam, & ſint vocandi ad electioné actiuam? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia ad electionem actiuam requiritur profeſſio: ſed tũc in iſto caſu, ſcilicet ad electionem actiuam, ſufficit tacita profeſſio: ſed ad electionem paſſiuam, requiritur profeſſio expreſſa, vt in c. ſi religioſus, ſupra eod. tit. & in clem. ne in agro § ſane. de ſta. regul. in clem. Sed quid de conuerſis: vtrum habeant vocem in electione, vt cõmuniter in religione beati Franciſci ſunt laici cõuerſi? Reſpondet, ꝙ tales conuerſi non habent vocem in electione: quia illi ſoli habent vocem in electionibus, qui ſunt tacite vel expreſſe profeſſi religioſi: ideo conuerſi non habent vocem. Nota primo ex iſto textu, ꝙ impubes poteſt eſſe canonicus eccleſię Cathedralis. Sed quęritur, vtrum iſtud poſſit eſſe de iure cõmuni, vel ex diſpenſatione? Quidam dicunt, ꝙ de iure cõmuni, quia in ſimplici beneficio, & in canonia ſufficit, ꝙ quis ſit egreſſus infantiam: Communis tamen opinio Doctorum tenet, ꝙ in beneficio requirẽte diſcretionẽ animi, requiritur, ꝙ quis ſit pubes: & ꝙ perfecerit xiiij. annum: & attigerit xv. ſed in aliis ſimplicibus beneficijs, in quibus non requiritur diſcretio animi, ſufficit ætas ſeptẽ annorum. De hoc latius per Panormit. in c. ſuper inordinata. de præb. in antiquis. Nota inſuper ꝙ in electionibus prælatorum regularium ſoli veri religioſi profeſſi & clerici habent vocem electiuam: alij autem vt conuerſi, vel non profeſſi, non habent vocem.

[Prima gloſſa ponit ſummam, & quid declaret.]

a ¶ Ex eo.] Canonicus impubes ad electionẽ non vocatus, non agit de contemptu: non profeſſi cũ profeſſis, vel conuerſi laici cũ clericis, electioni intereſſe nõ debent. Emanauit primum dictum ad declarationem eorum, quæ notant Vinc. Tancred. Goffr. Bernardus, & moderni, de æta. & qual. ex ratione. Secundũ ad declarationem eorum, quę notant Bernard. Innocentius, & Hoſtienſis de inſtit. c. 2. & Abbas ſupra eo. ti. in Geneſi.

[Glo. ſeq. quærit, arg. negatiue, & contrarium ſoluit.]

b ¶ Epiſcopi.] quid de inferiorib. dignitatibus? Ex his vulgaribus iuribus, quibus arguimus à verbis. ſ. de priu. ſi Papa. 2. reſpon. in fi. cũ ſim. videretur, ꝙ in inferioribus ſecus, cum ſi de inferioribus idem uoluiſſet intelligi, id expreſſiſſet. ſupra de deci. ad audientiam. Contra puto, cum ratio quæ infra ſequitur, ſit generalis: 1 nec ibi reparatur de epiſcopo, cum dicitur, ad præſtãdum in electione ſuffragium, &c. & hoc bene probatur inf. eo. indemnitatibus. in prin. Io. And.

1 Ratio generalis extẽdit legem. Dom. Nic. Euerardus loco à tõne legis ampla. Font.

c ¶ In pupillari.] quæ eſt in mare minor xiiij. annis, in femina minor xij. nec diſtinguimus, an malitia ſuppleat ſicut nec in finienda tutela. C. quando tu. vel cura. l. indecoram. Inſti. qui mo. finiatur iure in prin. licet ſecus in matrimonio, vt ſupra de deſpon. impu. puberes. vbi de hoc. ad idem inf. eo. indemnitatibus. in prin.

d ¶ In tua eccleſia.] nota, ꝙ minor xiiij. annis dicitur idoneus ad beneficium, etiã ad canonicatum 2 cathedralis eccleſiæ. de hoc ſupra de præben. ſuper inordinata. Hoſt. ibi contra & de æta. & qual. c. 2. & ſup. eo. lib. de reſer. ſi eo tempore.

2 Vide cõc. Tri. ſeß. 24. de ref. c. 12.

e ¶ Contemptu.] quod aliàs caſſationem inducit, & plus in electione nocet, quàm multorum cõtradictio. ſup. eo. venerabilem. & c. bonæ. 2. in antiq.

f ¶ Iuris.] ſcripti.

g ¶ Quàm rationis.] quæ deficiente iure ſcripto allegari poteſt 8 diſt. fruſtra. & 9. diſtin. ſana quippe. ſupra eod. titu. & lib. vt quis. lex enim eſt omne quod ratione conſiſtit. 1. diſtin. conſuetudo. & Seneca in epiſt. 37. ad Lucillum. Si vis tibi omnia ſubiicere, te ſubiicias rationi.

Ratio allegari poteſt deficiẽte iure ſcripto.

ADDITIO. Aug. dicit ratione vincendum. 23. q. 6. vides.

[Glo. ſeq. quæſtionem ſoluit.]

h ¶ Diſcretione.] 3. q. 7. c. infamis § tria. & ſup. de corpo. vitia. ex parte. C. de fal. mo. l. 1. 3 [De reg. cũ uirum. in prin. & c. cum ſimus. in prin. ff. de iudi. cũ prætor. § non autem.] Et per hanc litteram dico idem de furioſo per prædictum. § tria. & 15. q. 1. c. nec is § cum itaque. de ſucceſ. ab inteſt. cũ dilectus ff. de iniu. l. illud. cum nec tales matrimonium carnale contrahere poſſint. ſup. de ſpon. dilectus. 32. q. 7. neque furioſus, nec religionem vouere. de reg. ſicut. 1.

3 An iſti ob maleficia puniantur, vide Doct. in l. excipiũtur ad Silla. cui adde l. ſi arrogati. ff. de tut. & de malo, qđ faciunt iſti pueri in ludo, vide Pet. de Anchar. conſ. 283. F.

i ¶ Suffragium.] ff. de iu. immu. l. 2. § impuberes & dicit lex: Indignum nobis videtur, eũ qui ſtabilem mentem nondum adeptus eſt, propter priuilegia militũ, ſapientum hominũ iura tractare. C. de teſt. mili. l. vlt. & minores ſportulas decurionum accipiũt: ſuffragium tamen inter alios non afferunt. ff. de decur. l. ſpurii § minores. & ſi princeps det veniam ætatis minoribus, non videtur conceſſiſſe, ꝙ ſine decreto alienent: vel citra ꝑfectam ętatem liberam adminiſtrationẽ habeãt. C. de h. s. qui ve. æta. impe. l. eos 2. iſti enim accuſare non poſſunt, nec teſtificari. 2. q. 1. prohibentur. 4. q. 3. nec teſtamẽta facere. 2. quæſt. 6. c. ei qui. § diffinitiua.

talis

hi, qui [a] non ſunt tacite [b] vel expreſſe profeſſi, non debent cum profeſſis; vel conuerſi [c] laici cum clericis [d] electionibus [e] intereſſe.

¶ Idem.

¶ Si ab electione cathedralis vel regularis eccleſiæ, in ſcriptis ex cauſa probabili appelletur ad Papam: ea pendente, confirmatio facta per ordinarium non valet. Requirit decret. cupientes. non ſolum quod electus veniat, ſed quòd vſque ad finem negotium proſequatur: & habet locum etiam cum appellatur à confirmatione, vel prouiſione. Io. And.

CAP. XXXIII.

SI poſtquam [f] ab electione ĩ cathedrali vel regulari eccleſia [g] celebrata, fuerit in ſcriptis [h] ex cauſa probabili, [i] quæ probata deberet legitima reputari, ad ſedem [k] Apoſtolicam appellatum, electionem ipſam per ordinarium confirmari contingat: huiuſmodi confirmatio, niſi prius fuerit

talis ætas prona eſt ad malum. 11. q. 1. c. 1. & eſt hæc littera: [Et decre. indemnitatibus, in prin. ĵ. eod.] cõtra Tan. & Bart. Brixienſem, qui dixerunt in quæſtione dominicali, 77. quę incipit, Tutor cuiuſdam: ꝙ ſi pupillus patronus maior vij. annis præſentat vnũ, & tutor eius alium: præfertur pręſentatus à pupillo. ꝓ eis facit. 16. q. 7. decernimus.

a ¶ Hi qui.] ſcilicet, fratres vel monachi; nec diſtinguo in his, an ſint clerici, prout diſtinguit in conuerſis, vt infra dicam in glo. 2.

b ¶ Tacite.] in electis autem requiritur expreſſa profeſſio. ſ. e. nullus. ſic ĵ. eo. indẽnitatibus, in prin. Nouitij ergo non admittuntur. & ſic tenebat Abbas in gl. in prin. alle. ad hoc ff. de ſta. libe. l. ſtatu liberum. licet tales gaudeant priuilegio canonis, vt ĵ. de ſen. excõ. religioſo. tñ non ſunt veri religioſi, vt ibi.

c ¶ Conuerſi laici.] de cõuerſis ergo hic loquitur: monachi ergo vel fratres profeſſi, indiſtincte admittũtur. ad hoc ſ. de arbi. cum olim. de ſen. exc canonica. & 16. q. 1. generaliter. 93. diſt. à ſubdiacono. hodie ſecus. qđ dic, vt in cle de æta & qual vt hi, qui.

d ¶ Cum clericis.] in plebibus ergo vbi ſunt clerici, & laici conuerſi, non admittuntur cõuerſi laici: ergo in hoſpitalibus & locis hmõi, vbi ſunt ſolum laici cõuerſi: iſti bene eligunt ſibi priorem, rectorem, magiſtrum, vel maſſarium. ſ. de arbi cum olim. nec hoc hic prohibetur, ad hoc ĵ. eo. indemnitatibus. §. penul.

[Glo. ſeq. quęrit, & ſoluit, & contrario reſpondet.]

Cõuerſi an poſſint præſcribere ius eligendi

e ¶ Electionibus.] tale enim ius non cadit in laicum. ſ. eo. in anti. Maſſana. &c. ſacroſancta etiã conuerſum, vt hic. Quid dices in quæſtione facti in aliquo ordine: puta Humiliatorum: [vel ſancti Marci.] vel in aliqua eccleſia ſæculari præſcripſerũt laici conuerſi, ꝙ debeãt ad electionem admitti, & vocari: per hanc conſtitutionem clerici nolunt eos admittere: quæritur quid iuris? Dico ꝙ de iure cõmuni conuerſi laici ad electionẽ non admittuntur, [1] vt hic. ſed decre. iſta non tollit ſpecialiũ locorum, ordinum, vel perſonarum conſuetudines præſcriptas. ſ. eod. lib. de conſtitu licet. quare illi præſcriptæ conſuetudini ſtari debet. Non obſtat ꝙ in talibus non valeat conſuetudo. ſ. eo. Maſſana. quia iſtud dico verum ſecundum Innoc. & Hoſt. qui hoc not. de inſti. c. 2. de laicis profeſſione & habitu, non de conuerſis: cũ ergo conuerſus ſit eccleſiaſtica perſona. [2] 12. q. 1. c. duo. tale ius ſpirituale præſcribere poterit.

1 Gl & Cardi ĩ c. eccleſia. de inſti. Fon.

2 Eremita non eſt pſona eccleſiaſtica. cle. cũ ex eo. de ſẽtẽ. exc. Pet. de Anchar. reg. ea, q̄. ĵ. e. lib. nu. 2. Fon.

SI poſtquam.] Sunt tres partes: Secunda ibi, Si vero electus: Tertia ibi, Cum autem. Dom.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauienſi, canonici quendam Titiũ elegerunt: à qua electione fuit appellatum ad Apoſtolicã ſedẽ: quia forte vnus erat ꝯdicẽs, & talis ſolemniter appellauit: appellatione interpoſita, dicti canonici eligentes ipſam electionem præſentauerunt metropolitano, vt eam confirmaret: quod fecit metropolitanus ad requeſtam aliorum canonicorum, non curando de appellatione iſtius: an valeat talis confirmatio, vt electus virtute illius cõfirmationis receperit poteſtatem adminiſtrandi? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ nõ: nam ex quo fuit appellatum ad Apoſtolicam ſedẽ: ſuſpenſa fuit iuriſdictio iudicis inferioris: ideo non po mit eum metropolitanus confirmare, & per conſequẽs ſi iſte electus ſe ingerat adminiſtrationi, perdit ius ſibi quæſitum ex electione eum, non videatur cõfirmatus: Et iſtud verum, ꝙ ſuperior, videlicet metropolitanus, non poteſt confirmare iſtam electionem pendente appellatione: niſi appellans renunciaſſet ſuę appellationi: qa tũc per illum receſſum ab appellatione ſuperior reaſſumit iuriſdictionẽ, virtute cuius poſſet ipſam electionem confirmare. Sed ſanctiſſime Pater dictum eſt in c. cupiẽtes. ſ. eod. ꝙ ſi confirmatio, vel infirmatio pertinet ad Papam: electus tenetur ire ꝑſonaliter ad Apoſtolicam ſedem pro obtinenda cõfirmatione: Ponamus, ꝙ ipſe electus poſtquã fuit in curia Romana ſine licentia Papæ, poſt aliquos proceſſus receſſit à curia non remanendo vſque in finẽ cauſæ, vtrũ videatur ſatisfeciſſe illi cõſtitutioni, cupientes. allegatæ? Rñdet ꝙ nõ. Itẽ dictũ fuit in dicto c cupiẽtes. ꝙ cum appellatur ab electione facta: ad impediendum confirmationem, tenetur electus ire ad curiam Romanam: & etiã eligentes & opponentes: Ponamus ꝙ electus fuerat iã confirmatus, & appellatum fuit à confirmatione: vtrũ electus, eligentes & appellantes teneantur mittere ad Apoſtolicam ſedem, ſecundum diſtinctionem illius c. cupientes? Reſpondet quòd ſic.

[Prima gloſſa ſummat.]

f ¶ Si poſtquã.] Si ab electione cathedralis vel regularis eccleſiæ: in ſcriptis ex cauſa probabili appelletur ad Papam: ea pendente, confirmatio facta per ordinariũ non valet. Requirit decreta. cupientes. non ſolum ꝙ electus veniat, ſed ꝙ vſque ad finem negotium ꝓſequatur: & habet locum etiam cum appellatur à confirmatione vel prouiſione. Ioan. And.

g ¶ Eccleſia.] nota quo ad cathedralem eccleſiam bene erat ſtatutum, ꝙ appellatio deuolueret: eoipſo quòd in ſcriptis, & cauſa probabili interpoſita eſſet ſ. eod. quamuis. ſed de regulari non ſic erat expreſſum: pariſicatæ igitur ſunt regulares cathedralibus. ſic ſ. eo. in antiq. ne pro defectu. & ſ. eo. tit. & lib. c. cupientes. ſecus in caſu. ſ. eo. quamquam.

h ¶ In ſcriptis.] ſic ĵ de app. cordi. & de hoc ſupra eo. tit. quamuis.

i ¶ Probabili.] vnde iſtud ſpeciale in iſtis eccleſijs, ꝙ ſufficit, ꝙ appellatio ſit interpoſita ex cauſa probabili, licet cauſa ſit falſa: ad hoc vt deuoluatur: & poteſt eſſe ratio, quia maiora facilius deuoluuntur, vt ſupra de appel. vt debitus. in fi.

[Glo. ſeq. recitetur per q. duplicem: ſcilicet, quid ſi appellatur ad inferiorem: & quid ſi ad legatum.]

k ¶ Ad ſedem Apoſtolicam.] ergo ſecus ſi ad inferiorẽ: (vt etiam dicit Archidia.) cum enim iſta decret. ponat ſuum caſum ſpecialem contra regulam ĵ. de appel. non ſolum. 2. reſpon. quo cauetur primo conſtare debere de veritate cauſæ, antequam reuocentur attentata poſt appellationem ante ſententiam interiectam: ob hoc igitur à caſu expreſſo nõ recedam: ſed antiquo & generali iuris in alijs ſtabo. Et potuit eſſe ratio, reuerentia ſedis Apoſtolicæ, & vt melius viſitetur. Et quia iſta maiora de facili tranſeunt ad Papam: vt in pdicta decre.

vt debi-

vt debitus in fin. Et ſi appelletur ad legatum non puto hanc decr. locum habere: licet dici ſoleat: examen legati ſatis eſſe examen Apoſtolicæ ſedis. Sed video, ꝙ ſi appelletur ad ſedem Apoſtolicam, non ſufficit adire legatum: niſi partes concordarent, appellationi renunciando: de appel conſtitutus. & de offi.legat. ſtuduiſti. & c li cet.& dixi ſ.eo.cupiẽtes. circa.prin. Io.A.

ff. de ſerui. ſi cui.& hoc tenet Guliel.& Gar. in decret. cupientes.

ADDITIO. Idem Archid. & Ioan Monac. qui tamen in additionibus hic dixit forte talem ex contemptu ligari. ſupra ſent. excom. per tuas §. nos igitur. Ioan. And.

canonice [a] ab appellatione ipſa receſſum (cum ſit ab eo, qui non potuit, [b] † de facto præſumpta) nullam obtinebit † roboris firmitatem. [c] ¶ Si vero electus, [d] qui iuxta [e] conſtitutionem [f] felicis recordationis Nicolai Papæ tertij prædeceſſoris noſtri, ad dictam ſedem venerat pro electionis ſuæ negotio proſequendo, de Romana curia ſine licentia receſſerit, antequam huiuſmodi negotium ſit finitum: eius electio auctoritate conſtitutionis ipſius (quæ non ſolum vt quis veniat, ſed etiam ex ſui mente [g] exigit, quòd vſque ad finem negotium proſequatur) eoipſo viribus euacuatur † oíno. [h] ¶ Cum autem [i] ab electionis confirmatione, [k] vel facta prouiſione [l] per eum, [m] ad quem propter inferiorum negligentiam fuerat deuoluta, eligendi poteſtas ad ſedem appellatur eandem: conſtitutionem prędictam in veniendo, & mittendo, & alijs, quæ perſtringũtur in ea, conuenit obſeruari.

¶ Idem.

¶ Diſpẽſare poſſunt epiſcopi & ſuperiores cũ habentibus parochiales eccleſias ſibi ſubiectas, quod vſque ad ſeptennium ſtudendo non teneantur ad ſacerdotium promoueri: ad ſubdiaconatũ tamen debent promoueri infra annum alias ſunt priuati: Et illo durante ſeptennio debet in illis eccleſiis idoneus poni vicarius de fructibus eccleſiæ ſuſtinendus: Elapſo ſeptennio debet rector infra annum in presbyterum promoueri.

CAP. XXXIIII.

CVm ex

† Geſta à Iudice incõpetẽti ſunt nulla. vide nota.in c.at ſi clerici. ſ. de iudi.

† In antiqs codicib⁹ legitur, obtinet

[a] ¶ Canonice.] ſine aliqua prauitate, vt ſup. eo lib.quamuis. & ĩ.eod prouida. & primo inquiratur de receſſu: vt ibi.

[b] ¶ Non potuit.] ſufficit enim ꝙ appellatio ſit interpoſita ex cauſa probabili, ad hoc vt deuoluat: & alias competentis iudicis iuriſdictionem reuocet.

[c] ¶ Firmitatem.] ſimile infra.eod.prouida. & cap. ſequen. & cap. vlt.

[d] ¶ Si vero electus.] approbat quod not. Gul.& Gar.ĩ.eod.cupientes. § quod ſi.

[e] ¶ Iuxta.] ſi ergo talis erat electus, qui venerat ad curiam: non adſtrictus tamẽ illa conſtitutione, licet ante finem cauſæ recedat: cum non habeat ibi locũ hęc cõſtitutio: ergo nec eius pœna. Et facit qđ dixi in decre. cupientes: in prin. ſuper verbo: immediata ſubiectio, & ſupra eodem cum non deceat.

† al. vacuat

[f] ¶ Conſtitutionem. ſupra eod. cupientes.

[Glo.ſeq. notat arg.contrarium & ſoluit dupliciter: & econtrario reſpondet: finis reci. per quæſtionem, quam ſoluit.]

[g] ¶ Mente.] [1] & ita punitur qui mentem offendit, ſicut qui mentem & verba. ff.de iuriſ.om. iud. l.ſi quis. verſi.& ſi dum proponitur. ff.ad Macedo.ſed Iulianus. §.mutui, immo præfertur intẽtio verbis. ſupra de verbo. ſigni. intelligentia.& c.præterea. Et in contrarium videbatur: quia conſtitutio pęnalis erat: & ideo reſtringenda. ff. de pœn. interpretatione. Sufficere ergo videbatur, ꝙ venerat prout conſtitutio dicebat. Sed contrarium eſt verum. Iſta enim ſunt paria, non venire, & venire, & ſine licentia recedere. 11 q.3.certum. ſupra de iudi. c.1 ff de excu. tut. l.ſcire §.aliud autem.verſi. obſeruabunt. in fine [aliàs incipit, & ſufficit & C.de decurionib.lib. 10 ſi quis.] videtur etiam talis offendere verba, ſecundum quod notatur ſupra eod. tit.c. cupientes.§. ꝙ ſi per xx. ſuper ver.executionem. Nõ obſtat qđ dicitur, conſtitutionem pœnalem non extendendam: quia in hoc non extenditur quod erat de mente: [2] nec puto electum puniri, qui eo tempore quo non impeditur proceſſus cauſæ per xx. vel xxx. miliaria peregrinationis recreationis, vel ſimili cauſa iuit extra curiã: nõ enim receſſiſſe dicitur, qui ſtatim eſt reuerſurus ff. de procurat. l præſens,& l.ſequen. ff. de diuor l 3. Et verba ciuili modo non captioſe ſunt intelligenda. 4. diſt. erit.

[1] Quõ colligatur mẽs legis vide Arch. & Dominicum.

[2] Vide glo. in c.1. ſ. de tẽp. ord. F.

[h] ¶ Omnino.] quòd hic de pœna electi venientis & recededẽtis ſine licentia dictum eſt: eadem ratione intelligo repetitum de pœna opponentium & perſonarum inſtructarum.

[i] ¶ Cum autem.] approbat quod no. Guli. & Gar.ſ.eo. cupiẽtes. in prin.

[k] ¶ Confirmatione.] in contrarium videbatur: ibi enim non de meritis electionis: ſed de iniquitate iudicis agitur. ſupra de appel. interpoſita. ad ſi. ad quid ergo veniſſent perſonæ inſtructæ? Sed contrarium eſt verum: licet enim de iudicis iniquitate agatur, nihilominus & de meritis electionis; & ſic eſt neceſſaria inſtructio perſonarum.

[Glo. ſeq. dupliciter opponit, & ſoluit.]

[l] ¶ Prouiſione.] incõtrarium videbatur: quia pœnalis erat conſtitutio, cupientes. [& ideo non extendenda.] & quia ſi Papa de prouiſione voluiſſet intelligi, id expreſſiſſet: ſicut fecit de [1] electionibus & poſtulationibus. de deci. ad audientiam. Sed cum quotidie iura iſta patificent electiones & poſtulationes, & prouiſiones, ſupra eod. ſtatuimus. & c. vt circa qđ iuris de vno & de alio, vt hic patet. ſed poſt prouiſionem non videbatur vacare eccleſia: & ſic nec habet locum conſtitutio, quæ prouidere intendit eccleſijs vacantibus, vt ibi patet, in princip. ſed per appellationem ſuſpenditur confirmationis, & prouiſionis effectus. de iureiu. venientes. vnde merito locum habet conſtitutio.

[1] Sequunt Do.& Phil. & vide no. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. gl. in c. præſenti. ĩ. de ſent. excom. Fon.

[m] ¶ Eum.] quod dic vt notatur ſupra eo. ne pro defectu,& c. quamquam.

CVm ex eo.] Primo ponit conſtitutionis cauſam: in qua ponit ius antiquum,& impedimentum ex eo proueniens: In ſecunda conſtitutionem; quæ tria facit: Pimo permittit diſpenſationem ſeptennij: arctat ad ſubdiaconatum: & cauſam reddit: Secundo prouidet quomodo interim eccleſijs deſeruiatur: Tertio poſt ſeptennium eum, cum quo diſpenſatum fuit, reducit ad ius antiquum. Secũda ibi, Porro. Tertia ibi, Elapſo. Ioan. And.

CASVS. Dictum fuit in c. licet canon. ſupra eod. ꝙ promotus ad eccleſiam parochialem debet promoueri ad ſacerdotium infra annum, annumerandum à tempore adeptæ pacificę poſſeſſionis. vel à tempore, quo potuit habere pacificam poſſeſſionem,& per ipſum ſtetit. Sed quæritur, nunquid epũs poſſit fauore ſtudij cũ

tali

tali promouendo diſpenſare, vt non promoueantur ad ſacerdotium infra annum? Rñdet ꝙ ſic vſque ad ſeptẽnium: vt promouendus per illud ſeptenniũ non teneaẽ promoueri ad ſacerdotiũ: Sed numquid per illud ſeptẽnium infra annum debeat ꝓmoueri ad ordinẽ ſubdiaconatus? Rñdet ꝙ ſic, & hoc ne poſſit redire ad ſæculum, & ꝑciperet fructus illius eccleſię: pendente tamẽ illo ſeptennio, debet in eccleſia parochiali idoneus poni vicarius, qui ſuſtinebitur de fructibus illius eccleſiæ: & elapſis illis ſeptem annis, debet ipſe rector infra annum promoueri ad ſacerdotium: aliàs ſi non promoueatur ad ſacerdotium infra annum, ipſo facto dicta eccleſia dicitur vacare abſque alia ſententia, vel monitione. Nota primoquòd promotus ad eccleſiam parochialem, debet promoueri ad ſacerdotium infra annum numerandum à tempore adeptę pacificæ poſſeſſionis: vel à tẽpore quo potuit habere pacificam poſſeſſionem, & per eum ſtetit. Nota vlterius, ꝙ epiſcopus, vel alius ſuperior poteſt diſpenſare cum promoto ad eccleſiam parochialem, ꝙ vſque ad ſeptenniũ fauore ſtudij non teneatur promoueri ad ſacerdotium: Vnde ſciendũ eſt, ꝙ ſolus eṗs, in cuius dięceſi eſt ipſa eccleſia parochialis, poteſt dare iſtam diſpenſationem: non aũt eṗs domicilij: licet per c. nullus eṗs. ĩ. de tempo. ord. clericus beneficiatus dicatur habere tres epiſcopos, quo ad promotionem ad ordines: ſcilicet eṗm domicilij, eṗm originis, & eṗm beneficij. Nota inſuper ibi: litterarum ſtudio inſiſtentes: ꝙ licet tales clerici promoti ad eccleſias parochiales eſſent in ſtudio: ſi tamen litteris nõ inſiſterent, non prodeſſet eis iſta diſpenſatio. Nota ẽt, ꝙ durante illo ſeptennio, debet eṗs vel alius ſuperior in ipſa eccleſia parochiali ponere vicarium idoneum, qui ibi deſeruiat in diuinis, & qui ſuſtentabitur de fructibus illius eccleſiæ: Tamen hodie aliter fit: nam hodie eṗs diſpenſando dat eidem clerico poteſtatem, vt poſſit conuenire cum vicario de fructibus. & poſſit affirmare fructus illius eccleſiæ: ſed ſi non eſſet diſpenſatio, deberet obſeruari quod hic dicitur. Nota finaliter, ꝙ eſt prohibitum ſtudentibus, expenſis beneficiorum redire ad ſtatum ſæcularem. de quo hic in glo. Dominicus.

eo, a quod felicis recordationis † Gregorius Papa decimus prædeceſſor noſter ſtatuit in concilio Lugdunenſi, b vt ad regimen parochialium c eccleſiarum aſſumpti, ſe ad ſacerdotiũ promoueri faciant infra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore d connumerandũ: † & perſonaliter e reſideant f in eiſdem: Alioquin ſi infra idem tempus promoti non fuerint, g huiuſmodi eccleſijs abſque monitione alia ſint priuati: Nonnullis extunc h parochiales eccleſias recuſantibus acceptare, i legendi, & proficiendi k (cum eis facultates non ſuppetant: nec ab eccleſiarum prælatis de alijs beneficijs in pleriſque mundi partibus l interdum prouideatur eiſdem) opportunitas m ſit ſublata, in grande vniuerſalis eccleſiæ (quæ ad ſui regimen viris litteratis permaxime noſcitur indigere n) diſpendium & iacturã. Nos ſuper hoc multorum inſtantia excitati frequenter, volentes cupientibus in ſcientia proficere, vt fructum in Dei eccleſia ſuo tempore afferre valeant opportunum, vtiliter prouidere: o Præſenti conſtitutione ſancimus, vt epiſcopi, p eorumque ſuperio-

† al. ita: dñs Gregorius Papa prædeceſſor noſter, &c.

† numerandum

[Prima glo. ponit ſummam, & quid dedit cauſam.]

a ¶ Cum ex eo.] Diſpenſare poſſunt epiſcopi & ſuperiores cum habentibus parochiales eccleſias ſibi ſubiectas, quod vſque ad ſeptennium ſtudendo non teneantur ad ſacerdotium promoueri: ad ſubdiaconatum, tamen debent promoueri infra annum: aliàs ſunt priuati: & illo durante ſeptennio, debet in illis eccleſijs idoneus poni vicarius de fructibus eccleſiæ ſuſtinendus: elapſo ſeptennio debet rector infra annum in presbyterum promoueri. Cauſam dedit huic cõſtitutioni, quod notat Guliel. ſupra eodem, licet canon. in gloſſa ſuper verbo: priuatus.

b ¶ In concilio Lugdunenſi.] ſup. eo. licet canon.

c ¶ Parochialium.] non collegiatarum, in quibus locum habet concilium, in collegiatis non: & ſic in illis non eſt hæc diſpenſatio neceſſaria. ſupra eodem ſtatutum.

d ¶ Tempore.] ideſt ex quo poſſeſſionem habuit, vel per eum ſtetit, quo minus haberet ĩ. c. proxi. §. 1. & ĩ. de præb. licet epiſcopus.

e ¶ Perſonaliter.] ergo non per vicarium, niſi in caſu decret. de præben. extirpandæ. ſupra. qui caſus per concilium mutatus non eſt: vt ibi dixi. & idem hodie in caſu huius capituli.

f ¶ Reſideant.] diſpenſari tamen poterat ſuper reſidentia, vt in prædicta decre. licet in fi. Io. And.

g ¶ Non fuerint.] iuſto impedimento ceſſante, vt hic in fine. & infra c. proximo. §. porro.

h ¶ Extunc.] ideſt, poſt illud concilium.

i ¶ Acceptare.] quia nolebant ſic ſtatim presbyterari.

k ¶ Proficiendi.] de mag. cap. 1. & c. quia nonnullis.

l ¶ Partibus.] in quibus forte pauca ſunt alia beneficia.

m ¶ Opportunitas.] ſicut prouident iura, ꝙ opportunitas ad malum tollatur, vt 18. q. 2. diffinimus. de cohab. cler. c. 1. ſupra eo. fundamenta. ĩ. de ſtatu regu. c. vnico. 1. reſpon. in fi. ita prouident, ne opportunitas tollatur ad bonum, vt hic, & ſup. de mag. per tot.

n ¶ Indigere.] ſupra de magi. c. vlt. vnde de aduocatis dicitur, ꝙ non minus prouident generi humano, quàm ſi patriam armis defenderent. C. de aduo. di. iudi. l. aduocati, & doctorum ſcientia mundus illuminatur. ſup. de hære. cum ex iniuncto. ĩ. de reli. domi. c. vni.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

o ¶ Prouidere.] ſed nonne ſatis erat prouiſum pauperibus. ſupra de magiſt. Dic quòd ſic circa Doctores: ſed circa libros & expenſas non: circa quæ prouidit iſta conſtitutio.

[Glo. ſeq. primo ſoluit dubium: ſecundo quærit, argu. negatiue: alleg. 5. iura: affirmatiue alleg. 8. iura. & ſic ſoluit.]

p ¶ Epiſcopi.] licet igitur inferiores prælati poſſint ex cauſa ſuper reſidentia diſpenſare. ſupra de cle. nõ reſi. relatũ. & ita ibi ſentit Inn. Hoſt. & Gar. ſupra eo. licet. in vlt. glo. hoc tamen caſu non diſpenſabunt minores epĩs. & in §. porro. ĩ. prox. idem repetitur. Sed nunquid ſolus eṗs ſine capitulo hanc & alias diſpenſationes facere poterit? Et videtur expreſſum ꝙ non. 1. q. 5. c. vlt. in fine. vbi etiam de hoc. & 50. diſt. ex pœnitentibus & ad idem ĩ. de exceſ. præl. c. 1. & ſupra de his, quæ fiunt à præl. nouit. & c. ſeq. In contrarium videtur per hanc litteram: & per decre. at ſi clerici. de iudic. cum in his iuribus dicatur de epĩs, nulla mentione facta de capitulo. ad idem de ord. ab epi. qui renun. epiſc. c. 1. & 2. de cler. coniug. ſane. 2. de cler. pug. in duello. c. 1. ad idem. ĩ. de æta. & qual. c. vnico. de fil. presby. c. 1. cum multis ſim. & hoc vltimum credo: & communiter obſeruatur ſecundum Hoſt. qui hoc not. de temp. ord. dilectus. in fine. mag. glo. & Gul. in Specu. tit. de legato. § antepen. in princ. ipſe tamen Hoſtien. not. contrarium. de ſtatu reg. quod Dei timorem. 1 tamen poſito quòd de iure

Diſpenſare an poſſit epiſcopus ſine cõſenſu capituli.

1 Sequitur Anc. c. 1. de fi. presb. ad iura quæ niſi de epõ loquũtur ſuppler cũ capitulo: quia diſpenſatio eſt de maioribus negotijs: ſed primam opin. tenet cõſuetudo. Dom.

ſolus

res, cum his, qui huiuſmodi [a] ſubiectas [b] † ſibi eccleſias obtinent, [c] vel obtinuerint in futurum, diſpenſare poſſint libere, ꝙ vſque ad ſeptennium [d] litterarum [e] ſtudio inſiſtentes promoueri minime teneantur, niſi ad ordinē ſubdiaconatus [f] dumtaxat: ad quem infra prædictum annum recipiendum (ne ſicut à multis de Chriſti [g] patrimonio ſublimatis olim factum eſſe dignoſcitur, [h] à ſtatu retrocedere [i] valeant clericali) omnino aſtringi volumus: & niſi receperint, pœna [k] contenta in dicto concilio, eo ipſo percelli.

¶ Porro ſeptennio prædicto durante, ijdem epiſcopi & ſuperiores ſollicite prouidere procurent, vt per bonos & ſufficientes vicarios † ab eis in huiuſmodi eccleſijs deputandos, animarum cura diligēter exerceatur: [l] & deſeruiatur laudabiliter in diuinis: quibus de ipſarū eccleſiarum prouētibus, neceſſaria congrue miniſtrentur. [m] ¶ Elapſo vero dicto ſeptennio, [n] † hi, cum quibus fuerit (vt præmittitur) diſpenſatum, ad diaconatus, & presbyteratus ordines infra annū ſe faciant promoueri: alioquin [o] extunc dictam pęnam [p] (niſi iuſta de cauſa id omiſerint) ipſo iure ſe nouerint incurſuros.

¶ Idem.

¶ *Quattuor dicit: Primo, quòd ad pœnam priuationis rectoris parochialis eccleſiæ non promoti, requiritur, quòd annus integer ſit completus. Secundo, quod annus ille non currit iuſte impedito: Tertio, ꝙ poſt priuationem, eccleſia eidem conferri non poteſt: Quarto quòd non promotus, ſi eo animo receperat eccleſiam, vt fructus anni perciperet, tenetur ad reſtitutionem ipſorum: Et qui ea mente conſulit, eccleſiā ſeruare debet indemnem. Ioan. And.*

ſolus diſpenſare non poſſet: de conſuetudine præſcripta ſibi poteſt hoc ius acquirere. ſupra de his quæ fiunt à præla. noſcitur. in ſi & ſ. eo. lib. de conſue. c. 2.

a ¶ Huiuſmodi.] parochiales ſcilicet.

b ¶ Subiectas.] no. quia licet quo ad dandas dimiſſorias ꝗ paremus ep̄m originis domicilij, & beneficij, vt ī. de tēp. ord cum nullus. 1 reſpon. quo ad caſum iſtum ſecus: vnde ſi Bonon. clericus talē eccleſiam habet Mutinæ: Mutinenſis epiſcopus, nō Bonon. habebit diſpenſare ꝑ hanc litteram.

c ¶ Obtinent.] ſi iā elapſus eſſet annus, ita ꝙ priuati eſſent, tūc eas non obtinēt, ſed obtinuerūt: & ſic huiuſmodi diſpenſatio locum nō habet.

[Gl ſeq. notat, dubiū ſoluit, quærit & ſoluit: Iterum quęrit & ſoluit, & declarationem expoſcit.]

d ¶ Septenniū.] nota in ſeptēnio ſcholarē eſſe debere prouectū ſtudens in theologia in quinquennio. ſupra de magi. c. vlt. & etiam ſtudens in iure ciuili, vt in proœ. ffor ū, ibi: & in quinto anno &c. & ſi voluerint ep̄i in citeriori t̄pe diſpenſare, bene id poterunt: ſed in vlteriori nō. de re iud quod ad cōſultationem. de app. oblatæ. ī. de reg. iu. cui licet. [Idem Ioan. Monac. & Archid. bene facit ff. de vul. ſub. ſi ita quis ſubſtituerit. & ſ. de off deleg. paſtoralis. §. 1. immo cōmendabile eſt non à principio totum dare ſeptenniū, vt experiatur ſi proficiant, & tunc detur vlterius t̄ps: aliàs denegetur.] Sed nunquid ep̄s, qui diſpenſauit in ſeptennio, ante illud tempus finitum poterit diſpenſationem reuocare? Puto ꝙ non: per reg. ī. de reg. iu. decet. & ſ. de fil. preſby. ex tua. vbi de hoc. & hoc dico, niſi euidēs cauſa ſuaderet contrarium: & ſic poteſt intelligi de cler. non reſi. c. vlt. vnde & priuilegium reuocatur cum tendit ad noxam. de deci. ſuggeſtum. Quid ſi pendente diſpenſatione mecum facta de iſto ſeptennio: aſſumor ad aliam parochialem eccleſiam ſine fraude: nunquid adhuc poterit in ſeptennio mecum diſpenſari? Et ſatis videtur, ꝙ non, per hanc litteram: cum videatur inſpici tempus ratione perſonæ: & ſm hoc & per ea quæ dixi in principio gloſſæ, videtur, ꝙ tempus iſtud incipiat à tempore diſpenſationis: & ſecundum hoc eſſet reperire, ꝙ per nouem annos, vel quaſi prorogaretur receptio ordinis presbyteralis: & in hoc vtilis eſſet declaratio.

ADDITIO. Si enim ſeptenniū inciperet à tempore commiſſi regiminis, per modum de quo ī. c. prox. §. 1. ſi fiat diſpenſatio poſt ſex menſes, non habebit pro ſtudio integrum ſeptennium. Io. And.

e ¶ Litterarum.] cum non diſtinguat, intelligo generaliter, ſiue in grammatica ſiue in iure canonico, vel ciuili, † vel ſcientię theologiæ ſtudeat. Et caueant epiſcopi, ne diſpenſent cum his, qui dociles non ſunt: iam enim in eis ceſſat huius conſtitutionis cauſa: vnde nec fiat diſpenſatio. 1. q. 7. quod pro remedio. Et habentes diſpenſationem propter ſtudium, ſtudere debent, nō in caſtris vel villis, ſed in ſtudio generali, vt ſ. de cle non reſi. tuę. aliàs priuilegium non habebunt, vt ibi.

[Gl. ſeq. ponit opinionem, quam reprobat, & contrario reſpondet.]

f ¶ Subdiaconatus.] per hoc dicunt quidā ꝙ ſine diſpenſatione de communi iure poteſt in minoribus cōſtitutus eligi ad parochialem eccleſiam. ad idem allegant ī. de p̄ben. ſi pro clericis. & ī. de inſtitu. cap. 2. [Hoc placet Archid. & Ioan. Mona. ſupra eod. cupientes § penul. in princ.] Sed puto contra: & dico ab antiquo iure illius decretalis. ſ. de æta. & qual. pręterea. non recedi, niſi in quantum reperitur expreſſum. Nec obſtat hæc decretalis: potuit enim diſpenſari cum illis per litteras Apoſtolicas: vel per præſentationem patroni conſequi parochialē eccleſiam in minoribus conſtitutus: & ſi diſpenſetur cum tali neceſſe habet infra annum ſubdiaconus fieri: & ſic intelligo iſtum textum: dixi de hoc ſupra in prædicta decretali. ſi pro clericis.

g ¶ Chriſti.] nota dominium bonorum eccleſiarum eſſe penes Chriſtum. de hoc 12. q. 1. expedit. 16. q. 1. quoniam quicquid. ſupra de verb ſig. cauſa.

h ¶ Dignoſcitur.] nota ex præteritis circa futura cauetur. 23. diſt. in nomine. de procur. c. 1. & ſupra eo. fundamenta § digne.

i ¶ Retrocedere.] militando, negotiando, vel vxorem accipiendo: quod poſſunt ipſi clerici in minoribus conſtituti. ſupra de cler. coniuga. c. 1. ſed qui ſunt in ſacris, non. ī de voto. c. vni.

k ¶ Pœna.] priuationis ipſo iure.

l ¶ Exerceatur.] prouidit hæc conſtitutio eccleſijs & perſonis. ſic ſupra eo. cum nobis olim. in fine. & ī. de regu. beneficium.

m ¶ Miniſtrentur.] non enim debent proprijs militare ſtipendijs. 13. q. 2. charitatem.

n ¶ Septennio.] idem eſt de minori tempore, ſi ad minus tempus diſpenſatum fuiſſet: quod fieri poteſt, vt ſuperius dixi.

o ¶ Alioquin extunc.] ideſt, elapſo anno à fine ſeptennij.

p ¶ Pœnam.] priuationis.

No ꝙ q̄ñ requirit̄ diſpenſatio ꝑſonæ reſpū beneficij: ille prælatus dēt diſpenſare, qui habet eccleſiā ſubiectā, reſpectu cuius eſt diſpēſatio neceſſaria. D.

† Regulariter dēt clericus per ſe diuinis ſeruire. Font.

Iſta glo. ſm Philip. vult, ꝙ beneficiatus ī ſacris, pōt ſtudere legibus. ad de quæ dicam ī. e. ne cle. vel mo. c. 1. Fon.

Not. Pet. ꝙ poſt diſpēſationē ſit reditus ad ius cōe. ſicut finito priuilegio. l. Titia §. vſuras. ff de lega. 2. Fōt.

Commiſ-

COmmiſſa tibi.] Quattuor ſunt dicta: ſecundum; ibi, Annus autem. Tertium ibi, Porro. Quartum: ibi, Ceterum. & iſta decret. eſt glo. cap. licet canon. eo. ti. ſupra Dominicus.

CAP. XXXV.

COmmiſſa[a] tibi parochialis[b] eccleſia, quã quam tantum[c] de anno tranſiuerit, quòd infra ipſum nequeas iuxta ſtatutum generalis cõcilij Lugdunenſis[d] ad ſacerdotiũ promoueri: non eſt, niſi tunc demum, cum ex toto fuerit† ipſe annus elapſus,[e] cenſenda vacare: nec poteſt alteri antea, te nolente,[f] conferri. ¶ Annus autem huiuſmodi (qui à tempore illo incœpit, † quo ipſius eccleſiæ regimen cõmiſſum, tibi extitit, & poſſeſſionem eius pacificam[g]† habuiſti: vel per

CASVS. Dictum fuit in c. licet canon. ſ. eod. ti. ꝙ ille cui eſt collata eccleſia parochialis, debet promoueri ad ſacerdotiũ infra annum, numerandũ à tẽpore adeptæ poſſeſſionis: Sed ponamus, ꝙ aliqua eccleſia parochialis fuit alicui clerico collata, qui non fuit promotus ad ſacerdotium infra annũ: ſed annus nondũ fuit elapſus: tñ certum eſt, ꝙ ipſe non poterit promoueri ad ſacerdotiũ infra annum. quia de anno ſolum reſtant duo mẽſes: & infra illos duos mẽſes non celebrantur ordines: vtrum ante finem anni vacet eccleſia? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ licet ſit impoſſibile, ꝙ talis poſſit promoueri infra duos menſes: tamen ante finem anni non uacat eccleſia. Sed qd ſi iſte fuit impeditus infra annum, vel non potuit promoueri: quia erat in minori ætate, & habebat eccleſiam cum diſpenſatione: vtrum currat annus? Rñdet ꝙ non: ſed tamen debet ſe facere promoueri ad illum ordinem, quem ætas ſua patitur: Sed ponamus ꝙ iſte priuatus ſit eccleſia ſua: quia cum nõ eſſet impeditus, non curauit ſe facere promoueri ad ſacerdotium: nunquid epiſcopus poteſt denuo conferre illi iſtam eccleſiam, quam perdidit per lapſum anni. Rñdet ꝙ nõ pro illa vacatione: nam ipſe eſt incapax illius eccleſiæ pro illa vice. Sed quid de fructibus? Ponamus ꝙ infra annum ipſe non fecit ſe promoueri ad ſacerdotium: vtrũ licite poterit retinere fructus eccleſiæ, quos percepit durante anno? Reſpondet ꝙ iſte ſi in principio quãdo fuit inſtitutus, non habebat intentionem vt promoueretur ad ſacerdotium infra annum: ſed ſolum vt perciperet fructus: tunc tenetur ad reſtitutionem fructuũ & etiam collator tenetur reddere eccleſiam indẽnem: Si vero ille qui habuit eccleſiam parochialem habebat: bonam intentionem: quia intendebat promoueri ad ſacros ordines, ſed ex aliqua cauſa ſuperueniente non vult promoueri: quia forte eius frater antiquior vult promoueri: & ipſe vult remanere in ſæculo, non tenetur ad reſtitutionem fructuum. Nota ex textu ibi, Te nolente. arg. quòd beneficium quando de neceſſitate eſt proximo vacaturum, poteſt conferri alteri de conſenſu rectoris: licet aliter nõ interueniat renunciatio: & ſic ille conſenſus videtur habere vim renunciationis. de quo vide quod no. ĩ. in regula, beneficium. & de ijs quæ fiunt à ma. par. ca. ex ore. ſuper verbo, confirmatus. quia iſtud debet intelligi quando conſentit, vt conferatur per illum, in cuius manibus debet fieri renunciatio.

[Prima gloſſa dimidit, & ſummat.]

a ¶ Commiſſa.] quatuor dicit: Primo ꝙ ad pœnam priuationis rectoris parochialis eccleſiæ non promoti, requiritur ꝙ annus integer ſit completus: Secundo, ꝙ annus ille non currit iuſte impedito. Tertio, ꝙ poſt priuationem, eccleſia eidem conferri non poteſt: Quarto, ꝙ non promotus, ſi eo animo receperat eccleſiam, vt fructus anni perciperet, tenetur ad reſtitutionem ipſorum. Et qui ea mente contulit, eccleſiam ſeruare debet indemnem. Ioan. And.

b ¶ Parochialis.] non collegiata. ſup. eo. ſtatutum.

c ¶ Tantum.] quia ammodo ante finẽ anni non expectamus, aliqua tempora ſtatuta ad ordines recipiendos. de quibus. ſ. de tempo. ordi. de eo. vel ſi ſupereſt vnum tempus, adhuc non eſt diaconus, vel ſubdiaconus.

d ¶ Concilij Lugdunenſis.] ſup. eo. licet canon.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

e ¶ Elapſus.] facta computatione, vt dicitur ĩ. §. prox. In contrarium videbatur: quia lex dicit, ꝙ ſi promiſiſti mihi facere inſulam infra certũ tempus: & iam tempus tantũ elapſum eſt, ꝙ ammodo infra illud tẽpus fieri non poteſt, licet totũ tempus nõ tranſierit, † te agere poſſum. ff. de verb. ob. l. hoc iure. & l. ſi ita ſtipulatus eſſem. vnde ex quo certũ erat illum infra diem promoueri non poſſe, videbatur pœna cõmiſſa. Sed contrariũ eſt verum, vt hic patet. & hoc tenebat Guli.[1] & Gar. ſupra eo. licet canon. per l. ff. de verbor. obligat. l. in illa ſtipulatione. & l. inſulam. vbi expreſſe dicitur, ſtipulationem pœnalem non committi ante diem: etiam ſi ſit certum parere non poſſe. Item licet certum ſit conditionem extituram: expectari debet donec exiſtat. ff. quando di. leg. ced. l. huius legatum. Ad contraria poteſt reſponderi, vt no. in dicta l. hoc iure. Vel dic ante diem agi poſſe, quanti intereſt opus inchoatum non eſſe, vt in primis iuribus: ſed ad pœnam non, vt in ſecundis, & hic.

† Nota ꝙ vbi imponitur pęna ex nõ facto intra certum tempus, pęna nõ committitur, niſi ex toto labatur tempus.

† al. incipit

† Pacifica poſſeſſio q̃ dicatur, tradit Geminian⁹ conſil. 125. verſi. Super tertio.

1 Videasq̃ ipſe no. in Spec. de ob. & ſolu. §. 1. verſ quid ſi promiſiſti. vbi tenet pęnã committi: ſed ante diem exigi non poſſe.

ADDITIO. Quo ad caſum noſtrum, ſcilicet, ꝙ annus integer debet eſſe completus, ſit efficax ratio: quia vltima die poſſet obtinere diſpenſationem Papalẽ, vel epiſcopi per modum decre. ſupra proxi. In hoc tamen eſt opinio, ſicut ibi dixi ſuper glo. ſi iam. vbi omnino videas. Ioan. Andr.

f ¶ Te nolente.] & merito non poteſt conferri: quia non conferuntur beneficia antequam vacent. ſupra de conceſ. præb. c. 1. & 2. anno elapſo libere poteſt conferri, non obſtante illius poſſeſſione. infra de præb. licet epiſcopus. Idem vides in morte naturali: quia licet certum ſit clericum moriturum, non tamen confertur eius beneficium ante mortem, vt infra de conceſ. præb. cap. 1. & 2.

[Gloſſa ſequens quærit, ponit opi. & ſoluit. Iterum quærit, & ſoluit.]

g ¶ Pacificam.] quid[2] ſi nactus eſt poſſeſſionem ſolũ minoris partis bonorum? Dicunt quidã ꝙ non currit tempus: ſecus ſi maiorem. arg infra de reſtitu ſpol. frequens. Dic ſecundum Guli. qui hoc no. ſupra eo. licet. ꝙ ſi liberum habet exercitium curæ animarum, tenetur hac conſtitutione: licet tantum minoris partis bonorum poſſeſſionem habeat: quia cura pars principalis eſt & dignior. de æta. & qua cum ſit. ad hoc de cõſecra. eccle. vel alta. ꝙ in dubijs. & eius ratione tenetur ad ſacerdotium promoueri. ſupra de præben. extirpandæ. ſecus ſi non habeat liberum curæ exercitium: licet poſſeſſionem habeat etiam maioris partis bonorum. ad idem ſupra eod. titu in antiq. dudum. 2. circa principium: vnde dixit hic littera: ipſius eccleſiæ regimen, &c. Quid ſi poſtquã nactus eſt poſſeſſionem mouetur ſibi controuerſia? Dicit Gul. quòd ſi in continenti in ipſa poſſeſſione lis ſibi mouetur, & poſſeſſio continue turbatur, promoueri non tenetur: quia quæ in continenti fiunt, &c. ſupra eodem officij. ff ſi cer pe. lecta. & quia non videtur pacifica fuiſſe, quæ non durauit. ad hoc ſup. eod. ſi poſtq̃ § 2. ſup. de verb. ſig. nam & ego. ff. de in rem verſo. ſi pro parte §. verſum de pe. diſtinct. 1 diuortium. & litis euentus dubius eſt. ff. de pecu. quòd debetur. poſſet ergo eſſe quòd eccleſiã perderet: & ſic in presbyterum ordinatus abſque beneficio men-

2 De materia gloſſæ, videlicet, q̃ dicatur pacifica poſſeſſio, pter doctores hic vide Geminianum cõſil 82. & 87. & 125. Pau. de Caſtro, conſi. 265.

cio mendicaret. 93 diſt. diaconi. vlt. Si autem poſſeſſionem aliquandiu obtinuit ſine litigio, hac conſtitutione arctatur: & ſufficit ꝙ ſemel cœpit pacifice poſſidere ſ. eo. dudum. ff. de act. empt. l. exempto. in prin. aliàs ſuo velle quilibet poſſet ſibi litem confingere in fraudem huius conſtitutionis: nec obſtat ꝙ iſte ſuccumbere poterit: quia mala electio eſt in culpa. C. de acq. poſſ. l. vlt. C. de iure delib. ſancimus.

a ¶ Per te ſtetit.] ſic j. de præben. licet epiſcopus.

ADDITIO. Archi. alle j. de reg. iur. cum non ſtat. & c. imputari. ff. de annu. le. l. Mæuia. Io. And.

[Glo ſeq. explicat, & conſulit.]

b ¶ Iuſto impedimento.] ſic ſ. eo. q̃ ſit. ad fin. Pone ꝙ toto illo anno ægrotauit, vel abſens erat eps. & cõmendatitias habere non potuit, vel eum eps ordinare noluit: vel his ſimilia: hæ enim ſunt iuſtę cauſę, quæ excuſabunt eũ. Et propter hanc cauſam dico, ꝙ licet elapſo anno ſtatim illo non vocato poſſit alteri eccleſia conferri, vt in prædicta decre. licet. tamẽ tutius & honeſtius eſſet ipſum citari, & facere pronuntiari illum priuatum: ſi non oſtendit diſpenſationem vel iuſtum impedimentũ: nam ſi hoc omiſſo fiat collatio, ipſe poſtea veniens: & de iuſto impedimento, vel diſpenſatione fidem faciens, collationem caſſari faciet. ſ. in anti de re iud. cũ Bertholdus. ſed quia iudices, vel illi ad quos collatio ſpectat, nolunt litigare, vel ſe aduerſarios conſtituere, nec illi quibus facienda eſt collatio, niſi primo habeant ius in re: ideo communius eligitur altera via, vt ſine alia pronunciatione fiat collatio.

c ¶ Eccleſia ipſa.] tolle quod eſt in fi. huius §. ibi, nullatenus vice, &c.

d ¶ Exiſtis.] quidam habent hic in littera: & 2 ad quã inhabilem reddidiſti te.

e ¶ Ludibrio.] ſic C. de bo. q̃ li. l. vlt. §. vbi aũt puerilis.

f ¶ Faciendum.] vt C. communia. de leg. l. 2. in fi. magis. ergo conſideremus ſenſum, quàm verba. ad idem ſupra eo. ſi poſtquàm §. 1. ſ. de verb. ſign. intelligentia. & cap. propterea.

g ¶ Ea vice.] intelligo, ideſt in illa vacatione: aliàs lex eſſet impoſita verbis: facile enim eſſet ſibi conferre vni, quem ſciret nolle conſentire: & poſtea reiterato, illam primo cõferre, ſm illos, qui habent in textu: & ad quam te inhabilem, &c. non eſt dubitatio tanta.

h ¶ Iterato.] nam qua ratione poſſet primo anno finito iterato eidem conferri: eadem ratione finito ſecundo: & ſic dic de tertio: & ſic de ſingulis: & ſic canon fruſtraretur effectu, vt dictum eſt, concordat ſupra de teſtibus licet 3.

ADDITIO. Et ſ. de conſan. & affin. tua. in fi. Io. A.

i ¶ Non intendens.] ſi ergo intendebat à principio promoueri: ſed poſtea mutata voluntate promotus non fuerit: nõ tenetur ad reſtitutionem fructuum. 3 quod verum puto de perceptis ante mutatam voluntatem: in alijs crederem ſecus eadem ratione.

k ¶ Poſtmodum.] elapſo anno. Io And.

l ¶ Mutata.] nota quòd fraus purgatur: ſic & mora interdum. ſupra de loca. potui & j. de reg. iur. mora ubi de hoc. & nota exitum ſpectari, cum vitium conſiſtit in animo: aliàs ſpectatur initium. ſup. eod. lib. de reſcrip. ſi eod. tempore. ſupra eod. dudum. 1. vbi de hoc.

m ¶ Promotus fueris.] ad ſacerdotium infra annum.]

n ¶ Promouẽdum.] & in veritate promotus non fuiſti: aliàs purgatur vitium in vtroque.

o ¶ Offenſam.] ſic ſ. eo. perpetuæ cũ ſuis concordantijs.

[Gloſſ. ſeq. ponit quæſtionem, quam ſoluit.]

p ¶ Indemnem.] pone enim illum, qui fructus percepit non eſſe ſoluendo: ita ꝙ inefficax eſt actio cõtra eum. ſupra de ſolu. Odoardus. dabitur in conferentem. vt hic vides. Et hic loquitur nõ ſolum de obligatione in foro animæ: ſed etiam in foro iudiciali: dummodo de tali credulitate vel fraude fiat fides: tamẽ qui fraudem allegat, illam probabit. ff. de proba. quotiens. §. qui dolo. & probabitur id per coniecturas. inf. ti prox. c. 2.

te ſtetit, a quominus haberes eandem) tibi non currit, ſi promoueri iuſto b † impedimento detentus infra tempus huiuſmodi nequiuiſti. ¶ Porro ſi infra dictum † tempus non fueris (rationabili cauſa ceſſante) promotus: tibi eccleſia ipſa, c qua dicti ſtatuti auctoritate iam † priuatus exiſtis d (ne ſtatutum ipſum fiat ludibrio, e debitoque fruſtretur effectu: & non rebus: ſed verbis, cum ſit potius contrarium faciendum. f lex impoſita videatur) nullatenus ea vice g poterit iterato h conferri. ¶ Ceterum ſi promoueri ad ſacerdotiũ nõ intendens, i parochialem receperis eccleſiam, vt fructus ex ea per annũ percipias: ipſam poſtmodum k dimiſſurus (niſi voluntate mutata l promotus fueris m) teneberis ad reſtitutionem fructuum eorundem: cũ eos receperis fraudulenter. † ¶ Illum autem, qui eam tibi contulit, cum te non crederet ad huiuſmodi ordinem promouendum: n præter diuinam, quam ex inde incurrit offenſam o) ad ſeruandam indemnẽ p eandem eccleſiam decernimus obligari.

¶ Idem.

¶ Abbas exemptus eligitur in epiſcopum: ſed tranſire non poteſt ſine licentia Papæ, vel legati de latere.

CAP. XXXVI.

SI q Abba-

SI abbatem.] Ponit duo dicta principalia: ſecundum ſibi, Huiuſmodi. Dominicus.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauienſi, canonici illius eccleſiæ affectantes habere in prælatum abbatem monaſterij noui Pictauis, vel alium abbatem exemptum, & immediate ſubiectum ſedi Apoſtolicę: dubitauerũt, an deberent ipſum poſtulare, vel vtrum poſſent illum eligere: ſuper hoc conſulerunt Romanum Pontificem: qui Papa conſultus reſpondit, ꝙ licet abbas exemptus non poſſit dimittere ſuum monaſterium ſine licentia Papæ: hoc tamen non obſtante, ipſe poteſt eligi in epiſcopum, vel alium prælatum. Sed quid, ponamus ꝙ in hoc regno eſt legatus de latere, ſcilicet Cardinalis: vtrũ poterit confirmare illam electionem? Rñdet ꝙ ſic: ſed alij legati, qui non ſunt de latere ſiue Cardinales, non poſſunt confirmare illam electionem, & dare illi abbati electo licentiam, vt ſe transferat ad illam eccleſiam, in qua fuit electus. Nota primo, ꝙ alligatus inferiori dignitati ab epiſcopatu, debet eligi, & non poſtulari. Dominicus. Nota ſecundo ꝙ exemptus & immediate Papæ ſubiectus, non poteſt renũciare beneficio in manibus ordinarij loci. Dominicus.

[Prima glo. ſummat, & dicit quid declaret.]

q ¶ Si abbatem.] abbas exemptus eligitur in epiſcopũ: ſed tranſire non poteſt ſine licentia Papæ, vel legati de latere. Secundo dicitur, quòd legatus de latere poteſt confirmare electiones epiſcoporum exemptorum: reliqui, non ſine ſpeciali mandato. Declarat quod notat Bernardus ſupra de poſtul. ca. vlt vltra medium gloſſę. Compoſtel. ibidem in princ. 4 & ea quæ not. moderni de conſuet. cum venerabilis. & Gar. ſupra eod. cupientes, §. denique.

[Glo.

1 Lapus exponit p mẽſẽ vel duos. c. fraternitatis. de frigi. & malefi. Font.

† al. legitimo.

† al. idem

† In vno manuſcripto Vaticano & in altero item manuſcripto ita: iam priuatus exiſtis, & ad quam ipſo facto te inhabilẽ reddidiſti, &c. qđ eſt diligẽter obſeruãdum, pro eo qđ notat gloſſa hic in verbo, ea vice.

2 Hæc lectio inuẽta eſt in manuſcripto codice Barbatiæ, vt in margine paulo antea notatũ eſt.

3 In dubio ſm Pet. de Anch. pſumitur talẽ habuiſſe à principio, ſicut apparet in ſi. argu. l. qui adulteri. C. de adul. Fon.

† De coniecturis probatib. fraudem. vide l. Fulcinius. ff. de bo. auct. ind. poſſiden. Fon.

4 Vbi Beſic loquitur ꝙ reprehẽdi non põt Cõpoſtel. vero ſimpliciter dicebat, abbatẽ exemptum poſtulandũ non exemptum eligẽdum. Io. A.

[Glo. ſeq. ſoluit queſtionem.]

a ¶ Abbatem.] idem intelligas de quolibet alio inferiori prælato ab epiſcopo: quia eadem ratio eſt.

b ¶ Subiectum. quod cognoſci poteſt per decretalem ȷ̃. de priuile. ſi Papa. idẽ de ſubiectis epō, quo ad hoc ꝙ eligi poſſunt: ſed ſine licentia epiſcopi non tranſibunt.

c ¶ Epiſcopum.] idẽ de alijs dignitatibus puta ad aliam abbatiam. ſupra eo. ca. nullus. cum ſi. & eadem eſt ratio.

[Gloſ. ſeq. declarat dubitationis cauſam, & reſpondet.]

† De tripliꝺ genere legatorum vide gloſſam in cap. 1. de offic. legat.

d ¶ Elegiſtis.] dubitationis fuit cauſa: epſ quia non habet liberum volatum, ſine licentia papæ. debet poſtulari ad alium archiepātū vel epātū: & ſi eligatur, no valet electio. Eadem ergo ratio videbatur in abbate immediate Papæ, ſubiecto, vt per id deberet. poſtulari nõ eligi. Sed illud ſpeciale in epīs ſ. de renuncia. niſi cum pridem. non enim quicunque habet petere licentiam tranſeũdi, poſtulandus eſt, vt probatur ſupra eo. ſi religioſus, &c. nullus. & in his, quæ notantur ſupra de poſtu. ca. vlt. in anti.

tem [a] eccleſiæ Romanæ immediate ſubiectũ [b] in veſtrum epiſcopum [c] elegiſtis, [d] reprehendi exinde [e] nulla ratione poteſtis: ei tamẽ ab alio quàm à nobis, vel ab Apoſtolicæ ſedis legato, † ſi ſit in prouincia [f] de latere [g] noſtro miſſus, [h] dari non pōt licentia ſuũ deſerẽdi [i] monaſterium, & ad veſtram eccleſiam tranſeundi. [k]

¶ *Legatus de latere poteſt confirmare electiones epiſcoporum exemptorum: reliqui non, ſine ſpeciali mãdato. Ioan. And.*

¶ Huiuſmodi [l] vero legatus, qui maius [m] omnibus poſt Romanum Pontificẽ in prouincia ſibi decreta imperium [n] cenſetur habere: [o] archiepiſcoporum, epiſcoporum, & exemptorum electiones poteſt ex officio [p] confirmare Alij autem legati [q] hoc [r] nequeunt: niſi id eis à ſede ipſa ſpeciali-

e ¶ Exinde.] quia elegiſtis, & non poſtulaſtis.

f ¶ In prouincia.] ſi enim lagatus eſſet, ſed non in illa prouincia, licentiam dare non poteſt: licet enim quædam poſſit, quæ voluntariæ iuriſdictionis ſunt extra prouinciam ſibi decretam eundo & redeundo: tamen ea quæ contentioſæ iuriſdictionis ſunt, non poteſt, vt hic, & ſupra de conſuetu. cum venerabilis. Primum probatur ſupra de offic. leg. ꝙ tranſlationem. & ca. penult. & ſ. de ſenten. excō. ad eminentiam. cum ſi. & quod dicit, ſit in prouinciã miſſus: quod eſt infra: quia licet prouinciam exiuiſſet, dummodo in legatione eſſet, adhuc licentiam dare pōt. ſ. de offi. leg. nouit. Si autem exiuiſſet prouinciam, & legationem, ſecus: & ſic poſſet intelligi hæc littera.

ADDITIO. Idem Archidia qui dicit hic. ꝙ ordinarius prouinciam exiens, habetur pro priuato. de offic. præſi. l. 3. & ideo non habet poteſtatem iudicandi, vel ius dicendi. ff de iuriſd. om iud. cap. vltimo. & ſic ibi ſedere pro tribunali non poteſt. 9. q. 2. epiſcopum. vbi de hoc. Ioan. And.

g ¶ De latere.] ſcilicet Cardinalis. ȷ̃. de offi. legati. c. 2. in fine. vbi dicam. de hoc.

h ¶ Miſſus.] ſubaudi. vel ab alio, qui haberet ſuper hoc ſpeciale mandatum. vt in fine capituli.

i ¶ Deſerendi.] ſicut eñ inferior non deſerit ſine ſuperioris licentia ſuam eccleſiã ſ. de renun. admonet ſic nec iſte ſine Papæ licentia: qui ſibi proximus eſt ſuperior, vel ſui legati de latere ſuum monaſteriũ deſeret.

[Gloſ ſeq. quærit & ſoluit. dicit opi. Hoſt. reprobatam. & Compoſt. approbatam.]

k ¶ Tranſeundi.] quid ſi abbatia non ſit exempta: ſed priuilegium habet, ꝙ abbas ad epātum non poſſit aſſumi ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ex cauſa forte. q̃a abbates ſe vidẽtes receſſuros res monaſterij diſpergũt: & habes de hoc priuilegio 16. q. 1. hinc eſt etiam. Numqd poterit legatus de latere huic dare licentiam? Satis vr̃ iſtius decre. arg. ꝙ ſic. [1] q̃a poteſt omnia præter excepta. de offi. lega. ꝙ tranſlationem. 16. q. 1. frater. ff. de offic. præſe. præt l. vnica. ſed ad hoc ȷ̃. de verb. ſign. ca. 1. in prin. Vnde nota ꝙ ꝑ hanc decre. reprobata eſt opinio Hoſtienſis. no. ſ. in anti. de conſue. cũ venerabilis. dicebat enim ibi, & de renũ. ca. vlt. in prin. ꝙ illi legati habebant ſpeciale mandatum trãſferẽdi abbates exemptos: aliàs id facere non poſſent [2] per decre. de offi. leg. quòd tranſlationẽ. ſed Cõpoſt. ibi ꝯ: dicens, ꝙ ex generali legatione hoc poterant: & eius opinio hic reprobatꝛ, vt hic vides.

ter [f] ſit commiſſum. [t] †

¶ Idem.

¶ *Si compromiſſarius non eligit infra tempus iuris, ad ſuperiorem deuoluitur poteſtas prouidendi: Si eligit, ſed indignum, indiſtincte redit ad compromittentes: niſi id ſcienter ratum habuerint: Idem ſi electus idoneus nõ conſentit. Si compromiſſarius ſcienter eligit indignum: ipſe ſolus ab eccleſiaſticis beneficiis triennio eſt ſuſpenſus: niſi id compromittentes ſcienter ratum habuerint: Et pœna prædicta ſuſpenſionis non habet locũ in epiſcopo compromiſſario, nec in electione inferiorum epiſcoporum: Et reſtringitur illa pœna ad beneficia, quæ obtinet in eccleſia offenſa: Et idem in beneficiis illius, qui deficit in probatione eius, quod obiecit in perſonam.*

† al cõceſſum.

1 Nota Philip poſt Archid ꝙ appellatiõe ſedis Apoſtolicæ venit legatus de latere: niſi apponãtur dictiones, tãtum, dumtaxat, & ſimiles: & materia ſoli Papæ conueniat. Font.

2 Reprobatur a Doctoribus: quia legatus pōt diſpẽſare ſuper his, quę priuilegio Papali permittunt, licet ꝯ priuilegium ipſum tollendo nõ poſſet diſpẽſare. Font.

l ¶ Huiuſmodi.] ſũptum ex eo quòd notat Gar. ſupra eo. cupientes. circa prin. ſuper verbo, examen. & dic huiuſmodi, ſcilicet de latere.

m ¶ Maius.] vnde minores legati non exequuntur officium ſuum eo præſente ſupra de offi. leg. ca. volentes.

n ¶ Imperium.] quia ordinarium eſt, nec perit morte mandantis. ȷ̃. de offic. leg. cap. 2. & in eo pares ſunt conſulibus, vt ibi. Ioan. And.

o ¶ Habere.] ff. de offi præſi. l. 4. ff de offi. proconſul. & ideo.

p ¶ Ex officio.] legationis: quia non requiritur ſpeciale mandatum. & idem dicebamus per decre. ſupra eo. quia diligẽti. ibi hoc tenet Compoſt. Idem quia nõ erant hæc ſpecialiter reſeruata.

q ¶ Legati.] ſcilicet non de latere, vel qui dignitatem illam ſibi vendicant eccleſiarum prætextu. de quibus. ſ. de offi. lega. c. 1. & penult. & ȷ̃. eo. tit. cap 1.

r ¶ Hoc.] ſcilicet cõfirmare epiſcopos, archiepiſcopos, & alios exemptos.

s ¶ Specialiter.] nota ꝙ non tantum valet genus quãtum ſpecies. de appel ca. 2. de hoc. de offi. ordi. ſi ſacerdos. ſupra in ant. & 23. diſt. quamquam.

t ¶ Commiſſum.] nota & breuiter, ꝙ ſi exemptus ꝑlatus inferior epiſcopo eligitur ad epātũ, tenet electio: tñ tranſire non poterit ſine licentia, quam dat Papa vel eius legatus de latere. ſi canonicus, vel alius eligitur in epiſcopum exemptum, vel archiepm̃ exemptum, vel ad aliam dignitatem exemptam, legatus de latere confirmat: inferores legati non ſine mandato ſpeciali. Si autem epſ in epiſcopũ, vel archiepm̃ poſtuletur: tunc vt tranſire poſſit, ſpecialis licentia Papæ requiritur: q̃a caſus, ſcilicet epiſcoporum tranſlatio, eſt de reſeruatis,

ſ. de offi. lega. & tranſlationem: & ſic ſane decretalē iſtam intelligas: vnde non dixit hic, ꝙ legatus admittat poſtulationes: ſed ꝙ cōfirmet electiones: epiſcopi autem non eliguntur, vt prædicti.

SI compromiſſarius.] Sunt duæ partes: Prima determinat certos caſus dubios circa pœnam priuationis: Secunda ibi, Porro. alios circa pœnam ſuſpenſionis. Ioan. Andreas. Poſſet etiam quælibet pars ſubdiuidi, quæ patent Dominicus.

† No. ꝙ electio pōt fieri anteq̄ eṗs tradat ſepulturæ: quia hic [illegible] tum dicit, defuncto, ꝗ quo aliq d. s. eo. ſi electio. & in c. bonæ. 2. ſu. eod. tit.

CAP. XXXVII.

SI [a] compromiſſarius, [b] in quem defuncto † epiſcopo [c] transfertur eligendi [d] poteſtas, negligenter [e] infra tempus [f] à iure ſtatutum [g] eligere prætermittat, ad ſuperiorem [h] proximum † poteſtas deuoluitur prouidendi: † ſibique compromittentes imputent, [i] qui in talem [k] poteſtatem huiuſmodi [l] tranſtulerunt. [m]

† Dictio, proximū, deeſt in antiquis codicibus: quæ ex glo. fuit in textum tranſlata.

† al. eligendi

1 Idem Io. Mo. aliqui diuidūt in viij. faciendo duas partes de prima: aliqui in duas, & ſecundā in vij. poſſet etiam diuidī in iij. in cōſtitutionis cām, cōſtitutionē, & conſtitutionis declarationem: & ſecūda tūc ſubdiuidit in ſex, vel ꝗ quinque. Io. Andr.

b ¶ Quæ.] ſcilicet monaſteria.

c ¶ Diſpendia.] ſupra eo in ant. quia propter.

patiuntur occurrere deſiderabiliter affectantes: [a] Statuimus, vt cum in eis fuerit electio facienda, nulla Monialis (niſi duodecimum [b]annum peregerit: [c] & profeſſa fuerit tacite, [d] vel expreſſe) ad eligendum cum alijs [e]admittatur. Nec in abbatiſſam, aut Prioriſſam [f](vbi per Prioriſſam monaſterium gubernatur [g]) decetero eligatur [h]aliqua, niſi triceſimum [i]annum complεuerit: & expreſſe [k]profeſſa fuerit ordinem regularem.

¶*Non obſtante contradictione, vel appellatione quacunque, electa à duabus partibus numero cum per ſcrutinium proceditur, examinatione præmiſſa per officium præſidentis confirmatur & benedicitur. Itẽ publicato ſcrutinio, antequam ad actus extraneos ſe diuertant. eligentes poſſunt accedere ad illam, quæ maiorem partem conuentus numero habet: & ſi per acceſſum ad duas partes peruenerint (ſicut in primo caſu) confirmabitur & benedicetur: non tamen adimetur contradicentibus poteſtas denunciandi vel accuſandi, cum abbatiſſa fuerit benedicta, & poſſeſſionem adepta. Item de obiectis contra electam à maiori parte conuentus, quæ tamẽ duas partes nec à principio, nec per acceſſũ habet: ante confirmationẽ ſine ſtrepitu & figura iudicii inquiretur: Ipſa tamen (alienatione bonorum & Monialium receptione ſibi interdictis) interim miniſtrabit. Itẽ à minori parte electæ nullũ ius acquiritur, nec aliæ poſſũt accedere ad eam: nec ibi fit collatio, niſi numeri ad numerum. h.d.*

¶Sane † [l] ſi ad electionem per formam ſcrutinij procedatur: & votis in diuerſa diuiſis, [m]electiones † per plures in diſcordia celebrari contingat: ea, quę à duabus [n]partibus numero fuerit celebrata (exceptione, ſeu contradictione, aut appellatione quacunque partis alterius non obſtante [o])

a ¶ Affectantes.] ſupra eod. tit. cupientes.

b ¶ Duodecimum.] quia tunc dicitur pubes. ſu. de deſpon. impu. puberes. & idem eſt in viro: quia ante pubertatem ad eligendũ nõ admittitur. ĩ. eo. ex eo quod.

c ¶ Peregerit.] ſic ſup. eo. in anti. cum in cunctis. j. de ӕta. & qual. c. vnico. ſup de offi. dele cum viceſimum.

d ¶ Tacite.] idem in monaſterijs virorũ. ſup. eod. ex eo quod. in fine.

e ¶ Cum alijs.] pro feſſis.

f ¶ Prioriſſam.] idẽ ſi alio quocũque nomine vocetur. [1]ad hoc ſup. eo. ti. & lib. auaritiӕ, & c. fundamenta, §. proinde.

[1] Idem Phili. Font.

[Glo. duæ ſequentes ſoluunt duas quæſtiones.]

g ¶ Gubernatur] j. de ſta. reg. c. vnico. & per hanc litterã puto ꝙ in prioriſſam, vel ſuperioriſſam clauſtralem bene poſſit aſſumi minor xxx. annis. [2]Et de talibus ſup. de ſta. mon. cũ ad monaſterium. verſi. prior autem.

[2] Vide hodie qđ ſtatuit concil. Trid. initio c. citatum.

ADDITIO. Licet in ætate differant, in profeſſione conueniant hodie. Nam & in illis requiritur expreſſa, vt in cle. ne in agro, § ſane. 2. de ſta. mona. Io. Mona.

h ¶ Eligatur.] eligi prohibet, ſed non poſtulari: ſic in ep̃o, qui infra idem tẽpus nõ eligitur ſup. eo cum in cunctis. ſed bene poſtulatur ſup eo innotuit. in anti. Et puto ꝙ debeat poſtulari a Papa j. de ӕta. & qual. c. vnico.

i ¶ Triceſimum.] olim abbatiſſa debebat eſſe ſexagenaria, 20. q. 1. iuuenculas. Sed non vtebamur illo iure: ſed p decr. ſupra eo. cũ in cunctis. § inferiora. eligebatur q̃ attigerat [3]xxv. annum: nunc autem impoſita eſt certa meta: quam licet in abbatiſſis ſeruemus, in abbatibus locum habere nego, vt j. in fi. cap.

[3] Quid qđ ſit de antiqs iuribus, hodie ideſt tenendum qđ ſtatuit conc. Trid. ſeſ. 25. de Regularib' & Monialibus, c. 7.

ADDITIO. Idem Io. Mon. & Archid. Et ſit ratio ſpecialitatis ſecundum eum fragilitas ſexus. Nec obſtat C. de ijs qui ve. ӕta. l. 2. & quod ibi nota. vbi venia datur mulieri, xviij. annorũ: maſculo, xx. quia illud in adminiſtratione proprij patrimonij: hic in eccleſiaſtica dignitate. Dic ꝙ hæc dependent à principum voluntate. Ioan. And.

k ¶ Expreſſe.] nota ꝙ in eligente ſufficit ꝙ ſit tacite profeſſa: quod fit cum maior ſciens & ſpõte ſumit habitum profeſſorũ infra annũ, & triduo perſeuerat: vel cum ſtat in religione vltra annũ: his modis fit tacita profeſſio. & hoc verũ religionibus non mendicantibus. probatur hoc ſup. de reg. ad noſtram. &c. ex parte & j. eo. tit. conſtitutionẽ. In electa requiritur expreſſa profeſſio, vt hic, & idem per omnia in monaſterijs, vt ſupra eod. nullus. & c. ex eo quòd, in fine.

l ¶ Sane.] ſecunda pars.

m ¶ Diuiſis.] quod ſi eſt, non eſt nouum, nec reprehenſibile. 63. diſt noſſe. & c. vlt. & 8. q. 1. nec nouum.

n ¶ A duabus partibus.] ſim. ſup. eo tit. ſi quando.

[Gloſſæ ſequentis prima pars recitetur per quæſtionem an poſſit opponi nullitas voti. & hæc pars tria facit. Primo ponit tres opin. Secũdo defendit primã. Tertio illã impugnat, & vltimã impugnationẽ approbat. Secunda pars format, & ſoluit duas q̃ſtiones.]

o ¶ Non obſtante.] hoc intelligo, niſi opponatur id, quod eligentis votum nullũ reddat: ita ꝙ non remanerent duæ p̃tes. arg. ſup. eo. ſi quãdo. Pone enim ꝙ opponatur, ꝙ eligẽtes nõ ſunt tacite vel expreſſe profeſſæ: vel non ſunt puberes. ĩ. prox. reſpon. vel ꝙ in monaſterijs non mendicãtibus ſunt aliquæ receptæ, quarũ nõ valet receptio j. de ſta. reg. c. vnico. §. ſane. Dico tales exceptiones admittendas. ad hoc ĩ. de off. dele. ex parte. 2. & facit qđ di xi. ĩ. e. quorũdã. Vbi ergo de duabus partibus cõſtat: nec opponitur aliquid qđ illas minuat, aliqua non obſtabit exceptio: & ſic intelligas hanc litteram. Alij ꝯ dicẽtes hoc ſpeciale in caſu noſtro, ꝙ excõicatæ, ſuſpenſæ, & interdictæ. & ſimiles perſonæ, & eligẽtes ſcienter indignam, admittentur & computabuntur in numero: ſed quæ non ſunt profeſſæ vel minores, non: q2 non faciunt numerum. Quidam vero dicunt exceptionem excõicationis bene admitti ꝯ eligentes: quia excommunicatio priuat voce & numero. 2. q. 1. nomen: ibi, de numero collegarum eius ſupprimere vel delere, &c. Sed ſcienter eligens indignam, licet priuetur voce, non numero: & ideo non obſtat talis exceptio: ſuperioris tũ officium his caſibus non deficiet, vt ſequitur. Ego iam his in iudicijs conabar defendere, ꝙ eligẽtes ſcienter indignam: tanquam ſuſpenſę & irregulares repellantur: & votorum ſuorum non habeatur computatio: ita ꝙ ſecundum hoc electio à minori parte numero poſſit valere: quo enim ad illam electionem, dicam illas in numero non computandas, vt vitetur antiquorum iurium correctio. Si enim ita ſimpliciter ſtamus numero, quid dicemus ſi xij. ſunt moniales vij. nolũt eligere: inſtat finis termini: aliæ v eligunt: quare nõ valebit electio facta ab ipſis v? Quid ſi Papa interdixit vii. Monialibus ne eligant: quare non valebit electio facta à v. Si hoc eſt in interdicto hoĩs: quare nõ erit in interdicto

† De articulo huius §. & ſeq. vide quod nouiſſime ſanciuit conci. Tri. ſeſ. 25. ti. de Regularibus, & Monialib', cap. 6.

† In antiqs codicibus ita: electiones plures ĩ diſcordia, &c. abſque dictione, p.

† Vide qđ ibi not. in quod ibi dĩ cunt aliqui probari ꝯtrium: ſi excõicati ſupprimantur, depoſiti deleãtur. Sed ſatis ẽ huic opin. ꝙ nomen ſupprimitur ĩ numero, vt ſcilicet pro eo tpe non dicatur ĩ numero. Ioã. And.

per ſuperiorem (prius tamen ex officio,[a] prout ſpectat ad ipſum diligenti[b] examinatione præmiſſa) ſi aliàs inuenta fuerit canonica,[c] confirmetur : & confirmatæ electæ, ſi Abbatiſſa[d] † extiterit, benedictio impendatur. Si autem nulla earundem electionum[e] à partibus fuerit celebrata duabus: tunc non obſtante quòd ſit publicatum ſcrutinium, & ad electionem proceſſum,[f] poſſint Moniales, quæ in aliam, vel in alias direxerant vota ſua: licite per conſenſum, antequam ad actus diuertant[g] extraneos,[h] omni prauitate[i] ceſſante ad illam accedere, quæ ab alijs maiorem[k] partem conuentus numero facientibus, eſt electa. Et ſi per acceſſum huiuſmodi ad duas partes perueniri poterit: illis, quæ antea in eam conſenſerant, computatis,[l] † confirmetur, & benedicatur,[m] ac ſi duas partes ab initio[n] habuiſſet, vt in caſu proximo eſt præmiſſum. †[o]

dicto iuris? Non video. Item pone, q aliquæ Moniales elegerunt alternatiue, conditionaliter vel incerte : ita q vota earū transferantur in alias. ſ. eod. c. 2. dicemus ne voces alterius partis, licet forte ſit minor numero, non valere? Ex his & ſimilibus rationibus, vr non haberi debere rationem votorum illarū, quæ elegerunt ſcienter in dignam. Sed ꝯ hoc facit: quia ſi non ſit collatio in electionibus Monialium, vt j. eo. ca. § vt aūt. ergo pœna priuationis in eis locum non habet: ſed hoc non eſt verum, vt ibi infra dicam in gl. no. ex hoc. Item contra id facit finis c. vbi dicūtur multa ſpecialia ſtatuta in his electionibus. Sed id nō obſtat: quia præter illud sūt ſpecialia multa, vt infra patebit. Itē obſtabit q littera dicit, numero : Item quia ſecundū hoc nihil eſſet quo ad hoc nouum in electionibus Monialiū : quia id erat ſtatutum. ſ. eo. ſi quando. ſ. alleg. per quod c. ex prin. & ſi. & per decre. ſ. eo. in ant ſcriptum, inquantum in illis dicitur, q contra duplo minorem partem numero poteſt obijci id quod votū annullat : probari videtur, q votum nullū computetur in numero. Et ſi dicamus vota taliū computari: multo fortius vota contemptorum : Vnde iam in cauſis ſuccubui : & iudicio meo non ſolum vtilis, immo & neceſſaria eſſet declaratio: & idem dico circa decre. ſ. eo. quorundam. vbi hæc omnia intelligantur repetita. Recepi quod ſeruat curia, q in iſta decr. & decre. quorundam. præciſe ſtetur numero : ita q non habeatur ratio excōicationis, ſuſpenſionis, irregularitatis, & aliorum, quæ reddunt votum nullum: & audiui Bononiæ Papam ſic in conſiſtorio dixiſſe. vide in cle. e. tit. quod circa, & quod ibi no. Quid dicemus ſi in cōcordia vel a duplo maiori parte ſit facta electio : erit ne de neceſſitate, q fiat proclamatio ſecūdum formam decr. vlt j. eo tit. ita q aliter non valeat confirmatio? Et procedit dubitatio iſta : quia ex eo caſu nō admittitur aliqua exceptio, vt hic. Ad quid habet fieri proclamatio? Puto ꝯrium, cum illa decre. indiſtincte loquatur. Præterea poſſet eſſe, Moniales illas nō eſſe profeſſas, vel non eſſe ætatis legitimę : & iſtæ ſaltē exceptiones nō poſſunt negari, quin admittantur, cū numerum diminuant, vt ſup. dixi. Item forte de conſuetudine præſcripta vel priuilegio non ad conuentum, ſed ad alios ſpectat eligere : fiat ergo citatio, vt & hoc ſciatur: vel forte tenentur eligere de certo loco. ſ. in antiq. de conſue. cum dilectus. de verbo. ſig. cum abbate. Item quid dicemus in monaſterijs, quæ per mares reguntur? Sunt enim quædam monaſteria Monialium, quę per Priorem reguntur. facit 8. q. 2. qui religioſis. & c. in decima. & Moniales eligunt ſibi illum Priorem : iſta talia monaſteria ſunt mihi nota: habebit ne locū iſta decre. in talibus electionibus. & per prin. huius. cap. vbi dicit : ſtatuimus, vt cum in eis fuerit electio facienda : & per finem, vbi dicit in §. vlti. in prin. in quibuſlibet mulierum monaſterijs, &c. Videtur q ſic : Satis credo q inquantum decre. iſta inſpicit eligentes, & factum earum : etiam in talibus electionibus haberet locum hæc decre. puta, q tunc eligentes ſint profeſſæ, ſint ætatis legitimæ, poſſint accedere, collationem zeli & meriti omittere; & his ſimilia. Sed inquantum cōſtitutio inſpicit electam: puta q ſit xxx. annorū, q adminiſtret ante confirmationem electa à maiori parte, & his ſimilia: forte i illis locū nō haberet Et iudicio meo circa hoc ēt eſſet neceſſaria declaratio.

a ¶ Officio.] ex quo examinare habet, & ſupplere in his caſibus, etiam de facto. ſ. e. cum nobis olim. in antiq. & ibi de hoc. ſ. de poſtu. bonæ, 1 in anti. & 28. di. priuſquam.

b ¶ Diligenti.] ſ. eo. nihil. & ſ. de pręben. graue. nemini enim cito debet manū imponere, vt 24. diſt c. 1. §. de his ita ſcribit, 88 diſt. quid eſt cito. ſ. eo. cum nobis. & j. e. c. vlt.

c ¶ Canonica.] ex forma debita, & perſona idonea : vnde ſi ſit illegitime † nata. ſ. eo. cum in cunctis. de ſi. presby. per totū vel corrupta 20. q. 1. iuuenculas, vel alias indigna, non confirmabitur

d ¶ Abbatiſſa] nota q Prioriſſæ nō benedicuntur, ſed abbatiſſæ, & negligentibus recipere benedictionem infra annum a tempore confirmationis, imponitur pœna per concilium Vienen ſup. de ſta. reg. c. recolentes per totum.

e ¶ Electionum.] ad quas proceſſum fuit per formam ſcrutinij.

f ¶ Proceſſum.] hoc eſt cōtra iura ſ. eo. publicato, ſed eſt in hoc caſu ſpeciale, vt dr in ſi. Idem in electione ſummi Pontificis. ſup. eo. licet de vitanda. in antiq.

[Glo. ſeq. ponit diuerſitatem, & ipſius rationem.]

g ¶ Diuertant. non ſic in electione Papæ: quia etiam poſtquam diuerterunt Cardinales ad alios actus, poſſunt accedere. Si pendeat ſcrutinium, ſuper quo vide quod dixi. ſup. eo. licet, in prin. ſed hic ſecus. Et potest eſſe ratio : quia maior conſtantia eſt in viro, quā in muliere ſup. de verb. ſig. forus. in ſi. cum concor Et quia in electione Papæ requiruntur neceſſario duę partes: ſed hic non neceſſario: & adde rationem ipſius decret. licet de vitanda. in ſi.

h ¶ Extraneos. ſic ſup. eo. quia propter. & c. cum poſt petitam. in antiq. Et eſt ſimile quod de teſte. dicitur. de teſtib. cog. præterea.

ADDITIO. Secundum illa iura, quia propter, & cū petitam. hic alleg. intelligendum eſt quod hic dr ſecūdum Arch. vt ſic dicatur actus extraneus hic, qui eſt extraneus ab electione, quæ tunc ſit. Io. Mona. pro intellectu huius verbi remittit. ff. de teſta. hæredes palam. §. ſi. ff. de duo. re. l. duos, in ſi. ff. de verb. obl. cōtinuus. 2. reſpon ad leg. Iul. de adult. quod ait. §. quod ait lex. C. de teſta. cum antiquitas. Io. And.

i ¶ Omni prauitate. vt ſimoniaca datione : vel aliqua pactione illicita : vel coactione, vel extorſione, ſimile ſup. eo. quamuis. & inf. c. prox.

k ¶ Maiorem.] ſecus de minori. j. eo. c. §. ſi qua.

l ¶ Computatis.] illi enim diſſentire non poterunt : cum de illis cautum non ſit.

m ¶ Benedicat.] ſi fuerit abbatiſſa, vt ſup. §. prox. in ſi.

n ¶ Ab initio.] i. ſra de reg. iur. ratihabitionem. cum ſuis concord.

o ¶ Præmiſſum.] ſcilicet contradictione, exceptione, vel appellatione partis alterius non obſtante: præmiſſa tamen diligenti inquiſitione ex officio ſuo hoc fuit præmiſſum.

a ¶ Talis.]

† Nota opt. argu. q electa & confirmata appellatur abbatiſſa ēt ante benedictionem.

Electio abbatiſſæ dēt cōfirmari ſecundum formam cap. ſi. de elect.

† al. ita : & cōfirmatur, & benedicatur.

† al. expreſſum.

† Quare illegitimi repellantur late tradit hic Dom.

De hoc de quod notatur p Doctores ſupra eod. c. licet in princ.

a ¶ Talis.] ſcilicet quæ ab initio, vel per acceſſum habuit duas partes.

b ¶ Poſſeſſionem.] à qua aliàs non impeditur quis poſt confirmationem, niſi crimen cum infamia opponatur. ſup. de accuſa. accedens.

c ¶ Facultas. ſic ſup. de conceſ. præb. poſt electionem. in fi. & de appel. conſtitutus. in fi. Et ſic nota. ꝙ datur actio, cui denegatur exceptio. cõtra id ff. de reg. iu. invitus. §. cui damus. Sed eſt ſpeciale. Et adde quod dixi. infra de regu. iu. qui ad agendum.

ADDITIO. Quod hic dicitur, eſt ſpeciale, ſcilicet quòd non auditur ante confirmationem, qui auditur poſt poſſeſſionẽ. hoc dico; quia poſt confirmationem regulariter nõ auditur excipiens, contra petentem poſſeſſionem: qui tamen poſtea auditur agens. quod dic vt in remiſſione, quæ præcedit. Io. And.

† Intelligere ſicut vulg', reſpectu totius: ſm Do ſcto. & ſic ē hic text. ſ Bar. in l. interdũ. ff. de hære. inſti. dicẽtem, ꝙ iura loquẽtia de duabus partib' intelligunt reſpũ duodecimæ partis Pet. & Do. Fon.

† al. ita: ſuper obiectis partis alterius, ſi quę, &c.

¶ Verum ſi quæ fuerint Moniales, quæ poſtquam in præmiſſis caſibus talis [a] confirmata & benedicta [b] extiterit, ac poſſeſſionẽ ſuæ adminiſtrationis fuerit aſſecuta, voluerint in modũ denunciationis vel accuſationis, vt à dignitate deijciatur adepta, proponere aliquid contra ipſam, eis per prædicta proponendi minime ſit ſublata facultas. [c]

Si vero ad illam, quæ à maiori parte (vt præmittitur) eſt electa: noluerint aliæ accedere Moniales: vel ſi acceſſerint: non tot tamen quòd cum alijs prius in eam conſentientibus faciant duas † partes: tunc ſuper obiectibus [d] partis alterius, ſi qui fuerint, & ſuper alijs, quæ in tali negotio ſunt ex officio inquirenda, [e] plene ſine ſtrepitu [f] iudicij, & figura, per ſuperiorem inquiratur primitus, antequam confirmetur eadem electio: vel etiam infirmetur: ſed interim [g] præſentis conſtitutionis auctoritate, [h] in ſpiritualibus & temporalibus libere [i] adminiſtret: ſic tamen, quòd de rebus [k] monaſterij nil penitus alienet: nec aliquam in Monialem recipiat [l] quoquo modo.

¶ Si qua vero à minori parte [m] conuentus numero nominata fuerit, vel electa: ex nominatione, vel electione huiuſmodi (quas eo ipſo, ꝙ pars minor eas fecerit, vires aliquas nolumus obtinere [n]) ipſi [o] ius aliquod quomodolibet [p] non quæratur: nec ad eã ab alijs per conſenſum in hoc caſu valeat acceſſus haberi. ¶ Vt autem cum per prædictam formam proceditur, facilius in huiuſmodi Monialium electionibus ad concordiam veniatur: Decernimus, vt non zeli, ad zelum, nec meriti ad meritum, ſed ſolum numeri ad numerum fiat collatio [q] in eiſdem.

¶ *Electæ per compromiſſum benedictio impeditur, non obſtante minoris partis contradictione: ſed ſi maior ſe ei opponat, libere adminiſtrabit, nec confirmabitur: Si autem ei ſe opponat pars in duplo maior non adminiſtrabit, nec confirmabitur: ſed expectabit litis, euentum. h. d.*

¶ Ceterum [r] ſi per for-

d ¶ Alterius.] ſcilicet minoris.

e ¶ Inquirenda.] ſcilicet de forma electionis, & perſona, electa.

f ¶ Sine ſtrepitu.] ſic ſ. de acc. olim. vbi de hoc. Vtrum legatus vel iudex inferior poſſit cõmittere cauſam decidendam ſine iudiciorum ſtrepitu: & quid importẽt verba iſta, vide quod dixi. j. de hære. c. vlt.

g ¶ Interim.] hac cauſa pendente.

h ¶ Auctoritate.] nota nouum caſum hic, & j. §. ceterũ. vbi electa ante confirmationẽ adminiſtrat. aliũ habes. ſ. eo. nihil eſt. alium ſup. eo. licet de vitanda. 23. diſt. in nomine. alium ſecundum quoſdam in Imperatore, vt ſola electione adminiſtret. 93. diſt. legimus.

Electus in certis caſib. põt adminiſtrare ante confirmationem.

i ¶ Libere.] vt ſ. eo. cum nobis olim. in fi. & ſ. c. prox.

k ¶ Rebus.] ſtrictius loquitur, quàm ſup. eod. c. prox.

l ¶ Recipiat.] conuentus tñ recipere poterit ſecundũ diſtinctionem. inf. ne ſede vac. c. vnico & de reg. c. vlt.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

m ¶ A minori parte.] aduerte, decr. iſta bene determinat quid iuris, qñ facta eſt electio à duplo maiori, & à maiori, & à minori. Quid dices in quarto caſu, cũ electiones pares voces habeant numero? [1] Nunquid altera poterit per acceſſum ratificari? Credo ꝙ nõ accedat. ad hoc quod no. ſ. eo. eccleſia veſtra. 2. ad fi. in anti. Et hoc credo præcipue iſta ratione: electio facta à minori parte ad quancunque dignitatem, nulla eſt ipſo iure de religioſo quocunque. ſ. eo. tit. quorundam. & infra ſtatim ſequitur. Hæc igitur eſt ratio, quare per acceſſum ratificari non poteſt: quia quod à ſui principio ſic nullum fuit, tractu temporis non conualeſcit. j. de reg. iu. non firmatur. cum ſuis concor. & ſ. c. auditis. ſed electio facta à media parte, etiã nulla eſt. ſup. eo. quia propter. & c. eccleſia veſtra 1. & 2. ergo ꝑ acceſſum ratificare non poterit: præterea publicato ſcrutinio, &c. ſ. eo. cap. publicato. ſed iurium correctio eſt eſt vitanda. ſup. eo. ti. cum expediat. ab illo igitur iure non recedam, niſi inquantum expreſſum inuenio: ſed in electione facta à maiori [2] parte, inuenio expreſſum, quòd augetur per acceſſum: nunc igitur caſum non extendam ad hoc. infra in fi. cap. dicam ergo ſecundum hoc minorem partem illam, quæ non eſt maior: ita quòd acceſſus haberi non poſſit.

8 Quintus cum electio eſt concors non coaptatur, vt patet in prin. huius partis. Io. And.

No. ꝙ appellatione maioris partis non venit dimidia de quo per glo. in verbo, aliqua. cle. j. de fo. compet. ſed ſub minori parte bene comprehenderetur dimidia. l. domum. ff. de contrahen. emp. Fon.

n ¶ Obtinere] ſ. eo. quorundam.

o ¶ Ipſi.] electæ, vel nominatæ à minori parte. Io. And.

p ¶ Quomodolibet.] vna dictio. ſic inf. de cle. ægro. paſtoralis. §. pen. Alibi dicitur quolibet modo. 50. diſtin. de his clericis. & dicit Archidiaconus, quòd eſt diſtributiuum modorum.

[Gl. ſeq. primo docet reprobatam opinionem: ſecundo ponit aliam opinionẽ, quam reprobat.]

q ¶ Collatio.] Nota ex hoc, & ſuperioribus, reprobatam opinionem illorum, qui dicebant, ſup c. quia propter. in princ. ꝙ decret. illa in mulieribus locum non habebat, quibus licebat ignorare iura. ff. de iur. & fac. ignoran. l. regula. Et per hanc litteram, quæ dicit, collationem zeli & meriti in huiuſmodi electionibus non habere locum: dicunt quidam, quòd Moniales eligens ſcienter indignam, non eſt priuata poteſtate eligendi, quaſi priuatio ex collatione procedat. Sed certum eſt, ꝙ tempore decr. ſup. eod. cum in cunctis. in electionibus non erat neceſſe collationes fieri: quia adhuc non emanauerat decre. quia propter. & tamen tunc ſine collationibus eligentes indignos, erant priuati poteſtate eligendi: ergo bene infertur, ꝙ ex collationibus priuatio non procedit, ſed ex electione, vt ſup. eo. ti. perpetuo. nam vt ibi dicitur: etiam ſi poſt collationem non ſequatur electio, non habet locum pœna.

Moniales eligẽtes ſcienter indignã, an ſint priuatæ eligendi poteſtate.

r ¶ Ceterum.] tertia pars.

[Glo.

mam compromiſſi [a] fuerit in electione proceſſum, & electæ pars aliqua ſe opponat: Si minor, [b] ipſius (vt in forma [c] ſcrutinij ſtatuitur [d]) confirmetur [e] electio, & eidem benedictio [f] impendatur: partis eiuſdem [g] contradictione, vel exceptione, aut appellatione qualibet non obſtante: [h] ſed per hoc denunciandi, vel accuſandi eam poſtmodum ſibi via minime ſit præcluſa: [i] Si maior, eius (donec de obiectis † & alijs, vt in eadem forma ſcrutinij præmittitur, [k] fuerit inquiſitum) confirmatio vel infirmatio differatur: [l] ſed interim [m] (vt prædicitur [n]) libere adminiſtret: niſi forſan pars opponentium extiterit duplo maior: tunc enim adminiſtrare ipſam nolumus, ſed litis euentum [o] potius expectare. [p]

¶ Si ab opponentibus in caſibus præmiſſis appellatur, conſtitutio, vt circa ſeruabitur: ſed Moniales ad ſedem Apoſtolicam perſonaliter non venient, ſed procuratores ſecundum conſtitutionē, cupientes. mittent. hoc dicit. Ioan. Andr.

¶ Porro [q] ſi in huiuſmodi electionum negotijs contigerit (in illis dumtaxat caſibus, in quibus oppoſitiones iuxta præmiſſa [r] fuerint admittendæ) ad ſedem Apoſtolicam [s] appellari: appellantes formam [t] conſtitutionis felicis recordationis Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri, editæ in con-

Electio monialium an poſſit fieri ſ'm formã c. cum dilectus. de electio. ſupra in antiq.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

a ¶ Compromiſſi.] quid ſi procedatur per formam. ſup. eo. cum dilectus. & c. cum expediat. habebit ne locum quod hic dicitur: vel an quod dicitur in ſuperiori proxima parte? Credo ꝙ locum habebit particula huius decre. quia forma illa potius cõpromiſſi eſt q̃ ſcrutinij, vt probatur per ipſam decr. cũ expediat. & dico ꝙ illa forma nõ eſt forma per ſe: ſed eſt quædam ſpecies formæ compromiſſi. Quòd hoc ſit verũ: probatur ex eo. ꝙ oẽs aliæ formæ ſublatæ erant per decret. quia pp. Si ergo illa fuiſſet per ſe forma, neceſſario eſſet concludere illam fuiſſe ſublatã, ſed non fuit: quia ſpecies eſt formæ cõpromiſſi: vt dixi. [a] ſicut & compromittitur ad aliam certam metam. ſup. eo. cum in veteri. in anti. & facit j̃. c. prox. § porro. & hoc probat tex. ipſius decr. cum expediat, ibi, in electionibus compromittit. Io. And.

a Ex hac gl. notandum poſt Dñicũ ꝙ act⁹ mixtus denominandus eſt ab illo ſimplici, quem magis intẽdit agens.

† al. obiectibus

[Glo. ſeq. q̃onem ſoluit alternatiue.]

b ¶ Si minor.] ſatis credo, vt dixi in proxima parte: idem de media. & ſ'm hoc dicamus minorẽ partẽ illã, quę maior non eſt: vel neceſſaria eſſet in hoc pũcto declaratio, vel ſtãdũ antiquo iuri.

c ¶ Vt in forma.] infra exponit ibi, partis eiuſdẽ, &c.

d ¶ Statuitur.] ſcilicet quando à principio, vel per acceſſum electa eſt a duplo maiori parte. ſupra eodem §. ſane. & §. ſeq.

[Glo. ſeq. reci. per q. & ſoluit.]

e ¶ Confirmetur.] aduerte, quia in iſto caſu, & in caſu ſupra eo. § ſane & §. ſeq. non credo ꝙ ante confirmationem adminiſtrare poſſit. Et eſt mirabile: quia ſi eſt electa à duplo maiori parte: ergo à maiori. ergo videtur ꝙ ante confirmationem adminiſtrare poſſit. ſup. eo. § ſi vero. Item ſi minor pars ſe opponit: multo fortius videtur, ꝙ adminiſtrare poſſit, quã quando ſe maior pars opponit vt infra ſequitur. Sed non mireris: quia in iſtis caſibus non differtur confirmatio propter obiecta: & ideo non adminiſtrabit ante confirmationem, ſed in illis differtur: & ideo ante confirmationem adminiſtrabit iuris permiſſione: & ꝙ hoc ſit verũ, probo: quia ꝙ electus ante confirmationem adminiſtret, eſt contra iura. ſup. eo. qualiter. & c. noſti. in anti à quo iure antiquo dico non recedendum, niſi inquantum permiſſum inueniam: in alijs ius antiquum ſeruabo, vt in fi. c. ad hoc. ſup. de tranſlat. cap. vlt. vbi ad maiorem tranſire permittitur, ſed non ad parem.

ADDITIO. Vide quod ibi dixi ſuper glo 4. Io. And.

f ¶ Benedictio.] ſi abbatiſſa fuerit. ſup. eo. §. ſane. in fi.

g ¶ Eiuſdem.] ſcilicet minoris numero.

h ¶ Non obſtante.] expone vt ſupra.

i ¶ Præcluſa.] ſupra eo. §. verum.

k ¶ Præmittitur.] ſup. eo. §. ſi vero. ſ. ſine ſtrepitu & figura iudicij.

l ¶ Differatur.] hæc eſt ergo ratio quare adminiſtrat, vt ſupra dixi. Ioan. Andr.

m ¶ Interim.] nota pro his, quæ ſupra dixi.

n ¶ Prædicitur.] in dicto § ſi vero. ſcilicet, quòd bona non alienet: nec aliquam in Monialem recipiat quoquo modo.

o ¶ Litis euentum.] qui dubius eſt. ff. de pecu. quod debetur.

[Gl. ſeq. facit duas æquiparationes: & ſoluit quare tertio caſu etiam non ſit æquiparatio.]

p ¶ Expectare.] Not. ꝙ electio facta per formam ſcrutinij à duplo maiori parte, & electio facta per formam cõpromiſſi, cui minor pars conuentus ſe opponit, ſunt paria: quia in eis ſtatim ſit cõfirmatio cõtradictione partis alterius: vel exceptione, vel appellatione non obſtante, & poſt poſſeſſionẽ adeptam vtrobique admittitur accuſatio vel denunciatio. Itẽ electio facta à maiori parte ꝑ formam ſcrutinij: & facta per cõpromiſſum, cui maior pars ſe opponit, ſũt paria: quia vtrobique differtur cõfirmatio: & interim adminiſtrat, exceptis quibuſdam caſibus: ſed electio facta per formam ſcrutinij à minori parte conuentus, & facta per formam cõpromiſſi, cui duplo maior pars conuentus ſe opponit, nõ ſunt paria: quia prima non valet ipſo iure: nec ratificatur per conſenſum: ſecunda poſſet valere. Etiam ſi oẽs diſſentirent. ſup. c. cauſam. ſed non adminiſtrat electus: ſed litis euentum expectat. Si quęratur quare ius diuerſum in forma ſcrutinij, & forma cõpromiſſi: ſatis patet per ſe ſolutio: quia in ſecundo caſu oẽs conſenſiſſe videntur: eo ꝙ cõpromiſerunt: ſ. eo in ant. in cauſis. ver. propter quod. quod non eſt in primo. per formam enim compromiſſi, etiam vno cõdicente, procedi non potuit. ſup. eo in ant. quia propter. ẜ. qua igitur fuit ratio in eis diuerſum ius ſtatuens.

Electio per viam ſcrutinij, & electio per viã compromiſſi q̃nque parificantur.

q ¶ Porro.] quarta pars.

r ¶ Præmiſſa.] quia non in electione, quæ per formam ſcrutinij à principio, vel per acceſſum facta reperitur à duabus partibus: nec in electione quæ facta fuit per formam compromiſſi, cui minor pars ſe opponit.

[Glo. ſeq. arg. pro opin. & reſpondet.]

ſ ¶ Ad ſedem Apoſtolicam.] Nota argu. pro opinione Guli. Duran. ꝙ decr. vt circa. non habeat locũ, niſi in appellationibus interpoſitis ad Papam. Sed contrarium dixi ſequendo Gar. in prædicta decr. vt circa ſcilicet, ꝙ in omnibus appellationibus locum habeat: & dico ꝙ decre. iſta hic reſpicit cap. ſequens. quod loquitur de decr. cupientes quæ locum non habet, niſi in appellationibus ad Papam interpoſitis.

t ¶ Formam.] ſcilicet quòd exprimat omnia & ſingula, quæ in formam vel perſonam intendunt obijcere: & ſingulariter & clare. ſup. eo. procurator & quòd iuret ſecundum formam ibi contentam. Et eſt pœna ꝙ ſuper non expreſſis non audiantur, niſi ex certa cauſa, vt ibi patet.

a ¶ Lug-

cilio Lugdunenſi [a] diligentius ſeruare teneantur. ¶ Sed cum eas [b] propter ſexus verecundiã, [c] † ſuæque conditionis ſtatum, [d] non deceat, [e] nec † ipſis expediat [f] publico cœtui demonſtrari; aut extra ſua monaſteria euagari: [g] nolumus quòd electæ vel etiam eligentes, aut appellantes, ſeu hæ, contra quas appellatum [h] fuerit, ad eandem ſedem perſonaliter [i] veniant quoquo modo. Sed procuratores ſufficienter [k] inſtructos, iuxta conſtitutionem [l] piæ memoriæ Nicolai Papæ tertij, prædeceſſoris noſtri, ad ſedem ipſam tranſmittant: per eos electionum, ac appellationum, & poſtulationum ſuarum proſecuturæ negotia, prout iuſtitia ſuadebit: pœnam [m] in dicta conſtitutione contentam ipſo iure, ſi hoc non fecerint, [n] incurſuræ.

¶ *Ponentes vel nutrientes diſcordiam in electione Monialium, ipſo iure ſunt excommunicati. hoc dicit. Ioan. And.*

¶ Poſtremo [o] † hi, [p] quos ad dirigendas in huiuſmodi electionibus Moniales eaſdem deinceps [q] contigerit euocari, ab his prorſus abſtineant, per quæ inter eas ſuper faciendis ipſis electionibus oriri poſſit diſcordia, vel exorta nutriri: [r] aliàs eo ipſo excommunicationis ſententię ſe nouerint ſubiacere. [ſ]

¶ *Hec conſtitutio locum habet in Monialibus regulariter viuentibus, & in canonicis ſæcularibus: hoc excepto, quòd non debeant niſi profeſſæ eligere vel eligi; quod non poteſt ſibi vendicare locum in canonicis ſæcularibus: per hoc tamen Papa non approbat ſtatum dictarũ canonicarum ſecularium. h.d. Ioan. And.*

¶ Supradicta [t] ſiquidem nedum in monaſterijs, in quibus ſunt Moniales viuentes ſub aliqua de religionibus approbatis: [u] † ſed etiam in illis, vbi ſunt iuxta quarundam prouinciarum [x] conſuetudinem mulieres, quæ nec proprijs renunciant, nec profeſſionem faciunt regularem, ſed viuunt vt in ſęcularibus eccleſijs canonici ſæculares, volumus per omnia obſeruari: eo, quod ſupra [y] dicitur, duntaxat excepto, vt non eligantur, nec eligant non profeſſæ: cum in ipſis hoc locum ſibi nequeat [z] vendicare: per hoc tamen earum ſtatum, ordinem, ſeu regulam nolumus, nec intendimus approbare.

¶ *Iura de virorum electionibus tractantia per hoc capitulum non ſunt mutata. hoc dicit.*

¶ Ad hęc [a] licet pręmiſſa, quæ in multis [b] à iure cõmuni diſcrepare noſcun-

† De effectu verecũdię vide hic per Ancha.

† In quodã manuſcripto ita: nec expediat, ipſis publicis demonſtrari ſpectaculis: aut, &c.

¶ Vide concil. Tri. ſupra citatum in hoc cap.

Mulier ſeminans diſcordiã inter Moniales ſuper electione facienda excõicationẽ incurrit.

† al. ita: ſed & in illis etiã vbi, &c.

a ¶ Lugdunenſi.] vt ſup. eod. vt circa. Io. And.
[Glo. ſeq. dicit vnde ſumpta fuerit pars illa.]

b ¶ Sed cum eas.] §. iſte tractus fuit ex glo. Gar. poſita ſ. eo. cupientes. circa princ. ſuper verbo, regularium. vbi dicebat Gar. ꝙ ſatis credebat de mente conditoris non fuiſſe, ꝙ feminæ irẽt ad curiam: videbatur tamen per verba, ꝙ ire tenerentur: quia in maſculino genere comprehenditur femininum. ff. de leg. 2. ſi ita ſcriptum ſit. 17. q. 4. ſi quis ſuadente, cõiuncto cum decre. ſup. de ſent. ex com. mulieres. Item per iura antiqua in abbatiſſam electa, perſonaliter ſuam electionem proſequi poterat ſ. de reſcr. in antiq. cum dilecta. & quod fuerit illa mens conditoris, probat per decr. ſ. de ſententen. exc. de Monialibus. 18. q. 2. pernicioſam. & de cohabi. cleri per totum. de ſta. mon. c. vlt. §. vlt.

c ¶ Verecundiam.] nota meliorem conditionem mulierum. ad idem ĩ. de iud. mulieres. In quibuſdam vero deterior eſt: q̃d dic vt ſup. de pœ. & remi. c. noua quædã.

d ¶ Statum.] regularem ſcilicet: & ſic duo concurrunt.

e ¶ Deceat.] ſecundum honeſtatem.

f ¶ Expediat.] ſecundum vtilitatem. ſup. de vot. & vo. redem. magnæ.

g ¶ Euagari.] ĩ. de ſtatu reg. ca. vnico. & concor. C. de iis qui ve. ætatis impe. l. 2.

h ¶ Appellatũ.] quæ venire tenebantur ſecundum formam decre. cupientes.

i ¶ Perſonaliter.] in hoc ergo ſolo, ſcilicet in perſonali aduẽtu locum non habet decret. cupientes. aliàs vero bene.

k ¶ Sufficienter.] ſcilicet cũ omnibus actis, iuribus & munimẽtis ad cauſam ſpectantibus ſup. e. ti. in decr. cupientes. §. ꝙ ſi per viginti.

l ¶ Conſtitutionem.] ſupra eod. cupientes.

m ¶ Pœnam.] ſcilicet ꝙ electæ ſi infra tempus debitum procuratorem non miſerint, ſint priuatæ omni iure ſibi per electionem quæſito: ſi autem miſerint, ſed non cum actis, iuribus, & munimentis ſufficienter inſtructum: pro illis exhibendis alibi quàm apud ſedem Apoſtolicam, niſi ex iuſta cauſa, dilationem aliquam non habebunt: Eligentes, appellantes, vel opponentes quo ad ſe à totali ſunt excluſæ proſecutione proceſſus: ita quod per hoc electis nullum præiudicium generetur. Hęc & alia habes in prædicta decret. cupientes.

n ¶ Hoc non fecerint.] ſcilicet procuratorem non miſerint: vel non ſufficiẽter inſtructum.

o ¶ Poſtremo.] quinta pars.

p ¶ Hi.] puta religioſi viri. 63. diſtin. obeuntibus vel cõſiliarij, vel diſcreti viri ad hoc vocati. Et q̃d dicit hi, dic vel hæ: quia ſi religioſas vel diſcretas mulieres ad hoc vocarent, ipſæ tenentur hac conſtitutione. & facit quod dixi ſupra §. proxi. ſupra eodem tit. generali,

q ¶ Deinceps.] reſpicit enim futura.

r ¶ Nutriri.] nota iſta duo paria eſſe. ad idem de priuil. cum & plantare. in principio.

ſ ¶ Subiacere.] nota nouũ caſum: in quo quis excommunicatus eſt ipſo iure; & credo quod epiſcopi tales poſſunt abſoluere: cum Papa ſibi non reſeruauerit abſolutionem. ſ. de ſent. excommunica. nuper. & adde quod dixi ſupra eodem ti. ſciant cuncti. Ioan. Andr.

t ¶ Supradicta.] hic ſexta pars.

u ¶ Approbatis.] ĩ. de relig. dom. religionum.

x ¶ Prouinciarum.] vt in Theutonia. & vide quod nota. Ioan. 12. quæſtio. vlt. cap. vlt. & Ber. ſupra de maio. & obedien. dilecta. in gloſ. penult.

y ¶ Supra dicitur.] ſcilicet in prima parte capituli.

z ¶ Nequeat.] propter facti impoſſibilitatem: cum non profiteantur, neceſſe eſt quòd eligantur, & eligant non profeſſæ.

a ¶ Ad hæc.] ſeptima & vltima pars.

b ¶ In multis.] vt in electione cõfirmãda, exceptione aliqua nõ obſtãte, in adminiſtrando añ confirmationẽ,

in

in recedendo à conſenſu poſt publicatum ſcrutinium, & ſecutam electionem: & in multis alijs.

ADDITIO. Dic plenius ꝙ ſpecialia huius conſtitutionis ſunt decem: Primũ de ætate illius, quæ in prælatam eligitur. Secundum, ꝙ appellatio duobus caſibus nõ deuoluit: nec impedit officium cõfirmatoris. Tertium, ꝙ poſt electionem accedunt eligentes ad electã ab alijs. Quartum, quòd duobus caſibus exceptio vel contradictio non recipitur: & poſt poſſeſſionem admittitur actio. In hoc vide quę dixi in hoc præſenti cap. §. verum ſuper vltima gloſ. Quintum, quòd in duobus caſibus proceditur ſine ſtrepitu & figura iudicij: ſed hoc hodie in alijs electionibus commune per clem. diſpendioſam. de iudic. Sextum, quòd ante cõfirmationem electa in duobus caſibus adminiſtrat cũ certa moderatione. Septimum, quòd electio per minorem partem numero facta ex fictione aliqua valere non poteſt. Sed hoc commune religioſis non Mendicantibus. ſup. eod. ti. & li. quorundam. §. circa. Sed in hoc poſſet eſſe ſtrictior ſpecialitas: quia cum in religioſis Mendicantibus maribus non habeat locum ille §. circa. vt ibi dixi in prima glo. haberet tamen in feminis locum iſte §. ſi qua. Octauum, quòd non ſit collatio zeli & meriti. Nonum, quòd quo ad perſonalem compartitionem non arctat decret. cupientes. electas, eligentes, vel opponentes. Decimum, de pœna vocatorum ad inſtruendum, qui diſcordiam ſeminant vel nutriunt. Et per prædicta coniuncta textui, videre potes, quomodo in aliquibus eſt deterior, & in aliquibus melior, & in alijs æqualis conditio marium & feminarum, de quo ſatis in Spec. de procu. §. 1. verſ. addenda ſunt hæc. Ioan. And.

electionem: ipſe debet primo inquirere, an fuerit receſſum ab appellatione cum prauitate ſimoniaca.

CASVS. Dicitur inter cetera in dicto c. quamuis. ꝙ ſuperior ad quem pertinet confirmatio electionis, à qua fuit appellatum ad Papam: ſi appellans receſſit ab appellatione ſua, debet ſuperior inquirere, an fuerit receſſum ab appellatione ſine prauitate ſimoniaca. Ponamus, quòd ſuperior confirmat electionem ſine tali inquiſitione, an valeat conſecratio poſtea ſecuta? Reſpondet ꝙ non: immo talis ordo eſt ſubſtantialis ipſius confirmationis: videlicet quia requiritur quod præmittatur illa inquiſitio. Sed vtrum confirmãs puniatur, eo quòd confirmauit & conſecrauit non præmiſſa tali inquiſitione? Dicit ꝙ ſic: nam ſi confirmauit & conſecrauit, eſt ſuſpenſus per annum continuũ à confirmatione & conſecratione epiſcoporum ſuorũ ſuffraganeorum. Verum cum nonnulli. Hucuſque ponitur tenor illius cap. quamuis. nũc ponitur prouiſio & conſtitutio ſuper inquiſitione, puniantur. Et ſic quis punitur in eo in quo deliquit. Heli. Reg.

...tur, circa electiones in quibuslibet mulierum monaſterijs faciendas † ex certis cauſis rationabilibus ſpecialiter duxerimus ſtatuenda: Intentionis tamen noſtræ nequaquam extitit, [a] † per illa quo ad electiones in alijs virorũ monaſterijs, vel quibuſuis eccleſijs celebrãdas, aliquid immutetur: ſed iura præcedentia in ſua omnino remaneant † firmitate. [b]

† In manu ſcriptis ita, ex certis cauſis & rõnabilib⁹, &c.

† al. extitit

† al. manebunt

¶ Idem.

¶ Si ordinarius poſt receſſum appellationis interiecta ad curiam, in cauſis electionum epiſcopatuum, non inquiſito an prauitas interuenerit, procedit, confirmat, vel conſecrat: prædicta non tenent: & ipſe ab epiſcoporum cõfirmatione & conſecratione ſuſpenſus eſt per annum. Dom.

CAP. XLIIII.

PRouida conſideratione generale concilium Lugdunen. [c] conceſſit, [d] vt ab appellationibus in judicio, vel extra iudicium, [e] ad ſedem [f] Apoſtolicam in electionum epiſcoporum, & eorum ſuperiorum [g] negotijs interiectis, per quas ad ſedem ipſam, eadem negotia deferuntur: [h] partes [i] (nulla interueniente prauitate) recedere valeant, antequam ipſi ſedi Apoſtolicę † appellationes eædem fuerint præſentatæ: ſed inferiores iudices, quorum eſt (appellatione ceſſante) negotiorum cognitio eorundem: ſi † in hoc prauitas interceſſerit, ante omnia diligenter inquirant: & ſi eam interceſſiſſe repererint, ſe non intromittant vlterius de eiſdem: ſed præfigant ipſis partibus peremptorium terminum cõpetentem, quo cum actis & munimentis ſuis Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent. ¶ Verum, [k] cum nonnulli conceſſione huiuſmodi abutentes, [l] ſuam (inquiſitione [m] præfata omiſſa) cognitionem in eiſdem negotijs [n] interponant: ad confirmandas electiones, & conſecrandos electos

† Dictio, Apoſtolicę, deeſt in antiquis codicibus.

† al. ita: an in hoc, &c.

† Nota ꝙ vbi iudici datur iuriſdictio ſub certa forma exercẽda: ſi procedit illa forma omiſſa, non valet proceſſus. vide gl. in cle. 3. de iu. patr.

a ¶ Extitit.] aliàs exiſtit.

b ¶ Firmitate.] quod fauorabile & expediens eſt. ſup. eo. tit. cum expediat.

PRouida.] Primo ponit ius antiquum: Secundo ipſius tranſgreſſionem ibi, Verum. Tertio, prouiſionem pœnalem ibi, Nos. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt quod hř in cap. quamuis. ſup eo. iſto volumine: videlicet, ꝙ ſi in cauſa electionis fuerit appellatum ad Papam, poteſt appellans renunciare ſuæ appellationi, & valet renunciatio: dumtamen renunciet ſine prauitate ſimoniaca. Inſuper dicitur, ꝙ ſi appellans receſſerit ab appellatione ſua, antequam ſuperior immediatus confirmet

c ¶ Lugdunen.] ſ. eo. ti quamuis. Ioan. Andr.

d ¶ Conceſſit.] quia id prius per Alexan. prohibitum fuerat, vt ibi dixi.

e ¶ Extra iudicium.] latior eſt ergo iſta decr. & illa. ſupra eo. tit quamuis. quàm illa. ſup. eo. tit. vt circa. quæ locum habet ſolum in appellationibus extra iudicium interpoſitis. ſup. eo. tit conſtitutio.

f ¶ Ad ſedem Apoſtolicam.] in alijs ſecus, cum cautum non reperiatur.

g ¶ Superiorum.] Archiepiſcoporum, patriarcharum, & primatum.

h ¶ Deferuntur.] nam fruſtratorie non deferuntur. ſup. eo. quamuis. licet olim ſecus, vt ibi.

i ¶ Partes.] ergo altera pars tantum hoc non poſſet, quod dic vt dixi ſup. eo. quamuis. & ſequentia expone etiam, vt ibi expoſui.

k ¶ Verum.] ſecunda pars.

l ¶ Abutentes.] & ſic priuilegium vel conceſſionem amittere debuerunt, vt ſup. de priui. tuarum. de ſenten. excommu. cum illorum. & c. contingit. 11. q. 3. priuilegium. cum ſim.

m ¶ Inquiſitione.] ſ. an in illo receſſu interuenerit prauitas nec ne.

n ¶ Negotijs.] ſcilicet epiſcoporum electione, & ſuorum ſuperiorum.

o ¶ Ex-

a ¶ Expreſſius.] hoc dicit ex eo: quia ſatis erant nulla, quæ per illos fiebant per ipſam decret. quamuis. quia ſatis eſt legiſlatorem aliquid prohibuiſſe: & ſi non adijciat, quod contra factum fuerit, non valere. C. de legi. non dubium. & expreſſius etiam propter pœnam, quam addit.

ADDITIO. Vnde dicit Ioan. Mo. ꝙ licet infra dicatur, de cetero, tñ ante hoc c. ita fuerat diffinitũ, vt hic dicitur in facto Ciuitaten. Io. And.

Cõfirmatio præcedit cõſecrationẽ.

b ¶ Cõſecrationes.] cõſecrationem enim præcedere debet confirmatio: aliàs nõ valet conſecratio. ĩ. de do. & contu. cũ olim. D. hic aũt confirmatio non præceſſit: quia idẽ eſt nõ eſſe, quod nullum eſſe. ĩ. de trãſla. inter corporalia. patet ergo, ꝙ non tenuit conſecratio.

[Gl. ſeq. primo ſoluit vnum dubium: ſecundo quærit ar. pro, & contrariũ ſoluit.]

temere procedendo: Nos ſuper hoc expreſſius a prouidere volentes, confirmationes & conſecrationes b huiuſmodi, & quaſcunque proceſſus alios, quos inquiſitione præmiſſa non habita, contigerit de cetero in talibus negotijs attentari: decernimus nullius penitus exiſtere firmitatis: c & confirmantes & conſecrantes eoſdem (vt in eo, in quo d peccauerint, puniãtur e †) ab epiſcoporum confirmatione, ac conſecratione, per annum cõtinuum f ip

† Vide l. 1. ff de diuor. in princ. & Bar. in l. prętor ait. §. hocq́; inter dictũ. ff. de no. ope. nũ.

c ¶ Firmitatis.] electio tamen propter hoc non vitiatur, ſed de nouo petetur confirmatio coram Papa: non coram illo, qui prius confirmauerat. quia ſuſpenſus eſt per annum continuũ à confirmationibus epiſcoporum, vt ſequitur. & ĩ. eo. ti. ſi confirmationem. quam explicare potes per iſtã: vt ibi dixi. ſed ſi reperietur electio canonica, de nouo confirmabitur, vt ſupra dixi: Sed numquid de nouo cõſecrabitur? Et vĩ ꝙ ſic per iſtam litteram: Credo, ꝙ cum character impreſſus fuerit 1 animæ ad inſtar epi ordinantis, quem ordinare non poterat, puta non ſuum ſubditum, verus epiſcopalis ordo collatus fuerit, ſed non eius executio: & ſic intelligam conſecrationem eſſe nullius firmitatis quo ad executionem. ad idem 9 q. 1. c. 1. & c. ordinationes. & q. 2. c. 1. & c. epm. ſup. de temp. ord. quod tranſlationem. ſecundum hoc ergo illius ordinis ſibi traditur executio. facit quod not. de renun. poſt tranſlationem. ad ſi.

Cõſecratio nulla nõ vitiat electionem prius factam.

1 An in ordine epali ĩprimat̃ character? tradũt late doctores theologi li. 4. ſent. diſ. 24 adde Turrecr. in c. cleros. 21. diſt. & in c. eps. 23. diſt.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium.]

d ¶ In quo.] propter hoc dico, ꝙ ſi ſolum confirmauit à confirmatione tantum ſuſpenſus eſt: ſi conſecrauit & confirmauit, ſuſpenſus erit ab vtraque.

ADDITIO. Si vero neutrum facit, licet proceſſerit: à neutro ſit ſuſpenſus. Io. And.

e ¶ Puniantur.] ſupra de tempor. ordi. litteras. cum ſi. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium.]

f ¶ Annum continuum.] credo ꝙ à die confirmationis incipiet annus ſuſpenſionis à confirmatione; à die conſecrationis annus ſuſpenſionis à conſecrationibus.

ADDITIO. Archidiaconus cautius loquitur, qui dicit ab hora alleg. ſupra de appellat. ſuper eo. 2. vide quod dicam ĩ. de præben. ſtatutum. ſuper glo. eſt ergo. Ioan. Andr.

g ¶ Suſpenſos.] repete, decernimus. quod eſt ſupra.

Si eo tempore.] Fraudulenta renunciatio ſpectandi nocet. h. d. Duo facit: Primo format caſum dubiũ, quem ſecundo ſoluit ibi, Præſenti. Io. And.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauenſi, canonici conuenientes in vnum ſuper electione futuri Prælati: quendam Titium elegerunt: Papa putans adhuc eccleſiam vacare, reſeruauit eccleſiã Pictauen. ſuæ prouiſioni pro illa vice: & inhibuit canonicis cum decreto irritante, ne ipſi procederent ad electionem: Verũ per iſtã reſeruationem retractetur electio prius facta? Reſpondet ꝙ non: Sed ſi electus adiuit ſuperiorem immediatum: & conſecutus eſt cõfirmationem ſuæ electionis: an teneat confirmatio? Dicit ꝙ non: nam licet electio non ſit nulla, tamen omnia quæ ſequuntur illam reſeruationem, ſunt nulla ipſo iure: Ideo ſi electus velit hr̃e confirmationem, & conſecrationem: opus eſt, ꝙ adeat Apoſtolicam ſedẽ pro habenda confirmatione & conſecratione.

ſo iure fore ſuſpenſos. g

¶ Idem.

¶ Si Papa ſibi prouiſionẽ eccleſiæ cathedralis reſeruauit, inhibuit, & decreuit: non eſt vitiata electio, quæ præceſſerat: omnia tamen quæ reſeruationem ſequuntur, carent effectu. Ioan. And.

CAP. XLV.

Si eo tempore, h quo prouiſionem † alicuius eccleſiæ cathedralis, i ex quauis cauſa, k diſpoſitioni, ſeu ordina-

[Prima gloſſa ponit ſummam, quid cauſam dedit, & quid declaret.]

h ¶ Si eo tempore.] Si Papa ſibi prouiſionẽ eccleſiæ cathedralis reſeruauit, inhibuit, & decreuit: non eſt vitiata electio, quę præceſſerat: omnia tamen, quæ reſeruationẽ ſequuntur, carent effectu. cauſam dedit huic decret. quia vacante eccleſia Bonon. per mortẽ bonæ memoriæ domini Octauiani ipſius eccleſiæ epiſcopi: infra biduum canonici de reſeruatione timentes, elegerunt bonæ memoriæ Dominum Sclatam 2 fratrem ſuum: poſtmodum Papa Bonifacius audiens de morte. O. reſeruauit, inhibuit & decreuit: poſt triduum audiuit de electione facta de domino Sclata prædicto: ſatis gratum habuit: ſed ab abſtantibus iuriſperitis quæſiuit, an ad ipſum, an ad archiepiſcopum ipſius electionis ſpectaret cõfirmatio: quod hic determinat: & determinatur per hanc decretalem quæ not. ſup. eo. in antiq. innotuit in ſi. Io. And. [& vide quod dixi ſuper glo. pen.

† No. ꝙ verbum prouiſio, inducit totalem prouiſionẽ eccleſię: & ſic electionẽ & cõfirmationẽ. vide gl. in cle. ſi. eo. ti. Do.

2 al. Sclatã

[Gloſſa ſequens quærit. arguit pro, & contra. & ſoluit.]

i ¶ Cathedralis.] Quid de inferioribus? Videtur, quod in eis locum non habeat: quia ſi de eis voluiſſet intelligi illud expreſſiſſet. ſupra de decimis, ad audientiam. & ad hoc faciunt omnia argumenta, quæ inducuntur à verbis: Contra videtur, quòd idem ſit in alijs, cum eadem ſit in eis ratio: ergo idem ius. & eſt ſimile quod dixi ſupra eodem titulo, ex eo. quod ſatis poteſt dici, quòd eſſet ſtandum litteræ, vt in cathedralibus tantum locum habeat decret. nec eſt verum, quòd ſit eadem ratio: quia cauſæ epiſcopatuum ſunt merito connumerandæ maioribus cauſis. ſupra eodem quamuis. in principio. quod non eſt in alijs: & ideo licet iuriſdictio Papæ ſit præuenta: tamen propter maioritatem ſuam deferentur ad Papam: in inferioribus vero, quæ non ſic connumerantur, maioribus ſufficiet præuentio: 3 vnde ex quo præceſſerat electio reſeruationem, poterit quicquid faciendum imminet per ordinarium expediri: aliàs graue eſſet, quòd propter reſeruationem, quæ electionem alicuius beneficiati ſequitur, neceſſe eſſet pro confirmatione Papam adire: nec hic æquiparabo regulares cathedralibus, ſicut nec ſupra eodem lib. quanquam licet æquiparentur ſupra eodem, ſi poſtquam. vnde ſi poſt confirmationem abbatis fiet reſeruatio ante benedictionem: benedicet ordinarius: hæc vera, niſi Papa aliud in reſeruatione iuſſiſſet: & ſic non habilitabo verba: nec recedam à littera.

Reſeruatio dignitatis inferioris ab epo, interueniẽs poſt electionem an afficiat ea, quę ſunt ipſius electionis conſecutiua.

3 Ita expreſſe dicit Phi. Font.

k ¶ Ex quauis cauſa.] ex ſola etiam voluntate: ſibi enim ſola voluntas eſt pro ratione de conceſ. præb. propoſuit. cum ſuis concord.

tionis ſedis Apoſtolicæ reſeruamus.[a] inhibentes, ne ad electionem vel prouiſionem[b] faciendam in ea quomodolibet procedatur, & decernentes ſi ſecus ſuper hoc à quoquã ſcienter vel ignoranter[c] attentatum extiterit, irritum & inane: iam[d] ad electionem forſitã ſit proceſſum in ipſa: Præſenti conſtitutione ſancimus, quòd licet reſeruatio, inhibitio, & decretum[e] huiuſmodi non afficiant electionem vel alia,[f] quæ præcedunt: afficiunt tamen vt effectu[g] careant ea, quæ poſtmodum[h] ſub ſequuntur.

¶ Idem.

¶ *Abſens plures procuratores ad actum electionis dare poteſt inſolidum, & non aliter: & in altero ad mutendo ponit tres gradus hoc dicit vſque ad §. porro. Dominicus.*

CAP. XLVI.

SI

a ¶ Reſeruamus.] has reſeruationes legati etiam de latere facere non poſſent. infra de officio lega. deliberatione. in prin.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

b ¶ Prouiſionem.] puta faciendã ex iure deuoluto. ſ. eo. quamquam. Nũquid ſola reſeruatio ſine inhibitione ſufficeret? Credo ꝙ non ad caſſationem. ſ. de præb. dilectus. puniẽdi tñ eſſent qui elegerunt, poſtquam reſeruationẽ ſciuerant eſſe factam, vt ibi. & ſ. de conceſ. præb. ſi ſoli, per quam decr. vr̃, ꝙ inhibitio bene ſufficiat ſine decreto: hoc verum ad caſſandum ea, quæ ſciẽter poſt inhibitionẽ ſunt facta: ſed ad hoc vt ab ignorantibus facta vitientur, neceſſarium videtur decretum, vt hic.

ADDITIO. Non ſtò præciſe huic dicto, ſ. quòd ſola reſeruatio ſine inhibitione ſufficiat ad caſſationẽ: nec credo, ꝙ curia illud reciperet: vt reſeruatio aliquid operatur: facit quod not. j. de conceſ. præb. ſi capitulo. in 3. glo. Si tñ bene ponderatur illa decr. facit pro glo. ſ. ꝙ ſaltem ante tp̃s ſcientiæ reſeruatio non afficiat: nã datio executoris ad prouidendum, ſatis vr̃ habere vim reſeruationis: nec tñ ſine decreto afficit ante præſentationem, vt ibi, & ſ. eo. lib de reſcri. ubi qui. & plus afficere debet, cum quæritur de iure alterius, pro quo Papa ſcribit, quàm ex nuda reſeruatione in qua ius non eſt alteri acquiſitum. j. de præb. dudum. facit pro glo. ſtylus curiæ ſemper ſubmittens hanc clauſulam. cũ de reſeruatione ſit ſermo: & decr. j. de præben. ſi beneficia. in princ. Io. And.

[margin: ¶ al. afficiat]

[margin: Reſeruatio ſola ſine decreto an afficiat ignorantes.]

c ¶ Ignoranter.] nota, ꝙ decretum ignorantes afficit: ſed notare potes contrarium: ſi enim ignorantes afficeret, quare hic additum fuiſſet, vel ignoranter: ſuperflua ſecundum hoc videretur hæc littera. In decreto Papæ dicimus, quòd ignorantes afficit. j. de conceſ. præben. quia cunctis.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

d ¶ Iam.] ſ. ante tempus, quo facta fuerit reſeruatio. Quid ſi eadem die facta fuerit reſeruatio & electio? Dico, ꝙ ſi poteſt apparere quæ primo: puta per inſtrumenta electionis & reſeruationis: puta ſi in eis dicatur de die & hora, vel per teſtes, qui prædictis interfuerũt: hic nullum dubiũ. Si autem hoc nullo modo poteſt apparere, dico negotium ad Papam deferendum, vt ſua voluntate determinet: per decre. ſ. de reſcri. c. penul. eod. lib. cum enim hic de iure Papæ quæratur, quod dubiũ eſt, non poterit inferior ipſo ratificare: & hoc cum reſeruauit tantum: ſed ſi reſeruaſſet & cõtuliſſet, præfertur datus à Papa in eo caſu j. de præb. ſi à ſede. Io. And.

[margin: Reſeruatio & electio ſi fiant eodẽ die, quæ illarũ ſit potior.]

e ¶ Et decretum.] nota copulatiue, & non disiunctiue ponuntur: & facit pro his quæ ſupra dixi.

f ¶ Vel alia.] ſi ergo confirmatio & conſecratio præceſſiſſent decretum, eſſet electi negotium expeditum: Si autem ſola electio, confirmatio, & conſecratio pertinebit ad Papam: Si autem præcedat electio & confirmatio: tunc ſola conſecratio ad ipſum pertinebit.

ADDITIO. Cum enim ante conſecrationem non ſit prouiſum eccleſię. de tranſlat. cap. 2. Papa reſeruando prouiſionem, conſecrationem reſeruaſſe videtur, ſecundum Archi. Ioan. And.

g ¶ Effectu careant.] ſi ergo ante reſeruationẽ electus & poſt reſeruationem confirmatus fuerit, non valet cõfirmatio, ẽt ab ignorantibus exhibita & recepta. Electio tñ propter vitioſam confirmationem non vitiatur. ſ. eo. ti. ſi confirmationem: quam per hanc exemplificare potes. & adde q̃d dixi ſ. eo. cap prox.

[Glo. ſeq. colligit argumentum.]

h ¶ Poſtmodum.] ſ. poſt reſeruationem, inhibitionem, & decretum. Et argue ex hac decre. ꝙ ſi Papa ꝓuidit alicui de epatu, alius quàm Papa ſine eius mandato illum non poterit conſecrare. arg. ad idẽ ſ. de accu. meminimus.

ADDITIO. Niſi aliud habeat conſuetudo, vbi dixi per decre. ſ. e. in anti. nihil eſt. ad fin. Ioan. And.

SI quis iuſto.] CASVS. Dicitur in c. quia propter. eo. tit. in ant. ꝙ ſi quis ex canonicis eccleſiæ vacãtis ſit abſens, & nõ pt̃ cõparere in die aſſignationis pro electione faciẽda: põt vnum ex canonicis cõſtituere nomine & vice abſentis. Sed ponamus, ꝙ iſte abſens plures ꝓcuratores vult cõſtituere, an poſſit? Rñdet ꝙ ſic: dum tamẽ iſtos plures procuratores conſtituat inſolidum: quia ſi illos conſtitueret ſimpliciter, ipſi cõſtituti poſſent vitiare & eligere plures perſonas. Sed quæritur, vltimo oẽs iſti cõſtituti inſolidum admittentur, vel ſit tm̃ vnus admittendus: & quis debeat p̃ferri? Rñdet pp rõnem prædictã: ne ipſi conſtituti poſſint eligere diuerſas perſonas nomine eiuſdem, nõ ſunt plures admittendi: ſed erit melior conditio primitus occupantis. Sed ponamus, ꝙ oẽs conſtituti ſe ſimul prę́ſentant, quis erit p̃ferendus? Rñdet ꝙ erit in optione capituli quẽ velit admittere; & ille quem admitteret capitulũ p̃feretur alijs. Sed quid ſi vna pars capituli vult admittere vnum, alia pars aliũ & ſunt in ęquali numero: quæritur quis ſit p̃ferendus? Rñdet, ꝙ ille qui primo eſt nominatus in ꝓcuratorio. Sed ponamus, ꝙ aliquis abſens conſtituit plures ꝓcuratores ſimpliciter: vtrum aliquis admittatur ad eligẽdum pro abſente? Reſpondet ꝙ nullus debet admitti, quia nullus habet mandatũ inſolidũ: ſed ſolum vnus poſſet eligere ſimpliciter cũ alijs: & ſic omnes poſſent variare & eligere diuerſas perſonas: ideo procuratoriũ nõ valet. Sed ponamus, ꝙ iſte canonicus abſens conſtituit vnum canonicum: vtrũ iſte conſtitutus poſſit vnũ eligere nomine ſuo: & alium nomine magiſtri ſui? Rñdet, ꝙ non: quia non poteſt habere vnam conſiderationem nomine ſuo: & aliam nomine alieno: Et iſtud verum, niſi procuratorio caueretur, ꝙ iſte procurator eligeret talem nomine magiſtri ſui: tũc enim nomine ſuo poſſet vnum eligere: & nomine ſuo alium, ſi iſte videatur magis idoneus. Sed quid ſi nullus ex canonicis vult admittere procuratorium: numquid poterit aliũ extraneum à collegio ſiue capitulo conſtituere? Rñdet ꝙ ſic, conſentiente capitulo vel collegio: ſed diſſentiente capitulo non poteſt. Sed numquid ad minus poterit id abſens mittere votum ſuum per litteras? Rñdet ꝙ ſic: ſed tamen non proderit tale votum: quia nullus debet exprimere votum ſuum ante ſcrutinium. Nota primo ex nominatione ius acquiri, de quo remittit Archid. 93. diſt. dominus. & ſupra qui. fil. ſint leg. c. tuas. Nota ſecundo, ꝙ paria ſunt, non conſtituere ꝓcuratorem,

[margin: Caſus litteralis domini Heliæ.]

cum, vel conſtituere in forma prohibita à iure: & ſic cõparens cum procuratorio minus legitimo, videtur contumax. ad hoc de app. Nicolao. Domi.

quis [a] †iuſto [b] impedimento detentus [c] in electionis negotio nequeat commode intereſſe: poteſt ne dum vni (prout dicitur in concilio [d] †generali) ſed & pluribus [e] committere vices ſuas: dum tamen eorum cuilibet det inſolidum [f] poteſtatem: & erit tunc [g] melior conditio occupantis. [h] ¶ Verum ſi ambo concurrant inſimul, [i] & poſtulent ſe admitti, audiri eos non expedit: quia poſſent vota ſua dirigere in diuerſos; ſicque res non haberet exitum: & quod ab eis hoc caſu fieret, non valeret: ſed is admittatur dumtaxat: [k] quem capitulum, vel pars maior [l] elegerit: [m] vel ſi concordare nequeant: [n] is, qui primo [o] in inſtrumento, vel litteris procurationis extiterit nominatus. [o] ¶ Si autem nullus ipſorum inſolidum fuerit deputatus, tũc propter [p] rationem eandem, ipſorum aliquis non debebit admitti: [q] ſibique imputet, qui ſic eos con-

[Prima gloſſa diuidit, caſum ponit, & dicit quid declaret.]

a ¶ Si quis.] Hanc decretalem diuido in tres partes: Prima durat vſque ad §. Porro. Secunda vſque ad §. abſens. Tertia vſque ad finem. Aliquis iuſto impedimento detentus, in electionis negotio cõmiſit pluribus vices ſuas: quęritur an valuerit commiſſio? Reſpondetur, quòd ſic, dummodo in ſolidum dati fuerint, & erit melior tunc occupãtis conditio: ſi autem nullus occupat, ſed ambo ſimul concurrunt, admittetur ille, quem capitulũ vel maior pars elegerit: ſi autẽ capitulum non concordat, ille admittetur, qui primo in inſtrumento procurator extiterit nominatus. Et ratio quare alter ſolus admitti debet eſt, quia poſſent vota dirigere in diuerſos. & ſic res nõ haberet exitum: & quod fieret, non valeret. Si autem non fuerint dati in ſolidum, tunc neuter admittetur propter ſuperiorem rationem: & ſibi imputet, qui ſic eos inſtituit. Secundo quæritur: aliquis petit procuratorem in negotio electionis: ille procurator nomine ſuo eligit vnum, & nomine domini alium eligit: quæritur an poſſit? Reſpõdetur ꝙ non, niſi de certa perſona eligenda habuerit ſpeciale mandatum. Tertio quęritur, pone canonicus abſens non inuenit aliquem procuratorẽ in collegio: quæritur an poſſit dare extraneum? Et Rñdetur, ꝙ non inuito capitulo. Sed quæritur, an ſaltem votum ſuum poſſit exprimere per litteras? & reſpondetur, ꝙ non: quia votum in ipſo ſcrutinio ſecreto & ſigillatim tantummodo eſt exprimendum: & non ante ſcrutinium: Emanauit hæc decre. ad declarationem decr. de electio. quia propter. §. penultimo. & eorum, quæ ibi notantur.

b ¶ Iuſto.] hoc relinquendum eſt iudici, quia nec numerari poſſent: exempla tamen habes. ff. ſi q̃s cau. l 2.

[Glo. ſeq. ſoluit duo dubia, an conſtituens habeat neceſſe iurare, & quibus verbis iuret procurator.]

c ¶ Detentus.] & in loco exiſtens, de quo debeat euocari: alias locum non habet commiſſio. ĩ. e. in ant. q̃a propter. §. penul. Et de hoc impedimento ſi opus fuerit, fidem facere debet iuramento, vt ibi: vnde non eſt de neceſſitate ꝙ iuret in inſtrumẽto procuratoris ipſe dominus: ſed cautum eſt, quòd det mandatum ipſi ꝓcuratori iurandi in animam ſuam, quod ipſe tali impedimento detentus eſt ſecũdum omnes modernos, q̃ hoc notant in decretali, quia propter: & eſt ratio, quia ſi capitulum requireret iuramentum, procurator iurare non poſſet: nec præterea vlterius expectaretur: Fuit enim procurator minus ſufficiens, & ideo ſibi conſtituens imputet. ad hoc ĩ. ſi autem nec debet dicere procurator, dico dominum in loco, in quo debet vocari, iuſto impedimento detentum, quia iſta ſunt verba iuris: ſed dicere debet verba facti. ſ. dico dominum in tali loco, & tali impedimento detentum: puta tali infirmitate, vel talibus inimicitijs: & tunc ſi non admittatur, appellet: ſecundum Hoſt. qui hoc ibi not.

d ¶ Concilio.] ſupra eod. in antiq. quia propter. Iſta enim fuit dubitatio: quia ibi dicebatur, committat vni de collegio.

ADDITIO. Sed effectiue vnus ſolus erit procurator. Ioan. And.

e ¶ Pluribus.] idem nota Vincen. & Compoſtel. ſupra eod. q̃a propter. & quòd dicit, pluribus, intelligo ſiue duo fuerint, ſiue plures: dum tamen inſolidum, vt ſequitur: quia eadẽ ratio eſt.

f ¶ Inſolidũ.] aliter neuter admitteretur. ĩ. eo. §. ſi autem.

g ¶ Tunc.] cum poteſtatem habet inſolidum.

h ¶ Occupantis.] ĩ. de procura. non iniuſte. vbi de hoc.

i ¶ Inſimul.] ita ꝙ non apparet quis primo.

k ¶ Duntaxat.] id eſt, tantummodo, vnde iſto electo alter omne ius amittit, & eſt ſim. ſupra in antiq. de reſcr. cap. penult. quod verum credo, niſi in inſtrumẽto diceret, meliorẽ non eſſe cõditionẽ occupantis, & quod vnus incepiſſet, alter finire poſſet arg. ad hoc in prædi. dec. in fi & ĩ. de ꝓc. ſi duo.

l ¶ Pars maior.] ſic ſupra e. lib. de reſcr. c. pen. ad idẽ 56. diſt. Apoſtolica de ele. in ant cum inter canonicos. ff. ad muni. quod maior.

m ¶ Elegerit.] nec credo ꝙ variare poſſint: vt ſupra eo. tit. vt quis duas. de poſtu. ſupra eod. lib c. vno. in fi. Ioan And.

[Glo. ſeq. ſoluit vnum quare]

n ¶ Nequeant.] quia nolunt eligere, vel pari numero diſcordant. Et nota ꝙ primo recurrendũ eſt ad electionẽ capituli, ſcdo ad ordinẽ ſcripturæ: Tabelliones enĩ ꝑponunt quod volũt in inſtrumentis & ideo fuit æquus primo recurri ad electionẽ capituli, per quã magis idoneus eligeretur. ad hoc ĩ. de procu. ſi duo. ff. de ac. ſi plures. ſecundo ad ſcripturæ ordinem in ſubſidium.

[Glo. ſeq. alleg. concord. quærit, & ſoluit.]

o ¶ Nominatus.] per ordinem ſcripturæ. concor. optime ĩ. de præb. mandatum. ad idem 43. diſt. ſit rector. in fi. cum ſuis concor. & ĩ. de reſcr. in anti. cũ dilecta. cum ſuis concor. & facit ff. de leg. 2. cum patet. §. pen. Quid ſi non apparet, puta quia duo ſunt inſtrumenta, nec apparet qđ prius. Puto ꝙ mutuo ſe impediant. ff. de vſufru. l. quotiens. & imputet ſibi q̃ ſic eos cõſtituit.

p ¶ Propter rationem eamdem.] quia poſſent vota dirigere in diuerſos: & ſic res non haberet exitum.

[Gl. ſeq. quærit, & ſoluit. ſecundo ſignat contrariũ, & ſoluit.]

q ¶ Admitti.] Quid ergo? nunquid de nouo citabitur ipſe canonicus? Nõ: aliàs quid ſibi imputaret, vt ſequitur? Idem enim eſt non venire, quod nõ ſufficienter venire: contumax ergo fuit & procedent ipſius ſocij ad electionem contra ĩ. de procu. ſi duo vbi dicitur, quòd ſi in cauſis electionum ſunt dati plures procuratores, ſed non inſolidum: iudex eliget idoneiorem. Solu. ibi loquitur de procuratore dato ad iudicia in cauſis electionum & poſtulationum vel prouiſionum, hic de procuratore dato ad negotium, ſcilicet ad ipſam electionem faciendam & ibi de iure iam nato, hic de naſcituro: quod minus fauorabile eſt. & vtrobique vtilis prouiſio ob celerem expeditionem.

† In hoc c. declaratur conc. Late. ſub Inn iij. c. 24. in §. illud penit. Aliꝗ refert in c. quia pp extra de elec.

† In conci. generali Later. ſub Inno. iij c. 24.

† Et rõ, q̃a ex ordine verborũ ꝑſumitur ordo intellectus. de cõſe. diſt. 2. in Chriſto pater. l. ſi ſeruus cõis. de fti. ſer. cap. q̃m abbas. de offi. del. Font.

[g] De infirmo pręſẽte tractat hic Archid. de quo ibi ſatis ſuper gl. pe. in prin. tenet autẽ hic. ꝙ poſſit ꝓcuratorẽ cõſtituere. Io. And.

Canonicus impeditus, qui ad actũ electiõis ꝓcuratorẽ nõ legitime cõſtituit, an debeat iterũ citari.

ADDITIO. Dicebat ergo Ioan. Monach. ſi non aſſumatur vnus ex duobus, qui proſequatur electionem iam factam, hic imminet periculum: ſed nullum periculum, ſi vnus de collegio non mittatur ad electionem faciendam.

f ¶ Conſentire.] nota arg. quòd habẽs ſpeciale mandatum, id poteſt quod aliàs non poſſet: ad idem ĩ. de procu. c. 1 & vlt. & facit ad quæſtionem: quam hoc anno diſputaui: an delegatus ab alio quàm à principe, habens ſpeciale mandatum ſubdelegandi. ſubdelegare poſſit: & de hoc dicam ĩ. de offi. delega. is cui.

ſtituit indiſcrete.[a]

¶ *Procurator ad eligendũ conſtitutus, vnum nomine ſuo, & vnum nomine domini ſui eligere non poteſt: niſi à domino de certa perſona ſpeciale mandatum habeat. hoc dicit.*

¶ Porro[b] cum vnus eſt procurator ſimpliciter cõſtitutus: ſi is vnum ſuo, & alium domini ſui nomine in ſcrutinio nominandum duxerit, nihil agit:[c] niſi de certa[d] eligenda perſona ſibi dominus dederit ſpeciale mandatum: tunc enim in illam[e] eius, & in aliam ſuo nomine licite poterit conſentire.[f]

¶ *Canonicus; abſens (licet nullus de capitulo eius procurator eſſe velit, & ipſe procuratorem, qui non ſit de capitulo, nolente capitulo deputare non poſſit) votum per litteras exprimere non poteſt: cum cuiuslibet votum ſit ſecreto & ſigillatim in ſcrutinio exprimendum: hoc dicit.*

¶ Abſens[g] † quoque (licet nullus de collegio velit eſſe procurator[h] eiuſdem, nec ipſe, nolente[i] capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votũ ſuũ.[k] quod nõ eſt ante ſcrutiniũ, ſed in ipſo ſcrutinio ſecrete & ſigillatim tantũ modo exprimendum.[l]

a ¶ Indiſcrete.] nõ enim debẽt ſtulti melioris eſſe cõditionis quàm periti, ĩ. de præben. cum qui beneficium.

b ¶ Porro.] Secunda pars: Hic approbatur opinio Vicent. & Compoſtel. ſ. eo. quia propter. & Abbatis eo. tit. in antiq. c. congregato. tamen Goffr. & Hoſtien ibi notant, quòd ſatis poterat dici valere, cũ in diuerſos cõſentit: dummodo neuter ſit malus; quod falſum eſt, vt hic vides:

c ¶ Nihil agit.] Ratio: quia qua conſciẽtia tenetur meliorem eligere ſuo nomine: eadem ratione tenetur ad idem nomine dñi ſui. ad hoc 46. diſt. ſicut non ſuo. & ĩ. de reg. iur. ꝙ alicui. & incerta videntur hæc vota, ſ. eo. tit. c. 2. quod dicit. nihil agit: intellige, q̄ a neutrum votum valet: & eſt ſimile quòd dicimus in delegato, qui ſubdelegationem recepit à ſocio. ſ. de offi. de leg. ſuper quæſtionum. in §. ſi vero.

[Glo. ſeq. dicit quid approbat, & quid reprobat: ſcdo quærit & ſoluit: & ſolutioni obijcit & reſpondet: Iterũ quærit & diſtinguendo reſpondet.]

d ¶ De certa.] nota approbatam opinionem Compoſtel. & Innoc. & reprobatam opinio Vinc. qui dicebat ſ. eo. congregato. quòd non poterat fieri cõpromiſſum vel mandatum procuratori de certa perſona: dicebat enim, ꝙ videbatur ſingularis electio & ſic non valebat. ſupra eo. in anti. in Geneſi. Item talis commiſſio eſt cõtra concilium, quod requirit, ꝙ comitat vicem ſuam: ſed iſte non committit vices ſuas, qui dat mandatum de certo eligendo: ſed falſum eſt, vt hic patet: & de hoc per Abbatem ſ. eo. congregato. Sed numquid procurator ad eligendum datus poterit alium ſubſtituere? Dic ſecundum Compoſt. ꝙ ſic: quia procurator eſt ad negotium: qui alium procuratorem dare põt. ĩ. de procur. c. 1. § procurator. ff. man. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit Eſt tamen arg. contra. ĩ. de offi. dele. is cui. & ſupra de offi. deleg c. vlt. §. is autem cui. Solu. illa loquuntur in iudicibus, non in procuratore. Item quæro numquid procurator datus ad eligendum, compromittere poterit? Dic ſecundum Compoſt. ꝙ ſi liberum mãdatum habuit, compromittere poterit: quia id poteſt, quod dominus: ſi autem ad certam perſonam, tunc cõpromittere non poteſt: quia ſola neceſſitatis forma, ſcilicet ſcrutinij, tunc intelligitur demandata. arg. ff. de pœ. licet. §. ſi ſeruus.

Verũ eſt ſi hẽt mandatũ de certa perſona: ſecus ſi de incerta. F.

e ¶ Illam.] certam perſonam, de qua habuit mandatum expreſſum, & nota illam, quia aliam eligere non poteſt: quia faceret contra formam mandati. ſupra de reſcri. cum dilecta. & ff. man. diligenter, & ĩ. de præb. cui de non.

[Glo. ſeq. arguit, & remittit.]

[Gloſſæ duæ ſeq. cum penulti. dicunt quid approbat & q̄d reprobat.]

g ¶ Abſens.] hĩc in primo dicto approbatur glo. Ber. ſupra eo. quia propter. in gl. pen. & omnium modernorum idem ibi notantium: ſed in ſecundo puncto reprobatur eiuſdem Bern. opinio in eadem gl. & quaſi Hoſt. cõſentiebat. ſed idem Inn. & Ber. & Compoſt. contra. & eorum approbatur hic opinio, & intelligas hanc litteram de ſupradicto abſente, qui compromittere poteſt: ſcilicet iuſte impedito, & exiſtente in loco, de quo, &c.

† No. ꝙ officium procuratoris à principio ẽ volũtariũ: & ſic nõ cõpellitur q̄s illud recipere: ſecus ſi illud acceptaſſet. vid. cle. 1. de ꝓcu. Dñicus.

h ¶ Procurator.] dicebat Goffre. ꝙ putabat talem canonicũ indirecte contemni: Alij dicebant, quòd compelli debebat aliquis de capitulo, vt ab ipſo mandatum ſuſciperet: ſed non eſt verũ à principio enim nullus compellitur procurationẽ recipere. C. de procur. inuitus. Inſti. mand. §. mandatum. Ioan. And.

i ¶ Nolente capitulo.] Si enim capitulum vellet: bene tũc poſſet extraneum deputare, ſed inuito capitulo nõ, & ſic debet intelligi decret. quia propter. extraneum enim etiam ſine mandato admittere poſſet: & ſibi præiudicare & in extraneum etiam compromittere. ſupra eo. in anti. cauſam cum ſi.

k ¶ Votum ſuum.] Ber. contradicebat: ita tamen ꝙ publicatio ipſius voti fieret tantum cum aliorum fiebat publicatio: ſed non inſpexit, ꝙ non ſolum publicatio, ſed etiam expreſſio in ſcrutinio tantum fieri debet, vt ſequitur.

ADDITIO. Et per hoc patet, ꝙ neque in lĩttera aperta poſſit mitti ſchedula incluſa aperienda in ſcrutinio, continens nomen eius, in quem ille conſentit. & licet Ioan Mona. hoc dicat ſub dubio forte, tu dicas aſſertiue. Ioan. And.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

l ¶ Exprimendum.] nota, non ſola publicatio inſpicitur. ſed etiam expreſſio. Sed ꝯ ſ. proxi. §. vbi exprimit votum conſenſus ante ſcrutinium, dando. ſ procuratori mandatum de certa perſona eligenda. Solu. falſum eſt, ꝙ tunc exprimat votum, ſed mandatum dat de voto exprimendo: ſicut aliud eſt inueſtire, aliud mandare de inueſtiendo. de his quæ fiunt à maior. par. cap. ex ore. Vnde aduerte: pone, quòd procurator, qui mandatũ habuit de certa perſona eligenda, non eligit: ille electus fuit à quibuſdam alijs: numquid vox illius abſentis & mãdãtis augebit numerũ illius, vt poſſit dicere, ꝙ electus ſit à decem: quia nouem elegerunt, & decimus mandauit de eo eligendo? Abſit: Dico ergo ꝙ aliud eſt, dicere, conſentio in talem: & hoc debet fieri in ſcruti-

ſcrutinio & ſecreto, & ſigillatim, vt hic, & tali modo conſentit in ſpirituale matrimonium: Et aliud eſt dicere, do mandatum Titio de tali eligendo: quia iſtud nō eſt votum, nec per hoc contrahitur matrimonium: & ideo ante ſcrutinium fieri poteſt, vt ibi. Sic vides in matrimonio carnali, aliud eſt contrahere. aliud eſt dare mandatum de contrahendo: hinc eſt, quòd qui contrahit, amplius non pœnitet: ſed qui mādatum dedit, pęnitet ante contractum, ī. de procu. c. vlt. ſic ergo intelligas: nec ſimilitudinem dicas, vbi non eſt. Ioan. And.

b ¶ Electione.] Idem dicam de poſtulatione, cum eadem ſit ratio: quod verum puto in admiſſione poſtulationis, quæ fit à ſuperiore illo, qui poſtulatum admittendo confirmat: ſecus in eo, qui poſtulatur à p̄lato ſuo, vt monachus electus in epiſcopum ab abbate: quia in ea nō fiet vocatio. Et idem puto in præſentatione. vt etiam ille, cui fit præſentatio, ſeruare teneatur hanc decre. & ſic ſeruatur. De collationibus dicam in ſi. cap.

c ¶ Non in concordia.] idem ſi in concordia quo ad vocationem faciendam, vt dicitur in ſi. Ioan. Andr.

QVoniam.] Hæc eſt ſolemnis decretalis, & quotidie practicatur: Diuidiē autem in tres partes: Primo Ponit cōfirmātium abuſum, quem prohibet cum decreto: Secundo ponit vocationis formam, ibi, Vocationem. Tertio ad electionem concordem hoc prorogat ibi, Quæ etiam.

¶ Quæ electio dicatur cōcors, & q̄ nō, no. in c. quorūdā. ī. eo. vide gl. in c. 1. ī. de maio. & ob. Barbatiā cō ſi. 1. volu. 1. & late Ale. cōſ. 48. inci. in cauſa ver tēte. vol. 7.

ADDITIO Quid autem corrigat, non dico reprobet, videbis in gloſſa dicebamus. & ſuper ea. Ioannes Andreas.

CASVS. Vacante eccleſia Pictauen. canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione ſuturi prælati: tractatu inter ſe habito, quendam Titiū elegerunt, & aliqui ſe oppoſuerunt iſti electioni: vel fuerunt duo electi: vnus iſtorum electorum acceſſit ad ſuperiorem, & declarauit, q͂ ipſe fuerat electus in epiſcopum eccleſiæ Pictauen. vtrū ſuperior poterit illum confirmare abſque cauſæ cognitione, non vocato coelecto vel opponente? Reſpondet q͂ non: Sed quid ſi electio fuit facta in concordia: vtrum ſuperior illam electionem ſine vocatione, & citatione illorum, quorum intereſt, poſſit confirmare? Reſpondet q͂ non: immo illi, quorū intereſt, ſunt vocandi & citandi peremptorie. Sed quæritur qualiter ſunt ipſi citandi? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia aut ſunt aliqui opponentes, vel eſt competitor, ſiue coelectus. & tales ſunt nominatim & peremptorie citandi, vt ad talem diem veniant dicturi cauſas, propter quas electio non ſit confirmanda. Sed ponamus, q͂ electio fuit facta concorditer? Reſpondet q͂ tunc citatio debet eſſe generalis: videlicet vt ſi ſint aliqui, qui velint p̄tēdere aliquas cauſas, quare electio non ſit confirmanda, q͂ ipſi compareant peremptorie ad talem diem: & poni debet citatio iſta peremptoria in valuis illius eccleſiæ, de cuius electionis cōfirmatione tractatur, aliàs confirmatio non valeret. Hel. Regnier Nota primo, quòd iudex non debet eſſe nimis feſtinus, & celer ad ſententiam proferendam. Ad hoc ſupra de reſtitutione in integrum, cum ex litteris & infra de re iudicata. cum æterni. Nota ſecundo, quod actus dicitur repentinus. qui fit ſine citatione & cognitione requiſita. vide text. 48. diſt. c. 2. Dominicus.

[Gloſſa prima ſummat.]

a ¶ Quoniam.] Si apparet coelectus, vel ſe opponens ei, qui confirmationem petit: ille vocabitur nominatim: alias fiet crida in eccleſia generalis: quòd ſe cōfirmationi volentes opponere, veniant peremptorio aſſignato: aliàs confirmatio facta non tenet.

[Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia: de tertio remittit.]

¶ Idem.

¶ Si apparet coelectus vel ſe oppponens ei, qui confirmationem petit; ille vocabitur nominatim: aliàs fiet in eccleſia crida generalis, quòd ſe confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio aſſignato: aliter confirmatio facta non tenet. Ioan. An.

CAP. XLVII.

QVoniā[a] electione[b] non in concordia[c] † celebrata, ſuperior, ad quē electionis ipſius confirmatio pertinet,[d] conſueuit interdum ſuæ confirmationis celeritate,[e] præferens cupiditatem[g] propriam iuri,[h] & inordinatum affectum etiam æquitati, competitorem aliquando, vbi alius, vel eos, qui ſe volunt opponere, quando electus eſt vnicus[i] ſupplantare: dum nullis vocatis, & non diſcuſſo negotio[k] per repētinam confirmationem cito (contra doctrinā Apo-

d ¶ Pertinet.] verbum hoc patet. ff. de verborum ſignificat. verbum pertinere. vnde intelligo ſiue pertineat iure communi, vt ad epiſcopum. 16. quæſtione. 7. nullus omnino. ſupra de hæretic. cum ex iniuncto. ſiue iure ſpeciali: puta, ex priuilegio vel conſuetudine præſcripta, ſiue iure delegato: quia omnes habebunt hanc formam ſeruare.

Pertinere verbū qualiter intelligatur.

[Gl. ſeq. de celeritate ponit quoſdam caſus, quibus approbatur, & quoſdam quibus reprobatur.]

e ¶ Celeritate.] nota, quòd hic reprobatur celeritas: & eſt generale in omnibus perſonis promouendis. 8. quæſtio. 2. dilectiſſimi. Item propter rei nouitatem 23. diſtin. communis filius. vbi de hoc per Archidia. 43. diſtinct. cap. 1. vnde Paulus. Item propter reuerētiam ſacramenti recipiendi. de conſecrat. diſtin. 4. Iudæi. Item propter metum incommoditatis emergentis. 12. quæſt. 2. ſine exceptione. Item propter honeſtatem, vt res carior habeatur. 27. quæſt. 2. inſtitutū. Item propter certitudinem habendam, vt 17. quæſtio. 2. ſi quis incognitus. Item propter reuocandi difficultatem, vt in dandis ſententijs. 2. quæſt. 1. Deus omnipotens. & hic. vel in ipſarum executione. 11. q. 3. cum apud. idem in legibus condendis. 4. diſt. in iſtis. Item propter rei dignitatem 61. diſtinctio. miramur. Item propter periculoſam ſacramenti iterationem. de conſecra. diſtin. 4. cum itaque. Interdum autem deſideratur acceleratio propter metum contaminationis. 8. diſtin. mala. propter metum defectus. 5. diſtin. baptizari. propter metum vſurpationis. 35. quæſtio. 9. loci. propter magnitudinem tranſgreſſionis. 27. quæſt. 1. ſi cuſtos. propter inobedientiæ culpam. 12. quæſtio. 2. qui & humanis, propter debitum obedientiæ. 93. diſt c. 1. p̄pter rectitudinem diſpenſationis. 45. diſt. diſciplina. p̄pter periculum imminens, vt in vacatione eccleſiæ. ī. eo. in an. cum inter vniuerſas. vnde & cautio damni infecti celeritatem deſiderat. ff. de dam. infe. l. 1. & idē in ſimilibus, vt ſ. de re iud. c. 2. de reſcri. in ant. ad hoc. vbi ex certa cauſa idem eſt reperiri.

Celeritas in quibuſdam caſibus reprobatur, & in alijs deſideratur.

f ¶ Præferens.] ſic ſupra eod. tit. auaritiæ. & cap. quorundam.

g ¶ Cupiditatem.] quæ omnium malorum radix eſt. 47. diſt. bonorum. de pœni. diſt. 2. quia radix.

h ¶ Iuri.] quod facere non debet. 7. quæſtio. 1. ſi quis epiſcopus. in ſi.

i ¶ Vnicus.] ſim. ī. eo. cupientes. §. ſi vero.

k ¶ Non diſcuſſo negotio.] male faciunt & puniuntur ſi promouent indignum, vt ſup. eo. nihil eſt. & ſupra de præben. graue.

a ¶ Apoſtoli.] Pauli 1. ad Timo. 5. c. 24. diſt. §. 1 78. d. quid eſt manus cito. ſ. eo. in ant. cum nobis olim.
b ¶ Manus. confirmatorias, de quibus loquimur.
c ¶ Morbo.] nam quod medicamenta morbis exhibēt, hoc iura negotijs: in Auth. hæc cōſtitutio inuocat conſtit. in prin. coll. 8.
d ¶ Fraudibus obuiare.] quod faciendum eſt. ſ. eod. auaritiæ. & c. commiſſa. & ĩ. tit. proxi. c. 2.
e ¶ Tales.] ſi factas non vocatis competitoribus: vel his qui ſe vellent opponere, ſi qui eſſent.
[Glo. ſeq. ponit qđ prius tenebatur: quærit, & ſoluit diſtinguendo.]
f ¶ Inanes.] dicebamus olim: & not. de hoc Inno. & Hoſt. de appell. conſtitutis. 2. de do. & contu. ip ante. c. cũ olim. ꝙ cōfirmatio facta vocatis his, qui vocandi erāt & cũ cauſæ cognitione, habet vim diffinitiuę: hinc eſt, ꝙ reuocari non poterit, & ſi appellet, appellari poteſt vt à diffinitiua. Si autem fiat ſine cauſæ cognitione, & non vocatis vocandis, vim habet interlocutoriæ, ibi de hoc plenius per eos videre potes. † Sed hodie non valet confirmatio ſine vocatione huius decr. vt hic vides. Quid ſi ſic confirmatus adminiſtrat? Satis crederem, ꝙ ſi errauit in facto, quia credidit vocationem factam, quæ facta non erat, excuſetur à pœna decre. ſ. eo. auaritiæ, &c. qualiter. maxime cum vocatio & citatio iſta ſit ſuperioris officium, & non partis. Sed ſi errauit in iure, cum à dicta pœna non crederem excuſari. ad hoc ĩ. de re. iu. ignorantia. cum ſuis concor.
g ¶ Nominatim.] ſim. ĩ. de ſent. excom ſtatuimus.
h ¶ Generaliter.] & publice: quia talia edicta in publico proponi debent. de poſtu. c. 1. ꝙ eſt ĩ illos, qui ad huc fraudē faciunt conſtitutioni, faciendo hanc vocationem fieri coram certis amicis.
ADDITIO. Concor. quod no. in cle. e. tit. cauſam. §. verum. in 4. glo. Ioan. And.
i ¶ Opponere.] ne electus confirmetur.
[Glo. ſeq. quærit. & remittit.]
k ¶ Peremptorio.] numquid poſt hunc terminum veniens audietur? Super hoc dic vt ſupra qui ma. accuſa. pol. cum in tua.] Vide ſecundam quæſtionem quā poſui ſuper regula, mora ĩ de reg. iur & ſcripſi in Spec. de cita. §. viſo. in princ. Ioan. And. Officium tamen iudicis. in his non quieſcit, vt ſ. eo. cum nobis olim.
l ¶ Competenti.] ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum, & negotij qualitatem. Ioan. And.
m ¶ Quæ.] ſcilicet dicta de vocationibus faciendis, & ꝙ non valeat confirmatio aliter facta.
[Glo. ſeq. quærit & ſoluit.]
n ¶ Obſeruari.] q̃d in ꝓuiſionibus, vel collationibus: nũquid in eis habebit fieri hæc vocatio? tutum puto & in his hæc fieri: non tamen credo de verbis, vel mente huius iuris hoc eſſe. & facit ĩ. de præb. cum in illis. & optime eo. tit. licet epiſcopus. Ioan. And.

† Vide Romanum cō ſil. 342. & Barba. con ſi. vl. vol. 4.
† Not. tex. & vid. Inn. in ca. inter quattuor. đ maio. & obe. & Doc. in l. ſi. C. de iure delib.

† Ita enim tenebant ꝑ dicti Doct. ibi, & in decret. cũ dilecti. eo. ti. ad fi & c. nihil eſt, & vide quod ibi dixi in gl. dicebat. & Cō poſt. eo. tit. ꝙ ſicut. ꝙ non erat neceſſe vocationē fieri. & ſuo tpe verum dicebat. & ſic ſeruabatur ꝑ illa loca, quibus per prouincialia, vel ſynodalia ſtatuta erat ꝓuiſum contrarium, vt Bono. Ioā. And.

ſtoli[a]) imponit manus[b] electo: Nos volentes huic morbo[c] & fraudibus[d] obuiare: præſenti conſtitutione ſancimus, confirmationes tales[e] viribus omnino carere, ipſaſque decernimus irritas, & inanes.[f] ¶ Vocationem † autem huiuſmodi nominatim,[g] vbi eſt coelectus, vel apparet oppoſitor, † aliàs generaliter[h] in eccleſia, in qua electio facta eſt, vt ſi qui ſint, qui ſe velint opponere,[i] compareant aſſignato peremptorio[k] termino competenti,[l] faciendam eſſe cẽſemus. Quæ[m] etiam ſi electio in concordia celebrata fuerit, volumus obſeruari.[n]

TITVLVS VII.

De renunciatione.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Romanus Pontifex poteſt libere Papatui renunciare. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. I.

QVoniam[o] † aliqui curioſi[p] diſceptantes de his, quę non multum expediunt,[q] & ...

DE RENVNCIATIONE.

¶ Dictum fuit ſupra tit. proximo de elect. verum quia nihil eſt ſub ſole adeo tam firmum, quin rumpatur: & electio rumpitur per renunciationem: ideo ad nos informandum qualiter rumpatur electio, annectitur præſens rubrica de renunciatione.

Voniam.] Diuiditur in tres partes ſm Io. And. In prima ponitur cauſa conſtitutionis Cęleſtini: In ſecunda ipſius cōſtitutionis mens: ibi Cęleſtinus. In tertia ex duplici cauſa illā inter has cōſtitutiones inſeruit: ibi, Nos igitur. Ioan. And.

CASVS. Papa vidēs ſe impotētē ad regendũ vniuerſum orbē: vult renũciare Papatui: an poſſit? vi ꝙ nō: quia obtinēs adminiſtrationē eccleſiaſticā, nō pōt illi renũtiare & reſignare in manibus ſuperioris. c. admonet. &c. quod in dubijs e. ti. in antiq. modo Papa nullum habet ſuperiorem. Non obſtāte tamen iſta rōe dubitandi, deciditur ꝯtrũ videlicet ꝙ pōt renũciare Papatui: & vacat ipſe Papatus ita ꝙ Cardinales pñt aliũ eligere: Et iura loquentia, ꝙ obtinens adminiſtrationem eccleſiaſticā non poteſt renũciare, niſi in manibus ſuperioris, intelliguntur qñ talis renuncians habet ſuperiorē: Sta tutum.] i. tenorem: quia ipſum ſtatutum nō inſeritur hic de verbo ad verbum: ſed ſolummodo tenor ipſius. Nota ꝙ nimia curioſitas eſt reprobata. 37. diſt. ſacerdotes. Nota reprehēſibile eſſe ſapere vltra q̃ expediat: & maxime in his. quæ ſunt fidei, in quibus ſimplicitas cōmendatur de quo de ſum. Tri. c. 1. in ant. Nota intug ꝙ ſubſiſtente iuſta cauſa, poteſt Papa renunciare Papatui. Nota finaliter ex iſto textu, ꝙ beneficiatus habens ſuperiorem, non poteſt dimittere beneficium, & ſe exonerare ab obligatione, qua eſt aſtrictus: niſi i manibus ſui ſuperioris: & tunc requiritur conſenſus ſuperioris: ita ꝙ ſuperior acceptet renũciationem: Nam ſuperior poſſet ipſum cogere, vt reſideret: quia obligatio licet ab initio ſit voluntatis, tamen ex poſtfacto eſt neceſſitatis: & iſtud verum niſi ſubeſſet iuſta cauſa: nam tũc poſſet ſuperior compelli ad acceptandam renunciationem. c. niſi. de renun. eo. tit. in antiq.

† Vide Ludouicũ Gomez. in regula cācell. de infirmis reſignantibus. q. 2.

[Prima gloſſa ponit caſum.]
o ¶ Quoniam.] Quia quidam plusq̃ expediret curioſi referebant in dubium, an Papa poſſit renunciare Papatui: Cęleſtinus quintus dum ꝑũderet eccleſię Romanę, regimini, ſtatuit de conſilio & aſſenſu ſuorum fratrum ꝙ ſummus Pontifex libere poſſit renunciare Papatui: Quod ſtatutum ne obliuioni daretur, & de ꝑdicto caſu dubitaretur vlterius: inter alias huius 6. libri conſtitutiones de fratrum ſuorum conſilio dñs Bonifac. hic redegit ad perpetuam rei memoriam. Ioan. And.
p ¶ Curioſi.] qui maiores curas exhibibere volũt, quā res exigat, ad hoc 4. diſt. denique. de conſecra. diſt. 5. quinque modis.
ADDITIO. Et ff. de nouatio, doli. in fi. 49. diſt. c. 1. verſ. paruo autem naſo. & ſ. eo. lib. de poſtul. c. 1. in prin. Ioan. And.
q ¶ Expediunt.] quod faciendum non eſt. C. de ſumma trin. l. nemo. infra de hære. cap. 2. & infra de re iudi. abbate. ad fi.

a ¶ Apoſto-

plura ſap re, quàm oporteat, contra doctrinam Apoſto i, [a] temere appetentes in dubitationem ſollicitam, [b] an Romanus Pontifex (maxime [c] cum ſe inſufficientem [d] agnoſcit ad regendam [e] vniuerſalem eccleſiam, & ſummi Pontificatus onera ſupportanda) renunciare valeat Papatui eiuſque oneri, & honori, deducere minus prouide videbãtur: [f] Cœleſtinus Papa quintus prædeceſſor [g] noſter, dum eiuſdem [h] eccleſiæ regimini præſidebat, volens ſuper hoc hæſitationis cuiuſlibet materiam amputare deliberatione habita cum ſuis fratribus [i] eccleſiæ Romanæ Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) de noſtro, & ipſorum omnium concordi conſilio & aſſenſu, auctoritate Apoſtolica ſtatuit: [k] & decreuit: Romanũ Pontificem poſſe libere reſignare. [l] ¶ Nos igitur ne ſtatutum huiuſmodi per temporis [m] curſum obliuioni [n] dari, aut dubitationem eamdem in recidiuam [o] diſceptationem vlterius deduci contingat: ipſum inter conſtitutiones alias, ad perpetuam rei memoriam, [p] de fratrum noſtrorum conſilio duximus redigendum.

¶ Idem.

¶ Si in fraudem expectantis, primam vacaturam, cum in proximò crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem, quam habebat, non tenetur expectans illam recipere; immo illa dimiſſa expectabit aliam ſine fraude vacantem: Et ſi illi renuncianti illa pinguis poſtea conferatur: hoc ipſo probata ſit fraus, & carebit vtraque.

Paulus ad Rom. c. 12.

[a] De hoc articulo, qui valde eſt cõtrouerſus, conſulendi ſunt Doctores, tũ theologi, tum canoniſtæ.

[b] Vide Albertum Pighium Cãpẽſem li. 4. c. 8. de eccleſiaſtica hierarchia, vbi late de hoc.

a ¶ Apoſtoli.] Pauli in epiſtola ad Romanos, cap. 12. & habes eadem verba 43. diſt. ſit rector.

b ¶ Sollicitam.] vide infra deducere minus prouide videbantur.

c ¶ Maxime.] comparatiuum: vnde etiam ſi ſufficiens ſit, renunciare poterit, vt per inferiora patebit.

[Gloſſ. ſeq. primo ponit dubium, ſecundo notat, dat ſimile, & exemplificat.]

d ¶ Inſufficientem.] propter hoc tamen non poſſet deponi: quia propter ſolam hæreſim [a] deponitur. 40. diſt. ſi Papa. ſed alij prælati propter inſufficientiã bene deponuntur, & eccleſiaſtici & ſæculares. 18. quæſt. 2. quis abbas. 15. q. 6. alius, & propter negligentiam. 81. di. dictum. ſupra, de hæret. excommunicamus. in fi. Et nota, ꝙ licet omnis ſufficientia eſſe dicatur in Papa: ita ꝙ oĩa iura in pectoris ſcrinio habeat. ĩ. eod. ut. de conſti. c. 1. tñ interdũ inſufficiens eſſe põt, vt hic. & interdum eum fallit obliuio. 23. diſt. præterea, vbi de hoc. ſic ſedes ipſa aut ſanctũ inuenit, aut ſanctũ facit. quis em̃ ſanctum dubitet, quem apex tãtæ, &c. 40. diſt. nõ nos. & tñ hæreticus poſſet eſſe: [a] & propter hæreſim deponi ea. diſt. ſi Papa. & poſſet ex multis inſurgere inſufficientia hæc, vt ex defectu litteraturæ, ex ſeneſtute, ex infirmitate, vel ſimilibus. Ioan. And.

e ¶ Regendam.] ad quod ex officio ſuo tenetur, vt in procœmio huius libri.

[Gloſſa ſequens ponit rationes contrarias, & eis reſpondet.]

f ¶ Videbantur.] & erat ipſorum ratio motiua. quia qui renunciat, renũciare debet in manibus ſuperioris, & aliter matrimonium ſpirituale non diſſoluitur. ſup. eod. de renun. admonet. ſed Papa ſuperiorem non habet: ergo renunciare non põt. Item fungitur vice Dei, quas vices ſic vr̃ oſſibus habere annexas, ꝙ a ſe abdicare non poſſit. ad hoc de ſta. mo. cum ad monaſterium. in fi. [Multæ aliæ rationes inducuntur: vt ſcilicet quia Papatus a ſolo Deo eſt: & quæ à Deo ſunt vel committuntur, ab inferiori tolli non poſſunt: Ergo Papalis dignitas à Deo commiſſa, alicuius inferioris auctoritate dimitti, vel tolli non poteſt. Item nullus poteſt auctoritatem vel poteſtatem auferre, quam conferre non poterit: ſed Papalem auctoritatem nullus conferre poteſt, niſi Deus: ergo nec eam auferre; quod fieret ſi valeret renunciatio. multas alias rationes vide hic per Io. And. in ſua nouella.] Sed ꝯrium verũ eſt, vt hic vides, & probat ex eo, qa Marcellinus renunciauit Papatui, cui ſubſtitutus fuit Marcellus. 21. diſt. nunc autem. Item Clemens renũciauit Papatui, cui ſucceſſit Linus: & eo mortuo, Cletus: & illo mortuo iterũ ſucceſſit Clemens, vt in chronicis. & vide de hoc 8. q. 1. c. 1. hinc diſputat hic mundus, &c. & hanc opinionem approbauit Io. 7. q. 1. c. non aũt. Ad id quod dicitur, ꝙ renunciatio fieri debet in manibus ſuperioris: fateor id verum vbi eſt ſuperior: Sed hic propter impoſſibilitatem ius illud ſeruari n n poteſt. & facit optime ĩ. ti. prox. indemnitatibus. § pe nult. & ſ. eod. licet de vitanda diſcordia. in fi. [Io. Monac. alleg. ff. de ijs, quæ in teſta. delen. l. proxime. melius facit titu. ſequen. de hære. inſti. l. & hoc Tiberius.] Item inferiores prælati à ſuis prælatis confirmantur & inſtituũtur: vnde nõ eſt mirum ſi ſine ipſorum licẽtia renunciare nõ poſſunt: Sed Papa à nemine confirmatur, vnde ſicut ſine ſuperiore inſtituitur: ita ſine ſuperiore renunciet. ad hoc ſupra de regu. iur. cap. primo. Io. And.

ADDITIO Dicit Io. Mona. ꝙ ſicut populus Romanus penes quẽ erat ſumma poteſtas lege lata, illã tranſtulit in principẽ Inſti. de iu. natura. §. ſed & quod principi. Sic & Papa, qui habet poteſtatis plenitudinem, hac lege lata cedere potuit oneri & honori. Ioan. Andr.

[Gl. ſeq. ponit differentiam.]

g ¶ Prædeceſſor.] cum dignitas vacat aliàs quàm per mortem, ſucceſſor non congrue dicitur prædeceſſor: ſed dicere deberet præceſſor. Prædeceſſor enim idem quod prædecedens: niſi dicere velis, quòd quomodocunque vacet prælatura, quo ad illam deceſſiſſe putetur. & eſt expreſſum 7. quæſt. 1. § ecce in quibus. & 33. q. 2. §. 1.

h ¶ Dum eiuſdem.] poſtea enim ipſius conſtitutio non valuiſſet: quia Pontifex non erat, vt ĩ. patebit.

i ¶ Fratribus. Cardinales ergo fratres vocat: cum de ipſis permixtim loquitur infra de officio legati. officij.

k ¶ Statuit.] credendum eſt Papæ hoc referenti. ĩ. de teſti. cum à nobis. in fine.

l ¶ Reſignare.] hoc expreſſe notat Ioan. 7. q. 1. non autem. in gl. magna. in fi. & facit quod not. 79. diſt. ſi quis pecunia. 18. q. 2. quàm ſit.

m ¶ Temporis.] hinc eſt, quòd antiquorum memoria melius præſcripta tenetur, & de hoc vide quod not. ſupra de proba. tertio.

n ¶ Obliuioni.] omnium enim habere memoriam, & in nullo peccare, &c. vt ſupra, vt eccleſia. benefic. vt noſtrum.

o ¶ Recidiuam.] quod eſſe non debet, vt ſupra de verborum ſignificatione, ex parte ſecunda. cum ſuis concordantijs.

p ¶ Memoriam.] facit infra de re iudicata, ad Apoſtolicæ. in ſuperſcriptione. & quod ibi dicam in 1. gloſ.

SI te præbendam.] Fraudulenta renunciatio non nocet expectanti. hoc dicit, ſecundum Zen. Prima prouidet impetrantibus contra fraudes, de quarum coniecturis ponit exempla ibi, Vt quia. Secunda ibi, Ceterum conuincit, & punit fraudulentos.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius cap. ꝙ Papa aliquãdo ſcribit pro aliquo ſub iſta forma: Mandamus, quatenus tali prouideas de præbenda vacante, ſi qua vacet in tali collatione, alioquin de prima vacatura: Aliquotiẽs Papa ita ſcribit: Mandamus quatenus tali prouideas de præbenda primo vacatura in tali collatione, ſi ipſam præbẽdam duxerit acceptandã: alioquin de illa quam ipſe acceptandam duxerit. In primo caſu iſte pro quo ſcribit Papa, nõ poterit petere niſi primo vacaturam: fallit in caſu huius cap. videlicet quando vacat in fraudem impetrantis.

† Hodie gratiæ quæ dicũtur expectatiuæ, ſiue aduacatura, omnino ſublatæ ſunt per cõcil. Triden. ſeſſ. 24. de refor. c. 19.

CAP. II.

SI te præbendam a † vel dignitatem in aliqua eccleſia proximo b vacaturam, auctoritate Apoſtolica c expectante, aliquis præbendam ſeu dignitatem d tenuem obtinens in eadem, e fraudulenter ei renunciet, f vt illa g primo ſic vacante, præcludatur tibi h via per conſequens ad obtinendum præbendam, vel dignitatem aliam pinguiorem, quæ per mortem alicuius, i vel aliàs k in ipſa eccleſia creditur veriſimiliter in proximo l vacatura: per renunciationem huiuſmodi (dummodo de præmiſſa fraude appareat, ſaltem per aliquas probabiles cõiecturas: m vt quia dictæ renunciationis tempore, is qui præbendam, vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur: vel aliquid aliud imminebat, propter quod illius præbenda, ſeu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur) nullum tibi volumus ob-

CASVS. Papa volens mihi facere gratiam in aliqua eccleſia, mandauit alicui epiſcopo, vt mihi prouideret de præbenda primo vacante in tali eccleſia, ſi qua vacaret; alioquin de proximo vacatura: Tractu temporis cum ſperaretur vacare quædam præbenda pinguis, quia forte canonicus erat ſenex, vel fecerat tractatum de intranda religione, vel volebat redire ad ſæculum, cum nondum eſſet in ſacris: Quidam aduerſarius meus proſequens me odio, vt me fruſtraret illa præbenda, quia habebat vnam præbendam modici valoris, forte vnius floreni, fecit vacare ſuam præbendam per renunciationem: nolo illam acceptare: poſtea vacat pinguis præbenda: volo illam petere: an poſſim? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſi appareat per coniecturas, ꝙ illa renunciatio fuit facta in fraudem, poſſum illam præbendam modici valoris omittere, & acceptare præbendam pinguem. Sed ponamus, ꝙ præbenda pinguis fuit collata illi canonico, qui renunciauit præbendæ modici valoris: vtrum eoipſo, ꝙ fuit ſibi collata, ſufficienter ſit probata fraus? Certe ſic: nec requiritur alia probatio fraudis: ideo debet ipſe priuari vtraque præbenda, ſcilicet illa cui renunciauit, & illa pingui, quæ fuit ei collata. Nota primo differentiam inter præbendam & dignitatem: & ſic patet, ꝙ canonicus non dicitur habere dignitatem. ad hoc. ſ. de reſcriptis, ſtatutum. in princi. de conſuetudine. cap. 1. eod. lib. Nota ſecundo, ꝙ habens gratiam ad proximum beneficium vacaturum, nõ poteſt acceptare aliud: niſi fraudulenter introducatur vacatio primi. Dominicus.

[Prima glo. ſummat, & dubium ſoluit.]

a ¶ Si te præbendam.] Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem quam habebat, non tenetur expectans illam recipere, immo illa dimiſſa expectabit aliam ſine fraude vacantem: Et ſi illi renuncianti illa pinguis poſtea conferatur: hoc ipſo probata ſit fraus, & carebit vtraque. Scire debes, ꝙ quia nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt, vt ff. de reg. iu. nemo videtur. infra eod. titu. ſcienti. puto nec decr. iſtam, nec eius pœnam locum habere, vbi expectans conſentit: quia hoc ſciens voluit illam tenuem habere: pone enim quod plus ſibi placet: prouiſo tamen quòd non committatur ſimonia.

ADDITIO. Et hæc quæſtio inter quæſtiones collatas in hoc ſtudio fuit prima in ordine diſputata per dominum Henricum Anglicum: ponebant tamen terminos, ꝙ renunciatio & collatio fuerant factæ clandeſtine: & ſuper hoc fundabat ſolutionẽ ſuã: quare dicebat illas non valere. Io. And.

b ¶ Proximò vacaturam.] debebatur enim ſibi primo vacans, vt infra de præben. ſi clericus. & ſic per fraudes videbatur via præcludi ad aliam. ſecus ſi haberet litteras ſuper ea, quam duceret acceptandam: quia tunc fraus iſta ſibi nõ præcluſiſſet viam: quod eſt verum, niſi acceptaſſet primam, quæ vacaret: quod poteſt licet certam & nominatam talis acceptare non poſſit. infra de conceſ. præb. ne captandæ. quia tunc per omnia idem.

c ¶ Apoſtolica.] quod eſt etiam in caſu decretal. infra de præbend. hi qui. & capit. ſi eum. & ſupra eodem, de reſcrip. cum aliquibus. cum ſimilibus. Alius enim, quàm Papa ad vacaturas contra Lateranenſe concilium ius non tribuit, vt ſupra de conceſſ. præben. capit. ſecundo.

ADDITIO. De legatis dic vt infra de offi. lega. c. 3. & 4. Io. And.

d ¶ Dignitatem.] ſingula ſingulis refert.

e ¶ In eadem.] eccleſia ſcilicet, in qua expectans. & idem ſi expectabat in ciuitate vel prouincia, ſi in ea fieret talis fraus: cum eadem ſit ratio.

f ¶ Renunciet.] de vacatione per renunciationem dicit: quia de illa ad titulum: ſed idem credo ¹ ſi in fraudem occideretur, vel deponeretur, ſcilicet qui tenuem obtinebat, vt præcluderetur expectanti via ad pinguẽ. & ſecundum hoc dicam quòd expectans primam vaturam, primam ſi vacat in eius fraudem, recipere non tenetur.

¹ Idem Philip. Franc.

g ¶ Illa.] tenui renunciata.

h ¶ Tibi.] cui debebatur prima & non ſecunda.

i ¶ Alicuius.] quia valde ſenex eſt, vel infirmus valde. Ioan. And.

k ¶ Vel aliàs.] puta quia tractat ille, qui in ſacris non eſt, de matrimonio contrahendo: vel quia electus eſt, vel eligi ſperatur in epiſcopum: vel religionem vult profiteri, vel de crimine accuſatur, propter quod creditur deponendus: vel his ſimilia.

Glo. ſeq. recit. per quæſtionem.]

l ¶ Proximò.] Idem credo, ſi non in proximò: dummodo fraudulenter fiat renunciatio talis, & poſſit id aliàs conſtare: quia ſemper ratio remanet: pone enim, quòd litteras habeo ad primam vacaturam, & Titius licet non ſperetur de prima vacatione: tamen quia odio me proſequitur, renunciat præbendæ, quæ valet vnum florenum, vt ſic me impediat in pinguibus, ſi vacarent: certe cum eadem ſit ratio, idem credo.

m ¶ Coniecturas.] Nota, ꝙ dolis probatur ex perſpicuis coniecturis. [C. de dolo. l. dolum. cum concord. Io Mona. remittit ad id quod plene nota. ſ. de re iud.] dolo. & qui eum allegat, probare illum debet. ff. de probat. l. quotiens. §. qui dolo.

n ¶ Omiſ-

a ¶ Omiſſa.] non enim debet acceptare ſi hoc ſcinit, ſed omittere : vt hic vides.

b ¶ Aliam.] puta, non vacauit illa, de qua ſperabatur, ſed alia : vnde ex quo non videtur acceptare illam quę primo vacauit propter illam fraudem, debebitur ei & tenebitur acceptare ſecundam vacantem. de præb. ſi cui. & c. ſi clericus. eo. lib.

† Quæ ſequuntur ab hoc loco vſque ad finẽ huius gloſſulæ, non reperiũtur in anti. codicibus.

ſtaculum interponi, quo minus (præbenda vel dignitate prædicta ſic fraudulenter renunciata, omiſſa) a poſſis dictam pinguiorem, cum eam, vel aliam b ſi prius ipſam vacare contigerit, auctoritate præfata libere petere veluti tibi debitam, c & habere. ¶ Ceterum ſi prædicto renuncianti huiuſmodi præbenda vel dignitas pinguior forſitan conferatur : eoipſo dicta fraus intelligatur eſſe probata : & idem renuncians habita d omnino careat, & ambita. e

c ¶ Debitam.] licet enim iſta non ſit primo vacans, ſed ſecundo : tamen ratione fraudis primo vacãs fingitur. & eſt ſi. ĩ. de reſcri. ſi propter eo. lib. & in hoc præfertur æquitas rigori propter fraudem. ad idem C. de iud. l. placuit. C. de fur. & ſer. cor. ſi quis ſeruo. & ĩ. de re. perm. c. vno. Et ſic nota caſum, in quo licet ſcribatur de prima vacatura : debetur ſecunda. alios caſus habes ad idem infra de præb. c. 2. in ſi. e. ti. & c. qa ſæpe. & c. cũ in eccleſia. & c ei cui. & ĩ. de re. permut. c. vno.

† Ex vicinitate tẽpis aliquid præſumitur. no. l. poſt contractum. ff. de do. Bald. in l. 1. C. de ſer. fu. dicit præſumi ꝯ illũ, qui ſecrete locutus eſt ei, q ſtatim occidit. Phil. F.

d ¶ Habita.] cui ſemel renunciauit : & ſic repetere non poterit. ſeptima quæſtio. prima. quàm periculoſum. cum ſim.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium.]

e ¶ Ambita.] ſ. per cupiditatem & fraudem : & eſt ſi. ĩ. de tranſla. licet. & c. quanto. 7. q. 1. ſi quis eps̃. [Benefacit. ff. de diuor. ſi filia. ff ſol. mat. ſi filiæ. Io. Mo.] Suis ergo terminis ſit quiſque contentus, nec vltra menſuras ſui iuris affectet augeri: vt in prædi. c. ſi quis. in ſi. Ambita aũt ideo carere debet : quia expectanti debetur: ſed etiam ſi non deberetur : puta quia vacauit alia ante illam, ob quam fiebat renunciatio: tamen non debebatur renuncianti, qui eam adeptus eſt : cum iſte finis non diſtinguat : & ad hoc faciunt prædicta iura.

DE SVPPLENDA NEGLIgentia prælatorum.

¶ Rubrica iſta poteſt dupliciter continuari: Vno modo ſic: viſum fuit ſupra titu proximo. qualiter quis perdat adminiſtrationem eccleſiaſticam per renunciationem : verum quia aliquotiens quis repellitur ab adminiſtratione propter ſuam negligentiam: ideo poſt rubricam præcedentem annectitur pręſens rubrica de ſupplenda negligentia prælatorum. Alio modo poteſt continuari ſic : Quia quandoque ſunt negligentes in adminiſtratione ſuorum beneficiorum : poſſet dubitari, an aliquis poſſit ſupplere defectum prælatorum negligentium : ideo ad nos informandum qualiter quis poſſit ſupplere negligentiam prælati : annectit rubricam de ſupplenda negligentia prælatorum.

Romana.] Sunt tres partes ſecundum Hoſt. & Io. Mona. primo reuocat edictum : Secundo cauſam reddit ibi, Quia etiam. Tertio antipophorizat ibi, Sed alia. Secundũ dominum Heliam Reg hoc c. ſic ſummatur. Excommunicato epiſcopo, iuriſdictio ſua non deuoluitur ad ſuperiorem. hoc dicit.

CASVS. Cum archieps̃ Remenſis prouinciam ſuam viſitaret, non fuit receptus debito modo à ſuis ſuffraganeis, vnde eos excõicauit: Et quia excõicati nõ poterãt exercere iuriſdictionem : fecit proponi edictum, vt ſubditi ſuorum ſuffraganeorum pro cauſis ſuis dirimẽdis adirent ſuum officialem : Vnde ſuffraganei archiepiſcopi Remenſis conqueſti fuerunt Romano Pontifici, ꝙ archiepiſcopus Remẽſis vſurpabat ſuas iuriſdictiones, quod facere non debebat; cum iſte caſus nõ ſit de caſibus enumeratis in c. paſtoralis. de offic. ord. in antiq. vbi enumerantur caſus, in quibus metropolitanus poteſt exercere ſuam iuriſdictionẽ in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum : Vnde Papa caſſauit illud edictum : quia iuriſdictio ſuffraganeorum non poterat deuolui ad ipſum archiep̃m : & ſi ſuffraganei deliquerant poterat archiepiſcopus ipſos aliter punire : ſed per hoc non eſt auferenda eorũ iuriſdictio. Nota primo ex hoc c. ꝙ metropolitanus poteſt totam ſuam prouinciam viſitare, & procurationem à ſuis ſuffraganeis petere : qui ſuffraganei ſi nolint eum procurare, vel eo modo quo debent : poterit illos excommunicare pro illa inobedientia. Nota inſuper principalem effectum, ad quem emanauit præſens cap. ꝙ ſi epiſcopus fuerit excommunicatus, iuriſdictio ſua propter hoc non deuoluitur ad ſuperiorem. concor. c. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. in antiq. vbi dr̃, ꝙ ep̃o excõicato metropolitanus vel capitulum non poteſt cõferre beneficia ſpectantia ad collationem ſolius ep̃i : quia deuolutio non fit ad metropolitanum: niſi negligenti ep̃o per ſex menſes: modo ſi eps̃ fuerit excõmunicatus, non poteſt dici negligens : quia etiam ſi vellet non poſſet conferre: ſed metropolitanus debet expectare ꝙ eps̃ ſit abſolutus: & tunc poſt abſolutionem incipiunt currere illi ſex menſes : Et iſtud verum, niſi eps̃ excommunicatus eſſet negligens in petenda abſolutione : quia tunc etiam illi ſex menſes incipiunt currere à tempore negligentiæ.

† Huc ſpectant tradita per Ioan. Andr. in c. nouit. & p Fel. in c. paſtoralis. ex̃ de off. leg.

TITVLVS VIII.

De ſupplenda negligentia prælatorum.

¶ Innocentius quartus.

¶ Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati ad metropolitanum non deuoluitur. Ioan. Andrea.

CAP. I.

ROmana f † eccleſia. g & infra. ¶ Edictum vero per Remenſem prouinciam pu-

[Prima glo. ponit caſum litteralem, & ſummarium.]

f ¶ Romana] CASVS. ‡ Dum archieps̃ Remenſis viſitaret prouinciam Remenſem, & non debito modo fuiſſet à ſuffraganeis receptus, excommunicauit eos, & fecit proponi edictum per totam prouinciam Remenſem, ꝙ omnes ſubditi ipſorum ſuffraganeorũ adirent ipſum pro ſuis cauſis dirimendis: Papa Innocentius reuocat hoc edictum : ‡ & dicit ꝙ licet ipſi ſuffraganei ꝓ ſuis culpis excommunicati ſint, non tamen ad ipſum archiepiſcopũ iuriſdictio ipſorum deuoluitur : cum id cautum non reperiat in iure: licet aliàs pro culpis ipſos poſſit debita pœna punire. In ſumma hoc dicit : Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati ad metropolitanum non deuoluitur.

‡ Hic caſus Io. And. eſt & in antiq. codicib. reperitur.

‡ Si reuocauit ad petitionẽ ſuffraganeorũ, q excõicati erant: hoc fecit ex plenitudine poteſtatis ſm Boati. vel ſi fuit exceptũ, vel fuerant abſoluti, vel forte erãt in hoc rei cõuicti, qa nõ parebãt edicto. Io. And.

g ¶ Romana eccleſia.] multas decrec. eiuſdem nominis & auctoris, & de eadem cauſa, quæ erat inter Remẽſem archiepiſcopum & ſuffraganeos ſuos. habebis in proceſſu huius libri.

ADDITIO. Nouem ſunt præter iſtam. & Hoſt. & Ioan Monachus hic illas enumerant. de offi. vica. & de off. ordi. de fo. compet. de teſti. de appel. de cenſi. de pœnis. de pœnitent & remiſ. de ſenten. excom. Romana. Ioan. And.

a ¶ Publi-

a ¶ Publicatus.] ex parte archiepiſcopi Remenſis.

b ¶ Subditis.] in quos archiepiſcopus iuriſdictionem non habet: niſi in certis caſibus expreſſis à iure. & no. ſ. de off. ord. paſtoralis. Et ideo edictum iſtud reuocari debuit, cum vrgeret in præiudicium ſuffraganeorum, & aliorum inferiorũ iuriſdictionẽ habentium: & ſuum ius abſorberet: quod eſſe non dẽt: cũ non niſi per appellationẽ ad ipſum quæſtiones tales deferantur: nec ipſe plus iuris ſibi poteſt vendicare, quàm ei per canones ſit cõceſſum. de offic. ord. cap. duo ſimul. 9 q. 3. conqueſtus. & q. 2. c. 2 & 10 q. 3 quia cognouimus, & 18. q. 2. cap. 1.

ADDITIO. Caſus in quibus archiepiſcopus iuriſdictionem habet in ſubditos ſuffraganeorum, vide hic per Hoſt. & Ioan Monachum, qui etiam ponunt hic verſus, quos ipſe Hoſt. ponit & exponit in ſumma, de offi. ord. § quid pertinet. quos quia ibi habes, hic decido proſecutionẽ ipſorum. Verſus autem ſunt hi.

Officium varium, forus, appellatio, crimen,
Peccans, non parens, res, conſultatio, deſes:
Præſul, canonici tumidi, ſententia nequam:
Viſitat, indulget cuſtos, quia Papa dat vſus:
Permutat ſocijs ſuſpectus: cumque remittis:
Caſibus his primas ſubiectos præſulis arcet.

† Nota ꝙ quis poteſt pluries puniri ex eadem culpa, qñ perſiſtit in eius contumacia ad hoc, vt li. non conte. qm. in fi. Domin.

dilectus. de tranſla inter. in anti. vbi de hoc. Et facit ad ea quæ notantur de diſpenſatione epiſcoporum. ſupra de iudic. at ſi clerici. & 50. diſt. in ſumma. & c. miror.

h ¶ Pœna.] ſecundum qualitatem delicti, vel cauſæ. ſup. de offi. deleg. ſane. 1.

blicatum [a] vt à ſubditis [b] epiſcoporum ipſius prouinciæ, pro audiendis & terminandis eorum cauſis [c] libere ad Remenſem curiam accedatur, penitus reuocamus. Quia etiã ſi tenerentur [d] ijdem epiſcopi pro ſuis [e] culpis [f] vinculo excommunicationis aſtricti: non tamen ex culpis † ipſis (cum id non inueniatur à iure conceſſum [g]) ad Remenſem archiepiſcopum iuriſdictio deuolueretur eorum: Sed alia forte ꝓ illis pœna [h] ipſis canonica poſſet infligi.

¶ Idem baronibus & comitibus regni Portugal.

¶ Si ille, qui præeſt, eſt negligens & remiſſus, debet ſuperior illi dare idoneum coadiutorem. h. d. Io. And.

CAP. II.

GRandi [i] non immerito: & infra. [2] Mãdamus, quatenus dilectum filium nobilem virum comitem Bolon. præ-

GRandi.] De hac decre. facit additionem Gul. in Spec. de feu. §. 2. in fi. Et primo ponit mandatum: Secundo dat ipſius executores: ibi, Alioquin. Tertio proteſtatur ibi, Per hoc. Et prima pars continet quattuor: nã præmiſſa coadiutoris cõmendatione, & ad quid detur: & ſublatis obſtantibus, mandat illum prius recipi: Secundo ſibi pareri: Tertio ſibi ſuffragari: Quarto de redditibus illi reſpõderi. Io And.

¶ Nota primo principalem effectũ huius cap. videlicet, ꝙ ſi ille qui præeſt alicui communitati ſit negligens & remiſſus, poteſt ſuus ſuperior ſibi dare coadiutorem, qui in iure vocatur curator. Nota vlterius conditiones requiſitas in coadiutore, & in illo, qui præeſt alicui communitati: quia debet eſſe deuotus erga Deum, circumſpectus, plenus oculis, & bonus mundanus. Nota inſuper, quod officium coadiutoris expirat per mortem illius, cui datus eſt coadiutor: Caueas tamen ne te fallat gloſſa finalis, quæ dicit, quòd ſi ille, cui datus eſt coadiutor, non habeat filios: quod ipſe coadiutor ei ſuccedet in regnum: Si autem habeat filios, illi filij ſuccedunt. Ex qua gloſſa voluerunt quidam dicere, ꝙ quando datur coadiutor alicui prælato in caſibus, in quibus eſt dandus ſibi coadiutor, ꝙ prælato mortuo ſuccedit coadiutor in prælatura: Vt ſi epiſcopus Pictauen. eſſet affectus infirmitate lepræ vel alio morbo, & daretur ſibi coadiutor: mortuo epiſcopo Pictauen. coadiutor ſuccederet in epiſcopatu: ſed illud eſt falſum: quia officium coadiutoris expirat per mortem illius qui eſt datus coadiutor: ſed gloſſa illa debet intelligi, quod adiutor illius regis ſibi ſucceſſiſſet in regnum, ſi rex ipſe nullos habuiſſet filios: quia ille comes de quo in textu datus coadiutor, erat proximior ipſi regi, & ei ſucceſſiſſet, ſi rex non habuiſſet filios: etiam ſi non fuiſſet datus coadiutor ipſi regi.

[Prima gloſſa ponit caſum litteralem, & ſummarium.]

i ¶ Grandi.] CASVS. [2] Rex Portugalliæ negligens erat & remiſſus circa regnum & ſubditos eius: prodigus, & diſſipator erat, permittebat eccleſias, monaſteria, & pia loca regni ſui, & ipſas perſonas eccleſiaſticas aggrauari: viduas etiam & pupillos, & orphanos, & ceteros in regno ſuo degentes grauabat, vel grauari ſinebat: quare Papa ſupradicto regi & regno & omnibus ibi degentibus prouidere volens, dedit ipſi regi in coadiutorem nobilem virum comitem Bolon. fratrem prædicti regis, deuotum, circumſpectum, magnanimum, & potentem: & per quem ſperat futuram reformationem ipſius regni: Mandat ergo baronibus & comitibus ipſius regni Portugalliæ, quatenus dicto comiti & coadiutori, cum ad eos acceſſerit, non obſtantibus aliquibus fidelitatibus, homagijs, ſeu pactis vel iuramentis: ſi in aliquibus his ſunt regi aſtricti, debitum honorem exhibeant: & eum cum omnibus ſuis recipiant in ciuitatibus, & munitionibus, villis, caſtris, & ſingulis locis ipſius regni: & eius mandatis obediant:

[2] Hic caſus Io. An. eſt, & antiquis codicib. reperitur.

c ¶ Cauſis.] quas inter ſe habent ipſi ſubditi: nõ intelligas de cauſis, quas haberent ſubditi contra ſuffraganeos ipſos: quia tunc licitum eſſet edictum. 11. q. 1 peruenit. & c. ſi quis cum clerico. & c. ſi clericus cum ſi.

d ¶ Tenerentur.] hoc dicit quia forte non conſtabat an iuſte fuiſſent excommunicati.

e ¶ Pro ſuis.] pro alienis enim non debent excommunicari, vt 24. q. 3. ſi habes.

[Glo. ſeq. ſignat, & ſoluit duo contraria.

f ¶ Culpis.] Nota ꝙ licet ex ſua culpa excommunicatus ſit epiſcopus, ita ꝙ iuriſdictionẽ exercere non poſſit: non tamen propter hoc ad metropolitanum ſuum transfertur iuriſdictio. ſupra de conceſ. præben. quia diuerſitatem. ſed propter negligentiam bene transfertur iuriſdictio [1] & præbendarum donatio de epiſcopo ad archiepiſcopum: vt ibi, & ſup. eod. titu. per totum. Nota ergo ꝙ licet in negligentia epiſcopi archiepiſcopus ſuppleat vicẽ eius: non tamen in delicto. & concordat optime ſupra eo. li de elect. quamquam. Sed contra infra de temp. ord. c. 2 vbi vicini epiſcopi ſupplent poteſtatem, quã perdidit epiſcopus propter delictum ſuũ: & illud ſpeciale propter fauorem ordinum ſuſpiciendorum: in quorum dilatione poſſet eſſe periculum, & procedit ex conceſſione expreſſa ipſius decr. Itẽ contra ſ. de off. dele. ſi is cui vbi propter delegati excommunicationem, de ſubdelegato appellatur ad primum delegantem, Solutio: non ſic dependet iuriſdictio epiſcoporum ab archiepiſcopo, ſicut delegatorum Papę ab ipſo Papa: ad hoc ſupra de re iud. duob. & in appellatione. quæ habet fieri infra certum tempus, & proſequi etiam immineret periculum, ſi primus delegans non ſuppleret: & ideo aliud ibi.

[1] Idem Philip. 9. q. 3. c. cũ ſcimus. Fon.

[2] Iuriſdictio epĩ non ita depẽdet ab archiepiſcopo, ſicut delegatorum Papæ ab ipſo Papa.

g ¶ Conceſſum.] ſim. infra de ſent. excõ. is qui. Et no. intelligi prohibitũ quod non eſt cõceſſum. de tẽp. ord.

obediant: & ſibi auxilium contra quoſlibet violentos & repugnantes impendant: De redditibus & iuribus omnibus ipſius regni ſibi integre reſpondẽdo: vt dicto regi ſecundum ꝙ decet excellentiam ſuam, & ſibi & ſuis de prædictis, & neceſſitatibus regni prouidere valeat: Vult tamen quod perſonam ipſius regis vel ſui legitimi filij (ſi quem illum habere contingeret debeat fideliter conſeruare. Notificat autem eis, ꝙ ſi ipſi prædicta non fecerint: ipſe mandauit duobus iudicibus, quod eos ad id eccleſiaſtica cenſura, appellatione ceſſante, compellant. Proteſtatur in fine, quòd per hoc non intendit regi præfato, uel ſuo legitimo filio (ſi quẽ habuerit) prædictum adimere regnum; ſed ſolum per prouidentiam ipſius comitis conſulere ipſi regi, regno, & ſubditis dicit in ſumma hæc decretalis: Si ille, qui præeſt, eſt negligens, & remiſſus: debet ſuperior illi dare idoneum coadiutorem.

fati [a] regis [b] Portugalliæ fratrẽ, [c] de deuotione, [d] probitate, ac circumſpectione [e] multipliciter commendatum, [f] qui eidem regi (ſi abſque legitimo [g] decederet filio) iure [h] regni ſuccederet: quique [i] examinatæ dilectionis [k] affectu, quo vos, & prædictum regnum proſequitur (magnanimitate, ac potentia [l] ſibi plurimum ſuffragantibus) regnum ipſum maturius reformaturus firma credulitate ſperatur, præſertim cum ad curam, & adminiſtrationem generalem, & liberam [m] regni eiuſdem tam † pro ſępedicti regis, quàm ipſius regni vtilitate, (ſi prouide attendatur) ac ad defenſionem [n] eccleſiarum, monaſteriorum, [o] aliorumque piorum locorum regni præfati, & perſonarum eccleſiaſticarum, tam religioſarum, quàm ſecularium, nec non viduarum, [p] orphanorum, & ceterorum ibidem degentium, ac deperditorum [q] inibi recuperationem ſalubriter, vt in Domino confidimus,

† al. ita: nõ minus pro ſępedicti regis, q̃ &c. aliàs ita: rõ p ſpe dicti regis, q̃ &c.

a ¶ Præfati,] in deciſione, ſub illo infra.

[Glo. ſeq. obijcit & ſoluit.]

b ¶ Regis.] rex iſte diſſipator & negligens erat, vt patet per inferiora: & per vtrũque videtur ꝙ potuerit remoueri: Primũ probatur ſupra de elect. ꝙ ſicut, in fi. 12. q. 2. monemus. Secundum ſupra de offi. cuſto. cap. 1. 1. q. 1. cap. ſi qui epiſcopi. §. ecce. cum honoris. 81 diſtin. dictum. vbi de hoc. & ſic non debuit ei curator dari: ſed potius debuit regno priuari: & ſic ad fratrem ordine geniture conuerti, cum filios non haberet. ſupra de voto, licet. Dic ꝙ rex, ¹ cui per ſucceſſionem regnum defertur, propter ſupradicta priuari non debuit: ſed curator dari: vt hic factum fuit; ad inſtar furioſi ſeu prodigi. ff. de cur. fu. l. 1. & cuſtodiet regnum & regem: ſicut ipſe curator furioſum & patrimonium. ff. eo. tit. l. conſilio. & ſatiſdat talis rem eius, cui datur ſaluam fore. ff. eo. tit. l obſeruare. & ſeq. & C. de cu. fu. l. vlt. §. ſed cum antiquitas, Papa autem hic non curat cautionem requirere: Propter delictum autem bene priuatur rex regno per ſuperiorem ſuũ, vel per eccleſiam cũ ſuperiorem non habet, de re iud. ad Apoſtolicæ. 15. q 6. alius. & ſ. de vo. licet. & tunc vel ſuccedet proximus, ſi eum per ſucceſſionem defertur: vel eligent illi, ad quos pertinet, alium. ſ. de elect. cap. venerabilem.

¹ Idem in duce comite & ſimilibus, ſm Innocẽtium.

ADDITIO. Archi. in materia, in prin. huius gl. tractat, an videlicet rex propter negligentiã remoueri poſſit alleg. de offi. arch. ea quæ. de re iu. quãuis. in ant. C. de fun. pa. l. 2. li. 11. & remittit ad notata per Goffr. in ſumma huius tit. circa mediũ. Diſtinguit autem neglectum & negligentiam: de primo 11. q. 3. placuit. & iſtud poſt monitionem: ſecundum ante monitionem, in quo locum habet. 1. q 1. quicquid. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium.]

c ¶ Fratrem.] cõtra ff. vbi pu. mo. vel edu. de. l. 1. & pen. vbi dicitur, ꝙ pupillus apud illas perſonas educari non debet, quæ ad ipſius ſucceſſionem aſpirant: & facit. ſupra de conuer. in fi c. vlt. ſed ſecundum Ber. rex iſte non educabitur apud fratrem: ſed per ſe & cũ ſua honorabili familia & curia: nec erat iſte frater ſuſpecta perſona.

d ¶ Deuotione.] circa Deum ſcilicet & Romanam eccleſiam.

ADDITIO. Dicunt Pet. & Arc. circa fidem catholicam. Ioan. And.

e ¶ Circũſpectione.] erat enim plenus oculis, ad hoc ſ. de elect. ſcriptum. & tales debent eſſe etiam archidiaconi. 93. diſt. diaconi.

f ¶ Commẽdatum.] multis modis ſumitur commendare: quod dic vt ſupra de accuſa. ſi conſtiterit. ſupra e. lib. de elect. nemo.

g ¶ Legitimo.] illegitimus enim non ſuccedit, vt ſupra qui fil. ſint le. per venerabilem. in fi. nec educari vel ali debet, vt ibi. de quo dic vt ſupra de eo. qui dux. in ma. quam pol. per adul. cum haberet. nec ad ordines promoueri, vel ad beneficia eccleſiaſtica ſine diſpenſatione quòd dic vt infra. de fi. preſby. cap. 1. Ioan. And.

h ¶ Iure regni.] quia debebatur ex ſucceſſione: hoc vult dicere.

ADDITIO. Remiſſiones dedi. de elect. venerabilem. in fin. quæ eſt contra. ſed loquitur in imperio. Ioan. And.

i ¶ Quique.] tolle infra, regnum ipſum reformaturus, &c.

k ¶ Dilectionis.] quod enim quis non diligit, facile contemnit. 20. q. 3. præſens.

l ¶ Potentia.] prodeſt potentia, vt hic. & de hoc in Authen. de app. conſtitutus. 2. interdum nocet ſupra eo. lib. de elect. fundamenta. §. proinde. cum ſi. ſup. de loca. potuit. cum concor.

Potentia p deſt, & nocet.

m ¶ Liberam.] licet liberam habeat, donare non poteſt. ff. de pac. contra iuris ciuilis. ff. de dona. l. filiusfamilias. ſi tamẽ iuſta ratione motus donauerit, valet donatio, vt in prædicta l. filius. Tenetur autẽ reuocare ea, quæ male ſunt alienata, vt infra, ibi, de perditorũ recuperatione: immo ipſe rex reuocare deberet. non obſtãte iuramento de non reuocandis. ſupra de iureiuran. intellecto. ſecundum Ber.

Liberã habens adminiſtrationẽ an poſſit donare.

ADDITIO Liberam habens adminiſtrationem, de quo fit mentio in prin. huius glo. interdum donare poteſt: quod habet locum præcipue in curatoribus regũ. ſecundum Inno. cum regibus ſpeciale & proprium ſit donare ſecundum eum. ff. de admini. tu. cum plures. §. penult. Ioan. Mona. arg. contra ſupra de iureiuran. intellecto. Illud in enormi præiudicio: vt ibi dixi. Io. Andr.

n ¶ Defenſionem.] ad quam tenentur ipſi principes ſęculares, vt 23. q. 5. principes. &c. regnum. & c. adminiſtratores. Ioan. And.

o ¶ Monaſteriorum.] Nota ar. nomine eccleſiarũ monaſteria non cõprehendi. ad idem ſupra de elec. ſciant. eo. li. & 11. fra de ſent. excõ. c. vlt. §. adijcimus. ³ Contra. 54. diſt. §. hac autem auctoritate Ioan And.

³ Eſt verũ in materia ſtricta. Domi. Fon.

p ¶ Viduarum.] de quibus an pertineant ad iudicium eccleſiæ? dic vt no. ſupra de foro competen. ex tenore. Ioan. And.

q ¶ Deperditorum.] propter regimen malum. ſupra eodem libr. de electi. fundamenta. §. digne itaque.

a ¶ Pa-

ſit aſſumptus: cum ad vos acceſſerit (fidelitate, homagio, iuramento, ſeu pacto, [a] ſi aliquibus forte præfato regi, vel cuicunque alij perſonæ teneamini, aut etiam ipſius regis prohibitione: [b] dummodo perſonam eius & vitam, ac legitimi ſui filij, ſi aliquem ipſum habere contigerit, fideliter conſeruetis, [c] debitum eis exhibentes honorem, [d] nequaquam obſtantibus) in ciuitatibus, [e] caſtris, villis, & munitionibus regni prædicti, cum omnibus ſuis recipere, ac eius diſpoſitioni, ordinationi, & mandatis vniuerſaliter ſinguli, & ſingulariter vniuerſi, per omnia, & in omnibus intendere abſque difficultate qualibet procuretis: [f] impendentes ſibi contra quoſlibet repugnantes, ac etiam violentos, [g] conſilium, auxilium, & fauorem: de redditibus, [h] prouentibus, omnibuſque præfati regni iuribus, ſine diminutione [i] aliqua, plenarie reſpondendo: vt de illis dicto regi, ſecundum quòd ſuam decet excellentiam, [k] ſibi ac ſuis, & præfati regni neceſſitatibus pro tempore, ac negotiorum emergentium qualitate, valeat prouidere. Alioquin [l] venerabilibus fratribus noſtris Bracharenſi † archiepiſcopo, & epiſcopo Colimbrienſi, damus noſtris litteris in † præceptis: vt uos ad id monitione [m] præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellant. ¶ Per hoc autem non intendimus memorato regi, vel ipſius legitimo † filio (ſi quem habuerit) prædictum regnum adimere: ſed potius ſibi, & eidem regno deſtructioni expoſito, ac vobis ipſis in vita [n] ipſius † regis, per ſollicitudinem & prouidentiam comitis conſulere ſupradicti.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Epiſcopo à Paganis, vel a ſchiſmaticis capto, non archiepiſcopus, ſed capitulum adminiſtrat: niſi Papa quam cito hoc fieri poterit ſuper hoc per capitulum conſulendus aliter ordinaret. Io. And.

59 CAP. III.

SI epiſcopus [o] à Pa-

---

a ¶ Pacto.] ad idem infra de offic. ordi. quia plerique.

b ¶ Prohibitione.] non enim poteſt ſubditis prohibere, quin obediant & intendant curatori in his, quæ ad curam regni & ipſius regis honorem pertinent: cum ad hoc procurandum aſſumptus ſit: impediretur enim ipſius officium.

c ¶ Conſeruetis.] ad hoc ſupra de iureiu. petitio.

d ¶ Honorem.] vt 7. q. 1. quia frater.

e ¶ Ciuitatibus.] quę murorũ ambitu terminantur, vt infra de ſenten. excom. ſi ciuitas. Io. And.

f ¶ Procuretis.] huc uſque eſt littera ſuſpenſiua. B.

g ¶ Violentos.] ſic enim iuſte bellabit ſe defendendo, [1] 23. q. 2. ca. 1. & ſupra de iureiur. ſicut 3. & ſic obedire debent, ex quo conſtat iuſtum eſſe bellum: ſed & idem eſt cum dubitatur an ſit iuſtum, nec ne, vt 23. quæſtio. 1. quid culpatur. in ſi. cum autem certum eſt bellum [2] iniuſtum ſecus. 11. quæſtio. 3. Iulianus. & c. ſi dominus. & c. non ſemper. cum ſi.

[1] Facit ca. dilecto. de ſent. excõ. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi. ar. no. in l. hoſtes ff. d ca. in ca. olim, primo. ĩ. de reſtit. ſpol. Pet. de Ancha. Font.

[2] Vide beatum Thomam 2. 2. q. 40. art. 1.

h ¶ Redditibus.] generale nomẽ eſt: plus enim eſt in redditu quàm in fructu: vt Partus ancillæ. ff. de vſur. in pecudum. §. partus. ff. ad Trebel. deducta. §. hæreditatem. & dixi ſupra de elect. generali.

i ¶ Sine diminutione.] ad idem, ſupra de verb. ſign. cum inter vos.

k ¶ Excellentiam.] facit ſupra de præb. de multa. in ſi. 7. q. 1. quamuis. ſed remoto pro crimine ſumptus non miniſtrantur: quia male meriti debent ægeſtate laborare. ff. depoſiti. bona fides.

l ¶ Alioquin.] ideſt, ſi eum recipere, mandatis parere, adiuuare, de redditibus integre prouidere prædicto comiti contempſeritis.

m ¶ Monitione præmiſſa.] quæ ſemper excommunicationem præcedere debet. 12. q. 2. indigne. 24. q. 3 de illicita. ſupra de ſent. excom. ſacro. cum ſi.

n ¶ In vita ipſius.] Nota coadiutoris officium expirare morte eius cui adiutor datus eſt; [3] tunc enim poteſtas ad capitulum pertinet in eccleſia cathedrali. infra c. 1. & 2. mortuo autem rege, aut reliquit filium, qui ex ſucceſſione rex erit, & ſic ceſſat iſtius coadiutoris officium; aut non: & ſic iſte rex erit, & deficiet eſſe coadiutor: & ideo dicit, in vita.

[3] Tenet B. in l. quæſitum. ff. de tut. facit c. conſulti. ĩ. de procura. Pet. Font.

SI epiſcopus.] Aliter non diuiditur: quia textus ſub vno constructu dependet. Dom.

CASVS Epiſcopus Pictauen. fuit captus à Paganis, & ſic fuit effectus eorum ſeruus: vel fuit captus à ſchiſmaticis: ideſt diuiſis ab vnione eccleſiæ: puta q a duo gerebant ſe pro Romano Pontifice: Quęritur quis adminiſtrabit in epiſcopatu Pictauen. vtrum archiepiſcopus Burdegalenſis, vel capitulum ipſius eccleſiæ Pictauen. Reſpondet Romanus Põtifex, quòd cum epiſcopus ipſe captus ab infidelibus vel ſchiſmaticis cenſeatur mortuus: capitulum adminiſtrabit, ac ſi eſſet mortuus naturaliter: Nã ſi mortuus eſſet naturaliter, capitulum, non archiepiſcopus adminiſtraret capit. cum olim. de maior. & obedien. in ant. Et iſtud verum, niſi Papa illi eccleſiæ alio modo prouideret: puta, ſi Papa illi eccleſiæ aliquem deputauit ad adminiſtrandum: tunc ille adminiſtraret quem Papa deputauit ad adminiſtrandum: Nam Papa poteſt illi eccleſiæ aliquem adminiſtratorem deputare: quia epiſcopus fingitur mortuus, licet re vera adhuc viuat.

† De his epiſcopatib. vide Ioannem Vaſæũ in annalib. Hiſpaniæ, c. 20.

† al. ita: in mandatis.

† Pręter doctores hic, vide Cynũ & Bal. in l. ſi viua matre. C. de bon. matet. Aret. conſil. 153. Bal. in l cum antiquiorib. C. de iure d lib. & Guili. Monſerrat in tract. ſucceſſionũ ĩ primo dubio.

† al. infid.

Nota primo quòd captus ab infidelibus dicitur ſeruus infidelium, & fingitur mortuus ciuiliter: Et ſic habes hic caſum, quo mors ciuilis æquiparatur morti naturali. vide gl. ſupra eo. lib. de reſcript. ſuſceptũ. Nota principalem effectum huius c. videlicet, quòd epiſcopo capto à Paganis vel ſchiſmaticis, metropolitanus non adminiſtrat: ſed capitulum, ac ſi per mortem naturalem epiſcopi ipſa eccleſia vacaret. Nota finaliter, quòd Papa poteſt dare eccleſiæ cathedrali vnum uiſitatorem ſiue adminiſtratorem: & auferre adminiſtrationem ipſi capitulo.

¶ Gloſſa prima ſummat, & dicit vnde orta.]

o ¶ Si epiſcopus.] Epiſcopo à Paganis, vel à ſchiſmaticis capto, non archiepiſcopus, ſed capitulum adminiſtrat: niſi Papa quamcito hoc fieri poterit, ſuper hoc per capitulum conſulendus, aliter ordinaret. Habuit ortum hæc decretalis ex his, quæ notat Hoſtienſis ſupra de maior. & obed. cum olim.

ADDITIO. Et facit ad ea quæ notantur 7. quæſt. 1. paſtoralis. in ſi vlt. glo. & 71. diſtin. clericos, in glo. 2. Ioan. And.

a ¶ A pa-

a ¶ Paganis:] vel hæreticis, de quibus idem iuris, vt ſupra de hæreticis, ſi quis epiſcopus. & ſchiſmatici 1 dicũtur. 24. q 3. inter hereſim. Ioan. And.

b ¶ Non archiepiſcopus.] cum hoc nõ reperiatur in iure expreſſum: vt ſupra eo. c. 1. infra c. proxi.

[Glo. ſeq. notat & remittit]

c ¶ Sed capitulum.] ipſius cathedralis eccleſiæ, cuius epiſcopus captus eſt. Et ſic nota quòd ſicut capitulum cum vacat eccleſia ſupplet vicem epiſcopi in iuriſdictione, vt infra cap. proxi. de Inſtit. c. 1. ſupra de maio. & obed. cum olim & infra de maio. & obed. cap. 1. ſic & cum quaſi vacat, vt hic. Et ſic nota ciuilem mortem æquiparari naturali. & eſt ſimile C. de dona. inter virum & vxo. res vxoris, vbi donatio cauſa mortis confirmatur morte ciuili ſicut naturali. ad idem C. de epi. & cle. l. vlt. De hoc tamen dic vt not. Io. 16. q. 1. placuit. 2. Ioan. And.

1 Vide Eymericũ in Directorio inquiſitorũ p. 2. q 48. & Turrecr. in ſum. de eccleſia lib. 4. p. 1. c. 1. & ſeq.

† Sacrarum rerum ſcriptores, paganos vocãt omnes idolorũ cultores.

ganis, a † aut ſchiſmaticis capiatur: non archiepiſcopus, b ſed capitulum, c ac ſi ſedes per mortem d vacaret illius, in ſpiritualibus e & temporalibus f miniſtrare debebit: g donec eum libertati h reſtitui, vel per ſedem Apoſtolicam (cuius intereſt Eccleſiarum prouidere neceſſitatibus) ſuper hoc per ipſum capitulum quam citò commode poterit conſulendam, i aliud contigerit ordinari. k

d ¶ Mortem.] renunciationem, tranſlationem, depoſitionem, vel alio modo.

e ¶ Spiritualibus.] in his quę requirunt ordinem, vocabunt vicinos epiſcopos cũ cautelæ ſtudio. 7. q. 1. Pontifices. ſupra eo. lib. de elect. is cui. Beneficia autem quæ ſpectant ad collationem ſolius epiſcopi, nõ conferent, vt ſupra ne ſede vacan c. 2. & infra eo. tit. c. vnico. quia id non facerent, ſi per mortem naturalem vacarent, & ibi; nec dant clerico licentiã tranſeundi ad aliam diœceſim. 71. diſt. fraternitatem.

ADDITIO. Vide quod dixi infra cap. prox. in fi. Ioan. And.

f ¶ Temporalibus.] ita ꝙ de immobilibus bonis nihil alienent. ſupra eo. lib. de electio. is cui.

[Glo. ſeq. quærit, arguit negatiue, ponit tres opiniones, & tertiam approbat.]

g ¶ Debebit.] Pone, archidiaconus poſt epiſcopũ præeſt capitulo: ep̃s à ſchiſmaticis captus eſt, & poſtmodũ archidiaconus mortuus: quem capitulum habet eligere, & epiſcopus confirmare: eligit capitulum T. in archidiaconum: Quæritur quis habeat cõfirmare? Et vĩ ꝙ capitulum talem confirmare non poſſit: quamuis. n. circa inferiores inueniamus permiſſum capitulo ſupplere epiſcopalem iuriſdictionem: circa ſuperiores non reperimus conceſſum: immo videtur prohibitum. ad hoc ſ. de maio. & obed. cum inferior. & 21. diſt. inferior. quidam dixerunt Papam & non alium hunc confirmare poſſe: ad hoc infra de offi. vica. c. 1. Alij de archiepiſcopo dixerũt. Sed Hoſt in hac q̃one notat de maio. & obe. cum olim. ꝙ capitulum talem confirmabit: licet enim canonici in eo ꝙ canonici, ſint inferiores: tñ in eo ꝙ capitulum, ſuperiores ſunt. ff. quis & à quo appel. ſit l. ſi ad hoc ſupra de offi. ord. irrefragabili. § exceſſus. & maxime in eo ꝙ epiſcopi vices gerunt. ſupra de offi. deleg. ſane 2. & 93. diſt. cap. vlt. & 93. diſt c. 1. & hoc verum credo arg. infra de app. cap. penult.

Capitulum ſede vacãte poteſt confirmare electionem archidiaconi per ipſum capitulum electi.

ADDITIO. Aliàs ſequeretur ꝙ epiſcopus, qui eſſet canonicus; vel canonicus vicarius, vel delegatus epiſcopi illum confirmare non poſſet. Ioan. And.

h ¶ Libertati.] ſeruus enim factus erat. Inſtit. de iu. perſo. §. vlt. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. 5. & ff. de re. iu. ſeruitutem. recuperat ergo iura ſua quaſi iure poſtliminij, vt 16. q. 1. prima actione. 7. quæſt. 1. paſtoralis Inſti. qui. mo. ius pa. pot §. ſi ab hoſtibus.

i ¶ Conſulendam.] ad idem infra de cleri. ęgro. capit. vno.

k ¶ Ordinari.] aliter prouidendo, vel forte viſitatorẽ dando, vt infra cap. proxi.

¶ Idem.

¶ Eccleſia cathedrali vacãte, ſolus Papa viſitatorem deputat: niſi archiepiſcopus propter negligentiam, vel doloſam capituli adminiſtrationem cũ cauſa cognitione deputaret: hoc dicit. Dominicus.

CAP. IIII.

Eccleſiæ † cathedrali l vacanti, m viſitator n ab alio, quàm à Romano † Pontifice o deputari non poteſt: p Niſi forte

Eccleſię.] Sũt duo dicta: ſecũdum: ibi, huiuſmodi quoque. Et prima pars facit tria: Primo ponit dictũ, à quo duos caſus excipit. ibi, Niſi. quos ſtatim limitat: ibi. Tunc. n. Io. An.

CASVS. Dictũ fuit ſupra cap. prox. ꝙ ſi ep̃s fuerit captus ab infidelibus, vel ſchiſmaticis, qui dicuntur hęretici, quia faciunt ↄ illum articulum, Vnam ſanctam eccleſiam catholicam. poteſt dari viſitator eccleſiæ vacanti, ac ſi ep̃s eſſet mortuus naturaliter; Sed quæritur quis poteſt dare iſtum viſitatorem? Reſpondet Romanus Põtifex, quòd ſolus Papa: Sed numquid archiepiſcopus poterit dare viſitatorem eccleſiæ vacanti? Reſpondet quòd non regulariter: fallit ſi capitulum eſſet negligens: quia tunc vocato & audito capitulo: & ſic cum cauſæ cognitione poterit dare viſitatorẽ. Sed vtrum viſitator à Papa datus, vel archiepiſcopo, data negligentia capituli, poſſit conferre beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi? Reſpondet ꝙ ſic: ſi fuerit deputatus ab Apoſtolica ſede: Si vero ab archiepiſcopo, tunc nullo modo poterit conferre. Cognitione.] & ſic aliquid fieri cum cauſæ cognitione eſt vocare partem, & illam audire. Nota quod vbi agitur de præiudicio alicuius, debet vocari quando ſuper illo actu iudex cognoſcit. ad hoc ſupra de maio. & obe. cap. infra quatuor. & ſupra de ele. cap. fin. Dominicus.

† Vide Maria Soc. tracta. de viſitatione.

† Nota vnũ caſum reſeruatum Papæ: Alios vide ſ. de off. leg. ꝙ tranſlationem. Dom.

[Prima gloſſa ponit quid determinat, & vnde orta.]

l ¶ Cathedrali.] Opiniones erant olim quis poſſit viſitatorem dare cathedrali eccleſiæ: Item an viſitator poſſet conferre beneficia: Vtrumque horum determinat hic Papa. Ortum habet primum dictum huius decre. ex his quæ not. 61. diſt. quorum Feſtus. & per Inno. & Hoſtienſem ſupra vt eccle. benefi. vt noſtrum. Secundũ ex his, q̃uæ no. 61. diſt. obitum.

m ¶ Vacanti.] idem in quaſi vacante, vt ſupra cap. proxi. 2

2 Et ſi prælatus eſt impotẽs & ſenex, dãdus eſt ei coadiutor. c. 2. de clerico ægro. Fon.

n ¶ Viſitator.] idem quod adminiſtrator. de quo 61. diſt. de Cathinen. & cap. quoniam Feſtus.

o ¶ Pontifice.] cuius intereſt eccleſiarũ neceſſitatibus prouidere. ſupra cap. proxi.

p ¶ Non poteſt.] hoc præciſe tenebat. Io. in prędicto c. quoniam Feſtus, Bar. Brixien. & Hug. ibi contra tenebant: ſcilicet quod archiepiſcopus hoc poterat: ſicut & præſes dat curatorem: Inſtitu. de curat. § vltimo. & quia prohibitum non reperiebatur. Lau. idem dicebat: tamen dicebat clericorum requirendum conſenſum. Innoc. & Hoſt. ſupra vt eccle. benefi. cap vnico. diſtinguebant vt hic: ſcilicet quòd alius quam Papa ſine cauſæ cognitione, & vocatis his qui vocandi erant ſcilicet capitulo: non poterat viſitatorem dare: Et eſt ratio, quia archiepiſcopus non poteſt tollere capitulo ius ſuum ſine cauſa, quod eſt ꝙ ad ipſos vacante ſede pertinet adminiſtratio ſpiritualium & tẽporalium. ſupra cap. proxi. cũ concor. ibi ſignatis: Papa autem ex poteſtatis ſuæ plenitudine hoc bene poteſt de conceſ. præben. propoſuit. in ant.

q ¶ Negli-

capitulum in ſpiritualibus & † temporalibus negligenter, [a] aut perperam [b] adminiſtret: Tunc enim archiepiſcopus ob negligentiam, vel malitiam capituli (eo vocato, [c] cauſæq; ſuper hoc cognitione præmiſſa [d]) viſitatorem, ſeu adminiſtratorem, eidem eccleſiæ licite poterit deputare.

Viſitator eccleſiæ vacantis ab inferiore à Papa deputatus, temporalia & ſpiritualia adminiſtrat: excepta beneficiorum collatione ad epiſcopum pertinente. h. d. Dominicus.

Huiuſmodi [e] quoque viſitator, quamquam ſpiritualium & temporalium adminiſtrationem legitimam [f] cenſeatur habere: beneficia tamen, quæ ad collationem pertinent epiſcopi, [g] conferre non poteſt, [h] ſi ab alio, [i] quàm à Romano Pontifice fuerit deputatus. [k]

TITVLVS IX.

De temporibus † ordinationum, & qualitate ordinandorum.

Clemens quartus.

Epiſcopus Italiæ vltramontanum nõ ordinet, niſi de ſpeciali licentia Papæ; vel per patentes litteras epiſcopi ſui, continentes iuſtam cauſam quare nolit, vel non poſſit illum ordinare: ſi ſecus factum fuerit, ordinans punietur pœna condigna, & ordinatus manebit ſuſpenſus: ita quòd etiam à pœnitentiariis Papæ ſine ipſius ſpeciali licentia abſolui non poterit. Io. Andr.

CAP. I.

S Aepe [l] con-

---

† Quia hic operantur eãdẽ effectum. Do. Pont.

† Ecce iſta duo requiruntur copulatiue.

[a] Negligenter.] ecce primum caſum.

[b] Aut perperam.] ecce ſecundũ: Nota hic æquiparari negligentiã & delictũ. [Facit de cõſ. diſt. 1. nemo. 2.] alibi differunt. ſup. eo. lib. de elect. ſi compromiſſarius. pro vtraque parte. eo. tit. quamquam. Io. And.

[c] Eo vocato.] ſunt enim vocandi, quia eorum intereſt. ſ. de offi. Arch. ad hæc. de temp. ord. ſi archiepiſcopus. & quomodo interſit, ſupra dixi.

[d] Cognitione præmiſſa.] qđ ſi nõ fiat, dico viſitatoris dationẽ nõ valere. ad hoc. ſ. eo li. de elect. quãuis & cap. prouida. Sufficit enim legiſlatorem aliquid prohibuiſſe: & ſi non adijciat, quod ɔ̃factũ fuerit, non valere. C. de legi non dubium.

[e] Huiuſmodi.] ſcilicet datus eccleſię cathedrali.

[f] Legitimam.] 61. diſtin. Cathinen. & c. quoniam & ſupra de elect. cũ nobis olim. in fi. non enim ſequitur, quis habet adminiſtrationem legitimam, ergo beneficia confert. vide inſtantiam in c. illa. ibi, vacante ſede ſ. ne ſede vacan. & ſufficit dare inſtantiam, vt 1. q. 1. ſicut vrgeri.

[g] Epiſcopi.] ſolius aliàs illa cũ capitulo confert. quod dic vt ſ. ne ſede vac. c. vno. & de regu. c. vlt.

Glo. ſeq. ponit duas opi. contrarias, quas concordat.

[h] Non poteſt.] ſuper hoc vide quod no. de maio. & obe cap. cum olim in ant. Scire debes ꝙ Io. & Hug. tenebant contrarium: dicebant enim indiſtincte, quòd viſitator poterat beneficia conferre. & hoc no. 61. diſt. obitum. Lau. contra. Opinio ergo Lau. vera in viſitatore dato ab alio, quàm à Papa: prima in viſitatore à Papa dato. Debet enim propter ampliorem dantis prærogatiuam ampliore fungi poteſtate. ad hoc infra de præben. ſi à ſede, ſicut & delegatus à Papa ſubdelegatum dat: ab alio non. C. de iudi. à iudice. de off. deleg. paſtoralis. c. vlt. in ant. ad idem ſ. de præben. hi qui.

[i] Ab alio.] puta, archiepiſcopo in caſibus ſupradictis, vel à capitulo, ſi alicui committerent vices: ille diceretur viſitator.

ADDITIO. Vel etiam ſi ipſe viſitator eſſet deputatus à legato Cardinali, ſecundum Arch. qui põt quod poteſt archiepiſcopus: Nam in prouincia maius habet imperium ſupra eo. de elect. ſi abbatem, Io. Andr.

[k] Deputatus.] ille ergo bene hoc poterit: quia omnia poteſt, quæ electus confirmatus. ſupra eod. lib. de elect. is cui. Io. And.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, & qualitate ordinandorum.

Continuatio domini Heliæ.

Superius dictum fuit de promouẽdis ad adminiſtrationes eccleſiaſticas: poſſet dubitare aliquis, vtrum omni tempore poſſint fieri promotiones: etiam vtrum omnes perſonæ indiſtincte poſſint promoueri: ideo ad nos informandum de iſtis annectitur titu. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. Vnde ſciendum, quòd iſta rubrica eſt generalior nigro: nam in nigro nihil dicitur de temporibus ordinationum: Pro quo notandum, quòd minores ordines poſſunt conferri etiam die feſto: ſed ſacri ordines non poſſunt cõferri niſi certis diebus. videlicet diebus ſabbati quattuor tẽporum, ſabbato Paſchæ, & ſabbato ante Dominicam Lætare: & hoc verum loquendo de epiſcopis: Nam Papa poſſet ordinare omni tempore.

† Vide concil. Triden. ſeſſ. 23. de refo. c. 7. & 8. & Gelaſiũ Papam 1. epiſt. 1. ad epõs p Lucaniã, c. 13. refert Gra. in c. vlt. diſtin. 75.

Sæpe cõtingit.] Primo ſecundũ Io. Mo. ponit conſtitutionis cauſam impulſiuam: Secundo ſtatuit ibi, Nos igitur. Tertio tranſgreſſores punit ibi, Eos vero. Quarto pęnã inhibitoriã addit ibi, Oĩbus. Io. An.

CASVS. Aliquis citramontanus ꝗrum, ad nos forte de iſta diœceſi Pictauen. ſe trãſtulit vltramontes ad ciuitatem Bonon. vel aliã ciuitatem in Italia: voluit ordinari ab epiſcopo Italię: vtrum epiſcopus Italicus poſſit talem clericũ Pictauen. ordinare impune? Rñdet ꝙ ſic: ſi talis clericus habeat litteras à ſede Apoſtolica, per quas mandatur, vt talis clericus poſſit ad ſacros ordines per quem maluerit epm̃ ordinari. Quid ſi nõ habeat litteras à ſede Apoſtolica, an impune poſſit ordinari ab epõ Italico? Rñdet ꝙ ſic: ſi litteras hẽat ab epõ Pictauẽ in quib. declaretur, ꝙ ipſe clericus eſt idoneus & perfectæ ætatis: & ſi nõ timeatur cauſa ꝑꝑ quã non põt illum ordinare, tunc. n. iſtis interuenientibus poterit Italicus epũs illum clericũ Pictauen. ordinare: aliàs punietur clericus ordinatus, quia erit ſuſpenſus ab executione ſuorum ordinũ: vnde epũs non debet talem ordinare, nec ẽt conferre primã tonſuram ſm veriorem opinionẽ gloſſæ: Sed quęritur, quis poterit ipſi relaxare iſtã ſuſpenſionẽ: & dare executionem ordinationum? Rñdet ꝙ ſolus Papa, & ſui pœnitentiarij, qui habent ſpecialẽ ptãtem à Papa: aliàs ſi non haberent ſpecialem ptãtẽ, non poſſent cũ eo diſpẽſare, & reſtituere ſibi executionẽ ordinũ. nec per ſe, nec per alios ſuo noĩe. Abſq; ſpe. [Hæc eſt quædã cõminatio ad terrorẽ, aliàs textus eſſet ɔ̃rius: q̃a in fi. dr̃, ſi pęnitentiarij Papæ habeãt ſpecialẽ poteſtatẽ à ſede Apoſtolica diſpenſandi cũ iſtis, ꝙ põt cũ eiſdem diſpenſare. Pęnitentiarijs.] qui ſunt numero xij. q ordinantẽ ſm diuerſitates linguarũ ibi affluẽtiũ. No. ꝙ duo epĩ põt dare clerico litteras cõmendatitias ad ordines [. epũs beneficij, &c. ad hoc. ſ. c. ꝓx. Do. [Prima gloſſa ſummat.]

[l] Sæpe.] epiſcopus Italiæ vltramontanum non ordinet,

dinet, niſi de ſpeciali licentia Papæ: vel per patentes litteras epiſcopi ſui, cōtinentes iuſtam cauſam quare nolit vel non poſſit illum ordinare: ſi ſecus factum fuerit ordinans punietur pœna condigna, & ordinatus manebit ſuſpenſus: ita q etiam à pœnitentiarijs Papæ ſine ipſius ſpeciali licentia abſolui non poterit. Io. And.

vez extenſio, [4] ſm ea quæ vides ſ. eod. de elect. ſi poſtquā. vbi conſtitutio illa cupientes. licet pœnalis locum hře declaratur in prouiſionibus, & appellationibus, & confirmationibus: de quibus ibi cautum non erat. Ad hoc ff. de verb. obl. à Titio. vbi enim eſt eadem ratio, & pœnitus omnimoda ſimilitudo, non proprie dicimus extendere. ff. ad l. Iuliam de adult. l. ſi poſtulauerit. ff de eden. quædam. §. nūmularios. tunc enim pœnæ dicuntur extendi, quando ad caſum non omnino ſimilem extenduntur: & ſic intelliguntur contraria. Facit ad hanc quæſtionem quod notāt moderni, & Hoſtien. præcipue ſ. de elec. nihil. & Guli & Gar. eo. tit. auaritiæ. dubitando credo per primam rationem, q hæc decre. in Italicis vltra montes ordinatis, locū non habeat: & poteſt eſſe ratio: quia vltramontanus citra montes exiſtēs habet duo remedia: vt cito mittat ad proprium epm, vel à Papa ſaltem, qui ſibi viſcinus eſt licentiam poſtulet: quod non ſic facile poteſt Italicus vltra montes exiſtens: habeant ergo in hoc caſu locum antiqua & moderna iura: iſtud autem ſuum ſcriptum caſum non excedat.

[4] Vide Iaſonē. & doct. ī auth. quas actiões, C. de ſacroſa. eccl. & Euerardū in loco à rōe legis larga. & Francū hic.

† al. extiut

tingit, [a] quòd nonnulli clerici [b] vinculo excommunicatiōis [c] aſtricti, aut apoſtatæ, [d] ſeu irregulares, [e] vel aliàs ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni, ſuam patriam, [f] in qua de his habetur notitia, [g] fugientes, [h] ſe in remotis partibus faciunt ad huiuſmodi ordines [i] promoueri. ¶ Nos igitur volentes animarum ipſarum periculis obuiare: ſtatuimus, vt nullus epiſcoporum [k] Italiæ, [l] decetero aliquem vltramontanum clericum [m] ordinare præſumat, niſi à nobis ſpecialem licentiam habeat, vel ab epiſcopo, de cuius diœceſi traxit originem ordinādus, vel in cuius diœceſi beneficiatus exiſtit: [n] † per eius patentes litteras [o] cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolit, aut nequeat ordinare. ¶ Eos vero, † quos contra præmiſſa cōtigerit ordinari, manere volumus abſque ſpe [p] diſpenſationis, ſuper hoc à ſede Apoſtolica obtinēdæ, ſuſpenſos? [q] ac ordinātes pœnitentia condigna puniri. Omnibus noſtris pœnitentiarijs inhibētes diſtricte, ne abſque licentia noſtra ſpeciali, [r] cum taliter ordinatis diſpenſent, vel ſuas eis tradant litteras, per quas cum ipſis debeat diſpenſari. [s]

† Vide cōc. Trid. ſeſ. 6. de reſo c. 5. & ſeſ. 7. de reſ. c. 10. & ſeſſ. 23. de reſo. c. 8.

a ¶ Sæpe contingit.] fuit igitur prouidendum ſupra de appel. ſæpe. ſupra eo. lib. de elect. quia ſæpe. infra de reſtitu. ſpolia. frequens. ff. de leg. nam ad ea.

b ¶ Clerici.] Nota pro his quæ infra dicam.

c ¶ Excommunicationis.] de talibus in excōicatione maiori ordinatis, dic vt ſ. de ſenten. excom. cum illorum. & diſtingue inter regulares & ſæculares, & inter ſcientes & ignorantes ius, vel factum, vt ibi.

d ¶ Apoſtatæ.] qui excōicati nō [1] ſunt. de hoc 23. diſtinct. ſi quis. ſ. de vi. & hon. cleri. ſi quis. de apo. c. 3. niſi in caſu. c. vt periculoſa. ī. ne cler. vel mon. Qui autem in apoſtaſia recipit ſacrum ordinem, etiam ſi religioſus ſit, non diſpenſatur cum eo per alium quàm per Papam. ſupra de apo. c. vlt. [Et eo. tit. c. 1. de triplici apoſtaſia notatur.] quod intellige ſi vera erat apoſtaſia, per id quod habes ſupra eo. c. ex parte & ibi not. apoſtatæ autem infames ſunt. 6. q. 1. infames. & 3. q. 4. ſi quis à ſuo. & ſic non promouendi. 24. diſtinct. quando. Io. And.

[1] Accipe hoc dictum gloſſæ ſano modo, vt p apoſtatas intelligamus clericos ſæculares, qui habitu clericali nō vtebantur, q nō ſunt ipſo iure excōicari, ſed debēt propterea excōicari, niſi ſe emēdēt. c. tuæ, extra de apoſt. cū alijs in glo. citatis.

e ¶ Irregulares.] ſiue ex crimine, ſiue ex defectu: puta bigamia, illegitimitate, corporis vitio, vel alio defectu. Io. And.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

f ¶ Patriam.] de qua inquirere debet examinans ordinandos. 24. diſt. quando, propter patriam etiam & natiuitatem carius & vilius emi ſolet mancipium. ff. de ædil. edi. quod ſi nolit. §. qui mancipia, ſ. ī. de iudi. cum deputati Sol. non loquitur in ordinando, [2] qui ſubtiliter examinandus eſt, vt ſupra de pur. can. conſtitutus.

[2] Loquitur in adminiſtratore dignitatis: q pro illa ad agendū admittitur. F.

g ¶ Notitia.] & ideo in his fieri debet examinatio. ſupra de elect. poſtquam. cum ſuis concor.

h ¶ Fugientes.] 19 q. 2. duæ ſunt.

i ¶ Huiuſmodi ordines.] ſcilicet ſacros.

k ¶ Epiſcoporum.] abbates [3] ēt ordines conferūt. 69. diſt. quoniam videmus. ſupra de æta. & qual. c. cum cōtingat. ſed talibus conferre non poſſunt. quod dic vt infra de priuil. abbates. in fi. Et presbyteri conferunt pſalmiſtatum, vt 23. diſt pſalmiſta.

[3] Vide hodie quid circa hoc decreuerit cōciliū Trid. ſeſſio. 23. de reſor. c. 10.

ADDITIO. Quod verum eſt, ſi ipſi presbyteri habent epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi, vt in prædicto c. abbates. in fi. & vide quod ſcripſi in prædicto cap. cum contingat. ſuper glo. Io. And.

[Glo. ſeq. quærit, arguit contra, & pro, & ſoluit.]

l ¶ Italiæ.] quid econuerſo ſi epš vltramontanus ordinet Italicum? non videtur hæc decret. locum habere, quia pœnalis eſt, & ſic reſtringenda: & ſic proprium nō excedit caſum. ſupra eo. li. de elect. ſtatutū de pœ diſt. 1. pœnæ. In contrariū videtur, cum per omnia ſit eadem ratio vtrobique: ergo idem ius: nec vř illa ampliatio,

[Glo. ſeq. quærit. arg. negatiue, & affirmatiue ſoluit, & contrario reſpondet: ponit opinionem contrariam.]

m ¶ Clericum.] quid dices ſi laicū ordinet in clericū? videtur q tunc locum non habeat per iura gl. prox. allegata. & ad hoc. ſ. in prin decr. Sed contra. ī. c. vlt cum ſuis concord. & eadem eſt ratio vtrobique. ergo idē ius erit. Sol. credo per vltimo dicta, & de laico in clericum ordinato hanc conſtitutionē intelligi: & facit quod dicam ī. c. proxi & litterā lege punctando poſt vltramontanum, & non poſt clericum, & ſic tunc verum intellectum habebis, & licet prooemium de ſacris loquatur, conſtitutio generaliter loquitur, vel dicuntur hic ſacri ordines large, vt comprehendantur minores. ſic ſupra de biga c. 1. de hoc 32. diſt. in ſumma. Alij contra.

[Glo. ſeq. reci. per quæſtionem.]

n ¶ Exiſtit.] ſubaudi, vel vbi habet domicilium, licet alibi natus fuerit. infra eo. cum nullus. 1. reſpon. niſi dicere velis hoc ſpeciale in hoc caſu: quod credo verū. [5] Et licet aliàs videam vnum ius ſuppleri per aliud, vt ſupra eo. de elect. is cui. tamen iſtud non credo ſuppleri per illud, aliàs facillimum erit vltramontano infami ſe facere ordinari: quod vetat hæc conſtitutio.

[5] Io. Mo. & Arch. cōtra per rōnem ſequentem ad quā allegat Io. Mo. C. de diuerſis reſcr. 1. ff. man. in fi. Io. And.

o ¶ Litteras.] hoc no. duo ſpalia: Primo caſum in quo ſcriptura requiritur: & hēs de hoc ſ. de proba. c. tertio & dixi ī. de cenſi. c. 1. Secundo q nō ſufficit licentia, niſi exprimatur cā. & eſt ſi. ī. de ſent. excō. cū medicinalis.

p ¶ Abſque ſpe.] ſim. ſupra de elect. c. 1. in fi. epiſcopus ergo ſuper executione ſecum non poterit diſpenſare, vt olim poterat. 9. q. 2. Lugdunen.

q ¶ Suſpenſos.] in caſu iſto celebrans irregularitatem incurrit, & de hoc dicam infra c. proxi. Io. And.

r ¶ Speciali.] ſic infra de offi. vica. c. 2. & 3. infra de pœni. & remiſ. c. 2. de reg. iur in generali. Ioan. And.

s ¶ Diſpenſari.] quod enim per ſe nō poſſunt, nec per alios

alios poterunt, vt 46. diſt. ſicut 23. q. vlt. his à quibus. ſicut econuerſo. infra de reg. iu. poteſt quis. & ibi plene dixi. Io. And.

EOs qui.] Tria facit: Primo punit ordinantem: Se do ratificat pœnas ordinati ibi, His, quæ. Tertio licentiat clericos ordinandos ibi, Clericis. Ioan. And.

CASVS. Titius diœceſis Lemouicen. tempore ordinum celebrandorum ſe præſentauit epiſcopo Pictauē. & petijt ab eo ordinari: Epiſcopus Pictauen. fuit in cautus, & non petijt ab eo clerico Titio, an hēet licentiam à ſuo epiſcopo, quem clericum ſciebat ipſe eps eſſe diœceſis Lemouicen. & ordinauit eū; [1] vtrum iſte Titius ordines receperit? Certum eſt quòd ſic: ſed tñ eſt ſuſpenſus ab executione ſuorum ordinū. Sed vtrum epiſcopus Pictauen. ordinans puniatur? Reſpondet ꝙ ſic: quia per vnū annum continuum eſt ſuſpenſus ab ordinum celebratione: Or ſanctiſſime Pater, quæritur, quid interim faciant clerici diœceſis Pictauen. qui durante illo anno volunt ordinari? Reſpōdet, ꝙ ipſi ſine licentia proprij epiſcopi poterunt ordinari à proximis epis. [Alienę.] i. non ſuæ: nam clericus poteſt eſſe alienæ parochiæ & ſuæ: quia clericus reſpectu domicilij habet propriam diœceſim: licet ratione originis ſit alienæ diœceſis: ideo glo. exponit, alienæ, ideſt, non ſuæ: nec ratione domicilij, nec ratione originis, nec ratione beneficij: nā clericus quantum ad facultatem recipiendi ordines hēe pōt tres ep̄os, ſcilicet epiſcopum domicilij, ep̄m originis, & ep̄m beneficii, vt ĩ. c. prox. Heli. Regnier Nota primo, ꝙ ignorantia affectata æquiparatur ſcientiæ. concord. ſunt, in gl. Nota ſecundo ex illo tex. ibi: Clericis quoque.] ꝙ quis dr̄ habere liberam facultatem exercendi actum, qui poteſt facere ſine licentia alterius: pro quo vide notata ĩ. de præben. licet epiſcopus. Dominicus.

[1] Vide concil. Tri. ſeſ. 23. de reforma. c. 8.

[Prima glo. ſummat.]

a ¶ Eos.] Qui ſcienter ordinauerint clericū alienum, per annum à collatione ordinum ſunt ſuſpenſi: & poſt quam ſuſpenſio fuerit manifeſta, poterunt ſubditi ſine ipſorum licentia à vicinis epiſcopis ordinari. Io. And. [2]

[2] Idem Dominicus. F.

b ¶ Eos qui.] generaliter loquitur, vt comprehendat quibus competit ordinare. ſupra de priui. quia circa. [3] [Placet Dom. Font.]

[3] Vide concil. Triden. ſeſſi. 23. de refor. ca. 5. & 7.

c ¶ Clericos.] de laicis dic vt infra c. vlt.

d ¶ Parochiæ.] ideſt diœceſis. 9. q. 2. Lugdunen. quandoque econuerſo. de pecu. cler. c. 2. Ioan. And.

e ¶ Alienæ.] i. non ſuæ: ſiue ſit proxima, ſiue remota. 9 q. 2. c. 1. & c. epiſcopum. 71. diſt. per totum. ſupra eo. quod tranſlationem.

f ¶ Licentia.] quam quis dare poſſit, dicitur infra cap. prox.

[Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & ſoluit.]

g ¶ Scienter.] Sed numquid ſcire præſumetur vel ignorare: videtur quod ignorare. ff. de proba. l. verius. infra de regu. iur. præſumitur. Dic ꝙ præſumetur ſciens, niſi probet ignorantiam. [1] Ad hoc ſupra de elect. innotuit. ibi: nec probare cogimus, &c. quia quemlibet ordinandum ſcrutari [2] tenetur, vt 23. diſt. qui epiſcopus. 34. diſt. quando. videtur autem ad eam probandam ſufficere iuramentum, [3] vt ſ. eo. de elect. vt circa. & c. nulli. Et licet per alios examinet, ex ſua negligentia corū culpa ſibi imputabitur. ad hoc. de ſimo. in tantum.

[1] Eſt verū, niſi ius vltra præſumptionem de ſcientia ēt ſtatueret: nā tunc per iuramentū nō probaretur ignorātia. c. vidua. ſ. de regu. Bar. in l. ſi cui. ff. de accuſat. Phil. Fon.

¶ Gregorius x. in generali concilio Lugdunen.

¶ *Qui ſcienter ordinauerint clericum alienum, per annū à collatione ordinū ſunt ſuſpenſi: & poſtquā ſuſpenſio fuerit manifeſta, poterunt ſubditi ſine ipſorum licentia à vicinis epiſcopis ordinari. Io. And.*

CAP. II.

EOs, [a] † qui [b] clericos [c] parochiæ [d] alienæ [e] abſque ſuperioris ordinandorū licentia [f] ſcienter, [g] ſeu affectata [h] ignorantia, vel quocunque alio figmēto [i] quæſito præſumpſerint ordinare: [k] per annum [l] à collatione ordinum [m] decernimus eſſe ſuſpenſos. His, quæ iura ſtatuunt [n] contra taliter ordinatos in ſuo robore duraturis. ¶ Clericis quoque parochiæ taliter [o] ſuſpenſorum, poſtquā eorum ſuſpenſio fue-

[Glo. ſeq. alle. vnam concor. & ſoluit duo dubia.]

h ¶ Affectata.] æquipollent ergo ſcientia & affectata ignorantia. de clan. deſp. cum inhibitio. & dicitur affectata ex quo ſcire potuit, ſed noluit: immo diſſimulauit. C. de inceſt. & inuti. nup. l. qui ſ. Et dico ꝙ ſi iurauit ſe ignorare, vt dixi in prox. glo. altera pars habebit neceſſe probare ſciētiam, vel affectatam ignorantiam: & probabitur hoc per argumenta, vel coniecturas probabiles. ſupra de renun. c. a. eo. lib.

k ¶ Deſierit.] ī. eo. in litteris, & c. ſignifi cātib. & c. venerabili. ff. de re iud. l. iudex.

l ¶ Aſſenſu.] cum e-nim ibi deſinat iuriſ-dictio, nō eſt q d progeſ. 5 de quo dic vt ſ. eo. P. & G.

QVamuis.] ponit dictum, cuius rationem reddit: ibi, Cum iuriſdictio. Io. And.

¶ Delegatus Papæ, qui in totum ſubdelegauit, poteſt re integra cauſam illam reuocare: & alteri ſubdelega re Idem ſi ſubdelegatus moritur. hoc dicit. Præſuppo-nendum pro intellectu cap. ꝙ delegatus Papæ ſubdele-gans in totum, videtur à ſe abdicare iuriſdictionem cū limitatione huius ca. ſi ſubdelegatus incœperit vti iu-riſdictione: ita quòd res non eſt integra.

CASVS. Ego iudex delegatus inter te & Titium, vi-ces meas Caio in totum commiſi, nihil retinēdo de iu-riſdictione: & iſta ſubdelegatio fuit præſentata Caio ſubdelegato: tamen non vſus eſt adhuc iuriſdictione: an potero ego reuocare illam ſubdelegationem? Rñdet ꝙ ſic, ex quo res eſt omnino integra & non incępit vti iuriſdictione: Sed quid ſi ſubdelegatus re integra eſt mortuus, nunquid potero cauſam reaſſumere, vel alte-ri ſubdelegare? Rñdet ꝙ ſic: quia nō eſt abdicata à me iuriſdictio cum effectu: ex quo ſubdelegatus non incę-pit vti iuriſdictione ſibi ſubdelegata: & res eſt adhuc integra. Nota primo ex hoc textu argumentum à ꝯtrio ſenſu, ꝙ delegatus qui ſubdelegauit in totum, poteſt commiſſionem reuocare: & reuocando extinguitur iu riſdictio ſubdelegati. l. iudicium ſoluitur. ff de iud. No ta vlterius effectum principalem huius cap. ꝙ ſi ſubde legatus cœpit vti iuriſdictione, etiam per citationem de-cretam, licet reus non ſit citatus, ita ꝙ res deſijt eſſe in-tegra, delegatus nō poteſt reuocare commiſſionem: & in eo non habet locum. l. alleg. iudicium ſoluitur. ff. de iudicijs. Et ſic ſolus actus per quem inducitur vſus iuriſdictionis, perpetuat iuriſdictionem. de quo hic ali quid per Dominicum.

[Prima gloſſa ponit quid declaret, & ſummat.]

a ¶ Quamuis alicui.] declarat notata ſ. eo. ſuper quę-ſtionum. §. ſi vero. in gloſſa patet. & ſ. eo. venerabili. in glo penulti. & vlti. & ibi etiam not. per modernos. & Guil. in Speculo titu. 1. §. reſtat. vltra medium. & Ho-ſtien plene in ſumma eod. titu §. delegati. verſicu. ſed nunquid poteſt reuocare. Et hoc dicit. Delegatus ſub-delegans, etiam in totum, re integra, cauſam reaſſume-re poterit.

1 Idē Pet. de Anchar. Fonta.

2 Nota à ꝯ-trio, ꝙ ſi re-cuſet, non tenet. Bart. in l. qa po-terat. ff. ad Treb. Phil. Domi. hic, fallit tamē ſi procedat de cōſēſu. tex. hic: aut ſi recuſatio notorie eſt iniuſta. Phi lippus hic. Fonta.

3 Et ſic no cere poſſet. ꝙ conſide-rādum eſt, de Anch. l. Labeo. ff. de ſtatu libe. Fonta.

4 Tex. Bar. in l. 1. C. ſi qua prædi. pote. Petr. de Anchar. Fonta.

5 Et dicas idem, ſi iu-dex ſe pro-nunciat in-competen-tem. in c. ſi-gnificanti-bus. ſ. eod. Anch. Fon.

a ¶ A ſede

a ¶ A ſede Apoſtolica.] quia delegatus alius non pōt. b ¶ In totum.] quod ſi reſeruaſſet, iudex remanebat: vnde non erat ſic dubitandum in eo caſu: videbatur: enim in totum committendo ita eſſe officio ſuo functus, ꝙ reſumere non poſſet. ad hoc ĩ. cap. proxi. in fi. cum ſuis concordan. & hoc dixit Tanc. & Ber. olim. ſecutus eſt eum, ſed poſtea mutauit, vt patet per ſupradictas gloſſas.

c ¶ Vſus fuerit.] qualitercunque. [1] ad idē ſupra eo. cap. licet vndique.

[1] Dic tu ꝑ citationē. Phil. Font.

d ¶ Efficaciter.] vides enim in caſu conuerſo: pone ꝙ moritur ſubdelegās re integra: certum eſt ꝙ ſubdelegatus non ꝓcedet. ĩ. e. licet. ergo patet, ꝙ adhuc efficaciter iuriſdōnem nō habet: retinet delegatus etiā poteſtatem compellendi, niſi malitioſe ſe ipſū, &c. ĩ. eod. paſtoralis Aliud ergo eſt in procuratore qui habet mandatum ab ſubſtituēdū: quia dando ſubſtitutum, qui mandatum ſuſcepit: amplius re integra nequit cauſā reaſſumere: aliud in delegato, vt hic vides: & eſt expreſſum ĩ. de procur. is qui. & quæ ſit ratio diuerſitatis, ibi dicam.

à ſede Apoſtolica [a] delegata, in totum [b] commiſiſſe noſcaris: ſi tamē antequam ille iuriſdictione vſus [c] fuerit, commiſſio huiuſmodi per te reuocetur ab ipſo: vel eum rebus eximi cōtingat humanis: cauſam ipsā reſumere poteris: Cum iuriſdictio (ex quo ipſa vſus non extitit) non cenſeatur in eum efficaciter [d] tranſiuiſſe.

¶ Idem.

¶ Si delegatus ſubdelegauit quotiens abeſſet, vel donec reuocaret: & mortuus ſit, re nō integra, ſubdelegatus procedit: Et ſemper de ſubdelegato ad delegatum, qui ſibi aliquid iuriſdictionis reſeruauit,

ADDITIO. Et addam quod hic dicit Ioan. Mona. Ioan. And.

SI delegatus.] Sunt tria dicta: Primo ponit primum dictum cum ſua determinatione: ibi, Dumtamen. Secundo ſecundum: ibi, Idem cum cauſæ redditione: ibi. Nam talis. Tertium: ibi, Ad eum quoque. vbi tria coniungit: quæ in fi. fortificat: ibi, Etiam ſi.

CASVS. In cauſa quæ moueri ſperabatur inter te, & me, impetraui iudicem delegatum forte decanum Pictauen. qui decanus conſiderans, quod non poterat commode cauſam noſtram examinare, alteri vices ſuas commiſit ſub hac forma: tibi in tali cauſa vices noſtras committimus, quotiens nos abeſſe contigerit, vel donec duxerimus reuocandas: iſte ſubdelegatus incœpit vti iuriſdictione, & cauſam examinare: poſtea delegatus eſt mortuus: vtrum ſubdelegatus poterit cauſam finire & determinare? Reſpondet quod ſic: ſi ante mortem delegantis res deſierat eſſe integra hoc eſt, quia ſubdelegatus incœperat procedere in cauſa. Sed quæritur ad quem eſt appellandum: vtrum ad ſubdelegantem, vel ad Papam? Reſpondet cum diſtinctione: quia vel ſubdelegatus ſubdelegauit in totum: tunc non eſt ad ipſum recurrendum: ſed eſt appellandum, ad primum delegantem: aut iſte delegatus ſubdelegans ſibi aliquid reſeruauit de iuriſdictione: puta ſententiam, vel executionem ipſius cauſæ: & tunc appellatur ad ipſum ſubdelegantem, & non ad Papam: Nota primo quòd delegatus Papæ poteſt vices ſuas cōmittere, etiam ſub conditione: nam iſta verba: quotiēs me abeſſe contigerit habēt vim cōditionis, id eſt, ſi me abeſſe contigerit aliquibus aſſignationibus Nota quòd delegatus mortuus dicitur abeſſe. Et ſic patet quòd verbum, abeſſe, verificatur in abſentia temporali: & in abſentia perpetua & naturali: quòd nota pro ſtatutis, quæ faciunt mentionem de abſentia. Nota vlterius, ꝙ morte mandātis expirat mandatum. §. ſoluit, Inſti. mā. l. mandati. C. man. etiā ſi mandans alio reſpectu erat mandatarius. Nota ꝙ cum appellatur à ſubdelegato principis, appellatur ad ſubdelegantem: niſi ille delegatus ſubdelegaſſet in totum: nam tunc eſſet appellandum ad principē primū delegantem. l. vnica. C. q. pro ſua iuri. ſm lect. quæ habet ad nos. Nota inſuper vnum, in quo non poteſt appellari ad Papā omiſſo medio: videlicet cum appellatur à ſubdelegato delegati Papæ: qui non ſubdelegauit in totum vices ſuas.

appellari debet: etiam poſt ſententiam. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. VII.

SI [e] delegatus, [f] quotiēs eū abeſſe [g] contigerit, tibi cōmiſerit vices ſuas: poteris eo rebus humanis exempto (cum & tunc cēſeatur abeſſe) commiſſum tibi negotium (dum tamen illo viuente iuriſdictione vti [h] cœperis) libere diffinire. Idem [i] poteris quando tibi vices etiam ſub ea forma commiſit, donec eas duceret reuocandas. [k] Nam talis commiſſio, per quam cenſetur etiam ſententiæ prolatio (niſi antea fuerit reuocata) committi [l] ne-

(Prima gloſſa ſummat, & dicit quid approbet.)

e ¶ Si delegatus.] ſi delegatus ſubdelegauit quotiens abeſſet, vel donec reuocaret: & mortuus ſit re nō integra, ſubdelegatus procedit: & ſemꝑ de ſubdelegato ad delegatum, qui ſibi aliquid iuriſdictiōis reſeruauit, appellari debet, etiam poſt ſentētiam. hoc dicit. Approbat primum dictum notata per Inn. Hoſtien ſup. eo. licet vndique in princ.

f ¶ Delegatus.] apoſtolicæ ſedis, vt ſup. c. proxi.

g ¶ Abeſſe.] idem dicebant prædicti Doctores per l. ff. de verb. ſig. l. mulieris. §. vbi dicitur, abeſt ea res, quæ in rebus humanis non eſt: ſed nō conuertitur: eſt ergo de ſignificatione vocabuli, à qua recedendum nō eſt, niſi vbi res aliter ſalua eſſe non pōt. ff. de leg. 3. l. nō aliter, imo tūc vere & finaliter abeſt, ſ. nō reuerſurus. ADDITIO. Per hunc modū ergo ſi in rebus humanis eſt, non abeſt: res enim quæ in rebus humanis eſt, poteſt abeſſe: Sed res quæ in rebus humanis non eſt, non poteſt non abeſſe: ponderatur enim diuerſus modus abeſſendi, vt no. ff. de procur. l. præſens de quo hic etiam per Archidia. Ioan. And.

h ¶ Vti.] qualitercunque: etiam citra litis conteſtat. ſup. eo. relatum. & ca. licet.

i ¶ Idem.] ſcilicet commiſſum tibi negotium libere diffinire.

k ¶ Reuocandas.] reuocare iuriſdictionis eſt. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur. retinendo ergo reuocādi poteſtatem. aliquid de iuriſdictione retinuit.

(Gloſ ſeq. ponit contrariam opi. Inno. & rationem, qua mouebatur: & ei reſpondet.)

l ¶ Cōmitti.] reprobatur lectura Innocentij, & Abbatis, qui not. ſu. c. ſi pro debilitate, ꝙ per talem commiſſionem non trāsferabatur ſententiæ prolatio: quia per illam clauſulam, donec duxero, &c. videbatur ſententiam retinuiſſe, vt illa clauſula aliquid operaretur: quod eſſe debet de leg. 1. ſi quando quis vxori. ad idem ĩ. de priuil. ſi Papa. 1. reſponſo. in fi. Cōtrarium tenebat ibi Hoſtienſis cuius opinio hic approbatur: nec obſtat quod dicitur, ꝙ clauſula debet aliquid operari: ſatis enim operatur: quia reuocare poterit delegans, quòd ſimpliciter vel totum committendo non potuiſſet. [2] Item quia ex vigore clauſulæ illius ad eum appellabitur, vt dicitur in fin. cap.

[2] Adde tu ꝙ ſi delegatus aliquid faciat: ad hoc non vſ reuocar: dū modo prius hoc ꝓteſtetur. neque proteſtatio illa eſt facto cōtraria. I. And. in regula, in generali, Phi. Font.

[Glo. ſeq. quærit arg. pro & contra, & ſoluit.]

m ¶ Mor-

quaquam morte [a] committentis expirat: ex quo res integra non exiſtit. ¶ Ad eum quoque, qui vices ſuas committit: donec reuocet: vel qui executionẽ ſententiæ † tantũ, [b] aut quicquid aliud de iuriſdictione ſibi reſeruat: non ad delegantem primum appellari debebit: Etiam ſi poſt ſententiam fuerit appellandum.

¶ Idem.

¶ Plurium delegatorum inſolidum quilibet cognoſcit. Et vno cognoſcente, alii niſi ex cauſa, ſe non intromittunt: Et perpetuatio vnius, perpetuat quo ad omnes. hoc dicit. Zen.

CAP. VIII.

Cum [c] plures ſub illa forma: [d] vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum Apoſtolicum exequantur; aut alia conſimili [e] iudices vel executores à ſede Apoſtolica [f] deputari contingit: ipſorum quilibet iniunctũ poteſt libere [g] adimplere in ſe datũ. ¶ Porro vno [h] eorũ

a ¶ Morte.] quid ſi delegatus vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum ſubdelegauerat? Videretur prima facie ꝑ decre. ſ. de reſcrip. ſi gratioſe. quòd illo mortuo expiret iuriſdictio. Contrarium videtur ꝑ hanc decr. ad hoc ſ. de bap maiores. C. de vſufr. l. ambiguitatem. Nec obſtat illa decr. quæ in odioſis & reſtringendis loquitur hic autẽ fauorabile puto melius eſt enim hũc iudicem procedere, quã nouo & incognito cauſam delegare. ɩ ff. de vaca. mune. l. ꝑtor. §. vl ar. 19 q. 3. monaſterijs. & ſ de renũ. c. 1. & licet hoc videatur æquum: primum videtur verius. ad idem ff. loca. l. 4.

ɩ Not. Dominicus, ꝙ faciẽda eſt benigna interpretatio ad cõſeruãdam delegationem. Do. & Phi. probãt. gl. ſi tũ clauſula ſonaret actum poſitiuum nouæ voluntatis, per mortẽ non expiraret. Fõ.

[Glo. ſeq. oſtendit duas opiniones reprobatas.]

b ¶ Tantum.] hic reprobatur opinio. Tã. qui dicebat delegatũ ſibi reſeruare nõ poſſe tantũ executionẽ ſententię: & reprobatur opinio Ber. & Inno. qui dixerunt, ꝙ licet executionem reſeruare poſſit ſi tamen appelletur à ſententia, non appellabitur ad eum, ſed ad primum delegantem. Super hoc vide quod not. ſ. eod. ſuper q̃ſtionum. §. porro. in glo. 2. [Et in Spec. de app. §. nunc tractemus. ver. ſed quid ſi delegatus. & ver. ſeq.] Approbatur autem opinio Hoſt. qui hoc quòd dicit, ibi not. & ſupra eod. quærenti.

† Nota ꝙ executio ẽ iuriſdictionis: ideo non faciẽda die feriata. de fer. Domi. Font.

Cum plures.] Sunt tria dicta Secũdum; ibi, Porro. Tertium ibi. Iuriſdictione. Dominicus.

¶ Cum cauſa eſt pluribus delegata cum clauſula: quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum quilibet delegatus recipit iuriſdictionem inſolidum: tamen ſi vnus cauſam occupauit, alij non poſſunt eum impedire, niſi occupans differret, procedere malitioſe.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius capituli, ꝙ cum cauſa eſt delegata ſimpliciter pluribus iudicibus: licet iuriſdictio ſit indiuiſibilis: quia eſt apud quemlibet iudicum inſolidum; tamen exercitium iuriſdictionis eſt apud omnes ſimul l. duo ex tribus ff. de re iudi. cap. paſtoralis. eo. tit. in ant. Veruntamen Papa conſueuit apponere iſtã clauſulam; quòd ſi omnes intereſſe nequiueritis, alter negotium exequatur: Aliquotiens etiam ponitur iſta clauſula: quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum negotium exequatur.

CASVS. Cum prætenderem te debitorem meum: impetraui duos vel tres delegatos ſub iſta forma. Conqueſtus eſt nobis talis, quod Titius, ſuper tali re ei iniuriatur: quo circa mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus veſtrum quod iuſtum fuerit decernatis: vnde præſentaui litteras meas vni delegatorum, vt mihi decerneret vnam citationem: vtrum iſte poſſit procedere alijs irrequiſitis? Reſpondet quòd ſic: quia forma ſuæ iuriſdictionis hoc habet. Sed quid: ponamus quòd vnus iſtorum incœpit procedere in cauſa: vtrum alij poſtea poterunt implere? Reſpondet quod non, niſi iſte qui cauſam occupauit, non vellet, vel non poſſet cauſam finire: quia forte mortuus eſt, vel eſt occupatus: vel ſi malitioſe differret procedere, volens fauere vni parti: tũc poteſt dimitti, & alij poterunt adiri, & de cauſa ſe intromittere. Sed quid ſi vnus ſolus incœpit vti iuriſdictione deinde mortuus eſt Papa: & moritur iſte delegatus: volo adire alium pro parte tua: dĩ, ꝙ non poſſum: quia eſt res integra quãtũ ad iſtum? modo re integra mortuo mandante expirat mandatum? Rñdet Papa, ꝙ iuriſdictione ꝑpetuata ꝑ vnum delegatorũ, ꝑpetuata eſt etiam quo ad alios: licet non incœperunt vti iuriſdictione Nota primo ꝙ clauſulæ pluriũ delegatorum quæque dantur diſiunctiue: ita vt ex propria voluntate quilibet ipſorum poſſit ſine alio ꝓcedere. Nota ſecundo, ꝙ dictio, plures, includit vltra duo, quia ex ſequẽtib. illam dictionem apparet loquẽtem illud voluiſſe limitare regulam, pluralis. ĩ. de re. iu. Dominicus.

[Prima gloſ. dicit quid declaret.]

c ¶ Cum plures.] declarat & approbat notata per Hoſtienſem ſ. eo. prudentiam. 1. reſponſo.

[Gloſ. ſeq. diſtinguit inter formas; ponit, & probat opinionem contrariam, & reſpondet.]

d ¶ Forma.] iſta forma eſt bene aduertẽda: aliud enim eſt cũ ſcribitur cum clauſula, ꝙ ſi non oẽs: vel, ꝙ ſi ambo: quia tunc iuriſdictio datur conditionaliter: tunc igitur vnus vel duo iuriſdictione vti poterunt: cum conſtiterit de conditione, & de impedimento tertij, vel collegæ: aliter nõ valet quod agitur. ſ. eo. prouidentiã, in prin. hic vero iuriſdictio datur alternatiue. ɩ vñ quilibet eſt iudex inſolidum vigore alternationis. ĩ. de reg. iur. in alternatiuis. cum ſuis cõcor. Dicebant tamen quidam in caſu noſtro contrarium, & tali ratione cum dr̃ in litteris, vt oẽs, vel duo, vel alter. &c. videtur Papa intellexiſſe: ꝙ ſi omnes volũt & poſſunt procedere, omnes procedãt: & ſi non omnes, duo: & ſi non duo, vnus. ad hoc ff. de admi. tuto. l. quidam decedens. §. Papinianus. & gradus diſiunctiue interdũ conſiderantur ſecundum ordinẽ ſcriptu. ff. ad Trebel. l. hæredes. §. fin. ibi tamen ex certis coniecturis apparebat intentionem ſcribentis fuiſſe talẽ. ad idem ff. de leg. 2. cum pater. § penult. & ĩ. de præb. mandato. ſu. e. lib. de elect. c. penult. Et ſi dicatur, ꝙ ſecundum hoc non erit differentia inter hanc clauſulam & clauſulã, ꝙ ſi non omnes? Rñdebant, immo erit: quia per hanc clauſulam, ſufficit requirere: ſed per clauſulã, ꝙ ſi non omnes: neceſſe eſt de impotentia conſtare, vt in decre. prudentiam. & pro eis facit, quia Papa libentius committit cauſas tribus, quàm duobus: duobus, quàm vni, vt ibi: ſed contrarium eſt verum, vt hic patet: vnde non ſunt iſtæ alternatiuæ ordinis, ſed præſtationis: & eſt regulare: nec poteſt negari quin ſi alter ſolus procedat, mandatum Papæ ſit adimpletum. ff. de ſolutioni. qui res §. area. in fi. & in prędicta regula, in alternatiuis. cum ſuis concordantijs.

ɩ Vide not. l cum quidam. C. de verb. ſign. & dic ꝙ diſiunctiua inter ꝑſonas grauatas accipitur proprie l. ſi ex toto deleg. 1. ſicut hic: nam iudicatura grauamẽ eſt glo. inter verſi. probari. c ſi contra vnum. ſu. eod. tit. ſed inter honoratas capit cõiunctim. dic. l. cũ ni ſi conſtaret aliud de mẽte diſponẽtis expreſſe, l. Titio aut Seio. de leg. 1. aut ꝗ cite. l. cum pr̃ de le. 1. Font.

e ¶ Conſimili.] vt ſi dicatur, ꝙ quilibet eorum inſolidum & per ſe iudicare & exequi poſſit.

ADDITIO. Vel ſi dicatur, quod alter alterum non expectet, vel non requirat. Ioan. And.

f ¶ Apoſtolica.] idem ſi ab alio: eſt enim quo ad hoc eadem ratio.

g ¶ Libere.] id eſt etiam non requiſito collega: ſimili modo exponimus illud, libere, quod habetur ſu. de ꝓbend. de multa, vt patet ĩ. de præben. licet epiſcopus.

h ¶ Vno eorum.] idem credo de duobus, vel de omnibus, qui ſimul inchoauerunt quo ad quid: ſcilicet, ꝙ ſi omnes incœperunt omnes finiant, niſi ex cauſa, vt ſequitur. [Vide cap, ſi duo. ſu. de procu. Fon.]

¶ In-

rum negocium inchoante [a] commiſſum, alij nequibunt [b] ſe vlterius intromittere de eodem: [c] niſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum [d] contingeret impediri: aut ſi nollet, vel malitioſe in eo procedere recuſaret. [e] Iuriſdictione vero perpetuata mandatore viuente per vnum (eo caſu quo [f] poteſt) ex iudicibus delegatis: perpetuata intelligitur quo ad omnes.

¶ Idem.

¶ Executor ſup gratia facta datus à Papa: mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur. Io. And.

C A P. IX.

SI ſuper gra-

a ¶ Inchoante.] qualitercunque, etiam ſi lis nondum ſit conteſtata coram eo. ſ. eo. gratum. & c. licet. & ſ. eo. in aut. quamuis & ỹ. eod. ſi à ſubdelegato. aliud in procuratore, qui dicitur occupaſſe per litis conteſta. vt ſit melior eius conditio. ỹ. de procu. ſi duo.

b ¶ Nequibũt.] ecce aliam differẽtiam inter clauſulam: ꝙ ſi non omnes: & clauſulam: vos vel alter: quia primo caſu qñ vno impedito procedit alter ceſſante impedimento ſimul ꝓcedunt. [1] ille enim impeditus poſtea veniens, & cum alio volens: procedere, admittetur.

ADDITIO. Vt no. ſ. eod. qm̃ abbas. in gl. 2. & c. coram. in gl. pen. Io. And.

c ¶ De eodem.] ſic pluribus procuratoribus datis inſolidum. ff. de procu. l. plurib. ff. man. l. creditor. §. duobus. ſ. de procu: alio non iniuſte. ỹ. eo. lib. eod. tit. ſi duo alias ſequi poſſet perplexitas, ſi quilibet per ſe procedere vellet: quia eodem forte tempore ad diuerſa loca citarent. ſupra de reſcriptis, cap. vlti. ibi vnus excõicaret, alter abſolueret. ſupra in ant. de reſcr. c. cum contingat. & ſic ſe impedirent: ſicut duo vſufructuarij ff. de vſufru. l. quotiens. & neceſſe eſſet ad ſuperiorem habere recurſum. ſupra eo. cap. 2. & ſic contra iura ſuperfluis fatigarentur laboribus & expenſis: tutior ergo, & melior fuit hæc interpretatio: vt res valeret, & non periret. ſupra de verb. ſig. abbate. ad idem. ff. de admi. tut. l. decreto. ad ſi.

d ¶ Illum.] ſcilicet inchoantem.

[Gl. ſeq. ponit vnam differentiam ad procur. & duas conuenientias.]

e ¶ Recuſare.] Tunc ergo poterunt alius vel alij procedere: nõ ſic in procuratoribus datis inſolidum: quia vno occupante, & poſtea impedito, alij non poſſunt procedere: niſi dictum fuiſſet in conſtitutione, ꝙ non eſſet melior conditio occupantis, ỹ. de procur. ſi duo. Et quod dixi, delegato impedito, collegam hoc caſu ꝓcedere poſſe: verum intelligo, niſi ille q inchoauit ſubdelegatum daret. [2] Arg. præd. decr. ſi duo. Puto etiam ꝙ cum collega propter impedimentum inchoantis ꝓcedit, ipſe inchoans ceſſante impedimento ſuo, cauſam reſumere non poterit: niſi & ille impediretur, vel procedere nollet: ad inſtar eius quod de procuratore diximus in prædicta decre. ſi duo.

[Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem, quam ſolutionem multipliciter probat, ponit opinionem contrariam, quam reprobat.]

f ¶ Quo poteſt.] vt quia ſcriptum erat cum clauſula: ꝙ ſi non omnes, & collega etiam actu perpetuationis impeditus non poterat intereſſe: vel ſcriptum erat cum clauſula: vos vel alter. Et patet per hanc litteram, ꝙ ſi iudex proceſſerat cum non poſſet per illum actum, nõ ſit perpetuata iuriſdictio: Vnde per hanc litteram & per decre. prudentiam terminaui quæſtionem de delegato dato in diem vel ſub conditione: qui forte volentibus partibus ante diem, vel conditionem fuerat vſus iuriſdictione: deinde mortuus fuerat delegans: an per illum actum perpetuata eſſet iuriſdictio: Nonne iuriſdictio vni ſub conditione mandatur per clauſulam, ꝙ ſi ambo: & ſi antequam conditio ſubueniat, procedit: nihil reputatur egiſſe. ſupra eodem. prudentiam. in prin. [3] Ergo ſi ille actus habetur pro nullo, non eſt ꝑpetuata iuriſdictio: & ſic perpetuationem inducere nõ poterit: vnde ſatis eſt ibi caſus. Item ex cõditionali de mandatione nondum eſt attributa iuriſdictio, ſed ſpes iuriſdictionis: ſicut ex conditionali obligatione ſola ſpes eſt debitum iri. Inſti. de verb. oblig. §. ex conditionali. ergo quod ante conditionem facit: vt priuatus facit, non vt iudex. Item ſi prorogatur iuriſdictio poſt tẽpus, requiritur ꝙ actor, reus, & iudex conſentiant. ff. de iud. l. 2. & facit quod not. ſupra eo. P. & G. in principio vltimæ gloſſæ: & quod recitatur. ſupra eodem de cauſis. ita arguendo de poſteriore ad prius in præuẽtione requiretur cõſenſus iudicis: ſed iſte iudex non erat, conditione vel die non veniente, vt dixi: Sicut ſtatuliber, quæ agit medio tempore, facit, vt ſeruus, non vt liber. ff. de ſtatulib. l. ſtatu liberum. Item video ꝙ terminus hominis non præuenitur. ſ. de appella. oblatę. & forma mandati exacta diligentia ſeruanda eſt: ita ꝙ ei renunciare non poteſt. ỹ. de præbendis. cui de non. Item pendente dilatione, iudicis officium quieſcit. ſ. de appel. ſignificantibus. C. de dilationibus. ſiue pars. ad quæſtionem bene facit. ff. de verbo. oblig. cum filius, ff. de cond. & demon. l. multum. ff. de condictione indebiti. l. ſub condictione. Item bene facit ỹ. de ſpon. cap. vno. nam vides ibi, ꝙ ſponſalia nulla inducunt publicę honeſtatis [4] iuſtitiam: & tñ ſponſalia conditionalia non: quia ante conditionem conſenſum non habent: à ſimili dicam adhuc minus eſſe de iuriſdictione ſub cõditione delata ante conditionem, quàm in alias nulla: verum eſt tñ, ꝙ Hoſt. no. ſ. eod. licet. ꝙ ad perpetuationem iuriſdictionis nõ requiritur, ꝙ ille actus de iure teneat: quod non eſt verum, præcipue in caſu noſtro, cum non poſſit perpetuari, quod nondum eſt, ſicut nec renaſci, quod nondum eſt natum de conſec. diſt. 4. qui in maternis, nec relabi qui nondum eſt lapſus. ỹ. de hæret. accuſatus.

SI ſuper.] Ponit dictum, quod primo probat per regulam: ſecundo per euitationem abſurditatis: Secunda: ibi, Ne gratiam.

CASVS. Papa contulit mihi canonicatum in eccleſia Pictauenſi, q a creauit me canonicum eccleſiæ Pictauẽſis: & mandauit canonicis, vt de facto me inſtallarent: & ponerent me in poſſeſſionem canonicatus, ꝑbendã, que mihi aſſignarent, ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam: & dedit mihi executorem ad compellendum canonicos: antequam meus executor exequeretur mandatum, Papa mortuus eſt poſtea in contumaciam canonicorum imploraui officium mei executoris, vt exequeretur mandatum: pro parte canonicorum fuit mihi oppoſitum, ꝙ poteſtas ipſius executoris expirauerat per mortem Papæ: ego dico cõtrarium: quia mea gratia non expirauerat: & executio eſt acceſſoria ad gratiam: Conſultus Papa reſpondet, ꝙ executor poterit facere executionem, licet Papa mandans ſit mortuus: & hoc propter rationem textus: quia executio eſt acceſſoria ad gratiam iamque factam: ideo ſecus ſi gratia non eſſet iamque facta, ſed facienda: tunc enim executor mortuo Papa non poſſet vti ſua executione, ſi res ſit integra, & non incœperit vti ſua iuriſdictione. cap. ſi cui. intra de præbend. Nota primo. ꝙ Papa poteſt alicui conferre canonicatum ſine præbenda: & ſic canonia poteſt eſſe ſine præbenda: tamen non debet eſſe diu, & tamen præbenda poteſt eſſe ſine canonia: vt in notabilibus eccleſijs paruuli habent vnam præbendam: nõ tamen per hoc ſunt canonici: & laicus poteſt eſſe præbendatus in eccleſia, non tamen per hoc eſt canonicus. de hoc in cap. cum M. de conſt. in antiq.

1 Immo licet alter habet iuriſdictionem in habitu: ſi tamen procedat: nõ valet actus ipſo iure. l. 1. ff. de offic. Conſul. per prorogationem tñ poſſent præuẽti vna ꝓcedere. Anch. Ponta.

2 Tunc iſte præcederet collegã, niſi collega eũ præueniret. Philip. & Dom. Fon.

3 Fa. quod no. in Spec. de cita. §. 1. ver. ſed pone Papa, vbi dicit Guli. pronunciatum per Papam, ꝙ ille cui mãdatur ꝙ Titium moneat vt inf. decem dies dimittat beneficium, aliàs citet illum ad curiam: ſi ſimul moneat, & citet, non valet citatio. & facit ꝙ no. in cle. attendẽtes. in gloſ. pen. de ſtatu regu. & vide ꝙ dixi ſ. eo. lib. de elect. commiſſa. 1. reſpon. Et faciũt hæc ad formam illam moneatis: & ſi neceſſe fuerit ꝑ cẽſuram, &c. Io. An.

4 Vide cõcilium Trident. ſeſſio. 24. de reformat. cap. 3.

Nota ꝙ ſi Papa poſtquam mihi contulerit canonicatũ, mandat canonicis, vt me inducerent in poſſeſſionem actualem: & præbendam ſi qua vacaret mihi conferrent, alioquin proxime vacaturam: datis ad hoc certis executoribus: & accidit ꝙ Papa morit̃ antequam executor in negotio proceſſerit: non propter hoc expirauit poteſtas executoris propter rõnem textus.

Nota inſuper id ad quod allegatur præſens c. ꝙ ſi quis fuerit creatus canonicus per Papam: mortuo Papa non expirat creatio canonicatus: & ſic per mortẽ Papæ non expirant gratię per eum ad beneficia conceſſæ. Tamen Papa in craſtinum ſuæ confirmationis conſueuit reuocare omnes gratias per ſuum prędeceſſorem conceſſas ne detur materia captandi mortem.

Nota deinde ꝙ poteſtas executoris nõ dicit̃ principalis quo ad gratiam: ſed potius acceſſoria Nota finaliter, quòd aliud eſt rem reddi inutilem: aliud eius effectum elõgari: & ſic patet quòd dilatans executionem rei, non ſemper dicitur facere rem inutilem Dominicus.

tia [a] cuiquam ab Apoſtolica ſede facta [b] executores fuerint deputati: æquum eſſe cenſemus, vt ſicut ipſa gratia (licet nõdum ſit in eius executione proceſſum) morte non perimit̃ concedentis, ſic nec etiam re integra perimatur executoribus data poteſtas: quam [c] veluti gratiæ prędictæ acceſſoriam, naturam ſequi congruit principalis: [d] Ne gratiam eandem vel reddi quandoq; omnino inutilem, [e] vel ipſius effectum in tempus longius [f] (cum illius diſpendio, cui facta extitit) differri contingat.

¶ al. ipſius.

[Prima glo. ponit ſummam, & quid declaret.]

a ¶ Si ſuper gratia.] Executor ſuper gratia facta datus à Papa, mortuo Papa etiam re integra, gratiam exequitur. Et declarat hæc conſtitutio quod no. Guil. & Hoſt. de reſcrip. conſtitutus. in prin. & Hoſtienſis. ſupra eod. quoniam. & cap. licet.

[Glo. ſeq. ſoluit contrarium, & remittit.

b ¶ Facta. iſtud eſt quod ſoluit contra de decre. infra de præben. ſi cui. vt ibi dixi in vlti. glo.

ADDITIO. Item Ioan. Mona. & Archid. qui alleg. facilius impediri faciendum, quàm tolli iam factum. 35. quæſt. 1. § vlti. ſupra de iureiuran. quemadmodum. Ioan. And.

c ¶ Quam.] ſcilicet poteſtatem datam executoribus ſuper ipſa gratia ſibi facta.

[Glo. ſeq. alle. concor. obijcit. & ſoluit.

d ¶ Principalis.] ad idem infra de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concordan. huius contrarium videtur: quia iura inducta ſupra eodem indiſtincte dicebant poteſtatem delegati perire re integra morte mandatoris. ſupra eodem relatum. gratum. licet. cum ſimilib. ſed executor habet delegatam: quod patet: quia tractatus ipſorum ponitur ſub iſto titulo: vt dixi ſupra eod. lib. de reſcrip. tibi qui. ergo eorum poteſtas expirare videbatur. Et non obſtat ſi dicatur illud reſcriptum eſſe executorium gratiæ: quia ſi reſcripta, quæ cauſæ cognitionem committunt, pereunt re integra morte committentis: multo fortius videbatur in executoris gratiarum: cum facilius via extraordinaria, quàm via iuris communis tolli debeat. [In Authen. de rebus eccleſiæ non alienan. § quia vero veriſimile. colla. 2. Ioannes Mona. Ad idem C. ad Velleia. antiquæ 1. reſponſo. ff de milit. teſtam. l. eius militis. § 1. Et ſi dicatur quòd gratia poſſet eſſe inutilis. recurreretur ad ordinarium: ſicut in caſu, infra de præben. ſi clericus. §. verum. ſed contrarium eſt verum: & ratio ſequitur.

e ¶ Inutilem.] puta quia gratiam habebat contra ordinarium: & nouos executores non impetrat.

f ¶ Longius.] quia neceſſe habet adire Papam pro cõſequenda iuſtitia: vel pro nouis executoribus impetrandis.

¶ Idem.

¶ *Duos caſus ponit, quibus de ſubdelegato non in totum appellatur ad primum delegantem: ſcilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus eſt: Alios caſus ponit infra eodem, ſi à ſubdelegato. Ioan. And.*

CAP. X.

Si is, [g] cui cauſa (licet proprio nomine non expreſſo [h]) à ſede fuerat Apoſtolica delegata, ſubdelegauerit non in totũ [i] vices ſuas alicui: à ſub-

Si is cui.] Ponit dictum, cuius cãm interſerit: ibi, Ne abſolutionem. Io. And.

¶ Pręſupponendum primo, ꝙ cum appellatur à ſubdelegato Papę, eſt appellandum ad ſubdelegantem: quando non ſubdelegauit in totum: fallit in caſu huius capituli.

CASVS. Papa cauſam moueri ſperatã inter te & me delegauit alicui. puta decano Pictauenſi: q ſubdelegauit aliquẽ reſeruando ſibi ſententiam: ſubdelegatus incœpit cognoſcere de cauſa: tractu temporis ſubdelegatus fuit excommunicatus ex aliqua cã rõnabili, vel eſt mortuus: poſtea ſubdelegatus tulit ſententiam contra te: tu vis appellare; quæritur ad quem eſt appellandum? Reſpondet ꝙ in hoc caſu. quando ſubdelegatus eſt mortuus: eſt appellandum ad Papam primum delegantem omiſſo medio. Nota ꝙ delegatus Papæ poteſt ſubdelegare in totum nihil ſibi reſeruando de iuriſdictione: vel nõ in totum: ſed reſeruando ſibi ſententiam vel executionem: In primo caſu non poteſt reuocare ſubdelegationem. niſi re exiſtente integra. Item eſt appellandum tũc ad Papam: & non ad ipſum ſubdelegantem: In ſecundo vero caſu poteſt commiſſionem ſuam reuocare: et re non exiſtente integra. Item appellatur ad ipſum ſubdelegantem, & non ad Papam: niſi in caſu huius capituli, quando delegatus eſt excommunicatus vel mortuus. Nota vlterius ius commune mutari propter præiudicium quod veriſimiliter litigantibus imminet. infra de re iudi. abbate. ad fi. ſecundum Ioan. Mona. Nota finaliter, ꝙ litigantes grauari non debent ex alieno facto. ad hoc 23. q. 4. ſi quis à catholica. & ca. forte. & c. nimium, in fi. ſecundum Arch. Dominicus.

[Prima glo. dicit quid declaret, & ſummat.]

g ¶ Si is.] declara notata per Innocentium & Hoſtienſem ſupra eo. licet. in fi. & duos caſus ponit, quibus de ſubdelega. non in totum appellatur ad primum delegantem: ſcilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus eſt. Alios caſus ponit infra eodem. ſi à ſubdelegato.

h ¶ Non expreſſo.] aliàs non erat dubitatio: ſi enim nomen fuiſſet expreſſum, ſucceſſor non ſuccederet in delegatione. s. eo. quoniam Abbas.

ADDITIO. Quæ cum iſta per §. iungi debuiſſet. Ioan. And.

i ¶ Non in totum.] hoc dicit: quia aliàs non eſſet dubitatio quo ad ſecundum membrum: Si enim delegatus ſubdelegaſſet in totum: indiſtincte appellaretur ad primum delegantem ſupra eo. ſuper quæſtionum. Sed qñ aliquid reſeruat: appellari debet ad ipſum delegatum ſubdelegantem: vt ibi, & s. eo. ſi delegatus.

ADDITIO. Et quod ibi dixi poſt. Hoſt. ſuper prima gloſ. hic ponit Archid. ſcilicet, ꝙ quando ſcribitur dignitati ſucceſſor cognoſcit: etiam ſi prędeceſſori, qui

eos

erat tȝe datæ, reſcriptum præſentatū nō fuerit. Io. An.

a ¶ Excommunicari.] maiori excommunicatione: mi nori enim excommunicatus bene exercet ea quæ ſunt iuriſdictionis. ſupra de cle. excom. mi. ſi celebrat.

b ¶ De medio.] id eſt, de hoc mundo: quod quare dicat medium, vide 23. q. 4. hæc autem vita.

[Glo. ſeq. primo arguit à cōtrario: ſecūdo qōnem ſoluit: & ponit opinionem cōtrariā: tertio arguit ad aliam quæſtionē.

c ¶ Durante.] Nota quia ſublato impedimēto, id eſt, illo abſoluto vel confirmato ſucceſſore: ad primū delegantem appellari non debet. Et ſi dubitaretur, an ipſe delegatus eſſet abſolutus: credo ꝙ teneret appellatio alternatiua propter probabile dubium. Ad hoc ſupra eo. li. de poſtula. cap. vno ſicut etiā propter dubitationē probabilem format actor libellum alternatiuum. ff. quorum lega. l. 1. §. qui autē. alias non credo: maxime ſecundum canones, ꝙ liceat alternatiue appellari: ne liceat vagari, &c. ſupra eo. lib. de electio, vt quis duas. ad idem bene facit eo. tit. cap. 2. vbi non tenent vota alternatiua. ſecundum canones dixi: quia ſecūdū leges non appellatur ad Imperatorem omiſſo medio: & ſi appellaretur, Imperator remittit ad eum, ad quē debuerat appellari. ff. de appellationibus. Imperatores vnde ſi appelletur ad Imperatorē, vel ad præſidem: tenere poſſet appellatio ad præſidem prædicta rōne: ſed ſm nos appellari poteſt ad Papam omiſſo medio. ī. de appell. dilecti vlt. & ad legatum. ſupra de offi. leg. c. 1. vnde ſi appellans de epō dicat, appello ad archiepm vel ad Papam: non puto appellationem tenere: niſi alterum eligat infra id tempus, infra quod poterat appellari. Arg. ī. de poſtula. ca. 1. §. ſi. ne cum diſcrimine appellati liceat ſic vagari. ff. de iniur. l. prætor. licet Guil. foueat contrarium in Spec. de appella. §. nunc tractemus. verſiculo, ſed pone aliquis. & verſiculo, quid ſi dicat. Bene aūt facit hæc decre. & illa infra c. ſi a ſubdelegato. ad quæſtionem no. ſup. de fo. compe. ſi quis ī clericum. in glo. 2. ſcilicet ad quem appelletur de delegato epiſcopi recuſati. Et dicebant Vin. & Tan. ꝙ appellari poteſt ad archiepiſcopum. non obſtat decret. dilecti. cum hic iam per recuſationem ſublatum ſit mediū, pro quibus in arg. faciunt iſta iura.

d ¶ Prorogari.] circa quod debent iudices prouidere. ſupra de dolo & contu. finem infra de offi. ordi. vt litigantes.

A B arbitris.] Non diuiditur: qa tota litera vno conſtructu clauditur. Dominicus.

CASVS. Cauſam, quæ inter te & me mouebatur, vel moueri ſperabatur, Papa ad mei inſtantiam delegauit archidiacono Pictauenſi, tu voluiſti recuſare iudicem, quia inimicus tuus capitalis: fuerunt electi arbitri ad cognoſcendum de iſta cauſa ſuſpicionis: & tulerunt ſuam ſententiam interlocutoriam vel diffinitiuam (quia iſtud capitulum habet locum etiam ſi arbitri aſſignauerunt terminū nimis arctum) ab iſta ſnīa interlocutoria vel diffinitiua appellauiſti: Quæritur ad quem debes appellare: vtrum ad iudicem recuſatū poſſis appellare? Rādet ꝙ non: nam cum ſit ſuſpectus in cauſa principali, eſſet ſimiliter ſuſpectus in cauſa appellationis: Sed eſt appellandum ad Papam. Sed quid ſanctiſſime Pater: habemus in c. paſtoralis. de reſcri. in anti. ꝙ qñ ſunt plures & diuerſi iudices impetrati, ſi dubitetur vtrum prima commiſſio reuocetur: vel quid, dicit ibi, ꝙ ſi iudices noluit deferre, debent inter ſe cōuenire: ꝙ ſi non poſſint conuenire, debēt eligere arbitros ad ſopiendum illam quæſtionē: an prima cōmiſſio fuerit reuocata vel non: Sed quæritur: iſti arbitri tulerunt ſuam ſentētiam, ad quem erit appellandum? vtrum appelletur ad ipſos iudices? Reſpōdet ꝙ non: ſed eſt appellandum ad Papā. Nota primo, ꝙ cauſa ſuſpicionis eſt proponenda coram iudice, qui recuſatur. ad hoc ſupra c. ſuſpicionis. & ſupra eo. ti. & lib. ſi contra vnū. & cap. iudex. Nota ſecūdo arg. ꝙ iſti arbitri non poſſunt cognoſcere de cauſa principali probat tex. ꝙ dicit de cauſa ſuſpicionis: de quo in dicto ca. ſuſpicionis. Dominicus.

delegato huiuſmodi, ſi delegatum ipſum excommunicari, [a] aut de medio [b] tolli contingat, impedimento tali durante [c] ad ſedem ipſam (ne abſolutionem vel ſucceſſorem expectando illius, præiudicari litigantibus, vel cauſa plus debito prorogari [d] valeat) volumus appellari.

¶ Idem.

¶ Ab arbitris iuris appellatur ad Papam. Io. And.

CAP. XI.

AB arbitris, [e] qui ſecūdum formam iuris, [f] vt de propoſita contra iudicem [g] ſuſpicionis cauſa cognoſcant: vel qui cum de reuocatione ambigitur litterarum, iudicibus nequeuntibus in vnā ſententiam concordare, [h] ad concertationem huiuſmodi ſopiendam à partibus eliguntur: eſt (ſi grauauerint [i]) ad ſedem Apoſtolicā appellandū. [k]

¶ Idem.

¶ Executor datus à Papa vt prouideat perſonæ, ſubdelegat: ſi detur vt prouideat eccleſiæ non expreſſa perſona, non ſubdelegat: niſi habeat ſpeciale mandatum. & cauſam reddit, Ioan. And.

[Prima glo. ponit quid approbet, & ſummet.]

e ¶ Ab arbitris.] approbat, quod notat Ber. ſup. eo. ſuſpicionis. circa principium in glo. & Guil. in Spec. de app. §. nunc tractemus. verſ. ſed ad quem. Et breuiter dicit, ꝙ ab arbitris iuris appellatur ad Papam.

f ¶ Iuris.] vbi ſunt iura, videbis infra. & iſta rō quare debet appellari ad Papam: quia cum iſti arbitri ſecundum iuris formam ſint electi ad ipſum ius, à quo poteſtatem habent, oportet appellari: & ſic ad Papam, qui eſt lex animata in terris.

ADDITIO. In authentico de conſulibus, ad finē. & colla. 4. Ioan. And.

g ¶ Iudicem.] delegatum Papæ. ſupra eo. ſuſpicionis. quod intellige vt ſupra eo. lib. contra vnum. & idem ſi recuſetur ordinarius. ſupra de appel. cum ſpeciali.

h ¶ Concordare.] nec ſibi inuicem deferētibus. ſupra in aut. de reſcrip. paſtoralis. in prin.

i ¶ Grauauerint.] ſiue in ſententia, puta quia inique pronūciant illum ſuſpectum: quia ſuſpectus probatus non eſt, vel econuerſo: vel ante ſententiam, puta nimis breuem dilationem dando. ſupra de dila. c. 1. quod eſt ipſorum officium. ſupra eo. ſuſpicionis.

[Glo. ſeq. obijcit & ſoluit, caſum addit: ſolutionem per ſimile fortificat.]

k ¶ Appellandum.] contra. C. de rece. arbit. l. 1. 2. q 6. à iudicibus. in quibus dicitur, quòd non appellatur ab arbitris. Sol. ſunt quidam arbitri qui compromiſſarij vocantur: & voluntate adeuntur: & ab iſtis non appellatur. Et ſic loquuntur contraria: Sunt alij, qui de neceſſitate iuris habent aſſumi: de quibus loquitur hæc decretalis: & à talibus bene appellatur, vt hic: & ſic etiā poſſet intelligi lex illa C. de iud. l. vlt. Et hac ratione puto hanc decre. locū habere in arbitris electis ad audiendam cauſam, quam mouet epſ contra ſuum ſubditum: cum etiam illo caſu de neceſſitate eligātur arbitri. 2 1. q. 1. ſi clericus. & de hoc ī. de offi. or. irrefragabili. in glo. pen. ſic etiam magis fauet lex ei qui neceſſariam ſatiſ-

¶ Vide An cha. §. 2. no. & cuius mēte videtur, ꝙ ceſſante iſta ratione appellet ad proximū: pōdero ꝙ eo. ver. durante, ſignificans longum tēpus. Fonta.

1 Idē ſi dubitatur an ſubdelegauerit totū, vel partem, & ſtat per iudicē vel aduerſariū, quod certificare nō poteſt. Io. An.

2 Idē Phil. & An. Arc. in l. 1. §. ſi quis. ff. de appel. Fon.

3 Nota hic ꝙ iſti arbitri iudicant de omnibus emergentibus. Anch. & Do. Fo.

4 Iſta gl. facit ꝙ dēat appellare ad ſtatuentes, quando per ſtatuta debeat i arbitros compromitti. Phil. Font.

5 Supplicari tamen poteſt ī. de ar. non ſine. & not. 2. q. 6. cap. à iudicibus. §. ꝙ de arbitris. in fin. pen. glo. Archidiac.

ſatiſdationem præſtare debet, quam ei, qui voluntariam: quia primum ſi ibi ſatiſdare non poteſt, alio loco ſatiſdare permittit, ſecundum non. ff. qui ſatiſd. cog. l. fideiuſſor. ad idem C. de rebus credi. generaliter. in ſi. 2. reſponſo.

[Is cui.] Sunt duæ partes. Secūda ibi, Sed ſi. quæ facit tria: Prima ponit dictum: Secūdo rationem interſerit ibi, Quia circa. Tertio ibi, Niſi. excipit. Io. And.

CASVS. Papa mādauit epiſcopo Pictauenſi, vt prouideret perſonæ idoneæ de tali præbēda, quæ vacabat: quia forte vacauit in curia, & Papa non habebat notitiam perſonarum huius patriæ: vtrū talis executor ſic deputat⁹ à Papa, poſſit vices ſuas cōmittere alij? Reſpondet ꝙ non, niſi Papa daret ſibi ſpecialem poteſtatem, vt prouideret per ſe vel alium. cap. vlt. eo. titu. in ant. Sed quid ſi Papa mandauit, vt de illa præbenda prouideret certæ perſonæ: puta Titio, vtrum poſſit ſubdelegare? Reſpondet quòd ſic: nam tunc non eſt electa induſtria perſonæ: ideo poteſt alij committere: ſecus eſt in primo caſu, cum eſt electa induſtria perſonę circa perſonam eligendam: tunc enim non poteſt alij committere, niſi ad hoc habeat ſpecialem poteſtatem à Romano Pontifice: vt dicto capitu. prœallegato. Nota primo quòd cum Papa mandat alicui, vt ipſe prouideat de tali beneficio certæ perſonæ: puta Titio, non videtur electa induſtria perſonæ executoris: ſecus ſi committitur prouiſio incertæ perſonæ. Nota inſuper, quòd in eligenda perſona idonea magnum periculum verſatur: & ideo talis executor cui mandatur, vt eligat perſonam idoneam, non poteſt ſubdelegare: quia induſtria eius electa eſt. Nota hic gloſſam notabilem, quæ limitat iura dicentia, quod delegatus alius à principe non poteſt ſubdelegare: verum eſt, niſi detur ſibi poteſtas ſpecialis ſubdelegandi: nam delegans dando poteſtatem ſubdelegandi, videtur ipſemet delegans ſubdelegare: ſicut etiam dominus dando procuratori ſuo facultatem ſubſtituēdi: & procurator ſubſtituit: videtur ipſemet dominus ſubſtituere: Heli. Reg.

¶ Dic ꝙ illa cenſetur electa ī magnis in concernētibus publicā vtilitatem, & qñ vltra factū aliquid amplius requirit: puta examinatio. Bar. in l. inter artifices. ff. de ſo. Io. And. in Re. qui per alium. vide Anch. Font.

CAP. XII.

Is cui [a] ab Apoſtolica [b] ſede cōmittitur certę perſonæ prouiſio [c] de beneficio in certa eccleſia, diœceſi, vel prouincia [d] faciēda: pōt alij cōmittere licite vices ſuas. ¶ Sed ſi non expreſſa certa perſona cōmittatur eidē, vt alicui perſonę idoneæ de certa eccleſia, vel beneficio debeat prouidere: (Quia circa eligēdam perſonā eius induſtria [1] tunc videtur electa) prouiſionem ſibi cōmiſſam alteri demandare non poteſt: [e] Niſi forma commiſſionis habeat, vt per ſe vel per alium [f] id valeat expedire.

¶ Idem.

¶ *Is, cui aliquid certo loco expediendum committitur: ex iuſta cauſa illud expedire poterit extra locum. hoc dicit Ioan. And.*

CAP. XIII.

Statui-

[Prima gloſſa tria dicit: vnde ſumpta, quid declaret: & ſummat.]

a ¶ Is, cui.] Sumpta fuit de extrauaganti, quæ incipiebat, quæſiuit à nobis. Et declarat iſta decretalis & ſequens, decretalem vltimam ſupra eo. tit. §. is autem. Et in ſumma dicit, ꝙ executor datus à Papa vt prouideat perſonæ, ſubdelegat: Si detur vt prouideat eccleſiæ nō expreſſa perſona, non ſubdelegat, niſi habeat ſpeciale mandatum: & cauſam reddit.

ADDITIO. Et approbat quod ibi dixit Pet. de Ancharano, & reprobat quod ibi dixit Innoc. in gl. fin. qui diſtinxit, an dicatur, prouideas vel exequaris: & tunc non committit: An prouideri facias vel compellas: & tunc committit.

b ¶ Ab Apoſtolica ſede.] ſpeciale enim eſt delegati à principe, ꝙ ſubdelegare poteſt. C. de ſedi. à iudice. ſupra eod. cap. paſtoralis. & c. vlt.

c ¶ Prouiſio.] etiam ſi committatur ei, ꝙ inquirat de illius vita, & conſeruatione, vt in cle. eo. tit. iudices.

ADDITIO. Et hoc eſt quod dixit. Io. Mona. ita ſeruari in forma pauperum. Ioan. And.

d ¶ Prouincia.] ergo non requirimus ꝙ beneficium ſit certum: ſufficit ꝙ ſit certa perſona, licet incertum beneficium, vt ſubdelegare poſſit: in hoc caſu non habet locum decretalis vlt. ſupra eo. tit.

e ¶ Non poteſt.] & ſic intelligatur ſ. eo. c. vlt. is enim cuius induſtria eligitur, non ſubdelegat, & ibi plene de hoc.

[Glo. ſeq. allegat vnam concordantiā, & per illam & iſtam quæſtionem ſoluit: ad quam ſolutionem adducit 10. decret. & duas leges.]

f ¶ Per alium.] ergo quod de iure communi nō poteſt, ex poteſtate cōmiſſionis poterit: ad idem infra cap. vlt. §. vices Et faciunt hæc ad quæſtionem quam diſputatur: an delegatus ab alio quam à principe, habens ſpāle mandatum ſubdelegādi, ſubdelegare poſſit. Et credo ꝙ ſic: [1] quia ſicut iſti non habent à lege ꝙ ſubdelegare poſſint: tamen ſi ad hoc haberent ſpeciale, hoc poſſent: ſic dicam ꝙ licet delegatus ab alio quàm à principe non habeat hoc à lege, & ſic loquuntur contraria: tamē ſi habet hoc ab homine, ſubdelegare poterit. Ad hoc optimè facit infra de procur. c. 1. 2. reſponſo. vbi procurator ad iudicia ante litem conteſtatam non ſubſtituit ex poteſtāte legis, niſi eſſet datus in rē ſuam: tamen ſi habet ſpeciale mandatum, ſubſtituere pōt, ad idem e. ti. c. vlt. vbi procurator datus ad matrimonium contrahendum non ſubſtituit, niſi hebeat ſpeciale, & compromiſſarius datus ad eligendum, non eligit vnum nomine ſuo, & alium nomine domini ex poteſtate legis: tamen ſi habeat ſpeciale hoc poteſt ex poteſtate hominis. ſupra eo li. de elec. c. pę. §. porro. ad hoc etiam facit infra tit. prox. c. 1. & ſupra tit. prox. c. 2. & 3. & infra de reg. iu. qui per aliū & in regula, pōt quis. Stabo igitur regulæ, cum contrarium non reperiam. Et dicit lex, quòd non refert an ipſe ordo decurionum elegerit, an is cui ordo ipſum negotium dedit. ff. quod cuiuſque vniuer. l. item eorum. §. ſi decuriones. ad hoc etiam facit ſupra eo. de reſcri. cum aliquibus. & infra de præb. hi qui. ſecundo reſponſo. Inſti. de Atil. tuto. §. ſed quod iure veteri.

[1] Ita practicatur, quia ordinarij d̄legant cum clauſula, p̄ te, vel per alium, quē ex nūc Ph. remittit ad Barto. in l. more maiorū ff de iu. om iud. & tenet Bald. per tex. ibi. l. nō diſtinguemus. §. quæſitū, ff. de recep. arbi. Font.

Statuimus.] Primo ponit ſpeciale ſtatutum cū ſua cauſa: Secundo illud generaliter prorogat: & cauſam reddit ibi, Idem. Io. And. hic.

¶ Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt, quòd mandatarius tenetur fines mandati obſeruare diligenter, ita quòd ſi fines ſui mandati excedat, non valet: eo quod exceſſit fines mandati. Secundo præſupponendum, quod inquiſitor à ſede Apoſtolica deputatus ad inquirendum exceſſus, dicitur delegatus. Tertio eſt pręſupponendum, quod delegatus in certo loco, non poteſt cognoſcere extrà illum locum. cap. ſtatutum. ſupra eod. lib de reſcri.

CASVS. Peruenit ad notitiam Papæ, ꝙ in monaſterio ſancti Cypriani Pictauis erat magna diſſolutio tam in capite quàm in membris: mandauit Papa archidiacono Pictauen. vt ad dictum monaſterium accedens, inquireret de dictis exceſſibus tā in capite, quàm in membris, & inquiſitione facta totum proceſſum remitteret ad Papam: Archidiaconus delegatus timet, ꝙ monachi eum male tractent: Quæritur vtrum inquiſitor deputatus ad certum locum, poſſit locum mutare ad faciendum inquiſitionem, ſecundum quod fuit ſibi

man-

mandatum? Videtur quòd non. per c. ſtatutum. alleg. hoc tamen non obſtante: reſpondet Romanus Pontifex in contrarium: videlicet, quòd inquiſitor deputatus ad certum locum, ſi ſubſit cauſa rationabilis, poterit locum mutare: & illud cap. ſtatutum. intelligitur, quando nõ ſubeſt rationabilis cauſa: & hoc ne monachi reportẽt lucrum ex ſuo dolo: nam neceſſitas non habet legem. ca. conſilium. de obſer. ieiu. in antiq. Nota primo ex iſto text. quòd delegatus à ſede Apoſtolica deputatus: (Idem in delegato à quocunque alio, cui eſt iniunctũ, vt mandatum certo loco exequatur) tenetur exequi in loco aſſignato: niſi ſubſit iuſta cauſa, vt hic. Nota inſuper, quòd non ſolum iudex ordinarius poteſt mutare locum ſuorum maiorum. l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando iud. ſed hoc etiam põt facere iudex delegatus cum iuſta cauſa, nec in hoc requiritur conſenſus partium: ſed ſi non ſubſit iuſta cauſa, non poteſt ſine conſenſu partium: ſed de conſenſu partium poteſt prorogari iuriſdictio. ca. ſtatutum ſupra eo. lib. de reſcript. Nota vlterius, quòd ſi Papa mandauit, vt delegatus aliquam inquiſitionem certo loco faciat, ſi executor timeat potentiam illius contra quem eſt facienda inquiſitio: poterit alium locum idoneum aſſignare: nec poterit excipi contra delegatum, quòd procedit extra locum tibi deputatum.

† Nota ꝙ paria ſunt impediri ꝑ illum, cõtra quẽ debet fieri actus vel ꝑ alios eius fautores. vide de teſti. conſtitutus. & de homi. Petrus, & 1. q. 4. quia præſulatus. Dominicus.

Iudex ordinarius non tãtũ poteſt locũ maiorum mutare: ſed etiã delegatus cauſa ſubſiſtente.

mus, [a] vt is, per quem ab Apoſtolica [b] ſede certo loco inquiſitio fieri, vel quicquid aliud [c] expediri mandatur: ſi propter potentiam, vel malitiam illius, [d] contra quem inquiri debet, ſiue procedi, ſeu fautorum † eiuſdem, non poſſit hoc exequi eo loco ſecure [e] (ne ipſe commodum ex dolo, vel fraude reportet) ad id exequendum locum alium eligat idoneum, & ſecurũ. ¶ Idem faciat ſi alia rationabilis cauſa [f] ſubſit, propter quam in loco decreto perfici nequeat commode [g] quod mandatur ne tali prætextu impediri contingat mandatũ Apoſtolicum, vel differri. [h]

¶ Idem.

¶ Quando à ſubdelegato non in totum appellatur, quia nõ admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere iuriſdictionem: ad primum delegantem appellabitur. hoc dicit. Ioan. An.

CAP. XIIII.

SI à ſubdelegato, [i] cui delegatus non in to-

[Prima glo. ſummat, & dubium ſoluit.]

[a] ¶ Statuimus.] is, cui aliquid certo loco expediendũ committiẽ, ex iuſta cauſa illud expedire poterit extra locum, hoc dicit. Et nota quod dicit, ſtatuimus. [1] quaſi innuat, quòd ante hanc decretalem ex quo commiſſum erat expediendum in loco: extra locum expediri non poterat, vt forma mandati diligenter ſeruaretur. infra de præbend. cui de non. fit ergo hoc de iure nouo.

ADDITIO. Et per hoc patet falſam eſſe opinionẽ Vin. quam vide ſupra de re iud. cum I. & A. ſuper ver. ad eccleſiam. quam etiam hic reprobat Archid. qui dixerat valere proceſſum factum per delegatum, ex quo non opponebatur exceptio. Ioan And.

[1] Nota ꝙ dictio, ſtatuimus, eſt noui iuris ſignum, glo. in clem. generalem de æta. & qua li. gloſſ. in verb. ſtatuimus. in cle. ſi. de reſcrip. Dom. & volẽtibus partibus nõ ꝓcedet extra locũ ſignatum: q̃a forma delegationis alteranda non eſt. Pet. de Anch. Fon.

[Glo. ſeq. quærit ſoluit arg. pro, ſoluit contrarium.]

ADDITIO. §. porro. Io. Mona alleg. ſupra de appel. peruenit. 2. Et dicit in addi. ꝙ licet ordinarius in principali poteſtatem non habeat propter diſpenſationem: in his tamen quæ hic dicuntur de cura & obſequio eccleſiæ, poteſtatem habet: quia diſpenſatio ſemper datur vel dari intelligitur, ſecundum iſtas duas modificationes: & ſic ſoluitur contrarium de reg. acceſſorium, ī. de reg. iur. Io. And.

h ¶ Dubitetur.] probabiliter. de reſcrip. cum contingat. prope fin. de appel. conſuluit. infra, de ſent. excommu. ſacro.

i ¶ Æſtimare.] ſup. de iud. cū veniſſent. eius enim eſt interpretari, &c. 11. q. 1. c. clericum. 3. §. ex his. de ſent. excom. inter alia. C. de leg. l. vlt.

k ¶ Sui beneficij.] nota ſolū Papam diſpenſare in pluribus curatis: Pro ijs, quæ not. ī. de præb. de multa.

l ¶ Velit.] ſumpta fuerunt hæc verba ex l. ff. de reg. iur. Neratius. in fi.

m ¶ In cōferendis.] dixit de pluralitate beneficiorum, quæ obtinebant: hic dicit de his quæ obtinere volunt.

n ¶ Oſtēdatur.] quaſi propter iuris tranſgreſſionem ſit inhabilis ad beneficiū obtinendum. ſupra de præben. cum iamdudum.

ADDITIO. Et ī. de elec. dudum. 2. Et de hoc in Spec. de legato. §. nunc videndum. ver. ſed nunquid habens. & an epiſcopus cum tali diſpenſet: ibi in verſi. ſeq. Io. And.

o ¶ Ea quæ.] nota ꝙ in plurali dicit; ea quę tenetur ergo omnia habita renunciare, ſi vult de nouo aliud obtinere: nec vnum poteſt in aliud ꝑmutare: & licet potuerit duo vel tria q̃ diſpenſatiue habebat retinere, modo non poteſt de nouo habere niſi vnū: niſi aliud dicatur in diſpēſatione: & eſt ratio: quia odioſæ ſunt tales diſpenſationes, vt dixi, & probatur expreſſe hoc hodie ī. de pręb. non poteſt. 1. reſpon. Io. And.

p ¶ Aliter.] ideſt, diſpenſatione non obtenta: vel obtenta ſi primo non renunciat habitis: cum non oſtendatur diſpenſatio ad tot beneficia.

q ¶ Talibus.] ideſt, habentibus plura beneficia cum cura: vel dignitates, vel perſonatus: vel alterum cum altero.

r ¶ Nullius.] eſt ne reuocata decr. de multa. [2] vbi dicitur, quòd primum ſimile vacat ipſo iure: ſed tenet ſecundi collatio: hic dicitur, quod non tenet poſterioris collatio: quia promptum eſt iura iuribus concordare, & expediens. ſupra eod. lib. de elec. cum expediat. Dic ſecundum Gar. quòd decret. de multa. loquitur in eo, qui vnum tantum beneficium obtinebat, quod erat de iure communi: hic loquitur de illo, qui ante obtinebat plura, quod erat contra ius commune: & qui non eſt habilis ad aliud obtinendum: niſi diſpenſationem habeat, cum ſit tranſgreſſor canonum, vt prædixi: adde in Clemen. de præben. ſi plures. & quod ibi no. in glo. ſi intelligas. Ioan. And.

1 Secundū Gar. & Frā. idem Ioan. Mon. & Archid.

† Nota. Domi. vbi lex ipſo facto pœnam imponit, ſufficere ad pœnā, ꝙ iudex terminū ꝑfigat ad ſe defendendum: qui ſi non ſe defendat: abſque oī alia ſentētia pœna incurritur, quod facit ad not. in c. cum ſecundum, ī. de hære. F.

† al. ita: ꝓuideat tamen ordinarius taliter, ꝑ animarum cura, &c.

† al. aliqđ.

† Dictio, animarum, deeſt in manuſcriptis aliquot.

Diſpēſatus ad duo, nō poteſt vnū vel ambo cū alio vel alijs permutare.

2 Vide cōcilium Tri. ſeſ. 7. de refor. c. 4. vbi fit mentio c. de multa.

Quia plerique.] Primo inhibet: Secundo decernit: ibi: Decernentes. Tertio præſumptores puniri pręcipit: ibi, Præſumptores. Ioan. And.

CASVS. Epſ Pictaueñ. ſciens ꝙ Papa mittebat legatum in hanc prouinciam pro reformatione morū, vocauit ſubditos ſuos, q ei iurauerunt non reuelare ſua crimina: vel ſe ad hoc aſtrīxerūt ſub certis pęnis: vel epſ illos excōicauit caſu quo aliqua crimina reuelarent: vtrū valeant iſta? Rñdet ꝙ non: immo excōicatio eſt nulla ipſo iure: & ſi ſubditi ſoluere promiſerunt aliquas pęnas: pęnæ nō poſſunt ab eis exigi: vel ſi iurauerūt ñ dicere aliquid, & poſtea dicant, non pp hoc ſunt periuri. Nota primo, ꝙ iura debent adaptari ad id qđ ſæpius fit. vide ī. de depon. impu. literas. Nota ſecundo, argu. ꝙ appellatione eccleſiæ nō cōpræhēditur monaſterium: de quo aliquid in gl. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit vnde ſumpta.]

a ¶ Quia.] præcipit Papa, ne prælati ſubditis interdicant, ne ſtatum eccleſiarū & perſonarum ſuperioribus inquirentibus manifeſtent: nec eos ad id celandum iuramentis, promiſſionibus, obligationibus alijs, aut pœnis aſtringant: Decernit autē quod ꝯfactum fuerit irritum & inane: & ſententias, iuramenta, promiſſiones, vel pœnas, non ligare: & pręſumptores præcipit pœna cōdigna à ſuperioribus eiſdē puniri. Hæc decretalis olim erat extrauagans: & incipiebat, ad audientiam noſtrā.

ADDITIO. De qua faciebat mentionem Guil. in Spec. de inquiſitionibus. §. nunc tractemus. ſub ver. qd ſi ante. Illa tamen loquebatur ſolum in religioſis: hæc vero latius. Ioan. And.

[Gloſſæ omnes ſequentes ſunt textuales.]

b ¶ Plerique.] vt potes videre ī. de accuſa. olim.

c ¶ Audacia.] ad hoc ī. de verb. ſign. conſtitutionem, 2. reſponſo. & eſt audacia: quia tacere veritatem, peccatum mortale eſt. 11. q. 3. quiſquis de cri. fal. cap. 1.

d ¶ Interdicunt.] hoc ipſo ſe reddebant ſuſpectos. ī. de teſti. conſtitutis. 2. & ſe oſtendit iniquam cauſam fouere, vt ibi, & ī. de teſti. cogen. peruenit. & C. de poſtula. prouidendum. & 2. q. 7. §. verum. ver. ſi quis autem.

e ¶ Superioribus.] pone gradus in archipresbytero circa epm, epo circa archiepiſcopum, & ſic de ſingulis.

f ¶ Inquiſitoribus.] qui non poſſunt alijs committere vices ſuas. ī. de offi. delega. c. vlt. ī. eo. lib.

g ¶ Corrigendum.] crimina. Ioan. And.

h ¶ Reformandum.] mores. Ioan. And.

i ¶ Eccleſijs.] quarum appellatione monaſteria cōprehenduntur. 54. diſt. ca. abbati. §. hac autem auctoritate.

ADDITIO. Vide quod not. & dixi ī. eo. lib. de ſuppl. neglig. præl. grandi. in glo. not. Ioan. And.

CAP. IIII.

Quia[a] plerique[b] prælati non fine multa temeritatis audacia[c] ſuis ſubditis aliquando interdicunt,[d] ne ipſorum ſuperioribus,[e] Aut apoſtolicę ſedis legatis, vel inquiſitoribus[f] ad inquirēdum, corrigendum[g] & reformandum[h] in eorum eccleſijs,[i] monaſterijs, ſiue locis, à ſede deputatis eadem, vel alijs quibuſcunque perſonis:[k] per quas ad notitiam prædictorum valeat peruenire, ſtatum[l] eccleſiarum, monaſteriorum, ſeu locorum ſuorum, perſonarum, & rerum ipſorum inſinuent, vel exponant: in ipſos (ſi ſecus egerint) excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias proferentes: eoſque ad hoc celandum iuramentis, promiſſionibus, & † obligationibus, alijsque pęnis nihilominus aſtringentes. Nos huic malitiæ[m] (ne tali prætextu in eccleſijs, monaſterijs, & locis eiſdē inquiſitio, correctio, ſeu reformatio, cū facienda fuerint, valeant impediri) occurrere cupientes, prædicta;[n] & eorum quodlibet attentari de cętero diſtrictius inhibemus:[o] Decernentes auctoritate Apoſtolica, quicquid contra præſentem inhibitionē attentatum extiterit, nullius penitus exiſtere firmitatis: nec quemquam ſententijs,[p] iuramentis, promiſſionibus, obligationibus, vel pœnis huiuſmodi obligari quomodolibet, vel aſtringi.[q] Pręſumptores[r] autem eoſdem (ne ipſorum temeritas quoquo modo tranſeat impunita[s]) à ſuperioribus, vel legatis, ſeu inquiſitoribus, memoratis, animaduerſione condigna[t] præcipimus[u] caſtigari.

¶ Idem.

¶ *Iuriſdictio archiepiſcopo attributa in vna diœceſi ſibi in alijs non prodeſt. hoc dicit Zen.*

CAP. V.

Vt † litigan-

k ¶ Perſonis.] puta familiaribus ipſorum ſuperiorū legatorū; vel inqſitorū.

l ¶ Statum.] ad qđ tales tenētur habita diſtinctione ſecundū duplicem formam iuramenti: de qua vel qbus habes ī. de accu. cum dilecti.

m ¶ Malitiæ.] ſim. ī. eo. lib. de offic. de leg. ſtatuimus. 2. Io. And.

n ¶ Prædicta.] inter dictum, pœnales ſententias, iuramēta, & ꝓmiſſiones, vel obligationes alias.

o ¶ Inhibemus.] ſimile eſt qđ dicit lex. ꝙ dña accuſata de adulterio non poteſt manumittere ſeruos ſuos: & hoc iō, vt pp ipſos veritas inquiri poſſit. ff. qui & à quibus. ma. li. non ſin. l. proſpexit.

p ¶ Sententijs.] dico hūc caſum ſpecialem, in quo nō tenet ſententia excōicationis ipſo iure: & addēdum ad alios, qui recitari ſolent. ī. de ſenten. excom. per tuas & dicam ī. eo. lib. & eo. tit. præſenti.

q ¶ Aſtringi.] ſi non tenuit principale, nec acceſſorium, ī. de re. iur. acceſſoriū, cum ſuis concord. & merito hoc ligare nō debet: ad hoc vt poſſit veritas reuelari. & eōcor. ad hoc ī. de teſti. cog ca. vlt. expedit enim peccata nocentium eſſe nota. ff. de iniur. cum qui. §. 1.

r ¶ Præſumptores.] ipſos prælatos.

ſ ¶ Impunita.] quod eſſe non debet, ſupra eo. tit. ſi canonici. in fin.

ADDITIO ff. de fideiuſ. l. ſi à reo. ad fin. C. de pœ. l. ſi operis. Ioan. And.

t ¶ Condigna.] intelligamus arbitraria ex quo certa non exprimitur. ī. in antiq. de offic. dele. de cauſis. ff. de iur. delib. l. 1. & dixi ſup eo. ſi canonici. in fin.

u ¶ Præcipimus.] & ſi ipſe prælatus nō facit hoc, peccat: quia quòd præcipitur imperatur: quod imperatur, neceſſe eſt fieri. 14. q. 1. quod præcipitur. de verb. ſig. in his. & ſunt culpæ, &c. 28. diſt. quia ſunt.

ADDITIO Et obligat præceptum canonis, ſicut & iudicis. Remittit Arch. de app. cum ſpeciali. ver. ſcianque. Ioan. And.

Vt litigantes.] Archiepiſcopus cauſas etiam appellationum iure metropolitico ad eum pertinentium in propria diœceſi, vel vnde ad eum deuoluuntur cognoſcere vel committere debet: niſi aliud habeat conſue-

¶ In antiquis codicibus ita, nō ſine multę temeritatis, &c.

¶ Vide Bar to. in l. Seius & Augerius ff. ad l. Falcid. & ca. venientes. de iureiuran. & l. in concedēdo & l. ſeq. & ibi Bart. ff. de aqua plu. arcen.

† In antiquis exemplaribus ita: & obligationibus alijs, atque pœnis nihilominus, &c.

Eccleſiæ appellatiōe venit monaſterium.

Vide nouiſſime ſancita in concilio Tridē. ſeſſio. 24. de reformat. c. 20.

Et ī. de reg. iur. nō eſt obligatorium. ſ. de ſimo. ſæmo. Ioan. Mona.

conſuetudo. hoc dicit. Tria facit: Primo ponit conſtitutionis cauſam: Secũdo conſtitutionem: ibi, Statuimus. Tertio exceptionem: ibi, Niſi.

CASVS. Tu & ego litigabamus corã epo Pictaueñ. qui ꝫ te tulit ſententiam diffinitiuam, à qua appellaui ſti ad archiepiſcopũ Burdegalenſem: archieps vult cauſam iſtã appellationis examinare in diœceſi Xãctoneñ. an poſſit? Rñdet ꝙ non: ſed debet cognoſcere, per ſe, vel per alium in ſua diœceſi particulari: vel ĩ diœceſi illius iudicis à quo fuit appellatũ & iſtud verum: niſi aliud haberet conſuetudo: nam conſuetudine poteſt induci, vt alibi poſſet cognoſcere vel cõmittere cauſas appellationis. Nota primo, ꝙ proprie dicitur ſuum, quod eſt ſuum ratione iuriſdictionis tantum: quam habet in loco gloſ. ſ. in anti. de poſtul. prælat. cap. 1. Nota ſecundo, caſus in quibus archiepiſcopus poteſt locare ſedem: & de cauſa cognoſcere in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum Dominicus.

tes [a] releuentur à laboribus & expenſis: [b] Statuimus, [c] ne archiepiſcopus cauſas, quæ per appellationem, vel aliàs iure metropolitico [d] deferũtur ad ipſum, alibi quàm in ſua propria ciuitate vel diœceſi, [e] aut in eis, in quibus appellatum [f] extitit, vel cauſæ ipſæ conſiſtere dignoſcuntur, [g] audiat, vel etiam audiendas committat. [h] Niſi ſibi aliud de cõſuetudine [i] † competat in hac parte. [k]

¶ Idem.

¶ Si epiſcopus cum poteſt ſuam diœceſim viſitat per alium, habet illi in neceſſarijs prouidere: viſitati autem in victualibus prouidebunt ipſi vicario viſitanti, & non epiſcopo: hoc dicit. Ioan. And.

CAP. VI.

SI † epiſco-

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

a ¶ Vt litigantes.] emanauit hæc decretalis ad declarationem illius verſ. ſ. eod. c. 1. verſ. Nec pro eo, & cęteræ. ibi dicebatur in genere, ſuffraganeorũ ſuorum, & de quibus non dicebatur: & eorum q̃ ibi not. Hoſtienſis.

ADDITIO. Quod hic dicitur, fuerat olim hic diſputatum: & ſic terminatum per dñm Altegradum de Lendenaria, demum epiſcopum Vicentinum vltra iura quæ primo alleg. gloſ. inducebat 9. q. 3. nullus. & c. conqueſtus. ſupra eo. tit. in ant. duo ſimul. per quæ pateret metropolitanum non plus poſſe in diœceſibus ſuffraganeorum, quam alium epiſcopum: niſi inquãtum inuenitur conceſſum: ſed epiſcopus non poſſet. 6. q. 3. ſcriptum 13. q. 1. cap. 1. 16. q. 5. cap. 1. ergo nec metropolitanus. Inducebat etiam decret. Romana, ĩ. de foro competen. Ioan. And.

[Glo. ſeq. quærit & ſoluit.]

b ¶ Expenſis.] ad hoc intendere debet iudex, vt ſ. de dolo. fine, cum ſuis cõcor. Sed pone, & de conſenſu partium archieps audit vel committit cauſam extra loca, de quibus dr infra: quæro, an quod agitur valeat? Et vr ꝙ ſic: quia cum hoc ius ſit in fauorem litigantium introductum, illi renunciare poſſunt. de reg. ad Apoſtolicam. cum ſim. ad hoc ſ. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. in nullo. & hoc ſatis verum puto, 1 dummodo ipſe vel delegatus eius habeat licentiam epiſcopi illius diœceſis, vt ibi pro tribunali ſedere poſſint: iſta enim fuit prohibitionis ratio: quia archieps non poteſt ingredi ſuffraganei ſui diœceſim, vt ibi aliq d agat vel iudicet: niſi in caſibus conceſſis. ſ. eo. tit. & libr. c. 1. Si autẽ cauſa Bononiæ deferatur: æquum non eſt, ꝙ pp illã poſſit Mutinæ ſedere: ſi autem Mutineñ. eps conſentit, & ipſe partes, ſatis credo ꝙ poſſit: aliàs non, vt 9. q. 2. & 3. ff. de offic. præſi. l. 3 ff. de iuriſd. om. iud. l. vlt. & facit. de offi. leg. nouit, & quæ ibi not.

1 Idem Archidiac. ſine determatione quæ in gl. ponitur. alleg. 3. q 6. pulſatus. Ioan. And.

ADDITIO. Facit cle. quamuis. de foro compe. in prin & §. volumus Ioan. And.

[Gloſſa ſequens reci. per quæſtionem, an edat ius nouum vel declaret: & per id infertur ad tempus præſcriptionis.]

c ¶ Statuimus.] videtur ꝙ noua ſit conſtitutio: aliàs dixiſſet innouamus, 2 ſ. de treu. & pa. cap. 2. vbi innouatur quòd ſtatutum erat. 25. q. 3. ſi quis Romipetas. & ea. paternarum. videbatur enim ꝙ ſicut legatus in qualibet parte prouinciæ poteſt ſedere: ſic & archieps poſſet: ſed propter ratiõe, quam dixi ſ. prox. glo. ſatis videbatur eſſe cõſtitutio ipſa, vel eius ratio antiqua: 3 quę idẽ eſt quod ius. 1. diſt. conſuetudo ſm quod reſtaret ꝙ legitime debe ret ipſa cõſuetudo eſſe præſcripta, ſcilicet, ſpa. xl. annorum. vt ſ. in ant. de conſuet. cap. vlt. de cauſa poſſeſ. cum eccleſia. nec ſufficeret præſcriptio x annorum. ſm qd eſt in his quæ ſunt p̃ter ius, ſm id qd no. 12. di. conſuetudo & dixi ſ. eo. lib. de conſuetudine, cap. vlt.

2 Nota ſignum cõſtitutionum, & declarationũ. Domi. Fonta.

3 Notat Domi. ꝙ ſicut cõſuetudo ꝫ ius expſſum debet induci xl. ann. ita cõſuetudo ꝫ ratione in iure expreſſam. Font.

d ¶ Iure metropolitico.] ſup quo vide qd not. Io. 9. q. 3. in ſumma & Ber. ſ. eod. tit. paſtoralis. & aduerte quia interdũ cognoſcit archiepiſcopus, vel legatus Papæ, vt ſupra eod. irrefragabili. §. ceterum. & eo caſu forte poſſet dici, ꝙ eo modo & his perſonis poſſet delegare, quo & quibus delegati Papæ: quod dic vt not. ſupra eod. lib de reſcrip. ſtatutum. & ideo non dixit ſimpliciter, deuoluuntur. ſed dixit, iure metropolitico.

† Ergo conſuetudo tribuit iuriſdictionẽ. glo. in cap. conqueſtus. 9. q 4. glo. in cap. dilecti. de arbit. Archidiac. in cap. placuit. el 1. 16. q. 1.

† De materia viſitationis, put ad hũc locum ſpectat, vide concil. Toletanũ iiij. c. 35. & nouiſſimũ cõcilium Trident. ſeſſio. 24 de refor mat. cap. 3.

ADDITIO. Vide quòd dixi de hære. ad abolẽdam. ſuper glo. fin. & quòd dicam infra tit. proximo. c. vno. ſuper glo. antepenult Ioan. And.

e ¶ Vel diœceſi.] ſatis per hanc litteram terminatum erat quod dixi ſ. eo. cum epiſcopus.

f ¶ Appellatum extitit.] hoc cum cauſa per appellationem defertur.

g ¶ Dignoſcuntur.] cum deferuntur cauſæ iure metropolitico, aliàs quam per appellationem.

h ¶ Committat.] nota quòd non poteſt per ſe: nec p alium. ſ. eo. tit. & lib. cap. 1. ſic econuerſo, quod poteſt per ſe, & per alium, vt ibi, & ĩ. de regu. iur. poteſt. vbi de hoc.

[Glo. ſeq. quærit, & arguit, & ſoluit.]

i ¶ De conſuetudine.] ſic ſ. eod. cap. 1. ver niſi aliud. Sicut ergo hic conſuetudo poteſt inducere, vt alibi poſſit committere, & audire, ſic & conſenſus diœceſani loci, & partium conſenſus, vt ſ. dixi. ſicut æquiparantur pactum & conſuetudo in dote lucranda, vel donatione propter nuptias, vt ſ. de do. poſt diuort. reſti. cap. vlti. Quid dices: clericus agit contra epiſcopum, ad metropolitanum debet quæſtio deferri. 11. q. 1. ſi quis cum clerico non vult, vel non poteſt committere in ſua ciuitate, nunquid poterit audire vel committere extra ciuitatem ipſius epiſcopi, ſecundum id quod dicitur ſ. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. § cum vero & ſatis id videtur per prædictum §. quod verum puto, ſi de conſenſu procedat epiſcopi illius, in cuius diœceſi cauſa auditur, vt dixi ſ. in glo. 1.

Archiepiſcopus põt delegare cauſam inter epiſcopum & clericum extra diœceſim ipſius epiſcopi.

k ¶ In hac parte.] ſcilicet in audiendo, vel committẽdo extra loca prædicta. & ſic nota ꝙ cõſuetudo dat iuriſdictionem. nona quæſtione tertia, conqueſtus. de foro competen. cum contingat, ſupra eod. lib. de conſuetudine. cap. 3. C. de emancip. libe. l. 1. & fin. & ſupra eo. tit. cap. 1.

SI epiſcopus.] Primo prouidet: Secundo prohibet: ibi, Idem. Prima ſubdiuiditur: quia primo prouidet circa expenſas vicariorum extra victualia. ſecundo: ibi, Hi tamen. circa expenſas, victualium, & cauſam reddit. Dominicus.

CASVS. Epiſcopus Pictaueñ. vult ſuam diœceſim viſitare per alium in caſu permiſſo, puta quia eſt deten tus

tus infirmitate: vel qa illud habet ex priuilegio: Quæritur, quis tenebit vicario miniſtrare neceſſaria? Rñdet ꝙ vicario viſitanti tenebunt viſitati ꝓcurare in victualibus. ſed ſi indiget equis, vel cōducat famulos: hoc fiet expenſis epi. Veruntā hodie epi habent ex priuilegio, vt poſſint viſitare per alios: & percipi ēt integram procurationē quæ eſt hodie taxata ad certam ſummam, vt in extraua Bened. quæ incipit, Vas electionis. de cenſ. Nota primo, ꝙ delictū eſt recipere tēporalia ꝓ adminiſtratione ſpiritualium: quod eſt verum in caſu à iure nō permiſſo. Nota ſecūdo. ꝙ epiſcopus non viſitando perſonaliter, non debet habere procuratorem reſpectu perſonæ ſuæ. Dominicus.

1. Cor. 9.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

pus[a] ſuam diœceſim, vbi ei à iure permittitur,[b] faciat per alium[c] viſitari: licet ipſe[d] illi[e] habeat in alijs neceſſarijs prouidere:[f] Hi tamen, qui viſitantur, miniſtrare tenentur expenſas victualium[g] viſitanti:[h] Cum ſecundum Apoſtolum[i] non ſit magnum, ſi ab eo metantur temporalia, per quem ſpiritualia ſeminantur.

¶ Idem tamen epiſcopus cum perſonaliter non viſitat,† nihil prorſus ab his, qui per illum quem deputat, fuerint viſitati, exigere poterit, aut debebit.[k]

† al. viſitet.

¶ Idem.

¶ *In quolibet loco diœceſis non exempto, per ſe & per alium, poteſt epiſcopus pro tribunali ſedere: & libere exequi quæ ad ipſius ſpectant officium. Ioan. And.*

CAP. VII.

Cum[l] † epiſcopus[m] in tota ſua[n] diœceſi iu-

a ¶ Si epiſcopus.] ſi epſ cum poteſt ſuam diœceſim viſitat per alium habet illi neceſſarijs prouidere: viſitati autem in victualibus ꝓuidebunt ipſi vicario viſitanti, & non epiſcopo. Emanauit autem hæc decretalis ad declarationem eorum, quæ notat Hoſtiēſis. ſ. eo. inter cętera. ſuper verbo, ſubminiſtrent. & Gulie. & Gar. j. de cenſib. exigit. ſuper verbo, impenſo. qui omnes tenebāt quod hic dicitur.

b ¶ Permittitur.] ſcilicet cum id perſonaliter exequi non poteſt, ſ. de offi. ordi. inter cętera. & 10. q. 1. epm. Et ſemel in anno. 10. q. 1. decernimus. & duobus c. ſeq. & ſ. de offi. archi. mandamus. niſi ex cauſa. & tūc etiā pluries id poterit, vt ſupra de cenſi. cum venerabilis. & 18. q. 2. viſitandi & c. non ſemel. cum ſim. Ioan. And.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

c ¶ Per alium.] ſed viſitans prædicare debet. 10. q. 1. placuit. & j. de cenſi. c. 1. ſed officiū prædicandi nō delegatur, vt ſupra in ant. de offic. dele ca. vlt. ergo viſitatio delegari vel demādari non poteſt. ſed hic ſecūdū Inno. Goff. & modernos, qui hoc not. in dec. inter cętera. ſ. eo. in ant. aut hoc pertinet iure ordinario: & tunc bene demandatur, vt ibi, & hic, aut iure delegato: & tunc nō demandatur, vt in contrario: niſi haberet ad id ſpeciale mandatum, vt ſupra eod. lib. de offi. deleg. is cui, & ca. vlt. §. vices.

d ¶ Ipſe.] ſcilicet epiſcopus.

e ¶ Illi.] vicario.

[Glo. ſeq. ponit opinionem.]

f ¶ Prouidere.] & ſic intelligi debet decre. illa, inter cętera. vbi dr: epi ipſis vicarijs cū indiguerint, neceſſaria congrue ſubminiſtrent: ſcilicet vt parēt ſibi equos, veſtes, familiam. & alia opportuna. [Sicut pararent ſibiipſis ſi perſonaliter viſitarent.] præter victualia: & ſic intelligebat Hoſt. Inno. intelligebat etiam de victualibus: & tunc ſcilicet cum victualia ſine ſcādalo per vicarios à ſubditis haberi non poterant: prima vera, vt hic vides: nec per hoc ſecundam reprobo.

† Iſtæ expēſæ ſunt taxatæ in extrauaganti Benedicti, quę incipit, vas electionis. tit. de cenſi. Fonta.

g ¶ Victualium.] in victualibus enim tantū debet recipi procuratio, quòd dic, vt j. de cenſi. cap. 1. 2. & 3.

h ¶ Viſitanti.] illi vicario. Ioan. And.

i ¶ Apoſtolū.] Paulū 1. ad Corinth. 9. & habes hoc idē ſ. de præſcrip. cum ex officij. & j de cenſi. cap. 3. ad fi.

[Glo ſeq. obijcit, & ſoluit.]

k ¶ Debebit.] de hoc quærebatur in glo. de quibus in prin c. dixi. Et videbatur, ꝙ ex quo iure cōcedente per aliū ſoluere poterat debitum, ad qđ ſubditis tenebat; ſuum debitū recipere poſſet. arg. ſ. de elect. ſignificaſti. Sed prout dicebat dec. cum venerabilis, ſ. de cenſi. tūc demum epiſcopus procurationē habebit, cū acceſſerit, &c. ſi ergo non accedat. ſed mittat: nō habebit ipſe, ſed miſſus, vt hic vides.[a] Non enim ferendus eſt qui lucrū amplectit, &c. C de cad. tol. l. vna. §. pro ſecundo & ad quem ſpectat onus, &c. 12. q. 2. charitatem, & ca. quicūque ſuffragio. & cap. eccleſiaſticis. Ioan. And.

a Nec dēt eo ꝙ plus expēdiſſet, ſi perſonaliter viſitaſſet. illud exceſſiuū exigere. arg. ff. manda. l. ſi quis alicui. §. impēdia. ſecundum. Ioan. Monac. Ioan. And.

Cum epiſcopus.] ponit dictū, cuius rationem præmittit: Secunda: ibi, Dubium. Ioan. And.

CASVS. Eps Pictauen. vel eius officialis, vult ſedere pro tribunali, & cauſas examinare in alio loco ꝙ̄ in ſu[…]ciuitate: vtrū poſſit? Rñdet ꝙ cum epiſcopus habeat ordinariam iuriſdictionem in tota ſua diœceſi poteſt ſedere in quolibet loco ſuæ diœceſis pro tribunali: exceptus in locis exemptis ꝯ voluntatem exemptorum. Sed vtrū eps habeat capturam malefactorum in qualibet parte ſuæ diœceſis? Rñdet ꝙ ſic: nā ex quo habet iuriſdictionem in tota ſua diœceſi, videntur illi conceſſa illa ſine quibus, & cętera. Arguitur ꝯ textum de l. ancillæ C. de furt. vbi dr, ꝙ de caſu non dubitabili non eſt facienda lex. Solutio. Ille textus poſt iſtam conſtitutionem eſt de caſu indubitabili: ſed ante iſtā conſtitutionem erat dubium, an eps poſſet exercere ſuam iuriſdictionem in quolibet loco ſuæ diœceſis: & vtrum poſſet capere malefactores in quolibet loco. Nota primo. ꝙ eps ſolus habet iuriſdictionem ordinariam generalem in tota ſua diœceſi: vnde territoriū eſt ſolius epi, & non archidiaconi, vel alterius inferioris prælati, & prodeſt iſtud: nam ſi quis extraneus commiſit delictum in archidiaconatu: archidiaconus non habet punitionē: quia territorium eſt ſolius epiſcopi, & non archidiaconi: Secus eſt, ſi talis delinquens eſſet ſubditus archidiacono: quia tunc poſſet illū punire: Idem eſt dicendum in abbate: nam iſti tales non habent propriū territorium, vt dixi. Nota ſecundo, ꝙ epiſcopus poteſt ſedere pro tribunali in quacunque parte ſuæ diœceſis: & etiam mutato loco ſuorum maiorum: ſed tunc deberet illud notificare parti citatæ. Nota tertio, ꝙ epiſcopus habet captionem delinquentium: & illam captionem poteſt facere in qualibet parte ſuæ diœceſis. Nota vnum ſingulare ſecundum Dominicum, ꝙ locus exemptus dicitur de diœceſi: & ſic patet, ꝙ diſpoſitiones & mandata quæ fiunt in diœceſibus. includunt loca exēpta: dum tamen fiant per habentem iuriſdictionem in exempto, vide not. ſ. de reſcri. abbatem & glo. ſuper verbo primo anno. in cle. frequens. de exceſ. prælat.

† Vide limitationē ad hoc cap. traditam per Decium in c. cum te. de offic. deleg.

[Prima gloſſa ſummat.]

l ¶ Cū eps.] In quolibet loco diœceſis non exempto ꝑ ſe & per alium poteſt epiſcopus pro tribunali ſedere: & libere exequi quæ ad ipſius ſpectant officium.

[Glo. ſeq. dat duo ſimilia.]

m ¶ Eps.] idem eſt in legato circa ſuam legationem, ſu. in ant. de offi. leg. nouit idem in archiepo circa ſuā propriam diœceſim. ſupra eo. vt litigantes. ſed nō quo ad prouinciam, vt ibi, & ſu. eo. ca. 1 & 9. q. 2. ca. 1. 2 & 3.

n ¶ In tota ſua.] ita ꝙ nullus alius in tota ſua diœceſi ſub eo iuriſdictionem habeat, in parte autem bene: qđ dic vt not. 25. diſt. perlectis. & facit quod not. Hoſt. de offi. archipresby. cap. vlt.

a ¶ Habe-

riſdictionem ordinariã noſcatur habere: [a]Dubium non exiſtit, quin in quolibet loco [b] † ipſius diœceſis non exempto, [c]per ſe, vel per alium [d]poſſit pro tribunali ſedere: [e]cauſas ad eccleſiaſticũ forũ ſpectantes [f]audire: perſonas eccleſiaſticas (cum earũ exceſſus exegerint [g]) capere, [h]ac carceri [i]deputare: necnon & cętera, quæ ad ipſius ſpectant officium [k]libere [l]exercere.

¶Idem.

¶Canonici qui à diuinis ceſſare poſſunt: cum ceſſare voluerint, vocabunt abſentes, ſicut ſi immineret electio facięda, cum quibus de ceſſatione deliberabũt: & ſi deliberant ceſſare, requirent prius eum, contra quem ceſſant, vt irrogatam offenſam emendet: quod ſi fecerit, non ceſſabunt: alioquin ceſſare poterunt, ita quòd a ceſſatione infra menſem vtraque pars, & ceſſans, & contra quã ceſſatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per ſe, vel per procuratores ſufficienter inſtructos: niſi interim interuenerit concordia inter ipſos: Et continuatis dietis quã cito poterunt, ſe coram Papa præſentent: vt vtraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente, Papa diffiniat negotium & culpabiles puniat: & ſi pars ceſſans prædicta non ſeruet, ceſſatio non ſeruetur. Ioan. An.

CAP. VIII.

QVamuis [m] † ſuper ceſſationibus à diuinis, quæ à capitulis, conuẽtibus, ſiue collegijs ſęcularium vel regularium eccleſiarum multoties ſine cauſa rationabili attentantur, manifeſta ſatis à fęlicis recordationis Innocẽtio † tertio, [n]& Gregorio decimo [o] prędeceſſoribus noſtris manauerint inſtituta: Quia tamen poſt illa eſt plerumque compertum, ceſſationes eaſdẽ irratio-

Epiſcopus quo ad iuriſdictionẽ ep̃alẽ habet intentionẽ fundatã de iure cõi.

a ¶ Habere.] ita quòd intentio ſua fundata eſt de iure communi: ita quod qui ſe dicit exemptum, habet hoc oſtendere. 100 diſt. contra morem, quod dic vt infra de priui. cum perſonæ.

b ¶ Loco.] honeſto tamen, maxime cum tractat cauſas ſpirituales. ſ. de appel. qua fronte.

Is tamen locus tutus & ſecurus eſſe dẽt oĩbus, qui debent in iudicio cõparere. Fel. in c. accedens. el 2. vt lite non conte. & in c. cum olim, ĩ prin ci. de teſta.

c ¶ Non exempto.] ad cognoſcendum locum exẽptũ, vide ĩ. de priuil. ſi Papa. & bene dicit, non exempto: quia in loco exẽpto cathedram collocare non poteſt, vt iudicia exerceat, vt expreſſe probat 18. q. 2. luminoſo.

ADDITIO. Dic celebratione diuinorum, & benedictione populi: dic vt in cle. archiepiſcopo. de priuil. Io. And.

d ¶ Per alium.] quod enim poteſt per ſe, & per alium. ĩ. de re. iu. poteſt. dic vt ibi.

e ¶ Sedere.] quod requiritur in cognitione & deciſione cauſarum. 3. q. 3. §. ſpatiũ. ĩ. de re iudi. cap. vlt. Io. And.

f ¶ Spectãtes.] vt ſ. de verb. ſig. ſuper quibuſdam. in fi. de foro compet. cap. cum ſit. vbi de hoc.

g ¶ Exegerint.] aliàs non debet eos detinere, ſi de parendo iuri dederint fideiuſſoriã cautionem. infra de ſent. excom. ſi clericos in fi.

h ¶ Capere.] ideſt, capi facere: quia manus inijcere in aliquẽ nõ debet epiſcopus. 86. diſt. non liceat. C. de epiſ. & cle. Auth. ſed neque & de ipſius mandato capientes, excommunicati non ſunt. ſupra de ſent. excom. vt famæ. & infra eo. li. & eod. ti. ſi clericos. Io. And.

Carcer eſt ĩſtitutus ad cuſtodi ã aliqñ ad pœnam.

i ¶ Carceri.] qui licet inſtitutus fuerit ad eorum cuſtodiam, interdum eſt pœna. ĩ. de pœn. quamuis. & ſupra de verb. ſig. nouimus. in fi.

k ¶ Officium.] ordines celebrare, virgines, & eccleſias conſecrare, & his ſimilia.

ADDITIO. Archid. alleg. 68 diſt. quamuis. quamplura ad officium ordinarij ſpectant colligit breuiter Gui. in Spec. eo. tit. §. officium. Io. And.

l ¶ Libere.] ac ſi eſſet in propria eccleſia, vel palatio iuridico.

ADDITIO. Archidiac. exponit, ideſt, abſque alicuius contradictione. Io. And.

QVamuis.] Sunt tres partes: Prima ponit in genere ius antiquum. & pro conſtitutione cauſæ ponit tranſgreſſionem ipſius: Secunda dat formam ceſſationibus ante factum: ibi, Nos. Tertia ceſſationes aliter factas, iubet non ſeruari: ibi, Parte inſuper. Dom.

CASVS. Dictum fuit in cap. ſi canonici. ſupra eo. ti. quam ſolennitatem debent obſeruare clerici in ceſſatione à diuinis indicenda propter iniuriam ſibi, vel eccleſiæ illatam: Sed ponamus quòd aliqui canonici ſunt abſentes, & ſunt in loco propinquo, in quo eſſent vocandi in electione facienda, nunquid etiam ſunt vocandi in facienda ceſſatione à diuinis? Reſpondet quòd ſic: Et iſte eſt vnus caſus, in quo canonici abſentes ſunt vocandi pro negotijs capitularibus: licet regulariter ſoli præſentes ſunt vocandi: Alius caſus eſt in negotio electionis: Alij caſus ponuntur in cap. præſentium. infra de teſtib. Sed quid ſi abſentes legitime fuerint vocati, comparuerunt, & deliberauerunt, quòd offenſa erat ſufficiens ad inducendum ceſſationem à diuinis: Quæritur quid debent canonici facere ante ceſſationem? Reſpondet quod cautiam ceſſationis debẽt in ſcriptis mittere illi iniurianti, & illum requirere, vt ſatisfaciat ꝓ iniuria commiſſa: Si autem non velit ſatisfacere, poterunt ceſſare à diuinis: Sed tunc ipſi ceſſantes & delinquentes debent mittere ad Apoſtolicam ſedem. Nota caſum in quo recipiuntur teſtes lite non cõteſtata, & in abſentia partis. Nota primo argumen. differentiã eſſe inter capitulum, conuentum, & collegium. de quo vide ſupra de reſcript. cap. capitulũ ſanctæ Crucis. Nota ſecundo, quòd paria ſunt, non habere rem, vel per eum ſtare, quo minus illam habeat, ſupra eodem lib. de elect. commiſſa. in princ. Nota tertio, quòd Papa referens ſe ad collegium Cardinalium, appellat eos fratres & non filios. de quo ſupra eod. lib. de offic. leg. cap. 1. §. quod in fratribus. vbi glo. Dom.

† De materia ceſſationis, à diuinis vide Pano. & alios, ĩ c. dilectis. extra de appell. Cald. tract. de eccleſiaſtico ĩterdicto. & Gondiſſaluum tract. de irregularitate, c. de interdicto.

† Id cauit Inno. iij in conci. generali Latera. cap. 7.

[Prima glo. ſummat.]

m ¶ Quamuis.] canonici qui à diuinis ceſſare poſſunt: cum ceſſare voluerint, vocabunt abſentes ſicut ſi immineret electio facienda, cum quibus de ceſſatione deliberabunt: & ſi deliberant ceſſare, requirent prius eũ, contra quem ceſſant, vt irrogatã offenſam emendet: quod ſi fecerit, non ceſſabunt: alioquin ceſſare poterunt, ita quòd à ceſſatione infra menſem vtraque pars, & ceſſans, & contra quam ceſſatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per ſe, vel per procuratores ſufficienter inſtructos: niſi interim interuenerit concordia inter ipſos: Et continuatis dietis quam cito poterunt ſe coram Papa præſentent, vt vtraque parte præſente, vel altera cõtumaciter abſente, Papa diffiniat negotium: & culpabiles puniat: & ſi pars ceſſans prædicta non ſeruet, ceſſatio non ſeruetur. Io. And.

n ¶ Innocentio tertio.] ſupra eodem irrefragabili. §. cęterum.

o ¶ Gregorio decimo.] ſup. eo. tit. & lib. ſi canonici.

nabiliter[a] eſſe factas: Nos ad tam pernicioſum euitandum abuſum, eadem ſtatuta cum infraſcripta moderatione in ſuo volentes robore perdurare. de fratrum noſtrorum conſilio, diſtrictius inhibemus, ne à ſæculari, vel regulari[b] capitulo, collegio, ſeu conuentu[c] eccleſiæ cuiuſcunque, ceſſationes[d] ipſę niſi vocatis omnibus (ꝓut ſunt ꝓ electionis negotio euocãdi[e]) & deliberatione[f] habita diligenti, ac epiſcopo, alioue quocunque clerico ſiue laico (cuiuſcunque dignitatis, præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus exiſtat) propter cuius iniuriam vel offenſam eadem videtur ceſſatio facienda, poſt prædictas vocationem, & deliberationem de ceſſando habitam requiſito, quòd irrogatam iniuriam vel offenſam emendet, aliquatenus attententur: Neque tunc etiam, ſi emendam inde habuerint: vel per eos ſteterit,[g] quo minus habeant competentem. ¶ Si autem præmiſſis ſeruatis, capitulum, collegium, vel conuentus alicuius eccleſiæ, ad ceſſationẽ eandem duxerint procedendum: extunc[h] infra vnius menſis[i] ſpatium pars vtraque: videlicet ij qui ceſſant, & illi etiam propter quorum factum à diuinis ceſſatúr (niſi ſuperueniente cõcordia inter eos ceſſatio illa ceſſet) iter[k] arripiant † per ſe, vel per procuratores idoneos, cum munimentis & actis ad negotium ipſum ſpectantibus, ad ſedem Apoſtolicam veniendi: & continuatis[l] dietis quamcito commode poterint, ſe Apoſtolico conſpectui repræſentẽt: vt partibus[m] præſentibus, aut vna præſente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud ſedem eandem: pars quæ culpabilis inuenta fuerit in præmiſſis, præter alias pœnas à dictis canonibus inſtitutas, ſi Romano Pontifici videbitur expedire, pœna docente[n] cognoſcat, quantum exceſſerit, quæ ceſſationi factæ rationabiliter cauſam dedit: vel quæ ſine rationabili, & manifeſta[o] cauſa ceſſauit. Parte inſuper à diuinis ceſſante, ſupraſcripta † tam in ceſſando,[p] quàm in veniendo ſiue mittendo[q] ad ſedem Apoſtolicam non ſeruante, non ſeruetur ceſſatio: ſed ea non obſtante (vt prius) in ipſa eccleſia celebretur.

a ¶ Irrationabiliter.] ideſt, ſine rationabili & manifeſta cauſa, & illorum iurium forma non ſeruata.

b ¶ Regulari.] reprobata eſt igitur opinio dñi Guli. Duran. qui not. ſ. eod. canonici. quòd decreta illa non habebat locum in regularibus, ſed ſolum in ſæcularibus: quia dicebat; canonici, vt ibi dixi.

c ¶ Conuentu.] intelligas quòd ſibi vẽdicet ius ceſſandi ex conſuetudine, vel alio iure, vt ſupra eodem, ſi canonici. in principio.

d ¶ Ceſſationes ipſæ.] aliquatenus attententur: quod eſt infra.

[Gloſ. ſeq. ponit opinio. quam partim reprobat: dubium ſoluit, arguit & remittit.]

e ¶ Euocandi.] ſcilicet de prouincia. ſupra de elec. coram. vbi de hoc. & 7. q. 1. factus eſt Cornelius. In his autem vocationibus de quam remoto loco fiant, ſtatur conſuetudini, vt in antiq. de elect. c. cum inter vniuerſas. & c. bonæ. 2. ſed an vocẽtur vel non, non ſtatur conſuetudini ſecundum quoſdam: quod non eſt verum per decretalem. j. de præb. cũ in eccleſijs. vnde credo, ꝙ ſi in iſta eccleſia eſſet conſuetudo abſentes nõ vocari ad electionem nec ad hanc ceſſationem vocari debebũt, per hanc litteram, quę dicit; prout ſunt, &c. Et not. ex hac littera, ꝙ in alijs tractatibus eccleſiarum quàm electionibus, non debent vocari abſentes: 1 aliàs quare dixiſſet; prout ſunt pro electionis, &c. facit ad ea quæ not. 10. q. 3. hoc ius porrectum. & infra de teſti. præſentium.

f ¶ Deliberatione.] nota cauſam in quo præcedere debet tractatus: ſic & in alienatione perpetua rerum immobilium eccleſiæ. infra de rebus eccle. non alien. dudum.

g ¶ Steterit.] ſim. ſupra eod. lib. de elect. commiſſa. §. annus, & j. de præben. licet.

h ¶ Extunc.] ideſt, poſt ceſſationem.

i ¶ Menſis.] quot dies computentur in menſe: dic vt dixi ſ. eo. lib. de elect. quàm ſit.

[Glo. ſeq. ponit conuenientiam & differentiam ad c. cupientes.]

k ¶ Iter arripiant.] datur ergo dilatio ad iter arripiendum: & poſtea tempus arbitrarium ad ſe præſentandum. ſic ſupra eodem lib. de electio. cupientes. Sed vnum nota, quia in decretali, cupientes. ſiue arripuerit iter infra menſem, ſiue non, debet poſtea ire: & poſt tempus arbitrarium expectatur per xx. dies. Sed hic ex quo non arripuit iter infra menſem, habent locum pœnæ debitæ: 2 nec poſt arbitrarium tempus expectatur.

[Glo. ſequens ſoluit dubium & remittit.]

l ¶ Continuatis.] non credo quòd propter hoc compellatur omni die proficiſci, & nũquam quieſcere. 3 Quis enim impius iudex arbitretur quod per quadraginta dietas deberet venire non quieſcendo? & hoc probatur dum dicit: quamcito poterunt. Et illud dicimus poſſe, quod poſſumus de iure & commode. 22. quæſtio. ſecunda facit. ff. de verbo. ſign. nepos Proculo. & de hoc dixi ſupra de elect. cupientes. in prima particula. ſuper ver. commode.

m ¶ Partibus.] quarum aſſertione panduntur merita cauſarum. ſupra de in integ. reſtitu. tum ex litteris.

n ¶ Pœna docente.] 38. diſtinct. qui ea. de offic. leg. niſi ſpecialis. in anti.

o ¶ Et manifeſta.] ſup. eo. irrefragabili.

p ¶ In ceſſando.] ſcilicet vt vocentur abſentes, deliberent, & requirant prius, quam fiat ceſſatio.

[Gloſſa ſeq. colligit decem, quæ præcedunt ceſſationem. & tria quæ ſequuntur.]

q ¶ Mittendo. ſcilicet, iter arripiendo infra menſem, & dietas, prout congrue poterat continuando. Nota igitur in ſumma ad hoc quod fiat ceſſatio, neceſſe eſt hæc interuenire: Primo, quòd qui ceſſant, hoc habeant de conſuetudine, vel alio iure vt ceſſare poſſint. Secundo, quòd vocentur abſentes ad tractandum de ceſſatione. Tertio, quòd tractent. Quarto, quòd de ceſſando deliberent. Quinto, quòd ſit manifeſta offenſa propter quam ceſſant. Sexto, quòd ſit rationabilis. Septimo, quòd ante ceſſationem inſtrumento publico vel patentibus litteris authentico ſigillo munitis, cauſam ceſſationis exprimant. Octauo, illud inſtrumentum, vel litteras tradant ei contra quem ceſſant. Nono, quòd requirant illum qui emendet competenter iniuriam vel

offenſam

1 Idẽ Doctores notant ex glo. ꝙ vbi conſuetudo diſponit in altero duorũ caſuum ęq paratorum, extendit ad reliquũ. & pro iſto dicto eſt textus, hic, ibi, prout ſunt, &c. Font.

2 Et nihilominus ire tenetur, ſecũdum Archi. alleg. ſ. de do. & cont. cũ dilecti. & quod no. Hoſti. j. de ſent. exc. cũ medicinalis. quantũ ergo ad deuolutionẽ partiũ, non nocet ſi nõ fuerint tempora obſeruata. Io. A.

† al. arripiat

3 Dr enim aliquid continuũ, etiam ſi ſit interuallum ibi. de conſecr. diſt. 5. ſint tibi. alle. Archi. quod ſ aqua quotidiana dicit lex. in l. 1. §. 2. & 3. ff. de aqua quoti. & no. de cau. poſſ. cũ eccleſia. in glo. ex hoc. Io. And.

† al. ſupradicta

1 Ecce decimũ. Io. An.

offenſam p p quã ceſſare volunt: quod ſi non fecerit, 1 tunc locũ habet ceſſatio. Poſt ceſſationem pars vtraque dẽt arripere iter ad ſedẽ Apoſt. infra menſem, per ſe, vel per procuratores ſufficiẽter inſtructos: extunc cõtinuatis diebus hẽt epſ arbitrarium, quo cõmode poſſit ire. Omnibus his nõ ſeruatis, nõ ſeruetur ceſſatio: & habeãt locũ pęnæ, ſ̄. eo. ti. ſi canonici. & pręter illas, arbitraria ſummi Pontificis, vt hic.

¶ Idem.

¶ Primo ponit conſtitutionem de bonis dignitatum, vel eccleſiarum vacantiũ, non occupandis per eos, ad quos collatio, præſentatio vel cuſtodia pertinet: niſi de ſpeciali iure id eis competat, & contra facientibus pœnam imponat. Secundo oſtẽdit de quibus bonis intelligatur: cum de ſpeciali iure id alicui competit. Tertio decretalẽ, quia ſæpe, ſupra eo. lib. de elect. dicit non eſſe correctam. Ioan. And.

2 Principiũ iſtius c. procedit ẽt ſi iſti ſucceſſores poſſent reuocari ad clauſtrum: quia nihilo minus debent habere fructus pceptos tẽpore vacatiõis, quos cũ epi nec abbates eis d̄tinere poſſunt, multo minus alij habẽtes ius in eccleſia. Phil. Font.

PRæſenti.] 2 Partes patent: Prima ſic diuiditur, in prohibitionẽ, exceptionẽ, & pœnam: Secunda ibi, Niſi. Tertia ibi, Alioquin. Io. And.

CASVS. Aliquis obtinet beneficiũ in eccleſia, plura bona ex fructibus prouenientia ſui beneficij reſeruauit: & ipſe dimiſit ea bona: Certũ eſt ꝙ iure cõi ſui conſanguinei non ſuccedunt ab inteſtato, nec etiam põt ipſe teſtari de huiuſmodi bonis: Sed vtrum fiſcus vel epſ erit eius hæres? Rñdet ꝙ non: ſed in iſto caſu fiſcus erit ſua eccleſia: ideo illa bona debent cuſtodiri & reſeruari futuro ſucceſſori in illa eccleſia. Idem eſt in canonicis eccleſiarum cathedralium & collegiatarum: & iſtud verum, niſi aliud habeat conſuetudo. Nota primo, ꝙ appellatione rectorum comprehenduntur etiam habentes dignitatem, vel perſonatum, ſiue prioratum. Nota ſecundo, ꝙ conſuetudo poteſt diſponere ꝙ fructus obuenientes tempore vacationis beneficij, applicentur alteri vſui, quàm eccleſiæ: de quo in extrauaganti Ioan. xxij. ſuſcepti. Dom.

CAP. IX.

PRæſenti [a] prohibemus edicto, ne epiſcopi, [b] vel eorum ſuperiores, aut abbates, ſeu quiuis alij regulares, vel ſæculares prælati, aut eccleſiaſticæ [c] quæcunque perſonę: uacantibus [d] dignitatibus, perſonatibus, prioratibus, vel eccleſijs quibuſcunque [e] ſibi ſubiectis, ſeu ad collationem, [f] ordinationem, præſentationem, vel cuſtodiam [g] pertinentibus, eorundem bona (morientibus eorum rectoribus, vel miniſtris) in ipſis inuenta, ſiue vacationis ipſorum tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eorundem expendi, vel futuris debent ſucceſſoribus fideliter reſeruari: [h] occupare, aut in vſus ſuos conuertere quoquo modo præſumant. Niſi de ſpeciali priuilegio, [i] vel conſuetudine iam præſcripta legitime, [k] ſeu alia cauſa [l] rationabili, hoc eiſdem cõ-

[Prima glo. diuidendo ſummat.]

a ¶ Præſenti.] primo ponit conſtitutionẽ de bonis dignitatum vel eccleſiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, pręſentatio, vel cuſtodia pertinet: niſi de ſpeciali iure id eis competat, & contra facientibus pœnã imponit. Secundo oſtendit de quibus bonis intelligatur: cum de ſpeciali iure id alicui competit. Tertio decretalem, quia ſæpe, ſ̄. eo lib. de elect. dicit non eſſe correctam. Ioan. And.

b ¶ Superiores.] archiepiſcopi, vel patriarchæ.

ADDITIO. Dicit hic Archidiaconus, ꝙ inter archiepm̄ & metropolitanum eſt differentia. alle 21. diſ. c. 1. poſt princ. & in auth. de priui archiepi. coll. 9 in prin. ibi; non ſolum metropolitanus, ſed etiam archiepiſcopus: Sic autem habetur illa rubrica poſt titu. de ſan. epiſc. quæ non legitur, nec gloſſatur. Ioan. And.

c ¶ Eccleſiaſticæ.] in ſæcularibus non poſſet habere locum pœna inferius poſita. Io. And.

Vacare dñr beneficia licet ſint manualia.

d ¶ Vacantibus.] vacare etiam dñr ſi ſint manualia non de menſa, ſed habentia bona diſcreta: & in his locum habet hæc conſtitutio, vt in cle. de ſupplen. negli. prælat. quia regulares: quæ determinat quod hic Archidia. prolixe not.

e ¶ Quibuſcunque.] in hoc differt à decr. quia ſæpe. ſ̄. eo. lib. de elect. vt patet ĩ. in fi.

f ¶ Collationem.] inter hæc & ſequentia magna eſt differentia infra de præb. cum in illis.

g ¶ Cuſtodiam.] ſupra eodem lib. de elect. generali. & 63. diſt. ſi in plebibus. de inſti. cum veniſſent. de appel. bonæ. in anti.

[Glo. ſeq. primo dicit per quem ſeruentur, & remittit: ſecundo notat adq̃onem in qua diſtinguit cũ Hoſt. & Gar. inter clericum adminiſtratorem, & ſimpliciter beneficiatũ.]

h ¶ Reſeruari.] per œconomum ſi eſt in eccleſia: vel eum qui cuſtodiam habet: qđ dic vt dixi ſ̄. de elec. quia ſæpe. Dic quod etiam in monaſterio vacanti dare poteſt epſ, vt dicit hic Archid. per decret. cum vos ſ̄. eo. & per ea q̃ no. Inno. & Hoſt. de ſta. mo. ea quæ. §. ſi vero. ver. ꝙ ſi abbas. & vide quod ibi dixi ſuper ver. prouideatur. Et nota ꝙ dicit, reſeruari: per hoc enim videtur, ꝙ de illis non poſſint decedentes teſtari. 3 de hoc not. Gar. de reb. eccl. non alien. hoc conſultiſſimo. & diſtinguebat (put diſtinxerat Ho. & ſ̄. de pec. cle. ſi qs ſane) inter clericum habentẽ adminiſtrationem, & non habẽtem: nam clericus habens adminiſtrationem, quamdiu viuit & ſanus eſt, dare poteſt: moderate tamen. ſ̄. de do. cęterum. comparatur enim vſufructuario: quia eius ius morte finitur: ſicut vſufructuarij, vt in prædi decret. ſi quis ſane. & ſ̄. de dona. conſultationibus. ſ̄. de pig. cap. vlt. inſti. de vſufru. § finitur. poteſt ergo dum viuit voluntatem ſuam facere, dummodo moderate donet. Cũ incipit infirmari, comparatur vſuario, & ita nihil habet niſi vſum tantum: eleemoſynam tamen facere poteſt. ſ̄. de teſtam. ad hoc. teſtari non. eo tit. cum in officijs. cum ſi. Si vero ſit clericus non habens adminiſtrationem: ſed perſonaliter & ſimpliciter beneficiatus, & in morte comparatur vſufructuario quantũ ad faciendum fructus ſuos, & de ipſis poteſt teſtari: eccleſia tamen ſuccedit ei in iſtis, ſi decedat ab inteſtato. ſ̄. de teſta. relatum. probatur ſatis iſta diſtinctio. ſ̄. de teſta. requiſiſti. §. illud; & conſuetudo generalis quaſi vbiq; eã approbat. Et quod dictum eſt de clerico ſimpliciter beneficiato, ꝙ facit fructus ſuos, intelligendum eſt de perceptis & reconditis: alij vero per iura allegata ad eccleſiam pertinebunt.

3 His articulus valde frequẽs eſt, & difficilis de quo præter Docto. hic, vide late Doct. in cap. c. cum in officijs. extra de teſta. Panor. in repet. c. cum eſſes. eo. tit. Rot. deci. 87. in nouis. Barba. tract. de præſtantia Cardinaliũ p. 1. q. 2. & B. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7.

i ¶ Priuilegio.] ſ̄. e. lib de reſcr. ſi propter. ĩ. de præb. ſi tibi conceſſo. & ſupra de verb ſig c. pen.

k ¶ Legitime.] xl. annorum ſpatio. ſupra de conſue. cap. vlti.

ADDITIO. Archidiaconus remittit ad cap. nullus. 2 q. 1. & 10. q. 3. qa cognouimus. 8 q. 2. ſeruiturum. & ĩ. de præſcr. c. 1. & pro ſumma circa præſcriptionem remittit 16. q. 3. in ſumma. Ioan. And.

l ¶ Alia cauſa.] puta onere impoſito in fundatione, 18. q. 2. Eleutherius. & c. ſeruitium. ſ̄. de iure patro. præterea. vel ſtatuto, vt in præd. decre. quia ſæpe.

ADDITIO. Quod dixi poſt Hoſt. vt eccl. bene. c. vnico. ſuper ver. iuſta cauſa, quod hic ponit Arc. Io. An.

a ¶ Eccle-

petere dignoſcatur. Alioquin epiſcopi & eorum ſuperiores ab ingreſſu eccleſiæ: [a] cæteri [b] vero ab officio [c] & beneficio tam diu eoipſo nouerint ſe ſuſpenſos: quouſque [d] reſtitutionem [e] fecerint de prædictis. ¶ Porro [f] ubi ex priuilegio, vel conſuetudine, ſeu alia de cauſa rationabili, ſibi aliquis prædictorum aſſerit bona competere ſupradicta: [g] hoc de illis bonis ſolum debet intelligi, quæ ſolutis debitis, [h] ſi qua ſint, & his, quæ fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus, & miniſtris, ac incumbētibus oneribus, [i] vſque ad nouos redditus ſupportandis congrue reſeruatis, ex ipſis reperta fuerint ſupereſſe. [k] ¶ Sane conſtitutionem, quam ſuperius ſpecialiter edidimus [l] contra capitula, collegia, conuentus, ſeu ſingulares [m] perſonas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiatarum eccleſiarum vacantium [n] occupantes: per conſtitutionem præſentē (quam in dignitatibus, perſonatibus, prioratibus, & eccleſijs alijs locum habere cenſemus) nolumus in aliquo derogari. [o]

TITVLVS XVII.

De maioritate & obedientia.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Capitulum, vel is, ad quem adminiſtratio pertinet vacante ſede, eos abſoluet, quos abſoluere poſſet epiſcopus ſi viueret: niſi à ſede Apoſtolica id fuerit interdictum. Io. And.

CAP. VNICVM.

EPiſco-

---

[a] ¶ Eccleſiæ.] ad idem ſupra eod. lib. de offic. deleg. c. 2. & ſi ſic ſuſpenſus celebraret in eccleſia, irregularis eſſet, vt infra de ſent. excom. is cui. ſecus ſi extra eccleſiam, vt ibi dicam.

Priuſquā facile hoc dictū gloſſe recipias, conſule Doclo. tum in c. is cui. ĩ. de ſen. tum alibi.

[b] ¶ Cæteri.] inferiores epiſcopis.

[c] ¶ Ab officio & beneficio.] dic quibuſcūque, vt ſ. de elec. q̃a ſæpe. non ſic in caſu ſupra eo. li. de ele. cupientes. § cęterū. & c. ſi cōpromiſſarius. in fi. & eſt ratio: quia hic ab officio ſuſpenſus eſt, ibi non, vt dixi in prædicta decr. quia ſæpe.

[d] ¶ Quouſque.] facta ergo reſtitutione, nō erit neceſſaria aliqua abſolutio, [2] vt no. Io. 81. diſt. ſi qui. & 16. q. 7. ſi quis deinceps. & Ber. de matr. cōtract. con. interdic. eccl. de muliere.

Immo vt neceſſaria, vt etiam notatū eſt in c. de muliere. extra de mat. ɔ̃ct. cō tra interd. eccleſiæ. vide c. cū deſideres, &c. à nobis el 2. extra de ſent. excō.

ADDITIO Vide quod not. in clem. 1. de decimis, in glo. ſic ſuſpenſi. Io. And.

[e] ¶ Reſtitutionē.] & ſic non ſufficit cautio. Idem Arch. iam enim hic fuiſſet expreſſum: ſic ĩ. de vſuris. c. 2. ad hoc ſupra de deci. ad audientiā. ſi. ſupra de verbor. ſignifi. ex parte infra de ſenten excommu. venerabilibus. §. ſane. & facit ſupra de re iudic. cum aliquibus. ff. de pigno. act. l. non eſt.

[f] ¶ Porro.] ſumptū fuit hoc de eo quod not. Hoſti. ſupra de verb. ſig. c. penul.

[g] ¶ Supradicta.] ſcilicet dimiſſa tempore mortis, & obuenientia tempore vacationis.

[h] ¶ Debitis.] ad quæ remanet eccleſia obligata, & ſucceſſor: ſicut hæres filius ad paterna, vt ſup. de ſolu. c. 1. ſic ēt dicit lex, ꝙ ſi mulier dedit bona ſua in dotem, dediſſe videtur quod ſupereſt deducto ære alieno. ff. de iure dot. l. mulier. & bene debent prius ipſius eccleſiæ debita ſolui: quia agris eius ſitientibus alios irrigare non debet, C. de ſerui. præſes.

ADDITIO Et facit ad ea quæ ſcripſi poſt Hoſt. ſupra, de arb. dilecti. in princip. & de verbo. ſig. cum inter. ſuper §. glo. Io. And.

[i] ¶ Oneribus.] fabricæ, hoſpitalitatis, receptionis legatorum, & nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, & reliquis ſimilibus. 21. q. 1. c. 1. & ſupra de præben. de monachis. de præſcrip. accedentes. de cenſi. cum inſtantia.

[k] ¶ Supereſſe.] hodie dic vt in conſtitutione Io. xxij. quæ incipit, Suſcepti regiminis.

[l] ¶ Edidimus.] ſupra eod. lib. de elect. quia ſæpe.

[m] ¶ Singulares perſonas.] ipſarum eccleſiarum: de quibus loquitur decret. quia ſæpe.

[n] ¶ Vacantium.] principali prælato, vt ibi dixi.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

[o] ¶ Derogari.] ſed in quo poterat derogari? Sol. in eo quòd hic reſeruantur conſuetudines, ſtatuta, & priuilegia: ibi vero reprobantur: & ex hoc forte crediſſet aliquis derogatum fuiſſe.

ADDITIO Et ideo tā varie: quia ibi læditur caput per membra, hic econuerſo: & capitis læſio grauior eſt. ſupra, de accuſ. qualiter. ibi, ne concuſſis, &c. 2. q. 7. ſicut 2. Io. Monachus. Vel abſurdum eſt, quòd filius in parentem, vel ſubditus in prælatū, vel ipſius res habeat poteſtatē. de maio. & obe. cum inferior. & plus vrget ratio ibi not. in 1. glo. Io. And.

DE MAIORITATE & obedientia.

¶ Superius dictū fuit de varijs & diuerſis, prelatis ſiue magiſtratibus: verū quia inter ipſos iudices, ſiue magiſtratus quidam ſunt maiores: quidā minores: q̃ minores debēt maioribus obedientiā: ideo poſt rubricas præcedentes, ponit titulū de maioritate & obedientia.

Continuatio D. Heliæ.

EPiſcopali ſede.] Ponit dictum, à quo excipit: ibi, Niſi. Io. And.

i ¶ Accidat.] puta quia vinculis detinetur. ſupra eodem cauſis.

k ¶ Opportuna.] pone procurator non habebat mandatum iurandi de calumnia, vnde oportuit venire dominum & iurare. ĩ. de iuram. calum. c. vlt.

Procurator.] Tria ſunt dicta: Secundum: ibi, Et quamuis. Tertium: ibi, Sanc. Dominicus.

CASVS. Titium feci & conſtitui meũ procuratorem ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia: & ponamus, vt ſit maior dubitatio, ꝙ Titium meum procuratorem conſtitui ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia, cũ poteſtatem faciendi omnia & ſingula, quæ facerem & facere poſſem, ſi perſonaliter intereſſem: quid fecit iſte Titius procurator meus? Cõtraxit matrimoniũ pro me cum Berta, & forte ꝑ verba de præſenti: an ſit matrimonium inter me & Bertam? Reſpondet, ꝙ non: quia ad hoc non habebat mandatum ſpeciale, & iſta ſpecialitas attenditur ẽt circa perſonam, cũ qua eſt contrahendũ: aliter non eſt mandatũ ſufficiens ad contrahendũ matrimoniũ puta ſi dicam: conſtituo talem procuratorem meum ad contrahendum matrimonium nomine meo cum tali Berta: tunc eſt matrimonium inter nos. Sed ponamus, ꝙ conſtitui procuratorem meum ad contrahendum matrimonium cum tali Berta: ꝓcurator meꝰ fuit impeditus, & alium ſubſtituit: ille ſubſtitutus protulit verba apta ad contrahẽdum matrimoniũ cum Berta: quia dixit nomine procuratorio meo talis: accipio te in vxorem: & econtra Berta dixit: accipio te in virum, vt procuratorem talis: an ſit matrimonium? Certe non: nam procurator conſtitutus ad matrimonium contrahendum non poteſt ſubſtituere, cum agatur de maximo præiudicio. Sed ponamus, ꝙ conſtitui Titium procuratorem meum ad contrahendũ matrimonium cum tali Berta: reuocaui procuratoriũ: ſed non notificaui procuratori, nec Bertæ: ille procurator contraxit matrimonium cum Berta nomine meo: an teneat matrimonium? Reſpondet ꝙ non: licet dicamus regulariter, ꝙ reuocans procuratorem, debet notificare procuratori, ſi fuerit procurator ad negotia: Vel debet notificare iudici & parti aduerſæ, ſi ſit procurator ad iudicia: fallit tamen in cauſa matrimonij: quia quamuis reuocatio notificata non fuerit procuratori: tamen non valet quod procurator egit: nec eſt matrimonium propter defectum conſenſus, qui requiritur in matrimonio. Nota primo, caſum, in quo requiritur ſpeciale mandatum: alios vide per glo. ſup. eod tit. & lib. qui ad agendum. Nota ſecundo: ibi. §. & quamuis, ꝙ procurator datus ad matrimonium contrahendum, dicitur datus ad negotia. Dominicus.

[Gloſſa prima diuidit & ſummat.]

l ¶ Procurator.] Tria dicit: primo, ꝙ procurator ad cõtrahendũ matrimoniũ debet hr̃e ſpeciale mandatũ: Secundo, ꝙ talis procurator non ſubſtituit, niſi ad hoc mãdatum habeat: Tertio, ꝙ ſi talis procurator reuocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium.

[Gloſ. ſeq. oſtendit de iure veteri, &c. ſignat contrarium, & ſoluit.]

a ¶ Ide-

† Not. Pet. de Anch. ꝙ vna præſũptio tollit aliã de præſum. litteras. de in integ. reſt. l. diuus. F. † Idẽ Phil. Pet. de An. Do. intelligendũ non contradicitur à parte, vel ab ipſo procuratore: & ſi procurator vult, pars poteſt nolle ꝗa principalis eſt indiſcretus horribilis, Bar. in l. ſi, §. ſi actor male ff. eo. Font.

† Vide Ancha. conſil. 218. incip. A. duas filias habebat. & duobus conſi. ſeq. Anto. Bu. cõſ. 64. ĩci. A. duas filias habuit. & conſ. ſeq. & Ale. conſi. 146. inci. in cã & lite. & cõſi. 149. inci. viſo ꝓceſſu. lib. 5.

aliter cenſetur idoneus [a] ad matrimonium [b] contrahendum, quàm ſi ad hoc mandatũ habuerit ſpeciale. [c] Et quamuis aliàs is, qui conſtituitur ad negotia procurator, alium dare poſſit: [d] in hoc tamen caſu (propter magnum, quod ex facto tã arduo † poſſet periculum imminere) non poterit deputare [e] alium, niſi hoc eidem ſpecialiter ſit commiſſum. [f] Sane [g] ſi procurator antequam contraxerit, [h] à domino fuerit reuocatus: [i] contractum poſtmodum matrimonium ab eodem (licet tam ipſe, quàm ea, cum qua contraxit, reuocationem huiuſmodi penitus ignorarent [k]) nullius momenti exiſtit: [l] cum illius conſenſus defecerit, ſine quo firmitatem habere nequiuit. [m]

TITVLVS XX.

De his, quæ vi metusve cauſa fiunt.

¶ Gregorius x. in concilio generali Lugdunenſi.

¶ *Excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti abſolutio vel reuocatio per vim extorta, non tenet: & extorquens excommunicatus eſt ipſo iure. Io. Andr.*

a ¶ Idoneus.] an per procuratorem poſſit contrahi matrimonium? de hoc non dubitatur per canonem 32.q.2. honorantur. ſup. de conuer. coniu. ex par. 2. & qui cle. & vo. c. veniens. ad idem de matrim. contract. c. 2. ff. de ſponſ. ſufficit. & l. vlt. & ff. de ritu nup. l. mulierem. oẽs enim contractus qui conſenſu contrahuntur, inter abſentes contrahuntur. ff. de contrah. empt. l. 1. §. eſt aũt. Sed contra, ſup. de ſpon. duo. c. 1. ibi, corde tamen & ore, &c. Sed dic, ꝙ ſatis dicitur ore conſentire, qui per procuratorem: conſentit. ĩ. de reg. iu. q per aliũ. Sed an procurator ille debeat ad hoc habere ſpeciale mandatum, dubitatur? Dicebamus aũt ꝙ ſic, ſicut & in alijs caſib[us] quos no. ĩ. eo. li. & tit. qui ad agendum §. vlt. & ad hoc facit ĩ. de deſpõ. impu. c. 1. & Inſt. de nup. §. 1. & exp̃ſſũ erat ff. de ritu nup. l. gñali. & l. mulierem. ADDITIO. Vñ dixit Philip. ſupra de reſti. in integ. coram. per ius aliquod non probari, ꝙ in matrimonio contrahendo per procuratorem interuenire debeat ſpeciale mandatum. Io. And.

3 Qui eſt in hoc quaſi pico, miniſter & organũ domini. ad hoc ff. de cõſti. pe. l. & licet. de acqui poſſeſ. quod meo. §. procurator. & not. C. ſi quis alt vel ſibi l. multum. in glo. pen.

† Et ideo non deciditur iuro p iudicem delato. Bal. in l. admonendi. Font.

[Gloſſa ſequens ponit dictum cui ſignat contrarium & remittit.]

b ¶ Matrimonium contrahendum.] nec ad cauſam matrimonialem agendam: vt dixi ĩ. eod. tit. & lib. qui ad agendum. § vlt. ſecundum Vincen. Sed ad hoc contra. ĩ. eo tit accedens. ſed ſol. vt ibi not. Ber. in fi. vlt. glo.

[Glo. ſeq. quærit, arg. pro, ſoluit contrarium: Iterum quærit arg. negatiue, contrarium ſoluit]

c ¶ Speciale.] ſed nunquid ſi habet generale cum quibuſdam expreſſis, clauſula ſubſecuta, vt ĩ. eo. lib. & tit. qui ad agendum, contrahere poterit? videtur ꝙ ſic, per illud cap. Sed contrarium credo, vt ibi dixi. Dico enim ꝙ illa clauſulà generalis, quæ ſequitur, ſpecialia expreſſa ſimilia includit, ſed non longe maiora: 2 vt eſt in caſu noſtro, notabiliter enim tali concedi debet: & hoc voluit hæc littera. Ad hoc 12. diſt. nos conſuetudinẽ. ſupra in antiq. de reſcript. ſedes. C. de diuer reſcrip. l. 1. ff. de vi. tri. & oleo leg. l. 1. vlt. in fi. & ad hoc facit finis huius cap. maxime cum requiratur ſpeciale mandatũ: & de expreſſa perſona, 3 vt ſtatim dicam: & ſic dubitatio procedit. Sed quid dices: nunquid ſufficit ſpeciale mandatum ad contrahendum, vel requiritur ſpeciale de certa perſona & expreſſa? & videtur ꝙ non requiratur expreſſa perſona. 4 arg. ſupra eod. tit. & lib. cap. 1. 2. reſponſo. Sed dic contra, per l. ff. de ritu nup. l. generali. ad hoc ſupra de arbi. innotuit. cum ſuis concord. & quæ no. 29. q. 1. in ſumma.

2 Vt in cle. non poteſt. eo. titu. Io. And.

3 Idem Pe. de Anchar. Phil. & Do. Font.

4 Idem Pe. de Anch.

ADDITIO. Idem Dom. Phil. hic. Bar. in l. fin. ff. de dona. ad quod facit glo. 30. q. 5. cap. nec illud. quam vide. Fonta.

d ¶ Poſſit.] libere & quandocunque. ſupra eo. ti. & lib. c. 1. §. procurator. & ff. manda. ſi procuratorem.

e ¶ Deputare.] & ſic fallit illa regula. ad idem ff. de ri. nup. generali. in princ.

f ¶ Commiſſum.] concor. ſupra eod. titu. & lib. cap. 1. 2. reſponſo. ſupra de offic. deleg. is cui. & cap. vlt. vices quoque.

g ¶ Sane.] hoc quod dicitur hic notabat Io. 63. diſt. tibi domino, & 30. q. 5. nec illud.

ADDITIO. De hoc ff de ſpon. ſufficit. per Inno. de ſpon. ſub rub. quæ glo. communiter habetur in cap. Iudæis. per Hoſtien. in ſumma, de ſpon. §. qualiter contrahatur. ver. ꝙ ſi pœniteat. Io. And.

[Glo. ſeq. ponit differẽtiam carnalis ad ſpiritale.]

h ¶ Cõtraxerit.] matrimonium dicitur ꝯ hi per mutuum conſenſum: & eſt verum in hoc caſu: ſecus in matrimonio ſpirituali: quia ex quo clerici elegerũt, licet adhuc non ſit per mutuum electi conſenſum matrimonium ſpiritale contractum, tamen pœnitere non potuerunt. ſup. in antiq. de elect. publicato. & c. cũ inter canonicos. & facit ad hoc de tranſla. inter corporalia.

Matrimoniũ per q̃d cõtrahitur.

i ¶ Reuocatus.] vel vetitus ne contraheret. Quid ſi iurauerat dominus non reuocare vel pœnitere? Idẽ, licet periurus ſit: & de eo debeat ſibi pœnitentia imponi. de ſpon. ſicut, &c. inter. in fi. defuit enim conſenſus: & ſic idem iuris cum eadem ſit ratio.

Procurator reuocari poteſt licet dominus iurauerit no reuocare.

ADDITIO. Firmitas ergo contractus nec per iuramentum, nec per pœnæ promiſſionem poteſt haberi: ſed ſæpius conſului, ꝙ poſt contractum procuratoris fiat ratificatio conſtituentis. Ioan. Andr.

k ¶ Ignorarent.] ſpeciale in hoc caſu, cum aliàs reuocatio procuratoris ad negotia ad ipſum procuratorem venire debeat: de quo dic, vt ſupra in antiq. de reſcrip. ex parte decani. 5 De reuocatione procuratoris ad iudica. dixi. ĩ. eo. tit. & lib. cap. 2.

5 Ibi videas Felinum & iſta materia. Font.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium]

l ¶ Exiſtit.] arg. contra ff. de diuor. l. ſi pœnituit. Reuocatum eſt ergo mandatum, licet mandatarius hoc ignoret, quàmquàm agat, ne ſine culpa ſua dãno afficiatur. ff. mand. ſi vero non remunerandi. & l. ſi mandaſſem.

ADDITIO. Lex ſi pœnituit. in prin. huius glo. allegata dicit, ꝙ ſi pœnituit me miſiſſe diuortium, tamen nuncius ignorans pœnitentiam meam libellum dedit, durat matrimonium: in hoc pro: niſi is qui recipit, pœnitentia cognita, diuertere velit: in hoc contra. Solu. in contrahendo requiritur vtriuſque conſenſus: quod nõ eſt in diuertendo. C. de repu. conſenſus. Io. And.

m ¶ Nequiuit. 27. q. 2. c. 1. & 2. p totum. de ſpon. cum locum, & c. tua. & de deſpon. impub. c. 2. Et eſt rõ quare furioſus non contrahit: quia nõ põt conſentire. 23. q. 7. neq; furioſus. & 27. q. 2. ſufficiat, & ĩ. de ſpon. dilectus.

DE HIS, QVAE VI METVSVE cauſa fiunt.

[Viſum eſt ſupra de his, quę geruntur ſpontanea voluntate agentium: & ſic valent & tenent irretractabiliter: vt dicit Iuriſconſultus. l. 1. ff. de pact. nihil enim eſt quod magis humanæ naturę cõgruit, quàm pacta ſeruari quæ ſponte fiunt: Verum quia aliquã accidit, ꝙ talia fiunt per metum, & dubitari poſſet vtrum talia teneant irretractabiliter vel non: ideo poſt titulos præcedentes ponit titulum de his, quæ vi, metuſue cauſa fiunt:

Continuatio dominæ Haliæ.

Abſo-

Abſolutionis beneficium.] Duæ ſunt partes: Secunda: ibi, Ne autem. ¶ Abſolutio vel relaxatio ab excõicatione, interdicto, vel ſuſpenſione per metum extorta, eſt nulla ipſo iure: & extorquens abſolutionem vel relaxationem, incidit in aliam ſententiam excõicationis: & ſic eſt duabus ſententijs ligatus, licet prius non eſſet ligatus niſi vna ſententia: & ſic habet verũ illud vulgare: ſæpe iactorem ferit ſua ſagitta.

Iſtud c. limitat regulam dicentem geſta p metum reſcindi per actionẽ qđ met. cau. alias limitationes viđ in c. abbas. ſ. eo. Font.

CAPIT. vnicum.

Abſolutionis beneficiũ [a] ab excommunicationis [b] ſententia, vel quamcumque reuocationem [c] ipſius, aut ſuſpenſionis, [d] ſeu etiam interdicti [e]

¶ Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt, ꝙ illa quæ fiunt per metum iuſtum, qui poteſt cadere in conſtantem virum, tenent de mero iure: quia in eis interuenit conſenſus, licet coactus: modo coacta voluntas eſt voluntas: verumtamen probato iuſto metu, ille actus reſcindetur propoſita actione quod metus cauſa, quæ accipit denominationem à capite edicti l. 1. ff. eo. nam dicit prætor: quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo. Fallit in caſu noſtri cap.

CASVS. Meus competens iudex ordinarius vel delegatus (non refert) me excommunicauit iuſte vel iniuſte, vt ſit maior dubitatio. Iuſte, quia exigente contumacia & præcedente canonica monitione me excommunicauit: Iniuſte, quia non ſeruauit debitum ordinem in excommunicatione: hoc facto aliqua die ego inueni excõicantem ſolum in loco in quo poteram ſibi inferre violentiam, & poſito gladio ad guttur, minabar eũ occidere, niſi me abſolueret, vel relaxaret ab excommunicatione. Iſte iudex ſola vita contentus, videns meam deliberationem, fecit illud quod volui: quia me abſoluit à ſententia excommunicationis iuſte, vel relaxauit me ab excommunicatione iniuſta: quæritur vtrum ſim abſolutus vel relaxatus? Reſpondet, quòd non: immo remaneo in priſtina excommunicatione, & nouam excommunicationem incurro, & ſum excommunicatus duplici excommunicatione. Si iſte caſus non eſſet caſus ſpecialis, abſolutio de mero iure teneret: ſed iudex poſſet agere contra me, vt ipſa abſolutio reſcinderetur, & poneret in priſtinam excommunicationem. Idem eſt dicendum de ſententia interdicti vel ſuſpenſionis. Nota primo ex cap. iſto caſum, in quo geſta per metum ſunt nulla ipſo iure: quod eſt contra communem regulam, quæ habetur in cap. abbas. ſupra eodem in antiqua. ſi compellas me per metum, vt vendam tibi librum, tu es dominus libri, nec librũ à te poſſum vendicare, niſi talis venditio reſcindatur per actionem quod metus cauſa: fallit in certis caſibus, in quibus requiritur conſenſus ſpontaneus & liber, vt in matrimonio: quia cum quis compellitur ad matrimonium contrahendum, matrimonium eſt nullum: quia licet ibi ſit voluntas: quia coacta voluntas eſt voluntas, non tamen eſt voluntas ſpontanea. Item fallit in abſolutione ab excommunicatione, vt hic: nam ſi excommunicator abſoluat per metum, nulla eſt abſolutio: nec eſt neceſſe, ꝙ reſcindatur abſolutio: ſed poteſt publicari pro excõicato, ac ſi nullo modo abſolutus fuiſſet. Quæritur, quæ differentia eſt inter abſolutionem & relaxationem: quia prima facie videretur, quòd eſſent idem: & ſic iſte tex. eſſet ſuperfluus: quia in iure noſtro non dẽt eſſe aliqua ſuperfluitas, vt ſupra in proœmio decre. ibi, reſecatis ſuperfluis: & in proœmio C. dicit gloſſa, quod iſte text. non ponit ſuperfluitatem: nam verbum, abſolutio, reſpicit ſecundum aliquos abſolutionem præſtitam cum ſolennitate, ſcilicet, cum pſalmo pœnitentiali: Miſerere mei Deus: ſecundum quod ponit Guli. Duran. Specu. in titu. de imag. ſed verbum, relaxatio, reſpicit abſolutionem non ſolẽnem: vt dicit gl. Abſolutio reſpicit iuſtam excommunicationẽ: & relaxatio reſpicit excõmunicationem iniuſtam, quæ tamen tenet: ſed venit relaxanda iuxta cap. ſacro. ſ. de ſenten. excom. in antiq. Vel abſolutio reſpicit ſimplicem abſolutionem: & relaxatio reſpicit abſolutionem ad cautelam, qñ quis negat ſe excõicatũ: ſed tamen petit abſolutionem ad cautelam, vtrumque poteſt ſaluari ſecũdum Doctores. Nota vlterius, ꝙ excõicatus poteſt iterum excommunicari. Sed quæritur quomõ eſt hoc poſſibile: quia excõicatio ponit aliquem extra eccleſiã, hoc eſt extra cõionem fidelium: & ſi ſit extra eccleſiam per primam excõicationem, quomodo poteſt poni extra per ſecundam: Nã cum ſit extra eccleſiam, non poteſt amplius poni extra c. cum frequens. de reſti. ſpol. eo. lib. Dicendum eſt, ꝙ excõmunicatio habet duos effectus: vt dicit glo. notabilis. cap. ita quorundam. de Iudæ. in antiq. Primus effectus eſt, vt ponat excommunicatum extra eccleſiam: Secundus effectus eſt, vt teneat eum extra eccleſiã donec fuerit abſolutus: Secunda excommunicatio non poteſt habere primum effectum, & ſic intelligitur contrarium, ſed habebit ſecundũ effectum: quia retinebit excommunicatum extra eccleſiam: & quantum ad iſtum effectum excommunicatus poteſt iterum excommunicari. Nota inſuper, quòd abſolutio à ſententijs cenſuræ, appellatur beneficium.

Nota finaliter textum, quòd canon loquens per verbum præſentis temporis cum adiectione huius verbi, omnino, inducit canonem latæ ſententiæ. vide gloſſ. in cap. quàm ſit. ſ. eo. lib. de elect. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat, & quod fuerit dubium declarat.]

a ¶ Abſolutionis beneficium. Excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti abſolutio, vel reuocatio per vim extorta, non tenet. Secundo dicitur, ꝙ extorquens excommunicatus eſt ipſo iure. Huius decretalis fuit dubitatio: quia regulariter quæ per metum fiunt, valent, & obligant. quod dic. vt no. 15. q. 6. auctoritatem. & ſupra eo cap. Abbas fallit in caſibus ibi notatis. ad quos adde iſtum: & quia ſicut iniuſta excommunicatio ligat: ſic videbatur de iniuſta abſolutione. de pœ. diſt. 1. verſ. verbum.

b ¶ Excommunicationis.] etiam iniuſtæ: humiliter enim debebat abſolutionem petere, non per metum cõpellere: quia ſententia paſtoris ſiue iuſta, &c. 11. q. 3. c. 1. ſecundum Guli. & Gar.

Excõicatus iniuſte dẽt humiliter abſolutionẽ petere.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. & Archid.

[Glo. ſeq. ponit triplicem differentiam.]

c ¶ Reuocationem.] differentiam facit inter abſolutionem & reuocationem: & poteſt dici abſolutio ſolemnis, quæ fit iuxta formam eccleſiæ. [De ſent. excomm. a nobis. 2. in fi. Gar. & Archid. remittunt ad no. per Hoſtien. in ſumma de ſenten. excomm §. qualiter hæc abſolutio.] Reuocatio verbalis ſine ſolennitate: Vel vbi tenuit excõmunicatio locum habet abſolutio: vbi non tenuit, reuocatio. Vel refertur reuocatio ad abſolutionem ad cautelam.

ADDITIO. Facit de ſententia excommunica. ſacro. ver. caueant. Io. Andr.

d ¶ Suſpenſionis.] intelligo indiſtincte vt loquitur, id eſt, ab officio ſiue à beneficio, ſiue ab ingreſſu eccleſiæ. infra de ſent. excom. is cui.

ADDITIO. De varijs ſpeciebus ſuſpenſionum no. in Clemen. de pœn. cupientes. in glo. no. nouam.

e ¶ Interdicti. iſta tria ſunt paria: quia omnia ſub eccleſiaſtica cenſura continentur, & ſecum trahunt executionem: vnde ſequens appellatio non ſuſpendit earum effectum, ſupra de app. paſtoralis. & c. ad hæc quoniam. infra de ſent. excom. is cui. & in ſcriptis ferri debent infra de ſent. excommunic. cum medicinalis. §. & hæc eadem.

a ¶ Vim.]

Vis quid dicatur.

a ¶ Vim.] vis eſt maioris rei impetus, cui non poteſt reſiſti. ff. eo. l. 1. in fi. & l. 2. & quot modis ſumatur, & quot actiones vel interdicta inducat, no. ſupra eod. ad audientiam.

Metus quid ſit.

Metus autem eſt trepidatio mentis, inſtantis vel futuri periculi cauſa. ff. eodem. l. 1. & exigitur quòd præſens ſit metus, licet futurum ſit periculum. ff. eod. l. metum 2. & quis metus excuſet, no. ſupra eo. cum dilectus.

b ¶ Extorta.] ſic nec ſubditi electi à prælatis debent tranſcūdi licentiam extorquere. ſupra eo. lib. de elect. quorundam.

[Glo. ſeq. remittit, quærit argu. pro, ſed contrarium ſoluit.]

c ¶ Vacuamus.] ipſo iure hic vacuatur qđ fit per metum, alibi per actionem quod metus cauſa, aliàs per conſtitutionem principum, aliàs per iudicis officium: quod dic, vt no. ſup. eo. cum dilectus.

Excõicatio extorta per vim vel metum, an teneat.

Quid in excommunicatione per vim vel metum extorta? Videtur ꝙ idem, ſcilicet ꝙ ipſo iure non valeat: quia per ius ligandi & abſoluendi dñs eſſe voluit. de pœnit. diſt. 1. verbum. ad hoc 11. q. 3. iniuſtum. Sed dic contra ſecundum 1 Guil. 11. q. 3. quatuor. poteſt tamen per exceptionem elidi, vt ibi no. arg. ff. de fur. interdum. §. 1.

1 Gl. ſequitur Dñicus ſed Phil. tenet primã opin. Font.

d ¶ Creſcat.] Nam ſi negligenter ea quæ male, &c. 35. q. 9. loci. ſupra de vita & hone. cle. ut clericorum.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, & ſolutionē.]

e ¶ Extorſerint.] ſi ergo metum intulit, ſed iudex abſoluere nolit, non habet locum hęc pœna. [ſecundum Gar. Io. Monac. & Archid.] quia uerba, &c. ſup. de cle. non reſi. relatum. cum concor. & optime facit ff. de in ius voc. l. quamuis, aliàs tamen punietur inferens pro qualitate delicti. ff. ad legem Aquil. ita vulneratus. Ioan. And.

ADDITIO. Principium huius gloſ. non loquitur de pœna c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. quæ bene poſſet locum habere. Io. And.

[Gl. ſeq. remittit, & arg. tollit: ſecundo quærit, & ſoluit: tertio ſoluit tres quæſtiones.

f ¶ Excommunicationis.] Nota excõicatum amplius excommunicari: quod dic, vt no. 3. q. 4. Engeltrudam. & de Iudæ. ita quorundam. Si autem non ipſe excommunicatus, ſed alius metum hunc inferat, non excõicatus erit: & tunc non ſumatur prædictum arg. Sed nunquid hoc caſu ipſe excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus incurrit hanc pœnam? Dic ꝙ ſic: ſi mandauit vel eius nomine factum ratum habuit, ſupra eo. li. de elect. ſciant. infra de ſenten. excommun. cum quis. Nec dicam iſtos pœnam euadere: licet abſolutor poſtea ratum habeat illud quod ab initio coactus fecerat quia ſtatim ab initio ligati fuerũt. [Facit ſup. de ſent. excommu. cum deſideres.] Abſolui tamen poterunt per ſuum ordinarium: cum conditor canonis ſibi non retinuerit abſolutionem. ſupra de ſenten. excommun. nuper. & dixi ſupra eo. lib. de elect. ſciant. Et in hanc pœnam incidit, qui per pœnam amiſſionis rerum 2 ad hoc compellit ipſum excommunicatorem, vt ſupra eo. cap. Abbas.

2 Vel maioris partis ď rebus. l. propter litē. ff. de excu. tu. Itē ſubtractionis magni lucri. Cynus in l. interpoſitas. C. de tranſac. Phil. Anchar. Fon.

ADDITIO. Secundum Gar. & Guil.

[Glo. ſeq. quærit & ſoluit.]

g ¶ Subiacere.] quid ſi compulit per uanum metum, de quo timere non debebat: nunquid tunc locũ habet hæc pœna? Dic ꝙ non, ſecundum Gar. [& Guil. Fran. & Io. Mon.] quia talis metus nõ inducit reſtitutionē, nec proprie appellatur metus. ff. eo. l. metum. cum legibus ſeq. & l. nec timorem. & quis ſit iuſtus metus, no. ſupra cum dilecti. Ille ergo metus, qui putatur iuſtus ad reuocandum ea quæ per illum fiunt, ille pœnam conſtitutionis inducit: alius non.

per vim ᵃvel metũ extorta: ᵇpræſentis cõſtitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus. ᶜ ¶ Ne aũt ſine vindicta violẽtiæ creſcat ᵈaudacia: eos, qui abſolutionem, ſeu reuocationem huiuſmodi vi vel metu extorſerint, ᵉexcõicationis ᶠſententię decernimus ſubiacere. ᵍ

TITVLVS XXI.

De reſtitutione in integrum.

¶ Gregorius nonus.

¶ Eccleſia poſt quadriennium non admittitur ad petendum reſtitutionem contra ſententiam vel contractum: niſi rationabilis aliqua cauſa hoc ſuadeat. Io. And.

ADDITIO. Guilel. & Archidiac. dicunt hoc relinquendum arbitrio boni viri. Io. And.

CAP. I.

E Ccle-

DE RESTITVTIONE IN INTEGRUM.

Continuatio domini Heliæ.

[Dictũ fuit ſupra tit. prox. de reſtitutione, quæ regulariter petitur iure actionis contra ea quę per metum fiunt nunc uidēdum eſt de reſtitutione, quæ fit officio iudicis nobili, ita ꝙ ad petendum illam reſtitutionem, non eſt introducta aliqua actio à iure: ſed ſolum põt implorari officium iudicis nobile. Vnde ſciendum, ꝙ reſtitutiones petuntur duplici iure: ſcilicet iure actionis, ſicut in materia tituli præcedentis: vt quando quis per metum compulit me ad aliquid faciendum, tũc petam reſtitutionem per actionem quod metus cauſa: vel ſi dolo me induxiſti ad illud faciendum, habeo actionem de dolo: Aliæ ſunt reſtitutiones in integrum, quæ petuntur officio iudicis nobili: vt ſi minor xxv. annis paſſus fuit rem vſucapi: vel fuit in iudicio auctoritate curatoris, ſed per negligentiã omiſit facere aliquē actũ: iura volunt, vt iudex reſcindat illum actũ vel uſucapionem: Idem qñ quis eſt abſens cauſa reipublicæ: nam tũc poteſt petere reſtitutionem officio iudicis nobili, & iſtud fundatur in quadam æquitate. Idem eſt in eccleſia, ſi fuerit læſa in aliquo contractu ex negligentia prælati vel canonicorum, iura volunt vt poſſit reſtitui. de hoc latius in c. ſi de off. iud. in antiq.]

E Ccleſia.] Primo ponit dictum: Secundo ponit exceptionem à dicto: ibi, Niſi. Ioan. Mona.

CASVS. Ego rector alicuius eccleſię parochialis feci quēdam aduerſarium meũ conueniri coram iudice cõpetente, ordinario, vel delegato, pro iuribus meæ eccleſiæ: in cauſa mea fui neglīgēs: quia omiſi aliquos teſtes neceſſarios: & fui excluſus à productionibus: vel forte negligentia mea non produxi inſtrumentum, taliter ꝙ reus fuit abſolutus, & ego ſuccubui in cauſa: nõ eſt dubium quin ego poſſim petere, vt omnes proceſſus & omnia acta reſcindãtur vſque ad illum ſtatum, in quo erat tempore quo debebam facere iſtam productionē: Ponamus ꝙ ego fui negligens per quatuor annos ad petendum iſtam reſtitutionem: quia elapſum eſt quadriennium numerandum à tempore ſententiæ, contra quam volo reſtitui: vel forte eccleſia fuit data in emphyteuſim: certũ eſt ꝙ eccleſia poteſt petere reſtitutionē infra quatuor annos. eo. ti. in ant. ſed vtrum poſſit elapſis illis quatuor annis? Rñdet ꝙ non: quia reſtitutio ſolum durat per quatuor annos: de hoc tex. in l. fin. C. de temp. in integ. reſt. Et iſtud uerum, ꝙ eccleſia poſt quatuor annos non debet audiri, niſi cauſa rationabilis allegaretur: quia forte aduerſarius qui obtinuit ſententiã cõtra eccleſiam, fecit cum prælato eccleſiæ, ꝙ non peteret reſtitutionem infra quadriennium: nam dedit ei intelligere, ꝙ in perpetuo poſſit reſtitui: tunc ſi ſit cauſa rationabilis, quæ debeat mouere iudicem, deberet ſibi dare reſtitutionem: vnde iudices, habẽtes merum im-

imperium, poſſunt in integrum reſtituere. l. fina. C. vbi & apud quos in integ reſti. peti poſſit. Nota primo, q ecclesia poteſt petere releuamentum aduerſus ſententiam: hoc etiam poteſt minor. C. ſi aduer. ſenten. per totum. Nota vlterius, q iſta reſtitutio poteſt peti vſque ad quatuor annos, computando à tempore læſionis in maioribus, & eccleſia: ſed in minorib. iſtud quadriennium non currit, niſi demum poſt xxv. annos, & à tempore perfectæ ætatis: vt ſi minor ſit læſus in xv. ann. habebit xiiij annos ad petendũ releuamentum: & ſic in minoribus durat vſque ad xxix annum ætatis ipſorum: ſed in eccleſia currit à tempore læſionis: nam eccleſia ſemper eſt cenſenda minor factus maior. Nota quòd cum ſubeſt iuſta cauſa, quæ impediuit petere reſtitutionem infra quadriennium, poteſt peti poſt illud quadriennium. vnde notat glo. fina. in vno, quòd illud quadriennium non currit, durante vita illius prælati, qui male adminiſtrauit: & fuit cauſa illius læſionis: ſed eius ſucceſſor poterit petere reſtitutionem poſt mortem ſui prædeceſſoris infra quattuor annos. Nota vlterius, q appellatione eccleſiæ comprehenduntur prælati. & clerici de eccleſia: nam eccleſia cum ſit res inanimata, non poteſt petere reſtitutionem: & ſic quandoque ponitur continens pro contento. De iſto nomine qualiter multipliciter ſumatur, vide glo. ne prælati vices ſuas. cap. ſi. Nota inſuper, quòd fraus prelati non nocet eccleſiæ. ad hoc reg. delictum. ĩ. de reg. iur. Dominicus.

ſia, [a] quæ ad tractandam ſententiam, [b] vel contractum, [c] per beneficium [d] reſtitutionis in integrum, poſtulat ſe admitti, ſi quadriennij [e] ſpatium poſt ſit lapſum, & negligenter [f] omiſerit: non eſt ad beneficiũ huiuſmodi admittenda: [g] † Niſi præuaricationis, [h] vel fraudis manifeſtæ [i] probetur [k] ſup hoc interueniſſe commentum: [l] aut alia [m] rationabilis cauſa [n] ſubſit, quæ ſuperiorem mouere de-

(Prima glo. tria facit, ſummat, dicit vnde ſumpta, & quid declaret.)

a ¶ Eccleſia. Eccleſia poſt quadriennium non admittitur ad petẽdum reſtitutionem contra ſententiam vel contractum, niſi rationabilis aliqua cauſa hoc ſuadeat. Olim extrauagabatur decretalis iſta: & quidam intitulabant eam Alexãdro, alij Gregorio nono: & eius fuit, vt hic vides: excepto fine, qui ſuperaditus fuit, vt ibi dicam. Emanauit autem ad declarationem eorum, quæ no. in gloſ. & omnes antiqui & moderni. ſupra eodem cap. 1.

ADDITIO. Hoſtienſis hanc decretalem vſque ad ver. aut. poſuit & gloſſauit eo. ti. cap 1.

a ¶ Eccleſia. quæ fungitur iure minori facti maioris, & iure reipublicæ. 1 quod dic vt no. ſupra eodem tit. cap. 1.

1 Vide qđ dixi ſup de re iudi. inter. ſup vlt. glo. de quo hic Archi. Io. And.

ADDITIO. Vide quod ibi dixi ſuper quarta gloſ. poſt Inno. & Hoſtien. Io. And.

b ¶ Sententiam.] C. ſi aduer. rem iudic. l. 1. ſupra eod. tum ex litteris.

(Glo. ſeq. ſupplet tria: & de quarto remittit: ſecundo notat differentiam.)

c ¶ Contractum.] C ſi aduer. ven. l. 1. C. ſi aduer. do. l. 1. Item ſi aduerſus confeſſionem, infra capit. proxi. vel aduerſus probationem omiſſam. ſupra eodem cum veniſſent & capit. auditis. An autem contra præſcriptionem reſtituatur eccleſia? Dic vt no. ſupra eodem auditis. in gloſ. antepenul. [Et de hoc C. de ſacroſan eccle. Authen. quas actiones.] vel contra lapſum temporis, ex quo læſa eſt: & tunc reſtituitur infra quadriennium à tempore læſionis: ſed ad idem tempus tantum quo læſa fuit, vt in Clemen eodem titu. ab eccleſia. Nota tamen, quòd quando eccleſia contra contractum reſtitutionem petit, maius eſt ſuum priuilegium, quàm minoris in hoc: quia ſi minor iurat non contrauenire, non reſtituitur. C. ſi aduer. vendi. Authent. ſacramenta puberum. Si autem prælatus iurat non repetere, vel contrauenire in contractu damnoſo eccleſiæ: ſic iurando deierauit, & eccleſia eodem petente vel alio, ex iudicis officio reſtituitur. 35. q. 9. quod quis. de rebus eccl. non alie. ſi quis. de iureiu. ſicut. & c. intellecto. de inſt. cum veniſſet.

Minor contrahens & iurans non contrauenire, pdit beneficiũ reſtitutionis.

d ¶ Per beneficium reſtitutionis.] quia ſi per viã iuris communis, ſecus: vt ſi diceret ſententiam nullam, contractum nullum fuiſſe: vel in caſu ĩ. cap. proxi. Et ſcire debes, q ſi præſtetur reſtitutio: quilibet recuperat qđ prius ſuũ erat. ff. de mino. q ſi minor. §. reſtitutio. & l. intra vtile. C. de rep. l. vnica. & C. ſi aduer. vſuca. l. vnica.

† Iſte verſiculus habet etiã locum in alijs perſonis, quib. iſta reſtitutio cõpetit. Phil. Font.

e ¶ Quadriennij ſpatium.] quod datur minori facto maiori, intra quod oportet q aſſumat & finiat cauſam. Quod dic vt dicitur in clem. eodem titu. ab eccleſia. C. de tempo. in integ. reſt. l. petendæ. & l. fi. 2 ff. de mino. l Papinianus exuli niſi per iudicem uel rerum ſteterit, vt in d. l. petendæ. in fi. & ſic poſſent intelligi ſupra. eo. tum ex litteris. & ſupra de reb. eccle. non alie. ad noſtram vt infra dicam.

2 In illa lege fi. dicũt Doctores, quẽadmodũ agendo non quæritur reſtitutio poſt 4. annos, ita nec excipiẽdo: quia actio & exceptio idẽ efficientes, ſunt eiuſdẽ vitæ. ſic limitatur l. ſi cet. C. đ except. Domi. Fonta.

f ¶ Negligenter.] Nota delictum prelati in omittendo præiudicare eccleſiæ, vt no 16. q. 6. ſi epiſcopum. de hoc dicam infra de reg. iur. delictum.

ADDITIO. Et qualiter quis agendo dicatur negligens, habetur ff. de diuer. tem. præ. l. 1. Io. And.

g ¶ Admittenda.] reprobata eſt ergo opi. Ala. Gui. Na. & Goff. qui no. ſupra eod. cap 1. & ipſe Goff. in ſumma huius tit. §. ſi computatio. & §. quando autem. q etiam indiſtincte poſt quadriennium reſtituitur eccleſia: hoc probant per decre. prædic. ſupra eodem cap. 1. ibi, ſemper debeat illæſa &c. & per cap. ſupra eod. titu. tum ex litteris. & ſupra de reb. eccl. non ali. & cap. ad noſtram. Approbata autem eſt opin Vincen. Berna. Ioan. Innocen & Hoſtien. & Abbatis qui omnes dixerunt contra. ad iura in contrarium allegata Reſpon. vt in ipſis iuribus no.

h ¶ Præuaricationis.] præuaricator eſt q corruptus in totum ab accuſatione deſiſtit. ff ad Turp. l. 1. 2. q. 3. cap. ſi quem. §. notandum. ſed hic nõ proprie ponitur: quia de tali non loquitur: ſed præuaricator quaſi varicator, qui ex vtraque parte conſiſtit: quinimmo ex altera: ſic iſti fingunt exterius ſe bene adminiſtrare: & tamen ſpoliant, vel damna inferunt. Vel dic præuaricationis, quo ad ſententiam: fraudis, quo ad contractum. Ioan. And.

Præuaricator quis dicatur.

i ¶ Manifeſtę.] ideſt, euidentis: & ſic eſt nomen & caſus genitiui. vel eſt aduerbium, & expone, manifeſte, id eſt, clare.

k ¶ Probetur.] quia qui dolum allegat, &c. ff. de proba. quotiens. §. qui dolo.

l ¶ Commentum.] ideſt deceptionem, vel occultum, vel malitioſum tractatum. [Vel confictum machinamentum 87 diſt. cap. 2. ſupra de teſti cog. peruenit. 3 in fi.] Et hoc caſu licet petens ab eccleſia reſtitutionem fuerit in culpa: ille contra quem petitur fuit in dolo: ne beneficium illud peteretur infra quadriennium: & dolus culpæ præponderat. ff. ad leg. Aquil. item ſi obſtetrix. in fi. in glo. tenebitur.

3 Gloſſam tenet Petr. de Anch. & c. ad nr̃am. de reb. eccle. nõ alie. l. ſi ex cauſa. ff. de mi. Phil. Font.

m ¶ Aut alia.] poſſibile eſt q iſta verba fuerunt Greg. tamen in extrauaganti ſua, qua vtebamur, non erant: vnde credo q addita fuerint per Bonifaciũ, & eſt ſum. de præben. dilectus filius [illegible] in fi.

ADDITIO. Et infra de reg. non ſolum. Ioannes Andr.

n ¶ Cauſa.] vt ſupra eo. ti. tum ex litteris. vel vixit ille prælatus male contrahens tanto tempore: vnde tunc non currit præſcriptio 3. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. vt tenet Inno.

Inno. in d. c. tum ex litteris. vel multas nouas mutationes prælatorum habuit eccleſia: vel eminentiſſimum fuit damnum ipſius.

c ¶ In iudicio.] ideo dicit: quia extra iudicium facta non nocet. quod dic, vt ĩ. de confeſ. c. vlt. Io. And.

d ¶ A ſe.] vel à procuratore. ſupra de re iudi. ſuborta. de confeſ. c. vlt. vel ab aduocato parte abſente. ſupra de appel. cum cauſam. de cenſi. olim.

SI aduerſus.] Sunt duo dicta principalia: ſecundum ibi, Vbi vero.

CASVS. Ponamus ꝙ ego litigabam cũ epiſcopo Pictauẽ. de & ſuper iuribus eccleſiæ: in qua cauſa prælatus aliqua confeſſus fuit, quæ vergebant in læſionem eccleſiæ ſuæ: non eſt dubium quin eccleſia poſſit petere releuamentum aduerſus illam confeſſionem: Sed quæritur, vſque ad quod tempus poterit petere iſtud releuamentum aduerſus illam confeſſionem? Dicit Romanus Pontifex, aut illa eccleſia vult petere releuamentum iure ſpeciali, allegando ſolã confeſſionem: & tũc poteſt petere vſque ad quattuor annos: Aut eccleſia petit iſtã reſtitutionẽ iure cõi, ſicut alius priuatus: tunc admittitur quã docũque, vſque ad finem cauſæ, puta quia prælatus allegat, ꝙ per errorem aliqua confeſſus fuit: tunc admittitur etiam poſt quadriennium, probando errorem: quia quilibet priuatus allegans errorem, ad mitteretur: ſed ſi prælatus ſolum fundet ſe in eo ꝙ eccleſia eſt læſa, & non allegat errorem, tunc ſolum debet petere reſtitutionem infra quattuor annos.

Nota primo, ꝙ quadriennium reſtitutionis petendæ incipit currere à tempore confeſſionis: & ſic facit pro opin. Ioan. And. ſupra cap. prox. Nota ſecundo, ꝙ confeſſio reuocatur, quando errore facti quis fuit inductus ad confitendum: ſecus ergo videtur ſi facta fuit errore iuris. Dominicus.

beat ad idem beneficium concedendum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Eccleſia contra confeſſionem, qua læſa fuit, admittitur infra quadriennium per beneficium reſtitutionis in integrum: poſtea nõ, niſi per viam iuris communis. Io. And.

CAP. II.

SI aduerſus [a] confeſſionẽ [b] in iudicio [c] à ſe [d] factam, læſa [e] eccleſia beneficium reſtitutionis in integrum [f] infra quadriẽnium ab ipſius confeſſionis tempore computandum, [g] petere negligenter [h] omittat: non eſt (niſi aliquid rationabile [i] appareat, quod aliud [k] ſuaſerit faciendum) ad hoc petendum vlterius admittenda. ¶ Vbi vero per viã communem reuocationis erroris, quem in facto [l] prætendit, vult aduerſus ſuam confeſſionem eccleſia ſe iuuare: [m] hoc quandocunque poterit, [n] donec negotium ſit finitum.

TITVLVS XXII.

De arbitris.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Si ex tribus arbitris duo concordant in ſumma, tenet illorum ſententia: ſi omnes diſcordant, tenet ſententia de ſumma minori.

[Prima glo. ponit ſummam, & quid declaret.]

a ¶ Si aduerſus.] Eccleſia contra confeſſionem, qua læſa fuit, admittitur infra quadriennium per beneficium reſtitutionis in integrum: poſtea non, niſi per viam iuris communis. Declarat quod no. Inno. Hoſt. & moderni. ſupra eod. tit. auditis.

ADDITIO. Vide Clem. eo. tit. cap. vnico. in 3. gloſ. & Guli. in Specu. 2. par. eod. tit. §. 2. ad fi. ver. ſed nunquid. Io. Andr.

[Gloſſa ſequens allegat vnam concord. obijcit, & ſoluit.]

b ¶ Confeſſionem.] 1 ergo contra confeſſionem datur reſtitutio. ff. de confeſſ. certum. §. penul. Sed contra: aut confeſſa eſt veritatem contra quam non datur reſtitutio, aut falſitatem: & hoc probato non nocet confeſſio, vt infra ſequitur: Non eſt ergo recurrendum ad extraordinarium, ex quo ordinarium competit. ff. de mino. in cauſæ. 2. Sol. dixit Hoſti. ꝙ poſſet eſſe, ꝙ falſitas confeſſa probari non poſſet: vnde expedit reſtitutionẽ dare. Vel dic ꝙ fuit confeſſa per errorem: vel nõ poteſt error probari, ſed læſio. Vel fuit confeſſa tempore quo non debuit: vel lata eſt ſententia: tamen eſt adhuc infra quadriennium à die confeſſionis, vt infra dicam. Idem ſi contra ſententiam vel contractum, vel aliam læſionem, vt dixi ſupra c. prox.

1 Do. Phili. vix attingũt gl. Pet. de Anc. ſequitur eam ibi (vel dic ꝙ fuit confeſſa) & ibi latet priuilegiũ eccleſiæ: nam ſi deberet errorẽ ſuum probare ante ſnĩam; vel ĩ. quadriẽnium: nullum hẽt priuilegiũ: neque dicas ſicut Spec. in tit. de reſtit. in inte. §. 1. verſicu. ſed nũquid eccleſia ibi priuilegiũ cõſiſtere, ꝙ probat errorẽ ſuũ poſt ſententiã: quia hoc ẽt facit maior ex clauſula generali, & voluit Ioã. An. c. ſi de confeſſ. Fõ.

ADDITIO. Idẽ Ioan. Mona. & Arch.

e ¶ Læſa.] enormiter: quia pro leui læſione non datur reſtitutio, vt ſupra de re. eccl. non alie. cap. pe. ff. de in inte. reſti. l. ſcio illud. ff. de mino. ſi ex cauſa. 2. reſponſo. in fi.

f ¶ In integrum.] quid operetur dixi ſupra c. prox.

g ¶ Cõputandum.] in hoc differt minor à maiore: quia etiam poſt ſententiam infra quadriennium reſtituitur minor contra confeſſionem, maior non: niſi ante ſententiam, & oſtenſo de errore.

h ¶ Negligenter.] ſecus ſi prævaricatione vel aduerſarij fraude, vt ſupra c. prox.

i ¶ Rationabile.] vt dixi ſup. c. proxi.

k ¶ Aliud.] ſcilicet contrarium.

l ¶ In facto.] qui nemini nocet. ff. de iu. & facti igno. l. error dummodo probetur negotio nondum finito, ſupra de confeſ. cap. vlt. & hic. error autem iuris non excuſat. C. de iur. & fac. igno. l. 2. & l. cum quis, & de hoc ĩ. de reg. iur. ignoratia. Ioan. And.

m ¶ Iuuare.] poteſt ergo aliquis contra factum ſuum venire: hoc eſt ratione erroris: quia nil tam contrarium conſenſui, quàm error. ff. de iuriſdict. om. iudic. l. ſi per errorem. ſic & in matrimonio. de coniug. ſeruo. cap. vlt.

Error eſt conſenſui cõtrarius.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.]

n ¶ Poterit.] & ſic vna via admittitur ad id, à quo alia prohibetur: quia per formam iuris communis admittitur ad id à quo prohibetur per reſtitutionis beneficium: Sic interdum econuerſo per formam iuris communis repellitur, & per beneficium reſtitutionis admittitur. ſupra eo. tit. coram. vbi de hoc. Ad hoc contra. infra, de reg. iu. cum quid. cum ſuis concor. ſed ſolue, vt ibi dixi.

ADDITIO. Dicit Ioan. Monac. ꝙ vbi via generalis contineret viam ſpecialem actu, & à ſpeciali quis eſſet excluſus, per conſequens & à generali. ff. de do. excep. l. 2. §. item quæritur & §. ſequenti. Ioan. And.

n ¶ Finitum.] quocunque modo, puta ſententia, vel tranſactione: quod dic, vt dicam infra de li. conteſt. c. exceptionis. & huic decr. concor. infra de appel. concertationi.

Finitũ qñ dicatur negocium.

ADDITIO. Poteſt etiam negocium dici finitum ſecundum Ioan. Mona. ſi eſt concluſum. alleg. ſupra de ꝓcu. auditis. de cauſa poſſeſ. paſtoralis. & quod no. C. de adult. quamuis. 1. & quia poſt concluſionem non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe: & ſic non eſt probatio recipienda, quæ neceſſaria eſt circa errorem. Archid. hoc recitans alleg. de fide inſtru. cum dilectus. ff. de euic. ſi rem. in fin. Tractat etiam hic, an ſit idem renunciare & concludere: de quo ſcripſi in prædict. decre. Paſtoralis. Ioan. And.

DE ARBITRIS.

Continuatio domini Heliæ.

[Dictũ fuit ſupra de iudicibus tam ordinarijs, quàm delegatis, qui cauſas diſcutiunt & examinant: verum quia arbitri à partib. electi procedunt ad inſtar iudicũ, tam examinando, q̃ diffiniendo: iõ poſt rubricas præcedentes ponit rubricam de arbitris: Alij aliter continuant: Dictum fuit ſupra de iudicibus: nunc eſſet dicendum de iudicijs: verum quia arbitraria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum: ideo ponit rubricam de arbitris. Sed ſecundum modernos Doctores iſta continuatio non eſt bona: nam iſta rubrica deberet ſequi rubricam de iudicijs.]

CAP. I.

SI ex tribus [a] arbitris, te duo i decẽ, & tertius in quinque cõdemnet: debet ſententia prævalere duorum: [b] liceţ [c] cum vnus in xv. alius in decem, tertius vero in quinque pronunciant, illius, qui dixit de ſumma minori, [d] (cum in illa omnes concordes exiſtant) ſentẽtia efficax cenſeatur.

¶ Idem.

¶ Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel diffiniendo negotio intereſſe, duo procedere poterunt, ac ſi ille præſens eſſet: Circa iudices autem antiqua iura ſeruentur. Io. And.

CAP. II.

VT quæſtioni-

1 Bal. in l. conuenticula. C. de epiſco. & cler. hic alleg. p Phili. dicit iſtũ tex. p cedere in teſtibus, ſed Do. hic dicit ſi peto xv. & vnus teſtis dicat de x. alius de v. ꝙ nõ probant. vi de ad materiam iſtam Aret. in l. 1. §. ſi ſtipulã ti. ff de ver. obl. Pont.

SI ex tribus.] 1 Sunt duo dicta: ſecundum: ibi, Licet. quo ad mentem decr. quamuis quo ad litteralem intellectum, diuiſionẽ non recipiat. Dominicus.

CASVS Petebam à Titio xl. aureos: tractantibus communibus amicis, Titius & ego compromiſimus in tres arbitros, qui de cauſa cognouerunt: & fuit taliter proceſſum in cauſa, ꝙ fuit deuentum vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiue: quam ſententiam dicti arbitri pronunciauerunt hoc modo: Nam duo ex ipſis condemnauerunt Titium ad ſoluendum ſummam quadraginta aureorum quam petebam: alius autem condemnauit ſolum in decem aureos: quæritur quę iſtarum ſententiarum prævaleat? Reſpondet, quòd ſententia lata à duobus, & ſic à maiori parte arbitrorum. Sed ponamus, ꝙ iſti tres arbitri fuerunt diſcordes in ſententia: nam vnus condemnauit Titium in ſexaginta, alius in quadraginta, alius in triginta: quæritur quæ iſtarum ſententiarum prævaleat: vel verum neutra valeat, attento ꝙ in nulla iſtarum ſententiarum concurrit maior pars arbitrorum? Reſpondet, ꝙ valebit ſententia quæ lata fuit ab arbitro, qui condẽnauit in minori ſumma: quia omnes concurrunt in minori ſumma: Nam ex quo condemnauerunt in maiori ſumma, bene condemnauerunt in minori: quia in maiori ſumma ſemper eſt minor. Nota primo, ꝙ etiam in pluribus arbitris communi conſenſu partium aſſumptis, habet locum illa regula: quod fit a maiori parte, valet. Nota magis ſpecifice, ꝙ ſi fuit compromiſſum in tres arbitros, & duo conueniant in eandem ſententiam, & alius diſcordet: valet ſententia duorum. Nota vlterius, ꝙ in maiori ſumma ineſt & minor. Nota vlterius, ꝙ ſi omnes arbitri diſcordant in ſumma, valet ſententia illius arbitri qui condemnauit in minori ſumma: quia in illa ſumma minori omnes alij ſunt cõcordes. Nota inſuper arg. ꝙ ſi compromiſſum fiat ſimpliciter: intelligitur etiam factum, vt ſtetur iudicio maioris partis. vide Docto. de elect. in cauſis. & cap. cum in iure. in antiq.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Si ex tribus.] Si ex tribus arbitris duo concordant in ſumma, tenet illorum ſententia: ſi omnes diſcordãt, tenet ſententia de ſumma minori.

Glo. ſeq. ponit opin. reprobatam: reſiduum text. per duas quæſtiones: & prima trimembris.]

b ¶ Duorum.] ſcilicet qui condemnauerunt in decem. & quidam dicebant contrarium. arg. eius quod ſtatim ſequitur: & hoc tenebat Guli. in Spe. co. ti §. vlt. in prin. cuius hic reprobatur opinio: q̃a illud verum, cum oẽs dicunt de diſpari ſumma: Et ſic reprobatur quod not. Accur & ff. eo. tit. l diem. §. ſi plures. & reprobat opi. Placen. quæ placuit Guil quando duo proteſtantur, ꝙ non conſentiunt in minori ſumma. Et quod dicitur hic de tertio, qui condemnat in minori ſumma: dicas idem & multo fortius ſi condemnaret in maioris q̃a tunc minor eſt dubitatio, vt ſ. dixi. idẽ ſi abſolueret, 2 vel non pronunciaret, vt ĩ. c proxi. Et per hoc dicemus idem in termino ſolutionis faciẽdæ, vt ſi duo aſſignãt tres mẽſes alius vnum: tenet dilatio duorum: ſi omnes diſcordãt, tenet minor. ADDITIO. De vnico qui cõdemnat in quinque, cum decem peterentur: vide in Spec. de ſent. pro la. §. qualiter. ver. qd ſi peto. Et vide quod plene ſcripſi de re iudi. cum inter. in vlt. glo. Io And.

2 Vnde vt dicit Ioan. Mo. ſi tunc valet ſentẽtia duorum cũ tertius contradiceret, fortius valere dẽt cum in aliquo concordat.

c ¶ Licet cũ vnus.] hoc ſumitur. ff e ti. diẽ. §. ſi plures.

[Glo ſeq. rationem reddit, quærit, & ſoluit.]

d ¶ De ſumma minori.] ſcilicet de quinque: & eſt rõ quæ ſequitur: plus enim ſemper in ſe cõtinet quod eſt minus. Ad hoc 14. q. 1. ſi quis dederit. & ĩ. de reg. iur. plus ſemper. vbi de hoc. & ff de reg. iu. in eo quod plus. & in obſcuris minimum ſequimur, ĩ. de reg. iur. in obſcuris. quod dic, vt ibi. Quid ſi ille qui condemnat in xv. proteſtatur ꝙ ita condemnat in xv. ꝙ non conſentit in minorem ſummam? licet quidam contrarium dicant, ſatis credo adhuc tenere ſententiam in v. cum illa proteſtatio impoſſibilis videatur: & videtur ſibi contrarius, de contu cum M. in antiq.

Proteſtatio ĩpoſſibilis vel cõtraria actui nihil operatur.

VT quæſtionibus.] Tria facit ſecundum Ioan. Mo. Primo ponit procemium: Secundo ſtatutum: Tertio tacite quæſtioni reſpondet. Secunda: ibi, Statuimus. Tertia: ibi, Circa.

ADDITIO. Et determinat ſecundum Archi. notata per Innoc & Hoſt. ſ. de teſta Raynaldus. in princ. & quod no Gul in Spe. de arbi. §. ſi. in prin. verſi. & no. & plenius ibi in ver. quid igitur ſi ſe. & verſi. ſeq. dixit Innoc. in prædict. decr. Raynaldus. & Hoſtien. poſuit eius gl. ꝙ quando omnes arbitri ſunt præſentes, & vnus nõ vult cum alijs concordare: etiam ſi dicat ſe non inſtructum: alij qui concordant, pronunciare poſſunt, ff de re iudi. duo ex tribus. & l. Pomponius. alias incipit, ſi vni. Idem ſi opinionem ſuam dixit, & receſſit audita opinione aliorum: ceſſat enim ratio legis, qua dicitur, ꝙ alios in ſuam opinionem contrahere poſſet, vt ĩ. no. ſecus ſi illorum opinionem non audiuiſſet, dato ꝙ malitioſe recederet: licet quidam dicunt, ꝙ ex quo conuenerunt ad ſententiam ferendam, qui qualitercunque vnus poſtea recedat, alij præſentes ſententiare poſſunt: quia verum eſt omnes affuiſſe ad ſententiam ferendam, idest, ad diem ferendæ aſſignatum: bona ergo fuit hæc conſtitutio, quæ has perplexitates tollit. Io. And.

a Pro intellectu huius c præſupponitur illud quod habetur in l. ſi in tres, ff. eo. ti. vbi dicitur, ꝙ ſi fuit factum compromiſſum in tres arbitros ſimpliciter, nõ adiecto, ꝙ duo ipſorum arbitrorum poſſent procedere ſine tertio: ſi duo procedant ſine tertio, non valet eorum ſentẽtia: & licet ſi tertius eſſet præſens, & contradiceret duobus, ſua contradictio non noceret: tamen eius contemptus & contumacia nocet, & reddit proceſſum nullum: ſicut dicitur, ꝙ vnius canonici abſentia nocet quo minus valeat electio per alios canonicos facta. in c. 1. de his quæ fiunt à maio. par. Cap.

Additio domini Heliæ.

CA-

Caſus litteralis domini Heliæ.

CASVS. Tu & ego de cauſa noſtra compromiſimus in tres arbitros, qui acceptauerunt compromiſſum: licet non compellantur acceptare niſi velint: licet ſit ſecus in iudicibus etiam delegatis: quia munus iudicandi eſt munus publicum: facta acceptatione, duo ex ipſis arbitris erant parati in cauſa procedere: requiſierunt tertium, vt cum eis conueniret ad procedendum in cauſa: ille tertius licet requiſitus noluit venire, vel non potuit venire: vtrum tota poteſtas illius tertij ſit apud duos, qui volunt procedere in iſta cauſa? Reſpondet, quòd ſic: licet lex ciuilis alleg. aliter dicat: videlicet quod duo arbitri abſente tertio, licet fuerit requiſitus, non poſſunt procedere, niſi dictum fuiſſet in compromiſſo, quòd ſi vnus eorum intereſſe non poſſet, alij duo in cauſa procedere poſſent: ſed de iure canonico eſt aliud: quia duo arbitri poſſunt procedere requiſito tertio, & nolente venire, vt hic eſt textus. Sed vtrum iſtud capit. debeat ſeruari in foro ſæculari? Reſpondet gloſ. quod non: nam quando eſt diſconuenientia inter ius ciuile & canonicum, & vtrumque poteſt ſeruari ſine periculo animæ: tũc ius canonicũ ſeruatur in foro ſuo, & ius ciuile in ſuo, niſi laicus eſſet de terris Papæ, & ſibi ſubiectus: nam tunc etiam in foro ciuili ſeruaretur ius canonicum, vt tenet Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl. & dicto. in c. 1. de no. oper. nuncia. in anti. & c. at ſi clerici. de iu. in anti. Secus ſi ius ciuile non poſſet ſeruari ſine periculo animæ, vt in præſcriptione xxx. vel xl. annor. cum mala fide, quæ procedit de iure ciuili, ſed non de iure canonico. cap. poſſeſſor. de regu. iur. infra c. ſi. de præſcrip. in antiq. Sed quid in iudicibus; vt ponamus quòd cauſa aliqua fuit a ſede Apoſtolica delegata ſimpliciter tribus iudicibus, non adiecto ꝙ ſi vnus nollet comparere, vel etiam non poſſet: ꝙ alij duo in cauſa poſſent procedere: litteræ fuerunt præſentatæ duobus iudicibus, qui requiſierunt tertium vt conueniret cum eis: iſte tertius non vult venire, vel non poteſt venire: quia alijs negotijs occupatus: vtrum iſti duo poſſunt procedere, tertio requiſito & nolẽte venire? Reſpõdet Romanus Pontifex, ꝙ non: ſed in ipſis antiqua iura ſeruantur: nam iura antiqua per iſtud cap. ſolum ſunt correcta in tribus arbitris. Nota primo vnã differentiam inter ius canonicum & ciuile: nam quando eſt factum compromiſſum in tres arbitros ſimpliciter de iure ciuili: duo ſine tertio etiam ſi fuerit requiſitus, non poſſunt procedere. Secus eſt de iure canonico: videlicet, ꝙ duo ſine tertio poterunt procedere, vt hic.

No. ꝙ lex fingit abſentem præſentem: & in hoc fictio præfertur veritati, licet regulariter dicamus, quòd veritas præfertur fictioni. Nota vlterius, quod ad eſſe vniuerſitatis requiritur maior pars, & quod conueniant duæ partes ad aliquid exercendum: & quod fit a maiori parte illarum duarum partium, valet. l. plane. & l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuer. & ſecundum Doct. in cap. cum omnes. de conſtit. in antiq. Et iſtud verum, niſi eorum conuocatio pertineret ad aliquem actum: quia tunc ſi fuerunt conuocati, & non veniant: eorum contumacia facit eos extraneos ab vniuerſitate pro illa vice: & hoc de iure canonico. Nota finaliter, quòd eſt differentia inter voluntariam abſentiam, & malitioſam: & probans quem abeſſe voluntarie, non concluderet abſentiam malitioſam.

bus[a] (quæ plerumque propter arbitrorum voluntariam ſeu malitioſam[b] abſentiam remanent indeciſæ) finis celerius imponatur:[c] Statuimus, vt ſi ex tribus arbitris à partibus electis[d] eorum aliquis ab alijs legitime[e] requiſitus ad examinandum vel diffiniendum[f] vnà cum eis negotium, ſuper quo in ipſos extitit compromiſſum, non curauerit (ceſſante impedimento[g] legitimo) conuenire: duo præſentes, penes[h] quos (licet lex ciuilis[i] aliud innuere videatur) totalem eo caſu remanere decernimus poteſtatem,[k] poſſint (malitioſa ſeu voluntaria illius abſentia non obſtante) dictum examinare negotium, & libere[l] diffinire, ſicut poſſent illo præſente, nec volente cum eis in vnam ſententiã concordare: vt ſic ipſius abſentia præſentia repleta diuina,[m] cũ repu

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Vt quæſtionibus.] Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel diffiniẽdo negotio intereſſe: duo procedere poterunt ac ſi ille præſens eſſet. circa iudices autem antiqua iura ſeruentur.

b ¶ Malitioſam.] vt ſeruirent ſcilicet parti, quæ eos elegerat, quam videbant ſuccumbere.

c ¶ Imponatur.] ad quod prouidere debet iudex. ſupra de dolo, & contum. finem. ff. ſi cert. petat. l. quidã. & not. quòd hic deſideratur acceleratio: quod dic, vt dixi. ſupra de elect. c. vlt.

d ¶ Electis.] ſimpliciter: quia ſi eſſet ibi clauſula: vos, vel alter veſtrum: vel, ꝙ ſi non omnes: non procederet decretalis dubitatio: ſicut nec in iudicibus: ſicut dicam in fine. Ioan. And.

† Adde, vt loqui. Pet. de Anch. & Domi. & tenet Bart. in l. itẽ ſi vnus §. itẽ ſi plures. ff. e. tit. & Phili. hic Fonta.

e ¶ Legitime.] per litteras ſuas, vel nuncium litteratorie deſtinatum, vel per iuratum nuncium: quod dic, vt ī. in antiq. de offi. deleg. prudentiam.

f ¶ Diffiniendum.] cum ſcilicet concluſum eſt, quòd non reſtat niſi ferre ſententiam. ſupra de fide inſtrum. cum dilectus.

g ¶ Impedimento.] ergo tunc ſtabimus legi: cum habet impedimentum legitimum: quod reſcribere debet collegis, vt in prædi. decr. prudentiam. de delegato diximus, vel pars id coram eis probare debet.

h ¶ Penes quos.] decernimus totalem poteſtatem, &c. quod ſequitur.

[Glo. ſeq. dicit quæ fuerit legis & contrarij canonis conſideratio, remittit ad ſimile: quærit, & ſoluit.]

i ¶ Lex ciuilis.] ff. eo. tit. l. ſi in tres. aliàs eſt. § ſub l. itẽ ſi vnus. & bona etiam fuit legis conſideratio: quæ voluit ꝙ præſentia, & contradictio non noceret, ſed ſic abſentia: quia forſitan ſi ille præſens fuiſſet, traxiſſet alios in partem ſuam. [facit 36 diſtin. Nicæna.] Et eſt ſimile cum dicimus, ꝙ alias tenetur conſilium requirere, & non ſequi, vt no. ſupra e. tit. cum olim. Sic dicit decre. ꝙ in electionibus plus nocet contemptus, quam contradictio. ſupra de elect. venerabilem. & ca. bonæ. 2. Sed decretalis iſta voluit illum fingere præſentem & contradicentem, vt infra ſequitur[1] ex conſideratione æquitatis, quæ ponitur in prin. & ſic diuerſo reſpectu vtriuſque bona fuit conſideratio, &c. & eſt ſi. quod no. ſupra de iureiu. cum contingat, ſupra de præſcript. cap. vlti. Sed quid dices, numquid ſeruabitur hæc decret. in foro ſæculari? Dic quod non,[2] in locis quę non ſunt in temporali iuriſdictione eccleſię: quòd dic vt dixi infra, de reg. iur. cap. 2.

1 Cõcor. ff. manda. ſi p̃cedẽte. §. l. cius. Io. An.

2 Idem Pe. de Anchar. Do. & Phili. ponẽs his ſex limitationes ad dictum gloſ.

k ¶ Poteſtatem.] ſi compromittentes dixiſſent, ꝙ ſi nõ omnes, &c. hoc poſſent duo: & hæc decret. ſupplet: ac ſi ipſi dixiſſent: & eſt ſim. C. de rei vxo. act. l. vna. circa prin. Ioan. And.

3 In caſu abſẽtiæ malitioſæ, vel voluntariæ.

l ¶ Libere.] vnde ſi nolit intereſſe examinationi, non tenentur ipſum in ſententiam vocare per hanc litterã. arg. ad hoc infra de dolo. & contu. cum qui. ſed dic cũ ad omnia citandum. arg. eius quod ibi dicam.

m ¶ Diuina.] ad hoc C. de iud. properãdum. §. cum autem Hermodicium. ſupra de dolo & contuma. veritatis. cum ſim. infra, de eo qui mit. in poſ. cap. vno.

a ¶ Pro

tari faciat pro præſenti. [a] **¶ Circa** [b] **iudices vero antiqua iura nolumus immutari.**

a ¶ Pro præſente.] per hoc dico ꝙ non eſt idem in duobus arbitris, quod hic dicitur in tribus: quia ſi ex duobus vnus ſe abſentat malitioſe, alter non poteſt procedere: quia in tribus duo ſunt maior pars. ſupra cap. proxi. Præterea ille abſens habetur pro præſente & contradicente, vt hic uides: ergo neutrius valet ſententia ſupra de re iudic. cap. vlti. nã tunc valet ſententia præſentium in hoc caſu, quando valeret eo contradicente: aliàs non. 1 & per hoc dico etiam, ꝙ in compromiſſo hoc actum eſt, quod non valeat ipſorum triũ arbitrorum ſententia, niſi omnes concordent, ꝙ non habebit locum decret. iſta eadem ratione. 2 [infra de teſta. c. 2. in fi. [vnde tunc locum habet hęc decre. cum ſimpliciter ſunt aſſumpti, vt ſupra dixi.

1 Idẽ Phil. & Do. Fõt.

2 Idẽ Do. & Phil. fallit tamẽ in iam electis: itẽ in arbitris iuris q contra ius non pronũciant. Fon.

[Glo. ſeq diſtinguit: demum quærit, & ſoluit.]

b ¶ Circa iudices. protestatio quædam, vel tacitæ quęſtionis reſponſio: Circa eos ergo dic, quod aut ſunt ordinarij, aut delegati: Si ordinarij, aut quilibet per ſe, & in ſolidum iuriſdictionem habet: & tunc poteſt alter alterum præuenire. ſupra de foro compet. cap. penul. & no. ſupra de appellat. vt debitus. aut non in ſolidum, & per ſe, ſicut in capitulo, vel ſyndico, vel his qui audiunt cauſam presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi: in his caſibus omnes citare debent: & ſi duæ partes ſunt præſentes, ſufficit. [Vide ff. de re iudica. Pomponius. ff. ad municipa. l. magiſtratus. & quod ibi not. & quod not. in Specu. de ſenten. prola. §. ſequitur verſic. quid ſi tunc. & §. iuxta. poſt princi.] ff quod cuiuſque vniuer. plane. de decret. ab or. fac. l. 3. niſi in prædictis caſibus, vbi certus requiritur numerus 15. quæſtio. 7. ſi autem. & cap. fęlix. ſupra de re iudic. non poteſt. Aut ſunt delegati: & tũc ſubdiſtingue, aut ſũt dati ſimpliciter: & tunc vnus ſine alio non procedit. ĩ. de offic. delegat. cauſam matrimonij. aut cum clauſula: & tunc iterum ſubdiſtingue: quia aut cum clauſula iſta: vos, vel alter veſtrum: aut cum illa; quòd ſi non omnes: In primo caſu tene quod habes ſupra eodem lib. de offic. deleg. cum plures. In ſecundo quod habes ſupra de offic. delegat. prudentiam. Sed quæres quare ius diuerſum inter arbitros ſimpliciter datos, & delegatos ſimpliciter datos, vt per ſuperiora patuit? Dic 3 quod ius quod minus dictum eſt à partibus, ſupplet lex. ſic alias ff eod. titu. item ſi vnum. § principaliter. Iudices autem maiori maturitate creantur. vt ſupra eodem libro. de reſcript. ſtatutum. & ideo ius in eis ſupplere non vult. Item in iudicibus rigor attenditur: quia clementiores lege eſſe non debent. in Authent. de iudic. §. oportet colla. 6. Arbitri autem prout viſum eis eſt, pronunciant: & plerumque eliguntur amici. & poſſunt viles eſſe: & ideo ius magis circa illos prouidere & conſiderare voluit, vt ſupra in princip. decret.

3 Idẽ Ioan. Mon. & eſt ſimile quod not. de offi. deleg. cum viceſimum. in fi. vlt. gl.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS DE IVDICIIS.

Dictum fuit ſupra de magiſtratibus, & iudicibus, & de arbitris; nũc videndũ eſt de iudicijs, quę exercẽtur per illos magiſtratus.

a ¶ Iuris eſſe.] iudex delegatus nõ habẽs ad hoc ſpeciale mãdatũ à Papa, nõ poteſt cõpellere partẽ, vt perſonaliter coram eo cõpareat, niſi ex rationabili cauſa.

b ¶ Ambiguũ.] ambiguũ eſt, vt ibi opiniones ſunt, & iura varia uidentur. ĩ. de ſent. excom. inter alia.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.
De iudicijs.

ADDITIO. Quinde cim ſignificationes iudiciorum notat hic Io. Mon. quas vide ĩ de reg. iur. in iudicijs. Io. And.

Iuris eſſe.] Primo ponit dictũ: Secundo caſus excipit: ibi, Niſi cauſa. ¶ Pro intellectu huius ca. habemus præſupponere duo: vnũ pro ratione dubitandi, & alterum pro ratione decidendi; Et primo pro ratione dubitandi, ꝙ Papa poteſt compellere partes ad comparendum coram ſe perſonaliter, licet cauſa ſit ciuilis & pecuniaria. Item ꝙ delegatus Papæ gerit vices Papæ, & regulariter in cauſa ſibi delegata poteſt illud quod Papa poſſet facere. Aliud pro ratione dubitandi: videlicet, ꝙ à iuris beneficio partes habẽt, vt in cauſis pecuniarijs poſſint cõparere per ſe, vel per procuratorem. l. in pecuniariis. C. de proc. Item ꝙ beneficium iuris nemini eſt auferendum ſine cauſa.

CASVS Prætendebam Titium debitorẽ meum in aliquã pecuniæ ſumma: quia habebam ordinariũ loci certa ratione mihi ſuſpectum, à ſede Apoſtolica impetraui delegatum: cui præſentaui litteras delegatorias: delegatus iſte mandauit reo, vt cõpareret perſonaliter corã ipſo, & tñ cauſa erat pecuniaria ſiue ciuilis: & in citatione non exprimit cauſa, quare debeat cõparere in propria perſona: verũ Titius teneatur cõparere perſonaliter? Rñdet Rom. Põt. ꝙ non & dicit, ꝙ delegatus ſuus non poteſt cogere partes ad comparendũ perſonaliter coram ſe in cauſis ciuilibus: quia non poteſt partibus auferre beneficium iuris: licet Papã hoc poſſet, niſi eſſet talis cauſa, quæ requireret præſentiã perſonæ, & eſſet cauſa expreſſa in citatione, ut in l. 1. ff. de fer. vbi dicitur, ꝙ ſi tempore feriarum, vindemiarum, vel meſſium quis citetur: in citatione debet contineri cauſa, quæ illo tẽpore poſſit & debeat expediri: Sic in propoſito, qñ reus eſt citatus, vt ueniat perſonaliter: debet in citatione exprimi cauſa, quare debeat uenire pſonaliter: puta ꝙ ueniat perſonaliter iuraturus de calumnia, vel rñſurus poſitionib. partis aduerſæ, vel ad exequendum alium actum, qui requirit præſentiã perſonæ: & tũc reus citatus tenetur pſonaliter cõparere: & ſi mittat procuratorẽ, nihilominus reputabitur contumax, ac ſi nullum procuratorem miſiſſet. Sed quæritur cũ iſtud non eſſet ambiguũ, quare fuit factũ iſtud ca. vt in c. cum in iure, de offi. deleg. & l. ancillæ. C. de furt. Dicendum, ꝙ poſtqͣ emanauit præſens c. iſtud non erat ambiguum, ſed ante bene erat ambiguũ: nam cum Papa poſſit hoc facere, ſcilicet cõpellere partes in cauſa pecuniaria, vt cõpareant perſonaliter coram ſe, videbatur ꝙ etiam ſuus delegatus hoc poſſet facere, vt dictũ fuit in ratione dubitandi. Nota primo, ꝙ per verbum, videtur, reſpondetur de iure: quod no. pro doctore uel conſultore qui dicit; mihi uidetur. & uide tex. de appellatio. præterea requiſiſti. No. ſecundo, ꝙ in cauſa criminali iudex poteſt compellere partes, ut perſonaliter coram ſe compareant. Dominicus.

[Prima glo. ſummat.]

¶ Innocentius quartus in generali concilio Lugdunẽ.

¶ *Iudex delegatus non habens ad hoc ſpeciale mandatum à Papa, non poteſt compellere partem, vt perſonaliter coram eo compareat, niſi ex rationabili cauſa. Io. And.*

CAP. I.

Iuris eſſe[a] ambiguũ[b] non videtur, [c]iudicẽ delegatũ[d] (qui à ſede Apoſtolica mandatum ad hoc non receperit ſpeciale[e]) iu-

ADDITIO. 50. diſtinct. quia ſanctitas tua. ſup. de reſt. ſpol. litteras. de ęta. & quã lit. quæris. & c. à multis. ĩ. eod. lib. de electio. ſi religioſus. & infra. de præben. quia ſæpe. Deriuatur autem ambiguum ab ambigo, quod componitur, ab am, quod eſt circum, & ago: interpoſito b, quaſi circum agor & voluor, ſecundum Io. Mona. & de triplici ambiguitate no. 33. diſt. c. fi. in gl. in ambiguis. Io. And.

c ¶ Non videtur.] hoc eſt. ff. de arbitr. l. non diſtinguemus. §. quæſitum.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem quid de ordinario: ſecundo ſignat contrarium & ſoluit: tertio textum determinat.]

d ¶ Iudicem delegatum.] à contrario ſenſu uidetur ſecus de ordinario. 25. diſtinct. qualis, in glo. penult. de ijs quæ fiunt à prælato cum Apoſtolica. Sed idem in ordinario, ſecundum Ber. non enim poteſt compellere partes coram ſe uenire perſonaliter, niſi in ſequentibus caſibus. C. de procur. l. vlt. & ideo de ipſo dictum non fuit: quia de ipſo non dubitabatur per prædictam legem: ſed de delegato Papæ dubitabatur, qui uidebatur poſſe idem quod Papa quo ad illam cauſam.[a] Liberum enim eſt cuilibet per ſe, vel per procuratorem reſpondere. C. de his qui ad eccleſiam confugiũt. l. præſenti. §. cum autem. ff. de proc. l. 1. infra de iuram. calum. c. vlt. ſupra de procur. querelam. beneficium autem iuris nemini auferendum eſt. 28. diſtin. de his. infra de regu. iuris. indultum cum ſuis concord. argum. contra, quod perſonaliter citatus, perſonaliter uenire teneatur. ſupra de dolo & contumacia, cum dilecti. Dic quòd illud obtinet in Papa, ut ibi nota & ſic etiã ſupra de maior. & obed. humilis. de dilationibus, capitu. vlt. Et habent hæc locum in cauſis priuatorum. In cauſis vero eccleſiæ, collegij, vel vniuerſitatis[a] de neceſſitate interuenit ſyndicus. ſupra de iuramento calumniæ, in pertractandis, & cap. ſequenti, ſecundum Bernard.

ADDITIO. Licet hæc glo. dixerit in principio ſecundum Ber. ordinarium non poſſe compellere partes coram ſe uenire, non tamen uetat, quin extra iudicium poſſit ipſe ordinarius ex cauſa cogere ſubditos coram ſe perſonaliter comparere, vt ſi eget ipſorum conſilio vel perſonali auxilio, ſecundum Hoſt. alleg. 11. quæſt. 3. de forma. de offi. deleg. c. vlt. Vel vult ꝙ promoueãtur ad ordines. de æta. & qual. cap. 1. Et ſecundum eũ de conſuetudine hoc in diuerſis caſibus experimur: Conſtat etiam eis in dubio ſemper obediendum. 23. quæſtio. 1. quid culpatur, in glo. fi. Addit. Io. Mona. ꝙ vocat abbates, presbyteros, & clericos perſonaliter ad ſynodum. 18. diſtin. cap. vlt. Item clerum & populum congregat ad ſermonem. ĩ. eo. lib. de elect. vbi periculum. §. quia uero. & ad curiam mittit clericum. 16. q. 1. vos autem. in Auth. de ſanct. epiſco. §. reuerendiſſimi. coll. 9. Ioan. And.

e ¶ Speciale.] quia tunc ſicut Papa id poteſt, & ipſe ſimiliter. ĩ. de procur. c. pen. cum ſuis concor.

Ambiguũ quid ſit, & vnde dicit.

[a] Hoc verũ quo ad illa, ſine quibus cauſa nõ poteſt expediri. ĩ. de offi. deleg. c. 1. & c. præterea. ſecundũ Innoc. & Archid. ſed ſine hoc expediri põt per procuratorem: ergo &c. ſicut ergo nõ poſſem illi præcipere ꝙ iret ad ſanctum Iacobũ: ſic nec quòd ad ipſum perſonaliter ueniat, ſecundũ Io. And.

[a] Etiam ſi ipſius cauſa eſſet criminalis, vel de crimine: & vide quæ no. & dixi de ſi mo. dilect. 2. Io. An.

bere non poſſe alterutram partium coram ſe perſonaliter in iudicio [a] comparere: Niſi cauſa fuerit criminalis, [b] vel niſi pro veritate dicenda, [c] vel pro iuramento [d] calumniæ faciendo, vel aliàs iuris neceſſitas partes corã eo exegerit [e] pſonaliter pręſentari.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Mulieres perſonaliter ad iudicium (quacunque cauſa in iure nõ expreſſa) inuitæ trahendæ non ſunt: ſed ſi neceſſarium ſit ipſarum teſtimonium in cauſa, iudex expenſis producẽtis interdum ibit, interdũ mittet: & iudex fraudulenter vadens, excõicatus eſt. Mulieres religioſæ etiã volentes extra monaſterium ſuum ex aliqua cauſa perſonaliter ad iudiciũ trahi non poſſunt: quod contra prædicta fit, eſt irritum. Ioan. Andr.

CAP. II.

MVlieres [f] † (quas vagari non conuenit,

a ¶ In iudicio.] de extra iudicium non dubitabatur. & eſt ſi. ĩ. eo. lib. de reſti. in integ. c. 2.

[Glo. ſeq textum exponit. ſecundo quærit. argu. pro & contra: ponit opin. Ber.]

b ¶ Criminalis.] intelligas criminaliter intentata. Si enim de crimine agit ciuiliter, bñ interuenit procurator, ĩ. de procu. tuæ. de accuſ. ſuper his. vnde tunc pſonaliter venire cõpelli non poterit. Si aũt criminaliter intẽtatur procurator non interuenit, niſi in caſibus no. 2. q. 6. ſi qñ. in gl. ſi. & ĩ. de accu. veniens. Sed quærebat hic Ber. ſi admittatur procurator in cauſa criminali, an valeant quæ facta ſunt cum eo? Et vĩ ꝙ ſic, ſi non opponitur exceptio. C. de procur. ita demum, ff. de procur. filiusfamilias, §. veterani. & ea quæ fiunt cum falſo procuratore valent per conſenſum, ff. de iudi. licet, ff. rem ra. habe. l. 3. §. falſus. Sed contra videtur: quia contra legem actum eſt, ff. de pub. iudi. l. penul. §. ad crimen. & 5. q. 3. c. in criminalibus. Dicebat Ber. ꝙ valet quod cũ eo actum eſt per prima iura: ex quo non fuit obiectum: 1 iudex tamen talem procuratorem ex ſuo põt, & debet repellere, ſup. de excep. exceptionem. cum ſuis concor. & ĩ. de accu. cum P. Nec obſtat ſi iudex debet repellere: ergo non valuit iudicium: vide inſtantiam in excommunicato, per prædictam decre. exceptionem, ĩ. de except. pia. & cum hoc concor. Guil. in Specu. de procur. §. 1. verſ. ſed pone quòd in caſu tali.

Procurator in cauſa criminali an debeat admitti, & an valeat proceſſus agitatus cũ illo.

ADDITIO Et Io. Monac. hic, & Arch. eod li. ĩ. de procu. qui generaliter. & facit quod not. C. de adulte. quamuis indubitati. Sed vt ibi not. Cy. Franc. Accur. reſiſtebat illi gloſ. quæ innuit hanc exceptionem dilatoriã hac ratione: verba ſententiæ referenda ſunt ad perſonam domini, C. de iniur. l. ſi. & abſens damnari non poteſt, ff. de pœn. abſentem. In procuratorem aũt ſententia ferri non poteſt: quia nocens non eſt, C. de ſen. & interlo. l. 1. ergo ſemper opponi poterit, C. de procu. licet. ſecundum eum per quod dici poteſt, quod quo ad fienda repellitur, valebunt tamen prius cum eo geſta per iura præallegata. Io. Andr.

1 Idem tenet Dñicus alle. c. quia fruſtra, de vſu. iuncto fine cũ prin ci. & cle. cõſtitutionẽ. in fin. de elec. tñ Pet. de Anch. allegans Bar. d. §. ad crimen. tenet cõtrarium. Fonta.

c ¶ Dicenda.] ſcilicet ad præſtandum iuramentum de veritate: 2 quod ſolum olim præſtabatur in ſpiritualibus; hodie ſecus, ĩ. de iur cal. c. 1 in ſi. & differt in eo à iuramento calumniæ, quia per illud reſpondetur de eo quod credit, & æſtimat. C. de iureiu. propter calũ. dan. l. 2. §. ſin autem. & per iſtud iuramentum de veritate reſpondetur, vt littera ſonat. ĩ. de elec. dudum. 2.

2 Et ad reſpondendũ per illud ad poſitiones, vel interrogata & ꝓ id poſſet dici idẽ de propoſitiõe ſacti per dec. Paſtoralis. eo ti. quod dic, vt ibi. Io. Andr.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.]

d ¶ Iuramento calumniæ.] quod principales perſonæ præſtare debent, C. de iureiu. propter calum. dan. auth. principales, ſup. de iuram. calum. in pertractandis. quod verum eſt, niſi procurator habeat ad hoc ſpeciale mandatum, ĩ. de iuram. calum. c. vlt. in quo caſu dicam, ꝙ delegatus principalem ad iurandum compellere non poterit, cum ibi tunc non ſit iuris neceſſitas, de qua ſequitur, niſi forte principalis iuſtior ſit quàm procurator, & natura cauſæ hoc requirat: vel ſcit melius veritatem, vt C. de procur. l. vlt. Et facit ad hoc, ſupra de procura. ſi quem. in fi. eo. lib. Io. Andr.

3 Hęc gloſſula ex lectura Ioan. Andr. huc eſt transfuſa, ea non habetur in antiquis codicibus.

e ¶ Exegerit.] quaſi 3 coegerit. Et tractat hic Io. Mon. quomodo exigere ponitur pro cõplere, pro petere, pro cogere, pro diuidere, pro expellere: ponens verſum:

Exigo, perficio peto, diuido, cogo repello.

MVlieres.] Primo ponitur prohibitio mulieribus in genere: Secundo: ibi, Sed cũ. prouiſio bimembris circa ipſarũ teſtimonia, cũ certa prohibitione & pęna: Tertio prohibitio circa religioſas: ibi, Cęterum. Quarto decernit. i ſ.

CASVS. Tu & ego litigabamus corã aliquo iudice: fuit taliter proceſſum, ꝙ lis fuit conteſtata: volo probare intẽtionem meã per teſtes: & dico, ꝙ teſtimoniũ aliquarũ mulierum eſt mihi neſariũ: & peto ꝙ ipſæ mulieres citẽtur, vt cõpareãt corã iudice perſonaliter ꝓ hibituræ teſtimoniũ veritatis: vtrũ iudex poterit cõpellere mulieres, vt corã ſe perſonaliter cõpareant, & ſe exhibeant in publico pro ferendo teſtimonio in aliqua cauſa? Rñdet, ꝙ non: nã non pñt exire domum ſuam, vt ſe immiſceant cętibus virorum: Quid ergo fiet, celabitur veritas? Rñdet, ꝙ iudex ibit ad ipſarũ domũ: & ab eis recipiet iurm; & in domibus ipſarum illas examinabit vocata parte, & citata. Sed ponamus, ꝙ iudex eſt grauis perſona: quia eſt conſtitutus in dignitate: & non eſt decens, vt iudex accedat ad domos illarũ mulierum baſſæ conditionis? Reſpondet, ꝙ tunc iudex vices ſuas committet alicui commiſſario ad illas mulieres examinandas. Et iſta ſunt vera: niſi mulieres illę vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio: nam iſtud capitulum intelligitur, ꝙ non poſſint compelli, vt veniant ad iudicium: fallit in religioſis, & Monialibus: quæ etiam ſi vellent venire ad iudiciũ, & renunciare huic beneficio, non ſunt admittendæ. Non fingatur.] vnde ſi eſt talis cauſa, in qua debent produci teſtes & examinari: debet mittere commiſſarios, & non debet ire perſonaliter fingendo, ꝙ eius pręſentia requiratur. & ſi in fraudem faciat, incidit in excommunicationem: puta quia iudex appetit amplexus mulieris: & fingit ꝙ teſtimonium mulieris eſt neceſſarium in cauſa: & facit cum parte, vt pars nominet aliquam mulierem inter ſuos teſtes, vt poſſit habere acceſſum ad illã mulierẽ. Religioſæ,] vnde religioſæ hic accipiuntur ſpecialiter in illis, quæ fecerunt profeſſionem: non ſicut in l. 1. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica. ibi; in tali volumus religione verſari. & ſupra de conſtit. eccleſia. vbi dicitur, quòd laici etiam religioſi non habent poteſtatem diſponendi in rebus eccleſiaſticis. Nota primo ꝙ vagatio eſt prohibita mulieribus: & ſimiliter permiſtio earum in congregatione virorum. Nota ſecundo, ꝙ mulieres non poſſunt trahi ad iudicium inuitæ perſonaliter: & ſic videtur ſecus à contrario de alijs. de quo ſup. prox. cap. Dom.

† Vide l. fęminę. de ꝓcura. l. ſeruus. C. de iudi. & l. fęminæ, ff. de reg. iur.

[Prima gloſſa ſummat.]

f ¶ Mulieres.] mulieres pſonaliter ad iudiciũ (quacunque cã in iure nõ expreſſa) inuitæ trahẽdæ nõ ſunt: ſed ſi neceſſariũ ſit ipſarũ teſtimoniũ in cã, iudex expenſis producentis interdum ibit, interdũ mittet: & iudex fraudulenter vadens, excõicatus eſt. Mulieres religioſæ etiam volentes extra monaſteriũ ſuum ex aliqua cã perſonaliter ad iudicium trahi non poſſunt: quod ꝯ prædicta fit, eſt irritũ. Iſta decretalis Bonifacij extrauagans erat, quia edita añ cõpilationẽ huius Sexti libri. Io. And.

[Gloſſa

: [Gloſſę omnes ſequentes recitantur in textu. Io. An.]

a ¶ Immiſceri.] periculoſa eſt enim ſexuum commiſtio. 18. q. 2. diffinimus.

ADDITIO. Archidiaconus alleg. C. de arbi. l. vlti. Ioan. Andr.

nia. & C. de fi. inſtru. ſancimus apud eloquentiſſimum.

ADDITIO. Quod dicit hic glo. in criminali criminaliter intentata: intellige vt no. de verb. ſig. forus. ad fi. & 15. q. 3. ex eo. Io. Andr.

m ¶ Accedat.] expenſis producentis, vt no. ſupra non enim in hoc caſu credo locũ hẽre decre. ſ. eo. lib. de reſcript. ſtatutum. §. inſuper.

nec virorum cœtibus immiſceri[a]) auctoritate litterarum[b] ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum[c] ipſius, aut alia[d] quacumque, ad iudicium perſonaliter euocari, vel trahi inuitas[e] cauſa ferendi teſtimonium, aut alia qualibet (quæ in iure non exprimitur[f]) prohibemus.[g] Sed cum neceſſarium[h] fuerit teſtimonium earundem: iudex (in expenſis partis producentis[i] eaſdem) tabellionem, aut aliam perſonam idoneã,[k] ad eas tranſmittat: vel ſi forte talis caſus occurrerit, quo iure prohibente,[l] receptio teſtium alteri committi non poſſit: iudex † tunc propter hoc perſonaliter ad illas accedat:[m] † aut (ſi talis ſit perſonæ[n] iudicantis conditio, quòd id per ipſum non deceat fieri, vel non poſſit[o]) mittat[p] ad eas: † prouiſo quòd caſus huiuſmodi (videlicet vt iudex vadat perſonaliter) nõ fingatur:[q] nec fraus interueniat in hac parte: Alioquin fictor huiuſmodi vel fraudator, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.[r] ¶ Ceterum feminæ religioſæ, præſertim, quæ debent ſub clauſura morari,[ſ] extra ſuum monaſterium vel clauſuram nõ vocentur ad iudicium vel trahantur ex quauis cauſa[t] perſonaliter: etiam ſi ad hoc voluntas accederet † earundem.[u] Decernimus quoque, vt ipſo iure ſit irritum & inane, ſi quid contra præmiſſa contigerit attentari.

† al. ita: pręfatus iudex ꝓpter hoc, &c.

† Notat P. de Anch ꝙ cuique priuilegia ſua ſuãda sũt, & potius lę gẽdã cauſæ naturam, q̃ priuilegia partium. F.

† Vide Baldum. cõſil. 265. li. 2. & Tiraqu. de legibus cõnubialibus. leg. 9.

† al. acceſſerit

¶ Idem.

¶ Maior xiiii. annis, per ſe & per procuratorem poteſt agere & defendere cauſam ſpiritualem: minor xiiii. per ſe non agit, ſed per procuratorem vel per curatorem datum auctoritate ordinarii eccleſiaſtici iudicis: & etiam delegati dati ad cauſas illas: Filiusfamilias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem. h. d. Ioan. And.

CAP. III.

S Ian-

b ¶ Litterarum.] generalium intelligas: puta quibus cauſa cõmittitur: ſi enim ſpecialiter expreſſum eſſet in litteris, ꝙ mulier trahi poſſet, ſecus. ad hoc ca. proxi.

c ¶ Legatorum.] vel delegatorum multo magis. ad hoc. ſupra de reſcript. ſtatutum.

d ¶ Alia.] puta ordinaria, vel delegata ab eo.

e ¶ Inuitas.] volentes ergo poſſunt & in hoc differunt religioſæ, vt ĩ. ſequitur.

ADDITIO. Idem Ioannes Mon. & Archidiaconus.

f ¶ Nõ exprimitur.] ſ. c. proxi.

g ¶ Prohibemus.] nota meliorem conditionem mulierum quam marium: ad idem ſupra de ſent. excom. mulieres. & capit. ea noſcitur. ſ. de pig. ex litteris. Interdum ũt eſt deterior. quòd dic, vt not. ſup. de pœn. & remiſ. noua quædam. ad hoc ff. de reg. iur. l. 2. Interdum per vtriuſq; cauſa: & de his. no. in Spec. de procu. §. 1.

h ¶ Neceſſariũ.] q̃a non ſunt alij qui veritatem ſciant, vel nõ ita bene ſciunt 14. q. 2. quamquam.

i ¶ Producentis.] 4. q. 3. ſi teſtes. §. liberi. verſiculo venturis. ſ. e. li. de reſcr. ſtatutum. in fi. in glo. à producente. & C. de teſtib. quoniam. ſicut ergo producens tenetur expenſas miniſtrare teſti producto: ita & tabellioni vel iudici, qui ad eas vadit, vt hic vides.

k ¶ Idoneam.] presbyterum, vel alium virum honeſtum coram quo iurent: & ibi etiam erit tabellio: & citabitur pars aduerſa, vt vadat viſura eas iurare, vt ſ. de teſti. cap. 2.

ADDITIO. Dicit Archid. quod faceret illum presbyterum, vel virum honeſtum iurare, quòd ſuum officium fideliter adimpleret, vt ſic maior & plena fides illi adhiberetur. alleg. de præſum. illud. de præſcri. ad audientiam. 1. quæſt. 7. ſancimus. Aliquando tamen talis perſona nuncius appellatur. ſupra de teſtib. cog. cap. 1. aliquando executor vel auditor. ſ. de offic. dele. ſuper quæſtionum.

ADDITIO. Vnde dicebat Ioan. Monac. quòd melius diceret, perſonas. alleg. ſupra de probat. quoniam contra. Ioan. And.

l ¶ Iure prohibente.] vt in criminali criminaliter intentata, vt in auth. de teſti. §. & quoniam. & §. hæc om-

n ¶ Perſonæ.] puta epĩ, vel ſuperior propter reuerentiam ipſius pontificalis officij ad mulierculã eos ire non decet: ad hoc ſ. de offi. ordina. c. 2. eod. lib.

ADDITIO. Vel aliàs religioſus, & magnæ famæ. Archidiaconus.

o ¶ Non poſſit.] puta ratione infirmitatis, vel forte loci in quo moratur mulier vel alia ſimili.

p ¶ Mittat.] tabellionẽ vel perſonam idoneam, vt dictum eſt, ſupra Ioannes Andreæ.

q ¶ Non fingatur.] vt iudex poſſet dominam viſitare, faciebat eam nominari in teſtem.

r ¶ Incurrat.] nõ reſeruat abſolutionem ergo alijs cõcedit. de ſent. excom. nuper.

ſ ¶ Morari.] vt infra de ſta. regu. c. vno.

t ¶ Cauſa.] vnde nec ſeruare tenentur decret. Nicolai, quo ad perſonalem comparitionem, vt ſ. eod. lib. de electio. indemnitatibus §. ſed cum eas.

u ¶ Earundem.] nota, ꝙ non poteſt quis renunciari iuri ſuo: ad idem ſ. de foro competenti ſi diligenti. & quod ibi not. de ſent. excommunica. contingit multos tales caſus quære per Accurſium, C. de pact. ſi quis in conſcrib. & ff. de pactis. l. pactum inter hæredes & per Gof. de regu. ad Apoſtolicam. Sæpe enim procurarent Moniales ſe ad iudicium euocari, vt clauſtrum exirent: ad idem ſ. de ſent. excom. relatum.

S I annũ.] Prima pars tractat de minore: Secunda de filiofamilias: ibi, In huiuſmodi. Prima iterũ ſubdiuiditur: q̃a primo tractat de minore xxv. qui eſt maior xiiij. Secũdo: ibi, Si vero. de minore xiiij. qui eſt minor vel maior ſeptennio. Ioan. And.

¶ Pro intellectu capituli preſupponendum eſt illud qđ habetur, C. qui leg. perſo. ſtandi in iudi. habeant vel non. in l. 1. & 2. videlicet quòd minor xxv. an. non habet perſonam idoneam in qua poſſit fundari, & ſubſiſtere iudicium: ſed ſi habet curatorem generalem, debet ingredi iudicium cum auctoritate ſui curatoris: ſi non habet curatorem generalem, debet ei dari curator auctoritate iudicis.

CASVS. Quidam Titius contraxit matrimonium cum Berta: cõtracto matrimonio per verba de præſenti,

Berta non vult ſibi adhærere tanquam marito: certum eſt, ꝙ poteſt agere cõtra ipſam, & petere iudicem, vt iudex compellat illam Bertam ad ſibi adhærendum tanquam marito: Sed ponamus quòd Titius erat minor xxv. an. vtrùm poſſit eſſe in iudicio in iſta cauſa ſpirituali ſine auctoritate curatoris? Reſpondet Romanus Pontifex, cum diſtinctione: aut iſte minor habet xiiij. annum completum, ita quod eſt pubes: & in iſto caſu poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate tutoris, & agere per ſe ſine auctoritate curatoris: & poteſt conſtituere ſuũ procuratorem abſque curatore. Si autem nondum compleuit annum xiiii. non poteſt agere ſine auctoritate curatoris: & ſi velit conſtituere procuratorem debet conſtituere cum auctoritate iudicis, coram quo ventilatur cauſa, ſiue ſit iudex ordinarius, ſiue delegatus. Idem dicendum eſt in cauſis dependentibus à cauſis ſpiritualibus: verbi gratia. Titius minor xxv. annis contraxit matrimonium cum Berta: pater Bertæ promiſit ei centum in dotem: certum eſt quod iſte Titius minor xxv. an. dummodo ſit pubes, poteſt ſine auctoritate curatoris petere iſtam Bertam in vxorẽ: Sed vtrũ poſſit petere dotem ſibi promiſſam ſine auctoritate curatoris, licet ſit minor? Reſpondet, ꝙ ſic. Sed ponamus quòd aliquis qui vult, tractare cauſam ſpiritualem, eſt filius familias, qui non poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate patris, vt in gloſſa magna. Inſti. de pat. pote. Ponamus, ꝙ filiusfamilias contraxit cum Berta: pater Bertæ non vult dotem ſoluere, vtrum poſſit iſte filiusfamilias tractare cauſam ſine auctoritate patris? Vel filiusfamilias beneficiatus vult agere in cauſis beneficij ſui: vtrum poſſit ſine auctoritate patris? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic nam in cauſis iſtis ſpiritualibus non curatur de auctoritate patris: Et ſic filiusfamilias in cauſis ſpiritualibus poteſt agere ſine auctoritate patris. Infante.] qui non habet poteſtatem agendi, nec conſtituendi procuratorem: quia non intelligit illa ætas quid videat. l. prima, C. de falſa mone. Nota primo ex iſto capitulo, quòd minor vigintiquinque an. regulariter non poteſt eſſe in iudicio per ſe, nec conſtituere procuratorem abſque auctoritate curatoris ſui vt l. 1. & 2. allegatis. Nota. quòd quaſcunque cauſas ſpirituales vel deſcendentes à ſpiritualibus minor xxv. an. ſine auctoritate curatoris poteſt tractare: & cenſetur quantum ad illas cauſas maior. Not. quòd idem eſt iudicium de cauſis ſpiritualibus & deſcendentibus ab eiſdem: ſicut dicimus ꝙ de cauſis ſpiritualibus, & de cauſis annexis ſpiritualibus, idem eſt iudicium, in cap. quanto de iudi. in ant. vt ius patronatus non eſt merum ius ſpirituale: ſed eſt annexum iuri ſpirituali, puta inſtitutioni. vt hic dicitur. Nota quòd impubes non poteſt cauſas ſpirituales tractare per ſe, nec in eis conſtituere procuratorem abſque auctoritate ſui curatoris. poteſt poni exemplum in beneficijs dummodo ſint præbendæ: vel ex diſpenſatione Apoſtolica: quia in pupillari ętate poſſet obtinere beneficium ex diſpenſatione Apoſtolica: ſed tunc debet habere curatorem ad illas lites, vel ſi velit conſtituere procuratorem, hoc debet eſſe auctoritate iudicis. Nota quòd iudex delegatus poteſt dare curatorem minori xxv. an. ad lites ventilandas coram ipſo: ſed non ad cauſas, quæ non ventilantur coram ſe: ſed ordinarius poteſt dare curatorem ad omnes cauſas tam coram ſe mouendas, quam alibi. Not. vnum caſum in quo filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate patris, qđ eſt 51. nõ ſolum, C. de bo. quæ lib. puta in cauſis ſpiritualibus pôt filiusfamilias eſſe in iudicio ſine auctoritate patris: nam iſta cenſentur peculium caſtrenſe, vel quaſi. Nota vlterius illud ad quòd allegatur iſte tex. quòd clericus etiam ſacerdos, & beneficiatus, non liberatur à patria poteſtate: nam nos non legimus quod clericatus ſit modus tollendi patriam poteſtatem: legimus tamen de dignitate epiſcopali. in Auth. ſed epiſcopalis dignitas, C. de epiſ. & cle.

¶ Nota vbicunque minor legitime pôt intereſſe iudicijs: ibi poteſt conſtituere procuratorem. c. ex parte. de reſti. ſpol. ſi tñ læditur reſtituetur. gl in d. c. ex parte. & in l. 1. C. ſi de momẽ. poſ. Bont.

Minor per ſe pôt cauſas ſpirituales, aut ab illis dependentes tractare.

nũ a quartũdecimũ b tuę peregiſti ætatis: in beneficialibus, & alijs cauſis ſpiritualibus, c necnon & dependentibus d ab eiſdem, ac ſi maior e xxv. annis exiſteres: ad agendum & defendendum, per te, vel per procuratorem f (quem ad hoc conſtituendum decreueris) admitti debebis. f¶ Si vero infra quartumdecimum annũ exiſtas, per te agere, aut defendere non poteris g ſuper ipſis: ſed vel per tuum epiſcopum, vel per officialem eiuſdem, h

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Si annum.] maior xiiij. annis, per ſe & per procuratorem pôt agere & defendere cauſam ſpiritualem: minor xiiij. per ſe non agit, ſed per procuratorem, vel curatorem datum auctoritate ordinarij eccleſiaſtici iudicis: & etiam delegati dati ad cauſas illas: Filiusfamilias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem. hoc dicit. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eorum, quæ not. Ber. ſ. de reſtit. ſpoliat. ex parte. & de ætat & qualit. ex ratione, Goff. Innocent. & Hoſtienſis eo. tit. indecorum, & ſ. de procurat. accedens.

ADDITIO. Et Io. 15. q. 3. in certis. & Accurſius ff. de mino l. ait prætor. in prin. & principium corrigit qđ not. Guli. in Specul. de ſtat. mona. verſ. 31. Ioan. And.

b ¶ Quartũdecimũ.] in mare hoc intellige, in muliere xij. & ſic intellige prædictã decret. de reſti. ſpolia. ex parte. & probatur ſ. eo. lib. de elect. indemnitatibus. 1. reſpon ſ. de deſpon. impub. continebatur. Io. And.

c ¶ Spiritualibus.] puta matrimonio & ſimilibus.

d ¶ Depẽdẽtibus.] vt dote, q̃ dependet a matrimonio. de dona. inter virũ & vxo. & d̃ dote poſt diuor. reſt. c. 3.

e ¶ Ac ſi maior.] ſine curatore ſicut maior.

[Glo. ſeq. ponit quattuor opi.]

f ¶ Debebis.] In matrimonio hoc erat expreſſum in prædicta decret. ex parte. [Per quam patet in q. Io. de Deo, de qua dicam infra, de ſen. exc. cap. licet in vlt. glo. etiam ſuo tempore non põderandã ætatẽ xxv. annorum in defendente cauſam matrimonialẽ.] Sed quia quidam dicebant id ſpeciale in caſuali matrimonio: ideo emanauit hæc lata conſtitutio. Sed ꝙ idem eſſet in ſpirituali, probatur per dec de elec. dudum. 1. & de reg. poſtulaſti ad hoc facit quia huius voluminis cõpilatores. 1 de tutelis & curis non profuerunt tanquã de materia nobis non multum neceſſaria: & aduerte, quia quod hic dicitur, quidam tenebant indiſtincte. Iuno. dicebat, ꝙ debebat dari curator ſecundum quod in ver. ſeq de minore xiiij. dicitur. Hoſt. aũt ſuo capite & quadã ſimilitudine diſtinguebat inter maiores xvij. an. vt tunc haberet locum prima opi. quia talis prodire pôt in publicum 3. q. 7. c. 1. §. tria, ad hoc ſ. eo. li. de ꝓc. qui generaliter. in fin. vel xviij. ſecundum ea quæ not. de offi. deleg. cum viceſimum. & minores xvij. vt tunc habeat locum opi. Innoc. & hanc viam mediã dicebat tenendam. Arg. de offi. deleg. quærẽti. hæc not. de æta. & quali. indecorum. & ſumma eiuſdem tit. §. ætas. ſed reprobatur hæc opinio, vt hic vides. Ioan. Andr.

1 Quos vide ſ. in ꝓœmio, §. nos ad apicem. Io. And.

g ¶ Non poteris.] hoc tenet Ber. de æta. & quali. ex ratione in gloſ. vltima.

[Glo. ſeq. reci. per obiectionem.]

h ¶ Eiuſdem.] 2 non enim ſufficit: immo nec requiritur patris auctoritas: non enim de patrimonialibus tractamus, in quibus id locum habet. C. de bo. quæ li. cum oportet. & l. cum non ſolum. & infra, in fi. c. nec Imperatoris, vel alterius iudicis ſæcularis: cum ſpiritualis, & eccleſiaſtica ſit cauſa. 96. diſt. bene quidem. ſ. de iudi. at ſi. & de arb. contingit. arg. ff. ad Treb. ille à quo. §. fin. & l. ſeq.

2 Glo. ſeq. Dom. Pet. de Ancha. & Phil. notant: ꝙ tutor teſtamẽtarius datiuus nõ poſſet litigare pro beneficijs ſui pupilli: quod not. bene: quia Pet. dicit, ꝙ non eſt alibi. F.

a ¶ Ad

a ¶ Ad lites.] ad hoc C. de in litem dan.tut. vel cura. per totum. C. de cura. fu. l fi. in prin.
b ¶ Huiuſmodi.) ſcilicet ſpirituales, quaſi de tẽporalibus non dependentibus ſe intromittere non debeat. arg. ĩ. proxi. reſponſo, niſi forte ratione perſonæ puta ſi clericus eſſet.

tibi curator dabitur ad lites [a] huiuſmodi [b] exercendas: aut tuipſe (ſi maior infante [c] fueris) cum auctoritate alterius [d] eorundem procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam Apoſtolicæ ſedis, & ſubdelegatus ab eo, [e] tibi (ſi non habeas) curatorem [f] dare valeant vel auctoritatem conſtituendi procuratorem [g] præſtare ad illas cauſas, vel lites duntaxat, quæ coram ipſis fuerint ventilandæ. [h] ¶ In huiuſmodi [i] quoque litibus ſiue cauſis, quamquam in poteſtate patris exiſtas, † nec aliàs abſque ipſius aſſenſu, in iudicio regulariter [k] eſſe poſſis: eius (cum de his ſe intromittere non habeat [l]) nequaquam requiri debebit aſſenſus.

[Glo. ſeq. quærit obijciendo, & ſoluit.]
c ¶ Maior infante.] id eſt ſeptennio. ĩ. de deſpõ. impu. litteras. & ca. acceſſit. minor eñ ętas ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. in fi. Sed dices, quã cauſam ſpiritualẽ poteſt tractare minor infante: matrimoniũ enim vel ſpõſalia ɔ̃here nõ põt, vt in prædictis iuribus: Saluo eo quod habet de ſponſ. iuuenis. bñficiũ eccleſiaſticũ habere non põt, vt not. ĩ. de præb. ſu g inordinata. qualis ergo erit hæc cauſa? Forte diſpenſatione Papæ adeptus eſt beneficiũ de quo agit vel defendit: vel forte repetit: vel ab eo repetuntur vſuræ. i Vel dicit natus de illegitimo matrimonio. de ordine cognitio. tuam. vel his ſimilia.

† Not. Pe. de Ancha. quòd ſimplex clericatus non liberat à patria poteſtate. vide Hoſtien. c. inde corum. de ęta. & quali. liberat tamẽ quo ad perſonam, vt pcuti nõ poſſit: & ad bona aduẽtitia & acqſita poſt clericatum: adeo vt dixerit Bar. con ſil. 65. ꝙ filius ſacerdotis notarius poſſet in teſtimonio pr̃i adſcribere. F.

i Large dr̃ hæc cã ſpiritalis, ideſt, eccleſiaſtici fori, vt I cle. diſpendioſam. eo. titu. de quo dic, vt ibi not. & dicã ſ. ð vſu. c 1. Io. And.

Filiusfamilias in quibus caſibus poſſit eẽ in iudicio ſine conſenſu patris.

d ¶ Alterius.] epiſcopi ſcilicet vel officialis.
ADDITIO. Vel curatoris ſic deputati, ſecundum Archidiaconum.
e ¶ Ab eo.] delegato ordinarij non dicit: quaſi ordinarius hoc delegare non poſſit. ad hoc, ff. de offi. procõ. ſul. l. nec quicquam. §. vbi decreto. & ſuper hoc vide qđ not. ĩ. de reſtitutione in integrum. cap. penul. & quod dixi ĩ. eod. lib. de offic. vicarij, licet.
ADDITIO. Nec etiam dicit, legati, ſm Archidiaconũ: non enim emanãt à ſede, quod emanant à delegato allegat de fi. presbyte. dilectus. Graue vr̃ hoc dicere, ꝙ delegatus legati non poteſt, quòd poſſit ſubdelegatus delegati: procederet autem eius dictum, ſi intellexiſſet ꝙ delegatus legati, id non ſubdeleget. Ioan. And.
f ¶ Curatorem.] forte generaliter, vel ſpecialiter ab ordinario datum.
g ¶ Procuratorẽ.] cũ eſt maior ſeptennio, vt ĩ. ver. ꝓx.
h ¶ Ventilãdæ.] delegata eñ eis cã. & oĩa delegata videntur, ſine quibus cauſa, &c. de offi. deleg. præterea.
ADDITIO. Et c. prudentia, §. ſexta. ad cauſam vero ptinet, ꝙ pſona legitima ſit in cauſa, C. qui da. tu. & curato. l. in vniuerſis. ergo poſſunt per quod peruenitur ad illud, ff. de procuratorib. l. ad legatum. Ioan. And.
i ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet ſpiritualibus & depẽdentibus.
[Glo. ſeq declarat tex. & ponit 7. caſus exceptos.]
k ¶ Regulariter.] & hoc habet locum etiam in maiore, C. de bonis quæ liberis, cum oportet, & l. cum nõ ſolum. Et eſt hoc verum ſuo nomine: ſecus ſi ſit alterius procurator, ĩ. eod. lib. de procura. qui generaliter. ſecũdo rñſo. & ff. de minoribus. cum mandato. Ideo autem dixit, regulariter: quia caſualiter ɔ̃: ſicut in caſtrenſi peculio: in quo etiam ɔ patrem agit, ff. de iudicijs, lis nulla. Item cum impetrat veniam ætatis: dummodo ſit maior viginti annis, C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. l. ſecunda. Et in momẽtanea poſſeſſione, C. qui legitimam perſonam, l. vltima. Item cum agit de thoro violato. ff. de adulterijs, ſi maritus. ſecũda §. lex Iulia. & l. inter liberas §. penul. Et in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libero homine exhibẽdo. l. tertia §. ſi mulier. Item ſecundum canones videtur, ꝙ indiſtinctè conqueratur filius de patre. ĩ. de ſpon. c. non eſt. 2 q. 7. quæritur. vbi de hoc. & 23 q 4. ſi eccleſia. Item in caſu ff. de iudicijs, ſi longius. in his & ſimilibus minor & in poteſtate conſtitutus agit.
ADDITIO. Materiam glo. vide plene in Sp. de actore. §. 1. ver. itẽ ꝙ eſt filius & duabus chartis ſequẽtibus: & ſpecialiter de clericis in ver. ſed cum clericorũ dicto. & per hoc decido quamplures quæſtiones huius materiæ ibi poſitas. & in l. vl. C. de bonis quæ liberis. Ioan And.
l ¶ Non habeat.] habet enim locũ illa regula in patrimonialibus, vt ĩ. dixi.

In quodã manuſcripto tribuitur Inno. iiij.

TITVLVS II.

De foro competenti.

¶ Innocentius quartus. †

¶ *Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo, vel per viam querelæ, de cauſa ſubditorũ, ſuffraganeis etiam ipſis conſentientibus, non cognoſcit. hoc dicit vſque ad §. neque.*

CAP. I.

ROmana [m] eccleſia: & infra. [n] Nec appellatiõis articulo prę

DE FORO competenti.

¶ Dictum fuit titulo prox. de iudicijs: verum quia multoties accidit, quod vocati ad iudicium excipiunt de incompetentia fori: & poſſet aliquis dubitare quòd dicatur forum competens, & quid incompetentia; ideo annectitur rubrica iſta de foro competenti.

Cõtinuatio domini Heliæ.

m ROmana.] Hæc ſolẽnis decre habet vndecim dicta circa forum competens vel incompetens ſecundum Hoſt. Boatinũ, & Io. Mona. Primo enim ponit duo dicta: Secundo: ibi, Neque. tria. Tertio: ibi, Nec etiam. duo Quarto: ibi, Contrahentes. vnum. Quinto: ibi, Nec clericos. ponit alia tria.
n Pro intellectu huius c. habemus aliqua præſupponere: & primo illud quòd dr̃ in cap. paſtoralis. de offi ordi. in ant. ꝙ regulariter archiepſ non eſt competens iudex inter ſubditos ſuorum ſuffraganeorum in prima inſtantia. Item præſupponendum eſt, ꝙ qñ appellat ab ep̃o ad archiep̃m, ſi appellatio fuerit legitima, cã deuoluitur ad archiep̃m: & archiepſ põt retinere cognitionẽ cauſæ principalis, ſi dictum fuerit bñ appellatũ: & male iudicatum cap. vt debitus, de appell. in antiq.
CASVS. Tu & ego litigabamus coram ep̃o Pictauẽ. qui ɔ̃ te tulit aliquam interlocutoriã, à qua appellauiſti ad metroplitanũ: videlicet ad archiep̃m Burdegalẽ. fui citatus ad procedendum in cauſa appellationis; in termino mihi aſſignato comparui: tu & ego conuenimus mutuo conſenſu, ꝙ archiepſ non cognoſceret de articulo appellationis, ſed tantum de principali cauſa: an archiepſ poſſit cognoſcere de cauſa principali omittendo articulum appellationis? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia partes poſſent adhibere fraudem, vt priuarent primum iudicem ſua iuriſdictione. Sed ponamus, quòd in aliqua cauſa quæ vertebatur inter te & me, & coram epiſcopo Pictauẽ. fuit ad archiepiſcopum Burdegalen appellatum: ar-

Caſus. §. Neque.

chiep̄s eſt cōtentus cauſam appellationis committere: non eſt dubium, ꝙ pōt, dummodo faciat in diœceſi illius ep̄i à quo eſt appellatum: Sed quid, ſi delegatus nō vult acceptare delegationem: an poſſit cōpelli? Rn̄det, ꝙ non. Sed ponamus, ꝙ archiep̄s cognoſcit inter partes in prima inſtātia: altera partium vult producere aliquos teſtes, qui ſunt de iſto ep̄atu Pictauen. vtrū poterit illos facere cōueniri coram ſe? Rn̄det, ꝙ non: Qualiter ergo ꝓuidebitur parti? Rn̄det, ꝙ archiep̄s poterit vices ſuas cōmittere alicui cōmiſſario in diœceſi Pictauen. & poterit archiepiſcopus ep̄m Pictauen. requirere vt cōpellat commiſſarium ad ſuſcipiendum delegationem, & teſtes ad ferendum teſtimonium veritatis coram ipſo cōmiſſario. Sed quid, habuimus in principio huius capituli, ꝙ archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorū: ſed nunquid ad minus habebit in officialem, & alios officiarios ſuorum ſuffraganeorū: puta archipresbyteros, decanos, & alios? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non, niſi ſit contraria conſuetudo. Et ponamus, ꝙ tu & ego, qui ſumus de iſta diœceſi, litigabamus in curia archiepiſcopi Burdegalenſis: accepimus in cauſa noſtra peroranda procuratores, & aduocatos, & conuenimus cum aduocatis, & procuratoribus de certo ſalario pro conductione cauſæ in ciuitate Burdegalen. iſte aduocatus meus conuenit me pro ſuo ſalario: vtrum teneat comparere? Reſpondet ꝙ non: nā pro ſalarijs non poſſum in dicta curia archiepiſcopi in prima inſtantia conueniri. l. hæres abſens. ff. de iudicijs. vbi dicitur, ꝙ ſi quis tanquam viator contrahat in aliquo loco, licet ratione contractus ſortiatur forum, tamen non poteſt conueniri in illo loco: quia eſſet abſurdum, ꝙ quilibet viator poſſet conueniri in omnibus locis, in quibus cōtraxit, vt d. l. hæres abſens alleg. modo iſti erāt ibi tanquam viatores. Nota primo, quod iudex qui non poteſt adiri niſi per viam appellationis, non poteſt de cauſa principali cognoſcere: niſi prius diſcutiat de viribus appellationis: etiam ſi partes conſentiant: & ſic patet, ꝙ iudex qui habet iuriſdictionem limitatam ad certū caſum, primo debet cognoſcere, an ſit in caſu quo iuriſdictionem habeat. Ad hoc ſupra, de elec. prouida. Nota ſecundo ex §. neque. quod quis non poteſt compellere, vt recipiatur eius delegatio: niſi illum quem vult cōpellere vt recipiatur eius delegatio, habeat ratione illius iuriſdictionis ſubiectum. Nota tertio ex §. nec etiam. ꝙ quis non poteſt conueniri in loco contractus, qū fuit factus per aliquem viatorem. de quo in gloſſa.

[Glo. ſeq. determinans textum, ponit contrarium.]

a ¶ Prætermiſſo.] licet per appellationem ad archiepiſcopum cauſa deuoluatur: & de ea cognoſcere poſſit, tñ de principali qōne cognoſcere non poteſt, niſi prius de appellatione cognoſcat (etiam partibus conſentientibus) ſine voluntate ſuffraganei: quia in hoc caſu perinde eſſet, ac ſi ſine voluntate ſuffraganei per ſimplicē querelam cognoſceret: quod non poteſt facere. eo. lib. de offic. ordi. cap. 1. & ſic fraus fieret illi conſtitutioni. Et hoc intellige, cum appellatur ante ſententiam: nam quando appellatur a ſententia: iudex appellationis ſtatim de principali cognoſcat. 1 de hoc ſupra, de app. vt debitus. in glo. penult. & per hoc probatur opin. Hoſtien. qui not. ī. eo. lib. de appel. cordi. ꝙ illa decre. locū habet ſpecialiter in Papa: in archiepiſcopo enim locū non habet, vt hic vides. ſic etiam ſoluitur contrarium illius decr. ad iſtam. Satis tamen videtur. [ſecundum Hoſtien. Pet. de Sam. & Archidia.] ꝙ in quolibet inferiori à Papa locum etiam habeat decr. illa, qui per ſimplicem querelam poſſit adiri: 2 & ſic poſſet intelligi opinio Innoc. vt ibi dicam.

¶ al. officiales

Caſus §. Nec etiam.

Iudex appellationis de principali non cognoſcit ante appellationis diſcuſſionē.

1 Placet Do.

termiſſo:[a] nec aliàs etiam (cum minime appellatum extiterit[b]) Remeñ.[c] archiepiſcopus, vel eius officialis, † de cauſis clericorum[d] tanquam iudices[e] (licet in ipſos ijdem clerici de facto[f] conſentiant) abſque diœceſanorum ſuorum voluntate cognoſcant.

¶ *Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganei non poteſt compellere cauſas delegatas ab eo ſuſcipere ſuas ſentētias, & præcepta exequi, vel teſtimonia in cauſis ad eos deuolutis ferre: niſi conſuetudo aliud diſponat. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Neque ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ ſubditos ipſorum delegationē ſuſcipere:[g] vel ſententias & præcepta[h] exequi: aut in cauſis per appellationem deuolutis ad eos teſtimonium (niſi aliud in his tribus de conſuetudine[i] obtineant) perhibere compellant.

b ¶ Extiterit.] & ſic aditur per ſimplicem querelam.

c ¶ Remen.] vel alius quilibet. de offi. ord. c. 1. ī eod. lib.

d ¶ Clericorum.] in laicis ſecus: quia priuatorum conſenſus, &c. C. de iuriſdictione omniū iudicum, priuatorum.

ADDITIO. Idē Io. Mona. & Archid. quod eſt verum quo ad temporalia: ſecus in ſpiritualibus ſecundum Hoſti. alleg. ī. de pœnit. & remiſſ. omnis & remittit ad id quod not. de deſpon. impub. cap. 2. & de hoc dixi de offic. deleg. P. & G. ſuper glo. fi. Io. Andr.

e ¶ Iudices.] bene dicit: quia tanquam arbitri hoc poſſent etiam ſine epiſcoporum conſenſu: ſicut quilibet alij: cum hoc prohibitum non ſit 3 ad hoc de arbitr. cum tempore. & c. dilecti.

ADDITIO. Et de hoc ſupra eodem in antiquis, ſi diligenti. in §. 1. glo. Io. Andr.

f ¶ De facto.] quia de iure non poſſunt in iudicem non ſuum, etiam eccleſiaſticam perſonam: & ſi aliàs præſit iuriſdictioni, ſine proprij epiſcopi conſentire licentia. ſup. eod. in antiq. ſignificaſti. vbi de hoc.

ADDITIO. Et quod ibi ſcripſi poſt Hoſti. ſuper prima gloſ. hic not. Hoſtien. & Io. Mona. de nouem, ſcilicet, quæ requiruntur in iuriſdictionis prorogatione, quam facit clericus. Ioan. Andr.

Gloſ. ſeq. quærit, ſoluit, dat ſimile, in fine ſoluit obiectionem.]

g ¶ Suſcipere.] bene poteſt archiepiſcopus cauſam, vel executionem ſententiæ delegare ſubditis ſuffraganeorum ſuorum: ſed ad illa ſuſcipienda illos inuitos compellere non poteſt, nec poteſt compellere illos, vt ferant teſtimonium in cauſis ad ipſum per appellationem deuolutis: niſi in his caſibus aliud inducat conſuetudo. Quid ergo fiet? mandabit ſuffraganeo, vt ſubditum compellat ad teſtimonium ferendum in cauſa illa, 4 ſicut in alijs caſibus. & de hoc ſupra, de offic. ordin. paſtoralis. Idem eſt in quolibet iudice, vt ſi de alia ciuitate petantur teſtes, iudex cauſæ ad iudicem loci mittat, vt teſtes recipiat: & ad iudicem atteſtationes remittat, C. de fide inſtrumentorum. l. iudices. Et not. quod non eandem iuriſdictionem habet iudex in acceſſorio, quam in principali: ſed illud quia in ſubditos ſuffraganeorum iuriſdictionem non habet, vt in princ. decret. paſtoralis.

ADDITIO. Et ſic non obſtat ſupra, de offic. deleg. prudentiam. §. pen. & vlt. quæ loquitur in delegato Papæ. Io. Andr.

h ¶ Præcepta.] vt quia aliquem citari mandat, vel his ſimilia.

i ¶ De conſuetudine.] conſuetudo ergo in his iuriſdictionem tribuit, ad idem, ī. eo. lib. de offi. ord. cap. 1. de foro compet. cum contingat, in antiq. ī. eod. lib. de conſuet. c. 3. cum ſimilibus.

CASVS. Dictum fuit ſupra eod. c. prox. quòd iuramentum de calumnia debet ab vtraque parte præſtari in exordio litis, ideſt, ſtatim poſt litem conteſtatam. Sed ponamus, ꝙ in prima inſtantia iuratũ fuit per partes de calumnia: vtrum in cauſa appellationis ſit de calumnia iterum iurandum. Videtur ꝙ non, quia eadem eſt cauſa appellationis cum prima inſtantia: ſed in prima inſtantia iuratum fuit de calumnia: igitur non eſt amplius de calumnia iurandum in cauſa appellationis: aliàs in eadem inſtantia ſine cauſa bis iuraretur de calumnia: hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ in cauſa appellationis iurandum eſt de calumnia: licet in prima inſtantia fuerit iuratum. Sed ponamus, ꝙ partes principales litigantes iurauerint de calumnia, poſtea conſtituerunt procuratores ſuos: vtrũ iſti procuratores ſuperuenientes debeant iurare de calumnia? Reſpondet, quod ſic licet interueniant poſt iuramentum præſtitum à principalibus partibus, aliàs ipſi procuratores in cauſa poſſent de facili cõmittere calumniam. Sed ſanctiſſime Pater, vellẽ informari à ſanctitate veſtra, vtrum iudex poſſit pluries exigere iuramentum de malitia, licet fuerit præſtitum iuramentum de calumnia? Videtur ꝙ non; quia iuramentum de malitia continetur ſub iuramento de calumnia. Hoc tamen non obſtante, reſpondet Romanus Pontifex, dicens, quòd licet generaliter in iuramento calumniæ cõtineatur iuramentum de malitia: tamẽ quia ſolet plus timeri illud quod in ſpecie exigitur, quàm illud ꝙ ſolũ in genere exigitur: poterit iudex quoties ſibi videbitur exigere à partibus iuramentum de malitia, licet in cauſa ipſa iuratũ fuerit de calumnia. Nota primo argumen. quòd aliud eſt cauſa principalis, aliud eſt cauſa appellationis. de quo per gloſ. infra, de teſt. capitu. fin. Nota ſecundo, iſta duo iuramenta quo ad præſtationẽ æquiparari: vnum iuramentum calumniæ & veritatis: vt vbi vnum præſtatur, ibi etiam aliud ſit pręſtandum. ad hoc ſ. cap. proxi. §. ſi. Dominicus.

[Primo

† Circa iſtũ §. nota, ꝙ iuramentũ de calũnia differt à iuramẽto de veritate. l. 2. §. quod obſeruari. C. eo. nã iuramentũ de calũnia eſt de credulitate: vnde ſi aliud ſit, non eſt piurus: quẽadmodũ dicitur de iuro partis rñdentis articulo ꝑ, credit, neque rñdẽs confitetur. ſed ſolum releuat aduerſariũ ab onere probandi. Pet. de Anch Pon.

1 Et ſi petetur, poſtea omitti non debet. Phi. Font.

2 Vide B. Tho. 2. 2. q. 89. art. 2.

† An iuſm de calũnia præſtat poſt ſit per procuratorẽ, vide Fel. in c. licet ex quadam. extra de teſti.

ter excipit de pacto de nō petendo præſcriptione vel alia peremptoria: & tunc nō intelligatur facta, 1 vt hic. Idem ſi excipiendo proponeret ſe non teneri rñdere libello: eo quod factū fuerat ſibi pactum de non petendo, &c. ad hoc de decimis, dudum. Et in iſto caſu ſolemus vocare exceptionem. intentionis excluſionem: & qñ proponitur poſt li. conteſtat. vocatur actionis excluſio. ff. de excep. l. 2. in prin. Et hic ad de quod dixi ſ. de regu. iu. exceptionem.

1 Idē Phil. quia litis cōteſtatio fit ꝑ reſponſionem ſequētē narrationē: ſed excipiens nō reſpōdet. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de cond. indeb. Fon.

te, (niſi ſit de illis exceptionibus, quæ litis conteſtationem impediunt [a]) fieri oportebit [b] eãdem.

TITVLVS IIII.

De iuramento calumniæ.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Non eſt de ſubſtantia, quòd ſtatim poſt litem cō teſtatã iuretur de calumnia. Ioan. Andr.*

a ¶ Impediunt.] ſ. c. prox.

b ¶ Oportebit.] de neceſſitate iuris: qa aliàs proceſſus habitus: 2 poſt talem exceptionem nō valet: cū lis conteſtata non eſſet. ſ. vt lite non cōteſtata. per totum, ſicut nec per poſitiones, & reſponſiones fit litis conteſtatio. ſupra de elect. dudum. 2 ſupra de litis conteſt. cap. vno. Io. And.

2 Etiam de cōſenſu partium, ſecundum Arch. qui hic tractat id de quo dixi ſ. de off. dele. de cauſis. ſuper fine 2. gl. Io. And.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

¶ Iſta rubrica hoc ordine continuatur: quia actione in iudicio edita, & conteſtatione litis facta, ex ordine ſuccedit iuramentū calūniæ: Igitur poſt rubricas præcedentes ſecundum Goff. & alios ſcribentes, merito ſubiicitur hæc rubrica de iuramento calumniæ.

SI de calumnia.] Diuiditur, qa cōtinet tria dicta, quæ patent in ſubro: Secunda pars: ibi, Propter. Tertia: ibi, Quamuis. Dom. CASVS. Propter diuerſitatē & contrarietem iurium, & opinionū inde reſultantiū, dubium vertitur, beatiſſime Pater, qñ iurandū ſit de calūnia: Quidã enim dicunt, ꝙ ēt poſt receptionē teſtiū poſſit & debeat præſtari: verum, immo in quacunque parte litis uſque ad concluſionē excluſiue: Alij ſ: videlicet ꝙ ſtatim poſt litis conteſtationē; & quiuis horū ſuã intentionē iuribus ſeu rationib. fundare & cōprobare nititur: prout hæc ex gl. 1. huius c. eliciūtur, & habentur: Hinc Rom. Pont. conſultus qñ præſtandum ſit tale iuramentū, ſi quis dicit, ꝙ ipſum præſtari debeat ſtatim lite conteſtata: an bene dicat? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ non: & dicit, ꝙ licet iſtud iuramentū fuerit omiſſum: tñ poteſt exigi à partibus in quacunque parte litis: Idem eſt dicendum de iuramēto veritatis, quod exigitur in cauſis ſpiritalibus: & dicitur de veritate: quia olim dicebat iudex, iuras rñdere veritatem dum eris interrogatus? Idem in reo: ſed nō iurabatur in cauſis ſpiritalibus de calumnia: ſed ſolū de veritate dicenda: Hodie aūt iſtud eſt correctum: quia hodie iuratur de calumnia ēt in cauſis ſpiritalibus. Sed ponamus ꝙ iſtud iuramentum calumniæ non fuit petitum in quacunque parte litis, ſed fuit omiſſum, an valeat proceſſus? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ ſi iſtud iuramentum de calumnia tacite omittatur; non propter hoc erit proceſſus nullus: ſecus ſi partes iſtud iuramētum de calumnia remitterent: quia tunc proceſſus eſſet nullus. Ex quo ſequitur, quòd cum iſtud iuramentum poſſit omitti: ꝙ non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij. Sed quid ſanctiſſime Pater, vtrum in cauſis ſpiritualibus ſit iurandum de calumnia? Dicit quòd olim de iure decretalium in cauſis ſpiritalibus non erat iurandum de calumnia: Nam iura præſumebant, quòd in cauſis ſpiritalibus non committeretur ita cito calumnia, ſicut in cauſis profanis: quia ſpiritualia exiguntur à perſona: Sed dicit Rom. Pont. ꝙ experientia docente compertum fuit, plures litigantes cōmiſiſſe calumniam in cauſis ſpiritalibus: ideo ordinat, ꝙ in cauſis ipſis ſpiritalibus ſit iurandum de calumnia ſicut in cauſis profanis. Et ſic in cauſis ſpiritalibus præſtatur duplex iuramentū, ſcilicet iuramentum de veritate dicenda, & iuramentum de calumnia. No. primo, ꝙ exordium litis appellatur litis conteſtatio. Idem dicit gl. in l. 1. C. de iud. vbi dicitur, iudiciū cęptū per litis conteſtationē. Quãdoque ēt dicitur iudicium cęptū per citationē ſimplicem. l. iudicium ſoluitur ff de iudic. l. ſi quis. ff. de iud c. propoſuiſti. de foro cōpet. in ant. Nota ſecundo, ꝙ non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij, ꝙ iuretur de calumnia. Nota tertio, ꝙ ſi in exordio litis non iuretur de calumnia, poteſt peti, & debet exigi illud iuramentū in quacunque parte litis: & iſtud verum, ꝙ debet exigi non præciſe, ſed cauſatiue, videlicet niſi quis uelit perdere ſuam cauſam: Nã hæc eſt pœna nolentis iurare de calumnia, ut ipſe amittat ſuam cauſam in c. ſi. eo. ti. in antiq. Nota ulterius, ꝙ hodie eſt iurandum de calumnia in cauſis ſpiritualibus, ſicut in cauſis profanis. Nota finaliter differentiam inter iuramentum de calumnia, & iuramentum de ueritate. ad hoc inf. eod. ca. 1. 3 reſponſo. & infra de teſtibus, præſentium. Quæ autem ſit differentia, vide in Spec. de iuram. calum. §. cum autem. ver. vnde ab huiuſmodi. Dominicus.

CAP. I.

SI de [c] calumnia, [d] ſeu de veritate [e] dicenda, in primo litis exordio non iuretur, vt debet, poterit poſtmodum in qualibet parte litis iurari: cum huiuſmodi iuramenta præſtari ab initio de ſubſtantia ordinis iudicarij non exiſtat. [f] †

† A ſ. rio, ſi eſſet de ſubſtantia ſuppletio poſtea facta non validaret inutiliter retrogeſta: ſicut in teſtãmento ſuppletio ſe primi teſtis non confirmat acta coram ſex teſtibus. l. hæredes palã. ff. de teſt. argu. contra cap. 1. de el. per ſalt. promot. Pet. de Anch. Fon.

(Prima glo. ſummat, & diuidit: ſecundo dicit quid declaret.)

c ¶ Si de.] tria dicit: primo quod non eſt de ſubſtantia quòd ſtatim poſt litem conteſtatam iuretur de calumnia: Secundo quod non annullatur proceſſus, licet tacite omittatur calumniæ iuramentum: Tertio præcipit, quòd in ſpiritalibus ſimul de calumnia & de veritate iuretur. Emanauit iſta decretalis ad declarationem eorum quæ no. Ber. de iureiuran. ex litteris. in vlt. glo. Innocentius & Hoſtienſis. ſupra eod. litteris. Abbas ſupra eod. cap. 1. Guliel. in Spec. eod. titu. §. 1 in princ. & uerſi. quartum. & §. 2. verſi. quid ſi non. & §. reſtat. & Hoſtien. in ſumma eod. titu. §. quando. verſi. vnum tamen.

d ¶ Calumnia.] euitanda ſic 13. diſt. nerui. ibi, vnuſquiſque habeat ſuam propter fornicationem, ſcilicet, euitandam.

e ¶ Veritate.] quod ſolum olim in ſpiritalibus præſtabatur, vt in fine videbis.

(Glo ſeq. obijcit textum fortificat, & obiectioni reſpondet.

f ¶ Non exiſtat.] videbatur contra: Primo, ex ordine rubricæ. ſ. eod. Secundo, ex ordine illius litteræ. ſ. de elect. dudum. 2. ver lite vero, &c. & erat expreſſum C. eod. l. 1. in prin. ſ. eod. c. 1. & cap cum cauſam. Ad hoc facit lex quæ dicit, ꝙ procurator ante litem conteſtatam præſtare debet cautionem de rato: & tunc ſi præſtita non fuerit, poſtea non præſtabitur. ff. de procu. l. Pomponius §. ratihabitionis. Sed contrarium eſt verū, vt hic vides. & ſic prædictorum Doctorum comprobatur opinio. Et de iuramento de veritate uidebatur caſus de iureiur. ex litteris. 3 Ad hoc ſ. de fide inſtrumen. cum Ioannes. verſi verum. & ſ. de teſti. præſentium. ad hoc. ff. de dam. infect. qui bona. §. penult. nec enim.

3 Sed quidam reſpondebant ad illam, quod ibi extraordinarie petebatur illius iuramēti pręſtatio. Io. And.

enim ſemper ordinem ſcripturæ ſeruamus. ff. de ſolu. l. nec ordo. & ſ. de reſcr. cauſam quæ. [Et vide quod dixi eo. ti. cum dilecta. ſ. ſuper 4 gl.] Et cum in totũ tacite omittatur, vt ĩ. prox. rñſo, multo fortius ad tẽpus. Ad contraria reſponde, verum eſſe id fieri debere, vt dicit hæc littera: ſed ſi non fiat, non propterea uitiatur: q̃a alijs iuribus ſuſtinet, vt dixi, & facit quod no. ſu. de ſpõſ. duor. tua in vl. gl. [Et ĩ. de regu. iur. quæ contra ius.] Prædicta l. Pomponius. §. ratihabitionis. in alio caſu loquitur, & eſt illud quia per conteſtationẽ litis factus eſt procurator dominus litis, ſ. de proc. c. 1. eo. lib.

¶ *Non annullatur proceſſus, licet tacite omittatur calũnia iuramentum. hoc dicit.*

¶ Propter[a] omiſſum quoque tacite[b] in tota[c] cauſa calumniæ iuramentũ, iudicialis proceſſus, aliàs factus legitime,[d] non eſt nullus, nec etiam annullandus.[e]

¶ *Præcipit quòd in ſpiritalibus ſimul de calumnia, & de veritate iuretur. Io. And.*

¶ Quamuis † in cauſis ſpiritalibus, in quibus debet de veritate dicenda iurari, canones non indicant alicui calumniæ iuramentum:[f] nos tamen quia frequenter calumniari videmus in ipſis,[g] vtile[h] reputamus, quod ſimul ſicut plerique obſeruant,[i] tam de veritate dicenda, quàm de calumnia (vt via præcludatur calumnijs) iurari debeat in eiſdem.[k]

¶ Idem.

¶ *In cauſa appellationis iurari debet de calumnia, & de veritate dicenda.*

CAP. II.

IN † appellationis cau-

a ¶ Propter.] declarat quod no. ſ. de teſti. tuis. in vlt. glo. C. de iureiu. propter calum. dan. l. 2. §. ſed quia.

b ¶ Tacite.] expreſſe vero remitti non poteſt. ↄ C. de iureiur. propter calum. dan. l. 2. §. ſed quia. [vide de foro comp. ſi diligenti. in gl. pen.] Nec valet conſuetudo de ipſo nõ præſtando de iuram. calum. cęterum.

c ¶ In tota cauſa.] nedum in principio cauſæ, vt ſupra prox. reſponſo.

d ¶ Legitime.] puta libello dato, lite conteſt. & iudice ſententiante in ſcriptis, ſedendo, & per ſe recitãdo, quod dic vt ſ. de libel. obla. c. 1. ĩ. de ſenten. & re iud. c. vlt. & non die feriato ſ. de fer. c. ult. Io. And.

[Gloſ. ſeq. docet quid approbat, & quid reprobat. §. iſte.]

e ¶ Annullandus.] approbata eſt ergo opin. Iaco. Bal. Io. Cre. Pilei, & ſequacium, qui hoc dixerant: quia tũc demum exactum præſtari debebat. ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. qui opus, ff. de iureiu. iuſiurandũ. 4. §. qui iuſiurandum. ad hoc. ff. de procur. filius familias. §. veterani. C. eo. ti. ita demum. & ad hoc ſupra de probat. quoniam contra. ubi de iuramento nil dixit. Et reprobata eſt opin. Azo. & Mar. quibus conſentit Hoſtien. ſ. eo. cęterum. & in prædi. decre. tuis. dicentium, quod etiam ſi tacite omitteretur, nõ ualeat iudicium, ideſt, ſententia 2. q. 6. ei qui. §. diffinitiua. C. de ſenten. & interlo. om. iud. prolatum. quam intellige cum fuit exactum, & pro eis faciebat prædi. decr. cęterum. & prædictus. §. ſed quia. ubi dicitur, ꝙ ex diſſimulatione etiã non poſſit omitti: ſed expone ibi; ſimulatione, ſcilicet cum ſimulant ſe non calumnioſe agere, vt ibi dicit Accurſius.

[Gloſſa ſequens ponit rationes antiqui iuris, quas impugnat.]

f ¶ Iuramentum.] ſup. eo. ti. c. 2. Et erat ratio: quia in ſpiritalibus preſumebatur, ꝙ ſemper eſſet Deus in memoria: & ſic non calumniarentur litigãtes, & hoc probat littera ſequens: Reddebat Innoc. in prædi. ca. tres rationes: Prima quia rigor in ſpiritualibus non ſeruatur de dolo & contu. c. 1. Secunda, quia licet iuramentum non ſit peccatum, ⸫ tamen ex frequenti iuratione ſæpe ſequitur peccatum. ſupra de iureiuran. & ſi Chriſtus. maxime cum de credulitate ſit hoc ſacramẽtum. Tertia, quia hoc iuramentum eſt à malo non credentis. de elect. ſignificaſti. ſed parum valent hæ rationes, & cum in ciuilibus locum habeãt, vt per te uides.

g ¶ In ipſis.] & ſic æquum fuit ex quo ceſſabat cauſa, ceſſaret & conſtitutio. ſupra de app. cum ceſſante. cum ſimilibus.

h ¶ Vtile.] ideſt neceſſarium, ff. quando. ap. ſit. l. 1. & 2. q. 6. biduum, vel dic proprie; vt ſi iudex videat tales perſonas, de quibus non ſit aliqua calumniæ ſuſpicio: exiget ſolum veritatis ſacramentum primum tutius & verius reputo.

i ¶ Obſeruant.] obſeruabat hoc dominus Gul. vt no. in Specu. eo. ti. §. 1. ver. quartum not. hoc Bernar. æquum. eſſe ſupra e. c. 2. & in prædi. decr. ex litteris de iureiur. ADDITIO. Et Innoc. ĩ. de teſti. præſentium. circa fi. dicit, ꝙ quidã iuramento de veritate adijciunt iuramentum de credulitate: quod multum commendat ibi Hoſt. vt ibi dicam in §. præterea. ſuper 3. gloſſ. Io. Andr.

[Glo. ſeq. quærit, & remittit.]

k ¶ In eiſdem.] ſpiritalibus cauſis. Numquid in criminalibus iuretur de calumnia? Dic vt not. C. eo. l. 1. & ſupra eo c. 1.

IN appellationis.] Continet tria dicta: ſecundũ ibi, procuratores: tertium ibi, in omnibus. Dominicus.

CASVS. Dictum fuit ſupra eod. c. prox. quòd iuramentum de calumnia debet ab vtraque parte præſtari in exordio litis, ideſt, ſtatim poſt litem conteſtatam. Sed ponamus, ꝙ in prima inſtantia iuratũ fuit per partes de calumnia: vtrum in cauſa appellationis ſit de calumnia iterum iurandum. Videtur ꝙ non, quia eadem eſt cauſa appellationis cum prima inſtantia: ſed in prima inſtantia iuratum fuit de calumnia: igitur non eſt amplius de calumnia iurandum in cauſa appellationis: aliàs in eadem inſtantia ſine cauſa bis iuraretur de calumnia: hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ in cauſa appellationis iurandum eſt de calumnia: licet in prima inſtantia fuerit iuratum. Sed ponamus, ꝙ partes principales litigantes iurauerint de calumnia, poſtea conſtituerunt procuratores ſuos: vtrũ iſti procuratores ſuperuenientes debeant iurare de calumnia? Reſpondet, quod ſic licet interueniant poſt iuramentum præſtitum à principalibus partibus, aliàs ipſi procuratores in cauſa poſſent de facili cõmittere calumniam. Sed ſanctiſſime Pater, vellẽ informari à ſanctitate veſtra, vtrum iudex poſſit pluries exigere iuramentum de malitia, licet fuerit præſtitum iuramentum de calumnia? Videtur ꝙ non; quia iuramentum de malitia continetur ſub iuramento de calumnia. Hoc tamen non obſtante, reſpondet Romanus Pontifex, dicens, quòd licet generaliter in iuramento calumniæ cõtineatur iuramentum de malitia: tamẽ quia ſolet plus timeri illud quod in ſpecie exigitur, quàm illud ꝙ ſolũ in genere exigitur: poterit iudex quoties ſibi videbitur exigere à partibus iuramentum de malitia, licet in cauſa ipſa iuratũ fuerit de calumnia. Nota primo argumen. quòd aliud eſt cauſa principalis, aliud eſt cauſa appellationis. de quo per gloſ. infra, de teſt. capitu. fin. Nota ſecundo, iſta duo iuramenta quo ad præſtationẽ æquiparari: vnum iuramentum calumniæ & veritatis: vt vbi vnum præſtatur, ibi etiam aliud ſit præſtandum. ad hoc ſ. cap. proxi. §. fi. Dominicus.

Circa iſtũ §. nota, ꝙ iuramentũ de calũnia differt à iuramẽto de veritate. l. 2. §. quod obſeruari. C. eo. nã iuramentũ de calũnia eſt de credulitate: vnde ſi aliud ſit, non eſt piurus: quẽadmodũ dicitur de iuro partis rñdentis articulo p. credit, neque rñdẽs confiteatur: ſed ſolum releuat aduerſariũ ab onere probandi. Per. de Anch. Fon.

Et ſi petetur, poſtea omitti non debet. Phi. Font.

Vide B. Tho. 2. 2. q. 89. art. 2.

† An iuſm de calũnia præſtat poſſit per procuratorẽ, vi de Fel in c. licet ex quadam. extra de teſti.

[Primo

ſa, [a] quamquam in principali iuratum [b] fuerit, præſtari iubemus calumniæ iuramentum. [c] Et idem in iuramento de veritate dicēda [d] volumus obſeruari.

¶ *Procurator deputatus poſt iuramentum calumniæ, iurabit de calumnia. hoc dicit.*

¶ Procuratores [e] quoque, qui poſt [f] iuramentum calumniæ deputantur, [g] teneri volumus, (vt calumnia vitetur ab ipſis [h]) ad ſubeundum huiuſmodi iuramētum: [i] etiam ſi à ſuis dominis quid ponere, aut reſpondere, ſeu agere debeant, ſint inſtructi. [k]

¶ *Iudex quoties ſibi videtur, exigit iuramentū malitiæ: etiāſi de calūnia, vel veritate iuratum ſit. I. A.*

¶ In omnibus [l] autem cauſis, ne dum ante, ſed etiam poſtquam lis fuerit conteſtata, ſiue de veritate, ſiue de calumnia ſit iuratum in ipſis poteſt iudex à partibus exigere iuramentum malitię, [m] quotiēs viderit expedire.

¶ Idem.

¶ *Procurator habēs ſpeciale mādatum, iurat de calumnia. Ioan. And.*

CAP. III.

NVllam †

[Prima gloſſa ſummat, & diuidit: ſecūdo dicit quid declaret.]

a ¶ In appellationis cauſa.] in cauſa appellationis iurari debet de calūnia, & veritate dicēda. hoc primo. ſecundo dicit, ꝙ procurator deputatus poſt iuramentum calumniæ, iurabit de calumnia. Tertio, ꝙ iudex quoties ſibi vł exigit iuramentum malitiæ: etiam ſi de calumnia, vel veritate iuratum ſit. Per primū dictum determinātur quæ no. per Accur. C. eo. l. 2. in prin. & per Inno. & Hoſt. Per. & Abb. ī. eo. c. 1. ſuper verſ. quæcunq; cauſa Guil. in Spe. e. tit. §. 2. ver. quid de cauſa. Bart. Bri. in q. venereali, quæ incipit, quæritur vtrū in cauſa. Et per prædicta videre potes, ꝙ hic reprobatur opin. Pla. & Azo. qui dicebant, ꝙ ex quo iuratum erat in principali, non iurabit in cauſa appellationis. l Authē. de his qui ingre. ad appe. §. fin. coll. 8. & pro eis faciunt omnia iura, per quæ probatur, ꝙ eadē ſit cauſa appellationis cum prima. 16. diſt. habeo. 2. q. 6. c. ſi aūt. § ſi quis 1 quacunque. C. vt in vna & eadē cauſa. l. 1. ff. de iud. ꝓponebatur. Io. Cre. Hoſt. Gof. & ſupradicti doctores: q̃ quorum hic approbatur opinio: pro eis. 6. q. 4. Oſius. in glo. 1. & 2. q. 6. ſi quis eps. in glo. 1. C. de iud. properandum in Auth. vt lit. iur. in prin. ibi tamen Accur. tenet primam. ff. de dam. inf. qui bona. §. penult. Ioan. And.

b ¶ Iuratum fuerit.] propter hoc erat dubitatio: quia non videbatur tunc debere iurari: & quia bis iurandū non eſt: & quia tunc ſuperfluum videbatur iuramentum quod faciendum non eſt. de iureiu. & ſi Chriſtus. de prob. cap. 2.

ADDITIO. Et hic not. Arch. qđ ibi dixi Ioan. An.

c ¶ Iuramentum.] ſed de calumnia iurari debet ſtatim poſt litis conteſtationem, vt ī. proxi. Not. ergo ar. ꝙ facienda eſt litis cōteſtatio in cauſa appellationis. 1 de hoc no. ī. de teſt. c. Raynaldus. ver. dilectus. Io. An.

1 Idē Phil. Io. And. & Bart. in ca. Raynaldus. de teſt. Fōt.

d ¶ De veritate dicenda.] ſi talis eſt cauſa in qua iuretur de veritate, vt in fin. ca. dicitur.

e ¶ Procuratores.] emanauit iſte ver. ad declarationē gloſſarum prædictarum. Inno. Hoſt. & Guli. in Spe. eo. tit. §. ſequitur. in fi. & eius hic approbatur opinio: & reprobatur opinio. Hoſt. qui tenebat contrarium.

ADDITIO. Vide Accur. in Authen. principales. C. eo. tit. in 1. glo. Ioan. And.

f ¶ Poſt.] hæc erat dubitatio: quia non videbatur bis iurandum. C. eo. tit. Auth. hoc ſacramentum.

g ¶ Deputantur.] ab ipſis principalibus, vel à procuratoribus, qui poſt litem conteſtatam ſubſtituere potuerunt. ī. eo. lib. de procu. c. 1.

[Glo. ſeq. rec. per quæſtionem & ſolutionem.]

h ¶ Ab ipſis.] nota ꝙ licet procurator iuret in animā domini 17. q. 4. metuentes. in glo. pēn. & 100 diſt. opportuit. in glo. 2. 61. diſt. tibi dn̄o. vbi de hoc. & ī. eod. li. de elect. procurator. ſacramentum tamen calumniæ & in animam dn̄i, & proprium præbet, vt hic vides: aliàs autem quare iuraret, ex quo dn̄s iurauerat: & in hoc caſu non eſt neceſſarium ſpeciale mandatum. de ſyndico vero dic vt ī. eo. in pertractandis.

Iuramentū calūniæ in cuius aīam per procuratorē præſtatur.

ADDITIO. De hoc in Spec. eod. titu. §. 2. verſ. ſed numquid hæres & ibi in ver. ſed numquid ſi iudex mutetur. & per Accur. in l. 2. C. eod. tit. in prin. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſoluit q̃ſtionē: & ponit opin. contrariam.]

i ¶ Iuramentum.] nota ad quæſtionē qua quærit, an hęres, vel ſucceſſor teneaē iurare, ex quo defunctus iurauerat. Et dic quòd ſic: 2 per hanc litteram & per Auth. C. eo. tit. principales. & per l. ff. de dam. infect. qui bona §. penu. potuit em̄ defunctus habere bonam fidem: & hæres vel ſuceſſor malam. ff. de accu. ſi cui. C. de rebus cre. generaliter 1. reſponſo. licet quidam contra: quia hęres & ſucceſſor eadē perſona cum defuncto cenſetur. 3 in Auth. inſiurādum quod à moriente præſtatur. §. 2.

2 Idē Phil. & ratio: q̃a iuſm non trāſit de p̄ſona in perſonam: idē nouari dīt. Font.

3 Hęc ratio non procedit: quia in veritate ſūt duæ perſonæ, & habēt duas animas. Phi. Font.

k ¶ Inſtructi.] in hoc caſu recitabūt prędicti doctores non debere procuratorē iurare: quia qui facit p̄ alium, &c. de reg. iur. qui facit per alium.

† De intellectu vide Matheſilanū ſingulari 129. inci. nota quòd ſi dn̄s. adde Imolam & Alex. in l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de dam. inf.

l ¶ In omnibus.] declaratur per hoc quòd not. ī. de reſt. ſpol. litteras in glo. antepenult. & de proba. ca. 2. & probatur quod not. de teſt. p̄ſentium, in gl. iuſm. in fi.

ADDITIO. Et quod not. Guliel. in Spec. eod. tit. §. 1. verſi. ſecundum. Ioan. And.

m ¶ Malitiæ.] licet ergo ex quo iuratum eſt de calumnia, amplius in eadem cauſa de calumnia iurandum non ſit ab eodem, vt C. eod. Authen. hoc ſacramentum. & ī. proxi. reſponſo, de malitia tamen bene iuratur: puta cum ſuſpicatur iudex quòd malitioſe proponatur exceptio, 4 petatur dilatio. Ad hoc de excep. paſtoralis. de teſtib. vltra tertiam. C. de fide inſtru. l. vlt. 30 q. 5. iudicantem.

4 Alia exēpla vide in Spec. eo. ti. pręalle. ver. ſecundum Io. Andr.

NVllam.] Quia breue eſt, non diuiditur. Dom.

¶ Pręſupponendum eſt pro intellectu capit. quod habetur in ca. 1. eo. tit. in ant. videlicet, ꝙ partes principales debent perſonaliter præſtare iuramentum de calumnia: niſi eſſent egregiæ perſonæ, l. ad perſonas, ff. de iureiuran.

CASVS. Prætendebam te debitorem meum: feci te conueniri coram iudice competenti: ad cauſam meam tractandam conſtitui meum procuratorem ſpecialiter ad iurandum de calumnia in tali cauſa: nam requiritur ꝙ cauſa exprimatur: nec ſufficit dicere, conſtituo meum procuratorem in omnibus & ſingulis cauſis ad iurandum de calumnia: licet contrarium ſeruetur in pleriſque curijs: lite conteſtata procurator meus voluit iurare de calūnia pro me dn̄o ſuo: Tu aduerſarius meus proponis, ꝙ ipſe procurator non eſt admittendus ad iurandum de calumnia pro me: ſed ꝙ teneor illud præſtare perſonaliter, vt in cap. 1. eo. tit. in ant. an bene dicas? Reſpondet, ꝙ non: immo iudex poteſt & debet procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum admittere ad iurandum de calumnia: & in hoc non facit iudex iniuriam partibus. Nota primo vnum caſum, in quo requiritur ſpeciale mandatum; alios caſus gloſſ. enumerat in capit. qui ad agendum. de procura. ī. eod. lib. Nota ſecundo, ꝙ aduerſarius dicitur, qui habet litē contra alium: quod not. pro ſtatutis facientibus mentionem de aduerſario. Dominicus.

[Prima

tibi [a] iudex iniuriā [b] feciſſe cenſetur, qui procuratorem tui aduerſarij [c] conſtitutum ad cauſam, habētem ſuper hoc ſpeciale mandatum, admiſit ad prçſtandum in ea calumniæ iuramentum. [d]

[Prima glo. ſummat, & dicit quid declarat.]
a ¶ Nullam tibi.] Procurator habens ſpeciale mandatum iurat de calumnia. Emanauit ad declarationem eorum quæ leguntur, & notantur. C. eo. tit. l. 2. §. ſi autem abfuerit. & per Bernar. ī. eod. cap. 2. & cap. cęterū. & per Innocentium, & Hoſtienſem ſupra eodem, cum cauſam. & per Guil. in Spec. eod. tit. §. reſtat. verſ. quid ergo.
b ¶ Iniuriam.] quā ſi inferret, iudex non eſſet, ī. de verb. ſign. forus. in ſi.
ADDITIO. Quod exponas, vt ibi no. ī. Io. Andr.
c ¶ Aduerſarij.] & ſic erat ꝓcurator ſingularis perſonæ, de ſyndico enim vniuerſitatis, vel collegij nō dubitamus quin iuret. ī. eod. in pertractandis. & cap. ſeq.
d ¶ Iuramentum.] dicūt quidam, quòd olim procuratores indifferenter iurabant. ff. de damn. infect. qui bona. §. pen. ſed fuit poſtea ſtatutum, ꝙ ſolum principales perſonæ iurent. C. eod. tit. l. 2. §. ſi autem. & ſupra eodem titulo. cap. 1. quod verum eſt niſi procuratores habeant ſpeciale mandatum: [a] vt hic. & ff. de iureiur. l. iuſiurandū. & ad pecunias. Alij dicebant, quòd procurator priuati etiam cum ſpeciali mandato ad iurandum non admittitur per prima iura: ſed quia non expedit iura corrigi, vt ſupra eodem, de elect. cum expediat. dic. l. qui bona. non eſſe correctam, ſed loqui in caſu decretalis iſtius, ſcilicet, cum habeat procurator ſpeciale mandatum. Alij dicebant, quod cum procurator per litis conteſtationem factus ſit dominus litis, poterat de calumnia iurare: quod verum eſt. [a] niſi habeat ad hoc ſpeciale, vt hic vides.

a ¶ Non requiritur tñ quòd cauſa ſit ſpecificata: vñ procurator ad lites pręſentes & futuras habens in procuratorio, ꝙ poſſit iurare d̄ calumnia: certe poterit in quacūque cauſa, licet dominus illā cauſam ſpecialiter ei non cōmiſerit: & ſic practicatur. Phil. Font.
a Supple in quantū contingit dominium.

TITVLVS V.

De reſtitutione ſpoliatorum. [a]

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

¶ *In ciuilibus non admittitur ſpoliationis exceptio facta ab alio, quam ab actore: In criminalibus admittitur facta à tertio: dummodo ſit de tota ſubſtantia, vel maiori parte. Exceptio probari debet infra quindecim dies, alias ſit condemnatio expenſarum. Io. And.*

CAP. I.

Frequens † &

† Vide Mattæū de Afflictis deci. 19.

DE RESTITVTIONE ſpoliatorum.

¶ Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de armis actorum contra reos: verum quia ipſi rei conuenti aliquoties excipiunt de ſpoliatione facta ab actore: quandoque à tertio: ideo ad nos informandum de huiuſmodi ſpoliationibus quid iuris ſit: annectit titulum de reſtit. ſpol.

a) Frequens, &c.] Hæc eſt notabilis decretalis. Et duæ ſunt partes. In prima procemium, & conſtitutionis cauſa: In ſecunda conſtitutio: ibi, Statuimus. quæ tria facit. Primo prouidet, quando obſtat exceptio ſpoliationis in ciuilibus, & criminalibus: & ponit tempus probandi, & pęnam non probantis: Secundo ſoluit ſcholaſticam dubitationem: ibi, Solet. Tertio certo caſu prohibet exceptionem: ibi, Ad hoc. Io. And.

¶ Pro intellectu huius capituli habemus præſupponere, ꝙ ſi quis intulerit mihi violentiam ſpoliando me re, quam poſſidebam: ipſe ſpoliator non poteſt aliqua actione contra me agere, niſi primitus redintegret me in ſtatu, in quo eram tempore illatæ violentiæ. de hoc in l. 2. C. vnde vi de ord. cog. in antiq. maxime in c. ſi.

CASVS. Titius vi & violentia te expulit à poſſeſſione vineæ vel prati: poſtea feci te conueniri coram tuo iudice competenti ſuper mutuo, vel alia re: tibi obtuli libellum meum, cui petij per te reſponderi: tu in die qua eras reſponſurus libello, excipis, ꝙ fueras ſpoliatus à poſſeſſione vineæ tuæ, vel prati per quendam Titium, & ꝙ non tenebaris reſpondere libello meo, niſi primo eſſes redintegratus: vtrum illo medio poſſis me repellere ab agendo? Certe nō: niſi ego te ſpoliaſſem. Sed ponamus, ꝙ ago contra te criminaliter: tu excipis, ꝙ talis te ſpoliauit omnibus bonis tuis, ſine ꝗbus non potes defendere & proſequi cauſam criminalem, an ſis audiendus: & vtrū iſta ſpoliatio à tertio facta differat proceſſū quouſque ſis reſtitutus? Reſpōdet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia vel Titius ſpoliauit te aliqua re, aut oībus bonis tuis: Primo modo, videlicet quando Titius ſpoliauit te aliqua re: tunc illa ſpoliatio nō differt proceſſum meum in cauſa criminali: Si autē ſpoliauit te omnibus bonis, vel maiori parte bonorū, tunc differtur proceſſus vſque ad reſtitutionem. Sed nunquid à iure eſt limitatum tempus ad probandum iſtam ſpoliationem, reſpondet ꝙ ſic: videlicet tempus xv. dierum: & ſi infra illos xv. dies non probes ſpoliationem, illis xv. diebus elapſis iudex cōpellet ad procedendū mecum. Sed ponamus, ꝙ infra xv. dies tu reus probaſti ſpoliationem: quęritur vſque ad quod tp̄s erit differendum, ſiue prorogandum iſtud iudiciū ſuper crimine: quia tu reus poſſes differre reſtitutionē ſpoliationis, vt impunitus remaneres de crimine? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ iudex poterit tibi præfigere terminū, & debebit, infra quē tu ages ꝯ Titium ſpoliatorē: quo termino elapſo iudex cōpellet te procedere mecū in cauſa criminali: & hoc ſiue à ſpoliatione fueris redintegratus, ſiue non: & hoc ne reus de crimine remaneat impunitus. Sed ponamus, ꝙ ego actor te ſpoliaui à poſſeſſione tuæ vineæ, non facta reſtitutione poſſeſſionis tuæ vineæ: volui agere cōtra te pro iuribus eccleſiæ meæ: quia dicebā, ꝙ eccleſię meæ debebas legatum, vel aliquod aliud deuerium vtrum poſſis me repellere ab agendo, & excipere de ſpoliatione per me facta, vt differatur proceſſus donec fueris reſtitutus? Certe non obſtat mihi iſta exceptio ſpoliationis. Idē eſt dicendū econtra, vt puta ſi nomine eccleſiæ meæ te ſpoliaui: poſtea ago nomine meo priuato: non obſtat mihi exceptio ſpoliationis. Nota primo ex iſto textu, ꝙ ſpoliatio ab actore facta, ipſum repellit ab agendo, per quamcunque actionem agat contra me: licet aliquid dicant, ꝙ ſolum illum repellit ab agendo contra me ſuper illa re qua ſpoliaui: nec teneris mecum procedere donec ſis reſtitutus. Nota inſuper, ꝙ violentia alterius non dēt alijs nocere: ideo violentia tertij ſuper ſpoliatione, non repellit me ab agendo. Nota vlterius, ꝙ exceptio ſpoliationis à tertio facta, poteſt opponi agenti criminaliter, quando reus eſt ſpoliatus omnibus bonis, vel maiori parte bonorum: Nam reus pro illa ſpoliatione eſt turbatus, & non poteſt meditari in defenſione ſua: ideò iura voluerunt, vt proceſſus ſuper cauſa criminali differatur vſque ad redintegrationem.

Nota, ꝙ ſpoliatio à tertio facta debet probari infra quindecim dies: tamen non computetur dies propoſitæ exceptionis. Idem dicitur in exceptione excōicationis, quæ debet probari infra octo dies. ī. de excep. cap. pia. ibi enim ſimiliter non computatur dies propoſitæ exce-

exceptionis: ſecus eſt in decem diebus datis ad appellãdum: nam illi decem dies currunt appellanti de momẽto in momentum, ſm cõem opinionem Doctorum. Nota, ꝙ exceptio dilatoria debet primo diſcuti, & terminari, q̃ ſuper negotio principali procedatur: ad hoc de iudic. prohibita.

quorum de hac materia loquentium.

[i] ¶ Ab actore.] hoc erat iniquum, ꝙ reus exciperet ſ actorem de ſpoliatione facta à tertio, cum in hoc non deliquerit actor: & ideo factum alterius ſibi non debebat obeſſe, C. de inoffic. teſt. ſi quis ſuo. verſus. finem. & ĩ. de reg. iu. nõ debet, & peccata ſuos teneant auctores. C. de pœn. ſancimus, ſ. de his, quę fiunt à ma io. par. ca. c. quæſiuit, & recitat hic Bern ſe non meminiſſe vidiſſe aliquem excipientem ſic in ciuilibus.

Nota arg ꝙ condemnatio expẽſarum eſt pœna. de quo p glo. in c. 1. de elec ſ. eod. lib. Dominicus.

(Prima gloſſa ſummat, & ponit antiquã titulationem.)

[a] ¶ Frequens & aſſidua.] in ciuilibus nõ admittitur ſpoliationis exceptio facta ab alio, q̃ ab actore. In criminalibus admittitur facta à tertio, dummodo ſit de tota ſubſtantia, vel maiori parte. Exceptio probari debet infra quindecim dies: aliàs fit condemnatio expenſarum. Excipiẽs de ſpoliatione facta à tertio, infra certum tempus à iudice ſtatuendum, debet reſtitutionẽ petere, aliàs occuſatur exceptione non obſtante. Vltimo dicitur, quòd agenti ſuper rebus eccleſiaſticis, non obſtat exceptio ſpoliationis priuatarum rerum, vel econuerſo. Hanc decretalem quidam intitulabant olim ſub titulo, de excep. alij ſub tit. de reſti. ſpol. & bene, vt hic vides.

al. conturbat.

[a] aſſidua nos querela circumſtrepit, [b] quòd ſpoliationis exceptio nonnumquam in iudicijs calumnioſe [c] propoſita cauſas eccleſiaſticas impedit & perturbat: † dum enim exceptioni [d] inſiſtitur: appellationes interponi contingit: & ſic intermittitur, [e] & plerumque perimitur [f] cauſæ cognitio principalis: Et propterea nos, qui voluntarios labores [g] appetimus, vt quietem alijs præparemus, finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare: Statuimus, [h] vt in ciuilibus negotijs, ſpoliationis obiectu (quæ ab alio, quàm ab actore [i] facta proponitur) iudex in principali procedere non poſtponat. Sed ſi in ciuilibus ab actore, in criminalibus autem ſe ſpoliatum reus aſſerat à quocunque, [k] infra quindecim [l] dierum ſpatium (poſt diem, in quo proponitur [m]) quod aſſerit, [n] † comprobabit: alioquin [o] in expenſis, quas interim actor ob hoc fecerit, iudiciali taxatione [p] præhabita, condemnetur: aliàs (ſi iudici æquum viſum fuerit) puniendus. [q] ¶ Illum autem ſpoliatum intelligi volumus in hoc caſu, cum criminaliter accuſatur, qui tota ſua ſubſtantia, [r] vel maiori parte

[k] ¶ A quocunque.] ecce differentiam inter criminalem cauſam & ciuilem, vt in ciuili nõ opponatur ſpoliato facta ab alio quàm ab actore. In criminali ſic, cũ moderatione quæ ſequitur: & rationes infra ſequentur.

[l] ¶ Quindecim dierum.] arctatur tempus probandi: quia malitioſe ſæpius prò ponebatur talis exceptio, vt ſ. dixit. ſic in exceptione excommunicationis octo dies ſunt dati, infra de excep. pia.

† Nota hic ꝙ ſunt multi caſus in quibus ſpoliato denegatur reſtitutio, vt vides per no. ſ eo ex tranſmiſſa. in illis ergo caſibus ĩ q̃bus non agit, et nõ excipit. & illi cui interdictũ vñ vi. vel vi bono. rapt. negatur, non competit ẽt exceptio, ð qua in tex. Pe. de Anc.

[1] Placet Doctorib. idẽ ſi xv. dies ſimpliciter aſſignarentur: quia intelligitur ð proximis. l. eum qui calendis. ff. de verb. oblig. ĩ. de præb. non poteſt, in dubio tñ dies termini cõputat. Bar. in l. 3. ff. ſi q̃s cau. in glo. c. anteriorũ. 2. q. 6. Phil. F.

[a] ¶ Frequens, & aſſidua.] æquum fuit ergo ſuper hoc ius prouiſorium emanaſſe. ff. de legi. l. nam ad ea.

[b] ¶ Circumſtrepit.] ideſt, pulſat, vel lædit. [Moleſtat, vel ex clamoſa poſtulatione currentium venit hoc: vel circum circa ſtrepitum facit, ſecundum Io. Mona.] Et ſumpta ſunt hæc verba ex canone 54 diſt. frequens.

[c] ¶ Calumnioſe.] ſic ſup. de dolo, & contu. finem.

ADDITIO. Ibi tamen peremptoria malitioſe proponitu: hic dilatoria. Io. Mona. & Archid.

[d] ¶ Exceptioni.] ſpoliationis: de qua ſ. dictum eſt.

[e] ¶ Intermittitur.] ideſt, differtur:

[Glo. ſeq. reci. per obiect. & ſoluit, cui ſolutioni obijcit, & reſpondet.]

[f] ¶ Perimitur.] de facto intelligas, non de iure: quia multi propter tot impedimenta, & timore expenſarum litem dimittunt. Et ſic exponunt ſecundum Bern. quia exceptio ſpoliationis dilatoria eſt, non peremptoria, ſ. de ord. cog c. 2. & vlt. Non obſtat. l. C. vnde vi. ſi quis in tantam. quia licet priuatio dominij inſurgat condictione ex illa lege: non tamen ex interdicto, vel exceptione, vt nota. ſ. de cauſa poſ. paſtoralis.

ADDITIO. Propter hoc, ꝙ exceptio ſpoliationis eſt dilatoria: dicitur, ꝙ ſi ante lit. conteſta. propoſita non fuerit, poſtea proponi non poterit: quidam intelligunt, etiam ſi nouiter euenerit, vel ad notitiam deuenerit. Super hoc vide quod poſt Innoc. ſcripſi de ord. cog. c. 1. in glo. ideſt, ante. & glo. hanc. exceptionem. ver. eſt autem dilatoria. Io. Andr.

[g] ¶ Labores.] hæc verba fuerunt ſumpta de corpore Auth. vt diuinæ iuſſio. ſubſcri hab. glo. quæſt. in princ. coll. 9. & pro re publica Imperator noctes duxit inſomnes. in Auth & iud. ſine quoquo ſuf. in princ. coll. 2. & Papa idẽ de ſe dicit. ſ. in procemio huius libri. Io. And.

[h] ¶ Statuimus.] hic ſit interpretatio canonum antiquorum de hac materia loquentium.

ADDITIO. Hic adde quod ibi not. in gl. licet enim. in princ. tamen hic Io. Mona & Archid. tenent, quod ibi probaui. Dicunt enim terminum prorogari poſſe. Ioan. Andr.

[Glo ſeq. dat tria ſimilia, & vnum diſſimile. ſi. recitetur per quęſtionem.]

[m] ¶ Proponitur.] quia dies illa non computabitur in xv. [1] ſic dies in quo ꝓponitur excõicationis exceptio, ĩ. de exceptionib. pia. ſic dies in quo cautũ promittitur, & in quo ſiſtere in iudicio oportet, non computatur in vicena millia paſſuum. ff. ſi quis cautio. l. 1. & ſic dies præſentationis litterarũ, cum cõmittitur cauſa infra certũ tempus decidenda, ſ. de app ſuper eo. 2. vbi de hoc. Secus in decem diebus, qui dantur ad appellandum, in quibus tempus ſententiæ prolationis computatur. 2. q 6. biduum. vbi de hoc. ſ de re iudi. quod ad conſultationem. [Arch. alleg ſ. eo tit. audita. ver. mandamus, ſ. de cleri. non reſi. qualiter. 18. q. 2. pridem. ver. admonemus. 2. q. 6. propter. 88. diſtinct. perlatum. 4. q. 5. cap. 1. 31. diſt. tenere. 82. diſt. propoſuiſti.] Et vltimo iſtorum xv. dierũ [2] probari poterit exceptio, ſic ff. ad leg. Iul de adul. l. pater ſ. ſexaginta & l. is cuius. ſ ex ſenatuſconſulto. Et poteſt peti bonorum poſſeſſio infra centeſimum diem: & centeſimus in eo numero computatur. ff. de ſucceſ. edi. l. 1. ſ. ſi intra. verſic. quod dicimus. ſimile ff. de verb. oblig. qui ante calendas. Io. Andr.

[2] Sed q̃d ſi ille vltimꝰ, eſt feriatus? certe tũc in xiiij. debebas: q̃ñ eñi vltimꝰ dies termini ꝓfixi eſt feriatus, debes illũ ꝓuenire. l 2. in fi. de tẽpo ap. Pe. de Anchar. Phil. vide p Doct in c. cũ dilecti. de do & cõtu. Font.

[n] ¶ Quod aſſerit.] ſcilicet ſe ſpoliatum in ciuilibus ab actore, in criminibus a quocunque.

[o] ¶ Alioquin.] ideſt, ſi infra illud tp̃s non probauerit.

[p] ¶ Taxatione.] de qua dic, vt ſ. quod met. cau. cap. vlt. in glo. quæ incipit, vltra quam. Ber.

[q] ¶ Puniendus.] pœna arbitraria: ex quo non ſtatuitur hic certa pœna. de offic. delega. de cauſis. ſ. 1. ff. de iu. delib. l. 1.

ADDITIO. Idem Hoſti. & Io. Mona. & Archid.

[Glo. ſeq. reddit cauſam: & dat ſimile.]

[r] ¶ Subſtantia.] interpretatur & exponit hic Papa canones illos. 3. q. 2. oportet, & 2. q. 2. nullus. vbi ſunt hæc verba:

maiori parte ipſius ſe per violentiam deſtitutum affirmat: & ſecundum hoc loqui canones, ſano credendũ eſt intellectu: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus: habet enim ſpoliatus priuilegiũ vt non poſſit exui iam nudatus.

¶ *Excipiens de ſpoliatione facta à tertio, infra certũ tempus à iudice ſtatuẽdum, debet reſtitutionem petere: aliàs accuſabitur exceptione non obſtante. Io. Andr.*

¶ Solet autem † inter ſcholaſticos dubitari, ſi ſpoliatus à tertio, [a] de ſpoliatione contra ſuum accuſatorem excipiat an ei tempus [b] à iudice debeat indulgeri, infra quod reſtitutionem imploret: ne forte ſic [c] velit exiſtere, vt omnem accuſationem eludat: [d] quod [e] ſatis æquitati & iuri conſonum æſtimamus. [f] † Quòd ſi infra tempus indultum reſtitutionem non petierit, & cauſam cum potuerit [g] non ducat † ad finem nõ obſtante ſpoliationis exceptione deinceps poterit accuſari.

† In antiquis codicibus ita, ſolet enim.

† extimamus

† Aliàs, inducat

¶ *Agenti ſuper rebus eccleſiaſticis, non obſtat exceptio ſpoliationis priuatarum rerum, vel econuerſo. Io. And.*

¶ Ad hoc ſancimus, vt rerum priuatarum ſpoliatio agenti ſuper eccleſiaſticis, vel econtrario, nullatenus opponatur. [h]

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Eccleſia quæ petit reſtitutionem decimarũ (quas ſe dicit infra parochiam alterius poſſediſſe) non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam. Io. And.*

verba: Riculum enim videbatur ꝙ criminaliter accuſatus accuſatorem ſuum per exceptionem ſpoliationis rei modicæ & vilis ab accuſatione repelleret: Et eſt ſimile quod dicit lex, ꝙ tutor à tutela excuſari non poteſt ratione controuerſiæ, quæ eſt inter ipſum & pupillum ſuũ: ne forte de omnibus bonis aut plurima parte bonorũ ſit cõtrouerſia. ff. de excu. tut. l. propter litem. Inſt. eod. ti. §. item propter litem. licet illud iure Auth. immutatũ uideatur in Authen. vt hi. qui obl. ſe hab. perhi. res mihi. §. 2. 3. & 4. colla 6.

ADDITIO. Vnde ſumpta eſt Auth. minoris. C. qui da. tuto. poſ. tamẽ ut dicit Hoſt. ratio legis abrogatæ durat, & allegari poteſt: de hoc de iudi. nouit. ver. nec ſit illud in 1. glo. Dicit autem Io. Mona. ꝙ æqua fuit hæc interpretatio: cum accidentia ſubiecta non denominent, niſi adſint in toto uel in maiori parte. allega. ff. de leg. 3. l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. & remittit inf. de uerb. ſig. ſicut. Io. And.

a ¶ A tertio.] ideſt ab alio quam ab accuſatore. 3. q. 1. epiſcopi. & q. 2. cum eccleſia.

b ¶ Tempus.] arbitrarium: ex quo certum non ſtatuitur, vt dixi ſupra.

c ¶ Sic.] ſcilicet ſpoliatus.

d ¶ Eludat.] malitijs autem indulgendum non eſt. ſupra qui matrimon. accu. poſſ. ſignificante. cum ſuis concordan.

e ¶ Quod.] ſcilicet, ꝙ iudex terminum ſtatuat.

f ¶ Æſtimamus.] & alij æſtimare debent. ſupra de re iudica. in cauſis. Et ſic compellitur aliquis agere. Ad idem. C. de inge. ma. l. diffamari, ſed non præciſe, ſed hoc ut excipere poſſit, vt hic uides. Ioann. Andr.

Agere quis cõpellitur in multis caſibus.

ADDITIO. xvij caſus in quibus compellitur quis agere notat hic Hoſtien. quorum aliquos not. Accurſius C. vt nemo inui. l. vnic. & ponit primo quattuor in perſonis quibus periculum imminet, ſi non agant: vt tutoribus & curatoribus. C. arbitr. tu. l. nomina. & de admin. tu. l. debitoribus. Secundo negotiorum geſtores, ſi ſint cognati domini abſentis: & facile ſit eis ſatiſdare ff. de negot. geſt. ſi autem. Tertio, procuratores. C. manda. procuratorem. & l. à procuratore. Quarto, adminiſtratores ciuitatum ff. de admin. re. ad ci. pertin. l. vlt. §. 4. & § penul. Quinto, hęres qui habet neceſſe vindicare mortem defuncti accuſando interfectores ipſius C. ad Sylla. l. prima. Sexto, quicunque litem conteſtatus fuerit, vel libellum obtulerit inſtante reo, in Authen. de lit. §. omnem. colla. 8. Septimo, venditor, qui excepit habitationem domus venditæ, quam alij locauerat: Vnde ſi inquilinus domum dederit: cogitur agere contra ipſum, & emptori reddere quæ fuerit conſecutus. ff. de actio. empt. Iulianus. aliàs incipit, inter eum. §. penult. Octauo, magiſter nauis, qui in ſolidum reddit uictoribus non detracto damno proportionabiliter. ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. Nono, cogitur colonus in dominum agere in caſu quem habes. ff. loca. cũ in plures. §. meſſem. Decimo. in caſu. ff. ne quid in loco publi. l. 2. § ſi quis in ſuo. verſic. idem Nerua ſcribit. Vndecimo in caſu ff. de leg. 1. ſi ſit legatum. § fi. Duodecimo, ſupra de offic. ord. ſignificauit. Tertiodecimo, in matre quæ neceſſe habet petere filio tutorem. C. qui pe. tu. l. matris. & l. cũ à matribus. Quartodecimo, in appellatione. de appellat. oblatæ. Quintodecimo, l. impediẽtematrimoniũ. ſup. de clan. deſpon. cum inhibitio. Sextodecimo, in nunciãte nouum opus. de no. ope. nunc. c. fi. Decimoſeptimo, cũ actor malitioſe tardat reũ conuenire. pone in ſcholari, de quo no. in præalle. l. vnica, C. vt nemo inui. quem conuenire intendit actor, cũ paratus fuerit ad receſſum, vt ſic ſe redimat. ſup. de reſcript. nonnulli. hoc ergo præcaueri debet de ſer. non ordi. cap. 1. Ad iſtantiã ergo ſcholaris bonus iudex aſſignabit terminum ciui, infra quem agat: & poſt quem ciuem illum non audiet. argum. hic, & l. diffamari. quam alleg. glo. ſupra de proba. licet. infra, de appel. legitima. C. de re. pign. ſi eo. ff. de op. leg. mancipiorum. ff. de cura. bon. dan. l. 1. ff. de bo. auct. iu. poſſi. ſi ſeruus. ff. de Carb. edic. l. 3. §. cauſæ. Ioan. And.

g ¶ Potuerit.] aliàs non debet ſibi imputari. ſup. eod. lib. de elect. commiſſa. ſupra de appel. ex inſinuatione. cum ſimilibus.

[Glo. ſeq. obiectionem dupliciter ſoluit: & duplicem rationem ſubdit.]

h ¶ Opponatur.] intelligit Ber. hoc quando inter eccleſiaſticas perſonas cauſa vertitur, ne ſit contra. ſup. de ordin. cogn. cum dilectus. Vel dic. quòd ibi de temporalibus contendebatur, quæ propriè priuata dicuntur: quia poſſunt à priuato poſſideri. res autem eccleſiaſticæ uocantur hic, quæ non cadunt in laicum, vt decimæ, & alia ſpiritalia ff. de leg. 3. l. hoc legatum. & eſt ratio huius dicti: quia agens nomine eccleſiaſtico, non agit ſuo iure, ſed nomine eccleſiæ: vnde ſicut procurator agens nomine alieno, de iure ſuo non excipit, ſic, nec hic. Ad hoc ff. de do. exce. ſi procurator. Item res eccleſiaſticæ ſunt publici iuris: ſed de publico ad priuatum non fit compenſatio. C. de compen. l. 1. & 3.

ADDITIO. Hoſtienſis remittit ad ſummam eodem tit. §. quando facienda. verſi. quid ſi uir. ubi tenet Hoſt. & idem Spec. de peti. & poſſ. §. 1. verſ. quid ſi ago. ꝙ agenti de matrimonio petitorio vel poſſeſſorio, nõ opponit coniux ſpoliationem rerum. Io. And.

AD decimas.] Primo caſum ſoluit rationem ſubdens: ibi, Quia eas. Et duos alios modos ſummandi generalius dicam ſuper 4 glo. Et dr̃ decret. hæc ſumpta fuiſſe de extrauag. Clemen. iiij. quæ incipiebat, cum inter canonicos: ſed illam non vidi. io. Andr.

CASVS. Canonici ſancti Nicolai percipiebant decimas de prædijs: quæ prædia erant infra meam eccleſiam parochialē: & conſtat, ꝙ ipſi excedebāt fines parochiæ ſuæ: & ſic poſſederūt decimas per magna tempora: hoc facto ego rector illius eccleſiæ parochialis anticipaui canonicos, & percepi fructus illorū prædiorū: Canonici voluerunt ꝯ me intentare interdictū vnde vi, pro recuperāda poſſeſſione: quæritur quid debeant probare iſti canonici pro obtinēdo in poſſeſſorio? Reſpondet Romanus Pontifex, quod cum ius commune ſit contra canonicos: nam ius commune dictat, quod decimæ prædiales ſoluantur illi parochiæ, infra cuius limites ſunt ſita prædia. Item cum ius commune ſit pro me rectore: quia conſtat illa prædia eſſe in parochia mea: certe antequam canonici poſſint obtinere in poſſeſſorio, vltra ſuam poſſeſſionem debent probare titulum medio cuius habuerūt poſſeſſionem: videlicet quòd dicant, quòd decimæ illæ pertinent ad ipſos ex donatione epiſcopi cum conſenſu capituli: vel ex donatione laici, qui habebat illas decimas infeudatas de auctoritate epiſcopi. Nota primo, quòd licet vna eccleſia, vel perſona eccleſiaſtica ſit capax iuris decimarum: tamen non poteſt decimas percipere, niſi mediante titulo: nec etiam poſſidere, quod plus eſt, niſi cum titulo, & titulus legitimus poterit eſſe donatio epiſcopi de conſenſu ſui capituli: vel legitima præſcriptio per xl. annos, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico. De iure ciuili habemus text. in Authen. quas actiones, C. de ſacroſan. eccle. De iure canonico in cap. de quarta. de præſcrip. in anti. Et ideo dicit gloſſ. quod laicus quantocunque tempore perceperit decimas in aliqua eccleſia parochiali, ſi rector illius eccleſiæ ſpoliauerit laicum: laicus contra rectorem non poterit intentare interdictum vnde vi: niſi alleget titulum, id eſt, infeudationem ante concilium Lateranen. non autem auditur, ſi alleget præſcriptionem: quia non poteſt præſcribere, cum non poſſit poſſidere. Nota vlterius, quod poſſidens aliquid contra iuris diſpoſitionem, præſumitur malæ fidei poſſeſſor. Nota finaliter expreſſum text. quòd decimæ prædiales de iure commun: ſpectant ad eccleſiam ſimplicem parochialem: licet non ſit baptiſmalis, de quo, ſupra de deci. cum contingat. Dominicus.

† Vide Matthę. de Afſl. dec. 326.

† Nota, ꝙ iſto verbo, canonici: venit capitulū ī actu, in quo requiritur capitulum, vel maior ps. Domi. & Phil. An tunc describi dēnt noīa ſingulorum. vide glo. 2. in c. ſi. ſ. de procura. Font.

CAP. II.

AD decimas,[a] † quas canonici[b] † ſancti Nicolai ſe aſſerunt[c] infra parochiam eccleſiæ B clerici poſſediſſe aliquādiu, & eis per eundem[d] clericum ſpoliatos fuiſſe, nequaquam debent reſtitui, niſi euidenter docuerint, quòd earum poſſeſſionem legitime aſſecuti fuiſſent: Quia eas occupaſſe[e] iniuſte veriſimiliter præſumuntur,[f] cum proueniāt ex prædijs infra alienam parochiam conſtitutis: Sitque manifeſtum (niſi aliud oſtendatur[g]) eas de iure communi ad eandem eccleſiam[h] pertinere.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Ad decimas.] Eccleſia, quæ petit reſtitutionem decimarum, quas ſe dicit infra parochiam alterius poſſediſſe: non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam.

b ¶ Canonici.] nomine ipſius eccleſiæ agentes: quod poſſunt, vt ſ. de proba. ex litteris. de conceſ. præben. ex parte. vbi de hoc. cum ſimi.

c ¶ Aſſerunt.] ex hoc inſultat præſumptio contra eos, quæ eis veriſimiliter obſtat: ſecus ſi hoc non contigeret, ꝙ illæ decimæ eſſent in alterius parochia: & facit ad ea quæ dicam, infra eo. lib. de præſcri. c. 1.

d ¶ Eundem clericum.] Nota litteram: quia hoc ius facit pro reo, & contra actorem: Si autem ſpoliati eſſent à tertio: ius commune licet faceret contra actorē, non tamen pro reo: vnde tunc decr. locum habere non puto: & facit quod dixi infra, de præſcriptio. capitu. primo.

ADDITIO. Vnde dicebat hic Ioan. Monach. hic patere, quòd agens reſtitutorio iudicio contra eum, qui iure communi iuuatur, debet docere de titulo: vel dicatur, quòd ſpoliatus petens reſtitui cō tra illum, qui iure cō muni probato iuuatur, ſuccumbit: ſi aliud non oſtendat. Io. Andr.

e ¶ Occupaſſe.] in mala parte: alibi in bona. 7. q. 1. factus. & ſupra eo. lib. de procur. ſi duo.

[Glo. ſeq. arg. ad opin. Ioan. contra Brixien. & fortificat textum.]

f ¶ Præſumuntur.] Nota ſecundum opin. Ioan. qui not. 14 quæſtio. prima, cap. primo, in gloſſ. poſſideri. quòd laicus reſtitutionem decimarum petere non poterat, per decret ſupra de præſcriptio. cauſam. Barto. Brixien. not. contrarium, cum laici decimas interdum poſſideant de facto. Ad decret. illam cauſam. reſpondebat, quòd decret. ipſa dicit, detinere, non dicit, poſſidere. Satis puto hanc decret. facere pro Ioan. vt niſi laicus probet ſe legitime aſſecutum, cum ſit contra eum præſumptio, non auditur: qui enim reſtitutionem petit, habet duo probare: ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe. ſupra eodem capit. olim 1. & 3. Et aliud eſt poſſidere. & aliud eſt in poſſeſſione eſſe, ff. de acquiren. poſſeſſio. ſi quis autem. Et eſt ſim. ſupra eod. ex tranſmiſſa. & quod ibi not. Hic ergo eſt præſumptio contra actorem: & ius commune pro reo: poſſeſſio ergo & ſpoliatio probatæ, non aduocant, vt fiat reſtitutio, petitorio probato pro reo, ad hoc de cau. poſſeſ. cum eccleſia. & capit. cum dilectus, ff. de rei vendic. officium. & idem videtur vbicunque factum eſt pro reo notorium. de diuor. ſignificaſti. [& hoc tenet Ioan. Monach.] Proprietas igitur pro reo probata, ipſum in poſſeſſione defendat ad hoc. ff. de ſuperficie. leg. 1. §. quod ait. ff. depo. l. bona fides. in fine.

Poſſidere & in poſſeſſione eſſe, ſūt diuerſa.

Spoliatus contra quē notorie cōſtat de non iure: nō debet reſtitui.

ADDITIO. Dicit etiam Archidiaco. hic, quòd propter fatuam allegationem actorum quaſi ſuper notorio, Papa ſic debuit iudicare. ad hoc. ff. de dolo. l. dolo, ff. vt in poſſeſſ. l. ſi is à quo. ff. de actio. emption. & vendition. l. emptorem. in princip. ff. de probat. circa, in fine. Facit quod dixi poſt Innocen. & Compoſtel. de conſuetu. cum inter. de priuileg. ex tenore. Ioan. Andr.

g ¶ Aliud oſtendatur.] Vt compoſitio, titulus præſcriptionis, priuilegium, vel aliud ſimile. de dona. Apoſtolicæ. infra, de his quæ fiunt à præla. cum Apoſtolica cum ſimil.

h ¶ Eccleſiam.] ſcilicet B. clerici. Io. Andr.

TITVLVS VI.

De dolo & contumacia.

¶ Innocentius quartus. †

† Alias ita, Inn. iiij. in cōc. Lugd.

¶ *Actor contumax condēnatur in expenſis: nec citatur vlterius ad ſui petitionem reus, niſi caueat de vēniendo, & comparendo.*

DE DOLO ET CONTVMACIA.

¶Dictũ fuit ĩ.ti.prox.de fatigatis vi ſeu potẽtia aduerſariorũ: nũc vero eſt videndũ de fatigatis aduerſariorũ dolo & contu. ideo annectit tit. de dolo & contumacia.

A Ctor.] Duplex eſt prouiſio ꝙ actoris contumaciam: ſecunda prouiſio: ibi, Ad citationem.

CAP. I.

A Ctor, [a] qui ad terminum [b] venire, ad quem citari aduerſarium fecerat, non curauit, [c] ve-

ADDITIO. Et vt dicit Io. Monach. prima repetit ius antiquum: alleg. de procur. auditis. C. quomodo & quando iudi. Auth. qui ſemel. C. de fruct. & lit. expen. non ignoret. Secunda adiicit ius nouum, quod vt dixit Innoc. alio iure non cauebatur. Sed Hoſtien. dicit, ꝙ ſatis eſt, ꝙ cauebatur alio caſu quo minus hoc videretur fieri debere, ſ. in Authen. libellum. quæ habetur 3.q.3. cap induciæ.§.libellum. & C. de lit. conteſt. Auth. libellum. & exponit eam hic totaliter, quod propoſito congruit: ſ. ꝙ ſit reus eius, ex quo actor fuit cõtumax, nec ad libellum porrigendum, nec ad porrectum proſequendum, nec ad aduerſarium citandum admittitur: niſi caueatur reo vel iudici: vt ibi de conteſtanda lite infra duos mẽſes: ſupplet etiam ꝙ in terminis comparebit, vt hic: vel omne damnum reſtituit. Multum violẽta eſt hæc expoſitio. Inducit etiam ipſe Auth. generaliter, C. de epiſc. & cler. ex quibus dicit ſumptam hanc decret. quaſi per modum innouationis illorũ iurium, quæ non ſeruabantur: vt etiam not. in præalle. Authen. libellum. 3.q 3.c.induciæ.§.libellum: in fi.2.glo. Quicquid dicat Hoſti. verum dixit Innoc. hoc alio iure non caueri: vnde dicit hic Archidiaconus, illas Authen. loqui etiam nulla contumacia præcedente. Io. Andr.

CASVS. Titius prætendebat me ſuum debitorem in decem: fecit me conueniri coram iudice meo competenti: ego reus in termino mihi aſſignato comparui: ipſe vero actor non comparet: quæritur qua pęna veniat actor non comparens pro ſua contumacia puniendus? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ipſe actor primo eſt mihi cõdemnandus in legitimis expenſis, quas propter hoc ego feci: Item eſt puniendus alia pęna: quoniam ſi velit denuo me conuenire per aliam citationem nouã, quia prima eſt perempta (l. & poſt peremptorium, ff. de iud in fi. legis, vbi edictum circunducitur: i. citatio extinguitur) & eſt expirata, neceſſaria eſt alia citatio: Et ideo ſi actor velit impetrare nouam citationem, debet mihi cauere ſub certa pęna, ꝙ in ſingulis terminis cõparebit: & ſi actor nolit præſtare illam cautionem, iudex debet ei denegare citationem: & hoc verum, ſi requiſitus fuerit iudex, vt ei denegaret citationem, niſi præſtat illam cautionem de comparendo in ſingulis aſſignationibus: Nam iudex non debet interponere officium ſuum ad priuatam vtilitatem: niſi requiratur à partibus l.4. ff. de dam. infec. cap 1. de iudic. in auth. ibi; quem cum petiiſſet aduerſarius introduci.

Nota primo ex iſto cap. ꝙ cum reus ad inſtantiam actoris citat, vt coram iudice compareat ad certum terminum: actori ſimiliter videtur ille terminus aſſignari: licet iudex non dicat actori, ꝙ ſibi talem terminum aſſignat, in tantum ꝙ actor non comparens eſt tanquã contumax puniendus. Nota vlterius, ꝙ actor non comparens eſt condẽnandus in expenſis, quas reus propter hoc fecit. Quæritur de quibus expẽſis intelligat illud? Quidam dicunt vt Dominicus de S. Gemi. ꝙ verbum, propter hoc factis, poſitum in hoc tex. refertur ad verbum, veniendo: ita ꝙ reus petat expenſas ab actore, quas ipſe reus fecit veniendo ſtando, & redeundo: ſed ſi fecerit alias expenſas: puta, pro concilio aduocatorũ, illas non poterit petere per modum præiudicij: ſed tñ illas poterit poſtea petere in fine cauſæ ſi obtineat. Cõtra tñ hanc opin. videtur tex. in l. cum quem temere, ff. de iudi. vbi dicitur, ꝙ faciens aliquem temere vocari ad iudicium, debet ſoluere viatica, & ſumptus litis. Item facit l. ſancimus, C. de iudi. vbi dicitur, quòd contumax debet ſoluere omnes expenſas, & damna, quæ fecit ipſe reus, vel actor comparens. Nota inſuper, quòd actor contumax in primo termino non debet à iudice obtinere aliã citationem pro faciendo citari reum, niſi pręſtita prius cautione ſufficienti, ꝙ fideliter comparebit in omnibus, & ſingulis aſſignationibus. Et oneratur tali cautione propter præcedentem contumaciam ſuam. quia præſumptio eſt contra eum, quod ipſe actor non comparebit ſicut non comparuit in primo termino: Sed pro intellectu huius cap. & totius materiæ, quæritur primo, vtrum tex. iſte procedat vt quis condemnetur in expenſis pro ſimplici citatione? Iſtam quæſtionem formauit glo. in cap. querelam. de procur in antiq. & dicit ibi glo. quòd debet fieri condemnatio expenſarum poſt citationem peremptoriam: ideo pro ſimplici citatione non eſt quis condemnãdus in expenſis: Nam dicit illa glo. condemnatio expenſarum eſt pro contumacia: modo quis non dicitur contumax pro ſimplici & prima citatione. Doctores dicunt contrarium, ꝙ etiam pro ſimplici citatione quantum ad condemnationem expenſarum eſt quis cenſendus contumax, etiam virtute vnius citationis: ſed non quantũ ad ſententiam diffinitiuam, vel miſſionem in poſſeſſionem. Quæritur ſecundo, quid ſi reus ſimiliter non comparuit: vtrum actor non ſit admittẽdus ad nouam citationem contra reum, niſi mediante cautione, de qua hic? Reſpondet glo ꝙ tunc non habet locum diſpoſitio huius c. immo contumacia contra contumaciã compenſatur: & iſtud facit contra glo. l. penul. de eo ꝑ quem fact. erit, ff. l. 1. vel 2 ff. ſi quis in iudi. quæ tenet, ꝙ licet neuter compareat; tamen iudex debet condemnare partes in mulcta pro intereſſe publico: & hanc opinionem tenent domini temporales. Pro quo ſciendum, ꝙ contumax non comparens coram iudice, offendit iudicem & rempublicam, pro quo venit condemnandus in emenda: quæ emenda eſt arbitraria. l. vnica. § ſi ff ſi quis iudi. non obtemp. Item contumax offendit ſuam partem aduerſam: & ratione illius debet contumax erga ſuam partem aduerſam condemnari in expenſis, & intereſſe. l. ſancimus. C. de iudic. Sed tunc ad quęſtionem quando neuter comparet: certum eſt, quod contumacia compenſatur, quantum ad partem. Sed quid quantum ad rempublicam: vtrum debeat compenſari? Glo. alleg dicit ꝙ non: Sed dicunt Doctores, ꝙ cum impoſitio mulctæ ſit regulanda ſm intereſſe, & damnum partis aduerſæ: vt de hoc eſt tex. notabilis, in l.2. ff ſi quis in ius voc. & modo quando neutra pars comparet, fit compenſatio: & poſtquam parti non intereſt, nec reipublicæ debetur mulcta.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶Actor.] Actor contumax condemnatur in expenſis: nec citatur vlterius ad ſui petitionem reus, niſi caueat de veniendo & comparendo.

[Gloſſa ſeq. recitetur per quęſtionem.]

b ¶Ad terminũ] Cũ indiſtincte loquat de quolibet termino, ſiue perẽptorio ſiue non, [1] intelligendum vr. Sicut & in reo dici ſolet, ꝙ pro qualibet contumacia etiã ante peremptorium condemnatur in expenſis: licet ſolum poſt peremptorium poſſit excommunicari, vel miſſionem pati. De hoc 74. diſt honoratus, in gloſ tot ſcriptis. 4. q. 5. in ſumma. & ſ. de procura. querelam. maior aũt eſt cõtumacia actoris non venientis, q̃ rei. 4. q. 1. c. j.

[1] Et ſiue ĩ principio cauſæ, ſiue in progreſſu, Franciſ. Hoſt. alleg. 19. diſt. c. 1. de priui. qa circa. ad eã ff de pu. de pretio. Ioã. And.

c ¶Non curauit.] cum potuiſſet: vnde nota negligentiam vel contemptum. ff. de re iud. contumacia. ad idem ſ. tit. proxi. cap. 1. § ſolet.

[Gloſſa ſequens vnum dubium ſoluit, de alio remittit.]

nienti [a] reo in expenſis † (propter hoc [b] factis legitime [c]) condemnetur: Ad citationem aliam minime admittendus, [d] niſi ſufficienter [e] cauerit, quòd in termino [f] fideliter [g] debeat comparere.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Iudex appellantem & recedentem citare vlterius non tenetur, ſi vult in cauſa procedere: niſi forſitan appellationi renunciet. Io. Andr.

CAP. II.

EVm, qui [h] à tua interlocutoria, vel grauamine, [i] quod per te [k] ſibi proponit illatum, à tua præſentia recedit appellans: [l] Cum proteſtari [m] uideatur hoc ipſo, [n] ſe nolle coram te de cętero litigare: citare ad alia, quæ poſtea in iudicio facienda incumbunt, [o] vel etiam ad ſententiam [p] audiendã: [q] Niſi ſponte appellationi ſuę renũciet, [r] nõ teneris. [t] Nec

a ¶ Venienti.] ergo non venienti non condemnabitur: ſed compenſetur contumacia contumaciæ. ff. de dolo. ſi duo, ff. de compen. l. ſi ambo. Si autem actor non venit: & iudex fuit abſens vel pręſens, ſed procedere non poterat: an fieri debeat cõdemnatio? dic vt not. in reo. §. eo. tit. cap. vlt.

† Intellige de expenſis quas fecit cõparẽs ex ſua cõparitione. Cyn. Bal. in l ſancimus, C. de iudi. de lucro quodcõparens amiſit: dic vt notatur in c. finẽ litib. de do. & cõtu. Phil. Fõ.

b ¶ Propter hoc.] ſcilicet ratione contumaciæ. de procur. auditis. infra de except. pia. ſup. eod. cum dilecti. & cap. finem. Et qualiter contra contumaces procedi debeat, dic vt nota ſupra eod. prout. & c. cauſam.

c ¶ Legitime.] quod dic, vt not. 2. q. 1. in primis, ſupra eo. tit. finem.

d ¶ Admittendus.] & ſic punietur i quo peccauit. ſupra de rẽ. ord litteras. in fine.

[Gloſ. ſeq. reci. per quæſtionem.]

Cautio ſufficiens dicitur, qñ dantur pignora vel fideiuſſores.

e ¶ Sufficienter.] vt ſic pignora, vel fideiuſſores dentur ff. man. ſi mandato. §. vlti. ſi autem hæc dare nõ poſſet, det iuratoriam. ſupra de do. poſt diuor. reſtit. per veſtras. vbi de hoc. ad idem. C. de epi. & cle. l. generaliter. Dicit autem Innoc. quòd ſufficit verbo cauere: quod poteſt uerum eſſe ſeruata prædicta diſtinct. Ber.

f ¶ Termino.] pimo ſcilicet, ad hoc ff. de verb. obliga. eum qui calend. s: & infra de præbend. non poteſt. §. 1. cum ſuis concor. Vel dic termino quocunque quo ad eius petitionem citabitur reus. hæc eſt. n. indefinita legis, quæ æquipollet vniuerſali, vt dixi ſ. e. lib. de elec. vt circa. ſic & cautio præſtatur de perſeuerantia litis vſque ad fi. C. de epiſ. & cle. Authen. generaliter.

ADDITIO. Dicit Hoſt. quòd ideo loquitur ſingulariter, vt det intelligere, ꝙ pro defectu cuiuſlibet termini locus eſt pœnæ. Ioan. And.

g ¶ Fideliter.] præſumitur autem malitioſe abeſſe, niſi contrarium probetur: ſ. ꝙ impeditus fuerit de re iudi. cum Bertoldus. de procu. querelam. vbi de hoc.

s In iſto c. ibi, videatur. not. Phil. ꝙ iudex nõ tenetur amplius citare, quẽ pręſumit nolle cõparere coram ſe, & proceſſus ſine citatione valet. clem. 2. 13. li. Fom.

EVm qui.] Soluit caſum dubium, & rationem interſerit, ratio: ibi. Cum proteſtari. Et vnum caſum excipit; ibi, Niſi. Ioan. And.

¶ Præſupponendum eſt quod habetur in gl. videlicet, ꝙ iudex non poteſt articulum in cauſa expedire, niſi pars fuerit citata: aliàs ſi expediret illum articulũ, Proceſſus eſſet nullus ipſo iure.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice competenti ordinario vel delegato, (non refert:) qui iudex tulit contra te aliquam ſententiam interlocutoriam: quia cum lis eſſet inter nos conteſtata: & vellem producere meos teſtes contra te: tu oppoſuiſti exceptionẽ, quæ teſtes repellebat ab examinatione & receptione: vnde non obſtante tua exceptione, iudex interlocutus eſt meos teſtes recipiendos & examinandos: a qua interlocutoria appellaſti: & petijſti Apoſtolos tibi dari: q iudex dedit tibi Apoſtolos refutatorios: iudex vult procedere in cauſa, & examinare meos teſtes: vtrũ poſſit te non uocato & non citato? Rñdet ꝙ ſic: nam cum recedendo ab ipſo per appellationem videaris proteſtari, ꝙ non intendis coram eo comparere; fruſtra te citaret: & ideo te non vocato & non citato, poterit iudex in cauſa procedere, & omnes alios articulos expedire: immo poterit ferre ſententiam diffinitiuam te non vocato ad audiendam ſententiam. Sed ponamus ꝙ interpoſita appellatione renunciaſti ſponte appellationi: iudex proceſſit ad alios articulos contra te non vocatum, nec citatum forte ad ſententiam diffinitiuam, vtrũ valeant tales proceſſus? Rñdet ꝙ non: quia ex quo renũciaſti appellationi tuæ, videris confiteri, ꝙ coram iudice comparebis. Nota primo, ꝙ recedens à iudice appellando, videtur nolle coram illo iudice litigare. Nota ſecundo, ꝙ qñ fit citatio ad ſententiam, debet in ea exprimi, ꝙ ad ſententiam audiẽdã citatur. vide tex. & glo. in clem. ſæpe, de ver. ſign. Dominicus.

[Prima gl. ſũmat, & dicit qd determinat.

h ¶ Eum, qui.] Iudex appellantem & recedentem citare vlterius non tenetur, ſi vult in in cã procedere: niſi forſitan appellationi renunciet. Et determinat notata per Innocen. de accuſat. ad petitionẽ, per Guil. in Spe. de citatione. §. viſo de temporum. verſi. quid ſi quis receſſerit.

[Gl. ſeq. recitetur per quæſtionẽ quia de diffinitiua.]

i ¶ Grauamine.] hoc dicit ex eo: quia ſi appellaretur à diffinitiua, iã functus eſt iudex officio ſuo de off. dele. in litteris. ff de re iud. iudex. Sed & idem in illo videtur quo ad executionem, quæ poſt ſententiã imminet facienda eadem ratione.

ADDITIO. Hoc intellige in caſibus, in quib. appellatio nõ impedit executionẽ, qđ dic vt ĩ de app. Romana. §. ſi autem.

k ¶ Per te.] loquitur iudici ſic ſupra de iureiur. c. vlti.

l ¶ Appellãs.] & fruſtratorie: qa ſi bñ appellaret ex cã & forma tunc ille à quo appellauerit iudex nõ eſſet: & ſic appellans contumax non eſſet. De reuocatione attẽtatorũ poſt appellationẽ habebis ĩ. de appel. nõ ſolum.

m ¶ Proteſtari.] Nota ꝙ ius fingit proteſtationem.

ADDITIO. De proteſtatione iuris & hoĩs remittit e Io. Mon infra de reg. iur. in generali. Ioan. And.

n ¶ Hoc ipſo.] appellando, & recedendo.

o ¶ Incũbunt.] conſiderato eo ſtatu. in quo tũc erat eſt.

p ¶ Ad ſententiam.] puta quia lis erat conteſtata, & liquet de cauſæ: vel talis eſt cauſa, in qua ſentẽtiari poteſt lite non conteſtata, quod dic vt ſup. vt lit. nõ conteſtata, quoniam. & ſupra eo. prout.

q ¶ Audiendã.] ſi non eſſet contumax, expreſſe citari debet ad ſñiam audiendam: aliàs non valeret ſententia parte abſente: ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto & de hoc not. ſ. de offic. dele. conſuluit.

r ¶ Renũciet.] expreſſe, [s] quod põt. 2. q. 6. cap. ei qui §. ſi quis libellos. C. de appel. ſi quis. & tacite ẽt litigãdo corã iudice à quo appellauit, appellationi renũciat. ſupra de offic. delegat. gratum de teſtib. cum veniſſet. ſi tamen intereſt aduerſarij, ad ipſius intereſſe tenetur: quod dic vt no. ſupra. de appel. interpoſita. §. ille denique.

s Dictio, expreſſe, q̃ hic habent recentiores codices, deeſt in antiquis exemplaribus.

[Gloſſ. ſeq. obijcit de tribus decretalibus, ad quas reſpondet: demum quærit, & ſoluit: & huic decretali reſpondet.]

t ¶ Non teneris.] videbatur contrarium per decre. ſ. de offi. deleg. cum olim. 1. vbi iudices citauerunt appellantem, quem putabant fruſtratorie appellaſſe. ad idem ſupra vt lite non conteſtata, accedens. 1. vbi etiam iudices citauerunt, quem putabant fruſtratorie appellaſſe: ad idem ſ. eod. prout, vbi Papa mandat citari eum qui fruſtratorie appellaret. Sed dic quod de neceſſitate

citari

citari non debet, vt hic. Ad decret. cum olim. & decre. accedens. dic ꝙ ibi factum narratur, non ius ponitur.[1] Ad decret. prout dico, ꝙ pro iſta parte facit, cum ibi Papa mandat citari ad malitiam conuincendam: ergo id de neceſſitate non erat, ꝙ ſcilicet citaretur, & de hoc conſa[t]uit recitari de accuſa. accedens. &c. ad petitionem. Sed quid dicemus de contumace: nũquid qui in vno actu iudicij fuit contumax, ad alios actus citabitur? Dic ꝙ ſic, vt ĩ. de teſtib. cum olim. in fi. vbi citatur contumax ad ſententiam audiẽdã: quia licet in vno actu contumax ſit: non propterea proteſtari videtur quòd in alijs contumax eſſe velit: ſed hoc malum contumaciæ ſub colore boni, ſ. remedij, appellationis defendit: quod ſimpliciter contumax non facit.

[1] Nota gl. & vide gl. I verbo collationem. ĩ. d rerum permu. c. 1. Do. Font.

Contumax in vno actu iudicij, an ſit citandus ad alios actus.

[†] Aliàs ſ ita: Inn. iiij. in cõcil. Lugdunẽ.

proceſſeris [a] tuus ꝓceſſus validus, [b] reputari dẽbit.

TITVLVS VII.

De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

¶ Innocentius quartus. †

¶ *Quando agitur de beneficio eccleſiaſtico, ob contumaciam rei, non fit miſſio in poſſeſſionem: ſed ad ſententiam lite non conteſtata proceditur.*

CAP. VNI.

EVm, † qui [c] ſuper dignitate, perſonatu, vel beneficio eccleſiaſtico...

ADDITIO Nota, ꝙ quando ad certum actum, vel articulum facta eſt citatio, indiſtincte verum eſt quod dicit glo. Sed ſi citatus eſſet ad totam cauſam, Placet Innoc. (de procu. auditis. vbi ſcripſi ſuper ver. concluſum. & in decret. conſuluit. de offi. dele. ad fi. ſuper ver. incũbit.) ꝙ ſine alia citatione ad vlteriora, & ad ſñiam procedi poſſit: quod intellexit Hoſt. qñ in citatione cõminatus fuit ſe etiam diffiniturum. ibi videas. Io. And.

[a] ¶ Proceſſeris.] aliàs de iure.

[Glo. ſeq. quærit, arguit pro, ſoluit contrarium.]

[b] ¶ Validus.] quid de iudicibus datis cum clauſula, ꝙ ſi non omnes? Oẽs ſimul non pronũciauerunt, ſed duo vnum: tertius vero aliud: illi duo volunt procedere ad executionem ſuæ ſententiæ, quæritur an poſſint tertio non vocato? Et videtur tertium ipſum non debere vocari. arg. huius decre. & ĩ. hoc lib. de arbi. c. 1. & ff. de re iudi. duo ex tribus. cum ergo ipſorum valeat ſententia: ergo & executio. Sed dic (ſecundum Io. Mona.) ꝙ vocandus eſt;[2] nam licet ſententia duorum teneat: tamen alius articulus qui emergit, eſt omnibus communis: ita ꝙ ad illum duo (tertio non vocato) procedere non poſſunt. ĩ. de offic. dele. cauſam. & c. prudentiam. §. adijcimus. aliàs ſequeretur, ꝙ ſi in aliqua termini aſſignatione vnus ab alijs diſcordaret: illi duo, illo non requiſito, poſtea procedere poſſent: quod eſt abſurdum.

[2] Verũ ſi in executione ſentẽtiæ ſit cognitio cauſæ: ſit aũt ſit nuda executio gl. falſa. Phil. Font.

DE EO QVI MITTITVR in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

¶ Dictum fuit ſ. tit. prox. de dolo & contu. verum quia ꝑ contumaciam rei actor regulariter mittitur in poſſeſſionem: ideo poſt tit. de do. & contu. annectit titulũ de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

EVm qui ſuper.] Primo ponit dictum: ſecundo ipſius rationem: tertio contumacis punitionem: ſecunda: ibi, Ne per hoc. tertia: ibi. Sed liceat.

CASVS. Secundum intellectũ gloſſæ, qui approbatur per Doc. Ego exiſtens in præſentia dñi Papæ ipſi Papę expoſui, ꝙ Titius erat intruſus in beneficio ſine titulo: & ſic vacabat: & tanto tp̃e ꝙ collatio ipſius beneficij erat deuoluta ad Papam: petebã vt Papa illud beneficium tanquam vacans mihi conferret: vnde Papa mandauit iudicibus, vt ſi conſtaret, ꝙ talis Titius fuit intruſus in tali beneficio. ꝙ illud beneficiũ mihi conferrent: Titius citatus corã iudicibus, licet fuerit citatus peremptorie, non comparuit: vtrũ iudices poſſint me mittere in poſſeſſionem illius beneficij? R̃ndet ꝙ non: quia cum non habeam titulum, nec inſtitutionem, ſi mitteret in poſſeſſionem ipſius beneficij, haberem ingreſſum vitioſum. Sed iudices non obſtante contumacia Titij intruſi, poterunt cognoſcere de defectu ſui iuris: & examinare teſtes, & procedere vſque ad diffinitiuam ſententiam: & mihi conferre illud beneficiũ. ſi eis conſtet ꝙ Titius intruſus nõ hẽat ius in bñficio. Alij intelligunt, ꝙ iſtud capl̃m loquitur in beneficio iã obtento: ſed à poſſeſſione ipſius aliqs fuit ſpoliatus: & ſcd̃m iſtum intellectum caſus ſic figuratur: Cũ eſſem in poſſeſſione alicuius beneficij, Titius me ſpoliauit: ago cõtra eũ interdicto vñ vi: Titius citatus eſt contumax, non comparet: peto me mitti in poſſeſſionem beneficij in primo decreto: certe non ſum audiendus: ſed non obſtante abſentia Titij citati (lite non conteſtata) potero informare iudicem, & docere de iure meo, & iudex proferret ſententiam diffinitiuam lite non conteſt. non obſtante abſentia ipſius Titij citati: & ſi docuero de meo iure, & iudici conſtiterit, mittat in poſſeſſionẽ, vel aliàs iudex procedet ſecũdum quod ſibi videbitur. Nota ꝙ glo. pro ſua opinione ponderat verbum, obtinendis: & verbũ, ingreſſus quæ faciunt contra opinionẽ illorum, qui dicunt, ꝙ iſtud capitulũ habet locũ in beneficijs iã obtentis. Nota vlterius, ꝙ cum agitur de beneficio eccleſiaſtico obtinendo: quia de iſto non eſt difficultas, data contumacia poſſeſſoris, non fit miſſio in poſſeſſionem in primo decreto: ſed debet executor datus cognoſcere de iure abſentis: & facere ius iſti præſenti, & accuſanti contumaciã abſentis: alias ſi iſte accuſans mitteretur in poſſeſſionem, in primo decreto haberet vitioſum ingreſſum: nam adhuc iſte non habebit titulum ſine inſtitutione: ideo iudex debet cognoſcere de iure abſentis, & proferre ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata: & iſte eſt vnus caſus, in quo põt ferri ſententia diffinitiua lite non conteſtata: contra illam regulã poſitam in capitulo, qm̃ frequenter, vt lite non conteſta. in antiq. Nota[3] vlterius ex primo intellectu huius capituli, ꝙ regulariter iudex non poteſt articulũ expedire contra abſentem non citatum legitime: & ſi aliquem proceſſum expediat, ille proceſſus erit nullus. l. 1. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcind.

[†] Amplia iſtud ca. ad fructus beneficiorũ, nec fiet eorum ſequeſtratio, niſi in clem. 1. de ſequeſt. poſſ. Phil. Font.

[3] Iſtud notabile cum tribus ſeq. debuit ſcribi in c. proxi. ſ. eo.

Nota, ꝙ vbi conſtat de intentione abſentis, ꝙ eſt deliberatus non venire, non eſt citandus: nam citatio fit ad iſtum finem, videlicet, ad explorandum animum citati, an velit venire vel non venire. Nota vlterius, quòd iudex dr̃ eſſe certus de intentione abſentis, ꝙ non vult venire ſi appellet, & à iudice recedat: quia videtur proteſtari, ꝙ non intendit amplius coram illo iudice à quo appellat comparere: ſed coram ſuperiore. Nota vlterius magis ſpecifice, quòd ſi quis appellet ab interlocutoria, iudex à quo poteſt procedere non citato eo, q appellauit. Nota arg. ꝙ perſonatus non eſt dignitas. de quo plene Archid. ſ. de conſue. c. 1. eod lib. Nota inſuper, quod iudex debet ſupplere pro abſente, quando procedi poteſt in cauſa contra eum: ſimilis tex. ſ. de arbi cap. 2. eod. lib. Dominicus.

[Glo. 1. ſummat & oſtendit hinc infringi duas regulas: & dicit quid declaret.]

[c] ¶ Eum qui.] quando agitur de beneficio eccleſiaſtico, ob contumaciam rei non fit miſſio in poſſeſſionem: ſed ad ſententiam lite non conteſtata proceditur. Ponit hæc decret. duos caſus ſpeciales cõtra duas regulas: Regulariter enim quando agitur reali ob contumaciã rei, fit miſſio in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. fallit in hoc caſu. Item regulariter nõ proceditur ad teſtium receptionem vel diffinitiuam ſententiam lite non conteſtata.

teſtata. Fallit in hoc caſu: & eſt ad declarationem corū quæ not. ī. de do. & contu. contingit.

ADDITIO. Et approbat hæc decret. quæ notauit Vin. ī vt lit. non conteſt. tuæ. item decr. iſta vt dixit Boatinus, non ſuperfluit propter decre. quoniam. §. porro. vt lit. non cont. quia ille §. ſpecialiter tractet de electione. iſta decre. generaliter. de cauſa beneficij. Item illa non expreſſe prohibeat fieri miſſionem: quod facit iſta. Ioan. And.

neficio [a] eccleſiaſtico [b] obtinendis [c] cum aliquo litigat poſſeſſore: [d] ob partis aduerſæ contumaciam, cauſa rei ſeruandæ in ipſorum poſſeſſionem ſtatuimus non mittendum: ne per [e] hoc ad ea ingreſſus patere valeat vitioſus. [f] Sed liceat in hoc caſu, contumacis abſentiam diuina replente præſentia, [g] etiam lite non conteſtata, † diligenter [h] examinato negotio, ipſum fine debito [i] terminare.

a ¶ Beneficio.] quocūque. [Maximo, medio, & minimo, ſecūdum Hoſti.] Ad hoc de præben. maioribus, de verb. ſigni. c. penult.

b ¶ Eccleſiaſtico.] ſecus ergo ſi ſuper temporali præbenda, vel temporali beneficio agatur: quia cum talia poſſint ſine īſtitutione canonica poſſideri, non habebit locum decretal.

† Nota ꝙ vbi ē contumacē non mittitur in poſſeſſionē & mora eſt periculoſa: proceditur ad diffinitiuā: dixi de mora periculoſa propter c. tuæ vt lite non conteſtata. Do. Font.

[Gloſſa ſeq. quærit. arg. & ſoluit, & ſolutionem impugnat.

c ¶ Obtinendis.] quid dicemus de obtentis? pone cōfirmatus eſt qui agit, & in poſſeſſionem inductus: & tādem ſpoliatus eſt, vt ī. de cau. poſ. cum olim. & cap. cū ſuper: vel petit ꝙ confirmatio de eo facta, vel collatio ſibi facta ſortiatur effectum. de conceſſio. præben. poſt electionem de appel. conſtitutis. 2. vel petit poſſeſſionē condictione ex canone, redintegranda. vt ī. de reſt. ſpo. ſæpe. Numquid in his caſibus ob contumaciam rei fiet miſſio? videtur ꝙ ſic, per hanc litteram, quæ dicit ſolū de obtinendis. Sed dic ꝙ non fiet hæc miſſio: tum quia decreta. huius ratio adhuc locum habet: tum quia ago de obtinendo quod non habeo, ſ. detentionem, ſaltem quæ apud alium eſt. ff. de rei vendi. officium. Item miſſio in poſſeſſionem eſt quoddam auxilium extraordinarium, quod habet locum ſolum vbi deficit ordinarium. ff. de mino. in cauſæ. 2. in princi. ſed hic procedi poteſt ordinatio iuris ordine lite non conteſtata, vt ſequitur: & apertius hodie probatur per cle. de iudi. diſpendioſam. ergo non habet locum miſſio. Et licet doctores [1] ſic teneant: tamen obſtat littera hic poſita, q̄ dicit; ingreſſus: non dicit, regreſſus. quaſi per id detur intelligi, & per verbum, obtinendis, ꝙ in recuperandis non habet locum decretalis.

1 Recitat hic Innoc. & tamē Hoſtienſis, & Guil. ī Spe. de cōtumacia. §. ſequitur. verſi. illud autem. & ibi refert ī hoc cōcordaſſe Cle. iiij. & omnes auditores. Idē Io. Mo. & Cōpoſtel. ī. de reſcri. capitulū, in fi. vlt. glo. vbi dicit ſic iudicatum: fatetur tñ ꝓbabile qđ ſequitur in glo & illud ēt quod ſequitur, tenuit hic F. Ver.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

d ¶ Poſſeſſore.] Quid ſi nullus poſſidet: ſed duo, pone coelecti petunt? Dic idem propter eandem rationem ī. de reſcrip. inter cęteras.

e ¶ Ne per hoc.] Ratio ſuperioris dicti.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.]

f ¶ Vitioſus.] non. n. poſſunt ex poſſeſſione haberi: ſed ſolū ex canonica inſtitutione. 2. q. 1. legum, de inſtitu. ex frequentibus ī. de reg. iur c. 1. ff. de decu Herennius. Si vero non ageretur de eccleſia tanquam de beneficio, ſed tanquam de proprietate: tunc bene haberet locum miſſio, vt probatur ſupra, vt lite non conteſt. c. 2. de eo qui mit. c. 1. ſup. de verb. ſig. dilecto.

g ¶ Præſentia.] C. de iud. properandum. §. cum autem ī. eod lib. de arbi cap. 2. in fi.

h ¶ Diligenter.] hoc ſemper eſt faciendum. 30 q. vlt. iudicantem.

[Glo. ſeq. reci. per quæſtionem.]

i ¶ Fine debito.] vt ſi liqueat vel liquere poſſit de cauſa, procedatur ad ſententiam: ſecundum ea quæ not. ī. de do. & cont. prout. & eſt neceſſe, ꝙ conſtet de iure actoris, ad hoc vt ſibi adiudicetur: nec ſufficit ꝙ conſtet poſſidentem ius non habere, vt ī. de reſcript. olim C. de rei vend. l. vlt.

TITVLVS VIII.

VT LITE PENdente nihil innouetur.

Vt lite pendente nihil innouetur.

¶ Superiori tit. fuit dictum de quadam innouatione, quæ fit circa poſſeſſionē propter contumaciā rei: verum q̄a poſſet dubitare aliquis, an lite pendente aliqua poſſint innouari: vel vtrum omnia debeāt remanere in eodem ſtatu: ideo ad nos informandum de iſtis, ponitur præſens tit. vt lit. pend. nihil innouetur. Ex quo tit. colligitur, ꝙ lite pendente regulariter nihil debet innouari: nam titu. qui habet ordinationem integram, ſolet facere ius, vt notant. doct. ſuper titu. vt lite non cont. in antiq.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Si ex duobus litigātibus electis alter decedat, renūciet, vel à proſecutione cauſa excludatur: ſi lite pendēte cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.

CAP. I.

Diſpen-

Diſpendijs.] [2] Tria facit: primo ponit conſtitutionis cauſam: ſecundo conſtitutionem prohibitoriam: ibi, Statuimus. tertio decretum: ibi. Aliàs.

2 Amplia iſtud c. ad poſtulationes, præſentationes. Phil. & no. ꝙ ſuperſtes in iſto caſu non poterit ab alia parte eligi. D. Font.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia collegiata vel regulari per mortem prælati, canonici, vel religioſi, conuenerunt in vnum tractaturi de electione prælati, & diuiſerunt vota ſua in duos: nam vna pars canonicorum vel religioſorum vnum elegit, alia pars aliū: quilibet electorum dicebat electionem ſuam præualere: nam licet vnus eſſet electus à maiori parte, alius à minori: tamen iſte qui fuerat electus à minori parte, dicebat ꝙ plures ex alia parte erant excommunicati: & ſic inter iſtos duos electos erat controuerſia de præualiditate electionis: pendente proceſſu, vnus iſtorum electorum mortuus eſt: vtrum pars canonicorum vel religioſorum, quæ mortuum elegerat, poſſit alium ſurrogare in locum iſtius mortui: & facere nouam electionem? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ iſti canonici vel religioſi non debent procedere ad nouam electionem, niſi prius conſtiterit, an electus ſuperſtes habeat ius in electione vel non habeat, ſed tamen ipſi canonici vel religioſi, qui mortuum elegerunt, poterunt aſſiſtere proceſſui. & conſtito, ꝙ iſte ſuperſtes non habet ius in electione: ipſi canonici vel religioſi poterunt licite procedere ad nouam electionem.

Nota primo ex iſto caſu, ꝙ ꝑ diuerſas electiones in diſcordia celebratas, eccleſiæ ſæpenumero patiūtur dāna & incommoda, quia non fit confirmatio alicuius: & pendente proceſſu nullus poſſet adminiſtrare: modo longæua vacatio ſolet afferre damnum eccleſiæ. ca. quoniam, vt lit. non conteſtat. in antiq. Nota ꝙ principes debent obuiare indemnitatibus ſuorum ſubditorum: & maxime eccleſiarum. Nota vlterius, principalem effectum huius cap. videlicet, ꝙ ſi duo ſint electi in diſcordia, & ſe opponant ne alia fiat electio: ſi pendente controuerſia alter moritur, illi qui elegerunt talem defunctum non poſſunt alium eligere donec lis fuerit finita cum ſuperſtite, & ſi conſtet ꝙ ſuperſtes non habeat ius, ipſi poſſunt procedere ad aliam electionem. Quæritur quæ differentia eſt inter præſens cap. & cap. ſequens? Reſpondet glo. ꝙ in iſto cap. nullus iſtorum litigan-

tigantium adhuc obtinebat beneficium, ſeu dignitatem de qua litigabatur. in cap. vero ſequenti alter litigantium habebat poſſeſſionem beneficij, poſtea alius mouit ſibi quæſtionem ſuper poſſeſſorio: & pendente lite mortuus eſt.

eodem titulo, cap. vno. Ioan. Andr.

f ¶ Mori.] ſ.de arbit. ex parte.

g ¶ Renunciare.] ſupra de reſti. in integr. c. 2.

h ¶ Excludi.] vt ſupra eod. lib. de elec. ſi forte. & cap. quamuis. & cap. cupientes. §. quòd ſi per viginti. & §. ſeq.

dijs,[a] quæ[b] propter electiones diuerſas eccleſiæ patiuntur interdum, occurrere cupientes: Statuimus,[c] vt ſi aliquibus apud ſedem Apoſtolicam,[e] vel alibi [d]litigantibus, ſuper electionibus de ſe in diſcordia celebratis, aliquem ipſorum mori,[f] vel ſuo iuri renunciare,[g] aut à proſecutione ipſius contigerit quoquo modo excludi:[h] ad electionem aliam (lite ſuper electione ſuperſtitis electi[i] pendente) nullatenus procedatur: Aliàs attentata contra hoc electio ipſo iure viribus non ſubſiſtat.[k]

¶ Idem.

¶ Si beneficiatus, contra quem ſuper beneficio litigatur, cedit, vel decedit: ſi alius lite pendente cum ſuperſtite fuerit electus, non valet electio: Si vero aliqui (quorum interſit) ad defenſionem litis velint admitti: in eo ſtatu, in quo erat cauſa, admittentur. Io. Andr.

CAP. II.

SI hi contra

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Diſpendijs.] ſi ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à proſecutione cauſæ excludatur: ſi lite pendente cum reliquo, fuerit alia electio facta, non tenet. Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Inno. & Hoſt. ſ. de arbi. ex parte. & de elect. dudum. 2. & de reſtitu. in integ. cap 2. & Cōpoſtel. de conſti. cum M. ad finem.

ADDITIO. Et Guil. in Spec. de app. l. penul. ver. verum. Io. Andr.

b ¶ Diſpendijs quæ] dicitur diſpendium longum, & inutile: Compendium breue & vtile. de hoc de reſcri. c. diſpendia. [ſ. hoc libro.]

[Goſſa ſequens dicit hoc ius nouum: obijcit, & ſoluit.]

c ¶ Statuimus.] conſtitutio iſta noua eſt ſaltem in quantum dicit electionem nullam: maxime non interueniente aliqua inhibitione, vt ſupra de arbit. ex parte. Sed dices, nonne ſecunda electio facta, prima non caſſata, caſſatur. ſupra de election. conſiderauimus? Item nonne ſecunda electio facta, prima non caſſata, valet interdum; ſecundum ea quæ not. ſupra de electio. auditis. ſcilicet quando prima nulla erat, & eligentes erant priuati poteſtate eligendi: Sol illa iura, & quæ in illis not. locum habent quando ſecundo electio fit prima non caſſata, & nondum in litigium deducta: & ſic intelligantur not. in dicto cap. auditis. iſtud cap. & ſequens loquuntur quando in litigium erat res deducta: & tunc ſecunda electio ipſo iure ſit nulla.

d ¶ Alibi.] videbatur Hoſtien. differentiam facere ſupra de electio. dudum. 2. in gloſſ. nunquid in hoc caſu. inter cauſas quæ pendebant in curia, & extra curiam. Arg. decr. de maio. & obed. per tuas. de appel. ſi duobus. ſed quo ad caſum noſtrum. nulla ſit differentia, vt hic vides.

[Gloſſa ſeq. reſpondet, ꝙ quomodo duas ſolutiones ponit: primam approbat: in ſi. remittit.]

e ¶ Litigantibus.] Litigioſa eſt res, de cuius domino quæſtio vertitur inter petitorem, & poſſeſſorem conuentione iudiciaria, vel precibus principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis. C. de litigio. Authen. litigioſa. Dicunt tamen rem litigioſam non eſſe niſi per litis conteſtationem. facit pro eis ſupra de offic. delegat. relatum. in Authen. de litigioſis. §. omnem. collat. 3. & optime. ſupra de verbo. ſignific. ex parte. 2. Litis conteſtatio dicitur litis exordium. ſupra de offic. delegat. ſuper quæſtionum. §. intentionis. Sed dic contra[a] per ſupradictam Authent. litigioſa. & probatur ſupra de offic. delegat. gratum. vt lit. penden. cap. 1. & ex ijs quæ ibi not. Hoſt. ſupra de teſti. cauſam quæ. 2. C. quando libel. l. 1. & 2. Quid autem quo ad hunc tit. inducat litis pendentia, habes in cle.

[a] Idē Do. Phili. vide gl. 11. q. 1. c. ſi. Font.

i ¶ Electi.] & in caſu iſto quærimus de iure ipſius defuncti, vt ſciatur de iure ſuperſtitis coelecti. Ad hoc. 2. q. 1. in primis. licet enim appareat defuncto amplius nō deberi, non propter hoc ſequitur ſuperſti ti viuenti deberi. ad idem ſupra, de reſcr. olim.

ADDITIO. Dicit Archid. ꝙ etiam propter eligentes ferenda eſt ſententia, vt ſciatur an penes ipſos, vel quos ex ipſis remaneat electio: an vero ſit ad ſuperiorem deuoluta. ſupra de electio. cum Vintonieñ. in antiq. & ſupra eod. lib. & titu. quamquam. Sic & mortuo homine fertur ſententia propter bona. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. l. 2. Ioan Andr.

[Glo. ſeq formant duas quæſtiones, quas ſoluit.]

k ¶ Non ſubſiſtat.] Quid ſi poſtea appareat illum ſuperſtitem ius non habere: nunquid conualeſcit dignitas, vel beneficium in iſto? Dic ꝙ non: quia quod ab initio, &c. 10. q. 3. c. placuit. §. poteſt. ſup. de elect. auditis. infra, de reg iu. non firmatur. Sed nunquid de nouo poterit eligi? Credo quòd ſic, per decre. ſupra de elect. ſuper eo.

ADDITIO. Hoc intelligitur vbi non eſt vitium perſonæ, vt quia electus non acceptauit ſciens caſum, & ſe liti non immiſcuit: licet enim non ſit in cauſa caſſationis primæ electionis, quæ à principio fuerat nulla: hic tamen culpa incidens in facto, iuſte faciet caſſari ſecundam. ſupra de exceptio. cap. primo. in fine. de conceſ. præbend. cap. 1. & infra de præbend. ſi beneficia. Ioan. Andr.

SI hi contra quos.] Primo ponit ſtatutum prohibitorium interferens cauſam: ſecundo decretum: ibi, Quod ſi. Tertio prouiſionem illius cuius intereſt: ibi. Sane.

CASVS. Titius poſſidebat beneficium, quod dicebā ad me pertinere, & ſpectare mediante iuſto titulo, & canonica inſtitutione: & dicebant Titium eſſe intruſum in illo beneficio: vnde feci eum citari, & conueniri ſuper petitorio vel poſſeſſorio (non refert) ſm Dñicum de S. Gemi. forte intentaui interdictū vti poſſidetis, vel vnde vi, & ſic poſſeſſorium: vel intentaui petitorium: lite pendente ipſe Titius poſſeſſor mortuus eſt, vel renunciauit iuri ſuo in manibus ſuperioris: Quæritur, vtrum ille ad quem ſpectat collatio illius beneficij, poſſit illud conferre, vel ad illud præſentare idoneam perſonam, ſi ſit patronus, nondum finita lite: quia collator vult conferre alteri illud ius quod defunctus hēbat: an poſſit? Rñdetur, ꝙ non, lite pēdente: & ſi fiat, nō valet collatio, nec pñtatio, nec electio, ſi bñficiū ſit electiuū: ſecus ſi petitor eſſet mortuus, quia alius poſſet ſubrogari loco mortui. Rō eſt, quia ſuperſtitis petitoris intereſt vt nō fiat ſubrogatio i locū alterius; nā ſi faciat docere de iure ſuo, ipſe facilius obtinebit poſſeſſionē bñficij, q̄ ſi alius eſſet ſubrogatus loco illius qui poſſidebat.

Sed iſta ratio ceſſat in petitore mortuo: nam poſſeſſor propter hoc non amittet poſſeſſionem: & ipſius poſeſſoris non intereſt: quia paria ſunt ꝙ ſubrogatur litiget eum ipſo, vel ipſe ordinarius.] iuxta cap ordinarijs ꝟ. de offic. ordi. iſtomet libro. Sed quid ponamus, quòd mortuo poſſeſſore ordinarius vult ſuſcipere defenſionem loco defuncti: nũquid ordinarius, vel alij quorum intereſt, poſſunt adeſſe cauſę, & ipſius cauſa ſuſcipere defenſionem? Rñdet ꝙ ſic: dum tamen ſuſcipiãt defenſionẽ in eodem ſtatu, in quo defunctus eam dimiſit. Nota primo ex iſto textu, ibi: dignitatibus & perſonatibus, ꝙ perſonatus non eſt dignitas: aliàs fruſtra diuerſis nominibus appellaretur. l. ſi idem, C. de codicil. tamẽ iura vtuntur iſtis nominibus promiſcue, vt ĩ cap. cum acceſſiſſent. de conſtitu. in antiq. vbi primiceriatus vocatur dignitas. perſonatus, & officium. Qualiter autem differant, tractat Panor. in cap. de multa de præb. in antiquis. Nota principalem effectum huius capituli, ꝙ lite pendente inter aliquos ſuper beneficio, ſi moritur conuentus: non poteſt ordinarius alium ſubrogare loco illius defuncti, niſi mortuo prius ſuperſtite: Sed hodie impetratur à principe, vt poſſit fieri ſubrogatio, non obſtante iſto cap. & hoc quãdo poſſeſſor moritur: ſecus ſi petitor, vt dictum eſt in poſitione caſus. Nota ꝙ ordinarius licet non poſſit alicui ſubrogare loco defuncti poſſeſſoris: poteſt tamẽ adeſſe cauſæ: & tunc ſummarie dẽt probare quod ſua intereſt: quo probato, admittetur ad defenſionem cauſæ: & tunc debet aſſumere cauſam in eodem ſtatu, in quo defunctus eam reliquit: non autem poteſt petere, vt cauſa de nouo inchoetur.

Not. Phi. & Petr. de Anch. ꝙ in beneficialibus eſt vera poſſeſſio, & illa eſt cauſa quare in talibus fiũt poſſeſſoria, ſicut in profanis: & limitant iſtũ text. Anch. & Do. non ꝓcedere in petitore decedente. neque obſtat clem. 1. §. ſi vero. ꝟ. eod. quia illa intelligit, qñ nulla lis pẽdet mortuo petitor. Itẽ limitat tex. quando lis eſt inter ꝓuiſum à Papa, & eum ad quẽ ſpectat prouidere Phi. F.

quos [a] ſuper dignitatibus, perſonatibus, vel alijs eccleſiaſticis beneficijs, quæ poſſident, [b] litigatur, [c] lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter nouos aduerſarios, qui malitioſe [d] interdum petitoribus ſubrogantur, litigia in eccleſiarum diſpẽdium prorogari contingat: Statuimus, ut dignitates, perſonatus, vel beneficia huiuſmodi, [e] donec contra ſuperſtites lis finita [f] fuerit, alijs nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quiſpiam, vel etiam præſentetur. [g] Quòd ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum habeatur. ¶ Sane † ſi ad defenſionẽ ipſius litis, aliqui quorum intererit, [h] petierint ſe admitti: eos in illo ſtatu, [i] in quo ipſam inuenerint, decernimus admittendos.

qui contra illos recedentes vel decedentes litigabãt, ex eo litigabãt, quia dicebãt illas dignitates vel beneficia ad ſe ſpectare: aliàs nulla fieri haberet dilatio. Pone. n. ꝙ clericus ꝯ clericum agit, petens ipsũ ab eccleſia remoueri, quia criminoſus vel cõcubinarius: moritẽ clericus accuſatus lite pendẽte, cedit, vel decedit numquid per hoc impedietur illi ad quos electio vel ꝑſentatio pertinet eligere vel ꝑſentare? Dic ꝙ non: qa ſtatim illo cedente, vel decedente finita eſt lis: & ſic non hẽt locum hæc decretalis: quæ dicit expectandum finem litis cũ ſuperſtite: & crimina extinguũtur morte. 23. diſt. quorundã cum ſuis concord. Si aũt petit illum ab eccleſia remoueri, & illã ſibi aſſignari, quã dicit ad ſe ſpectare: tunc locũ hẽt decret. ad hoc ſ. ꝺ reſe. olim ¶ Præſentetur.] No ta dñam eſſe inter collationem, electionẽ, & præſentationem: quia hæc tria hic ponuntur pro diuerſis: hẽs hoc expreſſum. ꝟ. de præben. cum in illis § cum autem.

Iſte verſi. eſt notabilis: & ratio huius verſ. eſt: quia iſti venirent ex perſona ſui auctoris: ſecus in ignorãte & iſte exiſtẽte extra curiam. Pet. & Do. Font.

Quid aũt ſi clericus ꝺ poſitus appellet: vide notata in c. nõ ſolum, in ſi. vlt. gl. ꝟ. de app. F.

TITVLVS IX.

De confeſſis.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugd.

¶ Super facto negatiuo per partem improbabili (ſi iudici videbitur) eſt admittẽda poſitio. Dom.

CAP. I.

STatui-

(Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Si hi contra quos.] Si beneficiatus, contra quẽ ſuper beneficio litigatur, cedit, vel decedit: ſi alius lite pẽdente cum ſuperſtite fuerit electus, non valet electio: Si vero aliqui quorum interſit, ad defenſionem litis velint admitti: in eo ſtatu, in quo erat cauſa, admittẽtur. Emanauit hæc decretalis propter ea, quæ ſ. proxi.

[Glo. ſeq. diuerſitatẽ præcedentis caſus declarat.]

b ¶ Poſſident.] Iſta ergo eſt diuerſitas inter iſtum caſum & præcedentem: quia in præcedẽti nondum erant beneficia adepti: ſed de electione litigabant: hic beneficia iam erant adepti.

c ¶ Litigatur.] Expone vt dixi ſ. cap. proxi.

d ¶ Malitioſe.] hoc fiebat iſto modo: litigabatur contra me ſuper beneficio meo: cum ego non poſſem contra aduerſarium me defendere: renunciabam, vt beneficium conferretur alicui potenti: qui litigantem iniuria & iure vexaret.

e ¶ Huiuſmodi.] Poſſeſſa ſ. per illum cedentem vel decedentem, contra quem litigabatur.

[Gloſſa ſequ. primo exponit per locum à diuiſione ſecundo quæſtionem ſoluit.]

f ¶ Finita.] ſi apparuerit illos ius habere, nulla fiat electio: alias fiat electio vel ꝑſentatio poſt ſententiã, per eos, ad quos pertinet. Et intelligo, decretalẽ iſtã, cũ illi

g Quæ tranſiuit in rem iudicatam: tunc enim eſt finita lis l. 1. ff. de re iud. Phil. F.

h ¶ Intererit.] puta qui eligunt cedẽtem: vel ꝑſentauerunt, vel cõtulerunt: vel forte quia expectabant primã vacaturam: & ſic iſtud beneficium velut modo ceſſione vel morte vacans, ſibi dicit deberi: vel ſimiles perſonæ.

[Gl. ſeq dicit qd declaret: & exprimit fraudẽ antiq.]

i ¶ In illo ſtatu.] optima fuit prouiſio. & declarat q̃ notãt Inno. & Hoſ. de iu. quia V. ducebãt. n. cãm illi bñficiati vſq; ad finẽ: tẽpe ſententiæ cedebãt: ſubrogabãtur aduerſarij, quos oportebat de nouo citari: & iudicium incipi. † qui iterũ producebãt cãm vſq; ad concluſionẽ, & poſtea cedebãt: Iterũ veniebant alij, & idẽ faciebãt: & ſic non erat litiũ finis: & idẽ fiebat olim de nouitiis electis vel ꝑſentatis: ſed de illis hodie ſublata eſt dubitatio ꝑ hæc verba. Et cõtra hoc nõ dabat Hoſt. aliud remediũ, niſi ꝙ interpellata ſedes Apoſtolica ſuper his ꝓuideret, & veritatẽ inquireret: ſed hic optimum datum eſt remedium, vt in eo ſtatu admittantur, &c. & ſic erit finis litium, & concor. ad hoc ſ. eo. lib. de electio. vbi periculũ §. ſane. & ꝟ. de exceptioni. pia.

ADDITIO. Et optime facit. ff. de noxa. ſi quis à multis §. ſi. cum l. ſequenti, in principio.

† Non eſt ex iure primi: ſed ex noua collatione ſecundus ſibi ius vẽdicat: Vnde licet in bñficijs ſit ſucceſſio, ſi tñ hæreditaria. 8. q. 1. Moyſes. & c. ſeq. Et ſic non obſtat. ff. de iudic. tam ex ꝯſẽtibus. cum ſimil. ſecundũ Io. Mo. Io. And.

DE CONFESSIS.

¶ Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedẽtiũ de actus reſpicientibus ordinationem litis: Nunc vero eſt dicendum de actis: quæ reſpiciunt merita & defenſiones cauſæ, vt ſunt confeſſiones, probationes: quare recto ordine annectitur titul. de confeſſis.

ADDITIO. Dicit Io. Mon. iõ melius intitu. rubricam cõfeſſis, q̃ de poſitionibus: quia poſitiones nõ curamus in ſe, ſed ꝑꝑ finem: ꝑꝑ reſpõſionem. ſ. ex qua hẽ confeſſio: hunc enim finem reſpicit moralis philoſophus; & hæc ſcientia ſupponitur ethicæ, id eſt, morali ſciẽtiæ, vt ſatis dixi in proœ. decre. ſuper 1. glo. Io. And.

STatuimus.] Hæc decr. nõ diuiditur propter breuitatem: Determinat autẽ notata per Hoſt. in ſum. de prob. §. quis debet probare. verſi. numquid ergo. & in Spec. de poſi. §. 7. videndum. verſicu. 8. Quæ dat intelligere.

gere, ꝙ dubium non procedebat in negatiua iuris, qualitatis, vel facti prægnantis: vel facti determinati, quæ veniunt in probatione: & per conſequens in poſitione, Remiſſiones ponit glo. non poſſunt. Ioan. And.

Summariũ & caſus domini Heliæ.

¶ Decretalis iſta ſm dominum Heliam ſic ſummatur: Licet poſitio negatiua non poſſit probari, niſi per confeſſionẽ aduerſarij: eſt tñ ipſa poſitio admittenda de æquitate: licet non eſſet admittenda de iuris rigore: quia de iuris rigore illud poteſt poni quod poteſt probari.

mus, † a vt poſitiones

Vide Paulũ de Caſt. conſil. 167. inci. ad primum in 2. vol. & Cy. in l. 2. §. ſed quis, C. de iur. calum.

1 Pro intellectu huius cap. præſupponendũ eſt quæ dicantur poſitiones: vnde eſt ſciendum, ꝙ cum actor libellum cui petijt per reũ rñderi: & reus rñdet eidem libello facto in proſa: poſtea lite ſuper eodem libello conteſtata, actor deducit ſuum factum quod cõtinetur in libello per articulos: & illi articuli vocantur poſitiones: eo quia ſic incipiunt, ponit in iure, & iudicio, &c. ſicut dictum eſt de articulis probatiuis à libello agẽtis extractis, qui appellantur, intendit: quia ſic incipiunt, intendit talis actor coram vobis. Et fuerunt inuentæ poſitiones, vt ponens releuetur ab onere probandi per confeſſionem aduerſarij: & iſtis poſitionibus tenetur pars aduerſa perſonaliter reſpõdere per verbum credit, vel non credit mediante ſuo iuramento. c. 2. ĵ. eo. Item præſupponendum, ꝙ iudex non debet indiſtincte admittere omnes poſitiones, ſed debet videre an ſint aliquæ captioſæ & impertinentes: & ſuper illis ferre interlocutoriam ſententiam, ꝙ tales poſitiones, ſunt admittendæ: & tales ſunt impertinentes, & reijciendæ.

Caſus. Tu & ego litigabamus coram iudice competenti: lite inter nos conteſtata feci meas poſitiones: inter quas erat aliqua poſitio negatiua: ita ꝙ illa poſitio continebat merum & purum factum, quod non poteram probare: vtrum iudex debeat admittere talem poſitionem negatiuam? Reſpondet Romanus Põtifex, ꝙ ſic: & licet de rigore iuris talis poſitio non ſit admittẽda: tamen de æquitate poterit iudex illam admittere: immo ſecundum Hoſtien. iudex debet illam admittere & ſi non admittat, ab eo poterit appellari: quia licet talis ſit mere negatiua, & ſic non poſſit probari: tñ pars aduerſa forte confitebitur iſtud factum negatiuum.

Poſitiones poſſunt fieri ante litis conteſta. & poſt.

Nota primo, ꝙ litigantes in cauſa poſſunt facere poſitiones, & ante litem conteſtatam & poſt: licet aliqui dicant, ꝙ debent fieri poſt litem conteſtatam, & non ante: quia bene verum eſt, ꝙ in principali negotio debẽt fieri poſt litem conteſtatam, vt in c. prox. ĵ. eo. ſed in emergentibus & exceptionibus, quæ opponuntur ante litis conteſtationem, poſſunt fieri poſitiones lite non cõteſtata. Nota vlterius principalẽ effectum huius ca. videlicet, ꝙ licet mere factum negatiuum non poſſit probari per teſtes: tamẽ illud factũ negatiuum poteſt poni adeo ꝙ talis poſitio eſt admiſſibilis: & eidem poſitioni tenebit pars aduerſa rñdere: aliàs ſi noluit rñdere, talis poſitio hẽbitur pro confeſſata, vt in c. ſeq. Nota vlterius gl. q̃ ponit decẽ p modũ ſummæ in materia poſitionis.

Negatiuũ factũ, licet ſit improbabile, eſt tñ ponibile.

[Glo. ſeq. per modũ ſummæ recitetur ſic: Circa materiam poſitionum quærit de decẽ: Primo quid ſit poſitio: Secundo, vnde ortum habuit: Tertio, ad quid fiat: Quarto, in quo differat ab interrogatione: Quinto, quis reſpondeat poſitioni: Sexto, quando fiat. Septimo, qualiter fiat: Octauo, ſuper quo: Nono, de cautela ponentis: Decimo, de poſitionis effectu.]

a ¶ Statuimus.] Circa poſitionum materiam, quæ nõ habentibus practicam noua & ignota videtur, ſcire debes primo, ꝙ poſitio ſm Gof. eſt dictum loco interrogationis poſitiuum, vt quod olim interrogatiue fiebat, fiat hodie poſitiue: pone ĩ terminis. dicebat olim actor, quærite dñe iudex, an ſit hæres, & ex qua parte? hodie dr: pono te eſſe talem hæredem. Item pono te hæredẽ ex aſſe. Sed hodie etiam fiunt interrogationes, & ante litem conteſtatam: quod dic vt not. de iuramen. calumniæ, c. penult. & etiam poſt litem conteſta. ff. de interr. act. vbicunque. etiam ſi ſit concluſum in cauſa, vt ſ. de fide inſtrumen. cum Ioannes. Vnde poteſt deſcribi, ꝙ depoſitio eſt breuis verborum formula, mentem proponentis continens ad veritatem eliciendam concepta.

Poſitionis deſcriptiones.

[Vincentius dixit, ꝙ poſitio eſt aſſertio alicuius dicti, vel facti, vt ad ipſum reſpondeamus. Ioan. Mona. dicit, ꝙ eſt narratio facti nondum probati ad experientis intentum directe, vel indirecte ſpectantis, ꝙ intenditur probari per reſponſionem aduerſantis. Cyn. in l. 2. de iureiur. propter cal. dan. ponit diffinitionem. Io. de Aret. qui dixit, ꝙ poſitio eſt alicuius ſubſtantialis, vel adminicularis articuli cauſæ in iure facta expreſſio, ſeu aſſertio. Iac. vero de Rauẽna diffinit, ꝙ eſt credulitas aſſerta, habens annexã interrogationem: vel iudicis ſuppletionem conferens ad probationem, vel vt ipſum, vel adminiculans. Archi. dicit hic, ꝙ poſitio eſt aſſertio alicuius facti, quo per reſponſionem ad ipſam pertinẽtem obligatur reus: & actor probandi onere releuatur: Cũ poſitio etiam fiat per reum: incaute expreſſit de reo, & actore in deſcriptione.] Habuit autem hoc verbum ortum nõ ſolum ex vſu hominum diu in cauſis inolito: ſed ex antiqua lege, ff. de leg. 3. Offidius. §. ex diuerſo. ibi: pone (inquit) in credito, &c. ad idem ſ. de lit. conteſtat c. vno. de elec. dudum. 2. & ĵ de teſti. c. præſentium.

Poſitiones vnde habuerint ortũ.

Fiunt autem poſitiones, vt per confeſſionẽ aduerſarij releuetur ponens ab onere probandi, vt hic, & ff. de iureiu. cum qui. 1. reſponſo. nam & ad hoc fiunt interrogationes, ff. de interrog. act. l. 2. 3. & 4. Differunt autem poſitiones, & interrogationes: quia poſitiones aſſertiue fiunt, illæ interrogatiue: poſitiones à parte, illæ à iudice. Et dicunt quidam, ꝙ poſitiones tantum fiunt poſt litem conteſtatam, interrogationes ante tantum: quorum vtrumque falſum eſt: de interrogationibus ſupra dixi: de poſitionibus infra dicam. Ad poſitiones autem reſpondere debet pars, non autem aduocatus: immo ſolent cauti iudices tunc reſpõdentes aduocatos expellere.

Poſitiones quare fuerunt introductæ.

Poſitio & interrogatio qualiter differant.

1 Scire tamen debes, ꝙ aduocatus qui docet clientulum falſum reſpondere, tenetur aduerſario illius dãna ſarcire, quæ ob hoc pertulit: puta ex onere probandi, vel amiſſione cauſæ. 50. diſt. ſæpe. ſ. de iniur. c. vlt. ff ad legem Aqui. qui occidit, §. vlt. vnde ſolent aduocati dicere clientulis; ſi hoc confitearis, cauſam perdes, nec dicunt, ſi negaueris, animam perdes. de ſimon. Matthæus. in fi.

1 Verũ qñ conſtat, ꝙ ſis admittẽdus: ſecus ſi hoc non conſtaret. Font.

Scire debes ꝙ poſitiones fiunt in cauſa: & ad eas reſpondetur per iurm calumniæ, vel veritatis in cauſa præſtitum: vnde videtur, ꝙ ſolum poſt litem conteſtatam fieri habeant: cum poſt litem conteſtatam iuretur. ſup. eo. lib. de iura. calum. c. 1. Sed dic, ꝙ quãdocunque faciendæ ſunt probationes, fieri poſſunt poſitiones ſiue ante litis conteſtatio. ſiue poſt.

Poſitiones qñ poſſint fieri.

Nec obſtat quod de iuramento dictum eſt ſupra: quia iudex ponentem ante litis conteſtatio. faciet iurare ſe credere & æſtimare verum eſſe quod ponit: & aduerſariũ, quod verum reſpondebit: poſſunt enim ante litis conteſtationem exceptiones opponi, ſuper quibus facienda eſt probatio: ad cuius releuationẽ fiant poſitiones: pone enim, excipitur ꝙ actor excõicatus eſt, quia pcuſſit clericũ, & ſic ab agendo repellendus: ponet ipſe reus & hoc modo: Pono, ꝙ percuſſiſti talẽ. Itẽ, ꝙ in tali parte corporis. Itẽ quòd cum gladio. Itẽ ꝙ in tali loco. Itẽ ꝙ tali die. Itẽ ꝙ talibus præſentibus. Item ꝙ turbatus ex tali cauſa percuſſiſti illum. Item ꝙ animo iniuriandi. Item ꝙ ille tunc erat clericus. Item ꝙ erat in poſſeſſione clericatus. Item ꝙ ſciebas illum clericũ eſſe. Itẽm quòd vidiſti eum tonſuram & habitum clericalem deferentem. his per actorem confeſſatis, probata eſt excõicatio: aliàs reus hoc probat mutando verba, & dicendo, intendit probare, &c. Poſt litis conteſtationẽ pone, quòd peto ab eccleſia aliquem, quam contra iura retinet remoueri: dicam, pono ego talis iuramento meo, ꝙ talis habet, & poſſidet eccleſiam S. Petri. Item quòd habet & poſſidet eccleſiam S. Marci. Item quòd quælibet earum habet curam animarum. Item quòd eas poſt concilium acquiſiuit. hoc confeſſato, ſuccũbit

reus:

reus: niſi diſpenſationē vel iuſtam cām oſtendat: & idē in ſi. Scias aūt ꝙ poſitiones fieri debēt ſup contentis in libello: & ad ea pertinentibus, vel pertinere valētibus: ex parte actoris ad intentionē fundādā: ex parte rei ad extenuandā. 4. q. 4. c. 1. Fieri aūt dēnt de facto rei: q̄a ad factū alterius non cogit rñdere, ff. ꝓ ſuo. l. fi. Et ſunt in ſcriptis offerendę iudici, vt videat an ſint impertinentes, impoſſibiles, captioſę, negatiuę, ſaluo eo quod hic dr̄: & ſic eas repellat. & de hoc dicā j. prox. quas ſi admittēdas viderit, in actis curię ſuæ ſcribi faciet, de ꝓb qm̄, ſup. eo. li. de reſcr. cū ĩ multis. ff. de re iud. l. acta. ad illas poſtmodum faciat aduerſariū reſpōdere, vel de veritate, vel credulitate 1 habita diſtinctione, an de veritate vel calumnia tantum ſit iuratum, j. tit. proxi. c. 2. & reſponſiones ſcribi faciet ſic; fatetur, vel negat: credit, vel non credit. Cum autem ex iuramento de calumnia vel de veritate reſpondet: an poſſit dicere, dubito. not. ſ. de iura. calum. cum cauſam. in 2. glo. Caueat autem ponens à poſitionibus ſuæ intentioni cōtrarijs, vt ſi agat petitione hæreditatis, vel quorum bonorum, nō dicat ſe poſt mortem poſſediſſe defuncti: Si agat Publiciana, non ponat ſe emiſſe à vero domino: Si agat, vti poſſidetis, non dicat aduerſarium poſſidere: & idem in ſimilibus. Eſt autem poſitionis effectus, vt is qui ponit. quod ponit, confiteri dicatur, 2 vt j. de iureiu c. vlt. vbi dicam de hoc: & an poſitio, vel reſponſio ad eam reuocari poſſit.

a ¶ Negatiuas.] quæ eſt ratio, quare poſitio de negatiua, quæ aliter probari non poteſt, fieri non poterat. 3 Breuis eſt ſolutio: negatiuæ quædā probari non poſſunt, ſuper quod dic vt no. Io. 6. q. vlt. accuſator. Ber. ſ. de elec. bonæ. 1. §. contra vero. Accur. ff. de probat. l. 2. ſed poſitio in locum probationis venit: illud ergo in poſitione debet admitti quod admitteretur in probatione. de hoc not. Gof. ſ. de elec. dudum. 2. Item poſitio negatiua probari debet: ſed negatiua non probatur, vt ſupra, ergo, &c. Item negatiua poſitio non ponit: ſed remouet. Et hoc ſiue ſit negatiua explicata, puta ꝙ non cognoui Bertam. de frig. c. 1. vel non fui citatus. de elec. bonæ. ſiue implicata, vt pono, ꝙ in electione tantum quattuor canonici præſentes fuerunt: de cau. poſ. cum eccleſia. poſitiones ergo has negatiuas iuris rigor repellit: ſed æquitas eas admittit, ſi iudici videbitur, vt hic.

ADDITIO Dicit Ioan. Mona. negatiua dicit carentiam: & ſic non exiſtentiam: & non entis non ſunt ſpecies, nec differentiæ, ſecundum Philoſophum, Cum ergo probatio habeat fieri per principia, ſicut cauſatū habet oſtendi per cauſam, & principiatum, vt ſpecies per genus & differentiam: & quia hoc habet affirmatiua, & non negatiua: ideo affirmatiua probari poteſt per rerum naturam id eſt, per principia quæ ſunt inducentia naturam rei propter hoc dixerat Petr. de Bellap. ꝙ ius ciuile talem probationem non nouit, vt ponit Cy. vt C. de non nume. pec. l. 3. in fi. Io. Andr.

b ¶ Non poſſunt.] Pone nego litteras ad lites de mandato domini impetratas. 4 Vel nego pecuniam numeratam, quam promiſeram inſtrumento ſolenni: & ſpe futuræ numerationis. [Vel ſi pono ꝙ non fuiſti inſtitutus de auctoritate diœceſani. de cler. peregr. c. ſi. de inſti. c. 3. ſecundum Hoſtiē.] Hæc & ſimilia non poſſunt probari niſi per confeſſionem aduerſarij.

ADDITIO Et ideo cū non ſit niſi vna ſpecies probationis, magis ſuccurrendum eſt ponenti arg. ſ. de teſti. c. vlt. & j. de teſti cogen. dilectorum. de proba. c. 2. & c. ad noſtram, ff. de teſti. l. curent. C. de reb. credi. generaliter 1. reſponſo. C. de hær. l. pen. ſecundum Hoſtien. Ioan. Andr.

c ¶ Aduerſarij.] dicebant quidam doctores antiqui negatiuam poſitionem admittendam indiſtincte. Et quod dicitur, ꝙ negatiua probari non poteſt, verum eſt per teſtes: per confeſſionem autem aduerſarij bene. & probatur hoc ſup. de tempo. ordi. dilectus. de æta. & qual. c. vlt. Io. Andr.

d ¶ Iudices.] ordinarij, delegati, vel arbitri, ſ. de probat. quoniam. ff. de arb. l. 1.

ADDITIO. Et C. de arb. l. pen. §. vlt. Hoſtien.

e ¶ Poſſint.] nō quicquid iudicis poteſtati permittitur, iuris neceſſitati ſubijcitur, ff. de iudi. l. non quicquid. ad hoc, ff. de offic. præſi. l. ſæpe. & l. ſeq. Per quæ vr̄, ꝙ optioni iudicis relinquatur: peccat tamen iudex reijciens ex quo poſitio facit ad cauſam, & ęquitas ſuadet, cum æquitas ſcripta, rigori iuris ꝑferatur. C. de iud. placuit. de fur. & ſer. cor. l. ſi quis ſeruo. & æquitatem ſemper habere debet præ oculis, vt 4. q. 3. c. 1. & j. de re. pm. c. vno ff. de eo quod cer. lo. l. ꝙ ſi Epheſi. in fi. nec ſit arctanda probandi copia 14. q. 2. quamquam. C. de proba. l. vlti. ſm Hoſt. tenetur: 5 & ſi non admittat, poterit appellari. Ioan. An.

negatiuas [a] (quæ probari non poſſunt [b] niſi per confeſſionē aduerſarij) [c] iudices [d] admittere poſſint, [e] ſi æquitate ſuadente viderint expedire.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Si reus iuſſus, poſitionibus reſpondere recuſat: vel ſi contumaciter recedit: habebuntur pro confeſſatis: ſecus ſi prius quam ſic iuſſus eſſet, contumax fuerat: nā tunc procedetur contra eū tamquam contra contumacem. Io. And.

CAP. II.

SI poſt præ-

SI poſt.] Sunt duo dicta: Secundum ibi, Verū. Dom.

CASVS Tu & ego litigabamus corā iudice ordinario vel delegato: lite conteſtata ſuper meo libello, dedi meas poſitiones, & aſſerui eas medio meo iuramento, dicendo: credo illud qđ pono eſſe verum: hoc facto petij, vt tu reſponderes meis poſitionibus: vñ iudex tibi ꝑcipit, vt tu rñderes meis poſitionibus per verbū credit, vel non credit: tu autem recuſas rñdere: quæritur, qua pœna venis puniendus? Rñdetur, ꝙ meę poſitiones habebuntur ꝓ confeſſatis: Et iudex poterit & debebit te comdemnare in petitis. nam de petitis conſtat per tuam confeſſionem interpretatiuam. i. inductam ex interpretatione iuris: & iſtud verum, niſi ꝓponas aliquā exceptionē. Sed quid ſi non comparuiſti in die tibi aſſignato ad rñdendum meis poſitionibus: an poſitiones habeātur ꝓ confeſſatis? Rñdet ꝙ non: ſed contra te poterit iudex ꝓcedere tamquam contra contumacē: nā ſi non liquet de cauſa, iudex te excōicabit, vel mittet me in poſſeſſionem. Nota primo eſt iſto c. ꝙ facta litis conteſtatione, antequam fiāt poſitiones, debet ꝑcedere iuramentum de calumnia: hoc tñ non eſt de ſubſtantia, vt dictum fuit ſ. de iura. cal. c. 1. Nota ꝙ ſi iurato de calumnia, ponens fecit iuſſum fieri aduerſario, vt poſitionibus rñderet: & aduerſarius nolit rñdere, tunc poſitiones habentur ꝓ confeſſatis: & ſic tacens habetur ꝓ cōfeſſato, ſi confeſſio vergat in detrimentum & ꝑiudiciū ſuum: Et ſi negatio tenderet ad ſuum ꝑiudicium & incommodum: ſimiliter poſitiones haberentur ꝓ negatis. Nota vlterius, ꝙ quis poteſt rñdere poſitionibus ſuæ partis aduerſæ per ꝓcuratorem: dum tñ ille ꝓcurator habeat ad hoc ſpeciale mandatum, & ꝙ poſitiones ſint inſertæ in ꝓcuratorio: & detur mandatum ꝓcuratori, vt fateatur talem poſitionem, & talem: alias non haberet mandatum ſufficiens. Nota ꝙ paria ſunt, non venire ad iudicium, vel venire, ſed cōtumaciter recedere concor. c. 1. de iudi. in antiqu. Nota ꝙ maior eſt contumacia illius, qui comparuit, & non vult facere illud quod ſibi facere incumbit, quàm illius, qui non comparuit: hoc habet præſens capit. nam maior pœna imponitur ei, qui comparuit & contumaciter receſſit, quam ei, qui non comparuit. Nota etiam, quod taciturnitas

1 Et hoc ſolum no. hic In. ſ. qđ ſufficit qñque rñdere credulitate, remittit, j. ti. 1. c. 2. Io. A.

2 Sic vt aduerſarius ſi dēat probare qđ pars ponit: non tñ poterit ex illa poſitione tanq̄ ex confeſſione cōdēnari. Dom. hic obſtat c. fi. hic alleg. ſed illa poſitio fuit per partē acceptata, q̄ ſi non fuiſſet acceptata, poterat reuocari. cap. mulieri. de iureiu. vide Do. in c. abbate ſane, j. e. de re. iu. 2. col. Fon.

3 Dicit Ho. hoc inductum ꝑꝑ timorem periurij: vidēs em̄ rñdens ꝙ probare nō poterat, facile deieraret. Io. A.

4 Hanc ponit per iuramētum de credulitate, ſequentem bene ꝑt ponere per iuramentum veritatis. Io. And.

5 Idē Ioan. Mo. & Archi. non rñ dicunt Hoſti & alij ꝑdicti id qđ ſequitur de appellatione. Io. An.

turnitas

taciturnitas habetur pro confeſſione. Ad hoc de poſtu. p̄la. c.1. & de ord.cog. c.cum dilectus. Nota finaliter, ꝙ recedens a iudicio ſine iudicis licentia, punitur tanquam contumax. ad hoc, de iudi. c.1. 11.q.3. certum. & de electio. ſi poſtquā. ſ. eo. lib. Dom.

ſtitū[a] veritatis aut[b] calūniæ iuramentum,[c] reus[d] vel procurator[e] ipſius, poſitionibus ab aduerſario ſibi factis interrogatus iuſſuſque[f] à iudice † reſpondere abſque rationabili[g] cauſa recuſet, aut nolit, ſeu contumaciter ſe abſentet: haberi debet ſuper his, de quibus in eiſdē[h] poſitionibus interrogatus extitit, pro confeſſo.[i] ¶ Verum ſi

[Prima gloſſa ſummat, & dicit vnde ſumpta.]

a ¶ Si poſt præſtitum.] Si reus iuſſus poſitionibus reſpondere recuſat, vel ſi contumaciter recedit, habebuntur pro confeſſatis: ſecus ſi prius quam ſic iuſſus eſſet, contumax fuerat: ſed tunc procedetur contra eum, tanquā ꝯ contumacē. Tracta fuit hæc decre. de extrauag. Alex. quę incipiebat, retuliſti. aliàs, dilecto filio. Io. A.

b ¶ Aut.] quoad ſpiritales cauſas exponimus ꝓ et, in eis enim in vtroque iuratur, vt ſ. de iura. calum. c. 1. §. vlt. & ſic eſt ſimil. C. de verb. ſign. cum quidam.

c ¶ Iuramentum.] nota ꝓ opinione illa, quæ habet, ꝙ ſolum poſt litem conteſt. fiant poſitiones: Sed dic vt dixi ſupra, c. ꝓx. & reſpicit quod communiter fieri ſolet.

[Glo. ſeq. quærit, opi. ponit, & ſoluit contrarium.]

d ¶ Reus.] Quid de actore vel eius ꝓcuratore? Dicūt quidam, ꝙ cadit ab inſtituta actione, ſ. de iura. calum. c. vlt. C. de iuramen. calum. l.2. § quòd ſi actor. Ad poſitiones enim rūdetur ex vi iuramenti: & ideo pœna iurare nolentis hic locum habeat, quod non credo: ſed dic vt dixi ſupra in proxima glo. ꝙ hic reſpicit, quod cōmuniter accidere ſolet, ſiue poteſt, ſcilicet, ꝙ actores ꝓbare habent, & ſic poſitiones facere: ſed idem ecōuerſo, ſcilicet, vt habeatur ꝓ cōfeſſo: cum actoris & rei ſit æqua conditio. ī. de reg. iur. non licet. cum ſimil.

e ¶ Procurator ipſius.] nota ꝓcuratoris contumaciam poſt litem conteſtatam domino nocere, de hoc ſ. vt li. non conteſt. c.1. in fi.

ADDITIO. Hoc etiam ꝓbatur de taciturnitate: & facit ff. de procu. non ſolum. in prin. vbi de hoc. & aliquid dixit Inno. de poſtu. præl. c.1. & Gui. in Spe. de poſi. nono, poſt prin. Ioan. And.

[Glo. ſeq. dicit quæſtionem ſolui.]

f ¶ Iuſſuſque à iudice.] Per hanc litteram bene vr̄ determinata illa antiqua altercatio, qua quæritur: ſi iudex citat partem, etiam poſt iuramentum præſtitum, vt veniat rūdere poſitionibus: & citata venire nō vult: an poſitiones habeantur ꝓ cōfeſſatis? Et licet quidā 1 dixerunt quòd ſic, puto ꝙ non: 2 Ecce enim ꝙ text. dicit, iuſſus a iudice, & ne credat aliquis ꝙ talis iuſſus factus per nuntium ſufficeret, ꝑmittit, interrogatus: ille igitur licet ſit iuſſus ꝑ nuntium, non per iudicem. (& hoc conceſſo) non tamen eſt interrogatus à iudice, ꝙ reqrit hæc conſtitutio: vnde & infra ſubmittitur (verū ſi antequam rūdere ſic iuſſus fuerit) ſcilicet ab ipſo iudice interrogatione ꝑmiſſa. Maiorem ergo reputauit contumaciam illius, qui interrogatur à iudice, & ab eo iuſſus rūdere non vult: quàm illius qui citatus per nuntiū, vel litteras, etiā hoc expreſſo venire non vult.

ADDITIO. Opinionem glo. tenet Archi. & Dy. videtur concordare in regula contra eum. ī. de regu. iur.

[Glo. ſeq. recit. per quæſt. quæ ſit rationabilis cauſa: & ponit xij. exempla.]

g ¶ Abſque rationabili cauſa.] Puta ſi poſitio ſibi propoſita ſuperflua eſſet, vel impertinens, 3 quæ probata non releuaret. C. de probat. ad ꝓbationem. 30. quæſt. vltima, iudicantem. ibi, ad rei veritatem, &c ſupra de officio Archidiac. vt noſtrum. Vel obſcura. 4 diſtin. erit. de ſponſalib. de muliere. C. de tranſaction. vt reſponſum. Vel generalis. ff de lega. 2. Titia 1. reſponſo. Item ſi ſit de facto alieno, vt dixi ſupra, c. prox. Item ſi ſit captioſa: puta quæ detegat periurium reſpondentis, non eſt admittenda: puta pater conuentus iurauit nil eſſe in peculio: tutus eſt igitur exceptione iuriſiurādi à patre delati: niſi pro rebus poſtea q̄ſitis: poſtea in poſitione dicuntur aliquæ res fuiſſe in peculio tempore quo iurauit: per hanc detegitur periurium eius: vnde reſpondere non cogitur. ff. de iureiurand. l. duobus. §. finali. Nulli enim inicijendus eſt laqueus. 17. quæſtio. 1. de viduis. Item ſi ſit multiplex, vt pono, quòd poſſidens talem eccleſiam ad tale monaſteriū pertinentem: vel pono quòd Titius filius P. debet mihi x. vel his ſimilia: poſſet enim alterum eſſe verum, alterum falſum: & ideo petitur explicari vel ipſe idem explicet dicendo vtrumque falſum: vel hoc verum, hoc falſum. Vel poterit ſimpliciter poſitionem negare: etiam ſi alterum verum ſit. ff. de rebus dubi. ſi is qui ducenta. §. vtrum 3. quæſtio. 9. pura. 9. diſtinct. ſi ad ſcripturas. Vnde videtur, quo ad multiplicem poſitionem reſpondere bene teneantur, cum habeat ſupradicta remedia. Ad hoc optime infra titulo proxi. præſentium. §. præterea. Conſueuerunt autem aduocati dicere, pono hæc: & ſi non credis coniunctum, pono diſiunctum: ad quam tamen reſpondere non compellitur, 4 vt quibuſdam videtur, per iura ſupradicta: non enim ponit vt debet. Item ſi poſitio ſit iuris, vt pono, quod impubes poteſt condere teſtamentum: vel his ſimilia: & ad hoc non compellitur reſpondere: 5 cum enim ius quis probare non cogatur, ſed factum: ergo nec ponere, cum ſuccedat in locum probationis. ſupra eodem capit. proxi. ergo tamquam ad ſuperflua non cogitur reſpondere. item ſi ſit impoſſibilis, vel contra naturam, vt ſi ponit virginem peperiſſe: vel patrem iuniorem filio. 17. quæſtio. 2. c. decreta: §. cum ergo. ad hoc ſupra de confeſ. c. vlti. & quod ibi not. ff. de interrogat. actio. l. confeſſionibus. & l. ſeq. Item ſuper crimine eius contra quē fiunt, non admittuntur poſitiones. 6 de pœn. diſt. 1. cap. quis aliquando. §. item illud. Ioannis. verſi. non tibi dico. Hæ ergo & ſimiles, ſint rationabiles cauſæ, propter quas reſpondere nō teneatur. Item ſi procuratori fiunt poſitiones ſuper aliquo emergenti, de quo probabiliter non imputetur domino: ſi non inſtruxit procuratorem, bene habebit procurator inducias ad conſulendum dominum: ſecus in principali ſuper quo à principio inſtrui debuit. ſupra de iuram. calum. in pertractandis. vbi de hoc per Inno. & Hoſtien.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium.]

h ¶ Eiſdem.] ſcilicet quibus reſpondere non vult: & ꝑ hanc litteram dico, ꝙ in quibuſdam reſpondeat: & poſtea alijs rūdere nolit: ille quibus iam rūderat, non habebuntur pro confeſſatis, ſi eas negauerit: pœna enim vlterius non debet extendi, &c. de his quæ fiunt à maio. parte Cap. quæſiuit. Ioan And.

[Glo. ſeq. quærit, arg. opi. ponit, & ſoluit. finis ponit dictum, quod additio corrigit.]

i ¶ Pro confeſſo.] numquid ipſo iure, aut per ſententiam? Videtur ꝙ per ſententiam: & hoc tenet Ioann. Mona. ſecundum ea quæ not ſupra, de iur. cal. c. vlt. dicebat Tan. ꝙ tacens non habebatur ꝓ confeſſo, nec pro negante: per regu. ff. de reg. iur. qui tacet ī. e. tit. is qui tacet ibi dixi. Quid ergo fiet? ſecundum eum compellitur reſpondere ꝑ excomunicationem: in poſſeſſionē miſſionem, captionem pignorum, mulctam: & his ſimilia. ſ. vt lite non conte. tuæ. & c. quoniam. ff de vent. in ſpi. l. 1. §. cogenda igitur. ff ſi quis ius di. l. vna. & facit ſecundum Hoſt. de elect. bonæ. verſi. contra legati. Sed hodie pro confeſſo haberi debet, vt hic vides. Ad hoc ff. de interrogat. actio. de ætate. §. qui tacuit. & idē iuris de obſcure rūdente, niſi declaret, vt ea. l. §. nihil. Et qđ dicit,

† Not. Hoſ. ſ. c. prox. & Arch. hic, ꝙ ſi is, ꝯ quem ſit poſitio ad inſtantiā aduerſarij iudice non præcipiente rūdeat, tenet reſponſio. ff. de inte. ac. l. ſi ſine. ſupra de dolo, prout. vbi de hoc. Io. Andr.

1 Quos vide in Spec. de poſi. §. octauo. ver. itē quæritur. & § nono. ver. verū & §. decimo. verſi. poteſt. I. A.

2 Idē Bar. in l. 2. C. eo. Panor. in c. cū cām. de iur. calū. Guido Papæ cōſ. 7. & Decius c. 1. lect. 1. de iudi.

3 Et de hoc cōſtat in dubio tutius ē admitti: ſaluo iure impertinētiū: & ita ſeruatur. Io. An.

4 Verū eſt, ſi ſimpliciter dicatur, peto poſitionibus reſponderi: ſi poſitio ſit cum qualitate indebita: vn̄ ſi debitū códitionale petatur pure, tota poſitio negari pōt. ar. c. 1. ſ. de plus peti. Do. Font.

5 Bene dicit niſi poſitio fieret de iure ſpeciali, vt ſtatuto, conſuetudine: aut de iure dubitabili, vt puta de vna extrauagante. Do. Font.

6 Fallit ſi crimen ſit notoriū: de accu. qualiter & qn̄, aut ſi de crimine ſit infamia. Fel. ſ. c. cum cauſam. de teſta. Do. F.

dicit, ꝙ habetur pro confeſſo, intellige ſi confeſſio eſt damnoſa: aliàs ſi eſſet ſibi vtilis, haberetur pro negante [1] vt ff. de interro. act. l. non alienum, & l. de ætate. § 1. vſque ad 6. In interrogationibus procedat hoc: in poſitionibus non credo, in quibus ſatis ſit ponenti, ꝙ habeat intentũ ſuũ. Io. And.

[1] Idẽ Hoſt. & Arch. & Gui. ĩ Spe. depoſit. §. nono. verſi. item illud. Io. An.

ADDITIO. Diuerſitatis ratio: quia iudex ſuper dubio interrogat, nec iurat: pars vero ponit ſuper certo, & iurat. Io. An.

a ¶ Ratio dictauerit.] quod dic vt notat. ſupra, de dolo & contum. prout.

antequam reſpondere ſic iuſſus fuerit, eum contumaciter abſentari contingat, tunc pro confeſſo nõ debet haberi: ſed eſt aliàs contra eum tamquam cõtra contumacem (prout ratio [a] dictauerit) procedendum.

DE TESTIBVS & atteſtationibus.

TITVLVS X.

De teſtibus [& † atteſtationibus.]

† Hæc duo verba: & atteſtationibus deſunt in pleriſq; manuſcriptis.

¶ Gregorius nonus † in cõcilio generali Lugdunenſi.

† In manuſcriptis, reliquis demptis, legitur ita: Gregorius nonus.

¶ *Socius in crimine ſimoniæ admittitur in teſtem, ſi ſit ſocius criminis tantum, & agatur ciuiliter: aliàs non. Io. And.*

CAP. I.

Mediatores, [b] † per

† Vide c. ꝗ̃uis ad abolendam. ti. de ſimo. in 2. compil. vnde hęc decre. videtur ſumpta. & c. p tuas. il primo. cũ ibi nota. in hac editione, ti. de ſimonia.

Continuatio Domini Heliæ.

¶ Dictum fuit ſupra tit. prox. de confeſſis. verum quia ſæpe cõtingit, ꝙ pars aduerſa non cõfitetur poſitiones actoris, ſed illas negat, & ſic actor arctatur ad probandum ſua facta, quæ poteſt probare regulariter per teſtes, ideo poſt titulum de confeſſis conuenienti ordine ponitur titulus de teſtibus. Notanter dicitur, ꝙ facta probantur regulariter per teſtes: quia aliquoties ſcriptura eſt de ſubſtantia actus: non tamen eſt de ſubſtantia probationis ipſius actus. l. 1. C. de fide inſtrumentorum.

Mediatores.] ponit dictum, cui ſubdit duplicem determinationem.

¶ Præſupponendum pro intellectu huius ca. quando dicatur quis agere ciuiliter pro crimine ſimoniæ: Dicendum ꝙ in crimine ſimoniæ dicitur quis agere ciuiliter etiam ſi agat & tendat ut ſimoniacus priuetur beneficijs ſuis: ſed ſi agat & tendat ut priuetur ordinibus ſuis: dicitur agere criminaliter. Secundo præſupponendũ eſt, ꝙ aliquotiens quis eſt ſocius criminis & muneris ſimul: aliqñ quis eſt ſocius criminis tm̃ & non muneris: vt volebam obtinere ab ep̃o Pictauen. aliquid ſpiritale: ego ſciens, ꝙ ipſe diligebat temporalia, habui aliquem de ſuis familiaribus: & conueni cum tertio, vt promitteret aliquẽ equũ epiſcopo, ut poſſem habere ſpiritale: iſte mediator nihil accepit, ſed gratis fecit: talis dicitur ſocius criminis tantum, & non muneris: aliquando autem conuenio cum mediatore, & aliquid ſibi do pro pœna: tũc talis dicitur ſocius criminis & muneris ſimul.

Caſus literalis domini Heliæ.

Accuſabam Titium de ſimonia: oblato libello, & ſuper eodẽ lite negatiue conteſtata, rñſoque ꝑ reũ meis poſitionibus, petij me admitti ad probandum intentionem meã, & produxi aliquos teſtes: accuſatus proponit, ꝙ mei teſtes non ſunt admittendi ad teſtificãdũ contra ſe: quia fuerunt ſocii & participes criminis, an illa ſocietas criminis repellit eos à teſtificando? Rñdet Romanus Pontifex cum diſtinctione: aut ago contra ſimoniacũ, ciuiliter, vt ipſe priuetur beneficiis ſuis, & non deponatur ab executione ordinum: & tunc diſtinguitur, aut accuſatus opponit cõtra meos teſtes, ꝙ ipſi fuerunt ſocij criminis & muneris ſimul, & tunc dicit Romanus Pontifex, ꝙ iſti teſtes repelluntur à teſtificando: licet ſuper crimine ſimoniæ agatur ciuiliter: alij ſunt ſocij criminis tantum & non muneris: quia præſtiterunt operam gratis: & tunc admittuntur, & eſt ſpeciale in crimine ſimoniæ, vt ſocius criminis admittatur ad teſtificandum: & iſtud eſt ob deteſtationem criminis: aut agitur contra ſimoniacum criminaliter ad depoſitionem ordinum: & proprie ab executione ordinum: quia quantumcunque quis deponatur actualiter non priuatur ordinibus ſibi ſemel collatis: immo ſi celebraret, conficeret verum Corpus Chriſti, vt tenet gl. in c. degradatio. ꝫ. de pœnis. ideo proprie agitur contra ſimoniacum criminaliter ab executione ordinum, & tunc non admittuntur ſocij criminis ad teſtificandum in cauſa criminali intentata criminaliter. Nota primo ex iſto textu, ꝙ ſocius criminis regulariter nõ admittitur contra ſocium criminis: quia par delictũ teſtem repellit. Nota unũ ſpeciale in crimine ſimoniæ, idem in aliis criminibus exceptis: ſicut in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, videlicet ꝙ ſocius criminis admittitur contra ſocium in crimine intentato ciuiliter: dum tñ ſit ſocius criminis tantũ, ſecus ſi eſſet ſocius criminis & muneris ſimul: ſecus in crimine criminaliter intentato: quia tunc non admitteretur ſocius criminis tm̃: & multo minus ſocius criminis & muneris ſimul. Quæritur qualiter accuſatus poteſt opponere contra teſtes ꝓductos ꝙ ſunt ſocij criminis, niſi ipſe accuſatus confiteatur crimen: & tũc ſi confiteatur, non erũt neceſſarij teſtes ad ipſum conuincendum. ſed ſua confeſſio erit ſufficiens ad ipſum condemnandum. c. 2. de conf. in antiq. Dicit glo. ꝙ poterit accuſatus opponere ꝯ teſtes, ꝙ ſunt ſocij criminis tribus modis: Primo modo accuſatus proponet crimen generaliter, dicẽdo, ꝙ talis teſtis eſt ſimoniacus: & ſic glo. videtur fateri ꝯtrium, videlicet ꝙ ſi accuſatus ſimpliciter diceret, ꝙ talis teſtis eſt ſocius criminis, ſua cõfeſſio eſſet ſufficiens ad ipſum condemnandum. Alio modo dicit gl. videlicet ꝙ accuſatus hoc poterit ꝯ teſtes opponere, ꝙ teſtes fuerunt ſocij criminis, nec per hoc uidetur confiteri crimen. quia excipiens nihil uidetur cõfiteri de intentione aduerſarij, & in hoc remanet gl. Item quia uidetur confiteri cõtrariũ actum: tñ ſi hoc modo reſponderet, mendacium cõmitteret. No finaliter ꝙ de crimine poteſt agi criminaliter & ciuiliter: & quando dicatur agi de crimine ſimoniæ criminaliter vel ciuiliter, vide optimum textum in c. per tuas 1. de ſimo. in fi. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid determinat.]

a ¶ Mediatores.] Socius in crimine ſimoniæ admittitur in teſtẽ, ſi ſit ſocius criminis tm̃, & agatur ciuiliter: aliàs non. Iſta decretalis & ſequens fuerat Gregorij, & deberent eſſe in antiqua compilatione ultimæ in titulo. & per hãc decretalem modo rationem recipiũt gloſſæ illæ Io. & Ber. 4. q. 3 § item in criminali. ver. liberi. in 1. gl quam quidam non habent. & de teſtibus. veniens 1 in gl. penul. qui indiſtincte dicebant, ꝙ in hoc crimine ſocius criminis tantum admittebatur in teſtem: criminis uero & muneris non: diſtinctio enim illa locũm habet, cum ſolum agitur ciuiliter: ſi enim criminaliter, ſocius etiam tantum criminis repellitur, ut hic uides. ad hoc ꝫ. eo. teſtimonium.

Corrigit etiam quod no. Gof. in ſum. de ſimo. in fi. vbi ſimpliciter dicit hos mediatores à teſtimonio repellendos. Io. And.

b ¶ Mediatores.] qui proxenetæ dicuntur. [Canon uocat illos interemptores. 91. diſtin. c. penul.] & ſalarium quod eis datur, dicitur proxeneticum. ff. de proxene. l 1. & 2. & ſi in ſpiritalibus ſalarium recepit, vel aliquam promiſſionem commodi temporalis, ſimoniacus eſt de ſimo. cũ eſſent. & tunc non admittitur etiam ſi ciuiliter agatur, vt hic in fine. & ſupra eodem veniens.

miens. 1. & infamis eſt. 2. q. 1. ſi quis eps. & 1. q. 3. ſi quis præbendas. & beneficijs priuandus, ī. de elec. per inquiſitionem. & deponendus. de confeſ. c. 2. de ſimo. non ſatis. ibi, vel conſenſerint.

a ¶ Per quos.] id eſt, quorum miniſterio.

b ¶ Plerumque.] ergo non ſemper, quia interdum ſine mediatore inter ſe componunt ſimoniaci. de ſimo. de hoc. & cap. veniens. cum ſi.

c ¶ Ad teſtimoniū.] nota ꝙ ad præſumptionem faciendam bene admittuntur, ſed non ad probationem. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. liberi. quod dic, vt not. 15. quæſtio. 3. nemini. de confeſſ. c. 2. de teſtibus veniēs. 1. Et not. quòd dicit, teſtimonium, quia circa accuſationem nihil hic ſtatuitur, ſed ſtatur iuri antiquo, 2. q. 1. in primis. in fine. 15. quæſtio. 3. ſane. de ſimo. tanta. & c. licet Hely. & c. per tuas. & ei quod not. 2. q. 8. in ſumma.

Teſtis, qui non admittitur ad probationem, admittatur ſaltem ad pſumptionē faciendam.

quos [a] ſcelus ſimoniæ plerumque [b] committitur ad teſtimonium [c] contra ſceleris eiuſdem auctores, [d] in deteſtationem criminis, [e] admittuntur: ſi non agatur criminaliter, [f] ſed ciuiliter, [g] & emolumentum exinde non fuerint aſſecuti. [h]

¶ Idem.

¶ *Ponit modum remiſſionis curia: & dat modum iurandi ſuper poſitionibus: & dicit per quem iurari debeat: dat modum reſpōdendi, & modum teſtes probatorios reprobandi, & reprobatorios iterum reprobandi. hoc dicit. Io. An.*

CAP. II.

PRæſen-

d ¶ Auctores.] cum interdum etiam per alios conuinci non poſſint: ad hoc, ī. de teſti. cogen. c. vlt. vbi ad detegendam coniurationem inducuntur ſocij, & iurati. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. ponit duas lecturas.]

e ¶ Criminis.] aliàs tanti criminis: & concor. 1. q. vlt. cap. vlt. ī. de ſimo. tanta. & c. licet Heli. ibi, cum ad inſtar criminis, &c. Et per hanc litteram credo hanc decretal. intelligendam etiam de mediatore, qui non eſt emendatus de crimine, aliàs quid eſſet ſpeciale in hoc, vt ſupra eo. teſtimonium. vel poteſt dici de emendato debere intelligi, & bene eſt ſpeciale, quod mediator admittatur, vt ī. dicam.

f ¶ Criminaliter.] ſupra eod. teſtimonium.

g ¶ Ciuiliter.] nota ꝙ regulare eſt, ꝙ in ciuilibus mediator de conſenſu partium admittatur ad teſtimoniū, aliàs non: in authen. de teſti. § quoniam vero. coll. 7. Et not Bern. de teſtib. cogen. dilectorum. circa princ. gloſ. [Et hoc intellige, vt ibi dixi.] Hic tamen admittitur etiam, parte contradicente; quod intellige ſecundum diſtinctionem decre. de ſimo. per tuas. & c. licet Hely [ſecundum Hoſtien.]

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit, obijcit, & tripliciter ſoluit, & ſecundam approbat. Ioan. Andr.

h ¶ Aſſecuti.] vides quid iuris in hoc excepto crimine, ſcilicet ſimoniæ. Sed quid de alijs exceptis De crimine læſæ maieſtatis, dic vt 6. q. 1. ſi quis. verſ. ſane ſi quis. de confeſſ. cap. 1. De crimine hæreſis dic, vt ī. de hæret. in fidei fauorem. Sed aduerte, mirabile enim eſt quod dicit hæc decr. ꝙ ſocius [1] criminis repellatur in criminali: criminis, & muneris in ciuili: ſi. n. qui petit ipſum à teſtimonio repelli, dicat; ſocius mihi in crimine fuiſti, non egemus vlterius teſte: quia ex hac cōfeſſione puniēdus eſt, de confeſ. c. 2. nec permittit canon vel lex, quòd dicat; hoc non feci: quia mendacium, vel aliud peccatum non permittunt. 23. q. 4. qui peccat. & ff. de tribu. illud. §. penult. Sed dic, [2] quod poteſt in genere dicere. non potes teſtis eſſe? quia commiſiſti hoc crimen, quod me offero probaturum: & ſic repelletur: quia par delictum repellit teſtem. ſupra eod. perſonas. cum diſtinctione decre. de ſimo. licet Hely. & c. per tuas. vel dic præciſe, ꝙ exceptionem obijciens non fatetur, ī. de reg. iu. exceptionem. & ibi dicam. Vel pone, quòd opponatur criminis ſimoniæ exceptio contra teſtem: & ille, qui produxit, dicit eum qui probat, fuiſſe ſocium, & ſi contra ſe nil fatetur: ſed ſecundū tene: quia & hic videtur fateri teſtem ſuum ſimoniacum.

1 Socius criminis quādo admittitur ꝯ ſociū vide Hypp. in l. 1. §. fin. ff. de qō.

2 Scdm Hoſtiē. Et fuerat hoc priꝰ dictū Tan. in 2. cōpila. de ſim. quā nis. & de hær. ad abolendam. Io. Andr.

ADDITIO. Quod no. 79. diſt. c. 2. in glo. penult. C. de libe. cau. ſi filium. in vlt. glo. per Hoſti. in ſumma de ſimo. §. qui ad accuſationem. in fi. & Spec. de accu. §. 1. verſicu. caue tamen. & in §. ibi præce. qui incipit, item repellitur qui fuit. inuenies caſus exceptos quibus additur ſocius contra ſociū. Ioan. And.

PRæſentiū.] Sunt tres partes. Prima tractat de poſitionibus, iuramento, & reſponſionibus ipſarum: Secūda: ibi, Teſtes. de teſtibus reprobatorijs probatoriorum. Tertia: ibi, Si vero. de reprobatorijs probatoriorum.

CASVS. Orta lite inter abbatē, & conuentū S. Nicolai Andegauen. parte ex vna, & priorē, & cōuentū Linconen. in poſſeſſorio: nam dicebat abbas, & conuentus S. Nicolai, ꝙ ille prioratus Linconen. ſuberat monaſterio ſancti Nicolai: quodque monaſterium ſancti Nicolai fuerat in poſſeſſorio ſubiectionis per tempus ſufficiens ad inducendum præſcriptionem, & ꝙ à paucis diebus citra ipſe prior denegauerat debitam obedientiam: & ſic intentabant interdictum vtile pro recuperando poſſeſſorio: Iſta cauſa fuit euocata ad Papam: quod fieri poteſt, vt in cap. vt noſtrum. de appel. in antiq. & fuit proceſſum in cauſa, intantum ꝙ fuit facta litis cōteſtatio: fuerunt factæ productiones teſtium: quia poſitiones non fuerunt immediate factæ poſt litem conteſtatam: nam illud non eſt neceſſarium, vt in c. 1. de iuramen. calū. poſtea abbas voluit facere ſuas poſitiones, vt in illis prior Linconen. rñderet perſonaliter: vnde Papa commiſit auditionem poſitionum archiepō Rothomagen. cui mandauit Papa, vt ipſe exigeret iuramentum de calumnia & veritate: quia vtrūque eſt præſtandū in cauſis ſpiritalibus, vt d. c. 1. de iuram. cal. & faceret ipſum priorem rñdere poſitionibus ſigillatim: Et ſi prior vellet producere teſtes reprobatorios contra teſtes abbatis ꝓductos in principali, eos reciperet, & examinaret: & ſi abbas vellet producere aliquos teſtes ad ſuſtinēdū alios primos teſtes ſuper principali ꝓductos, illos ſimiliter reciperet, & examinaret ſecundum ſuos articulos, & interrogatoria partium [Poſſeſſione.] i. quaſi poſſeſſione: quia vera poſſeſſio ſolum cadit in his rebus, quæ poſſunt videri oculo corporali, & palpari, modo ſubiectio non poteſt palpari: ideo non poteſt dici vera poſſeſſio: ſed quaſi poſſeſſio. [Quam ſuper poſitionibus.] Nā partes ante commiſſionem dederant Papæ ſuas poſitiones, articulos, & interrogatoria: & omnia iſta inſeruit Papa in ſua bulla. Contradictione.] Vnde ſciendum, ꝙ licet pars contra quam dantur poſitiones, poſſit illa impugnare, & dicere captioſas: tamen quia Papa admiſerat poſitiones: ideo mandat archiepō, vt non admittat partes ad impugnandum poſitiones. Syndico.] Sed ad quid interrogatur ſyndicus? Dicendū ꝙ reſponſio ſyndici corroborabit rñſionē prælati, & conuentus: ſed ſi non ſit conformis, ſed contra dicat: tunc ſtandum erit rñſioni prælati & conuentus, & non rñſioni ipſius ſyndici. Articulis.] Articulus hic dicitur pars intētionis ipſius partis, ſcilicet actoris vel rei. Interrogatoria.] Vnde partes communiter dant interrogatoria generalia: de quibus in glo. aliquando etiam dant interrogatoria ſpecialia. & iſta interrogatoria ſunt ad recidiendum teſtes in variatione & falſitate. Specificatione.] Nam ille qui vult reprobare teſtes contra ſe productos, debet ſpecificare crimina: & contra quos teſtes opponit illa crimina,

na, & per quos teſtes intendit illa probare: quia debet hoc modo dicere: dico talem teſtem adulterum, & intendo ꝓbare per illos teſtes. Nota primo ex iſto textu, ꝙ licet in rebus incorporalibus, quæ non poſſunt tangi nec videri, vt Inſt. de rebus corpo. & incorpo. nõ ſit vera poſſeſſio: pro ipſis tamen incorporalibus poteſt intentari remedium poſſeſſorium, non tamen directum ſed vtile: quod remedium poſſeſſoriũ vtile oritur ex mente legis, licet non ex verbis: ſed tamen eſt idem effectus. Not. quòd ſi ſubditus recuſet obedire ſuperiori: per illam recuſationem dicitur ſpoliare ſuperiorem illa ſubiectione. Nota, quòd prælatus agit pro ſe & conuentu ſuo: quia forte hæc erat cauſa ardua quam non poterat deducere ſine conſenſu rationabili conuentus, in capit. 1. de procurat. in antiq. ſecus ſi eſſet cauſa leuis, vt in cap. edoceri de reſcrip. in antiq. modo quando p̄latus agit pro eccleſiã, dicitur cã grauis, & tunc p̄latus iurat in animam ſuam & conuẽtus. Nota, ꝙ ſicut reus compellitur rñdere poſitionibus actoris mediante ipſius rei iuramẽto: ita ſimiliter actor compellitur iurare ſuas poſitiones veritatem continere ꝑ verbum, credit: videlicet, ꝙ credit ſuas poſitiones continere veritatem. & iſta ſunt intelligenda niſi eſſet cauſa ſpiritualis, tunc enim deberet iurare poſitiones de veritate, & non ſolum ꝙ credit ſuas poſitiones veritatem continere. Nota ꝙ licet regulariter ſint faciendę poſitiones poſt litem cõteſtatam: ſi tamen non fuerint factæ, ſed actor ꝓduxit ſuos teſtes: teſtibus ꝓductis & examinatis, poteſt actor petere, vt reus rñdeat ſuis poſitionibus: nam forte ꝓbabit per poſitiones, quod non potuit ꝓbare per teſtes. Nota, ꝙ cum quis vult ꝓducere teſtes, debet exprimere nomina teſtium: & ſecundum communem opinionem doctorum debet exprimere articulos & teſtes, per quos intendit ꝓbare. Not. ꝙ reprobans teſtes debet dicere in ſpecie crimina: & contra quos teſtes opponit illa crimina: & per quos teſtes intendit illa probare. Nota, ꝙ poſſum teſtes reprobatorios reprobare: ſed meos teſtes nõ poteris amplius reprobare: aliàs eſſet ꝓceſſus in infinitum. Nota finaliter, ꝙ in eodem libello poſſunt accũmulari & peti diuerſæ res, & iura: vide de ele. querelam. glo. in verſic. ꝑſonalibus, in c. ſi de reſcri. & Inno. in c. conſtitutus. de reſti. in inte. Dominicus.

[Glo. prima ſummar.]

a ¶ Præſentium.] Hæc decretalis eſt practica, & ꝑ aduocatos optime ſcitur: & ponit modum remiſſionis curiæ, & dat modum ſuper poſitionibus iurandi: & dicit per quem iurari debeat: dat modũ reſpõdendi: & modum teſtes probatorios reprobandi: & reprobatorios: iterum reprobandi. hoc dicit.

[illegible] Dicit Io. Mona. ꝙ hæc decreta. melius ſcitur per practicam, quàm per doctrinam.

b ¶ Conuentum.] dic vt ĩ. de reſcri. edoceri.

c ¶ Ex vna parte.] & actores.

d ¶ Ex altera.] & reos, vt patet per ſequentia.

e ¶ Poſſeſſione] i. quaſi poſſeſſione: quia de incorporalibus agebatur. ff. de viucap. ſequitur §. ſi viam. & de hoc ĩ. de ſo. cõpe. cõqueſtus. [Vnde canon 16 q. 1. reuertimini. §. ſi quis doctus. dicit, quòd ſciẽtis poſſidetur.]

& not. ſecundum Innocen. quòd hic agebatur poſſeſſorio: & tamen iuratur de veritate: quod eſt contra id quòd opponit Ber. ſupra de iuram. cal. can. 2. in gloſ. 1. in fine, & ſupra de reſtitu. ſpol. litteras, ſed non ꝓhibet hic iurari, [ſcilicet de calumnia.] & hodie iurandũ non eſt ꝑ id quod habes ſupra eo. li. & tit. c. 2. [ſcilicet de iuramento calumniæ.]

tium a auctoritate mandamus, quatenus in cauſa, quæ inter abbatem b & conuentum ſancti Nicolai Andegauen. ex vna parte, c & Priorem, & conuentum de † Paldigẽ. Lyconen. † diœceſis ex altera d (ſuper eo, quòd ijdem abbas & cõuentus, ſe ab ipſis Priore & conuentu de Paldigen. poſſeſſione e ſubiectionis eiuſdem prioratus aſſerunt ſpoliatos: & ſuper irritanda quadam compoſitione f olim inita inter partes: & rebus g alijs) vertitur: ab eiſdem abbate h & Priore nomine ſuo, & in animas conuentuum i eorũdẽ, vel maioris & ſanioris partis ipſorum, k recepto iuramento de veritate dicendas: iniungas dictis abbati & Priori, vt tam ponendo, l quàm reſpondendo, dicant veritatem, quàm (ſuper poſitionibus tibi ſub bulla noſtra tranſmiſſis m) ipſi ſciunt, & per illos n intelligunt, in quorum animas iurauerunt. ¶ Præ-

† al. ita: de Spaldingẽ. Linconien. diœceſis.

† Lingoni. Linconen.

a Gl. ſequitur Do. Pe. de Anc. notantes, ꝙ libellus non vitiatur, in quo dr̃ poſſeſſio, quãdo dicendũ eſſet quaſi poſſeſſio. Fonta.

f ¶ Compoſitione.] ſi amicabilis fuerat, valere poterat: Secus ſi fuiſſet tranſactio. ſupra de tranſactio. ſuper eod. de hoc de præben. niſi eſſent. [ſecundum Hoſtienſem.]

g ¶ Rebus alijs.] cõmiſſio facta cum hac clauſula non extenditur ad maiora: quod dic, vt ſupra de reſcri. ſedes.

h ¶ Abbate & priore.] vtraque. n. pars petijt poſitionibus ſuis, per eos qui principales erant & melius veritatem nouerant, reſponderi: & ideo ſuper his ſcripſit Papa Rothomagen. archiepiſcopo, vt ſequitur ad hoc ſupra de iuram. calum. in pertractandis. ff. de procu. ſi actor.

[Glo. ſeq. reci. per obiect. & not. duo]

i ¶ Conuentuum.] i. ſingulorum de cõuentu, vel maioris partis: quia conuentus ſicut vniuerſitas non habet animam ĩ. de ſent. excom. Romana §. vlt. Nota ius nouum, vt p̄latus iuret in animam ſuam, & fratrum, vel maioris partis: olim ſolus prælatus p̄ſtabat hoc iuramentum. de hoc ſupra de ele. dudum. 2. Et nota ex hac littera, ꝙ confeſſio ſolius p̄lati non nocet eccleſiæ: qa nec etiã cõfeſſio minoris partis: cũ hic dicat, vel maioris, &c. & facit de his quæ fi. à maior. par. Cap. 1.

[Glo. ſeq. recit. per q. ponit opi. Innõ. & contrariam Hoſt. primam approbat.]

k ¶ Ipſorum.] ibidem reſidentium, ſm Innoc. Ad hoc 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius porrectum. Hoſt. ꝯ, dicens abſentes vocandos, ſi poſſint commode vocari. de elec. quia ꝑꝑ facit ꝓ eo ĩ. de p̄ben. cum in eccleſijs. ſed opi. Inn. credo veram per decre. ĩ. eo. lib. de offi. ord. quamuis. ibi. ꝓut ſunt in electionis negotio, &c. Si in omnibus, tractatibus vocandi eſſent abſentes, non video qua re expreſſiſſet de negotio electionis plusquàm de alijs tractatibus. Speciale; ergo vr̃ in electionibus, & receptionibus, & in caſu ipſius decret. quamuis ꝙ debeant abſentes vocari, aliàs non 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius porrectum.

ADDITIO. Ad hoc quod not. de maio. & obe. c. ſi. in 3 glo. & vide quod dixi de no. ope. nun. c. 2. in gloſ. ſic ſupra verſicu præſidentes. Innoc. (de quo in princ. huius glo.) dicit, ꝙ non ſufficit, quòd in aliqua poſitione conſentiat maior pars iurantium: niſi eſſet maior pars conuentus ibidem reſidentis: Et eſt hoc ea ratione, quia minoris partis confeſſio non poteſt præiudicare toti conuentui. Io. Andr.

l ¶ Ponendo.] quia etiam ponens contraria periurus eſt. ĩ. tit. prox. c. vlt.

m ¶ Traſmiſſis.] q̃bus nil opponi poterit: cũ ſint examinatę & approbatę ꝑ Papã. 35 q. 9 Apoſtolicę C. de teſta. oĩum. & hoc eſt qđ infra ſequitur, nulla ꝓſus, &c.

ADDITIO. Sic & Bulla Papæ omnium ſuſpicionẽ excludit, vt dicit Innoc. de fi. inſtr. ex parte. Archid.

[Glo. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.]

n ¶ Illos.] quia tractabant illas cũ conuentu: ſi autem

2 Scilicet non habentis mandatũ à capitulo: tunc. n. præiudicaret, ut not. 17. diſt. de Conſtantinopolita ni ſi probaret error. ĩ. de confeſ. c. fi. Io. Andr.

3 Extende glo. ad oẽs caſus conſimiles, & ad duos, vt vult abb. in c. 1. de his q̃ fiunt à ma. par Cap. vl de late Felin in c. in omnes. de conſtitu. & in c. paſtoralis. de reſcrip.

Licentia

ſcientia ꝓlati eſt contraria rñſioni conuentus dicat, ex parte conuentus ſic dico: ſed ſic ego credo, vel dico, ad hoc, ff. de admi. & peri. tut. quotiens. §. ſicut. ſecundum Hoſt. Si autem eſſet in iudicio tamquam prælatus. habes ĩ. de poſtu. bonæ. 2. de ꝓſcri. c. vlti. 54. diſt. generalis. Sed in caſu præmiſſo cui reſponſioni ſtabitur? Dic ꝙ reſponſioni cõuentus: cum prælatus hoc reſpondeat vt pars conuentus, & maiori parti ſit ſtandum, vt ſupra dixi.

ADDITIO. Secus ſi ſuper his ageretur, quæ diuiſa eſſent ad ſolum abbatem ſpectãtia, ſupra de reſcr. edoceri. ſed hic patet ꝙ iſta erant communia, ſecundum Inno. & Hoſtien.

terea [a] ſigillatim [b] ſuper quolibet articulo in qualibet poſitione contento, facias à partibus ſufficienter [c] adinuicem reſponderi: nulla prorſus ab eis ſuper ipſis poſitionibus contradictione [d] recepta. Sine iuramento autem à ſyndico vtriuſque partis quid ſciat [e] de huiuſmodi poſitionibus, vel credat, inquiras. [f] Teſtes etiam, quos ſuper articulis [g] ſub eadem bulla tranſmiſſis, pars dictorum prioris & conuentus duxerit producendos, [h] ad reprobãdos teſtes partis alterius [i] in cauſa principali productos [k] (quorum nomina [l] in eiſdem articulis continentur) vſque ad Kalendas [m] Nouembris proximo futuri, examines (ſecundum partis aduerſæ interrogatoria, [n] quæ tibi ſub eadem bulla tranſmittimus) diligenter: primo tamen in perſonam cuiuſlibet teſtis à prædictis abbate & conuentu producti, facta ſigillatim

a ¶ Præterea.] aliàs poſtea, aliàs præterea quaſi dicat diximus, ꝙ rñdendum eſt poſitionibus: volumus inſtruere iudicem quo modo habeat facere reſponderi: & ideo dixit, præterea.

b ¶ Sigillatim.] quia poſitio habens plura membra in vno falſa, in alio vera poſſet eſſe: & ſic copulatiua: poſſet hic negari, vt dixi ſ. tit. proxi. cap. vlt. ff. de reb. dub. ſi is, qui ducenta. §. vtrum. Et ponens debet ponere certum Et reſpondens reſpondere certum, ff. de confeſ. certum. Et omnis diſiunctiua eſt incerta, ff. de verbor. obligatio. l. vbi. §. illud. ff. de iniurijs. prætor edixit, §. quod autem.

9 Vide Fe. I c. 1. extra de re iud. & Alexan. conſ. 253. colu. 5.

ADDITIO. Inno. hic per litterã, ſuper quolibet, notat non ſufficere poſitionem negari, niſi ad ſingula rñdeatur in poſitione contenta. Idem Petr. & Abb. & dicit Hoſt. hoc æquum contra cauilloſam ſubtilitatẽ aduocatorum, ſumptam ex dicto §. vtrum. Dic etiam, ꝙ forſan cauſam dedit ipſe huic edicto in cauſa quam habuit cum Hoſpitalarijs. Ioan. And.

c ¶ Sufficienter. ſcilicet ſigillatim & clare rñderi: & ſi reſpondere nollent haberentur pro confeſſatis. ſ. titu. proxi. c. vltimo.

ADDITIO. Et dilucide, & non ſolum de ſcientia; ſed etiam de credulitate ſm Hoſt. dicẽtem, ꝙ quicquid dicatur: iurans de veritate, reſpondere debet de credulitate. Inducit iura: quod non credo. Ioan. And.

d ¶ Contradictione.] rõnem dixi ſup verbo trãſmiſſis.
[Glo. ſeq.] titubat, quærit, & ſoluit.]

e ¶ Quid ſciat.] ꝙ ſi titubat, habebat diem ad deliberandum. ff. de petit. hæredi. ſi debitor, & ſi ꝓſumptio 2 eſt de malitia, poteſt iudex exigere iuramẽtum ab eo, ꝙ malitioſe hoc non petit. ſupra eo. lib de iura. calum. cap. 2. in fine ſi autem animum ſuum ad aliam partem applicare neſcit: tunc poterit dicere, neſcio, vel negatiue reſpondere, vt ſi quæratur, ſi talis viuat, dicat, non credo, nõ ſequitur propterea, ꝙ credat ipſum mortuum, ſecundum Inn. & Hoſt. tunc enim titubat, non credens hoc, vel illud.

2 Vide Decium in c. licet. extr. de probat.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit ſecundum Ber.]

f ¶ Inquiras.] Quid ſi ſyndicus 3 confiteatur contrariũ eius quod prælatus confeſſus fuerat: licet alij aliter dixerunt. Dic ſecundum Ber. potius ſtandũ confeſſioni ꝓlati & capituli, quàm confeſſioni ſyndici, qui nõ iurauit: ſi vero concordet cum prælato, eius confeſſio adiuuat. [hoc placet Archi.]

3 An cõfeſſio ſyndici præiudicet, vide Alex. conſ. 68. in 2. volum.

g ¶ Articulis.] articulus vocat̃ pars intentionis, cõtinẽs quod actor ꝓbare intendit. facit. ĩ. de teſti. veniẽs. 2.

ADDITIO. Vnde ſecundum quoſdã articulus eſt nomen græcum, & ſonat indiuiſionem: inde membra quæ non diuiduntur in alia membra, dicuntur articuli, vt in articulis digitorum. ſim. ĩ. de hæreti. accuſatus. in prin. Et ſic hic dicitur, articulus: quia arctat. i. arte componitur. Item arctat ad credendum, vt articulus fidei. de hoc dixi de hæret. cum Chriſtus. arctat ad reſpondendũ, de hoc hic. Alijs modis ſumitur articulus, de quibus dantur verſus.

Articulus color eſt, breue membrũ, dictio græca,
Articulus numerus per denos multiplicatus:
Momentum articulus, preſſuraq; dicitur eſſe,
Ioan. And.

h ¶ Producendos.] iuratos tñ: aliàs teſtimonium ipſorum non valet, etiam ſi eſſent religioſi. ĩ. de teſti. nuper. niſi iuramentum remitteretur à parte, vt eo. tit. tuis.

i ¶ Partis alterius.] ſcilicet ſancti Nicolai.

k ¶ Productos.] coram Papa vel iudice ab eo dato. Et ſic nota, ꝙ conteſtata erat lis, aliter non valet teſtium receptio, ſupra vt lite non conteſt. in rubro & in nigro. Et ſic nota, ꝙ licet ſtatim poſt litem conteſtatam iurandum ſit de calumnia, vel de veritate dicenda, ſecundũ ꝙ requirit cauſa: & faciendæ poſitiones ante probationes, ſi tamen hoc omiſſum fuerit, adhuc poſt probationes fieri poterit. ad hoc ſ. eo. lib. de iuram. calum. c. 1. hic enim poſt teſtes receptos, & de veritate iuratur, & fiunt poſitiones.

ADDITIO. Vt refert Io. Mona. ſ. tit. 2. c. 1. quidã dicebant contrarium, quaſi aggrediendo probationẽ teſtium, ſibi pars præcluſerit viam ponendi. Ad decret. 1. de iuramen. calum. reſpondet iurari de calumnia nõ propter partem tantum: ſed propter vtilitatem publicam, cuius intereſt lites dirimi: ſed poſitiones fiunt tantum fauore partium. alleg. de foro compet. ſi diligenti, cum ſimilib. Ipſe dicit tenendum cum gloſſ. ne probationis copia ſic anguſtetur. C. de hæret. l. penul. in fi. Ioan. And.

l ¶ Nomina.] ne eſſe poſſit variationi locus. ſ. e. de reſcri. c. 2. Et continebantur iſto modo: Intendit talis ꝓbare talem teſtẽ 4 adulterum, pro eo ꝙ talem vxorem talis publice in ſuam tenuit concubinam: & hoc probare vult per A. B. C. Item intendit probare, ꝙ T eſt periurus: quia deierauit corruptus in tali cauſa: & hoc vult probare per D. E. F. & ſic de ſingulis: quia vnus teſtis neſcit omnes articulos intentionis, ſed interdum alterũ tantum: & ſi vellet alios quam nominatos inducere, vel alios tranſponere, non credo ꝙ poſſit, ſecundũ Hoſ. argu. ff. mand. l. diligenter. ſ. de reſcrip. cum dilecta. ĩ. de præb. cui de non.

l ¶ Communibus.] olim erat duplex littera, alia ciuilibus, alia communibus. & hæc eſt melior ſecundum Hoſtien. qui dicit, ꝙ quidam actus ſunt publici, vt tutela & cura. inſti. de tute. circa princ. quidam ciuiles, vt iudicare & arbitrari. ff. de iud. cum prætor. 2. q. 7. c. 1. §. tria. ĩ. de arbi. dilecti. quidam communes, vt officium procuratorum & teſtium, &c. Et intelligas communibus, non ſolum iudicialibus, ſed etiam extraiudicialibus, vbi de ipſorum vtilitate agatur: erunt igitur inter homines, & eorum carebunt ſuffragijs. C. de apoſta. hi qui ad ſanctam. In ſpiritualibus autem non eſt dubium eos repelli: quia talium capaces non ſunt. de æta. & qualita. cum bonæ. de cleri. excom. mini. poſtulaſtis cum ſimilibus. & hoc ſm Hoſt. innuit littera hæc communibus: quaſi dicat omnes actus, qui alijs hominibus ſunt communes, excommunicatis ſint interdicti, vbi de ipſorum quæritur vtilitate, & adde quod dicam ĩ. de ſent. excom. decernimus.

m ¶ Malitia.] quæ ſemper creſcit. 12. q. 1. omnis ętas. 20. q. 3. procliuus.

ADDITIO. Et in auth. de nup. §. mitiores. coll. 4. Hoſtien.

n ¶ Prouiſum.] 45. diſt. licet.

o ¶ Noxam.] ideſt, delictum. de hoc ſupra de regula. conſulti. in glo. 2.

p ¶ Eccleſiaſticis.] & tamen etiam per ciuilem iudicẽ debet admitti talis exceptio, 1 & ſeruari forma quæ ſequitur, vt ĩ de ſen. excom. decernimus.

q ¶ Differri.] contra ideſt ſ. de dolo. & cont. finem. ff. ſi cer. pet. l. quidam æſtimauerunt.

r ¶ Fatigari.] contra id ſup. de app. vt debitus. ſup. eo. lib. de offi. ord. vt litigantes.

ſ ¶ Irrepſit.] i. latẽter inuaſit. C. de epi. & cle. repetita.

ADDITIO. Io. Mon. alleg. ff. de conſti. pe. qui autẽ. §. 1. Archi. alleg. 48. diſt. cap. vlt. 50. diſt. quicunque pœnitens. 3. q. 1. cap. Deus ergo. §. patet. ĩ. eo. lib. de pœnis, fęlicis. 1. reſponſio. Io. Andr.

t ¶ Medelam.] nota quòd medicamina morbis, &c. ad hoc 50. diſt. vt conſtitueretur. ſupra de iuramen. calum. ceterum. in authen. hæc conſtitutio Innoc. conſtit. quæ in princ.

u ¶ Si quis.] vel ſi qua. ff. de verb. ſig. l. 1. & dixi ſupra eo. lib. de elect. generali.

[Glo. ſeq. ſoluit tria dubia.]

x ¶ Opponit.] intelligas in vim dilatoriæ 2 quod per ſuperiora & inferiora probatur. Si n. in vim perempto

riæ

† al. & communionis

† Pe. de Anchar. notat legẽ neceſſariã nõ reuocandã ſi illa abuti contingat, aliter malitijs occurrendũ, Fõ.

† An & quã malitioſe excipiẽs admittatur, vel repellatur, docent Abb. & Decius, in c. licet. de probat.

1 Sequitur Pe. de Anc. & per iſtã glo. limitatur gloſ. in ver. vſuris. in cle. diſpẽdioſam. de iudi. Font.

2 Idẽ Inn. Pet. Abbas Bon. & Io. Monac. & Gui. ĩ Spe. de dila. §. 1. ver. ſed & ſi ſub vero. illud quoque & dicebat Abbas hoc patere ex eo quia in vim peremptoriæ non poteſt quãque proponi.

ſpeciem [a] illius & nomẽ [b] excommunicatoris exprimat, ſciturus eam rem [c] ſe deferre debere in publicam notionem, [d] quã infra octo dierũ [e] ſpatium (die in quo proponit minime cõputato) [f] probare valeat aptiſſimis [g] documentis. [h] Quod [i] ſi non probauerit, iudex in cauſa procedere non omittat: reum in expẽſis, quas actor [k] ob hoc diebus [l] illis ſe feciſſe docuerit, præhabita taxatione [m] condemnans. [n] ¶ Si vero poſtmodum inſtantia durante iudicij, [o] &

de proponatur, vt ſi dicatur electus excõicatus excõicatione maiori, vel ab excõicatis electus, tunc dabitur cõpetens dilatio: quia hic perit ius opponentis oppoſitione non probata, & econuerſo, vbi autem differtur, non perit ad hoc ſupra de procu. ex inſinuatione. Et dic opponat coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, eccleſiaſtico: vel ſæculari, vt ſup. dixi: Nec intelligo dilationem huius decret. locum habere vbi negatur iuriſdictio, vt ſi dicatur impetratum reſcriptum per excommunicatum. ſ. eo. lib. de reſcr. c. 1. ibi enim non principaliter de actoris perſona, vt hic quæritur: ſed de iudicis iuriſdictione. & ſic decret. dilatio. locum non habet. [Item nec locum habet quando excipitur de excommunicatione iudicis vel teſtis: tunc enim aſſignabitur dilatio congrua ponderatis circunſtantijs. ſecundum Archid. alleg. not. de procur. dilectus.] Io. Andr.

ADDITIO. Quæ dicta ſunt locum habent vbicunque opponatur excõicatio: etiam ſi in curia Romana: ſm Hoſt. Io. Mona. & Archi. & Guil. in præalle. ver. ſed & ſi, vbi. & in ver. pone. inuenies hoc generale in omnibus dilatoriis cauſarum, quæ ibi vertuntur, ꝙ non datur in illis dilatio extra curiam ad probandum. Et vide etiam quod ſcripſi, ſupra de appel. cap. 1. in princ. alleg. Hoſti. ſupra de priuileg. cum olim eſſemus, vel ſecundum eum de hoc non eſt nobis quærendum: quia ſuũ ſibi conſilium in hoc ſufficit. de ſent. excom. mulieres. § 1. & c. cum illorum. Io. Andr.

[Glo. ſeq. cauſam reddit & notat.

a ¶ Speciem.] hoc ideo dixit: quia duplex eſt excõicatio, altera autem ab agendo repellit, ſcilicet maior: altera non, ſcilicet minor. 3. q. 4. Engeltrudam. in glo. 1. ſup. de ſenten. excom. ſi quem. vbi de hoc. Non ergo ſufficit in genere aliquid proponere, quando quælibet ſpecies generis illum non ſequitur effectum ad quem proponitur, quia non licet cum alterius damno in incerto vagari ſ. eo. lib. de reſcri. cap. 2. de elect. vt quis duas. ff. de iniu. prætor edixit. [& ſi dicit lex quòd in tanto crimine (de dolo ſcilicet) non oportet vagari. ff. de dolo. ſed & ex dolo. § ſi & leg. ſeq. ſecus videtur quando quælibet generis ſpecies ſufficit. ff. de peti. hæred. item veniunt. § à quo. ff. de adminiſtr. tut. quidam decedens. § fin.

[Glo. ſeq. exponit, reddit cauſam. arg. ad quæſtionẽ, ponit opinionem, & remittit.]

b ¶ Nomen.] propriũ & appellatiuum: vel ſaltem nomen dignitatis. Nomen autem ideo debet exprimi, ſecundum Ber. vt ſciatur an ſit ordinarius an delegatus: quia ſi eſt delegatus, & excommunicatio illius exhibeatur ſine iuriſdictionis delegatione, non ſtaretur tali excommunicationi de offic. deleg. cum in iure. ſed in ordinario hoc non requiritur. Et per hanc litteram videtur, ꝙ non ſufficiat opponenti probare quod actor ſit denunciatus excommunicatus. Tamen not. Hoſti. ſup. de offi. deleg. prudentiam, quod credit ſufficere ad excommunicationem probandã denunciationem probari. [1] Sed contra hoc eſt littera infra apertiſſimis documentis. & adde quod dicam, infra de ſent. excom. licet in glo. nota.

c ¶ Eam rem.] ideſt, excommunicationem.

d ¶ Notionem.] ideſt, iudicialem notitiam. nomen autem notionis ad eos pertinet qui iuriſdictionem nõ habent: ſed habent de quauis cauſa notitionem. ff. de re iud. aut prætor. in princ. tamen nomine notionis accipere poſſumus & cognitionem, & iuriſdictionem. ff. de verb. ſig. notionem. vnde expone, notionem, ideſt, cognitionem. & ſumptum fuit hoc verbum, C. de proba. ſciant cuncti. Ber. 2. quæſt. 8. ſciant cuncti.

[Glo. ſeq. reci. per obie. ꝙ probationis copia, &c. ſecũdo per q. an maior dilatio dari poſſit: tertio quærit, & dupliciter ſoluit: & incidit ex hoc quæſtio, quam etiã ſoluit dupliciter.]

e ¶ Octo dierum.] licet enim probationũ copia non debeat anguſtari. 14. q. 2. quam quam. quia tamẽ iſta exceptio malitioſe frequenter opponebatur, & eſt odioſa, ideo reſtringẽda fuit potius quàm laxanda. ſupra de deci. tua. in fi. ĩ. de regu. iur. odia, cum ſuis conc. ad idem ſupra eodẽ lib. de reſti. ſpo. frequens. & infra de ſent. excom. ſolet. Si ergo non habet probationes, [2] taceat. 2. q. 7. pleriq;. etiam ſi ſit ep̃s. 6. q. 2. ſi tantum. & cap. placuit. Notat tamen Ber. ĩ. de ſent. excom. ſolet. [& hic Io. Mon.] ꝙ licet ſine cauſa maior dilatio non debeat dari: in hoc caſu tamen, cauſa cognita maior dari poterit, ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. in fi. Sed primum verius videtur, [3] cum non pereat ius aduerſarij. arg. ſup. de procu. ex inſinuatione. [Pro hoc facit quia iterato poteſt opponi vt ſequitur, & hoc tenet Franc. inducens etiam rationem: quia iſtud eſt priuilegium actoris, ꝙ ſibi reus infra octo dies non probans condemnetur in expenſis. quod priuilegium iudex auferre non poteſt. alleg. 28. diſt. de his. in fi. Simile quod dicam ſecundum eum de ſenten. excom. Romana. ſuper glo. antepen. & vide quod dixi ſ. eo. lib. de offic. ord. Romana. ad fi. ſuper glo. licet.] Sed quæres, quare non dantur hic xv. dies ſicut ſ. eo. li. de reſti. ſpo. frequens? Dic ꝙ in dilationibus quæ dantur à iure, voluntas eſt pro ratione, ſic enim poterat xv. vel x. vel etiã minus dare. & facit quod recitari ſolet, ſupra de reſcri. c. ſi quando: ff. de legi. l. non omnium. [4] Vel dic ſm Hoſti. hoc ideo ſtatutum fuiſſe: quia de excommunicatione hominis ſolet, & debet fieri inſtrumentum. ĩ. de ſent. excom. cum medicinalis, ſed de ſpoliatione nõ: ideo non eſt mirũ ſi longior ibi data eſt dilatio. ad hoc, ff. de pig. l. contrahitur, in fi. Sed quare ſaltem in excõicatione iuris non ſtatuebantur xv. dies. de qua non fit inſtrumentum: immo eſt neceſſe probare factum? Dic ſecundum eum, ꝙ idem factum diuerſis menſuris metiri non debet. Et quod de vno dicitur, de alio intelligi debet, ſupra de conſtitu. tranſlato. maxime cum circa principale non fiat præiudicium actori. Vel dic verius, vt primo dixi.

f ¶ Computato.] ſic ſup. eo. lib. de reſti. ſpol. frequens. & ibi vide concor. de hoc.

ADDITIO. In glo. quia dies. Et hic repetas quod not. ibi ſcilicet, vltima die termini probationem fieri poſſe. quod hic not. Innoc. Hoſt. Io. Andr.

g ¶ Apertiſſimis.] ideſt, indubitatis & claris. [5] C. de prob. ſciant, 2. q. 8. quiſquis. & cap. ſciant.

h ¶ Documentis.] ideſt, inſtrumentis, vel teſtibus, ſupra, de teſt. cog. peruenit. ff. de fide inſtru. l. 1.

i ¶ Quod.] ideſt, quam excommunicationem.

k ¶ Actor.] originalis.

l ¶ Diebus illis.] quibus propoſita fuit exceptio quouſque proceditur in principali. de procu. audiis.

ADDITIO. De dolo & contu. cũ dilecti. in fi. Hoſt.

m ¶ Taxatione.] iuſto præmiſſo, [ſcilicet ante condẽnationem.] De hoc de his, quæ vi metuſve cauſa fiũt. c. vl.

n ¶ Condemnans.] intelligas hoc, niſi errore probabili excuſaretur, vt ſupra, de ſent. excom. ſacro. ſupra eo. lib. de elect. c. 1. in fi.

o ¶ Iudicij.] per ſententiam non finiti. [6] Ad differentiam eius quod ſequitur, infra, ſed ſi poſt. ...

† Sed ſi videmus dies eſſet feriatus, an ſi talis inter octo eſſet cõputandus. docet Feli. in c. fi. de except.

1 De hac quæſtione vide Abbatem, Fel. & Dec. in c. prudẽtiam. in §. ſexta. de offic. deleg. & deci. Rota. 400. in nouis.

2 Tunc donec videat ſe hr̃e probationes ſic prõptas, ꝙ huic termino ſatisfieri poſſit: cũ in qualibet parte litis hoc poſſit, vt in princ. capituli. Io. Andr.

3 Idẽ Phil. ſimiles caſus vide p doc. in cap. cũ ſit, ſup. de app. & per l. mo. in l. 2. ff. de re iudi. Font.

4 Idem voluit gl. in l. 1. §. pueritiã. ff. de poſtulã. Fon.

5 An ſufficiat iuſm, docent Abbas in c. licet, de probat. & Decius in Rubrica de probat.

6 Non eñ loquitur de inſtãtia, q̃ ſecundũ leges perit curſu triennij. quod non habet locũ ſm canon, ſupra de iudic. c. pen. & dicit hic Hoſt. quòd rõ iuris diuerſi ſumitur ex decret. ſuper eo. 2. de ap. vt dixi in præd. decr. pe. Io. An.

probationis copia ſuccedente de eadem excommunicatione vel alia excipiatur iterum, & probetur:[a] actor in ſequentibus excludatur, donec meruerit abſolutionis gratiam obtinere: his quæ præceſſerunt nihilominus in ſuo robore † duraturis.[b] Prouiſo quòd vltra duas[c] vices hæc non opponatur exceptio: præterquā ſi excōmunicatio noua emerſerit:[d] vel euidens & prōpta[e] probatio ſuperuenerit[f] de antiqua.[g] ¶ Sed ſi poſt rem iudicatam talis exceptio proponatur, executionem[h] impediet: ſed ſententia, quæ præceſſit, nō minus robur debitum obtinebit.[i] Eo tamen ſaluo, vt ſi actor excommunicatus[k] ſit publice, & hoc iudex nouerit, † quādocunque (etſi de hoc reus non excipiat[l]) iudex ex officio † ſuo actorem repellere[m] nō poſtponat.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Exceptio rei iudicatæ per eccleſiaſticum iudicem admitti debet ī foro ſæculari, & econuerſo. Ioan. And.

CAP. II.

CVm quidam[n] ſæculares iudices (dum co-

a ¶ Probetur.] infra octo dies, vt ī. Ioan. Andr.

[Gloſ. ſeq. ponit dictum caſum diuerſum, & ius antiquum, ſignat contrariū. ponit opin. Hoſt. cui rñdet.]

b Duraturis.] etiam ſi cum publice excōicato fuerit actum. licet ſecus in iudice, ī. de re iudi. ad probandum. Olim proceſſus habitus cū actore excōicato non valebat, vt ī. eo. exceptionē. aliàs quare fieret ibi cōdēnatio expenſarum, & ibi de hoc. Contra. ī. eo. lib. de reſcriptis. c. 1. vbi proceſſus habitus cū actore excōicato ipſo iure præter aliqđ exceptionis auxiliū nō tenet. Hoſti. intellexit decr. iſtam in occulto excōicato. Sed tu ſolue, (vt ibi plene dixi.) ſcilicet, ꝙ decretalis hęc locū habet in proceſſu habito corā ordinario, vel coram delegato, qñ excōicatus fuerat actor poſt impetrationem: illa autem qñ actor erat excommunicatus tempore impetrati reſcripti.

† De hac re vidēdus Feli. in c. exceptionem. đ except.

c ¶ Duas vices.] ſic 1 in reprobationibus teſtium, ī. de teſtibus, licet. 3. in appellationibus, & dilationibus, ſupra de appel. ſua nobis, ff. de dilatio. l. vlt.

1 De materia gloſſę vide Abb. in cap. paſtoralis. de cauſa poſſ. & propriet.

ADDITIO Bene facit, ff. de bo. aucto. iudic. poſſi. l. vlti. in fi. Ioan. And.

d ¶ Emerſerit.] ſupra de offi. deleg. inſinuante. & facit quod dixi, ſupra tit. prox. cap. vlt.

e ¶ Prompta.] ī. de teſti. veniens. 2. ī. de reſti. ſpol. litteras, § præterea. vnde dicitur; hodie conſtat, hodie agamus, ff. vt in poſſ. leg. ſi is à quo. 1. reſpon.

ADDITIO. Nec dilationem petit. & idem Hoſti. & Archid. Ioan. Andr.

f ¶ Superuenerit.] & ſi opus fuerit, de hoc fidē faciet iuramento, ī eo. lib. de elect. vt circa, §. ſuper huiuſmodi, & ī. eo. paſtoralis. Vel dic, ꝙ non eſt neceſſarium iuramentum: ex quo probationem offert. Hoſti.

ADDITIO. Qui alleg. ī. eo. exceptionem. & idem Io. Mona. & Archid.

g ¶ Antiqua.] iā bis ꝓpoſita. vel dic, ēt non propoſita.

h ¶ Executionē impediet.] no. ꝙ merus executor dēt admittere exceptionem excommunicationis. Idem de alijs quæ no. ſup. de re iud. quòd ad conſultationem.

ADDITIO Quas hic not. Hoſt. & Ioan. Mon.

i ¶ Obtinebit.] ſcilicet ac ſi ille tempore ſententiæ excommunicatus non fuiſſet.

k ¶ Excōicatus ſit publice.] Hoſt. alleg. hanc litteram pro ſe, ad probandum ꝙ decre. iſta loquitur de occulto excommunicato. Sed ego dico ꝙ littera iſta facit ſolum diuiſionem inter occultum & publicum quo ad officiū iudicis, nō quo ad alia ſupradicta. Supplet enim iudex de iure, & de facto 1 notorio, nō occulto. 2. q. 1. c. Deus omnipotens. §. qñ autem. C. qui & aduer. quos in integrum reſtitut. l. 1. de hoc ſupra de poſt. bonæ. 2. in glo. 1. In cauſis autem electionum ſupplet indiſtincte de facto, vt 28. diſt. priuſquam. vbi de hoc. & ī. de elect. cum nobis olim.

1 De hoc dicto gloſſæ vide Alex. conſil. 186. incip. viſis. vol. 2.

l ¶ Non excipiat.] hoc forte timore condemnationis expenſarum. de qua hic dictum eſt ſup.

ADDITIO. Propter quem timorem condemnationis expenſarum forte non excipit: ſed proteſtatur, vel omnino ſilet, ſecundum Hoſtien.

m ¶ Repellere.] ſi duret iudicium. ſi autem eſt finitū, ab executione poterit abſtinere. ī. proxi. reſponſo.

ADDITIO. Idem Ioan. Mona. ſed Hoſt. qui tenet proceſſum habitum cū actore publice excōicato & notorio, non valere, dicit, ꝙ ēt ſi executus eſſet iudex reuocaret executionē. Hoc non placet, vt not. ī. in glo. etiam ſi. Io. Andr.

† Nota ꝙ non ſequit, iſte eſt publice excōicatus: ergo iudex ſcit. §. notandū. 2. q. 1. Pe. de Anch. Fon.

1 Vide Decium. inc. parati. de appellat.

CVm quidam ſæculares.] Primo ponit factū reprehenſibile ſæcularium iudicum, contra quos prouidet: ibi, Decernimus. Secunda: ibi, Similiter, ꝓuidet ad caſum cōuerſum. Et prima pars fuit ſumpta ex decre. Alexandri quarti, quia nonnulli. quam alle. Specu. eodem titulo. §. ſecundo, verſi. & not. ſub verſiculo, Porro. & vide not. infra de immuni. eccle. capitulo primo, in principio. Io. Andr.

CASVS. Titius laicus debebat mihi clerico centum ex contractu mutui: in contractu ipſo interuenerat iuramentum, ratione cuius iuramenti effectus erat de foro eccleſiaſtico capit. fin. de foro competen. conueni eum coram eccleſiaſtico iudice, qui eum abſoluit ab impetitione mea; poſtea feci eum conueniri coram iudice ſæculari: ipſe oppoſuit mihi exceptionem rei iudicatæ, dicendo: tu aliàs conueniſti me coram iudice eccleſiaſtico ſuper iſta re, qui iudex eccleſiaſticus me abſoluit: ideo nō teneor facere proceſſum tecum, ſed peto me abſolui, & te condēnari in expenſis: iudex laicus nolebat admittere iſtam exceptionem rei iudicatæ in foro eccleſiaſtico: an ſit tibi prouiſum de aliquo remedio contra iudicem laicum? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſic: nā epiſcopus poterit monere iſtum iudicem laicum vt admittat iſtā exceptionem rei iudicatæ, & ſi noluerit eam admittere, poterit ipſe iudex excommunicari. Sed quid econtra: ponamus, quòd ego conueni te coram iudice laico: fuiſti abſolutus: poſtea volo te conuenire coram eccleſiaſtico iudice: tu opponis exceptionem rei iudicatę: iudex eccleſiaſticus non vult eam recipere: vtrum iudex ſæcularis poſſit iudicem eccleſiaſticum compellere ad admittendum illam exceptionem? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia minor non habet iuriſdictionem in ſuperiorem: ſed reus poterit adire iudicem ſuperiorem ipſius iudicis eccleſiaſtici, vt eū cōpellat quatenus admittat illam exceptionem rei iudicatæ: puta ſi iudex eccleſiaſticus, qui non vult admittere illam exceptionē rei iudicatæ ſit epiſcopus Pictauēn. poterit adiri archiepiſcopus Burdegalen. Nota, quòd iudex eccleſiaſticus poteſt compellere ſæcularem in caſibus in quibus derogaret iuriſdictioni eccleſiaſticæ. Nota inſuper ꝙ exceptio rei iudicatæ inter eaſdem perſonas poteſt opponi corā quocunque iudice. Et ſic patet, ꝙ ſententia lata ab vno competente iudice, debet ſeruari ab alio cuiuſcunque iuriſdictionis ſit. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat.]

n ¶ Cum quidam.] exceptio rei iudicatę per eccleſiaſticum iudicem admitti debet in foro ſæculari, & econuerſo. Ioan. Andr.

[Gloſſa ſequens ponit regulam, & tres caſus exceptos.]

o ¶ Co-

a ¶ Cognitio.] & pronunciatio: quia licet regulariter de qua re iudex cognoſcit, pronunciet. ff. de iud. de qua re. ĩ. de cauſa poſ. cum ſuper. vbi de hoc in glo. vlti. Vbi poſui plures alios caſus, quibus fallit hæc regula, vbi videas. Tamen interdum cognoſcit quod non pronunciat. pone exemplum ĩ. de reſcrip. cum contingat. In auditore. ĩ. de teſtam. Rainutius Item in caſu. 5. q. 4. duodecim. 3. q. 3. accuſatus. cum ſim.

k ¶ Debita.] arbitraria, ex quo certa non ſtatuitur. de offi. deleg. de cauſis. ff. de iure deli. l. 1.

ADDITIO. Facit de accu. inquiſitionis. 1. reſpon. [illegible]. & tenebitur parti ad intereſſe. ĩ. de ſent. excom. ſacro. ĩ. de immu. eccle. quoniam. Ioan. And.

ram eis excipitur de re per eccleſiaſticum iudicẽ iudicata † in caſu quo ad eũ pertinet cognitio [a] de conſuetudine, [b] vel de iure [c]) recuſent excipientes audire, in derogationem iuriſdictionis [d] eccleſiaſticæ & contemptũ: Decernimus, vt per cenſuram eccleſiaſticam ab iniquitate coerceantur huiuſmodi, & ad admittendum exceptionem eandem (vbi aliàs de iure debet admitti [e]) à locorum ordinariis compellãtur. [f] ¶ Similiter eccleſiaſtici iudices (ſi coram ipſis excipiatur vere per ſæcularem iudicem iudicata [g]) exceptionem ipſam admittant, in his quæ animarum periculum [h] non inducunt: per ſuperiores [i] ſuos (niſi fecerint) animaduerſione debita [k] caſtigandi.

TITVLVS XIII.

De pręſcriptionibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ In præſcriptionibus ſufficit bona fides, vbi ius commune, vel præſumptio nõeſt contra præſcribentẽ, aliàs debet allegari titulus, & probari: niſi ſit præſcriptio, cuius contrarij non extat memoria. hoc dicit. Io. An.

CAP. I.

Epiſco-

† Iungẽdo cũverſi. decernimus. no. illud ꝙ ponit hic in vlti. notabili: cui addo Feli. in cap. paſtoralis. de exce. in col. pen. verſic. dum ſubdit abbas. Font.

b ¶ Conſuetudine.] Nota ꝙ conſuetudo dat iuriſdictionem. 9. q. 3. conqueſtus. in glo. antepenult. ſupra de foro competenti. cum contingat. ſupra eod. lib. de offic. ordin. Romana. & de foro compet. Romana. cum ſim.

[Gloſ. ſeq. ponit 7. exẽpla, quibus iudex, &c. Secũdo addit tertium caſum.]

c ¶ De iure.] de iure cognoſcit eccleſiaſticus iudex inter laicos, vbi habet temporale dominium de iure iur. venientes. in f. ne cle. vel mo. cap. vl. Item in matrimonialibus & ſpiritalibus cauſis. de or. cog. tuã 1 ſupra qui fil. ſint legit. cauſam. Et in eccleſiaſticis criminibus, vt not. ĩ. de foro compet. cum ſit. ĩ. eo. lib. de foro compet. cap. vlt. Idem cum cauſa delegatur per iudicẽ ſæcularem. ĩ. de rap. in archiepãtu. Item per reconuentionem. 3. q. 8. c. 1. §. cuius in agendo. Item laicos qui ſunt de familia eccleſiæ, ſm quoſdam. 89. di. iudicatum. in glo. 1. Vel vbi laicus iudex eſt negligens. ĩ. de foro compet. ex tranſmiſſa. & cap. licet ex ſuſcepto. vbi de hoc. Et vide quod ibi not. in 2. glo. & quod ſuper ea dixi. Et ꝙ dicit de iure, ſupple vel priuilegio conceſſo ab eo qui illud concedere poſſit. iſta enim tria æquiparantur. 100. diſt. cõtra morem, de offi. ordi. duo ſimul.

1 Adde Calde. in conſ. 15. ſub tit. de iudic. de materia gl. vide notata in c. nos in ter. de purga. can. Pet. de Anchar. Dom. Fõt.

d ¶ Iuriſdictionis.] quod Papa pati non debet, vt ĩ. de immu. eccle. cap pen.

e ¶ Admitti.] ſcilicet, vbi eſt idem corpus, ſiue eadem quãtitas: idẽ ius ſiue cauſa petendi, & eadẽ cõditio pſonarũ. & ille qui abſoluitur poſſideat tpe litis. aliàs enim exceptio rei iudicatæ nõ obſtat. 2 ff. de except. rei iudi. cum quæritur. & l. ſeq & l. ſi rem meam. & ſupra eod. tit. aduerſario. & poteſt proponi hæc exceptio ante lit. conteſt. & poſt. ĩ. eo. lib. de li. conteſt. c. 1. vbi de hoc.

2 Quando iſta exceptio nõ habeat locũ. vide abbatem, & Docto. in c. nouit. de iud. & Fel. in c. 1. d iureiu.

f ¶ Compellantur.] ſic ĩ. eod. lib. tit. proxi. licet. de fo. compe. c. 2. ĩ. de ſen. excom. decernimus.

g ¶ Iudicata.] eo caſu quo de conſuetudine, vel de iure ad iudicem ſæcularem cognitio pertinebat, vt ſu. in caſu conuerſo uidiſti.

h ¶ Periculũ non inducunt.] in his enim canon tollit legem, ſup de præſcr. c. vlt. ſu. e. lib. tit. prox. licet.

[Glo. ſeq. reci. per obie. quare hæc inæqualitas.]

i ¶ Per ſuperiores.] non enim compelluntur per ipſos ſæculares qui tulerunt ſententiã: quia minor in maiorem, & c. 21. diſt. inferior. de maior. & obe. cum inferior. cum ſimilibus. Minor autem eſt iuriſdictio ſæcularis quam eccleſiaſtica de maio. & obe. ſolitæ, 96. diſt. ſi Imperator. Ioan. And.

ADDITIO Et in cle. paſtoralis. de re iud. ad fi. Io. An.

DE PRÆSCRIptionibus.

¶ Dictũ fuit tit. pxi. de exceptionibus in gñe, per quas elidun tur actiones actorũ. verum quia per pſcriptionem & vſucapionem repelluntur agẽtes à ſuis intentionibus ſicut p alias exceptiones: ideo conuenienti ordine ponit titulum de præſcriptionibus.

Epiſcopũ. Primo Ponit dĩctum, rationẽ interſerens. Secundo rationem explicat: ibi, Nã licet. Tertio à dicto & ratione vnum caſum excipit: ibi, Niſi. præmitte ꝙ eps ſuper ſubiectione eccleſiarum ſuæ diœceſis, & ſuper perceptione decimarũ fundat intentionem ſuam de iure communi, vt in iuribus alleg. in glo. Dom.

CASVS. Eps Pictaueñ. detinebat aliquam eccleſiam in diœceſi Xanctoneñ. vnde eps Xanctoneñ. egit cõtra Pictaueñ. epm, & petebat vt iudex declararet illam eccleſiam eſſe de ſua diœceſi, & ſibi deberi iure epiſcopali. epiſcopus vero Pictaueñ. allegauit præſcriptionem, & probauit poſſeſſionem ſuam, & perceptionem iuriũ epiſcopalium per tempus ſufficiens ad pręſcriptionem: ſed non probauit titulum, vtrum bona fides epiſcopi Pictaueñ. ſufficiat ad repellendum epiſcopum Xanctoneñ. à ſua actione? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non: ſed vltra bonam fidem oportet ꝙ alleget titulum & probet, puta, ſi dicat eps Pictaueñ. ꝙ eps Xanctoneñ. cum conſenſu ſui capituli dedit iſtam eccleſiam epo Pictaueñ. cum epo Pictaueñ. reſiſtat ius commune. Sed ponamus ꝙ eſt materia in qua ius commune non reſiſtit epo Pictaueñ. quia eps Pictaueñ. poſſedit pratum, vel vineam ſpectantem ad eccleſiam Xanctoneñ. vtrum poſſit eps Pictaueñ. ſe tueri præſcriptione xl. annorum, licet non alleget titulum? Reſpondet Romanus Pontifex. ꝙ ſic: ex quo ius commune non eſt contra ipſum poſſidentem. Sed vtrum primum dictum huius cap. ſit verum indiſtincte, videlicet, ꝙ quando ius commune reſiſtit poſſidenti, ꝙ ipſe vltra bonam fidem tenetur allegare & probare titulum ſuæ poſſeſſionis? Reſpondet ꝙ non. Nam ſi poſſeſſor probet poſſeſſionem centum annorum, non tenetur allegare titulum: quia poſſeſſio tanti temporis habetur pro titulo. Sed qualiter poterit ipſe probare poſſeſſionem tanti temporis, cum nullus inueniatur qui viuat tanto tempore: vel ſi aliqui reperiantur viuere tanto tempore, non tñ poſſent deponere de tanto tpe: quia antequã aliqui ſciant deponere, oportet, ꝙ habeant aliquã ætatem & diſcretionẽ animi. de hoc dicetur in notabilibus. Nota primo, ꝙ in pſcriptione currente contra eccleſiam non requiritur titulus, ſed ſufficit bona fides. Nota, ꝙ cum ius commune eſt

ne eſt contra præſcribentem, in præſcriptione etiam longiſſimi temporis titulus requiritur, nec ſufficit bona fides. Nota quod ſi vnus epiſcopus in diœceſi alterius poſſideat aliquas eccleſias, non poteſt ſe tueri p ſcriptione, niſi probet præſcriptionem, & cum hoc p bet titulum, qui præbuit ſibi iuſtam cauſam poſſidendi: quia aliàs præſumeretur habere malam fidem: ideo ad tollendum malam fidem, tenetur probare & allegare titulum.

pum, [a] † qui eccleſias, [b] & decimas [c] quas ab eo repetis [d] proponit [e] (licet in tua [f] ſint cõſtitutę diœceſi) ſe legitime [g] pręſcripſiſſe, allegare oportet [h] (cum ius cõmune cõtra ipſũ faciat) huiuſmodi pręſcriptionis titulũ, [i] † & probare: Nã licet ei, qui

† De intellectu vide Capycium in deciſione Neapolitana 209. & Cępolam. I tract. de ſeruitut. vrb. prędiorum. c.24. & Decium, in ca. ne abſẽtes. de conſuetudine.

Nota quòd quando ius commune eſt contra præſcribentem, tenetur probare & allegare titulum: & hoc ſiue agat, ſiue excipiat, licet aliqui dicant, ꝙ iſtud verum eſt, qñ qui præſcripſerat ceciderat à poſſeſſione, & dicebat res illas eſſe ſuas ex præſcriptione. Nã aliqñ præſcriptio longi tpis parit exceptionẽ, ſed non actionem, iuxta l. ſi quis, C. de præſcrip. lõg. temp. in medio legis. Communis tñ opinio Doctorũ eſt, ꝙ ſiue agat ſiue excipiat, ſi habeat ius commune contra ſe, debet ꝓbare & allegare titulum. Nota vlterius, ꝙ poſſeſſio centum annorũ habetur loco tituli, & iſt e titulus ſecundũ Doctores erit titulus pro ſuo, qui pręſumitur ex poſſeſſione tanti temporis. Sed quæritur, qualiter poſſeſſor poterit probare poſſeſſionem de tanto tempore de quo non extat memoria: quia teſtis debet deponere de eo quod percipitur ſenſu corporeo, & tenetur rationẽ reddere ſui dicti, in l. ſolent. C. de teſti. reſpondet gloſſ. ꝙ teſtes deponent de tempore ſuo, quod tempore ſuo talis poſſidebat talem rem, & ſcimus ꝙ talis poſſidet, & à ſuis maioribus audiuerũt ꝙ talis poſſidebat talem rẽ: & ſic debet fieri probatio: aliàs iſtud capitulum contineret contrarietatem. idem econtra aduerſarius poterit probare. Sed quæritur, quibus teſtibus ſtabitur? Reſpondet dignioribus: & hoc eſt expeditum, in ca. in noſtra. de teſti. in antiq.

[Prima gloſſa ſummat: dicit vnde ſumpta, & quid declaret.]

a ¶ Epiſcopũ.] In præſcriptionibus ſufficit bona fides vbi ius commune, vel præſumptio non eſt contra præſcribentem, aliàs debet allegari titulus, & probari: niſi ſit præſcriptio cuius contrarij non extat memoria. hoc dicit. Tracta fuit hæc decretalis de quadam extrauaganti Gregorij, quæ incipiebat, Venerabilium, de qua facit mentionem Bernardus, ſ. de præſcri. ſi diligenti. in vlt. glo. in fi. ad cuius declarationem etiam emanauit. & eorum quæ ibi notant moderni. Ioan. And.

b ¶ Eccleſias.] quo ad proprietatẽ & iura epiſcopalia.

c ¶ Decimas.] Ideſt, quartam decimarum, quæ debetur epiſcopo. ſ. eo. tit. cap. de quarta. vel proprie. ſupra de deci. quoniam.

d ¶ Repetis.] alteri epiſcopo loquitur, vt patet per ſequentia.

e ¶ Proponit.] per exceptionem pręſcriptionis non fit litis conteſtatio. quod dic, vt dixi ſ. eo. lib. de lit. cõteſt. cap. 2.

f ¶ In tua ſint.] & ſic ius commune facit pro actore. 16. q. 7. omnes baſilicæ. ſ. eo. de quarta. & de deci. dudum.

g ¶ Legitime.] ſcilicet ſpatio quadraginta annorũ. Minor enim non currit contra eccleſiam 16. q. 3. cap. iubemus. § quas actiones. ſ. eo. de quarta.

ADDITIO Contra laicum præſcribit eccleſia ſpatio. xxx. annorum. Tu dic. x. vt dixi ſupra c. illud ſuper 3. glo. Ioan. And.

h ¶ Oportet.] neceſſitatem importat. ad idem 3. q. 9. non oportet. licet alibi honeſtatem denotet. 25. q. 1 c. 1. vbi de hoc. [Idem Archid.]

[Gloſſa ſequens ponit 6. opiniones, & ſeptimam dicit approbatam, ſecundo obijcit & obiectioni reſpondet. ponit opinionem quam improbat. & diſtinguit, per id quæſtioni reſpondet.]

i ¶ Titulum.] circa allegationem & probationem tituli fuerunt opiniones antiquorum: & tales. Primo dixit Ioan. circa corporalia neceſſe eſſe allegari & probari titulum: ſed non circa incorporalia. Sed contradicit ſibi decret. ſi diligenti. ſupra eod. vt ibi no. ad decr. dudum. de deci. reſpondebat etiam vt ibi. not. Alij diſtinxerunt inter corporalia, quæ habẽt cauſã continuam, & quæ non, vt in primis non requiratur titulus: ſed in ſecundis, ſic ſupra eodem auditis. ff. ſi ſer. ven. ſi quis diuturno. Alij diſtinxerunt: aut quis agit ex præſcriptione, aut excipit. ſi agit, vt 16. q. 3. ca. placuit. § poteſt, & C. de præſcrip. xxx. annorum. ſi quis emptionis. neceſſe hẽt titulũ probare. Si excipit, vt ſup. de proba. ex litteris. tũc non habet neceſſe titulum probare: tum quia nemo cogitur dicere titulũ poſſeſſionis ſuæ. 2. q. 5. §. 1. in ſum. in glo. fin. C. de pe. hære. l. cogi; tum quia non probante actore, abſoluitur reus. 6. q. vlt. accuſator. vt eccl. bene c. vnico. C. de proba. actor. [1] Alij dixerunt ꝙ quocunque modo quis præſcriptionem obijciat, ſiue agendo, ſiue defendendo, tenetur titulum probare, vt ſupra eo. ſi diligenti. Alij dixerunt, & hęc fuit opinio Got. in ſumma huius tit. ꝙ non eſt neceſſe probare titulum, niſi quis poſſideat pro hęrede, vel pro poſſeſſore. C. de peti. hære. cogi, vel niſi ſit pręſũptio contra poſſeſſorẽ C. de proba. ſiue poſſidetis. vel niſi ſe ad hoc obligauerit, vt ſup. de prob. licet. & in hoc caſu intelligebãt ſup. de deci. dudũ. Alij dicebant ꝙ olim ſufficiebat bona fides, per decre. ſupra eo. ad aures. hodie requiritur tit. ſup. eo. ſi diligẽti. His omnibus opinionibus recuſatis, tene quod no. Ber. & moderni ſupra c. ſi diligenti, quorum hic approbatur opinio. Sed obijcio, ꝙ decretalis iſta, & eius diſtinctio potius ſit de verbo. q̃ de re: quod eſſe nõ dẽt. ſupra eo. lib. de elect. commiſſa §. porro. ſm hoc. n. omni caſu neceſſe erit titulum probari, cũ præſcriptio, ſemper ſit ꝯ ius: & ſic contra præſcribentẽ ſemper præſumendum: ſed obiectio non eſt vera. non. n. eſt contra ius ꝙ aliquis in fundo meo ſeruitutem acquirat, immo potius præter ius. licet. n. ſit contra ius meum, non tñ contra ius commune, vt probatur de ſerui. C & ff. imputetur igitur mihi ſi fui negligẽs & remiſſus. ſupra c. vigilanti. Item voluerunt quidã dicere, ꝙ non eſt cõtra ius, ꝙ vnus epiſcopus in dięceſi alterius ſibi acqrat iura ẽpalia: ſed ꝙ archidiaconus vel inferior ẽpo ſibi acquirat ẽpalia, hoc eſt ꝯ ius: & ideo ſine titulo non præſcribitur. Ad hoc 100. di. contra morẽ. de exceſ. præl. ac cedentibus. Sed primum quod de ẽpo dr̃, falſum eſt, vt hic vides. Ad hoc 3. q. 6. per totum. 9. q. 2. per totũ. Dic iudicio meo, & ſic breuiter: Interdum ius cõe vetat ne præſcriptio procedat. & hoc facit interdum ratione rei, interdum ratione perſonæ. Et hos caſus habes notatos 16. q. 3. clerici. & per Ber. ſupra de præſcrip. cum non liceat. de his nihil ad nos. Interdum ius commune facit pro petitore, & contra poſſeſſorem, vt in exemplis hic poſitis, & in decre. dudum. de deci. & tunc eſt neceſſe, allegare & probare titulũ, vt hic. Ad idẽ 93. diſt. illud. nemo enim debet vti illis ornamẽtis, niſi probet à principe hoc ſibi fuiſſe conceſſum. C. de veſti. olob. & aur. l. nemo. C. nulli licere in fre. l. vna, li. 11. ad hoc 1. Mach. 11. vbi Antiochus dedit Ionatæ poteſtatem bibẽdi in auro, & eſſe in purpura, & fibulam aureã ferre ſic etiã intelligitur. 100. diſt. contra morem: quod verum intelligo tam in excipiente, vt hic, & in prædictis iuribus quam in agẽte. ad hoc ſupra, de reſtit. ſpol. ad decimas. eo lib idem ſi eſt præſumptio contra ipſum præſcribẽtem. vt hic. & 10 q 3. quia cognouimus. C. de proba. ſiue poſſidetis. pone exemplum ſupra eo. ſi diligenti. ibi enim ex cõfeſſione ipſius archiepi Piſani inſultabat pſumptio contra ipſum. vbi vero ius cõe vel præſum-

† An ſufficiat titulus putatiu9 docent Abbas & Felynus in cap. de quarta, & I ca. auditis. de præſcri.

1 Sed hæc decre. cõtra dicit, vt ſeq tur. Io. An.

ptio

ptio non eſt ꝯ ipſum præſcribentem. bona fides ſufficit, vt hic vides. Pone in terminis: Præſcribit eccleſia domũ meam vel aliam rem meam. ego repeto rem illam, quã ſe iam eccleſia dicit præſcripſiſſe: eſt ne intentio mea iure communi fundata? certe non. hic ergo præſcribenti ſufficit bona fides: q̃a licet illa p̄ſcriptio ſit ꝯ ius meum, nõ tñ ꝯ ius cõe. notabiliter enĩ ſemꝑ habes hoc verbũ, ius commune, ſecus enim i iure priuato. Pone ergo, Præſcripſi ꝯ priuilegiatũ, priuilegiatus agit ꝯ me oppono p̄ſcriptionẽ, habeo ne neceſſe ꝓbare titulũ? Certe non: quia ille nõ iure cõi, ſed ſpeciali fundat intentionem ſuã. Idem ſi ꝯ eum qui ꝯ me p̄ſcripſerat, præſcribo. & idem in ſimilibus. Cõclude ergo ꝙ vbi petitor fundat intentionem ſuã de iure cõmuni, tunc præſcribens habet ꝓbare titulum: alias non, niſi p̄ſumptio faciat ꝯ ipſum. & ſecundum hoc poſſemus dicere, quando vna eccleſia petit decimas ab alia eccleſia, quas poſſidet in terria parochia, ꝙ ibi ſufficiat præſcribenti bonam fidem probare: quia licet ius commune faciat contra præſcribentem: non tamen facit pro petente. 1 & ſic forte poſſet intelligi decre. ſupra eo. ad aures. ſecundum illos qui dicunt, ꝙ per illam decret. ſufficiebat olim bona fides, & facit ad hoc ff. ſi ſer. ven. l. loci. §. vlti. vbi dicitur, ꝙ ſi domus mea quæ eſt iuxta te & Seium, debet ſeruitutem Seio altius non tollendi: te multo altius tollam: nam licet non habeat ius tollendi pp ſeruitutem Seij: tu tamen non habes ius prohibendi. Supradicta ſunt vera, niſi ſit tanti temporis præſcriptio, &c. vt ſequitur.

a ¶ Cauſam tribuat.] Non enim requiritur ꝙ ſit iuſtus titulus, vel talis qui dominium tribuat. ad hoc ſu. eo. veniens. quia quod meum eſt ex vna cauſa. &c. de fi. de inſtrumen. inter dilectos. §. cęterum. in fin. ſed aliqualis titulus dat cauſam præſcribendi: de quo dic, vt ſupra eo. ſi diligenti.

b ¶ Niſi.] iſtud, niſi, venit exceptiue ad id quod dixit ſup. de titulo; non ad id quod dixit de fide: q̃a nõ prodeſſet talis præſcriptio cum mala fide nulla enim antiqua dierum poſſeſſio, &c. ſup. eo. vigilanti. & cap. vlt.

[Glo. ſeq. Notat alleg. quinque conc. quærit & ſoluit. Iterum incidit quæſtio quam ſoluit.]

c ¶ Memoria.] nota ꝓ ijs quæ not. Bern. Ioan. & Hoſtien. ſup de ver ſig. ſuper quibuſdam. conco. ff. de ꝓb. ſi arbiter. 65. diſt. mos antiquus. ff. de aqua quotidia. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. 3. q. 6. hæc quippe. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. vlt. Sed quomodo probabitur tanti temporis præſcriptio? Dico ſecundum Hoſtien. qui hoc. no. de verb. ſigni. quid per nouale. quòd dicent teſtes præſcribentis (ſi talem habent conſcientiam 2) ꝙ ſemper viderunt & audierũt ita eſſe: nec vnquam viderunt vel audierunt contrarium. & ꝙ communis eſt & fuit ſemper opinio ꝙ ſic fuerit: & ꝙ non extat contrarij vel initij memoria. 3 ſi autẽ contra ad hoc aduerſarius probare vellet: teſtes ſui (ſi de ipſorum eſſet conſcientia) deberent dicere quòd viderunt tali tempore contrarium, & audierunt a ſuis ſuperioribus contrariũ eius fuiſſe. Quid ergo ſi vtraque pars probat? tunc præferuntur teſtes magis idonei: & qui dicũt aptiora, ſup. de teſti. in noſtra. vbi de hoc. & ſic illi qui dicunt ſe vidiſſe ꝯrium, deberent pręferri: cum allij ſatagant negatiuam. 6 q. vlt. accuſator. cum ſuis ſimil. Materiã huius gl. vide plene in Spec. de præb. §. 1. verſic. vltimo quæritur. vſque ad fi. §. Ioan. And.

rem pręſcribit eccleſiaſticam, ſi ſibi non eſt cõtrarium ius commune, vel contra eum præſumptio non habeatur, ſufficiat bona fides: † vbi tamen eſt ei ius commune contrarium, vel habetur præſumptio contra ipſum, bona fides non ſufficit, ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam [a] tribuat præſcribendi: † Niſi [b] tanti tẽporis allegetur præſcriptio, cuius contrarij memoria [c] non exiſtat.

¶ Idem.

¶ Priuatus ipſo iure, vel ꝑ ſententiam bonis, quæ tenet à Romana, vel aliis, eccleſiis, illa minori ſpatio cẽtum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præſcribit. Filii autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna cõtra Romanam, & alias eccleſias præſcribunt ſpatio quadraginta annorum. & idem in extraneis. Ioan. And.

CAP. II.

SI qui † [d] (exigentibus culpis, vel exceſſibus ab eiſdem commiſſis) bonis quæ à Romana, † vel ab alijs tenent [e] Eccleſijs,

ADDITIO. Pondera verbũ, teſtes. ſæpe in hac gl. repetitũ. Nam per inſtrumẽta non videtur poſſe ꝓbari hæc communis opinio, vel negatiua: cum nõ ſit res de qua inſtrumẽtum rogari, vel cõfici poſſit (licet ſecus ſit in negatiua determinata, vt dixi ſup. de elec. bonæ 1.) Sed ipſius cõtrariũ cũ ſit actus affirmatiuus bene recipit probationem per inſtrumentum, per quod poterit memoria cõtrarij actus probari. Io. An.

SI qui.] Duæ ſunt partes quæ patẽt. I. An. præmittit quòd vbi propter crimen quis ipſo iure vel per ſententiam erat priuatus ſuis bonis, ſi ꝑ aliquem illa occupabãtur vel apprehendebantur: p̄ſcribebantur ab illo ꝯ eum cui applicari debebant ſm leges: aliquando per annum: aliquãdo per aliud tempus ſecundum varietatem caſuum, vt patet in legibus hic allegatis in glo. Dominicus.

CASVS. Titius perpetrauit delictum propter quod bona ſua fuerunt confiſcata per ſententiam iudicis, vel ſine miniſterio hominis ipſo iure fuerunt confiſcata. Ponamus ꝙ Titius tenebat res in feudum ab eccleſia Romana, vel alia eccleſia, (non refert.) Confiſcatis bonis propter delictum ſuum, certum eſt quòd feuda debent redire ad eccleſiam: tamen eccleſia fuit negligens in petendo feuda, quæritur infra quod tempus repellitur eccleſia à petitione feudorum? Reſpondet, quod eccleſiæ Romanæ currit ſolum tempus, & præſcriptio cẽtum annorum. Contra alias eccleſias currit pręſcriptio xl. annorum. Sed ponamus ꝙ pater meus tempore ſuo fuit hæreticus: ſed tamen hæreſis ſua fuit occulta; certum eſt, quòd eſt incapax poſſeſſionis & dominij omnium bonorum, licet eſſet reputatus catholicus. poſt mortem ſuam fuit detecta eius hæreſis, & bona ſua fuerunt confiſcata. ego tenui bona poſt mortem ipſius: quia eccleſia non petijt illa bona: vtrum poſſim meteueri præſcriptione xl annorum? Certe ſic. & hoc verũ, ſiue ſit Romana eccleſia, ſiue alia. Et ſic eccleſia Romana vtitur hic iure communi, videlicet, quòd contra eccleſiam Romanam currit præſcriptio xl. annorum.

Nota primo hic text. declarãtem quid importẽt iſta verba ipſo iure, quia concludunt priuationem rei abſque alia probatione ſententiæ. vide glo. in c. 1. de reſc. eod. lib. Not. ſecundo, ꝙ legum humanarum appellatione comprehenduntur leges ciuiles, vide glo. 1. de priuileg. c. 2. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat.]

d ¶ Si qui.] Priuatus ipſo iure, vel per ſententiam bonis, quæ tenet à Romana, vel alijs eccleſijs, illa minori ſpatio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præſcribit. Filij autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam, & alias eccleſias præſcribunt ſpatio quadraginta annorum, & idem in extraneis. Ioan. And.

e ¶ Tenent.] in feudum, vel alio modo, vt dicã infra

e ¶ Pea

† Quæ nunquam p̄ſumitur niſi allegeť. ita Fel in c. af ferre. de pręſump. & Alex. conſil. 76. vol. 2.

† Vide Abbatẽ in c. cũ ex officij, & Fel. in c. ſi diligenti. e. ti. & Deciũ conſi. 134 limitantes & ampliantes textum.

1 Idem D. & in fin. voluit gl. in c. ad decimas de teſt. facit text. hic in princip. ſed Phil. tenet ꝯ gl. per text. hic in medio, & pro gl. facit Barba. conſi. 35. lib. 3. & Decius cõſ. 86.

2 Quæ proprie cadit i circumuicinos. ff. de fin. l. 1. ibi, æſtimatione circumcolentium. Io. Andr.

3 Vide Fel. in c. ſi diligẽti. de præſcriptio. & Alex. conſi. 16. in 5. vol. qui tenent teſtes hæc duo debere probare, de auditu, & de fama.

† De intellecto Ioannes Faber. Inſti. de vſu cap. §. res fiſci.

† Quid intelligaẽ hic appellatione Eccleſiæ Romanę docet Pontif. in c. ad audientiam. ꝯ eod.

ſint per ſententiam, [a] vel ipſo iure [b] priuati: Statuimus, vt in apprehendendis † vel occupandis poſtea quandocunque bonis eiſdem, nullus (licet leges humanæ ſuper hoc alia tempora ſtatuere videantur [c]) ipſis eccleſijs temporis lapſus obſiſtat; niſi contra ipſam Romanam eccleſiam centenaria, [d] vel contra eccleſias alias quadragenaria [e] præſcriptio legitime [f] ſit completa. [g] ¶ Si ‡ poſt mortem hæreticorum (qui dũ viuerent catholici putabantur [h]) bona ipſorum à catholicis [i] eorum filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuſcunque, [k] ſpatio quadraginta annorum fuerint bona [l] fide poſſeſſa: Sancimus ‡ eos ſuper bonis huiuſmodi (etiam ſi ad Romanam peruenire deberent Eccleſiam) in hoc caſu [m] non eſſe vlterius moleſtandos: quamquam illi, quorum bona fuerant, nunc [n] detegãtur hæretici [o] extitiſſe. †

TITVLVS XIIII.

De ſententia & re iudicata.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdun.

¶ *Iudex, qui contra iuſtitiam, & contra conſcientiam aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis, per gratiam, vel per ſordes: condemnandus eſt parti læſæ in æſtimationem litis, & per annum eſt ſuſpenſus, & perpetuo ſi medio tempore ingerat ſe diuinis, niſi Papa cum ipſo diſpenſet. Io. Andr.*

CAP. I.

Cvm † æter-

a ¶ Per ſentẽtiam.] vt quia propter ingratitudinem reuocata fuit donatio. ſ. de dona. c. vlt. C. de reuo. do. l. vlti. Ad idem ſup. de pœn. ad aures. ĩ. de ſchiſ. c. vnico.

¶ Gl. ſeq allegando 6. concor. ponit 6. exempla.]

b ¶ Ipſo iure.] pone exemplũ. ſ. de pœnis. in quibuſdam. licet ibi quidam dicant contrariũ, ſcilicet eos per ſententiã ibi priuandos. Ad idẽ ĩ. eo. lib. de elect. vbi periculũ. §. ipſos inſuper. & c. fundamenta. §. ꝙ ſi ſecus ĩ. de pœn. felicis. & ſupra de ſent. excõ. grauem. ad fi. in lib. feudo. de feudis nõ alie. imperialem. §. præterea. cum ſim.

c ¶ Videantur.] ‡ vt in auth. de ſan. epiſc. §. ſi quis rapuerit. ad fi. ti. per vnã columnam, coll. 9. vnde fuit tractũ 27 q. 1. ſi quis rapuerit. vbi dr̃, ꝙ bona corrumpentis, rapientis, vel ſolicitantis monialem, vendicari debent monaſterio. ſed ſi poſtquam crimẽ notum fuerit, neglexerit eccleſia ꝑ annum petere, tunc applicantur fiſco. & facit ff. de diuer. & temp. præſcr. l. in omnibus. & quod ibi no. Io Mo. & Archi. alleg. auth. ut cum. de app. cog. §. generalem. ver. ſi uero. coll. 8. vbi nõ extantibus filijs agnatis uel cognatis catholicis, defertur eccleſiæ, quæ ſi per annum petere negligat: defertur fiſco. Io. And.

ADDITIO. Bona ad eccleſiam delata aliquando peti poſſunt intra annum, vt tetigit hæc gloſſa. Aliqua iura videbantur dicere de quinquẽnio. C. de appel. leg. 2. & de hæret. Manichæos. & quod ibi no. in 3. glo. Alia videntur dicere de quadriennio. ff. de diuer. & tempo. præſcript. inter quattuor. C. de quadrien. præſcript. l. 1. Io. And.

d ¶ Centenaria.] 16. q. 3. nemo. de præſcrip. ſi diligenti. & cap. cum nobis. & ibi notatur qualiter probetur talis præſcriptio.

e ¶ Quadragenaria.] 16. q. 3. cap. iubemus. §. quas actiones. ſupra de præſcrip. de quarta. & c. ad aures. cum ſimilibus.

f ¶ Legitime.] ſupra c. prox.

g ¶ Completa.] vt ſubducantur tempora ſchiſmatum, vacationum, hoſtilitatum, & ſimiliũ. ſ. eo. c. 1. & cap ex tranſmiſſa. & cap. cum nobis.

h ¶ Putabantur.] in alijs igitur hæc præſcriptio locum non habet ad hoc ſ. de præſum. nonne.

i ¶ Catholicis.] bene dicit: quia ſecus ſi eſſent hæretici: illi enim nihil poſſunt poſſidere. 23. q. 7. per totum. 8. diſt. quo iure, ergo nec præſcribere: quia præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit. ſupra de probat. ex litteris: ſupra eo. cauſam. ff. de vſucap. ſine poſſeſſione. ĩ. de reg. iur. cap. 3.

k ¶ Quibuſcunque.] dum tamen catholicis, vt ſupra.

l ¶ Bona fide.] credebant patrem vel teſtatorem fuiſſe catholicũ: & ſic iuſto titulo in ipſos eorũ bona trãſiſſe.

m ¶ In hoc caſu.] nota ſpecialem caſum, in quo quadragenaria præſcriptio currit contra Romanam eccleſiam, & fungitur vice aliarum eccleſiarum. Vide quod not. 16. q. 4. volumus. in glo. antep. & quod no. de cap. mona. dilectus. & qđ ibi dixi. per quod decido qđ hic no. Arc. Sic olim oẽs eccleſiæ gaudebant priuilegio centum annorum. C. de ſacroſanc. eccl. vt inter diuinũ.

n ¶ Nunc.] ſcilicet tempore quo eccleſia vult bona vendicare, ſi referatur ad verbũ, detegantur. vel nunc, ſcilicet tempore mortis ſuæ, ſi reſpiciat verbũ, extitiſſe. aliàs eſt in littera, tunc. & clarius.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

o ¶ Hæretici.] ſed nonne tales damnantur? & ipſorum memoria etiã poſt mortem, vt hic, & 23. q. 2. cap. vlt. & ſ. de hære. ſi quis epiſ. ergo & bona intelliguntur eſſe damnata, cum ſint acceſſoria ad perſonã. C. de bo. præſcrip authen. bona. in fi. & l. fi. in fi. Et facit quod no de cle. coniu. qđ à te. Sol. ſpeciale eſt: in caſu propter bonã fidem ipſorum catholicorum hæredum, qui tanti tẽporis, ſcilicet xl annorum pręſcriptum ſibi dominium quæſiuerunt: aliàs locum haberent contraria: nã etſi aliam rem eccleſiaſticam præſcriptibilem bona fi de tanto tempore poſſediſſent, præſcripſiſſent: ergo & iſta bona præſcribent.

ADDITIO. Niſi hæc conſtitutio emanaſſet, parũ iuuaret hæc ratio. In re enim eccleſiæ præſcribebatur eccleſiæ, quæ neglexit petere. Sed hic ante pronunciationẽ nulla negligentia, vt dixi ſuper verſic. ſancimus.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

¶ Viſum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedẽtium, de iudicijs, & præparatorijs iudiciorum, & de allegationibus, & defenſionibus partium. Et quia poſtquam partes allegauerunt, & propoſuerunt totum id, & quicquid proponere, & allegare voluerunt, ſupereſt ſolum ſententia, & appunctamentum iudicis: ideo ad nos informandum ponit rubricam, de ſententia, & re iudicata.

Cvm æterni.] Diuiditur in quattuor partes, ſecundum Ioan. Mon. Primo ponit proœmium. Secundo dat formam ſententiandi, ſupple, & procedendi: ibi, Caueant. Tertio ꝯ facientem ſuſpendit: ibi, Si quis. Quarto non ſeruantem ſuſpenſionem punit multipliciter: ibi, Sciturus. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt quod habetur in l. vlt. ff. de var. & extraord. cogn. & Inſt. de oblig.

‡ Notat Petr. de Anch. ꝙ poſt ſententiã iuris vel hominis faciẽda eſt executio: ſed ꝙ declaratoria executionẽ pręcedat. c. cum ſecundum. ĩ. eo. de hær. ꝯcernat res, ſiue pſonã. vnde in crimine læſæ maieſtatis retinetur titulus in bonis. ar. not. in l. is cõſequenter. ff. fam. erc. donec feratur declaratoria. l. eius ꝑ delatorẽ. ff. de iure fiſ. & ſi crimẽ ſit probatũ, & notoriũ. quia ꝓbatio non tñ põt ſicut ſnia, vt no. Pet. de Anch. de off. dele. iudex. ſ. e. cui addo gl. ſingularẽ ſecũdum Dom. in c. fin. de confeſ. ſ. e. in l. ſed & ſi. §. ſi cum. ff. de iureiuran. Font.

‡ al. ita: Si vero poſt mortẽ, &c.

† In uno manuſcripto ita: ſancimus eos ſuper bonis huiuſmodi et à Romana Eccleſia in hoc caſu nõ eſſe, &c.

‡ De hac differentia vide Baptiſtam de ſancto Blaſio ĩ repetitione Rubricę decreti. q. 25.

† Vide Zãchinũ tract. de hæret. c. 24. & 25. Marſiliũ ſingul. 307. incip. Bona & linquẽtis. & Ant. Gom. tom. 3. varia. reſolut. cap. 14.

‡ Vide Careriũ tract. de hæreti. Squiliacenſem. trac. de fide catholica. 54. & repertoriũ inquiſitorum verbo, bona.

† De intellectu vide Abbatem ĩ d. c. 1. de off. ordi. & Baldũ in l. fin. C. de pœn. iud. qui male iud.

oblig. quæ ex quaſi delic. naſcuntur. videlicet, ꝙ iudex ſi per imprudentiam male iudicauerit, tenetur parti quam læſit. ſecundum quòd bonum & æquum iudici videbitur: & dicitur facere litem ſuam.

CASVS. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma, puta in centũ: cõueni te corã iudice competenti, tu ꝑ pecuniam, vel preces amicorum tuorũ corrupiſti iudicem, intantum ꝙ ipſe tulit iniquam ſententiã cõtra me, & te ab impetitione mea abſoluit: ꝗ tamen ſuã conſcientiã, & iuſtitiã. quæritur an ſit aliqua pœna puniendus? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ ſic. nam vltra pœnas legales, eſt mihi condemnandus in æſtimationẽ litis: & inſuper eſt ſuſpenſus per annum, ab officio; & ſi pendente illo anno ſe immiſcuerit, incurrit irregularitatem: à qua non poterit niſi per Romanum Pontificem abſolui.

Pſal. 36.

ni[a] tribunal[b] iudicis illum reum[c] non habeat, quem iniuſte iudex[d] condemnat[e] teſtante Propheta:[f] Nec damnabit[g] eum cũ iudicabitur illi.[h] Caueant eccleſiaſtici[i] iudices, & prudenter attendant, vt in cauſarum proceſſibus[k] nil vendicet odiũ,[l] vel fauor † vſurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmij iuſtitiam non euertat,[m]

titulum. & rem ſibi fuiſſe traditam, 1 & bonam fidē habuiſſe tpe emptionis & traditionis, (quod præſumitur, 2 niſi cõtrarium probetur) & quod credat modo vēditorem vel donantē tpe contractus dñm non fuiſſe, aliàs publiciana non competeret. Et formatur libellus: Peto talē rē mihi reſtitui iure dñij, vel quaſi: hoc eſt dicere quaſi dñij, ac ſi vſucepiſſem quod non vſucepi: & de ſola cõſuetudine admittitur talis libellus ſub diſiūctione: vnde dicere deberet. Peto talem rem iure quaſi dñij: quia modo certus eſt reus. In ſupradicto aūt libello quācumque partē diſiunctæ probauerit actor, obtinebit in formā petitionis. Et ſi deficiat in vna & abſoluatur reus, poſtea poterit intentare alteram partem diſiunctæ, non obſt. exceptione rei iudicatæ: 3 quia hæc eſt modo alia cauſa, quam prima ſupra de cau. poſſ. c. vlt. & de hoc Inſtit. de accuſ. §. aliæ. ſicut cum in iudicio peto rationem tutelæ, & proſequor alteram ſpeciem tantū: licet fiat abſolutio in illa ſpecie vel ſimpliciter, nihilominus alias ſpecies poſtea proſequi potero. ſi excipias de re iudicata, te replicatione doli repellam, C. de iudi. licet. Sed ei quod dictum eſt, ꝙ mala fides tradentis nō nocet accipienti rem bona fide quominus vſucapiāt, cō tradicit C. de præſcr. long temp. authen malæ fidei. quæ dicit; in malæ fidei poſſeſſore alienante, ceſſat longi temporis præſcriptio. Dic ꝙ licet prædictæ leges corrigantur per authen. vt bona fides tradentis exigatur: nihilominus quod de publiciana dicitur, locum habet, vt qui rem habuit bona fide & iuſto titulo, licet tradēs habeat malam fidem, & licet accipiens vſucapere non poſſit propter malam fidem tradentis: tamen a quocūque poſſeſſore præterquam a domino publiciana rem vendicabit. Contra dominum autem non currit præſcriptio, licet tradens habeat bonam fidem. Diſtinguitur tamen vtrum dominus ſciuerit ſuam rem taliter alienatam: & tunc currit ei præſcriptio longi temporis, niſi res eſſet furtiua: quia tunc nō currit ei præſcriptio propter vitium quod ei adhæret. Si ignorauit, præſcriptio longi temporis ei non currit: præſcriptio aūt longiſſima bene currit, vt in prædicta authentica malæ fidei. hoc ergo non vetat authen. quin locum habeat publiciana, licet fuerit mala fides tradentis. 4 Sed ad hoc vt longi temporis præſcriptio locum habeat, requiritur tradentis & accipientis bona fides ſecundum leges. ſecundum canones vero ſola præſcriptio xl. annorum locum habet, & ſemper cum bona fide. ſ. de præſcr. c. vlt. Ber. cuius fuit hęc gl. licet non per omnia ad litteram, quā hic propter ſuas remiſſiones poſui quas alibi facit ad eam. Et vides quod ſentit Ber. talem libellum de cõſuetudine admitti: & ſatis eſſe poteſt, cū conſuetudo ſit optima legū interpres ſ. de conſue. cum dilectus. & hoc et no. Guil. in Spe. de cau. poſ. & propr. §. notandū. ver. aliæ. & §. ſeq. in fi. Alij vt Tanc. dicunt, ꝙ illi ſubtilitati ciuili, ꝙ libellus alternatiuus non recipiatur, non eſt ſtandum ſecundum canonicam æquitatem. Ad hoc inf in fi. cap & ſ. de iud. dilecti. de in integ. reſt. conſtitutus. §. quare. vbi de hoc per Inn. & Hoſt. & per Hoſt. de ele. querelā. Alij dicunt, ꝙ hic & in ſimilibus non fuit obiectum: quia bene fuiſſet repulſa talis petitio propter rationes alleg. in prin. glo. & ſic intelligunt prędictā decr. conſtitutus. 5 Alij dicunt, ꝙ vbi actor incertus eſt ex facto alieno, & nil ſibi pōt imputari: tunc admittitur alternatiuus libellus. ff. quorū leg. 1. 1. §. qa aūt nonnumquam. aliàs non: & ſic ſoluunt contraria. Goffr. & Inno. dicunt, ꝙ vbicumque quis probabiliter dubitat, non ſolum ratione alieni facti, ſed etiam proprij poteſt in eodem libello plures proponere actiones: nec cogitur eligere, etiam ſi ſe non compatiantur: & ſic intelligatur decre. conſtitutus. alias ſi non eſt probabile dubium, eligere cogitur. ff. de trib. quod in hæredem. §. eligere. vbi plene de hoc. & adde quod dixi ſ. eo. lib. de elect. vt quis duas. Alij dicunt, ꝙ licet iſte libellus videatur contrarius, non eſt; quia rei vendi. & publiciana non ſunt contraria, ſed diuerſa. cū ad eundem finem tendant: cum aūt tendunt ad diuerſum finem, tunc habent locū contraria. & hoc tenet Guil. in Specu. vt ſupra. & ſuper hoc adde quod dixi ī. de reg. iu. nullus pluribus.

2 Quā ſufficit fuiſſe in accipiēte, licet non in tradēte. eſt tñ neceſſario allegāda ait Phil citans Ang in l. ſuper longi. C. de pręſcr. lōg. tēp.

3 Idē Doct. hic, & in l. minor. §. 1. ff de euict. ſuppl. qū alterā expreſſe pſecutus eſt ſi mutat generaliter bo. ptinere, ſuccumbēs in probatione dñi non intētabit publicianam. Bar in l. ēt. eadem. § actiones. ff. de re iud.

4 Idē Doct. hic Spec. ti. de cau. poſ. §. nec dicendū. ver. pen. ibi uide de publiciana. Font.

5 Ita ſi libellus copulatiue fuiſſet conceptus. Raymi. Ferra C. de edendo.

ADDITIO. Remittit 3. q. 3. cap induciæ §. offeratur. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

a Ex largitione.] ſed per hoc non habebat locum vendicatio: cū non dicatur, ꝙ traditio ſecuta fuerit. C de rei vendi. l. ſeruum. vbi emptor ſeruum non traditum ſibi præſentē vendicare non poteſt. Ad idem C. de her. vel actio. ven. qui tibi ff. de rei ven. ſi ager. Sed dic illud verum in priuato: ſecus in eccleſia. C. de ſacroſ. eccl. vt inter diuinum. & ſ. de conſue c. 2. vbi de hoc. & ex hac expreſſione ſuccubuit Abbas, vt ī. patebit.

ADDITIO. Et ſic expreſſa nocent. ff. de reg. iu. expreſſa. Hanc autem expreſſionem facere non tenebatur, vt plene no. de libel. obl. c. 2. Io. And.

b ¶ Pertinere.] hoc verbum late patet. ff. de ver. ſig. verbum illud. de fi. inſtr. inter dilectos.

[Glo. ſeq. ponit deciſam, quam iure approbat.]

c ¶ Allegabatur. 6] ſecunda pars: propoſitum fuit primo pro parte Hoſpitalariorum, ꝙ auus ipſius regis caſtrum Curuariæ cum ſuis finibus intra quos erat locus de Roſellis, prius Hoſpitalarijs contulerat. reſponſum fuit per monaſterium, ꝙ talis donatio non valebat: cū facta fuiſſet eo tempore, quo res donata erat in poteſtate hoſtium, non in dominio donatoris. Et pro hac parte facit, quia liber homo, fundus hoſtium, & quæ natura fieri non concedit, in ſtipulationem venire non poſſunt. ff. de verb. obl. liber homo in ſtipulatum. & l. ſi ſtipuler. & ſi aliquid alicui ſit relictum, quod propter qualitatem relicti haberi non potuit, non tenet legatum: licet interdum æſtimationem habeat cum diſtinctione legis. ff. de lega. 3. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. Contra hanc allegationem monaſterij allegabat Hoſpitale, vt ſequitur.

6 In hoc §. iūcto fine c. ibi, Abſoluendos. no. Pet. de Anch. ꝙ nō fertur ſnīa ſuper iure rei, pro ſe in iudicium deducto. ſed tñ abſoluit ab aduerſarij impetitione, poſſit tñ ſuper iure rei pronunciari, & declarari dñm notāt Doct. in c. ex conqueſtione. de reſt. ſpo. Fon.

d ¶ Habere vigorem.] ſcilicet adueniente conditione, vt ſequitur. Ad hoc. ff. de act. emp. & ven. l. vlt. & legatum quod non valet pure factum, ſi legetur ſub conditione, valet conditione adueniente. ff de leg. 1. l. cętera. §. primo. ff de condit. & demonſt. qui hæredi. in fi. & l. qui ſub conditione.

e ¶ Natura vel qualitas.] quia res donata non erat liber homo, vel res ſacra, vel religioſa, vel inæſtimabilis. ff. de ver. obli. inter ſtipulantem. §. ſacram. Reges enim qui ſpiritalia poſſidere non poſſunt, nec illa poſſunt donare: & recipientes ſunt ſacrilegi. 16. quæſtio. 7. ſi quis deinceps. Io. And.

f ¶ Laudabile.] quaſi diceret: nec ex virtute conditionis debuit infringi donatio: quia erat laudabilis & honeſta.

a ¶ Mox.

ſtianorum dominio ſubderentur: quare mox [a] cum peruenerunt ad ipſos, [b] fuerunt ad vos totaliter deuoluta. [c] Multum quoque diſtabat, an ipſi monaſterio de Bonefac. vel prędicto monaſterio Populeti [†] ab eodem Rege facta donatio fuiſſet: quia etſi liquebat prędicta monaſterio Populeti ab ipſo Rege, ac ab illo abbati, & conuentui de Bonefac. fuiſſe collata non tamen ob hoc conſtabat dictum Regem ipſi monaſterio de Bonefac. illa donaſſe, vel mandaſſe donari. [d] Nec pro eo quòd voluit & ſtatuit, vt ædificaretur ibi monaſterium, poterat & debebat intelligi eum prædicta, vel eorum aliqua conſtruendo monaſterio donauiſſe: [d] cum illa potius ſua videretur intentio, vt (quia præfatum monaſterium Populeti, tot & tantorum bonorum largitione ditabat, abbas, & conuentus ipſius, pro ſua ſuorumque ſalute monaſterium conſtruere tenerentur, præſertim quia monaſterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat. [e] Præmiſſa vero conceſſio facta monaſterio de Bonefac. ab Abbate & conuentu monaſterij Populeti, nullũ prorſus ei videbatur afferre ſuffragium, pro eo potiſſime, [†] quòd poſt litem conteſtatam & proceſſum iudicij facta fuerat: ſicut clare patebat ex inſtrumento præfato. Vnde cum ius (ſi quod in prædictis ipſi monaſterio de Bonefac. ex cõceſſione huiuſmodi competebat) in iudicio minime deduxiſſet: (quia videri non poteſt illud veniſſe, quod poſtmodum accidit [f]) pronunciari vtique ſuper petitis non poterat ex eadem. [g] Pro parte [g] autem altera dicebatur, quòd cum Rex ipſe ſua probitate, ac ſtudio ab infidelibus [h] loca conquiſiuerit ſupradicta, donatio aui, vel patris ipſius prius facta de illis, cum ad cultum fideĩ peruenirent, Regem eumdem, quo ad hæc ſic per eum poſtmodum acquiſita, obligare non potuit: cum ſua propria facta eſſent, & viderentur ab alijs bonis hæreditarijs ſeparata. [i] Porro præfata cõceſſio facta monaſterio de Bonefac. à monaſterio Populeti, licet poſt acceptum iudicium, cauſæque proceſſum interuenerit: prodeſſe tamen, & valere debebat, cum pro actore (quod de iure ſuo ex cauſa idonea, quamuis ſuperueniẽti [†] appareat) ſatis ſufficere videatur, ſatiſque eſſe, ſi (prout ſeruatur in reo [k]) interſit ipſius

a ¶ Mox.] C. de ſacroſan. eccl. vt inter diuinum. vt ſupra dixi in 4. glo.

b ¶ Ad ipſos.] ſcilicet Chriſtianos.

c ¶ Multum.] bonus aduocatus Hoſpitalariorum, primo confirmauit ius ipſorum. ſecundo impugnat ius monachorũ duplici ratione: & hæc eſt prima. dicebant Hoſpitalarij; monachi non oſtendunt donationem Regis, vt in libello dixerũt. Dicebant monachi, ſatis eſſe, quòd oſtendebant donationem factam à Rege monaſterio Populeti: & ab ipſo monaſterio Populeti monaſterio de Bonefac. reſpondebant Hoſpitalarii multum diſtare vt ſequitur.

d ¶ Donauiſſe.] bene dicebat: quia ex nullo verbo poſito in donatione facta monaſterio Populeti patebat fuiſſe hãc voluntatem donantis, quòd locus de Roſellis daretur monaſterio de Bonefac. & ecce, quod ſequitur, cum illa, &c.

ADDITIO Alle. Innoc. C. de don. pro miſ. l. 1. ad idem, ff. de ver. oblig. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus Io. And.

e ¶ Non valebat.] ad hoc de eccleſ. ædific. ad audientiam. 2 vbi de hoc. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. & 32. q. 2. quod vero non formatum. Ioan. Andr.

ADDITIO. Dicebant Innoc. & Io. Monach. ꝙ in l. ſi ſeruitus. §. fin. ff. de ſer. vrb. pręd. & l. ſeruos. ff de lib. cau. nõ quæritur ius in re: ſed perſonalis obligatio. Ioan. And.

f ¶ Accidit.] & ideo alia interpellatione opus eſt ff. de iudic. non poteſt. & l. ſolemus iudex ergo non poſſet ex alia donatione pronũciare, ex qua actum non fuit, vt in prædicta l. ſolemus.

g ¶ Pro parte autem altera] ſcilicet monaſterij de Bonefac. & hæc eſt tertia pars. Et bene allegaſſent hic monachi, ſi res donatæ non pertinuiſſent ad regnum: quia nihil diſponere potuiſſet: ſed quia ad regnum pertinebant, licet illa non poſſideret, ius quod in eo habuit, dare potuit, ff. de fun. do. ſi fundum. maxime ſub conditione, vt ſupra, & ad hoc obligare potuit ſucceſſorem. Vel male allegabant monachi, eo quod conditionalis obligatio bene aſtringit ſucceſſorem. Inſtit. de verbor. obligat. §. ex conditionali. ff. de proba ſi pactum.

h ¶ Ab infidelibus.] nota quòd acquiſita ex bello geſto contra infideles, efficiuntur capientium. de quo per Innocen. de voto, quod ſuper his. Et dic, quòd iſte rex acquiſiuerat ab infidelibus per iuſtum bellum initum contra ipſos infideles, & Sarracenos. facit 23. quæſtio. 5. dicat. in gl. 2. & de hoc per Innoc olim 1. de reſtit. ſpol. & prædi. c. quod ſuper his. Dominicus.

i ¶ Separata.] bonorum ſeparatio nõ habet locum, niſi in certis caſibus. not. ff. de ſepara. l. prima. Io. Andr.

ADDITIO In 1. gloſſa dicunt quidam, quòd hic non dicebatur impetrata ſeu facta ſeparatio bonorũ, immo quia ſimpliciter patris hæreditatem auiuit, vna cẽſetur ſua, & patris hæreditas, ff. de vulgar. & pup. ſed ſi plures §. filio. Ioannes Andr.

[Glo. ſeq. declarat quod dicitur de reo, & diuerſitatis rationem reddit.]

k ¶ In reo.] qui ſi rem petitam tempore litis cõteſtatæ poſſideat, ſed tempore ſententiæ ſine dolo deſijt poſſidere, abſoluitur. Si vero tempore litis conteſtatæ non poſſideat, & tẽpore ſententiæ poſſideat, condemnatur. Sicut ergo ex cauſa ſuperuenienti poſt litem conteſtatam abſoluitur, vel condemnatur reus: ſic videtur in actore, vt ex cauſa poſt litem conteſtatam ſuperuenienti ſibi debeat reus cõdemnari, ſed hoc non eſt verum, vt infra patet. Et poteſt eſſe ratio: quia qui agit ex certa cauſa, maxime poſt litem conteſtatam, mutare illam non poteſt: nec aliam allegare: cum ſuper alia conteſtatio nõ ſit facta, & ita ex cauſa illa, ex qua actum eſt, debet ferri ſententia. Sed reus qui conueniebatur, ſi non poſſidebat tempore litis conteſtatæ, hoc dicere debuit, & fuiſſet abſolutus, ſi id conſtitiſſet: imputet ergo ſibi quia tacuit, ff. ad exhi. ſigni. §. ſi quis. & §. cæterum. & de hoc ſupra, de excep. cap. penult.

† Iuxta doctrinam Iſidori prius ẽ vt noſtra firmemus. deinde obiecta confutemus. Ioan. Mona.

† Monaſterium Populeti à fundamentis erexit. & multis diuitijs auxit Alfonſus primus rex Aragonum, & comes Barcinonẽq; vt ibi reges Aragoniæ ſepelirentur: ita teſtãtur eius regni hiſtoriæ.

† Vide Bar. & Ale. in l. habebat, ff. de inſtit. & Alex. in l. diuus. ff. de re iudi. & Fel. in c. licet. de probat.

† An & quæ bona capta i bello ſint capientiũ. docet Feli. in c. excõicamus. de hær. Bar. & doctor. in l. hoſtes, ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſ.

† Vide deciſionem Rotæ 176. in nouis. In caſu cõuerſo. ſ. cũ deſiit actor habere ius, qd habebat tẽpore litis conteſtatæ, diſtinguitur: quia aut ex facto proprio: & tũc reus abſoluitur: aut ex facto rei & tunc nõ abſoluitur. ff. de rei vẽ. ſi poſt acceptum, & de cond. fur. ſi ſeruus furtiuus. & ſol. mat. ſi conſtan. c. §. ſi.

tempore ſententiæ proferendę. ¶ Sed ad hæc [a] pars veſtra reſpondit, q cum tā ſupradicti aui donatio, q̄ locorum acquiſitio præmiſſorum, fuerint nomine regni factæ: memoratus Rex donationem ſeruare huiuſmodi tenebatur. † ¶ Cæterum [b] prædicta monaſterij Populeti conceſſio, monaſterio de Bonefac. auxiliari nō poterat in hac parte: quia cum quis egit ex aliqua certa & ſpeciali [c] cauſa, & poſtea [d] ſiue alia ſiue ſimilis [f] ei, quam expoſuit, accidit, videri non poteſt illa in iudicio deueniſſe: cum iudex tunc [g] proſpicere, ac attendere debeat diligēter, an † ex ea omnino eadem, quæ prius expreſſa extitit, vtpote quæ tunc etiam competeret, actoris intentio ſit fundata. ¶ Secus autem cum egit, vel petiit in genere nullius certæ, vel ſpecialis cauſæ faciens mētionem: videlicet, quia generaliter forte propoſuit aliquem obnoxium [h] eſſe ſibi, vel ad ſe iure dominii, vel quaſi rem aliquam pertinere: tunc enim hoc præcipue eſt inſpiciendum iudici, an ſufficienter vel minime, de iure vel intentione conſtet actoris: vnde ſi de hoc ex cauſa etiam poſtmodum accidenti liqueat: poteſt, & debet iudex (etiam ſi appareat minus iuſte à principio fore actum) ſuum exinde animum informare. Quoniā [i] etſi petitum fuerit indebite, non ob hoc tamen minus valuit & tenuit iudicium [k] ſubſecutum, nec illius acta, vel geſta propterea minus valida extiterunt: nec etiam [l] iudex ipſe cognita taliter veritate, pronunciare in contrarium poſſet cum libera conſcientia [m] & ſecura. Non prodeſſet [n] etiam multum reo, ſi tunc forte in ipſum ex huiuſmodi ſuperueniente cauſa, condemnatio non ferretur: cum mox alio inſtituto iudicio [o] foret ex illa merito condemnandus. Vnde etſi actori ſuam ex ſuperueniente cauſa intentionem ſufficiat fundauiſſe, cum egit [p] aliqua cauſa ſpecialiter non expreſſa: ſecus tamen eſt ſi certam & ſpecialem in ſua petitione ſubiunxerit, niſi poſtmodum intentionem ſuā ex eadem prorſus (quam prius expreſſit) tunc [q] † etiam competenti cauſa fundarit. ¶ Quare cum memoratus Abbas monaſterii de Bonefac. propoſuerit ſæpefatum locum de Roſellis cum ſuis terminis ad ipſum monaſterium ex prædicti Regis largitione ſpectare, nec de aliqua facta ipſi monaſterio ſuper hoc ab eodem Rege conceſſione docuerit, oſtenderit autem donationem quondam factam illi de his ab Abbate & conuentu monaſterij Populeti, quæ nec in ſua petitione fuerat expreſſa, nec etiam ante [r] facta, nullum profecto commodum ex ea reportare debebat. ¶ Præfatus [s] igitur Cardinalis præmiſſis omnibus, & alijs [t] quæ hincinde fuerunt propoſita diligenter

a ¶ Sed ad hæc.] quarta pars in qua reſpondetur ad duo proxime dicta.

b ¶ Cęterum.] reſponſio ad ſecundum de quo dixerat in ver. porro. Ioan. Andr.

c ¶ Speciali.] in libello expreſſa, vt hic, puta ex cauſa donationis factæ à Rege. Io. Andr.

d ¶ Poſtea.] i. poſt litis conteſtationem ex prædicta cauſa.

e ¶ Alia.] puta quia petebatur res ex cauſa donationis: modo petitur ex cauſa venditionis, forte factæ poſt lit. conteſt.

f ¶ Similis.] vt cum peteretur ex cauſa donationis factę à rege: modo fit fides de donatione facta ab alio, puta monaſterio Populeti, vt hic allegabatur: ergo ſimilis cauſa. ſed ab alia perſona & alijs loco & tempore, & iis, quæ comitantur cauſam.

g ¶ Tunc.] ſcilicet tempore litis conteſtatæ. Io. Andr.

Glo. ſeq. recit. per q. quam diſtinguendo ſolum, & remittit.]

h ¶ Obnoxium.] talis generalis libellus in perſonalibus actionibus non debet admitti. ſupra de libel. oblat. c. vlt. tamen valet ſi recipiatur: & ſibi imputet reus, qui cauſam non fecit exprimi in libello. C. de an. exce. ſi ex multis. In realibus cōiter admittitur. ff. de exc. rei iudic. ſi mater. §. eadem. & l. & an eadem. §. actiones. & de hoc plene, ſupra de libel. oblat. cap. 2. & ff. de eden. l. 1. Io. Andr.

i ¶ Quoniam etſi.] proximum dictū tribus rationibus probat. Ioan. Andr.

k ¶ Tenuit iudicium.] ac ſi iuſte petijſſet, dummodo iuris ordo ſeruetur in iudicio, qui ſeruari debet, & ſententia tenet contra eum, & pro eo, licet feratur cōtra ius litigatoris, niſi fuerit appellatum. 2. quæſtio. 6. cap. ei qui. §. diffinitiua, ſupra eo. ti. cum inter vos.

l ¶ Nec etiam.] ſecūda ratio.

m ¶ Conſcientia.] ſi enim generaliter dixerint eum obnoxium, & illum iudex tempore ſententiæ obnoxium reperit: ſi eum abſolueret, contra conſcientiam iudicaret. & in hoc caſu, ex abſolutoria ſententia perpetuo, & ex omni cauſa paratur exceptio rei iudicatæ. [1] ff. de exce. rei iudi. ſi mater. §. eandem.] Sed non ſic cū ex certa cauſa petiit: quia tunc tantum ex illa cauſa paratur exceptio. de cau. poſ. c. vlti. & dixi ſupra in magna glo. Io. And.

n ¶ Non prodeſſet.] tertia ratio.

[Glo. ſeq. arguit & ponit triplicem lecturam.]

o ¶ Iudicio.] vr̄ hic, q ſi iudex condēnet reū: ex ſuperuenienti cā, eædē probationes habitæ in primo iudicio valeāt in alio inſtituto ex eadē cauſa: contrarium tenetur: q2 eſt noua cauſa, & nouum eſt iudicium. vnde cū ſint lite non cōteſtata recepti, quantū ad hoc non deberent valere: iuxta illā regulam: teſtes recepti lite non cōteſtata nō valent. Super hoc poſſet forſan dici, vt traditur ſupra de teſtib. p̄ſentata. C. eo. l. vlt. Ber. Vel dic, q generalis illius negatio q ſe negat obnoxiū, intelligitur conteſtata lite ſuper oī obnoxietate ēt poſtea emergenti. [2] Vel dic, q hæc verba ſunt allegatio partis: nec ponunt ius. Io. And.

p ¶ Egit.] reali vel pſonali, vt dixi ſuper ver. obnoxiū. Io. An.

q ¶ Tunc.] i. tempore litis conteſtatæ.

r ¶ Ante.] ſcilicet ante petitionem: vel litem ſuper ea conteſtatam.

s ¶ Præfatus igitur.] quinta pars.

t ¶ Alijs.] hinc elici conſueuit inſtructio iudicantis: ſcilicet, q debet poſt ſpecialia ſubijcere clauſulam generalem, ſub qua omnis cauſa deciſionem iuſtificans valeat comprehendi. Archid.

u ¶ Diligenter.] 30. q. 5. cap. vlt.

x ¶ Lan-

† Vide de hoc Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. & Rui. conſi. 85. lib. 2.

† In quodam manu ſcripto legitur ſic: an & omnino eadem, &c.

† al. & tū etiam

1 Præterq̄ ex cauſa ſuperuenienti de nouo. ſm doc hic quod ēt ſentit Phil. & hoc de æquitate huius decre. licet ſecus de iure ciuili: ſecundū doc. in l. ſi mater. Font.

2 Hoc placet Io. Mo. dicit Arch. q ſm iuris ſubtilitatē iſta non valent: q2 tn̄ per eo, qđ nō erat, nō vr̄ facta litis conteſt. arg. ff. de arbi. l. de his, ff. de exce. rei iudi. l. ſi ex teſtamēto. Nec ſufficit, q ſit in potētia, vel in habitu. ff. de iudi. non quēadmodū & l. non pōt. de au. & ar. l. ſi ita. ſed hoc eſt de ęquitate, vt dicit tex. ī. eod. in fin. Io. And.

auditis, ac vtriuſque partis meritis æqua iuſtitiæ lance [a] diſcuſſis, prudenter attendit, [b] id (quod prædicti Abbas & conuētus de Bonefac. propoſuerunt, intentionem videlicet actoris, ex his quæ poſt litis conteſtationem accidunt poſſe fundari, eaque debere in iudicium deuenire) tunc locum habere (ſicut congrue allegatum eſt ſupra) videlicet quando ex certa & expreſſa [c] cauſa ſpecialiter non eſt actum. Ex his enim, quæ poſt inchoatum iudicium eueniunt, quando cauſa fuit expoſita ſpecialis, [c] nec debet, nec poteſt iudicis animus ad proferendam ſententiam informari: quia cum certæ cauſæ facta eſt mentio, vtpote donationis, vel venditionis, aut alterius ſpecialis, oportet incepti iudicij tempus attendi, vt liquido cognoſcatur, an tunc interfuerit actoris propter illa, quæ ſpecialē comitantur cauſam, & neceſſario adeſſe debent, veluti locus & tempus, [d] & huiuſmodi, quæ ſunt ſollicite attendenda, & ſine quibus cauſa vacua, & inualida cenſeretur. [e] Sed cum eſt in genere abſque alicuius cauſæ declaratione petitum, non ſic oportet accepti iudicii tempus inſpici: quia non requiruntur, nec ſunt opportuna, nec attendi poſſunt huiuſmodi comitantia [f] in hoc caſu. Et licet [g] aliquibus curioſis (qui de his, quæ nō multum expediunt ſæpe diſceptant) [h] aliter forſan appareat, quando actū eſt cauſa aliqua nō expreſſa: [i] vtilius tamen videtur negotia tali expediri compendio, quàm per quandam exactam ſubtilitatem longo diſpendio prorogari: [k] præſertim cū nonnulla pro vtilitate communi contra iuris aſperitatē ex æquitatis † manſuetudine tolerari noſcantur. [l] Vnde idem Cardinalis conſiderans, quòd ipſi Abbas & conuentus de Bonefac. non probauerunt largitionem ſuper his regiam, legitime ſibi factam, ex qua ſpecialiter vos impetere vi debātur: ab huiuſmodi [m] eorundem abbatis & conuentus impetitione, de mādato noſtro, præhabito fratrum noſtrorum conſilio, vos duxit ſententialiter abſoluendos. Nos igitur [n] Cardinalis eiuſdem ſentētiam ratam habentes, eam auctoritate Apoſtolica cōfirmamus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Si ex pluribus iudicibus, vel arbitris, vnus (alijs præſentibus, & mandantibus) per verba pluralis numeri ferat ſententiam: tenet ſententia. Electio autem pronuncianda eſt per verba ſingularia. h.d. Io. And.

a ¶ Lance.] ſup. eod. tit. c. 1.

b ¶ Attendit.] reperit quaſdam ex allegationibus.

c ¶ Specialis.] vt in caſu noſtro.

d ¶ Locus & tēpus.] & hoc vult dicere, ſi peto rem ex cā donationis, licet de tpe & loco non adiecerim: quia cū donōnē neceſſario comitant tēpus & locus: [1] mihi non prodeſt ſi poſt litem conteſtatā mihi donetur ea dē res: cū de certa donatione opportuerit ītelligi certis loco & tpe facta. Si aūt rem peto iure dominij vel quaſi: hic ēt ſi poſt litē conte. ius acquiro, feri pro me ſnia, ff. de rei vē. finaūt. 1. rñ. & §. 1.: cum.n. nullas ſpecialis dñij cauſas expreſſerim: nō ſunt ibi cōcomitantia certorum loci & tpis: & ideo non eſt ius quo loco uel tempore dominiū ante ſententiā peruenerit ad me.

(Glo. ſeq. declarat textū, ſecundo notat locum in inſtro ponēdū. ponit opi. ɔ̄trariam. tenet primum: quod probat per ſex iura, & tres rationes.

e ¶ Cēſeretur.] ſ. donatio, uel uenditio, uel alia cauſa expreſſa merito cēſet inualida: quia in dubio regulariter ꝓnunciatur ɔ actorem. ī. de probat. ex litteris. §. 1. cū enim non ſit probata uenditio certis loco & tpe facta: & ſic ſit dubium, an ante litē conte. uel poſt fuerit facta: ſuccūbet, & ſic inualidū eſt probare actori cām ſine tpe. Et notat per hanc litteram, ꝙ tabellio in inſtro dēt apponere locum ɔ̄ctus. Quidā tñ dicunt locum ſolum de conſuetudine apponi, cum de iure cautū non ſit Sed dic ɔ̄ per hanc litterā, & per decr. ſupra de probat. qm. ibi, loca deſignando, &c. ad hoc 2. q. 8. libellorum. (q̄ eſt l. 3. in prin. ff. de accu.) C. de contrah. & committen. ſtipulat. l. optimam. (in glo. in eo die. ad finem. vbi de hoc. & C. de tabel l. generali. lib. 10. & vide ꝙ dixi de fide inſtrum. inter. ſuper ver facilius. (ī. de teſti. ex tenore. ſupra qui fil. ſint legi. per tuas. video ꝙ teſtis deponit de loco. ſupra de teſti. cum cauſam 1. & in iuribus ſuperius allegatis. ſed par eſt probatio inſtrumentorū & teſtium de ſi. inſti. cum Ioan. C. eod. tit. in exercendis. ergo & tabellio conſcribere debet locum. præterea forte confecit inſtrumentum in loco, in quo non potuit.

ADDITIO. Super hoc vltimo vide quod notat. in Spec. de inſtru. edi. § reſtat. verſi. & not. ꝙ tabel. & ver. ſeq. Io. And. Licet l. libellorum. ff. de accuſat. ī. alleg. in libello accuſatorio requirat locū & menſem ſaltem: in libello conuentionali nō ſic: vñ dicit hic Ion. ꝙ actor non habet exprimere ī libello diē aut locū ɔ̄ctus, ſicut nec teſtis exprimit diem. de fide inſtru. cum Ioannes niſi iudex ex cauſis certis id fieri faceret, vt præalleg. decr. cum Ioannes. in fi. Inſtitu. de actio. §. curare. Ioan. Andr.

f ¶ Comitantia.] ſ. locus & tempus.

g ¶ Et licet.] quaſi dicat, & ſi hæc quæ dicta ſunt, non poſſunt tolerari de ſe tamen ſic ſeruandum eſt: [3] quia æquū eſt, ff. ad l. Aq. l. ita vulneratus. §. vlt. Inno. Ad idem, ff quib. mod. pig. vel hyp. ſol. ſicut, §. ſi debitor. Archi.

h ¶ Diſceptant.] qđ faciendū non eſt. ī. eo lib. de renunc. c. 1. in princ. ī. de hæret. cap. 2. C de ſum. Tri. l. nemo.

i ¶ Non expreſſa.] ſ. idem quod eſt qñ actum ex cauſa expreſſa, [4] vt veniant comitantia tempus & locus: & licet forte de iure ſtricto id verum eſſet: de æqtate dicamus ɔ̄triū, ff. ad l. Aqui. ita vulneratus. ad fi. ver. cū neque & ęqtas ſcripta rigori ꝑfertur, C. de iud. placuit, argum. bonum de ſimo. licet Hely. & ca. per tuas. Io. Andr.

k ¶ Prorogari.] ad hoc ſupra eod. lib. de offic. deleg. ſi is cui. Ioan. And.

l ¶ Noſcantur.] pone exemplum, infra de rerum permut. c. unico, &c.

m ¶ Huiuſmodi.] quaſi dicat ſi ex alia cauſa agant rei iudicatæ, non obſtabit ſententia ſupra de iudi. examinata. C. de peti. hære. hæreditas. ff de except. rei iudi. ſi mater. §. 1. & l & an eadem.

ADDITIO. Et ſic uno reſpectu. utilius eſt non exprimere per hæc iura: alio reſpectu utilius eſt non exprimere per hanc decre. Ioan. And.

n ¶ Nos igitur.] ſexta pars.

1 Idē Bar. ī l. an eadem. ff. de excep. rei. iud. Fō.

2 Hoc non probaē ibi, ſed dicitur, ꝙ poſſeſſio poſt litis cō teſta. ſuperuenit ipſi reo. Phil. F.

† Vide ad hoc Bar. in l. 1. ff. de eden. & in l. habebat, ff. de inſtit. & Imo. & Fel. in c. ex parte. 1. de reſcrip.

3 An & qñ in inſtro publico requiratur appoſitio loci & tēporis, vide glo. in c. quoties. 1. q. 7. & in c. 3. de proba. & in c. cām. de reſcript. Abb. in c. 1. de probat. Alex conſi. 66. & conſi. 123. lib. 1. & Iaſ. in l. ait prætor. § ſi iudex, ff. de re iudic.

† An & qñ æquitas præferatur rigori, vide Cy. in l. 1. C. de leg doc. in l. ſic feci. ff. de eo quod certo loco. & in c. ſi. de tranſac. & Fel. in c. cū illorum de ſen. excō. & in c. 1. de re iudi. vbi tradit regulam cum limitationibus.

4 Ad hanc gl. vide Alex. conſ 150. in 5. volu.

Cvm ab vno.] Primo ponit dictum. Secundo ipſius determinationem: ibi, Oportet Tertio cauſam determinationi diſſimilem: ibi, Licet.

CAP. IIII.

Cvm † ab vno arbitro[a] rum vel iudicum,[b] (alijs præſentibus, & mandātibus[c]) ſcripta[d] ſententia recitatur: habetur perinde ac ſi ſimul eſſet ab omnibus recitata. † Oportet[e] tamen vt is qui recitat, non vtatur verbis ſingularis numeri, ſed pluralis: vt dicat: Nos, tales iudices, vel arbitri pronunciamus, ſeu ſtatuimus[f] in hunc modum. Licet ſecus in electione[g] ſeruetur, in qua (vt cenſeatur euidentius vnica & cōmunis) eſt ab vno vice omnium (ſiue per compromiſſum, ſiue per ſcrutinium) ...

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice, vel habebamus controuerſiam inter nos. compromiſimus in tres arbitros, qui cognouerunt de cauſa: & aſſignauerunt nobis terminum ad audiendam ſententiam. termino adueniente vnus de mandato aliorum recitauit ſententiam. an valeat ſententia, vel an ſit neceſſe quòd tres ſimul legant? Videtur quod ſic. l. item ſi vnus. §. item plures. ff. de arbit. vbi dicitur, quòd omnes tres pronuncient aut nullus: non obſtante illa ratione dubitandi? Reſpondet Romanus Pōtifex in contrariū, ꝙ ſufficit ꝙ vnus pronunciet: nec requirit, ꝙ omnes ſimul legant ſententiam. Et dicit ꝙ ſnia ipſa vr̃ lecta ab omnibus, ex quo vnus ꝓnunciat de conſenſu aliorum: quia alij licet non ꝓnuncient per ſe, ꝓnunciāt tamen per iſtum, qui recitauit ſnīam: & ſic intelligitur lex illa, in §. ſi vnus, allegata. Idem dicendū eſt in pluribus iudicibus: nam ſufficit ꝙ vnus legat ſentētiam, ſed debet dicere ꝑ verba pluralis numeri: Nos tales arbitri, vel iudices, &c. Licet ſit ſecus in electione: quia ad denotandum quòd electio eſt vnica & ſingularis: debet fieri per verba ſingularis numeri. vt ſi procedatur per viam ſcrutinij, debet dicere ille cui capitulum committeret: Ego talē nomine meo & nomine capituli eligo. Nota, ꝙ ſententia ante ipſius recitationem debet redigi in ſcriptis: aliter ſententia eſſet nulla: regulariter fallit in caſibus, de quibus c. ſeq. in glo. de hoc eſt text. in l. 2. C de ſen. ex breui. reci. Et primo debet iudex videre, an debitus ordo fuerit obſeruatus, quo facto, debet videre allegationes partium, & habere conſilium cum peritis, deinde debet redigere ſuam ſententiam in ſcriptis & emendare. poſtea conuocatis debet eam in ſcriptis legere. Nota ꝙ cum plures arbitri vel iudices habent ſententiare in cauſa, debent omnes conuenire: & eſt in optione ipſorum, an velint committere recitationem ſententiæ vni eorum, ſed tamen eſt honeſtius vt recitationem ſententię vni eorum committant: ne videantur ſimul loquendo aſſumere officium mulierum. Nota, ꝙ recitatio facienda eſt in plurali numero. Et ſic per argumentum à contrario ſenſu iudex vnus poteſt loqui in verbo ſingularis numeri: licet hodie iudices loquantur per verba pluralis numeri quando loquuntur ratione officij. Nota, ꝙ cum ꝓceditur ad electionem per viam ſcrutinij, vel compromiſſi, electio eſt proferenda per vnum ad denotandum ꝙ electio eſt vnica, & communis. Si autem ꝓcedatur per viam ſpiritus ſancti, illud non eſt neceſſe, vt puta ſi procedatur per viam compromiſſi, quod eſt factum in tres: & illi conueniunt in vnam perſonā: vnus debet eligere in ſingulari numero. Quid ſi fuerit compromiſſum in vnum, puta in epiſcopum Pictauen. ſuper eligendo Abbate ſancti Cypriani: & epiſcopus eligat per verba pluralis numeri, dicendo: nos exiſtentes epiſcopus Pictauen. eligimus talem: vtrum vitietur electio? Certe non: nec per hoc deſinit eſſe vnica electio. Nota finaliter, quòd licet electio conficiatur ex plurium conſenſu: tamen ea deducta in eſſe dicitur actus vnius. Dominicus.

Ad intelligentiā vide not. per Doct. ac p̄ſertim Arc. cōmen. in c. ſicut cum per formā. de elec. eo. lib. 6.

Vid §. fin aūt. ſ auth. vt iudices ſi expectent.

Iudicis inſtructio antequam ſententiam ferat.

[Prima glo. ſummat, & dicit quæ fuerit dubitatio.]

a ¶ Cum ab vno arbitrorū.] Si ex pluribus iudicibus, vel arbitris, vnus (alijs præſentibus & mandantibus) ꝑ uerba pluralis numeri ferat ſententiam, tenet ſentētia. Electio autem pronuncianda eſt per verba ſingularia. Hoc dicit. Dubitatio decret. huius fuit ex eo, quod dicit lex, ꝙ ex pluribus arbitris aut omnes debēt ſententiam dicere; aut nulli, ff. de arbit. l. item ſi vnus. in §. item ſi plures, ſed ſatis omnes videntur dicere, cum vnus alijs præſentibus & mandantibus, per verba pluralis numeri ſententiam dicit: hoc idem tenebat Accurſi. ff. de arbi. l. ſicuti. Ioan. And.

ADDITIO. Et de hoc in Spec de arbit. §. fina. ver. pone ergo. vbi inuenies quod hic poſuit Archi. de Azone & ſocio. Ioā. Andr.

† An in ſententijs ferēdis nomen appellatiuū ſit præponēdū proprio, vel ecōtra, vide Bal. in l. 2. C. de ſen. ex peri cu. & Phil. Franc. hic.

b ¶ Iudicum.] ordinariorum, vel delegatorum, ſit igiť hæc æquiparatio inter iudices & arbitros. ad idem de offi. delega. vno delegatorum, licet interdum ſit grandis differentia. ſupra eo. tit. cap. vlt. ſupra eo. lib. de arbit. cap. 2. cum ſimilibus.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium, & conſulit.]

c ¶ Et mādantibus.] ergo ſi alijs præſentes eſſent, ſed non mandarent ſecus:[1] & ſufficit ita eſſe ſcriptum. ff. qui, & à quibus. l. proſpexit, 6. q. 3. ſcriptum eſt. Et ſic taciturnitas non habetur hic pro mandato. & facit ī. de re. iu. is qui tacet. & quod ibi dixi. nec. n. in ſententijs procedit ratihabitio, ſicut in alijs actibus. de hoc 9. q. 2. c. 1. in glo. 2. ſupra de his quæ ſi à præla. cum nos. Caute ergo facit is, pro quo lata eſt ſentētia ab vno ſolo recitata: ſi de mandato aliorum poſſit fidem facere, ſicut de ſententia. & facit quod not. ſupra de offi. dele. cum in iure, in glo, 2.

1 Facit l. ſicuti. ff. d arbi. vid. Bar. in l. ſummi, ff. de re iu. & Bal. in l. ſi. C. de ſen. ex peri. rec.

d ¶ Scripta.] quod dic, vt ī. c. prox.

e ¶ Oportet.] neceſſitatem importat:[2] aliàs enim ſi ꝑ verba ſingularis numeri pronūciaret, habetet locum il le §. ſi plures. l. item ſi vnus ff. de arbit. quod verum intelligas, niſi collegæ, qui tamen hoc poſſent, commiſiſſent illi vices ſuas non ſolum in recitando, ſed etiā in pronunciando. Tunc enim ille verbis ſingularis numeri vteretur. Interdum tamen verbum, oportet, honeſtatem deſignat. 25. q. 1. vbi de hoc.

2 Verbum oportet, qñ īportet neceſſitatē, & qñ honeſtatē vide Io. And. Arch. & docto. in c. 1. de præſcri. & in c. ſi. d iure iu. & in cap. vt quis, de ele. li. 6. & Bar. & docto. in l. 1 ff. de iu. & iure.

f ¶ Statuimus.] hoc verbum rem perfectam ſignificat, & habet vim ſiue firmitatem definitiuæ ſententiæ, vt ī. eo. de verb. ſig. in his.

ADDITIO. Et hic, & ſic verbum præcipimus, vim habet ſententiæ, ſupra de tranſla. quanto. ſed ſi eſſet tantum vnum iudex: & diceret ſententiam diffinitiuam per verba pluralis numeri, non videtur ex hoc vitiari, cum infra excipiatur tantum de electione facienda. ī. eo. lib. de ele. ſicut, cum aliàs non valeret electio, vt ibi dicitur. Archid.

[Glo. ſeq. remittit, quærit, ſoluit, contra ſolut. alle. ſolutionem fortificat, conſil: um dat. ſecundo quærit, & ſoluit.]

g ¶ Electione.] de hoc dic vt ſupra dixi de ele. ſicut eū eo. lib. Sed quid dices: compromiſſum fuit in tres, vt deberent eligere, qui ſecedētes in partem, poſtea redierunt dicentes, quòd concordauerunt, & commiſerunt vni electionem, & pronunciationem illius, de quo concordauerant, qui eligit Titium: alij duo reſiſtunt, dicentes, quòd non de illo, ſed de Seio fuerat concordatum, quæritur an debeat illis duobus credi? Hoſtiē. qui dicit hāc quæſtionē fuiſſe de facto in eccleſia Lugdunen. plene eam tractauit ī. de probat. c. tertio loco. & dixit ibi ſe inter Cardinales obtinuiſſe credēdum eſſe illis duobus: tum quia magis credendum eſt duobus q̃ vni:[3] & quia duobus creditur donec contrarium probetur: & vt fraus euitetur, aliàs qui pronūciaret. ſemꝑ poſſet ius

3 Placet Philip. ex qua nota ꝙ plus credit duobus teſtib⁹ ſuper negatiua, q̃ vni ſuper affirmatiua. F.

ſuum

ſum ſubtrahere illi in quem communiter concordaſſent. & quia facultas probationum nō eſt anguſtanda. ſup. vt lite non conteſt. quoniam, & quia impoſſibile eſt alio modo probari. in quo caſu etiam interdum hæretico creditur. [1] C. de hære. quoniam multi. in fi. & conſpiratori. infra de teſti cogen. cap. vlt. Itē cū de conſcientia alicuius quæritur, creditur vni ſoli, ſcilicet quia aliter probari non poteſt. de homi. ſignificaſti. 1. ver. fin. [in glo. antep.] & ad hoc bene facit ipſa decretalis, tertio. Et ſic dixit intelligendā decretalem, cum dilectus. de electio. vt illi tres vel duo deponant & de conſenſibus aliorum, & de proprijs. In contrarium videbatur, ſcilicet quòd credendum eſſet tertio tanquam à duobus ad id officiū deputato. [2] argu. ff. ſi menſ. fal. mo. di. l. 1. ſupra de teſti. cogen. præterea nec videtur credendum duobus, cū videantur in ſuis teſtimonijs ſingulares. 3 q. 9. puta, de elect. cū dilectus de accuſ. cum dilecti. Item videtur iſti teſtificari de proprio facto: & ſic non ſunt teſtes idonei. C. de teſti. l. omnibus. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item nullus idoneus. Sed negari non poteſt, quin iſti duo poſſint probare ſaltem diſſenſum tertij, ſcilicet quòd ipſe tertius pronuncians non conſenſerat in illum: nec de illo fuerat ordinatum. Conſilium tamen eſt tutum ad has fraudes euitandas, quod ipſi compromiſſarij habeant tabellionem, & ſcribi faciant publicum inſtrumentum quomodo deliberant & ordinant de tali eligendo, & committunt illi ſocio, vt eligat & pronunciet, aut ipſi ijdem ſcribant & ſigilla apponant, vt ſcriptura & ſigillum obuient contrarium aſſerenti. 1. q. 7. ſaluberrimū. 27. q. 1. omnes feminæ. C. de non num. pecun. Authen. contra qui propriam. Quærebat etiam ibi Hoſt. an ipſi compromiſſarij ex quo deliberaſſent, & conſenſiſſent in aliquem, poſſent mutare voluntatem. Et dixit quòd non: quia vicem capituli tales obtinent: vnde talis cōſenſus habet ſaltem vim ſcrutinij publicati. §. de elect. publicato.

[1] No. Phil. quòd quando res aliter probari nō poteſt, credit idoneo teſti. Bar. ī l. quoties. C. de naufr. li. 11. Font.

[2] Vide Fel. in c. ad audientiā. de reſcr. Cy. in l. ſi quis decur. C. de fal. l. Theopompus. ff. de dote prælég. Pet. de Ancha. Font.

nium procedatur) electionis pronunciatio per verba ſingularis [a] numeri facienda.

¶ Idem.

¶ *Ponit tres caſus nullitatis ſententiæ: & à primo vnum caſum excipit. hoc dicit. Io. And.*

CAP. V.

ET [1] ſi ſentētia diffinitiua [a] (poſtquam ſcripta fuerit) debeat à iudice, non ab alio [1] de ſcripti recitatione proferri [b]

[Glo. ſeq. ſucceſſiue de duobus quærit & ſoluit.]

a ¶ Singularis.] No. ad quæſtionem quæ fuit de facto. Epiſcopus compromiſſarius ad eligendum Abbatem ratione dignitatis ſic locutus eſt in plurali: Nos talis epiſcopus Bonon. compromiſſarius, &c. opponebatur, quòd non valebat electio; quia facta per verba pluralis numeri. non credo hoc nocere hic; quia vere eſt vnica & communis, ex quo fit per vnum ſolum: nec habet locū hæc decretalis, vt per te vides. Quid dices in collationibus: habebit ne in illis locū hæc decretalis, vt ſi ad plures ſpectat collatio neceſſe ſit eam fieri ab vno: & per verba ſingularis numeri? Non credo. Dico enim vt dixi ſupra de elect. ſicut eum quòd vbi non habet locum decretalis, quia propter. nō habebit hæc locum, ſed in collationibus nō habebit locum decretalis, quia propter, ergo nec iſta. Ad idem infra, de præben. cum in illis. & quod dixi ſupra, de elect. cap. vlt. [eod. lib. in vlt. gloſſ.] Ioan. Andr.

Electio facta per Epiſcopum cōpromiſſariū per hæc verba: nos talis epiſcopus cōpromiſſari⁹ &c. an valeat. vide Archid. in c. ſicut. de elec. lib. 6.

ADDITIO. Idem ſcilicet quòd collatio non ſit facienda ab vno, & c tenet Archid. ſupra eo. lib. de elect. ſicut cum. inducit, quòd epiſcopi conſueuerunt ſic de ſe loqui, de conſec. diſt. 2. reuera. ver. forte dicis, &c. in Chriſto patre. circa prin. ver. de natura. & verſ. hoc autem. 23. q. 2. quàm præpoſterum. ver. idem nobis & 73. diſt. per totum. & facit quod ſcripſi per Hoſt. de bap. cap. 1. ſuper ver. te. & facit infra. de pœniten. capitu. 2. in fi. Ioan. Andr.

ET ſi ſententia.] Sunt duæ partes. Prima ponit dictum regulare, & caſum exceptum, cui dat ſimile. Secunda ponit regulam bimembrem: ſecunda ibi. Sententia. Io. And. Poteſt ſic ſummari ſecundum Zen. Sententia in ſcriptis per iudicem & non per alium, & ſedēdo, regulariter debet ferri. h. d. Dominicus.

¶ Iudex debet per ſeipſum ſententiam recitare: & nō per alium: aliàs ſententia eſſet nulla. fallit in epiſcopo, qui ſententiam per eum faciendā pōt per aliū recitare, ad exēplum illuſtrium perſonarū. Item ſi iudex tradidit ſniam in ſcriptis ſine recitatione, non valet ſententia. Idē ſi pronunciat de ambulando, & non ſedendo. h. d.

[1] Vide Abb. in c. ſicut nobis. de ſent. & re iudi. & Fel. & Dec. in c. ſciſcitatus. de reſcr. & Deciſ. Ro. 409. in nouis. & Alex conſi. 215. lib. 2. limitātes iſtā tex.

Fallit tex. ſi hoc hēat cōſuetudo: & in inquiſitore hæreſis, c. vt commiſſi. §. de hæret. item in notorijs. gl. in Auth. vt iudi. ſine quo. ſuffragio. Phil. F.

CASUS Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice non epiſcopo. lite conteſtata concluſo & renunciato in cauſa, iudex aſſignauit nobis terminum ad audiēdum ſententiam. Termino adueniente iudex non recitauit ſententiam, ſed tradidit notario recitandam. an valeat talis ſententia? Vel ſit de ſubſtantia ipſius ſententiæ, quòd iudex eam ore proprio recitet? Rñdet quòd niſi eſſet epiſcopus iudex, per ſe tenetur ſententiā recitare: aliàs non teneret ſententia: nec eſſet neceſſe ab ea appellare. Sed ponamus quòd iudex non fecit recitari ſentētiam, nec eam perſonaliter recitauit: ſed eā in ſcriptis tradidit partibus: an valeat ſententia? Rñdet quòd non: quia iudex tenetur eam ore proprio recitare: aliàs ſententia eſt nulla. Sed ponamus quòd iudex legit ſententiā proprio ore: ſed tamen illam legit deambulando, vel ſtando, & non ſedendo pro tribunali in loco maiorum ſuorum, vel in loco mutato ex iuſta cauſa? Rñdet quòd non valet talis ſententia. nam requiritur quòd iudex eam pronunciet proprio ore ſedendo pro tribunali.

Nota primo, quòd ſententia diffinitiua debet in ſcriptis proferri. iſtud tamen non ſeruatur in curia parlamēti, quia cordetenus legunt ſententiam: alij iudices legūt verba diſpoſitiua: ſicut ſunt condemno, vel abſoluo. Nota quòd iudex debet ſententiam diffinitiuam recitare per ſe, & non per alium: niſi eſſet perſona illuſtris. Gl. ponit caſus in quibus non requiritur quòd ſententia recitetur in ſcriptis: puta in cauſis ſummarijs, in quibus poteſt omitti libellus in ſcriptis: immo ſententia poteſt recitari cordetenus. Nota vlterius, quòd ad validitatem ſententiæ requiritur quòd iudex recitet per ſe, vel per alium, quando eſt perſona illuſtris. Nota quòd iudex recitans ſententiam, debet pro tribunali ſedere. Quid ſi non poteſt commode ſedere: quia dolet in ano? Dicit glo quòd debet ſe ponere in tribunali: & ſedere eo modo quo poteſt ſedere. No. quòd exiſtens in maiori dignitate plus priuilegiatur quàm exiſtens in minori dignitate. vide de præben. de multa. Nota finaliter diffinitiuam, eſſe nullam prolatam per iudicem ſtantem: & ſic aliud eſt ſtare, aliud ſedere. vide de vita & honeſt. cler. cap. 1. Dominicus.

[Prima glo. argu. à contrario illi argumento: ſignat contrarium, & ſoluit.]

a ¶ Diffinitiua.] No. quòd ſecus de interlocutoria. Sed huic contra. ſupra de probat. quoniam contra falſam. Solu. interlocutoria bene debet redigi in ſcriptis: vt ibi, ſed non eſt neceſſe quòd proferatur vel recitetur de ſcripto. poterit ergo iudex interloqui: & poſtea interlocutoriam illam tabellio rediget in ſcriptis: nec eſt etiam de neceſſitate quòd redigatur in ſcriptis: ſed aliàs non creditur iudici, niſi id pateat per ſcripta actorum, vt ibi.

[3] Ad hanc gl. vide Sp. in ti. de ſenten. prol. §. ſequitur. & Fel. in c. ſciſcitatus. de reſcr. & in c. qm cōtra. de proba.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

b ¶ Proferri.] Quid ſi iudex nouiter excæcatus eſt, vel neſcit legere: cum tales iudicare poſſint. ff. de iud. cæcus. vbi de hoc. C. de iud. l. certi? Sol. vel deleget cauſæ diffi-

diffinitionem alteri, vel faciat per alium legi petitionem, & allegationes partium, & per ſeipſum ab alio inſtructus proferat verba diffinitionis cauſæ, ſcilicet cõdemno, vel abſoluo, vt faciunt poteſtates Italię: quod tamen Hoſt non approbat. in ſum. eo. ti. §. qualiter. iudices tamen debent eſſe litterati & habere peritiam canonum. ſup. de conſang. & af fin. cap. 1.

ADDITIO. Quod ſufficiat iudici dicere condemno, vel abſoluo, vt faciunt poteſtates Italiæ, placet Accur. C de ſent. ex breui, reci. l. fi. in 1. gloſ. Sed vt dicit Arch. idẽ faciunt Cardinales & auditores curiæ: & communiter hodie omnes iudices. Ioan. And.

Sed Bernar. & Hoſt. contra, vt ĩ. de offi. deleg. de cauſis fatetur tñ ibi Hoſt. ꝙ partes [4] bene poſſent iudiciario ordini renunciare, ita ꝙ nec locus eſſet libello, nec prolationi ſñiæ: & de plano inquireretur veritas, & mãdata ſua daret: vel aliter vt ſibi videretur ordinaret. ff. de offic. proconſulis, nec quicquã. §. de plano. & C de tẽpo. appel. l. fi. ſed ꝙ iudicando & pronunciando omittatur ſcriptura: dicit fieri nõ poſſe. Et dãt Docto. conſilium ꝙ iudex in ipſa ſñia dicat; in his ſcriptis. C. de teſtamentis. Authen. hoc inter. §. niſi forte. C. de fi. inſtr. cõtractus. Et dicũt quidam aliter latam ſententiam non valere. C. de ſenten. ex peric. recit. l. 2. & vlt. quod non eſt verum. [5] Sufficit enim quod in ſcriptis feratur, vt hic arg. C. de teſt. l. cũ antiquitas §. fi.

[4] An & qualiter partes poſſint renũciare ordini iudiciario, vide Docto. in Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & in l. properandũ. C. de iud. & in c. in litteris, de off. dele.

[5] Vide Alc. cõſ. 90. li. 1.

ADDITIO. De hoc in Spe de ſent. prolat. §. iuſta. verſi. non valet etiam. & an præſumatur in ſcriptis lata ibi no. Et uideas etiam quod no. in Specu. de appel. §. 1. verſ. & notabiliter. Io. And.

(aliàs nec nomen ſententiæ mereatur habere, nec ab ea ſit appellare neceſſe: [a]) epiſcopo tamen (quem propter dignitatis prærogatiuam, ampliori conuenit [b] honore fulgere) ſententiam ab eo ferendam licebit (ad inſtar illuſtrium [c] perſonarum) per alium recitare. ¶ Sententia, quã ſcriptam edi, [d] à iudice litigatoribus non recitari, vel quam ab ipſo ſtando [e] non ſedendo [f] proferri cõtingit: nullius penitus eſt momenti. [g]

a ¶ Neceſſe.] 2. q. 1. in primis. in fi. & C. de ſent. ex peri. recit. l. 1. 2. & 3 ff. de arbit. l. non diſtinguemus. §. ꝙ ſi. ĩ. eo. ti. c. 1. nec confirmaretur talis ſententia [1] per appellationem, non obſtat. ff. rem rat. habe. l. 3. §. falſus. quod dic, vt no. ĩ. eo. c. 1.

[1] Vide Fel. in c. 1. de ſẽten. & re iu. & in c. dilecto. de app.

ADDITIO. Appellatio vero licet in hoc caſu non habeat effectum ſuſpendendi vel extinguendi: habet tamen effectum deuoluendi ſecundum Io. Mon. & Archid. De hoc, & an ſimul poſſit appellans proſequi iniuſtitiam vel nullitatem per Inno. & Hoſt. ĩ. de appel. dilecto. Io. Andr.

b ¶ Conuenit.] ĩ. de offi. deleg ſane 2. ſup. eod. lib. eo. ti. c. 2. inf. de hæret. inquiſitores. & c. vlt. ĩ. de priuil. c. vl. ĩ. de ſent. excom. quia periculoſum. cum ſim.

[Gl. ſeq. alleg. duas concor. ponit iiij. caſus, quibus valeat ſententia ſine ſcripto: & alios duos in quibus eſt opinio. in fi. dat conſilium.]

c ¶ Illuſtrium.] C. de ſenten. ex peric. reci. l. 2. & in Authen. de illuſtri. & qui ſuper eos ſunt. § ſancimus igitur colla. 5. [ibi no. glo quinque gradus magiſtratuum: & vide ſatis in Specu. de iuriſd. om iud. in 1. & 2. colum.] Habes ergo caſum in quo iudex non recitat per ſe ſententiam. Sunt [2] & caſus, in quibus valet ſententia ſine ſcripto, vt cum breues ſunt cauſæ, & maxime vilium perſonarum. Et breuis poterit dici duorum aureorum. ff de dolo ma. l. ideſt. & l. præcedenti, in fi. Inſpiciatur autem qualitas perſonarum, & relinquatur iudicis arbitrio, ff de iure delib. l. 1. ſupra de offi. deleg. de cauſis vel inſpiciatur conſuetudo loci vel fori 11 diſtin. conſuetudinis. Item cum epiſcopus de cauſa ciuili iudicat inter clericos ſuos. 11. q. 1. ſi quis cum clerico. & hoc habes. C de ſenten. ex pericu. reci. Authen. niſi. Item in caſu, ſcilicet cum præſes depoſito officio conuenitur, vt reddat adminiſtrationem. in Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. Item cum Papa [3] per ſe pronunciat. valet enim ſententia, licet non tulerit eam in ſcriptis: ipſe enim ſolutus eſt legibus. C de legi. digna vox. & quia eius præſentia omnẽ ſupplet ſolemnitatem. C. de teſta. l. omnium. Item ſecũdum quoſdam valet in ſententia lata in cauſa matrimoniali ſine ſcripto, per decre. ſupra de teſti. Albericus. & hoc videntur ibi tenere Bernar. Io. Gof Inno. Sed Hoſtien. intelligit ꝙ ibi bene fuerit ſñia lata in ſcriptis, ſed nõ publicis. & hoc teneas per clem. de verb. ſig ſæpe, circa fin. de hoc. in Spec. de ſent. prol. § iuſta. verſi. non valet. Vel dic diſtinguendũ, an iudex procedat ex officio, an in figura iudicij, vt primo caſu teneat ſñia ſine ſcriptura, in ſecundo non: vel an procedat in figura iudicij utraque parte præſente, an altera contumaciter abſente, vt in primo valeat, in ſecundo nõ: & hoc dixit veriſſimum. allegat. ĩ. vt li. non conteſt. c. 1. & c. qm̃. Item ſm Io. & Laurentiũ, qui hoc notant. 2. q. 1. in primis. in fi. de conſenſu partiũ. poteſt ſententia ferri ſine ſcripto.

[2] Vide Ro. ſing. 5. inci. quod ſñia. Fel. & Dec. in c. ſciſcitatus, de reſcr. & in ca. qm̃ contra. de pba. Abbatẽ & Doct. in ca. de appellationib. de appell. & Philip. Franchum hic.

[3] Idem in Impe. tenet Dec. conſil. 898.

d Edi.] non cures ſi aperta ſit uel clauſa: & habes hoc C. de ſent. ex peric. reci. l. 1. Argu. contra. inf. ti. prox. appellatio ibi ſoluitur. Io. Andr.

e ¶ Stando.] In caſibus in quibus proceditur ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, dic vt in clem. de verb. ſig. ſæpe. circa fi gl. Io. And.

[Gl. ſeq. textum fortificat alleg. quinque iura. quęrit, & ſoluit. & ex eo infert ſolutionẽ, ad ſimile ponit opi. contrariam. finis recit. per quæſtionem.]

f ¶ Sedendo.] ſedere enim debent iudices [6] nõ ſolum cum diffinitiue pronunciant, ſed ẽt cum res quę agitur plenam cognitionem deſiderat. ff. quis ordo in bono. poſſeſ. ſeruetur. l. 2. §. dies. in Auth. ut ab illuſtri. & qui ſuper eos ſunt. § ſancimus igitur. coll 5. in Auth. de iu. § ſedebunt coll. 6 23. q 1 paratus. ibi, ſedes mʒ iudicare, &c. 3. q. 3. c. induciæ 2. §. a iudice. Quid ſi ſedebat in alta turri vel palatio: & partes erant inferius? Dic ꝙ valet ſententia. Potuit enim tuitionẽ ſibi loci prouidere ſi forte timebat. arg. ĩ de ſponſa. cũ locũ. de elect. bonæ 1. ff. de acq. poſſ. l. quod meo. § ſi uenditorem. [De hoc. C. de ſen. ex peric. recit. l. 1. & in Spe. de ſent. prol. § iuſta, ver quid ſi pronunciar. & omnino vide quod ibi dicam, & ver. ſeq. & per Hoſt. in præallegato. §. qualiter. eo. ti poſt principiũ., & arg. C. vbi ſena. vel clar. l. 3. ante mediũ. ad hoc ſup. eo. lib. de off. deleg. ſtatuimus. & ĩ. de hære. c. vlt. Et idem poſſumus dicere de eo qui ſuper equum ſedendo tulit ſñiam, ſcilicet ꝙ ſententia valeat [7] licet enim non uideatur ſedere: videtur tñ quaſi ſedere. ff de ſeruit. ruſt. præd. l. qui ſella. de homi. dilectus & c. ſignificaſti alij ꝯ C. de ſen. & interloc prolatã. 2. q 6. ei qui § diffinitiua in prin. Talis enim non vr̃ ſedere, ſed baiulari C de off. eius, cui manda. eſt iuriſd. l. honorati. Et no. quod dicitur de ſedẽdo, intelligunt Docto. ꝙ iudex in ſede ſua ſedere debeat, & nõ ſtare. [Anima n ſedẽdo & quieſcẽdo fit prudentior. & Hieron. ſuper Dan. 8. c. ibi, antiquus dierũ ſedit. ſic dicit: Sedens deſcribitur, vt maturitas ſñiæ cõprobetur.] Vnde quid ſi in culo doleret, ꝙ ſedere non poſſet? item quid ſi in ipſa ſede nec ſederet, nec ſtaret: ſed iaceret? Satis forte fuit de mẽte iuris ꝙ ſedere intelligatur: & ſit in ſede ſua de plano iudicãdo quocunque modo ibi moretur. [Dedi remiſſiones ſup. de dila. c. 2. ad l. voluit. ff de interrog. act. & ad Spe de dilat. ad fi.] Tñ primum tene: quia minime ſunt mutãda quæ interpretationẽ certam ſemper habuerunt. ff. de legib. l. minime. Io. And.

[6] Ad hanc gl. vide Bar. in l. 2. C. de ſent. & Bal. in l. 1. C. de ſent. ex pericu. & Spe. in tit. de ſent. prolatio. §. iuſta.

[7] Idem gl. in l. 1. C. de ſent. ex peric. & glo. in c. poſtulatis 3. q. 7. Fon.

g Momenti.] Ita ꝙ nec eſt appellare neceſſe. ſupra proxi. reſponſo.

TITVLVS XV.

De appellationibus.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugd.

¶ Appellans ad Papam in iudicio vel extra, appellari debet in ſcriptis: & cauſam exprimere, & apoſtolos petere. Si vult & petit appellatus principales perſonæ per ſe, vel per procuratores inſtructos ſuper principali accedere debent ad Papam. In appellationibus à ſententia diffinitiua interpoſitis, nil mutatur. Demum utrique contrafacienti imponitur pœna. Ioann. Andr.

CAP. I.

Cordi nobis

DE APPELLATIONIBVS.

[Dictum fuit ſupra tit. proxi. de ſent. & re iud. verum quia aliquotiès partes grauantur in huiuſmodi ſentētijs & apunctamentis iudicis: & dubitaret aliquis an poſſit pars grauata appellare. & qūo ſit appellandum. Iō annectit titulum de appellationibus. Cordi nobis. Iſta eſt ſolēnis, & quotidiana decret. quæ diuiditur in 4. partes. Secūda pars: ibi, Sācimus. Tertia: ibi. His quæ. Quarta: ibi, Qđ ſi. Sđ Io. Mo. diuidebat in ſex. de ſcđa faciendo tres partes. qa ſm eū dat primam formā appellandi ante diffinitiuam. Secūda: ibi, In quibus. informat quid facturus ſit iudex à quo eſt appellatum. Tertia: ibi, Poſt hoc. tractat viā ī huiuſmodi ꝓcedēdi, Demū de quarta facit duas: nam primo ponit appellantem: ſecundo appellatum.

CASVS. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma, forte in centum. feci te conuenire coram tuo iudice competente ordinario, vel delegato: coram quo tibi obtuli libellum meum: cui petij per te reſponderi, captaſti terminum ad reſpondendum, meo libello. quo termino adueniente, cum deberes reſpondere libello: tu excipiendo propoſuiſti, ꝙ libellus meus erat obſecutus, generalis, & inadmiſſibilis. ego autem dico in contrarium. ſuper quo iudex tulit ſententiam interlocutoriam: & dixit libellum meum eſſe admiſſibilem, & te debere eidem reſpondere. à qua ſententia appellauiſti verbaliter, an valeat tua appellatio? Rādet Romanus Pontifex: dicens ꝙ ſi quis appellauit à ſētentia interlocutoria: debet appellare in ſcriptis. Et iſtud non ſufficit: ſed vltra debet in appellatione ſua exprimere cauſam rationabilem: talem videlicet quòd ſi eſſet vera, deberet legitima reputari: & quæ ſi eſſet vera, neceſſario inferat appellantem fuiſſe grauatum. Item appellans debet requirere iudicem à quo, vt ſibi det apoſtolos. Sed vtrum appellanti tenebitur iudex à quo ſtatim dare apoſtolos. vtrum poſſit appellanti aſſignare terminum infra quem dabit ſibi apoſtolos? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ iudex non compellitur ſtatim, & illico dare apoſtolos: ſed poteſt petere terminum ad deliberandum quos apoſtolos ipſe dabit: vtrū reuerentiales vel refutatorios. Sed quid ſi iudex dedit appellanti apoſtolos reuerentiales & dimiſſorios, ob reuerentiam illius iudicis ſuperioris ad quem appellabat, quæritur vtrum iudex a quo, poſſit appellanti præfigere terminum ad proſequendum appellationem? Reſpondet quòd ſic. & terminus iſte aſſignabitur per iudicem a quo, conſideratis qualitatibus perſonarum & negotij: & etiam conſiderata diſtantia locorum. Sed ponamus quod appellatus petijt, vt iudex à quo remittat totum negotium ad curiam Romanam, vtrum ſufficiat quòd appellatus mittat procuratorem inſtructū in cauſa & negotio principali, vel in cauſa appellationis ſolum? Reſpondet, ꝙ appellatus debet mittere ad Apoſtolicam ſedem procuratorem ſufficienter inſtructum in cauſa principali, & non ſolum in cauſa appellationis, vt finito articulo appellationis poſſit Papa procedere in negotio principali, & hæc eadem quæ dicta ſunt de appellatione interiecta ab interlocutoria: ſunt ſimiliter intelligenda ſi quis appellet à grauamine extraiudiciali. Sed quid ſi appellet quis à diffinitiua ſententia: vtrum appellans teneatur obſeruare iſta? Reſpondet quòd non: ſed tunc ſeruantur iura antiqua, videlicet, ꝙ appellans non tenetur appellare in ſcriptis, nec exprimere cauſam rationabilem in ſua appellatione: quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari: ſed ſufficit appellare verbo, & iudex a quo tenebitur deferre iſti appellationi cap. cum ſit. de appellationibus, in anti. poſtea Romanus Pontifex in fine huius c. imponit pœnam facientibus contra iſtā conſtitutionem. Nota primo, ex principio huius cap. quòd iudex debet laborare inquātum poteſt, vt lites abbreuiet. l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. petat. c. fin. de do. & cont. in antiq. Nota vlterius, ꝙ appellans à grauamine extraiudiciali, vel ab interlocutoria, debet appellare in ſcriptis. Et iſte eſt vnus caſus, in quo ſcriptura eſt de ſubſtantia: alios caſus ponit glo. in cap. 1. infra de cenſi. ad quam quotidie fit remiſſio. regulariter autem ſcriptura non eſt de ſubſtantia rei geſtæ. l. pactum, C. de pact. l. contrahitur, ff. de pigno. vbi dicitur, ꝙ ſcriptura non fuit inuenta, vt ſit de ſubſtātia rei geſtæ: ſed inuenta fuit ne ipſius rei geſtæ pereat memoria. Nota quattuor requiſita in appellante ab interlocutoria vel grauamine extraiudiciali.

Primo, enim debet appellare in ſcriptis. Secundo, requiritur, ꝙ ipſe exprimat cauſam ſuæ appellationis Tertio, ꝙ illa cauſa ſit rationabilis, ideſt talis, quæ ſi eſſet vera, neceſſario inferret iſtum appellantem fuiſſe grauatum. Quarto, debet appellans requirere iudicem à quo, vt ſibi det apoſtolos. Nota ꝙ apoſtolos debet & tenetur iudex dare appellanti, non tamen incontinenti: ſed poteſt petere terminum ad liberandum, quos apoſtolos ipſe dabit: an reuerentiales, dimiſſorios, vel refutatorios. Vnde ſciendum, ꝙ plures ſunt Apoſtoli: quidam enim ſunt reuerentiales ſiue dimiſſorij, alij ſunt refutatorij, alij ſunt teſtimoniales: de quibus videas late per Panor. in cap. cum ceſſante, eod. tit. in antiq. Nota quod iudex à quo appellatur, poteſt terminum iuris ad proſequendum appellationem abbreuiare: nam de iure appellans habet annum ad proſequendum ſuam appellationem: & ex cauſa biennium. in cap. cum ſit Romana eod. tit. in antiq. & hoc verum reſpectu appellationis proſequendæ: non autem reſpectu appellationis finiendæ. Nam iudex a quo, cum ſit inferior, non poteſt ligare manus ſuperioris. Nota ꝙ ſi appellatus petat, vt iudex à quo remittat totam cauſam principalem ad ſedem Apoſtolicam: debet tam appellatus quàm appellans mittere procuratorem ſufficienter inſtructum non ſolum reſpectu cauſæ appellationis, ſed etiam reſpectu cauſæ principalis, ſecus ſi appellatus non petit iſtam remiſſionem fieri; tunc enim ſufficienter mitteret procuratorem ad proſequendum cauſā appellationis, vel ad impetrandum iudices delegatos. Nota inſuper quòd archiepiſcopus cognoſcens de cauſa appellationis non poteſt retinere cauſam principalem in cap. 1. de foro compet. iſto libro. nam archiepiſcopus non poteſt de principali negotio cognoſcere, etiam de conſenſu partium: niſi finito articulo appellationis dicat; bene appellatum, & male iudicatum: quia tunc poſſet articulum principalis cauſæ retinere: ſecus in Papa: quia poteſt retinere cauſam principalem, etiam ſi dictum ſit, bene iudicatum, & male appellatum. immo ſine appellatione poteſt Papa inhibere iudicibus, vt non ſe intromittant

mittant

bis, [a] eſt lites minuere, [b] & à laboribus releuare ſubiectos. Sancimus † igitur, vt ſi quis in iudicio [d] vel extra [e] ſuper interlocutoria, [f] vel grauamine aliquo ad nos [g] duxerit appellandum: [h] cauſam

mittant amplius de cauſa: ſed ipſam cauſam vna cum partibus remittant ad Papam. c. vt noſtrum. eo. ti. in antiq. l. iudicium ſoluitur, ff. de iud. vnde iſtæ euocationes quæ quotidie fiunt de minori iudice ad maiorem, fiunt virtute illius l. iudicium ſoluitur. ff. de iud.

¶ Prima gl. diuidit & ſummat.

a ¶ Cordi nobis.] Appellans ad Papam in iudicio vel extra, appellare debet in ſcriptis: & cauſam exprimere, & apoſtolos petere, ſi vult, & petit appellatus. principales perſonæ per ſe, vel per procuratores inſtructos ſuper principali, accedere debent ad Papam. In appellationibus à ſnia diffinitiua interpoſitis, nil mutatur. demum appellanti & appellato conſtitutionem non ſeruantibus imponitur pœna. Et poteſt diuidi decretalis in quatuor partes, in quarum prima ponitur conſtitutionis cauſa. In ſecunda conſtitutio. In tertia, ipſius declaratio. In quarta non ſeruantium pœna. Io. And.

† Ad intelligentiã uide Bar in l. 2. §. fi. ff. de appell. Fel. in 1 c. ſi quando. de offi. deleg. & Baptiſtã de S. Blaſio in repet. rubr. 1. Decreti, q. 25. dſtĩa 8. vbi ponit differentiã. cum fallentijs.

ADDITIO. Sic incipit l. 1. C. de emen. Iuſtin. Codi. & idem verbum. C. de iudi. apertiſſimi: circa finem. Joan. Andr.

b ¶ Minuere,] ſic ff. ſi cer. peta. quidam æſtimauerunt. In fi. de reſcrip. nonnulli. de do. & contum. finem, cum ſuis concordan.

c ¶ Subiectos.] ĩ. in proœmio huius lib. & de offi. leg. c. 2. de off. ord. c. vt litigantes ĩ eo. lib.

d ¶ In iudicio.] quod habet locum poſtquã quis citatus eſt. ĩ. de fo. comp. propoſuiſti. ĩ. de offic. deleg. gratum, & c. licet. Hoſt. & dic in iudice, i. ab actu iudiciali, in quo eſt iudicium, id eſt iuris partium diſpoſitio. Archidiac.

[Glo. ſeq. recitat per quæſtionem an in appellatione extra iudicium non à iudice interiecta, locum habeat hæc conſtitutio: & ponit duas opiniones, & ſecundam dicit tutiorem.]

e ¶ Vel extra.] hoc debet intelligi quando extra iudiciũ appellatur, tamen à iudice: quod patet per id quod de apoſtolis ſequitur: ſecundum Inno. [Io. Mon. & Arch. & facit clem. eo. ti. appellanti.] Ad hoc ĩ. verſi. his quæ. in appellationibus. ibi enim excipitur: ſed aliàs non eſſet uera exceptio, ſi non includeretur ſub præcedentibus. ff. de penu leg. l. nam quod § fi. Et ſecundum hoc quod infra dicit, interlocutoria, ad actum iudicialem referas: quod dicit, grauamine, ad actum extraiudicialem referas: tamen per iudices illatum. Sed alij cõtradicentes cum appellatur extra iudicium etiam ſi non à iudice, ſeruari debere. ‡ arg. ĩ. eo. concertationi. [De diuerſis extraiudicialibus appellationibus ibi dicam poſt Io. Mon. ſuper glo. 2.] Ad id quod dicitur de Apoſtolis? Reſpondetur id locum habere quando in iudicio appellatur. [Tutum eſt etiam cum appellatur extra iudicium, puta in electionibus Apoſtolos petere ſecundum Franciſc. & ita ſeruatur. vnde dicit appellans: Apoſtolos peto ſi ſit qui eos dare poſſet. & no. in t. eodem vt ſuper.] Ad id quod dicitur de uerſiculo, his quæ. reſpondetur, quòd illa non eſt exceptio, immo determinatio vel proteſtatio quædam: & hoc eſt tutius. & tenet hoc Bernar. ſup. de elect. conſiderauimus. in prima glo.

‡ Et iſtos ſequit Do. & Phi. Fon.

[Glo. ſeq. notat, ponit duas opiniones Goffr. & contrarias Bernar.]

f ¶ Interlocutoria.] Nota ius nouum, appellantem ab interlocutoria debere in ſcriptis appellare: & æquiparatur appellationi interpoſitæ a diffinitiua ex interuallo vſque ad decem dies: tũc enim eſt appellandum in ſcriptis: ſed ſi incontinenti appelletur, ſufficit viua voce appellari ff. de appel. l. 2 & 2. q. 6. ad fin. § litigatoribus. Sed ab interlocutoria incontinenti, & ex interuallo appellandum eſt in ſcriptis, vt hic. & dixit Goffr. & Hoſt. poſt eum, quòd aliud etiam ius nouum hic inducitur, quod qui appellat, cauſam cur appellat, debet exprimere in appellatione: ſed per vetera iura ſufficiebat dicere; appello ab iniqua interlocutoria: ſicut in diffinitiuis, & induxerunt ad hoc ſupra de elect. cum dilectus. de teſt. ſignificauerunt. ver. mandamus. ſup. eo. dilecto. & c. dilecti. & c. ex parte. Sed Bernard. contradicens hoc nouum nõ eſſe: dicens quod in illis decretalibus bene exprimebatur cauſa appellandi, & cum Bernar. credo per decretalem. ĩ. eo. vt debitus. Item dixit Goff. quod olim extra iudicium non cõpellebatur quis cauſam exprimere: vnde & quo ad hoc iſtud ius nouum dicit. Sed Bernard. contra: dicens quòd ſecundum antiqua iura bene tenebatur qui extra iudicium appellabat cauſam exprimere. & de hoc notatur ſupra eod. cum cauſam. in glo. vlt. & cap. ſequen. in unica gloſſa. Iſtud ergo ſolum dicit Bernard. hic quo ad ius nouum induci, quòd in ſcriptis appelletur in iudicio, & extra. Cauſa autem ideo exprimitur, vt uideat iudex cui porrigitur appellatio, an iuſta fuerit, vt ſic appellantem admittat vel repellat. vnde ſemper Papa in committendo appellationes à grauamine interpoſitas, ſcribit, ſi eſt ita.

ꝑ An idem ſit in interlocutorijs habentibus vim diffinitiuæ, Vide deciſ. Rotę. 23. in nouis, & Imo. & Ang. in l. 5. ff. de ver. obl.

3 Idẽ tenet gl. in d. c. vt debitus. in verſi. rationabili. Bar. in l. eius q. & in l. ſi. ff. de appella. rec. Ph. Fr.

ADDITIO Concordantias vide infra eodem. capitu. non ſolum. ſecundo reſponſo. in prima gloſſ. Ioan. Andr.

[Glo. ſequens recitat per quæſtionem, an in appellationibus ad alium quam ad Papam, locum habeat hæc conſtitutio. ponit duas opiniones contrarias, quas in fi. determinat.]

g ¶ Ad nos.] maxime ſecundum quoſdam. [Videlicet Petr. de Samp. & Boatin. qui intelligunt quo ad formam appellandi & appellandorum petitionem, non quo ad deuolutionem, vt ſequitur.] Secundum Hoſtien. 4 in his quæ de nouo inducit hęc conſtitutio, locum non habet: niſi in appellationibus interpoſitis ad Papam: cum hoc hic exprimatur: & cum ſit pœnalis, & ſic reſtringenda. [& ſupra de elect. c. ſtatutum. ſic etiam priuilegia reſtringuntur, ſecundum Hoſt. de priuileg. ſane. de offi. leg. quòd tranſlationem.] Et quòd ſolum de appellationibus interpoſitis ad Papam intelligatur: ſatis probatur per decretalem de foro competenti. Romana. 1. reſponſo. vbi habes, quòd archiepiſcopus de conſenſu partium non poteſt de cauſa cognoſcere appellationis articulo prætermiſſo: ergo neceſſe eſt dicere, quòd decretalis iſta loquatur in Papa. Sed ſecundum primam opinionem poſſet dici idem in quolibet alio iudice ordinario, qui per ſimplicem querelam cognoſcere poſſit, vt legatus, vt c. 1. de offi. lega. Sed archiepiſcopus per querelam cognoſcere non poteſt, & ideo primo eſt ſibi videndum an appellatio deuoluat.

4 Et Arch. quẽ vide 3. q. 5. quia ſuſpecti. & hæc vera quo ad deuolutionẽ negotij principalis, hic probat qd ſequitur in glo. Ipſe tñ Hoſt. latius intellexit. vt patet in gl. a. Io. An.

¶ Appellandum.] verbo, quia adhuc hodie ſecundum Hoſt. poterit facto appellare, vt ſup. eod. meminimus. & c. ſuggeſtum. & c. ad hæc ſicut. de hoc ĩ. de appella. vt debitus.

ADDITIO Dicit Innocen. quòd facto appellans prudenter facit, ſi coram teſtibus exprimat omnia grauamina pro quibus uadit, vel nuncium mittit. Nam ſi quando appellat uiua uoce, ad hoc tenetur, vt ſequitur: quare non quando facto, & hoc idem no. in capit. vt debitus. facit quod no. ſupra eodem dilecti. in glo. quoniam plus dicit Archidia. quod dato quod appellans facto hoc non faciat, non puto quòd incidat in iſtam conſtitutionem. & ponderat quod Innocen. dixit eum prudenter facere, quaſi non neceſſario. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. ponit dubium: ſecundo ponit quid addat hoc ius nouum: tertio ſignat contrarium, quod quadrupliciter ſoluit.]

a ¶ In

a ¶ In ſcriptis.] Illud ſpeciale in appellatione ad Papā interpoſita. Alij contra: & facit pro eis ſupra de probationibus. qm̄ contra. ad quod dicit Hoſtien. ꝙ licet non fuerit in ſcriptis redactum, poterit fides fieri. [Per alia documenta, vt ibi patet in fine. & dicit ſic determinandū. quod no. in ſum. eo. tit. §. qualiter, fatetur tamen Hoſtien. ꝙ cōtraria opinio eſt expediens: nō tamen ſic aſtringit, quòd ad non ſcribentem pœnam huius conſtitutionis extendat. Sed nūquid quælibet ſcriptura ſufficiet? Dicit Innocen. ꝙ ſic. ſatis enim eſt quòd forma qua appellatum eſt in ſcriptis ꝓbari poſſit. Expedientius tamen eſt & melius, quòd ſcriptura ſit publica, vel authenticum ſigillum. ſupra de fide inſtrum. c. 2. & facit ſup. eod. lib. de elect. vt circa.

† Etiā ſm ius ciuile. Bar. in l. cuius. ff. de appe. vt iudex deliberet, vt non vagetur pars. & ita tene tu contra gl. in l. j. ad fin ff. eo & vid Ang. Areti in d. l. 2. Font.

f ¶ Superioris.] non dixit Papæ. Et ſic not. pro his, quæ ſupra dixi.

ADDITIO. Dixit ergo Hoſtien. per hoc ſatis patere quod de Apoſtolis dicitur in omnibus iudicibus locum habere. Ioan. Andr.

appellationis in ſcriptis [a] aſſignare deproperet, [b] † petat apoſtolos, [c] quos ei præcipimus exhiberi. [d] In quibus appellationis [e] cauſam exprimat, & cur appellatio non ſit admiſſa, vel ſi appellationi forſan ex ſuperioris [f] reuerentia ſit delatum. [g] ¶ Poſt hoc appellatori ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum & negotij qualitatem tempore proſecutionis indulto, [h] ſi voluerit appellatus & petierit, [i] principales perſonæ per ſe, [k] vel per procuratores inſtructos cum mandato ad agendum, & cum rationibus & munimentis [l] ad cauſam ſpectantibus, accedant ad ſedem Apoſtolicam ſic parati, vt (ſi nobis viſum fuerit expedire) finito [m] appellationis articulo, vel de par-

g ¶ Delatum.] ſolet fieri in dubio cum dubitatur 4 de veritate appellationis. aliàs caueant pœnam ſupra titulo proxim. cap. 1.

4 Ad hoc ĩ. eo. cum ſpeciali, §. exceſſu. Io. A.

ADDITIO. Secūdum iura dicit Hoſt. quòd illam pœnam non incurret: dummodo id non fecerit in grauamen alterius partis per gratiam vel per ſordes, vt ibi not. Io. Andr.

ADDITIO. Poteſt dubitari vel de veritate appellationis, vt dictum eſt: Vel de iuſtitia, puta propter dubium opinionum ſecundum Abbat. qui ponit exempla per not. in decretali, vt debitus. eodem titu. Io. Andr.

ADDITIO. Vnde ſecundum Innoc. priuata ſcriptura, nec probat appellatum, nec probat appellationis formam: cum tamen ſcriptura ad hoc fuerit inducta, vt obuiet appellanti, ſi variare vellet. 1. q. 7. ſaluberrimū. 27. q. 1. omnes feminæ. & quod not. 20. q. 1. vidua. Dicit Hoſti. ꝙ licet conſuetudo habet quod priuata ſcriptura ſufficiat: non tamen per id ſatisfactum videtur menti huius conſtitutionis, quæ vult varietatem euitari: quare tutius dicit quod ſequitur in glo. allegat etiam ĩ. de ſent. excom. cum medicinalis. §. exemplum. vide in Spec. 4. parte. eod. tit. §. 1 verſi. & notabiliter.

b ¶ Deproperet.] ſcilicet feſtinet, 1 vel valde properet: præpoſitio, de, hic auget. ſim. C. de iud. properandum. [ff. depo. l. 1. in prin. & vide quod dixi poſt Hoſt. de conſue ad noſtram. Io. Andr.

1 Infra quātū tēpus aſſignanda ſit appellationis cauſa, Ruin. conſi. 318 li 5.

c ¶ Petat apoſtolos.] inſtanter 2 & infra xxx. dies. ĩ. eod. ab eo & in clem. quamuis. eod. tit. [Dixerat hic Innocen. ꝙ non petens renunciat appellationi, niſi per argumenta pateat eum velle proſequi appellationem, vt ſi ad illam proſequendam mittat. hoc reprobatur in prædicta decretali ab eo] Et non intelligas de Apoſtolis Petro & Paulo: ſed de litteris dimiſſorijs. ff. de lib. dimiſ. l. vnica. ff. de verb. ſig. l. dimiſſoriæ.

2 Quō & qn̄ petendi ſint apoſtoli, docet Fel. in c. cum te de offi. del.

ADDITIO. Dicit Hoſt. & Pet. ꝙ dicentur apoſtoli ab apo quod eſt de, & ſtolon, ꝙ eſt miſſio: quaſi miſſio quam facit vnus iudex ad alium: ſic etiam de apoſtolis dicimus, ꝙ a Deo vel de cęlo miſſi fuerunt. vide in Specu. 4. par. eod. titu. § ſequitur. vbi ponit Guil. v ſpecies apoſtolorum: conuentionales, teſtimoniales, delatorios, refutatorios, & reuerentiales: & ibi ponit ipſarum formas. Ioan. Andr.

d ¶ Exhiberi.] quòd ſi non exhibeatur, & poſtea 3 iudex in cauſa procedat: niſi appellationi renunciatum eſſet inualidus eſt proceſſus. infra eod. vt ſuper, quod eſt verum, ſi debitis loco, modo, & tempore requiſitus eos expreſſe denegat: vel infra debitum tempus negligenter, vel malitioſe tradere prætermittit. infra eod. ab eo. 2. reſponſo. Et nota, ꝙ iudex tradendo apoſtolos, videtur appellationi deferre. ĩ. eod. tit. dilectis ad finem. quod eſt verum, quando tradidit dimiſſorios vel reuerentiales. ſecus ſi refutatorios, vt ſequitur. Sic ne. termini datio habet vim delationis, vt dicam infra eod. titu. cum appellationibus.

3 Ideſt ex quo petiti fuerūt apoſtoli: ſecundum Hoſti. Et no. quia hęc ꝑs vult pōderari tēpus petitionis non denegationis. contrarium not. ĩ. eo vt ſuper in gl. antep. & vide quod ibi dixi. Io. An.

e ¶ Appellationis.] admittendæ vel non: & tunc ſequentia veniunt expoſitiue ad cauſam ob quam appellatum fuit.

[Glo. ſeq. ponit opinionem quam determinat.]

h ¶ Indulto.] à iudice à quo 5 eſt appellatum. de quo dic vt ſup. eod. tit. cum ſit Romana.

5 Vide c. ſi. de accuſ. & Roma. ſing. 165. inci. iudex a quo. & Fel. in ca. cum Bertoldus. de re iudic.

i ¶ Petierit.] quia non ſufficit quod hoc gerat in mente, niſi hoc exprimat ore. ff. de verb. obligat. l. quidquid aſtringendæ in principio. Et nota quod ſecundum iura vetera, aut recipiebatur appellatio a iudice vel a parte, aut non: nec ſtatuebatur terminus. In ſecundo caſu ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum. In primo debent mittere procuratorem ad proſequendam cauſam appellationis: ſed de principali nil dicebatur per antiqua iura. hodie autem ſi hoc petit appellatus, tenetur mittere non ſolum ad proſequendam cauſam appellationis: ſed etiam principalem, vt hic vides, ſi huius conſtitutionis pœnas euitare voluerit: & ſic addit ſolum iſta conſtitutio. 6 & non derogat. Sed contra ſupra eodem qua fronte. vbi hoc videtur eſſe in optione appellantis. Solut. Quidam exponunt ibi; ſi maluerit aduerſarius, ſcilicet appellatus. Alij dicunt illud correctum per iſtud. Alij, quòd decretalis illa dat optionem appellanti ad quem appellare velit, 7 non an velit principalem cauſam ad iudicem appellationis deferri. Vel dic, quòd ibi datur optio an velit coram eo ad quem appellauit litigare, vel delegatum impetrare. & hoc cum appellatus non contradixit, vt hic.

6 Dic tex. ꝓcedere antequam litteræ ſunt per appellātem impetratæ, vel nuncius miſſus: aliàs re non integra non procedere. Phil. Fon.

k ¶ Per ſe.] Non datur optio, vt perſonam trahere poſſit, ſed cauſam. vnde iſtud, vel, quod ſequitur, non refertur ad poteſtatem appellati, ſed appellantis.

7 Pluribus iudicib. concurrentibus ad quos appellare licet. Do. Fō.

ADDITIO. Alias ſecundum Petr. & Abbat. vilis clericus litigans cum epiſcopo, ipſum epiſcopum litigātem vrgere poſſet ad perſonale iter ad curiam. Idem de milite, vel alio litigante cum rege: quod eſſet abſurdum. Io. Andr.

l ¶ Munimentis.] ideſt, priuilegijs, & inſtrumentis, & omnibus his per quæ poteſt cauſa muniri. ſupra de dolo & contuma. cap. fina. de elect. cupientes. ſupra eodem libro.

ADDITIO. De teſtibus tamen hic non intelligitur. ſupra de fideiuſſor. conſtitutus. verſicu. præterea. licet cauſam muniat. Innocent. Archidiaconus. Ioan. Andr.

m ¶ Finito.] per approbationem vel caſſationem appellationis: quod eſt officium iudicis appellationis. 2. q. 6. ad finem. Ioan. Andr.

a ¶ Omiſſo.]

tium voluntate omiſſo, [a] procedatur in negotio principali quantum de iure poterit & debebit: His quæ in appellationibus à diffinitiuis ſententijs interpoſitis antiquitas [b] ſtatuit, [c] non mutatis. Quòd ſi appellator, quæ præmiſſa [d] ſunt, non obſeruet: reputabitur nō appellans, & ad prioris iudicis redibit examen, in expenſis legitimis condemnandus. [e]

¶ Si autem appellatus contempſerit [f] hoc ſtatutum: in eum tamquam in contumacem tam in expenſis, quàm in cauſa (quantum à iure permittitur) procedatur. [g] Iuſtum eſt equidem, vt in eum iura inſurgant, qui ius [h] & iudicem [i] & partem [k] eludit. [l] †

¶ Idem.

¶ Iudex qui recuſatur, ſtatuit competens tempus arbitris ad finiendam cauſam: quo elapſo, ſi finita non fuerit, in principali procedit. Io. Andr.

CAP. II.

Legitima [m] ſuſpicionis [n] cauſa contra iudicem [o] aſſignata, & arbitris à partibus (ſecundum formam iuris [p]) electis, qui de ipſa cognoſcant, [q] ſæpe contingit,

---

a ¶ Omiſſo.] quod non poſſet archiepiſcopus. ſupra de fo. compe. Romana. 1. reſpon.

b ¶ Antiquitas.] reuerenda. [1] ꝟ. de tranſlationibus, quanto. §. 1.

c ¶ Statuit.] ſcilicet, quòd appellans in eis appellationis cauſam nō teneatur exprimere: ſed ſufficit dicere: appello ab illa iniqua ſententia. & iudex debet appellationi deferre, & poteſt ſtatuere terminum appellanti ad appellationem proſequendam eodem titulo, capit. cum ſit.

d ¶ Quæ præmiſſa ſunt.] ideſt, ſi cauſam appellationis nō expreſſit in ſcriptis, & Apoſtolos non petijt: & inſtructus nō venit, vt hic dicitur, [vel non miſit.]

ADDITIO. Secundum Innocen. cuius eſt glo. quam poſuit Bernar. in additionibus. & tamen in alia glo. tenuit Innoc. quod prædixi. Io. Andr.

e ¶ Condēnandus.] non dixit, condemnatus. vnde dicit Hoſti. quòd iudex [2] principalis cauſæ habet condemnationem facere. Sed dic quod etiam iudex appellationis ipſam poteſt facere, infra eodem cum appellationibus. 1. reſpon. in fine.

f ¶ Contempſerit.] quare hoc dicit, cum in voluntate appellantis reſideat ire, vel non ire? Hoc intelligitur ſm Bernardum, cum appellatus hoc approbauit: [cum volebat coram ſuperiore cauſam proſequi. Si igitur poſtea non ſeruauerit hoc ſtatutum, i. ſi non veniat inſtructus vt debet, contra ipſum tamquam contra contumacem procedetur, tam in expenſis quàm in cauſis. Et qualiter procedatur contra contumacem reum vel actorem, lite conteſtata, vel non conteſtata, vel quaſi conteſtata, plene not. ꝟ. de dolo & contu. prout.

ADDITIO. Archidiaconus alleg quod not. ꝟ. eod. ſæpe in glo. vt ſi lis. & vide quod ibi dixi: per quod decido quod hic not. Innoc. & Io. Mon. Io. Andr.

g ¶ Procedatur.] [3] per illum ad quem eſt appellatum. ꝟ. eod. ſæpe. & c. per tuas. nec eſt mirandum, ſi tales taliter puniantur. iuſtum eſt, &c.

h ¶ Ius.] ſupra eodem. in principio.

i ¶ Iudicem.] qui appellationem recepit, & terminum aſſignauit.

k ¶ Partem.] quæ venit inſtructa coram Papa.

l ¶ Eludit.] quod reprobatur, ſup. de alien. iudi. mut. cauſa facta. c. 1. de poſtu. præla. bonæ. 2. §. nec nocebat, ff. de iud. ſi prætor.

ADDITIO Et ff. ne quid in loco publi. l. fi. Io. Mo. & C. de ſport. l. vlt. in fi. Io. And.

Legitima. Primo ponit factum ſæpe contingens, cui ſecundo prouidet: ibi. Volentes. Hoſtien. facit tres partes, dicens, ꝙ in prima ponitur dubitatio In ſecunda ſolutio. In tertia dicitur, ꝙ iudex procedat, partes iſtæ patent: Sed Io. Mona. dicit aptius, ꝙ primo narratur iuris antiqui prouiſio. Secundo: ibi, Volentes. ponitur noui iuris adiectio. Vel dic, ꝙ prima pars ponit morbum, cui ſecunda medetur. Ioan. Andr. Præmitte quod habes in cap. ſuſpicionis. 1. reſpon. ꝟ. de offic. deleg. ſcilicet, quòd vbi iudex recuſatur, eliguntur arbitri, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcunt. Dom.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice delegato à Papa. tu eum vis recuſare, vt ſuſpectum: quia dicis, ꝙ ipſe eſt affinis meus. certum eſt quòd debemus eligere arbitros ad cognoſcendū de iſta cauſa ſuſpicionis; coram quibus arbitris teneris probare iſtam cauſam ſuſpicionis. Sed ponamus, quòd iudex recuſatus timet quòd arbitri ſint negligentes in finiendo iſtam cauſam; nunquid poterit præfigere arbitris terminum ad finiendā cauſam ſuſpicionis. Reſpōdet Romanus Pontifex, ꝙ ſic. & ſi arbitri non finierint cauſam recuſationis infra illum terminum, poterit iudex recuſatus reaſſumere iuriſdictionē. Nota primo, ꝙ iudex poteſt aſſignare arbitris terminū infra quem cauſam decidant. quod intellige de arbitris iuris, de compromiſſarijs nō loquitur iſte tex. Nota ſecundo, quòd quando ſunt electi tres arbitri, videtur data poteſtas duobus, vt quod maior pars ipſorū fecerit valeat. Ad hoc ꝟ. de arb. c. fi. eod. lib. Dom.

[Prima glo. ſummat, & dicit quid ſupplet.]

m ¶ Legitima.] Iudex qui accuſatur, ſtatuit cōpetens tp̄s arbitris ad finiendā cām: quo elapſo ſi finita nō fuerit. in principali procedit. Emanauit ad ſuppletionem decretalis ſupra de offi. deleg. ſuſpicionis. Io. Andr.

ADDITIO. Et in Specu. de re. §. fi. ver. ſed quid ſi actoris. Io. Andr.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

n ¶ Legitima ſuſpicionis.] de veritate cauſæ non dubitatur quin habeat arbiter cognoſcere. Sed quis cognoſcet an cauſa ſit legitima? Dic quod idem arbiter. [4] vt not. ꝟ. eod. cum ſpeciali, in 3. glo.

ADDITIO. Et in c. ſuſpicionis ꝟ. de offic. delega. in 1. glo. & in Spec. de recuſa. § qualiter. in princ.

o ¶ Iudicē.] ordinariū vel delegatum à Papa ꝟ. e. cum ſpāli. de off. del. ſuſpicionis. Si aūt eſſet delegatus epī vł eius officialis, vel eſſent plures delegati cū clauſula, ꝙ ſi nō oēs. & vnus ex his recuſet, tunc nō itur ad arbitros. qđ dic, vt no ꝟ. e. lib. de off. deleg. ſi ꝯ vnum. Et coram ipſo iudice qui recuſatur, dandus eſt libellus recuſatorius. ꝟ. eod. ſecundo requiris. C. de iudic. apertiſſimi.

ADDITIO. Libellus recuſatorius dādus eſt coram recuſato iudice, ſi ſit ordinarius vel delegatus, vt in prædicto c. cum ſpeciali. & c. ſuſpicionis. Hoſti.

[Gl. ſeq. ponit quatuor quæ requiruntur in arbitro.]

p ¶ Formā iuris. ꝟ. e. cū ſpeciali. & nō debent eſſe laici [5] tales arbitri; quia cū habeāt teſtes cōpellere, & alia facere q̄ pertinēt ad hūc articulū, talis ſpiritalis iuriſdō non caderet in eos, ſm Bernar. ad hoc 96. diſt. bene quidem. de iudi decernimus. Itē non debent eſſe ſuſpecti: aliàs poſsēt ſicut iudices recuſari. Itē nec dēnt eſſe multum remoti. ꝟ. eo. ſecundo requiris. & c. cum ſpeciali. Itē debent eſſe in locis cōpetentibus, vbi poſſit haberi copia peritorum. ſup. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum.

q ¶ Cognoſcāt.] [6] & pronuncient. ff. de iud. de qua re,

ſupra

---

[1] De priuilegijs antiquitatis, vide Felin. in c. 1. de mai. & obed. & in ca. ſi qui teſtium. extra de teſti.

[2] Vide deciſionem Rotæ 251. in nouis.

[3] An vero requiratur noua citatio ſuper principali, vide Abba. in c. ſæpe, de appellation.

† al. illudit.

† Ampliа tex. ad exceptionē concernentē iudicis famā, vt ſi dicat infamis, excōicatus. P. de Anc. cōtra Inno. in c. qm̄ ſuper abbatia de off. del. Fō.

[4] Niſi ſint notorie iniuſtę, quas iudex repellere pōt. vi de Lapum allegat. 1. & Franchum hic.

[5] Idē Arch. de hoc in Spec. de recuſationib. §. fi. ver. & nunquid. Io. Andr.

[6] Verbū cognoſcāt eſt iuriſdictionale. vide Cardinalē in clem. 1. q. 11. de off. dele & Deci. cōſ. 189.

ſupra de cauſa poſſeſſionis. cum ſuper. & infra patet. Ioan. Andr.

[a] ¶ Proferat.] quod poteſt, ſupra de offic. delega. ſuſpicionis.

[b] ¶ Odium.] caueant tales arbitri iuris à pœna, ſupra ti. prox. c. 1. licet arbitri compromiſſarij illam timere non habeant, vt ibi dixi.

quod ipſis in idem conuenire nolentibus, nec tertium aduocantibus, cum quo ambo, vel alter eorum procedat ad deciſionem ipſius negotij, vt tenentur, iudex proferat [a] excommunicationis ſententiam contra ipſos: † quam ipſi tum propter odium, [b] tum propter fauorem partium diutius vilipendunt: [c] quare cauſa ipſa [d] plus debito prorogata, non proceditur ad cognitionem negotij principalis. Volentes igitur morbo [e] huiuſmodi neceſſariam adhibere medelam: ſtatuimus, vt ipſis arbitris per iudicé [f] competens [g] terminus præfigatur, † infra quem in idem conueniant, vel tertium concorditer aduocent, cum quo ambo, vel alter eorum, eiuſdem ſuſpicionis negotium terminare procurent. Alioquin [h] iudex ex tunc in principali negotio procedere non omittat. [i]

¶ Idem.

¶ De officiali epiſcopi non ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum appellatur.

CAP. III.

Romana eccle-

† Nota ꝙ iuriſdictio extendit ad ꝑſonas non incluſas in reſcripto: quæ impediũt illud ꝑꝑ qđ reſcriptum cõceſſũ eſt. Pet. de Anch. Font.

ADDITIO. Dicit Hoſt. ꝙ arbitri iuris pœnam, d. c. 1. incurrunt. faciẽdo, vel omittẽdo aliquid ꝑ gratiã, vel ꝑ ſordes. Nam delinquere poſſunt omittendo, ſicut peccare faciendo. ſupra de excep. dilectę. & c. ſignificauerũt. de reſcriptis, ſignificante. Io. And.

[c] ¶ Vilipendunt.] & ex eo magis ligãtur. ſupra, de ſenten. exc. per tuas.

[d] ¶ Cauſa ipſa.] ſcilicet recuſationis. [1]

1 Cauſę recuſationis ponuntur ꝑ Dec. in ca. poſtremo, de appel.

ADDITIO. Decem & octo iuſtas recuſationis cauſas no. hic Hoſtien. vide plenius in Specu. ti. 1. §. ſupereſt. & per ipſum Hoſtien. in ſum. de offi. deleg. §. quæ ſunt iuſtæ cauſæ. Ex illis 18. vide ſex not. de offic. delega. cauſam. in prima glo. & vide quod nota. ſupra eodem lib. de offic. delega. ſi contra vnum in 6. glo. & quod ſuper ea dixit Ioan. Andr. qui hic in ſua nouella peculiariter explicat ipſas cauſas incipiendo à ſeptem vſque ad 18. incluſiue.

[e] ¶ Morbo.] ſupra eod. lib. de excep. pia.

ADDITIO. De iuramento calumniæ, cęterum. vbi de hoc in gloſ. 2. & dicit Archidiaco. morbum dictum: quia ex illo mors oritur, ſcilicet animæ. Ioan. Andr.

[Gloſſa ſequens ſignat contrarium. opinio. ponit & ſoluit.

[f] ¶ Per iudicem [2]] ipſum recuſatum ordinarium vel delegatum. contra ſupra de offic. delega. ſuſpicionis. Solu. iſta corrigit illam ſecundum Bernard. & ſic O. reuolauit ad A. ideſt, hoc extremum ius ad illud ꝙ olim erat ante decretalem ſuſpicionis. Sed dic quod decretalis iſta non corrigit illam. Illa enim decretalis loquitur in termino partibus aſſignando ad probandum, ideſt, parti quæ ſuſpicionem vult probare: quem non qui recuſatur, ſed arbitri aſſignare debent, vt ibi. Iſta loquitur in termino aſſignato arbitris ad cauſam finiendam: quem non arbiter, ſed iudex recuſatus debet ſtatuere. Io. And.

2 Ad hanc gl. vide Abbatem, c. ſecundo, requiris. de appel. & Feli. in ca. paſtoralis. de except.

ADDITIO. Idem Hoſtien. Petr. de Samp. & Abbas.

[g] ¶ Competens.] quòd ſi minus competentem terminum aſſignaret, locus eſſet appellationi. ſupra, de dilat. cap. 1. Ioan. And.

ADDITIO. Secundum Boatin. locus eſſet appellationi interponendæ per partes, quę in hoc grauantur, non per arbitros. quod intellige, ſi non grauantur. Si ergo in arbitros fulminaret ſententiam, ſi infra terminum non diffiniuiſſent, tunc eorum intereſt appellare. Ioan. Andr.

[h] ¶ Alioquin.] ſcilicet ſi elapſo termino nondum ſit per ipſos negotium terminatum.

[i] ¶ Non omittat.] videtur quòd conſtitutio iſta ſit iniqua. ſic probo: Pone quòd iudex in veritate ſit ſuſpectus ſuſpicione quæ proponitur contra ipſum: arbitri in fauorem partium vel partis, non finiunt negotium in termino: iudex procedit in principali: & ſic inutiliter proponitur recuſatio. Quomodo ergo fiet, cum hic compellatur coram iudice ſuſpecto reus litigare? Dicunt quidam [Petr. de Samp. & Abb.] ꝙ pars petet à iudice, vt ſecundum acta coram arbitris negotiũ finiat. ad hoc ſupra de teſtibus præſentata. & ſi male pronunciauerit, appellet. Vel dic quòd ſi arbitri nolunt pronunciare, vel male pronunciant: appellandum eſt ad Papam. ſupra eo. lib. de offi. delega. ab arbitris. Ioan. Andr.] Idem Archid.

† Nõ tamẽ ceſſat remedium antiquũ, ſ. correctio. arg. l. quotiens. ff. de actio. & obl. item præſens ca. venit ad fortificandum ius antiquũ nõ ad corrigendum. facit l. 1. §. dixerit aliqs. ff. de publi. Pet. de Anchar. Fon.

Romana.] Hæc eſt famoſa & notabilis decretalis, quę (omiſſa prolixitate Hoſtien. & diuiſione Ioan. Mona. quæ nimis eſt confuſa) poteſt diuidendo ſummari ſic. Hæc decretalis de duobus tractat, ſcilicet de appellatione ad archiepiſcopum interponenda: & de ipſius poteſtate circa eam interiecta. Circa primum decidit tres caſus, quibus dubitabatur, an poſſet vel deberet ad archiepiſcopum appellari. & hoc in 1. & 2. reſp. & in §. Dẽt. Circa ſm facit quinque. Primo, decidit qñ citare poſſit vel delegare, ibi, Cum autem. Secando ibi, Si vero. quando poſſit inhibere: diſtinguens circa hoc tres caſus. Tertio ibi. In alium. de ipſius poteſtate in aliam perſonam, vel aliam cauſam. Quarto ibi, Sententias. de poteſtate reuocandi cenſuram. Quinto & vltimo, de neceſſitate remittendi male appellantem. Dom.

CASVS. Officialis Pictaueñ. cognoſcit de aliqua cauſa inter duos ſubditos ſuos. tulit ſententiam diffinitiuã vel interlocutoriam, non refert. vna partium vult appellare: quæritur ad quem iudicem ſit interponẽda appellatio: hoc eſt, vtrum poſſit pars appellans appellare ad epm̃ Pictauen dominum ipſius officialis? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ certe non: & licet eps̃ ſit maior ſuo officiali: tamen quia idem eſt conſiſtorium amborũ, non poteſt appellari ab officiali ad epiſcopum: ne appelletur ab vno iudice ad eundem: immo nõ valet contraria conſuetudo c. 2. ſupra de conſuet.

Caſus ampliſſimus, & peculiaris dñi Helix, comprehẽdens particulariter ſingulos §§.

¶ Sed quid: ponamus quòd aliquis prælatus inferior, puta Archidiaconus, vel archipresbyter exiſtens ſub epiſcopo, tulit aliquam ſententiam interlocutoriam vel diffinitiuam: vna pars vult appellare: quæritur ad quem ſit appellandum? Certe appellandum eſt ad epiſcopum: non autem ad archiepiſcopum omiſſo medio, valeret tamen contraria conſuetudo, vt quis appellaret à prælato inferioris epiſcopi ad archiepiſcopum: nam cum conſuetudo dat iuriſdictionem non habenti: multo magis poteſt iuriſdictionem prorogare habenti.

Caſus §. ab archidiacono.

¶ Sed ponamus ꝙ fuit appellatum ab officiali epiſcopi ad archiepiſcopum. vel ab inferiori prelato epi, ad epm. an iudex appellationis ad ſolam aſſertionem partis appellantis poſſit decernere citationem, ad citandam partem appellantem, & iudicem à quo eſt appellatum, priuſquam ſibi cõſtet quod appellatio fuit interpoſita

Caſus §. eſt autem.

ex

ex cauſa probabili: hoc eſt, vtrũ antequã iudex appellationis decernat citationem ſuam, debeat ſibi liquere ꝙ fuerunt obſeruata omnia illa, quæ requirũtur ad deuolutionem cauſæ ad ſuperiorem per appellationem? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ ſic: & ideo appellans dẽt comparere coram iudice appellationis, & eũ informet de omnibus iſtis: alias iudex appellationis non deberet decernere ſuàm citationem. hoc dicit præſens text. vſque ad §. Si vero. in quo ſic figuratur.

CASVS. Certum eſt ꝙ iudex appellationis cõſueuit inhibere iudici a quo ne aliquid attentet in præiudiciũ appellationis.

Caſus litteralis. §. ſi vero.

Sed ponamus, ꝙ pars appellata comparet coram iudice appellationis: & proponit, ꝙ appellans non appellauit infra decem dies: vel aliquid omiſit propter qđ reputatur non appellans: nunquid debet iudex appellationis anteq̃ decernat citationem prius de iſtis cognoſcere, & ſuper his interlocutoriam ferre? Reſpondet quod ſic: a qua interlocutoria poterunt partes appellare.

Caſus §. qđ ſi obijciat.

¶ Sed ponamus, ꝙ pars appellata non proponit non fuiſſe appellatum infra decem dies: ſed dicit ꝙ cauſa inſerta in appellatione non eſt de cauſis inſertis & approbatis a iure? dicit appellans, ꝙ licet non cauſa ſit inſerta in corpore iuris: tamen eſt ſimilis vel maior q̃ ſint cauſæ inſertæ in iure. nũquid iudex appellationis prius debet ferre interlocutoriam, an alia cauſa inſerta in appellatione ſit iuſta vel non, anteq̃ faciat inhibitiones iudici à quo? Reſpondet ꝙ ſic. & non intelligatis ꝙ iudici ad quem, debeat cõſtare de veritate appellationis. ſed intelligitur ſibi conſtare in cauſa inſerta in appellatione, ſit rationabilis vel non.

Caſus. §. ſi autem.

¶ Sed ponamus, ꝙ fuit appellatum à ſententia diffinitiua: vtrum iudex ad quem, poſſit facere inhibitiones iudici a quo, non præmiſſa cognitione? Reſpondet, ꝙ non: niſi fuerit appellatum a ſententia diffinitiua in caſibus in quibus eſt inhibita appellatio: puta quia aliqs fuerat condemnatus ex ſua confeſſione, & appellauit tunc. n. debet inſeri iuſta cauſa in appellatione, & dẽt fieri fides iudici ad quem, an cauſa inſerta in appellatione ſit rationabilis.

Caſus. §. in alium.

¶ Sed quid: ponamus, ꝙ erat quæſtio ſuper prædio qđ poſſidebas lata eſt ſententia contra te: & ab ea appellaſti, poſtea quidam tertius intulit tibi violentiam in illa re: vtrum coram iudice appellationis poſſis eum facere conueniri? Certe non: ſed debet conueniri coram ſuo iudice immediato. Et iſtud verum, niſi per iſtã turbationẽ impediretur iuriſdictio iudicis appellationis. hoc dicit vſque ad §. cum vero.

Caſus. §. cũ vero.

¶ Sed ponamus, ꝙ pendente appellatione conueni te coram iudice à quo, ſuper alia re; vtrum iudex appellationis poſſit inhibere iudici a quo, ne cognoſcat de iſta cauſa? Certe non: veruntamen poſſes ipſum iudicem à quo, recuſare ut ſuſpectum, probato grauamine quod tibi intulit in alia cauſa a quo appellaſti.

Caſus. §. debet.

¶ Sed ponamus, ꝙ epiſcopus Pictauenſis habet iuriſdictionem temporalem in aliquo loco ſuę diœceſis: tulit aliquam ſententiam per ſe, vel per auditorem ſuum. vtrum debeant appellare ad metropolitanum, puta ad archiepiſcopum Burdegalen. vel ad præſidem prouinciæ: puta, Seneſcallum, vel eius locum tenentem? Reſpõdet ꝙ eſt appellandum ad Metropolitanum: & ſic ad iudicem eccleſiaſticum. niſi epiſcopus teneret in allodium illam iuriſdictionem non faciendo aliquam penſionem domino temporali ſecus ſi teneret in feudum: nam tunc appellandum eſſet ad iudicem laicum in cap. allegato pro contrario in glo.

Caſus. §. ſententias.

¶ Sed quid: ponamus ꝙ iudex à quo, excommunicauit appellantem, ipſum reputando contumacem: vtrum iudex appellationis poſſit relaxare. vel declarare nullas iſtas ſententias, anteq̃ cognoſcat vtrum bene vel male fuit appellatum? Reſpondet ꝙ non: & iſtud verum, niſi immineret periculum animę. quia tunc poſſet illas relaxare: ſed non declarare nullas.

Caſus. §. ſi. . . . alis.

¶ Sed ponamus, ꝙ iudex appellationis pronũciauit bene ſententiatum, & male appellatum: quale debet eſſe officium iudicis ad quem? Reſpondet, quod ipſe iudex appellationis debet remittere partes ad iudicem à quo, vt ipſe cognoſcat de principali cauſa. Idem contrarium. Per hoc enim excluduntur officiales foranei, qui ſunt delegati Epiſcopi. licet enim ipſi habeant iuriſdictionem ad vniuerſitatem cauſarum: tamen ab eis appelletur ad Epiſcopum, & non ad metropolitanum. Quod ſi.] ſed qualiter pars appellata poteſt apponere, quod iudex appellationis cognoſcat an cauſa inſerta in appellatione ſit iuſta vel non? Dicendum quod aliquæ ſunt cauſæ, quę non ſunt expreſſæ in iure: puta quia ſunt ſimiles vel maiores: & in illis debet iudex appellationis cognoſcere an illæ cauſæ ſint iuſtæ vel non. ſi autem cauſa inſerta, in appellatione, eſſet vna de cauſis inſertis in iure: tunc non haberet iudex appellationis cognoſcere an illa cauſa eſſet iuſta vel non. Vnde ſciendum quod iudex appellationis haberet ferre duas ſententias: vnam interlocutoriam, an appellatio fuerit ad eum deuoluta. vel ne: aliam diffinitiuam, reſpectu actionis appellationis: videlicet an bene fuerit appellatum vel male: & an bene iudicatum uel male: Nota primo ex principio cap. quod ab officiali Epiſcopi non poteſt appellari ad ipſum Epiſcopum: nec valeret cõtraria conſuetudo, ut capitulo. ſupra de conſuetu. & iſtud verum, quando appellatur ab officiali generali, & principali: quia ſi appellaretur ab officiali foraneo, eſſet appellandum ad Epiſcopum.

Appellari non poteſt omiſſo medio regulariter.

Nota, quòd non poteſt appellari omiſſo medio regulariter: nam ab Archipresbytero non poteſt appellari ad Metropolitanum omiſſo Epiſcopo. Sed quid ſi Archipresbyter eſt ſub Archidiacono an poſſit appellari ab Epiſcopum omiſſo Archidiacono? Communis opinio Doctorum eſt quòd ſic: nam concurrit cum quibuſcunque inferioribus Prælatis: exceptis Abbatibus reſpectu ſuorum religioſorum. cap. quanto. de offic. ordin. in antiq. Nota vlterius, quod valet conſuetudo ut omiſſo medio poſſit appellari. Nota quod iudex appellationis non debet citare appellatum, niſi conſtet ſibi quod appellatio fuit interpoſita ex iuſta cauſa & rationabili. & iſtud verum, quando cauſa eſt exprimenda in appellatione: uidelicet quando appellatur ab interlocutoria uel diffinitiua in caſibus in quibus prohibetur appellatio a iure. Et ſi iudex appellationis uideat, quod cauſa inſerta in appellatione non ſit iuſta, debet denegare audientiam appellanti. Nota vlterius ibi, quod ſi obijciatur, quod non ſolum poteſt appellari propter cauſas inſertas in iure: ſed etiam propter alias cauſas maiores, vel æquales, puta nos non habemus in iure, quod iudex poſſet recuſari vt ſuſpectus propter compaternitatem: ſi tamen de iure patriæ ſit tanta amicitia inter compatres, ſicut inter conſanguineos: iſta eſt ſufficiens cauſa recuſandi iudicem, vt ſuſpectum.

Nota, quòd ſi pars appellata proponat, quòd cauſa inſerta in appellatione non eſt rationabilis: iudex appellationis debet interloqui an illa ſit cauſa rationabilis, vel non.

Appellans à diffinitiua in caſu ꝓhibito debet cauſam inſerere.

Nota quod quando appellatur à diffinitiua in caſibus à iure prohibitis: neceſſe eſt vt appellans in appellatione ſua inſerat cauſam rationabilem: vt puta ſi confeſſus in iure appellet: debet inſerere in appellatione ſua, quòd confeſſus fuit per errorem, uel metum: & debet de errore, & metu fidem facere: & in hoc æquiparantur interlocutoria, & diffinitiua. Nota quòd iudex appellationis non recipit iuriſdictionem niſi inter partes: puta inter appellantem & appellatum, & non inter tertium, quod verum eſt: niſi iſte tertius impediret iuriſdictionem iudicis appellationis. c. 1. de offi. & poteſta. iudicis delegati in antiquis.

[Prima gloſſa diuidit, & ſummat.]

ſia: [a] [1] & infra. ¶ Cum ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ ſuorumque officialium (qui generaliter [b] de cauſis ad ipſorum forū pertinentibus, eorū vices ſupplendo cognoſcunt) vnum, & idem [c] conſiſtorium ſiue auditorium ſit cenſendum: ab ipſis officialibus non ad dictos ſuffraganeos [d] [2] (ne ab eiſdem ad ſeipſos [e] interponi appellatio videatur) ſed de iure [f] ad Remen. eſt curiam [3] [g] appellandum.

¶ *De ſubdito epiſcopi ad ipſum, non ad archiepiſcopum appellatur: niſi aliud eſſet de conſuetudine. hoc dicit.*

¶ Ab Archidiaconis vero alijſque inferioribus prælatis [h] ſuffraganeis ſubiectis eiſdem, & eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos debet, & non ad eandem curiam [i] (omiſſis dictis ſuffraganeis) appellari: niſi aliud Remenſi eccleſiæ de conſuetudine [k] competat in hac parte.

¶ *Archiepiſcopus cauſam appellationis ab epiſcopo interpoſita non debet committere, vel partes citare, niſi in appellatione probabilis cauſa ſit expreſſa.*

¶ Cum autem [4] ad præfatam curiam ab eorundem ſuffraganeorum vel ſuorum officialium audientia fuerit appellatum: Remenſ. archiepiſcopus (qui pro tempore [l] fuerit) vel officialis ipſius nullatenus in appellationis cauſa interpoſitæ, ante diffinitiuam [m] ſententiam

[a] ¶ Romana Eccleſia.] Huius Decretalis vndecim ſunt partes: ſicut & vndecim eius dicta. Primum, ꝙ de officiali epi non ad epm, ſed ad archiepm appellatur. Secundū, ꝙ de ſubdito epi ad ipſum non ad archiepm appellatur: niſi aliud eſſet de conſuetudine. Tertiū, ꝙ archieps cauſam appellationis ab epo interpoſitæ non dēt committere, vel partes citare, niſi in appellatione probabilis cauſa ſit expreſſa. Quartum, ꝙ ſi negetur [1] appellationem negotium deuolutum, nō inhibebit archiepſ iudicem principalis cauſæ procedere: niſi prius de deuolutione conſtiterit. Quintū, ꝙ ſi dicitur ex iniuſta cauſa appellatum, Archiepiſcopus inhibere non poteſt: niſi prius recepta appellatione, vt probabili incipiat cognoſcere de cauſæ veritate. Sextū, ꝙ licet dicatur appellatū a diffinitiua in caſu prohibito à iure: ex quo de hoc archiepiſcopus cognoſcere cœperit, poteſt inhibere, ne ſententia executioni mandetur. Septimum, ꝙ archiepiſcopus in tertiam perſonam (poſt inhibitionem ſuam in cauſa per appellationem delata ad ipſum) aliquid innouantem, iuriſdictionem exercere non poteſt. Octauum, ꝙ archiepiſcopus appellantem in alijs cauſis à iuriſdictione epiſcopi non poteſt eximere. Nono dicitur, quòd ab epiſcopis in cauſis, quibus iuriſdictionem temporalem habent, de iure debet ad archiepiſcopum appellari: niſi ſpeciale ius aliud inducat. Decimo, quòd cenſuram eccleſiaſticam in appellantem prolatam per Epiſcopum, Archiepiſcopus reuocare non poteſt: niſi partibus vocatis, & de cauſa legitime cognito. Vndecimo & vltimo dicitur, quòd ex quo Archiepiſcopus pronunciauerit male appellatum ante ſententiam. ſtatim debet cauſam ad ſuffraganeum remittere.

[Glo. ſeq notat officialem ordinarium, reprobās opinionem Goffre. & excuſans opinionem Bernardi.]

[b] ¶ Generaliter.] Nota per hac litteram, ꝙ officialis [2] eſt ordinarius, non delegatus, & ſic eſt reprobata opinio Goffre. qui no. in ſum. de offi. vica. §. item dubitari, ꝙ officialis Epiſcopi delegatus eſt, non ordinarius, & ob hoc dicebat de ipſo ad Epiſcopum eſſe appellandū, & hoc idem videbatur tenere Ber. ſ. ne præla. vic. ſuas. c. 2 in gl. 2. vbi dicit, ꝙ Epiſcopus non poteſt de iure ordinarium dare: ſed ſolum princeps vel lex. Vel dici poſſet, ꝙ per hoc non negat officialem eſſe ordinarium: quia dici poſſeſ. ꝙ habeat à lege. Vnde ipſe Bernar. hic & Inno. Hoſt. & omnes. Ioan. Mona. & Archidia. not. officialem ordinarium eſſe, quod ex hoc dicto neceſſario concluditur hic: & probatur hoc, vt dixi ī. eo. lib. de offi. vic. licet. ad hoc ſ. de offi. vica. ſua. in Auth. de iud. circa prin. coll. 6. [& §. illud cuſtodiendo. & C. eo. tit. ſi quando. Ioan. And.

[c] ¶ Idem.] non tamen per omnia: vt ſ. eo. lib. de off. deleg. ſi contra vnum. §. vlti.

ADDITIO. Et ſup. eo. li. de off. vica. c. 2. & 3. [vnde dicebat Innoc. Epiſcopū poſſe prohibere officialem ne iudicet. ſed non ecōuerſo. ff. de iudi l. iudiciū. & in multis alijs differunt. Dicit Hoſt. ꝙ illa diuerſitas habetur ſupra eo. lib. de off. ord. Romana. in fine. Io. And.

[d] ¶ Suffraganeos.] Et ſi conſuetudo eſſet, ꝙ appellari poſſet ad eos, vt ſup. de conſue. c. 2. eod. lib. & vide quod ibi dixi.

[e] ¶ Ad ſeipſos.] [3] quod eſſe nō poteſt: appellatio enim eſt de minori ad maiorē. &c. Si autem appellatur de officiali ad epiſcopum, non appellatur de minori ad maiorē: imo de eodem ad eūdem: & ſic non poteſt dici appellatio.

[f] ¶ De iure.] Quaſi diceret, de cōſuetudine poſſet ſecus induci. ad hoc ī. §. proxi. & hoc tenent moderni: quod falſum eſt, vt ſupra de conſuet. c. 2. vbi de hoc.

ADDITIO. Ber. & Hoſti. per §. proximum tenent talē conſuetudinē poſſe induci, & vltra id inducit Hoſt. ꝙ licet ſi per errorē de ſuperiore ad inferiorem appelletur, nulla ſit appellatio: non tamen nocebit error, ſi appelletur ad maiorem quàm debuerit, vel ad parem. ff. eod. tit. leg. 1. §. pen. valeat ergo conſuetudo quo ad parem: licet nullo modo valere poſſit quo ad minorem, cum ſit irrationabilis & inepta 11. diſtin. inferior. de conſuetud. capit. fin. ſecundum eum. Et licet hæc procedere poſſent in pari (quem conſuetudo quo ad hoc faceret maiorem) non tamen procedunt in eodem, vt ibi. Ioan. And.

[g] ¶ Curiam.] niſi appellare vellet ad Papam: ad quem omiſſo medio [4] appellatur. 2. q. 6. Romanam. & cap. ſi quis putauerit, & idem in legato, de officio leg c. 1. vbi de hoc. & 2. q. 7. c. 3. ſecus ſecundum legem. ff. de appellationib. imperatores.

ADDITIO. Si ad Imperatorem per ſaltum appellatum ſit, remittit ad illum ad quem ex ordine debuerat appellari. Ioan. And.

[h] ¶ Prælatis.] qui iuriſdictionem habent. quod dic, vt ī. de offi. ordina. cum ab eccleſiarum.

[i] ¶ Curiam.] Remep. de qua ſ. dixi.

[k] ¶ Conſuetudine.] [5] quæ dat iuriſdictionem. ī. de fo compet. cū cōtingat. ſupra eo. lib. & tit Romana de offi. ordina. Romana. & in hoc caſu poſſumus intelligere ſup. de præben. referēte, de no. oper. nunci ſignificātibus. idem ſi de priuilegio, cum iſta ſint paria. 9. q. 3. conqueſtus. ſupra. de offi. ord. duo ſimul ī. § debet. [& de iud. nouit. ver. non enim. vbi de hoc. Ioan. And.]

[l] ¶ Qui pro tempore.] quaſi diceret, iſtud non eſt ius ſpeciale, & perſonale, quod extinguatur cum perſona: imo perpetuum eſt ſupra de traſ. de cętero. & in alijs archiepis et ſeruandū eſt. ſup. eo. li. de off ord Rom. ad fi.

[m] ¶ Diffinitiuā.] quia in appellationibus à diffinitiuis, non eſt neceſſe cauſam exprimere, vt dixi ſupra eo. cordi. & ſic ibi non haberet locum quod ſequitur.

[1] Decretū huius cap. cōfirmat cōcilium Tri. ſeſſ. 22. de refor. c. 7.

[1] Per iſtam rōnē dicit Pe. de Anc. iſtud c. procedere in quocunque generaliter alterius vices gerēte: vt nō ad ipſum cuius vices gerūtur, ſed ad eius ſuperiorem appelletur: ſed an ſupplicari poſſit vide no. in c. ex litteris, de in integ. reſti. Font.

[1] Vide. c. ſi quis clericus. 11. q. 1.

[2] Officialis epi an ſit ordinari⁹, vel delegat⁹: & quid de Vicario, vide deciſ. Rotæ 379. in nouis.

[3] Ad hanc gloſſam vide glo. in c. non pōt de præb. eo. li. & in c. ſignificauit. de ſent. exc. & Phil. Franchin. hic.

[3] Iſtam gl. cū tex. dic procedere etiā de iure ciuili. Bar. in l. j. §. 1. ff. qs & à quo per l. præcipimus, C. e. Phil. Font.

[4] De intellectu vide Fel. in c. paſtoralis. §. qm. de reſcript.

[4] Ad hanc gloſſam vide gloſſam in c. dilecti filij. e. ti. & Doct. in c. 1. de off. deleg. & Bar. & Imo. in l. 1. §. pe. ff. de appel.

[5] Etiam pſcriptione fieri poſſet. item ſi mediatus nō eſſet catholicus. c ſi is cui. de off. dele. ſ. eod. Item ſi non opponat exceptio. Phi. Font.

[Gloſſa ſequens recitat per quæſtionem an arctet citatio contra hæc facta. ſoluit: dat generalem doctrinã, & remittit.]

a ¶ Citent.] & ſi citauerint, impune non paretur. ff de iur.om.iu.l.vlt. [Nã ius dicẽti extra territoriũ, vel ĩ. iuriſdictionẽ ſuam, impune nõ paretur.] Et hoc intelligas vbicũque quis citat ab aliquo, & conſtat, ꝙ citatus nõ eſt de iuriſdictione citantis,[1] nõ tenetur cõparere, niſi cauſa talis ĩ citatorio exprimat, per q̃ apparet illum iuriſdictionẽ habere,[2] ſi vera ſit illa cauſa. ff. qui ſatiſda. cog.l. ſi vero. [vbi dicitur, ꝙ ſi dubitatur an fideiuſſor ſit locuples, approbari debet: ſecus ſi cui dẽter eſt locuples.] facit ẽt ff. de fer. l.1. [vbi nõ tenetur venire citatus ad diẽ feriatam ẽt fauore hominũ.] In dubio melius eſt cõparere. 23 q 1. ca. qd culpatur. ff de iud. ſi qs ex aliena & adde ꝙ no. 3. q.2. ſi epſ. [in gl.2.] de acc. veniens. [in gl. vlt.]

b ¶ Expreſſa.] dupliciter põt intelligi, ſcilicet ꝙ archiepſ niſi videat in appellatione expreſſam probabilem cauſam, nec citabit, nec cõmittet. Vel dic, [ſm Inn.] expreſſa ĩ citatorio, vel cõmiſſione: qa in cõmiſſione vel citatione exprimet probabilem cãm ob quã ſit appellatũ.[3] Sed cõtra. ĩ. e. ti. ſi duob. vbi archiepſ cauſam in citatione non expreſſit: & tamen tenuit citatio. Sed illud per iſtud ſupplendum eſt; [vel nõdum ſtatutũ erat ꝙ appellaretur expreſſa cauſa, ſecundum Inno.] Vel citare non debet vt hic: ſi citauerit expreſſione nõ facta, tenet: vt ibi, quia multa fieri, &c. ſecundum Hoſt. [Allegat de iureiur. quemadmodum. verb. ꝙ ſi poſt. melius habes de regularibus, ad Apoſtolicam Io. And.]

de quo hic Archidiaconus quaſi ad litteram ponens ſilius uerba: & ideo hic decido Io. And.

c ¶ Totaliter.] ideſt talem fuiſſe appellationem, quæ deuoluat negotium: licet forte cauſa ſit falſa, [ſecundum Innoc. & Hoſt.

citent[a] partes: nec etiam aliis illam committant, appellationis eiuſdem cauſa probabili, ſeu legitima nõ expreſſa.[b]

¶ *Si negetur per appellationem negotium deuolutum, non inhibebit archiepiſcopus iudicem principalis cauſæ procedere: niſi prius de deuolutione conſtiterit. hoc dicit.*

Si vero vocatis partibus, vel nullatenus, aut non infra decem dies poſt interlocutoriam,[c] vel diffinitiuam ſententiam appellatũ fuiſſe, ſeu aliquid aliud ſimile,[d] ſicque non eſſe per appellationẽ ad eundẽ archiepiſcopum, vel eius officialem deuolutum negotium proponatur: ijdem (niſi prius ipſis conſtiterit cauſam ipſam ad eos totaliter[e] fuiſſe delatam) prohibere, ne in cauſa illa,[f] vel ne ad executionẽ procedatur ſententiæ[g] non præſumant.[h]

¶ *Si dicitur ex iniuſta cauſa appellatum, archiepiſcopus inhibere non poteſt: niſi prius recepta appellatione, vt probabili, incipiat cognoſcere de cauſa veritate. hoc dicit.*

Quòd ſi obijciatur ex iniuſta cauſa, ſeu minus[i] legitima ante ſententiam appellationem interpoſitam extitiſſe, & ex eo non eſſe appellationem huiuſmodi admittendam: nequeunt prædicti archiepiſcopus, vel eius officialis prohibere,[k] ne procedatur in cauſa, niſi prius appellatione recepta velut emiſſa ex cauſa probabili, cognoſcere incipiant de cauſa huiuſmodi an ſit vera.[l]

¶ *Licet dicatur appellatũ à diffinitiua in caſu prohibito à iure: ex quo de hoc archiepiſcopus cognoſcere cœperit, poteſt inhibere ne ſententia executioni mandetur h.d.*

Si autem poſt ſententiã in caſibus à iure prohibitis[m] (vtpote à ſñia ſuper manifeſto, & notorio[n] crimine, vel de quo[o] quis

f ¶ Ne in cauſa illa.] ſ. quãdo appellatum eſt ante ſententiam.

g ¶ Sentẽtiæ.] ſcilicet quando appellatum eſt a diffinitiua.

h ¶ Nõ præſumãt.] primo enim dẽt de iuriſdictione conſtare: & cognito an ſit iudex, exercitium iuriſdictionis procedere ſu. de reſcri. ſuper litteris. in fi. Innoc.

i ¶ Minus legitima.] cum cauſa non eſt in iure expreſſa.[4] ff. de lega. non poſſunt. ſu. c. paſtoralis. in prin. & hoc arbitrabit primo iudex an legitima cauſa ſit: & ſi male arbitraret, appellari poterit. ff qui ſatiſd. cog l. arbitrio. & l ſeq. Si autem cauſam in iure expreſſã negaret eſſe legitimã, non audietur. ff. de prob. ab ea parte.

ADDITIO. Vel ſi reprobatam uellet dicere legitimam. Inn. & Hoſt.

k ¶ Prohibere.] partib', uel iudici a quo fuit appellatum, uel forte tertio deputato forte ad executionẽ ſententiarum.

ADDITIO. Vt adaptetur, intelligendum uidetur de interlocutorijs: alias melius adaptaretur. §. præced. Io. And.

l ¶ Vera.] licet[6] enim quo ad commiſſionem faciendam ſufficiat, ꝙ probabilis ſit cauſa, vt ſupra. §. cum autem probari tamen habet veritas cauſæ appellationis, niſi ſe offerens probaturum coram iudice a quo appellauit, non fuerit admiſſus: vt ſupra eod. interpoſita. & dic vt ibi.

m ¶ Prohibitis.] multo ergo fortius hoc in nõ prohibitis locũ habebit. Ar. à minori. ſu. de elect. cum in cũctis.

n ¶ Notorio.] in quo non admittitur appellatio. ſu. c. cum ſit Romana. & c. peruenit. & c. conſuluit. & dic notorio per euidentiam rei: vt differat ab eo notorio iuris per confeſſionem, de quo ſequitur.

[Glo ſeq tractat an ſola cõfeſſio impediat appellare, ponit opinionẽ Azonis, & cõtrariã quam approbat.]

o ¶ Vel de quo.] Non alternatiuam. nam videtur quòd tria concurrere debeant ad hoc, quod in crimine non debeat appellari, ſcilicet, quod ſit confeſſus, teſtibus conuictus, & argumentis ſuperatus. 2. quæſt. 6. cap. ei qui. § ſunt etiam quorum, verſicul. nullus. C. quorum appellat. non recip. L. 2. & dixit dominus Azo. quod niſi omnia iſta tria concurrant, reſeruatur condemnato beneficium appellãdi. Dictum Azonis[7] quidam intelligunt, cum criminaliter agitur, contraria

[Glo. ſeq. arguit, declarat, & remittit.]

c ¶ Interlocutoriam.] ergo interlocutoria tranſit in rẽ iudicatã: niſi ab ipſa ĩ. decem dies fuerit appellatum: ĩ. de electione, cum dilectus. in fi. quod verum eſt quo ad partem, ſed non quo ad iudicem: quod dic vt ſupra eo. ti. cum ceſſante. & inf. eo c. vlt.

[Glo. ſeq ponit tria exempla.]

d ¶ Simile.] vt ſi dicatur appellationi renunciatum tacite[8] vel expreſſe. ĩ de offi. deleg. gratum. Vel dicatur ex probabili cauſa non appellatum. ĩ. proximo reſponſo vel dicatur non appellatum in ſcriptis: eo caſu quo debuit in ſcriptis appellari. ĩ. eo. c. 1. ante ergo q̃ de hoc cõſtiterit, priorũ iudicum nõ impediet officium. Io. An.

ADDITIO. Vide in Spe de except. § dicto, ver. ſed pone ꝙ in cauſa. vbi ſoluitur, ꝙ opponitur has exceptiones peremptorias eſſe differẽdas poſt litẽ conteſtatam.

1 Et ſatis eſt, ꝙ ſit de iuriſdictione licet nõ ſit de ſuo foro, ſecundũ Inno. Io. A.

2 Quia de iure cõi iuriſdictionẽ non habens debet exprimere vnde habeat Roma. conſil. 483. per l. ſed ſi hac. §. prętor. ff. de in ius voc.

3 Ad hanc gloſſam vide omnino Franchum hic.

4 Ad intelligentiã. §. uide Abbatem & Fel. in c. dilectus el ſecundo, de reſcrip. deciſ. Rotæ 11. & 412. eod titu. in nouis.

5 Nõ enim omnes iuſtæ cauſę appellationis ſunt in iure expreſſe in noc & ideo ius in hoc diſtinguit, ſup eo. paſtoralis. in prin. I. An.

6 Quid ſit notoriũ, & quotuplex, & quod eorũ plus operetur. Abb. cõſi. 45. li. 1. Fel. in c. ex ceptionem. de except. Grammaticus, deciſio. 105.

6 Vide Ale. conſi 91. vol. 5.

7 Intellige Azo ſi quis eſt argumẽtis ſuperatus, poſt a teſtibus conuictus, ſed nõ cõfeſſus, appellat. l. ſciant cuncti. C. de prob. Do Hippo. in l. reperi. ff. de q & vide Romanũ ſing. 29 incipiente, de iure ciuili, per quod limitatur dictum iſtius gloſſæ.

8 Exemplũ in diffinitiua de re iudi ꝙ ad cõſultationẽ. Io. And.

in iure [a] confeſſus extitit, promulgata) vel conſimilibus [b] appellatū fuiſſe dicatur poſſunt, ne ſententia executioni mandetur [c] (poſtquam cognoſcere cœperint vtrum ſit recipienda, vel non appellatio ab eo interpoſita) inhibere.

Archiepiſcopus in tertiā perſonam (poſt inhibitionē ſuam in cauſa per appellationem delata ad ipſum) aliquid innouantem, iuriſdictionem exercere non poteſt. hoc dicit.

In alium [d] quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controuerſia vertitur, aliquid poſt eorum inhibitionem attentat: non valet occaſione huiuſmodi [e] iuriſdictionem aliquam vendicare.

Archiepiſcopus appellantem in alijs cauſis a iuriſdictione epiſcopi non poteſt eximere. hoc dicit.

Cum vero is qui ad Remenſem curiam ſuper aliqua [f] cauſam vocem appellationis emittit, nihilominus in cauſis alijs ordinarij ſui iuriſdictioni ſubijciatur: Remenſis archiepiſcopus vel officialis ipſius nequaquam iuriſdictionem ipſam in alijs impediant, vt ab eiuſdem ordinarij poteſtate totaliter eximant taliter appellantem.

Ab epiſcopis in cauſis in quibus iuriſdictionem temporalem habent, de iure debet ad archiepiſcopum appellari: niſi ſpeciale ius aliud inducat. h.d.

Debet autem ad eos. [g] ab epiſcopis prafatæ prouinciæ ſuper cauſis, in quibus temporalē [h] iuriſdictionem exercent, niſi forte de cōſuetudine, [i] aut priuilegio, ſiue iure alio [k] ſpeciali ſit appellandum ad alium, appellari.

Cenſuram eccleſiaſticā in appellātem prolatam per epiſcopum, archiepiſcopus reuocare non poteſt: niſi partibus vocatis, & de cauſa legitime cognito. h.d.

Sententias quoque interdicti, vel ſuſpenſionis, ſeu excommunicationis [l] in appellantem ab eo, à quo appellatum proponitur promulgatas, nullatenus [m] niſi vocatis [n] partibus, & de appellatione legitime cognito,

cum ciuiliter. Alij dicunt, & forte bene, quòd confeſſus in iure, non auditur appellans, ſi tamen ita ſit confeſſus, quòd ſtandum ſit confeſſioni, non tormentorum formidine territus. & hoc tam in ciuili quàm in criminali: niſi vellet allegare ſe ſic errore facti confeſſum. In quo caſu poſſet appellare, vt ſuum corrigeret errorem. ff. ad Turp. l. 1. § vlt. & hec opinio per litterā ſatis probatur, quæ diſiūctiue loquitur. Ad hoc facit quia quod quiſque ſuā voce, &c. ſu. de prob. per tuas. C. de non numerata pecunia, generaliter. & pro hoc 2. q. 6. quicunque. vbi de hoc. Nec poſſet negari crimen per confeſſionē fore notoriū. ſup. de cohabi. cleric. veſtra. & in notorio non admittitur appellatio, vt in proxima glo. & no. Ioannes. & Archidiaconus, 2. q. 6. quicunque. & 2. q. 1. in primis.

ADDITIO. De hoc in Spe. de appel. §. in quibus, poſt princi. & de confeſ. § fin. ver. ſed nunquid confeſſus. Io. And.

a ¶ In iure. aliàs nō præiudicaret confeſſio ſuper crimine, ſu. de confeſ. c. vlt. ſaluo eo qđ hēs de exceſ. præl. quàm ſit graue.

b ¶ Cōſimilibus.] puta, ſi appelletur ne teſtamentum aperiatur, vel ne ſcriptus hęres in poſſeſſionem mittatur. vide 2. q. 6. in ſumma. & cap. ei qui. §. ſunt etiā quorum. & §. ſeq. ff. de appellat. recip. vel non l. penult. & vlt. ſup. eod. conſtitutus. 2. vel per contumacem in non veniendo, vt 24. q. 3. de illicita.

ADDITIO. Abbas ponebat hic verſus iſtos:

Appellare vetant ſcelus, excellentia, pactum
Contemptus minima res interdictio facta.
Arbitrium, res quæ perit: & ſi longus acta.

id eſt protelata. Ioan. Andr.

(Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.)

c ¶ Mandetur.] ergo notorius criminoſus & confeſſus in iure auditur appellans contra iura ſuperius ſignata? pōt dici, ꝙ notorius criminoſus appellare pōt: ſed iudex non tenetur appellationi deferre, vt in cōtrarijs. ad idem ī de appel. paſtoralis. niſi exprimeret cauſam rationabilem. puta ſe timore tormentorum confeſſum, vt ſuperius dixi, vel per errorem. ff. de confeſ. l. vlt. & penul. aliàs ergo antequam ſuperior de appellatione cognoſcat, & inhibeat, poteſt iudex ſententiam exequi, poſtea non, infra eodem, non ſolum.

d ¶ Alium.] ab appellante, appellato, & iudice. iſte enim alius non tranſtulit ad archiepiſcopum cauſam ſuā: & ideo ſimpliciter poteſt aduerſarium coram ſuo iudice conuenire, & non coram archiepiſcopo, cum nullam habeat poteſtatem in ipſum. de off. ord. paſtoralis. ī. eo. ti. & lib. Romana. in princ. ad hoc. ī. e. cum teneamur. tales ergo citare non pōt. quod verum eſt, niſi iuriſdictionem ſuam impedirent. ĩ. de pœnis. Romana. ſm inno. & Hoſt. & de hoc per eos. ī. de off. deleg. c. 1. Io. And.

e ¶ Huiuſmodi.] cū caſus iſte non ſit expreſſus in iure. ī. de off. ord. paſtoralis.

f ¶ Aliqua cauſa.] in qua tantum eſt exemptus appellās à iuriſdictione ſui iudicis. archiepiſcopus ergo in alijs cauſis in quibus remanet in iuriſdictione ordinarij, nullam habet poteſtatē, vt hic dicit. ad hoc ſupra eo. propoſuit. vbi de hoc. licet enim ipſe ſubditus appellās fortaſſis poſſet illum recuſare, vt ſuſpectum, vt ſup. e. ad hęc ſi in vna. archiepiſcopus tamen de hoc ſe intromittere non habet, vt hic.

g ¶ Eos.] ſcilicet archiepiſcopos.

h ¶ Temporalem.] quam in criminibus per alios exercent: quod dic vt ĩ. eo. lib. ne cler. vel mon. c. vl. Et hoc quod hic dī, probabamus olim ꝑ decretalē. ſu. đ delic. pue. c. 2. vbi de hoc. ſup. de maio. & obe. ſolitæ. & ibi etiā de hoc. & vide quod no. Hoſt. in ſu. e. ti. § de quo ad quē, & ver. ſed pone. & ver. ſeq. in Spec. eo. tit. §. nunc tractemus. in fi. vbi dicitur in regno Franciæ hoc non recipi. Ioan. And.

i ¶ De conſuetudine.] præſcripta: aliàs non valeret. ī. de conſuetud. cap. vlt.

k ¶ Iure alio.] puta in cauſa feudi. ī. de foro compet. ex tranſmiſſa. & c. verum. de maio. & obed. ſolitæ.

ADDITIO. Vel ſecundū Boati. reſeruauit ſibi (cōcedens iuriſdictionem temporalem) epūs ius appellationum: quod potuit facit ſu. de iure pa. præterea. 2. 18. q. 2. Eleutherius. ſu. de condi. appo. verum. ff. de pact. in traditionibus. Io. And.

l ¶ Excōmunicationis.] in hoc ſunt iſta paria. ad hoc. ĩ. de ſen. excom. is cui, in fine.

m ¶ Vocatis partibus.] ſu. eo. cap. § ſi vero. nam merita cauſarū, &c. C. ſi per vim, vel alio modo. l. vlt. & coni. ad hoc ſu. de offi. ordi. cum ab eccleſiarum.

In quibus caſibus appellare non liceat. vide Specula in ti. de appel. §. in quibus enumerāt 17. caſus. & in gloſſam in ſumma 2. q. 6.

Ad hanc gloſſā vide Abbatē in c. ad noſtrā. & c. conſuluit. de app. Fel. in c. 2. de ſent. & re iudic. & Rom. ſing. 19 incip. de iure ciuili.

Vide Decium. in c. cum teneamur de appellat.

Præſtabit tū cautionē poſſeſſori, ꝙ ſi obtineat, illum defendet ꝯ competitorē. ff. de rei vendic. is à quo. ff. de pet. hæred. l. pen. ſecundum Bern. Io. And.

Vide gloſſam in c. fi. de conſuet. li. 6 & Rui. conſil. 119. lib. 4.

Dictio, nullatenus, quid importet. vide per gl. in cle. 1. de ſeq. poſ. & per Grāma. conſi. 5.

Vide Decium. in c. cęterum, de iudicijs.

Vide Abbatem in c. qua fronte. de appel.

a ¶ Reuocent.] vel abſoluant, ı & intelligo hoc verũ, vbi periculum non eſt in mora: quia tunc bene poſſent abſoluere: & ſi non poſſent nullas nunciare vel reuocare. ad hoc. ſ.eod. qua fronte. §.1. de ſent. excommun. ſacro. ibi, abſque periculo, &c. Et infra de ſenten.excom. venerabilibus. §.ſane. Io. Andr.

& c. ab eodem. ỹ. eod. veruntamen ſi iudex non fuerit requiſitus, non tenetur dare apoſtolos. Nota inſuper principalem effectum iſtius capituli: ſi iudex à quo, requiſitus dare apoſtolos, illos non det, ſed in cauſa ipſa procedat: proceſſus eius erit nullus: & retractabitur ꝑ iudicẽ appellationis: ſecus ſi dediſſet apoſtolos: quia tunc non retractaretur eius ꝓceſſus: niſi ille quem feciſſet poſt inhibitiones iudicis appellationis.

b ¶ Ante ſententiã.] quia aliud ſi à ſnĩa: quia ibi aggreditur iudex ſtatim cognitionẽ principalis negotij. qđ dic vt no ſ. eo. vt debitus. in glo. pen. Quis aũt habeat exequi ſententiam latam per iudicem appellationis, vide qđ no. ſ. de off. dele. paſtoralis. § præterea.

c ¶ Cognito.] legitime ſcilicet partibus præſentibus, vel altera per contumaciam abſente. ſup. eo. interpoſita. Io. Andr.

d ¶ Minus rationabilem.] vt quia peccatum fuit in decretalem. cordi, vel in decretalem, vt debitus. vel cauſa non eſt reperta vera. Io. And.

e ¶ Remittere.] quid de attentatis? videbis ỹ. eod. non ſolum. de quo hic Innoc. & breuius. Hoſt.

VT ſuper.] Pro intellectu huius eſt præſupponendum illud quod dr̃ in c. non ſolũ. ỹ. eo. ti. videlicet quod validitas geſtorum poſt appellationem ab interlocutoria pẽdet ab exitu appellationis: ita quòd geſta per iudicem à quo, inter appellationem & prohibitionem non retractantur: niſi in fine appellationis, poſtquam fuit dictum bene appellatum & male iudicatum.

reuocent[a] aut denuncient eſſe nullas.

¶ *Ex quo archiepiſcopus pronunciauerit male appellatum ante ſententiam: ſtatim dẽt cauſam ad ſuffraganeum remittere. h.d.*

Cum aũt ad Remenſem archiepiſcopũ, ab audientia ſuffraganei ſui, ſuper aliqua cauſa fuerit ante ſententiam[b] appellatum: idẽ archiepiſcopus (poſtquã de appellatione cognito[c] conſtiterit eam minus rationabilem[d] extitiſſe) cauſam ad eundem ſuffraganeum remittere[e] non poſtponat.

¶ Idem.

¶ *Si iudex requiſitus non tradit apoſtolos, & poſtea procedit in cauſa, non valet proceſſus: niſi renunciatum fuiſſet appellationi. Io. Andr.*

CAP. IIII.

VT † ſuper[f] appellatione ac eius cauſa[g] inſtructio facilior[h] valeat in proceſſu haberi: diſtricte præcipimus, quòd ille,[i] à quo appellatur, apoſtolos appellanti (iuxta tenorem cõſtitutionis[k] noſtræ ſuper hoc editæ) tribuat requiſitus.[l] Si vero non exhibuerit: extunc[m] ſi forte in cauſa procedat (niſi appellationi renunciatũ[n] fuerit) ‡ eius inualidus & irritus[o] ſit proceſſus.

¶ Clemens quartus.

¶ *Iudex appellationis iniqua, appellantem ante ſententiam remittere debet ad iudicem principalem, & in expenſis condemnare, & hoc ſi principalis iudex nõ detulerat appellationi: ſed ſi detulit, non fiet remiſſio de neceſſitate. In appellationibus interpoſitis à diffinitiua, antiqua iura ſeruentur. Io. And.*

CAP. V.

CVm † appellatio-

[Prima glóſſa tria facit, ponit ſummã, diuiſionem, & quid ſupplet.]

f ¶ Vt ſuper.] ſi iudex requiſitus nõ tradit apoſtolos, & poſtea ꝓcedit in cauſa, non valet proceſſus: niſi renunciatũ fuiſſet appellationi. Diuidit decretalẽ in duas partes: in quarum prima ponit ius antiquum, in ſecunda pœnam iudicis non ſeruantis. Et emanauit ſuppletorie ad decretalem ſ. eod cordi.

g ¶ Cauſa.] debet enim apoſtolis cauſa appellationis exprimi & cauſa delationis vel repenſionis. ſup. eo. c. 1.

h ¶ Facilior.] concor. ſu. eo. li. de elec. cupientes. §. ad hæc.

i ¶ Ille.] iudex. ſ. qui extra iudiciũ ‡ appellatur, conſueuit appellans dicere & apoſtolos peto, ſi ſit q ipſos dare poſſit & debeat.

‡ Ante proceſſum iudicis: quia ſi poſt renunciaret: illa non validaret. Io. An. Pe. de Anc. Font.

‡ Non à iudice. & vide quod no ſ. eo. cordi. in 4 gl. Io. An.

† Vide Perutinũ in c. de priore. extra de appel. & Corpo. caut. 45.

† Hęc decr. vt ſu ꝑ. olim incipiebat, vt ꝓbatio. Et nota cauſam quare iudex dẽt dare apoſtolos: quia ꝑ illos facilius inſtruitur cã appellationis concor. tex. C. de appel. eos. §. ſuper his.

CASVS. Prętendebã te debitorẽ meum: feci te conueniri coram iudice competenti: qui tulit ꝯ me aliquã interlocutoriã, à qua appellaui: & eum requiſiui vt daret mihi apoſtolos. i. tñſionẽ: iudex nullos voluit dare apoſtolos: ſed ꝯ me tanquam ꝯ contumacẽ proceſſit vtrum valeat eius proceſſus poſt appellationem & requiſitionem apoſtolorum, ſuppoſito ꝙ appellato ſit fruſtratoria? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ vt facilior habeatur inſtructio apud iudicem appellationis, præcipit vt iudex à quo, det apoſtolos: etiam ſi appellatio ſit fruſtratoria: aliàs ſuus proceſſus non valeret: vnde ſi apoſtolos dediſſet, valeret, in capitulo, non ſolum ỹ. eod. Requiſitus. nam à iudice à quo, debent peti apoſtoli congruo tempore c. ab eo. ỹ. eo. tit. Not. primo cauſam propter quam iudex à quo, tenetur dare apoſtolos parti appellanti: videlicet vt facilior inſtructio cauſæ appellationis valeat haberi: etiam ſi appellatio ſit fruſtratoria. & dederit iudex à quo, apoſtolos refutatorios. Nã in apoſtolis refutatorijs inſeritur cauſa quare fuit appellatum: & quare iudex non detulit appellationi. Nota vlterius quod iudex à quo, tenetur dare apoſtolos ſi requiratur. Vnde ſciendum quòd requiſitio apoſtolorum eſt neceſſaria quantum ad pœnã huius cap.

k ¶ Conſtitutionis.] ſ. eo. tit. cordi.

l ¶ Requiſitus.] cum debita inſtantia, loco & tempore congruo: aliàs pœna ſequens locum non habet. ỹ. eo. tit. ab eo. 2. reſponſo.

m ¶ Extunc.] ideſt, ex quo negauit expreſſe, vel infra tempus debitum negligenter vel malitioſe non tradidit ỹ. eo. lit. ab eo. in fine.

ADDITIO. Hoſt. ſ. eo. cordi. dicit, ꝙ ſi ex quo petiti ſunt apoſtoli, iudex in aliquo procedat antequam ſint exhibiti, irritus eſt proceſſus: allegat hanc decre. & ſecundum hoc deberet exponi, ex tunc: ex quo requiſitus fuerit: quod non placet & iſtud, ex tunc, repetitur in decr. ab eo. Ioan. And.

n ¶ Renunciatũ.] tacite vel expreſſe, ſ. de off dele. gratũ. de teſt. cũ veniſſent. Io. And. Idem Archidiaconus.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium.]

o ¶ Irritus.] ‡ poſito, ꝙ aliàs valeret de iure: puta q̃ a fruſtratoria eſſet appellatio cui deferendum non eſt. ỹ. c. proxi. Archidiaconus tenet idem.

‡ Et ita tãquam attentatũ dẽt reuocari: ita tenet Rota eo. ti. dec. 3. ĩ nouis. ſed limita, ꝓut in deci. Rotę 18. e. tit. Et ĩ nouis.

CVm appellationibus.] Prima pars loquitur de appellatione cui non defertur: Secũda ibi: Si verò: de illa cui defertur: Tertia proteſtatur: ibi, Saluis. Io. An.

¶ Emanauit iſtud cap. ad declarationem cap. vt debitus honor. ſ. eo tit. in antiq. & c Romana. ſ. eo. tit iſtomet lib. in fin. cap. vbi dicitur, ꝙ ſi iudex appellationis dicat bene iudicatum, & male appellatum, debet partes remittere ad iudicem à quo: & appellantem condemna-

demnare in expenſis. Illud cap. limitat illa iura: videlicet, ꝙ intelliguntur quando iudex à quo, non detulit appellationi: quia ſi detulerit, non tenetur iudex appellationis facere remiſſionem, niſi velit.

CASVS. Tu & ego litigabamus corã aliquo iudice, qui tulit ꝯ te aliquã interlocutoriam, à qua appellauiſti inſerta cauſa in tua appellatione, quam iudex à quo ſciebat falſam: vel forte illa cauſa expreſſa non erat falſa: ſed tamen nõ erat rationabilis: Certum eſt, ꝙ iudex à quo, non deferet huic appellationi: nec debet timere, ꝙ iudex ad quem, retineat cognitionẽ cauſæ principalis: Sed ponamus, ꝙ iudex à quo, dedit apoſtolos reuerentiales vel dimiſſorios: & ſic admiſit appellationem; poſtea iudex appellationis pronũciauit male appellatũ, & bene iudicatũ, certum eſt, ꝙ dẽt te appellantem condemnare in expenſis: Sed vtrum teneatur remittere cauſam principalem ad iudicem à quo? Rñdet, ꝙ non: nã ex quo iudex à quo, detulit appellationi friuolæ, vr̃ abdicaſſe à ſe cognitionem cauſæ principalis, ideo iudex appellationis poterit retinere cauſam principalem: tamen ſi velit, remittere ad iudicem à quo. Quãdo iudex à quo, præſumit appellationẽ friuolam: non deferat appellationi, ſed det appellanti apoſtolos refutatorios. Faciens expenſarum] quæ condemnatio expenſarum eadem die fieri debet, in l. Paulus. alleg. in gl. vel etiam poteſt fieri condemnatio expenſarum, ſicut profertur ſententia: nam condemnatio expenſarum fit officio iudicis mercenario, quod inhæret actioni, iõ finita actione non durat. Nota primo, ꝙ iudex à quo, non dẽt deferre appellatione friuolæ, quę interponitur ſine cauſa, vel cauſa eſt irrõnabilis, aut eſt falſa, immo ſi deferat, peccat mortaliter. Nota, ꝙ cum iudex appellationis pronunciat bene iudicatum & male appellatum, debet remittere negotium principale ad iudicem à quo: quod eſt verũ in alio iudice à Papa: nam Papa poſſet retinere negotium principale, licet pronunciet bene iudicatũ, & male appellatum. Nota vlterius, ꝙ iudex appellationis, qui pronunciauit male appellatum & bene iudicatum, debet appellantem in expenſis condemnare, ſed condemnatio debet fieri tẽpore prolationis ſententiæ: vel ad minus eadem die; quia expenſæ non petuntur, niſi officio iudicis mercenario: quod non poteſt implorari: niſi durante cauſa. Et ſi fiet condemnatio expenſarum eadẽ die, dicitur fieri durante inſtantia: Nam quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur. l. lecta. ff. ſi cer. pet. ſecus de expenſis, quæ petuntur rõne contumaciæ, nam illæ petuntur iure actionis in factum deſcendente ex edicto, ſi quis in ius vocatus nõ ierit. de quo in l. ſancimus. C. de iudi. c. 2. de procur. in antiq. Nota, ꝙ ſi iudex à quo, iniuſte admittat appellationem, poteſt iudex appellationis etiam ab initio antequã cognoſcat de meritis cauſæ appellationis, retinere cauſam principalem: & ſibi imputet iudex à quo, quare detulit appellationi friuolæ: multo magis ſi iudex appellationis cognouerit de articulo appellationis poterit retinere cognitionem cauſæ principalis. Nota finaliter, quòd ad iudicem ad quem pertinet cognoſcere de legitimitate appellationis. ad hoc. ſupra de reſcrip. dilectus, ſecundo, in princ. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat.]

nibus [a] friuolis nec iuſtitia deferat, nec ſit à iudice deferendum: [b] ſi iudex inferior [c] appellationem minus legitimam non admittat, [d] eam appellatore nihilominus proſequente, ſuperior de ipſa cognoſcens cauſam ad priorem iudicem (iuxta ſanctiones canonicas [e]) ſine difficultate remittat, eadem die [f] condemnationem faciens expenſarum. ¶ Si uero iudex admittat eandem, [g] licet tam appellatio, quàm ipſius iudicis delatio à ſuperiore valeant refutari: [h] quia tamen iudex ipſe quantum in ſe [i] fuit, à ſe iuriſdictionem abdicauit eandem, appellationi deferens [k] minus iuſte, totius cauſæ deciſio in ſuperioris eſt poteſtatem transfuſa: nec eſt illi cauſa de neceſſitate vlterius remittenda: [l] Saluis ijs, quæ ſuper appella-

a ¶ Cum appellationibus.] iudex appellationis inique appellante ante ſentẽtiam remittere debet ad iudicem principalem, & in expenſis condemnare, & hoc ſi principalis iudex non detulerat appellationi: ſed ſi detulit, non fiet remiſſio de neceſſitate. In appellationibus interpoſitis à diffinitiua, antiqua iura ſeruentur. Io. Andr.

[Gl. ſeq. reddit cauſam, & dat ſimile.]

b ¶ Deferendũ.] habet enim iudex iuſtitiam imitari. de ver. ſig. forus. in fi. & merito non eſt deferendum appellationi friuolæ: non. n. fuit inuenta, vt eſſet iniquitatis defenſio, ſed innocentiæ pſidiũ. ſ. e. ad noſtrã & c cũ ſpã li. §. porro. ſic & iuramentum, non fuit inuentum vt eſſet vinculũ iniquitatis. ſ. e. lib. de iureiur. cap. 1. cum ſuis concord.

c ¶ Iudex inferior.] à quo appellatum fuit ante iniam.

d ¶ Non admittat.] tradere tamen apoſtolos non eſt deferre, vt dixi ſup. eod. cordi.

e ¶ Canonicas.] ſ. eo. vt debitus. & eo. tit. & lib. c. Romana. in fi. hoc verum, niſi iudex deferat, vt infra eod. cap. 2. in fi.

f ¶ Eadem die.] ea enim quæ ſententiam concomitantur, eadem die qua principale expedire debent: ſicut fructus & expenſæ, ff. de re iudic. l. Paulus. de hoc. 35. q. 9. c. loci §. quia ergo. aliàs incipit, his ita. & dicam ĩ. de reg. iu contra eum.

g ¶ Eandem.] ſcilicet friuolam appellationem.

[Gl. ſeq. rec per queſtionẽ, & ſolutionẽ diſtinguẽtẽ.]

h ¶ Refutari.] per hanc litteram dico, ꝙ ſi iudex detulit appellationi fruſtratorię, & ſupperior ad quem appellatum fuit, remiſit: eo non obſtante ꝙ detulerat, ꝙ ipſe cognoſcit ex priori iuriſdictione ordinaria, vel delegata quam habebat, & non ex noua demandatione. Si enim ille refutat delationem: ergo ille remanet iudex qualis erat. [1] Hæc vera, niſi ſuperior hoc expreſſe ageret, ſcilicet, ꝙ delegatum eum ad cauſam daret: quod poſſet, cum ipſius cauſæ ſit iudex, vt ſequitur.

i ¶ In ſe.] Nota pro ijs quæ not. ſupra de renun. quòd in dubijs, & c. vltimo. in gl. 2.

k ¶ Deferens.] & male. & talis reatus merito debuit ab ipſo honorem excludere iudicandi. C. vbi ſena. vel cla. l. 1. de neceſſitate ergo nõ ſiet ad ipſum remiſſio. ff. ſol. matri. ſi ab hoſtibus. §. 1. ff. de pact. l. tres fratres.

ADDIT. Facit ĩ. de hære. vt commiſſi, in fine & c. 2. §. ad hoc. Ioan. Monachus.

[Gl. ſeq. litterã exponit & dat ſimile, ſecũdo qõnem ſoluit quattuor rõnes inducens, ſed primã impugnat.]

l ¶ Remittenda.] ad ipſum iudicem qui detulit, voluntarie autem poſſet ipſe iudex ſuperior remittere ſi vellet. & eſt ſimi. de renun. c. vlt. Et no. [2] per hanc litterã terminatam quæſtionem. qua quæritur, an termini aſſignatio, quam facit iudex a quo appellatum eſt, habeat vim delationis, vides enim quòd ſi detulit, non reaſſumit iuriſdictionem, etiã ſi fruſtratoria fuerit appellatio, ſed elapſo termino aſſignato, & appellatore negligente reaſſumit iudex iuriſdictionem ſ. e. ſæpe. Vel ſatis poteſt dici, ꝙ decret. iſta locum habet cũ appellãs proſequitur: ſi enim non proſequeretur. tunc non obſtante delatione reaſſumet iudex iuriſdictionem per iura prædicta: & per hanc litteram quæ dicit ſupra; appellatore nihilominus, &c. ad hoc facit, quod no. Bern. de ma. contract. contra inter. eccl. c. 2. in 4. glo. ſed probatur

† Et ratio: quia culpa alicuius nõ debet aliũ plus grauare, quã voluit. arg no. in l. ſi quis plurium, ff. de legat. 1. Anch. ſicut periuris nõ præſtat iuramentum honoris, ſed oneris, ne culpa ſua alios grauet. Font.

1 Idẽ Arch. alleg no ꝑ Inno de reſcrip. ab excõicato. in glo. 2. Inducit ẽt litteram, remittenda, quæ ſequitur. cũ enim poſſit voluntarie remitti: ergo remãſit iuriſdictio apud eũ. ad hoc ſ. e tit. de off. dele. quamuis. & procu. is q. ſm hoc ergo intelligẽda eſt littera. transfuſa, quæ ſequitur. Io. Andr.

2 Idem his Archidiac. Io. Andr.

batur id optime p decre. ſ.eo. oblatę.in prin.vbi deferre & terminum ad proſequẽdũ aſſignare ponũtur vt diuerſa. [In dicto ca. oblatæ. remiſi ad Spe.eo.tit.§.nunc dicamus.in fin.vbi not. quid iuris, ſi notarius ſcripſit, ꝙ iudex benigne recepit.] Itẽ videtur, ꝙaliter debeat inmittere appellans, qñ delatum eſt, & aliter qñ ſolus terminus eſt pfixus, ꝙ dic vt not. ſ.de renun. veniens. in glo. ſed non vr̃, & patet ſ.eo.ſæpe.Item ſi ɔ̃rium diceretur, iã ſequeretur, ꝙ omni appellationi deferretur à iure: cum ab ipſo iure ipſi proſequẽte ſtatutus ſit terminus.2.q 6. ei qui, ſ. eo. cum ſit & c.ex rõne.ſicut ergo ius terminũ ſimpliciter ſtatuẽdo non detulit, & ſic de iudice eadẽ ratione eſt dicendum. Vide Archid. 2.q.6. appellatore.

...tionibus poſt ſententiam interpoſitis ſunt ſtatuta. [a]

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Si appellans inf. xxx. dies inſtanter non petit apoſtolos: appellatiõi renũciat. Si iudex modo debito requiſitus illos non tradit, ſed poſtea procedit: nõ valet eius proceſſus. Io And.*

CAP. VI.

AB eo [b] qui appellat infra triginta dies [c] inſtanter [d] apoſtoli peti debent, & eidem infra dictum tempus à iudice exhiberi: aliàs præſumitur † appellationi ſuæ renunciare appellans, ſi eos infra idem tempus petere prætermittat, etiam ſi vadat [e] aut mittat ad appellationem huiuſmodi proſequendam. ¶ Illud autem quod fœlicis recordationis Innocentius

ADDITIO. Item iudex pro refrænanda malitia appellantis reſtringit ſibi terminum iuris, quod poteſt. ſ. eod.cum ſit. ergo non poteſt dici, ꝙ per id illi faueat, cum à ſua iuriſdictione laxando. ſ.de tranſlat. c. 2.ver. nec quòd & facit quod hic dixi in text.in gl.dubitatur, ad fin.2. quæſtionis. Ioan.And.

[Glo.ſeq. reddit rationem diuerſitatis, & in fi.quæ ſit, & remittit.]

a ¶ Statuta.] eſt autem ratio quare illud in appellationibus à diffinitiua interpoſitis: quia iuſte potuit iudicare iudex, ſcilicet ſecundum allegata & probata, & iuſte poſſet ipſius contrariũ iudex appellationis pronunciare propter nouas probationes. C.de temp. repara.appel. per hanc.de teſtib.fraternitatis. ſ.de fide inſtru.cũ Ioannes. & ideo deferendo appellationi à diffinitiua interiectæ, non potuit increpari iudex: Sed ſecus in appellatione ante diffinitiuam interpoſita: quia ibi ſit querela tantum de iniquitate iudicantis, ad hoc ſ.eod. interpoſita.§. vlt. An autẽ ſi iudex appellationis pronũciet bene iudicatum, & male appellatum: ipſe idẽ vel primus iudex habeat exequi ſententiam. not.ſ. eod.de offi.deleg paſtoralis.§. præterea. in glo vlt.

A. Et vide ſ.e. Romana §.ſi ſup 1.gl.Io.A.

AB eo. [Primo ponit tp̃s petendorum apoſtolorũ: Secundo declarat capitulum, vt ſuper.ſ.eo. Secunda ibi, Illud autem. Dominicus.

c Tu & ego litigabamus corã aliquo iudice: q tulit aliquam ſñiam ɔ̃ te, à qua appellauiſti in ſcriptis, inſerta cauſa rõnabili in ſua appellatione, certum eſt, ꝙ teneris petere apoſtolos iudicis à quo, ca.1.ſ.eo. Sed vtrum teneris petere ſtatim? Reſpondet, ꝙ non: ſed illos debes petere inſtanter & ſæpius infra xxx.dies: qui xxx. numerantur à tempore ſententiæ latę, quando fuit appellatum infra x.dies: ſi autem appellatum fuit poſt x.dies: tunc iſti xxx.dies currunt à tempore ſecutæ ſententiæ. l.2.& 3 C.quomodo & qñ iudex: & non à tempore notitiæ, puta ſi fuerit lata ſententia ɔ̃ abſentem, & appellauit forte à die ſñię poſt xv.dies. Sed ponamus ꝙ appellans non petijt apoſtolos? Reſpondet Romanus Pontifex. ꝙ habetur pro non appellante, & vr̃ renunciare appellationi: ita ꝙ iudex à quo, procedat ad vlteriora ac ſi non eſſet appellatum. Sed quid, appellans petijt apoſtolos, ſed iudex noluit dare? Dictum fuit ſupra, ꝙ non valet proceſſus. Sed vtrum illud ſit verum indiſtincte, poſito ꝙ ſemel requiſiti fuerint apoſtoli? Reſpõdet ꝙ non: ſed debet iudex requiri inſtanter iteratis vicibus congruo loco & tempore, aliàs perinde eſt ac ſi nõ eſſet requiſitus. Nota primo, quod apoſtoli ſunt petendi per appellantem, non per appellatum. Nota ſecũdo quod non eſt neceſſe, quod apoſtoli petantur eodem momento temporis quo appellatio interponitur: ſed poſſunt peti ex interuallo: dum tamen inf. xxx.dies. & idem not.glo. in clem.1.eo. tit.quæ incipit: lex dicit, in fine. Dominicus.

[Prima gloſ. ſummat.]

b ¶ Ab eo.] Si appellãs infra triginta dies inſtanter non petit apoſtolos, appellationi renũciat. Si iudex modo debito requiſitus illos non tradit, ſed poſtea procedit, non valet eius proceſſus.

[Gloſſa ſeq. allegat concordantias, dicit quid de iure veteri: ſoluit dubium, & ſolutionẽ declarat.]

c ¶ xxx.dies.] 2.q 6. c.ei qui §. iudicibus. & C.de appel.iudicibus. olim dabantur ſolum quinq; dies. 2.q. 6 ab eo. Et currunt iſti dies à die iniæ. vt in prædicto.§. iudicibus. & prædicta l.iudicibus. quod verum intelligo quando eſt appellatum infra x. dies, cum enim non teneatur quis appellare niſi a tempore ſententiæ ad hoc j.eo.concertationi pone, ꝙ poſt xxx.dies appelletur: tunc impoſſibile fuit tempora à die ſententiæ computari, & tuc puto illos xxx.dies à die ſententię cõputari. ad hoc. C.de tempo appel l 1.

ADDITIO. Determinat j. & determinatio hoc intendit, ꝙ tempora petendorũ apoſtolorum currere incipiunt vna cum tempore appellationis interponendæ, & ſic à tempore ſententiæ. Et ſimiliter quod not. ff. de excu. tuto l quinquaginta. Sic etiam no.in clem.e.tit, ca.2.in 3.glo. Ioan.And.

[Gloſſa ſequens allegat duo ſimilia, ſecundo quærit, arg. pro, & pro hac parte opinionem recitat, & ſoluit contrarium.]

d ¶ Inſtanter.] ſic 1eo.di. priſca, ſ.de renun. quidam. Quid ſi quis dicat, apoſtolos peto, & iterum ‡ peto, & cum inſtantia peto, numquid dicetur inſtanter petiuiſſe? Vr̃ ꝙ iterationes illæ habeantur ſolum pro vna petitione: ſicut cum quis dicat, appello, appello vnica eſt appellatio.3 1.q.3. Lotharius.§.præterea. Conſuetudo q̃ eſt optima legum interpres. ſ.de conſue. cum dilectus interpretatur talem petitionem inſtantem dici. quòd tenet Guli.in Spec.tit.de appel §. ſequitur, ad fi.dicẽs. ꝙ hoc nunquã vidit opponi: & ꝙ ſatisfacit, qui inſtanter in ipſo actu appellandi illos petit. Tu dic [cum Archid.] ꝙ debet illos iterum petere, cum textus dicat eos inſtanter & ſæpius petendos. [2. q. 7 ſi quis erga. exponitur ſæpiſſime id eſt tertio.] 2.q 6. poſt appellationem. & j. dicit, cum debita inſtãtia. & ad hoc j.de ſenten.exc.conſtitutionem. in fi.hodie dic, vt in cle.eo. tit.quamuis 1. reſponſo. Iudex tamen etiam non petenti apoſtolos dare debet. C. de appella. quoniam. & melius. l.eos.in fi.2.q. 6 ab eo. Sed licet tunc nõ det, non habet locum pœna de qua j. ſecundo reſponſo.

ADDITIO. Vide quod dixi poſt Hoſtien. ſu.eo.cordi. ſuper ver.præcipimus. Ioan.And.

[Glo.ſeq.obijcit, & dupliciter ſoluit.]

e ¶ Vadat.] ſed nõne iter acceptũ habetur pro appellatione ſu.c.dilecti filij.1 Forte illud hodie correctũ eſt p decre.vt debitus, de appella. Vel licet habeatur pro appellatione, cum tamẽ appellatum eſt verbo, nõ habetur pro apoſtolorũ petitione, vt hic. [idẽ Archidiaconus.] Et fuit hoc ſtatutum, vt facilior inſtructio per apoſtolos habeatur. ſu.eo.vt ſuper. ſimile eſt vbi non ſufficiat factũ. quia requiritur verbũ. ſu.de elect.eccleſia veſtra.

ADD.

† Præſumptiõe iuris & de iure: dicit Phil. contra quã non audit. gl in cap is qui, de ſpõ. niſi fuiſſet impeditus, ar.c.ſi.ſu.g ma. accuſ. poſſunt. Fõtanus.

‡ Iterata petitio habetur pro vna ſola. vide Felinum in cap. ſi cauto. & in c. ex litteris. extra de fi. inſtru.

3 Et facit ꝙ not. de illo qui vno inſtanti interdicit ſolue. ff de pign. actio. ſi conuenerit. in glo. fin. Io. Andr.

ª Adde ad gl. l. 1. §. ad eũdi. ff. qñ appella. ſit. Pet. de Ancha. Pont.

ADDITIO. Cum concordantijs quas ibi dedi ſuper glo. 1. Io. And.

ª ¶ Decreuit.] ſup. eo. ti. & lib. vt ſuper. Io. Andr.

b ¶ Loco.] quia non cum equitat, vel per viam pergit. & quod dicit, tempore, ideſt infra dictos triginta dies: vel non de nocte: vel cum eſt in prandio, vel miſſa.

c ¶ Expreſſe.] hoc eſt aperta vel manifeſta rebellio. ad idem. ſ. de ſent. excom. venerabilibus. §. ſecus.

d ¶ Negligẽter.] hic dolus & negligentia æquiparãtur. & facit ad ea quæ dixi ſup. e. lib. de elect. ſi cõpromiſſarius. Io. Andr.

NOn ſolum.] Hęc eſt ſolemnis decreta. & habet materiam vtilem & quotidianã. Sunt duæ partes. prima loquitur de appellatione interiecta à diffinitiua, ſecunda de interiecta poſt: ibi, Illa. In qualibet harum à ſuo generali dicto vnus caſus excipitur. In prima: ibi, Exceptis. In ſecunda: ibi, Niſi. Pręmittet quod ſit remedium attentati, & in quo differat ab interdicto vnde vi: cuius differentiam habes per Innoc. in c. ex parte. ſupra de reſcri. de maio. & obed. dilecti. per glo. in clem. 2. vt lite penden. Dominicus.

¶ Præſupponendũ eſt quod hr̃ in l. quæ incipit. præſes. C. eo. ti. videlicet, ꝙ cũ appellatur à diffinitiua, ſi iudex à quo, aliqua attentauerit, forte exequendo ſniam, vel aliquid innouando poſt ſniam: iudex appellationis ante omnia debet illa caſſare, & reducere ad primum ſtatum. Iſtud c. declarat de quibus attentatis intelligitur. CASVS. Tu & ego litigabamus coram ordinario iudice vel delegato; qui tulit aliquam ſententiam contra me, à qua appellaui non illico, ſed forte die decima: iudex à quo, aliqua innouauit poſt ſententiam, ante appellationem, & poſt appellaui, & releuaui, & petij ut iudex appellationis reuocaret illa attentata ante appellationem meam: vtrum poſſit & debeat hoc facere iudex appellationis? Reſpondet, quòd ſic: nam ad iudicem appellationis ſpectat reuocare attentata: etiam ante appellationem poſt ſententiam, & non ſolum poſt appellationem. Sed quid de attentatis poſt appellationem ab interlocutoria: vtrum iudex ad quem, debeat illa reuocare, vt attentata, antequam cognoſcat de meritis cauſæ appellationis? Dicit quòd non, ſed cognito de meritis cauſæ appellationis, & pronunciato bene appellatum, & quod male fuit interlocutum: reuocabit attentata, & hoc verum, niſi attentata, de quorum reuocatione quæritur, fuiſſent attentata poſt inhibitiones debito modo factas; quia iudex ad quem, decreuit citationem per quam inhibitũ fuit iudici à quo, ne procederet in cauſa, & hoc non obſtante iudex à quo proceſſit, tunc illa attentata debent reuocari, antequam cognoſcatur de meritis cauſæ. Nota primo, ꝙ ad officium iudicis ad quem, ſpectat caſſare, reuocare, annullare attentata poſt ſententiam diffinitiuam, ẽt poſt appellationem: & hoc priuſquam incipiat cognoſcere de meritis cauſæ appellationis, an bene vel male iudicatũ fuerit. Nota, ꝙ geſta ꝑ iudicẽ à quo, poſt appellationẽ ab interlocutoria nõ reuocãtur: ſed remanent in eodem ſtatu, donec ſit recognitum de meritis cauſæ appellationis, videlicet ꝙ probatum ſit, ꝙ cauſa inſerta in appellatione ſit vera. Nota ꝙ iudex appellationis nõ põt inhibere iudici à quo, ne in principali procedat: quouſque conſtiterit iudici appellationis, quòd negotium ſit ad ipſum deuolutum: & hoc per inſtrumentum appellatorũ: & hoc verum, loquendo de interlocutoria. ca. Romana. ſup. eo. tit & lib.

Papa iiij. prædeceſſor noſter ſtatuendũ decreuit,ª vt ſi is à quo appellatur, apoſtolos appellanti non tribuat requiſitus, extunc ſi forte in cauſa procedat, (niſi appellationi renunciatum fuerit) eius inualidus ſit proceſſus: tunc demum obtinet, cum iudex ſuper hoc cum debita inſtantia loco,b & tempore congruo requiſitus, eos expreſſec denegat, vel infra præmiſſum tempus malitioſe, aut negligenterd illi tradere prætermittit.

¶ Idem.

¶ Innouata per iudicẽ poſt diffinitiuam ſententiam, à qua appellatum extitit, reuocantur ſtatim per iudicẽ appellationis: etiam ſi ante appellationem fuerint innouata. Attentata vero poſt appellationem ante diffinitiuam, non reuocantur niſi primo de veritate conſtiterit: niſi poſt inhibitionem debito modo factã attentata fuiſſent. Io. Andr.

CAP. VII.

NOn ſolum innouata poſt appellationẽ à diffinitiua ſententia interiectam, debent ſemper (exceptis caſibus, in quibus iura poſt ſententiam prohibẽt appellare) ante

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

e ¶ Non ſolum.] innouata ꝑ iudicẽ poſt diffinitiuam ſniam, à qua appellatum extitit, reuocãtur ſtatim per iudicem appellationis, etiam ſi ante appellationẽ fuerint innouata. Attentata vero poſt appellationem ante diffinitiuã, non reuocantur, niſi primo de veritate cõſtiterit: niſi poſt inhibitionẽ debito modo factam attentata fuiſſent. Ortũ habuit iſta decretalis ex his quę not. Innoc. & Hoſti. ſup. eo. bonæ de off. deleg. paſtoralis. §. præterea. de excep. dilecti de elect. dudum. 2. & plene per Gar. de elect. cupientes. §. penult. in fine.

f ¶ A diffinitiua.] diſtinguit igĩ hæc decr. inter appellationẽ à diffinitiua & ab interlocutoria interpoſitam, vt ẽt prædicti doctores dicebant: & ratio infra patebit.

[Glo ſeq. exemplificat, & rationem reddit, ſecundo quærit, & diſtinguendo ſoluit.]

g ¶ Caſibus.] vt quia contumax fuit in non veniendo: vel inſignis latro: vel criminoſus notorius. ad hoc ſup. eo. tit. & li. Romana. §. ſi autem. ſup. eo. propoſuiſti. 24. q. 3. de illicita. & idem in alijs caſibus quos habes. 2. q. 6. ei qui. §. ſunt etiam quorum. C. quorum appel. non rec. l. 1. 2. 3 4. 5. & 6. ff. de appel. reci. vel non l. pen. & vl. ſup. eo. conſtitutis. 2. in his caſibus eſſet iniquum, ꝙ appellatio executionem ſententiæ impediret: cum tali appellationi non ſit deferendum, vt in prædictis iuribus. Sed quid dices: pars appellata dicit cauſam talẽ eſſe in quo appellari non potuit: & ideo talis appellationis obtentu reuocationem fieri non debere per modum attentari: appellãs contradicit: pone in terminis dicit enim fuiſſe vere contumacem in non veniendo, appellans negat, quid erit in dubio? fierne reuocatio? Dixit in hac quæſtione Gar. [& Ioan Monac.] fore diſtinguendum, vtrum pars appellata velit incontinenti probare illam contumaciam: dicens hodie conſtat, &c. an dilationes longiores expetat. In primo caſu non fiat reuocatio: in ſecundo ſic. Ad hoc. ff. ad exhib. l. 3. § ibidem. de reſti. ſpol. litteras. ſup. eo. lib. de excep. pia. ſup. de teſti. veniens. 2. ff. vt in poſſ. leg. ſi is a quo. cum ſimil. aliàs ſemper contumax negaret ſe contumacem: & idem in ſimilibus.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

h ¶ Ante omnia.] & ſic non expectabitur euẽtus litis, vt in proximo caſu. Scias tamen, ꝙ de hoc primo conſtare neceſſe eſt, ſcilicet ꝙ fuerit diffinitum, & appellatum, & poſt attentatum: vnde vides ꝙ ſupra ponit pro conſtanti: ſcilicet ꝙ ſint innouata. Sed contra videtur dicere lex, ff. de appel. cum ex cauſa. quæ dicit, quòd

i De intellectu vide Alex. conſ. 89 i primo vol. & Imolã in cle. 1. d cã poſ. & propr. ver. nota bonũ dictum.

ª Ad hanc gloſſam ꝑter Frãchũ hic, vide Oldradũ conſi 18. & notata ꝑ Baldũ in l. ad dictos. C. de epiſcopali audiẽ. & in l. fin. C. ſi à non comp. iud.

extunc reuocabitur quod factum eſt per appellationē, cum appellans meliorem ſententiam meruerit obtinere. ergo non ante. Sol. Ibi non negatur quinetiam ante reuocari poſſit, 1 quod conceditur per alias leges. ff. nil inn. app. pen. in rub. & nigro, & ſic vacat ibi arg. à contrario, ſicut & C. de epiſ. & cleri. l. conuenticulam.

1 Idem dicūt Io. An. Do. & Philip. tenētes, ꝙ iſta attētatorū reuocatio peti pōt ſemper ante cōcluſionem in cauſa. & vide Fel. de iſtis attentatis, in c dilecti. de maio. & obed. Font.

† al. contigerit.

a ¶ Infra decendiū.] ſecus ſi poſt: qa tunc non teneret appellatio, nec ipſius prætextu fieret attentatorum reuocatiō. ſ. eo. tit. & lib. Romana. §. ſi vero. Sunt autem iſti dies vtiles à principio, & in progreſſu continui, & fit ipſorum computatio de momento ad momentum. quod dic vt plene not. 2. q 6. anteriorum. in glo. 1. & 2.

b ¶ Innouari.] hic repete, debent ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari, ac ſi. &c.

omnia per appellationis iudicem penitus reuocari: ſed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter ſententiam & appellationem (quæ poſtmodum infra decendium a interponitur ab eadem) contingit † innouari, b ac ſi poſt appellationem eandem innouata c fuiſſent. g Illa vero quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam d ſententiam innouantur, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, reuocari non debent: niſi iudex e appellationis (poſtquam ſibi conſtiterit per appellationem emiſſam, ex cauſa probabili fore ad ſe negotium deuolutum f) inhibeat canonice iudici à quo appellatum extitit, ne procedat: tūc enim quicquid g poſt inhibitionem huiuſmodi fuerit innouatū, eſt (licet cauſa h eadem non ſit vera) per eundem appellationis iudicem, ante omnia in ſtatum priſtinum reducendum. i

g ¶ Quicquid.] intellige, ꝙ per ipſum iudicem attentari non poſſit. hoc dico; quia quædam poſſunt iudices à quibus appellatum eſt, ſicut eſt reformare poſſeſſionem appellanti cum ſibi turbata fuit; omittere tamen debet articulum ſuper quo appellatum eſt. ſ. eo. tit. cum teneamur. Vide qđ ibi dixi, remittendo etiam ad xvj. tales caſus, quos colligit Guli. in Spec. 2. par. eo. ti. §. pen. Item ſi appellās nimis prolixum terminum aſſignauit, poteſt moderari. ſ. eod. cum ſit Romana & c. conſuluit, in fine.

h ¶ Cauſa.] propter quā appellatū extitit.

[Gloſſ. ſeq. tractat quid de attentatis à tertio: & quid de attentatis à parte. In primo mēbro colligē bimēbrem diſtinctionem. ad primum membrum obijcit, & dupliciter ſoluit. In m ſecundo diſtinguit hæc membra: aut attentatum eſt irreuocabile, aut reuocabile, & ſi reuocabile, aut illicitum, aut licitum. & ſi licitum, aut appellatio eſt extraiudicialis, aut iudicialis. in fine quærit, & ſoluit.]

[Glo. ſeq. reddit rationem textus.]

c ¶ Innouata fuiſſent.] & eſt ratio: quia ſicut poſt appellationem à diffinitiua nil attentari debet, vt ſ. e. rñſo. ſic nec pendente iure, quod cōpetit condemnatio ad appellandum, ſcilicet vſq; ad decē dies. Indultū enim à iure beneficium, &c. j. de reg. iur. indultum. 28. diſt. de his. in fi. Vnde ſicut ius alicui non debet auferri, ita nec ſpes ad ius. ff. vſufruct. quemadmodum caue. l. ſi vſusfructus mihi, in princ. ff. de adulter. ſi vxor. §. 1. Tunc enim proprie dicitur iudicatum, quando infra illud appellari non poteſt. ſ. de re iud. quod ad conſultationem. Et an hoc habeat locum in ſententia excommunicationis, vide quod dixi j. de ſent. excom. venerabilibus. §. porro. & notabatur quod hic dicitur. ff. nil inno. app. pen. l. 1. in prin in 1 glo. ff. de verb. ſig ſi qua pœna, circa medium.

ADDITIO. ff. de appel. conſtitutiones. & per Goſ. de accu. ad petitionem. Ioan. And.

d ¶ Ante diffinitiuam.] ſcilicet ab interlocutoria vel grauamine. huiuſmodi autem dicti eſt ratio: quia in caſu iſto appellatio debet interponi expreſſa cauſa probabili. Et ex alia cauſa, vel ex nouis, vel nouiter probandis, proceſſus impugnari non poteſt, vt in clem. eo. tit. appellanti. Nec ſufficit cauſam eſſe probabilem, niſi ſit vera. ſ. eo. interpoſita. in prin. Eſt igitur neceſſe, ꝙ prius conſtet de veritate. 2 In euentum ergo litis ſcietur an attentata veniant reuocāda necne. & eſt ſimile ſup. de ſtigi. fraternitatis. Nec eſt hoc ius nouum. immo probatur expreſſe per antiqua iura, non enim ſemper Papa in appellationibus ante ſententiam interiectis mandat; ſi eſt ita, reuocato in irritum, &c ſ. de reſcri. ſignificante. & duobus c. ſeq. ſ. de iud. exhibita. ſ. e. ſignificantibus. cum multis ſimilibus.

2 Gloſſā ſequūtur doctores & procedit & ſi iudex à quo ſciret, ꝙ iudex ad quē incœpiſſet cognoſcere & ei hoc intimaſſet: qa intimatio ſine expreſſa prohibitione eum non ligat.

ADDITIO. Alleg. Archid. de dilat. c. 1. ſ. eod. ſæpe. ver. quòd ſi. & ca. ex parte 2. & quod no. 54. diſtin. quis autem. Ioan. And.

[Glo. ſeq addit alium caſum.]

e ¶ Niſi iudex.] ponit vnum caſum exceptū à primo generali dicto. Alium caſum poſſes addere, qñ ſcilicet iudex ipſe detulerat appellationi. ſ. eod. tit. & lib. cum appellationibus. Io. And. Idem Io. Mon.

f ¶ Deuolutum.] aliàs inhibere nō poſſet. ſ. eo. tit. & lib Romana. § ſi vero. & §. ſeq.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem.]

i ¶ Reducendum.] decretalis iſta loquitur in ijs, quæ ſunt attentata per iudicē, & hoc apparet, ex eo ꝙ dicit; inhibeat canonice iudici. &c. Si aut aliquid attentaretur à tertio, ideſt q non fuit pars vel iudex in cauſa illa: attentata non reuocantur per modum attentati à iudice ad quem fuit appellatum, ſed per ſuum proprium iudicem, cognito de cauſa, ſeruato iuris ordine, ſu. e. ti. & lib. Romana. §. in alium. ff. de rei vendicatio. is à quo. non enim præiudicat alijs res inter alios acta. ſ. de re iudica. quamuis. quod eſt verum: niſi ille tertius per attentationem illam iuriſdictionem iudicis impediret. ſ. de offi. deleg. c. 1. Non obſtat ſ. eo. bonæ. vbi videtur attentatum à tertio reuocari per modum attentati: ibi enim fuit generaliter appellatum, ne quis ſuper poſſeſſione, &c. & ideo moleſtans non potuit dici tertius, ſed potius pars 3 appellata. Alij dicunt, ꝙ illud reducitur in priſtinum ſtatum per interdictum vnde vi, non per modum attentati: & ſecundum hoc non obſtat. Idem & per eadem iura intellige ſi tertius aliquid attentat lite, relatione, vel conſultatione pendēte. Hæc tamen omnia de tali tertio intelligas, qui cū parte vel iudice nihil attentat illicitum, nec ab eis cauſam cępit habere. Ad hoc ff. de excep. rei iud. ſi à te. §. fin. in prin. & l. exceptio. Ioan. aliàs ſecus. ſ. de conſtitut. cum M. in fine. vt lite penden. eccleſia. 2. Si autem aliquid attentetur à parte, aut illud de natura ſua eſt irreuocabile, aut reuocabile. Si irreuocabile, puta pendente appellatione, vel lite inter duos ſuper ſponſa: alius eorum cum ea per verba de præſenti contraxit, etiam poſt inhibitionem non fiet reuocatio: quia ex futuro euentu patebit an valeat matrimonium, vel non, ſcilicet cum perpetuum impedimentum præceſſit, nec ne, ſed bene fiet ad tempus ſeparatio, & alia pœnitentia vel pœna imponitur. ſ. de matri. contract. contra interdict. eccle. c. 1. & vlti. Si vero reuocabile ſit, diſtinguo, an ſit licitum vel illicitum. Si illicitū, vt quid appel. pendēt. pars ſpoliat partem, reuocatur per modum attentati. de appellatio. bonæ. ff. de ædil. edic. ædiles. §. item ſciēdum. Et ff. de aq. plu. arc. l. ſupra iter. §. officium. Et fit talis reuocatio & reſtitutio ex ſolo iudicis officio, vt liae pen-

3 Vt apparet hic ex doct. moleſtās pōt dici pars, qā hēt cām à iudice, vt ſi bānitus appellet, & ego cū offeadi, fundo me ſup bāno iudicis à quo: iō iudex ad quē n.e compeſcet, Bar. in l. 1. ff. nihil innoua. Philip. Fon.

te penden. c.2. & per totum. Fit inquam de plano, & ſine libello. facit quod not. ff. de interrog. act. ſuper rubricam. Tenetur tñ duo probare, ꝙ innouatũ fuerit, & ꝙ lite pend. vel appellatione, vt lite penden. per totum. Si vero aliquid attentetur, quod aliàs eſſet licitum, vt ſi quis facit quę de iure cõi ſibi cõpetunt, puta appel. pen. collegium eligit, vel ſimilia. Si extraiudicialis fuit appellatio, 1 talia attentata non reuocantur per modum attẽtati: ſed pendent ex euẽtu futuro. ſ. de electionib. cum inter. & c. conſiderauimus. C. de rei vend. ſi fundum. Si autem in iudicio fuerat interpoſita: hic fuerunt opiniones no. de in integ. reſti. c. 2. de iure patro. ex litteris. Dic tamen ſecundum Gar. quod ſi lite vel appellatione penden. quis vtitur poſſeſſione eo modo quo ante, nil innouans illicitum vel doloſum in prę iudiciũ partis, non habet locum reuocatio per modum attentati: cum nil innouari videatur. 8. q. 4. nonne. immo circa ipſum fieret innouatio, quod prohibitum eſt, vt in prædictis iuribus. Si autem dicit aduerſarius aliquid immutatum illicite, probet hoc, ſupra eo. bonæ. de iure patron. ex litteris. aliàs pendent ex futuro euentu. de reſti. in integ ca. 2. niſi prohibitio iudicis ex cauſa interpoſita aliud inducat. ſ. de præb. inter cętera. ſupra de deſponſ. impub. ad diſſoluendum. ff. ne quid in loco pub. l. vlt. Vnde vnum ſcias, ꝙ ſi pars appellans aliquid illicitum attentat: eo ipſo ſe indignam facit appellationis beneficio, & procedit iudex à quo appellatũ eſt, perinde ac ſi non fuiſſet appellatum. ſupra eod. an ſit. ſecundum caſum Innoc. Sed redeundo ad textum quæro, ſi iudex appellationis ſtatim reuocat attentata: poſtea pronunciet male appellatum, nunquid illa reuocata reſumunt vigorem ipſo iure? Reſpondeo nõ: quia illa reuocatio legitime facta eſt ad tuitionem appellationis, cum proceſſus in ipſius appellationis contemptum factus fuerit, & ideo tamquam legitime facta, firma & ſtabilis perſeueret. C. de adul. Grachus. Item illa reuocatio fuit quaſi interlocutoria, & ſic cum ab ea non fuerit appellatum, tranſiuit in rem iudicatam. ſ. de elect. cum dilectus. de re iud. quod ad conſultationem. Cum igitur talis reuocatio non pendeat ex euentu appellationis: ſed ſola dependentia appellationis 2 ad reuocationem ſufficiat, vt hic, & ſupra de iure iuran. veniens. quicquid de appellatione contingat factum, ipſa pendente fuit legitime reuocatum. pronunciata igitur appellatione legitima, de nouo iterum procedetur. de accuſationibus, qualiter, & quando. 1.

1 De hac plene ſcripſi de mai. & obed. dilecti. in gl. ſed qđ prodeſt, cũ remiſſis, quæ ibi ſunt in ſi. gl. Io. A.

2 Simile ſupra eo. lib. vt lit. pend. c. 1. & 2: & quod dixi ſ. de ordi. cog. c fina. Io. And.

ADDITIO. Nam vt dicit Innoc. de exceptionibus dilectæ. nulla eſt abſurditas, ſi quod malefactum eſt, reuocatur, & illud idem legitime repetatur. facit ſupra de elect. dudum. 2. verſi. tandem. de re iud. ad probandum. ſup. eo. lib. de elect. ſi confirmationem. Io. And.

¶ Idem.

¶ Qui appellat extra iudicium, infra decem dies (ex quo ſciuit grauamen) appellare debet: poſtea per remedium iuris communis audietur, ſed non per appellationis remedium. Io. Andr.

CAP. VIII.

Concertationi a antiquę finẽ imponere pſenti cõſtitutione volẽtes: Statuimus, vt ab electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus, & quibuſlibet extraiudicialibus b actibus (in quibus põt appellatio interponi) quiſquis ex eis grauatum c ſe reputans,

Concertationi.] Primo ponit motiuum conſtituentis. Secundo ibi, Statuimus. conſtitutionem, quæ diſtinguit an per appellationem vel aliter petatur reuocari grauamen. Et ſecundum membrum: ibi, Sed ſi cui determinationem interſerit: ibi, dummodo.

CASVS. Peruenit ad notitiam meam, ꝙ epũs Pictauenſis contulit alicui beneficium tãquam vacans, quod dicebam meum, & non vacans: & ſic dico, ꝙ collatio eſt facta in præiudicium meum. volo appellare ab illa collatione, an poſſim? Certe ſic, dum tamen appellem intra decem dies numerandos à tempore notitiæ meæ: poſtea non poſſum appellare. Sed per hoc tñ nõ videor renũciare iuri meo, quin via iuris cõis poſſim pſequi ius meum, videlicet interdicto vñ vi, vel alia actione, vel & manutentionem ipſius beneficij petere. vel poteſt poni caſus in electione, hoc modo. Canonici eccleſiæ Pictauenſis vno excepto elegerunt quendã ſimoniacũ: certũ eſt, ꝙ vnus poterit appellare: & pro cauſa appellationis, dicere, ꝙ ille eſt incapax dũmodo appellet ĩfra decẽ dies. ſi vero nõ appellauerit infra decem dies, poterit ſe opponere, ne talis ſimoniacus confirmetur, ſed amplius non audietur p viã appellationis. Nota primo ex principio capituli, ꝙ altercatio quæ eſt inter aliquos doctores ſup deciſione alicuius dubii, põt dici concertatio, quia ſimul pugnant iaciendo iacula, & rõnes: & de hac concertatione loquitur præſens capitulum. Nam de hoc fuit concertatio inter doctores antiquos, vtrum ab actibus extraiudicialibus debeat appellari infra decem dies. Nota vlterius, ꝙ ab actibus extraiudicialibus poteſt quis appellare, ſed tamen proprie loquendo dr̃ prouocare & non appellare. c. cum ſit Romana eod. tit. in antiquis. Nota, ꝙ ab actibus extraiudicialibus debet appellari infra x. dies, qui currunt à die notitiæ grauaminis, & non à die notitiæ actus, vt hic tenet Dñicus de ſancto Geminiano: & ponit exemptum: Ponamus, ꝙ epiſcopus Pictauẽſis contulit tibi beneficium, quod erat mihi debitum: & ignorabam, ꝙ eſſet mihi debitũ, cum ſciebam collationem eſſe tibi factam, poſt ſciui ꝙ illa collatio fuit facta in meum præiudicium. certum eſt, quòd poſſum appellare infra decem dies, qui numerantur à die notitiæ grauaminis, quo ſciui, quòd collatio fuerat facta in meum præiudicium.

Vide Decium in ca. cum ſit Romana. & Perufinum in cap. conſuluit. extra de appellat.

Cõcertatio qñq; eſt inter doctores.

Appellãdũ eſt infra decẽ dies ab actibus extraiudicialibus.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Concertationi.] qui appellat extra iudicium, infra decem dies, ex quo ſciuit grauamen, appellare debet: poſtea per remedium iuris communis audietur, ſed non per appellationis remedium. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eius quod notat Ioannes. 2. q. 6. biduum. & Hoſtien. de appellat. vt debitus. & Innoc. ſup. eo. bonæ.

ADDITIO. Et Guil. in Spe. de appellat. §. reſtat. ver. ſed quid dices. 2. Io. Andr.

b ¶ Extraiudicialibus.] ſiue fiant à iudice, ſiue à priuato. ſupra eod. cap. 1.

[Glo. ſeq. fortificat textum, & ponit opin. Hoſti.]

c ¶ Grauatum.] nota ꝙ decretalis iſta locum habet in appellatione interpoſita à grauamine iam illato: ſecus ſi ab inferendo, cum ex probabili cauſa timetur, & interponitur appellatio. Vnde aduerte, quòd infra decem dies appellandum ſit à grauamine extra iudicium, allegabatur talis ratio: ſi appellari poſſit vndecimo die, eadem ratione, & centeſimo, quòd eſſet abſurdum. Prę terea, ſi quis velit dicere decurionem legitime nõ creatum, non auditur, niſi infra legitimum tempus contradicat. ff. de decurionibus, Imperatores. §. fin. & infra id tempus infra quod appellandum eſt argumentum. C. eod. hi qui ad ciuilia. & l. nominationes. 2. quæſt. 6. cap. ei qui. §. nominationes. quod enim tempus in ſententia attenditur, attendi debet, & in iis quibus non profertur ſententia. ff. quando appellandum ſit l. 1. §. quod in ſententijs. & 2. q. 6. biduum. Dicebat autem Hoſtien. in decret. vt debitus. ad finem, de appellatio. ꝙ in electionibus ante & poſt, etiã poſt decem dies poterit appellari: ſed hoc modo: quia ſi ex legitima cauſa interponitur appellatio. ne fiat electio, valet: & cauſa probata irritabitur electio poſtea ſecuta. ſ. de electio. conſiderauimus. & ſ. eo. conſtitutis, 2. aliàs non reuocabi-

cabitur: vt ſu. dixi. c. proxi. poſt electionem & ante confirmationem, appellatur etiam poſt decem dies ne fiat cōfirmatio. & ſic poſſet intelligi qđ not. Inn. in decret. bonæ. ꝙ extra iudicium appellatur poſt decem dies. [1] cum enim extraiudicialis appellatio non ſit aliud q̄ ad cauſam prouocatio. ſup. eo. cum ſit. ſicut læſus quandocunque poteſt lædentem ad iudicium vocari facere: ſic eum poteſt prouocare ad cauſam extraiudicium appellando: non enim trāſit grauamen in rem iudicatam ſicut ſententia, vt ſupra eod. tit. & lib. Romana. §. ſi vero. In iudicialibus autem actibus, vel quaſi, neceſſe eſt infra decem dies appellari. [2] & ſic intelligūtur leges prius inductæ: loquuntur enim in electionibus, in quibus decretum decurionum, quod eſt quaſi iudiciale, vel præſidis, interponitur. ad hoc, ff. quando appellandum ſit l. prima. Sed decretum canonicorum eligentium nō eſt iudiciale, vel quaſi: immo omnino extraiudiciale. Expeditum ergo ſit per hanc decretalem ꝙ à grauamine, extra iudicium illato, neceſſe eſt infra decem dies appellari: & ſic intelligatur ſupra de electionib. c. 1. & c. vt circa. & c. cupientes. aliàs appellatio non deuolueret. ſupra eod. Romana § ſi vero. Iuris autem alia remedia propter hoc non tolluntur, vt ſequitur.

[1] Doctores dici t verū, ſi iudex extraiudiciū iubēdo vel faciēdo me grauet: dicā ei, ꝙ renocet, ſi noluit: tunc appellabo, ĵ. eo. c. ſi à iudice. Item ſi præcipiat ſoluere decē, dicam ei ꝙ hoc reuocet offerendo me iurij ſi nolit, appellabo. Io. And. Font.

[2] Petrus de Anch. not. hic conueniētiam inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem, & ponit ſex pulchas differentias. Font.

per appellationis beneficium grauamen illatum deſiderauit reuocari, infra decem dies † (poſtquam ſciuerit[a]) ſi velit, appellet: poſt decendium: vero eidem aditus non pateat appellandi.[a] Sed ſi per contradictionē debitam,[b] vel alia iuris remedia petierit reuocari grauamen: ei (dummodo medio tempore his non conſenſerit[c] †) lapſus decendij non obſiſtat.[d]

† al. aſſenſerit.

¶ Idem.

¶ Valet appellatio in ſcriptis porrecta, licet coram iudice non legatur. hoc dicit. Zenze.

CAP. IX.

APpellatio,[e] † quam in ſcriptis[f] iudici[g] (à quo appellare volebas)

† De intimatione appellationis uide Lapē allegatione 39 incip. an ualeat, & allegatione. 119 incip. quantum.

qua appellaui in ſcriptis ex cauſa rationabili: & appellationē meam redegi in ſcriptis, quā infra decem dies exhibui & p̄ſentaui iudici à quo: ſed tamen eā non legi vtrum vitietur mea appellatio? Vī ſic: nam iudex tenetur legere ſnīam ſuā: aliàs ſententia ſua non valet. ca. ſi. 7 eod. lib. de re iudi. ita videtur, quòd in appellatione requiratur recitatio: & vt appellās legat ſuā appellationem iudici. Hoc tamen ratione dubitandi non obſtante, dicit Romanus Pontifex, quòd ego appellans non teneor legere appellationem iudici à quo: ſed ſi petat duplum appell. debeo ei tradere: ſi autem non petat, non teneor illi tradere. Ex quo patet, ꝙ non ſunt neceſſaria iſta verba, quæ ponunt communiter notarij in inſtrumentis appellationis, ꝙ ipſe appellans fecit lecturam. Nota primo, quòd licet iudex à quo teneatur ſententiam diffinitiuam legere partibus: ita, ꝙ nō ſufficit ſi eam tradat partibus: tamen ſecus eſt in appellatione, vt eſt hic textus. Nota, ꝙ appellatio eſt interponenda coram iudice à quo: non autem ſufficeret ſi interponeretur corā aduerſario: & hoc verum, ſi poſſit haberi tutus acceſſus ad iudicem: nam ſecus ſi quis commode non habeat tutum acceſſum, vt in cap. fin. eo. tit. in anti. Nota vlterius, ꝙ appellatio eſt porrigenda iudici, non appellatio quantum ad validandum appellationem: ſed quantum ad deuoluendum cauſam, an ſit porrigenda appellatio? Dic vt in clemen. cauſam, de elect. Nota finaliter, ꝙ impugnatio & exceptio, quæ non eſt rationabilis, non eſt admittenda. Dominicus.

a ¶ Sciuerit., eſt enim tempus vtile à principio, licet continuum in progreſſu. & de hoc plene not. 2. q. 6. anteriorum. & fit de momento ad momentum computatio, vt ibi, Et intelligo ſciuerit, non ſolum actum illum factum: ſed per illum ſe grauatum. Quid enim ſi ſciui te electum, & poſt decem dies ſciui, ꝙ prius mihi de illo beneficio Papa prouiderat? adhuc infra decem dies a die ſcientiæ prouocabo: quia modo ſcio me grauatum. & hoc ſonat hæc littera. [3]

[3] Et etiam infra illos dies debet fieri adhæſio ratihabitio. gloſ. in ver. adhærētes. in c. vt circa. ſup. e. lib. Phi. F.

ADDITIO. Ad hoc ſupra eod lib. de reſcrip. c. gratia. Io. Andr.

b ¶ Debitam.] vt ſi coram ſuperiore excipiatur, vel caſſatio petatur: vel his ſimil.

ADDITIO. Io. Monach. ponit exemplum per decret. licet epiſcopus. ĵ. de præben. quando ſcilicet prouiſum eſt tibi de beneficio quod poſſidebam, poſſum appellare. Item expectare quòd vocer propter poſſeſſionem quam habeo. Sit autem ſecundum eum huius iuris ratio: quia habens plures vias, licet ſit ſibi præſcriptum in vna, vt in via, appellandi, non propter hoc præſcriptum eſt in alia, vt in via contradicendi. ff. de appel. ſi expreſſum. Io. Andr.

c ¶ Non conſenſerit.] ſcienter [4] propter ea quæ ſup. dixi: nil enim tam contrarium conſenſui, ſicut error. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ſi per errorem & intellige ſi aſſenſerit etiam tacite. de officio delegati. gratum. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. ex ore. cum ſuis concordantijs.

[4] Et ſponte ſm Archi. alle. 35. q. 5. notificaſti. & quod ibi not. Io, An.

d ¶ Non obſiſtat.] optime concordat. ſup. eo. lib. de reſtit. in integr. c. 2. Idem Arch.

APpellatio.] Quia breue eſt, non ſummatur, neque diuiditur.

a Appellans in ſcriptis non tenetur legere appellationem iudici à quo: ſed ſufficit ꝙ appellet, vt in littera continetur. hoc dicit. Et ſecundum aliquos non eſt neceſſe exprimere verbum, appello: ſed ſufficit oſtendere chartam iudici à quo.

CASUS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice competenti, qui tulit aliquam interlocutoriam ꝯ me, à

[Prima gloſſa dicit quid approbet.]

e ¶ Appellatio.] hoc notat Guil in Specul. eod. tit. §. qualiter autem. in princ.

f ¶ In ſcriptis.] ſic enim eſt appellandum ante ſententiam: & à ſententia ex interuallo. quod dic vt not. ĩ. eod. tit. & lib. cap. 1.

[Glo. ſeq recit. per quæſtionem an coram iudice neceſſe ſit appellare.]

g ¶ Iudici.] Nota appellandum coram iudice, de hoc per Ioan. 2. quæſt. 6. biduum. §. adeundi. in gloſ. 1. & per Bernard. ſupra eod. ſuggeſtum. indiſtincte teneas (cum in iudicijs, vel extra à iudice appellatur) coram iudice appellandū. ſup. eod lib. cordi. ſupra eod. vt debitus. ibi, coram eodem iudice, &c. & hoc ſi poteſt ipſius haberi copia & in publico: non in hortis vel villa ſuburbana. 2. quæſt. 6. biduum. §. adeundi. vel niſi iuſtus metus appellantem excuſet. ſup. eo. tit. c. vlt. ſi vero ſunt plures iudices: dic vt in clemen. eo. tit. ſi à iudicibus. Ioan. And.

ADDITIO. Hanc opi. glo. de appellando coram iudice &c. tenet Archi. qui etiam alleg. ff. quando appellan. ſit l. 1. §. dies. & §. ſi quis. C. eo. tit. in offerendis in Auth. de appell. §. 1. col. 4. Recitat tamen opi. Gof. qui dixit, ꝙ appellatio emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat ſi non fiat fraudulenter, vt dixi in decre. ſuggeſtū. ſup. eod. quod videtur placere Innocen. in dec. dilectis eod. tit. ad fin. ubi dicit, ꝙ per appellationem etiam factam in abſentia iudicis, appellans eſt exemptus ab ipſius iuriſdictione. tamen ipſi Inno. placet in decre. ſi iuſtus. quod ſequitur in glo. Dicit etiam Archid. quòd ſi bene videatur decret. ſi duobus. 1. reſpon. in fine, ſatis demonſtrant quòd appellatio non protegit appellantē à ſuo iudice, donec ad ipſius iudicis notitiam perducatur. & idem ibi Pet. de ſamp. Ioan. And.

a ¶ Pro-

a ¶ Proponis.] & probas. ī. de conceſ. præben. cum ſit per quæſtione. ergo vt dixi. ī. eo. cap. 1. non eſt neceſſe ꝙ ſcriptura appellationis ſit authentica. 1 dummodo poſſit probari: tutum eſt tamen ꝙ per notarium de hoc fiat ſcriptura publica: quia quod continetur in charta difficile eſt probare.

1 Quia ſi ſolummodo ad intimādum actū præſentem. Si autem ſcriberetur ad probādum actum præteritum, illa ſcriptura dēt eſſe authen. clem. cauſam. de elec. Anch. Font.

te porrexiſſe proponis: a non poteſt ex eo quòd coram ipſo lecta b nō fuerit, rationabiliter impugnari.

¶ Idem.

¶ Iudex à quo compellere non poteſt appellantem à grauamine ipſius veritatē probare, licet citare poteſt ad ipſius reuocationem audiendam: qua facta in cauſa procedere poterit, eius contumacia non obſtante, ac ſi numquam appellaſſet. hoc dicit. Zenz.

CAP. X.

SI † à iudice c à quo, (propter grauamen d quod tibi proponis illatum) appellas, ad docendum te fore grauatum, & ad audiendam reuocationem eiuſdem grauaminis (ſi de ipſo docueris) tibi terminus præfigatur. Nec coram eo (cum ipſe per ſe e id videre habeat) hoc docere, nec etiam tamquam coram iudice (cum per appellationem ſit ſuſpenſa ipſius iuriſdictio) comparere teneris: f Niſi ad hoc ſolum, vt reuocationem ipſam audias, ſi eam duxerit faciendam:

{ Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.]

b ¶ Lecta.] Videbatur contra argu. eius quod dicitur. ſup. tit. prox. cap. vlt. in fine. cum ſuis concordan. ſicut enim requiritur ꝙ ſententia legatur per iudicem, nec ſufficit ꝙ in ſcriptis edatur, vt ibi: ſic etiam videtur nō ſufficere ꝙ appellatio in ſcriptis edatur, niſi etiā legatur. Sed nō tanta ſolemnitas requiritur in appellando quanta in diffiniēdo: aliàs ſequeretur, ꝙ die feriato non poſſet appellari, ſicut nec diffinitiua proferri: & quod appellans haberet ſedere & non ſtare: & hæc ſunt falſa. cum ergo decreta. vt debitus. & decret. cordi. hoc ſolum requirant, quod aſſignetur, vel exponatur cauſa probabilis. & in ſcriptis: aſſignare autem fit verbis, nutu, teſtamento, vel codicillis. ff. de ver. ſign. aſſignare. { Et Inſti. de aſſig. lib. per totum. Ioan. Mona.] ff. de aſſigna. lib. l. 1 §. aſſignare. ergo & in ſcriptis aſſignando, & porrigendo iudici, ſatisfactum eſt iuri. Et facit ad hoc, ſupra eo. lib. de offi. ord. ſi canonici. 2 Sicut enim ibi ſufficit cauſam ceſſationis ſcribere, & ſcripturam aſſignare ei contra quem ceſſatur: ſic & hic in appellatione. Sic & olim dabat maritus vxori ſuæ libellum repudij, quod ſufficiebat: licet non legeret: de quo dicitur in prooemio decre. probatur hoc etiam. 2. q. 6. c. ei qui. ver. ſi quis libellos appellatorios ingeſſerit. & l. biduum. §. adeundi. ver. ſi quis ipſius. ibi, vt ei libellos daret. Et quod hic de appellationibus dicitur, de exceptionibus intelligo, vt ſufficiat illas dari in ſcriptis: licet non legantur. ad hoc, ſupra de probatio. quoniam contra. Io. Andr.

† Vide Rotā deci. 7. & deci. 74. in nouis.

2 Dicit Io. Mo. ꝙ iſta decr. & illa probant ꝙ aſſignare & porrigere idē eſt qđ præſentare. præſētatio vero nō reqrit lecturam. hoc po fuit Arch. in decret. cordi.

SI à iudice.] Glo. non ſummat. Diuiditur aūt iſtud c. in duas particulas. Prima ponit thema, cuius duo dubia ſoluit: vtriuſque reddens rationem: ibi, Nec coram. Secunda particula, quę eſt ibi, Niſi ad hanc ſolum: ſecundum dubium terminat, & declarat. Io. Andr.

¶ Pro intellectu iſtius cap. habemus præſupponere, ꝙ licet iudex non poſſit reuocare ſuam ſententiam diffinitiuam. l. ſecunda, C. de ſent. ex breuic. recitan. poteſt tamen reuocare interlocutoriam ſententiam. l. quod iuſſit. ff. de re iudic. cap. cum ceſſante. eod. tit. in antiq. Secundo habemus præſupponere, quòd appellans per appellationem eximitur à iuriſdictione iudicis à quo appellauit, quantum ad illam cauſam. cap. Romana. ſup. eod. tit.

CASVS Tu & ego litigabamus coram officiali Pictauen. qui tulit aliquam interlocutoriam contra me, à qua appellaui ſolemniter, & in ſcriptis, iuxta tenorem cap. 1. ſup. eod. titu. Officialis fecit me citari, vt coram eo comparerem, facturus fidem de grauamine: an tenear comparere? Reſpondet, quòd non, nam iudex debet eſſe certus, an me grauauerit, vel ne. Sed ponamus quòd iudex citauit me ad reuocandum interlocutoriā ſuam, an debeam comparere? Certe ſic: & ſi non compaream, & iudex reuocet ſuam interlocutoriā, poterit contra me procedere tāquam contra cōtumacem: quia reuocato grauamine eſt extincta appellatio mea. Reuocauerit cum effectu. & realiter, nō verbo: & hoc ſi grauamen ſit realiter illatum. Nota primo, ꝙ iudex a quo poteſt ſuam interlocutoriā reuocare, & ſic eſt vna differentia inter ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam. Nota ꝙ ſi iudex à quo citauit appellantem ad faciēdum fidē de ſuo grauamine, non tenetur appellans cōparere: quia iudex debet cognoſcere vtrū appellātem grauauerit: ſecus ſi appellans eſſet citatus ad videndum reuocari grauamen; quia tūc teneretur cōparere corā iudice à quo. Et ſi citatio ſit facta ad edocendū de grauamine, & videndum reuocare grauamen, tenetur comparere, nō ad omnes fines, ſed ad videndum fieri reuocationē grauaminis. Nota ꝙ ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus: ſecus eſt de cauſa impulſiua. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulando. vbi turpitudo Calphurniæ fuit cauſa impulſiua prohibitionis mulierum a poſtulando. Item illud intelligitur, ꝙ ceſſante cauſa finali ceſſat effectus, quando eſt vnica cauſa finalis: ſecus ſi eſſent plures: quia tunc requiritur ceſſatio omnium cauſarum. Inſti. de nupt. §. affinitatis. de hoc per doctores. in c. etſi Chriſtus. de iureiur. in antiq. in fi. cap.

{ Prima glo. dicit quid declaret, & exponit.]

c ¶ Si à iudice.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Ber. & Moderni ſup. eod. cum ceſſante. Et dic, iudice ordinario, vel delegato; & idem ſi eſſet arbiter iuris à quo poteſt appellari. ſup. eod. lib. de offic. deleg. ab arbitris.

ADDITIO Et Gul. de excep. §. viſo verſi. ſed ſi iudex. & ſeq. & corrigit quod not. Ber. ſup. eo. li. de re iudic. ad Apoſtolicæ. verſi. eratque parata.

d ¶ Grauamen.] ſecus enim ſi à ſententia diffinitiua, quam iudex reuocare non poteſt; functus eſt enim officio ſuo ſemel iudicando. ſiue bene, ſiue male, ff. de re iud. iudex. ī. de off. deleg. in litteris. & c. venerabilis. intellige igitur grauamen, ſiue per interlocutoriam, ſiue præter interlocutoriam inferatur.

e ¶ Per ſe.] Debet enim eſſe de facto ſuo certus. ſup. de reſcri. ab excōmunicato. C. de reſcindenda venditione, quiſquis. veritas enim cauſæ appellationis probanda eſt coram iudice appellationis, vt ſup. eo. titu. & lib. Romana. & c. cum appellationibus. ergo non coram iudice à quo appellatur: ſaluo eo quod dicitur ſupra eo. titu. interpoſita.

{ Glo. ſeq. quęrit. arg. pro & contra. ſoluit, & certis allegatis in contrarium reſpondet.]

f ¶ Teneris.] Quid ſi compareat, & coram iudice ipſo à quo appellauit, de grauamine doceat, nunquid ab appellatione videtur 3 receſſiſſe? Videtur primo, quod ſic, per decreta. ſupra, de offic. delegat. gratum. ſupra de teſt. cum veniſſet. in quibus dicitur, ꝙ ſi appellans poſt appellationem probationes inducit coram illo à quo appellauerat, appellationi renunciat. Item hæc littera dicit, ꝙ per appellationem ſuſpenſa ſit iuriſdictio iudicis. ſi ergo aliquid facit coram ipſo, vt coram iudice,

3 Vide Ale. conſi. 130. in 4. vol. & Dec. in cap. gratū, in 4. no. extra de off. deleg.

Iudice, allegat contraria, & ſic non auditur. ad hoc ĩ. e. ſollicitudinem. cum ſuis concord. contra ĩ. eo. interpoſita. vbi dicitur, ꝙ appellans poteſt probare, ſi vult veritatem cauſæ coram iudice à quo appellat. Sed reſponderi poteſt decre. illam locum habere ante appellationẽ. ¹ Satis credo cũ per actum iſtum ſemper intendat ad iudicis iuriſdictionem declinandã, ²quod per hoc appellationi non renunciat. & hoc ſonat littera quæ dixit hic, non teneris: non dixit, non potes: & ſic etiam ſoluitur qđ dicitur de allegante contraria, cũ iſta non ſunt contraria, quæ ad vnum finem tendunt. Et facit quod dixit ĩ. de reg. iu. nullus pluribus. Ad decretal. gratũ. & c. cum veniſſet. rñdetur, ꝙ illæ probationes fiebãt ſuper principali negotio: & ideo bene renunciabat appellationi; quia contrarius ſibi: ſed hic ſecus. facit pro hac parte ꝙ iſte prouocatus eſt. ad hoc ff. de condi. fur. & ideo. in prin. ſup. de exceр. cum inter priorem. & accedant quæ no. 3. q. 3. c. induciæ 2. §. offeratur. ſupra, de re iud. c. inter monaſteriũ. & vtilius videtur negotia tali expediri cõpendio, quã per exactam ſubtilitatem longo prorogari diſpẽdio. ſupra ti. prox. abbate ſane. in fi. præterea, legitime tenetur comparere ad id quod ſequitur, & tamen comparendo non renunciat appellationi.

¹ Hic colligit Dom. ꝙ licet p actũ coram iudice à quo renũcietur appellationi interpoſitę non tñ interponẽdę. Font.

² Hoc eſt verũ ſi per viã ſimplicis ĩformationis agat: ſecus ſi agat tanq̃ coram iudice conſtitutus, vt iuribus cõtrarijs. Domi. Font.

aliàs ſi non comparueris, & ipſe in termino grauamen reuocauerit cum effectu; ᵃ poterit ex tunc libere in cauſa procedere, ac ſi appellatio interpoſita non fuiſſet. ᵇ

¶ Idem.

¶ A collatione capituli ad epiſcopum appellatur, ſi vt canonicus interfuit: ſecus ſi vt prælatus. h. d. Dominicus.

a ¶ Cum effectu.] effectualiter enim intelligenda ſunt verba, vt ſupra de cler. non reſid. relatum. cum ſuis concordan. Hinc enim eſt, quod non ſufficit dicere ſeparatum reuocare, niſi & reuocet. ad hoc ſupra de eo qui mittit in poſſeſſio. cauſa rei ſeruand. capit. 1. & ad hoc ſupra titu. prox. ad Apoſtolicæ, verſicu. erantque parata. Item ſi grauamen fuit verbale, reuocatio ſufficiat verbalis; ſi reale, nõ ſufficit verbalis: niſi re etiam reuocetur.

ADDITIO Idem archi. qui etiam alleg. Ioan. de Deo in ſuis cauillationibus, rubrica de generalibus exceptionibus. vbi no. ꝙ non ſufficit quod iudex dicat; ergo reuoco, niſi recedat à grauamine interlocutionis. Ioan. Andr.

b ¶ Non fuiſſet.] quia ceſſante grauamine ceſſare debet appellatio. ĩ. eo. cum ceſſante. Io. And.

A Collatione.] Duo facit, quia circa vnum thema diſtinguit: Primum ibi, Non ad ipſum: Secundum ibi, Aliàs ſi.

Appellans à collatione facta per epiſcopum & capitulum, debet appellare ad archiepiſcopum, ſi epiſcopus interfuit vt prælatus, ſecus ſi vt canonicus; quia tunc appellatur ad epiſcopum.

Præſupponendum eſt pro intellectu huius capituli, ꝙ quis poteſt appellare etiam collatione contributa in præiudicium alterius. c. 1. eo. ti. in antiq. Item habemus ſecundo præmittere, quòd quis poteſt appellare poſt collationem factam, dum tamen appellet infra decem dies numerandos à tempore notitiæ ſuæ. cap. concertationi. ſupra, eo. tit. & lib. Item eſt præſupponendum quod habetur in cap. 2. vt lit. pen. iſtomet libro: vbi dicitur, ſi duo litigent ſuper beneficio, & moritur poſſeſſor, non debet alius ſurrogari in locum defuncti, donec ſit cognitum de iure ſuperſtitis, & ſi fiat collatio, poſſet ſuperſtes appellare ab illa collatione, vel etiam continuata, ſed ordinarius poterit defendere ius defuncti.

Tu poſſidebas beneficium quod dicebam ad me ſpectare, vel eſſe mihi debitum, vnde feci te conueniri coram iudice cõpetenti: pendente controuerſia iſta, tu es mortuus: Epiſcopus Pictauen. & capitulum ad quos cõiter ſpectat collatio illius beneficij cum vacabat, volebant illud conferre: ego hoc videns me oppoſui ne facerent collationem de illo beneficio, non obſtante mea oppoſitione, ipſi contulerunt beneficium, volo appellare ab illa collatione, quæritur ad quem debeam appellare, vtrum ad archiepiſcopum, vel ad ipſum epiſcopum. Reſpondet cũ diſtinctione, aut epiſcopus interfuit collationi, vt prælatus, aut interfuit vt ſimplex canonicus: ſi interfuit vt prælatus, debeo appellare ad archiepiſcopum, vel ad Papã, & non ad epiſcopũ; quia tunc appellarem ab eodẽ ad eundem: ſi vero epiſcopus interfuit vt canonicus, & non vt prælatus, tunc poſſum appellare ad ipſum epm tãquam ad ſuperiorem capituli. No. primo, ꝙ à collatione facta vel facienda in præiudicium alicuius, põt appellari, ſed proprie dicitur prouocatio, c. cum ſit Romana. eo. ti. in antiq. Nota ꝙ epiſcopus poteſt interuenire in c. vt canonicus, & tunc habet vocẽ, & ſua vox auget numerũ. Item põt eſſe in Capitulo vt prælatus, & tunc non habet vocem. licet Hoſt. dicat, ꝙ repræſentat mediam partem capituli: & ꝙ ipſe & vnus canonicus faciunt maiorem partem capituli. de hoc in c. propoſuit. de conceſſ. præben. in antiq. Communis autem opinio doctorum eſt in contrarium, videlicet ꝙ non habet vocem quãdo eſt in capitulo vt prælatus, ſed ſolum habet poteſtatem concludendi ſecundum maiorem partem capituli. Nota vlterius illud ad quod emanauit præſens capitulum, videlicet ꝙ cum appellatur à collatione facta cõmuniter per epiſcopum & capitulum, poteſt appellari ad ipſum epiſcopũ ſi interfuit vt canonicus, quia tunc cenſetur ſimplex canonicus, modo capitulum ſubeſt epiſcopo, & appellandum eſt ab inferiori ad ſuperiorem. Sed quomodo cognoſcemus, quòd epiſcopus eſt in capitulo vt prælatus: vel vt ſimplex canonicus? Doctores hanc materiam tractant in c. poſtulaſtis. de conceſſ. præben. Et dicunt, ꝙ ſi in eccleſia ſit ſtatutum, quòd ordinet, vt ſit in capitulo vt prælatus, vel vt ſimplex canonicus, ſtandum eſt illi ſtatuto; ſi vero non ſit ſtatutum, tunc cognoſcetur ex coniecturis: nam ſi epiſcopus non tenet primum locum & honorabiliorem, cenſetur eſſe in capitulo, vt canonicus: ſi autem præſideat & teneat honorabiliorem locum, cenſetur eſſe in capitulo vt prælatus.

CAP. XI.

A Collatione beneficij, ᶜ quam cõiter per epiſcopũ & capitulum in tuũ præiudiciũ ᵈ factã eſſe proponis: Non ad ipſum epiſcopum (ſi in ea vt prælatus ᵉ interfuerit †)

† Inducſit Io. And. & Pe. de Anc. ad qõnẽ, an donata ambaſiatorib⁹ acquirãtur ſibi, vel illis à quibus mittuntur. vide Bar. in l. vero. ff. ſolu. ma. & l. ſociũ qui. § fin. ff pro ſocio. Fon. ¹ al. interfuit

[Prima glo. dicit quid approbat.]

¶ A collatione beneficij.] Hoc no. Hoſtienſis, de exceſſib. prælato. c 1.

ADDITIO In c. poſtulaſtis. de conceſſ. præben. & forte corrigitur quod ibi no. Inno. qui dicit de electione epiſcopi & capituli ad epiſcopum appellandum: qui licet conſtituunt vnum capitulum in electione, non tamen in exercenda iuriſdictione. forte dixi: quia ſaluatur, ſi intellexit iuxta ſecundum membrum huius diſtinctionis. Io. And.

d ¶ Præiudicium.] Aliàs appellare non licet. 2. quæſtio. 6 non ſolent. ſupra de electio. cum inter R. ff. de appel l. 1.

[Gl ſeq ſoluit dubium, quærit, & ſoluit.]

e ¶ Prælatus.] quod præſumitur, niſi aliud appareat. Et ſi quæratur, quomodo conſtabit, an ſit ibi vt prælatus, & an ſit ibi vt canonicus? Recitari ſolet ſupra de conceſ. præb. poſtulaſtis. Si eſt ĩ primo loco, & ei primo ſcribitur, tunc apparet eum eſſe vt epiſcopum, vel vt caput. Sed quando ſedet, & ſubſcribit poſt archidiaconũ, uel alium.

Qualiter cognoſcat, an eps ſit in eccleſia, vt eps, an vero vt canonicus.

alium, qui ibidem præſit capitulo, tunc patet ipſum ibi eſſe vt canonicum. ad hoc. 17. diſt. c. vlt. de maio. & obe. ſtatuimus.

a ¶ Superiorē.] Papā vel proximū. ī. eo. tit. dilecti. vlt.

b ¶ Vt canonicus.] ī. de conceſ. præb. poſtulatis. ī. de præb. cum in eccleſia. ne ſede vac. c. 2. cum ſimilibus.

[Glo. ſeq. alle. duo ſimilia: & ſoluit duo dubia.]

c ¶ Potuiſti.] ſimi. 17. diſt. multis, vbi de archiepō appellatur ad ſynodum, cui tamen præeſt archiepſ. ad idem ff. quādo appell. ſit l. 1. §. ſolēt vbi de ordinario & præſide appellatur ad pſidem & quod dicit, potuiſti intelligo & debuiſti, niſi appellaret ad Papam, cum gradatim ſit appellandum ī. eo. dilecti. Puto tamen quòd ſi appellans hoc petit, ipſe epiſcopus habeat cauſam delegare,[1] cum ſatis ſit ſuſpectus: ne velit venire contra factum ſuum, licet id fecerit vt alius, ad inſtar eius quòd dicimus de iudice à quo fuit appellatum; qui efficitur iuriſdictionis eius, ad quem fuerat appellatum de hoc. 3. q. 7. c. infames §. item contra patrem. ī. de elect. querelam in 1. glo. & C. de appella. eos. in principio.

sed ad ſuperiorem [a] te oportuit appellare. Aliàs ſi vt canonicus [b] interfuiſſet in ea, potuiſti [c] appellare licite ad eundem.

¶ Idem

¶ Per appellationem interpoſitam à diffinitiua, reuocari poteſt interlocutoria principali negotio præiudicans: aliàs non. Ioan. An.

1 Cōcor. In no. & Hoſt. de offi. or. irrefragabili. 1o. And.

2 Vide. in ſimili Are. in c. *inſuper*. extra de teſtib. & Gemin. in c. auaritiæ. in 2. oppoſi. de ele. lib. 6.

Licet.] Sunt duo dicta, ſecundum ibi, vero.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario, vel delegato: lite inter nos negatiue conteſtata, tu actor fuiſti admiſſus ad faciendum tuas probationes de & ſuper tuo libello: probationibus factis, ego reus propoſui exceptionem peremptoriam: puta exceptionem de non petendo: vel aliquam exceptionem peremptoriam, iudex noluit admittere iſtam exceptionem peremptoriam, & ſic me grauauit, ego non appellaui ab iſta interlocutoria: hoc facto ipſe iudex poſt renunciationem concluſionem tulit: ſententiam diffinitiuam contra me, a qua appellauit. Quæritur nunc, vtrum in cauſa appellationis poſſim repetere illam exceptionem peremptoriam, quæ à iudice à quo fuit mihi repulſa? Videtur quòd non: quia tranſiuit in rem iudicatam: & mihi imputetur quare non appellaui. Hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus Pontifex, qꝙ illas peremptorias exceptiones poſſum repetere in negotio principali, & ipſis probatis obtinebo; quia per appellationem fuit cauſa reducta ad illum ſtatum, in quo erat immediate poſt litem conteſtatam, ſed non ante. l. ita demum. C. de proc. Sed quid: ponamus quòd in cauſa principali propoſui aliquam exceptionem dilatoriam, quæ fuit repulſa, volo illam repetere in cauſa appellationis: vtrum poſſim? Reſpondet quod non; quia in cauſa appellationis non poſſunt proponi ea quæ erant proponenda ante litis conteſtationem, vt d. l. ita demum. ſed ſolum illa quæ erant proponenda poſt litem conteſtatam. Et ſic intelligitur iſtud dictū. In cauſa appellationis non propoſita proponam, & non probata probabo. Nota primo ex iſto c. bonum argumentum quòd ſi actor dicat exceptionem pro parte rei propoſitam eſſe impertinentem, iudex ſuper hoc habet interloqui, an illa exceptio peremptoria ſit admiſſibilis vel inadmiſſibilis: Et ideo eſt cautela aduocatorum peritorum, dum volunt appellare ab interlocutoria, quòd petant interloqui ſuper admiſſibilitate. Sed cauti iudices obuiant iſti cautelæ, dicendo; admittimus iſtam exceptionem inquantum de iure eſt admiſſibilis. Hanc cautelam ponit gloſ. in cap. cum contingat. de officio deleg. in antiq. Nota quòd ſi iudex non admiſit exceptionem peremptoriam: & pars non appellet ab interlocutoria, ſed poſtea appellet à diffinitiua, in cauſa appellationis poterit illam exceptionem peremptoriam repetere: nec dicitur repulſio tranſiſſe in rem iudicatam, vt hic eſt textus. Nota quòd exceptionem dilatoriam repulſam in principali cauſa nō poteſt appellans repetere in cauſa appellationis.

CAP. XII.

Licet [d] ab interlocutoria (per quam pacti, [e] vel præſcriptionis, aut alia, principali negotio præiudicans, [f] vel iudicium nullum redens, [g] exceptio eſt repulſa) nō [h] fuerit appellatum: [i] ſi tamē à diffinitiua (quę poſt modum, etiam vltra [k] decendiū promulgatur) ap-

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid determinat.]

d ¶ Licet.] per appellationem interpoſitā à diffinitiua, reuocari poteſt interlocutoria principali negotio pꝛeiudicans, aliàs non. Et determinatur hic alteratio Innocentij & Hoſtienſis notata p eos ſupra, de re iu. quod ad conſultationem, & ſupra quod met. cauſ. ca. vlt. & Innocentij opinio approbatur.

e ¶ Pacti.] de perpetuo non petendo, vel ſimilis.

f ¶ Præiudicans.] quod in peremptorijs regulariter eſt videre.

ADDITIO. De quibus vide ſatis ſu. eod. lib. de lit. conteſt. exceptionis. Ioan. And.

g ¶ Reddens.] ſicut exceptio falſi. ff de iudi. licet. ſupra, de exce. cum venerabilis. ſupra, de procu. in noſtra. vel exceptio contra reſcriptum quod ab excommunicato fuerit impetratum. ſupra eod lib. de reſcrip. cap. 1 cum ſimil.

h ¶ Non fuerit.] ſecus ſi à repulſione fuiſſet appellatum ſecundo, & ſuccubuiſſet appellans: quod dic, vt in clemen. eodem tit. cum à repulſione.

i ¶ Appellatum.] & ſic videatur tranſiuiſſe in rem iudicatam. ſu. de elect. cum dilectus. in fine. de teſti. ſignificauerunt, cum ſimi.

[Gloſſ. ſeq. quattuor opin. recitat, quarum tertia hic approbatur.]

k ¶ Vltra decēdium.] hoc dicit vt maior ſit dubitatio. Dicebant enim quidam quòd ſi non fluxerat decendiū cū appellauit à die interlocutoriæ, tunc reuocari poterat interlocutoria, & repeti exceptio per ipſam reprobata, quaſi intelligatur ſuper diffinitiua & interlocutoria appellatum. Et impugnabatur hæc opinio tali modo: Certum eſt, quòd aliter appellatur ab interlocutoria quàm à diffinitiua, & etiam à diffinitiua continente plures articulos in vno poteſt appellari, in alio non: de teſti. Raynaldus. cum ſim. Et ob hoc dicebant ſecundi, quòd ex quo appellatum erat à diffinitiua indiſtincte, omnes exceptiones admiſſas & non admiſſas, ſiue fuerit interlocutum ſiue non, ſiue decem dies fluxerint ſiue non, repetere licebit. Et videtur hoc ſatis expreſſum. ff. de appel. l. 1. §. 1. & vlti. & l. 2. & 3. & ff. quando appel. ſit. l. 1. Ex quo enim admittitur ad decēdium ſuper principali, quod eſt maius, igitur contra interlocutoriam, quod minus eſt: veritas enim ſemper eſt iuuanda. ſu. de iureiu. ex litteris. & in clem ſępe. de verb. ſig. præterea iudex appellationis ſuccedit in locū principalis. l. cum apud. ff. iudica. ſolui. ſed interlocutoria non tranſit in rem iudicatam, quo ad iudicem principalis cauſæ: ergo nec quo ad iudicem appellationis quin dare poſſit licentiam exceptionem repetendi. Innocen. vero tenebat opinionem hic approbatam. Hoſt. (Qui hoc proſequitur ſatis in ſum. de ſen. ten. §. qualiter proferri debeant ſub §. primo. verſi. veruntamen ſi appellatur. Ioan. An.) dicebat, quòd cum ſecundum leges [3] regulariter ante ſententiā non appellatur. [ſupra eodem ſuper eo. 2. C. quorum appe. nō reci. l.

3 Per quas quis deciperetur ſi grauamē ante diffinitiuā illatū p appellationē à diffinitiua reuocari nō poſſet: qđ eſſe nō debet, C. de iis qui ve. æta. l. 1. Mo.

reci. l ante. Ioan. And.] omnia grauamina illata in cauſa habent releuari per appellationem interpoſitam à diffinitiua. Sed ſecundum canones à qualibet interlocutoria, & quolibet grauamine poteſt appellari. & ideo quãtumcunque à diffinitiua appellatur, firma manet interlocutoria, à qua infra decem dies non fuit appellatum.

ADDITIO. Circa ſecundam opin. prius tactam, dicebat Ioan. Mon. ante ſententiam non eſt quis læſus, ſed in ſententiando, cum totus proceſſus ordinetur ad diffinitiuã, & ideo cum læſio conſumetur per diffinitiuam: appellatio ab illa interpoſita ſuſpendit non ſolum illam, ſed etiam ordinata ad illam, Argu. ff. vt leg. nom. caue. l. 1. §. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. de tut. & ra. diſtrah. ſi cum. Ioan. And.

Habes hic dictũ Lapi limitatum, qui dixit in c. 1. ſup. eo. de reſcri. ꝙ ſi iudex interloquatur reſcriptum non eſſe impetrarum poſt excõicatonem, valet iudicium, qa hoc nõ procedit ſi appelletur à diffinitiua. Dom. Fon.

pellari [a] cõtingat, poteſt in appellationis cauſa ipſum grauamen per interlocutoriam eandem illatũ licite per appellationis iudicem emendari. [b] Vbi vero interlocutoria ſuper eo profertur, quod non parat [c] præiudicium negotio principali, vel [d] iudicium nullum reddit: niſi ſi fuerit appellatum [e] ab ipſa: per appellationem à diffinitiua poſtea interiectam, [f] grauamen illatum nequaquam poterit reuocari. [g]

a ¶ Appellari.] infra decem dies à die ſententiæ, vel ex quo ſciuit. ſ. eo. concertationi.

b ¶ Emendari.] ſicut enim concluſio facta in principali non parat præiudicium, quo minus noua iura poſſint in appellationis cauſa produci. ſ. de teſti. fraternitatis. & de fide inſtru. inter dilectos. C. de temp. appel. per hanc ita nec interlocutoria præiudicium parat, quo minus vetera iura repeti poſſint, vt hic, aliàs enim quid prodeſſet ſuper diffinitiua appellaſſe?

c ¶ Non parat.] ſicut eſt videre in dilatorijs, vel in cõdemnationibus expenſarum, ſuper eo, ꝙ in exceptione ſuccubuit: vel propter aliam cauſam ſimilem.

d ¶ Vel.] repete ſuper eo quod non.

e ¶ Appellatum ab ipſa.] quid ſi lata tali interlocutoria iudex ſtatim vult procedere in cauſa petit pars contra quam lata eſt interlocutoria. non procedi infra decem dies, vt deliberet an ab ipſa interlocutoria appellare velit necne, quæritur, an ſit audienda? & videtur quòd ſic, quia beneficium, &c. 28. diſt. de his. ad fin. ſ. de reg. iur. indultum, cum ſuis concor ad hoc optime facit. 2. q. 6. anteriorum. vbi dicitur ꝙ decem dies dãtur ad appellandum, vt liceat infra ipſum ſpatium pleniſſime deliberare an appellandũ ei ſit, vel quieſcendum: ſed iſte litigando & procedendo ſuper principali, ſic pleniſſime deliberare nõ poteſt. Sol. dico ꝙ non eſt audienda. & hoc not. Guil. in Specu. titu. de appellatio. §. reſtat videre. in fin. & eſt eius ratio; quia quo ad iudicem non tranſit in rem iudicatam ſententia, & ideo cum poſſit eam reuocare, non omittat proceſſum. Et in hoc dicit in priuata ſua examinatione omnes doctores Bononiæ concordaſſe. & vide euidentem rationem ſi contrarium diceres, nunquam eſſet litium finis, in qualibet enim interlocutoria, termini aſſignatione, vel iudicis actu, diceret pars, quieſcatis per decẽ dies, vt deliberem an velim appellare: quod eſſet abſurdum.

f ¶ Interiectam.] intelligo etiam ſi infra decem dies à die ipſius interlocutoriæ à diffinitiua fuerit appellatum, propter rationes quas dixi ſ. in glo. hoc dicit in principio. Ioan. And.

g ¶ Reuocari.] iudex ergo in quem ex appellationis virtute principale negotium tranſit, de ijs quæ principale non impediunt, intromittere ſe non debet.

ADDITIO. Multum ergo eſt præiudiciale impedire appellationes interponendas ante ſententiã. Io. An.

De hoc articulo vide Abbatem ĩ c. ſolicitudinem in fin. extra de appel.

Idem dicunt Dom. Phil. & Anchar. neque p actũ partis videtur ipſa pars renũciare appellationi interponẽdæ. & bonum eſſet ꝙ proteſtaretur. Font.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶ Superioribus libris dictũ fuit de clericis & perſonis clericorum: nunc videndum eſt de eorũ vita & honeſtate: ideo annectit titulum de vita & honeſt. cle.

¶ Opponitur ꝙ titulus & de vita & honeſtate clericorum non fuerit bene formatus: quia ſufficiebat alterum ex iſtis, dicendo, de vita clericorum: vel de honeſtate clericorum; quia quidquid attribuitur vitæ, ſpectat ad honeſtatẽ, & quicquid honeſtati attribuitur, pertinet ad vitam; quia honeſte viuere, reſpicit & vitã. arg. in procæ. compil. Greg. & ſic habet titulus ſuperfluitatem. contra id quod Papa proteſtatur in procœmio huius libri. Sol. dicit Io. And. quod Hoſti. in ſumma huius tituli diuiſit iſtum titulum, per quod intendit docere duo. Primum, qualiter clerici viuere debeant: Secundum, in quibus conſiſtit eorum honeſtas. Dominicus.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita & honeſtate clericorum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Clericus ioculatoriam artem per annum exercens, ſi tertio monitus non deſiſtat, ipſo iure perdit priuilegium clericale. Io. Andr.*

CAP. I.

Clerici, [a] qui clericalis ordinis dignitati [b] non modicũ detrahentes, [*] ſe ioculatores, [c] ſeu goliardos [d] faciunt, aut buſones; [e] ſi per annum [f] artem [g] illam ignominioſam [h] exercuerint, ipſo iure: ſi aũt tempore breuiori, [i] & tertio

Clerici.] Duo membra diſtinguit: Secundum membrum proſequitur: ibi, Si autem. Io. Andr.

¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum, ꝙ clerici dicuntur habere multa priuilegia, de quibus in glo. ſup. de big. c. vnico.

f ¶ Numerandum.] eſt ergo expreſſum iſtud tempus non à tempore ſcientiæ, ſed vacationis currere; licet videatur contra. ſupra de conceſ præb. quia diuerſitatem. ad fi. ſupra, de ſup. neg. præl. licet is enim qui neſcit poteſtatem experiendi non habet. 2. q. 6. biduum. ff. de calum. l. annus. & hoc tenuit hic Guil. Sed contrarium credo ſecundum 2 Gar. quia hoc ſtatutum fuit in fauorem eccleſiarum, nec contingeret beneficia diu vacare, non autem in odium ſummi Pontificis negligentis: quia tunc non niſi à tempore ſcientiæ curreret præſcriptio, vt in contrarijs. Item per hanc reditur ad ius commune: extendenda eſt igitur vt de facili ad ſuam naturam redeat. 35. diſtinct. ab exordio. ff. de pact. ſi vnus. præſertim, vbi ſtatuens contra ſe ſtatuit: alias enim quare non ſic expreſſiſſet a tempore ſcientiæ. de

2 Idem Pe. de Anc. Domi. per rõnē gl. Font.

deci. ad audientiam: ad hoc, infra de reg. iur. contra eum qui. Vnum ſcias, licet illud tempus currat ignoranti, non tamen ſedi vacanti,1 quod ſatis probatur. infra eod. ſi Apoſtolica: ſi enim ibi ſpecialis eſt caſus: ergo ipſius contrarium eſt regulare. & eſt ratio: quia hoc reperimus expreſſum: ſed illud non. Et ſic not. ſpecialia in hoc caſu: Primum, quòd cum in alijs detur maius tempus: de conceſſ. præben. cap. ſecundo, hic datur ſolum menſis. Secundum, quòd iſtud tẽpus currit ignoranti. Tertium, quod non fit cōputatio de momento ad momentum: ſed dies vacationis non computatur in menſe.3 vt hic patet, dum dicit, à die, &c. & ſi. ſupra de except. pia, de reſtit. ſpoliat. frequens. Et clemen. ſicut appellationem. de appellat. & vide quod dixi ſupra eodem lib. de electio. prouida. in gloſſa penultima. Quartum quòd cum alias communiter poteſtas deferatur ad ſuperiorem, hic redit ad inferiorem: & hoc facit impoſſibilitas caſus. ad hoc, ſupra de elect. licet, in ſi. & ſupra eodem lib. & eod. titu. indemnitatibus. in fine.

1 Placet Do. Fon.

† Large expiunt Doc. hic, hēt enī locū in oī caſu quo pcedens. facit, §. fin. in Auth, de ſi. ante do. inſtru. Font.

3 Idem dicunt Pet. de Anc. Dom. late ſcribentes de iſta præpoſitione, à, Fon.

ADDITIO. Tenuit Guliel. tempus iſtud de quo fit mentio in princ. huius glo. currere a tempore ſcientiæ: qui etiam dicebat, quòd nouo Papæ currebat à tempore electionis vel immutationis, non à tempore coronationis, cum ex electione competat illi plena iuriſdictio. ſupra de elect. licet. & de facto patet, quod ante coronationem beneficia confert, & quandoque ſi non vult conferre, reſeruat. Et quomodo ſcribat ante coronationem, & qualem bullam det, not. in ſi. huius libri, ſuper data. Io. And.

{Glo. ſeq. dicit quid dedit cauſam conſtitutioni, ſecundo quærit, & ſoluit.}

g ¶ Per ſeipſos.] habebant epiſcopi ante conſtitutionem Clementis procuratores in curia, qui ſtatim cum vacabant beneficia, conferebant illa, & ſic præueniebant Papam: vnde motus Clemens promulgauit conſtitutionem. ſupra cap. proxi. demum Gregorius quia multum præiudicialis erat conſtitutio illa,4 in concilio Lugdunenſi moderatus eſt eam. Sed ne adhuc exercerent illas malitias, ſcilicet quòd haberent procuratores in curia, qui ſtatim menſe elapſo illa conferent, idcirco hoc addidit. Papa enim etiam poſt menſem poſſet conferre ſi vellet, dummodo præuentus non eſſet.5 ſupra cap. proxi. in princ. Sed littera iſta dicit, per ſeipſos. Nunquid ſi præſentes ſunt per alios conferre poterunt? Dic quod per alios conferre non poterunt. niſi in caſu qui ſequitur: potuit enim Papa rei ſuæ conditionem, & modum apponere: & legem quam voluit.6 18. q. 2. Eleutherius. ff. de pact. in traditionibus. de conditio. ap. verum.

ADDITIO. Inquantum hæc glo. dicit, quòd etiam præſentes per alios, conferre non poterunt, tria ſpecialia not. ſecundum Gar. & Arch. ſcilicet, ꝙ poſſum per me, quod non poſſum per alium. Item quod poſſum per alium, quod non per me, cum horum contrarium ſit regulare. infra de reg. iur. poteſt. vbi de hoc. Item ꝙ poteſtas conferendi redit non libera. ſed onerata, vt hic patet. Ioan. Andr.

{Glo. ſeq. ponit opinionem, quam reprobat.}

h ¶ In remotis.] ſic ſupra eo. lib. de temp. ord. cum nullus. §. epo. Et dixerunt quidam per hanc litteram, ꝙ quis extra ſuam diœceſim exiſtens beneficia conferre non poterat. ſed hoc eſt falſum.7 licet in hoc caſu poſſet

4 Quod patuit ex diutina vacatione eccleſiæ Rom. poſt obitū Clemen. iiij. ſecūdū Gul.

5 Placet Phã li. & Do. in reſeruatis, de quibus ordinarius non diſponit. gloſ. in cle. ſi de beneficio, de præb. Fon.

6 Sequitur Do. Pont.

7 Idē Gul. & Gar.

Vicarius epiſcopi an, & qñ poſſit cōferre beneficia vacantia in curia Rom.

ſet concedi: & probatur hoc olim, ſupra de conceſ. præben. poſt electionem. in parte deciſa. & hoc not. Ioan. & Ber. ſupra in antiq. de off. leg. cap. nouit.

{Glo. ſeq. ponit duas lecturas, & primam approbat.}

a ¶ Id canonice.] dicebant olim quidam, id, ſ. vicariam eo ipſo, ꝙ vicarius generalis erat, beneficia conferre poterat. ſed hoc eſt falſum, vt ſup. eod. lib. de off. vic. cum in generali. In talium ergo collatione per ordinarium facienda, requiritur ꝙ menſis elapſus ſit: quod per ſeipſos conferant, ſi præſentes ſint: vel quòd per generales vicarios non ſpeciales: & quòd habeant ſpeciale mandatum beneficia conferendi: & ſic expone, id, ſcilicet, beneficia conferre.

ADDITIO. Archidiaconus (cuius dictum vt tutius conſulo ante factum; poſtfactum ſto gloſ.) exponit, id eſt, collatio beneficiorum ſic in curia vacantium. Adde quintum, quod infra diœceſim conferant. Ioan. And.

ſuos vicarios generales in eorum diœceſibus exiſtentes, quibus id canonice[a] ſit commiſſum.

¶Bonifacius octauus.

¶ *In beneficiis, vel in impetrationibus ad beneficia per prouiſionem vſque ad certam ſummam penſio non debetur. Per eccleſias ciuitatis vel diœceſis non comprehenditur cathedralis: Sed per eccleſias prouinciæ, metropolitana & cathedrales reliquæ includuntur. Io. Andr.*

Q Vamuis.] Primo ponit regulam: Secundo inſtantiam: ibi, Et ideo. Tertia: ibi, Quamquàm. decidit ſecundum dictam inſtantiam, & duos caſus ſubijcit. Quarta ibi. Secus, contra inſtantiam alium caſum ſubiicit: ſecundum Io. Mon. Io. Andr.

CASVS. Papa voluit mihi facere gratiam: & mandauit epiſcopo Pictauenſi, vt pro ſuſtentatione meæ vitæ mihi prouideret vſque ad ſummam quinquaginta librarum: vtrum virtute iſtius gratiæ poſſit aſſignare vſque ad iſtam ſummam in penſione ſuper aliquo beneficio? Reſpondet, quòd non: niſi in litteris meæ gratiæ fiat expreſſa mentio de penſione, ſed virtute illius gratiæ ſolum mihi fiet prouiſio vſque ad ſummam quinquaginta librarum in beneficiis eccleſiaſticis. & non in penſione: & rationem ponit: nam litteræ iſtæ ſunt odioſæ, & ambitioſæ: & ideo ſunt reſtringendæ. Sed quid, ponamus quòd Papa mandauit ſub hac forma, vt mihi prouideretur de beneficio, vel præbenda vacante, vel proximò vacatura in aliqua eccleſiarum ciuitatis Pictauenſis: vacauit aliqua præbenda in eccleſia cathedrali Pictauenſi, an virtute meæ gratiæ poſſim illam petere? Certe non: Et dicit Papa, quòd non intendit quòd mea gratia extendatur ad eccleſiam cathedralem: licet in fauorabilibus ſub nomine eccleſiarum ciuitatis Pictauenſis contineatur cathedralis eccleſia. Sed quid ſi Papa mandauit mihi prouideri in aliqua eccleſiarum prouinciæ Burdegaienſis: vtrum eccleſiæ cathedrales comprehenduntur ſub mea gratia, adeo quòd poſſit mihi prouideri de beneficijs eccleſiæ cathedralis Pictauenſis, vel aliarum eccleſiarum cathedralium prouinciæ Burdegalenſis? Reſpondet, quòd ſic: Et non ſolum eccleſiæ cathedrales ſuffraganeorum continentur ſub mea gratia, ſed etiam eccleſia metropolitana: nam videtur mihi feciſſe vberiorem & pleniorem gratiam, quam quando mandat mihi prouideri in eccleſijs alicuius ciuitatis: & ideo appellatione eccleſiarum in hoc caſu continentur eccleſiæ cathedrales. Nota primo, quod verba inſerta in diſpoſitionibus beneficialibus titulum beneficialem concernentibus ſunt interpretanda largiſſime: ad hoc de dona. cum dilecti. Nota ſecundo, quòd verba reſcriptorum beneficialium ſunt interpretanda ſtricte. Dominicus.

¶Prima gloſſa tria facit, ſummat, dicit vnde ſumpta, & quid declaret.

b ¶ Quamuis.] In beneficijs, vel impetrationibus ad beneficia per prouiſionem vſque ad certam ſummam penſio non debetur. per eccleſias ciuitatis, vel diœceſis non comprehenditur cathedralis: ſed per eccleſias prouinciæ metropolitana & cathedrales reliquæ includuntur. Fuit tracta de extrauaganti [Innocen. iiij.] breui reſponſo. & cap. licet in beneficijs. Et emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Tanc. Ber. & moderni ſupra in antiq. de ætat. & qual. accepimus. in fin. de præbend. pro illorum. in princ. Ber. & Com poſt. de reſcri. c. ſanctæ crucis. in glo. quia quæſtiones. §. item quæritur de hac forma, & §. ſeq.

+Vide Oldrad. conſi. 168.

CAP. IIII.

QVamuis[b] †pleniſſima,[a] ſit aliàs in beneficijs interpretatio facienda: litteræ tamen ſuper obtinendis beneficijs impetratæ, debent (cum ſint ambitioſæ) reſtringi.[d] Et ideo ſi alicui vſque[e] ad certam ſummam prouideri mandamus: ei non in penſione, [f]ſed in beneficijs eccleſiaſticis tantum volumus prouideri: niſi de penſione in noſtris litteris mentio habeatur expreſſa.

ADDITIO. Et per Inno. & Hoſti. ꝟ. de iure patro. cum dilectus. Io. Andr.

a ¶ Pleniſſima.] ſupra de donat. cum dilecti. in fi. ſupra de verb. ſign. olim ff. de conſt. prin. beneficium. [vide quod plene dixi. d. cap. olim. ſuper vlt. glo. Archid. remittit ad not. de conſangui. & affin. quod dilectio. Et debent eſſe menſura. infra de reg. iur. decet. cum ſuis concord.

d ¶ Reſtringi.] ſic ſupra eod. lib. de fil. presbyt. capit. 1. & 2.

e ¶ Vſque ad certam.] aliud puto cum Papa ſcribit vt prouideatur impetranti vſque ad talem ſummam: aliud dum Papa ſcribit, vt prouideatur ei de præbenda tanti valoris vel ſummæ: quia in primo caſu poteſt prouideri de minori, ſed non de maiori: in ſecundo vero de maiori, ſed non de minori, quia forma mandati eſt ſeruanda: infra eod. titu. cui de non. Et cum iſtud, vſque, ponitur in litteris, intelligo, quod veniat aſcenſiue: quaſi Papa ſcribendo quod prouideatur vſque ad ſummam centum librarum, velit quod prouideatur de ſumma a ſexaginta vſque ad centum: ſed non vltra id ſupra eod. lib. de arbi. ca. 1. cum ſuis concord.

†Per iſtam rōnē Do. & alij reprobāt gl. quia prouideri ñ poteſt niſi ꝺ expreſſa. Font.

ADDITIO. Archid. alleg. ff. de verb. obl. l. 1. §. ſtipulanti. & l. inter ſtipulantem. ff. de leg. 1. ſi ſeruus legatus. §. quinque. Ioan. And.

{Glo. ſeq. rationem reddit.}

f ¶ In penſione.] Papa videtur mandaſſe ei prouideri de eo quod prouidens per ſe non poteſt retinere ſicut beneficia: Quia licet ibi ſit liberalitas, non tamen eſt in collatione: ſed in eo quod magis iſti quàm illi confertur, quod dic vt ſ. de præb. relatum, probatur hoc ꝟ. de inſti. cap. vlt. Et licet in fauorem eius hoc dictum videatur, non tamen illi fauori renūciat propter intentionem Papæ, quæ talis fuit: & propter formam mandati, quæ ſeruanda eſt. ꝟ. eod. tit. cui de non.

ADDITIO. Per beneficia quis intitulatur & obligatur eccleſiæ, & tenetur ad continuā reſidentiam. ſ. de cler. non reſi. cap. fi. ſed per penſionem non intitulatur, nec ad reſidentiam tenetur. 16 q. 1. poſſeſſiones & q. 6. illud, cum illa poſſit etiam laico concedi, vt ibi. Ioan. And.

Penſio non obligat ad reſidentiā.

a ¶ Aliàs.] vt 100. diſt. pallium, de auctο. & vſu pal. c. 1. [vbi de hoc per Hoſti.] ſ. de teſta. requiſiſti. ad hoc de verb. ſig. cum tibi. imo etiam interdum ſolum cathedralis comprehenditur: vt ſupra de verb. ſig. cum clerici.

ADDITIO Quod eſt ſpeciale propter periculum, quod imminere poteſt ex periurio, vt ibi dixi. Io. And.

tit. pro illorum. vnde non aduertebant qui decret. iſtā allegabant, ꝙ per litteras quibus prouideri mandabatur in aliqua eccleſia ciuitatis, poteſt prouidere in cathedrali, cum ibi archiepiſcopo de eccleſijs ſuæ prouinciæ ſcriberetur.

[Glo. ſeq. all. vnam concor. & ponit opi. pro ſecundo ponit opi. contrariam. quam ſoluit.]

b ¶ Includi.] ſic ſ. de ſent. excom. quia periculoſum. & hoc tenebat Compoſtel. in ſupradicta glo. [Et facit C. de aquæduc. l. cos. lib. 11. Ioan. Monach. & Archid. Ibi dicitur quòd habentes aquæductum, non attentent matrices fiſtulas.] Sed Ber. & Tancr. videbantur tenere contrarium in prædicta decret. accepimus. in antiq. in glo. penult. Sed forte bonū habuerunt intellectum ſi ad caſum decre. ſe retulerunt. ſ. in ijs qui primo erant obligati ꝓuidere: obligauerat enim ſe epiſcopus ordines conferendo, vt ſupra eo. in anti. cum ſecundum Apoſtolū ad ſi. prouidere vel in cathedrali vel alia. litteræ igitur ibi impetratæ fuerunt litteræ iuſtitiæ: ſed hic de litteris gratiæ loquimur: vnde in hoc caſu per communem formam in cathedrali, vel alijs prouidere tenebitur. & ſic decret. illa loquatur in ſuo caſu: nec ſit correcta per iſtam. ad hoc ſupra eo. lib. de elect. cum expediat.

† In antiquioribus codicibus ita: Secus eſt cū mandamus.

¶ Quamquam ſub nomine eccleſiarum ciuitatis comprehendantur aliàs a eccleſia cathedralis: cum tamen alicui de beneficio mandamus in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis prouideri, ad cathedralem eccleſiam (quam propter ipſius honorem, ſub hac generalitate nolumus hoc caſu includi b) ſe mandatum huiuſmodi non extendit. c Secus † autem cum mandamus in aliqua eccleſiarum prouinciæ d prouideri: tunc enim & metropolitana, & cæteræ cathedrales eccleſiæ includuntur ſub tali mandato: cum uberiorem e hoc caſu, quàm alio impetranti gratiam facere videamur.

¶ Idem.

¶ *Impetranti beneficium ſæculare prouidetur de beneficio per ſæculares clericos vſque ad præſcriptionem legitimam poſſeſſo. hoc primo. Clerico ſæculari prioratum impetranti ſimpliciter, non prouidetur de conſueto per religioſos gubernari. hoc dicit ſecundo. Dominicus.*

CAP. V.

CVm † de beneficio eccleſiaſtico conſueto clericis ſæcularibus aſſignari, prouideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab vno f vel pluribus ſæcularibus clericis inſtitutis g in eo rectoribus extitit continue, ac pacifice gubernatum, vt præſcriptio legitima h ſit cōpleta, etiam ſi ante i vel prælatura, vel de præbenda tractetur. Io. Andr.

e ¶ Vberiorē.] ſi ergo quæratur diuerſitatis rō, ſufficiat iſta: licet quo ad metropolitanā eccleſiā nō multū efficax videatur: ſed ſufficit ſic per Papam declaratum in antiq. de te iud. in cauſis.

ADDITIO. Vide qđ no. Hoſt. ſ. eo. pro illorū. poſt prin. & in ſum. de verb. ſig. §. à quo fieri, poſt princ. ver. quid ſi præcipiat. vbi dicit, ꝙ ciuitas & diœceſis ſunt correlatiua. ſicut pater & filius: & ſic vnum non eſt reliquum: ſed prouincia nō eſt correlatiua ad ciuitates, ſed illarum collectiua vel concluſiua: ita ꝙ ēt ciuitatē propriā concludit. facit. vj. q. iij. ſcitote iij. q vj nō liceat. & ſeq. c. Io. An.

† Vide clemen. 1. tit. de ſupp. neglig. prælat. verſ. priora tus. & late Fel. in c. noſtra. extra de reſcrip.

CVm.] Duæ ſunt partes: Secunda ibi, Qn.] Et hæc ſecunda ponit dictum, à quo caſum excipit ibi: Niſi. & hoc verbum, beneficio, largè ponitur, ſiue de parochiali eccleſia, vel de prælatura, vel de præbenda tractetur. Io. Andr.

CASVS Papa mandauit epō Pictau. vt mihi prouideret de beneficio, qđ conſueuit aſſignari clerico ſeculari: Erat aliquod beneficiū quod fuerat regulare, ſꝫ fuerat poſſeſſum per ſæculares clericos per ſpatiū xl. ann. ſufficiens ad inducendum præſcriptionem: vtrum videatur mutatum beneficium? Reſpondet, ꝙ ſic: nam ex ſpatio tanti tpis præſumitur mutatio ſtatus talis beneficij, ſō continetur in gratia mea, ac ſi ſemper fuiſſet ſæculare, & non regulare. Sed quid. pone ꝙ Papa mandauit vt mihi prouideretur de prioratu: quæritur de quo prioratu intelligatur? Reſpondet, ꝙ de prioratu ſæculari cōgruo meo ſtatui, niſi in gratia mea contineretur expreſſe, vt mihi prouideretur de prioratu, ēt ſi illud eēt regulare.

Nota primo, ꝙ appellatione conſuetudinis intelligitur de præſcripta: vt nota. in c. Cumana. de elect. in ant. Nota ſecundo, quæ poſſeſſio inducat præſcriptionēm: quia requiritur, ꝙ ſit continua, & pacifica. ad hoc, de præſump. illud. Dominicus.

[Glo. ſeq. quærit. arg. pro, ſoluit contrarium: ſecundo quærit, & ſoluit.]

c ¶ Non extendit.] quid ſi mandetur ſub hac forma: nunquid in capellania, vel manſionaria maioris eccleſiæ cathedralis poterit prouideri? Et videtur Papā ſolū canonicos, & ipſorum excepiſſe præbendas ad hoc, ſ. in tex. vbi dicit: propter ipſius honorem. ad hoc, ſ. eo. lib. de reſcri. ſtatutum. & ſupra de verb. ſig. cum clerici. Satis credo, cum hæc littera ſic indiſtincte loquatur: ꝙ in nullo beneficio cathedralis eccleſiæ poterit prouideri: non enim dicit, ꝙ non includatur canonicatus eccleſiæ cathedralis: ſed ꝙ non includatur eccleſia: ergo nullum ipſius eccleſiæ beneficium includetur. ad hoc optime, infra de priuil. per exemptionem. & ſup. 1. reſponſo. [Hanc opinionem tenet Archi. qui refert ſic pronunciatum per archiepiſcopum Rauen. de mandato Papæ in forma pauperum. inducit etiam ad hoc. infra, de ſen ten. excom. c. vlt. §. adijcimus.] Sed pone, impetraui prouideri mihi in eccleſia ſancti Petri Bononien. non eſt alia ſancti Petri eccleſia quàm cathedralis: nunquid in ea prouidebitur mihi? Videtur propter ſtylum curiæ z gratia ſurreptitia: quia in cathedralibus eccleſiis non ſolet exprimi nomen ſancti: ſed in inferioribus ſic, quod credo, niſi aliter per litteras appareret Papam de cathedrali intellexiſſe per iſtud cap.

d ¶ Prouinciæ.] & in hoc caſu loquitur decret. ſ. eod.

z Trāſit Domi. cū glo. Font.

z Qui patet de ele. l. antiq. dudum 1. & 2. & c. Cumana. & c. ſacroſancta. cum ſi. Io. Andr.

f ¶ Ab vno.] Nota pro ijs quæ not Ber. ſ. de cauſa poſ. & propr. cum eccleſia Sutrina. in glo. ex hoc videtur [facit ſupra in anti. de ſi. presbyt. conſtitutus.]

g ¶ Inſtitutis.] ergo ſi de facto tm̄ occupatum eſſet per eos, non hēret locū præſcriptio: vel ſi ibi non vt rectores, ſed vicarij, vel cōductitij ſæculares clerici rexiſſent.

ADDITIO. Idem Io. Mon. & Arch. qui ponderat, ꝙ hic requiritur pręſcriptio, non conſuetudo tm̄: propter ea quę dixi ſ. eo. lib. de conſu. c. ſi. in 3. glo. Io. And.

h ¶ Legitima.] ſ. xl. ann. in anti. de præſcr. de quarta. de cauſa poſ. cum eccleſia. de conſue. c. vlt. [idem Archi.]

i ¶ Ante.] inceptam præſcriptionē: ſed ſecus ſi poſt inceptā, & ante cōpletā: & ideo dixit ſ. in tex. continue.

k ¶ Poſt.]

1 Placet Phil. quem vide. Font.

Prioratus eſt duplex.

† Teneme̅ti iſtu̅ text. cum ſua gl. tn̄ ſi varie per diuerſos beneficium ſit gubernatū, attenditur ſtatus vltim°. Do. & Phi. Font.

† Ergo ſi te̅pore impetrationis religioſi bona fide illud beneficium poſſideant, non valent litteræ, niſi me̅tio fiat de poſſeſſione c. ſi de dec. Phil. Per. de Anc. Font.

2 Phil. tranſit cum gl. Font.

a ¶ Poſt.] 1 non tamen continue & pacifice ſpatio xl. annorum, ideo dicit, quandoque. illa igitur adminiſtratio p̄cedentis temporis tollitur per p̄ſcriptionem ſequentem. adminiſtratio autem p̄ſcriptionem ſequens illam non tollit, niſi alia interuenirent, quæ ius alioru̅ haberent perimere.

ADDITIO. Idem Archidiaconus.

b ¶ Prioratu.] Prioratus eſt generale verbum quod ad prioratum ſæcularem, vel regularem poteſt extendi: ſed ratione perſonę impetrantis, qui clericus ſæcularis eſt, ſibi regularis prioratus conferri nō potuit, vt arctetur id ſolum ad ſæculares: nam graue eſt inexpertos, &c. 19. q. 3. monaſterijs. in antiq. de elec. cum ad noſtram. & cap. officij.

c ¶ Sęculari.] quid ſi tempore impetrationis ſecularis erat impetrans, modo factus eſt regularis: nūquid de tali prioratu ſibi poterit p̄uideri? Credo quòd non: p̄ decre. ſ. eo. lib. de reſcr. ſi eo tempore.

d ¶ Iuxta modum p̄miſſum.] ſupra proximo reſponſo, ſcilicet per quadraginta annos continue & pacifice ab vno vel pluribus inſtitutis in ipſo.

poſt a † religioſi quandoque † miniſtrauerint in eodem. ¶ Quando vero ſcribitur, vt prouideatur de aliquo prioratu b alicui clerico ſæculari c prouideri non poteſt de prioratu, qui per religioſos (iuxta modum d præmiſſum) eſt ſolitus gubernari: Niſi hoc in litteris caueatur expreſſe.

¶ Idem.

¶ *Habere perſonatum cu̅ cura, & prabendam, cui annexa eſt parochialis eccleſia, non eſt contra concilium generale. Io. Andr.*

CAP. VI.

Super eo, quod e præbe̅das, quibus parochiales eccleſiæ ſunt annexæ, f † in quibus ſpiritalem iuriſdictionem ſecundum eccleſiæ veſtræ conſuetudinem approbatā, & ſic ſecundum aliquorum interpretationem curam animarum habetis, ſimul cum perſonatibus g (quorū aliquibus cura imminet animarum) in eadem h eccleſia obtinens, vobis (cum hoc generali concilio i † non obuiet k) diſpenſatio l neceſſaria non exiſtit.

¶ Idem

¶ *In impetratione beneficiorum inſpicitur data, non præſentatio vel receptio. Ioan. Andr.*

CAP. VII.

Eum,

Super eo.] Non diuiditur: dici tamen poteſt, ꝙ decidit caſum, & rationem interſerit: ibi, Cum hoc. Io. And. Præmitte, ꝙ pluralitas beneficiorum curatorum eſt prohibita. ſupra eo. de multa. Dominicus.

e Præſupponendum eſt pro intellectu huius cap. illud quod habetur in cap. de multa. eo. titu. in antiq. videlicet, quòd ſi quis obtineat dignitatem vel perſonatum, & ei conferatur aliud beneficium ſimile, vel eccleſia parochialis primum vacat habita poſſeſſione ſecundi beneficij: & ſi contendat retinere primum, vacat vtrunque.

CASVS. Cum obtinerem dignitatem vel perſonatum, epiſcopus Pictauenſis mihi contulit præbendam, cui erat annexa eccleſia parochialis: acceptaui præbendam cum ſua annexa, & apprehendi poſſeſſionem, an vacet mea dignitas, vel perſonatus? Reſpondet quòd non: quia eccleſia parochialis eſt ſimplex beneficium, & compatibile cum dignitate vel perſonatu: ideo poſſum illa duo obtinere ſine diſpenſatione Apoſtolica: ſecus ſi eccleſia parochialis eſſet per ſe: quia tunc eſſet neceſſaria diſpenſatio à ſede Apoſtolica: Ratio diuerſitatis eſt: quia quando eccleſia parochialis eſt annexa præbendæ, dicitur eſſe ſuppreſſa & extincta: ideo cenſetur ſimplex beneficium. Perſonatibus] non intelligatis, quòd vnus & idem poſſit obtinere plures perſonatus: ſed loquitur iſte text. de pluribus beneficijs, ex pluribus perſonis, quibus conferuntur Nota primo, quòd magis dignum poteſt annecti minus digno: Nam magis eſt digna animarum cura, quam canonicatus. de ætate & qualitate, cum ſit. in antiq. Nota ſecundo, ꝙ eſt poſſibile ex conſuetudine eccleſiæ retinere in eodem corpore perſonatus curam & præbendam: etiā ſi præbendæ ſit annexa eccleſia parochialis. de conſue. c. 1. eo. lib. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.]

e ¶ Super eo quod.] habere perſonatum cum cura, & p̄bendā, cui annexa eſt parochialis eccleſia, non eſt ↄ̄ cōciliū generale. Et reprobatur p̄ iſtam decre. opi. Ber. ſ. eo. ti. extirpandæ. §. qui vero. cui fauet Guil. in Spe. tit. de legato. §. videndū. verſ. quid ſi habeo. & approbatur opi. Inn. & Hoſtien.

ADDITIO. Et dicit Archi. quòd hoc dicebat conſtitutio extrauagans Innocen. iiij. ſalubriter. & dicit, quòd audiuit à Sp. quòd vidit illam ſub bulla. In ver. tamen palle. dicit, ꝙ numquam vidit hoc diffiniri, quod tn̄ vidit ſæpius agitari: nec ego vidi illam cōſtitutionem. Io. An.

f ¶ Annexæ.] in quibus deſeruire debet p̄ vicarium p̄petuum vt in p̄di. §. ſed an ipſe vicarius, vel ipſe p̄bendarius curam animarum illius parochiæ habeat, de hoc fuerunt opiniones diuerſæ, vt ſequitur: vicarius enim curam animarum habet, 3 quod probatur ſupra in anti. de offi. vic. ex parte. ſed vt vicarius. vt ibi not. Ber. cum ergo rector ſpiritualem iuriſdictionem ibi habeat, & ſuper vicarium exiſtat: quia excommunicari poteſt, & ſimilia facere: ergo quin curam habeat negari non poteſt. 4 ſ. de elect. dudum. ij.

g ¶ Perſonatibus.] & ſic vr̄ ꝙ vnus poſſit plures perſonatus, & p̄bendam etiam cum parochiali annexā in eccleſia obtinere ſine diſpenſatione Papæ: vnde contradicit aperte. ſ. eo. lib. de cōſue. c. 1. Sed hic Papa pluribus loquitur. vt vides ↄ̄. vbi dicit, obtinetis. vnde pluribus canonicis eiuſdem eccleſiæ de hoc quærentibus conſultus Papa reſpondit: & ſic non eſt contra.

h ¶ In eadem eccleſia.] idem & multo fortius in diuerſis. ad hoc ſ. de conceſ præb. litteras.

i ¶ Concilio.] ſ. eo. de multa.

k ¶ Non obuiet.] cum enim acceſſorium habeat ſequi naturam principalis.] ſupra eo. lib. de offi. dele. ſi ſuper gratia. ↄ̄ de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concor. & de p̄benda non eſt cautum ꝙ vacet, ergo nec vacabit capella acceſſoria ad p̄bendam. ad hoc, ff. de ſer. ru. prædi. l. vna eſt via. ff. quemadmodum ſer. amit. ſi communem. ad hoc ↄ̄ e. quia ſæpe. p̄terea ceſſat ratio prohibitionis: quia in eccleſia annexa præbendæ non tenetur reſidere, vt ſupra eo. c. extirpandę. ergo cōſtitutio, de multa. hic locum non habet.

l ¶ Diſpenſatio.] intelligo Papę, de qua loquitur concilium, de quo mentionem fecit: aliàs in p̄benda & dignitate bene requiritur diſpenſatio ep̄i, niſi conſuetudo eccleſiæ aliud induceret. vt illa ſine diſpenſatione ſimul poſſint de iure teneri. 5 ad hoc ſupra eo. lib. de reſcri. gratia. & quod ibi dixi. Dicebat ergo Inno. & Hoſt. ſupra eo. extirpandæ, hunc eſſe caſum, in quo de iure cōmuni, vel ſaltem de cuiuſlibet ſuperioris diſpenſatione ſecundum diuerſas opiniones, quas not. ſupra eodē tit. cum iam dudum. quis plures curas habebat.

Eum cui.] Decidit caſum, cuius dubium fortificat ibi, Licet iſti. Ioan. And.

3 Vide q̄d de iſta vnione no. cle. ſi vna. de reb. eccl. non alien. & c. ſi vnire. de excep. prælat. Pe. de Anc. Font.

† Hoc eſt generale cōci. Lateran. ſub Inn. iij. c. 29.

3 In actu, quo ad forum pœnitētiale. Do. Phil. Fon.

4 Verū eſt in habitu. Do. Phil. F.

5 Placet do cto. Font.

CA-

CASVS. Papa contulit mihi ius canoniæ in eccleſia Pictauenſi: & mandauit decano & capitulo eccleſię Pictauenſis, vt de facto me reciperent in fratrem & canonicum, & me inſtallarent: Poſtea Papa in eadē eccleſia Pictauenſi fecit ibi ſimilem gratiam: quia te creauit canonicum eccleſiæ Pictauenſis, & mandauit decano & capitulo ipſius eccleſiæ, vt de facto te reciperent in fratrem & canonicum. tu fuiſti diligentior me: quia licet eſſem prior in impetratione, tamen tu primo præſentauiſti litteras tuas decano & capitulo, qui te receperunt in fratrē, & canonicū: ego poſtea p̄ſētaui litteras meas: & ſecundo me receperūt in fratrem & canonicum: Accidit φ ſtatim poſt vacauit quædam p̄benda: quæritur cui noſtrum debeatur? Reſpondet φ mihi, qui primus fui in impetratione: licet fuerim poſterior in p̄ſētatione litterarum. Nota primo, φ ex canonicatus collatione acquiritur ius, etiam ſine alia receptione in canonicum. ad hoc ī. eod. ſi clericus. Nota ſecundo, quòd idem eſt prouiſio φ collatio: patet hic: quia dicit, iuxta ſuæ prouiſionis, & ſ. dixit de collatione. Dominicus.

†No. hoc: q a ſi à capitulo nō aſſeceretur præbenda no. Doc. ī. eod. inter cætera. Petr. de Anch. Fon.

Etſi illorum executores cōtra iſtum fulminarēt cēſuras, nō ligaretur: quia tales cenſuræ non ligant niſi iniuſte & de facto reſiſtentes. ī. e. pro illorū. Pe. de Anc. & vide hic Fel. in cap. eam te. de reſcr. Font.

cui canonicatus alicuius eccleſiæ à ſede † Apoſtolica eſt collatus; [b] licet nondum ſit in ea receptus; decernimus in aſſecutione præbendæ (iuxta ſuæ prouiſionis ordinem) omnibus præferendū, [c] † quibus poſtmodum in ipſa eccleſia ſimilis [d] gratia eſt conceſſa: Licet iſti [e] primo ſuas litteras præſentauerint: & primo [f] recepti fuerint in eadem.

¶ Idem.

¶ Per litteras Apoſtolicas nō facientes de defectu ordinis mentionem, poteſt impetranti de curato beneficio prouideri: ad ordines tamē ſe faciet proximis temporibus promoueri. Ioan. An.

[Gloſſa prima ponit ſummam, & quid declarat.]

a ¶ Eum cui.] In impetratione beneficiorū inſpicitur data, non præſentatio vel receptio. Emanauit ad declarationem omnium, quæ not. ſupra, de reſcri. capitulū. & reprobatur communis opinio.

b ¶ Collatus.] longe diuerſum eſt conferre, & mandare conferri. ad hoc ſupra eod. lib. de reſcript. tibi qui & c. duobus.

ADDITIO. Et plene not. ī. de conceſ. præb. ſi ſoli. in vlt. glo. Ioan. And.

c ¶ Præferendum.] niſi in caſu ī. e. ſi clericus. §. verū. ad hoc. ſ. eo. lib. de reſcri. tibi qui, in fi.

§ Placet Doctor. Fon.

d ¶ Similis.] ideo dixit, quia ſecus ſi maior, vt puta, φ omnibus prioribus pręferatur, vt ī. de conceſ. præb. auctoritate. ad idem in caſu ī. eo. quia ſæpe.

e ¶ Iſti.] poſteriores impetrantes.

[Glo. ſeq. iuſtificat textum.]

f ¶ Primo.] approbatur ergo illa lectura decret. capitulum φ ibi, prius, ſit nomen non aduerbium: Et certe ſatis erat abſurdum dicere, φ per curſum tuum tu me p̄uenires in iure iam mihi acquiſito. Et ſcire debes, φ ſicut primo impetrans præfertur omnibus ſecundo impetrantibus in hoc caſu: ſic præfertur omnibus, quibus præbenda vacans, etiam ab ignorantibus conferretur, vt ī. eo. ſi poſtquam.

Item not. in præalle. decret. tibi q de reſcr. Io. And.

SI pro.] Primo decidit caſum, quem ſecundo determinat ibi, Oportebit. Ioan. And.

Pro intellectu, huius c. habemus p̄ſupponere illud q̄d habetur in c. cum in cunctis. de ele. in antiq. Videtur φ ad hoc vt quis ſit idoneus ad beneficium curatū, quattuor ſunt requiſita; videlicet ætas, ſcientia, certus ordo, licet de ordine non fiat mentio in dicto c. cum in cunctis. Item quarto requiritur maturitas morum. Et taciturnitas iſtorum quattuor, vel alicuius iſtorum quattuor, reddit litteras ſubreptitias.

CASVS. Papa fecit tibi gratiam, & mandauit epō Pictauen. vt de beneficio ſpectante ad ſuā collationem tibi prouideret, ſi q̄d vacaret: alioquin de proximo vacaturo: etiam ſi illi beneficio immineret cura animarum: & in litteris Papæ nihil dicebatur de defectu ordinis. vtrum virtute gratiæ tibi factæ poſſit prouideri de beneficio curato, ita quod taciturnitas ordinis non faciat litteras tuas ſubreptitias? Reſpondet Romanus Pontifex, φ licet patiaris defectum ordinis: tamen litteræ tuæ non ſunt ſubreptitiæ: poſito quòd in eis nulla fiat mentio de defectu ordinis: Nam ſufficit φ poſſis promoueri ad beneficium curatum infra annum. c. licet canon. de elect. ſupra eo lib. & c. cum in cūctis. alleg. ſecus ſi patiaris defectum in ætate, vel ſcientia: nā tunc litterę tuę eſſent ſubreptitiæ, & virtute illarum nō poſſet tibi conferri beneficium. Nota textum iuxta gloſſam, quòd in promouendo ad eccleſiā parochialem requiruntur quattuor, ſcilicet, ætas, ſcientia, morum honeſtas, & ordo: patiens defectum in tribus primis, non promoueretur auctoritate Apoſtolica: ſecus ſi pateretur defectum in quarto, puta in ordine, vt hic. nota beneficium curatum poſſe conferri nondum promoto ad ordinem: ſed ſufficit, quòd promoueatur infra annum.

CAP. VIII.

SI pro clericis [g] pauperibus, vel alijs [h] noſtras litteras, vt eis de beneficijs prouideas, etiam ſi animarum [i] cura ſit annexa eiſdem, recipere te contingat: ipſis (licet nec in ſacris ſint conſtituti ordinibus, nec de defectu [k] ordinum in eiſdem litteris mentio habeatur) poteris de beneficijs curam habentibus licite prouidere; [l] nec prætextu dicti

[Prima gloſ. ſummat, & dicit vnde ſumpta.]

g ¶ Si pro clericis.] Per litteras Apoſtolicas non facientes de defectu ordinis mentionem, poteſt impetranti de curato beneficio prouideri: ad ordines tamen ſe faciet proximis temporibus promoueri. Tracta fuit de extrauaganti. quæ incipiebat venerabilibus fratribus. aliàs ſuper prouiſione. & fuit Alexandri.

[Glo. ſeq. dicit quare illud, alijs, fuerit additum. & quod declarat, & hoc iuſtificat.]

h ¶ Alijs.] hoc fuit non ſine myſterio dictum, quia conſtitutio Alexandri ſolum de pauperibus loquebatur: vnde multi dicebant, ſecus in alijs. & declarat hic q̄d not. Compoſtella. in antiq. de reſcr. capitulum. in glō. quia quæſtionet. §. item quęritur, an collatio. Et not. quòd quattuor requiruntur in promouendo, ſcientia, ætas, mores, & ordo in primis tribus patiens defectū, auctoritate litterrarum ſedis Apoſtolicæ non promouetur: niſi fiat mentio ī. in antiq. de æta. & qual. cum te. & c. ſeq. in quarto ſic, vt hic vides, & ſic caute decr. illa quartum omiſerat.

i ¶ Animarum cura.] aliàs enim niſi hoc eſſet expreſſum. de curato prouideri non poſſet. ſu. de præb. c. vlt. ī eo. tit. cum in illis.

k ¶ De defectu ordinum.] ſecus in defectu ætatis. ſupra eodem libro, de reſcr. ſi eo tempore. Et nota, quod bene probat iſta littera, & inferior, quæ idem repetit: quod promouendus ad curam, ſi non eſt in ſacris, defectum patitur. & facit ad id quod dicam infra gl. proxima.

[Glo. ponit opinionem quam non approbat.]

l ¶ Prouidere.] olim de iure cōi tales ad talia beneficia nō poterāt aſſumi. ī. de æta. & qua. præterea, hodie

dicunt

1 Et hoc placet Arc. Io. And.

2 Saltē quo ad parochiales eccleſias de quib. loquitur. I. A.

dicunt quidam 1 indiſtincte, ꝙ poſſunt. ad hoc ĩ. eod. lib de ele. cum ex eo. ĵ. de inſt. c. 2. & hic. Sed non ſum auſus corrigere decre præterea.: & dico ab ea recedendum ſolum in caſibus, in quibus hoc expreſſum inuenio, vt hic, & ĵ. de inſtit. c. 2. in alijs ſalua maneat: & ſecundum hoc intelligo decr. cum ex eo.

ADDITIO. Vt ibi no. in gl. per hoc. vide quod dixi de elec. dudum. 1. ſuper ver. vel ordinibus. Io. A.

✝ Vide cõc. Trid. ſeſ. 22. de ref. c. 4.

a ¶ Oportebit.] vnde ſolet exprimi in litteris, ſm ſtylum curię: ita tamen ꝙ idem clericus ſe faciat ſtatutis a iure, &c. & perſonaliter, &c.

b ¶ Requirunt.] de iure communi, conſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ. ad hoc ꝙ dixi ſup. de ſi. presb. c. 1. 1. reſponſo.

Ordines quibus tēporibus poſſint conferri.

c ¶ A iure.] vt i quatuor tēporibus anni, & in ſabbato ſancto, & ſabbato mediæ quadrageſimæ. in authen. de temp. ord. c. 2. & 3. minores autē conferri poſſunt in feſtiuis diebus, vt ibi & eo. ti. c. 1. Io. And.

[Glo. ſeq. diſtinguit, & in ſecundo membro tres caſus excipit.]

defectus tua poterit prouiſio impugnari. Oportebit[a] tamen, vt ipſi ad ordines, quos requirunt[b] ✝ collata eis beneficia, ſe faciant in proximis ſtatutis à iure[c] temporibus promoueri.[d]

¶ Idem.

¶ *Mandato alterius ſuper prouiſione faciēda per Papam impleto, prouiſio auctoritate Papæ intelligitur eſſe facta. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. IX.

SI eum ſuper cuius[e] prouiſione Apoſtolicæ ſedis legatus in certa eccleſia ſuas litteras,[f] quibus obtemperatum non fuerat, deſtinarat: Mandemus auctoritate[g] noſtra in ipſa eccleſia in canonicum recipi & in fratrem; ſibique prouideri de præbenda iuxta ipſius legati continentiam litterarum: talis receptus[h] huiuſmodi noſtri auctoritate mandati, non legati, ſed noſtra ✝ intelligitur auctoritate receptus: Et ideo eſt in aſſecutione præbendæ omnibus poſt eũ eadem[i] auctoritate receptis, in dicta eccleſia præferendus.

¶ Idem.

¶ *Mandatum alternatiuè plures collatores includens, verificatur in primo vacante. In ſimul vero vacantibus ordo ſcripturæ ſeruatur. hoc dicit ſecundum Domin.*

d ¶ Promoueri.] ꝙ ſi moniti non fecerint, poterunt eiſdem priuari, vt patet ſupra, in antiq. de elect. c. cum in cunctis. in §. inferiora. [Hodie imponitur noua pœna reſeruatis antiquis per cle. vt hi qui. 2. reſponſo. de ætа. & qual.] Si autem beneficium ſit curatum, 3 priuatus eſt ipſo iure: niſi ſacerdos fuerit infra annum. ſupra eod. lib. de ele. licet canon. niſi eſſet eccleſia collegiata, vt eo. ti. [iam alleg.] c. ſtatutum. vel habuerit iuſtum impedimentum. eod. ti. commiſſa. §. 1. vel ſecum fuerit diſpenſatum. eo. titu. cum ex eo.

3 Cautius dixiſſem parochialis eccleſia. Io. A.

SI eum ſuper cuius. Primo decidit caſum, ex quo infert deciſionem alterius: ibi, Et ideo. Io. And.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum, ꝙ cum in aliqua eccleſia ſunt plures expectantes: aliquis auctoritate Apoſtolica, alius auctoritate ordinaria beneficium: primum uacans non poteſt deberi omnibus: nā beneficium debet eſſe unius, ſed expectanti auctoritate Apoſtolica eſt conferendum: quia ille præ cæteris eſt præferendus.

CASVS. Canonici eccleſiæ Pictauenſis auctoritate ſui ordinarij receperunt quendā Titium in fratrem & canonicũ: & ei promiſerunt præbendam primo uacaturam: tñ iſta promiſſio non eſt obligatoria: Item legatus Cardinalis mandauit canonicis eccleſiæ Pictauenſis vt quendam Caium reciperent in fratrem & canonicũ, & ſibi reſeruauit primam vacaturam: iſte Caius litteras ſuas præſentauit canonicis eccleſię Pictauen qui ipſum noluerunt recipere in fratrem & canonicum: vnde acceſſit ad Papā: qui mādauit ipſis canonicis ſub hac forma: Mandamus, quatenus talē Caium pro quo ſcripſit talis Cardinalis legatus, recipiatis in fratrem & canonicum: & ei præbendam primo vacaturam conferatis, ſecundum continentiam litterarum ipſius legati: quęritur, vtrum iſte uideatur receptus auctoritate Apoſtolica vel legati? Rñdet ꝙ eſt receptus auctoritate Apoſtolica, & non legati: & ideo præfertur omnibus alijs habentibus ſimplicem gratiā in ea eccleſia. Nota primo iuncta glo. quòd Papa poteſt dare ius ad beneficium primo vacaturum: legatus vero non poteſt: licet poſſit reſeruare beneficiũ primo vacaturum in fauorē certę perſonæ: Ratio diuerſitatis eſt: quia ille nõ tm̃ procurabit mortē viuentis, ſicut ſi haberet ius ad beneficium primo vacaturum: nam licet legatus reſeruauerit tale beneficiũ primo vacaturum: in fauorem iſtius, tamē poteſt legatus iſte recedere à reſeruatione, & illud beneficium alteri cõferre: & ideo non ita procurabit mortē uiuentis. Nota ꝙ ſi Papa mandat aliquem recipi in canonicum iuxta tenorem litterarum ſui legati: licet Papa ſe referat ad litteras ſui legati: tamē iſte talis dicitur receptus auctoritate Papæ, & non auctoritate legati. Et ad hoc emanauit pſens c. & iſtud verum, niſi talis primo eſſet receptus auctoritate legati. Ratio dubitandi ad iſtud c. fuit: quia dicebat Papa, recipiatis talem Caium iuxta tenorē litterarum talis legati. Sed ratio decidendi: quia in litteris Apoſtolicis dicebatur, vt iſte Caius reciperetur auctoritate Apoſtolica. Nota vlterius, ꝙ inter receptos auctoritate Apoſtolica quando habent ſimiles gratias, qui prior eſt tempore, potior eſt iure: ſed illa prioritas attēditur à tempore impetrationis litterarum, & non à tpe pręſentationis earũdem. ſup. eo. ti. c. cum cui. Nota etiā, ꝙ litteris legati creditur ſuper collationibus beneficiorum ad eum iure legationis pertinentium. materiā vide de probatio. c. poſt ceſſionem. No. finaliter, ꝙ verbũ auctoritate noſtra, inducit actum delegationis. vide ĩ. eo. lib. de reſcr. cum aliquibus. Dominicus.

✝ In ꝯrium adducit Petrus de Ancha. l. ſi ſeruus. ff. de hę re. inſti. l. vnũ ex fami. ff. de leg. 2. ſol. vinceret ꝯria, ſi per reſeruationē legati, alteri ius acquireretur, ſed non. Fon.

Ratio dubitandi & decidendi.

[Prima gl. dicit vnde ſumpta ſit, & quid declaret.]

e ¶ Si eum ſuper cuius.] Tracta fuit de extrauaganti, quæ incipiebat, dilectus filius. Emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Compoſtella. ſupra, de reſcript. capitulum. in glo. quia quæſtiones. ver. ſed pone quod prior. & Guil. in Specu. tit. de legato. §. nunc tractemus. verſ. quid ſi per.

f ¶ Litteras.] reſeruationis: nā legatus vacaturā non confert, vt ſup. eo. ti. in antiq. c. dilectus filius T. ſed bene reſeruat collationi ſuæ: & ſuper ea conferenda cum vacabit dat executores, ut ſup. eo. lib. de offi. leg. c. 3. & 4. & ĵ. eo. ti. ſi Apoſtolicæ.

g ¶ Auctoritate noſtra.] litteræ igitur gratioſæ ſic miſſæ faciunt illum cenſeri auctoritate Apoſtolica receptũ ex quo ſic exprimitur. ad hoc ſup. eo. lib. de reſcr. cum aliquibus. in ſi.

h ¶ Receptus.] poſt impertitam enim auctoritatem à Papa, talis gratia Papalis intelligitur. ĵ. eod. ſi Apoſtolicæ. 4 & C. de veteri iure enuc. l. 1. ante medium.

4 Quod hic no. Io. Mo. ibi dicā ſup gl. nõ in ſorma. Io. An.

i ¶ Eadem.] nam ſi minori præfertur, etiam prioribus, vt infra eo. hi qui.

Mandato

CAP. X.

MAndato [a] noſtro ſub ea forma tibi directo, vt alicui prouideas de [b] beneficio ad collationẽ tuam vel alterius pertinente. De beneficio quod primo vacabit [c] (ſiue ad tuam, ſiue ad illius [d] collationem pertinuerit) ei pro quo ſcribitur, prouidere debebis. Si vero plura beneficia ad tuam & illius collationem forſan ſpectantia ſimul [e] vacent: tunc ſcripturæ ordinem [f] ſeruare habebis, vt illi ſolum prouideas de illo beneficio, quod ad te [g] noſcitur pertinere.

¶ Idem.

¶ *Si clericus, cui mandabatur prouideri de præbenda primo vacante, negligit petere præbendam ſibi debitam: extincta eſt gratia. Si autem ſibi collatus fuerit canonicatus: tunc habebit præbendam, cum nullus eſt ibi expectans auctoritate Apoſtolica. Ioan. Andreæ.*

CAP. XI.

SI ¶ † cleri-

MAndato noſtro.] Ponit thema, cuius dubium ſoluit diſtinguendo: primum membrum: ibi, De beneficio. Secundum ibi, Si vero. Io. And.

CASVS. Papa mandauit epõ Pictauenſi ſub hac forma: Mandamus vt tali conferas beneficium proximo vacaturum, ſpectans ad tuam collationẽ, vel alterius prælati: nũc vacat beneficium ſpectans ad collationem epi Lemouicen. illud voluit mihi conferre eps Pictauẽſis. Dicit eps Lemouicen. non cõferatis, quia Papa mãdauit nobis alternatiue: ideo expectetis quod prius vacet beneficiũ ſpectãs ad veſtram collationẽ: an bene dicat? Certe non: ſed poterit eps Pictauen. mihi conferre beneficium ſpectans ad collationem epi Lemouic. Sed ponamus, ꝙ eodem tẽpe vacauit beneficiũ in diœceſi Pictauen. & aliud beneficium in diœceſi Lemouicenſi: quod iſtorũ beneficiorum mihi conferet? R̃ndet ꝙ ex eo ꝙ eps Pictauẽ. primo fuit nominatus in litteris Apoſtolicis, debebit ſeruare ordinem litterarũ, vt primo conferat beneficiũ ſpectans ad collationẽ ſuam. Sed quid ſi in litteris dicatur, ꝙ epiſcopus Pictauen. conferat mihi beneficiũ ſpectans ad collationẽ epi Lemouicen. vel ſuam? Certe licet tunc vacẽt duo beneficia, vnum in diœceſi Lemouicenſi: aliud in diœceſi Pictauenſi: poterit conferre illud beneficium quod vacat in diœceſi Lemouicenſi, ꝙ ſpectat ad collationem epi Lemouicenſis. Nota ꝙ beneficium primo vacans debetur præciſe qñ Papa mandauit de beneficio proximo vacaturo. Et iſtud verum, niſi primum beneficium fuiſſet vacans in fraudẽ: quia tũc poſſum omittere primũ, & petere ſecundũ. Sed ceſſante fraude, debeo acceptare primum: ꝙ ſi omittam petere primum, non poſſum poſtea petere ſecundum. Et verum, niſi in litteris meis diceretur hoc modo: mandamus quatenus conferas tali primum beneficium proximo vacaturũ, ſi illud duxerit acceptandum: aliàs eidem conferas primum beneficiũ quod ipſe acceptandum duxerit, quę verba hodie cõiter ponit Papa in ſuis litteris. Nota inſuper, ꝙ qñ Papa ſcribit de beneficio ſpectante ad collationem vnius vel alterius, ita ꝙ ſunt duo grauati: tunc beneficium ſpectans ad collationem primo nominati, debetur illi pro quo Papa ſcribit. Et hoc verũ, ſiue ille cui ſcribitur ſit primo nominatus, ſiue alter. Nota vlterius in alternatiuis diſpoſitionib. illud adimplendum, quod prius peruenerit ad caſum in diſpoſitione incluſum. No. finaliter ꝙ in alternatiuis præſtationibus eſt ſeruandus ordo ſcripturæ, quando qualitas ſecũda iuncta alternatiuæ additur in defectum, vel ſubſidiũ primæ. vide gl. fi. 63 diſt. metropolitano. & glo. in regula in alternatiuis. ꝭ. de reg. iu. Dominicus.

[Prima gl. dicit vnde ſumpta ſit, & quid declaret.]

a ¶ Mandato.] hæc decretalis ſatis plane tracta fuit de extrauag. Alexandri iiij. quæ incipiebat: ſua nobis, 1 Et emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Compoſtel. ꝭ. de reſcr capitulum in gl. quia quæſtiones. §. ſed quid ſi in hac forma.

ADDITIO. Ibi ponit de duabus formis: ſcilicet, tuam, vel alterius & tuam, alioquin ad cuiuſcunque collationem ſpectante. Et dicit hic Archidiac. quod in iſta ſecunda forma hic non corrigitur dictum Alexand. de quo præmiſi: quaſi intendat, ꝙ plus importat illud, alioquin, quàm alternatiua, vel Guliel. poſuit ſecundam formam tantum in Spec. de act. & peti. §. ſuper actionibus. ver. item ſi ſcribitur. Ioan. Andr.

b ¶ Ad collationẽ.] de illo igitur quod ꝑtinet ſolum ad præſentationẽ vel inſtitutionẽ, non poterit talis prouidere: nec ẽ conuerſo. ꝭ. e. ti. cum in illis. §. cum autem.

c ¶ Primo vacabit.] intelligo ſine fraude: ꝑ decreta. ꝭ. eo. lib. de renun. c. 2. [Idem Archidiaconus.]

d ¶ Ad illius.] eſt ratio: quia de primo ꝓuidendum eſt, aliàs eadẽ ratione de centeſimo. ad hoc. ff. de verb. obl. cum qui calendis. de illo igitur ꝓuideatur, ne videatur extingui gratia. ꝭ. eo. ti. & lib. eũ cui. & ꝭ. c. prox. quod verũ eſt, niſi in litteris eſſet clauſula: quod duxerit acceptandũ. inf. de conceſſ. præb. quia cunctis. & c. ne captandæ.

e ¶ Simul vacent.] pone mortuus vel promotus eſt clericus, qui habebat illa duo beneficia, vel duo clerici ſimul mortui, vel promoti: vel renunciauerunt, nec apparere pôt quis primo. ad hoc ꝭ. eo. lib. de reſcr. duobus.

f ¶ Scripturæ ordinem.] & eſt ſim. ꝭ. eo. lib. de elect. ſi quis iuſto. §. 1. in fi. 43. diſt. ſit rector. in fi. ff. de vſufr. quotiens. 1. reſponſo. ad hoc facit quod dixi ꝭ. de re iu. in alternatiuis. & facit ff. de leg. 2. cum pater. §. vlt. & ff. ad Treb. l. hæredes. §. fi. & vide quod no. ꝭ. in anſ. de reſcript. cum dilecta.

[Glo. ſeq. ponit rationem, & duos caſus ſoluit.]

g ¶ Ad te.] aliàs eſſet in poteſtate illius cui ſcribitur ſe exonerare. 3 Dico tamen ꝙ idem iuris eſſet in ordine conuerſo, ſcilicet quãdo ſcribitur ad alterius, vel tuam, &c. quia tunc etiam ſi ſimul vacent, prouidebit de ſpectante ad collationem alterius, ordinẽ ſcripturę ſeruando, vt ꝭ. dixi. & expone, ad te idest, ad tui collationem. Et quod dicit decre. hic, per omnia. verũ intelligo, cum etiam tertiæ perſonæ ſcribitur, puta mihi, vt tibi ꝓuideã de beneficio ſpectante ad collationem talis aut talis: nam tibi de primo vacante ꝓuidebo, aliàs ſcripturæ ordinem obſeruabo eadem ratione. [Idem. Archid.]

SI clericus.] Soluit duos dubios caſus circa illũ, qui negligit gratiam proſequi, & primo primũ, rationẽ ſubdens: ibi, Cum facta: ſecundo ſecundum: ibi, Verum. rationem diuerſitatis interſerens ibi, Cum remanſerit. determinat: ibi, Dummodo. & declarat: ibi, Et eidem. & decretum apponit: ibi, Aliàs facta.

¶ Præſupponendum primo ꝓ intellectu huius c. ꝙ cũ Papa ſcribit canonicis pro aliquo, aliquando mandat, vt præbendam ei aſſignent ſi vacet, alioquin proximo vacaturam: & poſtea eũ recipiant in fratrem & canonicum, & tunc ſi iſte pro quo ſcribitur fuerit negligens in petẽda præbenda primo vacatura, extincta eſt ſua gratia. Aliquando autem Papa confert alicui ius canoniæ, & mandat canonicis vt illum pro quo ſcribit, recipiant in fratrem & canonicum, & ſibi aſſignent præbendam ſi vacet, alioquin proximo vacaturã: iſto caſu ſi iſte pro quo ſcribitur fuerit negligens in petendo primam vacaturam, non propter hoc eſt extincta ſua gratia.

CASVS. Papa mandauit canonicis eccleſiæ Pictauenſis,

1 Qui dixerat ex quo is cui ſcribitur hẽt beneficia ad ſuam collationem ſpẽctantia. etiã ſi nõ vacent quã de alijs ꝓuidere nõ poteſt: quod hic reprobatur. Io. An.

† Vide concil. Tri. ſeſ. 24. de ref. c. 19 vbi mandata de prouidẽdo tolluntur.

2 Ordo ſcripturę ſeruãdus eſt, vide late Dec. in c. qm abbas. de offi. deleg.

3 Supple & aliũ onerare: & hoc fieri non debet. ff. de eo quod certo lo. l. 3. in prin. Arch. Io. And.

cus, [a] pro quo a ſede Apoſtolica recepiſti mandatum, vt ei de præbenda proximo vacatura in certa eccleſia prouideres, eumque poſtea [b] in canonicum ipſius eccleſiæ recipi faceres [c] & in fratrem, præbendam ſibi debitam [d] quando vacat petere negligenter [e] omittat: aliam [f] poſtmodum in ipſa eccleſia vacaturam nequibit prætextu dicti mandati petere, nec tu de ipſa ſibi poteris prouidere: cum facta ei gratia per ipſius negligentiam ſit extincta. [g] Verum ſi præfatus clericus fuiſſet auctoritate Apoſtolica effectus [h] ab initio canonicus in eccleſia prælibata, tunc (cum remanſerit in ea canonicus) dicta negligentia [i]

ſis. vt mihi aſſignarent p̄bendam ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam, & poſtea mihi conferrent ius canonicatus: accidit quòd poſtea vacauit p̄benda in eccleſia Pictauenſi. Certum eſt, quòd illa eſt mihi debita & nõ alia: fui negligens in petenda p̄benda: vtrum gratia mea ſit expirata, ita quòd non poſſim petere aliam præbendam? Reſpõdet quod extincta eſt mea gratia: ratio eſt: quia adhuc non habeo ius canonicatus; virtute cuius poſſum petere præbendam mihi deberi. Sed quid? ponamus, quod Papa contulit ius canoniæ & mandauit canonicis eccleſiæ Pictauenſis, vt mihi aſſignarent præbendam ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam. vacauit aliqua præbenda, fui negligens in petenda illa præbenda: vtrum expirauit mea gratia? Reſpondet, quod non; quia iam iamque fui creatus canonicus, propter quod ius canoniæ ſi inueniam aliquam præbendam vacare, potero illam petere. Et iſta ſunt vera, dum tamen in eccleſia non ſit alius expectans auctoritate Apoſtolica: & tunc in hoc caſu quando eſt alius expectans auctoritate Apoſtolica, non expirat gratia mea, ſed collatio non fiet mihi per meũ executorem: q̃a meus executor ſolum recepit poteſtatem, vt mihi prouideret de p̄bẽda primo vacatura: ſed collatio eſt fienda per ordinarium. & ſi ordinarius alteri conferat, collatio erit nulla ipſo iure. Nota primo, quòd Papa poteſt alicui dare ius ad beneficium non vacans. Nota vlterius, quòd extincta gratia Apoſtolica, extincta eſt gratia executoris ad illam gratiam exequẽdam: quia poteſtas executoris eſt acceſſoria ad gratiã. Nota principalem effectum huius c. videlicet, quòd ſi Papa mandauerit alicui ꝓuideri de præbenda, & poſtea mandet illum recipi in fratrem & canonicum: primo vacatura eſt illi conferenda & non alia. Nota inſuper, quòd cum quis habet ius canoniæ ſub expectatione p̄bendæ, ſi non petat primam præbendam, non eſt extinctus primus canonicatus, ſed virtute eius poterit petere aliam præbendam. Eſt iſtud verum, vt dixi, ſi in illa eccleſia non ſit alius expectans auctoritate Apoſtolica: quia tunc illi expectanti debetur, & nõ alij. Nota etiam, ꝙ impetrans beneficium debet exprimere ꝙ ſit clericus vide de reſcri. in antiquis, c. poſtulaſti. & de tranſact. ex litteris. Nota finaliter, ꝙ per negligentiam quis perdit ius, ſuum, & ſic iura non ſubueniunt negligentibus. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.

[Gl. ſeq ponit rationem inducẽs duo iura: demum ponit decem caſus, quibus ſecũdo impetrãs primo impetranti præfertur: & quinque caſus quibus primã expectans, illam nõ conſequitur.]

k ¶ Annexa ex quo enim habet vnũ connexorum, & reliquũ habere debet. de conſtitu. [in antiq.] cap. tranſlato. ad hoc ſupra eod. tit. ſuper eo. Habes igitur vnum caſum in quo ſecundus impetrans primo impetranti ꝓfertur. alium habuiſti ſupra eo. ſi clericus. Alium infra eo. cap. penul. Alium ĩ. de conceſ. præbend. ca. penult. Interdum habes quòd vacat præbenda, & ille qui expectat primam, illam non conſequitur. vnum caſum habes ſup. eo. titu. cap. 2. in fine. Alium ĩ. eod. cum in eccleſia. Tertium ĩ. eod. tit. ei cui. Quartum ĩ. de rerum permu. cap. vnico. Quintum ſup. eo. lib. de renun. ca. 3. Et alium habes in clem. gratiæ. de reſcrip.

† Vide conci. Trid ſeſ. 7. de refor. cap. 3. & B. Tho. 2. 2. q. 2. art. 6.

Impetrans ſecundus ꝓfertur primo impetrãti ĩ multis caſibus.

CVm in.] hæc eſt notabilis decret. Sunt quattuor dicta: & partes patent. Ioan. And.

¶ In gratijs Apoſtolicis appellatione beneficiorum & etiam dignitatum non includuntur beneficia curata. hoc dicit primo. Item appellatione dignitatum vel perſonatuum, non veniunt dignitates, ad quas quis cõſueuit per electionem aſſumi. h. d. ſecundo. Itẽ electio, præſentatio, & inſtitutio ſunt diuerſa: ideo vnũ appellatione alterius non venit. h. d. tertio. Item ſi mandetur aliquibus prouideri de beneficio ſpectante ad eius collationem & alterius, nõ poterit prouideri de beneficio ſpectante ad alterius collationem tantum, niſi dicatur communiter vel diuiſim. h. d. quarto.

CASVS. Papa fecit mihi gratiam ſub hac forma: quia mandauit epiſcopo Pictauẽ. vt mihi prouideret de beneficio ſpectante ad collationem, ſiue illud eſſet ſimplex beneficium, ſiue dignitas aut perſonatus: vacauit beneficium curatum: vtrũ ſit comprehenſum ſub mea gratia? Reſpondet ꝙ non, niſi in mea gratia fuerit facta expreſſa mentio de beneficio curato. Et ratio eſt, quia maior idoneitas requiritur in promouendo ad beneficium curatum: ideo non venit appellatione ſimplicis beneficij vel dignitatis, vel perſonatus niſi diceretur expreſſe in illis, quòd mihi prouideretur de beneficio ſimplici, vel dignitate, aut perſonatu, etiam ſi illi beneficio immineat cura animarum. ¶ Sed quid ſi ponamus ꝙ Papa mandauit epiſcopo Pictauẽ. vt mihi

proui

illis, [a] quibus beneficia curam animarum habentia committuntur, maior, quàm in ijs, qui ad alia promouentur idoneitas requiratur: [b] intentionis [c] noſtræ nequaquã extitit, vt cum aliquibus de eccleſijs, perſonatibus, dignitatibus, vel alijs beneficijs quibuſcunque (de animarum cura [d] mentione non habita) prouideri mandamus, ipſis de ijs, quibus huiuſmodi cura imminet, poſſit aut debeat prouideri. [e]

¶ *In beneficii prouiſione modus electiuus nõ includitur ſi alii modi prouidendi exprimantur. hoc dicit.*

¶ Illis vero ꝓ quibus ſcribimus, vt prouideatur eiſdem de perſonatibus vel dignitatibus, etiam ſi curam habeant animarum, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, vel diſpoſitionem ſpectantibus quorũcumq; [†] prouideri nequibit de prælaturis, perſonatibus, vel dignitatibus, ad quos ſeu quas per electionẽ [f] ij, qui eis [g] habent præfici, aſſumuntur. [h]

prouideret de dignitate vel perſonatu vel officio I eccleſia Pictauen. vacauit dignitas ad quam quis conſueuit aſſumi per electionem: vtrum comprehendatur ſub mea gratia? Reſpondet ꝙ non, niſi fiat expreſſa mentio in mea gratia de dignitate electiua: puta quia dixit Papa vt mihi conferretur dignitas, vel perſonatus, vel officium etiam ſi ad illam dignitatem, perſonatũ, vel officium quis cõſueuerit per electionem aſſumi. Sed quid? ponamus ꝙ Papa ſcripſit epiſcopo Pictaueñ. vt mihi conferret beneficium ſpectans ad ſuam præſentationẽ, vacauit beneficium ſpectans ad ſuam collationem: Nam ipſe epiſcopus cõferebat illud beneficium pleno iure: vtrum virtute meę gratię poſſim petere? Reſpondet ꝙ non: Nam differunt collatio, præſentatio & inſtitutio: ideo appellatione præſentationis non venit collatio, nec inſtitutio. Sed quid? ponamus quod Papa mandauit epiſcopo Pictaueñ. vt mihi conferret beneficium ſpectans ad collationem decani capituli eccleſiæ Pictaueñ. vacat nunc beneficium ſpectans ad collationem alterius tantum, puta ad collationem decani vel ſolius capituli: vtrum poſſit epiſcopus Pictaueñ. de illo beneficio mihi prouidere? Certe non, niſi in litteris gratiæ meæ fuerit additum, communiter vel diuiſim. Sed quid? ponamus quod Papa mandauit prouideri de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi Pictaueñ. vacauit beneficium quod ſpectabat ad collationem epiſcopi, decani, & capituli eccleſiæ Pictaueñ. vtrum de illo beneficio poſſit mihi prouideri? Certe non: Ratio dubitandi potuit eſſe; quia quod commune eſt, meum eſt. ideo videbatur quòd de beneficio ſpectante communiter ad collationem epiſcopi, decani, & capituli poſſet mihi prouideri. Sed ratio decidendi eſt, quia Papa non intendit per meam gratiam grauare niſi ſolum epiſcopum Pictaueñ. No. primo quòd in promouendo ad eccleſiam Parochialem maior idoneitas requiritur, quàm in promouendo ad alia beneficia eccleſiæ: Nam in hac maiora committuntur, & periculoſiora, quia non ſolum ei committuntur corpora, ſed anima. Nota vlterius, quòd in gratijs expectatiuis non includuntur beneficia curata, niſi in gratia dicatur expreſſe de beneficio curato, quantumcunque ponantur verba generalia: & hoc propter rationem poſitam in principio huius cap.

Casus §. Cum autẽ.

Casus §. Si vero.

Nota: ibi, Illis vero, quòd appellatione dignitatis comprehenduntur ſolũ dignitates, quibus aliquis præficitur per collationem: non autem comprehenduntur illæ dignitates, ad quas quis conſueuit aſſumi per electionẽ, niſi in litteris expectatiuis fiat expreſſa mentio de illis dignitatibus electiuis. Nota inſuper, quòd differant præſentatio, collatio, & inſtitutio: quòd verum eſt materia ſtricta & odioſa, niſi aliter conſtaret de mente ſuperioris: quia tunc non eſſet curandum de verbis. cap. petitio. de procu. in antiq. Pro quo ſciendum, quod præſentatio dicitur electio perſonæ, vt præſentetur ſuperiori: & inſtituatur: & iſta pręſentatio computatur inter iura perſonatus: & per iſtam præſentationẽ acquiritur ius in beneficio: ſed ſolũ acquiritur ius in hoc, vt patronus nõ poſſit variare ſi ſit patronus eccleſiaſticus vel laicus, niſi accumulatiue. Inſtitutio autem dicitur, quæ fit ad præſentatationem patroni, quæ alio modo dicitur cõfirmatio. Sed collatio dicitur quãdo prouiſio alicuius beneficij ſpectat pleno iure ad diœceſanum: tamen communiter in iure vnum ponitur ꝓ reliquo. Not. quod ſi Papa mandat alicui prouideri de beneficio ſpectante ad collationẽ duorum, non poterit virtute illius gratiæ prouideri de beneficio ſpectante ad collationem alterius tãtum: niſi in litteris gratiæ dicatur, communiter vel diuiſim. No. ꝙ Papa non intendit grauare niſi illũ de quo fecit mentionem in gratia.

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

a ¶ Cum in illis.] Declarãtur hic, quæ no. per Ber. Innocẽtium, & Hoſtienſem ſupra eo. cap. vlt. per Compoſtel. ſupra de reſcr. capitulum. in glo. magna. §. ſed quid in his.

b ¶ Requiratur.] eſt enim ars artium, regimen animarum, ſupra de ætate & quali. c. penult. ad hoc ī. eo. graue. & c. ſeq. in antiq. & ī. eo. tit. & lib. c. 1.

ADDITIO. Dicit arch. ꝙ quia iſti habent alios regere, & paſcere, ideo paſtores dicuntur. 63. di. ſi in plebibus 95. diſtin. ecce ego. Ioan. And.

c ¶ Intentionis.] ad quam recurrendum eſt, vt ſupra eo cap. vlt. [1] & ſupra de deci. ex multiplici. vbi de hoc illa autem intentio & ratio quæ fuit delegantis, debet eſſe & delegati. ī. [in an.] de reſcr. ſuper litteris. in ſi

d ¶ Cura.] etiam ſi in litteris prouideri mandetur, ꝙ animarum cura non negligatur, ſi qua imminet dignitati. quod dic vt in clem. eod. titu. ſi dignitatem. 2. reſponſo.

[Gloſſa ſequens fortificat textum per ſimile, & per rationem: ſecundo quærit. arguit negatiue, contrarium ſoluit.]

e ¶ Prouideri.] hinc eſt ꝙ cum patientibus defectũ in ætate diſpenſant epiſcopi in dignitatibus non curatis: ſed in curatis non: ſupra eo. lib. de æta. & qual. ca. vnico. & eſt etiam ſimile de fil. presby. cap. 1. ſupra e. lib. & eſt hoc propter beneficiorum impetrationem quæ dicitur ambitioſa & reſtringenda. ſupra eo. tit. & li. quamuis, [2] cum aliàs nomine beneficij dignitates & beneficia includantur, vt ſupra de ver. ſig. c penult. Quid ſi Papa ſimpliciter mandat prouideri de beneficio: nunquid poterit executor de tali beneficio prouidere quod requirat ſacrum ordinem? Videtur ꝙ non. arg. huius c. Ad hoc ſupra eo. lib de fil. presby. c. 1. Sed dic contra intra eo ei cui. Ad idem ſupra eo. ſi pro clericis. [3] niſi pateretur in ætate defectum, ita ꝙ ad illum ordinem promoueri non poſſet: vt ibi, & ſupra eo. li. de reſcr. ſi eo tempore. Ioan. And.

f ¶ Electionem.] electio igitur non concluditur ſub verbo prouiſionis vel diſpoſitionis: cum inter iſta tria ſit differentia. & facit quod ſtatim ſequitur. & eſt ſi. ī. eo. lib. de offi. leg. deliberatione. 1. reſponſo. & facit quod dixi ī. eo. lib. de elect. cap. vlt. & ī. c. proxi. 2. reſpõſo in glo. ſed nonne.

g ¶ Eis.] ſ. prælaturis, perſonatibus, vel dignitatibus.

h ¶ Aſſumuntur.] etiã ſi inhibeatur in litteris ne electores eligant. vt in clemen. eo. tit. ſi dignitatem. 2. rñſo.

† Hic cõprehẽditur etiam vniuerſitas. I. And. Pe. de Anch. cum cũ iſta iura in vniuerſitatem cadunt: ergo ipſa cõprehẽditur. facit. l. 1. §. ſin autem. & l. omnib. ff. ad Treb. F.

1 Hic ponit Arch. quod ibi dixi de ſententia, vel proceſſu delegati contra intẽtionem delegãtis. Io. Andr.

2 Et ſic rñdetur ad id quod dr̄ nil excellẽtius dignitate, C. de conſul. l. 1. li. 12. Io. And.

3 Vide quod ibi dixi p° Io. Mon. & idem Arch. cum hic ab illa generalitate excipiat ſolum bñficia curata. Io. A.

¶ *Beneficiales litteræ vnũ modum exprimentes, alios non includunt. hoc dicit.*

¶ Cum autem inter collationem, præſentationem, & inſtitutionem, differentia magna eſſe noſcatur: [a] ſi cui de beneficio ad alicuius collationem ſpectante prouideri mandetur, de illo quod ad eius præſentationem vel inſtitutionem pertinet, prouideri non poterit, † nec etiam econuerſo: expreſſo enim vno caſuum prædictorum, mandatum ſuper hoc factum (quod debet de ſui natura reſtringi) ad alios extendi non debet.

¶ *Mandatum ſimpliciter duos includens, alterum ſolum non adſtringit: & econuerſo directũ vni, duos non afficit. hoc dicit Dominicus.*

¶ Si vero de beneficio ad aliquorum collationem vel præſentationem ſpectante (non adiecto [b] cõmuniter uel diuiſim) prouiſio iniungitur facienda: in beneficio quod ad collationem vel præſentationem alterius ipſorum tantum pertinet, adimpleri non poteſt. Sicuti ſi de beneficio ſpectante ad collationem vnius prouiſio iniuncta fuiſſet, impleri non poſſet in beneficio, cuius collatio ad eum ſimul cũ alio [c] pertineret.

¶ Si autem ad ſuã collationẽ ſpectet, & ſimul ad præſentationẽ alterius patroni clerici, res eſt dubia: quia Papa nõ vr̃ cogitaſſe ð beneficio, I quo cõicat cũ altero: vt in fi. iſti° c. & c. fin. ĩ. e. ſi autem alter eſſet laicus patronus, clarũ eſt, ꝙ nõ poſſet, ð of. deleg. dilectus. Io. A. de Anc. Fõ.

¶ Idem.

¶ *Beneficium mihi collatũ, ante diſſenſum meum alteri conferri non poteſt, niſi terminus mihi datus ad conſentiendum eſſet elapſus: & tunc ẽt poſt terminum ante quam alteri conferatur, potero conſentire. Io. And.*

CAP. XVII.

SI tibi [d] abſenti per tuũ

a ¶ Noſcatur.] hinc eſt ꝙ capitulum vacante ſede non confert beneficia, quæ ſpectant ad collationem epiſcopi. ſupra ne ſe. va. cap. 2. & infra eo. li. eo. tit. c. vnico. & tamen tunc inſtituit inſtituendos ab epiſcopo. inf. eo. lib. de inſtit. c. 1. de maio. & obe. cum olim. [in ant.] & idem vides in generali vicario. ſupra de inſti. ex frequẽtibus. ſupra eo. lib. de offi. vic. c. vlt.

b ¶ Non adiecto.] ex quo Papa hoc non adiicit, alterum tantum grauare non intendit: & hoc intellige ſecundum determinationem, quam habebis infra eo. ti. cap. vlt. & fuit hoc ſumptum ex quadam extrauaganti, quæ incipiebat, Contingit interdum ſicut te, & cætera.

[Gloſſa ſeq. obijcit, & ſoluit.

c ¶ Cum alio.] abſurdum enim eſſet illũ grauari, de quo Papa non intellexit. In contrarium videbatur: quia ad collationem ſuam ſpectat, licet & alterius: nam & qui iurat ſuum non eſſe, iurat & ſibi commune non eſſe. ff. de ver. ſig. pupillus. §. vlt. [cũ ſua glo. & vide quod dicitur infra de ver. ſig. c. vl.] Et qui legat ſeruos ſuos, & qui in totum, & qui pro parte ſui ſunt. videtur legaſſe, ff. de leg. 3. l. ſi quis ſeruos. Sed hoc facit contraria intentio Papæ. idem eſt ergo dicere ad collationem talis, & ſolius talis.

ADDITIO. Bene facit, ff. de lega. 2. legatis. vbi legatum factum vxori de iis, quæ ſunt parata ad ipſius vſum, non intelligitur de paratis ad communem vſum ipſius & viri. Dicebat Io. Monac. quod eſt commune mihi & alteri, proprie non eſt meum, ff. de rit. nup. illud. & verba generalia proprie, non improprie ſumi debent. alleg. ſupra eo. tit. & lib. cum de beneficio. in fine. & remittit ad regulam in generali. infra, de reg. iu. Ioan. Andr.

SI tibi abſenti.] Circa beneficium collatum abſenti, nondum acceptatum, ſoluit quinque dubia: Primũ, an ſit illius: ibi, Licet. Secundum, an poſſit alteri conferri: ibi, Ipſe tamen. Tertium, an ſi conferatur, valeat collatio: ibi, Quod ſi. Quartum, quid ſi lapſus ſit terminus datus ad acceptandum: ibi, Sed ſi. Quintum, quid ſi prouiſus poſt terminum præueniat collatorem: ibi Antequam. Io. Andr.

CASVS Epiſcopus Pictauen. alicui Titio abſenti & ignoranti contulit aliquod beneficium: non fuit ibi aliquis qui acceptaret collationem pro Titio abſente: an valeat collatio? Certe ſit, adeo ꝙ collator non poterit amplius variare, nec illud beneficium alteri conferre. Sed verum Titio abſenti, & ignoranti per illam collationem ſit acquiſitum ius in beneficio? Reſpondet, ꝙ non, niſi Titius illud beneficium acceptauerit: ſed facta acceptatione eſt ſibi ius acquiſitũ ſine corporali apprehenſione, licet ſit ſecus in rebus profanis. l. traditionibus. C. de pact. Sed ponamus ꝙ Titius poſtquam ſciuit illud beneficium ſibi collatum, differt acceptare collationẽ: an epiſcopus collator poſſit illud beneficium alteri conferre? R̃ndet ꝙ nõ ſtatim: ſed poterit Titio aſſignare certum terminum, intra quem tenebitur ſuam declarare voluntatẽ, an velit illud beneficiũ acceptare: quo termino elapſo poterit collator illud beneficiũ alteri conferre. Sed ponamus, ꝙ collator elapſo termino illud beneficiũ non cõtulit: vtrũ poſſit Titius tale beneficiũ acceptare ante q̃ verus collator alteri cõtulerit: ita ꝙ per illã acceptationẽ acquiratur ſibi ius in beneficio? Certe ſic. No. primo, ꝙ beneficiũ põt conferri abſenti & ignoranti: nec requiritur ad hoc vt valeat collatio, ꝙ ille cui confertur beneficiũ, illud acceptet. No. ſtatim ꝙ ſi abſens ſciuit beneficiũ ſibi fuiſſe collatũ, & acceptauit: ſtatim ſibi ius eſt acquiſitũ in beneficio: & poteſt lato modo dicere illud beneficiũ ſuũ, rõne cuius poteſt agere rei vẽdicatione lata. Et ſic ẽt ſolo titulo acquiritur ius in beneficio & dominiũ: ſecus in rebus profanis: quia in illis ex ſolo titulo non acquiritur dominium, ideo l. quotiens C. de rei ven. non habet locum in beneficijs. No. vlterius, quod in iure non eſt aliquod certum tempus præfixũ ad acceptandũ beneficium collatum, ſecus in acceptatione vel repudiatione electionis: & ideo collator poteſt præfigere tp̃s ad acceptandum beneficium collatũ. No. inſuper, ꝙ non eſt neceſſe eſſe perſonaliter præſentem cui beneficiũ confertur: nec etiam aliã perſonã, quæ collationem eius nomine recipiat. Ad hoc ſupra eod. lib. de reſc. ſp. gratia No. finaliter caſum, in quo vacat beneficium tamen conferri non poteſt: Nam non dicitur beneficium hic vltius; & tamen dicit, quod non valet collatio. Alios caſus vide de conſtit. cum acceſſiſſent. Dominicus.

[Glo prima ſummat, & dicit quid declaret, & quod erat dubium, & ſoluit quæſtionem.]

d ¶ Si tibi.] Beneficium mihi collatum ante diſſenſum meum, alteri conferri non poteſt: niſi terminus mihi datus ad conſentiendum eſſet elapſus: & tunc etiam poſt terminum: ante quam alteri conferatur potero conſentire. Emanauit hæc decr. ad declarationem & approbationem eorum quæ no. Inn. & Hoſt. & Moderni, ſ. e. accedens. & Hoſt. in ſum. de inſt. §. quis inſtitui. ſciebamus enim ꝙ abſenti poterat beneficium conferri, & abſens inueſtiri, vt ibi: ſed dubitabatur, an medio tẽpore poſſet collatio reuocari: quod hic terminatur. & quod dicit, abſenti, idem & multo fortius ſi præſenti, qui forte deliberare velle ſe dixit. Io. And.

a ¶ Epi-

episcopum [a] conferatur † beneficium, licet per collationem huiuſmodi (donec eam ratam habueris [b]) ius in ipſo beneficio vt tuum dici valeat, non acquiras: [c] ipſe tamen epiſcopus, vel quicunque alius [d] de ipſo beneficio (niſi conſentire recuſes) in perſonam alterius ordinare nequibit. Quod ſi fecerit, eius ordinatio facta de beneficio non libero, viribus non ſubſiſtet. [e] Sed ſi epiſcopus (notificata tibi collatione) ad conſentiendum terminum [f] competẽtem aſſignet, niſi conſenſeris, poterit eo lapſo [g] beneficium libere (cui viderit expedire) conferre. Antequam tamen ipſum contulerit, tuum poteris (non obſtante quòd lapſus ſit terminus) præſtare conſenſum: [h] & extunc de ipſo non poterit aliter ordinari.

† Quod poteſt ẽt nullo mediante. Pe. & An char. ſecus in alijs contractibus, q inter abſentes fiũt: nã ibi intermediat aliqd. no. in l. conſenſu, ff de act. & obli. Font.

Idem.

Qui vi vel iniuſte occupat ſecundum beneficium curatum, priuatus eſt primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat, eſt ipſo iure priuatus iure, qd in illo, vel ad illud habebat. hoc dicit. Io. And.

CAP. XVIII.

EVm †

† Vide extrauag. Io. xxij. incip. execrabilis. eo. tit. & cõcil Triden. ſeſ 7. de reform c. 2. & ſeq & ſeſ. 24. de refo. c. 17.

a ¶ Epiſcopum.] factum ponit, non ius: quia idem ſi per alium. Idem Io. Mona. & Archid.

b ¶ Habueris.] acceptando, vel conſentiendo, vel ratũ habendo, ſi negotiorũ geſtor vel procurator generalis fuerat inueſtitus de ipſo: ſed ſi ſpecialis, ſtatim dici debuit ſuum. quod dic vt not. ſ. eo. accedẽs. Ad hoc, ff. de negot. geſt. ſi ego, ff de ſolu. ratum, ff. de acquir. poſſeſſ. qui abſenti. Io. Andr.

ADDITIO. Poteſt etiam conſanguineus inueſtiri de beneficio: ſed per eum etiam ante acceptionem non acquiritur dominium beneficij, vel canonicatus, qui conſenſu eligentium & electi acquiritur ſupra in ant. de elect. cũ inter canonicos ſ. de ſpon. cum locum. licet talis pro tali agere poſſit, ff. de procurat. ſed & hæ. vñ dicit Hoſti. licet lex talem perſonam agere permittat: non tamẽ facit illum procuratorem, ff. iudic. ſolu. lib. 3. §. 1. ff. de procu. non ſolum, § ſi de dote. Io. And.

Beneficium non acquiritur mihi per conſanguineum ante acceptationem.

[Glo. ſeq. ponit tres opi. quæ olim erant de materia.]

c ¶ Non acquiras.] ſecus in legato ſpeciei: quia tunc acquiritur dominium legatario ignoranti: licet commutabiliter. [1] ff. de leg. 2. cum pater. §. ſurdo. facit, ff. de condit. & demonſt. l. legata. per quæ iura dicebant quidam quod hic dicitur. Item per id quod habes ſ. de ele. cum inter canonicos. & c. publicato. Ad hoc ĩ. de regu. iur. quod ſemel cum ſuis concor. Alij dicebant, q ſi ſecundo prius fieret traditio, vel prius conſentiret: bene tenebat collatio, per l. C. de rei ven. l. quotiens. in prin. & in fi. vbi dicitur, ſi res vendita fuerit duobus, ille potior eſt, cui prius fuerit tradita. & vide quod dixi infra de reg. iur. qui prior. Tertia opinio erat, q aut ſecundus ſcienter recipiebat beneficium, aut ignoranter: in primo caſu non tenebat collatio: in ſecundo ſic: tenetur tamen conferens prouidere primo in æquiualenti beneficio. ad hoc ſupra eo. inter cætera. ĩ. de iure patr. paſtoralis. Facit ad hanc diſtinctionem. ĩ. de conceſ. præb. quia cunctis, ff. de vſufr. l. ſi Sticho.

1 Scilicet, quia priuſquã agnoſcat, poteſt repudiare. quod autẽ dicit acqri dñium, dic re vera adita hæredit. Ex fictione tñ dr requiſitum poſt mortem, ff. de fur. ſi iuſſu. §. vlt. & l à Titio, & ff. qui. mo. ſer. amit. ſi partẽ. §. vlt. ff de cond. inſtitu. l ſi quis ita hæreditatem.

ADDITIO. Archid. attribuit hanc tertiam opinionem Hoſtienſi, & verum [illegible] Hoſt. ponit illam in decre. accedens. tamen recedit ab illa inhærendo Innocentio, qui ſimpliciter dixerat collatorem non poſſe a proprio facto recedere. Io Andr.

d ¶ Alius.] puta Legatus de latere, qui confert beneficia vacantia. ſup. de off. leg. c. 2. iſtud autem conferre non poterit: quia licet vacet, non tamen eſt liberum, vt infra ſequitur.

[Glo. ſeq. format, & ſoluit duas quæſtiones.]

e ¶ Perſonam.] Sed nunquid poterit alteri ſub conditione conferre, ſcilicet ſi ille non acceptauerit? No. ſ e. lib. de elect. c. 2. inf. de regu. iu. actus. ſicut beneficium non vacans non confertur cum conditione quando vacabit. ſupra de conceſ. præb. cap. 2. ad hoc. ſupra de reſcrip. paſtoralis. Sed nunquid poteſt de illo ordinare non conferendo perſonæ: ſed aliàs puta vniendo, vel religioſum locum conſtituendo? Non, niſi ſicut poſſet poſt acceptationem, cum eadem ſit ratio, ſup. de eccle. ædi. ad audientiam, 2. ſup. eo. expoſuiſti. 12. q 2. c. antepen & etiam tunc ſecundario fit ordinatio in perſonã.

Beneficium collatũ abſenti an poſſit alteri cõferri ſub cõditione, ſi illa non acceptauerit.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

f ¶ Terminum.] ſed nonne ſtatutus eſt terminus à iure infra quem conſentire debet, ſcilicet vnus menſis. ſ eo li. de elec. quàm ſit. nec videtur q de beneficio iuris poſſit epiſcopus diminuere. infra, de regu. iur. indultum, cum ſuis concordantijs? Dic decret. illam loqui in electis, qui adhuc habent confirmationẽ petere: iſtam in iis quibus fit collatio: in his aũt non eſt ſtatutum certum tempus. & facit ſupra ca. proximo. Probatur & hoc per id quod ſequitur: nam in decretal. quam ſit. lapſo termino priuatus eſt ipſo iure, nec poteſt vlterius conſentire: hic aũt etiam poſt terminum conſentit, dummodo res ſit integra. vt ſequitur.

[Gloſſ. ſeq. ſoluit quæſtionem.]

g ¶ Eo lapſo.] quaſi diſſenſiſſe videat ſic ſup. eo. lib. de appel. ab eo. vbi etiam iſta ponuntur vt paria. Et per hanc litteram videtur idem dicendum ſi diſſenſerit: ſcilicet q adhuc re integra poſſit conſentire: quod verum eſt conferente in eadem voluntate manente. Ad hoc ſup eo. lib. de procur. licet, vbi de hoc di. i.

ADDITIO. Ibi tamen glo. loquitur de electo, hic loquitur de prouiſo. Io. Andr.

h ¶ Conſenſum] ad hoc, ff. de opti. leg. l. mancipiorũ.

EVm qui.] Sunt duæ partes, quæ ſatis patent: ſecunda: ibi, Inſuper. Et prima ſubdiuiditur: quia ponit primo dictum cuius poſtea duas rationes ſubdit: ibi, Non enim. Io. Mo. dicit, q primum dictum ponit peccatum in facto, & in modo: ſm in modo tantum. Io. And. Præmitte quod habes in c. de multa. ſ. eo. in anti. Do.

¶ Præſupponitur illud quod habetur in c. de multa. e. tit. in ant. & hodie in extrauag. Io. xxij. quæ incipit, execrabilis: vbi dicitur, q ſi alicui obtinenti beneficium curatum, dignitatem, perſonatum, vel officium, conferatur aliud ſimile beneficium: puta ſi alicui obtinenti eccleſiam parochialem conferatur alia eccleſia parochialis, vel dignitas, vel perſonatus, aliudq́ue beneficium acceptauerit & apprehenderit poſſeſſionem, ipſo iure vacat primum beneficium: & ſi contendat habere, caret vtroque.

CASVS. Secundum communem intellectum huius cap. mihi obtinenti eccleſiam parochialem, epiſcopus Pictauen contulit aliam eccleſiam parochialem: quidã tertius intrauit in poſſeſſionem ipſius beneficij collati: ego non expectaui q epiſcopus me induceret in poſſeſſionem ipſius beneficij: ſed mea temeritate illũ tertiũ à poſſeſſione beneficij mihi collati expuli: vtrũ per iſtam violentam expulſionem à poſſeſſione ſecundi beneficij, vacet primum, ac ſi auctoritate apoſtolica fuiſſet apprehenſa poſſeſſio huius ſecundi beneficij? Reſpõdet, q ſic aliàs ſequeretur q vir ſtultus eſſet melioris conditionis quàm ſapiens. Sed quid, ſanctiſſime pater, ego ſciens non habere ius in aliquo beneficio, me intruſi ſcienter in eo: vtrum per iſtam intruſionem

qui[a] beneficium, cui animarum cura [b] imminet, vi occupat, ſeu ſe ſcienter [c] iniuſte intrudit in eo, decernimus ipſo iure fore priuatum beneficio, quod cum cura ſimili primitus obtinebat. [d] Non enim decet vt ſtultus melioris, quam peritus conditionis exiſtat; [e] vel ꝙ inuaſor † eo, qui iuſte ingreditur, priuilegio gaudeat potiori. [f] Inſuper vt violenti, [f] qui auctoritate (vel verius temeritate) propria occupare dignitates, perſonatus, aut alia, quæcunque eccleſiaſtica beneficia nō

vacet primum beneficium quod obtineo? Reſpondet ꝙ ſic, ac ſi habuiſſem titulum in ſecundo beneficio: & adeptus fuiſſem pacificam poſſeſſionem: ſecus ſi credebam habere ius in beneficio, & tamen nullum habebam, cap. ſi beneficis. infra eo. tit. Sed numquid per iſtā violentiam vel intruſionem debeo carere iure, quod mihi competebat in primo beneficio? Certe ſic ipſo facto ſecundum communem opinionem, & hoc probant iſta verba, eo ipſo. Nota primo quod non eſt alicui licitum intrare beneficium ꝑ violentiam, in quo vel ad quod habet ius: ſed debet expectare inductionem ſuperioris, quæ inductio in poſſeſſionem beneficiorum de iure communi ſpectat ad archidiaconum, qui hoc faciet auctoritate epiſcopi: tamen hodie Archidiac. iſtud non obſeruant niſi in magnis dignitatibus. & non in paruis beneficijs. Not. ꝙ quis ſua auctoritate non debet ingredi poſſeſſionem beneficij ſibi collati: ſed auctoritate ſui ſuperioris, niſi eſſet inueſtitus. Pro quo ſciēdum eſt, ꝙ inſtitutio eſt tituli collatiua: poſtquam dixit epiſcopus vel ſuperior inſtituens: inueſtio te per traditionem huius rei: & per illam inueſtituram non transfertur poſſeſſio, niſi fieret inueſtitura in præſentia beneficij: ſed ſolum per illam inueſtituram datur inſtituto facultas, vt poſſit ingredi beneficium auctoritate ſua. ſimile dicitur in l. 1. ff. de acqui. vel amit. poſ. vbi emptor ſua propria auctoritate non debet ingredi poſſeſſionem rei venditæ. Et ſic intelligitur text. tamen etiam poteſt intelligi, ſi per violentiam fuit intruſus in beneficio, in quo non habebat aliquod ius. Not. quòd per adeptionem ſecundi beneficij incompatibilis vacat primum. Vnde ſciendum, quòd licet iſtud ca. non loquatur niſi in eccleſijs parochialibus: tamen communis opinio doctorum eſt, quòd etiam intelligitur in dignitatibus & perſonatibus: nam iſtud cap. venit limitatiue ad illud cap. de multa. alleg. ideo ſecundum illud cap. debet intelligi: ideo dixit Dominicus de ſancto Gemi. quòd conſtitutio declaratoria debet intelligi ſecundum omnes clauſulas conſtitutionis declaratæ niſi aliud dicatur in conſtitutione declaratoria. No. vlterius ex hoc tex. quòd lex, ſi quis in tantam. C. vnde vi. & ſimilia iura, etiam habent locum in eum, qui expulit à beneficio, videlicet quòd talis perdit ius, quòd habebat in beneficio. No. inſuper ꝙ iſte textus in prima parte nō habet locum, niſi in beneficio curato. No. finaliter, ꝙ ſicut non eſt poſſibile duo curata ſimul retinere quando iuſto modo acquiruntur: ita etiam non eſt poſſibile quando iniuſte. & ſic videtur quando iura ponunt pœnam exercenti actum: pœna committatur etiam ſi actus non tenet de iure. vide infra de ſent. excom. ſtatutum. Dominicus.

[Prima glo. ſummat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Eum qui.] Qui vi, vel iniuſte occupat ſecundum beneficium curatum, priuatus eſt primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat, eſt ipſo iure priuatus iure quod in illo, vel ad illud habebat. Emanauit hęc decretalis ad approbationem & declarationem eorum quæ no. Innocentius & Hoſtienſis ſupra eo tit. de multa.

ADDITIO. Quærebant enim de illo, qui propria auctoritate inuaſit ſecundum curatum, & arguebant quòd ipſo iure videatur renuntiaſſe primo. 21. q. 2. ſi quis. iam recitabant alios dicere contrarium, niſi auctoritatem ſuperioris habuerit. Ioan. And.

[Gloſſa ſequens arguit a contrario: ſecundo quærit & ſoluit.]

b ¶ Cura.] aliàs non haberet locum pœna decre. ſ. eo. de multa. ſi ergo habet eccleſiam curatam, & poſtea violenter occupat ſimplex beneficium non vacat primum ſed perdit ius ſi quod habebat in ſecundo: vt infra ꝓxi. reſponſo. Sed quid ſi habet curatam eccleſiam, & vi occupat prębendam, vel ſimplex beneficium cui eſt annexa eccleſia curata: numquid vacat prima? Dic quòd non: ſed locum habebit ſequens reſponſum. hoc dico per decre. ſupra eod. titu. & lib. ſuper eo. vbi ergo eſſet priuatus primo per iuſtam exceptionem ſecundi, erit etiam priuatus per iniuſtam: aliàs non. Et eſt ſi. quod dicimus de bigamia [vel eius pœna] quæ inducitur per matrimonium: quod non tenet eo caſu quo incurreretur ſi matrimonium teneret: aliàs non [in ant.] de big. nuper. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium per contrarium litteræ, ſed cum diſtinctione.]

c ¶ Scienter.] Ignoranter igitur non tenebit pœna. ad hoc. ī. eo. tit ſi beneficia [Idem Arch.] quod de ignorantia facti verum intelligo, ſecus in ignorātia iuris. infra de reg. iur. ignorantia, cum ſuis concor.

[Glo. ſeq per hoc c. ſoluit tria dubia.]

d ¶ Obtinebat.] eadem ratione quæ hic ponitur in pœna decr. de multa dicam idem de decre. cum in cunctis, ſ. de ele ſcilicet, ꝙ ſi aliquis ſcienter & iniuſte ſe faciat in epiſcopum conſecrari, puta, lite pendente: ꝙ vacent priora beneficia ſua, ac ſi canonice conſecratus fuiſſet: & ſic etiam iam audiui in curia fore factum † propter rationem quæ ſequitur. Et eadem ratione videtur, ꝙ ſi aliquis iniuſte detinens beneficium. impetrat aliud beneficium, non facta mentione de illo beneficio quòd occupatum tenebat, ꝙ litteræ non valeant: ne ſit melioris conditionis, & c. vt hic. Ad hoc ſ. eo. ti. & lib. quamuis. & ſic intelligitur. ī. eo. ſi motu. & idem etiam ſecundum id dici poteſt de decre. non poteſt. ī. eo. ſcilicet, ꝙ ſi aliquis habebat plura beneficia, ex quibus vnum erat occupatum: & tacito de illo ſuper alijs impetrauit diſpenſationem, diſpenſatio non valet.

ADDITIO. Hoc idem tenet Arch. Vnde ad propoſitum huius quod tangitur in prin. glo. dixit Inn. in decre. de multa, ꝙ cum interdictum erat regnū (vt puto) Siciliæ, & omnibus capitulis prohibitum eligere, multi tamen eligebantur in epiſcopos, & confirmabantur per Metropolitanos & adminiſtrabant arguebat tamen ꝙ elapſo tempore de conſecrādis, vacabant ipſorum priora beneficia per l. 3. §. videamus, ff de don. inter virum & vxo. Authen. de reſtitu. & ea quæ pa. § fin. ī. de exceſ prælа. tanta. ſ. de tranſla. quāto. ſed Archidiacon. dicit illam gloſſam non fuiſſe in originali Inno. Io. An.

e ¶ Exiſtat.] 16. q. 1. legi epiſtolam. in prin ff quod vi aut clam. l. nam & ſi ſeruus. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. antepen. Nec ex delicto quis facit conditionem ſuam meliorem ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. ſ. de ſent. excom. ſi vere. Nec melior eſſe debet contumacium quam obedientium conditio. ſ. de poſtu. c. 1. de dolo & contu. contingit.

ADDITIO. Interdum malæ fidei poſſeſſor eſt melioris conditionis quàm bonæ fidei, vt patet ex no. ff. de rei ven. rem. §. fi. Ioan. And.

f ¶ Violenti.] No. ꝙ latius loquitur pars prima quam hæc ſecunda: quia loquitur hic ſolum in violento, non in alio ſe iniuſte intrudente: vt in prima parte. & innititur iſte §. rigori illius legis. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & 16. q. 6. placuit.

† Not hic ꝙ ad delicti punitionē ſufficit aliquid fieri de facto. ca. cū nuper. de biga. not. in c. plerūque. de do. inter virū & vxorē. & Hipp. ī l. diuus, ff. de ſic. arg. tñ ad ſacrā non ſufficeret aliqd fieri de facto l. hæc conditio. ff. de cō dit. & dem. Pe. de Anc.

† Sic refert Io. Mon Archidiacon. Ioan. And.

Intruſus & violētia diſferunt.

. AD.

ADDITIO. Et vt ibi not. in re violenter poſſeſſa non iuuaret litteræ confirmationis, C. vnde vi. auctoritatem. Io. Andr.

a ¶ Non verentur.] vereri deberẽt, cum ſine iuſto titulo illa detinere non poſſint: nec eos iuuat antiqua poſſeſſio, vt j. de reg. iu. c. 1. cum ſuis concordantijs.

verentur,ᵃ & ſi non virtutis amore, pœnæ ſaltem formidineᵇ à ſuæ temeritatis audacia refrænentur, eo ipſo ius, ſi quod in dignitatibus, perſonatibus, & beneficijs occupatis taliter,ᶜ vel ad eaᵈ ipſis forſitan competebat, amittant.

¶ Idem.

¶ Habens poteſtatem Apoſtolicam perſonæ idoneæ de beneficio prouidendi, aliàs beneficiato ſufficienter prouidere non poterit, niſi in litteris hoc exprimatur, & tunc vnicum ſimplex obtinenti prouidebit. Si vero conceditur vt prouideat beneficia obtinenti, ad duo tantum refertur: & contra factum eſt nullũ. h.d. Dom.

CAP. XIX.

Is cuiᵉ conceditur, vt auctoritate Apoſtolica poſſit vni perſonæ idoneæᶠ in ſua vel alia eccleſia, prouidere alicui, aliud beneficium ſufficiensᵍ obtinenti prouidere non poteſt:ʰ Niſi primo ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat.ⁱ Vel

[Glo. ſeq. tractat de triplici timore.]

b ¶ Formidine.] 62. diſt. docẽdus. de elec. cum in cunctis. de vi. & ho. cle. vel clericorum. Ad idem C. de emẽ. propin. l. vna. accedat quod dr̃, Oderunt peccare, &c.[1] Et vocatur talis timor ſeruilis,[2] q per ſe præmiũ non hẽt, niſi quia ſolet inducere filialem. & eſt timor ſeruilis ſecundũ Gregorium, in quo viuit peccandi voluntas, & ſequeretur opus ſi ſperaretur impunitas: & pertinet ad ſeruum. Initialis reſpicit amiſſionem præmij, pertinet ad mercenarium. Filialis reſpicit offenſam: & propriè ad filium pertinet.

[1] Vide hos verſus de offic. ordi. irrefragabili. in vlt. gl. Io. Andr.

[2] Vide B. Tho. 2.2. q. 22. art. 2. & ibi Caiet.

ADDITIO. De hoc de pę. diſt. 2. ſicut ſera. Io. Andr.

c ¶ Taliter.] ſ. violenter. facit pro eo quod ſ. dixi, &c.

d ¶ Ad ea.] differentia eſt inter ius quod competit in re, & quod competit ad rem, vt videbis j. de conceſ. præben. cap. vlt.

SI cui.] Primo determinat duos caſus: Secundus, ibi. Si vero. Secundo decretũ apponit: ibi, Prouiſio quoque. Iterum prima ſubdiuiditur: quia primo ponit dictum à quo duos caſus excipit: ibi, Niſi: & ſecundum determinat: ibi, Tunc enim. Io. Andr.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum, q gratia de qua in hoc c. non fiebat fauore illius, cui erat prouidendũ: ſed gratia illius ad quẽ dirigebatur: puta quia Papa fecit gratiam abbati S. Cypriani, vt poſſet prouidere de beneficeo ſpectante ad collationem vel præſentationem alterius prælati: tunc in iſta gratia non eſt neceſſe quod fiat mentio de beneficio obtento. Item non mandabatur prouideri certæ perſonæ: ſed idem ſi etiã certæ perſonæ mandaretur prouideri.

CASUS. Papa dedit alicui executori gratiam ſiue facultatem, vt poſſet vni certæ perſonæ idoneæ prouidere de beneficio exiſtente in ſua eccleſia vel alia: iſte executor voluit mihi prouidere de tali beneficio, qui tamen obtinebam beneficium aliquod ſimplex, quod erat ſufficiens, & ex quo poteram ſufficienter ſuſtentari: vtrum poſſit mihi prouideri de alio beneficio ſimplici? Reſpondet, quod non: quia in ſua gratia ſibi mandatur, vt prouideat perſonæ idoneæ: modo ex quo habeo beneficium ex quo poſſum ſufficienter ſuſtentari, non ſum idoneus ad aliud beneficium: quod verum eſt, niſi vellem primum beneficium dimittere: nam tunc poſſet mihi conferri aliud beneficiũ. Sed ponamus, quòd in gratia ipſius prælati, ſiue executorum dr̃, vt poſſit conferre beneficium in ſua eccleſia, vel alia exiſtens: etiam obtinenti aliud beneficium? Reſpondet, q mihi obtinenti beneficium ſimplex poterit prouidere: dummodo beneficium quod obtineo non ſit curatum. Sed ponamus, quòd obtinebam duo beneficia ſimplicia: iſte executor vult mihi conferre aliud beneficium compatibile: vtrum poſſit? Certe non: licet in gratia ſua dicatur, vt illud beneficium poſſit conferre etiam obtinenti aliud beneficium: nam gratia ſua intelligitur in obtinente vnicum beneficium dũtaxat. Sed ponamus, q Papa dicit in litteris gratiæ ſuæ, vt iſte executor poſſit prouidere de bñficio alicui etiam obtinẽti plura beneficia: aliquis obtinet tria beneficia, vtrũ poſſit ſibi conferre aliud beneficiũ? Reſpondet, q non: nã illa pluralitas verificatur in duobus beneficijs. Not. primo, id ad quod allegatur præſens c. q obtinẽs ſufficiens beneficiũ, nõ eſt idoneus ad obtinendum aliud beneficium: niſi expreſſe vt bñficiatæ perſonæ poſſit cõferre, fiat conceſſio. Not. magis ſpecifice, q ſi Papa mãdat alicui collatori, vt prouideat perſonæ idoneæ de beneficio virtute illius† facultatis nõ prouidet pſonę obtinenti bñficiũ ſufficiens, niſi illud primũ beneficiũ dimittat & hoc verũ, niſi aliud diceretur ĩ gratia. Not. quòd in litteris ad beneficia, pluralis locutio reſtringetur ad duo beneficia tantũ, & adhuc requiritur, q illa duo beneficia non ſint curata.

† Hæc dictio determinat ly q uidere: ergo ſi nunc nil habet, quãuis aliàs habuerit, videbitur etiã de curatis, cũ hic ſit gratia prouidẽti, ideo eſt in ſuum fauorem amphãda Pet. de Anc. F.

[Prima gloſſa dicit quid approbet, & reprobet.]

e ¶ Is cui.] approbatur hic opinio Hoſti. quam not. ſ. eod. tit. c. vlt. in fine: & reprobatur opinio Innocentij ibi not. & Compoſtellani. not ſup. de reſcr. cum adeo. in fine. Et fuit de facto in Mediol. epiſcopo hæc quæſtio primi dicti.

[Glo. ſeq. dubium ſoluit.]

f ¶ Idoneæ.] & ſi non apponatur: hoc idem intelligo ſup. de elec. cauſam quæ, ſup. de reſcrip. cum adeo. Ad hoc de præſum. c. vlt.

ADDITIO. Ad hoc littera. j. ibi, vel niſi in conceſſione huiuſmodi ſit expreſſum. & idem Hoſt. in præalleg. decr. vlt. eo. tit. Io. Andr.

[Glo. ſeq. arg. à contrario, & remittit.]

g ¶ Sufficiens.] ergo ſi non eſt ſufficiens, ſecus eſt.[3] Ad hoc ſ. eo. de reſcr. poſtulaſti. & c. cum adeo. ſ. eod. cũ teneamur. & c. dilectus. ff. [illegible] vent. inſpic. l. 1. in fi.] Quid autẽ veniat in hac ſufficientia, not. per Io. 21. q. 1. c. 1. & per Ber. ſ. eo. tit. de monachis. Io. Andr.

[3] Idem Archid. dummodo ĩ collatione faciat mẽtionem de primo. ſ. eod. lib. de offi. deleg. collatio.

[Glo. ſeq. ponit motiuum opin. contrariæ.]

h ¶ Non poteſt.] contrarium notabant dicti doctores, & mouebantur illa ratione: quia hoc caſu non fiebat gratia prouiſo, ſed prouidenti: nec poterat ſecundum eos prouiſus hoc caſu ambitioſus dici: cum ad ſui inſtantiam nihil fuerit obtentum, ſupra eodem tit. & lib. quamuis. j. eo. ſi motu proprio. Sed contrarium eſt verum: quia beneficiatus idoneus non eſt, ſup. eod. ſuper inordinata. & iure communi beneficiatus beneficiari non mandatur. ſup. eo. tit. quia in tantum. Io And.

ADDITIO. Dicit Io. Mon. q genus facilius patitur debilitatem vel annihilationem quam ſpecies: quia genera ſunt intelligenda ciuiliter, ff. de ſerui. ſi cui. ff. ad exhi. l. pen. vnde verbum, perſonæ idoneæ, debet intelligi ſecundum ius commune, de qua ſup. Io. Andr.

[Glo. ſeq. ponit differentiam inter duas formas.]

i ¶ Dimittat.] ſi ergo dimittit, tunc ſibi poterit prouideri. & in hoc eſt differentia inter iſtam formam, & illam quam in principio impetrauit ille, cui prouidetur quia in illa non ſufficit modo beneficium primum dimittere, ſi tunc tacuit. infra eodem. ſi motu.[4] Hic ſufficit nunc dimittere, licet in conceſſione gratiæ nihil fuerit dictum.

[4] Io. Mo. & Arc. allegat de elec. dudũ. 2. & qđ ibi no. in gl. no q ipſ. Io. An.

ADDITIO. Quia nulla poteſt notari ſurreptio im prouiſo dicit Io. Mo. per hoc reſcriptum nihil habetur actualiter, ſed potentialiter: & ideo ſatis eſt quòd ſit habilis perſona, quando potentia explicatur ad actum. Ioan. And.

quentibus Dominicus.

[Prima gloſſa decretalem, ſummat, & commendat: & gloſſæ reliquæ ſunt textuales.]

d ¶ Si beneficia.] ſi quis ignorans recipiat beneficium prius reſeruatum vel alteri collatum per Papam: ſi ex quo ſciuit illud ſine difficultate dimittit, recuperat priora bñficia pp illud dimiſſa, aliàs nõ. Hæc decretalis ſummæ innititur æquitati: & iuſtę ignorantię prouidet.

nisi in conceſſione huiuſmodi ſit expreſſum, quòd aliàs beneficiatæ valeat prouidere perſonæ: tunc enim [a] prouidere poterit vnicum duntaxat beneficium obtinenti: dum tamen illi cura non immineat animarum. ¶ Si vero conceſſum fuerit, vt prouidere illi valeat, qui alia beneficia noſcitur obtinere huiuſmodi pluralitas debet ſolum ad duo beneficia ſine [b] cura reſtringi. Prouiſio quoque facta contra præmiſſa eo ipſo viribus non ſubſiſtat. [c]

¶ Idem.

¶ Si quis ignorãs recipiat beneficium prius reſeruatũ vel alteri collatum per Papã; ſi ex quo ſciuit, illud ſine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia, ꝓpter illud dimiſſa, alias nõ. Ioan. And.

CAP. XX.

SI [†] beneficia, [d] quę per ſedem [e] Apoſtolicam conferuntur, aut decreto interpoſito reſeruantur, interdum contingat ab ijs [f] ad quos aliàs pertinet collatio eorundem, aliquibus huiuſmodi collationem ſeu reſeruationem ignorantibus de facto conferri, & beneficia quæ illi tenebant antea, & [†] poſt prędictorum adeptionem dimiſſa [g] per eos alijs aſſignari: [h] Ne talis ignorantia eis (cum ſint ſine culpa [i]) præiudicialis exiſtat: ſtatuimus, vt ſi ipſi de collatione ſeu reſeruatione prædicta poſtea certiores [k] effecti, ſublata difficultate quacunque, omnino dimiſerint beneficia ſic ſibi de facto collata, ad beneficia ſua priora (collatione quibuſcũque perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante) libere reuertantur: Alioquin redeundi ad ea (ſi difficultatem adhibuerint in alijs dimittendis) ſit ipſis penitus interdicta facultas. ¶ Eundem quoque modũ in dimittendo recepta, & recuperando dimiſſa quo ad omnes [l] alios, qui forſan occaſione prædicta ſua dimiſerint beneficia, & dimiſſa per alios fuerint aſſecuti, per omnia decernimus obſeruandũ.

a ¶ Tunc enim.] Not. interpetrationẽ ſtrictam. Ad idem ſ. eo. cum in illis. Ioan. Andr.

b ¶ Sine cura.] ſi igitur vtrumque alterum ſit curatum, tali non poterit prouidere. Et nota ꝙ pluralis locutio non eſt vaga: immo potius arcta & reſtringenda: ſit ergo contenta duorum numero. j. de reg. iu. pluralis. cum ſuis concordantijs.

c ¶ Non ſubſiſtat.] poterit igitur illud beneficium, alteri conferri: ſed ſi ille poſſidet, non poterit ſine cognitione cauſæ de poſſeſſione repelli. j. eo. licet.

Si beneficia.] Decret. iſta ſuccurrit ignorantiæ. Et primo primi gradus. Secundo ſecundi & vlteriorum: ibi, Eundem. Et pars prima facit tria, quia primo ponit caſum: Secundo rationem prouiſionis: ibi, Ne talis: tertio prouidet parenti: ibi, Statuimus. Quarto vero reſiſtenti: ibi, Alioquin.

CASVS. Cum obtinerem aliquod beneficium incompatibile, epiſcopus Pictauen. contulit mihi aliud beneficium, & non eram diſpenſatus per Papam ad plura beneficia incompatibilia, tamen Papa pręuenerat epiſcopum Pictaueñ. quia illud beneficium mihi collatum alteri contulerat, quod tamen ignorabam: ego videns ꝙ non poterã habere plura beneficia dimiſi primum beneficium, & acceptaui ſecundum: poſtea ſecundum fuit euictum per illum cui Papa contulerat: an poſſim redire ad primum beneficium? Reſpondet, ꝙ ſi, cum ſtatim fui debite informatus ꝙ in ſecundo beneficio non habebã ius, non expectato exitu cauſę, dimiſi illud ſecundũ beneficium: poſſum redire ad meum primum beneficium propria auctoritate: & ſic ſine noua collatione: & hoc habet verbum, libere, poſitum in tex. idem eſt de omnibus alijs, qui illo modo dimiſerunt beneficia: nam poterunt ad illa redire ſua propria auctoritate. Not. primo ꝙ collatio beneficij facta per Papam afficit manus ordinarij collatoris etiam ignorantis illã: ita ꝙ collatio illius in contrarium facta non valet. ad hoc. eo. tit. & lib. ſ. c. ſi poſtquam. No ſecundo ꝙ vbi ex vna cauſa ſit deciſio caſus in primo gradu: eadem cauſa deciduntur caſus occurrentes in ſecũdo, & cæteris gradibus ſequentibus Dominicus.

†Vide Dominicũ conſil. 78. inci. formantur. & Lapum allegatione 110.

e ¶ Per ſedem Apoſtolicam.] idem ſi per aliũ qui conferre poſſet: puta per legatũ j. eo tit. ſi a ſede. quia non ius ponit, ſed factum. [Idem Archidiaconus.]

† Dictio, & deeſt in antiquioribus codicibus.

f ¶ Ab ijs.] ſciẽtibus vel ignorantibus; nõ curo: vñ ſi bñ aduertis, hæc decre. non requirit ignorãtiam in conferente, ſed ſolũ i eo cui confertur. Pręſumitur autem ignorãtia. niſi probet ſciẽtia. j. de regu. iur. præſumitur. [Idem Ioã. Mo. & Archi. quod intellige vt ibi dixi.

g ¶ Dimiſſa.] vel iuris neceſſitate, vel ignorantia, vel ſola voluntate. Ioannes Andr.

h ¶ Alijs aſſignari.] multo ergo fortius recuperabunt, ſi adhuc non ſint alijs aſſignata. vt ſ. eo. tit. & lib. ſi tibi, in fin.

i ¶ Sine culpa.] & ſic deberent eſſe ſine pœna. de conſt. in ant. cognoſcẽtes. j. de re. iur ſine culpa ſi ergo ſciuiſſent, fuiſſent in culpa, & ſic tali priuilegio non vterentur. Ioan. And. Hoc placet. Arch.

k ¶ Certiores.] & ſic cuilibet referenti credere non tenẽtur. de ſimonia. per tuas. 2. † Sed non debet ſe dicere dubitare vbi certus ‡ eſſe debet. de reſcri. in ant. c. cum contingat. & eſt ſi. 33. diſt. habuiſſe. in princ. Ibi, te concubinam manifeſta veritate comperimus. ad idem 2. q. 1. Deus. ver. mala. not. 30 q. vlt. nullum. alibi dicitur clara probatione vel competẽtibus iudicijs. j. de reg. nõ ſolum. alibi manifeſtis. j. de hære. accuſatus. § licet. ſecundum Archi. Datur tamen dimittendi conſilium, vt ſibi taliter prouideat, ꝙ clare oſtendere poſſit beneficium dimiſſum ad alium pertinuiſſe per inſtrumenta publica vel inſinuata, vel alio modo. Io. Andr.

† Archidia. remittet. de cle. excom miniſtr. illud, verſi. licet antẽ. Ioan And.

‡ Certus qui dicitur cum animus nõ poteſt aliqua ratione in contrarium inclinari Gozadinus cõſi. 13. nu. 39.

l ¶ Omnes alios.] hoc vult dicere, beneficia iſtius A. fuerunt collata. B. iſte B. dimiſit quę prius habebat, A. fuerunt collata, C. cuius, C. priora beneficia fuerũt collata. D. aget A. contra B. qui ſi dimittat in pace, aget contra. C. qui etiam ſi ſine difficultate dimittit, repetet à D. & ſic de ſingulis.

Non

NOn poteſt.] Diuiſio patet: quia ſunt tria dicta per §. diuiſa. Secundum: ibi, Illud Tertium: ibi, Cum vero. rationem ſui ſubdens: ibi, Hoc enim.

CASVS. Cum obtinerem aliquod beneficiũ ſimplex, impetraui à Papa vt poſſem retinere plura beneficia: tamen tacui ꝙ obtinerem aliud beneficiũ: vtrũ litteræ meæ diſpenſationis ſint ſubreptitiæ? Rñdet Romanus põtifex, ꝙ ſic. Sed pone ꝙ aliquis à ſede Apoſtolica obtinuit diſpẽſationẽ, vt licite poſſet retinere duo bñficia curã animarum habentia: accidit ꝙ iſti diſpenſato fuerũt collata duo beneficia curata: poſtea dimiſit vnũ illorum beneficiorũ, & fuit ſibi collatum aliud beneficium curatum: vtrum poſſit illud recipere virtute ſuæ diſpenſationis? Rñdet Rom. Pontif. ꝙ non: nã litteræ diſpenſationis ſunt odioſæ & reſtringendę: modo diſpenſatio ſua fuit purificata in duobus primis beneficijs: ideo non poterit virtute eiuſdẽ diſpenſationis retinere aliud beneficiũ, niſi aliud diceretur in diſpenſatione: Nã in iſtis odioſis incipienda, & attẽdenda ſunt verba gratiæ ſm eorum proprium ſignificatũ. Sed quid ſi mihi obtinenti aliquod beneficiũ Papa fecit gratiam, vt poſſem obtinere aliud beneficium: vtrum per hoc videatur Romanus pontifex mecũ diſpenſaſſe ſuper pluralitate beneficiorum? Certe non. De quo ergo ſeruit mihi impetratio mea? Reſpõdet Romanus pontifex, ꝙ ſeruiet mihi de hoc: quia litteræ meæ non erunt ſubreptitiæ, ex hoc quia in ei fit mentio, ꝙ obtinebã aliud beneficiũ: ſed tñ propter hoc non ſum diſpenſatus ad obtinendum plura beneficia N. primo ar. ꝙ ſubreptio in diſpenſationibus beneficiorum vitiat gratiam ipſo iure. ad hoc. ſ. de fil presby. c. 2. eo lib. Not. ſecundo, ꝙ in gratijs beneficialibus taciturnitas alicuius qualitatis quæ expreſſa nihilominus litteras habuiſſet, vitiat litteras: nam ſi expreſſiſſet minimum beneficiũ obtinuiſſet diſpenſationem: & tamen vitiat litteras. ad hoc ĩ. eo. ſi motu proprio. vide quod dixi, ſup. eo. dudũ. Dom.

¶ Idem.

¶ Taciturnitas beneficii etiam modici, vitiat diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum, quæ etiam legitime ſuper duobus obtenta, ad duo prima recepta refertur. Item promiſſio alicui facta de beneficio non obſtante quòd aliud habeat, diſpenſationem ſuper vtroque retinendo non inducit. h. d. ſecundum Zen.

CAP. XXI.

NOn [a] poteſt diſpenſatio ſup pluralitate beneficiorum conceſſa impetrãti prodeſſe, qui aliquod quantũcunque modicũ [b] beneficium ſubticuit in eadẽ. ¶ Illud aũt Apoſtolicę ſedis [c] indultũ, vt quis duo beneficia curam [d] animarum habentia, ſi aliàs canonice [e] conferantur eidem, poſſit recipere, ac ſimul licite retinere, [f] intelligitur de duobus

[Glo. ſeq. fortificat tex. & circa duo remittit.]

[Prima glo. dicit quid declaret.]

a ¶ Non poteſt.] emanauit hæc decret. ad declarationem eorum quæ not. Innoc. ſup. de elect. dudum. 2. in glo. hoc intellige, in fine. & quæ ibi not. Hoſtienſis. & de reſcript. poſtulaſti. & de præb. ſuper inordinata, in fine, & Compoſtel. in decret. capitulum, de reſcrip ad ſi nem, glo. magnæ. verſ. Item quæritur de hac. & c. in noſtra. in glo. pen. & Gar. ſupra, de offi. ord. ordinarij, in fi. & Guil. in ſpec. tit. de lega §. videndum. ver. illud. cum ſeq ad finem.

[Glo. ſeq. fortificat tex. & circa duo remittit.]

b ¶ Modicum.] ſi enim in impetratione hoc locum habet. ſup. de reſcr. ſi proponente. ĩ. eo. ſi motu. multo fortius in diſpenſatione locum debet habere, cum etiam ipſæ diſpenſationes ſint ambitioſę, & reſtringendæ. ſupra, de fil. presb. c. 2. eo. lib. Quis autem ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare poſſit, vide 70. diſt. ſanctorum. & 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. & ſup. eod. tit. de multa. An autem de iure ſine diſpenſatione teneri poſſint, vide quod dixi, ſup. de reſcr. gratia.

c ¶ Apoſtolicæ ſedis.] nota arg. pro illa opin. quæ habet, quod ſolus Papa diſpenſet in curatis.

[Gl. ſeq. quærit: arguit pro, ſoluit contrarium.]

d ¶ Curam animarum.] pone, habens eccleſiam curatam, diſpenſationem obtinuit, vt liceret ſibi recipere aliud beneficium, etiam ſi ſit perſonatus ſimilem curã non habens, & cum priori tenere: confertur ſibi archidiaconatus: quæritur an poſſit illum retinere? Et vĩ ꝙ ſic: quia licet archidiaconus curam habeat, non tñ curã ſimilem curæ parochialis eccleſiæ, vt ſ. de elect. dudum 2. ad fi. Ad hoc ĩ. qui fi. ſint legi. p venerabilem. ver. verũ. Nec etiã põt dici ſimile, vbi eſt aliqua diſſimilitudo. 28 q. 2. ſic. n. ff. de iniuſto rup. teſta. l. 3. & expreſſa ſimilitudo requiritur. ſ. de tranſl. inter corporalia. Item verbũ ſimile, in indulgẽtia politũ, gratioſe inter prẽtandum eſt. ſ. de ver. ſig olim. Sed hic contra ſecundũ Gul. qui hoc not. in Spec. tit. de leg §. videndũ. ver. quid ſi habens eccleſiam. & ſup de of. ord. in fi. Similitudo enim de qua fit mentio in indulgentia, non ad ſpecies, ſed ad genus refertur: & ſufficit qualitercunque curã habeat: cum talis indulgẽtia velut ambitioſa ſit reſtringenda, vt hic vides. ſup. eod lib de reſcri. ſi gratioſe. de ſi presb. c. 2. C. de ſena. conſul. l. 1.

ADDITIO. Dicit Boetius ſuper Topica Tullij. li 3. ꝙ ſimilitudo eſt rerum ſingularium vel differentium comparatio: vnde in illa non requiritur, quod res tota ſit toti rei ſimilis, ſed in eo ad quod confertur. de conſir. vti. vel inuti cum dilecta. & vide quod ibi dixi: quã fil. ſint legi. per venerabilem, poſt princ. & verſi. verum ſi. ff. de admin. tut. ſi pupillus alterum § ſi. ad Trebell. l. recuſare. §. vlt. facit quod dixi de iudi. cauſam quæ, 2 de conſti. tranſlato. ſuper vlt. glo. & de tranſl c. 2. ſuper gl. arg. quod. Io. Andr.

e ¶ Canonice.] concor. ſup. eo. lib. de reſcri. ſi gratioſe. & ſup. de elect. dudum. 2. ad fi.

ADDITIO. Et vide quod ibi ſcripſi ſuper ver. de nouo. Io Andr.

[Glo. ſeq de duobus quærit, & ſoluit.]

f ¶ Retinere.] quæro de duobus, primo: Nunquid per talem indulgentiam videatur conceſſum, ꝙ in neutro reſidere teneatur? Videtur ꝙ ſic, ne inutilis ſit indulgentia. & hoc videtur tenere. 10. 7. q. 1. ſi quis in clero. in glo. 2. cauſa enim prohibitionis eſſe videtur, ne quis plura beneficia habeat: quia reſidere tenetur. hoc ergo inducere videtur indulgẽtia principaliter, quòd ad hoc non teneatur. Dic ſecundum Gulielmum, qui hoc notat in prædi. § ver. quid ſi indulgetur. quòd tenetur in altera reſidere, niſi illud expreſſe in indulgentia caueretur, quod ad hoc non teneretur: ambitioſæ enim ſunt tales indulgentiæ, & reſtringendæ, vt ſupra dixi. reſideat ergo in altera quam vult: vel nunc in iſta, nunc in illa: & ſic vtrique ſatisfiet. Sed quid dices, in indulgentia caueatur hæc clauſula: dummodo in beneficio, in quo non reſidet, faciat canonice deſeruiri: nunquid ſi hunc modum non ſeruauerit, valet diſpenſatio, & beneficiorum retentio? Reſpondeo ſecundum Innocentium, & Hoſti. & Compoſt. qui hoc not. in dicta decret. dudum. & de præſum. c. vlt. & Guli. qui hoc not. in prædi. §. 1. verſic. ſed quid ſi indulgentia, quod not. in cle. de off. deleg. c. vnico. quòd bene tenet diſpenſatio: illud enim, dummodo, non habet vim conditionis: ſed potius admonitionis, vel comminationis, vt ff. de tute. l. muto. C. commi. epiſt. per totum. & vide quod dixi infra de reg. iur. actus. poterit tamen propter ſeruitij negligentiam eo iuſte priuari. ſupra de cleric. non reſid. relatum.

a ¶ Pri-

Vide Pet. in c. in noſtra, ext. de reſcri. & Panor. in c ad aures. in 2. no. de reſc.

Vide conc. Trid ſeſ. 7. de refor. c. 2. & ſeq. & ſeſ. 24. de refor. c. 17.

Quando dicatur beneficiũ canonice retineri, docet hic Frãcus ex Spe. quẽ video.

De hoc articulo prer Doc. hic, vide Archid. in c. ſi quis in clero. 7. q. 1.

Vide duo ſimilia quę ſcripſi. ſup. de elec. eo. lib. licet canon. Io. A.

a ¶ Primis.] ita dicebant prędicti doctores: & probabant per l. ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. ff. de verb. ſign. bones. §. 1. ff. de verb. oblig. cum qui calendis. & idem erat ſatis expreſſum per decr. ē. eo. lib. de offic. ordin. ordinarij. ad fin. ibi dum dicitur vel ea quæ, &c. vt ibi dixi.

Beneficiũ tertium recipiens, facit duo prima vacare.

b ¶ Eundem.] per receptionē ergo tertij vacant duo prima, vt in cle. eodem tit. ſi plures.

ADDITIO. quod not. hic Archidiaconus ibi vide in glo. ſi intelligas. Ioann. Andr.

c ¶ Subreptitia.] quod fieret exceptis duobus caſibus. ſup. de reſcript. gratia. & infra eodem ſi motu proprio. Not. ergo ꝙ ſufficit huic clauſulæ, quod ſuum cōſequatur effectum, & alium non poterit aoperari. ff. de adimen. lega. l. legata inutiliter.

primis [a] beneficijs, quæ cum cura poſt dictum indultum obtinere contingit eundem. [b] Cum verò tibi non obſtante ꝙ aliud beneficium obtinere noſcaris) à ſede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit: per hoc te cum vt primum beneficiũ cum ſecundo retinere valeas, non intelligitur diſpenſatum. Hoc enim ſolum prædicta operatur expreſſio, quod facta tibi gratia nequeat ſubreptitia [c] iudicari.

¶ Idem.

¶ Mādatum legati ſuper faciēda prouiſione per Papam cōfirmatum, Papalis gratia eſt cēſenda. Zenz.

SI Apoſtolicę.] Primo ponit factum continens gratiam legati, & approbationē Papalē: Secundo ibi, Certum eſt. ſoluit dubium inſurgens ex facto, rationem interſerens & dubium fortificans ratio: ibi, Cum ipſa, fortificatio: ibi, Etiam. Io. Andr.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum ꝙ quando in aliqua eccleſia ſunt plures expectantes, vnus auctoritate ordinaria, & alius auctoritate legati, & alius auctoritate Apoſtolica, & habent ſimiles gratias: expectans auctoritate Apoſtolica, licet ſit poſterior in impetratione, eſt præferendus certis.

CASVS. Legatus Papæ fecit mihi gratiam in eccleſia Pictauen. qui creauit me canonicum, & mandauit canonicis, vt me de facto reciperent in fratrem, & canonicum, & præbendam ſi qua vacaret de præſenti mihi conferrent: alioquin proximo vacaturam: poſtea acceſſi ad Papam, & petij vt ipſe confirmaret geſta per ſuum legatum, videlicet vt mihi confirmaret gratiam à ſuo legato factam: vnde Papa auctoritate Apoſtolica confirmauit illam gratiam mihi factam, & mandauit canonicis, vt mihi aſſignarent præbendam ſi qua vacaret; alioquin proximo vacaturam. Deinde Papa fecit tibi ſimilem gratiam: Nam contulit tibi ius canoniæ in eccleſia Pictauen. & mandauit canonicis vt te reciperēt in canonicum cum aſſignatione præbendæ: poſtea vacauit quædam præbenda, quæritur, cui noſtrum debeatur? Tu pro parte tua allegas, ꝙ tibi, non mihi debetur: quia tua gratia eſt à ſede Apoſtolica & auctoritate Papæ, mea autem eſt auctoritate legati, & non Papæ: Ego autem dico, ꝙ ex quo mea gratia eſt confirmata per Papam, ꝙ à tempore confirmationis dicitur gratia Apoſtolica, & non ſolum gratia legati; quęritur an bene faciam? Rñdet, ꝙ ſic: & ideo ſi ſum primus in data, & in impetratione, prębenda mihi & non tibi debetur. Not. primo, ꝙ legatus in ſuis actibus geſſis virtute legationis, non debet dicere; auctoritate Apoſtolicæ ſedis: ſed auctoritate legationis. quod nota: quia plures vidi in hoc errare. Nota vlterius, ꝙ executores deputati in litteris beneficialibus etiam legatorum, debent eſſe certi. de quo per glo. in cap. tibi qui. de reſcrip. ſup. eo. lib. vbi habetur quid de Apoſtolicis. Domi.

[Prima gloſſa dicit caſum ſimilem, & ponit diſſimilitudinem.]

d ¶ Si Apoſtolicæ.] quod hic dicitur, habuiſti ſupra eodem, ſi eum. & emanauit ad declarationem eorum quæ ibi dixi; nec eſt differentia in iure: licet in facto videri poſſet: ibi, non fuerat obtemperatum litteris legati. Item ibi Papa mandauit canoniā ſtatim conferri, præbendam autem cum vacaret: hic canoniam, & præbendam conferri mandat cum vacabunt, & ſic ibi expectans iam erat in canonicum receptus, hic non.

CAP. XXII.

SI apoſtolicæ [d] ſedis legatus [e] volens tibi ſuæ legationis [f] auctoritate in certa eccleſia [g] prouidere, canonicatum, & præbendam nulli alij de iure debitos proximo in ipſa eccleſia vacaturos collationi ſuæ reſeruet, & decernat [h] irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc contigerit attentari, certis, qui eos [i] tibi conferant cum vacabūt, executoribus per ſuas litteras deputatis, noſque poſtmodum plena de his facta narratione, quod ab ipſo legato factum extitit, ratum & gratum habētes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, [k] & eiſdem executoribus vel

e ¶ Legatus.] ſcilicet de latere: alius enim nec conferre, nec reſeruare poſſet. ſup. eod. lib. de offic. lega. c. 1.

f ¶ Legationis.] ſi enim auctoritate Apoſtolica ſpeciali hoc faceret: non eſſet alia confirmatio neceſſaria. ſupra eodem lib. hi qui. ſecundo reſponſo.

[Glo. ſeq. ponit dictum. quod poſtea moderatur.]

g ¶ Eccleſia] ſ. in qua eiuſdem legati alia reſeruatio non pendebat. quod dic vt ſup. de offi. leg. c. 3. ad fi. & quod dixi verum intelligo, niſi etiam id Papa ex certa ſcientia confirmaret, eius rei facta plena narratione, vt infra dicitur.

h ¶ Decernat.] nota contra opinionem modernorũ, qui dicebant, quod legatus non poterat decretum apponere, niſi ad id ſpeciale haberet mandatum. Ad idem ſupra eod. lib. de offic. lega. præſenti. & dicam infra de conceſ. præb. quia cunctis.

ADDITIO. Hanc opinionem hic reprobatam tenet Hoſtien. in ſumma, de offic. legat. §. quid pertinet. ver. irritat. & vide in Specu. titu. 2. §. nunc oſtendens. verſic. 37.

i ¶ Eos.] ſcilicet canonicatum, & prębendam.

[Glo. ſeq. exponit, quærit, & ſoluit.]

k ¶ Confirmamus.] non in forma communi, ſed ex certa ſcientia facta fuit hæc confirmatio. ſupra de confirmat. vti. vel inuti. cap. penult. Quid dices de vlitata quæſtione. Receptus eſt aliquis proprio motu capituli: impetrat confirmationem à Papa per formam ne iuane canonici nomen, &c. in qua confirmatione Papa quod de ipſo factum eſt confirmat auctoritate Apoſtolica: cum clauſula, ſi eſt ita: mandans etiam executori, quod ſi eſt ita, auctoritate Apoſtolica prębendam, &c. poſt impetrat aliquis canonicatum, & præbendam nulli alij de iure debitam, & ſecundum ſtylum ſolitum: vacat modo præbenda, cui debeatur, quæritur? Super hac quæſtione multoties fuit à me petitum conſilium, & ſigillum; & dubitans de ea plura lucra reſpui. Sed communiter tenent doctores per hanc decret. & per decret. ſupra eod. titu. & lib. ſi eum. quod præferatur receptus & confirmatus. [1] & bene facit pro eis ſup. eod. lib. de reſcrip. cum aliquibus. in fi. quod ſatis puto. Ioan. Andr.

1 Ita tenet Pe. de Anc. quia clauſula de qua ī glo. multũ cōfirmat receptionē canonicorũ: immo facit illum cenſeri Papalem. ar. l. quærebatur, ff. de mili. teſta. idē Do. & Phil. Fon.

a ¶ Con-

a ¶ Conferendum.] quod plus eſt, quàm mandare conferri, vt s̄.eo.lib.de reſcr.duobus.

[Gl.ſeq.recitetur per quæſtionem & ſolutionem.]

b ¶ Præferri.] præfertur ergo & hoc conſequitur ꝙ gratia ſua eſt perpetua: cũ aliàs ſi confirmatio Papę non interueniſſet, expiraſſet finito legationis officio, ſi ad collationem vacantis proceſſum non fuiſſet. s̄.e. lib.de offi.leg.præſenti, in prin. Et per hoc patet, ꝙ cum per talem confirmationem acquiratur, & augmẽtetur ius ꝙ talem cõfirmationẽ impetrãs de prioribus beneficijs tenetur facere mentionem: & idem dico de recepto proprio motu capituli. ad hoc s̄.eo ti. & lib. c. quãuis. & melius, eo.ti. c.non poteſt. ſi enim i litteris ꝑ quas ius iam acquiſitu conſeruatur, ſcilicet in diſpenſatione ſuꝑ pluralitate, tenetur impetrans beneficiorum ſuorũ facere mentionem: multo fortius in litteris, per quas ius nouum acquirit, & acquiſitum auget, eius immutando naturã, vt hic patet. & ſic ſeruat curia: [1] Nã & qui confirmat, donat. ff.de verb. ſign.l. lege obuenire.

& lib 6.ſi tibi abſenti. No. ſecundo, argu. ꝙ quis poteſt impetrare beneficium pro alio abſque aliquo mandato eius pro quo impetrat: & ſic videtur tex. hic pro dicto gl.de reſcriptis, nonnulli in antiq.

[¶ Prima gl.commendat, & dicit quid declaret.]

aliis noſtris damus litteris in mandatis, vt in huiuſmodi prouiſionis negotio auctoritate noſtra procedant iuxta ipſius legati continentiam litterarum: Certum eſt, quòd (cum ipſa prouiſio [ipſius legati [a]] poſt impertitam à nobis auctoritatem, noſtra cenſeatur effecta) omnibus, quibus poſtea mandauimus in eadem eccleſia prouideri, (etiam ſi canonicatum ipſius eccleſiæ duxerimus conferendum [a] eiſdem) de iure præferri [b] debebis in præbenda poſtmodum [c] inibi uacatura.

¶ Idem.

¶ Obſtat taciturnitas obtenti beneficii licet modici: niſi conſtet prouiſionem factam proprio motu Papa, qui demum intelligitur, ſi hoc in littera exprimatur. hoc dicit. Zen.

CAP. XXIII.

SI motu[†] proprio [d] alicui aliquod beneficiũ [e] obtinenti conferamus aliud de illo non habita mentione: non ob hoc [f] gratiam huiuſmodi, quæ de noſtra mera liberalitate proceſſit, inualidam volumus reputari. Secus ſi ad petitionem illius vel alterius pro eodem oblatam, gratiam huiuſmodi faciamus: tunc enim quãtumcunque modicum [g] beneficium taceatur [h] in ea, ipſam veluti ſubreptitiam uires nolumus obtinere. ¶ Motu quoque proprio tunc ſolum gratia fieri cenſeatur, cum hoc expreſſe [i] cautum fuerit in eadem.

d ¶ Si motu ꝓprio.] ęqua diſtinctio huius decretalis. Emanauit ad declarationẽ eorũ quæ no.gl.& moderni ſup.de reſcr.ſi proponente.

[Gl.ſeq.quærit, ponit opin. contrariũ ſoluit.]

e ¶ Beneficium.] q.d ſi plura beneficia obtinebat? Dicunt q.dã, ſcilicet Io. Mon. hoc locum non habere, ſed quod ſequitur, vt, multitudo beneficiorũ vitet. Sed credo [2] cõtrium, cũ ratio ꝓprij motus adhuc remaneat, ſuper quo fundatur diſtinctio: & ſic eſt hodie terminatũ per cle. eo.ti.ſi Romanus. Pręterea licet valeãt litteræ, nõ propterea poterat beneficia retinere cum per hoc ſecũ diſpenſatum nõ ſit. s̄.e.ti.& lib.nõ poteſt.in fi.optime facit s̄.e.lib.de reſcrip. gratia. Et per iſtam & illam vides duos caſus, in quibus valent litteræ, licet de beneficio eius ꝓ quo ſcribitur mẽtio non fiat.

c ¶ Poſtmodum.] ſcilicet poſt confirmationẽ & auctoritatem impertitam s̄. ver.certum eſt, &c. ſi qui igitur medio tẽpe impetrauerũt à Papa, ſcilicet poſt reſeruationẽ & mandatum legati, & ante confirmationem, illi præferentur. Plus eſt ergo quo ad hoc quando à principio legatus auctoritate Apoſtolica contulit, vt s̄.eo.ti.& lib. hi qui.

SI motu.] Diſtinguit duo mẽbra: Secundum ibi, Secus. Et primũ determinat ibi, Motu quoque ꝓprio. CASVS. Mihi obtinenti aliquod ſimplex beneficiũ Papa fecit gratiã. quia cõtulit mihi aliud beneficium: in impetratione tacui ꝙ haberem aliud beneficium; vtrum litteræ meæ ad beneficia ſint ſubreptitiæ? Rñdet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia vel Papa contulit mihi aliud beneficium motu ſuo proprio, vel ad petitionem meam contulit, vel ad petitionem alterius. Primo modo quando mihi contulit beneficiũ ſuo proprio motu, tunc litteræ meæ non ſunt ſubreptitiæ: ſed dabitur mihi optio an velim dimittere primum beneficium, vel ſecundum: Si vero contulit mihi beneficium ad petitionem meam, vel alterius, collatio dicitur eſſe ſubrepticia: niſi in ea fieret expreſſa mentio de alio beneficio iam obtẽto. Sed ſanctiſſime pater, vellem informari à uobis, quando cognoſcam ego ꝙ facta fuit à vobis collatio motu veſtro proprio? Reſpondet Pontifex, collatio dicitur fieri motu noſtro proprio, quãdo in collatione noſtra exprimimus, ꝙ fuit facta motu noſtro proprio: puta ſi dicamus: Nos motu noſtro proprio, non ad petitionem ſuam vel alterius: aliàs ſi iſta nõ exprimãtur in litteris noſtris, præſumitur ꝙ fuit facta ad petitionem alterius. No. primo collationem beneficij poſſe fieri etiam non petenti. Ad hoc ſup.eo.ti.

f ¶ Ob hoc.] ſcilicet, ꝙ mentio non fuit habita.

ADD. Quaſi dicat, ex alia cauſa bene poſſet eſſe ualida. Multa exempla de defectu natalium, uel ætatis, vitio corporis, bigamia, & ſimilibus, quæ licet ꝑ viã ſubreptitionis parti opponi non poſſint: opponuntur tamen per uiam iuris communis, cum proprius motus talium diſpenſationem non faciat. Et decr. cam te. de æta. & qual. in antiq. dicit tales per litteras Apoſtolicas non recipiendos, non diſtinguendo an fuerint uel non proprio motu datæ: & adde quod in tex. dixi, in 4. glo. Ioan. Andr.

[Gloſ. ſequen. ſpecificat quid approbetur vel reprobetur.]

g ¶ Modicum.] opinio ergo Ber. quã cõſuetudo curiæ approbat per decr. iſtam ẽt approbatur, & reprobatur opinio G. Na. Inno. & ſequaciũ, qui ibi no. diſtinguendũ inter tacentem & mentientẽ, vt in primo caſu valerent litteræ, ſi modicũ erat beneficiũ; in ſecundo non. Vinc. & Gof. diſtinguebant [3] s̄.e. cũ teneamur. s̄.de reſcr. poſtulaſti, inter tacentem tale beneficiũ per ſimplicitatẽ, ut tunc ualeat reſcriptum, vel per dolum: & tunc non ualeat per decr. de reſcr. in antiq. ſuper litteris.

h ¶ Taceatur.] indiſtincte intelligo: cũ enim ius nõ diſtinguat, nec ego diſtinguã: vnde ſiue per malitiã, ſiue ꝑ ſimplicitatẽ taceat [4] locũ habeat hæc decr. illam tñ diſtinctionẽ approbant Inn. & Compoſt. ſupra de reſcr. poſtulaſti per decr. eo ti. ſuper litteris, quę in litteris ad lites loquitur non in gratioſis. Idem Archid.

i ¶ Expreſſe.] concor. s̄.eo.lib.de reſcr. cum aliquibus. s̄.eo.ti.& lib. cap.2. ad fin. vnde dico, quod licet probaretur quòd Papa proprio motu collationem fecit, ex

[a] Hæc duo verba ipſius legati: deſunt in manuſcriptis codicibus.

[1] Vt etiam no. Arch. s̄. c. prox. vbi dicit Bonifaciũ ſic rñ diſſe ab auditorib. cõſultum. Ipſe tamẽ ibi prius tenuerat contrariũ. Io. An.

[†] De clauſula, motu proprio: vide Felinum in c. ad aures, & in c. ſi qñ. extra de reſcr. & in c. cauſam quæ. el 2. de teſtib. & in c. cum inter priorem de excep.

[2] Idem Arch. Io. And.

[3] Dic tu ſimpliciter quia reſcriptum nõ valet, ex quo tacetur illud, qđ iure iubente exprimẽdum eſt. no. c. dudum. s̄.eo. Do. Font.

[4] Non dicit ꝑ ignorantiam [illegible] decr. gratia, s̄. eo lib. de reſcr. Io. An.

èx quo non exprimitur in litteris, locum habeat ſecundum dictum, & non primũ: quid enim ſcimus? forte Papa ante annum rogatus fuerat pro illo. ſufficit ita ſcriptum eſſe, ff. qui & à qui. l proſpexit. 6. q. 3. ſcriptum.
ADDITIO. Et è conuerſo: quia ſi Papa exprimit ꝙ promiſit auctoritate domini Papæ. Et innititur hic Papa æquitati, ſupra prox decret.
ADDITIO. Et ſcias quòd bona fuit, ſed non ſufficit hæc prouiſio, vt patebit per ea, quę dicam ſuper ver. cuiquam ſuper 2 glo. Io. Andr.

motu ꝓprio, quantũcunq; aduerſarius velit probare, ꝙ ad impetrãtis vel alterius inſtantiam hoc fecit Papa: non audietur ꝑꝑ rationem glo. & quia id eſſet Papã arguere de mendacio, quod nõ licet: & vid quod not. in cle. de proba. litteris in glo. antepenul. Io. And.

SI pluribus.] Primo ponit thema: ex quo dubiũ oritur, qđ diſtinguendo ſoluit: ibi. Gratiã. Secundum mẽbrum proſeqtur: ibi, Si vero: & in vtróque rõnẽ reddit, & ſubdiſtinguit: & in membris ſubdiſtinctis negligẽtiam punit: ibi. Alterutro.

CASVS Papa mandauit epõ Pictau. vt mihi ꝓuideret de dignitate ſi qua vacaret in ſua diœceſi, alioquin de ꝓximo vacatura: tpe illo vacauerunt tres vel quatuor dignitates: certũ eſt, ꝙ non poſſum hře, niſi vnam; epiſcopus Pictauen. vult mihi conferre vnã: ego autem peto aliã: quæritũ cui dabitur optio? Reſpõdet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia aut illæ dignitates ſũt diuerſi valoris: aut ſunt ęqualis valoris: Si sũt diuerſi valoris, eſt diſtinguendum: quia vel Papa fecit mihi gratiam motu proprio, & tunc mihi debetur dignitas pinguior & maioris valoris: Si autem Papa fecit gratiam ad mei poſtulationem, vel alterius, tunc mihi non debetur niſi dignitas minoris valoris. Si vero dignitates ſint æqualis valoris, tũc eſt in optione epĩ quã voluerit mihi conferre, quod verum eſt, quando collatio eſt mihi facta per Papã ad mei requeſtã vel alterius: quia ſi eſſet mihi facta collatio per Papam motu ſuo ꝓprio, tunc daretur mihi optio: & intra decem dies potero eligere dignitatem quam voluero? & iſti decẽ dies non currunt niſi à tempore notitiæ. Et eſt hic tex. quòd decem dies ad appellandum, non currunt niſi à tpe notitiæ, c. concertationi, alleg. in gloſ. Not. primo, quòd in dubio Papa conferendo beneficium non intendit tollere ius: quod primitus in illo alteri competebat. ĩ. de reſcr. quamuis. Nota ſecundo, ꝙ vbi datur æqualitas inter duo, quorum alterum tantum eſt debitũ: electio eſt illius cui debetur in materia fauorabili ſibi: ſicut eſt, quando motus proprius exprimitur. Dom.

¶ Idem.

¶ Collatio facta motu proprio Papæ pluribus beneficiis in eadem eccleſia vacãtibus ſimul, intelligitur facta de pinguiori: ſed ſi beneficia ſunt æqualia, ad eum ſpectat electio, cui gratia eſt conceſſa. Collatio vero facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium reſtringitur: ſi ſint æqualia, eligit qui aliàs conferebat: quo negligente, alius eligit: & etiam è contra. h. d. ſecundum Zenz.

CAP. XXIIII.

SI pluribus [a] ſimul in aliqua eccleſia vacantibus [b] dignitatibus vel præbendis, nos de hac vacatione incerti, [c] dignitatem [d] vel præbendam (ſi qua nulli alij de iure debita in ipſa vacat eccleſia) cuiquam in genere conferamus: gratiam huiuſmodi (ſi motu [e] proprio eam fecerimus, vt tunc fiat interpretatio pleniſſima in eadem) referri volumus ad dignitatem vel præbendam, quæ inter illas maioris [f] cenſetur eſſe valoris: ſeu (ſi ſint forſan ęquales) ad eam, quam is cui conferimus infra decendium poſt habitam de dicta vacatione notitiam, [g] duxerit eligendam. ¶ Si vero ad petitionem alterius [h] ipſa gratia fuerit per nos facta: cã (vt hoc caſu prout iuri [i] congruit, reſtringatur) ad illam, quæ minoris [k] valoris exiſtit, ſeu ſi ſit æqualitas in eiſdem, ad eam, quam is, ad quem ipſarum ſpectat collatio infra dictum [l] tempus elegerit, [m] poſtquam ſibi huiuſmodi gratia erat nota, decernimus referendam. ¶ Alterutro quoque ipſorũ (prout ad eum pertinet) infra tempus debitum eligere negligente, ad alium extunc electio libere deuoluatur. [n]

¶ Idem.

¶ Non debetur expectanti præbenda, quæ per epiſcopi præbendarii mortem vacat. h. d. ſecundum Zen.

b ¶ Vacantibus.] idẽ eadem rõne puto qñ ſcriberetur de prima vacatura: & duæ ſimul vacarent: ita ꝙ neutra primo.

c ¶ Incerti.] qa ſi certus fuiſſet, exp̃ſſiſſet quam dari voluiſſet.
ADDIT. Dato tñ ꝙ cert⁹ fuiſſet: ex quo nõ declaraſſet, ſtaret huic diffinitiõi I. A.

d ¶ Dignitatẽ vel p̃bẽdã.] nõ sũt iſtã verba lĩarum. [1] Sed mãdauit de dignitatẽ ꝓuideri: & plures dignitates vacant: vel mandauit de præbenda: & plures vacant præbendæ. Io. And.

[1] Eſt ergo hęc alternatiua canonis non hominis, ſim. ff ex quib. cau. ma. l. ſi qs ſtipulatus. in prin. Io. And.

e ¶ Motu ꝓprio.] qđ nõ intelligit, niſi id in gr̃a exprimatẽ, vt ĩ. c. ꝓx in ſi. illud eñ oĩ caſu. locum hẽt. & generaliter loqtur.

f ¶ Maioris.] maioritas cõſiſtit ĩ multis. qđ dic, vt ĩ. đ reſ. ſup c. 1. & no ĩ. de reſer. ſedes. hic añt inſpici iuſſit maioritatẽ valoris. ſcit eñ ꝙ clerici hoc magis cupiũt ĩ. đ cle nõ reſi. qa nonnulli ĩ. eo. auaritiæ. excęcanẽ ergo auaritia. vt ſup. eod. lib. de elec auaritiæ cęcitas.

g ¶ Notitiã.] non ergo currit ignorãti, ſicut nec dicendũ datũ ad appellandũ, ſup. e. de app. concertationi. ſimi. de conceſ. præb. quia diuerſitatem. Ioan. And.

h ¶ Alterius.] ſ. ipſius cui fit; vel alterius, vt ſu. c. pro.

i ¶ Iuri.] ſu. eo. tit. & lib quamuis & c non poteſt.

k ¶ Minoris] ĩ. de reg. iur. in obſcuris. ſu. de cenſ. ex parte, ff. de leg. 2. l. nummis.

l ¶ Dictum tempus.] ſcilicet decem dierum.

[Glo. ſeq. allegat tres concordantias. & ſoluit.]

m ¶ Elegerit] tunc ergo det quam vult, & ſit liberatus, vt ff. manda. l. fideiuſſorem. ff de lega. 1. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. C. de donation. ſi quis argentum. §. primo. Et nota quòd in iſto caſu, & ſup proxi. reſeruatur optio tunc ſolum, quando eſt æqualitas, vt tunc in primo caſu eligat is pro quo ſcribitur: in ſecundo is q conferre habet: vnde non puto ꝙ in primo caſu quamdo eſt inæqualitas, poſſit conferri minori: nec in ſecũdo maiori: perinde enim eſt, ac ſi primo caſu Papa expreſſiſſet de maiori: ſecũdo vero de minori. ſicut ergo ſi expreſſum eſſet, mutari non poſſit. ĩ. eo. cui de non. ita nec hic: [2] cum habeatur pro expreſſo per hanc declarationem. Idem Archid.

[2] Placet doctorib. Fõ.

m ¶ Elegerit.] ſup de reſcrip. duobus.

n ¶ Deuoluatur.] ſim. ſup. eod. lib de conſuetu. c. vlt. in fine.

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

a ¶ Si pluribus.] declaratur hic Dominicalis quæſtio Bartholomæi. Brixieñ. quæ incipit: Epiſcopus quidam

ADDI-

ADDITIO. Et ſup. eod. ſi tibi. de leg. 2. ſtatu libe-rum. §. Stichum. & quod not. de reſcrip. inter cętera. in glo. pen. Io. Andr.

CVm in eccleſia.] Decidit caſum dubium, duplicem rationem interſerens. Et Prima ratio: ibi, Ne ſ. ſecunda: ibi. Et dictus. Io. And. Pro intellectu iſtius cap. eſt præſupponendum illud quod habetur in c. à collatione. ſ. de app. iſtomet libro: videlicet, q epiſcopus poteſt eſſe in capitulo tanquam canonicus, & habere vocem in cap. aliquando vt prę latus, & tunc non habet vocem, vt ibi dicitur.

CAP. XXV.

CVm in eccleſia [a] tua, quæ xij. canonicorũ, & xiij. præbendarum [b] habet numerum, conſuetudinem [c] eſſe proponas: vt epiſcopus qui eſt pro tempore, vocem habeat in capitulo tamquam canonicus, licet canonicus non exiſtat: & vnam de dictis præbendis, ſicut vnus canonicus obtineat in eadẽ: certum eſt eum cui auctoritate Apoſtolica prouideri mandatur † de præbenda nulli alij de iure debita, proximo in ipſa eccleſia vacatura, præbendam, q̃ per mortem epiſcopi vacare contingit (ne contra dictam conſuetudinem, [d] cui per præfatum mandatum non intelligitur derogari, futurus epiſcopus prębenda careat, & dictus canonicorũ numerus amplietur) habere non poſſe: ſed expectare debere quouſque vacet alia, oportebit eundem.

† Hæc mãdata de prouidẽdo ſublata ſunt p conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 19.

CASVS. Ponamus q in eccleſia Pictauen. fuit obſeruatum per longum tempus, & ſufficiens ad introducendum conſuetudinem, q eps hẽret vocem in Capitulo tamquam canonicus, licet non eſſet canonicus: & q haberet vnam præbendam vt cęteri canonici: quia in illa eccleſia erant xiij. præbendæ, licet non eſſent niſi xij. canonici: poſtea Papa mihi contulit canonicatum in ipſa eccleſia, & mandauit canonicis, vt me reciperent in fratrem & canonicum, & præbendam, ſi qua vacaret, mihi conferrent: alioquin proximo vacaturam: Accidit quod epiſcopus mortuus eſt, & ſic vacauit ſua præbenda: quæritur nunquid virtute meæ gratiæ poſſum illam prębendam petere? Certe non: ſed debeo expectare quouſque præbenda alicuius canonici vacet: nam Papa non intendit per meam gratiam derogare conſuetudini illius eccleſiæ: & cum per conſuetudinem eccleſiæ illa præbenda debeatur futuro epiſcopo, non poſſum illam petere. Nota primo, q eccleſia poteſt dici epiſcopi: quod intellige quo ad adminiſtrationem, non quo ad proprietatem. de dona. c. 2. Nota ſecundo arg quòd conſuetudine induci poteſt, vt quis habeat principalem prælaturam eccleſiæ, & canonicatum in eadem. de quo aliquid infra. Dom.

[Prima glo. dicit quid approbat, & not. & remittit.]

a ¶ Cum in eccleſia.] approbatur quod not. Hoſtien. ſup. de conceſ præb. poſtulaſtis. in fi. & ponit terminos in eccleſia Ebredunẽ. [Vide quod not. 13. diſt. c. 2. de canonico electo in epiſcopum, qui retinet præbendam, quod ſecundum Lau. ſeruatur in eccleſia Compoſt. & vide quod not. Hoſt. in ſum. eo. tit. §. cui fit. verſi. beneficium ſæculare. Archidiac.] Habes hic caſum quo vacat præbenda, & non debetur primo expectanti. & de hoc dixi ſup. eo. quia ſæpe. in fine.

b ¶ Xiij. præbendarum] eſt ergo in eccleſijs interdum reperire maiorem numerum præbendarum, quàm canonicorum, vt hic, & ſup. de mag. c. penul.

ADDITIO. Sic è conuerſo. de conſtit. cum Mo. ſup. eo relatum. Io. Andr.

c ¶ Conſuetudinẽ.] valet talis conſuetudo, vt in prædicta decr. poſtulaſtis. & ſ. eod. lib. de app. a collatione.

[Glo. ſeq. format quæſtionem, arguit negatiue, contrarium ſoluit.]

d ¶ Dictam conſuetudinem.] not. argumen. ad quæſtionem Mediolan. Conſuetudo eſt Mediolani, q archiepiſcopus confert beneficia omnium clericorum vacantia per vxorationem vel interfectionem ipſorum clericorum: Vel pone, eſt cõſuetudo in aliqua eccleſia, q canonicus electus in epiſcopum conferat canonicatum ſuum, & præbendam: eſt expectãs auctoritate Apoſtolica: vxoratur vel interficitur clericus, vt in primo caſu: vel promouetur canonicus in epiſcopum, vt in ſecundo: executor confert expectanti præbendam, archiepiſcopus, vel epiſcopus cõfert: quęritur quis ſit potior? Vr̃ q Papa nõ intendat derogare cõſuetudini, vt hic: & ſic non valet executoris collatio. [1] Ad hoc ſ. de conſtitu. c. 1. Sed certe ſatis credo, q valeat: quia Papa intendit iſti prouidere de prima vacante, ad quemcunque ſpectet collatio, ſiue iure, ſiue cõſuetudine, ſiue priuilegio: quod probatur ſ. eod. dudũ. & j. eod. quamuis tibi. hic autem duo conferebant: quia infringebatur conſuetudo, & augebatur numerus: & ratione connexitatis illa præbenda debetur epiſcopo. ſ. eo. quia ſæpe. Credo autem ſatis probari per hanc decret. q ſi xiij. ſint præbendæ in eccleſia, & xiij canonici: quia alteri annexum eſt onus magiſtri, q ſi illa præbenda vacat, non debeatur expectanti. Conſuetudini ergo per quam præbenda alteri debebatur non derogatur: ſed conſuetudini per quam præbenda ad collationem alterius pertineat, derogat Papa, vbi determinatè non ſcribit ad collationem talis. ad hoc infra eodem titu. cap. vltimo.

[1] Hoc tenet Io. Mo. dicẽs ſe ſic in ſecundo caſu ſententiaſſe, alie. ff. de ſhen. empt. fiſtulas. §. fi. C. de fe. oẽs iudices. in fi. j. de rer. permu. cap. vno. hoc ẽt olim tenuit Archid. ſed poſtea mutauit. tenẽs quod ſequitur. Io. An.

¶ Idem.

¶ Per adeptionem ſecundi beneficii curati, cuius fructus alius ex cauſa percipit, non vacat primum. Io. Andr.

CAP. XXVI.

SI ti-

SI tibi.] Diuiſione non eget. Io. Andr. Vel dic: ponit thema, ex quo ſurgit dubitatio, & illam decidit: ibi, Æquum eſt. Et pro declaratione textus præmitte quod habes ſup. eo. de multa. Dom.

[1] Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum illud quod dicitur in c. de multa. eod. tit. in ant. & extrauag. Io. xxij. quæ incipit, Execrabilis. videlicet, q ſi alicui obtinenti beneficium curatum conferatur aliud beneficium curatum, & illud acceptet: poſt adeptam pacificam poſſeſſionem, ipſo iure vacat primum: ita quòd epiſcopus poterit illud alteri conferre.

CASVS. Cum epiſcopus Pictau. eſſet grauatus mole debitorum, acceſſit ad Apoſtolicam ſedem, & a Papa impetrauit gratiam, vt ipſe perciperet fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium in ſua diœceſi, vt inde ex illis fructibus poſſet ſoluere ſua debita: accidit quòd vacauit eccleſia parochialis: epiſcopus Pictauen. primo mihi obtinenti aliud beneficium curatum, contulit iſtam eccleſiam parochialem, quam acceptaui, & adeptus fui poſſeſſionem: nunquid pendente anno quo epiſcopus Pictauen. percipit fructus illius eccleſiæ, cenſebitur meum primum beneficium vacare, ita quòd poſſit alteri conferri per epiſcopum? Reſpondet Romanus Pontifex dicens, quòd æquitati conſonum eſt, vt pendente anno quo epiſcopus percipit fructus beneficij curati, non vacet primum: nam cum ego non percipiam fructus iſtius beneficij, non dicor plene habere poſſeſſionem illius ſecũdi beneficij: ideo licite potero retinere primum beneficium. & ſic iſtud cap. declarat c. de multa, alleg. Not. primo arg. quod in priuilegijs, appellatione beneficiorum comprehenduntur etiam curata. vide de verb. ſig. c. pen. in antiq. Nota

ſecundo,

ſecundo caſum, in quo quis ſimul poteſt retinere titulos duorum beneficiorum curatorum abſque diſpenſatione. Dominicus.

[Prima glo. ſummat, & dicit quid declarat.]

a ¶ Si tibi.] per adeptionem ſecundi beneficij curati, cuius fructus alius ex cauſa percipit, nō vacat primum. Emanauit hæc decr. ad declarationem decretalis, de multa. ſupra eod. tit.

[Glo. ſeq. not. duo: ex ſecūdo infert obiectionē, & remittit.]

b ¶ Fructus.] not. q̃ alia eſt iſta conceſſio ab illa quam habes ſ. eo. lib. de reſcrip. ſi gratioſe. ibi, eñ conceſſum fuit de beneficijs; hic aūt de fructibus. hoc dico: q̃ in illo caſu virtute indulgentiæ non vacāt beneficia: hic vacant: & neceſſe eſt illa debito tempore conferri: aliàs locum haberet Lateran. concilium. vt ſ. de eccle. benefic. vt noſtrum. & not. de magiſtris. c. pen. in vlt. gl. & Hoſtien. in decr. ſup. de verb. ſig. cap. penul. Et intellige quòd ſi aliqua ſint onera ſ incumbentia: ille qui fructus percipit, habet illa ſubire. quod dic vt ſupra eo. lib. de offic. ord. præſenti § porro. [Et per extrauagan. Ioan. ſuſcepti. de quo ibi dixi. Ioan. Andr. Quos autem fructus talis habere debeat: & quot dies habeat annus hoc caſu. dixi ſupra. eo. lib. de reſcrip. ſi propter. Et per illum §. porro. ſatis videtur iſta decret. & eius ratio eſſe ſuperflua: cū miniſter debeat expenſas habere: quare ergo non vacat primum, ex quo de ſecundo recipit ſaltem victum. Sed potuit eſſe ratio, quam dixi in glo. quia non eſt.

† Et appellatione bñficiorū, an comprehendantur pbēdæ, penſiones, & præſtimonia vide Fel. in c. poſtulaſti. extra de reſcrip.

ſ Facit extrauag. Ioā. xxij. quę incipit, Suſcepti. titu. de elec. & electi poteſtate.

c ¶ Debitis.] ad idem ſup. de ver. ſig. c. pen. ſupra eod. lib. de reſcr. ſi propter. & idem ſi propter aliā cauſam. [illegible] Etiam ſi non reſpiciat eccleſiam, ſed nobilitatem vel prærogatiuam perſonæ. facit ſ. eod. de multa. in fi. Archid. ponit exemplum de guerra, litigio, longa peregrinatione, magna emptione, & qualibet paupertate ſine culpa. alleg. ſup. de cenſi. cum Apoſtolus. de dona. Apoſtolicæ. de relig. do. c. 2, 16. q. 1. & temporis ſecundum Hoſt. Io. And.

d ¶ Onerata.] ad quæ ſoluenda tenebatur eccleſia: ex quo nomine eccleſiæ, & pro eius vtilitate erant contracta. ſupra de ſol. c. 1.

e ¶ Te.] vel alium: quia idem iuris cum eadem ſit ratio. & facit quod dixi ſup. eo. tit. ſi tibi.

[Glo. ſeq. rationem reddit, dat ſimile, ſubdit cautelam, deinde quærit, arg. negatiue, ſoluit contrarium, ad quæſtionem obijcit, ſoluit.]

f ¶ Vacare.] quia non eſt adhuc adeptus plene: quia licet beneficium habeat, fructus non habet: & ſic non vr̄ plene tranſlatus. 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. nam licet res, data ſit, vacua poſſeſſio tradita non eſt. ff. de vſur. ſtipulatus. 1. reſponſo. & ſic ad plenum recepiſſe non videtur. ad hoc ff. commo. l. 3. 3. reſponſo. Et idem credo de decre. cum in cunctis. ſcilicet quod ſi lapſum eſt tempus de conſecrandis epiſcopis, vel iam eſt conſecratus, beneficia propria tenebit, ſi fructus epiſcopatus alteri ex cauſa debeantur eadem ratione. Et caute 2 faciet epiſcopus qui talem indulgentiam habet, ſi beneficium vacans conferat aliàs beneficiato: pone enim quòd habere debeat fructus primi anni: primo anno habebit fructus ſecundi beneficij: ſecundo anno vacabit primum, & tunc habebit fructus primi, ſi adhuc durat indulgentia. Sed quæro nunquid iſte teneatur infra annum promoueri? Et videtur quod non, per iſtud cap. nec videtur poſſeſſionem adeptus vſquequaque: nec integre; & facit ſ. de elect. cum in cunctis. §. cum vero. Et hoc quidā 3 tenent aſſertiue. Sed ꝯtriū credo, & dico, ꝙ bene currit tempus, ex quo habet exercitium curæ aīarum liberū & pacificū. ad hoc ſ. eod. li. de elect. commiſſa. §. 1. 4 propter illud eñ ordinari debet. Ad decr. cum in cunctis, §. cū vero. ibi, eccleſiaſticorum bonorū adminiſtrationē, &c. dico, ꝙ adminiſtrationem iſte hēt, licet fructus non habeat. facit ꝓ hac parte ſ. eo. li. de elec. licet canon: ibi, vt gregis ſibi crediti, &c. Itē quid dices in parochiali eccleſia, vbi non eſſet aliquis redditus: puta quia dos eius caſmate vel alluuione periſſet: nōne teneretur rector eius promoueri? Dicam igitur quòd qui tale beneficium recipit, ſibi imputet. 91. diſt. clericus victum. Sed oppones ꝙ quæſtio non procedit ex quo habebat primum beneficium quod retinet, ſaltem ratione primi promoueri tenetur: Dico ꝙ procedit, pone ꝙ prima eccleſia curata ſit collegiata, vt ſ. eo. de elec. ſtatutum. eo. lib. vel ſuper illa fuerit diſpenſatum: vel pone ſimpliciter non fecit ſe promoueri, priuatus eſt prima: nunquid & ſecunda? vnde bene procedit qō. Speciale igitur ſtatuitur in hac decre. ne clerici mendicare cogantur, ꝙ primum beneficium ſimile non vacet: ſed ne pereant animæ, nihilominus promoueri tenetur, vt ſ. dixi.

2 Nō dicit, recte faciet, ſeu caute; ab hac. n. & ſimilib cautelis abſtinēdum eſt viris pijs.

3 Io. Mon. hic & ibi.

4 Idem ibi Archid.

† Nota bñ ſm Docto. quod in veritate vacet, ꝑ c. de multa. ſ. c. non poterit. ergo iſtud ſecundum beneficiū à ſe reijcere. ar. regulæ qđ ſemel. Fon.

† Vide regulā, quam hinc colligit Anchar. conſi. 351. inci. Ex ſerie teſtamēti.

Promotus ad curatum debet intra annum ad ordines ꝓmoueri, licet eccleſia nullos habeat redditus.

bi a conceſſo à nobis, vt fructus b beneficiorum, † quæ vſque ad certum tempus in tua vacabunt diœceſi percipere valeas, pro ſoluendis debitis, c quibus eſt tua eccleſia onerata, d beneficium vacans poſtmodum curam habēs animarum annexam alicui ſimile beneficium obtinenti te e conferre cōtingat: Aequum eſt, vt quamdiu fructus ipſius perceperis, primum non debeat reputari † vacare. f

¶ Idem.

¶ Cum mandatur alicui non ſacerdotalis, vel integra, vel certi valoris conferri præbenda: ſacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti, conferri non poterit.

CAP. XXVII.

Cvi † de

C Vi de non.] Tria ſunt dicta, quæ patent per paragraphos: & finis omnia reſpicit. Io. And.

¶ Pro intellectu huius cap præſupponendum, ꝙ in quibuſdam eccleſijs aliquæ ſunt præbendæ, quæ dicuntur ſacerdotales, aliæ diaconales, aliæ ſubdiaconales: & illud fuit introductum vt melius poſſet deſeruiri diuino cultui: hoc eſt, aliquæ ſunt præbendæ ad quas nullus promouetur niſi ſit ſacerdos: aliæ diaconales, ad quas diaconi promouentur: aliæ ſubdiaconales: quæ conferuntur ſubdiaconis. Item præſupponendum ſecundo, quòd in aliquibus eccleſijs, ſicut eſt in eccleſia Pictauen. aliquæ ſunt præbendæ integræ, aliæ ſunt dimidiæ præbendæ: quia canonicus habens illam dimidiam præbendam percipit medietatem fructuum alicuius præbendæ.

CASVS. Papa mandauit epiſcopo Pictauen. vt mihi prouideret de aliqua præbenda non ſacerdotali in eccleſia Pictauen. accidit quòd vacauit aliqua præbenda ſacerdotalis: vtrum epiſcopus virtute meæ gratiæ poſſit mihi illam conferre? Certe non. Sed quid? Papa mandauit epiſcopo Pictauen. vt in ſua eccleſia, in qua erant præbendæ integræ, aliæ dimidiæ, mihi conferret præbendam integram, vtrum poſſit eps̄ mihi conferre dimidiam præbendam? Reſpondet, ꝙ non. Sed ponamus, ꝙ Papa mandauit mihi prouideri de præbenda valoris centum librarum: vacauit nunc aliqua præbenda minoris valoris, vt puta valoris, quinquaginta librarum: vtrum poſſit de illa mihi prouideri? Certe non. Et rationem horum ponit Romanus Pontifex. nam ſines mandati Apoſtolici ſunt diligenter obſeruandi in l. diligenter. ff. mandati. ideo mandatum Apoſtolicum non debet extendi extra caſus expreſſos in reſcripto. Not. primo, quòd quandoque in eccleſia præbendæ annectitur ordo ſacerdotalis. ad hoc cle. vt hi, qui. de ætā & qualit. Not. ſecundo, ꝙ in mandato cuius forma eſt obſeruanda, non poteſt illa omitti, etiam de partium conſenſu. Dom.

[Prima

nō [a] ſacerdotali [b] præbenda prouideri mandatur: ſibi etiam volenti ſacerdotalis auctoritate mandati huiuſmodi conferri nequibit. ¶ Similiter ſi in eccleſia, in qua integræ ad dimidiæ præbendæ habentur, mandetur integra [d] conferri præbenda: quamquam ille pro quo ſcriptum extitit, dimidia velit eſſe contentus, ei de ipſa non poterit prouideri. [e] ¶ Idem cum iniungitur prouideri alicui de præbenda [f] certi valoris, vt in præbenda minoris valoris etiam illo volente mandatum non poſſit adimpleri. Non enim huiuſmodi mādata (quorum fines diligenter [g] ſeruari oportet) debent ad caſus alios, quàm expreſſos extendi.

¶ Idem.

¶ *Secundo beneficio curato effectualiter adepto, primum conſimile eius poſſeſſore irrequiſito conferri poteſt: non autem eius poſſeſſio dari. ſecundum Zenz.*

CAP. XXVIII.

Licet [h] † epiſcopus [i] beneficium, quod cum animarum cura tenebas (poſtquam aliud recepiſti conſimile, ac ipſius poſſeſſionem pacificā habuiſti, vel per te ſtetit, quo minus haberes eandem [k]) poſſit alteri de iure conferre: [l] illum tamen cui contulerit, non debebit te non vocato [m]

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Cui de non.] cum mandatur alicui non ſacerdotalis, vel integra, vel certi valoris conferri præbenda: ſacerdotalis, dimidia, vel minoris valoris illi etiā volenti conferri non poterit.

b ¶ De non ſacerdotali.] iſtud videbatur in eius fauorem appoſitum, vt non compelleretur eſſe ſacerdos: & tamen in eius læſionem retorquetur, ita ꝙ etiam ſi volet, ſacerdotalem habere non poterit. & ratio eſt in fi. c. & vide quod dixi infra, de reg. iur. quod ob gratiam.

c ¶ Dimidiæ.] ſi vna præbenda diuideretur in duas: quælibet per ſe diceretur integra. ſ. eo. maiorib. & c. vacante. ſed hic vna præbenda diuidebatur in duas, vel erant ibi præbendę quę ſic vocabantur, integræ & dimidiæ: quia medietatem redditutum forte habebant reſpectu integrarum.

d ¶ Integra.] quid ſi ſimpliciter mādetur prouideri de præbenda? Dic [1] ſi illæ præbendæ dimidię ſunt diuiſæ: quia pars à toto iam ſeparata, non eſt pars, ſed totum: tunc de dimidia poterit prouideri, [2] vt ſic aliud ſit de integra ſcribere: & aliud ſimpliciter ſcribere: ad hoc infra eod. tit. ei cui. ſed ſi aliàs nulla eſſet diuiſio, ſed vna præbenda diuideretur in duas, ſecus crederem, cum tunc non de præbenda, ſed de dimidia prouideretur.

ADDITIO Ad hoc ff. de leg. ſecundo, Caius. §. 1. Ioan. Andr.

e ¶ Prouideri.] vide ĩ. tex. ibi, Non enim, &c.

f ¶ De præbenda.] & tunc de penſione prouideri non poterit, vt ſup. eo. ti. & lib. quamuis. 1. reſponſo.

g ¶ Diligenter.] ff. manda. diligenter, & ſupra de reſcr. cum dilecta.

ADDITIO Alleg. Ioan. Monach. ff. de acquir. hæred. l. ſi quis mihi bona. § pater filio. Arch. alle. de reſti. ſpol. c. fi. Ioan. Andr.

Licet epiſcopus.] Primo dicit beneficium de iure vacans conferri poſſe poſſeſſore non vocato. Secundo, in danda poſſeſſione dicit illum vocandum; ibi, Illum tamen. Ioan. Andr.

¶ Præmitte, ꝙ habens beneficium curatum, & obtinens ſecundum, ipſo iure eſt priuatus primo: & libere poteſt conferri. ſup. eo. de multa. hic declaratur quid importat verbum, libere. Dom.

¶ Iſtud c. venit limitatiue ad cap. de multa, eod. tit. in anti. vbi vř ꝙ ſi alicui obtinenti beneficium curatum, vel dignitatē, vel perſonatum conferatur aliud ſimile beneficium incompatibile, & adeptus fuerit poſſeſſionem pacificam: vacat primum beneficium. dř in cap. commiſſa. de elec. ſup. eo. iſto lib. ꝙ ēt ſi ſteterit per ipſum cui eſt collatum ſecundum beneficiū, quo minus adipiſcatur poſſeſſionem pacificam: vacat primum beneficium ac ſi apprehendiſſet poſſeſſionem pacificā: & poterit ep̄s primum beneficium conferre alteri idoneę perſonæ: ſeu vtrum epiſcopus poſſit iſtum, cui contuſit primum beneficium quod vacat per adeptionem alterius beneficij incompatibilis inducere in poſſeſſionē realem abſque cognitione cauſæ? Reſpondet, ꝙ non: immo debet ep̄s facere citari primum poſſeſſorem, & ipſum audire ſuper iure ſuo quare retineat primum beneficium, cū adeptus fuerit poſſeſſionē pacificam ſecundi beneficij: quia niſi alleget aliquam cauſam rationabilem, poterit epiſcopus inducere iſtum (cui ſecundo contulit illud beneficium) in poſſeſſionē realem ipſius beneficij. Not. primo, quod per ſolam beneficij collationem nō dicitur quis acquirere ipſius poſſeſſionē. Not. ſecundo, ꝙ licet quis poſſideat prima facie contra ius rem, tamen non poteſt ab ipſo poſſeſſio auelli illo non vocato. Dominicus.

[Prima glo. dicit, quid declaret.]

h ¶ Licet ep̄s.] edita fuit ad declarationem decretalis, de multa. ſup. eo. tit. & ad probationem eorum, quæ ibidem no. Inn. & Hoſtien. quæ not. Guil. ſupra de elect. licet canon.

ADDITIO & Compoſt. de reſcr. capitulum in glo. magna verſi. item quæritur, vtrum executor datus. & verſ. ſeq. Io. And.

i ¶ Epiſcopus.] vel quilibet alius ad quem collatio pertinet, cum eadem ſit ratio: & concilium indiſtincte loquitur is quoque ad quem prioris decre. & c. cui verbo declaratiue venit hæc decr. vt ſup. dixi.

k ¶ Eandem.] ſic ſup. eo lib. de elect. commiſſa. §. 1.

[Glo. ſeq. dubium ſoluit, & rationem reddit.]

l ¶ Conferre.] not. ex hoc tex. ꝙ decr. illa ſup. de elec. c. vlt. eo. lib. licet in confirmationibus locum ſibi vendicet, non tamen in collationionibus: vnde vides, ꝙ non facta aliqua vocatione, poteſt fieri collatio ad idem facit ſup. eo. ti. & lib. cum in illis. §. cum autem. & bene dicit textus de iure conferre: quia iſtud eſt regulare [1] ꝙ rem ad collationem meam ſpectantem, vel ius quod in ea habeo donare, vel quocūque alio titulo in alium transferre poſſum, detentione alterius non obſtante. ff de reg. iur. qui poteſt, C. de hære. vel act. ven. per totum, ff de contrahen. empt. qui tabernas. ad hoc ſupra eo. venerabilis. ſupra de feud. c. 2. de poſſeſſione autem fiet quod ſequitur.

[Glo. ſeq. fortificat textum.]

m ¶ Te non vocato.] non ergo remouebitur poſſeſſor à ſua poſſeſſione uel quaſi ſine cauſæ cognitione, [2] ex quo titulo poſſidet, licet iniuſto. 16. q 4. uolumus. & ſic intelligitur de conceſ. præb. cum noſtris, de reſtitu. ſpolia. in litteris. de cau. poſſeſ. c. 2. in antiq. & eſt expreſſum. C. de rei vendica. l. fin. Hinc eſt quod vſufructuarius vſufructu finito non poteſt à quaſi poſſeſſione expelli: immo contra eum agetur negatoria: vel ex cautione de reſtituenda re præſtita. ff. ſi vſufructi, petat. l. vti. fru. 1. reſpon. ff. uſufru. quemadmodum caue. l. 1. §. hoc autem agat. ergo is cui collata eſt eccleſia, ut ſibi tradatur poſſeſſio, in quo procedet ſūmarie, poſſeſſore vocato.

† al. mandatur.

[1] Idem Io. Mo. qui dicit ſe ſic ſētentiaſſe. & idē Archi.

[2] Placet Domi. ſi illa diuiſio ſit facta ante datam litterarū, ſecus ſi poſt: q a litteræ beneficiales non extendūtur ad creata poſt datā. c. ſi. de reſcrip. Font.

[1] Vide Fel. in c. fi. extr. de pręſum. & Hippolytum ſingulari. 195. incip. nemo priuandus eſt.

[1] Idē Do. facit glo. c. cū noſtris. de conceſſ. præb. Font.

[2] Cognoſcere autē dēt de canonica collatione petentis, & de iniuſta detētione poſſeſſoris ſm Archi. ſup. de reſcrip. olim. & ſcripſi in præd. decre. cum noſtris, ſuper glo. 2. Io. And.

vocato. C. ſi per vim, vel alio modo. l. vlti. Alleg. Archi. s̃. de reſt. in integ. cũ ex litteris ad fi. ff. de requir. reis. l. 2. & 3. q. 9. indicas. Io. And. Nemini enim licet rem ẽt ſuam ſua auctoritate occupare. C. vnde vi, ſi quis in tantam. 16. q. 6. placuit. s̃. eo. tit. & lib. eum qui. 2. reſpon. ad hoc s̃. de diuor. porro. Et quod hic dicitur, idem intelligo ſecundum prædictos doctores in omni eo caſu, in quo priuatus eſt quis ipſo iure. pone in terminis, s̃. de ele. licet canon. licet vtilis eſſet declaratio vt s̃. dixi. e. ti. ꝯmiſſa.

ADDITIO Vide quod dixi per Inn. & Hoſt. de conce. præb. cum noſtris. in anti. ſuper gl. pe. ad fi. I. A.

a ¶ Retinendi.] vt ſi ſufficienter ſecum diſpẽſatum eſſet. s̃. eo. tit. & lib. non poteſt. vel ad tẽpus hoc conceſſum, vt s̃. eo. li. de reſ. ſi gratioſe. vel ex cauſa nō percipit fructus ſecundi beneficij. s̃. eo. ti. & lib. ſi tibi conceſſo. vel habet commendatam eam. s̃. de elect. nemo eo. lib.

(cum tibi forſan ius poſſit competere retinendi a) in poſſeſſionem ipſius inducere corporalem.

¶ Idem.

¶ *Sacerdotalis præbenda per ſimplex mãdatum de prouidendo, nõ niſi apto ad ſacerdotium eſt conferẽda. h. d. ſecundum Zen. Et iſtud ſummariũ poteſt adaptari vtrique lecturæ poſitæ in tertia gloſſa. Do.*

CAP. XXIX.

EI, cui prouideri mandatur † ſimpliciter b de præbenda proximo vacatura, ſacerdotalis c præbenda conferri non poteſt, ſi nondum d in ætate e tali exiſtat, quò d poſſit ad ſacerdotium promoueri: Sed aliam f expectare debebit.

¶ Idem.

¶ *Ex mãdato ſedis Apoſtolicæ expectãs ex certa cauſa, ea deficiente, beneficiũ petere impeditur. hoc d. ſecundum Zen.*

CAP. XXX.

SI pau-

† Mandata de prouidẽdo ſuſtulit cõcil. Trid. ſeſ. 24. de refor. c. 19.

EI cui.] Decretalis tria facit. Primo ponit formã prouiſionis: Scd̃o ſoluit illius dubiũ: Tertio ſolõnẽ d̃clarat. Scd̃m: ibi, Sacerdotalis. Tertiũ: ibi, Sed aliã. I. A.

CASVS Cum in eccleſia Pictauẽ. eſſent aliquæ p̃bendæ ſacerdotales, aliæ non; ſed erant diaconales, vel ſubdiaconales Papa fecit mihi gratiam ſub hac forma: quia mandauit epõ Pictauẽ. vt mihi prouideret de p̃benda in eccleſia Pictauẽ. ſimpliciter abſq; alia ſpecificatione: vacauit præbenda ſacerdotalis: vtrũ ep̃s illam mihi non promoto ad ſacerdotium poſſit cõferre? Reſpondet, ꝙ non. Sed quid ſi nondum fui promotus ad ſacerdotium: ſed tamen ſum in ætate legitima, puta xxv. annorum, in qua potero promoueri ad ſacerdotiũ: an de illa prębenda ſacerdotali vacante poſſit mihi prouideri? Certe ſic. Et iſta ſunt vera: niſi aliàs conſtaret de mente Papæ, puta ſi in litteris Papæ diceretur, non obſtantibus quibuſcunque, per quæ effectus litterarum noſtrarum poſſet impediri aut differri: nam tũc etiam de præbenda ſacerdotali poſſet mihi prouideri: licet nondum eſſet ætatis legitimæ, in qua poſſem promoueri ad ſacerdotium. Not. primo argum. quòd mandatum directum ſimpliciter ſuper præbenda, includit ſacerdotalem, & non ſacerdotalem. Nota ſecundo ſecundum Io. Mona. quòd genus quòd in vno de indiuiduis non põt impleri, implebitur in alio. s̃. eo. tit. & lib. cũ in eccleſia. & vi. cõcor. in diſt. c. quia ſæpe, in gl. fi. D.

[Prima gloſſa ſoluit dubium.]

b ¶ Simpliciter.] hoc non ſine myſterio dictum fuit ſi enim in litteris contineretur, non obſtantibus aliquibus, &c. per quæ effectus gratiæ noſtræ impediri valeat vel differri: hic ſecus: quia patet quòd Papa vult ſibi præbendam dari: ordinem autem recipiet cum ætatis erit ad hoc aptę, & ſup hoc vidi declarationẽ ſub bulla.

ADDITIO Non intelligas per modum conſtitutionis: ſed in quadã cauſa, vt mihi videtur, Nouarieñ. præbendę, obtinuit impetrans contra opponentem: quia ipſe nõ habebat ætatem ad ſacerdotium, quam requirebat præbenda. Iſta ratione expreſſa in Papalibus litteris ſuper ſententia editis, ꝙ impetrans habebat in litteris gratiæ clauſulam, non obſtantibus ijs per quæ effectus, &c. Ioan. And.

c ¶ Sacerdotalis.] ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ.

ADDITIO. Dicit Archi. vt in eccleſia Bonon. iamdudum in ipſa eccleſia contrariũ conſului, ſcilicet in ea tunc non eſſe præbendas ſacerdotales vnde ex eo quia nõ erat expreſſe onus ſacerdotij, vel alterius ordinis p̃bendis annexũ: licet ibidẽ bene fuerat ſtatutũ ꝙ eſſent tot diaconi, tot p̃sbyteri, &c. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ſignat ꝯtrarium & ſoluit.]

d ¶ Nondum.] ergo non inſpicimus tempus datæ, ſed tempus vacationis, vt ſi tunc eſt in ętate, bene quidem: aliàs ſequentẽ expectet. Sed contra s̃. eo. lib. de reſcrip. ſi eo tempore. vbi non inſpicitur tẽpus quo vacat beneficium cũ cura: immo ſolum tẽpus datæ. Sol. In curatis beneficijs & in ipſorum impetratione maior idoneitas requiritur, quàm in ſacerdotalibus præbendis. s̃. eo tit. & lib. cũ in illis. s̃. de ele. iſto lib ſtatutum. & ideo fauorabilior eſt hæc gratia quàm illa. præterea hic loquitur generaliter, quòd genus ciuiliter eſt intelligendum † ff. de ſeruit. l. ſi cui. præterea gratia illius decret. ſaltem in altera parte eſt duratura. hic autem poſſet gratia in totum extingui. Pone enim ꝙ omnes præbendæ ibi eſſent ſacerdotales: ſi ergo ille qui impetrauit ſibi prouideri de beneficio cũ cura vel ſine cura, tunc non erat ętatis idoneæ: pro ea parte qua de curato expreſſit, ſunt litterę vitioſæ: ſi autem ſimpliciter impetrauit ſuper primo beneficio, curatũ non debebitur. s̃. eo. cum in illis. ſed ſecus cum impetro prouideri de præbenda, vt hic vides. Io.

† Hic eſt vnus caſus quo primꝰ impetrãs nõ obtinet primũ vacans: alios vide per gl. quia ſæpe. s̃. e. li. Do. Fent.

† Idem vſ ſentire Domi. examinans glo. & Panor. cap. cũ dilectus ſup. e. quia hic nõ fuit ſurreptio. ſecus in d. c. ſi eo tempore. Fent.

[Glo. ſeq. quærit, arg. & ſoluit. Iterum quęrit, ar. pro & contra, & ſoluit.]

e ¶ Ætate.] quam dicis hic congruam ætatem? † Dicendum videtur ꝙ ætas 30 annor. 78. diſt. c. 1. & 3. vbi eſt expreſſum. Et hoc tenet hic Archid. ſequens Hoſt. cuius opinionem poſui. in § inferiora, ſuper glo. 2. Sed hodie ſi attigerit xxv. annum, ſatis eſt in ætate legitima: per decret. ſu. de elect. cum in cunctis. & 78. diſt. c. vlt. & hoc approbat clemen. de æta. & qual. generalem: & non dico hodie ſeruanda interſtitia temporum de quibus habes 78 diſt. c. 5. & 3. & per totũ. Sed q̃d dices ſi iam erat ſacerdos, licet non eſſet in ætate legitima: nunquid debebitur ſibi præbẽda? Videtur ꝙ non: quia non eſt in legitima ætate: quod requirit hæc littera: & non debemus reſpicere quid factum ſit, &c. vt ſu. de el. cum cauſam. cum ſuis concord. bene facit ff. quando dies lega. cedit l pen. ff. qui ſatiſd. cogant. l. quotiens. cum ſuis concor. Contra videtur: ex quo enim promotus eſt iam, quid quærimus ætatem ad promouendũ; recepit enim verum ordinem, de tempo. or. vel non eſt compos. in aut. Primum credo, † cum tali interdicenda ſit executio ordinis ſic ſuſceptũ, vt in prædi. decr. vel nõ eſt compos: & quia non debet eſſe melior conditio eius qui deliquit. ſu. e. ut. & lib. eum qui.

† De ætate ordinandorum. vide quæ demũ ſanciuit cõcil. Triden. ſeſ. 23. de refor. c. 12.

† Idem hic Arch. & ẽt inducit q̃d talis cũ reliit vti falſo diplomate, puniendus eſt, ff. ad l. Cor. de fal. l. eos § fin. Io. And.

f ¶ Aliam.] non ſacerdotalem, vel etiam ſacerdotalẽ, ſi tunc peregerit ætatem idoneam, vt ſu. dixi. Io. And.

SI pauper.] Decidit caſum dubium, rationem interſerens: ibi, cum ceſſet.

ADDITIO. Et dicit Io. Mo. ꝙ hic datur inſtantia ad regulam, factum legitimæ. j̃. de reg. iur. & ibi remittit. Ioan. Andr.

CASVS Papa mandauit epiſcopo Pictauẽ. in forma pauperum, vt Titio clerico prouideret de beneficio

compe-

competenti ſecundum merita ipſius Titij, vt inde poſſet ſuſtentari: antequam eps Pictauen. illi prouideret de beneficio competenti, ipſe Titius adeptus fuit aliquod beneficium, ex quo licite poterat ſuſtentari: poſtea vacauit beneficium in collatione epi Pictauen. vtrum de illo poſſit prouidere eidem Titio? Videtur quod ſic: aliàs ſua gratia ſibi de nihilo ſeruiret. Non obſtante iſta ratione dubitandi, decidit hic Romanus Pontifex contrarium: videlicet quòd eps Pictauen. de beneficio vacante non poterit Titio prouidere: & ratio huius eſt: quia cum modo habeat beneficium, ex quo poteſt viuere: & ſic ceſſet cauſa ſuggratiæ, debet ceſſare effectus.

† Multis modis quis dr pauper. vide Alex. conſi. 37. in ci. cõſultus ſum. lib. 7. adde Bart. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matr.

Per† a clericus, cui cum beneficium nullum haberet, mandabatur de beneficio (iuxta ſuæ probitatis merita) per epiſcopum prouideri, aliud antequã ſit prouiſum eidem, beneficium fuerit aſſecutus: prouidere b ſibi epiſcopus (cũ ceſſet cauſa c mandati) de cętero non tenetur.

¶ Idem.

¶ Vbi de prioritate beneficii pluribus collati non conſtat: primo poſſeſſio, deinde maior prærogatiua præfertur. hoc dicit ſecundum Zen.

Nota primo, quòd pauper dicitur nõ habens beneficium eccleſiaſticum, nec bona patrimonialia: licet habeat uirtutes: quod intellige, vt ſit pauper reſpectu bonorum patrimonialium. Nota ſecundo, quod ceſſante cauſa mandati, ceſſat mandatum: etiam ſi nõ fuerit adimpletum. vide de appellat. cum ceſſante. in antiq. Dominicus.

[Gloſſa prima recit. per quæſtionem, quam diſtinguendo ſoluit.]

a ¶ Pauper.] Nota, quia non ſine myſterio dictum puto: ſi enim in gratia ſpeciali prouiſum ſit alicui: & poſtea ante vacationem adipiſcatur aliud beneficium, non expirat gratia. Hæc enim decretalis loquitur de forma quæ prouidet neceſſitati pauperum, quæ eſt iuſtitia, 1 vel quaſi. in antiq. de præb. cum ſecundum. Prouiſione igitur facta impetranti, ceſſat cauſa iuris: & ſic ipſius executio. & facit inf. eo. ſi eps. 1. reſpon. in fi. ibi, per cũ vel alium, &c. ius enim beneficiatum non beneficiat. ſupra eodem, quia in tantum. Et hoc uerum puto, niſi adeptum beneficium ſe non compateretur 2 cum prima gratia, ſi iam haberet effectum, vt in duobus curatis. ſupra eodem, de multa. cum enim in eo caſu periret ius in re: multo fortius ad rem. infra de conceſſ. præben. cap. vlt. & hoc approbat clement. de reſcriptis gratiæ.

1 Iuſtũ eſt clericũ beneficiari in vico potiſſime de quo eſt. C. de epiſc. & cle. in eccleſiis. Io. And.

2 Facit qđ de litigante dixi poſt Inno. s. de reſcr. in noſtra. Io. An.

ADDITIO. Quòd gratia ſpecialis alicui facta non expiret ſi poſtea ante vacationem adipiſcatur aliud beneficium, tenet Io. Mo. & Archid. & de hoc per Ioan. de Deo in ſua q. 23. primi lib. vbi dicebat, quod ſi in litteris cõtinebatur cum nullum habere beneficium: & ſic erat tempore datæ rei veritas: iudex pronunciabit illud beneficium ſibi deberi. Ego non curo de illa clauſula: & tene quod dictum eſt in gl. Io. And.

b ¶ Prouidere.] talis forma etiam in litteris gratiæ nõ extenditur ad hoſpitalia, vel loca ſimilia, vt in clem. eo. ſi per litteras.

[Glo. ſequens exponit, quærit, & ſoluit, etiam diſtinguendo.]

c ¶ Ceſſet cauſa mandati.] & ſic ceſſabit effectus. Et quæ erat cauſa? quia nullum habebat beneficium: 3 & ſic cauſa iuſtitiæ potius quàm gratiæ, vt ſup. dixi. concor. de appel. cum ceſſante. in antiq. cum ſim. Sed quid dices, pone, eſt illi prouiſum de vicaria, numquid per id expirabit mandatum? Sol. ſi vicaria eſt temporalis. pone in terminis. s. eo. lib. de elect. cum ex eo. in fi. & inf. de regu. beneficium, ſup. de appel peruenit. 2 [s. de uo. c. fin. s. eo. lib de elect. cum ex eo. & conſti. Io. execrabilis. in fi.] tunc non expirabit mandatum: quia beneficiatus non eſt: cum beneficia ſint perpetua. Sed ſi vicaria eſt perpetua, vt ſupra eodem, extirpandæ. tunc ſecus. ſupra de reſcriptis, poſtulaſti. [Idem Archidiaconus.]

3 Ergo ſi haberet pẽſionẽ in titulum, illa tacita gratia non valeret. Font.

SI à ſede.] ſoluit caſum dubium diſtinguens duo membra: Secundum ibi, Si vero. Io. And.

CAP. XXXI.

SI † à ſede Apoſtolica, vel legato d ipſius, uni, & ab ordinario alteri, eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat e quæ collatio fuerit pri-

† Vide Alex. conſil. 19. inci. admodum. li. 2. & late Phil. Probã in c. cũ cui. s. hoc e. ti.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali, vel aliquo alio beneficio: impetraui illud beneficium à legato Cardinali tunc in his partibus exiſtenti: eadem die epiſcopus Pictau. tibi contulit illud beneficium: quæritur quis noſtrum debeat habere illud beneficium: vtrum ego qui habeo collationem à legato de latere: vel tu qui habes collationem ab epiſcopo Pictauenſi? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: aut tu habes poſſeſſionem illius beneficij, & tunc es præferendus, licet habeam collationem à legato Papæ, & non tu: aut contra ego ſum poſſeſſor. & tunc ſine dubio ſum potior: ideo ſum tibi præferendus. Sed ponamus, quod neuter noſtrum eſt in poſſeſſione, quæritur quis ſit potior in collatione? Reſpondet, quod ego qui habeo collationẽ à legato, & non tu: & propter excellentiam & prærogatiuam ipſius legati de latere ſum tibi pręferendus. Et iſta ſunt uera: dum tamen non poſſit apparere per teſtes, vel alia probationum genera, quæ collatio fuerit prior: nam licet iſtæ duæ collationes ſint factæ eadem die: tamen potuit eſſe, quod eps Pictauen. fecit tibi collationem iſtius beneficij tali die de mane: & quod legatus fecit mihi collationem hora veſperarum: tũc enim ſi de hoc poſſet conſtare, tu eſſes potior, & ideo eſſes præferendus. Nota primo, quod legatus de latere poteſt conferre beneficia ex ſua generali commiſſione legationis, ſecus eſt in legatis natis & miſſis: nam tales non poſſunt beneficia conferre, niſi haberent ſuper hoc ſpecialem poteſtatem. Nota principalem effectum huius ca. videlicet, quod ſi eadem die Papa vel ſuus legatus contulerit mihi aliquod beneficium, & eadem die (ita quod non poteſt cõſtare, quæ collatio ſit prior & poſterior) epiſcopus fecerit tibi collationem illius beneficij: qui primo adeptus fuit poſſeſſionem illius beneficij, eſt præferendus: ſi autem neuter poſſideat, tunc ego qui habeo collationem à Papa, vel à ſuo legato, ſum potior in aſſignatione beneficij. Nota vlterius, quod factum legati non dicitur factum Apoſtolicæ ſedis. probat tex. qui ponit iſta hic diuerſa. ad idem s. eo. ti. & lib. ſi eum. & cap. ſi Apoſtolicæ. Nota finaliter, quòd in collatione beneficij eodem tempore poſſunt concurrere tres poteſtates conferendi. Dominicus.

[Prima glo. ſoluit quattuor dubia.]

d ¶ Legato.] intelligas de legato de latere: 4 quia alij beneficia conferre nõ poſſunt: niſi haberent ſpecialem ſuper hoc poteſtatem. s. de offi lega. cap. 1. Quid dices ſi Papa contulit vni, & legatus alteri? Dic idem quod infra ſequitur in Papa: vel legato ex una parte, & ordinario ex altera, quia eadem ratio. Idem dico, ſi Papa uni, legatus alteri, ordinarius tertio contulerit. in archiepiſcopo autem & epiſcopo & ſuis ſubditis dubitatio non procedit: quia ad alterum ſolum pertinebat collatio: & illa ſola valuit.

e ¶ Nec appareat.] ſi enim poſſet apparere, quę fuerit primo facta, ille obtinebit: 5 vt ſi probetur per teſtes de hora, vel in ipſis litteris dicitur de hora. & facit quod dixi s. eo. lib. de reſcr. duobus. vbi idem verbum habes.

4 Vide qđ no. de offi. lega. c. pen. in gl. 2. I. A.

5 Vterq; ergo probare poterit: & obtinebit, qui melius probauerit. de renunc. ſuper hoc. de prob. ex litteris Io. And.

a ¶ Poſſidentis.] magnum ergo eſt poſſeſſionis cōmodum. C. de rei ven. l. res alienas. Inſtit. de interdi. §. retinendæ. ῑ. de reg. iur. in pari cum ſuis concor.

ADDITIO. Alleg. Archid. 16. q. 4. volumus. vt lite pen. per totum. Io. Mo. alleg. vt eccle. ben. c. vnico. poſt princ. optime facit ad caſum. ff. de pigno. ſi debitor. cuius caſum pono ῑ. de reg. iur. cū ſunt. Io. And.

† No. beneficij titulū adiuuari à poſſeſſione iuſta dico. l. uis eius. C. de prob. c. licet cām. de prob. & ſufficit poſſeſſori ēt ſemiplene ꝓbare, ꝙ petitoris iustē dat dubiū. no. in l. bonæ fidei. C. de re. cre. F.

b ¶ Neuter.] vel uterque: nec apparet quis tunc primo: idem iuris. ῑ. de reſcr. duob. 2. reſponſo. in prin.

‡ ¶ Prærogatiuam.] ſic ῑ. de maio. & obe. per tuas.

d ¶ Alteri.] cui contulit ordinarius.

mo facta: erit potior conditio poſſidentis.[a] †Si vero neuter[b] poſſideat: is, cui ſedes ipſa contulit, vel legatus (propter conferentis amphiorem prærogatiuam[‡]) erit alteri[d] præferendus.

¶ Idem.

¶ *Religioſus habens prioratum vel eccleſiam curatam, ſi recipit ſecundum ſine licentia Papæ, ipſo iure vacat primum: quod ſi ſtatim non dimiſerit, efficitur ineligibilis, & priuatur vtroque, eadem eſt pœna in iis, qui habebant ante hanc conſtitutionem, niſi infra menſem alterum elegerint, & alterum dimiſerint. hoc dicit vſque ad §. prohibemus. Io. And.*

CAP. XXXII.

CVm † ſingula[c] officia ſint ſingulis committenda perſonis,[f] & diſſolutionis, ac euagationis materia ſit religioſis præ cæteris auferenda:[g] Præſenti prohibemus edicto, ne aliqui mona-

CVm ſingula.] Primo ponit conſtitutionis cauſam: Secundo conſtitutionē circa religioſos: ibi, Præſenti. In qua tria facit: Primo prouidet circa futura: & pœnā apponit: Secūdo ibi, Circa. prouidet circa præterita ſub eadem pœna: Tertio ibi, Prohibemus prouidet circa adminiſtrationes vel officia unius monaſterij non committenda monachis alterius monaſterii: & pœnam apponit committenti & recipienti.

CASUS. Abbas monaſterij ſancti Cypriani, alicui ex ſuis monachis habenti prioratum vel aliquod beneficium curatum, voluit conferre aliud beneficium curatum: utrum talis monachus poſſit iſtud ſecundum beneficium abſque auctoritate Papę obtinere? Reſpondet, quod non; alias ipſo iure uacat primum beneficium & tenetur ipſe monachus dimittere primum beneficium ſtatim, ut conferatur alteri: quod ſi non fecerit, efficitur ipſe monachus ineligibilis: & tamquam ambitioſus debet utroque priuari: quod uerum eſt, ſiue ipſi monachi deſeruiant illis prioratibus, & eccleſijs curatis per ſeipſos, ſiue per vicarios inſtitutos per epiſcopum, ad præſentationem ipſorum: iuxta capitu. de monachis. eodem titu. in antiquis. fallit ſi unum iſtorum beneficiorum eſſet alteri annexum: quia tunc non haberent locum pœnæ ſupradictæ, cum iſta duo beneficia reputentur pro uno. capit. dudum. ſupra de electione. ‡ Sed quid ſi ſolita ſunt, & conſueta conferri ſolis monachis illius monaſterij: vtrum poſſint conferri monachis monaſterij noui Pictauen. uel alterius monaſterii, quod non ſubeſt monaſterio ſancti Cypriani? Reſpondet Romanus Pontifex quod non: niſi cum auctoritate Apoſtolicæ ſedis, quod uerum eſt, ſi in monaſterio ſancti Cypriani reperiantur perſonæ idoneæ ad obtinendum illa beneficia: quia ſi non poſſent reperiri perſonæ idoneæ, poſſent aſſumi de monaſterio monaſterij noui, vel alterius monaſterij non ſubiecti monaſterio ſancti Cypriani, etiam abſque licentia Papæ: verumtamen ſecurius eſſet, quod requireretur auctoritas Papæ. Sed quid, ponamus, quod de facto factum fuit contrarium; vtrum contra facientes, & non obedientes huic conſtitutioni debeant puniri aliqua pœna? Reſpondet Romanus Pontifex, quod ſic: nam prælatus, qui contulit prioratus, vel alias adminiſtrationes monachis alterius monaſterij, eſt priuatus iure conferendi illas adminiſtrationes pro illa uice: & poteſtas conferendi illa beneficia pro illa uice, defertur diœceſano loci: niſi monaſteria ſint ſubiecta immediate Romano Pontifici: quia tunc poteſtas conferendi defertur ad Papam. Quid de recipientibus & detinentibus illa beneficia? Reſpondetur: ſunt ineligibiles ipſo iure: nec tenet collatio ſibi de dictis beneficijs facta. Nota ex principio capituli, quòd ſingula officia debent committi ſingulis perſonis: & una perſona non debet habere duo beneficia: ſicut in corpore humano quodlibet membrum habet ſuā propriam operationem: nec exercet actum alterius membri. 89. diſtin. cap. 1. in princ. Nota inſuper, quòd cap. de multa. eod. ti. in antiq. etiam habet locum in prioratibus & nō ſolum in eccleſijs parochialibus, vt hic dicitur: Nam monacho obtinenti vnū prioratum, non poteſt alius prioratus conferri: niſi ille eſſet annexus primo prioratui: ſed tunc non dicitur habere niſi unicum beneficium: nam iſti duo pro uno reputantur, capitulo dudum. de electione. Nota ulterius, quod religioſus unius monaſterij non debet aſſumi ad beneficium, uel prioratum alterius monaſterij. Nota inſuper pœnam, quæ imponitur illis, qui faciunt contra iſtam conſtitutionem.

Caſus §. ꝓhibemus.

† Vide concil. Tri. ſeſſ. 7. de refor. c. 2. & ſeſſ. 24. de ref. c. 17.

Nota etiam, quòd pluralitas beneficiorum inducit diſſolutionem, & uagationem in perſonam beneficiati. Nota finaliter, quod religioſis eſt prohibita vagatio. ad quod decimaſexta quæſtione prima, placuit. Et cum hoc nota argumentum, quod appellatione monachorum non comprehenduntur alij religioſi. Dominicus.

[Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.]

c ¶ Cum ſingula.] Religioſus habens prioratum, vel eccleſiam curatam, ſi recipit ſecundum ſine licentia Papæ: ipſo iure vacat primum: quod ſi ſtatim non dimiſerit, efficitur ineligibilis: & priuatur utroque. Eadem eſt pœna in his, quæ habebant ante hanc conſtitutionem: niſi infra menſem alterum elegerint, & alterum dimiſerint. Prioratus eccleſiæ, uel adminiſtrationes vnius monaſterij ſolitæ per ipſius monachos gubernari, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia alterius monaſterij monachis non committantur, nec commiſſa dimittantur: qui contra fecerint ſint priuati poteſtate ordinandi prædicta ea uice: & defertur ad diœceſanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes uel eligentes, ſunt ineligibiles ipſo iure. Emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Hoſtien. ſupra eodem, de multa.

ADDITIO. Dicebat Io. Mon. ꝙ hæc decretalis obuiat ambitioni monachorum, & eam multiplicibus pœnis aſtringit. Io. And.

f ¶ Perſonis. 89. diſt. cap. 1. in prin. ſicut ſingula membra corporis ſingulos actus habent, vt ibi. ad idem 16. q. 1. presbyteros. ſupra eodem titu. quia in tantum. C. de aſſeſſ. l. nemo.

g ¶ Auferenda.] ad hoc ſupra eodem libro de electione ſi religioſus. primo reſponſo. & cap. quorundam. & c. indemnitatibus. §. ſed cum eas. inf. de ſtatu regu. c. unico. ſupra, ne cler. uel mona. ca. 1. monaſterium enim eſt eis quaſi carcer. 16 q. 1. placuit, 2. de ſent. excom. vt ſamæ. [in antiq.]

[Glo. ſeq. ſoluit dubium.]

a ¶ Prio-

nachi vel religioſi alij † pluribus prioratibus, [a] vel eccleſijs curam habẽtibus animarum, etiam ſi eadem cura non per ipſos, ſed per presbyteros ad eorum præſentationem per epiſcopos inſtitutos habeat exerceri, abſque [b] ſedis Apoſtolicæ auctoritate præeſſe præſumat: niſi † forte vnus ex eis ab alio dependeat, vel adinuicem ſint annexi. [c] † Statuentes, vt quicunque ipſorum prioratum, vel eccleſiam talem obtinens alium receperit: primũ, quo ſit ipſo iure priuatus, ſtatim omnino dimittere teneatur, [d] per eum, ad quem pertinuerit libere [e] alteri conferendũ. Quod niſi fecerit: [f] extunc eo ipſo efficiatur ineligibilis, [g] & tamquam ambitioſus ab vtroque penitus repellatur. ¶ Circa eos autem, qui plures prioratus, vel eccleſias huiuſmodi nunc detinent: prouidemus, vt infrà menſem [h] poſtquam præſens cõſtitutio peruenerit [i] ad eoſdem, vnum ex ipſis, quem retinere voluerint (reliquis dimiſſis) eligere [k] teneantur: alioquin extunc [l] pœnis ſubiaceant ſupradictis. [m]

¶ *Prioratus eccleſiæ, vel adminiſtrat. ões vnius monaſterii ſolita per ipſius monachos gubernari, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia alterius monaſterii monachis non cõmittantur, nec cõmiſſa dimittantur. Qui cõtra fecerint, priuatis poteſtate ordinandi prædicta, ea vice, & defertur ad diœceſanum in nõ exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes, vel detinentes (aliàs eligentes) ſunt ineligibiles ipſo iure. hoc dicit.*

¶ Prohibemus inſuper, ne prioratus vel eccleſiæ, aut adminiſtrationes, ſeu officia vnius monaſterij conſueta per eiuſdem monachos gubernari, committantur deinceps abſque auctoritate ſedis eiuſdem, alterius monaſterij monachis gubernandi, [n] nec hactenus commiſſa dimittantur eiſdem: ſed per eos, ad quos pertinent, libere ordinentur: Cum illis non liceat habere locum in diuerſis monaſterijs, [o] quorum vnum ab alio non dependet: [p] nec aliorum monaſteriorum (niſi canonice [q] transferantur ad ipſa) prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, vel officia gubernare. Qui vero contra prohibitionem præſentem prædicta de cætero alienis monachis commiſerint, vel dimi-

a ¶ Plioratibus.] poteſt dici etiam nõ curatis, & quod infra dicitur de curatis, referatur ad proxime dictum de eccleſijs: per decre. ĩ. eo. de multa. ĩ. de ele. dudũ. 2. & hoc approbat concilium Vien. de ſupplen. neg. præl. quia regulares. in fi. In cauſa autem eſt diſſimilitudo inter perſonatus, & parochiales eccleſias: quam habes ĩ. ne cle. vel mona. c. 1.

ADDITIO. Idem Io. Monac. & Archidiaconus.

b ¶ Abſque ſedis Apoſtolicæ.] nota arg. pro illa opinione, ꝙ in duobus curatis [1] ſolus Papa diſpenſet. ad idem ſ. eod tit. & lib. non poteſt.

c ¶ Annexi.] in his caſibus nullius diſpẽſatio eſt neceſſaria: cum hæc duo pro vno reputentur. ſupra de elec. dudum. 2. vbi de hoc. ſupra eodem titulo, ſuper eo. & capit. extirpandæ §. qui vero.

d ¶ Teneatur.] in q̃tum poſſidet de facto: quia de iure priuatus eſt.

e ¶ Libere.] ſupra e. tit. & lib. licet eps.

f ¶ Quod niſi fecerit.] i. ſi ſtatim omnino non dimiſerit.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

g ¶ Ineligibilis.] ad idem ſupra, de elect. quiſquis. & infra in fi. c. exaggeratur igitũ pœna in religioſis, & merito, vt ſupra in princ. ad hoc. 16 q. 1. alia eſt cauſa. Sed nũquid hoc (ſ. ꝙ vacaret primum) erat ſtatutum per decret. de multa. Dicebat ibi Hoſti. ꝙ in prioratibus conuentualibus, vel curatis, bene habebat locum decret. de multa. vt religioſos reſpiceret in ijs, à quibus ad voluntatẽ abbatis remouentur: [2] vñ, ꝙ plures poſſent habere: cum potius quaſi cuſtodes eſſent quàm priores. Indiſtincte autem intelligo hanc decre. etiam in omnibus prioratibus prout indiſtincte loquitur. & approbatum eſt hoc hodie per concil. Vien. de ſuppl. negl. prælat. quia regulares. in fi. & hoc non erat ita clare ſtatutum per decret. de multa. & pœnæ etiam ſunt additę, vt hic vides.

h ¶ Menſem.] quomodo huiuſmodi menſis fiet computatio: dixi de elec. quàm ſit. ſupra eo. lib.

i ¶ Peruenerit.] & ſic ſi perueniat ante duos menſes à tẽpe publicationis, ſtatim incipit eis tempus currere: & ſi non peruenerit infra duos menſes, adhuc tempus non currit. & ſic placuit Papæ in hoc caſu religioſos adſtringi: cum aliàs cõſtitutio principis ex quo fuerit publicata poſt duos menſes omnes adſtringat. [3] in auth. vt factæ nouæ conſti. circa princ. ad hoc ſupra, de poſtu. c. 1. & dicam in fi. huius lib. ſuper data. Io. And.

k ¶ Eligere.] ad idẽ ſupra eod. referente. & c. præterea.

l ¶ Extunc.] i. poſt menſem.

m ¶ Supradictis.] vt ſcilicet fiant ineligibiles: & tamquam ambitioſi repellantur ab vtroque. Io. A.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

n ¶ Gubernanda.] quid ſi in ipſo monaſterio non eſt aliquis idoneus? Tunc ſatis credo, quòd aliũde [4] poſſet aſſumi. ad hoc ſupra, de elect. ne pro defectu. & c. indemnitatibus. eo. lib. de elect. ſupra, in fi. & ſupra, de verbo. ſig. c. abbate. in fi. ſatis tamen tutum eſſet auctoritatem Papæ requiri per ſuperiorem litteram.

o ¶ Monaſterijs.] ſ. de religio dom. c. vlt. in fi. ſicut nec diuerſorum monaſteriorũ, abbas eſſe, vt ibi. & 10. q. 4. monachũ. vel præeſſe monaſterio & eccleſiæ ſæculari. 16. q. 1. presbyteros.

p ¶ Non dependet.] nec adinuicem ſunt connexa, vt ſupra.

[Glo. ſeq. reci. per quæſtionem, & ſolutionem, cui ſignat cõtrarium, & reſpondet.]

q ¶ Canonice.] vt ſi tranſeat ad ſtrictiorem [5] religionem, ſufficiat licẽtiam ſui prælati requirere, & ſi non obtineatur. ſupra de reg. licet. Sed ſi tranſiret ad laxiorẽ ſine cauſa, ſolus Papa diſpenſat: cũ ſit contra iura. ſupra de cõceſ. præb. propoſuit. Si ad parem, ex cauſa trãſire poterit de licentia abbatis, & conuentus. 19. q. 3. ſtatuimus. & non obſtat ſup. de elec. eo. lib. ſi religioſus. 2. reſpon. quia illud locum habet cum tranſit ad rectoriam: & ibi de filio fit pater. & ideo ibi ſufficiat abbatis licentia.

ADDITIO. Innoc. ſupra, de renunc. c. filio. dicit, ꝙ quando vult religioſus tranſire ad parem, requiritur diſpenſatio, & auctoritas epiſcopi. quod placet hic Ioan. Mona. & Archid. in decret. ſi religioſus. in fi. vide quod not. in Spec. tit. 2. §. ſunt quoque. verſi. 24. & quod dixi de regu. non eſt. ſuper 1. glo. Ioan. Andr.

† al. alijs.

1 Vide quid de hoc articulo ſancitũ ſit nouiſſime in cõci. Trid. ſeſ. 7. de refor. c. 2. & ſeq.

† In quodã manuſcripto codice ita: niſi forte vnus, vel vna ex eis ab alio dependeat, &c.

† Alios caſus quibus retinentur plura beneficia, dicit glo. 21. q. 1. in ſum. vid. q̃ dixi in c. gratia. ĩ. e. de reſcr. F.

† Ergo prius erat eligibilis. vide gl. 16. q. 1. in ſum. & cle. 1. de elect. Phil. Font.

2 Idem no. ſ. de ſtatu mo. c. 2. in gl. pen. & q̃ ſcripſi ſup. eo. li. de of. ord. præſenti. in 1. glo. ver. quærit demum. Io. And.

3 Vide D. Tho. 1. 2. q. 90. ar. 4. Sotum li. 1. de iuſtit. & iu. q. 1. arti. 4. Dec. & alios. in c. cognoſcẽtes. ext. de cõſt.

4 Vide conci. Trid. ſeſ. 25 tit. de regularibus, & monial. c. 7.

5 Vide B. Tho. 2. 2. q. 189 ar. 8. & Hoſt. in ſũ. tit. de regularibus. §. & qualiter.

a ¶ Ea vice.] ideſt, in prima ordinatione. ſ. de elect. cum in cunctis. & c. cum Vuinton.

b ¶ Per ſedem Apoſtolicam.] vel legatum de latere. ſi ſit in prouincia. ad hoc ſupra eo. lib. de elec. ſi abbatem. 2. & 2. reſponſo. Io. Andr.

c ¶ Ipſo iure.] & collatio non tenet, vt ſupra eodem, ibi, & per eos ad quos pertinent, &c.

† al. ita, & de ipſis.

ADDITIO. Et facit ad not. in clemen. eodem titulo, ſi plures. in gl. ſi intelligas. Io. Andr.

† al. ordinetur

† In manuſcriptis exẽplarib. ita: Hi aũt, qui ea ſuſceperint, vel ſuſcepta præſũpſerint, &c.

CVm in eccleſijs. Primo ponit dictum: Secundo: ibi, Niſi. exceptionem: Tertio: ibi, Alioquin pœnam. partes patẽt. Io. Andr.

ſerint iam commiſſa : ea vice [a] ordinandi de ipſis ſint poteſtate priuati, & de eis per diœceſanos (ſi exempta non fuerit) alioquin per ſedem [b] Apoſtolicam ordinentur. † Ii autem, qui ea ſuſcipere, vel ſuſcepta præſumpſerint detinere, reddantur ineligibiles ipſo iure. [c]

¶ Idem.

¶ Contemptum poſſunt proſequi ſi ad receptionem, vel collationem abſentes monachi vel canonici non vocentur, niſi conſuetudo habeat eos non vocari. h. d. ſecundum Zenz.

CAP. XXXIII.

CVm in eccleſijs [d] canonicorũ receptio, † aut præbendarum, vel beneficiorum collatio imminet facienda, [e] abſentes canonici (ſi commode [f] fieri valeat) ſunt vocandi: Niſi conſuetudo habeat eos ad talia non vocari. Alioquin quod in eorum abſentia fieri contigerit: eis inſtantibus [g] irritari debebit.

¶ Idem.

¶ Beneficia morientium etiam in loco vicino curiæ Romanæ per duas dietas legales, vel ſede ipſa vacante ibi cauſam, domicilium, vel originem non habentium, vel etiam habentiũ, ſed curialium, & ibi cauſa Romana curia morantium, vel tranſlata curia eam ſequentium, & in itinere decedentium, vel in loco vnde receſſit curia in quo remanſerant infirmi: conferri nequeunt per aliũ quam per Papam. h. d. ſecundum Zenz.

CAP. XXXIIII.

PRæſen-

CASVS. Vacante ſuccentoria, vel alia dignitate electiua in eccleſia Pictauen. canonici conuenerunt in vnum, & ad ſuccentoriam, vel aliam dignitatem quendam Titium elegerunt: verumtamen erant aliqui abſentes: quæritur, numquid debebant ipſi abſentes vocari ad electionem? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſic: ſi ipſi commode poterant vocari: & hoc ſiue ſint in prouincia, ſiue extra, dummodo poſſint vocari. Sed ponamus, quòd per longum tẽpus, ſufficiens ad inducendum conſuetudinem fuit obſeruatum, quòd in electionibus faciendis de ſuccentoria, & aliis dignitatibus eccleſiæ Pictauen. ſoli præſentes eligebant, nec erat neceſſe vocare abſentes: an valeat talis conſuetudo? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic: ſecus ſi non eſſet talis conſuetudo: Nam tunc canonici abſentes poſſent allegare, & dicere quòd fuerunt neglecti, occaſione cuius ipſi poſſent per iudicem competentem facere caſſari electiones iſtas: verumtamen ſi ipſi abſentes nihil opponerent contra iſtas electiones, nec perſonas electorum: ipſo iure valerent electiones factæ per præſentes. Nam vocatio abſentium non eſt de ſubſtantia electionis. c. eccleſia. 2. de electione, in antiq. Nota arg. quòd quandoque collatio beneficiorum, vel canonicatuum ſpectat ad ſolos canonicos, de quo ſupra de elec. cum eccleſia Vulterana. Dominicus.

† Not. hic eſſe drĩam inter receptionem canonicorũ, & collationem canonicatus, vel præbendæ. Et ſic vr̃, ꝙ ſola receptio nõ inducat collationẽ. de reſcri. cũ te.

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

d ¶ Cum in eccleſijs.] Emanauit ad declarationem eorum quæ not. Ber. & moderni, ſupra de re iudica. cum olim. in fine.

[Glo ſeq. ponit opinionem contrariam, & eius motiuum, cui reſpondet.]

e ¶ Facienda.] de electione eorum per quorum mortem eſt eccleſia viduata tantum habebamus in decreta. quia propter. in antiquis. Sed per prædictam decretalem, cum olim. in fine. ibi, plena omnium, qui præſentes fuerint, &c. dicebant quidam in minoribus beneficijs non vocandos abſentes: quod hic reprobatur. vnde intelligimus ibi præſentes, qui ſunt in loco, vnde debent vocari, C. de præſcr. long. temp. l. vlt. ſupra, de maio. & obe. c. vlt. vel ibi conſuetudo erat abſentes ad talia non vocari, vt ſequitur.

ADDITIO. Et ſic dicit Archidiaco. ſe habuiſſe à canonico illius eccleſiæ. Io. Andr.

[Gloſſa ſequens ponit dictum, & opinionem illi contrariam, quam improbat per hanc decretalem: adiungit tres rationes: demũ quærit, & ſoluit.]

f ¶ Si commode.] ſic ſupra de electione. quia propter. ſiue ergo ſint in prouincia, ſiue extra prouinciã, ſi commode vocari poſſunt, vocabũtur: aliàs non. de hoc ſupra de elect. coram. [hæc fuit opinio Hoſtien. quæ placet Archid.] Sed de quàm remoto loco vocentur, ſtatur conſuetudini. de elect. in antiq. in Geneſi. & dicebãt quidam, quòd an vocarentur, vel non, non ſtabitur cõſuetudini: quod non eſt verum, vt hic patet. Sed poſſes dicere, quòd hic non loquitur de electione prælatorum: & dicit littera: ad talia, & cęt. Sed dico, ꝙ conſuetudo dat ius eligendi, & ita poteſt intelligi de cauſa poſſeſſionis, cum eccleſia. Item dat iuriſdictionem iudicandi: ergo & ſine abſentibus eligendi. de foro competenti, cum contingat. [in antiquis.] cum ſimilibus. Item vocatio abſentium non eſt de ſubſtantialibus formæ, ſupra de electio. eccleſia, ſecundo. Sed numquid in alienatione, & aliis tractatibus vocari debent abſentes? Credo, quòd non. decima quæſtione ſecunda. §. hoc ius porrectum. vbi de hoc. per decreta. ſupra eodem libro de officio ordin. quamuis. vbi dixi de hoc. & ſupra de teſtibus. cap. præſentium.

† Tñ fallit in receptione facienda ad pręceptũ ſuperioris, quãdo maior pars, aut duæ partes pñtes ſunt. ſcito tñ ꝙ in caſu quo iſti non ſũt vocandi, poterunt ꝯ reſcriptũ, & perſonã obiicere. Philip. Font.

g ¶ Eis inſtantibus.] poterunt ergo contemptum proſequi, & collationem illam facere caſſari: ratificari etiam poterunt, ſi volent. ſupra, de elect. quòd ſicut.

† Facit l. ſi filio præterito. cum no. ibi in gl. in ver. tuebitũ. ff. de iniuſto. rup. & irri. fac. teſta.

PRæſenti.] diuiſio patet: quia ſunt quinque dicta, & tertium reſpicit prima duo. Secundum: ibi, Idẽ eſt. Tertium: ibi, Loca. Quartum: ibi, Sane. Quintũ, ibi, Porro. Dominicus.

Iſtud cap. venit limitatiue ad c. licet. ſupra eodem tit. iſto libro.

CASVS. Dicitur in c. licet. allegat. ſupra, quòd ſolus Papa poteſt conferre beneficia vacantia in curia Romana. Sed ponamus, ꝙ nuncij ſedis Apoſtolicæ, vel legatĩ Papæ cum mitterentur ad aliquam prouinciam. in ſua legatione mortui ſunt in locis proximis curiæ Romanæ, non tamen deceſſerunt in curia: vtrum cõprehendãtur ſub c. licet. ita ꝙ ſolus Papa poſſit beneficia eorũ

vacantia

ti [a] declaramus edicto ſtatutũ [b] fęlicis recordationis Clementis Papæ prædeceſſoris noſtris, de beneficijs apud ſedem Apoſtolicam vacantibus, per alium, quàm per Romanum Pontificem minime conferendis, locum habere in beneficijs: quæ legati, aut nuncij ſedis eiuſdem, vel quiuis alij [c] ad Romanam curiam venientes, vel etiam recedentes [d] ab ipſa obtinere noſcuntur, ſi eos in locis vicinis [e] † ipſi curiæ mori contingat: quemadmodum ſi in loco vbi eadem curia reſidet, morerentur: ¶ Idem eſt ſi aliquis curialis (etiam eccleſia Romana vacante) peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quauis cauſa, ad locum curiæ vicinum ſecedens, in huiuſmodi loco vicino decedat: [f] dũmodo ibi (etiam ſi erat ad ipſam curiam reuerſurus) eius domicilium [g] ſeu domus [h] propria non exiſtat. ¶ Loca vero intelligantur vicina eidem curiæ in præmiſſis, quæ remota vltra duas dietas legales [i] (quas hoc caſu ſic ſpecialiter [k] volumus computari) à loco vbi moratur ipſa curia non exiſtunt. ¶ Sane ſi quis in loco vbi ‡ degit curia, ſuæ originis [l] domum habens diem claudat extremum in ea: ipſius beneficia ſub prædicto non aliter includantur † ſtatuto, quam ſi curialis eſſet antea, & ibidem occaſione curię moraretur. [m] ¶ Porro cũ curiam de loco ad

vacantia conferre perſonis idoneis? Reſ. det ꝙ ſic. & ideo Papa poterit illa beneficia conferre, ac ſi ipſi obijſſent in illo loco vbi reſidet curia. Idem dicendum eſt in curialibus, qui proficiſcuntur ad peregrinationem, & moriũtur in locis proximis ipſi curiæ, vt etiam ſolus Papa poſſit ſua beneficia conferre ſecundum tenorem illius cap. licet. videlicet dummodo Papa huiuſmodi beneficia conferat infra menſem; nam ipſo menſe elapſo poſſent collatores huiuſmodi beneficiorum dicta beneficia conferre. Sed ſanctiſſime Pater vellem informari à vobis, qualiter cognoſcam ego, quòd aliquis ſit mortuus in loco vicino curię Romanæ? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd in iſto caſu illa loca appellamus vicina curiæ Romanę, quę diſtant à loco vbi eſt Papa cum ſua curia per duas dietas legales: hoc eſt per xx. leucas: nam dieta in iure accipitur pro decem leucis. l. vicena millia. ff. ſi quis cautionibus. Sed ponamus, quod aliquis clericus habens domicilium Pariſiis, cum curia ibi eſſet reſidẽs, mortuus eſt: vtrum beneficia ſua dicantur vacare in curia? Reſpõdet ꝙ non: & ideo ſolus Papa non poſſet illa beneficia conferre: ſed ſi ordinarius præueniat Papam, valebit collatio. Sed ponamus, ꝙ curia Romana cum eſſet Pariſijs vult ſe transferre ad ciuitatem Romanam: poſtea aliquis curialis non potuit inſequi curiam, ſed remanſit infirmus Pariſijs, & poſtmodum mortuus eſt: vtrum beneficia ſua cenſeantur vacare in curia Romana? Reſpondet ꝙ ſic: & ꝑ conſequens ſolus Papa illa beneficia poterit conferre: dum tamen conferat infra vnum menſem, vt dictum eſt. Nota primo ꝙ appellatione prędeceſſoris cõprehenditur prædeceſſor etiam per aliquos mediatos: Nam inter Bonifacium auctorẽ huius c. interpoſitus fuit Gregorius x. vt patet in c. ſtatutũ. ī. eo. tit. & li. & Inn. iiij. Nota ſecundo argumen. differentiam eſſe inter nuntium ſedis Apoſtolicæ, & eius legatum. ad hoc ſupra de præſcri. accedens. de cenſib. in antiq. cum inſtantia. Dominicus.

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

a ¶ Præſenti.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not Gul. & Gar. ī. eo. tit. ſtatutum. Ioan. And.

b ¶ Statutum.] ī. eo. tit. c. 1.

c ¶ Alij.] curiales, vel non.

d ¶ Decedentes.] dicebat Gar. ꝙ cum appellatione vrbis vrbs tantum & ſuburbia intelligantur. ff. de verbo. ſigni. l. 2. ſic & nomine curiæ, tantum locum vbi curia habitat cum ſuis ſuburbijs intelligere debeamus in ijs qui nondum curiam intrauerant: vel illicentiati receſſerant: in alijs ſecus. Ioan. And.

e ¶ Vicinis.] dicitur pſens ille qui eſt in hortis, ff de ꝓcu. l. præſens. vel qui eſt in prouincia. C. de præſcr. longem. l. vlt. ī. determinabit quæ intelligũtur loca vicina

f ¶ Decedat.] hoc dicebat Guli. ſi receſſerat animo cito redeundi, vt de pęnit. diſt. 1. diuortium.

g ¶ Domicilium.] quod in pluribus locis haberi põt. ff. ad muni. aſſumptio. ſ. de reſcrip. dilectus. 2. de foro compe. ex parte.

ADDITIO. Et quod ibi not. in ſ. glo. & de paroch. cap. fin. in 1. gloſ. hic ponit Archid. Ioannis Andr.

[Glo. ſeq. notat, rit, ſolutioni obijcit dupliciter, & primæ reſpondet. in ſecunda remittit.]

h ¶ Domus ꝓpria.] ergo licet ſola domus poſſeſſio in ciuitate comparata non faciat quem municipalem. ff. ad munic. libertus. §. ſola tamen, quantum ad hoc æquiparãtur domus & domicilium. Quid dices, ſi eſt in domo ſibi & alijs cõmunis? idem credo ac ſi eſſet in domo ſolum propria. ad hoc ſ. de poſtu. capit. 1. Et res communis omnium illorum eſt. ff. de ritu nuptia. illud. Et qui iurat ſuum non eſſe, iurat & ſibi commune nõ eſſe. ff. de ver. ſig. pupillus. §. vlt. Et cum quis legat ſeruos: & qui in toto, & qui in parte ſui ſunt, legati intelliguntur. ff. de leg. 3. ſi quis ſeruos. Nec obſtat 12. q. 2. eps §. qui manumittitur. & ff. de in ius vocã l. ſed & ſi hac. § qui manumittitur. quia ibi erat commune pluribus, vt collegio. probatur hæc ſolutio ff. eo. tit. cõmunis libertus non obſtat 12. q. 1. §. vlt. quia vbi ſoluitur. Ioan. And.

i ¶ Legales.] ſecundum quas xx. milliara computãtur pro die. ff. ſi quis cautio. l. vicena millia. & ſi modicum etiam ſupereſſet, non includeretur ſub loco. ff. de ver. ſigni. l. 3. Ioan. And.

k ¶ Specialiter.] ſi hoc eſt ſpeciale: ergo ipſius contrarium eſt generale. & facit ad ea quæ not. ſupra de reſcri. nonnulli. & quæ dixi eodem lib. de reſcript. ſtatutum. §. cum autem de elec. cupientes. 2. reſponſo. Ioan. Andreæ.

[Glo. ſeq. ſoluit duo. dubia.]

l ¶ Originis.] certe ſatis idem puto ſi ibi habet continuum domicilium: licet inde non oriundus. ad hoc 20. diſt. ſi in auditorium. & optime ſ. de ele. eo. lib. fundamenta. §. vlti. ſupra eo. lib de tempo. ordi. c. 3 1. rñ. ff. ad muni. eius, §. vlt. C. vbi ſenato. vel clariſ. l. ſenatores. nec rationem diuerſitatis video. & idem dico in oriundo, qui ibi propriam non haberet domum, ſed forte conductam: cum eadem ſit ratio. ad hoc ff. de legib. non poſſunt. vnde quod dicit; originis ſuæ domum, & de domo propria, & de domo habitationis poteſt intelligi. Io. Andr.

m ¶ Moraretur.] aliàs enim graue præiudicium inferretur loco vbi degit curia, ſi omnia beneficia tunc ibi vacantia haberent ſolum conferri per Papam.

ADDITIO. Eſt ſimi. quod ſcripſi poſt Vin. ſup. de off. deleg. eo. lib. c. fi. ſuper verbo, non poſſint. ſcilicet, ꝙ mul-

† No. ex loci vicinitate ꝓhi cõionem quãdã & quoad ꝑmiũ, pęnã, mores. de pęn. diſt. 1. §. ſed continuo. l. non tm. §. lienſibus, ff. de excu. tut. & qui dñr vicini, vide l. ſi tertius. ff. de aqua plu. arcen. l. 4. § ſi tam vicinũ. ff. de dã. infec. Pet. de Anc. Font.

‡ al. ita: vbi degit ipſa curia, &c.

† al. includuntur.

Facit. ff. de iudic. l. Iulianus ait ſi alter. vbi æqparat iudicem fieri litigatoris heredem in totũ vel ꝓ parte. Io. A.

ꝙ multum præiudiciale eſſet clericis prouinciæ, ſi per cuſtores ipſorum poſſent abſolui per legatos ppetuos: ſcilicet ratione eccleſiarum habentes officium. Ioann. Andreæ.

ecleſijs quod hic dicitur, tenet Archidia. vnde licet poſſet vrgere eadem ratio in alijs eccleſijs curatis non parochialibus: detractio iuris veteris non habet locũ in illis: ſuper qua vide infra de verbo. ſignifi. conſtitutionem. & quod ibi noc in 4. glo. Ioan. And.

locum transferri contingit: ſi curiales in itinere (dum curiam ſequũtur eandem) vel in loco vnde recedit ipſa curia forſitan remanentes infirmi rebus inibi eximantur humanis, præmiſſum ſtatutum (quantuncunque locus vbi decedunt, ab ipſa curia ſit remotus) ad illorũ beneficia ſe extendit.

¶ Idem.

¶ Mors Papæ tollit, ne parochiales eccleſiæ in curia vacare dicantur. hoc dicit ſecundum Zen.

CAP. XXXV.

SI Apoſtolica ſede vacãte aliquas parochiales eccleſias vacare de cætero contigerit apud ipſam: Statuimus, vt de eis (ne ipſarum [b] vacatio diutina periculum valeat animabus afferre [c]) per eos, ad quos pertinet, † poſſit libere ordinari: conſtitutione fęlicis recordationis Clementis Papæ prędeceſſoris noſtri de beneficijs apud ſedem ipſam vacantibus, per alium, quam per Romanum Pontificem minime conferendis, vel alia [d] quauis contraria ſuper hoc edita non obſtante. ¶ Idem volumus & de illis, quæ ibidem ipſo Romano Pontifice viuente vacabunt: ſi de ipſis per eum ante ipſius obitum [e] non fuerit ordinatum.

¶ Idem.

¶ Gratia alicui conceſſa vt prouidere poſſit perſonis idoneis in certa eccleſia perſonis non expreſſis, non expirat re integra obitu cõcedentis: ſecus ſi perſona eſſent expreſſa. Ioan. And.

CAP. XXXVI.

SI

SI Apoſtolica.] Ponit duo dicta. Secundum ibi, Idẽ. & rationem interſerit: ibi, Ne ipſarum.

ADDITIO. Multum æquitatis habet hęc conſtitutio circa parochiales eccleſias vacantes in curia.

CASVS. Dr̃ in ca. 2. eo. tit. ꝙ ſolus Papa poteſt conferre beneficia vacãtia in curia Romana: dum tñ illa beneficia cõferat intra vnum mẽſem. Sed ponamus, ꝙ Apoſtolica ſede vacante, aliqs clericus habẽs eccleſiam parochialẽ vel aliud beneficium curatũ deceſſit in curia: vtrum ad eccleſiã Romanam ſpectet ſolũ collatio hmôi beneficij curati: ita ꝙ prouiſio hmôi eccleſię parochialis, ſeu beneficij curati debeat differri vſq; ad futurũ ſucceſſorẽ, qui eligetur in Romanũ Põtificem? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ cum vacatio eccleſiæ parochialis, & bñficij curati ſit periculoſa animabus ſubditis: præcipit Papa, ꝙ ſi ſede Apoſtolica vacãte vacet huiuſmodi beneficium curatum in curia Romana, vel in locis proximis curiæ, ꝙ ordinarius poſſit huiuſmodi beneficium conferre: non obſtante dicto c. licet. & ſic iſtud capitulum ponit ſpeciale in beneficijs curatis. Sed ponamus, ꝙ vacauit iſtud beneficium curatum adhuc viuente & ſuperſtite Romano Pontifice, accidit ꝙ Papa eſt mortuus antequam prouideret alicui de iſto beneficio curato: vtrum ordinarius poſſit illud conferre, etiam ſi nõdum ſit elapſus menſis intra quem ſolus Papa debeat prouidere? Reſpondet ꝙ ſic: quod verum eſt ſi Papa non cõtulerit iſtud beneficium curatum ante ipſius mortem.

Nota primo, ꝙ Apoſtolica ſede vacante poſſunt ordinarij conferre eccleſias parochiales, etiam ſi vacauerint in curia: non obſtante c. 2. ſ. eo. & iſtud eſt ſpeciale in eccleſijs parochialibus. Ratio ſpecialitatis eſt fauor animarum: vt dicit principium textus. & quod ſequitur, ꝙ cum iſtud ſit ſpeciale in eccleſijs parochialibus. ꝙ ius commune ſeruatur in alijs beneficijs eccleſiaſticis l. 1. ff. ad municipal. Nota ꝙ menſis qui conceditur Papę ad conferendum beneficia vacantia in curia Romana, non currit ſede Apoſtolica vacante.

[Prima gloſſa arguit a contrario.]

[c] ¶ Parochiales.] ſpeciale ſit in eis propter curam: in alijs ergo ius antiquum remanet. Ad idem ſupra eod. lib. de electio. nemo. Et per hoc ſatis patet, quòd in alijs non currit menſis ſede vacante; currit tamen ignoranti, vt ſupra eodem tit. & lib. ſtatutum. dixi. [in glo. eſt ergo.]

ADDITIO. Quod ſpeciale ſit in parochialibus ec-

[b] ¶ Ne ipſarum.] rationem hic ponit. & eſt ſimi. ſ. eo. lib. de offi. delega. ſi is cui. & ſ. ne ſede vacan. c. vnico. in fi.

[c] ¶ Afferre.] ſupra eo. tit. c. 1.

[d] ¶ Alia.] vt ſ. eo ti tu. ſtatutum. & ſ. c. proximo.

[e] ¶ Obitũ.] ſcilicet cũ deceſſit infra menſem: aliàs non eſſet quæſtio. ſupra eo. ſtatutum.

ADDITIO. Quia ſcilicet etiam Papa viuente poſſet ordinarius illa conferre. Ioan. And.

† Vide Do. in c. bonæ. I princ. extra de appel.

SI cui.] Sunt duæ partes. Secunda: ibi, ſecus. Prima ſubdiuiditur: quia primo ponit dictum: ſecundo reddit cauſam ſui dicti: ibi, Quam cum.

CASVS. Papa conceſſit epõ Pictauẽ. facultatem, vt forte in eccleſia ſua cũ ad ipſum nõ ſpectaret collatio præbendæ, ſed ad decanum & capitulum: vel etiam in alia eccleſia, poſſet ꝓuidere perſonis idoneis: antequam epõs Pictauen. prouidiſſet illis perſonis, Papa mortuus eſt: vtrum illo mortuo expirauit gratia data epõ Pictauen. vel vtrum non obſtante morte Papæ, poſſit dictus epõs prouidere perſonis idoneis? Reſpondet, quòd ſi antequam epõs Pictauen. prouideret perſonis idoneis: & ſic re ipſa exiſtente integra Papa mortuus ſit, non expirat mandatum: ideo non obſtante morte Papæ poterit ꝓuidere ꝑſonis idoneis: quod verũ eſt qñ i gratia nõ fuerunt expreſſæ certę ꝑſonæ: Sed quid ſi gratia ꝓuidẽdi in aliqua eccleſia reſpiciebat fauorẽ certæ ꝑſonæ: & anteq̃ epõs ꝓuideret, mortuus eſt Papa: vtrũ expirauit gratia? Reſpondet quòd tunc per mortem concedentis expirata eſt gratia. Nota primo ex principio cap. ꝙ gratia iam facta per mortem concedentis non expirat antequam ille cui facta eſt gratia, illa gratia vteretur: & iſta fuit ratio dubitandi ad iſtud capitulum: ſecus eſt in gratia alicui conceſſa: & ſic ceſſat contrarium gloſſę, de c. ſi ſuper gratia, de offi. deleg. eo. lib. quod videtur contradicere ſecundo dicto huius cap. Dicitur enim in dicto c. ſi ſuper gratia, ꝙ mortuo Papa anteq̃ vacet præbenda, non expirat poteſtas executoris, q̃a non expirat gr̃a: ergo nec poteſtas executoris, quæ eſt acceſſoria ad gratiam. Sed ibi iam iamque erat facta gratia: hæc autẽ in ſecũdo dicto huius c. nõ erat facta, ſed mãdabatur fieri: ſed in primo dicto gratia erat facta: quia reſpiciebat fauorem illius cui mandabatur, vt faceret gratiam: & ideo quantum ad ipſum dicitur facta gratia. Nota argumen. quod inferior a Papa, non poteſt conferre beneficia ad Apoſtolicam ſedem deuoluta, vt in clemen.

cui [a] (nulla perſonarum facta expreſſione [b]) ſit gratioſe conceſſa facultas, vt auctoritate Apoſtolica poſſit aliquibus perſonis idoneis [c] in certa eccleſia prouidere, vel beneficia, (quorum collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam legitime [d] deuoluta) conferre, contradictores † eadem auctoritate, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo: huiuſmodi conceſſio (quam cum ſpecialem gratiam contineat, decet [e] eſſe manſuram) non expirat etiam re integra per obitum concedentis: Secus ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda, ſit data poteſtas eidē, non ob ſuam, [f] ſed eius, cui prouideri mandatur gratiam, vel fauorem: illa quidem expirat omnino, ſi concedens re integra moriatur. [g]

¶ Idem.

¶ *Qui ex licentia circa incertos conceſſa abſque titulo ad ſacros ordines clericos promouet, eis tenetur prouidere. Dans licentiam promouenti, vel etiam promouendis: eis promotis ad ſacros ſine titulo, prouidere tenebitur. hoc dicit. Zenz.*

CAP. XXXVII.

SI † epiſco-

† De hac clauſula. vide Zabar. in cle. 2. § dictores. & relig. dom. & Fel in c. ſuper eo extra de offi. deleg.

[1] Vide præ alijs Phil. Frācū hic.

men. ſi de beneficio. eodem titu. Nota, ꝙ gratia facta non expirat per mortem concedentis: etiam ſi nondum eius effectus ſit adimpletus. Dominicus.

(Prima gloſſa ſummat.)

[a] ¶ Si cui. Gratia alicui conceſſa, vt prouidere poſſit perſonis idoneis in certa eccleſia, perſonis nō expreſſis, non expirat re integra obitu cōcedentis: ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ. Io. Andr.

[b] ¶ Expreſſione.] multum ergo operatur expreſſio perſonæ. & facit j c prox. & ſ. de off. delega. is cui. eo. lib.

[c] ¶ Idoneis.] vt ſupra eo. tit. ſuper inordinata. & c. is cui. eodem lib.

[d] ¶ Legitime. ſcilicet ſecundum ſtatuta Lateranenſis [1] vel generalis concilij ſupra, de conceſ. præb. cap. 2. & de elect. ne pro defectu. Et talia beneficia legati de latere, qui ſunt in prouincia, conferre poſſunt. ſupra eodem venerabilis.

ADDITIO. Et not. ſupra eodem li. de off leg c. 1 in vl. glo. & vide quod ibi dixi. Io. And.

[e] ¶ Decet. infra de regulis iuris, decet. cum ſuis concordantijs.

[f] ¶ Suam.] quando ergo eſt gratia eius cui ſcribitur, non expirat, vt ſupra: ſecus quando alterius, puta pro quo ſcribitur, vt hic.

(Glo. ſeq. amplificat tex. obijcit, & ſoluit: ſolutioni opponit & reſpondet.)

[g] ¶ Moriatur. vel renunciet. ſupra de renunc. c. 1 eod. lib. Ad hunc finem expreſſe contradicit ſupra eod. lib. de offic. deleg. ſi ſuper gratia. vbi dicitur, quod executorum poteſtas datorum ſuper gratia alicuius, non expirat re integra: ſicut nec gratia, cum ſit acceſſoria ad gratiam: hic contrarium dicitur. Solutio. [2] Facti diuerſitas ſoluit contrarium: ibi loquitur de gratia iam facta: hic de facienda per executores: vnde ibi dixit textus: gratia facta, & hic dicit prouiſione facienda. ſi ergo Papa concedat canonicatum, & præbendam, ſi vacat, vel quæ primo vacauerit, nulli alij de iure debitam, & ſuper hac gratia per ſe facta dat executores, habet locum decretalis illa: quia cum iam ſit canonicus & iam ſit facta gratia: poteſtas executorum velut acceſſoria, non expirat. [3] ſi Papa non facit gratiam, ſed mandat fieri: puta prouideri mihi de beneficio: hic poteſtas executoris principalis eſt, & expirat re integra. Sed quare non expirat in ſupra proximo caſu, cum etiam adhuc ſit prouiſio facienda? Soiut. ibi etiam iam erat facta gratia, cum reſpiceret eum prouidere debebat, non eum cui debebat prouideri.

[2] Idem ibi Io. Mon. & Archid.

[3] Vide tex. not. in c. auctoritate. j. de conceſ. præb. de materia iſtius gl. vide Phi. hic remiſſiue. Fon.

SI epiſcopus.] Sunt tres partes, quarum prima decidit quid iuris cum per proprium epiſcopum data eſt alteri epiſcopo ordinandi licentia; Secunda & tertia decidunt quando de perſonis dicta eſt prædicta licentia. Secunda: ibi, Si vero. Tertia: ibi, Eis autem. harum quælibet exprimit ſuam cauſam. Prima: ibi, Cum in culpa. Secunda: ibi, Tu qui. Tertia: ibi, Cum eam. Ioan. Andr.

¶ Si ep̄s alteri ep̄o dederit poteſtatem, vt vice ſua in ſua diœceſi clericos poſſet ordinare, & fuerunt clerici ſine titulo ordinati: ordinans, & non dans poteſtatem, incurrit pœnam cap. cum ſecundum Apoſtolum. eodem tit. in antiquis. niſi dans poteſtatem nominauerit ſibi certos clericos ordinandos: nam tunc dans poteſtatem, & non ordinans, pœnam incurrit. hoc dicit.

¶ Præſupponendum eſt, quod habetur in c. allega. cum ſecundum Apoſtolum, videlicet, quòd epiſcopus non debet aliquem clericum ordinare ad ſacros ordines, niſi conſtet ſibi, quòd talis clericus habeat ſufficientem titulum vnde viuere poſſit: & ſi contrarium fecerit, tenetur epiſcopus illi dare neceſſaria, vñ poſſit viuere, donec fuerit aſſecutus ſufficiēs beneficium, ne cogatur mendicare.

telligendam eſſe de cauſis maioribus, [a] & referendam ad ſedem Apoſtolicam, ac ab ea (conſuetudine non obſtante [b] cõtraria) tantummodo [c] poſtulandam: ¶ Verum ne hoc prætextu eccleſiæ (exiſtentes præcipue in remotis [d]) diſpendia patiantur: nos earum in hac parte indemnitatibus præcauere volentes, hac generali conſtitutione ſancimus, vt epiſcopus ſenio aut valetudine corporali grauatus, vel etiam aliàs adeo impeditus perpetuo, [e] vt officium ſuum nequeat exercere: poſſit de ſui conſilio & aſſenſu capituli, vel maioris [f] partis ipſius, vnum, vel duos auctoritate [g] Apoſtolica coadiutores aſſumere, ad dictum officium exequendum. ¶ Si vero epiſcopus demens [h] fuerit, & quid velit aut nolit exprimere neſciat, vel non poſſit: tunc eius capitulum, vel duæ ipſius partes [i] eadem auctoritate, vnum aut duos [k] coadiutores aſſumant idoneos, qui eius officium [l] [4] exequantur. ¶ Si autem epiſcopus ſenio aut incurabili morbo grauatus, vel perpetuo impedimento detentus, ad ſui executionem officij reddatur inutilis & coadiutorem aſſumere vel habere noluerit, [m] licet à capitulo requiſitus proprio, ſe illius non indigere ſuffragio forſitan aſſerendo: tunc nil per capitulum innouetur, ſed hoc caſu, & etiam proximo [n] idem capitulum epiſco-

b ¶ Non obſtante.] Nota per hanc litteram, quod contra Romanam Eccleſiam non currit præſcriptio [1] in his, quæ ſibi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruauit [2] ſicut nec contra priuilegium prælationis. de hoc ſupra de præſcriptionib. cum nobis.

[Glo ſeq. dat ſimile: exponit, & contrarium ſoluit.]

c ¶ Tantummodo.] ſic ſupra eod. lib. de ſupplen. neglig. præl. eccleſiæ, ergo non ab archiepiſcopo, vel patriarcha, vel legato: quia in generali legatione talia nõ tranſeunt in prędicta decretali, quod tranſlationem. Ad decretalem infra eod. ex parte. in fine reſpondetur, quod illud fuit de ſpeciali auctoritate, vel mandato domini Papæ. & quod ita eſſet per antiqua iura, probatur per cano. 7. q. 1. & c. quamuis ſit triſte, cum multis capitulis eiuſdem quæſtionis. ad idem decret. ſuperius allegatæ, in antiq. de reg. licet. verſi. illa ſemper. de renunciatio. niſi ad fidem.

[1] Vide Fel. in c. cum dilectus. de fide inſtr. & Abba. in c. cum contingat. de foro compet.

[2] Quæ ſint Romanæ ſedi ſpẽliter reſeruata, tradit Hoſt. in ſumma. tit. de offi. lega §. quid pertinet. & Turrecre. in c. huic ſoli. 17. diſt.

ADDITIO. Archiepiſcopus, vt tetigit hic glo. in princ. talem coadiutorem dare nequit, qui id ſolum poteſt in prouincia ſibi decreta, quod à iure reperitur conceſſum, vel ex priſca conſuetudine introductum. 9. q. 3. conqueſtus, ſupra eod. lib. de ſupplen. negligen. prælat. c. Romana. Iſta ergo poteſtas conceſſa epiſcopo, & capitulo, vel maiori parti, ſeu ſoli capitulo, metropolitano non competeret epo viuente: licet datio viſitatoris quandoque competat eo mortuo. ſup. eo. lib. de ſuppl. negl. præl. eccleſię. Ioan. Andr.

d ¶ In remotis. his enim præcipue prouidẽdum fuit. Ad hoc ſupra de elect. nihil eſt. ad fi.

e ¶ Perpetuo.] & ſic no. quod licet ægrotans laboret infirmitate incurabili, non remouetur, ſed datur coadiutor. ad idem ſupra eo. tit. ex parte. & ſic reprobatur opi. Ber. de qua not. ſup. eo. tua.

ADDITIO. Dicit Archid. reſponderi poſſe, quod hic in epiſcopo loquitur. Io. And.

f ¶ Maioris.] regulariter enim tenet quod facit maior pars de ijs quæ fi. à maio. par. cap. c. 1. & dicitur totum capitulum feciſſe. 56. diſt. Apoſtolica. cum ſim. ſed hoc fallit. ĩ. proxi. caſu.

g ¶ Auctoritate Apoſtolica.] ſunt igitur iſti delegati Papæ in hac parte. & concor. ſup. de offi. ord. irrefragabilis. ſupra de hære. ad abolendam. in fine. & ĩ. de ſtatu reg. cap. vnico, & in cle. de ſup. negli. præla. quia regulares. cum concord.

h ¶ Demens.] de ſuc. ab inteſt. cum dilectus. 3. q. 9. indicas, & eſt ſimi. quod dicit lex, quod quando pater eſt fu-

[Glo. ſeq. dat quatuor ſimilia, & ponit regulam.]

i ¶ Duæ ipſius partes.] ſic non ſufficit maior pars. & eſt ſpeciale. ad idem in antiq. de elect. licet. vbi in electione Romani Põtificis requiruntur ad minus duę partes. ad idem ſupra eodem tit. alleg. cap. ſcriptum. vbi in poſtulatione, quæ cõcurrit cum electione. duæ partes etiam requiruntur. ad idem ſupra eodem lib. de elect. ſi quando. & capit. indemnitatibus. §. 1. licet autem hoc ſit ſpeciale, quòd duę partes debent conſentire: regulare eſt, quod duæ partes collegij vel vniuerſitatis debent eſſe præſentes, ff. quod cuiuſque vniuer. l. plane. ff. de decret. ab ord. fac. l. tertia.

ADDITIO. Vide quod not. de maior. & obe. c. ſi in 3. glo. & de ijs quæ fi à maior. par. cap. in glo pen. & quod ſuper ea dixi. Io. And.

[1] Gñaliter in oibus quæ ſunt iuriſdictionis dięceſanę & dignitatis epiſcopalis: itẽ bñficia conferet. item cognoſcet ð cauſis de legatis ſub noĩe dignitatis. Dom. not. in c. ſi. ſ. e. Per. de Anc. Font.

k ¶ Aut duos.] hanc litteram, quam ſupra habueras, hic videas repetitam: per quã litteram credo quod ſi plures dare vellent, non poſſent. [3] & potuit Papa ad hoc motus eſſe ex eo quod coadiutores debent ſumptus habere ab eccleſia, vt infra eod. §. præſenti. ſtemus ergo ſcripturæ: [5] quia Papa ſi de pluribus voluiſſet. hoc expreſſiſſet. de deci. ad audientiam. in antiq. & ſufficit ita ſcriptum eſſe. 6. q. 3. ſcriptum. ff. qui & à quibus. l. proſpexit. cum etiam iſti non ordinaria, ſed delegata poteſtate fungantur: vnde habent ſeruare metas mandati ſup. tit. prox. cui de non. ſupra de reſcrip. cum dilecta.

[3] Idẽ Phil. & Do. Fõt.

[5] Nota formã datam ab homine ſeruandã, ſicut formã datam à iure. Do. F.

l ¶ Officium.] eſt ergo coadiutoris [6] officiũ ea facere, quæ pertinent ad officium eius cui deputatus eſt.

[6] De poteſtate coadiutoris. vide Oldrad. conſi. 44.

[Glo. ſeq not. differentiam, arguit, argumentum reprobat, & ad iura contraria reſpondet.]

m ¶ Noluerit.] non eſt ergo idem tacere quod ẽ dicere, quia ſi contradicit, capitulum coadiutorem non dat: ſi tacet, ſecus, vt in prox. caſu. ad hoc facit ĩ. de reg. iur. is qui tacet. vbi dicã de hoc. Et no. arg. ex hoc textu, quod coadiutor non datur inuito. ad hoc 7. q. 1. ſcripſit. & c. qualiter. & c. quãuis. §. ecce. ſed hoc eſt falſum: quia inuito datur. ad hoc de eccl. ædific. ad audientiã. 1. in fi. & no. ſ eo. ex parte. in vlt. glo. Et iura illa non in coadiutore, ſed in ſubſtituto loquuntur, qui non daĩ inuito coadiutor aũt in caſu iſto per capitulũ inuito epo non daĩ: aliàs aũt per eũ ad quẽ pertinet, bñ datur inuito, vt ibi dixi. ſed hic Apoſtolica auctoritate datur: ſed hoc caſu non dabitur: quia capitulũ in hoc caſu mandatum non hẽt à Papa, ad quem datio eius pertinet, vt in principio.

n ¶ Proximo.] ſcilicet qñ demens eſt epiſcopus, & neſcit vel non poteſt exprimere quid velit.

a ¶ Cis-

a ¶ Circunſtantias.] aliter. n. ad veritatem peruenire non poſſet 23. q. 8. occidit, ſupra de teſti. cum cauſam.
b ¶ Moderatos.] ad idem ſupra eo. tit. de rectoribus. & c. ſeq. non. n. coguntur proprijs militare ſtipendijs. 20. q. 2. precarie. 16, q 2. charitatem.

[Glo. ſeq. tres concur. alleg. & quæſtionem ſoluit.]

c ¶ Abſtinentes.] ad idem ī. de elect. nihil eſt. & eod. lib. & c. is cui. & ca. indemnitatibus. §. ſi vero. Et intellige de alienatione immobiliū vel mobilium pretioſorum: aliàs mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, alienare poterunt ad inſtar tutorum. C. de admi. tut. lex quę tutores. Io. Andr.

pi & eccleſiæ ſuæ conditionem, & ſtatum, ac facti circunſtantias [a] vniuerſas, quam cito poterit fideliter & explicite referat ad notitiam dictæ ſedis, recepturi humiliter & efficaciter impleturi, quod ſuper hoc per ſedē ipſam contigerit ordinari. ¶ Præſenti quoque adijcimus ſanctioni, vt coadiutores huiuſmodi d̄ prouentibus prælatorū, in quorum aſſumentur auxilium, ſumptus recipiant moderatos, [b] ab alienatione qualibet de bonis eccleſiaſticis prælatorum ipſorum, vel eccleſiarum ſuarum quomodolibet facienda penitus abſtinentes. [c] rationem non ſolum in diſtricto examine, ſed & prælatis eiſdem (ſi ſanæ mentis extiterint) ac capitulis eorundem, ſeu etiam ipſorum prælatorum ſucceſſoribus (ſi hoc antea non fecerint) plenariam reddituri. Cęterum quod de epiſcopis præmittitur, ad ſuperiores etiam prælatos eſſe volumus & intelligimus referendum.

TITVLVS. VI.

De inſtitutionibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Capitulum ſede vacante, licet beneficia ad Epiſcopi collationem ſpectātia conferre non poſſit, tamen ad illa præſentatos inſtituere poteſt: hoc dicit Zen.

CAP. I.

ET ſi capitulum [d] ſede vacante beneficia, quæ ad collationem epiſcopi [e] pertinent, conferre nō poſſit: [f]

DE INSTITVTIONIBUS.

Cōtinuatio dñi Heliæ.

¶ Dictum fuit ſupra de præbendis: verum quia poſſet dubitari ad quem pertinet collatio & inſtitutio præbendarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum: ideo ad nos informandū annectitur tit. de inſtitutionibus, Pro quo ſciendum, ꝙ inſtitutio hic accipitur large: & ſub ſe comprehendit collationem: Nam collatio ꝓprie dicitur quādo beneficium eſt liberū, & in mera diſpoſitione epiſcopi, quòd diſponit de illo beneficio iure ſuo ordinario abſque aliqua præſentatione: Sed quando beneficium non eſt liberum, ſed eſt in iure patronatus alicuius, quia patronus præſentat, & ad præſentationem patroni epiſcopus inſtituit: illud proprie dicitur inſtitutio, Prouiſio vero dicitur, quando fit iure deuolutos ſ. quando ſuperior prouidet in refutationem inferioris.

ET ſi capitulū.] Sede vacante capitulū ſuccedit epo in poteſtate inſtituēdi. ſed non in poteſtate cōferendi beneficia. hoc dicit ſecundum Ioan. de Fan. Et primo improbat ſimilitudinem: ſecūdo decidit caſum dubium: ibi, Præſentatos. quod dubium fortificat: ibi, Licet. Io. And.

Pro intellectu huius capituli eſt præſupponendum illud quod habetur in c. cum olim. de maior. & obed. in antiq. videlicet quod capitulum ſede vacante ſuccedit epiſcopo: ideo poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis per ſe: & illa quæ ſunt ordinis per alium, puta, per aliquem epiſcopum. Item eſt præſupponendum, ꝙ conferre beneficia eſt iuriſdictionis volūtariæ: ideo poteſt exerceri extra territorium. in cap. nouit. de offi. lega. in antiq.

CASVS Vacante eccleſia Pictaueñ. per mortem prælati, antequam aliquis eſſet electus in epiſcopum, vacauerunt aliqua beneficia ſpectātia ad collationem epiſcopi: certum eſt quòd capitulum ſuccedit loco epiſcopi: ſed vtrum iſta beneficia vacantia poterit capitulum conferre? Reſpondet Romanus Pontifex, quod non: ſed collatio iſtorum beneficiorum reſeruabitur futuro epiſcopo: nec valet contraria conſuetudo: vt tenent doctores in dicto capitu. cum olim. allega. & rationem aſſignant: quia capitulum non poteſt incipere præſcriptionem: cum præſcriptio non incipiat, nec currat contra eccleſiam vacantem. Sed ponamus quod vacant beneficia patronata: vtrum capitulum poteſt inſtituere præſentatos? Reſpondet, quòd licet capitulum non poſſit conferre beneficia vacantia (vt dictum eſt) tamen poterit inſtituere ad præſentationem patroni. Nota primo vnum caſum, in que capitulum ſede vacante non exercet iuriſdictionem epiſcopalem, ſcilicet in collatione beneficiorum ſpectante ad ſolum epiſcopum, ſed poterit inſtituere ad præſentationem patroni, id eſt, in confirmandis electionibus: vt in iure allega. in gloſſa. Nota ibi, Admittere, quod differunt admittere & inſtituere. Et per hunc textum deciditur vna quæſtio, quæ eſt in facto: Nam quidā patronus quendam clericum præſentauit vicario epiſcopi: & rogauit illum, vt illum admitteret: vicarius reſpondit, placet: vnde notarius inſtrumento ſuo inſeruit, qualiter vicarius illum admiſit & inſtituit: nonc redarguitur inſtrumentum de falſo: quia vicarius epiſcopi admittendo perſonam, non per hoc inſtituit: Iſte text. facit quòd inſtrumentum ſit falſum: quia differunt admittere & inſtituere: & admittendo perſonam iſtius prę ſentati, non videtur illum inſtituere.

† Varias ſignificationes huius vocis, capitulū, ponit Io. Andr. in c. capitulū. ī. de reſcri.

Not. caſum prohibitum capitulo ſede vacante. Alios vide per Ioan. Andr. in cap. 1. ſupra de maior. & obed. eod. lib.

Not. ꝙ poteſtas inſtituendi in beneficio, deuoluitur ſede vacante ad habentem exercercere iuriſdictionē ꝑlati defuncti. Dominicus.

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

d ¶ Et ſi capitulum.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. ſupra, de maior. & obed. his quæ. & cap. cum olim.

e ¶ Epiſcopi.] ſolius. quod dic, vt infra, ne ſede vac. cap. vnico.

[Glo. ſeq. alleg. concor. obijcit. & ſoluit.]

f ¶ Non poſſit.] vt ī. ne ſede vac. cap. illa. † Sed obijcies, ſi poteſt confirmare quod eſt plus. quare non conferre? Solu. eſt falſum, quòd confirmare ſit plus: quia q̄ confirmat, non donat. de fid. inſtru. inter ſed qui confert donat. ſupra eo. lib. de offi. vica. c. vlti.

† Opi Gul. Spe. de præſentatione non facienda per capitulū vacante ſede, & quo cōmendam facere pōt ſm Vincē quas ibi ſcripſi hic ponit Arch. Io. And.

[Glo.

Præſentatos [a] tamen à patronis poteſt admittere, ſi ſint idonei, [b] & eos inſtituere in beneficijs, ad quæ fuerint præſentati: Licet ad epiſcopum [c] (ſi supereſſet) admiſſio & inſtitutio huiuſmodi pertineret. †

¶ Idem [in eodem. †]

¶ *Non repellit præſentatum defectus ſacrorum ordinum. h. d. Zenz.*

CAP. II.

SI is, [d] ad quem rectoris præſentatio in aliqua parochiali eccleſia noſcitur pertinere, quempiam non conſtitutum in ſacris præſentet ad eam, ipſum † (dummodo aliàs ſit idoneus, & infra tempus à iure ſtatutum [e] ad ordines, quos ipſius eccleſiæ cura requirit, valeat promoueri) decernimus admittendum.

TITVLVS VII.

De conceſſione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.

¶ Innocentius quartus dilecto filio Andreæ capellano noſtro.

¶ *Si mandatur alicui prouideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, & vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinarius confert, tenet ipſius collatio: etiamſi executor impetrantis ante acceptationẽ fecerit reſeruationẽ, inhibitionem, & proceſſus ſuper prima vacante. Io. And.*

CAP. I.

QVia cun-

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

a ¶ Præſentatos.] quid de electis per clericos ad quos electio ſpectat? Dic idem. ſed de illis erat expreſſum in prædicta decret. cum olim, de maio. & obe. ideo de præſentatis ſolũ hic dixit; & poterat de præſentatis dubitari: quaſi præſentatio inniteretur gratiæ, & non iuri communi: vt ſic poteſtas huius gratiæ vacante ſede in capitulum nõ tranſiret.

b ¶ Idonei.] intelligitur ſi non ſit appoſitũ. de elect. cauſam quæ, in antiq.

ADDITIO. Arguit hic Archid per cap. 28. diſtin. priuſquam. & per nót. 63. diſt. c. 1. in ſi quòd ſi confirmator, epiſcopus, capitulum, vel cõfirmator ipſorum dicit: talem non debuiſtis eligere: per idipſum reprobaſſe videtur. Io. And.

c ¶ Epiſcopum.] ſolum. [1] ea enim quæ ſunt iuriſdictionis, tranſeunt in capitulum ſede vacante: vt in iuribus ſuperius allegatis. ad idem de hære. ad abolendam. in antiq. quod verum intelligas. niſi interdictum eis eſſet à Papa: vt ſupra eodem libro de maior. & obedient. capitu. vnico.

SI is.] Non diuiditur. Io. And.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali patronus illius eccleſiæ præſentauit Titium clericum conſtitutum in minoribus ordinibus, diœceſano: qui clericus erat aliàs idoneus: vtrum propter iſtum defectum, quod non eſt promotus ad ſacerdotium ſit repellendus à beneficio? Reſpondet, quòd propter defectum ſacri ordinis non eſt à beneficio repellendus: dummodo aliàs fuerit idoneus, & poſſit promoueri ad ſacros ordines intra annum. Not. primo, quòd appellatione rectoris comprehenditur ille, qui præficitur parochiali eccleſię. vide in clem. dudum, de ſepult. Not. ſecundo, quòd idoneitas in præſentato ad eccleſiam requiritur tempore præſentationis quo ad alias qualitates, quàm ordinum ſacrorum. Dom.

d ¶ Si is.] quod in decr. ſup. de æta. & qual. præterea. de diſpenſatione olim fieri poterat: eſt hic hodie ius commune. quod verum intelligo in hoc ſuo caſu: ſcilicet cum præſentatur quis ad rectoriam eccleſiæ parochialis per patronum. Dic autem vt dixi ſup. eod. lib. de præb. ſi pro clericis pauperibus.

ADDITIO. Multi contra. & vide quod ibi dixi de elect. dudum. 1. ſuper verſi. vel in ordinibus. Io. And.

e ¶ Statutum.] ſupra de elect. eod. lib. licet canon. [vide gl. fi. c. 2. ſupra, de reſeri.]

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ & Eccleſiæ non vacantis.

¶ Viſum fuit ſupra de præbendis & alijs beneficijs eccleſiaſticis: etiam viſum eſt de inſtitutionibus ad illa beneficia eccleſiaſtica: verum quia poſſet aliquis dubitare, quid iuris ſit de beneficijs non vacantibus, vtrum poſſint alijs conferri: ideo ponitur titulus de conceſſione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.

QVia cunctis. Hęc eſt famoſa decretalis, & copioſa, & ſubtiliter gloſſata per Inn. Abbas ſic ſũmat: quod executor datus ſub forma, quod cõferat tali quod duxerit acceptandũ: añ acceptationẽ nihil facere põt. Sed dicit Io. An. quod iſtud nõ vř bñ dictũ. Sed dic quod ĩtellexit illud nihil, quod afficiat: & ſic dẽt intelligi gl. in §. Subiũctũ ĩ. q incipit. Nota quod qñ. Do. Iſtud c. diuiditur in 6. par. vt ĩ gl. Nã in prima ponit actoris petitio. In ſcđa, exceptio rei: In tertia ponit agẽtis replicatio: in quarta parte ponũtur duplicationes: in qnta, triplicationes: In ſexta & finali parte ponit ſñia. Prima eſt in prin. Scđa: ibi, dicebat aũt. Tertia: ibi, ex parte. Quarta: ibi, Sed extitit: Quinta: ibi, Ecõuerſo: Sexta: ibi, Nos itaque.

CASVS. Inn. iiij. fecit gr̃am cuidã Draconi in eccleſia Carnot. ſub hac forma: qa mãdauit canonicis illius eccleſiæ, vt Draconẽ reciperent in canonicũ, & in fratrẽ, & præbendã, vel dignitatẽ ſi qua vacaret eidẽ conferrent, quã duceret acceptandam; alioquin proximo vacaturã, cũ decreto irritãte, & datis ſibi executoribus ad cõpellendũ: Draco iſte p̄ſentauit gr̃am ſuã executori: q executor acceſſit ad illã eccleſiã ĩ qua erat ſubdecanus illius eccleſiæ: & ipſi Draconi cõtulit [illegible] endã proximo vacaturã: & ſic cõtulit anteq̃ Draco illã acceptaret: Deinde in ipſa eccleſia vacauit p̄poſitura Normaniæ, q̃ erat dignitas ſine cura: qua vacãte qdã legatus Card. in illis partib. exiſtẽs, rogauit epm̃ vt de dicta p̄poſitura prouideret cuidã Andręæ nepoti dñi Papę: Eps r̃ndit, quod q̃ tũ ad hoc committebat vices ſuas illi legato Card. q legatus p̄poſiturã contulit Andręæ nepoti dñi Papæ: poſtea Draco acceptauit illã dignitatẽ: Modo fuit orta controuerſia ſup illa dignitate inter Andręã nepotẽ Papæ, qui habuerat collationẽ à legato noĩe ordinarij: & dictũ Draconẽ q habuerat collationẽ à ſuo executore: fuit dubitatũ quis hr̃et potius ius in ipſa dignitate: vnde fuerunt allegatæ plures rationes hincinde: tãdẽ auditis allegationibus hincinde per partes propoſitis, Papa tulit ſententiam diffinitiuam pro ſuo nepote contra Draconem, & ipſi Draconi impoſuit perpetuũ ſilentium. Ratio motiua Papę fuit qa Draco acceptauerat dignitatem iſtã poſt collationẽ ordinarij.

No. primo ex principio textus practicã concipiendi libellũ, cũ agit quis pro bñficio quod dicit ad ſe pertinere. nã non ſufficit dicere, quod habuit collationẽ à tali: ſed vlterius addat in libello, & qui hẽbat p̃tãtẽ conferendi

Not.

† aliàs, pertinerent.

† Hæc duo verba: in eodẽ nõ ſunt ĩ manuſcriptis codicibus.

[1] De articulo huius gl. vide late per Hoſti. in c. ad abolendam. verſ. ſede vacante. ext. de hær.

† No. idoneitatẽ, & tempus hic per copulã poni: vnde non ſat eſt quod intra tẽpus iuris poſſit promoueri: ſed debent ẽt alię idoneitates concurrere. Do. & Pet. de Anc. F.

ctis: [a] & infra.[b] ¶ Proponebatur itaque pro parte tua, quòd cum prædicta [c] præpoſitura dũ vacabat [d] tibi per eum.[e] qui conferre potuit ipſã, collata fuiſſet: collatio huiuſmodi canonica exiſtebat, maxime cum nulla per Priorem [f] ipſum, quæ illam impedire poſſet [g] inhibitio præceſſiſſet. Dicebat autem pars altera, quòd cum pręmiſſæ [h] litteræ ſede Carnoten. vacante fuiſſent in capitulo publicatæ,[i] ac pręfatus epiſcopus tunc de capitulo ipſo eſſet,[k] ibique præſens exiſteret, ignorare non potuit mandatum Apoſtolicum (ſuper conferenda memorato D. præbenda vel dignitate ſine cura,[l] quam ipſe duceret acceptandã cum primo in eccleſia ipſa prædicta vacaret) alij fuiſſe directum. & ſic per conſequens facultatem ſibi eſſe ſublatã conferendi huiuſmodi dignitatẽ; propter quod videbatur,[m] quod nec per ſe nec per alium præfatam præpoſituram, curam non habentem animarum annexam (quæ primo poſt mandatum ipſum in eccleſia prædicta vacauit) poterit alicui perſonæ conferre. Præſertim cum iam dictus Prior, eodem publicato mandato, mox præfato D. præbendam vel dignitatem curam huiuſmodi non habentem, quam primo in eadem eccleſia vacare contingeret, contuliſſet: nec aliàs etiam (prout allegabatur [n]) prodeſſe poterat ipſius epiſcopi ignorantia in hac parte.

Not. principalem effectum huius ca. ꝙ ſi mandetur alicui prouideri de dignitate proximo vacatura, quã ipſe pro quo ſcribitur, duxerit acceptandam: poteſtas ordinarij non eſt ligata, niſi is pro quo ſcibitur acceptauerit: nam executor non poteſt facere collationem niſi facta acceptatione: ſed facta acceptatione poteſt executor ſuam poteſtatem exercere, etiam priuſquam vacet dignitas. Nota quòd in iudicijs non eſt facienda acceptatio perſonarum: quod eſt contra aliquos iudices, qui grauant ſuos cõſanguineos, vt videantur iuſtiores. tamen prudentes iudices ſe exonerant à talibus cauſis, ne videantur hominibus iudicaſſe affectione carnali.

Nota ꝙ decre. irritans in gratia expectatiua ligat ignorantes, dumtamen fuerit purificatũ: quod purificatur dum gratia eſt purificata. Et non dicitur purificata gratia, niſi ipſa fuerit acceptata. Nota quæ dicatur canonica collatio: quia illa quę eſt facta de beneficio vacante: & per illum, qui poteſtatẽ habet conferendi.

Nota finaliter, ꝙ licet non ſit neceſſe in libello tollere defenſionem partis aduerſæ, vt not. Innocen. de re iudica. cum Bartholdus tamen ex illa non vitiatur libellus: vt patet hic dum dicebat ꝙ non erat facta inhibitio, Dom.

[Prima gl. ſũmat, & ponit prouiſionẽ inuẽtã ꝯ caſum.]

a ¶ Quia cũctis.] ſi mãdatur alicui prouideri de dignitate vacatura, quã duxerit acceptandã, & vacat dignitas quã ante acceptationẽ ordinarius confert, tenet ipſius collatio: ẽt ſi executor impetrantis ante acceptationẽ fecerit reſeruationẽ, inhibitionẽ, & proceſſus ſuper prima vacante. Contra hunc caſũ ſtylus curiæ claſſicæ. ad inuenit, qua ſtatuit terminũ acceptãdi, inhibẽs ꝯ illum collationẽ fieri cũ decreto, quod dic vt in clemen. c. ut. cum ei quem. 2. reſponſo.

ADDITIO. Formam illius clemen. ibi vide notatã in gl. iſte terminus. Ioan. And.

[Secunda gl. ſupplet deciſam, & diuidit decretalem.]

b ¶ Et ĩ.] ſub hoc infra intelligas factũ: ſ. q̃d Inno.[1] dedit gratiam Draconi ſuper prima præbenda vel dignitate ſine cura, quæ vacaret in eccleſia Carnot. quã duceret acceptandã dato ſibi Priore quodã in executorẽ: vt in litteris ſuis erat decretũ: Prior ille acceſſit ad eccleſiã Carnotẽ. quæ tũc vacabat: & in capitulo, in quo erat ſubdecanus, gratiã publicauit: & contulit ibidẽ illi D. dignitatẽ ſine cura, vel p̃bendã, q̃ ibi primo vacaret, quã duceret acceptandã. inhibẽs ne q̃s veniret ꝯ ſuã collationẽ, & ꝓnuntians irritũ ſecus factum: Poſt hoc p̃poſitus Normanię in vltramarinis partibus deceſſit, prius electo & cõfirmato ſubdecano ipſius eccleſiæ Carnoten. in ep̃m Carnotenſẽ: p̃poſitura aũt illa erat dignitas [2] ſine cura in eccleſia Carnoteñ. G. ſancti Euſtachij Cardinalis in partibus illis legatus ſupplicauit ep̃o, vt dignitatẽ illã conferret Andreæ nepoti dñi Papæ, ep̃s ille cõmiſit illi Cardinali, vt cõferret: q̃d factũ eſt. Prior aũt ille executor Draconis audiens dignitatẽ illã vacaſſe, cõmiſit cuidã archipresbytero, ꝙ illũ Draconẽ, qui ipſã dignitatẽ acceptauit, deberet de ipſa inueſtire: quod factum eſt. Modo inter D. & A. ſuper hac dignitate quęſtione ſuborta, partes fuerunt coram Papa: & primo allegauit A. vt ſequitur. hæc patent in deciſa, & ex ijs, quæ ſequentur infra. Et diuide in ſex partes: In prima quæ durat vſque ibi, Dicebat autẽ: ponitur Andreæ petitio. In ſecunda, quæ durat vſque ibi, Ex parte: ponitur Draconis defenſio. In tertia quæ durat vſque ibi, Sed extitit, ponunt replicatiões A. In quarta quę durat vſque ibi, Econtra vero: ponũtur replicatiões Draconis. In quinta q̃ durat vſque ad § Nos itaque, ponuntur triplicatiões A. In ſexta ꝓ A. ſententia fertur.

ADDITIO. Hoſ. qui facit nouẽ partes in hoc capitu. de ſecunda facit tres; dicẽs ꝙ ꝯ A. excipitur. Tertio exceptio roborat. Quarto pro D. alia ratio inducitur. Item de tertia dicitur, ꝙ quinto replicatur: Sexto, replicationi additur. hoc nõ placet: quia potius ſunt partium diuiſiones, q̃ partes. Ioan And.

c ¶ Prædicta.] in deciſa. ſic ĩ. de reb. ecc. nõ alie. dudũ.

d ¶ Vacabat.] notabat factum partis alterius. q. d. illi D. fuit collata præbenda ſeu potius dignitas per executorem ſuũ, anteq̃ vacaret: ſed mihi vacãs collata fuit.

e ¶ Per eum.] ſcilicet per ep̃m ſeu eius auctoritate, vt ſ̃. dixi interdum ẽt ſolus ep̃s talia cõfert: interdũ cum capitulo ſm diuerſas conſuetudines: quod dic vt no. de elect. cum eccleſia Vulterana. infra ne ſede va. c. vnico, & bene dixit. qui potuit: quia aliàs collatio non valuiſſet, quia pro non dato habetur, quòd ab illo datur, &c. de iure patr. quod autem, in antiq. ibi de hoc.

f ¶ Priorẽ.] qui fuerat executor Draconis, vt ſ̃. dixi.

g ¶ Poſſet.] Nota ꝙ aliqua præceſſerat: ſed non talis, quæ impedire poſſet. & erat ratio: quia fuerat facta ante acceptationẽ, vt patet infra, verſi. ſubiunctum.

h ¶ Præmiſſæ.] in deciſa impetratæ per illũ D. ad priorem executorem ſuum.

i ¶ Publicatæ.] vnde per hoc videbatur dignitas affecta, vt infra e. ſi capitulo. ſed nõ eſt verũ hoc caſu, (vt ibi dicã.

k ¶ Eſſet.] ſic ſupra de reſcrip. eam te. & licet hoc non ignoret: non tamen ignorabat collationem per Priorẽ factam ante vacationẽ, & acceptationem non valere: & ideo iſtæ allegationes ignorantiæ parum proſunt.

l ¶ Sine cura.] etſi hoc nõ fuiſſet adiectũ de tali intelligendũ erat, vt ſ̃. e. li. de præb. cum in illis. 1. reſponſo.

m ¶ Videbatur.] male intelligẽtibus: ſubtiliter aũt intuẽtib⁹ hoc nõ videbatur. ſ̃. de tran. p̃lat. inter corporalia, §. 1.

n ¶ Allegabatur.] pro parte ipſius D. ad corroborandam exceptionem, vel defenſionem ſuam.

1 Quartus auctor decreta. dicit Hoſtien. & Boati. poſt eũ, qui ſemper fuit nobilibus gratioſus: & iſte Draco fuit filius dñi de Borbonio. Io. Andr.

2 Dicit Io. Mon ꝙ hic nõ fuit diſputatũ an eſſet dignitas. vel officium: tñ vt dicit ipſe Inn. de p̃b. de multa. in fi. ꝙ præpoſituræ eccleſiæ Carnoten. ſunt officia, non dignitates. Io. Andr.

a ¶ Non

Nam ſi alicui à ſede Apoſtolica concedatur, quod excommunicari non poſſit: [a] licet id forſan ſuus ignoret epiſcopus, non tamen propter hoc eius ligatur ſententia, ſi quàm proferat in eundem. Similiter [b] ſi alicui conferendi prębendam aliquam tribuatur à ſede Apoſtolica poteſtas: ex hoc ipſo uidetur, quòd ſit epiſcopo conferendi tunc eam penitus interdicta facultas. ¶ Nec obſtaret ſi forte obijceretur, quod lex ſeu conſtitutio & mandatum nullos aſtringũt, niſi poſtquam ad notitiam † peruenerint eorundem, aut niſi poſt tempus [c] infra quod ignorare minime debuiſſent: quia in priuilegiis, [d] & indulgentiis ſeu conceſſionibus ſpecialibus ſecus exiſtit, in quibus ſufficit, quòd ad illorum, quibus conceduntur, notitiam perueniant, vt patet cum indulgetur alicui, quòd excommunicari non poſſit: ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et quidem cũ tribuitur alicui poteſtas cõferendi præbendam: videtur proculdubio ei concedi aliquid ſpeciale. [e] ¶ Adijciebatur inſuper, quòd cum ſententia ſtatim arctet etiam ignorantem: quoniam ſi contra prælatum aliquem abſentem [f] depoſitionis [g] ſententia proferatur, contractus, quos iniit ignoranter poſtea ut prælatus, nullum robur obtinent firmitatis: & in ſupradictis litteris irritum decernimus, & inane, quidquid ſuper huiuſmodi præbenda uel dignitate contra noſtrum contigerit attentari mandatum: collatio, quàm idem epiſcopus poſt tale noſtrum decretum (ſiue illud ignorauerit, ſiue nõ) de præfata præpoſitura, per ſe, vel per alium fecerat, non ualebat. [h] ¶ Ex parte uero tua extitit replicatum, quòd hæc de illis priuilegijs & indulgentijs (æquitate ſuadente) debent intelligi, quæ vim ſuam [i] habent mox cum ad illos, quibus conceduntur perueniunt: ex quorum tenore liquido noſci poteſt, quòd talis circa ea fuerit intentio concedentis, vtpote cum alicui conceditur, quòd excommunicari non poſſit. ex † hoc enim euidenter apparet alijs ipſum excommunicandi ademptam eſſe penitus facultatem: non ſic autem ſi alicui conferendi præbendam, ſiue certam, [k] ſiue incertam [l] tribuatur poteſtas: non enim tunc eſſe videtur tribuentis intentio, vt per hoc ei (ad cuius donationem præbenda ipſa pertinet) conferendi poſſibilitas adimatur: [m] niſi prius ille ſibi notificet, quòd eam velit per huiuſmodi poteſtatem conferre, aut ei collationem interdicat illius, vel poſtquam illi notificauerit talem poteſtatem fore ſibi

a ¶ Non poſſit.] vt infra de priuileg. volentes. talia tamen priuilegia non extenduntur ad ſententias ordinariorum, niſi in caſibus, vt inf. eo. ti. iam alleg. ne aliqui.

b ¶ Similiter.] parum valet hæc ſimilitudo: quia alia ratio reformat pactum, vt patet inf. §. ex parte.

c ¶ Poſt tempus.] quod eſt duorum menſium à tempore publicationis. poſtea uero non valebit ignorantiam allegare, vt in auth. vt fa. no. conſt. coll. 5. circa prin. & ī. ne cl. vel mo. ſuper ſpecul. Et his adde quod dixi in fi. huius lib. ſuper data Romę in vlt. glo. Io. And.

ADDITIO. Facit etiam ſupra, de ſent. excom. nouerit. dicit Hoſtien. quod putat ibi ſpeciale in conſtitutionibus principis: aliàs autem hoc tempus erit arbitrarium. ff. de iure delib. l. 1. §. ait prætor. & ideo ſufficit quod ſit publice promulgata ad hoc, ut omnes aſtringat. ſ. de poſtulatio. pręlat c. 1. 16 diſtin quod dicitis. de conſtitu. c. 2. de hac materia, & quæ ſit ratio diuerſitatis, plene not. in ſum. de conſtit. §. quando conſtitutio. in prin Hoſt. cuius dictum ponũt. Ioan. Mon. & Arch. Opinionem autẽ Io. quam ponit Arch. vide in remiſſ. quæ ſequitur in glo. Subdit autem Archid. quòd mandatum ligare nõ debet, niſi ex quo peruenit ad eos, quibus mittitur. ff. de acquir. poſſeſſione. qui abſenti. Et no. Innoc. ſ. de elect. innotuit. in vltima gl. ſua. & vide quod dicam ſuper gloſſa ſequenti. Ioan. Andr.

d ¶ Priuilegijs.] Hæc allegatio intelligitur ſecundum reſponſionem aduerſæ partis. ſ. eo §. ex parte. & poterat eſſe ratio: quia cõſtitutiones ſunt pœnales: & ſic ex ſe odioſæ: priuilegia gratioſa, & ſic fauorabilia. ad hoc infra, de regu. iuris, odioſa. ſed licet hoc probabile videatur, ſecundum prædictum §. debet intelligi.

ADDITIO. Dicunt Innoc. & Hoſt. quod hæc ratio, ſcilicet: quia conſtitutiones ſunt pœnales: non eſt perpetua. declarat Ioan. Mona. quia in multis conſtitutionibus non agitur de pœna infligenda. dicit ergo quia lex omnibus eſt communis, & omnes aſtringit. ſ. de conſtit. c. fin. C. de leg. leges ſacratiſſimæ. ideo ibi eſt tempus vniforme. Sed indulgentia eſt lex priuata. 3. diſt. priuilegia. quam ſola concedentis intentio contemplatur. Io. And.

e ¶ Speciale.] quaſi ſecundum intentionem allegãtis littera pro D. directa priuilegium eſt cenſenda: & ſic non requiratur epiſcopi ſcientia: ſed non ita vt ſequitur. Io. And.

f ¶ Abſentem.] contumaciter. aliàs contra 3. quæſt. 9. per totum.

ADDITIO ſupra de maio. & obed. inter quattuor. Archid. remittit. 3. q. 9 in ſũ. de dolo & contum. veritatis. in antiq. Io. And.

g ¶ Depoſitionis.] idem in inhibitione, ſuſpenſione, vel excõmunicatione videtur ad hoc de dolo & cõtuma. cap. veritatis. in fine.

h ¶ Non valebat.] hoc verum eſſet, ſi de certa præbenda vel dignitate mandatum fuiſſet: vel in caſu iſto poſt acceptationem, & hoc nõ aduertit allegator. Io. Andr.

i ¶ Vim ſuam habent.] priuilegium enim datũ alicui ſtatim vim ſuam habet cum peruenerit ad illum cui conceditur. ad hoc facit lex dicens, quòd ſi ſcripſi ſeruo meo, vt in libertate moretur: non ſtatim liber eſt: ſed tunc cum littera ad ipſum peruenerit. ff. de acquir. poſſeſſio. l. qui abſenti ſeruo. in princip. † Sed non ſic cum datur alicui poteſtas cõferendi præbendam, vt inf. verſic. non ſic autem, &c.

k ¶ Certam.] expreſſam, vel non expreſſam: puta primam, quæ vacauerit.

ADDITIO Quæ dicitur certa pro tanto, quia refertur ad vnicam: licet tamen prius eſt incerta.

l ¶ Incertam.] ſicut cum dicitur, præbendam conferas quam duxerit acceptandam, vt in caſu noſtro.

m ¶ Adimatur.] ſupra de præb. dilectus. 2.

† Vide Decii & doct. in c. cognoſcẽtes. extra de conſt. & Turrecr. in c. in iſtis. §. leges. diſt. 4.

† al. ita: ex hoc. n. euidẽter apparet alijs excommunicandi eum adẽptã, &c.

† Hoſt. dat hic aliud ſimile. quod vl de no. de præbend. accedens, ad fi. gl. Io. An.

conceſſam, vacuum decernat & irritum, [a] ſi ſecus de ipſa præſumat. Quia [b] cum illi non amplior detur poteſtas, quàm ipſe Romanus Pontifex habeat in hac parte, ſicut per eam, quam obtinet ipſe Romanus Pontifex facultas conferendi beneficium vel præbendam (niſi ſuam inſinuet volūtatem) alicui non aufertur, ſimiliter & per eam, quæ taliter illi [c] ab ipſo [d] conceditur ei, ad quem ipſius præbendæ ſpectat collatio, priuſquam inſinuet ille ſibi quòd eam uelit concedere, vel etiam conferat (ſi forte vacet) poteſtas non tollitur conferendi: niſi forſan quòd ipſam conferre non poſſit, exprimatur in conceſſione huiuſmodi poteſtatis: tūc enim licet talem conceſſionem fortaſſis ignoret: ſua tamen collatio, ſi poſtmodum præbēdam ipſam conferat, nihil ualet: cum ſatis ſuper hoc concedentis intentio agnoſcatur: ſicut cum indulgetur alicui, quòd excommunicari nō valeat, vt in ſuperioribus eſt præmiſſum. Subiunctum [e] etiam extitit, quòd cum memorato priori per præfatas litteras mādaſſemus, vt memorato D. præbendam vel dignitatem ſine cura, quam acceptandam duceret, ſi vacaret, tunc, vel quam primo vacare contingeret in eccleſia prædicta conferret. idem prior prouidendi ei de præbenda vel dignitate ipſa (niſi poſt [f] acceptationem ipſius) † nō habebat aliquam poteſtatem. Vnde cum ſæpedicta præpoſitura fuerit ibi (antequam illam idem D. acceptaret, [g]) præfati epiſcopi auctoritate collata, huiuſmodi collatio talis [h] mandati noſtri prætextu (etiam ſi prius illud epiſcopus ipſe ſciuiſſet) non poterat vacuari. Noſtrum autem in hac parte decretum ad præbendam ſeu dignitatem, quā prædictus D. acceptaret, referri [i] debebat: alioquin ſuper incerto fuiſſet editum, nec aliquem aſtrinxiſſet. [k] ¶ Sed extitit ex aduerſo [l] reſpōſum, quod etſi † præfatus Prior iam dicto D. præbendam vel dignitatem huiuſmodi cū vacaret, ante huiuſmodi acceptationem conferre nequiret: idem tamen D. præbendam vel dignitatem talem licite poſſet & libere acceptare: quare prædictus epiſcopus præfatam præpoſituram (cum non prius eum requiſierit, an acceptare vellet eandem) cuiquam conferre non potuit: quinimmo ipſius collatio (cum idem D. præpoſituram ipſam poſtmodum acceptauerit) irritari debebat, & conceſſio per iam dictum archipreſbyterum [m] ſibi facta debet ſtabilis permanere.

a ¶ Et irritum.] nota ꝙ executor qui habet poteſtatē conferendi, poteſt interdicere collationem ei ad quem pertinet de iure, & reſeruare ſibi collationem, & decernere irritum quod poſtea fieret, ſicut & legatus. de iure patr. cum dilectus. & no. de hoc de præbend. c. vlt. & ſic habes hic tres caſus, in quibus præbenda afficitur. de ſuis videbis inf. eo. ſi capit. & c. ſi ſoli. Io. And.

ADDITIO. Quòd poſſit executor talis ſibi reſeruare, & decernere, &c. no. Inn. qui dicit ſatis hic patere, ꝙ executor ſuſpendit ordinarium à collatione beneficij. Sed Hoſtienſis intelligit hæc verba quando in reſcripto eſt clauſula: decernentes, &c. ſ̄. de præbend. inter. & refert quod alij generaliter intelligunt. & Archidiac. dicit opinionem Hoſtien. confundi. inf. eo. ſi ſoli. Io. And.

b ¶ Quia cum illi.] optima reſponſio, & ſecundum Innocen. Papa enim præbendas omnes & dignitates cōferre poteſt, ſup. de præbend. c. 2. & tamen illi ad quos collatio ſpectat, poſſunt illas conferre: niſi Papa prius inſinuet illis quòd non conferant cum decreto, ſic per talem poteſtatem datam executori non aufertur ei ad quem pertinet conferendi poteſtas, niſi in litteris id dicatur: ſcilicet quòd conferre non poſſit.

c ¶ Illi.] executori.

d ¶ Ab ipſo.] Romano Pontifice. Io. And.

e ¶ Subiunctum.] pro parte ipſius Andreę, cui ſcribitur.

f ¶ Poſt acceptationem.] intelligitur autem acceptare petendo per executorem ſuum ſibi conferri beneficium, ꝙ poterat acceptare: vel recipiendo illud ſibi præſenti collatū, vt in cle. eod. titu. cum ei quem. 3. reſponſo.

g ¶ Acceptaret.] no. quod quando ſcribitur ſub hac forma; quam duxerit acceptādam: decernentes irritum & inane, executor tunc ante illam acceptationem nil poteſt facere: & ſi fecerit, non valebit tamquam ſuper incerto prolatum. argum. ff. quod cuiuſque vniuer. l. item eorum. §. 1. Si vero Papa mandet alicui prouideri de præbenda, quam duxerit acceptandam, ſine clauſula illa, decernentes: tunc tenebit collatio illius, ad quem de iure pertinet, antequam ei nuntietur † de acceptatione. Si autem Papa mandat alicui prouideri de præbenda, quam acceptauerit, cum clauſula; decernentes: tunc acceptatione facta, ſtatim executor interponit auctoritatem ſuam, prohibendo ne contra prohibitionem ſuam aliquid diſponatur de illa præbenda, decernendo irritum & inane quicquid poſtea duxerit faciendum: cum per hoc illam formam ſic ei ſit conceſſum: nec valebit prouiſio tunc facta ab eo, ad quem pertinet illius præbendæ collatio, etiam ignorante huiuſmodi acceptationem & decretum. Ber.

h ¶ Talis.] ſcilicet quam duxerit acceptandam.

i ¶ Referri.] licet igitur dicatur in litteris; decernētes, &c. nihil operatur decretū priuſquā fiat acceptatio: aliàs decretū eſſet ſuper incerto: prout ſequitur: Papa enim non vult ꝙ ſtatim aſſumat illud decretū ſuum vigorem: ſed tūc cum acceptauerit, valet: & ſi ille ad quem pertinet collatio, ignorauerit acceptationē: quia tūc decretum ſumit vigorem, & ligat ignorantes, vt hic, & ſup. de præb. eo. lib. dudum. ſecus enim eſt in caſu vel decreto, quod prohibet aliquid fieri: & qđ ſ̄. factū fuerit, caſſat: quia ſtatim ligat. 35. q. 3. cōtradicimus. & ſ̄. de elect. quia propter ver. aliter, &c. qñ non apponitur clauſula illa decernentes, ſæpe locū hēt regula illa, Multa fieri prohibentur, facta tñ tenent. de reg. ad Apoſtolicam. in antiq. ſm Ber.

k ¶ Aſtrinxiſſet.] concor. cle. eod. titu. cum ei quem. 2. reſponſo.

l ¶ Ex aduerſo.] ſcilicet ex parte Draconis.

m ¶ Archipreſbyterum.] cui Prior qui erat executor Draconis commiſerat collationem præpoſituræ, vt patet in integra. & dixi in princ.

Executor habēs poteſtatem conferendi, pōt interdicere ei ad quem aliàs de iure pertinet conferre.

Acceptare dicitur quis beneficiū, eo ipſo qđ petit illud ſibi conferri.

† Facit (inquit Phil.) ſup. de app. c. ſuper eo. 2. Fon.

† Do. not. hic. ꝙ executoris ad cōferendū beneficium quod impetràs duxerit acceptandū inhibitio, intimatio, collatio, ante tēps vacationis non ligat ordinariū: quia poteſtas in euentū conditionis nō exercet ante purificatam conditionē. facit. c. ſi proteſt. ſ̄. eo. de reſcr. Fon.

† No. cautū modū allegandi: videlicet, vt loquatur conditionaliter, qđ ſi ſic ēet, tū, &c. Et hoc eſt cautū ne videatur fateri intentionē aduerſarij. ad hoc de verb. ſig. c. abbate. §. ad hoc. & ſ̄. de excep. cū venerabilis ſecundū Hoſt. & Io. Andr.

ADDI-

ADDITIO. Alij dicunt, ꝙ ille Prior factus erat archipresbyteri & ſic erat eadẽ perſona quę prior: ꝑ hoc ius non variatur: tñ ex integra patet contrariũ. Io. An.
a ¶ Legatur.] ponit tenorem legis. ff. de optio. leg. ſi cũ optio. Ioan. And.

e ¶ Legatis futuris.] vt lego Titio vnum fœtum naſciturum de grege, quẽ eligere voluerit. & fuit huius mandati forma ſimilis huic legato: dum dicit, quæ primo vacauerit, quam duxerit acceptandam. Legatum de p̃ſenti eſt; lego tibi vnũ de ſeruis meis, quem elegeris. in his à tempore aditæ hæreditatis intelligatur rei legatæ dominiũ fuiſſe legatarij: vnde nec ſeruum legatum ſub conditione hæres manumittendo facit liberum. ff. de manumiſ. l. ſeruum.

Legatũ eſt & de futuro & de præſenti.

Sicut cum legatur [a] alicui vnus ex ſeruis, quem elegerit, [b] vel optauerit & hæres, ante optionem, vel electionem illius manumittat aliquem, vel alienat ex illis: profecto manumiſſio vel alienatio irritatur, ceditque ille [c] legato, ſi legatarius eum duxerit eligendum. ¶ Econtra vero pro parte tua propoſitum extitit, quod id in vltimis [d] volũtatibus tenet, nec præmiſſa in legatis futuris, [e] quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam ad optandum ſeu eligendum ex illis, [f] ſicut ex iſtis poteſt terminus aſſignari. & grauis ineſſet conditio, quoddamq́; incongruũ [g] videretur, ſi quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua prouincia, quam primo illud vacare contigeret, prouideri: oporteret ipſum † in ſingulis beneficijs poſtmodum inibi vacantibus (prorogata non abſque periculo [h] forſitan ipſorum collatione †) requiri: vnde cum ſæpe præfato Priori fuiſſet iniunctum, vt dicto D. præbendam vel dignitatem, quam acceptandam duceret, ſi vacaret in eccleſia memorata, vel quam cito contingeret eam vacare, ſibi auctoritate Apoſtolica conferret, & ita eidem D. circa futuras, ſiue vacaturas præbendas vel dignitates tales [i] ipſius eccleſię optio data eſſet, non poterat per hoc memorati epiſcopi in illis quando vacarent, collatio impediri; niſi forſan cum aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipſe D. (priuſquam eam cõferret epiſcopus) acceptaret: [k] vel etiam niſi ante vacationem alicuius ipſarum vacaturarũ ex his primam, vel ea omiſſa, ex aliqua cauſa [l] vlteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam conferre poſtmodum epiſcopus non valeret. ¶ Nos itaque tam tuis, quam præfati D. rõnibus

† al ita: oportet eũ.

† Hic not. Phil. ꝙ ordinari⁹, cuĩ mãdat conferre beneficiũ Titio quod duxerit acceptãdũ: põt beneficiũ ante acceptationem alteri conferre niſi in literis eſſet termin⁹ Titio p̃fixus ad eligendum. cle. 1. §. ſecus. ĩ. eo. Font.

ADDITIO. Dicit Hoſt. ꝙ fortis eſt allegatio, quę locum hẽt ſiue homo indiſtincte legatus ſit, ſiue plurium data ſit optio: quia ſinguli ſub conditione videntur legati. ff. qui & à quibus. l. 3. arg. ff. de pecul. le. cũ dominus §. ſi, ff. de optio. leg. ſi tibi. § ſi. & l. ſi optio. & ſi lapſi ſint an. xx. videtur ꝙ optare poſſit: & ꝙ beneficiũ ei debeatur. Arg. expreſſum, ff. de cond. & demonſt. l. fin. Io. An.
b ¶ Elegerit.] no. ꝙ in legato generis data optione eligendi ſpeciem, non poteſt fieri alienatio alicuius ſpeciei ante electionem legatarij.
c ¶ Ceditque.] ſcilicet ſeruus manumiſſus vel alienatus antequam legatarius elegerit. legatarius ergo poterit illum ſeruũ manumiſſum, vel alienatum vendicare ſi voluerit: forſitan ſeruus ille alijs ſeruis melior erat, & hæres legatario electionem auferre non potuit. Eodẽ modo videbatur quod epiſcopus non potuerit auferre electionem iſti Diaconi: & ſic collatio archipresbyteri valere debebat. hoc intendit hec allegatio: ſed non eſt vera. Bern.
d ¶ In vltimis voluntatibus.] communis reſponſio aduocatorũ noſtri temporis ad leges Infortiati, ſpeciale in vltimis voluntatibus. Sed dicant quare? Vnde admirando dicebat Hoſt. Domine dominus noſter, & cętera. Si in vltimis voluntatibus hoc locum habeat, multo fortius in beneficijs, in quibus eſt adhuc plenior interpretatio facienda. ſupra de dona. cum dilecti. Sed nõ aduertit, ꝙ iſta non ſunt talia beneficia, quæ ſic large ſunt interpretanda. vt notauerat de elect. dudum. & habes. ſ. de præbend. eo. lib. quamuis. 1.
ADDITIO. Hoſt. qui dicebat in beneficijs pleniorẽ interpretationem faciendam, addebat, ꝙ princeps non debet in facto ſuo fraudem aliquam adhibere. ſ. de donat. per tuas: nec aliquem propter beneficium ſuũ decipere. C. de ijs qui ve. æta. l. 1. nec alicui. inijcere laqueum. 27. q. 1. de viduis 2. nec verbum ſuum variare 23. diſt. pſalmiſta. Nec primo impetranti præiudicare, vt no. de reſcrip. c. 1. & c. litteris. de iure patr. cum autem, in fi. & dicit ꝙ neſcit ſi pręd ictis omnibus conſideratis, ipſe pro nepote ſuo iudicaſſet. Honeſte & iuſte hoc tenuiſſet, ſi ponderaſſet quod ipſe no. in prin. ſuæ ſummæ. Ioannes And.

ADDITIO. ff. qui & à quibus. l. cum is. & vide quod dixi ſuper glo poſt. & quod ibi dixi in text. Ioan. And.
f ¶ Illis.] Legatis de futuro: ibi non poteſt ad eligendum terminus aſſignari vt ſequitur: Sed in legatis de præſenti bene aſſignatur terminus legatario ad eligendum. Aſſignabit enim ſibi prætor terminũ, vt eligat: quod ſi non fecerit, hæres poterit ſeruos vẽdere: ff. de optio. lega. l. mancipiorum. & l. ſi tibi. in prin. & l. ſi optio. §. vlt. ad hoc facit. de reſtit. ſpol. frequens. ſ. eo. lib.
ADDITIO. Facit ſ. e. ſi pluribus. & ca. ſi tibi, & ſupra eo. li de conſue. c. ſi. Ioan. And.
g ¶ Incongruum.] ĩ. eo. executor.
h ¶ Periculo.] In beneficijs ergo læditur res publica: in legatis priuata: in quibus & teſtator quam vult legem ſine alicuius iniuria poteſt imponere. C. de ſacroſanct. eccle. l. 1.
i ¶ Tales.] ſcilicet ſine cura.
k ¶ Acceptaret.] Not. ꝙ ille pro quo ſcribitur ſub hac forma, poteſt acceptando ſine præſentia & collatione executoris, impedire collationem epiſcopi: quod verũ eſt, ſi eſt ibi clauſula, decernentes, &c. vt ſuperius dictũ eſt. Sit ergo vigil ille pro quo ſic ſcribitur, vt ordinariũ in acceptando præueniat. Ad idem ĩ eo. ne captandæ. in ſi. & ff. de ijs quæ in frau. cre. l. pupillus. in fi.
ADDITIO. Quod poſſit impediri collatio epĩ acceptando ſine præſentia & collatione executoris: tenent Inn. Io. Mo. & Arc. adhiberi tñ debeant teſtes idonei: ſecundum Hoſt. alleg. de offi. ord. paſtoralis. in ſi. melius facit de ſent. excom. ſacro. in princ. in anti. Sed Cõpo. vĩ velle ꝙ coram executore faciẽda ſit acceptatio. ſ. de reſcrip. capitulum. in glo. Magna. ad fi. verſi quid ſi litteræ, & verſi. ſeq. Sed vt dicit Arch. hoc non eſt iure cautum, immo contrarium hic apparet: cum ſic indiſtincte loquatur, non dicendo coram quo accepter. Ioan. And.
l ¶ Cauſa.] ergo ſine cauſa non poteſt, vt dixi ĩ. eo. ne captandæ. & vna acceptata non poterit aliam acceptare. ff. de opt. leg. l. apud Aufidium. niſi fuiſſet deceptus

Legata de futuro, & de præſenti differunt.

vt quia debeatur alij & ignorabat: vel pro dignitate ſimplex beneficium acceptauit.

ADDITIO. Idem no. Inno & Hoſt. poſt eum. affe. ff. de opti. lega. l. 2. & ī. de præſum. quia veriſimile. vide quod no. ſupra de elect. cauſam. & quod ſcripſi ſupra e. lib. de reſcri. cum in multis. ſuper vlt. glo. quod dicam infra e. ne captandæ. ad finē. Ioan. And.

te iuris. No. id quod eſt prohibitum directe, non poteſt promitti per obliquum. vtrum per iſtud c. ſit correctū c. relatum. de præb. in ant. Reſpondet gl. & bene, ꝙ nō: immo receptus in canonicum, poteſt licite petere præbendam ex vi canonicatus: ſed non ex vi promiſſionis. Sed quid ſi cōferatur prębenda alij: vtrum teneat collatio? Reſpondeo quod ſic: ſed tamen iſte in canonicum receptus. poteſt agere contra capitulum. vt ſibi ꝓuideat de redditib. communibus, donec fuerit ſibi ꝓuiſū de aliqua prębēda, licet hoc non ſit iure cautum: tamē doctores cōmuniter inſequūtur Innocentium, q† hoc no. in ti. de maiori. & obed in ant. Nota vlterius, quòd importunitas petentiū inducit hominē ad concedendum id quod nō cōceſſiſſet, concor. ſunt in gloſ. No. finaliter qd ex torqueri dicit illud, quod obtinetur per importunitatem verborum. Dominicus.

† al. vt hi.

a ¶ Nouimus.] ipſū ergo mouit iuſtitia, non carnalitas. & eſt hoc contra quoſdam hypocritas, qui vt videantur iuſti, pronūtiant contra ſuos.

† al. ita me morato D. ſuper ea, &c.

ADDITIO. Vt dicit Hoſtienſis ď quodam Pariſiēſi ſcholari, qui reuerſus ad patriam, pronunciabat cōtra ſuos iuſtas cauſas fouentes pro extraneis, vt iuſtiſſimus videretur. Io. A.

b ¶ Curauimus.] qa collatio tibi facta ꝓuenit acceptationē Draconis. Ioan. An.

† Vide cōcilii Tridēt. ſeſſio. 24. de refor. c. 19.

plenius intellectis: quia ſæpe dictam præpoſituram ad te nouimus a pertinere, ipſam tibi (habito fratrum noſtrorum conſilio) adiudicare curauimus: b ipſi † D. ſuper ea perpetuum ſilentium imponentes.

Bonifacius octauus.

Oīs promiſſio per quam datur via ad beneficia vacatura, eſt reprobata. I. A.

CAP. II.

Deteſtanda c † iniquorum peruerſitas abſtinere neſciens à vetitis, nec gaudere debito modo conceſſis, d digne plerumque officium excitat pręſidentis ad ea, quæ iuſta fuerant conſideratione conceſſa (cum in abuſum ea vergere circunſpicit) diſcretione præuia reuocanda. e Sane licet olim fuerit canonica conſtitutione decretum, f quòd hi, qui promittunt aliquibus de beneficijs eccleſiaſticis cum poterunt, vel cum facultas g ſe obtulerit, prouidere, ꝓmiſſiones ſuas (facultate ſe offerente) debeant adimplere: quia tamen

Deteſtanda.] Primo ponit ſecūdum Ioan. Monach. arengam vel exordium: Secundo ius antiquum, & ſequelam ipſius: ibi, Sane. Tertio illud reuocat: ibi, Nos.

¶ Præſupponendum eſt illud quod habetur in ca. accedens. eo. tit. in antiq. videlicet ꝙ licet non valeat promiſſio iſta, promitto tibi beneficium cum vacabit: vel promitto tibi beneficium vacaturum per mortē: valet tamē iſta promiſſio, promitto tibi de beneficio ꝓuidere, cum facultas ſe obtulerit: quia non eſt tantum votū mortis alterius captandæ ſicut in prima promiſſione: nam multis alijs modis quam per mortem poſſunt beneficia vacare: puta cū facultates alicuius eccleſię ſunt augmentatæ: iuxta c. cum M. Ferrarienſis. de conſt. in antiq. ideo emanauit præſens capitulum ad declarationem illius capituli, accedens.

canonicatus. ſ.eo.lib. de reſcript. duobus. 1. reſponſo. Si vero alter tantum Apoſtolica auctoritate expectat: iſte ſiue ſit primus ſiue ſecundus, præfertur, inferiorū legatorum vel quorumcunque auctoritate receptis vel expectantibus. ſupra eo.lib. de præben. hi qui. Si autem aliquis eſſet receptus auctoritate legati habentis ſpeciale mandatum à Papa, auctoritate Papæ receptus intelligitur, vt ibi ſecundo reſponſo. Interdum etiam recepti per litteras facultatis, intelliguntur recepti auctoritate Apoſtolica: quod dic vt ſup.eo.lib.de reſcr. cum aliquibus. Si autem aliquis expectat auctoritate legati, ſecundus vero auctoritate Papæ, demum impetret primus confirmationem & executores à Papa, adhuc præfertur ſecūdus: ſed ille primus præfertur omnibus poſt ſuam confirmationem impetrantibus à Papa. ſup. eo lib. de præben ſi Apoſtolicæ. & c. ſi eū. Si vero neuter expectet auctoritate Apoſtolica, aut uterque ex reſeruatione legati, aut vterque ex receptione capituli; aut vnus ex receptione capituli, alter ex reſeruatione legati: prima dubitatio hodie non procedit: quia aut unus & idem legatus fecit reſeruationem, & tunc non ualet ſecunda, nec eius proceſſus, & decretum, vt ſup. eo.lib de offi. leg. præſenti, §. cæterum. aut prædeceſſor fecit primam, ſucceſſor ſecūdam, & adhuc non procedit quæſtio: quia ex quo ad collationē iam vacantium proceſſum non erat, expirant reſeruationes & decreta finito legationis officio, ut eo. c 1. reſponſo. Si uterque auctoritate capituli expectet, de æquitate deberetur primo præbenda: ſi tamen capitulum eam ſecundo, vel neutri, ſed alteri tertio conferat, tenet collatio, quia capitulum ius ad primam uacaturam dare non potuit: ſed Papa ſolus. ſupra eo. cap. 2. & de hoc ſupra de præben. relatum per Inno. & Hoſtien. Et dicunt quidam, quòd tales receptiones non ualent hodie per decre ſupra eo deteſtandā: quod non credo, vt ibi dixi. Si uero unus expectat ex receptione capituli, alter ex reſeruatione legati: puto ꝙ ſiue ſit primus ſiue ſecundus, illi pro quo reſeruata eſt à legato, debetur, quia cū potuerit reſeruare præbendam nulli debitam, vt ſupra de iure patro. cum dilectus. iſta autem nulli eſſet debita: quia ut dixi, capitulum ius ad uacaturam nulli conferre potuit: ergo ſuper ipſa tenet reſeruatio legati. Et ſi contra illam inhibitionem, reſeruationem & decretum, alteri conferatur, non valet, vt in prædicta decre. cum dilectus, ſ. eo. lib de offi. leg præſenti. 1. reſponſo. Videndum eſt de ſecundo, ſcilicet quæ gratiæ præbendas afficiant. Et dic breuiter, quòd ſi Papa contulit canonicatum, [1] ſtatim affecta eſt præbenda quæ tunc vacabat, vel quæ primo uacabit, nulli alij de iure debita. ſ. eod. lib. de præben ſi poſtquam. & ca. dudum. ita ꝙ ſi etiam ab ignorantibus & ignoranti conferatur, non ualet collatio, vt ibi. Si autem non contulit canonicatum ſtatim, ſed mandauit conferri: aut mandauit conferri primam, quam acceptaret: aut primam quæ uacaret: In primo caſu non eſt affecta præbenda quantumcunque fiant inhibitiones, reſeruationes, & decreta: niſi primo fiat acceptatio, vel ipſius vacantis, vel primæ vacaturæ, vel ex cauſa ſecundæ vel ulterioris, vt ſupra eodem tit. & lib. quia cunctis § penul. ad fin. certam autē & expreſſam antequam uacet, talis acceptare non poteſt, vt ſupra eod. ti & lib. ne captandæ. & ſi talem acceptet, per talem acceptationem præbenda non afficitur, vt ibi. Si autem de canonicatu & præbenda ſi qua uacat, vel quæ primo vacabit, prouideri mandauit: aut mandat ſolum illi ad quem pertinet collatio, aut ſolum executori, vt compellat, aut illi & executori vt compellat, aut illi & executori ut prouideat, aut ſoli executori vt prouideat: In primis tribus caſibus per præſentationem litterarum non afficitur præbenda, niſi in tribus caſibus, vel altero ipſorum: Primo, ſi in gratia erat decretum: tunc enim ſtatim per præſentationem litterarum eſt affecta præbenda, vt hic. Item ſi non erat decretum, ſi auctoritate illius gratiæ in canonicū fuerit receptus: tūc per receptionem affecta eſt præbenda, vt hic in fi. Item cum executor inſinuauerit & interdixerit, maxime cum decreto. & hos caſus habes hic: & ſic intelligantur decre. de præb. dilectus 2 & 3. In caſu quarto, ſcilicet qñ ſcribitur illi, ad quem pertinet collatio, dato executore ut prouideat, hic per præſentationem litterarum factam collatori, afficitur præbenda, ita ꝙ collatio poſtea alteri facta non tenet. ſup. c. prox. & ſic intelligi debet. ſ. eod propoſuit. quod quidam uerum putant, niſi executor ille pronuntiaſſet ſe executorem nō eſſe, per decr. ſ de præb. dilectus. 3. ꝙ verum non puto: [2] nam affectio præbendæ, quæ ꝑ præſentationem erat inducta, tolli non poteſt in præiudiciū impetrantis per executoris iniquam pronūciationem: vnde ibi ſecundam opinionem teneo vlt. gloſſæ ſi executor datus fuerat ad prouidendum, vt ſ. c. prox. dico tñ tutum impetranti, ꝙ ab illa pronunciatione appellet. [3] In quinto caſu quando ſoli executori ſcribitur, vt prouideat: hic per ſolam inſinuationem executoris, & notificationem eius ꝙ vult præbendam per illam poteſtatē conferre, ēt ſi non interdicat, puto affici præbendam. ſupra eo. tit. & lib. quia cunctis. §. ex parte. [4] & ſic erit iſta differentia, quando ſcribitur ſoli executori ad compellendum, & quando ſoli ad prouidendum: quia primus, vt afficiatur præbenda, habet inſinuare & interdicere, vt hic: ſecundo ſufficit ſi inſinuet, vt in prædicto §. Rationem diuerſitatis collige ex iis quæ dixi ſup. c. prox. in glo. 2. Io. And.

[1] Idem ſi conferat aliud beneficiū, ut ca. ſi beneficia. ſ. eo. de ꝑb. ibi vide Philippū. Fon.

[2] No. Domi. quod iudex delegatus ꝑ ſuam interlocutoriam numquam tollit effectum litterarum deductum in eſſe. vide eundē cap. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. ſ. eo. Font.

[3] Nota ꝙ ſnia qua iudex pronūciat ſe non iudicē, non extīguit iuriſdictionē, & licite ab eadē appellatur. ca. ſignificantib. ſ. de off. de leg. Phil. F.

[4] Vide c. 1. ſ. eo. in gl. 1. Philip. & de reſcr. ti- bi qui. 2. reſponſo. Io. An. Font.

tius eiuſdem auctoritate cum prærogatiua, vt præferatur omnibus receptis non auctoritate Bonifacii: præbendas hi conſequentur hoc ordine: quia primam habebit ſecundus, ſecundam tertius, tertiam primus: quod probatur argumento legali. Io. And.

CAP. VII.

Auctoritate Marti--

Auctoritate.] Primo ponit tres gratias factas tribus in eadē eccleſia ſucceſſiue: ſed tertio cum prærogatiua ſuper primum: ex quibus quæſtionem format: ſecundo ibi, Cum igitur, ſoluit rationem reddens, & argumentum inducens: ibi, Licet enim. facit quod not. ſ. de reſcr capitulum. in 1. gl. Io. And.

¶ Si tribus fuerit facta gratia in eadem eccleſia diuerſis temporibus, & virtute gratiæ debet præferri ſecundus: ipſis conferentur præbendæ hoc ordine. Nam ſecundus habebit primam, tertius ſecundam, & primus tertiam. hoc dicit.

CASVS. Papa Martinus fecerat Titio gratiam in eccleſia Pictauenſi antequam gratia eſſet effectum ſortita, Martinus mortuus eſt: ſucceſſit ei Bonifacius, qui non reuocauit gratias factas per Martinum: ſed Bonifacius Caio fecit ſimilem gratiam in ipſa eccleſia Pictauen. quo facto ille idem Bonifacius fecit gratiam Sempronio cum clauſula prælationis: quia volebat eum præferri omnibus receptis auctoritate ſuorum prædeceſſorum, non autem ſua: poſtea vacauit præbenda: quæritur cui debeatur, vtrum Titio primo expectanti? Reſpondet Romanus Pontifex quod non: quia clauſula prælationis facta tertio, Titium excludit, nec debebitur tertio, puta Sempronio: quia Caius ipſum præcedit: & Bonifacius noluit Sempronium præferri receptis auctoritate ſua, ſed ſuorum prædeceſſorum: ideo Caius habebit primam præbendam, & tertius ſecundā, & primus habebit tertiam: Et ſic Caius conſequitur per alium, ſcilicet per tertium, quod per ſe non poſſet conſequi: quod probatur per ſimile: Nam ſi quis decedat, relictis patre, & matre, & fratre ſuis ſuperſtitibus: ſi pater tempore mortis defuncti deſierat eſſe agnatus, quia ſe dederat alicui in adoptionem: tunc frater qui eſt,

ni [a] Papæ prædeceſſoris noſtri, quodam ad prębendam primo in Parmenſi eccleſia vacaturam nulli alij de iure debitã in eiuſdem eccleſiæ canonicum recepto, & alio à nobis in eadem eccleſia ſimilem [b] † gratiam adepto ſecundo, tertius deinde auctoritate noſtra in ipſa Parmenſi eccleſia in canonicum, & in fratrem recipitur cũ prærogatiua gratiæ, quod omnibus prædeceſſorum noſtrorum auctoritate, non autem noſtra receptis, in aſſecutione præbendæ debeat anteferri: † poſt hæc autem quædam vacauit † præbenda in eccleſia memorata: quæritur quis eorũ alteri præferatur, [c] & ſecundum quem ordinem præbendas aſſequi debeãt tres prædicti? [a] Cum igitur ex tenore † gratię, tertio à nobis conceſſæ appareat euidenter, nos voluiſſe [d] primo tertium, & ſecundum tertio, anteferri: Decernimus quòd primam [e] ſecundus, ſecundam tertius, & tertiam primus debet obtinere præbendam: aliàs forma mandati minime ſeruaretur. [f] Licet enim ex perſona ſua, ſecundus primam obtinere non poſſet: ex perſona tamen tertij, qui primum ſuperat, illam habet: Sicut contingit [g] in ſucceſſione illius, qui ab inteſtato relictis patre [h] (in adoptiua familia conſtituto) matre [i] atque fratre decedit, in qua ſucceſſione pater [k] ex ſe matrem excludit: ſed quoniam talem patrem agnatus, [l] materque vincit agnatum: mater patri non ex ſemetipſa, ſed agnati perſona in ſucceſſione huiuſmodi antefertur.

eſt agnatus, ſuccedet: cum pater amplius non ſit agnatus, ſed frater: Et quia remanſit mater, quæ eſt cognata: ideo excludit fratrem agnatum: & hoc ſecundum iura antiqua: quia illud eſt immutatum per iura noua Codicis & Authent. Et ſic ſi fuiſſet tantum pater, & mater, pater excluderet matrem, etiam ſi ſe dediſſet in adoptionem: ſed quia reperitur agnatus, ſcilicet frater: ideo pater excluditur, & mater pręfertur, vt ponamus, ꝙ moriar relictis mihi patre, & matre, & fratre, & pater meus dedit ſe in adoptionẽ: ſi dimiſiſſem ſolummodo patrem & matrem, pater mihi ſuccederet, non mater: Sed cum frater meus excludit patrẽ, ideo nunc mater mea excludet fratrem: & ſic mater per meum fratrem conſequitur, qđ per ſe nõ fuiſſet conſecuta. Similiter hic Caius ſecundus conſequitur per tertium, ſcilicet Semproniũ, quod per ſe non poſſet conſequi. No. primo: quòd cum in eadem eccleſia ſunt plures expectantes, in ordine cõſequendi prębendas, debet attendi & ſeruari voluntas Papæ. No. magis ſpecifice, ꝙ ſi in eadem eccleſia ſunt plures expectantes, & vltimus habet prærogatiuam: ille præfertur primo, ſed non ſecundo, ſi ſecundus ſit receptus auctoritate eiuſdem Papæ. No. ad quod allegatur iſte textus, quòd quis per alium conſequitur quod aliàs per ſe non poſſet conſequi. No. ſi iſte ordo non ſeruaretur, tunc intentio Papæ eſſet violata.

[Prima gloſſa dicit quid declaret, & corrigat, & ſummat.]

a ¶ Auctoritate Martini.] pulcher caſus iſtius decretalis, ſimilis illi, quem habuiſti ſ. de præb. c. pen. & emanauit ad declarationem, & correctionem eorum, quæ not. Compoſtel. ſ. de reſcrip. capitulum. in glo. magna. § item ſi duo recepti ſunt. & breuiter dicit capitulum, quòd ſi tres expectantes ſunt in una eccleſia: vnus auctoritate Martini, alter auctoritate Bonifacij, tertius eiuſdem auctoritate, cum prærogatiua, vt præferatur omnibus receptis non auctoritate Bonifacij: præbendas hi conſequentur hoc ordine: quia primam habebit ſecundus. ſecundam tertius: tertiam primus, quod probatur argumento legali.

a ¶ Martini.] ita forte fuerat de facto, vel ſtudioſe hoc dixit: quia in expectantibus auctoritate Nicolai vel Cœleſtini non procedebat dubitatio, propter reuocatoriam Bonifacij, de qua dicitur infra, capitu. prox. & ſupra, de præbend. capit. penult. & antepenult. Ioan. Andr.

b ¶ Similem.] cum nulla prærogatiua, vt patet per inferiora.

c ¶ Præferatur.] in illa præbenda.

d ¶ Voluiſſe.] voluntas igitur ipſius ſeruanda eſt, & mandatum. ſupra eod. lib. de præben. cui de non. cum ſimilibus.

e ¶ Primam ſecundus.] contrarium dicebat Compoſt. in prædicto loco in ſimili, vel eadem quæſtione, quæ talis eſt, primus receptus fuit per litteras generales, ſecundus per ſpeciales, tertius per ſpeciales, cũ hac clauſula, ꝙ deberet præferri omnibus receptis in eccleſia auctoritate generalium litterarũ: quærebat, ſm quẽ ordinem deberent prædicti præbendas aſſequi. & dicebat Cõpoſt. ꝙ tertius excludebat primum: ſed quia primus excludebat ſecũdũ, qui ſecundus poſt ponebat tertiũ ex perſona ipſius ſecundi, etſi nõ ex ſua, primus debebat habere primã: ſecundus ſecundam: tertius tertiã: ſecundũ regulam, ſi vinco vincentẽ &c. ff. de diuer. & temp. pręſcr. l. de acceſſionib. ibi, nã qui me. ad hoc ſ. de off. leg. dilectus. ſed hoc eſt falſum, vt hic vides: & ſatis id patet per cõſiderationem intentionis Papæ, vt dicit littera: intentio enim eius fuit ſecundũ præferri tertio: † & tertium primo: † & ſic ſeruetur ordo, & ſic etiam fallit hic, nec locum habet regula illa. ſi vinco, &c. de qua no. 34. q. 1. rogamus. & fallit etiam illa regula in caſu. l. infra poſitæ, ff. ad Tertul. æquiſſimum, §. ſi ex filio. C. de nat. lib. Auth. licet, in Auth. de æqua. do, §. is. ff. qui pot. in pig. hab. l. Claudius Felix.

ADDITIO. In dicta Auth. licet. C. de nat. lib. Cyn. poſt Pet. ſic ſoluit Brocardicum: aut quæritur de diuerſis caſibus: & tunc licet uincam vincentem te, non propterea uinco te, vt in hac Auth. & l. ſup. & inf. prox. alleg. Aut de eodem: & tunc refert an ſit eadem cauſa vincendi te: qua vinco vincentem te, aut non: primo caſu vera eſt regula, vt in l. de acceſſionibus. ſecũdo caſu nõ, vt in l. Claudius. ſ. alleg. Io. And.

f ¶ Minime ſeruaretur.] quæ tamen diligenter eſt ſeruanda. ſ. eo. lib. de præben. cui de non, cum ſuis cõcord.

g ¶ Contingit.] ponit caſum l. ff. ad Tertul. l. 2. §. obijcitur. verſi. ſed ſi ſit agnatus. aliàs eſt ibi §.

h ¶ Patre.] carnali, ſed adoptato, vt ſequitur.

i ¶ Matre atque fratre.] non conſtitutis in adoptiua familia: & de carnalibus intellige.

k ¶ Pater.] carnalis, conſtitutus in adoptiua familia: vnde deſijt eſſe agnatus.

ADDITIO. Inſt. de leg. ag. tu. ad finem. & titulum ſeq. de cap. dimi. §. minima. vbi patet per minimam capitis diminutionem (quæ eſt cum is qui ſui iuris erat, alieno iuri ſubiicitur, ciuitate & libertate retenta) quẽ deſinere eſſe agnatum. Io. And.

[Glo. ſeq. exponit exponendo tres regulas, ſecundo notat, & dat ſimile.]

l ¶ Agnatus.] ſcilicet frater. Tres ergo ponit regulas: Prima,

† al. ſimiliter

† De clauſula, anteferri, vide Fel. in cap. capitulum. extra de reſcriptis.

† Vacat, legitur in antiquiorib. libris.

† Nota, ꝙ mens & tenor gratiæ eſt obſeruãdus. ad hoc de præben. cui de non. ſ. eod. lib. Dominic. vnde ſi diceret clauſula, præferatur omnib. auctoritate noſtra receptis: ex mẽte Papæ primus habebit primã, tertius ſecundam, & ſecũdus tertiam. Phil. poſt Io. An. dicentem, tex. procedere in ſimilibus caſibus, vt ſi dicatur, pręferatur omnibus vltra tale tẽpus expectantibus. Font.

† De qua regula Ol. dr. cõſ. 198. in fol. 113. poſt mediũ Font.

† Quia prior in data ſm Domin. poſt Io. de Lig. Font.

† Quia in litteris tertij eſt clauſula derogãs primo, nõ ſecũdo. Domi. poſt Io. de Lig. Font.

Prima, ꝙ pater carnalis adoptatus excludit matrē carnalem: Secunda, ꝙ mater excludit agnatū: ¹ quod hodie ſm iura Cod. & Auth. locum nō habet. ² C. ad Tertul. l. vlt. & Auth. cum ſolis. & Auth. defuncto: Tertia, ꝙ agnatus excludit patrem carnalem in adoptiua familia conſtitutum. Pone ergo patrē primū impetrantē: matrem ſecundū, agnatū tertium, cū prærogatiua & ſic intelliges. Et ſic no. ꝙ in aſſecutione primæ præbendæ tertius nocet primo, & ſibi quo ad illā nō prodeſt: tamen ſibi prodeſt in hoc, quia citius ſuā conſeqtur. Et eſt ſimile, vxor legitima excludit naturales non legitimos: quia aliàs ſi non eſſet proles vel vxor legitima, ſuccederent in duabus vncijs: & tā ipſa vxor excluditur ab agnatis. C. vñ vir & vxor. l. 1. ſed ſi ipſa non ſupereſt, naturales excludūt agnatos in duabus vncijs. hęc probantur. C. de nat. lib. Auth licet. & in Auth. qb. mo na. eſſi. leg. §. ſi qs aūt. col 6.

ADDITIO. Hoſ. in ſum. qui fi. ſint legi. § an vtrumque genus ſuccedat. ver. qđ autem dixi. Io. And.

¹ Secundū iura Digeſtorū, vt patet p ſequētia: quod ēt ſecundū iura illa i fra tre procedere nō videtur, vt dixi in tex. Io. Andr.

² Ne credas tamē illud antiquum ius per hāc decretalem renouatū, & in terris ecclesiæ Pet. de Anch. & alij poſt Archi. vñ notant ex iure correcto poſſe argui vt no. in c. nouit. ī. de iud. glo. in l. 1. ff. de cō iug. cum eman. lib. & tradūt Doctores in §. 2. Inſtit de ſecta. ord.

Quoniā.] Primo ponit mentē reuocatoriæ: Secundo: ibi, Pręſenti. declarat quinque dubia circa illam. primo, tertiū: ſecundo, quartum: ibi, in illis. tertio, quartum: ibi, Sane.

¶ Et hic iūge litterā, quæ eſt intra per viginti tres lineas ibi, quoniam multę dubitationes inſurgūt ex conſtitutione.

¶ Illud capitulū emanauit ad declarationem conſtitutionum reuocatoriarum, quas fecit Bonifacius: de quibus dictum fuit ſupra, de præb. c. ſi is, & c. quodam.

† Vide Rotam deci. 9. de conceſſ. præb. in nouiſſi. & decis. 244. in nouis. & Felin. in c. cauſam quę. & in c. in noſtra extra de reſcri.

CASVS. Paulus vltimo mortuus fecit gratias in aliquibus eccleſijs: cui ſucceſſit Sixtus, qui reuocauit, & caſſauit gratias factas p ſuū prædeceſſorē, per quas ius in re nō fuerat quæſitū, licet bñ ius ad rē: verum p iſtā cōſtitutionē ſint reuocatæ gratiæ ſui prædeceſſoris, ēt ſi expectantes erant recepti in canonicos, licet ſub expectatione præbendæ? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ ſi tolum erant recepti in canonicos. illę gratiæ ſunt reuocatæ: Sed quid, ponamus ꝙ fuerant recepti in eccleſia, in qua erat certus numerus canonicorū, ſed nō erat certus numerus prębendarū: & ſic iſte ſupnumerarius recipiebat præbendas cum alijs: mortuo de numerarijs canonicis, portio ſua erat augenda, ſicut portio aliorū canonicorum, vt ponamus, ꝙ in illa eccleſia ſunt viginti canonici, & diuiſio præbendarū fit in viginti partes recipitur alius canonicus ſupernumerarius, tunc fit diuiſio xx. & vnius præbendarū: moritur vnus de numerarijs: certum eſt ꝙ augmentatur portio illius canonici ſupnumerarij: vtrū per conſtitutionē reuocatoriā caſſetur iſta gratia reuocatoria? Rñdet, ꝙ nō: Cā dubitandi in iſto primo caſu fuit: quia p̄bendæ iā erāt affectę per adeptionē canonicatuum factam auctoritate Papæ. Ratio vero decidendi: quia de mente iuris & reuocatorum eſt, ꝙ tollātur iura ad rē, ſicut hic erat ad præbēdas vel portiones priuilegiatas, ſm Io. de Lig. Do. Not. primo, ꝙ ante collationē beneficij non dr ius quæſitum in re, ſed ad rē. ad hoc tex. hic in fi. No. ſecundo, ꝙ in reuocatione priuilegiorum Pont. Romanorū Papa non requirit conſiliū Cardinaliū: cum hic dicat tātum de præſentia. Dom.

¶ Idem.

¶ Reuocatoria gratiarum includit receptos in canonicos præbendam diſtinctam expectantes: etiam ſi percipiebant diſtributiones quotidianas; ſecus ſi præbendā diſtinctam non expectant, ſed augmentum portionis: Includit habētes ius ad vacaturam, ſi nondum eſt deuentū ad collationem. h. d. ſecundum Domin.

CAP. VIII.

QVoniam [a] ex conſtitutione [b] noſtra, per quam paulo poſt [c] promotionem noſtram ad ſummi pontificatus apicem [d] omnes collationes, prouiſiones, reſeruationes, & conceſſiones ſuper canonicatibus, dignitatibus, perſonatibus, præbendis, officijs, portionibus, præſtimonijs, eccleſijs parochialibus, ruralibus, & alijs quibuſcunque beneficijs eccleſiaſticis vacaturis, quocunque nomine cenſerentur: ac etiam ſuper canonicatibus ſub expectatione dignitatum, vel aliorum quorumcunque beneficiorum (in quibus ius non eſſet quæſitum in re, licet ad rem †) à fęlicis recordationis Nicolao Papa iiij. & Cęleſtino v. prædeceſſoribus noſtris factas, ſiue conceſſas auctoritate Apoſtolica in fratrum noſtrorum pręſentia omnino caſſauimus, irritauimus, & vacuauimus, caſſas, irritas & vacuas nunciauimus, & nullius fore decreuimus firmitatis: multæ dubitationes inſurgunt, vt vnde præfatæ conſtitutionis reuocatoriæ proceſſit editio, interpretatio eius quoque procedat: [e] Præſenti declarandum duximus ſanctione, quòd in illis (qui editionis tempore ſupradictæ vltra ſtatutum numerum erant per eoſdem prædeceſſores canonici ſub expectatione præbendarum, vel etiam portionum) eadem conſtitutio locum [f] habet. Si autem huiuſmodi [g] recepti vltra numerum diſtributiones, & alia, vt canonici de numero exiſtentes, ſic tempore dictæ reuocationis habebant, quòd per ceſſionem vel deceſſum [h] illorum, qui erant intra numerum ex vigore prioris gratiæ, nil amplius aſſequi expectabant, niſi diſtributionum, ſeu partium ſuarum augmentum (cum

{ Prima gloſſa dicit quid declaret. }

a ¶ Quoniam.] emanauit declaratorie ad reuocatorias, de quibus dixi ī. de præb. c. pen. & antepen.

b ¶ Conſtitutione.] à principio, dum erat Neapoli forte vnica fuit conſtitutio, poſt modū fuerunt duæ: vna ſuper gratijs Nicolai. alia ſup gratijs Cęleſtini, vt dixi de p̄b. ſi is cui. ī. eo. lib.

c ¶ Paulo poſt.] ſ. ſexto calendas Ianuarij, vt ibi dixi, ideſt, quinto die exeunte Decēbri. & ſuper hoc vide quod dixi. in fi. huius lib. ſuper data.

d ¶ Apicē.] ſic ī. in pœmio huius li. §. ſane. & 40. diſ. nō nos.

ADDITIO. Vide quod dixi in clemen. Romani. de iure iur. in princ. Ioan. And.

e ¶ Procedat.] 11. q. 1. c. ſicut §. ex his, de ſent exc. inter alia. §. vt igitur, C. de legi l. vlt. & de multiplici interpretatione hēs in prædicto §. ex his. & de poſtu. c. 1. Io. An.

ADDITIO. Dicit Archidiac. ꝙ illa decre. 1. contradicit: ſed ibi de interpretatione iudicis, hic de interpretatione principis.

f ¶ Locum habet.] habes igitur primum caſum declaratorium, ſcilicet in his receptis vltra numerum expectantibus portiones vel præbendas.

g ¶ Huiuſmodi.] ſ. auctoritate Nicolai, vel Cęleſtini.

h ¶ Deceſſum.] vel depoſitionem, vel iuris priuationē de elect. cum in cunctis, de dolo & contu. veritatis.

[Glo. ſeq. quærit, & ponit tres opiniones, & quartam Hoſt quam probat, & rñdet quattuor obiectionibus.]

a ¶ Di-

forſan eſſet eccleſia. in qua canonicorum, non autem portionum numerus, vel præbendarum diſtinctio[a] habebatur) quantoque inter pauciores, cuiuſuis eccleſiæ diuiduntur prouentus, tanto maiores fieri poſſint ſingulorum percipientiũ portiones[b] ad iſtos[c] vel eos,[d] qui per litteras[e] facultatis † dictorũ prædeceſſorum noſtrorum in aliquarum eccleſiarum canonicos erãt recepti (licet præbendas vel alia beneficia expectarent) conſtitutionem certum eſt non extendi præfatam. ¶ In illis vero qui vltra numerum auctoritate præfata in aliquarum eccleſiarum canonicos iá recepti, quantum ad capitulum, & ad chorum, ac diſtributionum perceptionem quotidianarum, plenitudinem iuris canonici tunc habebant, ſed in eis dignitates, perſonatus, præbendas portiones, vel alia beneficia, quę dantur tantum exiſtentibus de numero, expectabant: conſtitutionem præfatã[f] locum habere (ratione huiuſmodi expectationis) dubium non exiſtit.[g] ¶ Sane in ijs, qui ſuper canonicatibus, præbendis, & dignitatibus, parochialibus vel alijs eccleſijs, ſeu beneficijs quibuſcunque, à dictis prædeceſſoribus noſtris litteras impetrauerunt. etiam ſi per executores illorum factæ fuerint reſeruationes, decreti interpoſitiones, varijque proceſſus, & etiam ſi eadem beneficia tunc vacabant, & per impetrantes petitũ fuerat ab executoribus, quod eis illa conferrent; non tñ ipſorum beneficiorum vacantium collationes tunc temporis erant[h] factæ, † locum habet conſtitutio ſupradicta, vt omnes huiuſmodi gratiæ (quarum ratione tunc non erat ad collationẽ proceſſum, & ſic per conſequens

a ¶ Diſtinctio.] [1] numquid impetrans in tali eccleſia, vt ſibi prouideatur de canonicatu, & præbenda ſi vacat, vel quam primo vacauerit, vel ſe facultas obtulerit in tali eccleſia, recipietur per has litteras? Et dicunt quidam ꝙ non: quia conditio non eſt extitura: quia ibi præbenda non vacat, nec vacare poteſt. de præb. dilecto. quia etiam talia reſcripta vt ambitioſa, ſunt reſtringenda. de electio. dudum, ſupra eo. lib. de præbend. quamuis. 1. Alij dicunt, quòd ſi ſimpliciter ſcribatur, vt recipiatur, non obſtante certo canonicorum numero, ſed non adijciatur: ꝙ prouideatur ſibi de præbenda ſi vacat, vel quam primo vacauerit, tunc ſtatim recipietur, etiam ſi numerus canonicorum ibi ſtatutus nõ eſſet: quia illud, non obſtante, non minuit, ſed addit ſcilicet, ꝙ ſtatim recipiatur, licet ibi certus ſit numerus: ſed ex quo adijcitur, de prębenda ſi vacat, &c. patet, ꝙ de tali eccleſia nõ poteſt intelligi, vt ſuperius dictum eſt. Tertij dicunt, ꝙ ſi non eſt diſtinctus numerus canonicorũ, nec præbẽdarũ, tali impetranti nõ prouidebitur: ſed ſi numerus canonicorum ſtatutus eſt, vt in quęſtione propoſita, & in caſu noſtro: per conſequens ſtatutus intelligitur certꝰ numerus portionũ. ad hoc de conſti tranſla. & idem dicunt econuerſo. hoc poteris videre per Innoc. ſ. eo. ti. ex parte. & per Compoſt. de reſcr. capitulum. in gl. magna, § item quod ſi Papa mandat aliquem. & c. conſtitutus. in fi. Hoſt. autem in decr. prædi. ex parte. dicit indiſtincte, ꝙ etiam ſi non ſit certus numerus canonicorum, nec prębendarum: & ſi reſcripto caueatur, ꝙ aſſignetur præbenda vacans, vel quam primum ſe facultas obtulerit, & non obſtãte certo canonicorum. & c. valet reſcriptum. Sequitur enim ſecundum eũ, ꝙ ſi Papa intendat prouidere in eccleſia in qua certus numerus eſt, quod eſt minus impetrabile ꝙ multo fortius in eccleſia in qua non eſt certus, quod magis eſt impetrabile.[3] allegat ſ. de deci. ex parte. 3. qui filij ſint legi. per venerabilem. de tranſla. c. vlt. 3 in cle. literas. de reſcr. in glo. fi. nec obſtat. quòd talis ſtatum canonicatum, & præbendam habebit: quia etſi hoc durum ſit, obediendum eſt. de reſcr. ſi quando. nec obſtat, ꝙ non extabit conditio, ſi vacat: quia illud, ſi vacat, non fuit appoſitum, vt receptionem conditionalẽ reddat, vel vt impedimentũ inducat. facit ſup. de reſcr. conſtitutus. ſed vt impedimentum remoueat, ſi quod eſſet.[4] Et quæ cauſa dubitationis tollendæ in reſcriptis inſeruntur, ius eius non lædent, nec mandatum impedient. ff. manda. qui mutuam. in prin. ff. de mili. teſta. ſi miles. nec ambitioſum eſt pauperem clericum ſibi beneficium impetrare. de ęta. & qual. tuam. de præbend. cum ſecundum. Non obſtat decr. ex parte. & decret. dilecto. quia licet in tali eccleſia (in qua nullus eſt numerus) Lateranen. concilium locum non habeat, vt ibi: prouiſio tamen Papalis locum habet. ad hoc 9. quæſt. 3. cuncta per mundum. & c. per principalem. fatetur tamen, ꝙ obſtabit impetranti penuria eccleſiæ,[5] ſi tanta ſit, quod non ſufficiat pluribus, nõ qualitercunque, ſed ꝙ quilibet honeſte de ſua portione viuere poſſit ſecundum conſuetudinem prouinciæ, vel in eadem eccleſia antiquitus obſeruatam. ſupra de inſti. c. 1. & 2.

ADDITIO. Vide quod not. de vita & hon. cle. quoniam in fi. 1. glo. & quod ibi dixi. Io. And.

b ¶ Portiones.] de conſtitu. cum M. in principio.

c ¶ Iſtos.] tales qui per vacationem nil recipiunt, niſi portionum augmentum.

d ¶ Vel eos.] tacite aggreditur alium caſum, quem reuocatoria non comprehendit.

[Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.]

e ¶ Litteras facultatis. conceſſas eis ad quos aliàs pertinebat receptio: nec cautum erat in litteris illis, quòd auctoritate Apoſtolica ad facere poſſent. hoc dico per decret. ſupra eodem lib. de reſcrip. cum aliquibus. & per verba ipſius reuocatoriæ, quæ ſcripſi in prædicto capitulo, ſi is cui. vbi dicitur per dictum anteceſſorem noſtrum, ſeu eius auctoritate factas, conceſſas, ſeu commiſſas, & cętera.

f ¶ Præfatam.] ratio, quia non ſunt ipſorum Pontificum, ſed recipientium auctoritate recepti, vt dixi in prædi. decret. cum aliquibus.

ADDITIO. Dicta ratio eſt huius tertij caſus: primos enim duos non reſpicit. Io. And.

g ¶ Non exiſtit.] iſta igitur eſt differentia inter hunc caſum & proxi. quia ibi expectabat tantum augmentum portionis: hic certam præbendam vel portionem dandam ſolum ijs, qui erant de numero: ad illam igitur expectationem reuocatoria non extenditur: ad iſtam ſic. Ioan. Andr.

h ¶ Erant factæ.] nota contra regulã, quod per me non ſtet. &c. ſup. de eo, qui mit. in poſ. cap. 2. vbi de hoc. nã per me non ſtetit, quin fieret mihi collatio, ſed per executorem: & tamen reuocatoria habet locum. & eſt iſte excogitatus caſus propter reuocatoriam, quæ reuocauit omne ius ad rem: ſed per portionem[6] ad rem, nõ in re ius habebam. & ſæpius habes ſimile, ꝙ non ſufficit quia petere, niſi obtineatur. ſupra, de renun. quidã, & eod. lib. de elect. ſi religioſus. cum ſimilibus.

1 Ad hanc gloſ. à vide not. Dom. Anto. & aliorum ca. cõſtitutus. ſ. de reſcr. vbi vide caſum de hac glo. Font.

† Vide Panor. & Fel. in c. conſtitutus. ext. de reſcr.

3 Quãuis doctores ſequantur. Hoſt. tamẽ ſua rõ non videtur bona. quia nõ arguit ſic I beneficialibus, vt not. de reſcr. poſtulaſti. ca. cui de non ſacerdotali. ſupra, de præb. Fon.

† Facit ff. de leg. 1. l. ſi cui ſerui. vbi legatis ſeruis cum peculio, & hi debent, qui non habent peculiũ. Io. An.

4 Sic qñque ponuntur clauſulæ ad exequendã gratiam, & nõ ad augendam, vt in clem. 1. in fi. de præb. Ioan. And.

5 Idem Domi. & Philip. Font.

† Dom. no. quod ſola collatio tribuit ius in bñficio nõ reſeruato, non proceſſus inde ſecuti: immo ait Anch. nec ſententia. § fi. Inſti. de of. iudi. l. nepoti. ff. de fun. inſtru. ad hoc. ca. cum aliquibus. de re iud. & Phi. aſſentit Pe. de Anch. ſi ſnĩa dicat bñficiũ eſſe debitum per gloſ. in cle. audito. de reſcri. ſecus ſi ſententia dicat bñficiũ eſſe ſuũ. c. 1. ſ. eo. Font.

6 Vnde per illã videor acceptaſſe: vt in clem. eo. ti. cum ei quem §. pe. Io. An.

NE SEDE VACANTE ALIQVID, &c.

¶ Viſum eſt de inſtitutionibus & collationibus beneficiorum: ſed quia poſſet dubitari, nunquid ſede vacante capitulum ſuccedat in ipſorum collatione: merito hinc ſumpta occaſione cõpilator poſuit hic titulum generalem, ne ſede vacante.

Si ad. Sũt tres partes: ſecũda: ibi, Cũ verò. tertia: ibi, Vbi vero. Prima cum collatio eſt communis, ſoluit dubium quod fortificat: ibi, Etiamſi. Secundo conuertit: ibi, Idem. Secũda principalis (cũ collatio eſt ſolius epi) ſoluit dubia, & à ſolutione excipit: ibi, Niſi. Tertia principalis ſoluit duo dubia: ſecundum: ibi. Nec etiam. & vtriuſque rationẽ ſubdit: ibi, Quia. Ioan. And.

ius in re non fuerat ipſis impetrantibus acquiſitũ) intelligantur penitus reuocatæ.

TITVLVS VIII.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Collatione communiter ad epiſcopum, & capitulũ pertinente, vno ipſorum effecto inhabili, alter confert: h.d. vſque ad §. cum vero, ſecundum Dom.*

Præmitte quod habes eod. tit. illa. videlicet, ꝙ non reperitur iure cautum, ꝙ ſede vacante capitulum ſuccedat in collationibus beneficiorum. Item præmitte, ꝙ quandoque ad ſolum epiſcopum ſpectat collatio præbendarum, quandoque ad ſolum capitulum, qñque ſimul, quandoque cõi conſenſu, quandoque cum conſilio. de quo de elect. cum eccleſia. Item ꝙ ſuſpenſus, vel excommunicatus non poteſt conferre præbendas. de conceſ. præb. quia diuerſitatem. Domin.

CASVS. Collatio præbendarum alicuius eccleſiæ pertinet ad epiſcopũ, & capitulum ſimul: moriatur epiſcopus, vel eſt ſuſpenſus: & ſic vacat epalis dignitas: poſtea moritur aliquis canonicus, & ſic vacat præbenda, & canonicatus: vtrum capitulum poterit conferre huiuſmodi canonicatum & præbendam? R̃ndet, ꝙ ſic. Et idẽ viceuerſa impedito capitulo poteſt epiſcopus præbendas conferre, licet collatio ſpectet ad epiſcopum & capitulum ſimul. Sed ponamus, ꝙ collatio præbendarum ſpectat ad ſolum epiſcopum, licet teneatur requirere conſenſum ſui capituli: vtrum impedito epõ vel ſuſpẽſo, poſſit capitulum præbendas conferre? Reſpondet, ꝙ non, niſi epiſcopus eſſet in mora petendi abſolutionẽ vel relaxationem: quia tunc inciperet eſſe in negligentia, & tunc collatio inciperet competere ad capitulum, vt in c. 2. de conceſ. præben. in antiq. Sed ponamus, ꝙ de conſuetudine, vel ex priuilegio Apoſtolicæ ſedis, aliquis habet collationem præbendarum alicuius eccleſię cathedralis, tamen debet requirere conſilium epiſcopi: nunc vacat præbenda, tamen non eſt epiſcopus, cuius conſilium poſſit requiri: quia ſedes ipſa vacat, vel epiſcopus eſt abſens: vtrum iſte talis poſſit conferre præbẽdas non expectata confirmatione epi, vel non expectato, ꝙ epiſcopus fuerit reuerſus? Reſpondet Roma. Pontifex, ꝙ ſic: & rationem ponit, ne periculum immineat beneficio. Not. primo iuncta glo. ꝙ donatio præbendarum eccleſiæ cathedralis qñque ſpectat ad epiſcopum & capitulum ſimul; & tunc vnus ſine altero nihil poteſt facere: & ſic epiſcopus poſſet differre collationẽ ſi vellet: quãdoque collatio ſpectat ad ſolum epm, qñque ad ſolum capitulum. Sed de iure cõi ſpectat ad epm & capitulum ſimul. glo. tñ hic tenet, ꝙ ſpectat ad ſolũ epm, de conſenſu tamen capituli. Sed in hoc eſt magna differentia: Nam primo modo quando collatio ſpectat ad epiſcopum & capitulum ſimul, poteſt capitulum cõferre ſede vacante: ſed ſecundo modo non poſſet. Not. vlterius, quòd capitulum vel vniuerſitas non debet excommunicari per modum vniuerſitatis: ſed ſi ſingulares delinquant, ſunt particulariter excõicandi. Not. ꝙ ſede vacante capitulum non poteſt conferre beneficiũ ſpectãs ad ſolum epiſcopum, licet collatio ad epiſcopum ſpectet cum conſenſu capituli. Idem ſi epiſcopus fuerit ſuſpenſus: qđ verum eſt, niſi eps eſſet negligens in petẽda abſolutione. Rõ eſt, quia qñ epiſcopus eſt ſuſpenſus, nõ poteſt dici eſſe in negligentia: quia ſi vellet, conferre non poſſet: ideo cõtra ipſum non currunt ſex menſes, niſi (vt dictũ eſt) eſſet in negligentia ſe rehabilitãdi: quia tunc inciperent currere ſex menſes: quibus elapſis, poſſet capitulum illa conferre. Sed quæritur quo tẽpore incipiunt currere ſex menſes? Dicendũ, ꝙ à tempore vacationis, & non à tempore negligentiæ. Aliqui tñ intelligunt, ꝙ ſi fuerit negligens per ſex menſes (licet a tempore negligentię non vacet beneficium) quòd lapſis ſex menſibus poteſt capitulum conferre beneficia. Sed tamen dicendum eſt, quòd non dicitur negligens, quando beneficium nondum vacat: ideò ſex menſes ſolum computantur à tempore vacationis. Not ꝙ collatio aliorum beneficiorum ſpectat ad epm cum conſenſu ſui capituli. cap. quanto & c. nouit. de ijs quæ fiunt à maio. par. c. & hoc de iure communi: nam de iure ſpeciali poteſt ſpectare ad alium quàm ad epiſcopum. Not. ꝙ quando quis conferre debet beneficia cum conſilio epiſcopi: intelligitur ſi conſilium epiſcopi poſſit haberi.

CAP. VNICVM.

Si † ad epiſcopum [a] & capitulum cõmuniter pertineat † collatio præbendarum: mortuo [b] epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo, [c] poterit capitulum vacantes conferre pręendas etiamſi [d] epiſcopus intereſſe habeat in collatione huiuſmodi vt prælatus. [e] Idem poterit epi-

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

a ¶ Si ad epiſcopum.] emanauit ad declarationem decre. ſup. eod. illa. & ad declarationem, & correctionem eorum. quæ ibi not. Goſ. Inno. & Hoſt. de conceſ. præb. quia diuerſitatem.

b ¶ Mortuo.] idem eſt ſi quocunque alio modo vacet ſedes: renunciatione, & depoſitione, vel quouis modo. ad hoc 7 q. 1. cap. in apibus. § ecce in quibus 33. q. 2. in principio.]

c ¶ Suſpenſo.] pone quòd peccauit. in decr. ſup. de pręben. graue.

[Glo. ſeq. exprimit opiniones.

d ¶ Etiamſi.] hoc dicit propter dominum Innoc. [†] & Hoſt. qui dicebant, quòd ſi epiſcopus intererat in capitulo vt canonicus, propter mortem eius non impediebatur capitulum conferre, niſi ſicut per mortem alterius canonici: ſi autem vt prælatus, eo mortuo conferre non poterat: non eſt verum, vt hic vides.

ADDITIO. Vincentius de quo ſupra in decr. 2. eo. tit. dicebat ꝙ ſiue ad ſolum epiſcopum, ſiue ad eum cõmuniter cum capitulo ſpectaret collatio: vacante ſede non conferebat capitulum. Littera quæ habet Innoc. eſt corrupta: ipſe enim Innoc. in decr. quia diuerſitatem. non diſtinguendo dicebat, ꝙ ſi ad epiſcopum & capitulum ſimul ſpectat electio, ſuſpenſo epiſcopo ſolum capitulum eliget. Sunt enim vnum corpus capitulum & epiſcopus, quo ad illa, quæ eis communiter imminẽt facienda. Illud autem dictum Hoſt. determinabat in glo. Io. Andr.

e ¶ Vt prælatus.] interdum enim eſt vt canonicus. de conceſſione præbendæ poſtulaſtis. de præbendis, cum in eccleſia, de appellatio. à collatione. ſupra eodem libro.

† Ad intellectũ huius ca. vide Panor. in c. ex parte. extra de conſtit.

† Nota, illud dr̃ cõiter pertinere, qñ ęquale ius quælibet pars habet in actu. Not. ſecũdo iſtud dictum, ꝙ appellatione præbendarum (late ſumpto vocabulo) cõprehenduntur alia beneficia eccleſiaſtica, qñ ratio eſt eadẽ in omnibus. facit quod no. I c. 1. de electio. eo. lib. vbi idẽ dicitur de canonia. Dom.

† al. Vinc. Et hæc eſt vera littera vt patet in additione poſita in fine huius gloſſæ.

a ¶ Si-

a ¶ Singulariter.] hoc dicit: quia capitulum, vel vniuerſitas, vel collegium excommunicari non debet. ỹ. de ſent. excom. Romana. §. in vniuerſitatem.

ADDITIO Io. Mon. & Archid. alleg. ff. de admin. tut. quidam decedens. §. Papinianus. & l. Titium. in prin. § 1. Io. And.

diatur ne petere poſſit, ſubuenietur ei: quia non eſt in mora, de conceſ. præb. poſtulaſtis. niſi ipſe hoc procuraret, ff. ſi quis cau. l. 2. §. vlt. de offi. deleg. paſtoralis. §. ſi.

ADDITIO Caſum vide ĩ. & concor. cle. multorũ. de pœn. ver. illis pœnam. Io. Andr.

ſcopus, ſi capitulum ab ipſa collatione ſuſpendi contingat, vel ſingulariter [a] omnes de capitulo maioris [b] excommunicationis vinculo innodari.

¶ *Collatione ſpectante ad epiſcopũ de conſilio, vel aſſenſu capituli, illo exiſtete inhabili (niſi ſit in mora) non confert capitulũ. h. d.*

¶ Cum † vero ad ſolum epiſcopum præbendarum ſpectat collatio, cum conſilio ſui capituli vel aſſenſu: [c] defuncto epiſcopo vel ſuſpenſo (niſi [d] epiſcopus in petenda relaxatione ſuſpenſionis huiuſmodi ſit in mora [e]) capitulũ ſe non poteſt intromittere de eiſdem.

¶ *Habens conferre cũ conſilio epiſcopi, ſine illo conferet, morte, & remota abſentia interueniente. h. d. Domin.*

¶ Vbi [f] vero de ſpeciali alicuius eccleſiæ conſuetudine vel ſtatuto, beneficiorum collatio ad aliquẽ cum † conſilio epiſcopi [g] noſcitur pertinere: ſublato epiſcopo de medio [h] (cum conſilium nequeat tunc peti ab eo [i]) non erit propter hoc vacantis beneficij collatio differenda: nec etiam ſi egerit in remotis, [k] ita quod non poſſit ipſius præſencia ſin breui haberi: Quia in petendo vel expectando eius conſilio, poſſet vacanti beneficio periculum imminere. [l]

TITVLVS IX.

De rebus eccleſiæ non alienandis.

¶ Innocentius quartus.

¶ *Perpetua alienatio facta de rebus eccleſiæ vacans non præcedente tractatu, & ſine iuſta cauſa, non valet. Io. Andr.*

b ¶ Maioris.] ſi enim minoris, eligere poſſent. de cleri. excom. mi. ſi celebrat. Suſpẽſi autem vel maiori excõmunicatione ligati, non eligunt, nec eliguntur, vt de elec. cum inter. & de cõſue. cum dilectus. vbi de hoc.

c ¶ Aſſenſu.] hoc dixit Compoſt. eſſe de iure communi in ipſis præbendis cathedralis eccleſiæ, vt no. ſupra, de elect. cum eccleſia Vulterana. Scire debes quòd cũ epiſcopus habet conferre præbendam cũ conſenſu capituli, ſi ſunt viginti canonici, & decem conſentiant, non valet collatio: quia non habet maiorem partem capituli: ſed ſi haberet vocem in capitulo, vt canonicus: tunc diceretur facta ab xj. & ſic à maiori parte capituli. de conceſſ. præbend. poſtulaſtis. Inter iſta autẽ duo, ſcilicet conſilium, & aſſenſum eſt magna differentia. quod dic vt not. ſupra, de arbitr. cum olim. de electio. cum in veteri.

† Ad hunc textum vide Fel. in c. cam te. ext. de reſcr.

d ¶ Niſi.] iſtud niſi, venit exceptiue à ſuſpenſo.

ADDITIO Ac ſi dicat, quod ad partem, quæ loquitur de epiſcopo defuncto, non competit exceptio. Ioan. And.

[Glo. ſeq not. à contrario: quærit, arg. pro, & contra ſoluit: iterum quærit, & ſoluit.]

e ¶ In mora.] ſi ergo ſit in mora, bene poterit ſe intromittere capitulum. Sed quæro nunquid capitulum hoc caſu canonias ſtatim ex quo epiſcopus fuerit in mora, poſſit conferre: vel an poſt moram petendi ſex menſes habeat expectare? Et videtur quòd ex quo fuit in mora petendi abſolutionem, demum poſt ſex menſes & non ante conferre poſſit; [1] quia antequam fuerit in mora, non currit tempus: poſtea incipit: currere de conc. præben quia diuerſitatem de elec. c. vlt. ſi epiſcopus ſimpliciter ſine conſenſu capituli haberet conferre, locũ haberet quod ĩ dixi. ſed hic, de cõſenſu capituli habet cõferre, vnde videtur à contrario ſenſu iſtius litteræ, ꝙ ſtatim ex quo fuit in mora, capitulum poſſit conferre Sed cum hic æquipararet conſilium & conſenſum verũ puto quod prius dixi. Sed quando dicetur eſſe in mora? Hoc ipſo quod quam cito potuit, licentiam non petijt ff ad Tertul l. 2. §. confeſtim. non tamen amara facienda eſt interpretatio. ff. de dona. inter virum & vxo. ſi id quod §. ſi quis ſecundum operas. nec calumnioſa. ĩ. de priui. in bis ff ad exl. l. pen. arbitrabitur ergo hic bonus iudex [2] ff. de iure deli. l. 1. ſi autem malitioſe impe

1 Idẽ Arc. dicens, ꝙ Vin. & Ho. hoc tenent in decr. vlt. de elect. q̃ ỹ. allegat., Io. And.

2 Idẽ Arc. poſt. Hoſt.

f ¶ Vbi vero.] facit ad ea quæ not. Hoſt. de elect. c. vlt. in fi. & Vincen. & Compoſt. de inſti. c vlt. in ſi.

[Glo. ſeq. quærit, arg pro, ſoluit contrarium.]

g ¶ Cum conſilio [3] epĩ.] q̃d ſi cũ conſenſu? Idẽ vr̃, cũ eadẽ ſit rõ vacationis diutinæ in hoc caſu. & ad hoc ĩ. de pręb. ſi Apoſtolicæ. & aliqñ conſiliũ ponitur pro conſenſu. ĩ. de off. deleg. venerabili, de fo. cõp. c. 1. Contrariũ credo: quia cum hẽt eligere de conſenſu, nõ ſic liberã habet ptãtem, ſicut de conſilio: vnde minus hẽt expectare hoc caſu, q̃ in illo: dico tñ ꝙ non curret ſibi tp̃s, cum non poſſit eligere. de conceſ. præb. quia diuerſitatem. de elec. c. vlt. præterea ponamus in requiſitione conſilij abſentiam pro contradictione. ad hoc ĩ. de arbi c. 1. eo lib. quod in conſenſu eſſe non poteſt. & facit ꝓ hac parte quod dixi ſup. eo lib. de reſcrip. pro te. in glo. ſed pone.

† al. ita, de cõſilio epĩ. Et vide Bart. in l. 1. §. ſi plures, ff. de exerc. & Albertinũ citatum ſa per glo. in ver. cũ conſilio epĩ.

3 De materia huius gloſſæ vide pleniſſime per Albert. tract. de agnoſcendis aſſer. cath. & hære. q. 26.

h ¶ De medio.] i. de hac vita, & expone, vt dicitur 23. q. 4. hæc autem vita. in princ. & quare dicatur media, ibi not. in gl. 1.

i ¶ Ab eo.] ſimile ſup. eo. lib. de reſcr. ſi gratioſe.

ADDITIO & de pœn. diſt. 1. c. conuertimini. §. hoc idem. ver. item à mortuo. velut ab eo qui non eſt: perit confeſſio. Io. Andr.

k ¶ In remotis.] arbitrarium erit hoc terminare ſecundum conſiderationem temporis, quæ ſequitur infra.

[Glo. ſeq. alleg. ſimile. obijcit, & ſoluit.]

l ¶ Imminere.] habes ſimilem caſum ſupra de offi. deleg. ſi is cui, eo. lib. Et not ꝙ difficultas præſtationis reddit obligationem inutilem. contra id. ff. de ver. obl. l. 2. § 1. Item nec ſeruatur forma, quæ inerat collationi: ergo non valet quod agitur, ff. de arbi. l. paruũ. Sol. licet in contractibus grauis uel impoſſibilis modus vel conditio vitiet contractum, ſecus in ſpiritualibus. ſupra, de condi. appoſ. c. vlt. reijcitur ergo: nec rem inutilem reddit. Item periculum vacationis quæ imminet, immutat ius quod aliàs eſſet ſeruandum. ſic ỹ. de teſta. c. 2 eo. li. de off. deleg ſi is cui, eo. lib.

DE REBVS ECCLESIÆ, &c.

¶ Dictum fuit ſupra de præbendis, & alijs beneficijs eccleſiaſticis: verum quia poſſet dubitari, vtrum res beneficiorum deputatæ pro ſuſtentatione clericorum beneficiorum poſſent alienari: ſicut res aliorum priuatorũ, cum quilibet ſit legitimus adminiſtrator ſuarũ rerum: ideo ad nos informandum ponitur titulus, de rebus eccleſiæ non alienandis.

Continuatio D. Heliæ.

Dudum]

DVdum.] In hoc cap. ſunt tres partes: In prima, actoris deciſa petitio: In ſecunda rei defenſio: ibi, Dictus vero. In tertia ibi, Quia vero. Papæ diffinitio tribus fulcita rationibus: Secunda ibi, Quia etiam. Tertia: ibi, Præſertim.
Io. An.

CAP. I.

DVdum: [a] & infra. [b] Dictus uero archidiaconus ex aduerſo [c] reſpondit, [d] illas decimas illi eccleſiæ reſtitui non debere: [e] proferens [f] in medium [g] ordinationem quandam epiſcopi Dulmen. de conſenſu capituli [h] † ſui factam, inter alia continentem, quòd idem epiſcopus attẽdens prouentus archidiaconatus Dulmen. adeo fore tenues [i] & exiles, quòd nõ ſufficiebant ad eius onera [k] ſupportanda, præfatas decimas archidiaconatui memorato conceſſit: & infra. [l] Quia vero in conceſſione huiuſmodi prædicta eccleſia [m] (cum vacaret) legitimo caruit defenſore, [n] qui ſibi prius ab eodem epiſcopo debuerat deputari. Quia

CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali in diœceſi Pictauenſi, epiſcopus Pictauẽ. cum conſenſu ſui capituli donauit decimas illius eccleſiæ parochialis archidiaconatui ſuæ eccleſię: quia redditus archidiaconatus illius eccleſiæ erant ita tenues, ꝙ non poterat archidiaconus ex illis ſuſtentari: vnde illas decimas donauit archidiaconatui nullo præcedente tractatu: poſtea illa eccleſia parochialis fuit alicui collata, qui petijt decimas à dicto archidiacono: quas cum recuſaſſet ſoluere, fecit archidiaconum conueniri coram iudice competenti: & in ſuo libello petebat ut iudex declararet illas decimas ſpectare ad rectorem illius eccleſiæ, & imponeret perpetuum ſilentium ipſi archidiacono: archidiaconus excipiendo propoſuit, ꝙ decimæ fuerãt ſibi donatæ per epiſcopum cum conſenſu ſui capituli: Econtra replicabat rector illius eccleſiæ, ꝙ donatio huiuſmodi non ualeret. eo q̃a tempore donationis eccleſia ipſa uacabat & nullum habebat defenſorem. Item dicebat rector, ꝙ non ſuberat iuſta cauſa alienandi decimas. Item ꝙ dicta donatio nõ fuerat facta ſolemniter, ideſt tractatu præcedente: Vnde Romanus Pontifex auditis allegationibus partium hincinde, declarauit decimas ſpectare ad ipſum rectorẽ: & impoſuit ſilentium archidiacono. [Et infra.] Sub hoc infra, continetur, qualiter rector eccleſiæ parochialis fecit conueniri archidiaconum, qui detinebat decimas: & petiit ꝙ iudex declararet decimas ſpectare ad ſuam eccleſiã: quo facto imponeret ſilentium archidiacono. Dictus aũt archidiaconus ex aduerſo propoſuit excipiendo, vt ſequitur. [Conceſſit: & infra.] Sub hoc infra, ponitur replicatio rectoris allegãtis donationem factam Archidiacono per epiſcopum non valere, ꝓpter cauſas prædictas in poſitione caſus: Vnde Romanus Põtifex auditis allegationibus partiũ, ſententiauit vt ſequitur: Nam decimas ipſas adiudicauit dicto rectori: & perpetuum ſilentium impoſuit archidiacono. No. primo duos caſus, in quibus eſt præmiſſa alienatio rei eccleſiaſticæ, uidelicet euidens neceſſitas, vel eccleſiæ utilitas, vide 12. q. 2. in ſumma. No. ſecundo optimũ tex. ꝙ licet in inſtrumẽto alienationis rei eccleſiaſticæ narretur utilitas uel neceſſitas alienandi ſubeſſe: niſi aliter probetur, non adhiberetur fides. Nam ſupra dicitur, ꝙ in inſtrumẽto hoc continebatur: & tamen Papa dicit, ꝙ non ſuberat. de quo hic in glo. Dom.

† Petrus de Anchar. & Domin. no. in alienatione rerũ inferioris eccleſię, requiri conſenſũ capituli eccleſiæ cathedralis: q̃d non ſeruat dicit Phil. cõſuetudo valida (ſm eũ) arg. c. 3. ĩ. de cõſue. eo. lib. & gl. in verbo, cõſentiente. cle. 2. eo. ti. Font.

[Prima gl. ſuminat.]

a ¶ Dudum.] perpetua alienatio facta de rebus eccleſiæ vacantis, & non præcedente tractatu, & ſine iuſta cauſa, non ualet.

b ¶ Et infra.] intelligas ꝙ quidam rector cuiuſdam eccleſiæ diœceſis Dulmen. petebat ſibi & eccleſiæ ſuæ reſtitui & adiudicari decimas, quas archidiaconus Dulmen percipiebat in ſua parochia. quæ de iure & conſuetudine antiqua pertinebant ad ipſam eccleſiam: dictus vero, &c.

c ¶ Ex aduerſo.] ad petitionem ipſius rectoris.

d ¶ Reſpondit.] conteſtando litem. & facit quod dixi al de litis conteſtatione, cap. ſecundo.

e ¶ Non debere.] nec adiudicari, vt in deciſione dixi, & patet in fine: nam ſententia, &c. de ord. cogn. cum dilectus.

f ¶ Proferens.] Archidiaconus excipiendo contra intentionem actoris.

g ¶ In medium.] id eſt, in iudicium: ubi eſt medium inter actorem & reum.

h ¶ Capituli.] Per hoc videbatur valere. de his quæ fi. à pl. c. 2. & 3. ſed hoc non ſufficit, ex quo diligens forma ſeruata non fuit: nec cauſa ſuberat, & vacabat eccleſia, vt ſequitur.

Vide Oldr. in conſi. 160. cũ duobus ſequen. hoc eo. ti.

[Glo. ſeq. quęrit & ſoluit: ſolutioni obiicit & reſpondet.

i ¶ Tenues.] Iuſta videbatur cauſa: ſed nõ apparuit uera, vt dicitur in fi. Sed nũquid dices iſtam iuſtam cauſam indiſtincte, ſi aliàs fuiſſet tunc uera? Certe ſic. ſupra de præb. expoſuiſti. nam etiã capellas poſſet anectere ob hanc cauſam, ut ibi dicitur epiſcopus enim de conſenſu capituli ſui poteſt eccleſiã & res ſuas ex iuſta & honeſta cauſa alteri dare. de his q̃ fiunt à præla. c. 3. & c. paſtoralis. ſed contradicit expreſſe 16. q. 1. eccleſiæ. vbi dicitur, quia antiquæ eccleſiæ decimis priuari non debent, vt nouis oratoriis tribuãtur: per quod c. indiſtincte dicebat Hug ꝙ epĩs inuito ſacerdote non poterat de iure vnius eccleſiæ alteri dare. Sed non eſt uerum, vt ibi notatur: & de hoc per Ber. de relig. domi. conſtitutus in gl à quocunque. Dic ergo ꝙ c. illud loquitur quando iuſta cauſa non ſubeſt, vel põt loqui quando ipſa eccleſia in nullo ſibi abundat. ad hoc ĩ de præb. cum cauſam. pro iſta parte facit de eccl. ædifi. ad audientiam 2. & c. tua nos.

k ¶ Onera.] ſcilicet congruæ ſuſtentationis archidiaconi, hoſpitalitatis, & epiſcopalium iurium. ĩ. de præben. de monachis.

l ¶ In cõceſſione huiuſmodi.] facta, ſ. de decimis eccleſiæ tunc uacantis: ſecus ſi concederetur vel uniretur ipſa eccleſia uacans: quod dic vt in cle. eo. ti. ſi una.

m ¶ Eccleſia.] quæ agebat. Et no. ꝙ non ſolum in cathedrali eccleſia locum habet, ꝙ ſede uacante, &c. ſed etiã in minoribus eccleſiis. de off. ord. cum vos.

ADD. IO. Idem ſecundum Hoſt. in qualibet dignitate uel perſonatu, qui remittit ad ſum. ne ſede uac. §. & de qua ſede. & uide quod no. ſup. de exceſſ. præla. ca. 2. in 1. glo. Io. And.

c ¶ Pupillares.] quæ expreſſe fit per hæc verba: ſi filius meus deceſſerit infra tempora pubertatis, filia ſit hæres. Inſti. de pupil. ſubſti. 1. reſpon. & expirat ſtatim, cũ ad pubertatem peruenerit, vt ibi. Fuit autem inuenta hæc ſubſtitutio: quia cum multum proſit hæredem habere, & pupillus teſtari non poſſit, vtile fuit pupillis modum inuenire ne decederent inteſtati, vt in prædicto loco. Inſtit. de pup. ſubſt. in princ. Idem dicimus de exemplari, licet exemplaris differat à pupillari in hoc, quia in ea neceſſe eſt certas perſonas ſubſtitui. C. de im pu. & alijs ſubſti. l. humanitatis.

ADDITIO. Differt etiam exemplaris à pupillari in alijs, quæ dixi in decret. Raynutius. ſuper 2. gloſſ. Ioan. Andr.

d ¶ Facienda.] Vide quod eſt infra, vt ſubſtitutio, &c. poſtea videas dummodo, &c.

[Gloſſa ſequen. exponit, & fortificat tex. & dicit reprobatam gloſſ. Accurſij.]

e ¶ Verbis.] Dixit teſtator: ſi ſine liberis decedat, alteri moriatur: ſed iſtud verbum, ſine liberis, certum eſt, ꝙ non deſignat certam ætatem: nam & ante pubertatẽ, & poſt, filius & filia ſine liberis mori poſſunt: ergo patet, ꝙ ſubſtitutioni pupillari bene conueniunt verba. [3] Immo maxime pupillari: cum tunc liberos habere non poſſit. Et vide, ꝙ expreſſa vulgaris habet tacitam pupillarem: dummodo perſonis conueniat. ff. de vul. ſubſti. l. 4. multo potius verba quæ ſapiunt pupillarem, vt hic, ad pupillarem ſunt referẽda: & ſic reprobatur quod not. Accurſius, C. de impub. & alijs ſubſti. l. precibus. in gloſ. penul. [& Ino. ſ. eo. Raynutius. Io. Andr.]

f ¶ Perſonis.] quia vterque impubes erat: & ante pubertatis tempora deceſſit, vt ſupra.

g ¶ Obliqua.] ſcilicet indirecta, vel fideicommiſſaria.

h ¶ Interdum.] vt ff. ad Trebel. l. Scæuola, ff. de vulga. ſub. l. Centurio. §. verbis. C. de im pu. & alijs ſubſtit. l. precibus.

i ¶ Licet autem.] Reſpondet obiectioni, quæ fieri poſſet ex eo, quòd filius non poteſt matrem priuare debita portione: ergo portio illa matri debetur, non ſubſtituto.

k ¶ Non poſſit.] C. ad Tertul. l. matri. & l. vlt. & Auth. in teſtamento. ibi poſita. Sed illud locum habet vbi filius teſtatur vel decedit ab inteſtato: hic illis filijs non ſuccedebant pauperes ex teſtamento ſuo, ſed potius ex paterno, vt ſequitur.

ADDITIO. Quod dictum eſt filium non poſſe priuare matrem portione iure naturæ debita: verum eſt, niſi ex cauſa, vt in prætalleg. Authen. & habentur hę cauſæ in Authen. vt cum de app. §. & hæc quidem. coll. 8. Ioan. And.

l ¶ Poteſt.] Eſt expreſſum ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. 1. vbi dicitur, ꝙ mater non impugnat teſtamentum, quod pater filio fecit querela inofficioſi.

m ¶ Cenſendum.] vt in prædicta l. Papinianus. & Inſt. de pup. ſubſt. §. liberis. ff. de vul. & pup. ſubſti. l. qui plures liberos. in fi.

Religioſus.] Sunt duæ partes. ſecunda: ibi, Sane. Prima ponit dictum, cuius rationem reddit: ibi, Cum velle. Secunda vero vno themate caſum diffinit trimẽbrem, & rationem reddit: ibi, Ne voluntatem. & caſũ excipit: ibi, Niſi. Io. And.

CASVS. Titius veniens ad mortem, ſuum vltimum condidit elogium, & plura legata dimiſit: ad melius implendum ſuam voluntatem deputauit executores ſuos aliquos religioſos: nunquid religioſi poſſunt ſuſcipere huiuſmodi onus, & exequi teſtamentum ſiue vltimam volũtatem defuncti? Reſpondet ꝙ non: quia religioſus non habet velle neque nolle: ſed voluntas ſua eſt poſita in poteſtate ſui ſuperioris. Sed ponamus ꝙ teſtator deputauit ſimpliciter plures executores: vnus moritur vel ſe abſentat: vtrum vnus ſine altero poſſit exequi voluntatem teſtatoris? Rñdet Romanus Pontifex, ne differatur voluntas teſtatoris, vnus ſolus poterit voluntatẽ defun-

[1] Ita Bart. in l. Marcellus ad Trebel. Do. & Phil. dicit hoc verum, etiã ſi mediate ſolum fieret reſtõ. arg. l. cũ dotẽ, ff. ad leg. Falc. Font.

[2] Immo patre ſubſtituente filio pauperes qñcũque decedat: ex quo iſta ſubſtitutio eſt p aĩa patris. gl. in l. ſi qs Titio. de lega. 2. pauperes nunquã habebũt bona filij: qa illa nõ pro ſunt animę patris. Gabriaula in l. Centurio. col. 65. adde ꝙ iſta iura non militãt in legatis pijs factis per defunctum in peccato mortali allegant Bal. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Font.

[3] Non expreſſe, ſed interpretatiue. arg. de Solerio notans ex hac glo. iuncto text. verba ſui natura nõ directa interpretari directa, ad ſeruãdã vltimã voluntatẽ. Ph. declarat his quid ſit familia, gens, ſtipes, & ſimilia. vide Bar. in l. liberorũ. de verb. ſigni. Opiz. Crotum in l. filiꝰ familias. § diuus. de leg. 1. Font.

defuncti exequi: quod verum eſt: niſi aliàs conſtaret de mente teſtatoris: puta quia voluit ꝙ alter executor ſine altero non procederet. Nota primo, ꝙ executor vltimæ voluntatis dr̃ habere officium. Nota, ſecundo, ꝙ vbi in actu requiritur licentia ſuperioris, illa dẽt actũ præcedere. Ad hoc de reg. licet. & cle. ſi de elect. Dom.

(Prima gloſſa dicit quid declaret.

a ¶ Religioſus.] Emanauit ad declarationem decret. ſup. e. tua. & eorum, quæ plene not. Guliel. in Specula. de inſtrum. edit. §. nunc vero. verſicu. ſæpe etiam quæritur.

ADDITIO. Aliàs eſt ver. ſub §. compendioſe. Io. And.

[Gl. ſeq. primo ſoluit dubium: ſecundo quærit, ar. & conſuetudinẽ inducit.]

a ¶ Religioſus.] intelligam indiſtincte, ſiue ſit monachus, vel regularis canonicus, mendicans, vel non. [1] Et de clauſtralibus intelligo, in quibus ſequens ratio locum habet. Sed quid de minore xxv. annis vel de muliere: numquid poſſunt deputari executores, & quia maior xvij annis põt procurare negotia, vt ſup. eo. lib de procu. qui gñaliter. in fine? Videtur ꝙ poſſit eſſe executor. Contra: quia non habet perſonam ſtandi in iudicio, C. de procu. exigendi. Ad hoc ſupra, de ætа. & qual. c. indecorum. C. de legi. tut. l. vlt. Item de fœmina. ff. de procu. l. neque fœmina C. eod. tit. de proc. l. alienam, ff. de reg. iur. l. 2. 3. q. 7. c. 1. §. tria. Quicquid ſit de iure, conſuetudo optima interpres legum habet, ꝙ tales exequi poſſint. Ad hoc facit hæc decret.

ADDITIO Et ſupra de arb. dilecti. & de his in Specu. prealle. §. circa ſi. verſi. quid de minore. & verſic. ſeq. Ioan. Andr.

b ¶ Ab aliquo.] clerico, vel laico.

c ¶ Non habeat.] ſupra eo. lib de elect. quorundam. & c. ſi religioſus. 12. q. 1 non dicatis. ĩ. tit. prox. c. vlt.

ADDITIO Allegat Arch. 2. q 7. nullus. 2. & 23. q. 2. c. 1. Ioan. And.

d ¶ Officium.] hodie rationem huius officij ordinarius loci exigit à religioſis etiam exemptis: & ſi circa id deliquerint, illos punit, vt in clem. eo. tit. religioſus.

(Glo. ſeq. rationem reddit, per quam ſoluit contrarium, & alleg. pro.)

e ¶ Obtenta.] ergo tunc poteſt: [2] miſericordiæ enim eſt tale officium. 86. diſt. non ſatis. Sed videbatur contra, per c. 16. q. 1 monachi. de poſtu. c. 1. vbi dicitur duo requiri, ſcilicet ꝙ expoſcat vtilitas monaſterij, & ꝙ abbas imperat: pro iſta parte faciebat decret. tua. ſupra eod. tit. & extrauagans Ioan. Frangiapani, de qua fuit tract. proxi. decret. vbi quidam frater prædicator fuit executor. hoc expeditum eſt.

f ¶ Sane.] hoc tractabat idem Guliel. in eo. §. verſi. ſed ſi alter. cum verſi. ſequen. & verſic. quid ſi ſint plures. Io. Andr.

g ¶ Simpliciter.] ſine clauſula, vt ipſi, vel eorum alter: & ſi non omnes: [3] aliàs non eſſet quæſtio.

[Glo. ſeq. tãci per quæſtionem, quam ſoluit: & duas opinio. ſubdit.]

h ¶ Mortuo.] not. [4] ex littera, ꝙ mortuo executore, eius officiũ non tranſit in hæredem. [Et de hoc in præalleg. §. circa ſi verſi. inſuper.] Vr̃ enim induſtria, & amicitia eius electa. Ad hoc ĩ. de off. dele. c. vlt. ff. ꝓ ſoc. l. actione. § morte. ff. mand. l. mandatum. in ſi & ff. de tu. to. l. antepen. in ſi. vbi idem nota.] Quidã dicebant tale officiũ tranſire in hæredem executoris, per l. ff. de alimẽ & cib. leg. l. cũ vnus. & l. à filio. in princ. & l. alimenta. in princ. [Vide quod ibi not. ꝙ non tranſeat officium, licet ibi tranſeat onus nõ perſonale.] Alij diſtinguebant, an res eſſet integra, vel non. ſicut ſupra, de elect. in cauſis, C. mand. l. mandatum. Quod autem dixi non tranſire in hæredem, verũ eſt, niſi teſtator expreſſerit, ſicut & de cõpromiſſo dicimus ſupra, de arbi. c. vlti. quid autem tũc fiet, dixi infra in glo. vt quia. Io. Andr.

i ¶ In remotis.] Si ergo non multũ diſtat, vocabitur: & ſi in termino aſſignato non venerit, procedet ſocius ſine illo: ſi autem remotus eſt, [5] non vocabitur: ſic & in electionibus, de elect. quia propter. & c. cum inter vniuerſas. & c. quod ſicut.

k ¶ Contingat.] ſi. ſupra eo. lib. ne ſede vacante. c. vni. ad ſi. de offi. dele. ſi is cui.

[Gl. ſeq. exponit & notat: ſecundo ponit & ſol. duas quæſtiones.]

l ¶ Expreſſerit.] vt quia vetuit ne alter ſine altero procederet. [bene facit, ff. de exer. l. 1. §. ſi plures.] Aliud eſt ergo tacere, aliud expreſſe vetare. ad hoc. de bap. maiores. §. ſed adhuc. & §. ſeq. ĩ. de reg. iur. is qui tacet. [Ioã. Mona. allegat. C. de nego. geſt. l. ſi.] Quid ergo tunc fiet ex quo alter non vult exequi, vel mortuus eſt? Si teſtator ſibi prouidet, illud ſeruabitur: alioquin ep̃s exequatur, ſ. eo. ſi hæredes. & c. tua. Quid ſi abbas ſancti Proculi datus eſt executor, & mortuus eſt: numquid hoc officium tranſibit ad ſucceſſorem? videtur diſtinguendum, an fuerit proprium nomen expreſſum, nec ne. ſupra, de offic. delega. quoniam. quod ſatis poſſet dici in extraneo: ſed in propinquo videtur, ꝙ licet nomen nõ fuerit expreſſum, tamen affectione perſonæ hoc factũ fuerit: vnde non tranſeat ad ſucceſſorem. ad hoc 12. q. 3. Pontifices. de teſta. requiſiti. [De hoc plenius in prædicto §. circa ſi. ver. quid.] Io. And.

m ¶ Adimplere.] eſt ſi. ſupra eo. lib. de procu. ſi duo. §. ſane. & ff. de adminiſtrat. tutor. decreto. §. vltimo. & eſt in his ſpeciale fauore teſtantium, cauſarum, & pupillorum.

ſus [a] executor ab aliquo [b] in ſua voluntate vltima deputatus, non poteſt (cum velle vel nolle non habeat [c]) huiuſmodi officium [d] ſuſcipere, vel exequi: niſi à ſuperiore ſuo petita ſuper hoc licentia & obtenta. [e]

¶ *Pluribus executoribus datis, vno mortuo, vel in remotis exiſtente, vel exequi nolente, vnus officium executionis exercebit, ne impediatur teſtatoris voluntas: niſi aliud per teſtatorem diſponeretur. h. d. ſecundum Zenz.*

¶ Sane [f] pluribus à teſtatore ſimpliciter [g] executoribus deputatis, vno eorum mortuo, [h] vel in remotis [i] agente, aut id exequi forte nolente: Ne voluntatem teſtatoris impediri, vel nimium differri contingat: [k] poterit alius (niſi teſtator aliud expreſſerit [l]) officiũ executionis iniunctæ libere adimplere. [m]

TITVLVS XII.

De ſepulturis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Hic prohibetur pactum de ſepultura eligenda. Nõ obſtante pacto de ſepultura eligenda, vel electa non mutanda, ſepeliendus eſt quis vbi alias erat de iure ſepeliendus. & alias ſepultus cum omnibus ſepulturæ obuentibus reſtituendus eſt: alias pœna incurritur hic cõtenta. h d. ſecundũ Zen.*

DE SEPVLTVRIS.

¶ Viſum eſt ſup. tit. proxi. de teſtamentis: verum quia teſtator in teſtamento quandoque eligit locum ſuæ ſepulturæ: ideò annectitur titulus de ſepulturis.

Anima-

¶ De materia huius c. vide Vitalẽ Nemauſen, in reperi. c. Ioãnes, extra eod. tit. Dec. conſi. 494. inc. qđ ſ. & conſi. 499. inci. in cã. & Fel in c. prudẽtiã. extra de offi. deleg.

[1] Saluo qđ de fratrib' Minoribus dr̃ in cle. de ver. ſig. exiui. §. proinde. & §. verum.

[2] Vide qđ per hãc gl. not. hoc Io eo Phi. Frã.

[3] Vide Io. Cald. conſi. 45. hoc eo. titu.

[4] Vide Bar. in l. à filio. ff. de alimẽ. & cib. leg.

[5] Quod terminetur arbitrio boni viri, ſm Arch. & facit ꝙ no. ĩ. c. li. de tẽp. ord. cũ nullus. § pen. in gl. 3.

Cõtinuatio dñi Heliæ.

ANimarum.] Prima pars ponit inhibitionẽ, & decretum: ibi, Nos enim. Secunda punit eligentem: ibi, Statuentes. Tertia punit inducentem: ibi, Si vero. & pœnam aggrauat in non parentem: ibi, Quam niſi. Io. Andr.

C A P. I.

ANimarum periculis[a] & ſcandalis, quæ frequẽter ex his proueniunt, obuiare volentes,[b] vniuerſis religioſis & ſæcularibus clericis, cuiuſcumque ſtatus, vel conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interminatione maledictionis ęternę,[c] diſtrictiſſime prohibemus: ne aliquos ad vouẽdum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum[d] inducant, vt apud eorum eccleſias ſepulturam[e] eligant, vel iam electam vlterius non immutent. Nos enim (ſi ſecus actum fuerit) electionem talem decernimus nullius penitus exiſtere firmitatis. Statuentes, ut hi, qui ſic elegerint, nec apud ſic electas eccleſias ullatenus ſepeliri, nec alibi (ne contra uotum, iuramentũ, aut promiſſum huiuſmodi à ſe factum, materiam habeant ueniendi[f]) poſſint eligere[g] ſepulturam: ſed contradictione quacumque ceſſante ſepeliantur omnino apud illas eccleſias, apud quas[h] ſepeliendi de iure fuiſſent, ſi aliàs ſepultura non electa forſitan deceſſiſſent. Si uero ijdem religioſi, uel clerici, prædictos[i] in ſuis eccleſijs, uel cœmeterijs præſumpſerint ſepelire: ad reſtitutionem

Pone caſum per te, quia textus clarus eſt.

Not. primo ex princip. text. quòd officium prælati eſt obuiare periculis animarum ſuorum ſubditorum.

Nota ibi, ſub interminatione maledictionis æternæ, quod veniens contra iſtam cõſtitutionem, peccat mortaliter. Nota vlterius, quod religioſi inducentes aliquẽ ad promittendum, iurandũ, vel vouendum, quod eligat ſepulturam penes ſe, puniuntur pœna hic contenta. & in clem. cupientes. de pœnis. in clem. Sed quid ſi induxerũt ſolum ad eligendum: vtrum puniantur iſta pœna? Reſpondet, quod nõ: nam licet per votum, iuramentum, vel promiſſionem tollatur libera facultas, non tamen per electionem: quia licet elegerit quis ſepulturam in vno loco, poteſt poſtea eligere in alio.

[1] Plures modos quibus Papa præcipit, ponunt Do. & Anc. & iſti præſenti cõtrafaciẽs, licet non excõicetur, grauiter peccat. c. 2. de maio. & obed. 8. q. 3. ſciendum. Similiter illemodus, ĩdignationẽ B. A. poſt Pet. & Pau. ſolum arbitrariam pęnam. no. Bal. in l. 1. C. de ſacro. eccleſ. Superãtius allegat etiã Bal. in c. 1. §. porro. quod fuit prima cauſa beneficij amittẽdi. Font.

Nota ſi quis induxerit aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendum, vt eligeret ſepulturam in tali loco, non valet electio: & ideo quantum ad electionem ſepulturæ decedit inteſtatus. Idem dicendum eſt, ſi nulla promiſſione, voto, vel iuramento præcedente elegerit ſepulturam in vno loco: poſtea iuret vel promittat non mutare: quia tunc electio ſepulturæ caſſatur. Nota iuncta gloſſa, quòd ſi quis non eligat ſepulturam, tunc eſt ſepeliendus in loco ſuorum maiorum, ſi habeant certum locum pro ſua ſepultura. Si autem certum locum non habeant, tunc eſt ſepeliendus in cœmeterio eccleſię parochialis, in qua recepit ſacramenta. Nota quòd ſepelientes aliquem indebite, tenentur reſtituere quicquid exinde receperunt, etiam ſi non fuerunt requiſiti. Nota, quòd tenentur reſtituere oſſa cadaueris, ſi fuerint requiſiti & moniti ab eccleſia, aliter non. Nota, quòd ſi requiſiti & moniti non reſtituant oſſa defuncti intra decem dies, eccleſia ipſo facto ſupponitur interdicto. Nota, quod Papa poteſt decernere iurantem non obligari iuramento, quando cauſa legitima ſubeſt. Ad hoc ſupra eod. lib. de reb. eccle. non alien. c. 2. de elect. vbi periculum. §. pen. Domin.

[Prima glo. dicit quid ſuppleat, & declaret.]

a ¶ Animarum periculis.] Emanauit ad ſuppletionẽ decret. ſupra de pacto. plerique. & propter ea, quæ in fine not. Hoſtien. dicens, o, quot & quantorum animas conſtitutio hęc aſtringit, nam quaſi omnes ſibi talia attrahunt, & tales alliciunt, vt infirmare contingat medicos, qui ſanare debuerant.

b ¶ Volentes.] ad hoc ſupra de offi. leg. officij.

c ¶ Æternæ.] hodie traſgreſſores excommunicati sũt ipſo iure, nec abſoluuntur ab alio, quàm à Papa, niſi in mortis articulo. per cle. de pœn. cupientes. in ſi quæ etiam reſeruat pœnas infra poſitas.

d ¶ Promittendum.] non enim Deus facit differentiã inter iſta. 22. q. 5. iuramenti.

ADDITIO. Vide quod ſcripſi de iureiuran. debitores. ſuper verb. cogendi. & quod not. eo. ti. c. vlt. in vlt. glo. Io. Andr.

e ¶ Sepulturã.] cum enim hoc ſit ſpeciale, pactio interueniri nõ debet. 1. q. 3. quam pio. §. cauete ergo. de pac. pactiones. (quod intellige cũ ſepeliendo. Inter duas enim eccleſias bene valeret pactum, quod dic vt ſup. eo. lib de pac. c. 1. Ioan. And.) Sumitur autem ſepultura multis modis, quod dic vt not. 13. q. 2. c. clerici. §. item quęritur & ſup eo. cap. pen.

f ¶ Veniendi.] licet non teneat principale, tenet acceſſorium quoad quid: & eſt ſpeciale. ad idem de iureiuran. debitores. vbi de hoc. & eo. tit. cum contingat. Ioan. Andręæ.

g ¶ Eligere.] punitur ergo in quo deliquit. de tempor. ordin. litteras. de his quæ fi. à maio. parte. c. quæſiuit.

[Gloſſ. ſequen. exponit, quærit, & ad vtranque partem arguit.]

h ¶ Apud quas.] ſcilicet vbi ſunt maiorum ſuorum ſepulchra. 13. q. 2 Ebron. cum c. ſeq & ſupra eo. ca. 1. in prin.[1] quod de inteſtato debet intelligi. Quid ſi eccleſia iſta de qua promiſerat, ſit illa in qua ab inteſtato ſepeliri debebat? declarari debuiſſet: quia ſi dicamus quod ibi non debeat ſepeliri, vbi ergo ſepelietur, & littera dicit, non apud illas, &c. vnde poſſet dici, quod ibi ſepelietur non obligatione promiſſionis, ſed poteſtate iuris: ſicut cum ex duabus ſeruitutibus remittitur altera, altera remanet. ad hoc de vſu pal. ex tuarum. ff. de ſer. vrb. præd. ſi domus tua. In contrarium videtur, quod ſupra dixit, nec apud electas eccleſias vllatenus ſepeliri. præterea ſecundum hoc ſemper illi apud quos eſt ſepulchrum maiorum etiam ex electione vel promiſſione, quia priuati erunt poteſtate eligendi, habebunt obtentum: quod eſſe non debet. 33. q. 5. hæc imago. ſupra de procu. iux. ĩ. de reg. iur. cum quid.

[1] Et ibi dixi quid iuris ſi de ſepulchro maiorum nõ apparet, de quo hic Archi. Io. An. : Vide Fel. in c. nõnulli. col. 37. ver. ſed cõtra iſtã. extra, de reſcr.

i ¶ Prædictos.] quos ſic induxerunt: non ergo prohibet decret. quin poſſit eligere: ſed prohibet inductiones, & promiſſiones.

ADDITIO. Et ſit ratio ſecundum Io. Mon. quare non poſſum voto firmare id quod licet facere: quia electio ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis, cuius libertas tolli non debet. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. arg. de ſponſa. Gemma. cum concor. Item cum prouiſum ſit à iure non eligenti: illa iuris prouiſio impediri non debet, niſi mera liberalitate teſtantis. Et adde quod not. ſuper 5. glo. Addebat ipſe Io. quod electio ſepulturæ eſt ius ſpeciale inductum contra ius commune, vt ſup. ver. proxi. & tale ius ſolus princeps, qui ſupra ius eſt, poteſt inducere: quare ſicut alius a principe non poteſt tollere ius commune: ſic nec ad ius ſpeciale adijcere, quo arctetur ius commune, & ex hoc dicit concludi quare hic puniatur deceptus, ſicut attentans contra iura. Io. Andr.

tam ſepultorum [a] corporum (ſi petantur) quàm etiam omnium, quæ occaſione ſepulturæ illorum peruenerint quomodolibet ad eoſdem, infra decendium [b] integraliter faciendam, [c] ipſos obligatos eſſe cenſemus. Quam niſi fecerint, eccleſiæ ipſæ, apud quas ſepulti fuerint, necnon & cæmeteria earumdem, extunc eo ipſo ſint, & tamdiu maneant eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, [d] donec ab eis facta fuerit reſtitutio plenaria omnium prædictorum.

¶ Idem.

¶ *Eccleſia dimiſſa non debetur canonica portio, ſed parochiali: & pluribus, ſi ſunt plures.*

CAP. II.

CVm † quis, [e] cuius maiores ſunt ſoliti ab antiquo in aliqua eccleſia ſepeliri, [f] ea dimiſſa eligit alibi ſepulturam: canonica [g] portio dimiſſæ non debetur eccleſiæ,

a ¶ Sepultorum corporum.] ſup eo. ex parte. [& c. fraternitati. & c. cum liberum. Io. And.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem.]

b ¶ Decendium.] iſtud decendium in reſtitutione corporis currit ex quo petitū fuerit: ſed in reſtitutione rerū credo, ꝙ ſtatim [1] currat: & ideo in rebus non fuit additū ſi petantur. Iſta. n. cōſtitutio non intendit minuere, ſed addere ad decre. plerique. ſupra de pactis. Sed ibi ſine aliqua petitione dicebatur eos obligatos ad reſtitutionem: iſta imponit tempus, & pœnam.

1 Cōputato die pceptionis, ſm Arch. & intelligo de momēto ad momentū. Ipſe aūt remittit ſupra de reſt. ſpo. frequens. Io. An.

[Gl. ſeq. recit. per quæſtionem.]

c ¶ Faciendam.] non dicit cui eccleſiæ: credo ꝙ eccleſiæ, cui facta eſt iniuria, videlicet apud quam ſepeliri debebat: parochialis eccleſia iā habuit ſuam canonicā, & ſic non obſtat ī. c. prox. quæ in alio caſu loquitur. Si ergo ipſa eadem fuerat dimiſſa, cui ſoluetur pœna? vnde extincta videtur actio, ſicut cum creditor ſuccedit debitori. ff. de ſolu. Stichus. §. à diuo.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem.]

d ¶ Interdicto.] ergo propter tranſgreſſionem vnius fratris eccleſia tota & cæmeterium punietur: ſufficit ita ſcriptum eſſe: & poteſt eſſe ratio: quia ex quo illum ſciebant ſuum non eſſe, inueſtigare debebant diligenter, qua ratione ad eos deuenerit. ad hoc C. vnde vi. cum quærebatur.

CVm.] Diuiſio patet per paragraphos. Præmitte, ꝙ canonica debetur eccleſiæ, in qua defunctus cæleſti pabulo refici conſueuit. ſup. eo. c. 1. Et per hoc uidebatur ꝙ parochiali. Item ei à qua corpus aſſumitur. ſup. eo. de his. & prouidebatur, ꝙ ei in qua ſunt ſepulchra maiorum. Dom.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius cap. illud quod habetur in c. certificari. eo. ti. in antiq videlicet ꝙ quando quis eligit ſepulturam in aliqua eccleſia dimiſſa ſua parochiali eccleſia, illa eccleſia debet habere canonicam portionem, quæ ceſſante conſuetudine eſt quarta pars omnium illorum, quæ obuenerunt occaſione funeris.

CASVS. Prædeceſſores cuiuſdam Titij conſueuerūt ſepeliri in eccleſia fratrum Minorum: quia ab antiquo habent ibi ſepulturam: Titius autem elegit ſuam ſepulturam in quadam tertia eccleſia, non in propria eccleſia parochiali, nec in eccleſia ſuorum prædeceſſorū: vnde illi tertiæ eccleſiæ plura obuenerunt occaſione ſepulturæ ipſius Titij: Certum eſt, quòd illa tertia eccleſia debet canonicam portionem. Sed quæritur, cui eccleſiæ: vtrum eccleſiæ parochiali Titij, vel eccleſiæ prædeceſſorum ſuorum? Reſpondet Romanus Pontifex, quod iſta portio canonica ſoluenda eſt eccleſiæ parochiali ipſius Titij, in qua audiuit diuina, & non alteri eccleſiæ vbi ſunt ſepulti maiores: Nam iſta canonica portio datur in recompenſationem laborum, quos ſuſtinuit rector eccleſiæ parochialis in celebrando diuina, & miniſtrando ſacramenta defuncto, tempore ſuæ vitæ. Sed quid, ponamus, quòd Titius habebat duo domicilia, in utroque ſe collocabat pariter, puta in æſtate faciebat reſidentiam in uno domicilio, in hyeme in alio: quæ domicilia erant in diuerſis parochijs: iſte Titius mortuus eſt electa ſua ſepultura in quadam tertia eccleſia: dictum fuit ſupra, quòd eccleſia ſepulturæ debet canonicam portionem: ſed quæritur quæ iſtarum eccleſiarum habebit canonicam portionem: vtrum illa eccleſia ĩ cuius parochia eſt mortuus, vel alia? Quidā dicunt, ꝙ illa eccleſia in cuius parochia eſt mortuus: Verumtamen Romanus Pont. decidit hic ꝯtriū videlicet, ꝙ illæ duæ eccleſiæ parochiales diuidāt inter ſe illam canonicam portionē. Aliqui dicebāt ꝙ quilibet poterit eligere ſepulturā, dimiſſa parochiali eccleſia, dū-modo eligeret in loco magis religioſo, hoc eſt, in loco vbi magis celebrātur diuina. Sed quid erit, ſi aliquis eligit ſepulturam in loco minus religioſo, & dimiſit locū magis religioſum: puta quia elegit ſepulturam ſuam in vna capella, in qua forte ſemel in anno celebrantur diuina? Reſpondet ꝙ quis poteſt eligere ſepulturam in loco minus religioſo dimiſſo loco magis religioſo, licet olim eſſet contrarietas inter doctores. Nota primo, quòd quis poteſt eligere ſepulturam dimiſſa eccleſia parochiali, & etiam dimiſſa eccleſia, in qua ſepulti ſunt ſui maiores. Et canonica portio eſt ſoluenda eccleſiæ parochiali, in qua recepit ſacramenta, & non eccleſiæ in qua eſt ſepultura ſuorum maiorum: & ſic non eſt ſoluenda canonica portio illi eccleſiæ, in qua fuiſſet ſepultus, ſi non elegiſſet ſepulturam: nam ſepulchrum maiorum: non præfertur eccleſiæ parochiali c. prox. ſupra eo. Nota ꝙ iſta canonica portio non ſoluitur eccleſiæ parochiali, eo quod eccleſia eſt dimiſſa: ſed ſoluitur in recompenſationem laborum, quos ſuſtinuit rector eccleſiæ parochialis in celebrando diuina, & adminiſtrando ſacramenta ipſi defuncto: ideo ſolui debet eccleſiæ parochiali, & non eccleſiæ, in qua eſt ſepultura ſuorum maiorum. Nota vlterius, quòd quis poteſt habere plura domicilia: & tunc ſi eligat ſepulturam in aliqua tertia eccleſia, debet ſolui canonica portio ambabus eccleſiis, in quibus ipſe defunctus habebat domicilia. Quid ſi haberet vnum domicilium ſolum, quod partim eſſet de una parochia & partim de alia: cui eccleſiæ eſt ſoluenda canonica portio? Dicit gloſſa, ꝙ idem uidelicet, quod ſoluatur duabus eccleſiis per medium. Communiter tamen ſeruatur, ꝙ ille eſt cenſendus parochianus illius eccleſiæ, in qua fouet larem. Nota, ꝙ quis poteſt eligere ſepulturā ſuam in loco minus religioſo: cautius tamen faciet, ſi eligat locum magis religioſum: nam plus proficiunt ſpeciales orationes quàm communes. & licet in vniuerſo mundo fiant orationes communes pro omnibus defunctis, tamen ſpecialiter fiunt orationes pro benefactoribus illius eccleſiæ.

† Vide concil. Triden. ſeſſ. 25. de ref. c. 13. & Card. cōſil. 90. inci. epō Feltren.

[Prima glo. dicit quid declaret.]

e ¶ Cum quis.] Primum dictum huius decretalis emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Ber. & moderni ſupra eo. de his & approbatur opinio Innoc. & reprobatur opinio Hug. & Ber.

f ¶ Sepeliri.] vnde ſi inteſtatus deceſſiſſet, ibi ſepeliri debuiſſet, ut dixi ſupra c. prox. & ſup. eo. ti. c. 1.

[Glo ſeq. recit. per quæſtionem.]

g ¶ Canonica.] ſaltē quarta, vel ſtetur conſuetudini ſupra eo. certificari. in ijs q eligūt ſepeliri apud Minores

vel

vel Prædicatores taxata eſt quarta per extrauag. Boniſ. quæ incipit, ſuper cathedrā. in ti. de ſepul. quæ fuit reuocata per Benedictū: hodie innouata per cle eo. ti dudū. ADDITIO. In quarta, vt in minori, oēs canones cōcordant facit ī. eo. li. de arb. c. 1. & ibi concor. & vide qđ no e. ti certificari. in vlt. gl. & quod ſuper ea ſcripſi Io. And.

a ¶ Dumtaxat.] quia ēt ſi apud debitam ſepultus fuiſſet, habuiſſet parochialis eccleſia canonicā : ſupra eo. cap. 1.

b ¶ Domicilia.] qđ eſſe poteſt. de reler. dilectus. 2. ff. ad munic l. aſſumptio. Itē poſſet quis eſſe ſine domicilio, vt ſi relicto domicilio nauiget vel iter faciat, quęrens quo ſe collocet ff. ad mun. l. Labeo. I princ. & l eius. & qđ dicit hic de diuerſis domicilijs, ſatis puto tutem eſſe æquum in vno, quod æqualiter eſſet in duabus parochiis, vt puta inhabitat quis domū in confinio duarū parochiarum, vel duas domos coniunctas habitat, q̄ ſunt in duabus parochijs, vt eadem ratione illæ duæ diuidant quartam. ADDITIO Facit quod poſt Inno. ſcripſi ī. de parochijs. ſuper eo. in gl. limes & q̄ no. 16 q. 3. licet. in glo. pone q̄ Io. And.

: Vide qōnē quā hic diſputat Frācus de decedente monaſterio infra annū ꝓbationis : an tunc eccleſia parochialis debeat habere canonicam.

† No. Dnicus & Phil. q̄ aſſignatis centum pro certo actu faciendo & plures faciūt actum ſimul : diuidetur dicta centū inter eos: exēplū primo inſtāti arcem promiſſa ſunt centū: tres intraut ſimul, inter ſe diuident illa cētum. Imo. in cle. & ſi principalis. de reſc. Bar. in l. hoc art. ff. de hęr. inſt. Ang. de ag. ſucceſ. §. ꝓximus. Fō.

ſed illi dumtaxat,[a] in qua ille officia conſueuit audire diuina. & eccleſiaſtica recipere ſacramenta. Cū ab eo, qui duo habet domicilia[b] ſe collocans æqualiter in vtroque, in loco tertio eligitur ſepultura : domiciliorū eccleſiæ habebunt inter ſe † diuidere[c] canonicam portionem.

¶ *In loco etiam minus religioſo poteſt noua eligi ſepultura h. d. ſecundum Zen.*

¶ Si quis[d] antiqua dimiſſa nouam etiam ī loco minus religioſo elegerit ſepulturam, electionem huiuſmodi (licet iura ſuper hoc videantur eſſe diuerſa) nequaquam volumus impugnari.

¶ Idem.

¶ *Tranſlatio perſonæ ad certum locum facta ad tēpus, eccleſiæ ius ſepulturæ non aufert. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. III.

IS, † qui habet domicilium in ciuitate, vel caſtro, quandoque ad villam ruralem ſe transfert recreationis cauſa, vel vt ruralia exerceat in eadem: ſi non electa[e] ſepultura decedat ibidem, non in eccleſia dictæ villæ, ſed in ſua parochiali, vel in ea potius, in qua maiorum ipſius ab antiquo[f] ſepultura extitit, ſepeliri debebit: Dummodo abſque periculo ad ipſam valeat deportari.[g]

¶ *Mulier mortua, quæ pluribus nupſit, cum viro vltimo ſepelitur.*

¶ Mulier[h] † autem, quæ plures viros habuit ſucceſſiue, ſi ſepulturam non eligat,[i] eſt cum viro[k] vl-

Vno modo accipitur pro congregatione ædificiorū, non fortificata muris: quia ſi eſſet fortificata muris, diceretur caſtrum, vel ciuitas. Nota q̄ ex ſola mora facta in loco quis non cenſetur parochianus illius loci : ſed oportet q̄ animo ſit perpetuæ moræ, vel ad minus per decē annos faciat ibi reſidentiam, niſi appareat de contraria voluntate, vt in ſcholaribus, qui licet moram faciant in vniuerſitate, non tamen cenſentur domiciliarij illius loci. No. q̄ cum quis deceſſit non electa ſepultura, eſt ſepeliendus in loco ſuorū maiorum : aliàs mulier eſt ſepelienda cum viro ſuo; & ſi habeat plures viros, eſt ſepelienda cum vltimo. Nota differentiam inter ciuitatem, caſtrū, & villam, de qua ī de ſen exc. ſi ciuitas. Nota finaliter, q̄ dictio, potius, ſtat correctiue, ſecundum Arch. Dominicus.

e ¶ Nō electa.] aliàs non eſſet q̄ſtio : quia apud illam ſepelietur ſup. c. prox. in fi.

[Glo ſecunda quærit, quæſtionem declarat pro vtraque parte arguit & ſoluit.]

f ¶ Ab antiquo.] q̄d dices, : auus proauus, & alii ab antiquo ſunt ſepulti in aliqua eccleſia : pater elegit ſepulturam in alia, & ibi ſepultus eſt filius decedens inteſtatus ſepelietur in ſepulchro patris, vel in ſepulchro aui & aliorum? & intelligo ut bene procedat dubitatio, quod poteſt ſepeliri commode in vtroque: pro vtraque parte inuenies textum. 13 q. 2. c. vnaqueque. §. Ioſeph & ver. econtra, qui aliàs eſt §. Per iſtā litteram, quàm etiā habemus. ī. c prox. in prin. ſatis videretur habendam rationem antiquæ ſepulturæ aui, proaui, & aliorum, potius quàm paternæ. Ad idem ī. eo. c. 1. in prin. & c. fraternitatem. vbi dicit patrum aliorumque parentum copulatiue dictum: quaſi non ſufficiat patrem ibi fore ſepultum. Item uiuente patre ſepelietur in ſepulchro aui. ī. c. prox.

† Vide Cōradū Brunū lib. 4. de cæremoniis c. 4. circa fi.

† Si uxor priusmoriatur, quàm vir, vbi ſepeliri debeat ꝓter Francū hic, vide c. qs cōmcit. & c. vnaquęque. 13. q. 2. & c. de vxore. extra de ſepul.

: De hac qōne uide Abbat. in c. 1. extra, eo. ti.

c ¶ Diuidere.] ſi. ſupra de teſta. relatum 2. ad fi.

d ¶ Si quis.] hic terminātur quæ no. 13. q. 2. cap. 1. §. nūc autem quæritur. & ſup. eo. fraternitatem. & approbatur opinio Lau. Vin. Io. & Goff. reprobata opinione Hug. Ala. Tan. & Ber. quam etiam Hoſt. magis dicebat iuri conſonam.

IS qui.] Partes patent. Secunda ibi, Mulier. & prima ſoluit dubium, & ſolutionem moderatur ibi, Dummodo. Io. And.

¶ Si ciuis alicuius ciuitatis tpe æſtiuo, vt fructus colligat, accedat ad ſuā coloniā: & ibi mortuus eſt: nō ſepelietur in eccleſia, in cuius parochia mortuus eſt, ſed portandus eſt ad ſuam eccleſiam parochialem hoc dicit.

CASVS. Titius huius ciuitatis ciuis, qui habebat mediatariam vel coloniam, tempore æſtatis ad illam acceſſit pro recolligēdis fructibus, vel forte ꝓꝑ peſtem, & ibi mortuus eſt inteſtatus quātum ad ſepulturam : vtrum ſit ſepeliendus in eccleſia parochiali, in cuius parochia deceſſit? Certe non: ſed eſt portandus ad ſuam eccleſiā parochialem, ſi commode fieri poſſit: Sed quid ſanctiſſime Pater : certum eſt, q̄ mulier uidua ſepelienda eſt cum ſuo marito: Ponamus q̄ aliqua mulier habuit plures maritos: quæritur, cum quo ſit ſepelienda? Reſpondet cum vltimo marito : quia tenet honorem & dignitatem ex vltimo marito. l. femina. ff. de ſenatoribus. vbi mulier habet dignitatem ex perſona ſui mariti. Et ſi mulier quę nupſit ſenatori, poſtea nubat plebeio perdit dignitatem primi mariti. Nota q̄ in iure villa accipitur dupliciter, vt in glo. de rer. diui. Inſti. circa princ.

g ¶ Deportari.] ſim. ī. eo. c. vlt. imminens ergo periculum immutat ius commune, vt hic vides. Ad idem ī. eo. lib. de procur ſi duo. §. ſane.

ADDITIO. Archid. alle. ff ad muni. eius qui. §. pen. ff. de iudi hæres abſens. ibi: nam vbi ſic venit, &c. & ſup. de eccle ædi. ad audientiam. Io. And.

[Glo. ſeq. dicit quid declaret pars vltima.]

h ¶ Mulier.] hic terminatur quod no. Hug. & Ioan. 24. q. 2 vnaquæque.

ADDITIO. Et corrigit quod no. Vin. ſupra eo. de uxore vbi dixit ſepulturam parentum potius quàm uiri ſequendam : allegat quod de onere ſepulturæ dixi in textu, ſuper verſi. vlt. Io. And.

i ¶ Eligat.] eligere enim poteſt cum quo uoluerit, vel cum nemine ſepeliri ſup. eo. de uxore.

k ¶ Viro.] ſi vetus vir fuit. ff ad mun. de iure. §. fi. [Idē Io. Mon. & Archid.

a ¶ Honorem.] ff. ad munic. l. filij. §. 2.
ADDITIO. Ad idem l. vlt. eod. tit. §. 3. qui §. dicit mulierem quamdiu nupta eſt, incolã eſſe ciuitas mariti, facit ff. de iudi. exigere. ff. de ſena. fęminæ, C. de nupt. cum te, C. de dig. mulieres. & patet ſup. de foro. comp. ex parte, C. de incolis. l. fi. Io. Andr.

† Vidẽ Abb. in c. ſup e. ext. d̃ teſti.

Hæc duo verba: ĩ corũ, deſunt in antiquioribus codicibus.

LIcet.] Sũt duę partes, quæ patent. ¶ Pater põt filio impuberi eligere ſepulturam, ſi hoc habeat conſuetudo. Item filius familias põt eligere ſepulturam ſine conſenſu patris, licet nõ poſſit teſtari. h. d. CASVS. Certum eſt, ꝙ impubes non hñs rationẽ: iõ non poteſt eligere ſepulturã. Sed qđ, mortuus eſt impubes, in quo loco erit ſepeliẽdus? & vtrũ pater pro filio ſuo impubere poſſit dimittere naturalem ſepulturã, & eligere aliam? Rñdet ꝙ ſic: ſi hoc habeat conſuetudo, aliàs nõ. Sed quid, vtrum filius familias poſſit eligere ſepulturã? Rñdet, ꝙ licet filius familias nõ poſſit teſtari de peculio, pfectitio vel aduẽtitio, tñ poterit ſibi ſepulturã eligere ſine conſenſu patris. & ſic pro anima põt teſtari ſine conſenſu patris: ſed nõ pro alijs reb. l. fi. C. qui teſta. fac. poſ. Nota primo, ꝙ conſuetudo qñque dat poteſtatem alteri pro altero eligere ſepulturam. Not ſecundo arg. ꝙ filius moriens ante patrem, neceſſario nõ eſt ſepeliendus in ſepulchro patris. probat tex. qui vult ꝙ pater non poteſt ſibi eligere ſepulturam: vnde dato ꝙ pater eligat alibi pro ſe, non tamen poteſt pro filiis.

† Vide An. de Butr. in c. de vxore. ext. de ſep.

timo, cuius domicilium retinet & honorem, a † tumulanda.

¶ Idem [in eodem.]

¶ *Ex conſuetudine poteſt pater impuberi eligere ſepulturam: pubes autem eligit per ſeipſum. & h. d. ſecũdũ Zenz. quoad titulum: ſed non quoad textũ, vnde poſſet addi. Et pro anima nõ legat ſine aſſenſu patris bona non caſtrenſia. Dom.*

CAP. IIII.

LIcet b † pater minores filios, qui nequeunt antequam ad annos pubertatis c perueniant, eligere d ſepulturam, poſſit (ſi conſuetudo e terræ id habeat) quo voluerit ſepelire: hoc tamen non poteſt vbi conſuetudo huiuſmodi non habetur, ſed

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]
b ¶ Licet.] Emanauit ad declarationem decret. ſupra eo. de vxore. 2. reſponſo.
c ¶ Pubertatis.] ſ. xij. in muliere. xiiij. in viro. quod dic, vt ſupra dixi, de teſta. c. 1.
d ¶ Eligere.] ſicut nec aliàs teſtari, ff. de teſta. qua ætate. aliàs in qua. 2. q. 6. cap. ei qui. § item ſi ſententia. C. quando prouoca. non eſt neceſ. l. 2.
[Glo. ſeq. dat duo ſimilia.]
e ¶ Conſuetudo.] ſicut ergo conſuetudo dat iuriſdictionem & ius eligendi prælatum. de fo. comp. cum cõtingat. de cau. poſ cum eccleſia. ſic etiam dat ius eligendi ſepulturam, vt hic vides.
ADDITIO: Et ſi dicas hanc conſuetudinem eſſe contra ius commune, per quod diffinita ſunt loca ſepulturarum: ſatis eſt ꝙ ius aſſiſtat. de quo plene dixi de conſu. c fi. ſuper glo. pen. Io. And.
[Glo. ſeq. quærit, alleg. pro, & contra: ponit conſuetudinem.]
f ¶ Vel in parochiali.] hæc eſt diſiunctiua. Nunquid ergo datur electio? quod vr̃, inf. de reg. iu. in alternatiuis. cum ſuis concor. Econtra vr̃ ordinem ſcripturæ ſeruandum. 43. diſt. ſit rector. ad fi. in glo. penul. ſup. eo. lib. de elec ſi quis iuſto. §. 1. & ſup. de præb. mandato. & hoc tutius. 1 Ad hoc ſup c. prox. nec ſemper in alternatiuis eſt electio, 2 vt dicam in prædicta regula, in alternatiuis.

1 Et placet Archi.

2 In alternatiuis non ſemper datᷓ electio, de quo vide Feli. in c. cum dilecta. ext. de reſcr.

conſuetudo tamen habet, ꝙ parentes, vel amici tales ſepeliunt in altera quam volunt: & graue videtur puerum octo dierum ſemper in antiquis tumulis ſolemniter ſepeliri.
g ¶ Quamuis.] de hoc tractabat Hoſt. in ſum. huius ti. §. & apud quam. ver. ſi vero is.
h ¶ Filius familias.] maior tamẽ pubere. & eſt huic ſim. ĩ. e. li. de procu. qui generaliter. §. 1.
i ¶ Sepulturã.] quia electio refertur ad id tempus, quo ſolutus eſt à patria poteſtate. ad hoc ĩ. eod. de vxore. 2. reſponſo.
k ¶ Caſtrenſe.] ſ. qđ à parentibus vel cognatis in militia gentibus donatum eſt, vel quod ipſe filiusfamilias in militia acquiſiuit: quod acquiſitu rus non fuiſſet, niſi militaſſet, ff de caſtr. pec. l. caſtrenſe.
l ¶ Quaſi caſtrẽſe.] vt quod acquirit filiusfamilias aduocatus in poſtulãdo: Nã & ipſi aduocati militant, C. de aduoc. diuer. iudi. l. aduocati.
ADDITIO. Vide quod not. eo. ti. l. fori. & quod dicã in Sp. de actore. § 1. ver. ſuper. ĩ. Itẽ quod agit de peculio. Io. And.

† De hoc articulo vide late Ph. Frãcũ. ĩ. e. lib. in rub. ti. de teſta. nu. 46. ver. ſexto quæritur. & Barto. in l. qui in poteſtate. ff. de teſta.

Hæc duo verba: i codẽ: deſunt ĩ manuſcriptis exemplaribus.

ſunt cum ſuis maioribus, vel in parochiali f eccleſia tumulandi. ¶ Quamuis g autẽ filius familias h abſque patris aſſenſu ſibi poſſit libere eligere ſepulturam; i pro anima tamen ſua † præter ipſius aſſenſum (niſi peculium caſtrenſe, k aut quaſi caſtrẽſe l habeat) aliquid iudicare m non poteſt. n

¶ Idem [in † eodem.]

¶ *Religioſi niſi multum remoti a monaſterio, nequeũt alibi eligere ſepulturam. hoc dicit ſecundum intellectum Zenz.*

CAP. V.

REligioſi, o niſi à proprijs monaſterijs adeo forſitan ſint remoti, quòd ad ea cũ moriuntur

m ¶ Iudicare.] i. in vltima voluntate 3 relinquere: iudicium enim hic ſumitur pro vltimã voluntate, & aliter multis modis. qđ dic vt dicã ĩ. de reg iu. in iudicijs.
n ¶ Non poteſt.] ff. de dona. cau. mor. l. tam his.
REligioſi.] Ego ſequor intellectum Io. And. ſecundum quem poteſt ſic ſummari: Religioſi ſunt ſepeliendi in ſuo monaſterio, niſi in remotis moriãtur. h. d. Et ponit dictum, cuius rationem interſerit: ibi, Cum velle. Ex exceptionem præmittit: ibi, Niſi. Dom.
CASVS. Aliquis religioſus ſub poteſtate abbatis exiſtens habebat deuotionem ad aliam eccleſiam: ipſe veniens ad mortem vult eligere ſepulturam in alia eccleſia, an poſſit? Reſpondet, nõ poteſt quamdiu eſt in monaſterio ſuo, vel alio loco ei propinquo, vbi commode poteſt apportari ad locum monaſterij ſui: & ſepeliendus eſt cum ſuis fratribus. ſecus ſi eſſet in loco remoto. Nota primo. ꝙ religioſus non poteſt eligere ſepulturã, niſi eſſet in loco remoto. Sed quid ſi moriatur non electa ſepultura? Reſpondet quidam, ꝙ ſepeliendus eſt in monaſterio ſui ordinis, ſi in loco ſit monaſterium ſui ordinis. Communis opinio doctorum eſt, ꝙ ſepeliendus eſt in eccleſia parochiali, in cuius parochia mortuus eſt. Nec obſtant iura dicentia, ꝙ religioſi ſepeliendi ſunt in monaſterio vbi degunt: Nam iura intelliguntur quando religioſi moriuntur in loco proximo non multum diſtante à ſuo monaſterio, vel ſi fuerunt miſſi in aliquo monaſterio, cauſa perpetuæ reſidentiæ: ſed aliàs vbi moriuntur in locis remotis non electa ſepultura, certe ſunt ſepeliendi in eccleſia parochiali vbi moriuntur. Nota ꝙ eligere ſepulturam dependet ab habitu propriæ voluntatis. Domin.
[Prima gl. dicit, qđ declaret, approbet, vel reprobet.]
o ¶ Religioſi.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ

3 Nõ tñ in teſtamento ſuper quo vide quod ſcripſi ſup. eo. li. de teſta. ſi pater. in princip. Io. And.

quæ not. Inn. & Hoſt. ſup. de exceſ. prælat. nimis iniqua. & Hoſt. ſup. eo. tit. de vxore. & approbatur opinio Innoc. reprobata opinione Hoſt.

ADDITIO Dicit Archid. ꝙ per diſtinctionem hic concordantur iſtæ opiniones: quod non placet. quod collige ex vltima gl. Ioan. Andr.

† al. poſſũt

commode[a] portari non poſſint, † nequeunt (cum velle, vel nolle non habeant[b]) ſibi eligere ſepulturam:[c] ſed ſunt apud ſua monaſteria tumulandi.

a ¶ Commode.] nota ratione incommoditatis id permitti, quod aliàs non permitteretur. ſic ſ. eod. li. & tit. is qui, Item cauſa incommoditatis alienantur res eccleſiæ. 12. quæſtio. 2. terrulas.

† In antiquiorib. codicibus deeſt hæc verba: primitijs, & oblationibus.

b ¶ Non habeant.] ſic ſ. tit. proxi. c. vlt. cum ſuis concord.

ADDITIO Et ꝓ hoc intellige de clauſtrali, vt ibi etiam dixi. Io. Andr.

c ¶ Sepulturã.] hoc tenebat Innocen. ſed Hoſtien. contra per decret. ſupra eodem tit. de vxore, ſcilicet, quòd talis electio ad illud tempus, ſcilicet poſt mortem, refertur, quo ſolutus eſt monachus à iugo, vt ibi dicitur de vxore. Ad idem ſup. c. prox. 1. reſpon. & hoc etiam probabat per decr. præce. de exceſ. prælat. nimis iniqua. & per decre. de priuil. vt priuilegia. vbi dicitur, ꝙ illi fratres eligunt ſibi ſepulturas. Ad primum reſpondeo, ꝙ licet vxor vel filius familias ſint in poteſtate viri vel patris, non tamen intantum, quin aliquid habeant, & velle & nolle: quod non eſt in monacho. & facit ſ. eod. lib. de procu. qui generaliter, §. 1 Ad decret. nimis. &, vt priuilegia. dic quòd non loquuntur in veris religioſis, ſed in ijs, qui aſſumuntur in confraternitatem. vel intelligatur ſecundum illud, ſcilicet, quando à monaſterijs ſunt remoti. Ioan. Andr.

TITVLVS XIII.

De decimis [primitiis, † & oblationibus.]

¶ Gregorius nonus fratribus Prædicatoribus, & Minoribus.

DE DECIMIS PRIMITIIS, &c.

Cõtinuatio dñi Heliæ.

¶ Superiori tit. viſum eſt de iure ſepulturæ, quod eſt vnum de iuribus parochialibus: verum quia ius decimandi computatur inter iura parochialia: ideo ad nos informandum, de iſto iure decimandi, ſiue decimabili, annectitur tit. de decimis, &c.

Diſcretioni.] Hic in ſuperſcriptione Prædicatores præmittuntur. de quo hic Archi. vt no. ſup. eod. lib. de elect. quorundam. Et primo inhibet: ſecundo præcipit: ibi, Immo.

CASVS Epũs & capitulum Piſanum expoſuerunt Romano Pontifici grauamen & querimoniam de Prædicatoribus & Minoribus: Nam quidam eorum prædicabant publice in ſuis ſermonibus coram multitudine populi, ꝙ ſoluere decimam non erat in præcepto diuino: Alij autem dicebant, ꝙ ſoluere aliquã quotam quantumcumque modicam erat in præcepto: non autem illa quota quæ vocatur decima: vnde multi & fere omnes laici ſubtrahebantur, nec volebant ſoluere decimam: quare ſupplicatum fuit domino Papæ, vt dignaretur de remedio prouidere opportuno: Vnde Papa ſcribit Prædicatoribus, & Minoribus, eis inhibendo, ne de cętero ꝓdicent aliqua, ꝑ quæ populus retrahatur à ſolutione decimarum: ſed vt ſuadeant & moneant populũ ad ſolutionem decimarum. Nota primo ex ſuperſcriptione, ꝙ Prædicatores præferuntur Minoribus de quo hic Arc. vide quod not. eo. li. de ele. quorundã. ſecundum Ioan. And. Nota ſecundo prædicantẽ populo abſtinere debere ab his, quæ inducunt corruptionem animarum. Do.

[Prima gloſſa dicit vnde deciſa: inchoat caſum, & ponit ius nouiſſimum.]

d ¶ Diſcretioni.] Decre. eſt Greg. ix. deciſa de extrauaganti ſua, quæ incipiebat, Grauamen nobis. Et prout ibi patet ex querela archiepiſcopi, & capituli Piſani peruenit ad Papam, ꝙ Prædicatores & Minores prędicabãt decimas ex præcepto non deberi. [Ex quo contingebat, ꝙ laici remiſſi, fiebãt remiſſiores.] Scribit Greg. vt ſequitur. Hodie prouiſum eſt contra omnes religioſos, quibus non competit recipere decimas, vt in clem. de pœ. cupientes. 2. rñ. Ioan. Andr.

† Vide cõc. Tri. ſeſ. 25. de ref. c. 12. & B. Tho. 2. 2. q. 87. ar. tic. 1.

¶ *Populus vt eccleſiis iura debita perſoluat, eſt in prædicationibus & aliis exhortandus. hoc dicit ſecundum Zenz.*

CAP. I.

Diſcretioni[d] veſtræ mandamus diſtrictius inhibentes, ne talia, quę audientes à decimarum,[e] ſeu alia-

[Glo. ſeq. circa decimas ponit quinque opiniones, & ſecundã & vlteriorem improbat.]

e ¶ Decimarum.] In decimarũ ſolutione an debeantur ex præcepto, an conſuetudine tollantur, diuerſæ fuerunt antiquorum ſententiæ. Et dixerunt quidam, quos ſecutus eſt Inno in glo. quam poſuit ſuper iſta rubrica, 1 ꝙ decimæ indiſtincte debentur, & perſonales & prædiales: probat per auctoritates veteris & noui teſtamenti, & per iura 16. q. 1. reuertimini, & c. decimæ & q. 7. quicumque & c. omnes. & in multis capitulis. Dicunt 2 quidam theologi, & hoc ſcripſit Petrus Lombardus, ꝙ præceptorũ alia moralia, & hęc ad litteram ſeruanda: vt non occides, &c. & quædam cæremonialia, & hæc non ſeruantur ad litteram, vt de purificatione poſt partum c. vnico. quædam myſtica. & hæc ſunt ſacrificiorum præcepta, quorum non verba, ſed mens ſeruanda eſt. & ſic dicunt in decimis, vt ſcilicet ſint myſtica, vel partim moralia, vt ſufficiat aliquid dari pro decima ex vigore conſuetudinis: puta centeſimam, vel vlteriorem, vel citeriorem partem. ad hoc 5. diſtinct. in princip. 6. diſt. §. vlt. ſupra eod. commiſſum. & in c. in aliquibus. in fine. & c. Apoſtolicæ. cum ſimil. Sed hæc opinio eſt falſa, & reprobata per omnia iura, & per concilium generale. ſupra eod. in aliquibus. vbi dicit integraliter decimas perſoluendas. Alij theologi dicunt, ꝙ hodie decimæ non debentur: quia olim iuſſæ erant dari clericis, qui nihil aliud habebant, vt Numeri 18. vbi dicebatur, clericos parte decimarum debere eſſe contentos: hodie vero habent prædia: vnde eis decimæ non debentur. & hæc opinio reprobatur ſup. eo. tua nobis. Alij dicunt, ꝙ decimæ in illis regionibus, in quibus non eſt conſuetudo, vt ſoluantur, nec exiguntur, nec prædicantur, non ſoluere non ſit peccatum: quaſi ex tolerantia Papa diſpenſet: quod videtur poſſe, ſecundum ea, quæ not. ſup. eo. à nobis. vbi autem exiguntur & prædicantur, non ſoluere, eſt peccatum. quæ opinio per hanc decre. & per omnia concilia 3 & decreta ſup. eod. tit. reprobari videtur: in quibus ſatis patet, ꝙ Papa non tolerat, ſed contradicit expreſſe. ad hoc Exo. 22. ibi, Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. Hoſt. no. ſup. eo. in aliquibus. & c. à nobis. ꝙ prædiales decimæ debentur lege diuina, perſonales vero non: & ideo in primis non admittitur conſuetudo: In ſecundis vero ſic: vnde ſi conſuetudo eſt perſonales nõ præſtari, non debentur: & ſic intelligit finem ipſius decretalis. Sed hoc Innoc. execratur, vt dixi in princ. & eius in hoc opinio tutior eſt: & ideo tenenda eſſet. de pœnit. diſt. 7. nullus.

1 al. eſt glo. illa ſuper illa decre. vl. de paroch. Ioan. And.

2 De materia huius gl. vide quę pleniſſime ſcribit beatus Tho. & ibidem Caie. 2. 2. q. 87. art. 1.

3 Multos ſanctos patres, & multa concilia hoc dicẽdo enumerat hic Arch. & poſt eũ Io. And. & ... de B. Tho. pauloante citatum.

ADDITIO Et penitus vide quod dixi in quæſtione poſteriorum in quarta parte. & quod ſcripſi ſupra eo.

cod. à nobis. in magna ſuppletione, ante medium. ver. aduenien:e autem tempore gratiæ. Ioan. And.

ALIA ADDITIO Dicit Arch ꝙ opinio Hoſtien. ſcilicet ꝙ ꝑdiales decimæ debeantur de lege diuina, ꝑſonales vero nõ: fuit opinio fratris Hug. de Sincera magiſtri in theologia.

De materia glo. vide S. Tho. & ibid. Caiet. 2.2. q 86. per totam q.

rum [a] rerum eccleſijs debitarum ſolutione retrahant, vel aliàs animas [b] corrumpant audientium, in ſermonibus [c] veſtris, vel alibi [d] proponere de cętero præſumatis. Immo verbo & opere informetis eoſdem, vt ad ſolutionem prædictorum promptæ voluntatis [e] animo ſint intenti.

¶ Alexander quartus.

a ¶ Aliarũ rerum.] Puta primitiarum, oblationum, canonicarum portionum debitarũ ex funeribus, & eorum quæ debentur propter ſuas laudabiles conſuetudines. de ſimo. ad Apoſtolicam olim ſoluebantur quattuor genera decimarum. ſupra eo. c. 1. & ideo homines bonis oĩbus abundabant. 16. q. 7. maiores. nũc nec vna bñ ſoluitur: ſed ideo homines ad decimã conuertuntur. 16. q. 1. decimæ. & ideo dñs minus locuſtas non increpat, nec plagas amouet. 16. q. 1. reuertimini. & tollit fiſcus quod non accipit Chriſtus, vt in prædicto c. maiores.

ADDITIO Hæc tria per gloſſam tractam bene experiuntur Italici decimas non ſoluentes. Econtra quadruplex eſt remuneratio bene ſoluẽtium: fructuũ vbertas, corporis ſanitas, remiſſio peccatorum, & acquiſitio cęleſtium præmiorum, vt in prædicto capitu. decimæ. Ioan. And.

b ¶ Animas.] aliàs animos. ad hoc ſupra. eo. quamuis de nat. ex lib. vent. c. vnico.

c ¶ Sermonibus.] tale officium priuilegiatum eſt de ſtatu monachor. quod Dei timorem. [ad finem. & in glo. penult.]

d ¶ Vel alibi.] Puta in collationibus, diſputationibus, vel in confeſſionibus, in quibus iniungere debent confitentibus, ꝙ aliena reſtituant: quia non dimittitur peccatum, &c.] de reg. iur. peccatum. cum ſuis concor. & hoc faciendo licite ab excommunicatis eleemoſynas recipiunt. de ſen excom. cum voluntate. §. 1. priuilegium. ergo illud merentur amittere contrarium ſuggerendo. 11. q 3. priuilegium cum ſuis ſimilibus.

e ¶ Voluntatis.] voluntarium militem ſibi eligit Chriſtus. 15. q. 1. non eſt cuiquam. 33. quæſt. 5. qui ſine eit in fine.

STatuto.] Ponebatur olim hæc decreta vt dicit Archi. ſub titu. de ſtatu monachor. & incipiebat. Cum perſonæ. Guliel. alleg. Quia perſonæ. qui ferre totam hanc decre. poſuit in Spec. de deci. ver. in ſumma. Scias ꝙ quæſtionem (quæ habet an priuilegium de decimis non ſoluendis certis religioſis cõceſſum, extẽdatur ad decimas, quas laici per antiquum feudum poſſident) plene tractaui ſupra eo. c. penulti. vbi ad probandum quod non extendatur per quinque modos hanc decre. induco. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. eſt ꝑſupponendum, quòd aliqui religioſi percipiunt decimas ex donatione laicorũ. quas laici habebant infeudatas cum conſenſu epĩ, etiã ſine conſenſu capituli, c. ad Apoſtolicam. de his quæ fiunt à ꝑlato ſine conſenſu capituli: & tunc religioſi, qui ſolum habent iſtas decimas ex donatione laicorũ, non percipiunt decimas noualium: ſed ſolum illas decimas percipiunt. quas laici percipiebant: vnde multi religioſi impetrabant: à ſede Apoſtolica priuilegium vt ipſi poſſent percipere decimas noualium, pro illa portione, pro qua ipſi percipiebant decimas antiquas.

CASVS. Monaſterium ſancti Cypriani percipiebat decimas in mea parochia pro certa portione ex donatione laici ſibi facta ex conſenſu epiſcopi: vnde abbas ipſius monaſterij impetrauit à ſede Apoſtolica priuilegium, vt in mea parochia poſſet percipere & leuare decimas pro illa portione, pro qua percipiebat decimas antiquas: & tamen ergo rector eccleſię parochialis eram in poſſeſſione percipiendi decimas in tota mea parochia: vtrum virtute priuilegij ſui poſſit percipere decimas in quarum poſſeſſione eram tempore impetrationis priuilegij? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ priuilegium ſuũ non ſe extendit ad illas decimas, in quarum poſſeſſione alius erat tempore impetrationis. Sed ponamus quod dictus abbas percipiebat decimas pro aliqua quota in quadam parte meæ parochiæ, quæ erat circa flumen: poſtea à ſede Apoſtolica impetrauit priuilegium generaliter, vt perciperet decimas noualium in parochia mea: vtrum poſſit virtute ſui priuilegij percipere decimas noualiũ in parochia mea, in illa parte parochiæ, in qua non ꝑcipiebat antiquas? Reſpondet quòd non: ſed priuilegium ſuum reſtringitur ad loca, in quibus percipiebat antiquas. Sed quid ſanctiſſime Pater, ponamus quòd abbas ſancti Cypriani non erat in poſſeſſione niſi percipiendi tertiam partem decimarum antiquarum, licet re vera ad ipſum ſpectaret media pars: acceſſit ad Papam, & impetrauit priuilegium, vt poſſet percipere decimas noualium in parochia mea. Pro illa parte, pro qua percipiebat antiquas, vtrum priuilegium ſuum ſe extendat ad mediam partem, quæ ſibi debetur: vel ſolum ad tertiam partem, ſicut eſt in poſſeſſione percipere? Reſpondet, quòd priuilegium ſe extendit ſolum ad tertiam partem quam poſſidet, & nõ ad aliam partem, quæ ſibi debetur. Sed ponamus, quòd abbas ꝑcipit omnes decimas ex donatione laici, & impetrauit reſcriptum, vt perciperet decimas noualium pro ea parte, pro qua percipiebat decimas antiquas: vtrũ virtute priuilegij ſui percipiat omnes decimas noualium? Reſpondet, ꝙ non: ſed priuilegium ſuum reſtringetur ad mediam partem noualium: quia non eſt veriſimile quòd Papa dediſſet illi iſtud priuilegium in grauamen eccleſiarum parochialium, ſi impetrans expreſſiſſet, quòd ipſe percipiebat integre omnes decimas integras. Vtrũ ſit verum indiſtincte in omnibus religioſis, vt non debeant recipere, niſi medietatem noualium? Reſpondet, quòd non: ſed fallit in religioſis Ciſtercienſibus, & Carthuſienſibus: nam iſti percipiunt integras decimas, ſecundum quòd eſt eis indultum per Papam. Sed quid faciet eccleſia parochialis, & rector illius eccleſiæ: ſi iſti Ciſtercien. & Carthuſien. percipiant decimas cum integritate: quia rector eccleſiæ parochialis non poteſt ſupportare onera parochialia, & non habet vnde poſſit ſuſtentari? Reſpondet Romanus Pontifex, quod epiſcopus loci poterit prouidere: nam ſi videat epiſcopus, quod rector eccleſiæ parochialis non habet aliunde ex quo poſſit ſuſtentari, tunc compellit iſtos Ciſtercien. & Carthuſien. ad faciendam rectori congruam portionem vnde poſſit ſuſtentari, & onera parochialia ſupportare. hoc dicit præſens text. vſque ibi, Sane quamuis. Nota primo quod ad ſolum Papam ſpectat declarare verba ambigua ſuorum priuilegiorum. Ad hoc ſupra de officio ordinarij. Nota ſecundo, quòd quantum ad vim comprehenſiuam priuilegij,

¶ Priuilegium decimas noualium concedens, non includit decimas noualiũ per alios poſſeſſas tempore impetrationis: & loca tantum includit vbi percipiebantur antiqua, & ad portionẽ antiquam. hoc dicit vſque ad §. ſtatuimus, ſecundum Dominicum.

CAP. II.

STatu-

uilegij, attendimus tempus datæ: & ſic priuilegium nõ extenditur ad futura. Ad hoc de priuil. cum capella. Dominicus.

de reſti. ſpo. grauis. de pſcri. c. vlt. de dona. inter vir. & vxo. & ſi neceſſe ob hoc etiã ibi dicunt, ꝙ ſi abbas impetrat priuilegia exemptionis ꝓ ſe & capellis ſibi ſubiectis: ꝙ ſi aliqua capella ſua ſub alio monaſterio bona fide poſſideatur, impedientur vires priuilegij, aliàs nõ per eadem iura.

to a † perpetuo declaramus, b quòd indultum illud Apoſtolicum (quod pleriſque conceditur) ut noualium decimas pro ea portione percipere ualeant, qua ueteres eos contingunt c ad illas noualium decimas (quas tẽpore d illo, quo impetratum uel obtentum extitit hoc indultũ alij † poſſidebant, e cum de hoc in ipſo mentio nulla fiat) nullatenus ſe extendit: nec ad alias f etiam, niſi in his tantum locis, ubi ueteres tunc (quando dictum indultum impetratum fuit) ipſi impetratores habebant, & pro ea g ſolummodo portione, qua ipſi tempore impetrationis huiuſmodi percipiebant antiquas.

¶ *Priuilegium decimarũ noualium limitatum ad menſuram antiquarum, non poteſt ultra dimidiam includere: fallit in Ciſtercienſibus & Carthuſienſibus. hoc dicit.*

¶ Statuimus h præterea, quod idem indultum obtentum ab ijs, qui tempore impetrationis totaliter ueteres percipiebant decimas, ultra medietatem i decimarum noualium nullatenus extendatur: quia k non eſt uerisimile, ſi tunc de plena & integra perceptione ueterũ fuiſſet expreſſum, quòd Apoſtolica ſedes pariter, & ſimiliter noualium decimas, in tam graue parochialium eccleſiarum diſpendium indulſiſſet, quodq́; ratione talis indulti, ſiue impetrati iam, ſiue impetrandi deinceps, non poſſit in noualibus (quæ amodo fient) vendicari & acquiri vel percipi plus quã medietas decimarum ipſorum noualium: etiam ſi amplius ueteribus habebatur: cum non ſit l dicendum aſperum, ſed piũ potius & benignum. ſi ſuper decimis futurorũ noualium contra parochialium eccleſiarum grauamen † (quod ex diſtinctione indulti huiuſmodi poſſit accidere) taliter obuiatur. Religioſis tamen Ciſtercien. & Carthuſien. ordinum ſtatuto & declaratione huiuſmodi (quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate m decimarum noualium) comprehendi nolumus uel coaſtringi.

¶ *Priuilegiati ſuper decimis recipiendis, eccleſiis parochialibus gratis aſſignare debent portionem pro debitis oneribus ſupportandis hoc dicit. Domi.*

[Prima gloſſa diuidit, & ſummat.]

a ¶ Statuto.] Hic Alexãder in prima parte ponit quaſdam declarationes circa indulgentias, in quibus conceditur aliquibus, vt noualium percipiant decimas pro ea portione qua percipiebant antiquas. Et à quibuſdam ex ipſis declarationibus duos excipit ordines hic vſque ad §. vbi. ibi, Prouidet parochijs pauperibus, quarum decimæ alijs debentur, vſque ad §. Sane. Tertio prouidet circa decimas recipiẽdas vel non de manibus laicorum, vſque ad §. Diœceſani. Quarto prouidet circa decimas ſoluendas a religioſis, & circa diœceſanorum poteſtatem ſuper his, vſque ad §. Nec ꝓ eo. vbi ſtatuit noualiũ decimas religioſis non accreſcere, qui antiqua de laicorum manibus habuerunt.

b ¶ Declaramus.] not. quia hic Alexander nõ ſtatuit ius nouum, ſed antiquum declarat: vnde primũ dictum habebamus in caſu ſ. de priui. c. antep. quod incipit, dudum.

c ¶ Contingunt.] forte priuilegio, vel compoſitione, vel feudatione, vel præſcriptione vel receptione de manibus laicorum, vt dicit in fine: vel alio quocunque modo. iure cõi non eſt reperire ſimpliciter, ꝙ debeatur certa pars, niſi forte in epõ, q iure cõmuni petit quartã. ſ. de of. or. conquerẽte. de præſcri. de quarta.

d ¶ Tempore illo.] ſic in his inſpicitur datæ tempus, Ad idem ſupra de reſcr. eam te. c. ſi eo tempore. co. lib. de elect. dudum 1. in antiq. vbi de hoc.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem.]

e ¶ Poſſidebant.] iure ſuo tamquam ſibi debitas [Idem Archidiaconus.] tunc non debet illis obeſſe priuilegium hoc tacito impetratum. ſ. de priui. dudũ. Idẽ poteſt dici ſi bona fide poſſidebant, ſed ꝓprietatem iu 1 non habebant, vt ſola bonæ fidei poſſeſſio vires priuilegij impediat. Si autem eſſet violenta, vel malæ fidei poſſeſſio, vires priuilegij non impediret, ſ. ſm Inno. & Hoſt. qui hoc not. in pdi. decre. dudum. allegant, de reſti. ſpo. grauis. [continued at top of gloss column]

ADDITIO. Sic vt ſola litis pendentia, (etiam ſi doloſe non taceatur) impedit vires priuilegij, vt lit. pen. c. ſi. Ioan. And.

f ¶ Nec ad alias.] ſecunda declaratio. Pone, debebatur mihi medietas decimarũ antiquorum prædiorum certæ parochiæ impetraui vt perciperem pro ea parte noualia, pro qua, &c. tempora impetrationis non in tota parochia, ſed ſolum in certa parte: pone citra riuum percipiebam partem illam decimarum: in illa ſolum parte recipiam nonalia non in vlteriori.

g ¶ Et pro ea.] tertio declaratio. Pone debebatur mihi dimidia certæ parochiæ, ſed non dabatur niſi tertia: impetraui priuilegia de noualibus pro ea parte, &c. ſolam tertiam in noualibus habebo.

h ¶ Statuimus.] ſequentur adhuc duæ declarationes. Ad earum intelligentiam ſcias, quòd aut ille, qui impetrabat tale indultũ, percipiebat integras decimas, aut plus quam dimidiam aut dimidiã, aut minus: in primis duobus caſibus, ſcilicet cum integram, vel plus quam dimidiã percipit in antiquis prætextu priuilegij noualium ſolam habebit dimidiam, ſi percipit dimidiam, vel minus antiquorum, tantumdem percipiet noualium.

i ¶ Vltra medietatem.] nomine portionis dimidia 2 continetur. ff. de verb. ſig. nomen filiarum. §. portionis, ff. de vſufruct. etiam.

ADDITIO. Quandoque propter incertitudinem appellatio partis comprehendit totum, ff. de lega. 3. l. vxori. in princ. quid dicat Bern vide de reſcr. nonnulli. ſuper 4. glo.

k ¶ Quia non eſt.] ratio.

l ¶ Cum non ſit.] diceret aliquis, quare ſic tam ſtricta interpretatio & aſpera? Reſpondet.

m ¶ De medietate.] bñ ergo cõprehẽdũtur tribus declarationi-

† Pro materia vide Soc. conſi. 296. inci. in preſenti cõſultatione.

† No. ꝙ priuilegiũ mihi conceſſum, vt percipiã decimas & ſimilia de aliquo loco, eſt ſubreptitium nõ facta mentione de alio exiſtente in poſſeſſiõe iſta percipiendi l. impuber. ff. de admin. tu. ſ. de priui. dudum. ſecus ſi nemo iſta pciperet. Pe. de Anc. F.

Declarans non dr̃ ius nouũ edere, ſed antiquum declarare.

Poſſeſſio ſola bonæ fidei impedit vires priuilegij. vide Abb. in c. veniens. de præſcr.

1 Dic quo ad illam. Io. Andr.

† al. grauamina.

† In manuſcriptis, & alijs codicibus impreſſis paulo antiquioribus conſtanter legit: diſtinctione. Et pro, poſſit, manuſcripti habẽt, poſſet.

2 Portionis appellatione media pars continetur: vide Dec. conſi. c9.

ſ rationi-

rationibus primæ partis: ſed iſtis duabus declarationibus iſtius §. ſtatuimus. non comprehenduntur: & hoc intendit. Si ergo percipiant integram vel plus quàm dimidiam in antiquis: & in noualibus prætextu talis indulti tantundem habebunt. Io. Andr.

¶ Vbi autem per huiuſmodi conceſſiones decimarum parochiales eccleſias adeo grauari contingit, quòd earum rectores de ipſarum redditibus congrue[a] ſuſtentari, & commode iura epiſcopalia exhibere non poſſunt: prouideatur per locorum ordinarios, & ordinetur taliter, quòd eiſdem rectoribus tantum de illarum[b] relinquatur prouentibus, quòd exinde cõpetentem ſuſtentationem habere, † & epiſcopalia iura ſoluere valeant, aliaque onera[c] debita ſupportare.

¶ *Decimæ per laicos ante Lateranen. concilium in feudum receptæ à religioſis per eos recognitæ in feudum, non poſſunt ipſis religioſis concedi ſine diœceſanorum conſenſu. hoc dicit Domin.*

¶ Sane quamuis forte à religioſis exemptis & aliis, fiant infeudationes de decimis detentis à laicis, & ijdem laici quod illas ab ipſis religioſis in feudum teneant, recognoſcant: nõ tamen licet religioſis eiſdem poſt talem infeudationẽ, vel recognitionem ſic de facto præſumptam, huiuſmodi decimas de manibus laicorum ipſorum acquirere vel recipere, abſque diœceſanorum epiſcoporum aſſenſu.[d] Illas autem decimas intelligimus poſſe taliter à religioſis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quæ ante Lateran.[e] † concilium ipſis laicis in feudum perpetuo[f] fuere conceſſæ.

¶ *Diœceſani compellunt religioſos exemptos ſoluere decimas parochialibus eccleſiis, ſi non agatur de rebus exemptis, hoc dicit. Dominicus.*

¶ Diœceſani vero parochialium eccleſiarum ad requiſitionem rectorũ earundem, de ipſis religioſis ſuper decimis, quas habent vel eos habere cõtinget: quæ quidem aliàs ad ipſas ſpectauerunt eccleſias (niſi de rebus exemptis[g] agatur) exhibeant iuſtitiæ complementum.

a ¶ Congrue.] quod dic vt ſ. de præb. de monachis. 21. q. 1. c. 1. in gl. penult.

b ¶ Illarũ.] decimarum parochiæ ſuæ.

c ¶ Onera legatorũ, nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, collectarum, & ſimilium. ad idem ſup. eod. lib. de præb. cap. 1.

ADDITIO. Ioã. Monachus, & Arch. allegant de ſupplen. neglig. prælat. ſicut. & de præben. de monachis & c. auaritiæ. Io. And.

¶ SANE. Pro intellectu iſtius §. eſt præſupponendũ primo, ꝙ ſi laicus teneat decimas infeudatas ab antiquo ante concilium: & ideo illas iuſte tenet ſm communem opinionẽ doctorũ, poteſt ipſe laicus iſtas decimas reſtituere eccleſiæ parochiali ſine conſenſu diœceſani: ſed ſi vellet dictas decimas alteri eccleſiæ donare, nõ poſſet ſine conſenſu epi. ſecundo eſt præſupponendum, ꝙ ſi laicus teneat decimas à religioſis, poſſet illas decimas donare religioſis abſque conſenſu epiſcopi.

¶ Caſus hoc præſuppoſito in iſto §. ſic figuratur: Quidam religioſus ab antiquo, ſcilicet ante concilium, habebat decimas infeudatas, illas decimas volebat dare alicui loco religioſo, à quo nõ tenebat dictas decimas: certum eſt ꝙ illas decimas poſſet laicus donare eccleſiæ parochiali, à qua tenebat dictas decimas etiam ſine conſenſu epiſcopi: ſed alteri eccleſiæ vel loco religioſo non poſſet donare ſine conſenſu epiſcopi. Sed vtrum epiſcopus debeat immediate præbere conſenſum huic donationi? Reſpondet Romanus Pontifex quòd nõ: immo antequam epiſcopus conſentiat donationi, debet inducere laicum ad redendum decimas ſuæ eccleſiæ naturali & parochiali: qui epiſcopus ſi per monitionem ſuam non poſſit laicum inducere, ut reddat decimas eccleſiæ ſuæ parochiali, poterit præbere conſenſum, vt illas donet alteri eccleſiæ parochiali, vel alicui loco religioſo. Sed quid? ponamus quòd religioſi aliqui exempti timentes ne ad monitionem epiſcopi mutaretur laicus, & dictas decimas redderet eccleſiæ parochiali, faciebant quòd ipſe laicus recognoſceret illas decimas tenere ab ipſis religioſis, licet re vera non teneret: utrum iſta ficta recognitio præſtet patrocinium ipſis religioſis, vt decimæ aliæ poſſint eis donari ſine conſenſu epiſcopi? Reſpondet quòd non, Sed ponamus quòd religioſi monaſterij noui, qui ſunt exempti à iuriſdictione epiſcopi Pictauenſis, acquirunt de nouo alias terras exiſtentes in mea parochia, ipſi recuſant ſoluere decimas ex illis terris: nũquid potero tales exemptos facere conueniri coram epõ Pictauenſi, vt ipſe cõpellat eos ad ſoluendum decimas ex illis terris? Rñdet ꝙ ſic: & ſic iſte eſt unus caſus in quo exempti poſſunt conueniri coram ordinarijs, videlicet ſi exempti recuſent ſoluere decimas eccleſiæ parochiali: ſed tunc non poſſent conueniri per citationem communem, ſed oportet quòd citatio fuerit formalis, & ſpecialiter faciat mentionem quòd ueniant reſponſuri tali rectori eccleſiæ parochialis ſuper iure decimãdi. Sed ponamus ꝙ de conſenſu epiſcopi laici donauerunt decimas aliquibus religioſis exemptis, quas habebãt infeudatas ante concilium Lateranen. vtrum dicti religioſi exempti poſſint percipere decimas noualium: quia aliqua terra erat in eremo: & per tãtum tempus de cuius initio memoria hominũ non extitit, de nouo fuit redacta ad agriculturam, fuerunt ſeminata aliqua noua ſemina in illa terra: vtrum ex fructibus ſuperexcreſcentibus poſſint religioſi exempti percipere decimas uirtute donationis à laicis ſibi factę? Rñdet ꝙ nõ.

Nota quòd laicis eſt prohibitum recipere decimas in feudum perpetuum poſt Lateranẽ. concilium: ergo uidetur ſecus in temporali, vt no. in c. cum Apoſtolica ſupra de ijs quæ fiunt à Prælat. Dominicus.

d ¶ Aſſenſu.] laicus habebat decimas quas religioſis donare volebat: fingebat ſe per inſtrumentum ab illis habere in feudum, vt ſic quaſi reſtitueret ipſas eiſdem ſine conſenſu epiſcopi: ſed talis fictio non prodeſt, vt hic vides.

e ¶ Lateranenſe.] de priuileg. cum & plantare. 1. reſponſo.

f ¶ Perpetuo.] ſecus ſi ad tempus. & concor. de his quę fiunt à prælat. cum Apoſtolica. in fi.

ADDITIO. Et ſi non appatet an ante uel poſt concilium quid iuris, ibi dixi in glo. fin. Ioannes Monachus, & Archidiaconus hic tenent quod & Hoſtien. Ioan. Andr.

g ¶ Exemptis.] id eſt, de ipſis decimis: vel decimis exemptorum prædiorum.

ADDITIO. Archidiaconus exponit, id eſt, de decimis pertinentibus ad eccleſias exemptas. Ioan. Andr.

† Petr. de Ancha. notat poſt Io. And obſcurius tamen loquentem ꝙ ex donatione priuilegiata Papæ non aufertur eccleſiæ priuilegium, ne cõueniatur vltra id quod facere põt. facit l. in cõdemnatione. l. inter eos. ff. de re iudic. Fõt.

† Hoc eſt concil. Lateranẽ. ſub Alex. 3. c. 9.

a ¶ Iure.] ſupra eod. ex parte 1.
[Glo. vlt. Signat contrarium, & ſoluit.]

b ¶ Eorundem.] ſicut enim ipſi laico non accreſcebãt noualia, vt ſupra eodem, tua. 1. ſic nec ipſis religioſis, qui à laicis perceperunt. ad idem ſupra eo. cum contingat. Arg. contra ĩ. de iure patr. c. 1. Sol. ibi res à laico donata mutat naturã in nullius præiudiciũ: hic fieret præiudicium eccleſiæ parochiali, ad hoc ſupra §. 1. in fi.

¶ Religioſi etiam exempti, de poſſeſſionibus acquiſitis & acquirendis, eccleſiis parochialibus ſoluere debent decimas, ſi priuilegiati non ſunt. hoc dicit. Dominicus.

¶ Cęterum ijdem religioſi, tam exempti, quàm nõ exempti, de terris & poſſeſſionibus acquiſitis hactenus, & amodo acquirendis, decimas integre ſoluant illis eccleſiis quibus eædem poſſeſſiones[a], & terræ prius fuerant decimales: niſi ſuper hoc ſpeciali iure vel priuilegio ſint muniti.

¶ Ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, nouales superuenientes in eodem loco non percipiunt. hoc dicit. Dominicus.

¶ Nec pro eo quòd forte in aliquibus parochijs omnes maiores decimas, ſeu partem illarum acquirunt de manibus laicorũ, poſſunt pro eadem vel ſimili portione (ſi de nouo poſtmodum fiant noualia) in eiſdem petere, vel percipere noualium decimas eorundem: [b]niſi rationabilis, per quam hoc facere valeant, cauſa ſubſit.

TITVLVS XIIII.

De regularibus† & tranſeuntibus ad religionem.

¶ Innocentius quartus.

¶ Si minor xiiii. annis ingreditur religionẽ, in xv. anno liber exit: niſi in ipſo xv. anno profeſſionem fecerit, vel habitum profeſſorum receperit, vel expreſſe ratam habuerit profeſſionem prius à ſe factã. Si autem per totum xv. annum portauit habitum vbi non eſt diſtinctus, intelligitur profeſſus: niſi tãta ſit indiſtinctio, quòd viuentes cum eis ſimili habitu induantur. Si maior xiiii. annis ingreditur: ſi portat habitum per annũ, quantumcunque ſit indiſtinctus, intelligitur profeſſus. Io. And.

CAP. I.

IS †

DE REGVLARIBUS, & tranſeuntibus ad religionem.

IS qui.] Prima pars tractat de impubere monaſteriũ ingreſſo. Secunda de pubere: ibi, Qui vero Tertia declarat diſtinctionem habituum: ibi, Diſtinctos. Prima diſtinguit, an egrediat ante finẽ xv. anni an poſt: & primum permittit: ſed tres caſus excipit. ſecundũ prohibet ibi, Quod ſi. ſi ſint habitus indiſtincti, ſecus ſi indiſtinctiſſimi. Secũda principalis puberem profeſſum eſſe dicit, ſi p annũ tulit habitũ indiſtinctum: ẽtſi ſit indiſtinctiſſimus: & diuerſitatis rõnem reddit: ibi, Quoniã. I. A.

ADDITIO. Guil. in Spec. eo. tit. ver. & ſcias. dicebat hanc decre. fuiſſe Gregor. ix. ſed fuit Innocentij, vt hic apparet.

CASVS. Aliquis minor xiiij. annis intrauit aliquã religionẽ, puta, religionem ſancti Benedicti: poſtea cõpleto anno xiiij. & inchoato xv. anno, aſſumpſit habitũ profeſſorum: vtrum uideatur feciſſe tacitã profeſſionem? Rñdet ꝙ ſic: quod verum eſt, ſecuto poſtea triduo: ideo non põt redire ad ſæculum. idem dicendũ ſi fecerit profeſſionẽ expreſſam: vel ſi ante xiiij. annum fecit profeſſionẽ expreſſam: poſtea ipſo facto maiore xiiij. annis. quia inchoato xv. anno ratificauit illam primã profeſſionem. Sed quid, ponamus ꝙ nouitius non accepit profeſſorum, ſed alium habitum portauit per totum annum xv. quia incepit ſextum decimum annũ: an videatur feciſſe profeſſionem? Rñdet ꝙ ſi in tali religione habitus nouitiorum ſunt diſtincti à profeſſis: & iſte nouitius portauit habitus nouitiorum, & nõ profeſſorum: non uidetur feciſſe tacitam profeſſionẽ: Sed ſi habitus nouitiorum non ſunt diſtincti ab habitibus profeſſorum: tunc per delationem iſtius habitus per totum xv. annum videtur feciſſe profeſſionem tacitam: quòd verum eſt. niſi conuerſi & donati portarent eundem habitum. Sed quid ponamus ꝙ erat aliqua religio in qua non ſolum erant nouitij, ſed ẽt conuerſi & donati: aliquis poſt xiiij. annum accepit illum habitum, & portauit per unum annum integrum ſine reclamatione: vtrum uideatur feciſſe tacitam profeſſionem? Reſpondet ꝙ ſic: licet ſecus ſit ſi talem habitum accepiſſet ante xiiij. annũ: & ſic ante diſcretionẽ animi. Sed ſanctiſſime pater, vellẽ informari à vobis qualiter dicantur habitus diſtincti? Reſpõdet Romanus Põtifex, ꝙ intelliguntur habitus diſtincti, ſiue diſtinctio ſit patens, ſiue non: quia habitus nouitiorum non ſunt benedicti: & habitus profeſſorum ſic: & tunc eſt diſtinctio latẽs: multo magis ſi diſtinctio illa eſſet patens ĩ ſciſſura, colore, vel aliàs. No. primo ex principio ca. ꝙ durante anno probationis nouitius põt facere profeſſionem expreſſam vel tacitam. Sed ſciẽdum ꝙ quando facit profeſſionem expreſſam, obligatur illi monaſterio, in quo fecit profeſſionem: ſed qñ fecit tacitam profeſſionem, ipſe ſolũ obligatur religioni in genere: ita quòd poteſt tranſire ad religionẽ laxiorẽ. Fallit iſtud in Mendicantibus: q̃a quis non põt profiteri intra annũ, & ſi faciat expreſſam profeſſionẽ, eſt ſolũ obligatus in genere religioni. No. vlterius, quod impubes non põt facere profeſſionem expreſſe. Et in hoc religio æquiparatur matrimonio carnali: quod non põt contrahi in ætate impuberi: quod verum eſt, niſi malitia & vigor naturalis ſuppleret ætatẽ: quia tũc ante xiiij. annũ poſſet quis matrimonium contrahere: ſed in religione, hoc eſt in matrimonio ſpiritali, requiritur ꝙ quis compleuerit annum decimumquartum. No. ꝙ ſi impubes non fecerit poſeſſionem poſt xiiij. annũ, non obligatur religioni, niſi fecerit expreſſam profeſſionẽ: vel ſi ſe ingeſſerit actibus cõuenientibus profeſſis, vel profeſſionem prius factam ratificauerit. No. vlterius, ꝙ ex delatione habitus profeſſorum per annum, inducitur tacita profeſſio: & hoc quando in monaſterio non ſunt conuerſi: vel ſi ſint conuerſi habentes habitum diſtinctum. No. ꝙ ſi habitus profeſſorum & nouitiorũ ſint omnino diſtincti, ſi impubes ante xiiij. annum accipiat habitum profeſſorũ, ex delatione ipſius habitus per annũ non inducitur tacita profeſſio ſecus ſi accipis

† De materia huius tituli vide q̃ nouiſſime ſanciuit cõcilium Triden. ſeſ. 25. ti. de Regularibus, & Monialib.

† Vide cõcil. Tri. ſeſ. 25. ti. de Regularib. & Monialib., c. 15. vbi de tempore profeſſionis aliud quam hic ſtatuitur.

accipit poſt xiiij. annũ: quia tunc ex delatione ipſius habitus per annũ inducitur tacita profeſſio. Nota vlterius iuncta glo. ꝙ impubes maior ſeptennio dr̃ habere intellectũ, non tñ plenũ: minor vero nullũ dicitur habere intellectum: nam vt dixit l. 1. C. de fal. mo. ignorat illa ætas qd videat. Not. inſuper, ꝙ quantũ ad obligandũ quem religioni, requiritur ꝙ annus pubertatis ſit completus: & ſic non ſufficit annus cœpt⁹. Not. finaliter, ꝙ profeſſio ante annos diſcretionis, non ligat profitentem, ſed põt ex poſt facto ratificari. Et ſic vr̃ ꝙ id quod eſt à principio nullũ, poſſit ratificari. quod eſt verũ virtute noui conſenſus: & ratificatur vt exnunc, vt non vt extunc de quo ĩ. in regula, ratihabitionẽ. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat.]

[a] ¶ Is qui.] ſi minor xiiij. annis ingreditur religionẽ, in xv. anno liber exit: niſi in ipſo xv. anno ꝓfeſſionẽ fecerit, vel habitũ ꝓfeſſorũ receperit vel expreſſe ratam habuerit profeſſionem prius à ſe factã. Si aũt ꝑ totũ xv. annũ portauit habitum vbi non eſt diſtinctus, intelligitur ꝓfeſſus: niſi tãta ſit indiſtinctio ꝙ viuentes cũ eis ſimili habitu induantur. Si maior xiiij. annis ingreditur; ſi portat habitũ per annũ, quantumcunq; ſit indiſtinctus intelligitur ꝓfeſſus. In fine declarat q ſint habitus indiſtincti. Io. And.

[b] ¶ Annum.] conſummatum: q̃a non ſufficit incepiſſe. quod dic vt ſup. eo. ad noſtrã.

ADDITIO. Hoſt. hic ponit quattuor caſus quibus pubes, & quattuor q̃bus impubes obligantur religioni. & poſt eum hic Io. And.

[c] ¶ Ingreditur.] hic tolle quod eſt ĩ. in tex. in ver. libere poteſt.

[d] ¶ Sequenti.] ſcilicet in xv. anno. ſic 20. q. 1. illud.

[e] ¶ Vel.] repete eo completo, &c. Ioan. And.

[f] ¶ Prius.] ſcilicet ante xiiij. annum.

[Glo. ſeq. oſtendit quod approbat, & quid reprobat.]

[g] ¶ Expreſſe.] & ſic reprobatum eſt qđ Io. no. 29. q. illud. & Ber. ſu. c. ſignificatũ. q dicebãt, ꝙ ſi ꝓfeſſionẽ fecerat ante xiiij. annum: tacite ibi morã trahendo poſt xiiij. annum, videtur eam ratam habere. arg. de deſpon. impu. litteras & c. acceſſit. in anti. Hoſt. autem q hanc vidit decr. & gloſſauit vt patet ex ſuperioribus. in decr. ſignificatum. tenebat quod hic dicitur.

[h] ¶ Sequentem.] ſcilicet xv. ætatis ſuæ.

[Glo. ſeq. exemplificat, quærit & ſoluit.]

[i] ¶ Videtur.] ecce ergo quartũ caſum poſt xiiij. annũ. ergo bene habet ratã profeſſionem factã ante illud ſed tunc demũ cũ lapſus fuerit annus xv. & in ipſo portauerit habitum diſtinctum.

Is qui[a] monaſterium ante xiiij. annum,[b] vt monachus efficiatur, ingreditur:[c] niſi eo completo profeſſionem faciat in ſequenti,[d] vel[e] habitum religionis ſuſcipiat, qui dari profitentibus conſueuit, ſeu profeſſionem à ſe prius[f] factam ratam expreſſe[g] habeat: libere poteſt infra[i] ſequentem[h] annum ad ſeculum remeare. Quod ſi per totum ſequentem annum in monaſterio permanſerit, vbi profeſſorum & nouitiorũ ſunt habitus indiſtincti, profeſſionem per hoc feciſſe, vel ſi quam prius fecerat, ratam habuiſſe videtur:[i] niſi tanta indiſtinctio ibi habitus habeatur, quod & profeſſi, & nouitij, ac etiam alij commu[k]nem vitam cum eis ducentes ſimili penitus habitu induantur. Qui vero poſt quartumdecimum annum[l] habitum religionis aſſumpſerit: ſi per annum † illum geſtauerit, extunc religionem aſſumptam præſumitur veraciter eſſe profeſſus: vbi profeſſi à nouitijs diſſimilitudine[m] habitus minime diſtinguuntur,[n] etiam[o] ſi alij degentes cum eis ſimilibus ueſtibus coutantur; quoniam cum iam hic ad diſcretionis annos peruenerit, quid agat agnoſcit:[p] & ideo ſuſceptum diſcretionis tempore ordinem (poſtquam hunc anni probauerit ſpatio) intelligitur firmiter approbaſſe. Secus autem in illo, qui ante diſcretionis annos habitum induit regularem: cum eorum, quæ tunc agit, plenum[q] non habeat intellectum.

¶ *Hic declarat qui ſunt habitu diſtincti. h. d.*

Diſtinctos † quoque ſeu diſſimiles intelligimus eſſe habitus, ſiue nouitijs ſiue profeſſis diſſimiles veſtes dentur: ſiue benedicantur cum profitentibus conceduntur: ſiue etiam aliquid aliud[r] fiat, per quod nouitiorum à profeſſorum habitu diſcernatur.

¶ Alexander † quartus fratribus Prædicatoribus & Minoribus.

¶ *Prædicatores & Minores infra annum probationis quemquã ad ſui ordinis profeſſionẽ recipere non poſſunt: quod ſi fecerint, receptus alligatus non eſt eorũ ordini; & ipſi à receptione profeſſionis aliorum ſunt ſuſpenſi, & puniendi pœna, q̃ pro grauioribus culpis eis cõſueuit infligi. Ioan. And.*

[k] ¶ Cõem.] vt ſeruiẽtes capellani & ſeculares clerici: & ſi habitus ille religioſus nõ eſſet, ſed forte ſeculariũ clericorum, id eſſet per epm̃ corrigẽdũ. de te c. 2. in an. ſ. eo. ſicut nobis. Sed nũquid cõpellitur talis ꝓfiteri non p̃ciſe, ſed cauſatiue, vt vel profiteatur, vel exeat vt ſ. de elect. cum cauſam. in fin. ad hoc ĩ. eod. vt clerici.

[l] ¶ Annum.] ad idẽ ſ. eo. ex parte.

[m] ¶ Diſſimilitudine.] patenti in colore ſciſſura vel forma: ſecus quo ad hunc caſũ de alia latenti. de qua loquit̃ hic finis, vt in cle eo. tit. eos qui. & vide qđ ibi not. in gl. 2. & glo. licet ergo.

[Gl. ſe. obij. & ſol.]

[n] ¶ Diſtinguuntur.] ſed nonne ibi recipiẽdo habitũ, qui datur ꝓfeſſis vr̃ tacite profeſſus, vt ſ. Illud verũ eſt qñ diſtĩctus eſt habitus: vbi vero nõ eſt diſtĩctus, ſecus, vt hic vides & ſic intelligas ſane qđ no. Ber. ſu. c. ex parte. in vlt. gl. ad fin. & probatur idem ſu. c. ſtatuimus.

[o] ¶ Etiam ſi.] ꝓpter hoc aduerſatur illud, qui vero: qđ in principio § poſitum eſt.

[p] ¶ Agnoſcit.] id eſt cognoſcere debet.

ADDITIO Vel p̄ſumit. ſu de ſen. exco. cum illorũ. in fi. l. A.

[q] ¶ Plenum.] maior ſeptẽnio impubes intellectum habet, ſed non plenum, vt hic vides, minor autem ſeptennio ignorat quid videat. C de fal mo. l. 1.

ADDITIO. C. de iu. deli. ſi infanti ff. de alie iudi. mu. cauſa fac. nam & ſi. de conſe. diſt. 4 eos in fi. ſecundum Archid. qui dicit quòd §. quod vero reprobi. de pœn diſtin. 2. vbi dicitur, quòd neque virtus neque vitium in nobis locum obtinet vſque ad certum tempus, quo grauat infirmitas. de tali tempore vel ætate intellige, quæ non eſt capax. 15. q. 1. firmiſſime. in fin. & cap. ſeq. Ioan. Andr.

[r] ¶ Aliud.] vt quia dentur à certis perſonis, vel in certis diebus, vel formis.

ADDITIO Vel ſecundum Hoſtien. & Io. Mona.

† In antiquioribus codicib⁹ cõſtanter legit̃ ita: infra ipſum ſequentem annũ, &c.

† Cõtinuũ ſcilicet, per no. i Rubrica ff. de diuer. & tẽp. p̃ſcri. atẽ pręposito, per, notat continuationẽ l. Vrbana. §. pnoctare ff. de verbo. ſignifi.

† De materia huius §. vide clem eos, qui. tit. de regularibus & ibi late Zabarellã Imolam, & alios.

† al. ita: Idẽ ſcilicet Inn. iiij. cuius ẽ antecedens đcretalis, & oĩno vr̃ Innocẽtio adſcribẽda, vt indicat initiũ ſequẽtis decreta. ibi, cõſtitutionẽ Innocentianam.

Infans qđ videt ignorat.

non ponitur ſupra chorum, vel non habet vocem in capitulo, niſi ſit profeſſus. Sed iſta exempla non placent: quia non ſonant in diſtinctionem, habitus, ſed actuū. & de hoc vide ſ. eo. vidua. Ioan. And.

[Glo. ſeq. diuidit, & dicit hic poni exceptionem à regula.]

NOn ſolum.] Duo principaliter facit, Primo ponit proœmium ſiue cauſam conſtitutionis. Secundo: ibi, Vobis. ponit conſtitutionem, in qua primo inhibet. Tertio: ibi, Quod ſi forte. ponit triplicem pœnam: Præmitte ꝙ ingredienti religionem datur annus ad probandū regulam. 17. q. 1. Gonſaldus. Sed huic anno pōt ingrediens & recipiens renūciare & ſtatim profiteri ſ. eo. tit. ad Apoſtolicam. Sed iſtud vltimum hic prohibetur in duabus religionibus. Dominicus.

ADDITIO. Et hæc ſupraſcriptio eſt talis qualis ſ. eo. tit. prox. cap. 1. ſed alterius auctoris. Iſta vero decret. non fuerat inter Innocentianas ſicut nec præcedens, ſed extrauagabatur, & qui gloſſauerunt Innocentianas. non gloſſauerunt iſtam partem: tamen eam poſuit & expoſuit Hoſt. in decr. ſtatuimus. ſ. eo. ti. Ioan. And.

¶ Vide omnino qđ nouiſſime ſanciuit conci. Tridē. circa profeſſionē emittendā, ſeſ. 25. ti. de Regularib. & Monialibus c. 15.

CAP. II.

NOn † ſolum: a & infra. b ¶ Licet zelum c animarum habentes, eas lucrari Domino ſollicite cupiatis: quia tamen decet & expedit, d vt conſcientiæ puritati non deſit iudicio rationis, e ne vnde ſpiritualis profectus quæritur, ſalutis diſpendium ſubſequatur: f Vobis de fratrum noſtrorum conſilio in virtute obedientiæ, & ſub pœna g excommunicationis auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne ante annum h probationis elapſum (qui eſt maxime in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus) quemquam ad profeſſionem veſtri ordinis, ſeu † renuntiationem in ſæculo faciendam recipere, i nec conſtitutum infra huiuſmodi annum aliquatenus impedire, quo minus infra ipſum ad aliam religionem, quam maluerit, tranſeat: k vel (niſi maior tamen quattuordecim annis exiſtens, profeſſus ſit tacite vel expreſſe, aut euidenter conſtet illū vitā voluiſſe mutare: quod l

† In manuſcriptis, & alijs ēt impreſſis ita: ſeu renuntiationē ſæculo faciendā, & c. abſque dictione, in.

CASVS. Dictum fuit ſ. cap. proximo. ꝙ quis in anno xv. & ſic in anno probationis poteſt facere profeſſionem tacitam vel expreſſam: ſic quæritur an iſtud ſit verum indiſtincte in qualibet religione? Reſpōdet Romanus Pontifex ꝙ non: ſed fallit in ordinibus Mendicantium: nam Prædicatores, & Minores intra annum probationis, non debent aliquem recipere ad profeſſionem. Sed quid ſanctiſſime pater, ponamus quod ipſi fecerunt cōtrarium: puta quia intra annum xv. & ſic intra annum probationis admiſerunt aliquem ad profeſſionē ſui ordinis: an ſint puniendi aliqua pœna, & qua pœna debeāt ipſi puniri? Rūdet, ꝙ ipſi puniuntur, quia ipſo facto ſunt ſuſpenſi à receptione aliorum religioſorum ad profeſſionem. Item debent puniri aliqua pœna, quæ deberet illis imponi pro grauioribus delictis ſecundum conſuetudinem vel ordinationem ſuæ regulæ: & receptus ſic ad talem profeſſionem intra annum probationis, non eſt obligatus ipſi religioni in ſpecie, in qua fecit profeſſionem: eſt tamen bene obligatus religioni in genere, ita ꝙ tenetur profiteri aliquam religionem approbatam. Sed quid de Eremitis ſancti Auguſtini & Beatæ Mariæ de Carmelo: vtrum ſit idem dicendum, vt non debeant aliquem recipere ad profeſſionem intra annum probationis: & ꝙ ſi contrarium fecerint, puniantur dicta pœna? Reſpondeo, quòd ſic: Diſpendium. Erant nonnulli Mendicantes, qui quadam leuitate ducti faciebant profeſſionem: & cum ſentiebant duritias religionis, dimittebant religionem, & efficiebantur apoſtatæ: & ideo ordinatum fuit, ne de cętero Mendicantes reciperent aliquos ad profeſſionem ſuæ religionis intra annum probationis: qui annus probationis fuit introductus in fauorem vtriuſque, videlicet in fauorem monaſterij, vt monaſterium cognoſcat mores intrantis: & in fauorem intrantis, vt ipſe videat an poterit ſuſtinere duritias religionis. cap. ad Apoſtolicam. eod. tit. in antiq. Nota primo, ꝙ Mendicantes non poſſunt aliquem recipere ad profeſſionem durante anno probationis. Nota vlterius, differentiam inter tacitam profeſſionem & expreſſam: quia expreſſa profeſſio in aliquo monaſterio facta obligat illi monaſterio in ſpecie. quod verum eſt, niſi quis vellet tranſire ad ſtrictiorem religionem: ſed ad laxiorem non poteſt, niſi petita & obtenta licentia: ſed tacita profeſſio obligat ſolum in genere: ſed tūc adhuc requiritur ꝙ ſit ætatis perfectæ: & ꝙ fecerit profeſſionem ſcienter: & ꝙ perſeuerauerit per triduū. Nota inſuper, ꝙ ex profeſſione facta in religionibus, dicitur anima ingredientis lucrifieri Domino ꝙ eſt verum, ſi regula obſeruetur. Sed ſi non ſeruatur, perditur anima & corpus ad hoc 47. diſt in. quātumlibet. Nota finaliter, quod conſcientia non regulata ratione, inducit diſpendium ſalutis æternæ. quod facit contra illos qui ex quolibet momento vel inſtinctu mouent conſcientiam ſuam ad aliquid agendum. vide de ſimo. per tuas. Dom.

[Prima gloſ. ſummat, & dicit hic poni exceptionem à regula.]

a ¶ Non ſolum.] Prædicatores & Minores infra annum probationis quemquam ad ſui ordinis profeſſionem admittere non poſſunt: quod ſi fecerint, receptus alligatus non eſt eorum ordini, & ipſi à receptione profeſſionis aliorum ſunt ſuſpenſi, & puniendi pœna, quæ pro grauioribus culpis eis conſueuit infligi. excipit decretalis iſta à regula quam habuiſti ſ. eod. ad Apoſtolicam.

b ¶ Et infra.] deciſum hoc fuit: quia habebatur ſ. eo. ad Apoſtolicam. & c ſtatuimus.

c ¶ Zelum.] quaſi dilectionis feruorem. ad idem ſ. e. lib. de re. iud. ad Apoſtolicæ. in prin.

d ¶ Expedit.] de baptiſmo. maiores, ſ. eo. lib. de ele. cum expediat, & c. cum non deceat. Ioan. And.

e ¶ Rationis.] † ratio enim quæ à diſcretione procedit, non debet deeſſe: eſt enim omnium virtutum mater diſcretio. 1. q. 5. præſentium. ſ. de off. cuſto. c. 1. I. A.

† Vide B. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 5. vbi rationē ▪ merat inter partes prudentiæ.

f ¶ Subſequatur.] ad idem de deci. quamuis. de hære. cum ex iniuncto. in antiq.

[Gloſſ. ſeq. recit. per quæſtionem, ſolutionem, & remiſſionem.]

g ¶ Sub pœna.] contra faciens non erit propter hoc excommunicatus, vt ſ. de iure patron. relatum. quod dic vt not 63. diſt. c. Salonitanæ. de ſimo. ſicut 2. de fugit. cap. vnico.

h ¶ Annum.] interdum inuenitur de biennio: interdum de triennio & de hoc dic vt not. 17. q. 2. Gonſaldus. ſ. eo. ad Apoſtolicam 2.

i ¶ Recipere.] præſumatis, quod eſt in fine.

k ¶ Tranſeat.] ſequebatur in antiqua: ſicut de ſua voluntate, & c. quod eſt infra. Iſte igitur verſiculus qui ſequitur vſque ibi: ſicut. additus eſt per compilatores huius libri: & hoc ne aliqui crederent, ꝙ talis non poſſet redire ad ſæculum: quia ſolum dicebatur, ad religionem, &c.

l ¶ Quod tamen.] ad declarationem eius quod habes ſ. eo. conſulti. & c. ſtatuimus.

tamen non præſumitur, niſi clara probatione, vel competentibus indiciis [a] oſtendatur) omnino ad ſæculum redeat, ſicut de ſua uoluntate proceſſerit, præſumatis. ¶ Quòd ſi forte contra hanc noſtram prohibitionem quemquã recipere [b] præſumpſeritis, decernimus eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus veſtro [c] eſſe ordini alligatum, voſque à receptione quorumlibet ad profeſſionem eiuſdem ordinis fore ipſo facto ſuſpẽſos: [d] & inſuper [e] pœnæ ſubijciendos, quæ fratribus ipſius ordinis pro culpis infligi grauioribus conſueuit. [f]

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Decretalis. Non ſolum extenditur ad omnes Mendicantes: in aliis vero profeſſio expreſſa, religioni cui fit: tacita autem generaliter obligat intra annũ. h. d. ſecundum Zenz.*

CAP. III.

Conſtitutionem [g] † Innocentianam, quæ prohibet conuerſorum profeſſionem recipi ante annum probationis elapſum: piæ memoriæ Alexander Papa iiij prędeceſſor noſter, ad fratrum Prædicatorum & Minorum ordines duntaxat declarauit [h] extendi: Vnde nos pari ſimilitudine rationis inducti, [i] declarationem eãdem ad aliorum Mendicantium ordines prorogamus. [k] ¶ In alijs autem religionibus [l] profeſſio expreſſe vel tacite fieri poteſt licite [m] infra annum. Sed expreſſe emiſſa (etiam ſæculari habitu non mutato [n]) illi religioni præciſe obligat, quam profitens eſt profeſſus. Tacite vero facta infra [o] probationis annum per ſuſceptionem habitus, [p] qui profitentibus tantum datur, non illi ſpecialiter, cuius habitus eſt ſuſceptus, ſed generaliter religioni alicui recipientem obligat: [q] ſi ætatis [r] aptæ ſit: ſi ſciens, [s] & voluntarius, [t] ac triduo [u] perſeueret.

a ¶ Indiciis.] vt ſi beneficio renuntiauit, [1] vel de bonis propriis verbo & re diſpoſuit vel ſimilibus modis.
ADDITIO. Dominus Aluarus Hiſpanus decretorũ doctor de bonis proprijs re & verbo diſpoſuit, cum ingreſſus fuit ordinem Minorum: de quo ſic refert Archid. & mihi conſtat. Io. And.

b ¶ Recipere.] ſcilicet ad profeſſionem inf. annum probationis.

c ¶ Veſtro ordini.] no. quia profeſſio tacite vel expreſſe facta inf. annum probationis non obligat ordini: tamen obligat [2] religioni, vt ſup.
[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.

d ¶ Suſpenſos.] dixit Hoſtienſis ꝙ ſuperior qui non peccauit, poteſt ipſum abſoluere. Arg. de ſent. excõ. nuper. in antiq.
ADDITIO. Dicit Arch. ꝙ hoc vix credit, cum hoc non ſit cõceſſum: & ideo abſolutionem reſeruat illi, qui legauit. Io. A.
[Glo. ſeq. recitetur per obiectionẽ & ſolutionem.]

e ¶ Et inſuper.] nota ꝙ quis multiplici pœna punitur: ratio, q̃a altera per ſe non ſufficiebat, vt no. ĩ. de iudi. at ſi clerici. in fi.

f ¶ Conſueuit.] ipſa cõſuetudine inſpecta, vel ordinationibus, quæ ſunt ſecundum regulam.

Conſtitutionem.] Pars prima de Mendicantibus: Secũda de non Mendicantibus: ibi, In alijs. Item prima facit duo: Primo ponit declarationem. Secundo prorogationem ibi. Vnde. Secunda etiã facit duo. Primo ponit regulam, quam diſtinguẽdo duo membra, declarat. Primum ibi, Sed expreſſe. Secundum ibi, Tacite. Io. And.

Præmitte quod habes in c. præcedenti. Dom.

CASUS. Litteralis huius ca. patet in c. ſ. prox. qm̃ caſus ibi poſitus hoc illud cõprehendit. No. primo ꝙ appellatione conuerſorum poſſunt comprehendi illi, qui ſunt in religione ad probationem regulæ. No. ſecundo, ꝙ ad ſolum Papam pertinet extendere legem exorbitantem ad alios caſus non expreſſos. Dom.

g ¶ Conſtitutionem.] ſup. cap. prox.

h ¶ Declarauit.] eius declarationẽ hodie nõ habemus.
ADDITIO. idem Io Monac. & Archid.

i ¶ Inducti.] ſ. de tranſla. inter corporalia. de reſcr. inter ceteras. in antiq. C. ad leg. Falc. l. vlt.

k ¶ Prorogamus.] prima facie iſta decret. videtur facere ad quæſtionem, qua quæritur an conſtitutio. Super cathedrã extrauagans Bonifacij: quæ habetur in cle. de ſepul. dudum. extendatur ad alios Mendicantes, quam Prædicatores & Minores: & videtur ꝙ ſic, per hanc litteram. Sed contrarium pronunciaui, [3] vt dixi j. de reg. iur. quæ à iure. & ibi vide decr. iſta facit pro hac parte. Dico enim quòd hic Bonifacius non dixit, declaramus: ſed dixit, prorogamus: vnde licet eadem ratio eſſet in alijs mendicantibus, quæ in Prædicatoribus & Minoribus: tamen conſtitutio illa non extẽderetur ad illos, niſi hic p Bonifaciũ prorogata fuiſſet: vnde Alexander declarauit: ſed Bonifacius prorogauit, vt vides. Regulę ergo, & antiquo iuri ſtandũ eſt, niſi inquantũ reperimus receſſum, vt in prædicta regula dixi.
ADDITIO Facit j. de pœn. cap. Romana. de hære. ſtatutũ. 2. in fin. 1. reſpon. Et facit qđ canonici Mutinen. in fi. argumentorũ. & in principio ſolutionis, quã vide in regula, odia. j de reg. iur. Io. Andr.

l ¶ Religionibus.] ſ. non Mendicantium.

m ¶ Licite. In Mendicantibus etiam poteſt fieri, ſed non licite, ſ. cap. prox. dixi. [Idem archidiac.]

n ¶ Non mutato.] ad idem ſ. eod ſicut nobis. habitus enim nõ facit monachum, ſed profeſſio regulę. ſup. eo. tit. porrectum.

o ¶ Infra probationis.] ergo de illa tacita quæ fit per lapſum anni non loquitur hic, de qua ſupra eo. c. 1 § qui vero. & ſ. eo. ex parte. in illa ergo non licebit infra triduum pœnitere, vt in iſta: quia non reperitur de illa hic ſtatutum.

p ¶ Habitus.] hoc diſtincti non ſunt habitus profeſſorum à nouitijs, vt ſ. eo. c. 1. dixi.
ADDITIO. Hoc ſonat, quòd ſi habitus eſt communis & indifferens: tunc requiritur perſeuerantia animi tridui tantum, vt ſ. tit. prox. poſt princ. Io. Andr.

q ¶ Obligat.] quo ad hanc obligationem ex tacita, non dicam differentiam inter Mendicantes, & non Mendicantes, vt ſupra eodem cap. proxim. ſed ſic in expreſſa: quia illa obligat illi religioni in non Mendicantibus: in Mendicantibus ſolum religioni in genere, vt ibi, vt hic.

r ¶ Ætatis.] maior 14. in mare 12. in fœmina.

s ¶ Sciens.] ſecus non intelligens, vt ſi furore laborat. ſupra eod. ſicut tenor.
ADDITIO. Niſi poſtea ratificet. & hic ponit Arch. obiectionem de ſimulante, quam poſt Inn. ſcripſi. ſup. eo. tit. in antiq. c. 2. ſuper ver. per vim. quod ibi decido. Ioan. And.

t ¶ Voluntarius.] ſecus ſi inuitus, 20. q. 3 præſens. ſup. eo. cum virum.
[Glo. ſeq. recitat tres opin. antiquas.]

u ¶ Triduo.] terminata ſunt varie notata ſup eo. tit. ad noſtram. Quidam dicebant ꝙ iſtud diſpenſatiue [4] Io-

1 Sine proteſtatione, ꝙ non intẽdit ꝓ id dimittere ſæculum: ne obſtet ſ. de renunc. ex tranſmiſſa. Io. Andr.

2 Vide concilium Triden. initio. ca. citatum, cuius verba contrarium indicant.

† Hic quoque tenendum quod ſanciuit concil. Tri. ſeſ. 25 de Regular. & Monialib. c. 15.

3 Hodie prorogata eſt p Clemẽtem ad Eremitas S. Aug. & per D noſtrum Papã Ioã. ad Carmelitas. & hoc cõſtat. Io. And.

† al. ita pari ſimilitudine rationis, &c.

4 Hu. plus dicebat, ꝙ non hẽbat illã pro decretali. hoc not. 27. diſ. quod interrogaſti. & Ioan. ponit eius dictũ 20. q. 3. c. 1. Ioan. And.

quebatur: alij, quod illud ſpeciale propter electionem: alij, quòd quinque ibi concurrebant, propter quæ pęnitentia tridui locum habuit. Primùm quòd ſine deliberatione intrauit. Secundum, quòd illectus: Tertiũ, quia ſine probatione ſuſcepit habitum profeſſorum: Quartum, quia prope pueritiã: Quintum, quia infra triduum pęnituit. [Non perſeuerando in habitu: alias ſecus, vt hic in fin.] & hoc tenet ibi Goff. & recitat Hoſtienſis. Vides quòd hodie ius eſſe comune declaratur, ſcilicet quòd per profeſſionẽ tacitam factam p receptionem habitus profeſſorũ infra annum probationis, quis nõ obligatur, niſi triduo perſeueret. ſimilis dilatio temporis. C. de erro. aduo. l. vlt.

¶ Idem Pariſieñ capitulo.

¶ *Beneficium ingredientis religionem infra annũ probationis (exceptis caſibus hic expreſſis) non eſt alteri conferendum: interim tamen debebit per aliũ beneficio deſeruiri, aſſignata eidẽ ſubſtituto congrua portione, vnde viuere poſſit: hoc dicit Ioan. de Fan.*

CAP. IIII.

BEneficium [a] † illius qui religionem ingreditur, non eſt infra probationis [b] annum alicui conferendũ: [c] Niſi ad

Beneficium.] Poteſt diuidi in tres partes. Primo ponit regulam: Secundo. ibi, Niſi. quattuor caſus exceptos: Tertio: ibi, Sed interim. prouiſionem.

CASVS. Titius clericus obtinens beneficium eccleſiaſticum, intrauit religionem, & accepit habitum, tamen non fecit adhuc profeſſionem tacitam vel expreſſam, ſed adhuc in anno probationis eſt: Epiſcopus ad quem ſpectat collatio illius beneficij vult illud conferre durante anno probationis: an poſſit? Reſpondet Romanus Pontifex quòd non. quod verũ eſt, niſi in caſibus certis: Primus caſus eſt, ſi intrans religionem infra annum probationis conſentiat, vt epiſcopus poſſit tale beneficium conferre: quia tunc epiſcopus poſſet de illo beneficio diſponere: nam talis conſenſus habetur pro renunciatione: Secundus caſus eſt, ſi intrans religionem durante anno probationis fecit profeſſionem tacitam vel expreſſam: quia tunc vacaret beneficium, etiam, ſi illa profeſſio ſolum obligaret ad religionem in genere: Tertius caſus eſt, ſi appareat quod intrans religionem voluerit omnino vitam mutare: & dimittere ſæculum: & tunc ſtatim quod conſtaret de mutatione vitæ, poterit conferri beneficium. Sed ſanctiſſime pater, ſi pendente anno probationis non vacet beneficium, quid fiet de beneficio, quia nouitius illi beneficio deſeruire non poteſt? Reſpondet, quòd illi beneficio erit prouidendum de vicario, qui deſeruiet in diuinis: & pro ſuſtentatione vitæ habebit congruam portionem ex redditibus beneficij. Not. primo principalem effectum, ad quem emanauit præſens ca. quod pendente anno probationis non vacat beneficium intrantis religionem: ideo epiſcopus illud beneficium conferre non poterit, niſi in caſibus hic expreſſis. Not. quòd ſi conſtet ingreſſum religionem voluiſſe vitam mutare? quia declarauit animum ſuum quòd nunquam rediret ad ſæculum: tunc beneficium cenſetur vacare. Not. vlterius, quòd cum beneficiatus non poteſt deſeruire ſuo beneficio, diœceſanus debet prouidere conſtituendo vicarium, qui illi beneficio prouideat: & illi vicario aſſignabitur congrua portio, & reſiduum reſeruabitur intranti vel ſucceſſori. Sed nunquid intrans religionem poteſt habere fructus ſui beneficij durante anno probationis? Reſpondet quòd non: ſed fructus conſeruabuntur & ſi intrans religionem reuertatur ad ſæculum, illos fructus recuperabit: non autem habebit illos fructus ipſe intrans durante anno probationis. Ratio eſt: quia exiſtens in anno probationis, debet eſſe in ſumma paupertate: aliàs non poſſet experiri aſperitates religionis.

[Prima gloſſa dicit quid declaret, & quid ponit.]

a ¶ Beneficium.] Emanauit ad declarationem decre. ſupra de renun. ex tranſmiſſa. & eorum quæ not. Ber. & moderni. ĩ. eod. ſtatuimus. & Ioan. 27. q. 2. deſponſatam. & 17. q. 2. Gonſaldus. Et ponit hæc decre. regulam & quattuor caſus exceptos.

ADDITIO. Et dirigitur capitulo Pariſien. quia ibi fuit caſus de facto in canonico ingreſſo ordinem Prædicatorum, cuius præbẽda fuerat infra annum collata: & fertur ꝙ prius epiſcopus per procuratorẽ vocato notario illum requiſiuerat quòd expreſſe ꝓfiteretur, vel renunciaret, aut exiret: qui reſpondit, in hoc ordine profiteri nõ licet, ſcilicet ĩ. annum. ĩ. c. 2. renunciare nõ placuit, exire nõ decet. Et iſta dictio, beneficium, ſumitur hic large, vt comprehendat etiam maiora. facit ſupra de ver. ſig. cap penul. & de hoc infra de reg. iur. cap. 1. Ioan And.

Vide concilium Triden. ſeſſio. 23. de reformatione, cap. 1.

[Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem.]

b ¶ Probationis annum.] per hanc litteram credo, ꝙ ſi minor xiiij. annis ingrediatur religionem, quod ante finem xv. anni beneficium ſuum non poterit [1] conferri: quia xv. annus eſt annus probationis illi. ſupra eod. tit. & lib. cap. 1. quod verum eſt, niſi poſt annum xiiij. aliquod de iis quæ ſequuntur, interueniat: beneficio autem nihil deperit cum de prouentibus illi deſeruiatur, vt dicitur in fine.

1 Idem hic Archidiaconus.

[Glo. ſeq primo ſignat contrarium: quod dupliciter ſoluit: ſecundo ſoluit dubium: tertio quærit & ſoluit: quarto quęrit, ſoluit, & ſolutionẽ declarat: quinto quærit arg. pro & contra, & ſoluit.]

c ¶ Conferendum.] contra vt in prædicta decre. ſupra, de renun. ex tranſmiſſa. vbi tenuit collatio facta infra annum probationis. ſed dic ſecundum Hoſtien. quòd ibi cum recuperauerat bona ſua, renunciauerat [2] beneficio ſuo expreſſe in ingreſſu, vel ante ingreſſũ: quod ſatis videtur: aliàs quare decr. illa poneretur ſub tit. de renunc. Vel dic, quòd illa intelligitur ſecundum primũ caſum inferius exceptum. [3] Secundum alios nõ poteſt intelligi: quia Papa non mandaſſet poſtea illum de nouo recipi. Si igitur beneficium tale non eſt conferendũ: ergo tempus non currit ei ad quem ſpectat conferre. in antiq. de conceſ. præben. quia diuerſitatem de elect. ca. vlt. & merito, cum adhuc non vacet effectualiter, nõ currit tempus: cum non niſi à vacatione currat. ĩ de ele. ne pro defectu. de conceſ. præb. ca. 2. Sed quid dices, ſi non habebat ius in re, ſed ad rem: nunquid petit infra probationis annum ius illud? Credo eadem ratione quòd non: [4] & in decr. de conceſ. præb. ca. vlt. illud fuit ꝑ reuocatoriam & eius verba, ad idem de præb. ca. antepe. Sed nunquid conſtituto in probatione poterit conferri beneficium? Puto ꝙ non: quia dubius eſt ſtatus, & iã fingitur ibi religioſus quo ad priuilegiũ immunitatis. ĩ. de ſen. excom. religioſo. 2. reſponſo & ſtatu dubius nõ promouetur ad militiam. ff. de re. mili. qui ſtatus, ff. de lib. cau. qui de libertate. & iam per hoc induceretur ad religionẽ dimittendam, quod eſſe nõ debet. ĩ. de elect. quorundã. 12. q. 2. bonæ rei. nam plantare religionem, & plantatam fouere debemus. ĩ. de priuileg. cum & plãtare. & hoc intelligo de beneficio quod per regulares poſſideri non poſſit. ad epatum aũt in ſæculari & regulari eccleſia talis eligi poteſt. ĩ. eod. lib. de elect. nullus. Sed nunquid canonicus eccleſiæ cathedralis, qui eſt in probatione habitus & regulæ in aliquo monaſterio vocari dẽt ad electionem epi, q̃ tunc imminet faciẽda: & dicamus monaſterium eſſe in loco vicino, de quo aliàs vocari deberet: & quòd non apparet illum vitam voluiſſe mutare? Et videtur quod ſic, [5] per iſtam decre. retinet

2 Proteſtando tamen, quòd ꝑ id nolebat obligari religioni ẽt in genere. Do. Fon.

3 Proteſtando, vt ĩ. domi. Font.

4 Ita Dom. quia nõ ꝓfeſſus illi non renunciat. Font.

5 Archidia. ſcilicet quẽ mihi videt̃ approbare Pet. de Ancha. & Phi. dum reprobat rationẽ Dom. tenẽtis gl. Fon.

id ipſius accedat aſſenſus, [a] † aut conſtet [b] quòd vitam voluerit abſolute mutare, vel profeſſionem [c] expreſſam fecerit, ſeu [d] ſcienter [e] habitum receperit profeſſorum. [f] Sed interim [g] eidem beneficio per alium † deſeruiri debebit, [h] aſſignata ſibi congrua de ipſius prouentibus portione. [i]

† al. cōſenſus.

net enim beneficiū ſuum: ergo & iura ex eo prouenientia, nec enim ex eo quòd ad bonum aſpirat, & vitā religioſam probat, debet eius conditio fieri deterior. 15.q.1. ſunt nonnulli. Item video ꝙ contrahit matrimoniū carnale: ergo & ſpirituale ꝯhere poterit: licet enim de vno ad reliquum arguere 21.q.2.ſicut. & tranſlat. per totū. Itē eligere prælatum eccleſiæ etiam ep̄m, ca dit in religioſum etiam profeſſum ĩ. de elec. Cumana. immo & religioſi ad talia ſunt vocandi 63.diſ. obeuntibus. Item video, quòd in ſtatu libero inſpicimus ſtatum priſtinum. ff de ſtatu liber. l. ſtatu liberum. & l. ſtatu liberi à cæteris. ſic & in nouitio priſtinum, & non ſtatum regularem, qui forte erit, & forte non erit, conſiderare debemus, maxime cum præcedens ſtatus certus ſit, & ſequens incertus. ad hoc de pœn. diſt. 7. c. vlti. Item iacens hæreditas obtinet vicem defuncti, qui certus fuit, non hæredis, qui eſt incertus: quia licet ſit inſtitutus, forte repudiabit. Inſti de hære. inſti. §. ſeruus alienus. Itē appellatione, denunciatione, & lite pendente nil debet innouari in præiudicium appellantis, denunciantis, vel litigantis. 2. q. 6. c. poſt appellationem. §. appellatione. ff nil no. in rub. ro & nigro. ſupra de no. oper nunc. per totum. ſupra vt li. pend. c. 1. & 2. ſic & tempore probationis in præiudicium nouitij, eo abſente non fiet electio. Item dato quòd nollet, vel non poſſet venire, procuratorem conſtituere poterit per concilium: quia propter. de elect. in antiq. pro hac parte facit, ff. de bo. poſſ. ex teſta. mili. l. vnica. in fi. & ff. de le. 3. l. quæſitum. 1. reſponſo. & ff. de fun. inſtr. & inſtru. leg. l. Seiæ. §. Pamphilæ. & l. prædia. ¹ In ꝯrium vr̄: quia in ſolitudine & ſilentio debet fieri probatio. ad id 16. q. 1. c. 1. & 2. de ſta. mona. cum ad monaſterium. & ex exitu clauſtri timetur periculum. de pœn. diſtin. 5. c. 1. ad fi. & qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt, & c. de ſta. mo. recolentes, & talis quis eſſe putatur, qualem habitum oſtendit. ĩ. de ſent. excom. ſi iudex laicus. & diſſimiliter viuere debet nouitius, ne videatur ſæculum mutare, non fugere. 53. diſt. legem. & pp ſimilitudinē computatur quis in eorum numero, in quorum numero in veritate non eſt. ĩ. de biga. nuper. Item talis quo ad immunitatem religioſus cenſetur. ĩ. de ſen. excom. religioſo. 2. rn̄ſo. & bene facit littera ipſius decretalis, quæ dicit talem non eſſe religioſum cum effectu: quaſi diceret eum religioſum, ² ſed reuocabiliter, ad inſtar eius quod dicitur de tacite profeſſo, qui pœnitet infra triduum. ſ. eo. tit. & lib. conſtitutionem. & in antiq. c. ad noſtrā. vnde iura. ſ. eo. ſuper eo. conſulti. poſtulaſti, ſtatuimus & ſ. eo. li. & tit. c. 1. & 2. dāt talem redire vel remeare ad ſęculū: patet igitur ꝙ ſæculum exuerat. aliàs redire non poſſet. & eſt ſimile. de conſecr. diſt. 3. qui in maternis. & ſup. de hęre. accuſatus. debet ergo iſte nouitius aut in totum dimittere, aut in totū amplecti, ſicut pupillus: aut omnia nomina tutoris debet rata habere, aut omnia reſpuere. ff. de adminiſtr. tuto. cum quæritur. ad idem de conſecra. diſt. ſecunda, comperimus. Item dato, quòd in alijs tractatibus capituli abſentes, non debent vocari, ſecundum ea quæ not. 10. quæſt. 2. hoc ius, & dixi ſupra, de teſtib. præſentium, tamen nō poteſt negari, quin debeant vocari ad receptiones canonicorū: & ad ceſſationes diuinorum faciendas. ſ. eo. li. de præb. cum in eccleſijs & de offi. ord. quamuis. Si igitur ad electionē prælati. & ad prædicta vocabitur, & ſic ſæpe diſcurret, quomodo monaſterium probabit mores eius? Forte tunc inhoneſte viuet cum exibit clauſtrum: & ſic infringentur decre. ad noſtram. ſup. eod. tit. in antiq. Item iſte incertus de ſtatu ſuo, certam legem dicere non poteſt ³ ff de teſtam. l. qui in domini. & l. ſeq. & idem in eo qui ignorat an ſit captiuus, an à latrunculis captus, ff de leg. 3. l. 1. 1. reſponſo. ergo nec electionem facere, quæ debet eſſe certa. ſupra eodem lib. de elect. c. 2. & bene facit pro hac parte: qui cleric. vel vouen. conſuluit. vbi dicitur quòd habitus ſine profeſſione impedit ne contrahatur. ad idem ſupra, de offic. delega. iudex, eodem lib. vbi per ſolam propoſitionem recuſationis etiam ante cauſam finitam impeditur delegatus Papæ facere quod alias ſibi de iure competit, ſcilicet delegare, niſi volente recuſatore. ſic dicam, quòd ante profeſſionem per ſolam probationem impediatur talis eligere, niſi de gratia per capitulum vocaretur. ⁴ ad idem bene facit ſupra eodem lib. de tempo. ordin. cum nullus in fi. & infra, de priuileg. cap. 1. in fin. vbi qui reuocabiliter manet in loco, naturam loci ſortitur. Ad idem optime ſup. eod. lib. de procur. c. 2. duobus modis: Primo, quia ibi ingreſſus religionis, intelligo etiam cauſa probationis, vt ibi dixi, & abſentia in loco remoto, æquiparantur: ſed ſi remoto loco iſte eſſet abſens, non deberet vocari: ergo nec ingreſſus religionem. Item ibi procurator, qui erat dominus litis per conteſtationem, per ingreſſum religionis amittit vſum litis: ſic dicam canonicum per ingreſſum amittere vſum vocis, quam in capitulo habebat: amittere dico quo ad actum, non quo ad habitum. ad idem C. de cura. furio. cum alijs & hoc verum credo: puto enim locum eſſe illi clauſulæ concilij: Quia propter. volunt & poſſunt, &c. quaſi iſte ſic in probatione manendo interim videatur nolle. Nec obſtat hæc decret. non enim ſimpliciter ex iure beneficij procedit ius eligendi: quod probatur ſ. de elec. cum in cunctis. & c. cum Vinton. & ſup. eo. lib. eo. tit. ex eo ꝙ cle. vt hi qui. de ætate & qual. cum ſi. Secus crederem in patrono, vel in eo ad quem non de iure collegij, ſed iure ſingulari ſpectaret electio.

ADDITIO. Et in his procedat dictum Archidiac. fortius enim eſt ius quòd ſpectat ad aliquem iure ſingulari: quàm quod ſpectat iure collegii: & facilius euellitur ſecundum, quam primum, vt patet per not. de conſtit. cum omnes. in prima glo. in ant. hinc eſt etiam quòd ius collegij non tranſit in monaſterium per profeſſionem: ſed ius priuati bene tranſit. 19 q 3. ſi qua. Ioan. And.

[a] ¶ Aſſenſus.] tunc enim beneficio renunciat: & ideo licite alteri confertur. & ſic intelligatur decr. ſupra, de renun. ex tranſmiſſa.

[b] ¶ Aut conſtet.] ſecundus caſus. dic, conſtet, clara probatione, vel competentibus indicijs. ſup. eod. tit. & lib. non ſolum.

[c] ¶ Vel profeſſionem.] tertius caſus intelligo alicui de approbatis religionibus, vt ĩ. tit. prox. c. vnico.

[d] ¶ Seu.] quartus caſus.

[e] ¶ Scienter.] ſup. eo. ſicut tenor. & ſ. cap. prox.

[f] ¶ Profeſſorum.] vbi diſtinctus eſt, vt dixi ſupra eod. tit. & lib cap. 1.

[Glo. ſeq. dubium & obiectionem ſoluit.]

[g] ¶ Sed interim] prouidit perſonis: modo prouidet eccleſijs. ad idem ſupra, de elect. cum nobis olim. & c. cum ex eo. eod. lib. & prouiſio executioni mandabitur per epiſcopum vt in prædict. decret. cum ex eod. § porro. ſed ſponſæ non ſic eſt per vicarium prouidendum: & ideo ibi tempus arctatur de conuer. coniug. ex publico propter quod dicebant quidam idem in clerico beneficiato: & male.

[h] ¶ Debebit.] in officijs diuinis, etiam in cura, ſi curatum eſſet beneficium.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.]

[i] ¶ Portione.] & reliqua portio conſeruabit ipſi eidē. Io. Andr. Vel in vtilitatem eccleſiæ expendatur, ſ. eod. lib.

† Ab ep̄o deputandā conc. Trid. ſeſſ. 6 de reſor. c. 2.

¶ Iſtæ rationes pertinentes faciunt ad q̄ſtionē glo. Fon.

¹ Iſta motiua Arc. pertinentius allegarētur ſi quæreretur vtrū nouitius veniēs ad electionem ſit admittendus. hoc voluit Io. And. in nouel. (ibi, nota, quia qō) non autem voluit approbare Arch. ſicut Phi. credit. Font.

² Pute Io. An. Domi. alleg. l. cum patet §. 2. ff de lega. 2. ſed Arch. dicit ꝙ talis tranſitus in religionem eſt conditionalis: q̄a aliàs ꝯcia tua interim eſſent monaſterij. Auth. ingreſſi. cuius ꝯtrariū hic patet. vide Feli. c. in præſentia. de ꝓba. Font.

³ Sequunt Ioan. And. Do. per l. 1. §. largius, ff de ſucce. edi. l. 1. 1. reſpō. de le. 3. Font.

lib. de elect. quia ſæpe. de offi. ord. præſenti. §. porro. eo. lib. Nec credo ꝙ dari debeat ipſi qui eſt in probatione: iam enim non bene probaret, ſi tales redditus interim haberet. Barth. Brixi. ꝯdicens ꝙ Tanc. ſic tenebat, ſcilicet ꝙ interim debeat habere fructus: quia adhuc non eſt monachus, & poteſt reuerti. hoc dixit in quæſtione, quidam clericus, circa finem quæſtionū ſuarum. Et venerialis. 69 Fatetur tñ ibi ꝙ conſuetudo ſe habet in contrarium.

3 Arch qui tenet cum Tā & Bar. Brix. reſpōdet ad hæc duo capitula ꝙ loquū tur i eccleſijs vacantibus: iſtud aūt non vacat, vt hic patet. Ioan. Andr.

† Vide B. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 3 & q. 189. ar. 4. & 8.

Qui ſimplex votum de certa religione intranda tollitur per ſequens ſolēne alterius religionis & laxior. h. d. Et ponit dictum, cuius rationē interſerit: ibi, Cui tamquā & ſubdit de pœna: ibi, Pro voto. Præmitte quòd eſt dare votum ſolemne, & votū ſimplex: de quibus ī. tit. prox. cap. 1.

CASVS. Ponamus ꝙ ego feci votum de intranda religione S. Benedicti: & ſteti in ſimplicib. finibus voti: poſtea voto nō cōpleto intraui religionē laxiorē, puta religionem S. Auguſtini: & feci votū ſolemne: nunquid per iſtud votum ſolēne eſt ruptū primum votum ſimplex? Rūdetur ꝙ ſic: tñ peccaui rumpendo primum votū ſimplex: & pro illo peccato debeo confiteri & agere pœnitētiam: Secus ſi primum votum eſſet ſolemne: tunc non rumperetur per ſequens votum etiam ſolemne.

Nota primo, ꝙ vouens expreſſe intrare etiam certam religionem, dicitur vouere ſimpliciter, & non ſolemniter. Nota ſecundo, ꝙ non adimplenti votum ſimplex, imponitur pœnitentia: licet alio ſimili voto ſe adſtrinxerit. minori tamen Domi.

Idem.

Secundum votum ſolemne religionis derogat priori ſimplici. h. d. Io. de Fant.

CAP. V.

QVi † poſt [a] votum à ſe de certa religione intranda [b] emiſſum, religionem aliam etiam laxiorem [c] ingreditur, & profitetur in ipſa: poteſt (voto non obſtante priori, cui tamquam ſimplici per ſecundum ſolemne noſcitur derogatum) manere licite in eadem. Pro voto tamen non completo, erit eidem pœnitentia [d] imponenda.

Idem.

Vacante monaſterio conuentus nouum recipit monachum, ſi communiter ad abbatem & eos ſpectat: ſi ad abbatem ſolum, ſecus hoc dicit. Dominicus.

CAP. VI.

SI ad ſolum [e] abbatem pertineat [f] creatio monachorum: eo defuncto nequibit nouus monachus à cōuentu creari. [g] Aliàs poterit, ſi eorum creatio ſpectat inſimul ad vtrūque. [h]

CASVS. Ponamus, ꝙ de cōſuetudine vel priuilegio creatio monachorum monaſterij S. Cypriani ſpectat ad ſolū abbatem quia de iure cōi ſpectat ad abbatē: & conuentum ſimul: ita ꝙ ſolus abbas de iure communi nō poſſet creare monachos ſine conſenſu ſui conuentus: Accidit ꝙ abbas eſt mortuus: vtrum mortuo abbate poſſit conuentus ſolus creare monachos? Reſpōdet quod nō: Secus ſi creatio monachorū ſpectaret ad abbatē: & conuentum ſimul nam in illo caſu mortuo abbate poſſet ſolus conuentus creare monachos de nouo. Not. primo ꝙ monacus ad monachatum non eligitur, ſed creatur. vide gloſ. quæ incipit, nunquid in ele. diſpendioſam. de iudi. Nota ſecundo, ꝙ cōgregatio monachorum appellatur conuentus. vide in anti. de reſcrip. capitulum Dominicus.

† In antiquioribus codicib. cōſtanter legitur, ſpectet.

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

TITVLVS XV.

De voto & voti redemptione.

Bonifacius octauus Biteren. † epiſcopo.

† al. ita: epiſcopo Bituricenſi.

Votum ſolennizatum per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel per profeſſionem factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis, dirimit matrimonium poſt contractum: aliàs ſolum impedit, & non dirimit. h. d. ſecundū Zen.

CAP. VNICVM.

QVod † vo-

† Vide B. Th. & ibidem Caiet. 2. 2. q. 88. art. 7.

[Prima glo. dicit quid declaret.]

a ¶ Qui poſt.] emanauit ad declarationem eius quod notat Ber. ſ. eo. porrectum.

ADDITIO. Et ſecundum Archi. eorum quæ not. 27. q. 1. in ſum. & c. 1. Ioan. And.

b ¶ Intranda.] nota verbum: quia aliud eſt religionē profiteri, aliud vouere de intrando vel profitendo. In primo caſu non loquitur hæc decr. quia talis etiam ſæculari habitu nō mutato iam monachus illius religionis dr̄ ſ. eo. ſicut vobis. & c. conſtitutionem. iſto titulo. & lib. ſupra. quia habitus. & c. ſ. eo. porrectum. In ſecundo caſu loquitur decre.

c ¶ Laxiorem.] quia de ſtrictiori non dubitatur: quia etiam ſi eſſet profeſſus, poſſet ad ſtrictiorem tranſire ſ. eo. licet. ſed de pari & laxiori dubitabatur, & plus de laxiori: & ideo dixit etiam laxiorem.

ADDITIO. Profeſſus ſi ad ſtrictiorē tranſiret, non eſſet locus imponendæ pœnitentiæ: de qua finis loquitur, ſecundum Archidiaco. qui allegat quòd votum vel propoſitum non infringit, qui commutat in melius ſupra de iureiur. peruenit. ſupra de voto ſcripturæ. ſupra de regula. licet. Ioan. And.

d ¶ Pœnitentia.] tanto durior, quāto manifeſtius fuiſſet votum. ī. tit. proxi. cap. vnico in fine.

SI ad ſolum abbatem.] Diſtinguit duo membra: ſecundum: ibi, Alias.

e ¶ Si ad ſolum.] emanauit ad declarationem decret. ſ. de elect. officij, & eorum quæ ibi not. Mona. & Guil. in ſpecu. de ſtat. mona. verſ. 21.

f ¶ Pertineat.] de conſuetudine præſcripta vel priuilegio: aliàs de iure pertinet ſimul [2] ad vtrunque. ſ. de ijs quæ fiunt à prælat. ea noſcitur.

2 Idem Io. Mon. & Archid. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. dat ſimile.]

g ¶ Creari.] ſicut mortuo prælato ad quem pertinet beneficij collatio capitulum non confert. ſ. eod. lib. ne ſed vacan. c. vnico: quod cum iſto concordat.

ADDITIO. Et ſecundum illam intelligas iſtam, quòd ſcilicet vbi ſolus abbas hoc facit, licet de conſenſu vel conſilio monachorum: illo mortuo non tranſit in capitulum Ioan. And.

[Glo. vltima ſoluit dubium.]

h ¶ Ad vtrunque.] multo fortius ſi ad conuentum tm̄: & quia de hoc non dubitabatur, ideo fuit omiſſum.

DE VOTO ET VOTI REDEM.

Continuatio.

¶ Dictum fuit ſ. tit. proxi. de voto in ſpecie, ſ. de voto religionis; nunc videndū eſt de voto in genere: ideo poteſt titulum præcedentem annectitur titulus, de voto & voti redemptione.

QVod votum.] In prima ponitur conſultatio: In ſecunda reſponſio: ibi, Nos igitur quę præmittit motiuum. Nota ſecūdo: ibi Prætentis. ponens ſolennis votis duas ſpecies ſecunda; ibi, Aut. tertia; ibi, Reliqua

ponit

tum [a] debeat dici ſolemne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, non conſulere voluiſti: Nos igitur attendentes, quòd voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta: matrimonij uero uinculum ab ipſo Eccleſiæ capite rerum omnium conditore ipſum in paradiſo, & in ſtatu innocentiæ [b] inſtituente vnionem & indiſſolubilitatem acceperit: Præſentis declarandum duximus oraculo ſanctionis, illud ſolum votum debere dici ſolemne, quantum ad poſt contractum matrimonium dirimendum, quòd ſolemnizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri ordinis [c]: Aut per profeſſionem expreſſam, uel ta-

ponit de non ſolemni. & pœna tranſgreſſoris.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius cap. illud quod habetur in gloſ. magna, in cap. rurſus, qui cler. vel vo. in antiq. videlicet quòd votum caſtitatis ſolemne impedit matrimonium contrahendum, & etiam contractum dirimit. Si autem ſit votum ſimplex, impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam contractum. Iſtud capitulum emanauit ad declarandum quod dicatur votum ſolemne, & quod dicatur votum ſimplex. Nam quidam dicebant, quod votum ſolemne dicitur, quando quis promittit ex nunc continentiã. Sed votum ſimplex dicitur quando quis exnunc vouet quod poſt annum vouebit perpetuam continentiam.

¶ Caſus hoc præpoſito ſic figuratur: Epiſcopus Biteren. in præſentia Papæ conſtitutus quæſiuit ab eodem: Sanctiſſime pater, iure cautum reperio, ꝙ votum caſtitatis ſolemnizatum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum: Votum vero ſimplex non dirimit matrimonium iam contractum: licet veniens contra, peccet mortaliter. Item reperio altercationem inter doctores, quòd votum dicatur ſimplex, & quod votum dicatur ſolemnizatum: occaſione huius vellem informari quòd votum appellatur ſimplex, & quod ſolemne? Reſpondet Romanus Pontifex, quod omne votum caſtitatis dicitur ſimplex, ſiue ſit de præſenti, ſiue de futuro: dummodo non ſit ſolemnizatum per profeſſionem tacitam vel expreſſam: quia tũc diceretur votum ſolemne, vt non teneat matrimonium contractum: vel ſi quis ſuſcepit ſacros ordines, puta ſubdiaconatus, dicitur votum ſolemne: aliàs autem dicitur votum ſimplex, ſiue quis dicat, exnunc voueo caſtitatem: ſiue etiam dicat, promitto quòd poſt annum vouebo caſtitatem: & ſic patet ꝙ iſtud capitulum non facit ius nouum: ſed ſolum declarat illa quæ notantur in dicto cap. rurſus. qui clerici vel vouentes. Nota primo ex iſto cap. quod ſolemnitas voti eſt inducta ex conſtitutione Eccleſiæ: & ſic non eſt ipſum votum quod impedit matrimonium, vel dirimit: ſed eſt ipſa conſtitutio eccleſiæ. Ex quo patet, quod conſtitutio eccleſiæ poteſt habiles ad contrahendum matrimonium inhabilitare: & contra poteſt inhabiles habilitare: Nam de lege diuina quando aliqui erant in diſpari gradu diſtante æqualiter à ſtipite, non poterant contrahere, vt pro hoc eſt glo. not. in cap. litteras. de reſtitu. ſpol. in anti. Nota ꝙ matrimonium fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ: quia ſecundum doctores eſt duplex inſtitutio matrimonij. Prima eſt ad prolem ꝓcreandam: & iſta fuit facta in ſtatu innocentiæ ante peccatum primi hominis. Alia eſt inſtitutio matrimonij ad euitandam fornicationem & illa fuit facta poſt peccatum Adæ: & ſic intelliguntur iura facientia pro contrario Not. vlterius ꝙ vinculum matrimonij eſt indiſſolubile: Sed vtrum iſtud intelligatur ꝙ vinculum matrimonij ſit indiſſolubile loquendo de matrimonio conſummato copula carnali, vel non conſummato: communis opinio doctorum eſt, ꝙ matrimonium non conſummatum poteſt Papa rumpere: licet Panor. teneat contrarium in cap. ex publico. de conuer. coniug. in antiq. & mouetur per iſtam rationem: quia quos Deus coniunxit homo non ſeparet: Sed ad iſtam rationem reſpondent doctores, dicendo, ꝙ iſtud intelligitur de copula carnali: ita vt ſit ſenſus, quos Deus cõiunxit copula carnali, & poſt matrimonium conſummatum homo non ſeparet. Not. vlterius principalem effectum huius ca. videlicet, ꝙ votum caſtitatis dicitur ſolemnizatum quantum ad dirimendum matrimonium iam cõtractum per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel per profeſſionem tacitã vel expreſſam. Ex quo patet, quod ſacer ordo habet annexum votum continentiæ, licet expreſſe non dicatur in ſuſceptione ſacri ordinis quòd ipſe ſuſcipiens vouet caſtitatẽ. Nota quòd ad hoc vt votũ religionis obliget profitẽtem, oporter, ꝙ faciat profeſſionem alicui religioni approbatæ.

[Prima gloſſa dicit quid declaret.]

a ¶ Quod votum.] emanauit ad declarationem eorũ, quæ not. Ioan. 27. q. 1. in principio. & cap. 1. & Ber. qui cler. vel vouentes, rurſus.

ADDITIO. Et Innocen. de regul. porrectum. de frigid. fraternitatis. ſuper verſ. alioquin. Ioan. And.

b ¶ In ſtatu innocentiæ.] id eſt, ante peccatum. Et no. contra illos qui dicunt matrimonium fuiſſe inſtitutum per hæc verba: Creſcite & multiplicamini: ſed vt hic vides in paradiſo, & ante peccatum inſtitutum fuit: & per illa verba protoplaſti: Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. Geneſi 2. cap. in fin. & 27. quæſt. 2. lex diuinæ.

ADDITIO. Vide quod dixi ſupra de frigid. ca. fin. ſuper gloſ. ſimile. Ioan. And.

[Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem ad quam argu. pro & ſoluit contrarium per text. per euitationem abſurditatis. & per rationem addens illum approbatum: & huic decre. reſpondet.]

c ¶ Sacri ordinis.] vt ſupra qui cle. vel vo. ca. 1. & 2. In minoribus autem licite contrahitur, vt ſ. in ant. de cle. coniug. c. 1. Et ex eo ꝙ hic æquiparat profeſſionem religionis & ſacrum ordinem, videtur quòd ſicut per profeſſionem religionis ſoluuntur ſponſalia de præſenti: ſic per receptionem ſacri ordinis ante carnalem copulam diſſoluuntur: ſic & alibi æquiparantur iſta 24. q. 2. ca. 1. & ſ. de vita & honeſta. cleri. clericus. Sed iam diſputaui & terminaui contrarium, quod eſt hodie approbatum per conſtitutionem Ioan. quæ incipit: Altercationis [2] antiquæ: ſcilicet ſponſalia de præſenti non diſſolui per receptionem ſacri ordinis: per decr. ex parte 2. de conuer. coniug. vbi etiam de hoc [in gloſ. pen. ſuper qua ſcripſi opinionem Hoſtien.] & 27. quæſt. 2. deſponſatum. non enim recipiendo ſacrum ordinem vouet ſe caſtitatem ſeruaturum in ſæculo: & tamen tale votum caſtitatis in ſæculo ſeruandæ non diſſoluit ſponſalia de præſenti, vt ibi. Inducat ergo hoc fauor religionis, & merito: quia alia eſt cauſa monachi, alia clerici. 16. quæſt. 1. alia. in ſolo ergo caſu expreſſo dicamus ſeparari: quod enim non eſt ſanctorũ patrum decretis, &c. ſ. de tranſl. inter. Et ſi diceremus contrariũ, iam hic non eſſet æqualitas quia iam duplici remedio poſſet vir ſpõſalia diſſoluere, & mulier vnico: quia ꝓpter ſexus fragilitatem ordines recipere nõ poteſt. Eſt autem ratio quare hoc ſpeciale eſt in religioſis: quia mortui ſunt mundo, 16. quæſt. 1. placuit. Vnde ſicut mors naturalis ſolueret ſponſalia: ſic & iſta ciuilis permittente canone: de conuerſio. coniuga. verum. & ca. ex publico. quæ ratio deficit in clerico ſęculari. Non obſtat hæc decret. immo potius concordat: quia æquiparat

[1] Quã & quibus verbis fuit matrimonium inſtitutum vide magiſtrũ lib. 4. ſent. diſt. 26. §. cõiugij aũt. & §. ſeq. & ibi latiſſime doctores Scholaſticos. adde conc. Triden. ſeſ. 24. de ſacramẽto matrimonij. in prin.

[2] Habetur hodie inter extrauagantes Io. xxij. eo. ti. & incipit: Antiquæ concertationi.

parat iſta quo ad dirimendum matrimonium poſt contractum, quaſi quoad dirimendum prius contractum paria non ſint: immo diſparia rationibus prædictis: plura enim profitendo promittit monachus, quàm recipiendo ſacrum ordinem clericus.

citam [b] factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtolicam [c] approbatis. [d] Reliqua vero vota & ſi quandoque matrimonium impediant contrahendum: [d] & quanto manifeſtius ſunt emiſſa, tanto propter plurium ſcandalum & exemplum, durior pœnitentia tranſgreſſoribus debeatur: [e] non tamen reſcindere poſſunt matrimonia poſt contracta.

[a] ¶ Tacitam.] quæ fit cum maior ſpōte & ſciens recipit habitū profeſſorū, vbi eſt diſtinctus, ī.e.ti proxi c 1. & ca. conſtitutionē. vel cum habitum indiſtinctum [1] fert per annum, vt ſupra eo. ti. c. ex parte. & c. 1. eo. lib.

[1] Vel diſtinctū diſtinctione latē ti, vt in cle. de reg. cos qui. Io. An.

[b] ¶ Per ſedem Apoſtolicam.] aliàs eñ non pōt, vt ſup. de relig. dom. c. vlt. & eo. tit. c. vnico. inf. eo. li. Io. Andr.

[Gloſſ. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.]

[c] ¶ Approbatis.] ergo ſi profitetur religionem non approbatam: ſi poſtea contrahit, tenet matrimoniū: quod verum puto etiam ſi qñ profitebatur credebat illam approbatā. & eadem rōne dico, ꝙ ſi recipit quis ſubdiaconatum ab eo quē credebat epm, ſed non erat: ſi poſtea contrahat matrimoniū, bene tenet: & ita terminauit Barth. Brixien. ſecundum Tanc. in quæſtionibus: Quidam ordinatus.

[d] ¶ Contrahendum.] vt ſupra, qui cler. vel vouen. rurſus. Ioan Andr.

[e] ¶ Debeatur.] ex manifeſtatione igitur grauius ſit peccatum. ad hoc ſup. de pœn. & remiſ. c. 1. de hoc dic vt no. 32. q. 4. nemo. 81. diſt. clericus ſolus. & ſupra, de celebr. Miſſ. de homine.

ADDITIO. Et 19. diſt. Anaſtaſius. Arch.

TITVLVS XVI.

De ſtatu regularium.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Moniales tacite vel expreſſe profeſſa, clauſuras monaſterii exire non poſſunt, nec alii ad illas intrare: niſi cauſa legitima & ſuperioris licentia internuntiat. hoc dicit.

CAP. VNIC.

Periculoſo [a] † & deteſtabili quarundam Monialium ſtatui (quæ honeſtatis laxatis habenis [g] & monachali modeſtia ſexuſque verecundia [h] impudenter abiectis, [i] extra ſua monaſteria nonnūquam per habitacula ſæculariū perſonarum diſcurrunt, & frequenter intra † eadem monaſteria perſonas ſuſpectas admittunt, in illius, cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea [k] deuouerunt grauamen, offenſam, [l] in † religio-

† Hanc cōſtōnē renouat concil. Tri ſeſ. 25. tit. de Regularib. & Monialib. c. 5.

† In antiq. legitur, infra.

† Dictio in deeſt i vno manuſcripto. in alio, item manuſcripto ita: & religionis opprobriū, & ſcādalum plurimorum.

DE STATV REGVLARIVM.

Dictum fuit ſupra de religioſis & monachis: verum quia poſſet aliquis dubitare de eorū ſtatu & vita: ideo ad nos informandum ponit Romanus Pontifex titulum de ſtatu monachorum. Helias.

[a] Periculoſo.] CASVS Quidā conſtitutus in præſentia Bonifacij octaui quæſiuit ab eodem, Sanctiſſime pater, vellem à uobis informari in quo ſtatu debeāt viuere Moniales? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ cum ſit inhoneſtum, & multum periculoſum, ꝙ mulieres admittant in monaſterijs ſuis viros; ſtatuit ꝙ de cętero Moniales maneant ſub perpetua clauſura, & non recipiant viros in ſuis monaſterijs, etiam ſi ſint viri religioſi, cōtra quos non eſt præſumptio, & deputat executores, & qua auctoritate fiat clauſura. Etiā ſtatuit ꝙ ſi Moniales debeant facere homagium, ꝙ illud faciant ꝑ procuratorem ſi poſſit fieri: ſed ſi dñs nolit eas recipere per procuratorem, debent ire ad ipſum dñm in decenti comitiua: & facto homagio debent redire ad monaſteria. Bonis ſiue prouentibus. ne Moniales habeant occaſionem exeundi monaſteria, non debent in monaſterio ſuo recipi aliquæ Moniales, niſi quot poſſint viuere ex redditibus & prouētibus ipſius monaſterij: & ſi recipiantur vltra, non tenet receptio: licet ſit ſecus in monaſterijs virorum: quia licet etiam non deberent recipi viri: niſi quot poſſent viuere ex redditibus monaſterij, tamen ſi recipiantur, tenet receptio: quia in illis ceſſat ratio, de qua in hoc capitulo. Porro ne Moniales. In aliquibus partibꝰ erat talis cōſuetudo, ꝙ quis in cauſa ſua, vel ſuæ eccleſiæ tenebatur litigare per ſe, vel per procuratorē, conſtitutū apud acta coram iudice: & ꝙ veniret ſemel in cauſa perſonaliter corā iudice: vnde ne detur Monialibus occaſio vagandi, Papa deprecatur iudices laicos, & dominos temporales, vt ipſi admittant procuratores Monialium, licet non fuerint conſtituti apud acta, ſed intra monaſteria. Diuini iudicij. Et ſic executores negligētes peccant mortaliter. hoc habent iſta verba, obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ. Ordinario iure ſubiectis. Nota quòd archiepiſcopi, & primates ſunt executores huius cōſtitutionis: & ideo Moniales ſibi ſubiectas, & non exemptas poterunt compellere ſub auctoritate ordinaria: ſed Moniales exēptas compellent auctoritate Apoſtolica ſibi commiſſa per iſtud capitulum. Nota quòd corrumpens Monialem profeſſam dicitur grauē offenſam inferre Deo, & religioni opprobrium. vide textum in capitulo, nec aliqua. 27. q. 1. Nota quod etiam legitima cauſa ſubſiſtente, non eſt licitum ingredi monaſteria Monialium ſine ſpeciali licentia ſuperioris. Dominicus.

[Prima gloſſa diuidit & ſummat.]

[f] ¶ Periculoſo.] in quattuor partes diuido hanc decretalem. † In quarum prima quæ durat vſque ad §. ſane, ponit cauſam conſtitutionis, & conſtitutionem de clauſula monialium: In ſecunda ꝑcipit vltra facultates monaſteriorum non Mendicantium nullam recipi: & contra factū irritum decernit, vſque ad §. verū. In tertia prouidet quid iuris qñ Moniales habēt facere fidelitatem vel homagiū temporalibus vel ſecularibus dominis: & qñ in eccleſiaſtico, vel ſæculari foro cauſas habent: & hoc vſque ad §. & qm. in quarta facit ordinarios executores huius iuris de clauſura, etiam quo ad exempta monaſterio, proteſtando ꝙ per hoc in ipſis exēptis quo ad alia nihil iuriſdictionis ſibi vendicent.

† Io. Mo. diuidit in ſeptē. de prima, tertia, & quarta, & qualibet ipſarum faciens duas. Io. Andr.

ADDITIO. Et vt infra dicit glo. præmitte hic litteram illā, cupientes, ſalubriter prouidere. Et archi. exponit, periculoſo, pernicioſo, deteſtabili, execrabili. I. An.

[g] ¶ Laxatis habenis.] ſimilitudinarie ad equum, qui laxatis habenis currit quo vult. de homicid. dilectus. in antiq.

[h] ¶ Verecundia.] 39. q. 5. nec illud. & 33. q. 5. & imago.

[i] ¶ Abiectis.] ſic ī. eo lib. de elect. c. quorundam.

[k] ¶ Spontanea.] aliàs non obligarentur, vt 20. q. 3. pręſens clericus. ī. de regula. cum virum, in fine.

[l] ¶ Offenſam.] 27. q. 1. aliqua.

nis opprobrium, & ſcandalum plurimorum) prouidere ſalubriter cupientes: Præſenti conſtitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, ſancimus, vniuerſas & ſingulas Moniales præſentes [b] atque futuras, cuiuſcunque religionis ſint vel ordinis, in quibuſlibet mundi partibus [c] exiſtentes, ſub perpetua [d] in ſuis monaſterijs debere de cętero permanere clauſura: ita quòd nulli earum religionem tacite vel expreſſe profeſſæ, [e] ſit vel eſſe valeat quacũque ratione vel cauſa (niſi forte tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare conſtaret, quòd non poſſet cum alijs abſque graui periculo ſeu ſcandalo commorari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas: nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ [f] (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa [g] exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeciali licentia) ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdem: vt ſic à publicis & mũdanis conſpectibus ſeparatæ, omnino ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi opportunitate [h] ſublata, eidem corda ſua & corpora, in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.

¶ *In monaſterio non Mendicantium tot ſorores debent recipi, quot poterunt ſine penuria ſuſtentari: & vltra non valet receptio. hoc dicit. Domin.*

¶ Sane † vt hoc ſalutare ſtatutum commodius valeat obſeruari, diſtrictius inhibemus, ne in monaſterijs ordinum non Mendicantium aliquæ recipiantur de cętero in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis ſiue prouentibus abſque penuria [i] ſuſtentari: [k] ſi ſecus actum fuerit, irritum [l] decernentes.

¶ *Abbatiſſa principibus ſecularibus ad fidelitatis ſacramentum præſtandum aſtricta, ſi non poſſunt per procuratorem iurare, perſonaliter exeundo monaſterium iurabunt, abſque dilatione ad monaſterium reditura. Dominicus.*

¶ Verum quando Abbatiſſa vel Prioriſſa cuiuſuis monaſterij, pro feudo, quod monaſterium ipſum tenet ab aliquo princi-

a ¶ Cupientes.] hic incipe conſtructum.

[Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit.]

b ¶ Præſentes. ſed quõ præſentibus Monialibus diſtrictior [1] vita imponi potuit contra id 15. q. 1. nec is. 32. q. 1 integritas 20. q. 3 præſens. cum & nemo creſcere cõpellatur. 74. di. geſta & ibi de hoc? Poteſt dici ꝙ illud verum de regula: ſed hic ad regulã nihil adijcitur: ſed modus habitandi ſecundum naturã rei taxatur.

[Idem Io. Mon.] Vel dic ſupradicta vera in clericis ſæcularibus: In religioſis qui velle vel nolle nõ habent, ſecus: quia illis poteſt ſtrictior vita indici etiam ex regula ſecundum Innoc. qui hoc notat de regular. ſuper eo, & hoc probat illa decretalis & clement. c. ii. ne in agro. Et adde quod dixi infra de reg. iur. quod omnes.

ADDITIO. Et [2] hæc iura patet Papam circa profeſſos multum poſſe in cibis, veſtibus, modo monachandi, & ſimilibus, quæ plus cadunt in bonis fortunæ: reſeruata tamen naturali ſuſtentatione & ſubſtantialibus regulæ. de quibus dicitur ſupra eo. cum ad monaſterium. in fi. In bonis autem naturę, gratiæ, vel gloriæ, non eſt tanta Papæ potentia: quod per ſe patet: illa enim Deus cuius vices gerit, non tranſtulit in eum. Ioan. And.

c ¶ Partibus.] quia varietas locorum iuris varietatem regulariter non inducit. C. de tempo. in integrum reſtit. l. ſuperuacuam. Et nota ꝙ dicit mundi: totius enim orbis Papa tenet principatum [3] 9 q. 3. cuncta per mundum. & in procemio huius libri, cum ſuis concordantijs.

[Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.]

d ¶ Perpetua.] non credo. [Idem Arch.] quòd decretalis iſta tollat, quin poſſent ſi vellent ad ſtrictiorem religionẽ humilitatis & puritatis cauſa tranſire. ſup. de reg. licet. petita licentia, vt ibi. Item quin vna Monialis ad regimen alterius monaſterij poſſit aſſumi: ſupra eo. lib. de elect. nullus. cum ſuis concordan. ſemper enim erunt in clauſura.

e ¶ Profeſſæ.] quod dic, vt ſup. ti. prox. c. 1. & c. conſtitutionem. ſi ergo profeſſa non erat huius conſtitutionis tempore, non tenetur.

f ¶ Honeſtæ.] vnde nec monachi ad eas accedere debẽt vel cũ eis colloqui: niſi in præſentia abbatiſſæ per modica verba. 18. q. 2. diffinimus. nec debent eſſe monaſteria duplicia, vt ibi. & in c. ſeq.

g ¶ Cauſa.] ſicut in medicis, barbitonſoribus, ſartoribus, carpẽtariis cum eguerint, & his ſimilibus.

h ¶ Opportunitate.] 18. q. 2. diffinimus.

[Gl. ſeq. quõnem de facto ponit, & ſoluit.]

i ¶ Abſque penuria.] No. nõ dixit, cõmode [1]: nam in quadam quæſtione de facto opponebatur contra quaſdã Moniales ꝙ earũ receptio non tenebat, quia facultates nõ ſufficiebãt: & formatus fuerat articulus in hæc verba: intendit probare, ꝙ ex facultatibus monaſterij ſancti Petri non poſſunt tot cõmode ſuſtentari. Oppoſui ꝙ intentio probata [4] non releuabat: quia poſſet eſſe ꝙ nõ poſſent cõmode: tñ poſſent abſque penuria, iam enim dico ꝙ canonicus Bonon. de centum florenis non poſſet commode ſuſtẽtari: & tñ de xxv. ſuſtentaretur abſque penuria. Idem dico de meipſo: nã in illa commoditate inſpicitur conſuetudo regionis, & qualitas perſonæ: vnde licet non poſſum cõmode ſuſtentari, tñ poſſum ſine penuria. Penuria enim ſecundũ deriuatores habet in ſe egeſtatem, indigentiam, & defectum neceſſariorum. Hoc ergo voluit cõſtitutio, ꝙ conſtitutæ in monaſterio non Mendicantium, non haberent neceſſe mẽdicare propter neceſſariorum defectum. Si autem conſiderato antiquo ſtatu monaſterij, vel aliis monaſteriis ciuitatis non poſſunt commode ſuſtentari, tñ poſſunt abſque penuria. tenebit receptio: hoc enim ius nouum quod receptionem uitiat, extendendũ non eſt: & ſic obtinui.

ADDITIO. Sint ergo cauti qui articulos formant in ponderando verba. & facit quod dicam infra de homi. c. 1. ſuper ver. Chriſtianorum, & c. 2. in princ. & de vſu. c. 2. in prin. Io. And.

k ¶ Suſtentari.] de inſt. c. 1. & c. auctoritatem, de vita & honeſt. cler. quoniam vt ait in antiq.

[Gl. ſeq. recitetur per quæſt. & ipſius ſolutionem.]

l ¶ Irritum.] hoc ſpeciale dictum videtur in talibus mona-

1 Religioſis an poſſit imponi aſpenor ſtatu per Papam, de quo vide Abbatem, & alios in ca. ad noſtram. extra de appellation.

2 Vide Turrecrematã in ſumma de eccleſia. lib 2. c. 114.

3 Eiuſdem religionis, & habitus: quod dic, vt in cle. 1. de elect. Io. A. Et vide concil. Trid. ſeſſio. 25. ti. de Regularib. & Monialibus. c. 7.

1 Vide cõcilium Trid. ſeſſ. 25. titu. de Regularibus & Monialib. c. 3.

4 Incautum enim eſſet hoc ante ꝓbationẽ opponere ad aduerſariũ inſtituẽdũ: & eſt ſi. ad dixi de lib. obl. c. vlt in fi. Io. And.

Receptio monachorũ factavltra facultates cõuẽtus an valeat.

monaſterijs fœminarum: Secus puto in monaſterijs virorum. [Idem Io. Monac. & Archid.] licet enim & in illis vltra quàm ſuſtentari poſſunt, recipi non debeant: ſi tamen fuerint recepti, tenebit: quia & hominum cœtibus ſe immiſcere, & ſibi vitæ neceſſaria acquirere poſſunt, de conſecrat. diſtin. quinta numquam.

ſecum habere ſuum ſpiritalem patrem. 18. q. 2. in decima. Archid.

f ¶ Eueſtigio.] id eſt ſtatim vel continuo.

ADDITIO. Idem verbum ff. de negot. geſt. diuortio. poſt princ. Io. And.

ADDITIO. Bene facit quod no. 81. diſtinct. cap. penult. Et facit iſte §. per Ioan. de Deo, qui lib. 3. q. 10. tenuit, quòd ſi virgines dicentes ſe meretrices ingrediũtur monaſterium inſtitutum ad recipiendas ſolas meretrices pœnitentes, & non aliàs, non tenet receptio: nec poſſunt ibi ſaluari fraude durante: qua reuelata inde debent expelli. Ioan. Andr.

a ¶ Domino temporali.] in eccleſiaſtico enim ſecus: quia ille de neceſſitate illas ꝑ procuratorem adhuc faciendum admittere debet, infra eod. §. epiſcopus.

[Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

b ¶ Homagium.] cõtra. ſupra, de reg. iu. cap. vlt. Solu. pro ſpiritalibus, non præſtatur homagium: quia illud eſt de ſimonia. ſupra de ſimonia, ex diligenti. ſed pro temporalibus iuriſdictionibus, vel ſimilibus bene præſtatur: & ſic intelligitur. hoc ad hoc 18. diſt. ſi epiſcopus. & ſupra eod. lib. de appel. Romana. §. debet in Auth. quomodo. oport. epiſcopos, § illud. colla. 1.

c ¶ Præſtet.] & ſic iurατur per procuratorem: vt 63. diſt. tibi domino. vbi de hoc.

d ¶ Eum.] dominum temporalem.

e ¶ Societate.] habebit ſecum duas, vel plures ex antiquis monachabus, & capellanos ſuos, & incedat honeſte. Io. A.

ADDITIO. Abbatiſſa igitur non exeat ſine ſocietate: Valet enim ſocietas ad ſuſpitionem tollendam. 18 quæſt. 2. diffinimus in fine. & 34. diſt. fraternitatis. vide quod dixi poſt Hierony. de præſump. cum in iuuentute. poſt princ. Sicut & ad informationem morum. 12. quæſt. 1. capit. 1. poterit &

Vt Nota. Do. & Philip. ꝙ verba rogatiua in materia præceptiua ſtãt pro præceptiue. gl. 11. q. 3. c. ro go. no. in l. age. C. de tranſact. de quo vide Tiraq. tract. de pœnis: tẽperandis, aut remittẽ. cau ſa 35.

Societas tollit ſuſpicionem, & mores informat.

pe ſeu domino tẽporali,[a] ſibi debebit homagium,[b] uel fidelitatis ſacramentum præſtare (niſi quòd per procuratorem illud præſtet,[c] poſſit efficere apud eum[d]) de monaſterio cum hõneſta & decenti ſocietate[e] exire poterit eo caſu licenter; homagio facto, quam primum commode poterit, ſeu fidelitatis præſtito ſacramento ad ipſum monaſterium e veſtigio[f] reuerſura: ſic quòd in fraudem[g] reſidentiæ, ſiue more clauſtralis, nihil fiat omnino.

¶ Compelluntur domini tẽporales per cenſuram eccleſiaſticam, vt in ſuis curiis admittant abbatiſſas per procuratores litigare: Eccleſiaſtici vero in temporalibus & ſpiritalibus earum procuratores admittere debent. Dom.

¶ Porro ne moniales cauſam, ſeu occaſionem habeant euagandi, principes ſeculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus & obſecramus ‡ per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccaminum nihilominus ſuadentes, quòd Abbatiſſas ipſas, & Prioriſſas, ac Moniales quaſcunque monaſteriorum ſuorum curam, adminiſtrationem, negotiave gerentes quibuſcunque nominibus cenſeantur, per procuratores in ſuis tribunalibus, ſeu curijs litigare permittant: ne pro conſtituendis procuratoribus (qui atornati in aliquibus partibus[h] nuncupantur) ſeu alijs huiuſmodi, eaſdem oporteat euagari. Si qui vero contra præſumpſerint, exhortationi huiuſmodi rationabili atque ſanctæ obtemperare nolentes: cum ſit iuri contrarium, quòd mulieres (præſertim religioſę) per ſe ipſas litigare cogantur, & à via deuiet honeſtatis, & periculum animarum inducat,[i] ad hoc per locorum ordinarios eccleſiaſticos cenſura eccleſiaſtica compellantur. Epiſcopis autem & alijs prælatis ſuperioribus & inferioribus quibuſcunque iniungimus, quòd & ipſi cauſas, ſeu negotia, quæ præfatæ Moniales habebunt agere coram ipſis, aut in curijs eorundem: ſiue ſint homagia, fidelitatis ſacramenta, lites, vel quicquid aliud, ipſa per procuratores earum fieri faciant, & tractari.[k]

¶ Ordinarii locorum in ſubiectis monaſteriis propria, in exemptis Apoſtolica auctoritate clauſuram procurare debent: nec eſt propter hoc in aliis caſibus iuriſdictio in exemptos eis attributa. h. d. Dominicus.

¶ Et quoniam parum eſſet condere iura, niſi eſſent qui ea executioni debitæ demandarent,[l] Patriarchis,[m] Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vniuerſis diſtricte in virtute ſanctæ obedientię,

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionẽ de rõne diuerſitatis quam ſoluit.]

g ¶ Fraudem.] ſic ſ. e. li. de iud. mulieres. Sed ibi pęna excommunicationis imponitur: hic non. forte ratio fuit iudicialis auctoritas, propter quam ibi magis delinquitur.

h ¶ Partibus.] Angli eorum, & Normánorum. Et volebant forte, ꝙ licet poſſent ꝑ procuratorem agere, tamen illos haberent conſtituere in præſentia iudicis, & releuare, & cauere. Ioan Andr.

i ¶ Inducat.] merito igitur potuit Papa ſic per hoc legem dare. ad idẽ ſ. eo. li. de fo. compe. c. vlt. & de iureiur. licet infra, de ſent. excom. decernimus. Io. And.

[Glo ſequens obijcit, & ſoluit.]

k ¶ Tractari.] ſed nõ ne hoc eſt ius commune omnium mulierum, quòd perſonaliter nõ trahantur ad iudicium, ſupra eo. lib. de iudi. mulieres. ſic quòd non trahantur inuitæ: Sed iſtæ non debent etiã volentes trahi, vt ibi, in §. cæterum. & hic.

l ¶ Demãdarent.] ſupra eod. lib. de electio. vbi periculum. §. præterea. & ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem.

m ¶ Patriarchis primatibus.] iſta ſunt nomina diuerſa, tamen idem eſt officiũ 99. diſt. c. 1.

ADDITIO. Arc. ſatis hic inſtat ĩ his, repetens quod legitur. & no. 21. diſtin. cleros. poſt princ. dicit autem, ꝙ de illis patriarchis loquitur hic, de quibus ſup. de priui. antiqua. de primatibus autem habetur 18 diſt. 1. cap 75. diſt. de perſona. 3 q 6. hæc quippe. 6 q 4. ſi inter. 24. q. 4. ſicut excellentiam. de maior. & obed. cap. ſi. de dilat. cap. fin. in antiq. Ioan. And.

‡ No gl. referendo ad tex. ꝙ ordinarij locorum pôſſint cere iſtam ad obſeruãtiã iuris cõmunis, exigẽdo ſę nas iuris cõmunis nõ c. vt ſinguę. de off. archipresbyt. cap. adminiſtratores, 23. q. 5. Do. Fou.

ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate ac diœceſi propria, in monaſterijs Monialium ſibi ordinario iure ſubiectis ſua, [a] in ijs vero quæ ad Romanam immediate ſpectant Eccleſiam ſedis Apoſtolicæ auctoritate: Abbates vero & alij tam exempti, quàm non exempti prælati eccleſiarum, monaſteriorum, & ordinum quorumcunque in monaſterijs huiuſmodi ſibi ſubiectis de clauſura [b] conuenienti vbi non eſt, ipſorum monaſteriorum expenſis, & fidelium eleemoſynis, quas ad hoc procurent diligentius facienda, & de ipſis Monialibus includendis quamprimum commode poterunt prouidere procurent: ſi diuinæ, ac noſtræ indignationis voluerint acrimoniam euitare: contradictores atque rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo: inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. [c] Per hoc [d] autem in monaſterijs exemptis ordinarij locorum, quo ad alia nullam ſibi credant iuriſdictioné, vel poteſtaté aliquatenus attributá.

a ¶ Sua.] auctoritate: quod eſt infra. Ioan. And.

b ¶ Clauſura.] facienda. quod eſt infra. Io. And.

c ¶ Sæcularis.] 23.q.5. prodeſt. & exhibebitur non ad præiudicandum, ſed ad ea quæ Deo ſunt placita exequendum. ſ. de offi.ord.c.1.in antiq.& poſſunt ad hoc compelli: 24.q.5. adminiſtratores.

d ¶ Per hoc.] proteſtatio quædam ſin.ile. ſ.eo.li.de elec.vbi periculum. §. præterea. & ſupra, de hær. ad abolendam. in fi. ſaluo eo quod habes in cle.eo.ti.attendentes.in prin. Io. And.

Papa ſuæ diſpoſitioni. Circa vero alios ordines non approbatos, & inuentos de nouo poſt concilium, ſtatuit Papa, ꝙ profeſſi non maneant in illo ordine: ſed Papa dat eis licentiam, vt poſſint tranſire ad aliam religionem etiam laxiorem, & voluit Papa, quòd iſta conſtitutio non cõprehenderet Prędicatores, & Minores, Carmelitas & Auguſtinéſes: ſed vult Papa, ꝙ illi poſſint noua loca acquirere: nam longe ante iſtam conſtitutioné Prædicatores, Minores, Eremitæ, & Carmelitæ obtinuerant confirmationes ſuarum religionum: ſed erant alij Mendicantes, qui de nouo inuenerant nouũ ordinem, & nondum obtinuerant approbationem à ſede Apoſtolica: vnde iſti qui erant recepti ad iſtos nouos ordines, non habebant facultatem recipiendi aliqué ad ſepulturam, nec prædicandi publice. No. primo, ꝙ diuerſitas religionum inducit confuſionem. No ſecundo, ꝙ propter importunitatem petentium quandoque cõceduntur non concedenda. cõcor. ſunt in glo. & pondera text. quia talis conceſſio non vſ libera, ſed extorta: quod no. ꝑ ſtatutis quę requirũt liberá conceſſioné & quia iſta non videtur eſſe libera. Domin.

TITVLVS XVII.

De religioſis domibus.

¶ Gregorius x. in concilio generali Lugdunen.

¶ *Non licet nouum ordinem vel religionem, aut habitum nouæ religionis creare & aſſumere. Et reuocati ſunt ordines Mendicantium per Papam non approbati, creati poſt concilium. Domin.*

CAP. VNICVM.

Religionum [e] diuerſitatem nimiam, [f] ne confuſionem induceret,

DE RELIGIOSIS domibus.

Continuatio dñi Heliæ.

¶ Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentiũ de regularibus & religioſis, qualiter obligantur religioni per tacitam vel expreſſã profeſſionem, & de eorum ſtatu. Nunc videndum eſt de ipſorũ domibus: ideo ad nos informandũ ponitur titulus de religioſis domibus. vel ſic: Viſum fuit ſupra de perſonis, & ſtatu religioſorum tãquã de dignioribus: nũc videndum eſt de ipſorũ domibus, ideo ponitur titulus, de religioſis domibus.

Religionum.] Iſtud c. diuidit in quatuor partes: In prima parte Romanus Pontifex repetẽs ius antiquum & ordines Mendicantes non confirmatos per Papam inquantum proceſſerunt de facto, reuocat. In ſecunda parte: ibi, confirmatos: prouidet de ordinibus approbatis, quòd profeſſores eorum poſſunt remanere loca non vendendo, nec aliquid innouando. Tertio: ibi, Sane. dicit, ꝙ iſta conſtitutio non extenditur ad Mendicantes, qui ꝓceſſerunt concilium. In quarta parte quæ incipit: ibi, Ad hæc. concedit perſonis ad quas iſta conſtitutio extenditur, vt poſſint tranſire ad ordines approbatos.

Caſus litteralis domini Heliæ.

CASVS Cum ex multitudine & diuerſitate religionum, quæ diuerſitas erat tam in modo viuendi, quàm in diuerſis habitibus, emanauit concilium generale, quod approbauit certos ordines, & reliquos reprobauit: poſtea quidam de nouo inuenerunt nouos ordines, & quidam à Papa obtinuerunt approbationem illorum ordinum, alij non obtinuerunt: Vnde Papa ſtatuit, vt illi ordines qui habuerunt approbationem Apoſtolicam, ꝙ profeſſores in illis ordinibus remanerent quamdiu viuerent, ſed ꝙ nullum de nouo reciperent ad profeſſionem: & ſic illis profeſſoribus mortuis eſſet extincta illa religio. Vlterius Papa ſtatuit, quod iſti non poſſent noua loca acquirere, nec alienare loca acquiſita, ſed bona eorum reſeruauit

[Prima gl. diuidit & ſummat.]

e ¶ Religionum] In prima parte repetens ius antiquum [r] ordines Mendicantes inuentos poſt concilium non confirmatos per ipſum, inquantum proceſſerunt de facto reuocat. In ſecunda parte quæ incipit: ibi, Confirmatos: de approbatis prouidet, ꝙ profeſſores illorum poſſint in ipſis remanere nullum ad profeſſionem recipiendo, loca noua non emendo, & vetera non vendendo ſine licentia Apoſtolicæ ſedis: irritans contra factum, & excommunicans facientes contrariũ. In tertia parte quæ incipit: ibi, Sane. conſtitutionem dicit ad Prædicatores & Minores nõ extendi propter euidentem vtilitatem ipſorum: nec ad Carmelitas vel Eremitas: quia concilium præceſſerunt. In quarta parte quæ incipit ibi, Ad hæc. concedit perſonis ſingularibus ordinum, ad quos conſtitutio extenditur, vt poſſint tráſire ad ordines approbatos. ſed non conuentus ad conuentum ſine licentia Papæ. Io. And.

r Gar. faciès ſex partes, hoc ſolũ ponit ꝑ prima, & tertiã diuidit ĩ duas. Sed clericus Piſanus & Io. Mo. faciũt quinque & diuidũt ſolum tertiã in duas. in prima concor. cum gl. ſed Boat. facit ſeptem partes: ĩ ſecũda enim facit tres: ibi, ſi vero. & ibi, perſonis. & duas de tertia, vt ſup. Ioan. And.

f ¶ Nimiam.] pene nil immenſum bonum. Auth. vt determinatus ſit nu.cle.in prin collat. 1. nec in multitudine ſacrificiorum propitiatur Deus. 14.q.5. ſcriptum. de conſecr. diſt. 5. non mediocriter. Et melius eſt paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros. ſ. de æta. & qual. c. pen. ad idem ſupra eod. lib. de reſcr. c. 2: cum ſuis concor. Io. And.

¶ Con-

generale concilium [a] † conſulta prohibitione vetauit. † Sed quia non ſolum importuna [b] petentium inhiatio, illarũ poſtmodum multiplicationem extorſit, verumetiam aliquorum præſumptuoſa [c] temeritas diuerſorum ordinum præcipue Mendicantium (quorum nondum approbationis meruere principium) effrænatam quaſi multitudinem adinuenit: repetita [d] conſtitutione diſtrictius inhibentes, ne aliquis de cętero nouum ordinem, aut religionem adinueniat, vel habitum [e] nouæ religionis aſſumat: Cunctas † affatim [f] religiones & ordines Mendicantes [g] poſt dictum concilium adinuentos, qui nullam confirmationem ſedis Apoſtolicę meruerunt, perpetuæ prohibitioni ſubijcimus, & quatenus proceſſerãt, [h] † reuocamus.

¶ *Religioſi Mendicantes per Papam poſt concilium approbati & inſtituti, non poſſunt aliquem ad profeſſionem recipere, domum vel locum de nouo acquirere, nec acquiſita ſine licentia alienare, nec extraneis prædicare, confeſſiones eorum audire, vel ad ſepulturam admittere. Et contra factum non tenet: & contrafaciens excommunicatus eſt. h.d. Dom.*

¶ Confirmatos autem per ſedem eandem, poſt idem tamen concilium inſtitutos, quibus ad congruam ſuſtentationem redditus aut poſſeſſiones habere profeſſio [i] ſiue regula quę libet interdicunt, ſed per quæſtum publicum [k] tribuere victum ſolet incerta mendicitas, modo decernimus ſubſiſtere [l] infraſcripto: vt videlicet profeſſoribus eorundem ordinum ita liceat in illis remanere ſi velint, [m] quòd nullum deinceps ad eorum profeſſionem [n] admittant, [o] nec de nouo domum [p] vel aliquem locum acquirant, nec domos ſeu loca, [q] quæ habent alienare valeant ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali. Nos enim ea diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruamus in terræ ſanctæ ſubſidium, vel pauperum, vel alios pios vſus per locorum ordinarios, [r] vel eos, quibus ſedes ipſa commiſerit, conuertenda. Si vero ſecus præſumptum fuerit: nec perſonarum receptio, [s]

† Conciliũ Latera ſub Innoc. iij. cap. 13.

† al. vitauit.

† An autẽ ſcribẽdo illi tãquam collegio, videat illud approbare. vide Fel. in Rub. proœmij Gregoriani.

† In antiquioribus codicibus vt plurimum legitur ita: Cũctos affatim religiones, & ordines, &c. quidã manuſcriptus hẽt ita: Cũctos affatim religioſos, & ordines Mendicantiũ, &c.

† al. proceſſerunt.

¶ Qualiter pauptas ſit bona, vel mala vide B. Th. li. 3. contra Gentiles. c. 133.

¶ Vidẽ Alex. in l. apud Iulianum, §. cõſtat. ff. de le. 1. Bal. in l. congó. C. de leg & Abb. & Decium in ca. in pſentia. ext. de probat.

a ¶ Concilium.] ĩ. eod. tit. c. vltimo.

b ¶ Importuna.] ſup. eo. li. de reſcript. c. vlt. de conceſ. præb. deteſtanda. de pęn. diſt. 1. importuna. in Auth. vt differ. iudic. in princ. &c.

c ¶ Præſumptuoſa.] reus. n. violatæ legis habetur, qui legem auſus fuerit ſperare quod licitum non eſt. C. de peri. bon. ſub. l. 1. in prin. lib. 10. contra legem autem eſt abſque licentia principis nouum ordinem vel collegium [1] inſtituere, vt in prædicto cap. & ſup. eo. cap. vlt. ff. de col. illic. l. 1. & 3.

d ¶ Repetita.] ſic C. de epiſc. & cler. repetita. C. de emen. Iuſt. C. l. 1. in medio.

e ¶ Habitũ. hoc intellige in pluribus ſimul in eodẽ collegio habitãtibus, & eandẽ religionẽ profitentibus: aliàs ſingularis perſona ſectas nõ inueniens, & ſeorsũ habitans, nouũ habitũ inducere ſibi poſſet. 41. diſt. parſimoniã.

f ¶ Affatim.] i. generaliter. [Alleg. Guli. 23. diſt. pręterea. in fi. & hymnũ, Primo die õium. &, Summe Deus clementiæ. Eius ſignificatio patet in his verſibus.]

Si dicas afatim, tũc ſignabis abũde.
Affatim dicẽs, ſatis eunde ſignificabis.

ADDITIO. Dñt deriuatores, ꝙ primũ dẽt ſcribi ꝑ vnũ f. & vltima littera. n. ſm ꝑ duplex ff. & vlt. litterã & addũt verſũ.

Eſt afatos primi caput, affatuſq; ſecundi. Io. And.

g ¶ Mendicantes.] reprobatur mẽdicitas. 93. diſt. diaconi. vlt li cet paupertas [2] non ſit de genere malorum. 15. q. 1. illa. in fi.

h ¶ Proceſſerant.] de facto.

i ¶ Profeſſio.] ideſt, religio vel regula quam profitentur. vnde quod ſequitur, venit expoſitiue: & hæc ſunt reperire in Minoribus & Prædicatoribus. ĩ. de exceſ. prælā. nimis. 2.

k ¶ Publicum.] ideſt, publice faciendum. ad idem de men. vali l. vnica. li. 11. habent igitur eleemoſynas quærere vnde viuant: quia certos redditus vel poſſeſſiones non habent, vnde ſequitur incerta mendicitas.

l ¶ Subſiſtere.] Aliàs ſubſidere.

m ¶ Si velint.] quaſi ad religionem aliam tranſire poterunt, vt in fi. c. dicitur, ad ſæculum non poterunt redire, ſecundum Gul. ad hoc ſup. titu. 2. non ſolum. & c. conſtitutionem.

n ¶ Profeſſionem.] hic habes, quod Papa per ſuam prohibitionem poteſt inualidare profeſſionem factam in religione, vide Hoſtien. de regu. quia in inſulis. in antiq. Domin.

o ¶ Admittant.] & ſic deſinent in ſeipſis. in Authen. vt deter. ſit nu. cler. §. ſancimus igitur. collat. 1.

ADDITIO. Allegat etiam Guliel. in Authent. collat. tertia. de menſu ordin. cler. §. ſancimus. Qui dicit, quòd ne eccleſia videatur laqueum inieciſſe: ex quo fuerant confirmati, omnes in vnum ordinem conflari debuiſſent, vt ſic non exterminaret quod fecerat: ſubdit quòd hoc aliàs factum fuit: puto, quod loquatur de ordine Eremitarum ſancti Auguſtini, qui ex plurib. ordinibus factus fuit. Io. Andr.

[Glo. ſequens ſoluit duo dubia.

p ¶ Domum.] veterem eccleſiam bene poterunt reficere. ſupra, de Iudæ. capit. Iudæi. & cap. conſuluit. & ſi legetur eis domus vt vendant, bene poterunt recipere [3] ex eleemoſynis enim viuere debent: quia ex quo non debet apud eos remanere, non dicitur ad eos veniſſe, quia non dicitur verſum, &c. ff. de in rem ver. ſi pro patre. [§. verſum. ad idem ſupra de verb. ſig. nam & ego] ſecundum Gul. & Gat.

ADDITIO. Vide quod ipſe Gul. no. generaliter de Mẽdicantibus in Spec. e. tit. §. 1. ver. 3. & ver. 4. & quod ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de prob. In præſentia. ſuper ver. minor annis. & de hoc per Cynum, C. de epiſc. & cler. Deo nobis. in vlt. q. de fratribus Minoribus, dic vt in conſti. Nicolai, Exijt, §. ad hęc cum fratres de verb. ſig. lib. 6. & in cle. exiui. eo. tit. §. cupientes. Io. Andr.

q ¶ Loca.] profana: de alijs non erat dubium. ſupra, de rerum permutat. mancipia. Inſtit. de rerum diuiſ. §. ſacra.

r ¶ Ordinarios.] nec ordinarij hoc poterunt ſine ſpeciali Papæ mandato vel licentia, per id quod ſupra dixi in tex. ibi diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ.

(Glo. ſequens recitetur per quæſtio. & duplicem ſolutionem.)

s ¶ Receptio.] quo ad recipientẽ, ſed forte ſic quo ad receptũ, vt aliã laxiorẽ ingredi debeat. ad hoc ĩ. ti. 2. nõ ſolum.

ſolum. Arg.contra de reb.eccle.non alien.eo. li. c. hoc conſultiſſimo. §.contractus. Vel dic, quòd ſi hunc tantum ordinem intendebat profiteri, non eſt obligatus, aliàs ſic: & crederetur ei: quia non eſt veriſimile, ꝙ ſit immemor ſalutis ſuę. 1.q.7. ſancimus. ſecundum Gul.

ADDITIO. Et remittit ad Spec.de ſta. mo.ver.19. & ver.40. Arch. alleg. ꝙ Deus cor interrogat. 14. q. 5.ſi quid.& decre. cũ volũtate. ſup.de ſent. excom. Io. And.

Glo. ſeq. recit. per q in qua alleg.pro,& contra.]

a ¶ Cæterorumque.] ſatis vr̃ ꝙ tm̃ de mobilibus deberet intelligi: quia talia debẽt eſſe ſubiecta, qualia prædicata pmittunt. de fide inſtr. inter dilectos. ad fi. & tales partes in ſubſtitutione fieri intelliguntur quales in inſtitutione præceſſerunt. inſtit.de vulg. & pupil. ſubſti.§ & ſi ex diſparibus.& permiſſo eis manere in ordine, & ea ſine quibus ibi eſſe non pũt. ‡ Cum aũt interdicatur eis officium prædicandi, & reliqua vt ſequit, de quo viuẽt, niſi interdum ornamẽta & libros & ſimilia vendant? In ↄ̃trium vr̃: quia verbum cæterorum, omnia comprehendit, ff.de verb. ſi. l.cæterorum. & per verbum cætera. in oĩbus fit inſtitutio hæredis. ſup.de teſta. c. Raynurius. Item verbum, loca, cõprehendit immobilia, ff. de verbo. ſign. locus.ad quid ſequeretur cæterorum, ſi immobilia etiam ſola comprehenderet? Et præterea poſſunt ſibi prouidere ordinem exeundo. ſecundum Guli. neceſſaria fuiſſet declaratio. quod no.26. diſt. deinde in prima glo. & ff. de procur.non ſolum.§. quæritur. Io. Andr.

† Remittit Gul ad Specu. de ſtatu mon.ver.4. Io. And.

ADDITIO. Quod verbum, cæterorum, comprehendat omnia, placet Archi. qui etiam allegat quinquageſimam diſt. vt conſtitueretur. & quod ibi not. de pęnit. diſt.3. adhuc perfidi inſtant. ver. quem enim peccatorem. 15.q 4.c.1.

b ¶ Sepulturam.] prædicare ‡ in aliena parochia non licet, niſi licentia habita à rectore. de hęret. cum ex iniuncto. in antiq. abſoluere alienum parochianum non licet ſine proprij ſacerdotis licentia. ſupra. de pęnit. & remiſ.omnis. nec ipſum ad ſepulturam admittere, niſi elegerit: & tunc parochiali relinquetur canonica. ſup. de ſepul.c.1.inter ſe autem iſta omnia poterunt exercere: cum littera hic dicat, quoad extraneos. Si ergo iſti habebant priuilegium, vt quoſlibet poſſent ad ſepulturam admittere, illud ceſſat, &c.

‡ Vide cõc. Trid. ſeſ.5. de refo.c.2. & ſeſ.24.de refor. c.4.

ADDITIO. Quod probat littera, omnino. Io.And.

nec domorum vel locorum acquiſitio, aut ipſorum cæterorumque [a] bonorum alienatio valeat: & nihilominus contrarium facientes ſententiam excommunicationis incurrant. Perſonis quoque ipſorum ordinũ omnino interdicimus quo ad extraneos prædicationis & audiendæ confeſſionis officium, aut † etiam ſepulturam. [b]

† In manuſcriptis ita; ac etiam ſepulturam.

¶ *Reuocatio ordinum Mẽdicantium, Prædicatores, Minores, Eremitanos & Carmelitas non comprehẽdit. h.d. Dominic.*

¶ Sane ad Prædicatorum, & Minorum ordines [c] (quos euidens ex eis vtilitas eccleſiæ vniuerſali prouenienſ perhibet approbatos) præſentem non patimur conſtitutionem extendi. Cæterum Eremitarum S. Auguſtini & Carmelitarum ordines quorum inſtitutio dictum concilium generale pręceſſit, [d] in ſolido [e] ſtatu volumus permanere.

¶ *Exiſtens de ordinibus reuocatis non collegialiter: ſed ſingulariter ad alios ordines tranſire poteſt. hoc dicit. Domin.*

¶ Ad hæc [f] perſonis ordinum, ad quos conſtitutio præſens extenditur, tranſeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam concedimus generalem: ita quòd nullus ordo ad alium, vel conuentus ad conuentum ſe, ac loca ſua totaliter [g] transferat, † ſedis eiuſdem ſuper hoc permiſſione ſpecialiter nõ obtenta.

† al. transferant.

TITVLVS XVIII.

De capellis monachorum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Inſtituti in eccleſiis monachorum ad curam populi per epiſcopum ad ipſorum præſentationem: per eundem (ſi cauſa ſubſit) ſunt deſtituendi. h. d. Do.*

C. VNICVM.

PResby-

c ¶ Ordines.] per hos duos ordines fides illuminata eſt: & dicitur eccleſia exaltata, de exceſ. præla.nimis.

ADDITIO. In qua ſcilicet eccleſia iſti duo ordines proficiunt, verbo, opere, & exemplo. ſecundum Gar. facit ſupra de vo. c. fi. Io. Andr.

d ¶ Præceſſit.] vnde tangi non debent, cũ concilium, ne nimia. futura reſpiciat. ibi, ne quis de cætero in textu ſupra.

e ¶ In ſolido.] aliàs ſolito: & hoc detrahit Bonifacius de cõcilio Gregorij: ſic enĩ dicebat littera, in ſuo ſtatu volumus pmanere, donec de ipſis fuerit ordinatum: intendimus ſiquidẽ tã de illis q̃ de reliquis etiam non Mendicãtibus ordinibus, ꝓut animarũ ſaluti, & eorũ ſtatui expedire videbimus, prouidere. hoc eſt deciſum. & dicebatur ꝙ Gregor. volebat aliquem Mendicantium dimittere, niſi Prædicatores, & Minores: de nõ Mendicãtibus tres, Ciſtercien. & ordinẽ Nigrorum, & de Templarijs, & Hoſpitalarijs vnũ ordinem facere.

f ¶ Ad hæc.] id eſt præter hęc.

ADDITIO. ſic 32.d. ad hæc. alibi exponitur, i. ↄ̃ hæc.14.q.1.§. ad hæc. alibi, i. circa hæc.16 q 3 §.poteſt. ad finem. ver. ad hæc. Arch. Io. And.

g ¶ Totaliter.] not. non idẽ in toto quo ad totũ, quod in parte quo ad partem: totus ergo ordo ſacrorum, vel conuentus ipſius ordinis ad aliũ ordinem vel conuentum ſe transferre non poterit.

ADDITIO. Not. etiã Gul. licere ſingulariter, quod non licet vniuerſaliter. alle. ad idem, ff. de rebus dubijs. cum ſenatus. C. de Iudæis. l.1. Io. And.

DE CAPELLIS MONACHORVM.

¶ Dictum fuit per diſcurſum titulorum præcedentium de religioſis & eorum domibus: nunc videndum eſt de eorum capellis: ideo ponitur titulus, de capellis mona.

Continuatio D. Heliæ.

PResbyteri qui.] ponit dictum, cuius rationem interſerit: ibi, Cum debeant.

CASVS. Ponamus, quòd abbas S. Cypriani habet aliquas eccleſias ſibi donatas per epm̃ Pictauen. cum conſenſu ſui capituli, & illæ capellæ ſiue eccleſiæ ſunt ipſi abbati ſubiectæ pleno iure, non tamen ad inſtitutionem: quia inſtitutio pertinet ad epiſcopum: & hoc loquendo de inſtitutione auctorizabili reſpectu curæ, vt ponamus ꝙ abbas habet inſtitutionem tituli collatiuam, tamen pro commiſſione curæ neceſſe eſt quòd inſti-

tutus

tutus adeat epm pro committenda cura animarũ: vnde ad aliquam illarum eccleſiarum abbas inſtituit aliquẽ, & eps ſibi commiſit curam animarum: Or accidit, ꝙ inſtitutus ad illam eccleſiam perpetrauit delictum dignum priuatione: vtrum abbas poſſit illũ priuare? Rũdet, ꝙ non: ſed illud ſpectat ad epiſcopũ, qui ſibi commiſit curã aïarum: quia eps poterit eũ priuare, ſi ſubſit iuſta cauſa. Ex his patet, ꝙ abbas vel inferior prelatus põt præſcribere inſtitutionẽ tituli collatiuã. Sed verum inſtõnem auctorizabilem poſſit ipſe prælatus inferior preſcribere? De hoc eſt magna cõtrouerſia inter doctores. Nota primo ex iſto cap. ꝙ beneficia ſecularia debent eſſe perpetua: & quis nõ põt remoueri à beneficio pro libito voluntatis ſui ſuperioris. Not. ꝙ licet de iure communi diſpoſitio beneficiorum in diœceſi epiſcopi pertineat ad epiſcopum: tamen de iure ſpeciali diſpoſitio commoda non eſt in diſpoſitione epiſcopi: ſed præſentatio ſpectat ad illum prælatum, vel etiam collatio: & epiſcopus inſtituit ad præſentationẽ alterius. Nota iuncta gl. ꝙ licet inſtitutio tituli collatiua, vel præſentatio pertineat ad prælatum ab epiſcopo: tamen inſtitutio auctorizabilis pertinet ad ſolum epiſcopum: ideo ſolus epiſcopus poteſt priuare inſtitutum de beneficio eccleſiaſtico. Not. arg. ꝙ quandoque ſit inſtitutio in beneficio quo ad exercitium curæ tantum, & non quo ad principalem titulum beneficij. Nota ꝙ illud dicitur eſſe perpetuum, quod durat tantum ad vitam alicuius. facit ff pro ſoc. l. 1. & vide. ſup. de reſcri. c. fi. eod. lib. Dom.

† Dictio, perpetuus, qd ſignificet, vide Fulg. conſi. 157. inci. in cauſa Bñdicti. & Alex. cõſi. 60 ici. omiſſo multiloquio. in 1. vol.

ri, a qui ad curam populi per monachos in eorum eccleſijs præſentantur b epiſcopis, & inſtituuntur ab ipſis: c (cum debeant eſſe perpetui d †) conſuetudine e vel ſtatuto, quouis contrario non obſtante, ab eiſdem nequeunt eccleſijs (niſi per epiſcopos, f & ex cauſa rationabili g) amoueri.

[Prima glo. dicit quid declaret.]

a ¶ Presbyteri.] emanauit ad declarationem decr. ſup. eo. c. 1. & eius quod ibi not. Innoc & Hoſt.

ADDITIO. Et Ioannes de Deo, lib. 1. q. 37.

b ¶ Præſentantur.] præſentationes tales fieri debent à prælato & conuentu de iure communi: conſuetudo tamen poteſt contrarium inducere, vt ſup. de his quæ fi. à præla. ca noſcitur.

c ¶ Ipſis.] ſcilicet epiſcopis: & ſic non pleno iure habent illas, cum ad eas non ſpectet inſtitutio ad curam populi, ſed priui cum & plantare.

ADDITIO. Dato et ꝙ inſtituatur ad regimen eccleſiæ, de quo ſatis dixi de præb. de monachis. Io. Andr.

Glo. ſeq. alleg. duas concord. & remittit: & ſubdit tria ſimilia.]

d ¶ Perpetui.] non enim beneficiã dantur ad tempus. 55. diſt. præcepta. 70. diſt. ſanctorum. & de hoc de fil. presby. veniens, in antiq. ſicut enim matrimonium carnale ad tẽpus non contrahitur, ſic nec ſpiritale. de con di. appoſ. c. vlt. nec legitimi actus recipiunt diem ĩ. de reg. iu. actus. nec moribus noſtris expedit temporales habere filios, ff. de adop. l. ſi tibi. aliàs quæſitum, vt ibi in glo. dicitur. Papa tamen poteſt dare prælaturas ad tempus, vt 7. q. 1. paſtoralis. immutatis enim ſubſtantialia rei. de concel. præb. prepoſuit.

1 Intellige hoc dictũ gloſſę ſano modo, ſicut notatũ eſt in c. 3. ext. de trãſlat. in glo. ſup verbo: veri Dei vicẽ. in hac editione.

[Glo. ſeq. dicit quid reprobat, & dubium ſoluit.]

e ¶ Conſuetudine.] contrarium not. Innoc. & Hoſt. in prædi. decr. qui dicebant ꝙ ex conſuetudine præſcripta abbas tales poteſt remouere. Et not. ꝙ conſuetudo reuocat ſtatuta, ſed non priuilegia: vnde hoc hodie facere poterunt, qui hoc habent ex priuilegio Papæ, ſicut de Humiliatis fertur.

ADDITIO & præmonſtratenſibus: & hoc dictum placet Archid.

f ¶ Per epiſcopos.] intelligas remoueri per epiſcopos, quando per vicarios ſuos ad hoc mandatum habentes remouentur: vel per delegatos. ſ. eod. lib. de offi. vic. l. licet. ĩ. de reg. iur. qui per alium.

g ¶ Cauſa rationabili.] 16. q. 7. inuentũ. 56. diſt. ſatis peruerſum. & ꝓ leui culpa non debet remoueri vt in prædi. c. inuentum. & 68. diſt. c. 1.

ADDITIO. Non debet etiam quis remoueri ꝓ graui, quę in populi notitiã nõ peruenit. 30. q. 1. cap. vlt. Ad hoc 50 diſt. ſacerdotes. & c. ſe. &c. Ioan. Andr.

TITVLVS XIX.

De iure patronatus. †

† De materia huius tituli vide quæ nouiſſime decreuit concil. Triden. ſeſ. 25. de ref. c. 9.

a Boniſacius octauus.

b *Donatio iuriſpatronatus laici facta loco eccleſiaſtico, etiam ſine conſenſu epiſcopi, non tenet: tamen præiudicat iuri epiſcopi. hoc dicit. Dominicus.*

C. VNI.

SI lai-

DE IVRE PATRONATUS.

Continuatio dñi Heliæ.

¶ Dictum fuit ſupra. de præb. & dignitatibus, & alijs beneficijs eccleſiaſticis tam ſæcularibus, quàm regularibus. verum quia illa beneficia aliquando ſunt patronata: & dubitaret aliquis de effectibus iuriſpatronatus, & de ipſo iurepatronatus: ideo ponit titulum, de iure patronatus.

S Laicus.] Duę ſunt partes: ſecunda ibi, Verum. Prima ponit dictum: Secunda proteſtatur: ibi, Per præfatam. Secunda etiam ponit dictum, quod poſtea ampliat: ibi, Et omnino. Io. Andr.

CASVS. Aliquis laicus habebat iuſpatronatus in aliqua eccleſia: quia forte eam fundauerat, ideſt, donauerat fundum ad eam ædificandam: vel eam ædificauit, vel dotauit, vel omnia fecit ſimul: iſte laicus vult illud iuſpatronatus donare illi eccleſiæ, & eam quietare, vt de cætero ſit in libera diſpoſitione diœceſani: vel vult donare alteri eccleſiæ: vtrum poſſit ſine auctoritate diœceſani? Videtur, ꝙ non: quia ſi laicus detineat decimas, tamen non poteſt illas donare alteri eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi. cap. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli: ſic in propoſito videbatur, ꝙ laicus non poſſet iuſpatronatus transferre in eccleſiam ſine conſenſu diœceſani. Non obſtante iſta ratione dubitandi, decidit Romanus Pontifex in contrarium, ꝙ laicus poteſt alteri eccleſiæ donare iuſpatronatus ſine conſenſu diœceſani: tamen per hoc non ſit præiudicium ipſi diœceſano: & ideo eccleſia habebit collationem & præſentationem: ſed diœceſanus habebit inſtitutionem. Sed ponamus, ꝙ laicus donauit iuſpatronatus alicui eccleſiæ: vacat nunc eccleſia patronata: vtrum eccleſia habebit tantum quattuor menſes ad præſentandum ſicut laicus: Videtur ꝙ laicus habet tantum quattuor menſes ad præſentandum: ſimiliter eccleſia debet ſolum habere quattuor menſes: quia ſuccedit in locum laici: Tamen Romanus Pontifex iſta ratione dubitandi non obſtante decidit in contrarium: videlicet, quòd eccleſia habebit ſex menſes ad præſentandum: quia mutata perſona, mutatur etiam qualitas ipſius beneficij: Et ſic eccleſia habebit ſex menſes: licet patronus laicus, in cuius locũ ſucceſſit eccleſia, habet ſolum quattuor. Et ſic eccleſia debet reputari vt patronus eccleſiaſticus, & non vt laicus. Nota primo, quòd laico poteſt competere iuſpatronatus, quod verum eſt ex diſpenſatione iuris, ſed non de mero iure: quia iuſpatronatus eſt annexum iuri ſpirituali, id eſt, inſtitutioni quæ eſt ius ſpiritale: & de ſpiritali & eius annexis eſt idem iudicium: ſed illa facultas fuit conceſſa laicis, vt facilius inducerentur ad eccleſias ædificandas.

cus [a] iuſpatronatus eccleſiæ ſibi competens, eidem, [b] vel alteri [c] eccleſiæ, ſeu loco religioſo duxerit conferendum: huiuſmodi collatio, quamuis abſque aſſenſu epiſcopi facta fuerit; efficax eſt cenſenda. [d] Per præfatam tamen collationem iuri epiſcopi, qui eidem aſſenſum non præbuit, nolumus in aliquo derogari. [e]

¶ *Laicus quadrimeſtre tempus habet ad præſentandum: eccleſia vero ſemeſtre, licet à laico acquiſiuerit iuſpatronatus. hoc dicit. Domin.*

¶ Verum licet patronus laicus ad præſentandum tempus habeat quadrimeſtre [f] dumtaxat: eccleſia tamen vel monaſterium, cui † facta eſt à laico iuriſpatronatus collatio, tēpus habet ſemeſtre. [g] Et omnino quantum ad præſentationem pertinet, non ut patronus laicus, ſed vt patronus debet ec-

candas, vel dotandas: vnde iſtud ius patronatus conſiſtit in præſentatione ad eccleſiam patronatam: quia patronus poteſt eligere perſonam, dummodo eligat idoneam. Item iſtud iuſpatronatus conſiſtit in alio, videlicet in proceſſione: quia cum patronus primum venit ad eccleſiam patronatam, miniſtri eccleſiæ debent illi ire obuiam proceſſionaliter, & cum in eccleſia recipere proceſſionaliter. quod verum eſt, quādo ſtatus ſuæ perſonæ illud requirit: puta quia eſt rex vel dux: aliàs ſi ſtatus perſonæ nō requirit, non deberet recipi proceſſionaliter: nec miniſtri eccleſiæ debēt illi obuiam ire. Item in alio conſiſtit iuſpatronatus: quia patronus in eccleſia patronata eſt præ cæteris honorandus in ſeſſionibus, & ſepultura. Item ſi patronus deueniat ad paupertatē eccleſia tenetur ipſum alere de ſuperfluo acceptis neceſſarijs pro miniſtris eccleſiæ. Nota quod laicus poteſt ius patronatus donare alteri eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi. Nota quòd laicus patronus ad præſentandum habet ſolum quattuor menſes: ſed perſona eccleſiaſtica habet ſex menſes: & ideo epiſcopus non poteſt inſtituere abſque præſentatione: niſi elapſis illis ſex menſibus in perſona eccleſiaſtica, vel quattuor in laico. Ratio diuerſitatis eſt: quia qui grauatur in vno, releuatur in alio l. eum qui. ff. de iniur. & quia laicus poteſt unū præſentare, poſtea alium accumulatiue, & ſic poteſt variare: & diœceſanus poteſt acceptare quem voluerit: ideo debet in alio grauari quòd non habet niſi quattuor mēſes ad præſentandum: ſed clericus patronus non poteſt variare: & ſic grauatur in hoc: ideo debet in alio releuari, videlicet quia habet ſex menſes ad præſentandum. Sed quæritur qualiter dicitur fieri præſentatio ad hoc, vt clericus patronus non poſſit variare? Dicendum ꝙ ſola datio litterarum patroni non dicitur præſentatio: ſed requiritur ꝙ fuerit facta præſentatio corporalis diœceſano. Et ſic clericus ante illam præſentationem corporalem poterit variare. Hoc tenent doctores in clem. vnica, eo. ti. Ex quo ſequitur ꝙ ſi clericus patronus dedit duobus litteras præſentationis: ſi ſecundus fecerit maiorem diligentiam, & ſe præſentauerit conſpectui epiſcopi, tenetur epiſcopus illum inſtituere. No. ꝙ patronus poteſt dare iuſpatronatus illi eccleſiæ. cuius eſt patronus. ad hoc ſup. de teſti. ſignificauit.

[Prima glo. dicit quid approbat, & quid reprobat.]

a ¶ Si laicus.] hic approbatur opinio Damaſi, Vincentij, & Bartholomæi Brixien. qui hoc no. 16. q. 7. nemini. Et Innocen. & Hoſt. qui hoc no. ſup. eo. illud. & reprobatur opinio Ioannis no. in prædi. cano. & Goffre. & Bernar. no. ſupra eod. illud. & c. cura. & in multis alijs capitulis.

ADDITIO. Archidiac. hic ponit circa intellectum illius capit. nemini. 16. quæſtio. 7. ſupra allegati, ubi egiam remittit in quantum de commutatione loquitur: quod ſi laicus habet communionem cum eccleſia in patronatibus, poterit commutare, vt ratione ſocietatis liceat, quod aliàs non liceret. alleg. 23. quæſtio. 2. non poteſt.

[Glo. ſeq. dat ſimile, quærit, & ſoluit.]

b ¶ Eidem.] & ſic eccleſia erit patrona ſui ipſius: & ſic in alijs caſibus, cum ſcilicet priuantur patroni iure patronatus. ſupra eod. ti. quia clerici. de pœnit. in quibuſdam. cum ſimilibus. Sed pone, ꝙ capella eſt unicum habens presbyterum: quis præſentabit ibi presbyterum cum vacabit? Dico ꝙ ſi non eſt ibi alius patronus, epiſcopus prouidebit eccleſiæ: hoc enim dicimus regulare, cum eccleſia patronum non habet [1] per c. 16. q. 7. omnes baſilicæ. & c. ſeq.

ADDITIO. Si donetur epō iuſpatronatus capellæ ſibi ſubiectę vide quod ſcripſi ſup. e ſignificaſti, in fi. vbi concordando opiniones contrarias Goffr. & Hoſt diſtinguo, an epſ habeat compatronum necne. Io. And.

c ¶ Vel alteri.] ſufficit ꝙ redeat ad eccleſiā. ad idē s. de his q̄ fi. à pla. cū Apoſtolica. 16. q. 1. c. vlt. & res ad ſui naturam redit de facili. 35. diſtin. ab exordio. ff. de pac. ſi vnꝰ. § ꝙ ſi nō vt totū.

[Gl. ſeq. allegat unam concor. ſignat contrarium, dupliciter ſoluit: ſolutionem impugnat, & reſpondet.]

d ¶ Cenſenda.] s. eo. illud. Contrarium videbatur per decr. ſup. eo. nullus. vbi dicitur ꝙ nihil eccleſiaſtici iuris ſine conſenſu epī transfert in eccleſiam vel monaſterium. Sed excipe iuſpatronatus per prædictam decre. illud. Vnde de ſpiritualibus intendebat prohibere: ſed non de ſpiritualibus annexis: ſicut iuſpatronatus. ſupra de iudi. quanto. ſecundum Hoſt. ſed quia decr. illa eſt in illo titulo, vt faceret ad titulum: ſatis videbatur etiam iuſpatronatus prohibitum cōcedi ſine auctoritate epī: ſed ſatisfacit ad titulum, inquantum vetat ne patronus donet eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi.

e ¶ Derogari.] aliàs derogaretur ſi aſſenſum prohibuiſſet, ſecundum formam quam habes ſupra, de donatio. paſtoralis.

ADDITIO. Dic vt ibi: & hoc teneas, quod ubi agitur ſolum de tranſlatione iuriſpatronatus, cōſenſus epiſcopi illi donationi præſtitus in nullo læderet ius epiſcopale. Io. And.

f ¶ Quadrimeſtre.] non habebamus olim de hoc ita expreſſum textum, ſed ita ſeruabamus per decre. ſupra eo. c. 3. & c. cum propter. quæ tamen hoc expreſſe non dicebant: habebamus gloſ. ſupra de officio ordinarij, cum vos.

[Glo. ſeq recit. per obiectio. & ſolut. demum ſoluit quæſtionem. contra ſolu. alleg. vnam decre. ſoluit. alle. aliam, & remittit.]

g ¶ Semeſtre.] de conceſſ. præb. in antiq c. 2. Et ſic no. ꝙ qui in ius alterius ſuccedit, non utitur eodē iure: contra regulā inf. de reg. iu. is qui in ius. & ff. eo. tit. is qui in ius & eſt hoc ideo: quia ex quo res facta eſt eccleſiaſtica, eccleſiaſtico debet iure cenſeri. Et idem dicebatur olim per decr. de præb. dilectus. vlt. in antiq. & per ea quę ibi no. ſic eſt etiam videre in cōuentionibus: vbi ex perſona ſucceſſoris forus mutatus, vt in prædicta reg. dixi. & bene facit hæc decr. ad quæſtionē de excōicato, qui donando ceſſit alteri actiones ſibi competentes: an ille, cui facta eſt ceſſio, poſſit illo excōicato manente illas intentare, & terminauit Bartho. Brixien. in quæſtione veneriali: quidam cum eſſet. ſm Tancr. ꝙ ſic: quia illud vitium excōicationis perſonæ adhærens, ad ſucceſſorem non tranſit per l. ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. an vitium. & C de acquir. poſſeſſ. l. initia. & idem Gul. in Specu. de procur. §. vlt. circa princ. & ad hoc optime

[1] Vide no. per Arch. in c. frater. 18. q. 4.

† In antiquiorib. codicibus ita: cui facta eſt à laico iuris collatio patronatus.

facit ſupra qui matr. accu. poſſ. cum in tua. in fi. Argu. contra. ſupra de teſti licet ex quadam. ſed illud in teſte, vt ibi no. Item contra, ī. eo. lib. de deci. c. 2. in fi. ubi ſoluitur in ult. glo.

¶ Glo. ſeq. ponit primo tria exempla: ſecundo quæſiit, & ſoluit.]

a ¶ Eccleſiaſticus.] vnde legatus poſſet illas conferre ſup. eod. cum dilectus. non poterunt variare. ſupra eo. paſtoralis. priuat. ſi præſentauit indignum, ꝙ dic vt no. ī. de offi. ord. cum vos. Quid dices [1] ſi eccleſia, & patronus laicus ſimul habent præſentare: nũquid habebũt ſex menſes, vel quattuor tãtum: vel alter ſex, alter quattuor? Dico ꝙ habebunt ſex menſes: ita ꝙ ratione communionis priuilegium eccleſiæ tranſeat ad laicum, ad inſtar eius quod dicimus de eo, qui habet rem cõmunem cum pupillo. ff. quemadmo. ſer. amit. l. ſi communem. ita ꝙ per eccleſiam conſequetur, quod per ſe conſequi non poſſet. ſim. ſup. de conceſſ. præb. c. penult.

[1] Vide Iaſ. in l. neque pactio. C. de tranſa. in 1. no. & in l. ſi emãcipati. C. de colla.

clesiasticus [a] reputari.

TITVLVS XX.

De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

¶ Innocentius quartus.

¶ *Archiepiſcopus volens prouinciam viſitare, prius debet viſitare eccleſiam, ciuitatem, & diœceſim propriam, clericos & laicos eorundem. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. I.

Romana [b] † Eccleſia: & infra. [c] Statuimus, vt quilibet archiepiſcopus ſuam uolens

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, & procurationibus.

Continuatio

¶ Dictum fuit ſupra, ti. proximo de quodam iure competente in beneficijs & eccleſiaſticis: verum quia epiſcopi in beneficijs eccleſiaſticis ſibi ſubiectis habent aliqua iura: ideo ad nos informandum de iſtis iuribus annectitur titulus, de cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

Romana.] Iſtud capitulum ponit formam, quam debet archiepiſcopus obſeruare uolens ſuam prouinciam uiſitare. Et diuiditur in tres partes: In prima enim parte ponit quomodo, & quando poſſit archiepiſcopus ſuam prouinciam viſitare: In ſecunda parte ibi, Sane. ponitur quid debeat facere archiepiſcopus in viſitando ſuam prouinciam. In tertia parte: ibi, Procurationes. oſtenditur quomodo, & in quibus rebus debeat recipere procurationem.

CASVS. Sicut ep̃s debet ſuam diœceſim viſitare: ſimiliter archiepiſcopus per totã ſuã prouinciã viſitare: & non ſolum poteſt archiep̃s viſitare ſuam diœceſim particularem, ſed etiam diœceſes ſuorum ſuffraganeorum. Sed quæritur quam formam debet obſeruare archiep̃s in viſitatione facienda? Reſpõdet Romanus Põtifex, ꝙ ipſe debet incipere viſitationem à capite, primo viſitando capitulum ſuum & eccleſiam ſuam metropolitanam: deinde eccleſias ſuæ ciuitatis: deinde eccleſias ſuæ diœceſis: & poſtea poterit viſitare diœceſes ſuorum ſuffraganeorum: videlicet illam quam primo maluerit viſitare. Sed ſi vnam ſemel incœperit viſitare illam non poterit dimittere, & incipere aliam viſitare: quod ſi fecerit, non poterit reuerti ad diœceſim ſemel viſitatam: quod verum eſt, niſi fuerit requiſitus ab ep̃o illius diœceſis, ad quam vult reuerti: vel de conſenſu omnium ſuorum ſuffraganeorum. Sed ponamus ꝙ archiep̃s cœpit viſitare vnã diœceſim, & eſt vna eccleſia pauper, quæ non poteſt miniſtrare neceſſaria archiep̃o: quid debebit facere archiep̃s? R̃ndet, ꝙ ipſe poterit notificare duabus eccleſijs, vt conuocentur ſimul, & eum procurent: quod verum eſt, ſi illæ eccleſiæ poſſint commode conuocari: ſi autem commode non poſſent conuocari ipſi, archiep̃s teneretur viſitare illam eccleſiam pauperem ſuis expenſis: hoc dicit præſens textus, vſque ad verſiculum, Poſtquam: qui habet duos intellectus: Nam quidam intelligunt ꝙ archiepiſcopus non poterit viſitare totam prouinciam niſi ſemel in uita, niſi faciat quod ſequitur: videlicet, ꝙ ipſe faciat prius concilium, & de concilio ſuorũ ſuffraganeorum ordinet, ꝙ de cætero ipſe viſitabit totam prouinciam quolibet anno: & iſtud factum fuit vt archiepiſcopus induceretur ad celebrandum concilium prouinciale. Alij autem intelligunt ꝙ in vno anno non poterit iterare viſitationẽ, etſi ſubſit iuſta cauſa, niſi prius celebrato concilio ſuo prouinciali: & conſtituto in ſcriptis de communi conſenſu ſuorũ ſuffraganeorũ ꝙ poſſit iterare viſitationem. Et ſi in prima uiſitatione dimiſerit aliqua loca, debet in ſecunda viſitatione incipere ab illis locis dimiſſis. Quod verum eſt, niſi videat ꝙ alia loca prius viſitata magis indigeant viſitatione, quàm iſta loca non viſitata: quia ibi vigent mala magis, quã in alijs locis. Sed quæritur, quid primo debet facere archiepiſcopus viſitans? Reſpondetur, ꝙ primo debet prædicare verbum Dei: deinde debet inquirere de uita & moribus habitantium ibidem: videlicet clericorum, laicorum: & debet illos examinare ſine iuramento: licet aliàs examinatio teſtis non valeat ſine iuramento: Et ſi inueniat aliquos diffamatos, & crimina nõ ſint notoria, nõ debet illos punire: ſed debet denuntiare ſuo ſuffraganeo: hoc eſt ordinario, vt illos puniat ſecundũ exigentiam criminis. Quòd ſi crimen ſit notorium, tũc archiep̃s poterit illos punire: quia tunc conſtat de negligentia ſui ſuffraganei: & tunc iuriſdictio ſuffraganei eſt deuoluta ad ipſum archiepiſcopum. [Cleros & populos] appellatione populi, vniuerſi ciues continentur: non autem comprehenduntur clerici: quia hic ponuntur tamquam diuerſa: Ex quo ſequitur ꝙ ſi interdicatur populus alicuius loci, vel inducatur aliqua pœna populo etiam per iudicem eccleſiaſticum, non comprehẽduntur clerici: quia in iſtis odioſis verba ſtricte ſunt accipienda. [In ſcriptis:] iſte eſt unus caſus, in quo ſcriptura eſt de ſubſtantia actus: regulariter autem ſcriptura non eſt de ſubſtantia rei geſtæ, vt in l. pactum. C. de pact. Fallit in caſibus hic enumeratis per gloſſam. & ad eam quotidie recurritur. Poſtea Romanus Pontifex in § Procurationes. inhibet ſub pœna maledictionis æternæ, ne archiepiſcopus viſitans audeat recipere procurationem in pecunia numerata: etiam ſi procurantes & viſitati uoluerint eum procurare in pecunia numerata: ſed ꝙ ſolum ipſe recipiat expenſas moderatas in uictualibus. Item præcipit Romanus Pontifex, ꝙ ipſe archiepiſcopus à viſitatis non accipiat aliquod munus: ꝙ ſi contrarium fecerit, ipſe tenebitur reſtituere duplum illius muneris quod receperit. Nota primo archiepiſcopum non poſſe viſitare generaliter prouinciam, niſi primo incipiat à propria diœceſi. No. ſecundo, ꝙ ſi ep̃s nõ poteſt accedere particulariter ad quemlibet locum, debet conuocare laicos & clericos ad unum congruum locum illius viciniæ. Dominicus.

[Prima glo. diuidit.]

b ¶ Romana.] In prima parte dicitur quomodo, & quando archiepiſcopus poſſit ſuam prouinciam uiſitare. In ſecunda parte, quæ incipit ibi: Sane. dicit quid in viſitando facere debeat, & quæ crimina punire poſſit. In tertia, quæ incipit ibi: *Procurationes.* dicit, quomodo

† De materia huius decre. ꝑter ſtatuta in cõc. Latera. ſub Alex. iij. c. 4. & in cõc. Late. ſub Inno. iij. c. 33. vide omnino q̃ nouiſſime ſanciuit concil. Tridẽ. ſeſſ. 24. de reformatio. c. 3.

modo, & in quibus rebus procurationem recipere debeat.

ADDITIO. In quarta ibi, Hanc autem: conſtitutionem prorogat ad alios viſitantes: & proteſtatur. Hoſti. autem & Boatinus diuidunt decreta. in ix. partes, faciẽdo ſcilicet, de quolibet §. partẽ. Sed Ioan. Mona. diuidebat in duas partes: dicens, quòd primo tangit formam viſitationis per archiepiſcopum faciendæ: ſecundo: ibi, [Hac autẽ] formam illam ad alios prælatos extendit. Prima iterum in duas: quia primo tangitur modus circa viſitationem faciẽdam, ſecundo, in §. procurationes circa procurationem recipiendam. Iterum prima in duas: quia primo tangitur ordo viſitandi loca: ſecũdo in § Sane. modus illa exhortandi. Adhuc prima in duas: quia primo tangit ordinẽ viſitãdi capitulum eccleſiæ ſuæ, & ciuitatẽ & diœceſim: ſecundo §. Deinde tangit ordinem viſitandi prouinciam. Ioan. And.

a ¶ Viſitare.] per ſe, vel per alium, cum per ſe id non poteſt. ĩ. de offi ord. inter cætera 10 q. 1. epiſcopum & quomodo tũc debeat ſolui procuratio, dic vt ſupra eo. lib. de of. ord. epiſcopus.

b ¶ Prius. à capite eſt edẽda ratio. ff. de eden l. argẽtarius & q. alios corrigit, prius corrigat ſe & ſuos 3. quæſt. 7. iudicet de ſtatu regula. ea quæ. §. ſi vero. in antiquis, vbi de hoc.

[Glo. ſeq. exponit: quærit, argu. pro & contra, ſoluit contrarium.]

c ¶ Plene.] ita quod nulla parochia remaneat non viſitata. dummodo commode viſitari poſſit, & viſitationis cauſa ſubſit: & ſunt hæc redigenda ad boni viri arbitrium. Sed numquid ſufficiet ſynodum conuocare, & plene inquirere? Videtur quod ſic. ſupra de ac. ſicut olim. 18. diſtin. quoniam. Sed dic contra: quoniam in tam breui tempore non poſſit ſingulorum inquiſitio fieri: tum quia ibi non conueniunt omnes clerici & laici, qui ſunt viſitandi, vt infra patet. tum quia ſubijcienda eſt: res oculis: & perſonæ præſentia multum operatur. ff. fin. reg. ſi irruptione. §. ad officium. ĩ. de offi. deleg. c. vlti. §. is autem cui.

[illegible]

ADDITIO. De his in arbore conſangu. poſt prin. Ioan. And.

d ¶ Minorum.] ad hoc de appellatio. cap. de appellationibus in antiquis. cum ſuis concordan. de præben. maioribus.

e ¶ Difficultate.] forte propter niues vel glacies, vel aliud conſimile. de eccleſ. ædifican. ad audientiam. ff. ſi quis cau. l. 1. §. ſi quis iudicio.

f ¶ Accedere.] patet ergo quod ire tenetur: nec ſufficit ad ſuam eccleſiam conuocare.

g ¶ Congruum.] id eſt, honeſtum & communem, & ſufficientem ad omnes recipiendos, prout erit poſſibile. ſupra de fide inſtru. accepimus. ĩ. de priu. cum perſonæ.

viſitare [a] prouinciam, prius [b] eccleſiæ ſuæ capitulum, ac ciuitatem & diœceſim propriam plene [c] viſitare procuret: nec ſit ſolum erga maiorum, ſed etiam minorũ [d] eccleſiarum, nec circa clericorum tantum, ſed etiam populorum viſitationem intentus. Et ſi commode, vel abſque difficultate [e] accedere [f] ad vnãquãque non poterit: de pluribus locis ad vnum congruum [g] clericos & laicos [h] ſtudeat conuocare, ne in illis viſitatio poſtponatur.

¶ *Viſitata ſua diœceſi, archiepiſcopus in parte vel in totum viſitat omnia loca eccleſiaſtica, clerum & populum prouinciæ, procurationem à viſitatis recipiendo. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Deinde liceat ei per totam prouinciam, [i] vel eius partem viſitationis officiũ exercere, ciuitates & diœceſes, ſuffraganeos ſuos, & eorum ſubditos, cathedralium & aliarum eccleſiarum capitula & monaſteria, eccleſias & alia religioſa & pia [k] loca, cleros † & populos [l] libere [m] viſitando, ac procurationes à locis tantum recipere uiſitatis. [n]

¶ *Archiepiſcopus poſt inceptam viſitationem in vna diœceſi tranſiens ad aliam ad primã redire non poteſt: niſi de nouo reiteret in tota prouincia. Dominicus.*

¶ Ex quo tamen aliquam de ipſis diœceſibus viſitare cœperit: [o] numquã poſtea ſiue totam, ſiue partem eius viſitauerit, reuertatur cauſa viſitationis ad illam, priuſquam omnes reliquæ ipſius prouinciæ diœceſes in toto, vel in parte (quas ſecure viſitare poterit) & ſua [p] denuo fuerint viſitatę. Quòd ſi forte eadem diœceſis, vel aliqua ibi eccleſia plus alijs indiguerit viſitari: tunc aliarũ viſitatione intermiſſa, redeat ad eãdẽ, ſi à loci diœceſano † requiſitus [q] extiterit, vel de om

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

h ¶ Laicos.] numquid populus procurabit? Non, vt not. Ioann. 10. quæſt. 1. placuit & ſic eſt conſuetudo.

[Glo. ſeq. ponit opinio. quam reprobat.]

i ¶ Prouinciam.] hoc intellexit Bernar. † verum, ſi ſuffraganei erant negligentes: alias ſecus. Sed dic contra, vt ĩ. eodem capitu. vlt.

k ¶ Pia loca.] hoſpitalia, xenodochia, & huiuſmodi.

ADDITIO. Grãgias vero licet ſint ibi priuata oratoria, non includit ſupra eo. c. ſi na. Ioan. And.

[Glo. ſeq recit. per quæſtionem.]

l ¶ Et populos.] non ſimul, ſed ſeparatim, cum talium vita ſit ſeparata. 12. quæſtio. 1. duo. nec permiſcuis actibus officia ſunt turbanda. C. de teſtamen. conſulta. & melius procedit inquiſitio quando fit ſigillatim. de accuſa. inquiſitionis. §. tertiæ. in antiquis. & hoc verũ ſi qualitas negotij hoc expoſcit: alias in genere fiat inquiſitio ĩ. eo ſane.

m ¶ Libere.] ſ. contradictione, præſcriptione, vel appellatione non obſtante. de præſcriptio. in antiq c. cum ex officij & c. accedentes. ĩ. eo. c. vlt.

ADDITIO. Et ĩ. de offi. ord licet. Ioan. And.

n ¶ Viſitatis.] loca intelligo viſitata: ſiue ſint illa, quæ perſonaliter viſitat, ſiue illa quæ ad viſitationem conuocat. ĩ. proxi. reſponſo in fi.

o ¶ Cœperit.] caueat quod compleat: aliàs in illa viſitatione non poterit reuerti, vt ſequitur.

ADDITIO. Per quod not. Hoſtien. cœpta complenda. C. de emen. Iuſtin. Cod. l. cordi. ad Sillan. l. vltima. in fine. facit ſupra de reſcript. litteris. Ioan. Andreæ.

p ¶ Sua denuo.] vt ſic ſecundum modum ſuperius dictum viſitationem ſecundam incipiat.

q ¶ Requiſitus.] ergo nõ aliter: cũ per exitũ renũciauerit viſitationi illius anni (facit c. quod ad conſultationẽ de re iu. in antiq.) niſi in caſu qui ſequitur. ſi autem maior pars epiſcoporum prouinciæ conſentiret ipſum reuerti, & diœceſanus eps contradiceret: adhuc reuertetur archiepiſcopus, vt ſequitur.

ADDITIO. 65. diſtin. cap. 1. & 2. Hoſtien. & Archidiaconus.

† al. cle[illegible] cos.

† Hoſ. hic ſ[illegible] quod vi pla cuiſſe Ioa. Ioan. And.

† No. hic quod certo caſu ſuperior põt iudicare inferiores ſubditi ſui de illius conſenſu; quãquam illi inferiores nõ conſentiãt: dũmodo iudicet ſuperior in diœceſi ſubditi: quia extra ſine cõſenſu inferiorũ iudicare non poſſet. glo. in ca. vt litigantes. ĩ. eo de of. ordi. Domi. & Phil. Fon.

nium, aut maioris partis epiſcoporum eiuſdem prouinciæ proceſſerit cō ſilio & aſſenſu: ad quod ijdem ſe pronos exhibeāt, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si uero malitioſe [a] in his difficultatē adhibuerint, archiepiſcopus licentiam ſuper hoc à ſede Apoſtolica poſtulet confidenter.

¶ Expedita viſitatione nō reiterat illam archiepiſcopus ſine conſilio ſuffraganeorum, & diffinitione in ſcriptis prius facta: debet tamen reincipere ab illis, qui in prima nō fuerāt viſitati. hoc dicit. Dominic.

¶ Poſtquam autem ſemel omnes prouinciæ ſuæ diœceſes viſitauerit, licitum ſit ei poſtea (prius tamen ſuffraganeorum ſuorum requiſito conſilio, [b] & ipſius [c] diffinitione [d] ſuper hoc habita coram eis, quæ in ſcriptis [e] redigi volumus, vt poſſint † alijs eſſe nota) viſitationem per eandem reiterare prouinciam iuxta modum ſuperius adnotatum: etiam ſi non interueniat in hoc ſuffraganeorum ipſorū aſſenſus, illam ſemper prouidentiam adhibendo, vt in poſterioribus viſitationibus, illas eccleſias, eoſque cleros & populos prius viſitet, qui non fuerant ab eo in prioribus viſitati: [f] niſi magis ſit alijs viſitationis officium opportunum.

¶ Archiepiſcopus viſitans dēt proponere verbū Dei: inquirere de vita miniſtrorum, & de pertinentibus ad diuinum officiū, abſque iuramento: infamatos ordinarijs denunciet, & notoria crimina puniat. hoc dicit. Dominicus.

¶ Sane huiuſmodi impenſurus officium, propoſito verbo Dei, quærat de vita & conuerſatione miniſtrantium in eccleſijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cęteris, quæ ad officium ipſum ſpectant abſque coactione, [g] & exactione qualibet iuramenti, ad ipſorū emendationē per ſalubria monita: † nunc leuia, nunc aſpera, iuxta datam ſibi à Deo prudentiam diligēter intendens. Quod ſi

a ¶ Malitioſe.] qui allegat fraudem, probare debet illam. ff. de proba. quoties. §. qui dolo. ſed eo quod indigentia eſt notoria, fraus præſumitur. ad hoc ſupra de ieiunio. c. 2.

b ¶ Conſilio.] in concilio qđ annuatim facere debet. de accuſ. ſicut olim. in antiq. nec dicit hoc de aſſenſu. ſupra ꝓx. reſponſo. quia ſiue concordent, ſiue diſcordent, hoc diffinire ad ipſum pertinet, vt ſequitur ad hoc de arbi. cum olim.

c ¶ Ipſius.] ſ. archiepiſcopi.

[Gloſſa ſeq. ſoluit duo dubia.]

d ¶ Diffinitione.] dicit Innoc. ꝙ hoc modo fiet diffinitio: diffinimus per nos procedendum ad viſitationem prouinciæ noſtræ. & dixit qđ à tali diffinitione cum ſit ſuper executione officij ſui, non poterit appellari. de offi. ord. irrefragabili.

ADDITIO Idem Hoſt. & Archidia. qui etiam dicunt non requiri ꝙ hoc fiat cauſa cognita. Ioan. And.

[Glo ſeq. ponit 28. caſus in quibus ſcriptura requiritur.]

e ¶ In ſcriptis.] not. caſum [1] in quo ſcriptura requirit. Alius, cum quæritur de antiquiſſimo facto qđ teſtibus probari non poteſt. ff. de prob. cēſus. de præſcr. ad audientiam. in antiq. de probatio. cum cauſam. Tertius, in priuil. ſupra de priuileg. porro. Quartus, in dimiſſorijs. 70. diſt. ex tanto. Quintus, in redeūte ad hæreſim. 1. quæſt. 7. ſaluberrimū. Sextus, in profitente. 27. quæſt. prima, omnes fęminæ. Septimus, in electione. de electione, quia propter. in antiquis. Octauus, in emphyteuſi. C. de iu. emphi. l. 1. Nonus, in alienatione rei eccleſiaſticæ. 12. quæſt. 2. ſine. 10. quæſt. 2. hoc ius. de ijs quæ fiunt à præla. cap. 1. Decimus, quando appellatur ab interlocutoria. ſ. eod. lib. de appellatio. cordi. Vndecimus, quando quis variat circa procuratorem conſtitutum. ſ. de procur. cap. 1. Duodecimus, quando hoc agitur, vt non valeat contractus, niſi in ſcriptis redactus ſit. ſupra de pact. c. 2. C. de fide inſtrument. contractus. ſ. de reg. iur. contractus. Decimuſtertius in ſententia excommunicationis. Decimuſquartus, in requiſitione tranſcripti ſententiæ excommunicationis. ſ. eod lib de ſent. excom. cum medicinalis. Decimuſquintus, in caſu ſ. eod. lib. de electio. vt circa. Decimuſſextus in caſu ſupra de offi ordina. ſi canonici eo. lib. Decimuſſeptimus in caſu ſ. eod. lib. de ele. fundamenta. Decimuſoctauus, in donatione quæ excedit quingentos aureos. C. de dona. ſi quis argentum. Decimuſnonus, ſecundum quoſdam, in fideiuſſore. C. de fideiuſſorib. l. penultima. Viceſimus, in minore iurante ſe maiorem. C. ſi minor ſe maiorem dixer. l. 3. Viceſimuſprimus, ſi pactum fiat cum aduocato de re mobili ſibi danda. C. de ſuf. l. vnica. ſecundo reſponſo. Viceſimuſſecundus. in ſolutione debiti, in inſtrumento publico contenti. C. de teſtibus. l. teſtium. authentica, rogati. Viceſimuſtertius, ſi qs cauit de debito in ſcriptis, ex cauſa antecedenti. & vult probare. C. de non numera. pecun. generaliter. Viceſimuſquartus, in teſtamento in ſcriptis redigendo. C. qui teſtamen. fac. pol. hac conſultiſſima. §. hac cum humana. Viceſimuſquintus, in delegato Papæ. de offic. delega. cum in iure. in antiquis. C. de manda. princip. l. vnica. Viceſimuſſextus, in libello criminali, vel ciuili. ſupra, de libel. obl. cap. 1. 2. quæſt. 1. legum. Viceſimuſſeptimus, in cauſa ſ. de tempo. ordi. c. 1. & 2. quæſt. 1. legum. Viceſimuſoctauus, in diffinitiuis. ſ. eo. lib. de re iudi. c. vlt. [Viceſimuſnonus, in eleemoſynarum quæſtoribus. de pęnit. & remiſ. cum ex eo. in ant. Triceſimus, in caſu extrauag. Bon. proinde. in fine. Triceſimuſprimus, in alia extrauaganti eiuſdem quę incipit: iniunctæ. & hos duos addit Ioan. Monach. Triceſimuſſecundus, in caſu de electione, cauſam. Triceſimuſtertius, in clemen. de iudi. dudum. Triceſimuſquartus, in conſtitutione Ioann. execrabilis.] Et licet in ſupradictis requiritur ſcriptura, non tamen de neceſſitate in omnibus: aliàs autem regulariter inſtrumentis, & teſtibus probari poteſt. ſupra de fide inſtrumentorum, cum Ioannes. ſit tamen probatio leuius, facilius, & ſecurius per [2] ſcripturam. ff. de pignoribus, l. contrahitur.

f ¶ Viſitati.] præſumuntur enim magis indigere: & ideo ſunt primitus viſitandi. ſupra in §. quod ſi forte.

g ¶ Coactione.] à principio exigetur iuramentum, per quod occultum prodere conſtringatur: ex quo tamen ſine iuramento referuntur aliqua corrigenda: poterit inquiſitor ſuper his exigere iuramentum.

ADDITIO. Idem Hoſtienſis, Ioannes Monachus, & Archidiaconus, & vide in Specul. de inquiſitio. §. 2. verſic. licet autem. & verſi. vt autem. vſque ad fi. §. Ioan. And.

[1] In quibus caſibus ſcriptura requiratur præter dicto. hic, vide Abb. in c. 2. de ꝓb. Inn. & Barb. in c. cū iure. de offi. dele. Feli. in rub. de cōſt. & Alexā. conſ. 95. lib. 4.

† al. poſſit

† Vide omnino conc. Tri. ſeſ. 25. de refo. c. 1.

[2] Ad iſtā gl. vide no. mo de nouo ſū. l. ſi ne apud acta. C. de trāſ. & Hip. in rub C. de prob. Fom.

a ¶ De

de aliquibus [a] orta fuerit infamia contra eos: ordinarijs ipſorum (vt ſuper his ſolemniter inquirant) denunciet, ſi viderit expedire. Notoria vero crimina, quæ examinatione non egeant (cum ſuper his merito notari poſſit ordinariorum negligentia [b] eorundem) libere corrigat, pęnam pro illis debitam [c] infligendo.

¶ *Viſitator non in pecunia, ſed victualibus recipiet procurationem moderatã: nec familia ſua aliquid recipere poteſt etiam prætextu officij: nec ipſe nec ſui aliquod munus etiam oblatum recipient. h.d. Dom.*

¶ Procurationem autem recipiat ſecundum quod eſt in canonibus [d] † conſtitutum: nullam tamen pecuniam ipſe, vel aliquis de ſua familia, occaſione alicuius officij, [e] aut conſuetudinis, ſeu quolibet alio modo earum nomine: ſed in victualibus expenſas tãtum recipiet moderatas. Caueat inſuper, ne ipſe, vel quiſquã ſuorum, aliquod [f] munus quodcunque ſit, & qualitercumque offeratur præſumat recipere: vt non quæ ſua ſunt videatur quærere, ſed quæ Ieſu † Chriſti. Quòd ſi fuerit cõtra præſumptum, recipiẽs maledictionem incurrat, à qua nunquam (niſi duplũ reſtituat) liberetur. [g] Volumus enim in his fraudem quamlibet penitus euitari.

¶ *Forma viſitationis præmiſſa ſeruari debet in epiſcopis & alijs prælatis inferioribus, regularium conſuetudinibus exceptis. hoc dicit. Domin.*

¶ Hanc autem viſitandi formam ab vniuerſis etiã epiſcopis, alijsq́; [h] prælatis ordinario iure ſuos ſubiectos ‡ viſitantibus, plene obſeruari præcipimus: ſaluis [i] ſuper hoc rationabilibus & approbatis religioſorum conſuetudinibus, & regularibus inſtitutis.

¶ Gregorius x. in generali concilio Lugdun.

¶ *Quia decre. Inn. iiii. ſup. prox. non bene ſeruabatur in illo capitulo quo præceperat procurationes in victualibus nõ in pecunia recipi, & non recipi munera, nec etiam procurationes in victualibus à locis non viſitatis: illam confirmat, pœnas adijciens. Io. And.*

CAP. II.

Exigit [k] † peruerſorum

a ¶ De aliquibus.] de quibus interrogati de plano nil dicunt: & tunc denuntiabunt ep̃is, vt inquirant, ſecundum formam decre. de accu. qualiter 2. in anti.

b ¶ Negligentia.] 18. diſt. peruenit.

c ¶ Debitam.] ſcilicet ſtatutam in iure, niſi ex cauſa fieret commutatio: aliàs arbitraria infligatur. ſupra de offic. deleg. de cauſis.

d ¶ Canonibus.] 10. q. 3. relatum. ſupra eod. cum Apoſtolus. & c. ſopitæ. & c. cum nuper.

e ¶ Officij.] ſcriptoris, ſigillatoris, & ſimilium officiorum.

ADDITIO. Allegat Hoſt. de ſim. c. 1. & 1. q. 2. ſicut epiſcoporum. in auth. vt iudic. ſine quo. §. hæc omnia. & §. ſic igitur. collatio. 2. Io. Andr.

f ¶ Aliqđ munus.] ex hoc ‡ tex. not. ꝙ viſitans non põt recipere aliquod munus: concordat in delegato quoad non eſculẽta: ſed quoad eſculenta, quę paucis poſsẽt conſumi diebus, diſcordat: vt ſupra eo. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. in nullo. Dominicus.

g ¶ Liberetur.] additur pęna ĩ. c. prox.

h ¶ Alijsque.] ſcilicet archidiaconis, & plebanis. ſupra eo. cũ Apoſtolus.

i ¶ Saluis.] ad hoc ſupra de ſtatu mona. in ſingulis.

Exigit.] Sunt tres partes. Prima ponit exordium. Secunda: ibi, Conſtitutionem finem decr. ſupra c. prox. repetit ad dens menſem, Tertia: ibi, Alioquin. pęnam apponit, diſtinguendo ſtatus delinquentium. Io. And.

¶ Epiſcopus, vel alius, ad quem pertinet viſitare, non poteſt procuratorem recipere in pecunia, etiam à volentibus: nec etiam in victualibus a locis non viſitatis: nec etiam dona recipere debet: quod ſi contrarium fecerit, punitur pœna hic contenta. hoc dicit. Iſtud cap. emanauit ad declarationem illius, quod dicitur in ca. pręcedenti, in fine.

CASVS. Dictum fuit in § procurationes. ĩ. c. prox. ꝙ exigentes procurationẽ pro viſitatione in pecunia etiã à volentibus vel in victualibus a locis non viſitatis: & recipientes aliqua munera à perſonis viſitatis, ꝙ ipſi tenentur reſtituere duplum illius quod recèperunt ſub pęna maledictionis æternæ à qua abſoluendi nõ ſunt, niſi prius reſtituerint duplum illius quod acceperunt: Vnde multi non curabant de illa maledictione, Ideo Romanus Pontifex, ꝑ iſtud c. aggrauat illam pœnam: videlicet, ꝙ exigentes ꝓcurationem in pecunia numerata, etiam à volentibus, vel in victualibus, reſtituant duplum illius quod acceperunt intra menſem: aliàs elapſo mẽſe ſunt interdicti: & ſi decederent durante interdicto, eſſent ſepeliendi in terra ꝓfana, & non in cœmeterio. Et habet locum hæc pęna in ep̃is & archiepis: ſed alij inferiores ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio, donec reſtituerint illud duplum. Et poſito ꝙ dantes munera vellent eis remittere, nihilominus accipiẽtes tenentur illa reſtituere in duplum.

No. primo ex prin. c. rationẽ quare fuerunt pęnæ inuentæ à iure, videlicet vt delinquentes abſtineãt à malo ſaltem formidine pœnæ. c. fęlicis. ĩ. de pęn. Nota, ꝙ viſitans non debet recipere procurationẽ in pecunia, ſed in victualibus: nec dẽt exquirere delicatas epulas, ſed cõmunibus epulis debet eſſe contentus. Nota, ꝙ viſitans non dẽt recipere procurationem ẽt in victualibus à locis non viſitatis. Nota, ꝙ delinquens ꝯ tenorem c. 1. ſ. eo tit. & lib. §. procurationes. tenetur reſtituere duplũ illius quod accepit. Not. vlterius, iuncta gl. ꝙ vbi venit imponenda pœna affligẽs perſonam, mitius puniuntur exiſtẽtes in dignitate quàm alij inferiores: & hoc qñ afflictio venit imponẽda in pœna corporali: ſecus ſi imponeretur pœna pecuniaria: quia tunc grauius eſſent puniendi maiores quàm minores: Nam hic habemus, ꝙ pro eodẽ delicto grauius puniuntur archipresbyteri, quam epiſcopi. Nota vlterius, ꝙ iſtud c. quantum ad pœnam corrigitur per c. ſeq. Nota inſuper, quare addatur pœna legibus prohibitiuis: videlicet propter audaciam peruerſorum, qui non curant prohibitionem legis. Nota finaliter quid ſit exigere: quia non eſt recipere à volente, ſed potius extorquere ab inuito.

[Prima glo. ponit conſtitutionis cauſam.]

k ¶ Exigit.] Quia decretalis Innocen. iiij. ſup. proxi. non bene ſeruabatur in illo capitulo, quo præceperat procurationes in victualibus, non in pecunia recipi, & non recipi munera, nec etiam procurationes in victualibus

‡ Ex fine huius glo. conſtat eã nõ eſſe Io. And. ſed ex lectura Dominici huc eſſe tranſlatam.

† Hos canones habes in conc. Later. initio c. citat.

† al. deeſt dictio, Ieſu

‡ al. ſubditos

† Vide cõc. Tri. ſeſ. 24. de refo. c. 3. §. quod ſi quiſquam.

libus à locis non viſitatis: illā confirmat, pœnas adijciens. Et ben* dixit, exigit: quia magna ratio ſuadet ob maleficia pœnas ſolui, ff de fideiuſ. ſi à reo §. id quod. & fuerunt ſumpta hæc verba ex authen. de depo. §. ſed ne per hanc collat. 6.

quod non licet exigere. 18. diſtinctio. de eulogijs. de ſi mo. dilectus. ff. de var. & extraor. cog. l. ſecundum. §. eſt quidem.

[Glo. ſeq. recit. per q. & opinionem.]

audacia, [a] vt non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti, ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus. [b] Conſtitutionem [c] itaque fęlicis recordationis Innocentij Papæ quarti prædeceſſoris noſtri editam ſuper non recipiendis in pecunia procurationibus, ac ſuper recèptione munerum viſitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire, [d] volentes inuiolabiliter obſeruari: eam decernimus pœnæ adiectione iuuandam: Statuentes, [e] vt vniuerſi & ſinguli, qui ob procurationem ſibi ratione viſitationis [f] debitam exigere [g] pecuniam, [h] vel etiam à volente [i] recipere, vel aliàs conſtitutionem ipſam recipiendo munera, [k] ſiue viſitationis officio [l] non impenſo [m] procurationem in victualibus, aut aliquid aliud [n] procurationis occaſione violare præſumpſerint: duplum [o] eius quod receperint, eccleſię à qua id receptum fuerit, infra menſem reddere teneantur. [p] Alioquin ex tunc [q] Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, duplum ipſum vltra prædictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum ſibi eccleſiæ ſentiant † interdictum. [r] Inferiores [ſ] vero ab officio & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, [t] quouſque [u] de duplo huiuſmodi grauatis eccleſijs plenariam ſatisfactionem impendant: nulla eis in hoc dantium remiſſione, liberalitate ſeu gratia valitura. [x]

† An & qñ audacia ſit peccatum, vide B. Th. 2. 2. q. 127. art. 1.

a ¶ Audacia.] in mala parte ponitur. ſic 4. diſt. factæ. C. de ſepul. viola pergit audacia. quandoque ponitur in bona, vt 8. q. 1. audacter, C. de iud. rem non nouam. in fine.

ADDITIO Et 32. q. 5. ſi Paulus. ver. cane. dicit Io. Mona. ꝙ audacia proprie eſt vitium: cuius vitij contrariū vitium eſt puſillanimitas, quorum medium eſt fortitudo. Io. And.

b ¶ Imponamus.] vt quos Dei timor, &c. de vi. & honeſt. cler. vt clericorū. 81. diſt. plurimos. in fi. Et dicit Papa, cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei vel noſtra reuerentia non coercet. j. de pœn. fœlicis. §. in præmiſſis.

Glo. ſeq. ſpecificat tria repetita hic.]

c ¶ Conſtitutionē.] ſup. c. prox. §. 1. & §. ꝓcurationes. vbi tria ſtatuta erant, quæ hic confirmantur appoſita pęna. Primum, ꝙ procuratio recipiatur ſolum à locis viſitatis: Secundum, ꝙ ſolum in victualibus: Tertium, ꝙ viſitantes vel familiares munera non recipiant.

d ¶ Præterire.] maledictionis pœnam ibi appoſitam non curantes: nec excuſantur quia multi: quia non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. 2. quæſt. 1. multi in fine.

e ¶ Statuentes] quod ſup c. prox. in archiepiſcopis dictum erat, hic ad omnes extenditur, quibus competit viſitare.

f ¶ Viſitationis.] in alijs ergo procurationibus, quæ debentur legatis, vel nuncijs Apoſtolicæ ſedis, vel quæ debentur ratione conſuetudinis, vel ratione pacti in fundatione vel conſecratione appoſiti, non habent locum ex decr. de quibus habes ſupra eod. quanto. & c. procurationes. & cap. cum nuper. & 18. quæſtio. ſecunda, Eleutherius.

‡ Bñ tenuit hic Inno. in c. procurationes. eod. ti. vt ibi ſcripſi ſup ver. procurationum. ſed ipſe intendit de ea parte, quę de legatis & nuncijs loquitur. Io. An.

g ¶ Exigere.] i. ab inuito extorquere, ff de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſi rem.

h ¶ Pecuniam.] ſecundum Inno. 2 Hoſt. Gul & Gar. pro vecturis & ferraturis equorum pecuniam exigere poſſunt, ſi indigeant.

ADDITIO Si intelligas de indigentia per quam impediretur viſitatio, vera ſit glo. de reg. iu. quod non eſt in antiq. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. recit. per obiectionem.]

i ¶ Volente.] quod dic vt j. c. proxi. No. caſum ſpecialem, in quo parificantur iſta duo exigere, & à volente recipere. ſic ſ. eo. lib. de reſcr. ſtatutum. §. inſuper. cum §. ſeq. ſic C. lib. 12. publicæ lætitię, vel conſulum nuntia. l. vnica. in fi. cum aliàs ſæpius ſit licitum recipere

k ¶ Munera.] conſulte facit viſitans ſi ab omni munere ſe abſtinet. 1 q. 1. ſunt nonnulli. & ſupra eodem tit. c. proxi. §. penult. Credit tamen Gar. quòd ſi modicum eſculentū, vel poculentum recipiat, ꝙ non ſit veriſimile, ꝙ aliquem moueat, vel donantem pauperiorem faciat, non habet locū pœna, arg. de ſimon. & ſi quæſtiones, ff. de offic. præſi l. plebiſcito. quia talia non trahuntur ad munera, ff. de offic. procu. l. ſolent. ad fi. ad hoc, ſupra, de dona. inter vi. & vxor. c. vlt. ſup. eo. de reſcript. ſtatutum. §. inſuper.

‡ Exportandū non ſūc edendū, vel bibendum: quia nō eſſet dubitatio, cū tunc procuretur, puta ſi portet aliquos capones, caſeos, vel fiaſcos vini. bene facit, ſi ēt ab hiis abſtinet. & vide, quod dixi ſup. cap. proxi. § caueant. ſup verſ. quodcunque. Io. And.

In veteri exēplari deeſt, ſentiat, & abeſſe oportere iudicat gl. hic in verbo interdictum.

l ¶ Officio.] qñ qualiter exercere debeat, colligitur. 10. q 1 placuit. ſup. cap. prox. & §. ſane.

m ¶ Non impenſo.] ille, cui ex ordinaria poteſtate competit viſitare, impeditus per alium viſitare poteſt, & ille viſitans procurabitur, non ille, qui committit. quod dic, vt ſupra, de offic. ordin. ſi epiſcopus. eod. lib.

n ¶ Aliud.] 14. q 3. plerique de ſimo. intantum.

o ¶ Duplum.] 23. q. 1. militare. 18. diſt. quoniam. 1. q. 1. concuſſionis. & c. ſeq.

p ¶ Teneantur.] ſaluo eo quod dicitur infra proxi. [Et vide quod ibi not. in 1. glo.] & tenetur etiam familia de eo quod percepit: & ipſe epiſcopus tenetur de facto ipſorum. 76. diſt. an putatis. ſup. eo. lib. de electio. generali. §. vlt.

q ¶ Ex tunc.] elapſo menſe.

[Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.]

r ¶ Interdictum.] nouerint: quod eſt infra à tali pęna incipit cum iſtis maioribus, vt ſupra eo. lib. de offi. deleg. c. 2. & ſi durante interdicto iſti moriantur, non ſepeliuntur in cœmiterio, & ſi interim celebrent in eccleſia in ſuo officio ſicut prius, irregulares efficiuntur, vt infra de ſent. excom. is cui.

ſ ¶ Inferiores.] & ſic magis punitur minor, quàm maior. de quo dic, vt 40. diſtin homo chriſtianus, & ſupra, de iureiu. cum quidam.

t ¶ Suſpenſos.] ſi interim celebrēt vt prius ſunt irregulares: nec poterunt ab alio, quàm à Papa abſolui. ſupra de re iud. cum æterni. j. de ſent. exc. cum medicinalis.

u ¶ Quouſque.] ergo facta reſtitutione ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia abſolutionis. 81. diſt. ſi qui. cū ſuis concor. de ſpon. non eſt. in anti.

ADDITIO Propter dubium ſatiſdationis facienda eſſet declaratio. & vide quod not. in cler. de deci. c. 1. ad fi. in glo. ſic ſuſpenſi. Io. And.

[Glo. ſeq. recit. per obiectionem, & ſolutionem, & remiſſionem.]

x ¶ Valitura.] nota caſum vbi rem meam, vel mihi debitam

debitum remittere non poſſum : licet nil ſit tam natu-rale, quàm voluntate domini rem ſuam in aliũ tranſ-ferri inſti de rer. di. §.per traditionem. & de hoc dic vt dixi ſup.eo.lib.de reſcri.ſtatutum. §.ſi quid autem.

FOelicis.] Sunt quattuor dicta: Primo recitat ius anti quũ: Secũdo, ibi, Verũ illud tẽperat in parte ſecũda: Tertio, ibi, Adijciẽtes, addit & declarat: Quarto ibi, Cætera. in reliqs ius antiquum conſer uat. Io. And. Procuratio poteſt licite recipi in pecunia, ſed non exigi. h.d. & ſic per iſtud c. eſt correctum c. pręcedens.

CASVS. Dictũ fuit ſ. c. prox. ꝙ habens viſitare, poteſt à locis viſitatis recipere procurationem in victualibus, ſed non in pecunia, & ẽt à volentibus ſoluere in pecunia: Sed vtrum iſtud ſit verũ indiſtincte? Reſpõdet Romanus Pontifex, dicẽs, ꝙ illa conſtõ vertebatur in grãde detrimentũ prælatorum, & ẽt ſol uẽtiũ procurationẽ: ideo ſtatuit, vt ſi quis velit conuenire cum prælato, poterit, vt ꝓ ꝓcuratione recipiat aliquã certam pecuniam: ſed ſi velit procurare prælatũ victuã rẽ: non tenebitur dare pecuniã & quo ad cætera remanet c. p̄cedens incorrectum. Verumtñ dicit Rom. Pont. ꝙ ſi ep̄s velit viſitare vna die plura loca, poteſt: Sed non exiget niſi vnã ſolam procurationẽ: ſed hodie prælati habent diſpenſationem à Papa viſitandi plura loca una die: & a qualibet recipere integrã procurationẽ: & iſta prohibitio cum ſit à iure poſitiuo, potuit tolli per contrariam diſpẽſationem: licet non deberet fieri ſine iuſta cauſa. Nota primo, ꝙ Papa eſt ille qui facit conſtitutiones in concilio. Nota ſecundo, ꝙ quandoque ex antiqua conſtitutione inducitur incommodum: ſed illa conſtitutio debet mutari. ad hoc de conſan. & affin. non debet in anti. Domin.

† Vide concil. Trid. ſeſ. 24. de refo. c. 3. §. ſit tñ in optione eorum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Viſitator recipere poteſt procurationem in pecunia, volentibus viſitatis: Sed vna die vltra vnam procurationem non recipiet, licet plura viſitauerit loca. hoc dicit. Domin.

CAP. III.

FOelicis [a] † recordationis Gregorius Papa X. prædeceſſor noſter prohibuit in concilio Lugdunen. [b] ne aliqui [c] ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere [d] pecuniam præſumerent, vel etiam recipere à volente. [e] Verum quoniam rerum experientia [f] nos inſtruxit, ex hoc tam perſonis viſitantibus, quã locis, & eccleſijs viſitatis multa incommodorum diſpendia [g] prouenire: concedimus, [h] vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij, quibus ex officio [i] competit viſitare, à volentibus eccleſiarum, & locorum viſitatorum rectoribus ſeu perſonis, pecuniam licite recipere valeant pro ſumptibus moderatis faciendis in victualibus, diebus, quibus viſitationis officium perſonaliter exercebunt: Adijcientes, quod non liceat viſitanti niſi vnam procurationem recipere vna die, ſiue vnum locum ſolum viſitauerit, ſiue plura: † etiam ſi locus quilibet viſitatus ab illo ſufficeret ad procurationem integram perſoluendam: [k] cum eidem ſufficere debeat, vt temporalia metat à locis perſonaliter viſitatis, pro diebus quibus eis ſpiritalia ſubminiſtrat. Cætera [l] vero in eiuſdem prædeceſſoris conſtitutione contenta, in ſuo volumus robore perdurare.

¶ Idem.

¶ Si vniuerſitas vel ſingularis perſona eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas compulerit ſoluere pedagia, vel guidagia, vel exactiones pro rebus ſuis, quas cauſa negotiationis non deferũt, vel pro perſonis: ſingulares ſunt excõmunicati, & vniuerſitas interdicta; nec prodeſt contraria conſuetudo. Clericus hoc addit, quòd diœceſani quibus conſtat aliquos has ſententias incidiſſe, illos publicare debẽt, & ipſius ſententias facere obſeruari. eodem tit. præſenti. Io. Andr.

CAP. IIII.

QVam-

[Prima gloſſa dicit unde ſit ſumpta.]

a ¶ Fœlicis.] Ortum habuit ab his, quæ not. Gul. ſup. c. prox. ubi dicebat ſe à domino Gregor. audiuiſſe, de mente ſua fuiſſe quod hic ſtatuitur.

ADDITIO. Et quomodo reuoluebat litteram, ut hunc ſaperet intellectum, uide ibi ſuper uerbo, non impenſo.

b ¶ Lugdunen.] ſup. c. prox.

c ¶ Aliqui.] Innoc. iij. [1] in archiepiſcopis prohibuerat principaliter: & demum ad omnes extenderat. ſupra cap. primo.

d ¶ Exigere.] circa hoc nil corrigitur, vel mutatur.

e ¶ A volente.] hoc eſt quod infra recipit mutationẽ.

f ¶ Experientia.] ſic ſup. eo. lib. de elec. q̃ ſit. cum ſuis concor.

g ¶ Diſpendia.] preſbyter ruralis, qui nõ habet niſi vnũ gauſape forte ſine manu tergio, & vnicum lectulũ: quõ procurabit, & hoſpitabit epiſcopũ, cum nec forte domus ſufficiat, poſito ꝙ abundarent reliqua: & ep̄s quõ in vili domo manebit? [2] Vtilis ergo fuit hæc conſtitutio, quæ tollit hæc diſpendia.

[Glo. ſeq. oſtendit quõ ius antiquum renouatum eſt.]

h ¶ Concedimus.] hic O, reuclauit ad A, i. extremitas ad principium. 35. diſt. ab exordio. Olim. n. ab ijs qui procurationem victualium parare debebant inuitis procuratio in pecunia exigi nõ poterat 10. q. 1. relata. ſed volentibus bene poterat in pecunia recipi, & certa ſumma taxari. 10. q. 3. relatum. idem eſt hodie per hanc decreta. & eſt æquiſſimum, vt dixi in proxi. glo.

i ¶ Officio.] ſatis hoc puto locũ habere nõ ſolũ in ordinario officio, ſed etiã delegationis: cũ vtrobique eadem ſit ratio. non obſtat quod infra dr̄ perſonaliter: quia intelligo ꝙ cum perſonaliter viſitant, pro ſuis victualibus a viſitatis pecuniã recipiant: cum aũt per alios, non ipſi, ſed illi victualia vel pecuniã pro eis recipient, vt ſupra eod. lib. de offic. ordin. ſi epiſcopus.

k ¶ Perſoluendam.] aliàs enim poſſet totam ciuitatẽ una die uiſitare: & tot procurationes recipere quod ibi eſſent eccleſiæ: quod eſſet abſurdum.] Et eſſet acceſſorium maius principali, ut dixi in tex.] Numerus ergo procurationum non excedat numerum dierum. ſup. eo. procurationes.

l ¶ Cætera uero.] ſ. circa exactiones ſtatuta: & circa procurationes etiã in uictualibus non recipiẽdis à locis non uiſitatis: & circa munera non recipienda à uiſitantibus, uel eorum famulis cum pęnis ſuperius ſtatutis.

QVamquam.] Primo ponit exordium: Secundo prohibitionẽ: ibi, Cũ igitur. Tertio pęnas tranſgreſ-

[1] Legendũ hic vñ Inn. iiij. cuius ẽ c. 1. hic citatum à gl. in manuſcripto exemplari ſimpliciter legitur, Innocen.

† Per hunc tex. nota ꝓuiſionẽ pro exercitio dĩe aſſignatã non multiplicari, quã quam vno die facias, quod alius faciẽdo occuparet duos.

[2] Portatio ẽt uictualium ad locum cõpetentẽ eſſet oneroſa. Io. And.

ſorum: ibi. Qui vero. Et hæc decr. plenius prouidet q̃ Alexandrina. c. quia nonnulli. ĩ. de immu. eccle. prouidiſſet, vt ibi dicam in prin. Ioan.

c ¶ Canonico.] prædicta decre. ſuper quibuſdam.

d ¶ Ciuili.] C. vect. noua inſtit. non poſ. l. non ſolent C. de ſacroſan. eccle. placet.

ADDITIO. 16. q. 1. cap. generaliter. §. placet. aliàs ſub §. nouarum. Ioan. And.

quam [a] † pedagiorum [b] exactiones tam iure canonico, [c] quam ciuili [d] regulariter merito ſint damnatæ; † tanto tamen diſtrictius ne ab eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis talia exigantur, prohiberi oportet, quanto ſi id fiat, maioris [e] inde tranſgreſſionis reatus incurritur, & offenſa euidentior comprobatur. Cũ igitur eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ, acres † ipſarum [f] non ſolum iure humano, [g] quinimo & diuino, [h] a ſæcularium perſonarum exactionibus ſint immunes: conſtitutionem [i] fęlicis recordationis Alexandri Papæ quarti prædeceſſoris noſtri (qui ſtatuit eccleſias & perſonas eccleſiaſticas ad pedagia & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum vel ſoluendum talia pro rebus ſuis proprijs, quas non cauſa negotiandi [k] deferunt, vel deferri faciunt, ſeu tranſmittũt:) Volentes propter multorũ inſolẽtiã & abuſũ pœnæ adminiculo adiuuare, [l] adijcimus diſtrictius inhibendo (cõtraria cõſuetudine [m] quorumcumque, quæ dicenda eſt corruptela verius, non obſtante) vt nec collegium, [n] nec vniuerſitas, nec aliqua etiam ſingularis perſona cuiuſcumque ſit dignitatis, conditionis, aut ſtatus, à præfatis eccleſijs, aut perſonis, pro perſonis ipſis, aut rebus prædictis [o] talia exigat, vel extorqueat, per ſe, vel per alium, [p] ſuo nomine, vel etiam alieno, [q] aut eas ad huiuſmodi perſoluenda compellat. ¶ Qui vero contra fecerint, ſi perſonæ fuerint ſingulares, [r] excommunicationis: ſi autem collegium, vel vniuerſitas [s] ciuitatis, caſtri, ſeu loci alterius cuiuſcunque, ipſa ciuitas, caſtrum, vel locus interdicti ſententias ipſo facto incurrant: nec

† Vide cõc. Latera. ſub Alexã. iij. c. 22. & cõci. Tri. ſeſ. 25. de ref. c. 20.

† Ergo eas facẽs ꝓbabit hoc ſibi licere. ĩ. c. 2. de immun. eccl. l. 1. C. de vect. no. Do. & Phil.

† Nõ patrimoniales. Ph. cũ gl. ipſarũ. in ſi ꝑ gl. in d. l. 1. Lod Ro. in l. ſi publicanus. §. de rebus. ff. d̃ publi. Fon.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendũ quid ſit pedagium & guidagium, de quo in glo. in c. ſuper quibuſdam. de verbo. ſig. in anti. Vnde ſciendum ꝙ pedagium dr̃ illud tributum, quod ſoluitur pro rebus, quæ transferuntur de vno loco ad alium: & in iure vocatur vectigal. Guidagium vero dicitur illud tributum, quod datur pro ſaluandis hominibus, qui ſecure conducũt tranſeuntes extra loca periculoſa.

CASVS. Certũ eſt quod tam conſtitutione diuina, quam humana clerici, eccleſiæ, & res clericorum ſunt exemptæ, & immunes à præſtatione exactionum, & tributorum, quę conſueuerunt præſtari per homines ſæculares: Sed ponamus, quod aliquis fecit cõtrarium: quia cõtra talem prohibitionem, quæ eſt tã à iure diuino, ciuili, quã canonico, fecit indebitã exactionẽ, & cõpulit clericos ad ſoluendũ pedagia, guidagia, & alias exactiões pro ſe, vel pro rebus ſuis: quęrit, qua pęna veniat puniẽdus? Rñdet ꝙ ſi ſit pſona ſingularis, quę fecit iſtas exactionis. tunc ipſo facto incurrit ſnĩam excõicationis: ſi autẽ ſit vniuerſitas vel collegium. puta communitas, vel vniuerſitas ſcabinorum alicuius ciuitatis, tunc illa vniuerſitas eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico: non aũt incurrit excõicationem. Hodie autem emanauit cle. pſenti. eo. tit. quæ pcipit epis & alijs locorum ordinarijs, vt ipſi publicent iſtas pœnas & ſententias: & pcipit illis ſub pœna excommunicationis, ne ſint remiſſi in publicãdis iſtis pœnis. Nota ꝙ ſi clerici transferãt perſonas ſuas de loco ad locum, licet faciant cauſa negotiationis: tamen pro perſona ſua nõ tenẽtur ſoluere exactiones vel alia tributa: nec etiam ſi transferant res beneficiorum. Sed ſi transferãt fructus patrimoniales cauſa negotiationis, tenentur ſoluere pedagia & alias exactiones: ſecus ſi neceſſitate ſua: quia tunc non tenerentur ſoluere pedagia neque alia tributa.

a ¶ Quamquam.] Si vniuerſitas, vel ſingularis perſona eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas compulerit ſoluere pedagia, vel guidagia, vel exactiões pro rebus ſuis quas cauſa negotiationis non deferũt, vel pro perſonis: ſingulares sũt excõicati, & vniuerſitas iterdicta: nec ꝓdeſt ɔtria conſuetudo. Clericus hoc addit, ꝙ diœceſani ꝗbus cõſtat aliquos has ſnĩas incidiſſe, illos publicare debẽt, & ipſas ſnĩas facere obſeruari. eo. tit. pſenti. Ioan. And.

b ¶ Pedagiorum.] quid ſint guidagia, & quid pedagia, vide ſupra. de verb. ſig. ſuper quibuſdam.

e ¶ Maioris.] ſcilicet quàm ſi exigantur à laicis. [Idem Archi.]

f ¶ Ipſarum.] ſ. eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum: nam res clericorũ eodẽ priuilegio gaudẽt quo res eccleſiarũ, vt 16. q. 1. ſimiliter. & rationem ibi not. Io. & Ber. ĩ. de pig. ex litteris. in glo. pen. nec eſt illud vniuerſaliter verum, vt not. Ioan. 15. quæſt. 4. cap. 1.

g ¶ Humano.] poſitiuo, vt dictũ eſt ſupra

h ¶ Diuino.] legitur Gen. 47. vltra medium. Subiecit Ioſeph omnem terram Aegypti Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti vſque ad fines eius præter terram ſacerdotum. & ſequitur ſic: ex eo tempore vſque in pręſentem diem in vniuerſa terra Aegypti quinta pars regibus ſoluitur: & factum eſt quaſi in legem pręter terram ſacerdotalem, quæ libera ab hac conditione fuit. Itẽ Eſdræ 1 vij. vltra med. vbi dixit rex Artaxerſes ſuis miniſtris: vobis quoq; notũ facimus de vniuerſis ſacerdotibus & Leuitis, cantoribus & ianitoribus & miniſtris domus Dei: vt vectigal & tributum & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. & concor. ad hoc ſupra, de immu. eccl. non minus. 1 Eſdræ 1.

i ¶ Conſtitutionem.] quam habes ĩ. de immun. eccle. c. 1. & pro parte eius mentem vide hic deciſam.

k ¶ Negotiandi.] ad hoc de vi. & hon. cle. c. vlt. Et no. in ijs quæ negotiationis cauſa portantur, non in ꝓprijs vel in ijs quæ portantur ad vtilitatem fiſci, ſoluuntur exactiones iſtæ. C. de vecti. & commiſ. l. vniuerſi.

l ¶ Adiuuare.] ſupra eo. exigit. in prin.

m ¶ Conſuetudine.] ad idem ſupra, eo. tit. & lib. Romana. §. procurationes. ſupra de capel. monac. c. vnico. cum ſimilibus.

n ¶ Collegium.] ex quibus hæc cognoſcantur, vt not. ſupra de exceſ. præl. dilecta.

o ¶ Prædictis.] proprijs ſcilicet, quas cauſa negotiationis non deferunt.

p ¶ Per alium.] ĩ. de reg. iur. qui per alium.

q ¶ Alieno.] 47. diſt. ſicut nõ ſuo. ĩ. de reg. iu. qđ alicui. [Gl. duæ ſeq. recitari poſſunt per duas quæſtiones.]

r ¶ Singulares.] etiam epi: quia decr. quia periculoſũ, de ſententijs ſuſpenſionum & interdicti loquitur. [Idẽ Archidiaconus.]

s ¶ Vniuerſitas.] in collegium enim vel vniuerſitatem

excom-

excommunicationis ſententia proferri non debet. ỹ. de ſententia excommunicationis. Romana. §. in vniuerſitatẽ. vbi de hoc. & intelligo hoc etiam de vniuerſitate vel collegio eccleſiaſtico. [Idem Io. Mo. & Arch.] vt ſupra de perſonis dixit in proxima glo. & facit. ff. ſi ſervendi. l. altius. & de nat. ex lib. ven. c. vnico. de deci. quamuis. in antiq.

a ¶ Satisfecerint.] ad inſtar excõicati pro manifeſta offenſa. ĩ. de ver. ſig. ex parte. 1. & c. ſeq. infra, de ſen. excommu. ſolet. & c. venerabilibus.

† Per iſtam copulatiuã notant docto. nõ ſufficere reſtõnẽ (quæ cui fieri debeat dic vt. Do. hic) ſed requiritur ẽt pnĩa cap. ſicut dignũ. đ homi. ad hoc de hæret. quicunque, in ſi. F.

ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenarie reſtituerint, † & de tranſgreſſione ſatisfecerint competenter.

¶ Idem.

¶ *Archiepiſcopus viſitare poteſt prouinciam, ac etiã iterare, licet ſuffraganei nõ ſint negligentes: & tunc confeſſiones omniũ audire, abſoluere, & pœnitentias imponere. h. d. Dom.*

CAP. V.

PErpetuo [b] † declaramus edicto, archiepiſcopum poſſe ſecũdum tenorem conſtitutionis [c] fœlicis recordationis Innocentij Papæ quarti prædeceſſoris noſtris ſuper hoc editæ, ſuam prouinciã viſitare libere, licet non ſint eius ſuffraganei negligentes, [d] & iterare [e] viſitationem eandem: ac procurationes a locis recipere viſitatis: Conſuetudine (ſi qua forſan ab ipſis ſuffraganeis, vel ab alijs [f] allegetur) præmiſſis [g] contraria non obſtante. [h]

¶ Poteſt etiam idem archiepiſcopus dum viſitat, confeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, ac † abſoluere [i] confitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares. [k]

PErpetuo declaramus.] Sunt duæ partes. Secunda: ibi, poteſt etiam. Et prima ponit dictum de viſitatione, iteratione, & procuratione. Secũda vitiat cõſuetudinem contrariã: ibi, Conſuetudine.

CASVS. Dictum fuit ĩ. eo. ti. & li. c. 1. ꝙ archieps̃ non ſolũ poteſt viſitare totam ſuã diœceſim, ſed ẽt ſuam prouinciam, i. diœceſes ſuorum ſuffraganeorum: vtrum iſtud ſit indiſtincte verum, ẽt ſi ep̃i adhibeant diligentiam in viſitando ſuas diœceſes? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ ſic: & dicit, ꝙ licet ep̃i non ſint negligentes in viſitandis ſuis diœceſibus: tñ nihilominus poterit archieps̃ illas diœceſes ſuffraganeorum ſuorũ viſitare: & non ſolum ſemel, ſed pluries, & iterare ſecundum quod dictum fuit, ĩ. eod. in c. 1. Sed vtrum archieps̃ viſitando prouinciam ſuã poſſit audire confeſſionẽ ſubditorũ ſuorum ſuffraganeorũ, & ipſis confeſſionibus auditis imponere pœnitentiã ſalutarẽ? Rñdet, ꝙ ſic. Et iſte eſt vnus caſus in quo archieps̃ hẽt iuriſdictionẽ in ſubditos ſuorũ ſuffraganeorũ: alios caſus hẽs in c. paſtoralis. de off. ord. in antiq.

† Vide cõc. Tri. ſeſ. 24. de ref. c. 3. A metropolitanis vero. vñ intelliges qualiter hodie procedat diſpoſitio huius c.

No. primo, ꝙ ille dr̃ libere exercere actũ, qui põt alterius negligentia non expectata. No ſecundo, caſũ, in quo archieps hẽt iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, videlicet quo ad forum pœnitentialẽ: ſed tñ hæc poteſtas eſt limitata ad certum tẽpus. Dom.

[Prima glo. dicit quid declaret, & corrigit.]

b ¶ Perpetuo.] Emanauit ad declarationem decr. ĩ. e. Romanam & correctionem eorum quæ ibi not. Ber. & ſup. eo. nuper. & ſupra, de accuſa. ſicut olim.

ADDITIO. Et Io. 9. q. 2. nullus primas. & facit eadem cauſa, & q. vlt. §. vlt. Io. Andr.

c ¶ Conſtitutionis.] ſup. eo. c. 1.

d ¶ Negligẽtes.] c̃triũ no Ber in p̃dictis locis. ſed aliud eſt viſitare. aliud de criminibus inquirere, vt dixi ĩ. c. 1.

e ¶ Et iterare.] repete, ſecundum conſtitutionem, &c. quod eſt ſupra. & idem repetas in prox. ver.

f ¶ Ab alijs.] puta ſubditis ſuffraganeorum.

g ¶ Præmiſſis.] viſitationi, iterationi, & procurationi.

h ¶ Obſtante.] ad idem. ſup. c. prox. cum ſuis concor.

[Glo. ſeq. dat vnum ſimile: de alijs remittit.]

i ¶ Abſoluere.] No. caſum in quo archieps̃ in ſubditos ſuffraganeorũ iuriſdictionem hẽt. Item per totam prouinciam dat litteras indulgentiarũ. ĩ. de pœn. & remi. noſtro. alios caſus habes. 9. q 3. in ſumma, ĩ. de offi. ordi. paſtoralis.

k ¶ Salutares.] non nimium auſteras. 26. q 7. alligant. & in eis imponendis conſideret quæ leguntur de pœn. diſt. 5. conſideret. & ſup. de homi. ſicut dignum.

† Nota argumentando ex ordine litteræ, ꝙ cõfeſſor debet abſoluere contitentẽ, & poſtea ſibi imponere pœnitentiã. & ſic eſt hic tex. contra gl. in verbo audire. in clẽ. dudũ. de ſepul.

TITVLVS XXI.

De conſecratione eccleſię uel altaris.

¶ Bonifacius octauus.]

¶ *Polluta eccleſia pollutũ eſt cœmeterium illi contiguum, ſed non remotum. Pollutio cœmeterij eccleſiam non polluit, licet contigua exiſtat. Polluto vno cœmeterio aliud illi contiguum pollutum non eſt, licet per portam de vno in aliud detur ingreſſus. hoc dicit. Dominicus.*

C. VNICVM.

SI † eccle-

DE CONSECRAtione eccleſiæ, vel altaris.

¶ Viſum eſt ſupra de cenſibus: ſed quia in conſecratione eccleſiæ ſolẽt dari immunitates, & cenſus imponi: iõ poſt titulum p̃cedẽtẽ ſubiicit iſtũ.

SI eccleſiam.] Determinat quatuor caſus. Secundus: ibi, Secus. Tertius: ibi, Non ſic. Quartus: ibi, Non vnum. Io. And.

CASVS. Certũ eſt ꝙ ſi quis per iniuriã alium verberet in eccleſia, & effundatur ſãguis in eccleſia: itẽ ſi effundatur ſemen hoĩs: ꝙ eccleſia eſt cẽſẽda polluta. Sed qd de cœmeterio, ponamus, ꝙ eccleſia aliqua fuit polluta eſt aliquod cœmeterium prope eccleſiã: vtrũ fuerit cœmeterium pollutum? Rñdet ꝙ ſic: quia eſt acceſſorium ad eccleſiã: & ideo antequã cœmeteriũ illud fuerit recõciliatũ, non dẽt in eo aliquis ſepeliri. Sed quid econtra, cœmeterium aliquod fuit pollutum: vtrũ eccleſia quæ eſt iuxta cœmeterium eſt polluta? Rñdet ꝙ non: quia eccleſia nõ eſt acceſſoriũ ad cœmeteriũ: & maius dignũ non trahit ad minus dignũ. Sed quid, ponamus retẽto priori themate, ꝙ aliqđ cœmeteriũ fuit pollutũ: eſt aliud cœmeteriũ illi cohærens, quia eſt ibi quidam paries diuidens vtrumque cœmeteriũ: vtrum iſtud cœmeteriũ cenſeatur eſſe pollutũ? Rñdet, ꝙ non

† De materia huius decretalis vid̃ plene Turrecre. & alios, in c. ec cleſijs. de conſ. diſt. 1.

[Sanguinis.] requiritur ꝙ ſit effuſio ſanguinis humani iniurioſi: iõ ſi me defendẽdo effundã ſanguinẽ in eccleſia: nõ pp hoc dr̃ eccleſia polluta: imo ſi quis ſe defendendo ſuũ aggreſſorẽ in eccleſia occiderit. non eſt irregularis cẽſendus. [Cõtiguũ.] id eſt, ſine medio: quia cõtigua ſunt, quæ duobus extremis ſe contingunt.

Nota primo, ꝙ eccleſia vel cœmeterium polluitur effuſione ſanguinis humani: & hoc qñ effuſio illa ſanguinis eſt iniurioſa: ſecus ſi iuſte vel iocoſe fuerit facta: vel ẽt ſi euenerit naturaliter ſine aliqua percuſſione. Itẽ requiritur ꝙ illa effuſio ſãguinis fuerit facta ĩ magna abũdantia: iõ ſi ſolum eſſent effuſæ duæ vel tres guttæ, non

dicere-

diceretur eccleſia polluta. Not. vlterius, ꝙ ēt cœmiterium vel eccleſia dr̄ pollui per effuſionē ſeminis humani. Et dn̄t aliqui, ꝙ requirit ꝙ illa effuſio fuerit adulterina: ſecus ſi matrimonialis. Hanc opin. tenet Archid. Et rōnem ponit ipſe Archid. quia reddere debitum eſt meritoriū: ſed gloſſa iſta concludit contrarium: quia aliqua ſunt illicita ratione loci, quæ aliàs de ſe ſunt licita. nec obſtat ratio Archidiaconi, ꝙ reddere d̄bitum vxori eſt meritorium: quia bn̄ ſequitur, reddere debitum vxori eſt meritoriū: ergo nō meretur pœnam: ſed non ſequit quin eccleſia ſit polluta. Itē dicit Dominicus de ſācto Geminiano, quòd in omni loco non eſt reddendum debitum carnis. Nota quòd in cœmiterio polluto non ſunt ſepelienda corpora ante reconciliationē debito modo factā.

ſiam [a] pollui [b] ſanguinis [c] aut ſeminis [d] effuſione contingat, ipſius cœmiterium ſi contiguum [e] ſit eidem, cenſetur eſſe pollutum [f] vnde ante quam reconciliatū fuerit, nō debet in eo aliquis ſepeliri: Secus ſi remotum fuerit ab eadem. ¶ Non ſic quoque in caſu conuerſo ſentimus, vt videlicet polluto [g] cœmiterio quamuis eccleſiæ contiguo, debeat eccleſia reputari polluta: nẹ minus dignum, maius, [h] aut acceſſorium, principale [i] ad ſẹ trahere videatur. Non vnum, ſed plura cœmiteria eſſe noſcuntur, quæ quamuis ſibi

Nota ꝙ polluta eccleſia ēt dr̄ pollutum cœmiteriū, ſi ſit contiguum eccleſiæ. ideo aliquis non dēt in eo ſepeliri: tn̄ nō eſt neceſſe ꝙ reconcilieē cœmiteriū quia venit acceſſorie ad eccleſiā: iō per reconciliationē eccleſiæ vr̄ cœmiterium eſſe reconciliatū. Nota vlterius ꝙ paries intermedius diuidit res diuerſas, vt cenſeantur res diuerſæ. Nota ꝙ porta ingreſſus, vel aditus non facit ꝑ hoc contigua. Et iſtud facit ad qōnem: & ponamus ꝙ habeo vnum domicilium, porta domicilij eſt in vna parochia, & reſiduum eſt in alia parochia. ꝗtum ad iura parochialia, nō ſum parochianus illius eccleſiæ in cuius parochia eſt porta domicilij: ſed ſum parochianus illius ecleſiæ in cuius parochia eſt reſiduū domus.

[Prima gl. dicit quid declaret, & ponit differentiam.]

a ¶ Si Eccleſiam. [Emanauit ad declarationem eorū, ꝗ not. Hoſtien. ī. e. tit. c. 1. proprie eccleſia dr̄ conſecrata: baſilica non conſecrata de religio. dom. c. 1. Sed contra non conſecrata polluitur, ſed aliter recōciliaē. ī. e. c. vlt.

ADDITIO. Quod proprie eccleſia dicitur conſecrata, patet hoc de conſe. diſt. 1. nō oportet. 16. q. 5. poſſeſſio. qn̄q; eccleſia vocatur oratorium. ea. q. lator. 42. d. c. pen. & vlt. qn̄q; vocatur domus orationis. 16. q. 7. & hoc diximus. & ī. de immu. eccl. cum eccleſia. qn̄q; dr̄ tēplum, vt ibi, & 88. diſt. eijciens. 1. q. 3. ex multis. 2. q. 7. accuſatio. 2. rn̄ſo. Alibi tabernaculū de conſe. diſt. 1. c. 1. 36. diſt. c. vlt. qn̄q; domus Dei. 1. q. 3. non ſolum. & ī. titu. 2. decet. & eſt ratio: quia ſpecialiter ibi Deus inhabitat: vn̄ ibi habitātes protegit: dr̄. n. domus eſſe tutiſſimum refugium. ff. de in ius voc. l. plerique. ſecundum Archid. Io. And.

[Glo. ſeq. recitetur per obiectionem & ſolutionem: ſecunda pars per queſtionem, ſolutionem, & ſolutionis contrario reſpondet.]

b ¶ Pollui.] quo ad opinionem hominum, qui eā polluunt quantum in eis eſt [5]: quæ. n. ſunt ſancta coinquinari non pn̄t. 15. q. vlt. c. vlt. de coha. cle. & mu. veſtra. & quid firmum erit aut ſtabile, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur. C. de epi. & cle. ſi quemꝗ. & ob hoc dico, ꝙ ſi pollutio fuerit occulta, non dēt reconciliari. Dicunt n theologi, ꝙ ideo reconciliatur eccleſia, vt videntes laici eccleſiam ſic lauari, quæ non peccauit, cogitent intra ſe ꝗtum pro lauatione peccatorum laborandum ſit & probatur hoc iure: quia eccleſia non iudicat de occultis. 32 diſt. erubeſcant. de ſimo. tua. non obſtant de adul ſignificaſti. quia dico ꝙ adulterium ibi publicum erat: quod patet ex eo ꝙ adultero idicta fuit purgatio. [Glo ſeq. primo ſoluit 7. dubia. in fine quærit, arg. pro & contra, & ſoluit.]

[5] Et eſt hoc expreſſum 1 q. 1. quod quidem, in ſ. Io. And.

c ¶ Sanguinis.] humani & iniurioſi. [facit de priuileg. tuarum in prin. in antiq.] Vnde ſi ibi occidatur canis, vel humanus ſanguis caſu effundatur, vel ſi quis ibi minutionem faciat, [2] eccleſia non eſt reconcilianda & ſi ſine ſanguinis effuſione occidatur ibi hō, puta cum tonſorio ad collum: bene reconciliatur ꝑ ꝑ criminis horrorem, ſecundum Hug. qui no. hoc de conſe. diſt. 1. eccleſijs. [3] Et eſt caſus ſup eod propoſuiſti. vbi dicitur quòd propter homicidia & vulnera reconciliatur eccleſia: non dicit an in eis fuerit ſanguinis effuſio necne, ad hoc ff ad legē Aquil. quia actione. §. 1. Et ſi extra eccleſiā vulneratus ad eccleſiam fugiat, & ibi ſanguinem ſpargat, non reconciliatur eccleſia. ſecus econtrario, [4] vel cum ſanguinem colligit in ſcutella. Si aūt ſupra tectum, pone cum ſagitta homo interficitur: Dixit ibi Hu. ꝙ non eſt facienda reconciliatio: quia extra eccleſiam vr̄ factum. [Eadem ratione dr̄ idem, quando ſub eccleſia in cella, cauerna, vel ſpeluncula ibi ſita. ad vtrumque faciunt iura loquentia de ingreſſu eccleſiæ ſupra eod. lib. de off. deleg. c. 2. & ī. de ſent. excom is cui.] Sed quid ſi ſanctus vir ibi occidatur nunquid reconciliatur eccleſia? Vr̄ ꝙ ſic: quia iura indiſtincte loquuntur: & ſceleratius eſt iuſtum & ſanctum occidere ꝗ iniuſtū 23. q. 5. ſi non licet. Iō contrarium vr̄ cum eccleſia ſanctificata ſit, non polluta. [Ad hoc ſupra eo. lib de elec. fundamēta, poſt pri. ver. Iſti ſūt & 21. di. ꝗuis.] Sed hoc verū eſt ex ſanguinis effuſi paſſiōne: ſed ex ipſius effuſi actione bn̄ polluitur, iuxta illud: Actio diſplicuit, paſſio grata fuit. [5] Vnde primum teneas: locum tamē ſanguinis non lauabunt.

[2] Idē ſi occidatur ſub lapide, aut ligno cadēte, Phi. per c. eccleſijs. de conſecr. diſt. 1. Fon.

[3] Et idē Archid. hic & ibi ut remit tit. Io. An.

[4] Secundū Vinc ꝗ hoc not. ī. eo. ꝓ poſuiſti. in 1. gl. alle. ff. ad l. Aquil. huic ſcipturæ. Io. A.

[5] Seneca li. 3. declama. ēt vbi tenē diū eſt ꝓ ri: ſcelus eſt occidere. Io. And.

ADDITIO. Si vir ſanæ mentis ſeipſum occidat in eccleſia: vel vulneret irato aīo ad ſanguinis effuſionem ex quo publicum eſt, reconciliabitur eccleſia. Ad hoc ſufficit ꝙ ſcripſi ſupra de ſen. excom. contingit. ſuper verb. excommunicetur, in fi. Io. An.

[Gl. ſeq in queſtione duas contrarias opi. recitat: ſecundam approbat.]

d ¶ Seminis.] humani, non canum. Et intelligunt hic quidam de ſemine fornicario: vnde ſi vir cognoſcit vxorem in eccleſia, nō reconciliabitur. hoc tenet Hug. cuius gloſſas poſuit Ioannes de conſecra diſt. 1. eccleſijs. Vin. & Gandolphus. Sed ipſe Ioannes contra. quod verū puto. allegabat ff de ſolu. l. quod dicimus. & hoc not. 31. diſt. qm̄. 68. diſ. eccleſijs 33. q. 4 Apoſtolus. nā multa licita, ex loco ſūt illicita. 2 q. 7. accuſatio. de īmu. eccl. c. 1.

ADDITIO. Archidiaconus ēt tenuit, ꝙ coitus cōiugalis non polluit eccleſiam: qui dicebat ꝙ licet in eccleſia non debeat regulariter debitum reddi vxori: ſi tā petat & reddatur, nō pōt dici adulterium vel fornicatio. Facit. de conſecr. diſt. 1. ſi motum. Io. And.

e ¶ Contiguum.] contigua dicuntur quorum extrema ſe contingunt.

ADDITIO. Fuit dictum Ariſt. 5. Phyſi. qui ſubdit illa eſſe contigua, quorum terminus eſt vnus. & idem datur exemplum de aqua in vaſe: eſt. n. vaſi contigua, ſed in ſe continua. &c. Io. An.

f ¶ Pollutum.] concor. ī de ſent. excō. ſi ciuitas. vbi idē de eccleſia interdicta diſtinguitur. Io. An.

g ¶ Polluto.] ſanguinis vel ſeminis effuſione, vt ſupra. vel quia ibi fuit aliquis excōicatus ſepultus ſupra eod. conſuluiſti. [Idem hic Archiaconus.]

h ¶ Maius.] ad ſe trahere videatur: quod eſt ī. & hoc eſſe non debet, ſupra eod. quod in dubijs. vbi de hoc ad idē ſupra eod. lib. de præben. cap. antepen.

i ¶ Principale.] quod eſſe non debet: immo potius ecōtrario.

traſio. ꝟ. de reg. iur. acceſſorium cum ſuis concord.

a ¶ Pariete.] paries igitur diuiſionem inducit ad idem ſup. eo. lib. de elect. vbi periculum. §. in eodem.

b ¶ Violatum.] No. ꝙ licet acceſſorium ſequatur principale contiguum: non tñ ſequitur acceſſoriũ ẽt contiguũ, vt hic: multo ergo minus principale ſequetur acceſſoriũ, vt ꝟ. prox. reſponſo.

in quo potes notare, ꝙ Deus in retributione meritorũ magis amplificat illos, qui plus meruerunt ex ipſorum operibus: & ſic patet, ꝙ in gloria paradiſi eſt differẽtia dignitatis quo ad maiorem & minorem gradum.

[Prima glo. ſummat.]

cohærentia, pariete [a], tamen medio ſeiunguntur. Ideoque violato eorum altero, alterum (licet de vno ad aliud per portam intermediam habeatur acceſſus) non propter hoc reputabitur violatum. [b]

DE RELIQVIIS & veneratione ſanctorum.

Continuatio

¶ Dictũ fuit ꝟ. de cõſecratiõe eccleſię vel altaris: verũ qa in eccleſiis conſecratis ſolẽt poni reliquiæ ſanctorũ: ideo ad nos informandũ ponit titulũ de reliquijs & veneratione ſanctorũ.

G Lorios[c].] Primo Bonifacius ponit exordium de diuina prouidentia, q̃ digniores extollit. Secũdo ponit imitationẽ eccleſiæ militãtis: ibi, Sic & almę. vbi facit tria: Primo cõmẽdat Apoſtolos, Euãgeliſtas, quatuor Doct. Eccleſiæ diuiſim. Secũdo: ibi, Ideoque. ponit præteritã prouiſionẽ Eccleſiæ circa ipſorũ excellentiã. Tertio: ibi, Nos itaque. ponit ſuã additionẽ de feſtis illorũ ſub officio duplici celebrãdis. Io. An.

¶ Iſtud capitulũ ſolũ hẽt ꝙ feſta principalia xij. Apoſtolorũ quatuor Euangeliſtarum, & quattuor Doctorũ, ſ. Greg. Augu. Amb. & Hieronymi debent celebrari ſub duplici ſolemnitate: Vnde dicũt aliqui, ꝙ feſtum alicuius ſãcti dr̃ celebrari ſub duplici ſolemnitate, qñ ĩ principio pſalmi dr̃ tota antiphona, & iterum in fi. pſalmi dr̃ ſimiliter tota añã. Et dr̃ celebrari ſub ſimplici officio & ſolẽnitate qñ ante pſalmũ dicitur ſolum principium antiphonæ. Et dicitur Miſſa celebrari ſub duplici officio, qñ in Miſſa dr̃. Gloria in excelſis Deo, & Credo in vnum. Nota pulchrũ exordiũ,

† Vide Caſſaneũ in catalogo gloriæ mundi par 3. conſideratione 19. & multis ſeq.

† Not. hic Pet. de Anc. ꝙ in paradiſo ſunt etiã ordines dignitatũ. vide tex. 89. diſt. cap. ad hoc. & Ioã. And. hic F.

TITVLVS XXII.

De reliquiis & veneratione ſanctorum.

[f] Bonifacius octauus.

[a] *Feſta xii. Apoſtolorum, quatuor Euangeliſtarum, & quatuor Doctorum, & Confeſſorum eccleſiæ, ſcilicet Gregor. Auguſtini, Ambroſii, & Hieronymi, ſub officio duplici debent ſolemniter celebrari. Ioan. And.*

CAP. VNICVM.

G Lorioſus [c] † Deus in ſanctis ſuis, & in maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura iudicij cœleſtia pariter, & terrena diſponit: etſi cunctos eius miniſtros magnificet, altis decoret honoribus, & cœleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores: illos tamen (vt dignis digna rependat) potioribus attollit inſignijs dignitatum, & præmiorum vberiori retributione proſequitur, quos digniores agnoſcit, & commendat ingentior excellentia meritorum.

¶ Sic & alma mater Eccleſia eius ſacra ueſtigia proſequens, & exemplo ducta laudabili, licet uniuerſos in regnis cœleſtibus conſtitutos ſtudiis honorare ſollicitis & ſonoris efferre præconiis non deſiſtat: glorioſiſſimos tamen Chriſtianæ fidei principes, athletas Dei electos, iuſtos ſæculi iudices, lumina uera mundi, uidelicet Chriſti redemptoris Apoſtolos, numero duodeno [d] contentos, qui uiuentes in carne prædictam Eccleſiam ſuo pretioſo ſanguine plantauerunt, ipſam erigendo ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſſimis dirigendo: Reuerendiſſimos etiam patres, viroſque clariſſimos quatuor [e] Euangeliſtas Domini, per quorum diligentiſſima, & fideliſſima ſtudia, eidem Eccleſiæ ſacra Euangelia illuxerunt: Egregios quoque ipſius doctores Eccleſiæ beatos, Gregorium, qui meritis inclytus ſedis [f] Apoſtolicæ curam geſſit, Auguſtinum, & Ambroſium venerandos † antiſtites, ac Hieronymum ſacerdotij præditum titulo, eximios Confeſſores, ſummis attollere uocibus, laudibus perſonare præcipuis, & ſpecialibus diſponit honoribus uenerari. Horum quippe doctorum perlucida & ſalutaria documenta prædictã illuſtrarunt Eccleſiam, decorarunt uirtutibus, & moribus informarunt: per ipſos præterea quaſi luminoſas ardenteſque lu-

c ¶ Glorioſus.] Feſta duodecim Apoſtolorũ, quatuor Euangeliſtarũ, & quatuor doctorum, & confeſſorum eccleſiæ, ſ. Greg. Aug. Amb. & Hiero. ſub officio duplici debent ſolemniter celebrari.

¶ Gl. ſecunda ponit noĩa xij. Apoſtolorũ.

d ¶ Duodeno.] hoc dicit ꝑꝑ Paulũ, & illos, qui non fuerunt de numero: Hi autẽ ſunt xij. Petrus, Ioã. Iacobus Zebedæi, Andreas, Philippus, Thomas, Bartholomæus, Matthæus, Iacobus Alphæi, Simõ, Iudas Iacobi: Et Matthias, qui fuit in locũ Iudæ Iſcariotis.

ADDITIO. Mathæi 10 & Mar. 3 Iudas Iacobi vocatr̃ Thadæus. Et de his oĩbus habetur Lucę 6. Io. A.

e ¶ Quatuor.] Marcum, Matthæum, Lucam, & Ioannem.

¶ Gl. ſeq. primo probat quinque rationibus, ꝙ ſolus Papa canonizat: allegat duo iura in ꝯrium, & ſoluit: ſecũdo tractat qd per canonizationẽ cõſequitur ſanctus: & an prius poſſit ad eũ orari? Tertio, quid in canonizatione ſit inquirendũ, ponẽs quatuor, quæ in miraculo requiruntur.

f ¶ Sedis Apoſtolicę.] ſolus [1] Papa hẽt non ſolũ certos de ſanctis præ aliis extollere: ſed ẽt eos canonizare multiplici rõne: Primo, qa iſta eſt una de maioribus cauſis, q̃ inter Chriſtianos proponi poſſit: & ſic eſt ad ſedẽ Apoſtolicam referenda. de baptiſ. maiores. Secundo, qa miracula attribuũtur fidei: hæc igitur qõ cum ſit de fide, præcipue eſt ad ſedem Apoſtolicam referenda. 24. q. 1. quotiens. Tertio, quia ad Papam ſpectat declarare dubia ſcripturarũ. qui

† Al. reuerendos

1 Quod ad ſolũ Papam ſpectet canonizatio ſanctorum docet plene Turrecremata in ca. 1. de cõſec. diſt. 3. q. vl. & Troilus Maluetius in tracta. de canonizatione ſanctorum, dubio 2.

cernas ſuper cãdelabrum in domo Domini poſitas, errorum tenebris profugatis, totius corpus Eccleſiæ tamquam ſydus irradiat matutinum. Eorum etiam fœcunda facundia cœleſtis irrigui gratia influente ſcripturarum enigmata reſerat, ſoluit nodos, obſcura dilucidat, dubiaque declarat: profundis quoque ac decoris illorum ſermonibus ampla ipſius Eccleſiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, & verborum elegantia ſingulari † glorioſius ſublimata, corruſcat. ¶ Ideoque circunſpecta prudentia dictæ ſedis (quæ actibus intenta ſalubribus, & operibus expoſita pietatis, libenter, & ſolerter exequitur quæ ſunt Dei) præmiſſa ſollicite digneque conſiderans, & debita meditatione perluſtrans, ad diuini nominis honorem, & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, ſalutemque fidelium, merito cenſuit riteque prouidit Apoſtolos, Euangeliſtas, & Confeſſores eoſdem in uniuerſali Eccleſia honorificentiæ potioris impendiis attollendos: vt ab ea tanto propenſius honorari ſe ſentiant, quanto ipſam præ cæteris excellentius illuſtrarunt.

¶ Nos itaque pijs ducti conſilijs, digniſque ſtudijs excitati, nonnullos † prædeceſſores noſtros Romanorum Pontificũ (qui ſpecialis deuotionis proſequentes affectum, aliquorum feſta ſanctorum ſub duplici ordinauerunt officio celebranda) imitari ſollicite intendentes: eorundem Apoſtolorum, Euangeliſtarum, & Confeſſorum feſtiuitates præcipuas (de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu) ſub officio duplici [a] per vniuerſas orbis eccleſias volumus, ſtatuimus, & præcipimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus ſolemniter celebrari.

TIT. XXIII.

De immunitate † Eccleſiarum, cœmeteriorũ, & aliorum locorum religioſorum.

¶ Alexander quartus.

¶ *Sæculares poteſtates ab eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis tallias vel exactiones pro rebus vel poſſeſſionibus acquiſitis vel acquirendis exigere non præſumant: nec eas compellere ad ipſas diſtrahendum, vel extra manum ſuam ponendum. hoc dicit. Ioan. And.*

qui fil. ſint legit. per venerabilem. multo fortius dubia ſanctitatis: quia circa maiora maius periculum uertitur: ideo &c. ſupra de elect. vbi periculum [eod. lib. ſupra.] Quarto, ne propter multorum epiſcoporum ſimplicitatem, populum decipi contingat. ſupra eod. ti. c. 1. & 2. Quinto, ne in infinitum contingat ſanctos multiplicari: & ſic deuotionem refrigeſcere, & ſanctitatem vileſcere. 80. diſ. epiſcopi. videtur tamen ad id contra. ſupra de ferijs. c. vlt. de conſecr. diſtin. 3 c. 1. vbi videtur quòd epiſcopi hoc poſſint: ſed illud intelligitur de ſanctis iam canonizatis: non enim omnium feſta vbique coluntur. Hoc autẽ conſequitur ſanctus per canonizationẽ: ꝙ Eccleſia pro eo ſolemniter & pro aliquibus ſolẽnius dicit officium, vt hic. Item inter alios ſanctos in litaniis nominatur & inuocatur: & ſi eccleſia in canonizatione erraret [1] (quod non eſt credendũ, licet accidere poſſet. de ſnia exc. à nobis 2) nihilominus preces in honorem talis, acceptæ & gratæ ſunt: per fidem n. Chriſti omnia purgantur. de cohab. cler. & mulie. veſtra. & eſto ꝙ veritas canonizationis deficiat: non deficit fides. de bapt. debitũ. de presby. non bapt. c. 2. & 3. Dicimus. n. ꝙ cuilibet licet in ſecreto alicui defuncto quem ſanctum credit preces porrigere, vt pro ipſo ad Deum intercedat, licet ſolẽnes preces publice emittere, vel ſolemne officium publice dicere nequeat. vt dixerunt inn. & Hoſt. ſupra eo. ti. cap. 1. Ad canonizandum autẽ ſanctos, inquirendũ eſt [2] an illi de quo canonizando quæritur, prior vita teſtimonium præbeat pro laboribus multis, moribus caſtis, actibus ſtrenuis. 61. diſt. miramur. Oportet enim hoc præſenti teſtificatione prædicari: & bonæ famæ præconijs non taceri. 12. q. 2. quatuor. & maxime quæri debet de ſimplicitate & humilitate: quia ſuperbis Deus reſiſtit: humilibus aũt dat gratiã. Item debet quæri, an in vita perſecutiones paſſus fuerit. 7 q. 1. omnis qui &c ibi, adunati, & an paſſus fuerit ex charitate. 1. q. 1. vide. Quærendum etiã eſt de miraculis factis in vita, & poſt mortem. Et quantum ad hoc ꝙ ſit miraculum, quatuor requirũtur. Primo ꝙ ex Deo, nõ ex arte contingat, nec ex diabolo: nã miracula quãque fiunt per malos [3] 1. q. 1. teneamus. & c. prophetauit. neceſſe eſt. n. martyres à Deo impetraſſe quæ mandant 50. diſt. ſi quis præpoſtera. Secũdo, ꝙ ſit contra [4] naturam: ſicut de virga Moyſi mutata in colubrum: & de aſina loquente ad Balaam. ĩ. de hær. cũ ex iniũcto. Tertio, quod nõ ex ui uerborum, ſed hominis merito id contingat, nã panis & vinum poteſtate & virtute uerborum tranſubſtantiãtur in corpus & ſanguinẽ. ſup. de cele. Miſ. cum Marthę. §. quęſiuiſti. Quarto, ꝙ ſit ad corroborationem fidei: herba. n. miniſterio huĩs tranſit in vitrũ: ſed hoc nil ad corroborationem fidei: & ideo ad canonizationẽ (niſi hæc quatuor cõcurrant) miracula non prodeſſent. ſm ſummiſtas, qui hoc no. ĩ. e. ti. [per totũ.] & moderni. ĩ. de teſta. c. venerabili.

ADDITIO. An ſit de neceſſitate miraculi, ꝙ fiat in inſtãti, & an ſit contra rationẽ miraculi, liberatum in liberatione dolere: tractat Arch. 36 q. 5. nec mirũ ver ſic. nec ideo. Io. An.

[a] ¶ Duplici. dñt qui dã officiũ duplex cũ tota antiphona dr̃ ante pſalmum, & tota poſt pſalmũ: cũ aliàs non tota, ſed ſolum principiũ dicatur añ pſalmum: alij aliter: clericis hoc relinquo.

ADDITIO. Remittit Arch. ad Rationa. Guliel. lib. 7. Titu. de feſtiuitatibus ſanctorum. verſi. quædã autem feſta. Io. And.

DE IMMVNITATE eccleſiarum. &c.

¶ Dictũ fuit ĩ. de beneficiis & eccleſiis tã ſæcularibus q̃ regularibus: & ẽt dictũ fuit ſup. de cenſibus & exactionibus, & procurationibus in c. quãquam, ꝙ eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes à pedagijs, guidagijs, & alijs exactionibus ſæcularibus: verũ quia poſſet dubitari an alia immunitate gaudeat eccleſia: ideo ad nos informandũ annectitur titulus generalis, de ĩmunitate eccleſiarũ: Vel põt cõtinuari. Dictũ fuit ĩ. de cõſecratione eccleſiæ vel altaris: verũ, quia eccleſia poſt conſecrationem gaudet immunitate, ideo ad nos informandũ, ponit titulũ de immunitate eccleſiæ.

† Al. ſæcuſari

[1] Vide B. Th. quodlibeto. 9. art. vlt. & B. Antoninũ. 3. p. ti. 12. c. 8. §. 9. & Melchiorem Canũ lib. 5. de locis Theo. c. 5.

[2] De hoc articu. vide Troilũ Maluetiũ tract. de canonizatione ſanctorũ, dub. 3. & Caſſaneũ in catalogo gloriæ mundi p. 3. conſiderat. 49. & 50.

[3] Vide omnino B. Th. p. 1. q. 110. a. 4. & 2. 2. q. 178 ar. 2.

† Al. ita: nõnullos prædeceſſorum noſtrorum Romanorũ Pontificum &c.

[4] Expone ſano modo ideſt ſupra naturã: vel præter ordinem totius naturæ B. Tho. p. 1. q. 110. ar. 4 ad 2. arg.

i ¶ Conuentus.] alibi dat prælatus licentiam ſine requiſitione conuentus. ſupra eodem.lib.de elect. ſi religioſus 2. reſpon. ſed illud fauore eccleſiarum vacantium.ad idem ſu.de teſt.c.vlt.& illud fauore vltimarũ voluntatũ: & quia pium executionis teſtamentorũ onus.

k ¶ Licentia.] & tunc poteſt omnia ſine quibus in ſtudio commode eſſe non poſſet. quod dic vt no. 2.q.7.cũ paſtoris de accu.ex parte.

ADDITIO. Et quod ibi no. in ſi penul.glo. pro neceſſitate monachi monaſterium obligari intelligit Arc. niſi actum fuiſſet ꝙ alius monacho ſumptus inueniret: puta propinquus vel amicus, &c. Ioan. And.

l ¶ Horum.] idest, ꝙ apoſtata dimittendo habitum, vel quia vadit ad ſtudium ſine licentia.

m ¶ Ipſo facto.] ſpeciale in religioſo apoſtata: qa aliàs apoſtata non eſt excommunicatus, [r] ſed excommunicandus, ſecundum ꝙ no. Inno. & Ber. 23. diſtin. ſi quis ex clericis de vita & honeſta.cleri.ſi quis ex clericis.de apoſt ca. 3.

r Similis glo. ĩ. hoc li cap. 2. de temp. ord. verbo. Apoſtata. & intellige hoc dictũ prout in dicta gl. notatũ eſt.

[Glo. ſeq. quærit. arguit negatiue, ſolu. contrarium.]

n ¶ Dimiſſo.] quòd ſi non dimiſerit habitũ? Videtur ꝙ tunc doctores non ſint excommunicati: quia hæc pœna non eſt amplianda. ĩ. de reg. iur. in pœnis. Dic contra, quia communicant in crimine: & ſic eadem & non minori excommunicatione ligantur. de ſenten. excom. nuper. & c. ſi concubinæ, & in hoc poterit dici hoc potius venire ad declarationem iuris veteris, quàm nouum caſum ponere.

ADDITIO. Idem ſcilicet ꝙ doctores, ipſos religioſos docentes & retinentes habitu etiam non dimiſſo, ſint excõicati, ſequitur Arch. & hoc teneat ſaltem poſt quam monachus incidit, vt ſic communicet iam excommunicato in crimine, pro quo ligatus eſt. ſuper quo vide quod dixi de ſenten. excommu. contingit. 1. Ioan. And.

o ¶ Scienter.] vbi incederent in habitu, non haberet locum

lis ſuis prǽſumpſerint retinere: [a] ſimili [b] eoipſo ſint ſententia innodati.

¶ Idem.

¶ Clericus in loco temporalis iuriſdictionis ſuæ ſuper delicto ibi commiſſo delegans, vt veritate inquiſita iuſtitiam exequatur, irregularis non efficitur; licet pœna ſanguinis inferatur. hoc dicit. Dom.

CAP. III.

EPiſcopus, [c] ſeu quicunque alius prælatus vel clericus iuriſdictionem obtinens temporalem: ſi homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iuriſdictione ſua commiſſo, balliuo ſuo, aut alij cuicunque iniungat, vt ſuper hoc [d] veritatem inquirens iuſtitiæ debitum exequatur: irregularis cenſeri nō debet: quamuis ipſe balliuus vel alius contra malefactores ad pęnam ſanguinis proceſſerit iuſtitia [e] mediante. Nam licet clericis cauſas ſanguinis agitare non liceat, [f] eas tamen (cum iuriſdictionem obtinent temporalem) debent & poſſunt [g] metu irregularitatis ceſſante alijs delegare.

locum ignorantiæ veriſimiliter. Sed vbi dimiſerant habitum probabiliter poterant ignorare.

ADDITIO. Bene tamen eſſe poſſet tanta multitudo ſcholariū. & cautela monachi tempeſtiue intrantis, & in occulto ſcholarū loco manentis, ꝙ licet in habitu intraret, excuſaretur doctor: & maxime vbi de habitu indiſtinctiſſime loqueremur. de quo ſup. eod. lib de reg. c. 2. vbi in ſi. Ioan. And.

[Gloſſa ſeq. primo ſoluit vnum dubiū: ſecundo quærit, & ſoluit: tertio iterum quęrit, & ſoluit.]

a ¶ Retinere] Not. officiū doctoris ſcholarem de ſcholis expellere. & per id qđ dicit, retinere, dicas, ꝙ licet doctor ſciat [1] monachum habentē domum iuxta ſcholā doctoris, in domo propria quam inhabitat, audire: excommunicatus non eſt. [2] Iam enim inhibere non poſſet, quin ſtet in domo propria. & facit quod dixi infra, de reg. iu. locupletari. Quid ſi monachus non vult exire ſcholas? videtur per hanc litteram, ꝙ licite vi poſſit expelli. ad hoc de ſent. excom. vemens. in anti. & hoc maxime ſi vera eſſet opinio, ꝙ excommunicatus non gauderet priuilegio canonis: quod non eſt verū, ſecundum Io. Ber. & Hoſt. qui de hoc no. 17. q. 4 ſi quis deinceps. de ſent. exc. contingit 1. Quid ſi non pōt expelli? Exeat ſcholas doctor ad inſtar eius qđ dicimus: cum excōicatus intret eccleſiam: vt no. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli & per modernos. ſ. de ſent. excō. nuper.

1 Idem Io. Mo. & Ar.

1 Prǽter doctores hic vide notata i c. ex litteris extra de exceſſib. prælat. & in c. in archiepiſcopatu. de raptoribus.

2 Ipſe doctor, ſecus enim ī monacho cui prohibetur auditus, & ſtudiū. ī c. c. ſi. Io. An.

b ¶ Simili.] quia communicant in crimine, vt dixi, & quia conditor ſibi non reſeruauit abſolutionem, alijs indulſiſſe videtur, ſupra, de ſent. excom. nuper. & facit quod no. ſup. eo. ſuper ſpecula.

EPiſcopus.] Ponit dictum cuius cauſam reddens ſoluit obſtaculum: ibi, Nam licet.

CASVS Eṕs Pictauen. vel aliquis abbas vel alius clericus prælatus, qui habebat iuriſdictionem tp̄alem, deputauit aliquem balliuū vel iudicem ad illam iuriſdōnem exercendā: deinde cum dictus balliuus vel iudex hēret in ſuis carceribus vel vinculis aliquē malefactorē: ipſe prælatus clericus dicto iudici, vel balliuo mandauit, vt de tali malefactore faceret bonā iuſtitiam: vnde iudex ille vel balliuus ſæcularis magis excitatus ex iuſſione dn̄i ſui, talem reum & criminoſum condemnauit vltimo ſupplicio: verū eṕs vel alius prælatus ex hoc incurrat aliquam irregularitatem? Rn̄det, ꝙ non, dūmodo non mandauerit, vt illum condēnaret vltimo ſupplicio: ſed ſolū mandauerit, vt faceret bonā iuſtitiā: Nam ſi iudex ſęcularis exceſſit, non eſt imputandū ipſi eṕo, vel prælato. No primo hic optimū tex. ꝙ delegatus inferiori à principe, pōt exequi ſententiam ſuam, ſi hoc in commiſſione exprimatur. de quo de foro competen. in antiq. ſi quis contra clericum No. ſecundo caſum, in quo quis poteſt per aliū. quod non poteſt per ſeipſum. de quo infra, de reg. iur. poteſt quis. Dom.

[Prima glo. dicit quid declarat.]

c ¶ Epiſcopus.] E manauit ad declarationem eorū quę notant Ber. Inno. & Moderni. ī. eo clericis. vbi videbatur glo. & Hoſt. ſentire, ꝙ generalem vicarium vel balliuum poſſet dare ad talia: ſed non ſpecialē. Sed ex verbis ipſorū olim tenebam cōtrarium. Nam dicunt ꝙ ſi appelletur in tali cauſa, debet appellari ad ipſum prælatum, & ipſe alij delegabit: ergo etiam ſecundum eos ſpecialiter poterat delegare. Quid iuris ergo de prælatis temporalem iuriſdictionem habentibus, habes hic, & quomodo eam committere poſſint. Quid iuris de clericis iniuriam paſſis, & quomodo de ipſa conqueri poſſunt, habes infra, de homi. prælatis.

ADDITIO. Conformiter ad gloſſam & Hoſtien. ſupra eod. clericis. dicebat Goff. de rapto. in archiepiſcopatu, quòd conſulebat prælato habenti iuriſdictionem temporalem, quòd non committat in ſpecie laico puniendum corporaliter, ſed generaliter delegat cauſarum vniuerſitatem, quæ ſunt ad pœnam ſanguinis. Et ſi Goff. intellexit, ꝙ non exprimat de pœna corporali inferenda in ſpeciali conceſſione, hæc decretalis non reſiſtit huic conſilio. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. infert, & ponit dictum Hoſtienſis.]

d ¶ Super hoc.] maleficio ergo & ſpecialiter committit: dicit Hoſt. ī. eo. clericis, quod ſibi placeret, ꝙ aut daretur clericis licentia tales cauſas iudicandi per ſeipſos, aut talium cauſarum poteſtas ipſis clericis tolleretur, cum commiſſio ſit contra ius, ff. de off. eius cui mand. eſt iu l. 1.

Prælatus iuriſdictionē obtinens tēporalē poteſt ēt ſpecialiter cauſam criminalem delegare.

ADDITIO. Intelligas hoc dictum per id quod no. de rap. in archiepiſcopatu. in vlt. gl. nam ſaltem vltimū ſupplicium, & membri mutilatio nō delegantur etiam iure authenticorum. & de his committendis agitur hic principaliter, vt dixi in tex.

[Glo ſeq. quærit, & ſoluit, & argumento contrario reſpondet. Io. And.]

e ¶ Iuſtitia mediante.] Quid ſi contra iuſtitiam? Dic idem: [3] Nam epiſcopus qui mandauit iuſtitiam fieri, non eſt in culpa ſi iuſtitiarius delinquat; & abſit ꝙ ea quæ propter licitum & bonum, & c. 23. q 5. de occidendis. non obſtat infra, de homi. is qui mandat. quia ibi culpa præceſſit: & caſus, qui culpam ſequitur bene imputatur. de hoc plene, de homi. ſicut dignum. in anti. hic nulla culpa præceſſit.

3 Concor. Arch alleg. ꝙ in generali mandato nō venit aliquid illicitum concord. quod ſcripſi ſ. titu. 1. c vlt. circa medium magnæ gloſſæ. Io. Andr.

f ¶ Non liceat] ſup eo clericis. & c. ſententiam.

g ¶ Poſſunt] Ergo poteſt quis per alium, quod non per ſe. de hoc dixi ī. de reg. iu. poteſt quis. Io. Andr.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS & matrimonijs.

Continuatio domini Heliæ.

¶ Viſum fuit ſupra in tribus libris præcedentibus de illis quę ſpectant ad clericos: nunc videndũ eſt de illis quæ ſpectant ad laicos: videlicet de matrimonijs: ideo merito annectitur titulus de ſponſalibus & matrimonijs.

E X ſpōſali.] Sũt duæ partes. Prima tractat de ſponſalibus puris: Primo in genere: Secundo in ſpecie: ibi, Quare. Secunda tractat de conditionalibus: ibi, Illi vero. Ioan. Andr.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De ſponſalibus, & matrimonijs.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Sponſalia pura & certa ex conſenſu valida, licet aliàs nulla, inducunt publicam honeſtatem, quæ habet dirimere ſequentia ſpōſalia, ſed non præcedentia.

CAP. VNICVM.

E X ſpōſalib.[a] † puris [b] & certis,[c] et ſi conſāguinitatis[d] affinitatis,[e] frigiditatis,[f] religionis,[g]

Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt quid ſit publicæ honeſtatis iuſtitia. Vnde iuſtitia publicæ honeſtatis eſt quoddam impedimentum quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, quod oritur ex conſenſu præſtito in ſponſalibus, vt ſi monachus contrahat cum aliqua, tunc conſanguineus monachi non poterit contrahere cum illa: publice enim, honeſtum eſt, ex quo monachus conſenſit in illã, ꝙ aliquis conſanguineus eam habere non poſſit. & fuit introductum hoc impedimentum propter honeſtatem duntaxat. de hoc per Panor. in c. iuuenis. eo. tit. in antiq.

CASVS. Aliquis Titius contrahit ſponſalia cum aliqua Berta, dicendo: Promitto & iuro quòd ego accipiam te in vxorem: & econuerſo illa Berta promiſit & iurauit illum Titium accipere in virum: tractu temporis Titius contraxit ſecunda ſponſalia cum conſanguinea Bertæ: & ſic orta fuit iuſtitia publicæ honeſtatis inter Titium & conſanguineas ipſius Bertæ, & inter Bertam & conſanguineos Titij: quæritur vtrum Titius poterit contrahere matrimonium cum iſta ſecunda ſponſa? Reſpondetur quod non, obſtante impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quod eſt ſufficiens impedimentum ad impediendum matrimonium contrahendum: & ſi de facto contraheret cum ſecunda, derimeretur iſtud matrimonium vigore iſtius impedimenti: & non obſtante iſta ſecunda, ſponſa poterit & debebit Titius contrahere cum Berta. Sed quid, ponamus quòd Titius contrahit ſponſalia cum Berta ſub aliqua conditione: poſtea pendente conditione contraxit matrimonium de præſenti cum conſanguinea Bertæ: vtrum per iſtud matrimonium de præſenti fuerint ſoluta priora ſponſalia? Reſpondetur quòd ſic: quia per ſponſalia conditionalia non contrahitur iuſtitia publicæ honeſtatis: Secus ſi ſponſalia eſſent certæ & pure contracta: quia cum ex illis oriatur iuſtitia publicæ honeſtatis, non frangerentur priora ſponſalia: immo Titius compelleretur contrahere cum Berta, cum qua primo contraxit ſponſalia: vt dictum fuit in prima parte huius capituli. Nota primo, quod publica honeſtas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum.

Not. quod ante quàm ex ſponſalibus oriatur iuſtitia publicæ honeſtatis, requiritur quòd ſponſalia ſint pura & certa. Not. quòd ex ſponſalibus nullis, dummodo non ſint nulla ex defectu conſenſus, oritur publica honeſtas: ideo ſi monachus vel presbyter cõtraheret aliquis ex conſanguineis monachi, vel presbyteri non poſſet eam habere in vxorem: ex quo illa ſponſalia nõ fuerunt nulla ex defectu conſenſus: quia monachus habet conſenſum: quia conſenſus eſt de iure naturali. in l. 1. ff. de pact. ideo illa ſponſalia non ſunt nulla ex defectu conſenſus: ſed ſunt nulla propter ſuſceptionem ſacri ordinis. Nota, quòd ſi quis contraxit ſponſalia de futuro: & poſtea contrahat per verba de præſenti cum conſanguinea primæ ſponſę: debet remanere cũ prima. Sed quid ſi ipſe cognouit ſecundam? Dicẽdum quòd neutram debet habere, nõ primam, propter affinitatem ſubſecutam: quia contrahendo cum ſecunda, & eam cognoſcendo cõtracta fuit conſanguinitas cũ prima. Et licet affinitas ſuperueniens non dirimat matrimonium: tamen dirimit ſponſalia: nec habebit ſecundam propter impedimentum publicæ honeſtatis. Nota vlterius ibi, Ille vero quòd ſi quis contrahat ſponſalia conditionalia, quia promiſit aliquam accipere in vxorem ſub aliqua conditione honeſta, & licita: (quia ſi eſſet conditio turpis, tunc ſponſalia remanerent pura) iſta conditio honeſta, & licita ſuſpendit effectum. Si ergo ſuſpenſus contrahat per verba de præſenti cum conſanguinea primæ ſponſæ, habebit ſecundam, puta conſanguineam primæ ſponſæ: quia fuit contracta publica honeſtas. Sed quid ſi contraxit cum conſanguinea primæ ſponſæ per verba de futuro: quia ſi contraxiſſet per verba de præſenti cum iſta ſecunda, non eſt dubium, quia debeo habere iſtam ſecundam, & non primam? Reſpondet gloſſa, ꝙ idem eſſet ſicut ſi contraxiſſem cum ſecunda per verba de præſenti: quia ex quo inter me, & ſecundam non eſt impedimentum, ſum obligatus ſecundæ, & non primæ. No. quatuor impedimenta, quę inducunt nullitatem ſponſaliorum reſpectu vinculi matrimonialis. hęc ſunt expreſſa in textu. Not. ꝙ affinitas inducit nullitatem, ſicut conſanguinitas. de quo de conſan. & affi. non debet. Domin.

† Vide conci. Trid. ſeſ. 24. de reformationem matrimonij, capit. 3. confert. n. materiã pro textu, & gloſſis.

[Prima glo dicit quid declaret.]

a ¶ Ex ſponſalibus.] Emanauit ad declarationem eorum quæ not. 27. q. 2. ſi quis deſponſauerit 2. ſup. eo. ti. ad audientiam.

b ¶ Puris.] conditionalia non inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam, vt dicitur in ſi.

c ¶ Certis.] vt ſi promiſit ducere Bertam filiam Titij: incerta ſunt quando promiſit ducere vnam ex filiabus Titij. ad hoc ſup. eod. cap. ex litteris. 2.

d ¶ Conſanguinitatis.] ſcilicet intra gradum quartũ. ſupra de conſan. non debet. & iſte erat caſus. ſupra eod. ad audientiam.

e ¶ Affinitatis.] in primo genere. & quarto gradu, vel citeriori. ſupra de conſan. & affi. non debet, & tunc talis affinitas annullat matrimonium quando pręceſſit: ſecus ſi ſecuta fuerit. de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ, diſcretionem.

f ¶ Frigiditatis.] ſupra de frigid. per totum.

ADDITIO. Et vide diſtinctionem, quam ſcripſi eo. tit. de frigi. cap. fraternitatis, in ſi. Io. And.

g ¶ Religionis.] præcedentis. ſup. de vo. c. vnico. quia tunc nullum eſt matrimonium vel ſpõſalia. ſi ſequitur, tunc diſſoluit ſponſalia, vt ſupra de conuer. coniu. ex publico. & cap. 2.

¶ Alia

aut alia quauis[a] ratione ſint nulla, dummodo non ſint nulla ex defectu conſenſus:[b] oritur efficax ad impediendum, & dirimendum ſequentia ſponſalia, vel matrimonia, non autem ad præcedentia diſſoluendum,[c] impedimentum iuſtitiæ † publicæ honeſtatis.[d] Quare ille, qui ſponſalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem[e] fecit, ex priorum ſponſaliorum vigore (quibus per publicæ honeſtatis iuſtitiam ex ſecundis ſponſalibus ſubſecutā minime derogatur[f]) ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus.[g]

Publicam honeſtatē non inducunt ſponſalia conditionalia ante conditionis euentum. h.d. Ioan. Andr.

Ille vero,[h] qui ſponſalia cū aliqua muliere ſub conditione cōtraxit, ſi poſtmodū ante[i] conditionis euentum cū alia prioris conſanguinea per verba contraxerit de præſenti:[k] cū ſecunda remanere debebit: Cū ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem[l] extantem, ſicut † conſenſum non habentibus, & in certis, nulla publicæ honeſtatis iuſtitia oriatur.

TITVLVS II.

De deſponſatione impuberum.

Bonifacius octauus.

Sponſalia amborū infantiū, vel alterius tantū, per ſuperuenientiā maioris ætatis non validantur, nec pu

a ¶ Alia quauis.] ſicut dicebat prædictus canon. 27. q. 2. ſi quis deſponſauerit. Et multę aliæ cauſæ reperiuntur: puta votum ſolemne, cognatio ſpiritalis, & legalis, & reliqua impedimenta, vt dixi in ſumma. 4. lib.

b ¶ Conſenſus.] puta ɔ̄tracta ab infante vel furioſo. ſ. c. dilectus. & de deſp. impu. litteras. & c. acceſſit.

ADDITIO. Vide per iocum, vbi iocus eſt potens, ſm Vinc. qui ſic not. eo. tit. ad audientiam. & Arch. hic. ad hoc. 22. q. 2. ne quis. verſi. illud autē. facit, ſup. de ſent. exc. c. 1 & quod ſcripſi de deſpon. impube. duo pueri. ſuper 5. gloſſ. Io. Andr.

c ¶ Diſſoluendum.] bene ergo † dicebant Hug. Io & ſui ſequaces: qui dicebant monachum, ſacerdotem, frigidum, & ſimiles perſonas contrahendo cum aliqua impedire omnes cōſanguineos ɔ̄here cum eadem, vt not. in prædi. c. ſi qs deſpōſauerit.

d ¶ Publicæ honeſtatis.] ſupra eod. ſponſam. Publicæ enim honeſtatis eſt, ex quo conſanguineus meus viuens, vel mortuus conſenſerit in Bertā, ꝙ ego illam habere non poſſum.

ADDITIO. Vide qđ ſcripſi de hoc impedimento publicæ honeſtatis in tractatu ſuper ipſo habito in concilio Lugdunenſi. in decr. non debet. de conſang. & affin. ſuper glo. vt melius.

e ¶ Idem fecit.] ſcilicet, quia ſponſalia contraxerit. ſponſalia vero ſunt futurum nuptiarum promiſſio. ff. eo. tit. l. 1. 30 q. 5. noſtrates. vnde aduerte ſi cum prima contraxerit de futuro, & poſtmodum cum ſecunda conſanguinea in prohibito gradu eodem modo contraxit, & ſecundam cognouit, nec primam habere poterit propter affinitatem ſuperuenientem: quæ ſoluit ſponſalia de futuro, vt ſupra de eo. qui cogn. conſang. vxor. ſuæ. veniens 1. & c. ex litteris. ſecundam habere non poterit: quia publicæ honeſtatis iuſtitia illum contractum impedit & dirimit, vt ſup. prox. reſpon.

[Glo. ſeq. recit. per obiectionem.]

f ¶ Derogatur.] not. ꝙ licet ſuperueniens affinitas diſſoluat ſponſalia de futuro: ſuperueniens tñ iuſtitia publicæ honeſtatis ipſa non diſſoluit, & merito: ſecunda enim ſponſalia tolluntur per publicæ honeſtatis iuſtitiā ex primis inductam: non ergo ex ſecundis pōt eſſe honeſtas, quæ tollat primam. & eſt ſi. 57. diſt. ſi quis.

g ¶ Obligatus.] niſi cum alia non ipſius conſanguinea contraheret per verba de præſenti, ſup. eo. ſi inter. vel ſuperueniret aliquod de ijs impedimentis, quæ dixi in ſummula, circa principium.

[Glo. ſeq. dicit quid approbat & reprobat ille. §.]

h ¶ Ille vero.] reprobatur opinio Innoc. not. de ſpon. duorum c. 1. vbi dicebat, ꝙ per ſponſalia ſub conditione cōtractata inducitur publicę honeſtatis iuſtitia. Hoſt. contra ſup. eod. ad audientiam. Io. And.

i ¶ Ante.] ſecus ſi poſt: quia tunc non deeſſet conſenſus, ſed eſſet perinde ac ſi à principio pure contraxiſſet.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

k ¶ Præſenti.] quid ſi ɔ̄hit cum conſanguinea primæ, de qua loquitur littera per verba de futuro: nunquid ſoluta ſunt prima ſponſalia conditionalia? Credo ꝙ ſic: ſi enim prima ſponſalia inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiā, & iuſtitiā publicę honeſtatis ſuperuenientē, ex ſecundis non ſoluuntur. vt inf. proxi. reſſo. ſed ſi per prima nō inducitur iuſtitia, puto, ꝙ per iuſtitiam ſuperuenientē ex ſecūdis bene ſoluātur prima, licet in veritate prima ſponſalia dicenda nō ſint ex quo conſenſus defecerat, vt hic. ſic enim eſt in alijs impedimētis. ſ. de eo qui cog. cōſan. vxo ſuæ. veniens. cū ſi. vnde ſi poſt ſcđm ɔ̄tractū ſuperueniat conditio: dico quod primum matrimonium conſummare non poteſt. publica enim honeſtas non inſurgit à die ɔ̄tactus, ſed à die cōditionis, & ideo publica honeſtas, q̄ præuenit conditionem, hēt matrimoniū impedire, & ... mere, vt ſup. 1. reſpo. cum per hoc reddatur inhabilis primæ. de iureiu. quemadmodum.

[Gl. ſeq primo ſoluit duo dubia: demū ponit opi Hoſ q̄ recitet. p qōnē.]

l ¶ Conditionem.] hęc vera intelligas niſi interueniat carnis copula: ‡ quia tunc receditur à conditione. de conditio. ap. de illis. Et de hoc ſatis eodem tit. per tuas. Et ſic eſſet ibi conſenſus, & matrimonium: vnde tum propter affinitatem, tum propter iuſtitiam non teneret matrimonium poſtea cum conſanguinea contractū: & intellige de conditione honeſta, non de tali quæ habeatur, pro non adiecta. ſup. de condit. cap. vlt. quia illa inducerent publicam honeſtatem, ac ſi pure contracta fuiſſent, ‡ & not. Hoſtien. ſup. eod. ad audientiam. ꝙ ſi quis ſub tali conditione contrahat, cum aliqua, promitto, ꝙ te ducam in vxorem. ſi Deo, & Eccleſię placuerit: poſtea comperto impedimento, & ſolutis ſponſalibus contrahat cum conſanguinea illius: tenet contractus. & licet hæc conditio intelligatur etiam ſi non apponatur: tamen quando non exprimitur, conſenſus purus remanet: conditiones enim tacitæ non faciunt obligationem conditionalem. ff. de condi. & demonſtra. l. conditiones extrinſecus. & not. de iureiu. quemadmodum. tacitum tamen ſi exprimatur, facit eam conditionalem. ‡ ff. de leg. 1. ſi ita legatum, §. 1. vbi conditio ſi volet, poſita in perſona legatarij facit conditionale legatum. vide quod not ff. de condi. & demonſt. l. aliquando. Et expreſſa nocent, quę non expreſſa non nocent, ff. de reg. iu. expreſſa.

DE DESPONSATIONE impuberum.

¶ Dictū fuit ſ tit. prox. de quodā impedimento quod impedit matrimonium ɔ̄hendum, & dirimit iam contractum, ſcilicet impedimento publicæ honeſtatis; tūc

† De impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis qđ ſit, & vñ prouenit, vide B. Th. in quolibus additis ad tertiā partē q. 55. ar. 4 & doc. ſcholaſticos lib. 4 ſent. diſt. 41.

‡ Sequitur Pe. de Anc. Font.

Sponſalia quid ſint, vide p Theologos, li. 4. ſen. diſt. 27.

† In manuſcriptis exēplaribus, ac vetuſtioribus etiā impreſſis conſtanter legitur ita: ſicuti ex cōſenſum nō habētib'. &c.

‡ Si tā ſponſalibus fuerit renūciatū, aut ſpōſa publice fornicata, cū alijs fuerit, tunc ſequens copula nō inducit mřimonium. cap. quēadmodū. de iureiu. Fel. c. cū M. de cōſti. col. pe. Idē ſi conditio iſta ponat, ducente in vxorem, vel dabo tibi cētū, poſt copulam liberatur dando cētum. Aſta. in ſua ſum. ij. parte. li 7. arg. 2. tit. 3. circa fi. Font.

‡ Idē intelligas de cōditione de futuro, non de præſenti, vel præterito. quod probat Io. Monac. per hanc litteram quæ dicit, ante cōditionem, &c.

‡ Sequūtur doc. legiſtæ tractāt in l. itē aliqñ, ff. de cond. & demon. gl. in l. item quia. ff. de pact. Font.

blicam honeſtatem inducun: : niſi fuerint ratificata tacite vel expreſſe. h. d. vſque ad §. idem quoque. D.

CAP. VNICVM.

SI Infantes[a] † ad inuicem, vel vnus maior ſeptennio[b] & alter minor ſponſalia contraxerint ipſi, vel parentes pro eis:[c] niſi per cohabitationem eorum mutuā, ſeu aliàs verbo[d] vel facto[e] ipſorum liquido appareat eoſdē in eadem voluntate factos maiores ſeptennio perdurare ſponſalia huiuſmodi quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti temporis minime conualeſcunt:[f] & ideo cum ſint nulla ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis iuſtitiam non inducunt.[g]

videndum eſt de impedimento ætatis: Nam impuberes non poſſunt contrahere matrimonium de præſenti ſiue ſponſalia de præſenti: ideo ponitur titulus, de deſponſatione impuberum. Vnde ſciendum quòd ſponſalia dicuntur à ſpondeo ſpondes, quod eſt promitto l. 1. & 2. ff. de ſpon. ideo quando quis promittit aliquam accipere in vxorem, dicūtur proprie ſponſalia ſed matrimonium in proprie appellatur, ſponſalia, ſed ideo appellatur ſponſalia: quia ſponſus promittit cōtrahere matrimonium carnaliter.

¶ Vide B. Tho. in qō nibus additis ad 3. p. q. 43. ar. 1. & 2. & doctores li. 4. ſen. diſt. 27. & Dominicum conſi. 24. incipien. Quia diffuſe.

SI Infantes adinuicē.] Sūt tres partes. Prima tractat de ſponſalibus contractis ꝑ infantes ambos vel alterum: Secūda ibi, Idē quoque: de matrimonio contracto per impuberes. Tertia ibi, Porro. de ſponſalibus contractis per parentes pro filijs, & iſtud ſufficiat pro diuiſione & ſumma: quia ſummando non poteſt breuius recitari.

ADDITIO. Realem enim & pulcherrimam formā habuit hæc decretalis. determinat autem principium nota. 30. q. 2. ca vnico & ī eo. litteras. aliæ diuerſæ determinationes ĩ. ponuntur in glo. Ioan And.

CASVS. Duo infantes contraxerunt ſponſalia per verba de futuro: puta maſculus promiſit quòd fęminā acciperet in vxorem, & fęmina promiſit ꝙ maſculum acciperet in virum: certum eſt quod non tenent ſponſalia propter defectum ætatis. Sed quid? ponamus quod ipſi infantes ſic ſteterunt vſque ad octauum annum: vtrum ex curſu temporis validentur ſponſalia? Reſpondetur, quòd ex ſolo curſu temporis ſponſalia non aſſumunt vires, niſi verbo fuerint validata, vt quia maſculus vocat eam ſponſam, & econuerſo illa vocat maſculum ſponſum: & tunc verbo validantur ſponſalia: vel etiam facto validantur: quia in illis partibus ſponſus conſueuerat dare aliqua iocalia ſponſæ: & iſtud faciebant iſti iuuenes: tunc enim ratificantur ſponſalia & aſſumunt vires. Idem dicendum eſt de impuberibus reſpectu matrimonij, quando iſti impuberes ſunt tales, in quibus ætas non ſupplet malitiam: nam ſolo curſu temporis non ratificatur matrimonium: niſi verbo fuerit validatum matrimonium, puta quia maſculus vocabat eam vxorem, vel oſculabatur, vel alia faciebat, quæ ſolent facere vir & vxor: tūc enim ex illo actu matrimonium aſſumit vires. Sed quid? ponamus quòd pater Titij contraxit ſponſalia pro filio ſuo: vtrum filius ſit obligatus, & vtrum ex illis ſponſalibus oriatur ius publicæ honeſtatis, ac ſi filius contraxiſſet in eius propria perſona? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: aut filius ratificauit illa ſponſalia, & tunc oritur ex illa ratificatione impedimentum publicæ honeſtatis, ac ſi idem filius perſonaliter contraxiſſet: aut filius non ratificauit illa ſponſalia, & ſic non conſenſit expreſſe nec tacite, & tunc non eſt obligatus, nec oritur ius publicæ honeſtatis. Not. primo quod minores ſeptennio, & ſic infantes non poſſunt contrahere ſponſalia per verba de futuro: multo minus matrimonium contrahere poſſunt. Et ratio huius eſt: quia in ſponſalibus requiritur conſenſus: modo infantes non habent conſenſum: quia ætas illa quid videat, ignorat. l. 1. C. de fal. moneta. Not. ſponſalia nulla ex defectu conſenſus, non conualeſcunt per diuturnitatem temporis, niſi fuerint ratificata verbo, vel ſigno. Not. quòd impuberes non poſſunt contrahere per verba de præſenti: fallit ſi malitia ſupplet ætatem. Quæritur qualiter poteſt cognoſci, quòd malitia ſupplet ætatem? Dicit Hoſtien. quòd requiritur quòd ſe cognoſcant carnaliter. ſed iſtud non placet gloſſę, nec doctoribus. quia poteſt eſſe quòd aliquis iuuenis intra xiiij. annum cognouit alias mulieres carnaliter, & iſta ſponſa fuit cognita ab alijs maſculis: & ſic conſtat quod iſti iuuenes sūt potentes ad coitum: nec refert an ſponſa fuerit cognita per ſpōſum, vel non. Not. quod matrimonium non aſſumit vires adueniente pubertate, niſi per aliquod ſignum appareat de ipſorum conſenſu. No ꝙ ſi pater contrahat matrimonium pro filio præſente, & non contradicēte, videtur conſentire: & ſic tacens videtur conſentire: licet agatur de actu oneroſo. Regulariter autem in actu oneroſo tacens non habetur pro conſentiente. l. filius familias. ff. de procurat. ſed tamen hic licet agatur de actu oneroſo: tacens habetur pro conſentiente. Vnde ſicut exiſtens in mari exponit ſe infinitis periculis, ſimiliter contrahentes matrimonium exponunt ſe infinitis periculis. No. quòd pater non poteſt filium ignorantem vel inuitum obligare, nec ex illo contractu oritur aliqua actio contra filium. Not. quod vbi datur permiſtio habitus cum inhabili, vitiatur actus quādo requiritur concurſus habilitatis in vtroque. de quo ĩ. in regu. vtile. de reg. iu. Not. tres modos quibus probantur minores ratificare ſponſalia, quæ non tenuerant. Dom.

a ¶ Infantes.] 1 hi ſponſalia contrahere non poſſunt: cum ætas illa quid videat, ignoret. C. de fal. mone. l. 1. ad hoc ſupra eodem lib. de tempo. ord. nullus. C. de iure deliberandi. ſi infanti. & 30. q 2. §. 1. Ioan. And.

1 De ætate īfantiū, ſeu d̄ prima hominis ætate vide Io. Anan. in rubrica de delictis puerorum. Bal. in repet. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. & Cyn. in l. ſi infanti, C. de iure delib.

Gl. ſeq. notat differētiā inter infantē & impuberē.]

b ¶ Septennio.] not. quod licet quo ad pubertatem ſit in ſexu differentia in numero annorum, ī. eo. puberes. & cap. continebatur, quo ad infantiam ſecus: quia vterque infans minor ſeptennio, vt hic. & ī. eod. litteras. & cap. acceſſit.

ADDITIO. In ſexu eſt differentia quo ad pubertatem inchoandam. In finienda enim non eſt in ſexu differentia. In vtroque enim ſexu finitur xxv. anno. C. ſi mi. ſe ma. dixerit. l. 1. ſi ma. fac. alien. fac. ſine decr. ratam habe. l. ſi. inſti. de cura. in prin. Ioan. And.

c ¶ Eis.] ignorantibus vel ſcientibus non curo: ſed aliter in maioribus, vt ĩ. §. porro. Ioannes. And.

d ¶ Verbo.] quia poſt ſeptennium adinuicem vocant ſe ſponſos.

e ¶ Vel facto.] vt quia poſt ſeptennium ſecum iacet, vel eam oſculatur vt ſpōſus, vel his ſimilibus: & ſic nō refert an quid fiat verbo vel facto, de ap. dilecti. 1. & c. noſtrum. & ad hoc concor. de reſti ſpo. ex parte.

Sponſalia c̄tracta ante ſeptenniū ratificāturverbo, vel facto.

f ¶ Conualeſcunt.] ĩ. de reg. iur. non firmatur. & intellige per hoc ca. ſolutionem quam dixi ĩ. de reg. iuris nō firmatur. eo lib. ſcilicet, ꝙ ſolo temporis tractu non firmatur quod à principio non valebat: ſed nouo ſubſequenti conſenſu interdum tacito, interdum expreſſo. Bene hic vides: & ibi plenius dixi.

ADDITIO. Ioan. Mona. dicit, conſenſu, vero vel præſumpto, allegat ff. loca. item quæritur. §. fina. & l. ſeq. Ioan. And.

g ¶ Non inducunt.] ī. eo. cap. proximo.

[Glo.

[Glo.ſeq.not. pro opin. Goff. contra opinio. Tancre. quam etiam improbat per rationem.

a ¶ Supplebat.] ſ. de ſpon. veniens. & c. ad id quod. ſ. eo puberes. & c. de illis. Et ſic not. ꝙ ſi militia ſuppleat ætatem, contrahere poterunt matrimonium. & concor. ſup. eo c. vlt. & c. de illis. & eſt hoc contra opi. Tanc. & Hoſt. [1] qui dixerunt in prædic. decr. de illis. ꝙ ad hoc vt teneat matrimonium ꝯtractum inter minores, in quibus malitia ſupplet ætatẽ, requiritur ꝙ inuicẽ ſe cognouerint, cum de hoc aliter cõſtare non poſſit, ex quo ſunt minores. Sed Gof. ibi ꝯ. cui cõcor. Bernar. Innoc. & Abbas & hoc verũ, & hic approbatur. Quid ſi puer minor xiiij. annis multas mulieres cognouit, & mulier minor xij. ann. à pluribus eſt cognit.? Hi contrahunt matrimonium.; Simul, vel cum diuerſis, non curo.; Quis hebes diceret tale matrimoniũ præter carnalẽ adinuicẽ copulam non tenere. Io. And.

[1] Quæ adhuc hic placet. Archi. Ioan. And.

[Gl. ſeq. dilt. quid approbat, & illud coadiuuat.]

b ¶ De futuro.] approbatur quod not. Ala. Tanc. Ber. Goff. Innoc. & Hoſt. ſupra eod. à nobis. Probatur olim hoc per decre. ca. atteſtationes. & cap. vlt. & ſup. de condi. ap. ſuper eod. Sæpe enim extra id quod agitur tacita naſcitur obligatio. ff. commo. ſi is qui cõmodatum. §. vlt.

ADDITIO. Ad ſupradicta inducitur quod non ſemper verba de præſenti habent conſenſum de præſenti. Ioan. And.

¶ *Sponſalia per verba de præſenti cõtracta inter impuberem & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati, valent vt ſponſalia de futuro: nec in matrimoniũ tranſeunt ex ſola perſeuerantia ætatis, niſi aliter approbentur: inducunt tamen publicam honeſtatem. h. d. Dom.*

¶ Idem quoque ſi pubes, & impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non ſupplebat, [a] per verba contraxerint de præſenti: ſponſalia enim illa, quæ iuris interpretatione tantũ fuerunt ſponſalia de futuro[b] (licet verba conſenſum exprimentia de præſenti haberent, & matrimonium [c] contrahere intenderent contrahentes) per aduentum pubertatis in matrimonium non tranſeunt de præſenti: nec matrimonium (quod vt matrimoniũ ætate non tenuit prohibente) per lapſum dicti temporis conualeſcit: niſi per carnis copulam ſubſecutam, vel aliquem modum [d] alium contrahentes eoſdem cum eiuſdem perſeuerantia voluntatis ad pubertatis [e] tempora perueniſſe conſtiterit euidenter: per dictum tamen contractum, qui valuit vt potuit, non ſicuti agebatur, publicę honeſtatis iuſtitia eſt inducta.

¶ *Sponſalia pro abſentibus filiis non tenent: niſi ipſis præſentibus, vel niſi approbauerint tacite vel expreſſe ex poſtfacto. h. d. Dom.*

¶ Porro [f] ex ſponſalibus, quæ parentes pro [g] filijs puberibus vel impuberibus plerũque contrahunt, ipſi filijs ſi expreſſe conſenſerint, vel tacite, vt ſi præſentes fuerint nec contradixerint,[h] obligantur: & ex eis oritur iuſtitia publicæ honeſtatis. [i] Et eſt idem ſi filij tempore ſponſaliorum abſentes, & etiã ignorantes eadem ſponſalia[i] poſt ſcientes ratificauerunt tacite [†] vel expreſſe: aliàs ex ſponſalibus contractis à parentibus pro filijs nec ipſi filij obligãtur, nec publicæ honeſtatis iuſtitia inde ſurgit. [k]

plexus, & ſimilia interuenientia poſt tpˢ pubertatis, vt hic. vtroque. n. caſu cõſenſus fortificat qđ agebat. Io. A.

c ¶ Pubertatis.] ſtatim ergo fugere dẽt q̃ cito poteſt. quod dic vt ſup. de ſpon. ad id quod. & reprobatur opinio. Pet. de Samp. not. ſup. eo. tit. cap. vlt. per Abbatem.

ADDITIO. Vt ibi ſcri in ſin Ioan. And.

f ¶ Porro.] declarat notata per Innoc. & Hoſtienſem. ſ. de reſti. ſpolia. ex parte.

g ¶ Pro filijs.] non eis mandantibus: quia tunc idem eſt ac ſi ipſi contraherent ſupra eod. libro de procura. cap. vlt.

h ¶ Contradixerint.] ergo qui tacet, hoc caſu non conſentit, ĩ. de regulis iuris. qui tacet, cum ſuis concord.

ADDITIO. Cum hic agatur de re naturaliter appetibili. Ioannes. Monach.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſt. & ponit opinionem Hoſtien. & contrariam Innocẽn. & primam approbat.

i ¶ Sponſalia.] contracta per parentes & idem eadem ratione intelligas de quolibet alio ſ. de ſpon ad id quod. & ſupra de matrim. contract. cõtra interdic. eccleſ. capitu. 1. quod huic bene concor. & hoc ibi tenet Hoſtien. ſed Innocen. ibi not. contrarium: dicens ſpeciale in patre, vt nomine filiæ præſentis & non contradicens poſſit ſponſalia contrahere. ff. de ſponſa. ſed ea quæ patris. & l. ſeq. C. de nup. viduæ. ſecus in tutore ff. de ſpon ſi puellæ. & nõ obſtat de ſpon. ad id quod, quia ibi interuenit carnalis copula: aliàs ſecus ſecũdum eũ ſed verius videtur qđ dicit Hoſt. licet Bernar. videatur ibi tenere opinionẽ Innocen. & quod decretalis illa non loquatur de expreſſo conſenſu probatur: quia quare poſuiſſet Papa ibi verba quæ ſapiunt tacitum conſenſum. Item non inuenimus quod paternus conſenſus aliquid in contractu matrimoniali impuberis operaretur, aliàs quam in præcedentibus caſibus.

† Intellige tñ ꝙ aliud factum concurrat cũ illa taciturnitate, ſcilicet copula, aut aliud ſimile Ioan An. de Ancha. ad denotata. Bar ĩ l. quo enim, ff. rẽ ra. haberi. Fonta.

e ¶ Matrimoniũ.] & nõ ſpõſalia. vñ non videbant ſpõſalia. ad hoc ſ. de offi. deleg. cum ſup in antiq. ff de ſpõſali. quæſitum. C. ſi quis alteri, vel ſibi l. multũ intereſt. nec matrimoniũ: quia ætas prohibebat: ſed primum falſum, vt hic vides. Et ſic no. illud generale: ſi non valet vt ago, valet vt valere poteſt. ſ. eod. à nobis.

d ¶ Modum alium.] vt quia ſimul cohabitauerũt, vel ſe coniuges nominabant, & amplexabantur vt cõiuges.

ADDITIO. Hic patet ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium pter carnalem copulam. ꝯ de matri. ꝯtt. cap. 1. Archidiaconus ſignat, ſed non ſoluit. Tu dic vt ibi ſcripſi ſuper verbo amplexata. ꝙ ſponſalia de futuro verbis & mente ꝯhentium per amplexus, oſcula, & his ſimilia, non tranſeunt in matrimoniũ, vt ibi, Nec mirum, quia nec p nixũ carnalis copulæ tranſeunt, vt ſ. de ſpon. ca fin. Sed illa q̃ verbis & mẽte ꝯhentium ſunt de præſenti, tñ iuris interpretatione ſunt de futuro, bñ tranſeunt in matrimoniũ pter copulam, per oſcula, am-

Sponſalia de futuro quãque ſine copula tranſeunt in matrimoniũ.

k ¶ Surgit.] reprobatur opinio Raynutij in ſumma de ſponſal. §. pone quod. & Petri de Samp. & Abbatis ſupra, eodem titulo, capitu 1. qui per illud capitulum dicebant, cum ibi dicatur quòd pater filium non adultũ poteſt cui vult matrimonio tradere: quod ex ſponſalibus contractis à patre etiam filio non conſentiente oriebatur iuſtitia. & nitebantur idem probare per decretalem ſupra eodem, acceſſit ad finẽ, quæ non facit, vt ibi not. approbatur tñ opinio Innocentij & Hoſtienſis, qui hoc ibi notant. & erat caſus expreſſus. vigeſimaoctaua quæſtione ſecunda, l. diuinæ. palea eſt. Ioan. And.

[a] Hæc loquitur in vitrico, ſequẽs in fratre, decret. ex parte. ſuperius allegata ĩ patruo. Ioan. And.

. DE COGNATIONE SPIRITVALI.

¶ Viſum.] eſt ſupra de duobus impedimentis, q̃ impediunt matrimonium: verum, q̃a cognitio ſpiritualis impedit matrimonium contrahendũ, & dirimit iam ɔ̃ctũ: ideo annectit titulum, de cognatione ſpirituali.

TITVLVS III.

De cognatione ſpirituali.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Inter baptizatum & leuantem filios & vxorẽ leuantis ante carnaliter cognitam, & ſuſcipientem, & patrem, & matrem ſuſcepti: & ſimiliter de baptizãte, ſpiritualis cõtrahitur cognatio h. d. vſque ad §. ex cõfirmatione. Dom.

CAP. I.

NEdum [a] † inter baptizatum & illum, qui eum ſuſcepit de baptiſmo, ac inter eundẽ baptizatum & ſuſcipiẽtis filios & vxorem [b] ante ſuſceptionem carnaliter cognitam [c] ab eodem: immo etiam inter ſucipientem [d] patremque baptizati & matrem, [e] cognationem ſpiritualem [f] in baptiſmo contrahi iure conſtat: quæ cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſt contractum. [g] Et eadem [h] quæ de ſuſcipiente ſunt dicta, ſunt etiam

Nedum.] Pōt diuidi ĩ tres partes. Primo ponit quattuor ſpirituales cognationes prouenientes ex leuatione ĩ baptiſmo. Secunda: ibi, Et eadem: ponit totidem quæ ex baptizatione proueniunt. Tertia illas omnes repetit ĩ confirmatione, ibi, Ex confirmatione. ſecundum Ioannem Andreæ.

CASVS Titius Bertam leuauit de ſacro fonte: non eſt dubium quòd inter leuantem & Titium ſuſcipiẽtem, & Bertam leuatam, ideſt, ſuſceptam contrahitur cognatio ſpiritualis. Sed vtrum inter alias perſonas contrahatur cognatio ſpiritualis: ſcilicet inter baptizatum & filios leuantis patrini, Item inter baptizatum & vxorem leuantis patrini, ſcilicet ante cognitam carnaliter: immo etiam contrahitur cognatio ſpiritualis inter ſuſcipientem & patrem & matrem ipſius baptizati, qui appellantur compatres. Or ſanctiſſime pater, vidi de aliquibus perſonis, inter quas contrahitur cognatio ſpiritualis: ſed bene vellem informari à ſanctitate veſtra de effectu ipſius cognationis? Reſpondetur φ effectus cognationis ſpiritualis eſt: quia impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum: hoc eſt, illi inter quos eſt cognatio ſpiritualis non debent contrahere: & ſi de facto contrahant, debent abinuicem ſeparari: quia non tenet matrimonium. Et ſic non poteſt contrahi matrimonium inter filiolum & vxorem patrini, nec inter compatres. Sed ſanctiſſime pater, vtrum inter alias perſonas contrahatur cognatio ſpiritualis? Reſpõdet Romanus Pontifex φ ſic: dicens quòd illa q̃ fuerunt dicta de leuante & leuato, debent etiam intelligi de baptizante & baptizato, vt ponamus quòd laicus in caſu neceſſitatis baptizauit Bertam: certe non poterit illam habere in vxorem. Et idem dicendum eſt de ſacramento confirmationis, vt aliquis tenens Bertam in ſacramento confirmationis, non poteſt illam habere in vxorem. De confirmatione non eſt dubium: quia alia ratione non poteſt contrahere: quia eſt epiſcopus. Secus eſt dicendum in alijs ſacramentis eccleſiæ: quia per illa non contrahitur cognatio ſpiritualis. No. φ cognatio ſpiritualis contrahitur inter leuantem & leuatum: vnde iura communiter vtuntur iſtis verbis, leuans, leuatus: quia olim quando pueri baptizabantur, immergebantur per baptizantem in aqua, & patrini illos leuabant: ſed quia fuit compertum φ plures qui immergebantur exinde moriebantur: fuit ordinatum φ aqua ſolum ſpargeretur ſuper caput baptizandi. Not. quod inter leuatos & filios leuantis: item inter leuatum & vxorem leuantis cognatio ſpiritualis contrahitur: ita φ vxor leuantis dicitur matrina leuati: nã vir communicat vxori actiones ſpirituales. Item eodem modo cognatio ſpiritualis item compatres. Item inter baptizatum, & baptizantem & vxorem, & filios baptizantis. Not. φ ex ſacramento confirmationis cõtrahitur cognatio ſpiritualis. Not. φ leuatus de fonte non poteſt contrahere matrimonium cum aliquos ex filijs leuantis: nec diſtinguitur an fuerint nati ante vel poſt baptiſmum. de quo ſup. e. ca. 1. & ca. ſuper eo. No. quod ijſdem modis quibus contrahitur ſpiritualis cognatio inter leuantes & leuatos contrahitur inter baptizantem & baptizatum. Dom.

a ¶ Nedum inter baptizatum.] cognationem ſpiritualem. &c. quod eſt infra.

b ¶ Vxorem.] nunquid idem de concubina [1] leuantis prius cognita. de hoc 30. quæſt. 4. ſi quis vnus. in vltim. gloſſa.

ADDITIO. Et dixi poſt Inn. ĩ. c. Martinus. vbi ipſe recitat opiniones contrarias nil approbans. Arch. hic tenebat φ nõ cõtrahatur: per rationẽ quam ponit in glo. ſi. Ad decre. contracto. ſup. e. reſpondẽdum. quòd loquitur ſecundum opinionem mulierum, vt ibi dixi. Ad id quod dicitur de affinitate reſpondendũ, φ illud in vinculum carnale: qđ p carnalia & illicita contrahi poteſt. Io. An.

c ¶ Cognitam.] ſecus ſi poſt fiat vxor, vel ſi prius erat vxor, poſt, & non primo carnaliter ſit cognita: quia per vnionem carnis ſequentem non poteſt tranſire in vnionẽ ſpiritus p̃cedentem. 30. q. 4 poſt vxoris. vir ergo & vxor ſibi communicant actiones ſpirituales. 30. q 4. ſi quis vnus. ĩ. eod tit. Martinus. licet non paſſiones vnde ſi filius alterius tantum leuetur de ſacro fonte: leuans alteri cuius filius non eſt, compater non eſt, vt ĩ. eod. probatur. quod dic, vt not ĩ eo. Martinus. & 30 q. 4. in ſumma. Et dicebat Gof φ illud quod agit pars corporis, æquum eſt vt alteri parti communicetur: ſed non ſic communicatur alteri, quod in perſona filij alterius tantum agitur: & iſta ſit ratio. Vel dic, quòd ſatis eſt leuanti habere commatrem, matrem ipſius leuati. Et no. φ ſi leuans primo cognouerat vxorem, non eſt curandum an poſt compaternitatem cognouerit vel non: licet Gratianus contra. 30 q. 4 §. notandum.

d ¶ Suſcipientem.] ſupple & vxorem eius prius carnaliter cognitam. 30. q. 4. ſi quis vnus. ĩ eo. tit. Martinus.

e ¶ Et matrem.] not. non dixit, patrem baptizati, & eius vxorem, immo dixit, matrem: ſi igitur de prima vxore vel concubina vir procreet filium: ille qui leuat filium eſt compater concubinæ, & viri, ſeu non eius vxoris, vt ſup. dixi.

f ¶ Spiritualem.] q̃ dignior eſt q̃ carnalis 30. q 3. ca. 1. 2. & 3 Et eſt cognatio ſpiritualis, attinẽtia proueniens ex ſacramenti datione, vel ad id detentione. eſt etiam cognatio carnalis & legalis, de quibus nil ad propoſitũ.

g ¶ Contractum.] ſic igiẽ leuans & leuatus, vel leuatus & filius leuantis, vel leuatus & vxor leuantis ante cognita, vel leuans [2] & parentes leuati ɔ̃hunt, non tenet matrimonium. Scire debes φ pater ſpiritualis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis, bñ tenet matrimoniũ 30 q. c. vlt. & vt ibi not. Io. bene pōt pater ſumere filiam ſpiritualem filij carnalis, & ecõuerſo, ſcilicet filiã carnalẽ filij ſpiritualis: q̃a licet cognatio ſpiritualis de patre ad filios deſcendat, vt ſ. eo. c. 1. & c ſuper eo. non tñ aſcendit, cum cautũ non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium eſt, ſupra de ſpon. cum apud

h ¶ Eadem.] vt ſcilicet ſi baptizans & baptizatus, vel baptiza-

a Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformatione matrimonij, cap. 2. & B. Thom. in q̃ſtionibus additis ad 3. partem, q. 56. p totũ. & theologos, li. 4. ſent. diſtin. 42.

1 De hoc articulo præter doctores hic vide interpretes in cap Martinus. extra, de cognat. ſpirituali.

Cognatio ſpiritualis. quid ſit, vide p theologos ſcholaſticos lib. 4. ſent. diſtin. 42.

2 Vel ipſius vxor prius cognita. Io. And.

baptizatus & filij baptizantis, vel baptizatus & uxor baptizantis prius cognita, vel baptizans & parentes baptizati matrimonium contraxerint, non teneat, ad hoc. ſup.eo.ti.c. vlt & non eſt ita in eo qui recipitur ad pœnitentiam, vt ibi no.30.quæſt.1. omnes quos. & eſt expreſſum.inf.eo.ca.vlt. in fi.

ADDITIO. Vel ipſius uxor prius cognita. Io. And,

a ¶ Frontis.] hoc fit à ſolo epiſcopo [1] de conſec.diſt.5.manus. & de conſuetu. quanto. in vertice autem chriſmant presbyteri de conſecra.diſt.4. presbyteri. Sine ſacramento cõfirmationis non dicitur quis verus [2] Chriſtianus.de conſec.diſt 5.c.1.

ADDITIO. Confirmatio iſta debet fieri in fronte, vt hic. locus eſt. n. de ſubſtantia ſacramenti. remittit Archidiaconus, de conſecr. diſt.5 nouiſſime. Io.And.

b ¶ Eiſdem modis.] ſcilicet inter cõfirmatum & ſuſcipientẽ, & confirmatum & filiũ ſuſcipientis, & confirmatum & vxorem ſuſcipientis prius cognitam, & ſuſcipientem & parentes confirmati, parentes confirmati & uxorem ſuſcipiẽtis prius cognitam. Item inter ipſum cõfirmantem & confirmatum: & confirmatum & filios confirmantis, & eius uxorẽ prius cognitam, & ipſum confirmantem & parentes cõfirmati hoc vult dicere, eiſdem modis vnde xx. ſunt caſus prohibiti ex hac cognatione, quos numeraui in ſumma quarti libri.

ADDITIO Nec eſt plures reperiri, qui dirĩmant, inf. c.prox. Iſti autem omnes pertinent ad paternitatem & filiationem, aut fraternitatem, aut ad compaternitatẽ: & in his tribus conſiſtit omnis cognatio ſpiritualis: nõ enim habemus auos uel nepotes ſpirituales. & vide ꝙ ſcripſi ſupra eo.tit. ſuper rubrica.& cap. Martinus. in fi. Ioan.Andr.

de baptizante cenſenda.

¶ *Confirmatio frontis inducit ſpiritualem cognationem ſicut baptiſma. hoc dicit. Dominicus.*

[a] Ex confirmatione quoque, ſeu frontis [a] chriſmatione ſpiritualis cognatio eiſdem [b] modis contrahitur, matrimonia ſimiliter impediens contrahenda, & dirimens poſt contracta.

¶ Idem.

¶ *Compaternitas per catechiſmum contracta impedit matrimonium: ſed non dirimit. Io. An.*

CAP. II.

Per † catechiſmum, [c] qui præcedit baptiſmum ſacramentorum fundamentum, & ianuam [d] reliquorum, cognatio ſpiritualis contrahitur: per quam contrahendum matrimonium impeditur. Vt ex prædeceſſoris noſtri Clementis Papæ iij. decretali [e] colligitur euidenter: dicendo enim quòd talis res [f] vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret, velle videtur ꝙ afferat, nam quod vix fit, fieri tamen dubium nõ exiſtit. [g] Per illam tamen cognationem matrimonium poſt eam contractum minime [h] ſeparatur.

¶ Idem.

¶ *Vnus tantum interuenire debet in leuatione infantis de ſacro fonte, vel chriſmatione frontis: tamen ſi plures interueniunt, cognationem cõtrahunt ſpiritualem. Et ex aliis ſacramentis cognatio non contrahitur. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. III.

Q Vam-

priſmo: quia iſta impedit matrimonium contrahendũ: ſed non dirimit iam contractum: hoc eſt, nõ debemus contrahere. & ſi durantibus bannis aliquis ſe opponeret, & allegaretur cognatio ſpiritualis, impediretur matrimonium: ſed ſi non allegaretur iſta cognatio ſpiritualis: etſi de facto contraheremus, non dirimeretur poſtea illud matrimonium. No. ꝙ baptiſmus eſt fundamentum & ianua omnium ſacramentorum.c.veniẽs. de presbytero non bapt. in ant.

No. quòd baptiſmus eſt fundamentũ aliorũ ſacramentorũ cõcor.ſunt in gl. quã tñ præcedere debet catechiſmus. No. ꝙ illud dicitur euidenter probari, quod colligitur ex determinatione iuris. Dom.

[Prima gl. tria facit, ponit ſummã, dicit q̃d determinat, & q̃d ſit catechiſmus.]

c ¶ Per catechiſmũ.] terminatur. no 31.q.1.c.1.& ĩ.eo.ti. contracto. Et dicit ĩ ſumma, quòd compaternitas per catechiſmũ cõtracta impedit matrimonium, ſed non dirimit. Catechiſmus dicitur à catechizo, quod eſt idem quod inſtruo vnde ante baptiſmum inſtrui debent baptizandi in fide adulti præcipue. de cõſe.di.4 ante xx.

ADDITIO. Secundum Hug. catechizare græcum, idem quod adiurare: ſicut de exorciſmis dicimus ꝙ in eis fit adiuratio.de conſec.diſt.4. ſiue paruuli.& c.ſicut noſtris Io.And.

d ¶ Et ianuam.] 32.diſt.5.verum. ĩ.de presb.non bapt. cap.veniens.

e ¶ Decretali.] ſup.eo. contracto.

f ¶ Res uix.] ſ cõpaternitas in catechiſmis contracta.

ADDITIO. De hoc 93.diſt miratus.in prin.& 12.q.2. hæc huius.iuxta fi.ſic ponitur 19.diſt in memoriam.in prin.de cle.non reſi.conquerente. Io.And.

g ¶ Non exiſtit.] ff.de iud.l.vix certis ex cauſis.ad idẽ. 15.q.1.merito quæritur. Io.And.

h ¶ Minime ſeparatur.] ad idem ſup.eo lib.de vot ca. vnico.ſupra de iureiuran.quemadmodum. cum ſimilibus. Ioan. And.

Per catechiſmum.] Ponit dictum quod ſecundo probat: ibi, Vt ex prædeceſſoris. tertio illud determinat: ibi, Per illam.

Per catechiſmum contrahitur cognatio ſpiritualis, eius tamen effectus eſt impedire matrimonium contrahendum: non autem dirimit iam contractum. Vnde ſciendum, quod catechiſmus eſt inſtructio, quæ fit communiter hodie ante fores Eccleſiæ: vbi interrogabatur de articulis fidei: & proprie deberet fieri ſolis adultis.

CASVS. Ego tenui puellam ante fores Eccleſiæ antequam portaretur ad fontes: poſtea quando fuit baptizata non tenui eam ſuper fontes: vtrum inter me & ipſam & filios meos ſit contracta cognatio ſpiritualis? Reſpondetur quod ſic: ſed non eſt tanti effectus ſicut illa cognatio ſpiritualis, quæ contrahitur in baptiſmo: quia iſta impedit matrimonium contrahendũ: ſed non dirimit iam contractum: hoc eſt, nõ debemus contrahere. & ſi durantibus bannis aliquis ſe opponeret, & allegaretur cognatio ſpiritualis, impediretur matrimonium: ſed ſi non allegaretur iſta cognatio ſpiritualis: etſi de facto contraheremus, non dirimeretur poſtea illud matrimonium. No. ꝙ baptiſmus eſt fundamentum & ianua omnium ſacramentorum.c.veniẽs. de presbytero non bapt. in ant.

Quamuis.] Sunt tria dicta, quæ ſatis patent.

CASVS. Duo aliquam puellam ſuper ſacros fontes tenuerunt, cum baptizans proferret iſta verba: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, cum aſperſione aquæ: Verum inter omnes iſtos cõtrahatur cognatio ſpiritualis? Reſpondetur quòd ſic. Idem eſt in ſacramento confirmationis: licet ſufficeret, quod vnus leuaret: ſecus eſt in aliis ſacramentis. No. quod vnus tantum debet interuenire in leuatione baptiſmi, & quòd mulier poteſt leuare infantem. No. etiam ꝙ licet prohibeatur actus à iure, tamen factus tenet, ad hoc ſup.c.prox. Dominicus.

[1] Vide concilium Triden. ſeſſ.7. de confirm. cano.3. & ſeſſio.23 in prin.c 4.

[2] Melius dixiſſet, plenus Chriſtianus, q̃ verus Chriſtianus, vt habet text. quẽ citat in c.1.de conſecr. diſt.5.

† Vide Theologos ſcholaſticos, lib.4. ſent. diſtin. 42. & B. Tho. in quæſtionib. additis ad 3. partem, q. 59. art.2.

Prima

uis [a] † non plures quam vnus [b] vir, vel una mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem, iuxta ſacrorum canonum inſtituta: [c] ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio inde contrahitur, [d] matrimonia contrahenda impediens, & etiam poſt contracta diſſoluens. De confirmatione inſuper, quantum ad hoc, idem [e] iudicium eſt habendum. Ex datione uero aliorum ſacramentorum, [f] cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, uel diſſoluat.

[Prima glo. dicit quid determinet.]

a ¶ Quamuis.] no Hoſt. ſup. eo. Martinus.

b ¶ Vnus.] immo ſi vigeret neceſſitas in catechiſmo, & baptiſmo, & confirmatione, vnus poteſt eſſe patrinus: licet hoc non habeat conſuetudo Romana. de conſecr. diſtin. 4. in catechiſmo.

c ¶ Inſtituta.] de conſecra diſt. 4. non plures. & potuit eſſe ratio, quæ redditur in adoptione, vel cognatione legali, quæ imitatur naturam; & ſic ſpiritualis cognatio habet imitari naturã, vel cognationem carnalem: ſcilicet ut unus ſolus ſit in ſacramento patrinus. Sed contra 30. q. 4. quod autem. Solu, vt ibi no & ſup eod titu. c. vlt.

d ¶ Contrahitur.] ſcilicet cum omnibus: & ſic multa fieri prohibentur, quæ facta tenent. ſ. eo. c. prox.

ADDITIO. Pereant tamen contra facientes, quia faciunt contra prohibitionem canonis, non plures. & iſtius decretalis, ſecundum Arch. puto vbi conſuetudo non reſiſtit, & fortius ſi aſſiſtit, leuis ſit culpa: & ſic leuiter indulgenda. de accuſ. cum dilecti. Io. And.

e ¶ Idem.] ſcilicet vt plures in confirmatione tenere non debeant: tamen ſi teneãt, omnes ſunt compatres uel compatrini.

[Gl. ſeq. enumerat ſacramenta, & rationem reddit.

f ¶ Sacramentorũ.] ſcilicet pęnitentiæ, † corporis Chriſti, extremæ vnctionis, ordinis, & coniugij. Renaſcimur enim in baptiſmo, & chriſmatio frontis illam confirmat: quod nõ eſt in alijs ſacramentis: & ideo per iſta ſpiritualis contrahitur compaternitas, non per illa de hoc not. 30. quæſtio. prima, omnes. & ſupra eodem capitu. vlt. Ioan. Andr.

† Vide cõcil. Tri. ſeſ. 24 de reſor. matr. c. 2.

† Vide B. Th. in quæſtionib. additis ad 3. partem. q. 56. art. 1.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De accuſationibus, † inquiſitionibus, & denunciationibus.

† De materia huius tituli vid' plene per Hoſti. in ſumma eo. tit.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Ex confeſſione coram delegato inquirente ſuper certis criminibus deputato facta, punitur confitens, licet dicat ſe prius diffamatum non fuiſſe, vel inquiſitionis capitula non habuiſſe. hoc dicit. Dominicus.

CAP. I.

POſtquā [a] † corā eo, qui contra te ſup certis criminibus inquiſitor fuerat deputatus, eadē crimina fuiſti cōfeſſus, [b] fruſtra cōfeſſionē tuā (quo minus puniaris ex ea, prout iuſtitia [c] ſuadebit) eo prætextu impugnare contendis, ꝙ ſup eiſdē criminibus nō fueras antea diffamatus: Vel ꝙ per eundem Inquiſitorem capitula ſuper quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt. [d]

† Vide Peru in c. dilecto, de app. & Alex. cō ſi. 52. lib. 3. & Fel. in c. 1. de excep.

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS. &c.

Continuatio domini Heliæ.

¶ Dictum fuit ſupra quo ordine ſunt tractandæ & definiendæ cauſæ pecuniariæ, & etiam ſpiritales: Verum quia etiā ſunt cauſæ criminales: ideo de ipſis eſt nunc videndū. Et quia in cauſis criminalibus ſolet ꝓcedi qñque per viam accuſationis, qñque per viam inquiſitionis, & per officium iudicis, qñque etiā per viam denūciationis: ideo ponit titulū de accuſationibus, inqſitionibus, & denunciationibus.

POſtq̄.] Tollit duas exceptiones inqſiti, qui confeſſus eſt crimen. Secunda: ibi, Vel quod.

¶ Pro intellectu hui9 c. eſt præſupponendū illud quod habetur in c. qualiter, & qñ. eo. ti. in antiq. videlicet, ꝙ antequā iudex ex officio ſuo ꝯ aliquē procedat per inquiſitionē, debet primo ille ꝯ quem proceditur eſſe diffamatus: quia infamia dēt præcedere inquiſitionem. ſicut monitio charitatiua dēt præcedere denunciationem; ita ꝙ ſi iudex procedat per viam inquiſitionis contra aliquem non diffamatum, pōt ille ꝯ quem proceditur per inquiſitionem, dicere: Domine iudex, non poteſtis procedere contra me per viam inqſitionis: quia non commiſi tale crimen: & poſito, & non confeſſo, ꝙ tale crimen commiſiſſem, adhuc non poteſtis procedere contra me: quia de tali crimine non ſum diffamatus. Item dicitur in dicto cap. qualiter. ꝙ iudex debet exhibere capitula ſuper quibus vult inquirere: ita ꝙ ille contra quem proceditur, non tenetur reſpondere ad interrogationem iudicis, niſi prius ſibi traditis capitulis ſuper quibus fuit diffamatus.

CASVS. Cum non eſſem diffamatus de crimine furti, de homicidio vel de alio crimine: immo iſtud crimē erat occultum, iudex meus ordinarius incœpit inquirere contra me, & pro faciendo inquiſitionem, fecit me vocari, & citari ex officio, vt comparerem perſonaliter in die aſſignata: comparui perſonaliter: iudex me interrogauit ſuper crimine furti, vel homicidij: illud crimen fui confeſſus: poſtea cum iudex vellet me punire ſecundum exigentiam criminis, propoſui ꝙ non eram diffamatus de illo crimine: item ꝙ ipſe non exhibuerat mihi capitula: vtrum ſim nunc admittendus ad proponendum iſta? Reſpondetur, ꝙ non: quia antequam iudex me interrogaſſet, debebam iſta proponere: & ſi noluiſſet me admittere, debebam appellare: & ſic forma tradita in capitulo, qualiter, non eſt ſubſtantialis. ideo poteſt omitti tacite vel expreſſe, vt hic tex:

Not. primo, quòd in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, quod verum eſt in cognoſcendo: ſed bene in condemnando. Not. ꝙ contra confitentem eſt ferenda ſententia in ſcriptis: quod verum eſt ſi lis fuerit conteſtata, vel oblatus libellus in ſcriptis: ſed ſi ſolum fuit propoſita petitio, bene ferenda eſt ſententia: ſed non in ſcriptis: ſed ſm formam traditam in l. 1. C. de ſent. ex breuic. recit. ſed dixi, non eſt ferenda in ſcriptis, nec ſolemniter: ſed ſufficit ſi verbo feratur: & in iure vocatur præceptum de non ſoluendo, vt eſt glo. notabilis. in l. ſi debitori. ff. de iudicijs. No. effectum principalem huius c. ꝙ iudex non debet contra aliquem inquirere, niſi ſit de crimine diffamatus: & poteſt ille contra quē inquiritur allegare & proponere, ꝙ non eſt diffamatus: & hodie cōiter prius aliquis citatur ex officio ſuper crimine, & fit inqſitio & examinatio ſiue informatio ſecreta, & factis informationibus, ſi conſtet iudici, ꝙ talis eſt diffamatus ſuper illo crimine: iudex præcipit vt citetur ad comparēdum perſonaliter: & ſi cōpareat, debēt illi tradi capitula ſuper his ſuper quibus dēt fieri inquiſitio: iuxta cap. qualiter. al leg. Nota vnum præambulum requiſitū ad inquiſitionem, vt videlicet primo diſcutiatur ſuper infamia. Ad hoc ſupra eo. tit. qualiter. 2. & cap. inquiſitionis. §. ad hæc. & cap. licet Hely. de ſimo. cum ſim.

[Prima gl. dicit, quid declaret iſta decretalis. & ſeq.]

a ¶ Poſtquam.] Decretalis iſta & ſequens emanauerūt ad declarationem decretalis. ſ. eo. qualiter. 1. & 2. & c. cum oporteat & c. ad petitionem. ibi, iudiciarium, &c. & corriguntur opiniones Hoſt. no. in c. qualiter 1. in 1. gloſ vltra vnam columnā, ver. quid ſi inquiſitor. & in 2. gl & quod not. in c cum oporteat. ſuper verbo, ſubdito, ver. quæritur ſi inquiſitor. ſimiliter & in ſecundo, qualiter. ſuper verbo fuerit. & ſuper verbo, legitime, & facit quod not. Gul. in Spec. tit. de inquiſit. §. nunc tractemus. ver. quid ſi inquiſitor permiſſum. Io. And.

b ¶ Confeſſus., nullæ [1] igitur ſunt partes iudicis, niſi vt ferat ſententiam, quid enim quæremus de infamia vel capitulis, ex quo claret de crimine. 24. q. 3. ecce. de elec. per inquiſitionem. de confeſ. cum ſuper, in antiq. ff. de iudi. ſi debitori. Iam enim eſt notorium crimen. de cohab. cler. & mu. veſtra. & c. ſi.

1 Vide l. 1. & 2. ff. de cōfeſſis. Feli. in c. 2. de except. & Hyppolitū in rubrica de probat.

ADDITIO. De reuocanda confeſſione, dixi in tex. in princ. magnæ gloſ. Io. Andr.

c ¶ Iuſtitia.] ſcilicet imponendo pœnam à iure ſtatutam, vel arbitrariam ſi nulla pœna eſt ſtatuta. ſ. de off. deleg. de cauſis.

ADDITIO. Arch. alleg. 2. q. 3. §. notandum. & de pen. diſt. 1. menſuram. Io. And.

[Gl. ſeq. rōnem reddit, reci. opi ꝯriam, cui reſpōdet.]

d ¶ Fuerunt. ſi infamatus non erat, ad inquiſitionem procedi non debuit veritatis, vt in prædictis iuribus: ſed ille debuit appellare, & non reſpondere. vnde imputet ſibi. [2] idem dico de capitulis quæ tradi debuerūt. ſ. eo. qualiter. 2. §. debet. ſi petita non fuerunt, & confeſſus eſt crimē, ſibi imputet: potuit enim iuri pro ſe introducto renunciare, & nunc tacite renunciat. Ad hoc. ff. de procu. Pomponius. §. rati. Sed Hoſt contra, in prædicta decret. qualiter. 1. per l. ff. de procur. filius. §. inuitus. & hunc dicebat caſum ipſius decre. & decr. eo. tit. ad petitionem. nam ibi præſente, & non contradicente illo cōtra quem inquirebatur, non fuerat ſeruatus ordo, qui debuerat ſeruari, vnde proceſſus caſſari mandatur: ſed de alio ordine intelligatur [vt ibi not. in fi. [3] 4. gloſ.]

2 Gloſ. ſequitur Phili. ad quod faciunt no. in l. ordinarij. C. de rei vendi. c. 1. de reſt. ſpo. Font.

3 Idem Domi. Font.

SIis.] Non diuiditur.

ADDITIO. Et vt dicit Io. Mo. iſtius c. & præcedentis eadem eſt ratio: quia vtrobique renunciatum eſt proceſſui, qui penitus præmitti debuiſſet, ſi petitus fuiſſet. Io. And.

¶ Idem.

¶ *Valet inquiſitio facta ſuper veritate criminum, omiſſa inquiſitione infamia, ſi reus præſens tacuit. h. d. ſecundum Io. And.*

CAP. II.

SI is, cui contra te commiſſa fuerat[a] ſimpliciter inquiſitio ſuper certis criminibus facienda, proceſſerit te præſente, nec reclamante,[b] aut quicquã ſuper hoc excipiente (infamiæ inquiſitione omiſſa) ad veritatem eorundem criminum inquirendã proceſſum huiuſmodi ex eo, ꝙ non fuit de infamia † primitus[c] inquiſitũ, vlterius impugnare nequibis.[d]

TITVLVS II.

De hæreticis.

¶ Gregorius ix. Remenſi archiepiſcopo & ſuis ſuffraganeis.

¶ *Propter crimen hæreſis clericum in quibuſcunque ſacris ordinibus conſtitutũ ſolus eius epiſcopus degradare poterit. h. d. Dom.*

CAP. I.

QVo-

CASVS. Papa cõmiſit alicui inquiſitionẽ ſimpliciter faciendã ſup̃ aliquo crimine: & fuit facta inquiſitio ad requeſtã alterius, nõ autem ex officio: certũ eſt ꝙ ille inquiſitor dẽt facere duos ꝓceſſus: Primũ ſup̃ infamia, an ille ſit diffamatus, & ſi p̃ inquiſitionẽ reperiat eum non diffamatũ: non procedet ad inquirendũ de veritate criminis: Si vero reperiat eũ diffamatũ: tunc procedet ipſe ad inquirẽdũ, & interrogandũ de veritate criminis. Sed ponamus ꝙ inquiſitor omiſit iſtũ ordinem: q̃a primo fecit inquiſitionẽ ſuper veritate criminis, & criminoſus non oppoſuit ꝙ debebat primo facere inquiſitionẽ ſuper infamia: poſtea inquiſitione facta ſuper veritate criminis, ipſe ꝯ quẽ facta fuerat inquiſitio, voluit allegare, ꝙ primo debebat iudex inquirere ſuper infamia, q̄ ſuper veritate criminis: an ſit admittendus ad probandum, & allegandum ꝙ proceſſus non valet: quia fuit omiſſus primus proceſſus ſuper infamia: Reſpondetur, ꝙ non: quia eſt ſibi imputandum quare paſſus eſt inquiri de veritate criminis, priuſquam conſtaret de infamia: quia cum iſtud fuerit introductum in fauorem ſui, potuit illi fauori renunciare. Et ſic iſta forma non eſt de ſubſtantia proceſſus: quia licet debuerit ſeruari, ſi tamen non opponatur, non minus valet proceſſus.

† Et qualiter probari debeat infamia, alicuius, vide Romanũ conſ. 267. & Cardinalẽ conſ. 3. de teſt.

Nota ꝙ licet de iure certa forma debeat ſeruari in procedendo, ſi tamen non ſeruatur, & pars tacet; valet proceſſus, de quo ſup. c. prox. ſuper glo. ſi.

[Prima glo. diſtinguit, quærit, & remittit.]

a ¶ Fuerat.] ad petitionem alicuius: quia ſi Papa proprio motu committit inquiſitionem criminum alicuius: iam illud approbat infamatum: cum epiſcopus, & metropolitanus procedant etiam ad inquiſitionem omiſſo tali articulo. 2 q. 5. omnibus. ſupra eod. tit. ſicut olim: ſed ſi ad petitionem alterius commiſerit: tunc prius inquiret inquiſitor de infamia. Hoc tenet Inn. ſ. eo. tit. cũ oporteat. Quid ſi ille qui litteras inquiſitionis impetrat ſit excommunicatus? Dixi ſ. eod. lib. de reſcrip. cap 1. &c.

Vide ibi de hoc, & in c. ex parte. in glo. ſi. ſupra eod. de offi. ord.

[Gl. ſecunda ponit dictum Hoſt. quod improbat.]

b ¶ Reclamante.] dicebat Hoſt. in ſupradictis glo. ꝙ taciturnitas habebatur hic pro diſſenſu & ꝯdictione. quod nõ eſt verũ, vt hic hic vides: immo tacendo tacite iuri ſuo renunciat. ĩ. de reg. iur. qui tacet. & dixi de hoc eod. tit. is qui tacet. Reclamare igitur debuit & petere prius inquiri ſuper inquiſitione infamiæ: & ſi hoc non fieret, debuit appellare, vt dixi ſ. c. proxi.

c ¶ Primitus.] i. antequam quæreretur de veritate.

d ¶ Nequibis.] nõ ergo ordo iſte ita eſt de ſubſtãtia, ꝙ ei renunciare non poſſit. Facit ſ. de ſer. c. vlt. & quod not. ſ. de offi. deleg de cauſis.

Vide q̃ dixi ſup. c. prox. ſuper vlt. glo. Io. Andr.

DE HÆRETICIS.

¶ Dictum fuit ſupra de modis quibus ꝓceditur ad inquirendum de veritate criminis: nunc videndum eſt de ipſis criminibus: verum quia inter crimina crimen hæreſis eſt maius: quia per ipſum offenditur diuina maieſtas: ideo primo de ipſo eſt videndum. Nam iſtud crimen eſt grauius crimen, quàm ſit crimen læſæ maieſtatus, quia grauius eſt lædere diuinam maieſtatem, quàm humanam. in Auth. vt non luxurientur homines contra naturam. §. 1. 1. reſpon. collat. 6.

QVoniã.] Præmittit cauſam iuris noui, quo ſtatuitur: ibi, Concedimus.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius c ꝙ cum quis presbyter perpetrauit aliquod delictum dignum degradatione, puta quia commiſit homicidium per inſidias penſatas, ꝙ eſt dignũ degradatione, vt in c. 1 de homicidio. in antiq. vel commiſit aliud crimen, quod eſt dignum degradatione, certũ eſt, ꝙ epiſcopus ſolus non poteſt eum degradare: ſed debet ſecum vocare ſex epiſcopos.

CASVS. Aliquis ſacerdos cecidit in hæreſim male ſentiendo de fide, & ſic eſt hæreticus. Pœna hęreſis eſt, ſi nunquam aliàs inciderat in hæreſim, quod degradetur, & poſtea perpetuo immuretur vt agat perpetuã pęnitentiam in pane triſtitiæ & aqua doloris: Si autẽ poſtea liberetur: forte propter iucundum aduentum principis, & labatur in hæreſim, eſt dandus curiæ ſæculari, vt ignibus ſubiiciatur. Sed utrum ad degradationem ſacerdotis ſufficiat ſolus proprius epiſcopus; vel utrum requiratur ꝙ vocentur ſex epiſcopi? Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſolus proprius epiſcopus conuocatis abbatibus & aliis honeſtis perſonis ſuæ diœceſis poterit talem ſacerdotem hæreticum degradare, & dare curiæ ſæculari, ſi iterum inciderit in hæreſim. Si autem non inciderit niſi ſemel in hæreſim, poterit eum degradare & perpetuo immurare. & iſtud eſt ſpeciale in crimine hæreſis: Secus eſt in aliis criminibus, in quibus requiritur quod interueniãt ſex epiſcopi. Nota primo, iuncta gloſſa & iuribus quæ allegat, quod ſi ſacerdos labatur in hæreſim, pro delicto debet degradari, nõ autem debet tradi curiæ ſæculari: ſed eſt immurandus, id eſt perpetuo carceri tradendus, vt agat pœnitentiam in pane triſtitiæ, & aqua doloris. Vnde iſte carcer non debet eſſe ita arctus quod abbreuiet dies iſtius incarcerati: quia ſatis eſt quod uiuat in pane triſtitię & aqua doloris: ideo dicunt doctores, quod prælati qui tales carceres abbreuiantes uitam hominis deputant, non euadunt notam irregularitatis. Nota, quòd vbi clericus eſt relapſus in hæreſim, eſt tradendus curiæ ſæculari, vt comburatur: nam hæc eſt pœna hæreticorum. l. 3. C. de hęret. No. caſum in quo ſolus epiſcopus poteſt presbyterum vel clericum in ſacris conſtitutum degradare, ita quod non tenetur ſecum adhibere numerum epiſcoporum requiſitorum ad degradationẽ clerici, veruntamen debet ſecum adhibere ſuum capitulum, & honeſtas perſonas ſuæ diœceſis: ſicut ſunt abbates. No. ꝙ clericus pro hæreſi degradatur: etiam ſi nõ ſit tradendus curiæ ſæculari: ſed tantum deputandus perpetuo carceri. Dominicus.

[Prima glo. dicit unde ſumpta.]

a ¶ Quo-

a ¶ Quoniam.] incipiebat: Et si contra. & bene de me diētate decurtata eſt.
b ¶ Canonibus.] 15.q.7. ſi quis tumidus. & duobus c. ſeq. & debēt eſſe ſex in deregradatione presbyteri, tres in degradatione diaconi, & ita de ſubdiacono videtur, vt ſup. de ſer. non ord. miramur.

† Vide omnino concilium Trid. ſeſſ. 13. de reformatione cap. 4. & Albertinū in repetitione huius c. & textum, & ibidē doctores, in c. degradatio. inf. eod. lib. ti. de pęnis.
† Hodie ſtā dum eſt decreto conc. Tridē. ſeſſ. 13. de refor. ca 4. per qđ ceſſat huius do. opin.

c ¶ Facili.] bene eſt poſſibile: ſed non facile. lex enim nō debet eſſe impoſſibilis. 4 diſt. erit autem.
d ¶ Pro hæreſi.] in alijs igitur criminibus ſi immineret degradatio facienda, ſeruentur antiqua iura: quia in hoc crimine hoc introductum eſt ſpeciale. Ad idem j. eo. in fidei.
e ¶ Relinquendus.] quod dic, vt ſ. de verbo. ſign. nouimus, & inf. de pœn. c. 2.
f ¶ Immurandus.] ſ. c. excommunicamus 2. [in ſi & ſ. eo accuſatus. in ſi. & c. vt cō miſſi, ver. & illorum. Io. Andr.]
g ¶ Solus poſſit epīs.] excludit epiſcopos, non capitulum ſuū. Ad idē 15. q. 7. ſi aūt. & §. ſeq. & c. epīs. 18. q. 2. c. nullam.

Quoniam a † epiſcoporum numerus ad degradationem b clericorum à canonibus conſtitutus, non poteſt de facili c conuenire: Concedimus, vt ſacerdotem vel alium clericū in ſacris ordinibus conſtitutum (cū pro hęreſi d fuerit ſæculari curiæ relinquendus, e aut perpetuo immurandus f) conuocatis Abbatibus, alijſque prælatis, & religioſis perſonis, ac litteratis ſuę diœceſis, de quibus expedire uidebitur, ſuus ſolus g poſſit epiſcopus degradare.

¶ Alexander quartus.

¶ *Excommunicationē incurrit ſepeliens ſcienter hæreticos, vel eorum receptatores, defenſores, vel fautores, nec abſoluitur niſi exhumet eorum corpora, locus vero priuatur ſepultura. h.d. vſque ad §. inhibemus. Dominicus.*

ADDITIO. Idē ſcilicet quod nō excludatur capitulum, tenet Io. Mona. ſed archidiaconus intelligit hoc verum in examinatione & diffinitione cauſæ: in actu degradationis ſufficiat ſeruare quod hic dicitur. circa hoc vide quod ſatis dicam in decretali 2. inf. de pœ. ſuper ver numero. Io. And.

Qvicunque.] quinque ſunt partes, quæ patent per partes, Prima imponit pœnam ſcienter ſepelientibus hæreticos. Secunda aggrauat: ibi, Nec abſolutionis. Tertia accumulat ibi, Et locus. Secunda duo facit. Primo ponit prohibitionem. Secundo pœnam: ibi, Qui vero. Tertio etiam duo facit. Primo inhibet. Secundo decernit: ibi, Quòd ſi Quarta priuat, & diſtinguendo aggrauat: ibi, Volentes. Quinta ponit dictum, cuius rationem reddit: ibi, Velut. Io. And.

CASVS. Dictum fuit ſ. ti. prox. qualiter puniuntur hæretici, & quis poteſt degradare clericos hæreticos. Or ponamus quod aliquis meus parochianus lapſus eſt in hæreſim, & ego illud ſciebam, non fuit accuſatus: poſtea morte præuentus deceſſit in errore ſuo: hoc tamē non obſtante eum tamquam verum catholicum tradidi eccleſiaſticæ ſepulturæ, an ſim puniendus aliqua pęna? Rñdet Romanus Pontifex quòd ſic: quia incurro ſententiam excommunicationis, à qua non ſum abſoluendus niſi prius meis proprijs manibus ipſum extumulauero publice & non occulte: ſed cunctis volentibus videre. Et hoc facto potero obtinere abſolutionē. Sed quid de hoc loco in quo traditus fuit ſepulturæ: nunquid etiam punietur locus ipſe? Reſpondetur qđ ſic: quia ille locus reputari debet & cenſeri profanus: & in eo non ſunt amplius corpora fidelium ſepeliēda. Idem dicendum eſt de fautoribus & receptatoribus hæreticorum, & eis credētibus. hoc eſt ſi ſepeliui fautores vel receptatores hæreticorū, vel eis credentes: hoc eſt, qui publica voce dixerunt qđ credebant errorē talis hæretici: tūc enim incurro ſententiam excōicationis. Sed vtrū ſit pmiſſum laico publice diſputare de fi. catholica? Rñdetur, qđ non. De hoc legiſtæ habent propriam rubricam de ſum. Tri. & fide cath. & ne liceat de fide catholica publice diſputare. Sed vtrum filij hæreticorum aliquam pęnā incurrant? Rñdet Romanus Pont. qđ ſic: Nam ſuppoſito, qđ hæreticus non ſit de hæreſi accuſatus: tñ ipſe & filij ſui ſunt incapaces quorū cunque beneficiorū eccleſiaſticorum: & quorūcunque officiorū publicorum: ideo non pñt eſſe iudices, nec notarij, nec tabelliones. [Laicæ perſonæ.] Dicunt quidā qđ non eſt licitum laicæ perſonæ, i. illitteratæ de fide catholica publice diſputare . & iſtud eſt vulgare Gallicorum, qui hominē litteratum appellant magnum clericū. & iſte tex. loquitur ſm vulgare Gallicorum. Alij dicunt, qđ non licet laicis, quantūcunque litteratis, diſputare de fide catholica. Et hæc eſt verior opinio [Ad hæc.] Si ſciā, qđ hæreticus pro me preces emiſit apud prælatum, vel pro me intercesſit pro aliquo beneficio habendo, nō debeo illud beneficiū acceptare: nec tenet collatio mihi facta: & ſi contendam illud retinere, ſum illo priuandus: & inſuper ſum incapax ad obtinendum quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica. Et ſic argumento à contrario ſenſu poſſunt emitti preces pro digno: dum tamen fiant à digno. [Emancipationem.] eo ipſo, quòd pater labitur in hæreſim, ſtatim filius eſt ſui iuris: ideo ſi filius emancipetur à patre, non tenet emancipatio: quia iam erat ſui iuris: nam ſtatim quòd pater labitur in hæreſim, perdit ius patriæ poteſtatis, qđ habebat in filios ſuos. Nota differentiam eſſe inter credentem, receptantem, defendentem, vel fauentem: & facit quod ſi imponatur pęna ex bannitis quòd non includerentur taliter ſecum communicantes, niſi exprimeretur. Nota, qđ quandoque ex delicto punitur res inanimata, concor. ſunt in gloſſa.

CAP. II.

Qvicunque † hęreticos, credentes, receptatores, defenſores, vel fautores eorum ſcienter h præſumpſerint † eccleſiaſticę tradere ſepulturę, i vſque k ad ſatisfactionem idoneam excommunicationis ſententię ſe nouerint † ſubiacere. Nec abſolutionis beneficium mereantur, † niſi proprijs l manibus publice m extumulent, n † & proijciant † huiuſmodi corpora damnato-

† Vide Turrecr. in ſumma de Eccleſia, lib. 4. p. 2. c. 21.
† al. præſūpſerit.
† al. nouerit.
† al. mereatur.
† al. extumulet.
† al. proſiciat.

h ¶ Scienter. [ignorantia ergo probabilis bene illos excuſat. ſup. de cler. excommun. miniſtr. Apoſtolicæ.
[Gl. ſecunda dat duo ſimilia, & remittit.]
i ¶ Sepulturæ.] ſic & manifeſti vſurarij non traduntur ſepulturæ. ² ſup. de vſu. quia in omnibus. & qui moriūtur in torneamentis. ſ. de tor c. 1. & de hoc de ſepul. ex parte, in vlt. gl. Dr autem de ſepultura multis modis, vt not. 13. q. 2. §. item quæritur. & ſ. de ſepul. c. pen.
k ¶ Vſque.] hic licet ſatisfaciant, ſequi debet abſolutio, vt patet per id quod ſequitur.
l ¶ Proprijs manibus.] nota ³ caſum, qđ poſſum per me quod non poſſum per alium. de hoc dixi j. de reg. iu. pōt. ſicut enim exhibuerunt membra ſua ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ſic exhibere debent illa ſeruire iuſtitiæ ad iuſtitiā: ſicut dicit Apoſtolus ad Romanos, 6 ca. & ſunt hæc verba in canone 47. diſt. omnes huius.
m ¶ Publice.] quia quæ publice peccantur, publice emendentur. de pœn. & remiſ. c. 1.
n ¶ Extumulent. hoc verum intelligo, quando oſſa ipſorum poſſent ab oſſibus aliorum diſcerni: aliàs ſecus. ſ. de ſepul. facris. Io. And.

² Et eo ſt caſu ſūt hodie excōicati ſ facientes, per cle. đ ſepu. eos. Io. And.
³ Vide Gōdiſſaluū tra cta. de hær. q. 23. nu. 7.

o ¶ Locus

rum Et locus[a] ille perpetua† careat ſepultura.

Excommunicari debent laici publice vel occulte diſputantes de fide. hoc dicit. Dominicus.

Inhibemus† quoque, ne cuiquam laicæ[b] perſonæ liceat publice, vel priuatim de fide catholica diſputare. Qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.[c]

Non valet promotio hæreticorum, eis credentium, fautorum, receptatorũ, & defenſorum eorum, nec filiorum ſuorum vſque ad ſecundã generationem ad beneficia eccleſiaſtica, vel officia publica. h.d. Dom.

Hæretici autem, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumq́; filij[d] † vſque ad ſecundã[e] generationẽ, ad nullum eccleſiaſticũ beneficiũ[f] ſeu officium publicum[g] admittantur. Quòd ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

Priuati ſunt habentes beneficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorũ, & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, ſi ſcienter talia receperunt. h.d. Dom.

Ad hæc quoſcunque viros eccleſiaſticos, qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum, dignitates,[h] perſonatus, & quæcunque alia eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti: ex nunc priuamus[i] taliter acquiſitis: volentes, ꝙ tales & habitis careant perpetuo: & ſi receperunt† illa ſcienter,[k] ad alia, vel ſimilia, nequaquam in poſterum admittantur.

Nulla eſt emancipatio filiorum vel ſubditorum per hæreticos facta, etiam ſi poſtea vitium detegatur. hoc dicit. Dominicus.

Illorum autem filiorum emancipationẽ, quorum parentes poſt emancipationem ẽt[l] huiuſmodi apparuerit ante ipſam à via veritatis ad hæreticæ ſuperſtitionis inuium declinaſſe, nullius volumus eſſe momenti, velut factam de hominibus ſui iuris: cum dignum ſit, vt propter tanti atrocitatem delicti, filij eſſe in parentũ hæreticorũ deſierint[m] poteſtate.

Idem inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

Filii vel hæredes petentium in infirmitate ſua, hæreticorum conſolationem, non admittuntur ad probandum ꝙ non ſana mente, vel perdita loquela ſuſceperint, ſi conſtat ꝙ erãt ſanæ mentis, vel ſi prius ſuſpecti vel diffamati erant de hæreſi: aliàs admittuntur, ſcilicet per teſtes fide dignos non ſuſpectos. h.d.D.

CAP. III.

Filij,

a ¶ Locus.] punitur res inanimata. ſic ſup. de pœn. in quibuſdam. ſup de elect. vbi periculum. §. ciuitas. & j. de pœn. c. vlt. in fi. 15. q. 1. mulier.

ADDITIO. Archid. alleg. 1. q. 4. §. econtra. & §. ſeq. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, ſ. de quibus laicis, &c.]

b ¶ Laicæ.] forte intellexerũt de laico ad modũ vltramontanorũ, qui illiteratos laicos vocant, & litteratos clericos vocant. 88. diſt. inutile. quid enĩ eſt dicere ꝙ ruralis clericus diſputando de fide, nõ incidat in hanc pęnã, & doctor decretorũ laicus incidat? tñ ſufficit ita eſſe ſcriptũ, & ſolum duo ſunt Chriſtianorũ genera, clerici & laici. 12. q. 1. duo ſunt. & concor. ad hoc, C. de ſum. Trini. l. pen.

[Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & contra.]

c ¶ Innodetur.] nunquid per ſñiam vel ipſo iure? vr ꝙ ipſo iure, per id qđ dicit, laqueo, quaſi ipſum factum damnatum illaqueet. In ꝯrũ vr, quia in pœnis benigna fieri dẽt interpretatio, vt j. de reg. iu. in pœnis. cum ſuis concor. eſt igitur benignius, vt intelligamus canonem eſſe ferendæ ſententiæ, quam iã latæ: ergo eſt hæc pars amplectenda, vt ibi. Ad hoc 9. diſt. ſana quippe. Præterea ſi voluiſſet ꝙ eſſet canon latę ſñiæ, dixiſſet, ſit innodatus: vel, eoipſo, vel ſimilia verba.

ADDITIO. Iſta vltima opinio placet Arch. alleg. ſ. eo excõicamus §. quia vero. & dicit monitionẽ præmittendã. 11. q. 3. indigne. Io. An.

[Glo. ſeq obiectionem ſoluens, dicit cõtrarium regulare, & hoc caſuale, cui dat caſum ſiuitiẽ, & rationem reddit: in fine textum exponit.]

d ¶ Filij.] nota caſum in quo pro delicto paterno punitur filius; hoc etiam procedit in crimine læſæ maieſtatis; quod eſt minus hoc crimine, quo lęditur æterna maieſtas. ſup eo. vergẽtis. & ſi ꝯ homines illatæ blaſphemiæ impunitæ non tranſeunt, multo magis qui ipſum dominum blaſphemat dignus eſt ſupplicia ſubſtinere. in Auth vt non lux. ꝯ nat. 1 reſpon. & §. 1. collat. 6. nec debemus illius opprobrium inultum dimittere, qui noſtra probauit dei cuit, j. de Iudæis, in nõnullis. Quod n. in religionẽ diuinã committitur: in omnium fertur iniuriam. C. de hære. Manichæos ad idẽ 17. q. 4. ſicut aliàs regulariter pœna temporali non punitur vnus pro alterius delicto, quod dic vt no. 1. q. 4. in ſumma. & 23. q. 5. in ſumma. & intelligas hoc de filiis, non infectis illi enim punirentur vt ipſi, ex proprio delicto, non ex alieno.

ADDITIO. Idem Io. Mona. & Arch. & ſic ad proximum fiet relatio. allegat. ff de poſtu. l. 1. §. deinde adiecit.

e ¶ Secundam.] hoc intellige ſecundũ determinationem decr. infra, eod. tit. ſtatutum. 2.

f ¶ Beneficium.] large ſumitur. de hoc dixi j de reg. iu. c. 1.

g ¶ Publicum.] vt iudicatus, notariatus, & his ſimile. ad idẽ infra, de pœnis, fęlicis. quòd ſi quis. in principio.

[Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & contra.]

h ¶ Dignitates.] nunquid & Pontificalis dignitas includitur pro, & contra j. de pęnis. fęlicis. §. quòd ſi quis. in princ.

ADDITIO. Crederem non includi. vide ſupra eod. lib. de præben. c. 2. in glo. 2. Ioan. Andr.

[Gl. ſeq. ſoluit contrarium.]

i ¶ Priuamus.] nota ſpeciale: quia aliàs non refert per quem preces offerantur. C. de precibus Imper. offe. l. vniuerſis.

ADDITIO. Dicit Io. Mona. ꝙ hoc facit criminis immẽſitas. ſi ſ. de elect. ſi alicuius. vbi ẽt non prodeſt ignorantia.

k ¶ Scienter.] ſ. ſciendo illos qui preces offerebant eſſe tales.

l ¶ Etiam.] quia maior eſt dubitatio, quã ſi ante emancipationem hoc apparuiſſet. Io. Andr.

m ¶ Deſierint.] nota ergo, ꝙ crimen hæreſis paternum, etiam antequam per eccleſiam fuerit declaratum, liberat à patria poteſtate filium: & ſic interdum paternum odium, interdum filij fauor: tale vinculum ſoluit 54. diſt. ſi ſeruus, ſup. qui ſi ſ̃t ſint leg. per venerabilem. poſt princ. verſi. per ſimile. Io. And.

F Filij.] In caſu dubio diſtinguit: & ſm mẽbrũ proſequitur: ibi, Alioquin. quod determinat ibi; Non tñ.

¶ Pro

† al. perpetuo.

† Vide Caiet. apud B. Tho. 2. 2. q. 14. art. 7. & Conradum Brunũ li. 5. de hæretic. c. 4. & li. 6. cap. 8.

† Vide Gõdiſaluũ tracta. de hær. q. 23. nu. 7. & Repertorium Inquiſitorũ, verbo. filij.

† Vide glo. in extrauagan: Ioan. xxij. incip. Dierum. ti. de pęnis. in verbo. quolibet adde text. in c. ni ſi cum pridem. §. per ſonę, extra, de renunc.

† al. receperint

2 Dignitatis epiſcopalis, hoc volunt concordantiæ. Io. Andr.

vel hæredes [a] illorum. qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos conſolaturos, † vt ab eis per manus impoſitionem conſolationem reciperent, ſecundum peſſimam conſuetudinem eorundem, ſicque viam fuerint vniuerſæ carnis ingreſſi: ad probandum, quòd ipſi defuncti conſolationem illam, immo verius deſolationem, non † ſanæ [b] mentis effecti ſuſceperint, vel poſt perditam iam loquelam (cum tamen moris ſit) vt dicitur, (apud eos, quod nullum taliter conſolentur, qui nō ſit ſanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: ſi dum uiuebant, [c] diffamati erant de hæreſi, vel ſuſpecti, aut legitime [d] conſtiterit, q̄ ſanæ mentis exiſtentes huiuſmodi hæreticos petierunt. Alioquin [e] admitti poterunt præd. filij, uel hæredes ad probandum præmiſſa. [f] Non tamen per vxores, filios, familiares, † vel de ſuis aliquos, ſed per teſtes alios fide dignos, [g] & ſpecialiter fidei zelatores.

¶ Idem eiſdem.

¶ *Relapſi in hæreſim ſunt tradendi curiæ ſæculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis ſacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ. h.d. Dominicus.*

¶ Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt, quòd aliquis hæreticus poteſt accuſari de crimine hæreſis & poſt mortem, non vt condemnetur ad ſuſtinendum aliquam pœnam: ſed vt memoria eius condemnetur: & bona eius ſibi auferantur, & applicentur fiſco. Secundo eſt præſupponendũ, q̄ regulariter quis admittitur ad probandũ contra illud quod aduerſarius ſuus probauit: vt ſi actor proponat aliquod factũ, & reus ſimiliter proponit aliud factum contrarium: tunc admittuntur probationes hincinde. fallit in caſu huius cap. & iſte eſt principalis effectus ad quem emanauit præſens capi. Tertio eſt præſupponendum, q̄ inter illos qui dicuntur credentes hæreticis, & ſunt hæretici cenſendi, vt in c. prox. ſupra eo. non ſolum ſunt illi qui aperta voce fatentur errorem hæreticorum: ſed ét illi, qui in infirmitate ab hæreticis recipiũt manus impoſitionẽ. Veruntamen quando infirmus recipiebat cõſolationem ab hæretico: ſi ipſe infirmus propter infirmitatem iam perdiderat iudicium rationis: tunc non puniebatur tali pœna quali puniuntur recipientes conſolationem ab hæreticis, ſi nondum perdiderat iudicium rationis.

† In manu ſcriptis, & vetuſtioribus etiã impreſſis conſtanter legitur, conſolatos. quidã recentiores habent, conſolatores.

† Qualiter colligatur, & probetur aliquẽ non eſſe ſanæ mentis præter gloſſ. & Doct. in l. ſi cũ dotem, §. ſi maritus ff. ſol. matr. vide Alexã. cõſ. 141. li. 1. Barb. conſi. 60. lib. 2. & Anc. cõſ. 5.

CASVS. Aliquis accuſauit patrem meum de hæreſi, dicendo q̄ in infirmitate ſua more hæreticorum recepit conſolationẽ ab hæreticis cũ manus impoſitione, & prolatione aliquorum verborum: & ſic dicebatur q̄ pater meus erat hæreticus: & fiſcus petebat bona ſua. Vel cũ vellem obtinere aliquod beneficium eccleſiaſticum, vel officium publicum, fuit mihi obiectum, q̄ pater meus erat hæreticus: quia in infirmitate ſua receperat conſolationẽ ab hæreticis cũ manus impoſitione & prolatione certorum verborum: & q̄ tunc erat ſanæ mentis: Probatũ fuit q̄ pater meus erat ſanæ mentis, volo nunc probare factum contrarium, videlicet quòd erat inſanæ mẽtis; an ſim admittendus ad probandum iſtud factũ contrarium? Videbatur q̄ ſic: quia regulariter quis admittitur ad probandum factum 9trarium, vt dictum fuit in ſecunda præſuppoſitione: iudex dubitãs an eſſem admittendus ad probandum iſtud factum contrarium, conſuluit Romanum Pontificem. Qui Romanus Pontifex conſultus rñdet cum diſtinctione: Aut pater meus in uita ſua erat diffamatus & ſuſpectus de hæreſi, & tunc non ſum admittendus ad probandum q̄ non erat ſanæ mentis: Aut pater meus non erat diffamatus de hæreſi, & tunc debeo admitti ad illud factũ contrarium probandum: dum tñ non producam teſtes familiares, ſed alios teſtes fide dignos: & maxime Chriſti fideles, & zelatores fidei Chriſtianæ. No. primo principalem effectum huius cap. q̄ infirmus qui ab hæreticis recipit conſolationem ſuo more: videlicet per manus impoſitionẽ cum prolatione certorum verborum: & qui erat diffamatus de hæreſi tempore quo uiuebat, hæredes ſui non admittuntur ad probandũ factum contrarium: videlicet q̄ ille perdiderat iudicium rationis: nec erat ſanæ mentis quando recepit conſolationem ab hæreticis. & ſic nota q̄ præſumptio excludit probationem faciendam in contrarium. Et iſtud eſt ſpeciale fauore fidei: ſed regulariter non excludit probationem faciendam in contrarium, ſed aggrauat: quia requiritur quòd probetur clarioribus probationibus.

No. vlterius, q̄ vxor non admittitur ad teſtificandum in cauſa mariti: nec filius admittitur teſtis p̄ patre, nec familiaris, & hoc durante familiaritate: ideo cautela eſt, quando quis vult producere aliquos familiares ſuos in teſtes: q̄ illos expellat à domo ſua antequã producat: tunc poterunt admitti, dum tamen non fiat in fraudem. Et eſt præſumptio fraudis qñ ſtatim poſt productionem & teſtificationẽ ipſi familiares reuocantur de quo uideatis latius per doctores iuris ciuilis, in l. etiam. C. de teſtib.

† Familiares qui dicãtur, vide plene p Fel. in c. litteris. de teſtibus.

No. arg. q̄ filij neceſſario non ſemper dicuntur hęredes: q̄a poſſunt ſe abſtinere ab hæreditate illam repudiando: nõ eſt ergo bona conſequentia, iſte filius, ergo eſt hæres.

Nota, q̄ conſuetudines introductæ per hæreticos, non inducunt vinculum: quia dicuntur peſſimæ, vt dicit hic tex. Domin.

[Prima glo diuidit & dicit vnde ſumpta, dupliciter exponit. & recitari poteſt per quæſtionem.]

a ¶ Filij vel hæredes] Decurtata eſt de narratione facti, & incipiebat, Olim ex parte. & dic, filij, licet hęredes non ſint: intereſt enim eorum, vt ſup. cap. proximo, hæredes. etiam ſi filij vel propinqui non ſint, & iſtorum intereſt propter vitandam confiſcationem bonorum, vt ſup. de hæret. vergentis. infra eo. tit. cum ſecundum leges.

b ¶ Non ſanæ.] vnde quod tunc faciebant, eis non debet imputari: quia nullum maleficum ſine conſenſu. 14. q. 5. ſi quid. 15. q. 6. c. 1. in fi. ſed furioſus non habet conſenſum, vt ſupra de ſpon. dilectus. 15. quæſt. 1. illud. ſup. de ſucceſ. ab inteſt. cum dilectus. & ſup. de reg. iu. ſicut tenor. Io. Andr.

c ¶ Viuebant.] illi parentes, vel teſtatores conſolati.

d ¶ Legitime.] igitur nota caſum in quo probatio nõ admittit probationem in contrarium.

ADDITIO. Aliàs regulariter fundata intẽtione actoris reus probat peremptoria, de do. & contum. finem. de teſti. ca. teſtibus. probationem tamẽ directe probationi primæ non facit per teſtes, primis atteſtationibus publicatis, vt in clem. 2. de teſti. Io. And.

e ¶ Alioquin.] id eſt, ſi hoc legitime] non conſtat: nec ſi dum uiuebant infamati erant, vel ſuſpecti.

f ¶ Præmiſſa.] ſcilicet q̄ tunc non erant ſanæ mentis, vel loquelam perdiderant. nec habebant ordinatam memoriam.

g ¶ Fide dignos.] hæc clauſula quæ olim erat obſcura & dubia, cum deliberatione fuit immutata: & bene.

CAP. IIII.

SVper eo[a] quod ſcriptum legitur,[b] Eccleſia nulli claudit gremium redeunti:[c] quodque[d] hi, qui poſt abiurationem erroris, vel poſtquam ſe proprij antiſtitis examinatione purgauerint, ſi deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari decernuntur iudicio, ſine vlla penitus audientia relinquendi:[e] cum ſcripturæ huiuſmodi videantur ſibi inuicem aduerſari, quid tenendum ſit per ſedem[f] edoceri Apoſtolicam poſtulaſtis. ¶ Nos itaque inquiſitioni veſtræ de fratrum noſtrorum conſilio reſpōdemus, quòd taliter deprehenſis, etiam ſi (vt dictum eſt) ſine vlla penitus audientia relinquendi ſint iudicio ſæculari: ſi tamen poſtmodum pœniteant, & pœnitentiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta, nequaquam ſunt humiliter petita ſacramenta pœnitentiæ ac Euchariſtiæ deneganda.[g]

¶ Idem eiſdem.

¶ *Excommunicati, participes, & ſocii criminis, admittuntur in teſtes contra hæreticos ſi ſciunt veriſimiliter veritatem deponere. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. V.

IN fidei[h] fauorē, Concedimus, vt in negotio Inquiſitionis[i] hæreticæ prauitatis excommunica-

SVper.] Communis diuiſio. Secūda ibi, Nos itaque. Dicebat Io. Mon. ponitur duorum iurium ad uerſio: ſecundo ipſorum interpretatio.

¶ Iſtud c. emanauit ad declarationem duorum iurium, quæ videbantur inuicem contrariari.

CASVS. Dicitur in aliqua parte iuris, ꝙ ſi quis labatur in hæreſim, & poſtea errorem ſuum abiurauerit, id eſt illi errori ſuo renuntiauerit cū iuramento de nō redeundo: ſi poſtea inciderit in hæreſim, dicitur relapſus quantūcunque vellet errorē ſuū deponere & abiurare: ita ꝙ eſt tradendus curiæ ſæculari, vt ignibus ſubijciatur. Item in alia parte iuris dicitur, ꝙ Eccleſia non claudit gremiū redeunti. Quæritur qualiter poſſunt intelligi iſta duo iura? Reſpōdet Romanus Pōtifex, quòd primum ius intelligitur de ſalute corporis: aliud vero ius intelligitur de ſalute animæ: hoc eſt quantumcunque aliquis ſit relapſus in hæreſim, & recognoſcat ſuum peccatum: ſi petat ſacramenta eccleſiæ, ſunt ſibi danda ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ: ſed per hoc non euitabit pœnā corporalem: quia ſi relabatur in hæreſim, tamquā relapſus eſt puniendus: hoc eſt: quia debet tradi curiæ ſæculari, vt ignibus ſubiiciatur. No. primo, ꝙ ad Papam ſpectat concordare duo iura, quando uidentur adinuicem contrariari, quod verum eſt de generalibus iuribus: quia iura particularia poſſunt interpretari conditores illorum iurium.

No. ꝙ relapſo in hæreſim, & condemnato per curiam ſæcularem: ſi appareant ſigna contritionis & pœnitentiæ, non ſunt deneganda ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ. De alijs autem ſacramentis fruſtra quæritur: quia illa ſacramenta non poteſt habere, nec etiā extremam vnctionem: quia illa ſolis tedētibus ad mortem datur. c. vnico de ſacra vnct. in antiq. No. arg. ꝙ ſola apprehenſio inducit probationem delicti. de quo de iudic. cum non ab homine.

[Prima glo. dicit quid declarat.]

a ¶ Super eo.] terminantur quæ no. ſupra, in c. ad abolendam, §. illos, & c. pen. §. ſi qui.

b ¶ Legitur.] 23. quæſt. 4. duo. & C. de ſum. trin. l. vlt. ad finem.

ADDITIO. Arch. alleg. 42. diſt. quieſcamus. 86. diſt. non ſatis. & c. qui clementiam 16. q. 1. ſi cupis. Hinc eſt ꝙ Romana Eccleſia dicitur liberalis. ī. eo. lib. de reſcr. ſedes, in prin. vbi de hoc. Io. And.

c ¶ Redeunti.] vel redeundi: hinc eſt ꝙ omnibus dicitur liberalis. ī. de reſcr. ſedes.

d ¶ Quodque.] repete, & ſuper eo quod ſcriptum legitur, quòd hi qui poſt.

e ¶ Relinquendi.] vt in prædicta decretali, ad abolendam §. illos.

f ¶ Per ſedem.] ad quam in talibus recurrendum eſt, vt ſup. qui fil. ſint leg. per venerabilem.

g ¶ Deneganda.] quod ergo dicit prima auctoritas, intelligitur in ſalute animæ. Secunda in corporali pœna.

AD DICT. IO. Animę quā creauit Deus, non vult mortem de pœnit. diſt. 1. quia diuinitatis. & c. ſicut primi. in fi. vbi etiam patet, ꝙ propter peccatum Deus homini mortē inflixit. A corporali ergo pœna nō liberat in hoc caſu quo loquitur ſecūda auctoritas. Io. And.

IN fidei.] Primo ponit conſtitutionis cauſam: Secundo cōſtitutionem ibi, Concedimus. quam fortificat: ibi, Præſertim. & moderanda determinat: ibi, Et ex numero. Dom.

CASVS. Ad notitiā Inquiſitoris fidei Chriſtianæ à ſede Apoſtolica deputati peruenit, ꝙ quidā Titius erat hæreticus vel fautor hæreticorum: vnde ipſe Inquiſitor fecit inquiſitionem, & vocauit teſtes ad præſentiā ſuā: qui teſtes vocati dicebātur participes criminis: Dictum fuit pro parte iſtius Titij, cōtra quē fiebat Inquiſitio, ꝙ tales nō erant admittendi ad teſtificandū contra ipſum, quia erant participes criminis: alij erant infames, alij erant excōicati: vtrum infames, excōicati, uel participes in crimine ſint admittendi ad teſtificandum contra ipſum? Reſpondet Romanus Pont. ꝙ ſic, & hoc in fauorem fidei, vt melius iſtud crimen poſſit detegi, iſti infames excōicati, & participes criminis admittuntur ad teſtificandum contra ipſum hæreticum, licet ſit ſecus in alijs criminibus, ſi procederetur per viam accuſationis: quia accuſator debet quærere teſtes omni exceptione maiores. Nota vnum ſpeciale in crimine hæreſis, ꝙ infames & excōicati admittuntur ad teſtificandū. Simile eſt in crimine læſæ maieſtatis, in quo admittuntur participes criminis, excōicati, & infames. Idem in crimine ſimoniæ: regulariter autē in aliis criminibus non admittuntur iſti ad teſtificandum. Ratio aūt ſpecialis in crimine hęreſis redditur in principio huius ca. No. ꝙ iſti infames & excommunicati non admittuntur indiſtincte ad teſtificandū in crimine hæreſis: ſed quando eſt præſumptio quod ipſi dicunt verum.

Nota quod propter fauorem fidei multa ſtatuuntur contra iura communia. Nota ꝙ circunſtantiæ ſunt conſiderādæ ad hoc vt fides adhibeatur teſti, maxime inhabili. Dominicus.

[Prima glo dicit vnde ſumpta.]

h ¶ In fidei.] decurtata eſt de narratione facti, quæ olim incipiebat: Conſuluit.

[Glo. ſeq quærit, arguit affirmatiue: & ſoluit contrarium.]

i ¶ Inquiſitionis.] quid ſi non procedat per modū inquiſitionis, ſed accuſationis, vel exceptionis: nunquid admittentur tales? Videtur ꝙ ſic: quia eadem ratio, ſcilicet fidei fauor & odium criminis, verſatur vtrobique: ergo idem ius. de reſcr. inter cæteras. cum ſi. contrarium credo, quia ab illo iure regulari, quo cauetur tales perſonas ad teſtimonium admitti non debere,

¶ Vide Zanchinū tract. de hæret. c. 86.

¶ Alios caſus quibus aufertur illa, ponit gl. c. 1. 23. diſt. Font.

¶ De intellectu vide Fran. Arc. in c. ſi. extra de teſtib. & Palaciū Rubrum in allegatione ſ hęreſi §. 16.

¶ Et hoc tenet Archid. alle. & 2. q. 7 ſi hæreticus. quæ tū nō tenet, vt ibi no. qđ patet: quia aliàs nec fuiſſet neceſſaria conſtitutio iſta. Ad rationē vero q̄ ſequit in gl. Rńde per no. ſup. de reg. conſtitutionē. eod. lib. Io. Andr.

non recedam, niſi inquantum inuenis permiſſum. qui ergo accuſat vel excipit, habeat probationes idoneas: nec eſt accuſatio fauorabilis, vel Inquiſitio. ad hoc. 2. q. 7 ſi quis epiſcopus. Et verbum iſtud debet aliquid operari: aliàs quare fuiſſet expreſſum. ad hoc de deci. ad audientiam. cum ſuis concor. & j. de priui. ſi Papa. 1. reſponſo. in fine.

ADDITIO Item decr. dirigitur Inquiſitoribus Io. And.

[a] ¶ Excõicati.] ſi. j. cap. proxi. tales aliàs non admittuntur: immo etiam iudices ſæculares cenſura eccleſiaſtica compelluntur tales à teſtimonio in ſuis foris repellere. j. de ſen. excom. decernimus.

[Glo. ſeq. de duobus remittit.]

[b] ¶ Participes.] quid de alijs exceptis criminibus: an ſcilicet tales admittantur? Dic vt ĩ eo lib. de teſtib. c. 1. ſup. de confeſ. c. 1. & 6 q. 1. § verum. Quid de periuris? habebis j. eo. accuſatus. §. licet.

[c] ¶ Cõiecturis.] quas ipſe iudex examinãs melius ſcire poterit, ff de teſti. l. 3. & 4. q. 3. ſi teſtes. Et pone exemplum ſupra, de præſumpt. litteras. & concor. j. eo. accuſatus § licet. Io And.

[d] ¶ Deponitur.] vt facilius credatur ipſis deponentibus ꝯ infamatum vel ſuſpectũ de hæreſi, quam ꝯ nõ infamatũ, nec ſuſpectũ ad idẽ ĩ. eo. ſilij.

[e] Præſidentes regimini.] Ponit dictum quod ampliat: ibi, Nec requirentes, Et proteſtatur: ibi, Non tamen.

¶ Præſupponendum eſt primo, ꝙ excommunicatus non poteſt eſſe iudex: & ſi iudex incidet in excommunicationem, pendente, tempore quo eſt excõicatus, non habet exercitium iuriſdictionis. Item præſupponendum eſt, qui occupat, & detinet aliquod regnum, vel prouinciam, non hẽt iuriſdictionem, cum reuera non ſit dñs regni, vel prouinciæ.

CASVS Aliquis iudex ſæcularis eſt excõicatus maiori excõicatione: certum eſt ꝙ participantes, & cõicantes cũ ipſo ſunt excõicati excõicatione minori. hoc eſt peccant mortaliter: In illis partibus eſt Inquiſitor fidei à ſede Apoſtolica deputatus: vult capere realiter aliquẽ hæreticũ, non tñ põt capere talem hæreticum ꝑ ꝓ potẽtiam ipſius hæretici: vult inuocare brachium ſęculare: hoc eſt poteſtatem illius iudicis ſæcularis excõicati: tñ timet ꝙ participando cum ipſo incurrat minorem excommunicationem: nunquid licite poteſt inuocare brachium iudicis ſæcularis abſque eo, ꝙ incurrat minorem excõicationis? Reſpondet Rom. Pontifex, ꝙ ſic. & hoc verum, ſi excõicatus non habeat ſuperiorem. Idem eſt de tyranno, qui occupat aliquod regnum, vel prouinciam: & de facto habet iuriſdictionem, non autem de iure: ſed tamen per illam inuocationẽ non acquirit ipſe tyrannus aliquam iuriſdõnem in dicto regno, vel ꝓuincia. No. primo caſum in quo valet proceſſus habitus ꝑ iudicẽ excõicatũ. vide materiã de re iudica. ad probandum. in anti. No. ſecundo, ꝙ Papa põt ſtatuere, ꝙ participans excõicato non incurrat excõicationẽ. ad hoc ſupra, de ſen. excõ. ſi vero. &c. Inquiſitoris. Dom.

[Gloſ. prima dicit vnde ſumpta.]

ti, [a] & participes, [b] vel ſocij criminis ad teſtimonium admittantur: Præſertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defenſores eorum: ſi ex veriſimilibus coniecturis, [c] & ex numero teſtium, aut perſonarum tam deponentiũ, quam eorum contra quos deponitur, [d] qualitate, ac alijs circunſtantijs ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur.

¶ Idem eiſdem.

¶ *Ordinarii vel eorum delegati, & Inquiſitores ſine pœna excommunicationis facere habẽt executionem iuſtitiæ contra hæreticos, per habentes iuriſdictionẽ ſæcularem in loco, licet excommunicati ſint, vel de facto tantum illam iuriſdictionẽ poſſideant. h.d. Do.*

CAP. VI.

PRæſidentes [e] regimini alicuius regni, prouinciæ, ſiue loci, licet excommunicati, [f] vel de facto tantum, & non de iure iuriſdictionem habentes, ac eorum officiales, [g] ad requiſitionem ordinariorum, vel delegatorum ipſorum, aut inquiſitorum hæreticæ prauitatis non valentium ſine moræ diſpendio [h] vel negotij periculo recurſum habere ad ſuperiores, qui legitime in locis ipſis poſſint iuſtitiam exequi, poſſunt & debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defenſores eorum, iuſtitiam, & ſuum officium exercere. Nec requirentes huiuſmodi excommunicatos, propter hoc ſententiam excommunicationis [i] incurrunt. Non tamen præſidentibus prælibatis, [k] vel officialibus eorundem propterea in alijs caſibus intelligatur conceſſum aliquid, vel permiſſum.

[f] Vide glo. ſi in c. 1. de off. vic. hoc eod. lib. & Gondiſſaluum trac. d hær. q. 19.

¶ Idem eiſdem.

¶ *Excommunicatus propter contumaciam non reſpondendi ſuper hæreſi, de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnatur vt hæreticus. h.d. Dominicus.*

CAP. VII.

CVm [l] contuma-

[e] ¶ Præſidentes.] De curtata eſt de narratione facti, quæ incipiebat: Quæſiuiſtis.

[f] ¶ Excõicati.] maiori excõicatione, & publice. [Idem Arch.] vt ſit maior dubitatio. Ad hoc de re iud. ad probandum.] de cler. excom. mini. ſi celebrat. Io. And.

[Gl. ſeq. quærit, & remittit.]

[g] ¶ Officiales.] Nunquid officiales excõicati iudicare poſſunt? Dic, vt ſup. eo. lib. de ſupplen. negli. præla. Romana.

[Glo. ſeq. recit. per qõnẽ, & ſolutionẽ.]

[h] ¶ Diſpendio.] qñ ergo ſine moræ diſpẽdio hęr pñt, tunc eſſent excõicati eos requirendo: quia excõicans cum excõicato, excõicatus eſt, ſeruata diſt. de ſent. excõ. nuper. in antiq. fallit hic. vbi ergo non eſt caſus iſte, ergo nec fallit regula.

[l] De intellectu vide Albert. trac. de agno. aſſert. q. 30. nu. 73.

ADDITIO Idem Archi. alleg. 6. q. 3. ſicut Apoſtoli cum tribus cap. ſeq. Io. And.

[Glo. ſeq. ponit duas lecturas.]

[i] ¶ Excõicationis.] minoris. & ſi intelligeres ꝙ iſti eſſent excõicati, quia iuriſdictionem illam exercebant: tunc qui cõicauerunt illis in iuriſdictione, excõicati eſſent excommunicatione maiori. ſup. de ſent. excom nuper. & c. ſi concubinæ. ſed hoc ſpeciale eſt: quia illã pœnam euitant. & ſic dicamus excommunicationis, ſ. etiam maioris [l] vel minoris, & facit quod dixi ſupra eod. lib. de ſup negli præl. Romana.

[l] Vide glo. in Clem. 1. de priui. & in c. pen. extra de ſent. excom.

[k] ¶ Prælibatis.] ſcilicet excomunicatis, vel tantum de facto iuriſdictionem habentibus, & eſt ſimilis proteſtatio. ſupra eo. lib de ſta. reg. c. vnico. [Et ibi concor. in vlt. glo.

CVm.] Præmittit conſtitutionis cauſam, & conſtitutionem ſubdit: ibi, Si ſuſpectus.

e ¶ Et dicit Ioan. Monac. quod deciditur hic dubium. no. 11. q. 3. rurſus. Et quomodo multis modis contrahitur contumacia, remittit Arch. 11. q. 3. certum. & vt dicit, eſt graue peccatum. 8. quæſt. 1. ſciendum. & no. 4. q. 1. in ſum. Ioan. Andr.

cia a (in cauſa præſertim fidei) ſuſpicioni præſumptionem adijciat vehementem, b ſi ſuſpectus de hæreſi vocatus à vobis, vt de fide reſpondeat, c excommunicationis vinculo (pro eo quod parere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat) per vos fuerit innodatus, quam ſi † per annum animo ſuſtineat pertinaci, ex tunc velut hæreticus d condemnetur.

† Dictio, ſi, deeſt in antiquioribus codicib' et impreſſis. & ſeries orationis indicat abeſſe oportere.

¶ Idem eiſdem.

CASVS. Aliquis denunciauit epiſcopo, quod quidam Titius erat hæreticus: vnde epiſcopus fecit fieri ſecretas informationes, per quas legitime ſibi conſtitit, ꝙ Titius erat ſuſpectus de hæreſi: fecit ipſum citari ex officio ſuo citatione formali, vt veniret de fide reſponſurus: in termino ſibi aſſignato non comparuit: quare epiſcopus reputauit eum contumacem, & illum tamquam contumacem excommunicauit, & publicari fecit: iſte Titius excommunicatus non curauit de excõmunicatione: ſed corde & animo induratus pertinaciter ſuſtinuit per vnum annum: nunquid cenſetur hæreticus, vt tanquam hęreticus poſſit condemnari? Reſpondetur ꝙ ſic: quia per informationes erat præſumptio vehemens, vt citaretur perſonaliter reſponſurus de fide: & ſua contumacia facit præſumptionem uehementem tranſire in præſumptionem violentam ſufficiètem ad condemnandum de crimine, iuxta cap. afferte. de præſump. in antiq. No differentiam inter præſumptionem & ſuſpicionem. ſuper quo uide no. per dominum Antonium in repetitione, ca. veſtra. de cohab. cler. Nota quòd malum malo additum plus aggrauat: nam hic operantur duo id quod vnum faceret: ſecundum Io. Mo. Dom.

[Prima glo. dicit unde ſumpta.]

a ¶ Cum contumacia.] olim incipiebat Conſultationi.

[Glo. ſequens no. in præſumptione tres ſucceſſiuos gradus.]

b ¶ Vehementem.] Nota 1 ex hac decretali ſuſpitionem vehementem, præſumptionem violentam. propter ſuſpicionẽ citatur vt ueniat reſponſurus: ſi contumax eſt, iam dicitur vehementer ſuſpectus & excommunicatus. ſi per annum in illa perſiſtit. iam iſta quæ ęrat vehemens præſumptio tranſit in uiolentam: vnde extũc vt hæreticus cõdemnatur vt hic. Inde eſt quod no. Ber. ī. de præſumpt. litteras. in gl. penul. quòd non vehemẽs præſumptio, ſed violenta condemnationem inducit. [Allegat Arch. de pur. cano. inter. ver. attendentes. & ī. c. prox. in prin.] Et eſt ſi ad hoc quod no. ac ſimo. inſinuatum. in vlt. glo.

1 De materia hui' gloſſæ vide Eymericum i Directo. Inquiſitorum p. 2. q. 55. & 56.

c ¶ Reſpondeat.] Ergo ut habeat locum hæc decretalis, requiritur ꝙ hoc expreſſum ſit in citatione, vt ſcilicet de fide veniat reſponſurus. 2 ſicut & in ſententia requiritur ꝙ citata fuerit pars, vt veniat auditura ſententiam: aliàs ſine appellatione reſcinditur. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. item cum ex eo.

2 Idẽ Arch. & facit cle. vt lite pẽd. c. 1. Io. An.

ADDITIO. Debet citari pars ut ueniat auditura ſententiam, etiam ferendam in caſibus, quibus proceditur ſimpliciter & de plano, vt in clem. de verb. ſignif. ſæpe.]. denuit.

d ¶ Hæreticus.] ſic & in aliis criminibus excommunicatus: quia non uenit reſponſurus de crimine, ſi in excommunicatione ſtat per annum: poſt annum habetur pro conuicto. 11. q. 3. rurſus. & c. quicunque.

ADDITIO. Licet habeatur pro conuicto, non tamen pro hæretico, vt notatur in cap. excommunicamus. ſupra eod. §. qui autem. in antiq. in glo. videtur. in fi. Io. Andr.

A Ccuſatus.] Iſtud cap. legitur vſque ad §. Eum. Et pro intellectu ipſius eſt primo præſupponendum, ꝙ alia pęna imponitur lapſis ĩ hæreſim: alia pœna relapſis. Nam lapſis in hæreſim imponitur pęna degradationis, cum perpetua immuratione, vt vitam agant in perpetua pęnitentia, cum pane triſtitiæ, & aqua doloris: ſed quando ſunt relapſi, debent tradi curiæ ſęculari, & ſunt ſubijciendi ignibus.

¶ *Abiurãs in iudicio hæreſim proper vehemẽtem præſumptionem, ſi iterato labitur (licet non fuiſſet probatum plene) relapſus dicitur, ſecus ſi leuis erat præſumptio. hoc dicit vſque ad §. Eum vero. Dominicus.*

CAP. VIII.

A Ccuſatus e † de hæreſi vel ſuſpectus, contra quem de hoc crimine magna & uehemens f ſuſpicio orta, erat, ſi hæ-

† Olim incipiebat: Quod ſuper nonnullis: & habetur impreſſa in Bullario litterarũ Apoſtolicarũ ꝓ officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis. pag. 131. in de hoc cap. magnã accipies lucem.

CASVS. Aliquis fuit accuſatus de hæreſi, vel quia erat ſuſpectus de hæreſi: eius ſuperior cœpit contra eum inquirere: iſte non potuit conuinci per ſufficientes probationes & teſtes ad illum condemnandum de crimine hæreſis: tamen quia erat ſuſpectus de hæreſi, fuit ſibi indicta purgatio ad iudicium epiſcopi: vnde ipſe ſuſpectus de hæreſi, ſuam hæreſim abiurauit, ideſt, illi penitus renunciauit cum iuramento: poſtea fuit repertus in huiuſmodi hæreſi quam abiurauerat: vtrũ ex abiuratione cenſeatur relapſus: ita ꝙ ſit puniendus tãquam relapſus? nam non eſt dubium ꝙ ſi de prima hæreſi fuiſſet conuictus, ꝙ puniretur pœna relapſorum: ſed de prima hæreſi non conſtabat ad plenum; Reſpondet Romanus Pont. cũ diſtinctione: Aut de prima hæreſi erat vehemens ſuſpicio ꝯ ipſum, & illam purgauit ad iudicium epĩ cũ abiuratione: tũc ſi poſtea reperiatur in eadem hęreſi, cẽſetur relapſus, & tãquam relapſus dẽt puniri: quia dẽt tradi curiæ ſæculari, vt ignibus ſupponatur: Aut erat modica ſuſpicio, & hæreſim ſuam abiurauit cũ purgatione ad iudicium epĩ: & tunc non cenſebitur relapſus, ſed ſolũ lapſus, & tamẽ lapſus eſt puniendus: quia debebit degradari, & perpetuo immurari. Not ibi, cenſeri ꝙ talis non dr̃ vere relapſus: quia non erat conuictus de prima hæreſi ad plenũ: ſed ius fingit ꝙ eſt relapſus, eo ꝙ nunc cõuincitur iuxta præſumptionem vehementem primæ hæreſis, eo ꝙ inuenitur in eadem hæreſi. Not. quod ius fingit quandoque id eſſe, quod tamen vere non conſtat vide quod not. 50. diſt. ferrum. & de ſpon. is qui. in antiq.

Not. quod delictum non dicitur plene probatum, etiam ſi cõſtet de plena præſumptione vehementi: quod nota pro iuribus & ſtatutis, quæ requirunt plenam probationem. Domi.

[Prima glo. diuidit.]

e ¶ Accuſatus.] Diuide decretalem in tres partes: In quarum prima ponuntur tres caſus, quibus quis dicitur relapſus: & durat vſque ad §. Licet vero: Ibi ſecunda, in qua dicitur quod periurus in cauſa hæreſis certis caſibus teſtimonium perhibet. & durat vſque ibi, Sane. Ibi tertia, in qua ponuntur ſex caſus olim dubitati, an ad officium inquiſitorum ſpectarent, vſque ad §. religioſi. Ibi quarta, in qua dicitur religioſos in hæreſi delinquentes grauius alijs puniendos.

ADDITIO. Idem Io. Mon. & in ſubdiuiſione non inſto, quæ per prædicta ſatis patet. Et dicit Archi. quod olim incipiebat: Quod ſuper. ſed illam non vidi. & dicit §. eũ vero, additum per Bonifacium. Ioan. And.

f ¶ Vehemens.] non violenta. de pręſum. litteras. & facit quod dixi ſupra c. proxi. [Idem Archid.]

f ¶ Si-

reſim in iudicio abiurauit, & poſtea committit in ipſa, cenſeri debet quadam iuris fictione a relapſus, licet ante abiurationem ſuam hæreſis crimen plene probatum non fuerit contra ipſum. Si autem leuis & modica ſuſpicio illa fuerit, † quamquã ex hoc b ſit grauius c puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorũ pœna d puniri.

¶ Culpabilis in vno articulo hæreſis, generaliter poſtea abiurãdo, relapſus dicitur ſi committit etiam in alium articulum ſeparatum. h. d. Dominicus.

¶ Eum vero qui in vna hæreſis ſpecie vel ſecta e cõmiſit, aut in vno fidei articulo f ſeu eccleſiæ ſacramento errauit, & poſtmodũ hæreſim ſimpliciter g vel generaliter abiurauit, ſi † extunc in aliam etiã hæreſis ſpeciem, ſiue ſectam, aut alio articulo ſeu ſacramẽto committat, volumus vt relapſum in hæreſim iudicari. h

¶ Qui poſt abiurationẽ hæreſis de qua cõuictus fuerat, vel poſtea conuincitur, facto vel verbo hæreticis cõſcat in rebus hic prohibitis; relapſus dicitur. hoc dicit. Dominicus.

¶ Ille quoque de cuius lapſu in hæreſim ante abiurationem cõſtiterat, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos receptet, † deducat, viſitet, ſiue aſſociet, aut dona vel munera i eis donet, vel mittat, ſeu fauorem eis impendat, qui excuſari non poſſit, k etiam ſine adoratione: (vt verbis l ueſtris vtamur) merito debet iudicari relapſus cum illum ex approbati † a ſe prius erroris conſequentia non ſit dubium id m feciſſe.

a ¶ Fictione.] ideo dicit, quia vere non poteſt dici relapſus, de quo non conſtat an fuerit lapſus: ſicut dicit canon, ꝙ nõ poteſt dici renatus, qui prius non fuit natus de conſe. diſt. 4. qui in maternis. & c. ſi baptizata. Neq; enim dici in eum regeneratio poteſt, quem generatio non præceſſit, vt ibi dicitur. propter vehementem ergo ſuſpicionem fingitur 1 lapſus: ita quod poſt abiurationem rediẽs fingitur relapſus: ſæpe enim iura talia fingunt. de hoc. 30 diſt. fertum.

b ¶ Ex hoc.] ſcilicet quia poſt abiurationem reperitur lapſus.

c ¶ Grauius.] ſcilicet quam ſi nunquam abiuraſſet.

d ¶ Pœna.] ſupra e. ad abolendam. §. illos quoque. & ſupra eo. ſuper eo.

¶ EVM VERO. Iſte §. legitur vſq; ad § Licet vero periuri. Caſus in eo ſic figuratur: Aliquis Titius fuit accuſatus de hæreſi, & de vna ſecta hæreticorum (Quot autem & quę ſint ſectæ hæreticorum, habetur in cap. pen. 24. q. 3.) Vel aliquis fuit accuſatus de hæreſi, eo quòd errabat in vno articulo fidei, vel in vno ſacramento Eccleſiæ: abiurauit generaliter omnẽ hæreſim: poſtea incidit in aliã ſectã hæreticorum, vel errauit in alio articulo fidei vel ſacramento Eccleſiæ, vtrum cenſeatur relapſus: vel tantummodo lapſus? Reſpondet Romanus Pontifex dicens, quòd licet iſte prius fuerit conuictus de vna ſpecie hæreſis: vel in vna ſecta, vel in vno articulo fidei, vel in vno ſacramento Eccleſiæ errauit, ſi abiurauerit hæreſim ſimpliciter, non reſtringendo ad illam ſectam, vel ad illum articulum fidei, aut ſacramentum Eccleſiæ, cẽſetur relapſus: ſecus autem ſi ipſe tantummodo abiuraſſet ſuam hæreſim in illa ſecta, vel in vno articulo fidei: quia ſi poſtea relaberetur in alia ſecta vel alio articulo, cenſeretur lapſus, non autem relapſus. Sed quid, ſanctiſſime Pater, ponamus ꝙ aliquis fuit conuictus de hæreſi, & illam abiurauit: poſtea non incidit in illum errorem ſaltem aperte, ſed fuit fautor vel receptator hæreticorum, qui in illo errore erãt, vtrũ cenſeatur lapſus, vel relapſus? Reſpondetur, ꝙ cenſeri debet relapſus: & ideo pœna relapſorum erit puniendus. Nota primo, ꝙ hæreticus dicitur committens in vnum articulum fidei tantum.

Nota ſecundo, ꝙ diſpoſitio generalis poſita poſt enumerationẽ ſpeciei alicuius includit etiam alias ſpecies ſeparatas. ad hoc ſupra eod. lib. de procura. quid agendum. Dominicus.

e ¶ Secta.] multas potes videre 24 q 3. c. penul.

f ¶ Fidei articulo.] quos habes explicatos ſupra, de ſũma tri. firmiter in ant.

[Glo. ſeq. accuetur per quæſtionem: ſecundo qu...

...rit, remittit, & arguit.]

g ¶ Simpliciter.] per hæc verba puto, ꝙ ſi abiuraſſet ſolum in illo capitulo, licet laberetur in alio, non diceretur relapſus. 2 Et nota, ꝙ indefinita æquipollet vniuerſali. Ad idem de priuileg. ſupra, quia circa. Et nunquid de vno articulo infamatus ſe teneatur de omnibus expurgare, notatur de conſe. diſtin. 3. ego Berengarius. & puto hanc litteram pro illa parte facere, quòd non teneatur: tamen ſi id faciat, valet: & habebit poſt modum locum pœna relapſorum. 3 vt ſequitur.

[Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.]

h ¶ Iudicari.] contra C. de tranſactio. ſi de certa. ff de tranſact. qui cum tutoribus. §. 1. vbi generalis tranſactio reſtringitur ad id de quo ſpecialiter actum erat. Solu. illa locum habent in non connexis: 4 ſed hic omnes hæreſes ſunt connexæ, quia habent caudas adinuicẽ colligatas: & de vanitate conueniunt in id ipſum. ſupra eod. excommunicamus 1. & 2. vnde non quærimus an ſit relapſus in illam hæreſim, in quam prius fuerat lapſus: ſed quærimus, an fuerit relapſus in hæreſim. Semel ergo lapſus in hæreſim, poſt abiurationem iterũ lapſus, licet in alia ſecta, dicitur relapſus.

i ¶ Munera.] Differentia eſt inter donum & munus. Munus enim ex cauſa datur: donum ex cauſa, & ſine cauſa. ff. de verbo. ſignif. inter donum [l. munus. eo. tit. ad principium tituli, dicit ꝙ munus ſumitur tribus modis: pro dono, pro onere, & pro officio. Io. And.]

k ¶ Non poſſit.] puta propter neceſſitatem famis. 42. diſt. quieſcamus. 76 diſt. non ſatis. vel ignorabat illos hæreticos: & ſic per ignorantiam excuſatur, ĩ. de regu. iur. ignorantia. [Io. Mo. allegat de conſti. c. 2. in anti. Ioan. And.]

l ¶ Verbis veſtris.] ſic ſup. de rebus eccleſiæ non alienandis, hoc conſultiſſimo. [& clem. de priui. c. 1. de pœnit. & remiſ. c. 2. Io. And.]

m ¶ Id.] ſ. receptare, deducere, viſitare, aſſociare, donare, mittere, vel fauorem impendere.

¶ LICET. Iſte §. legitur vſque ad §. porro ſi propter huiuſmodi. Et in principio huius paragraphi, Caſus ſm veriorem intellectum ſic figuratur. Titius fuit accuſatus de hæreſi: fuerunt producti teſtes ad ipſum conuincendum: qui teſtes (vt moris eſt) iurauerunt deponere veritatem, ipſi tamen teſtes falſum depoſuerunt, dicentes, ꝙ neſciebant iſtum hæreticum: poſtea pœnitentia ducti, reuerſi fuerunt ad iudicium: & voluerunt deponere contra illud quod prius depoſuerunt: dicendo ꝙ ſciebant iſtum hæreticum. vtrum ſint admittendi? Videtur

1 Idem Io. And. ne verbum. fictio, fruſtra ponatur. ca. ſi Papa. de priuileg. bñ facit. l. ſi qui adulterij. C. de adul. ibi ius fingit adulterium commiſſum, & punit, quod prius ꝑꝑ allegatam cõſanguinitatem tranſiuit impune. Font.

† Al. fuit.

† Al. ita, ſi ex tunc in alia & hæreſis ſpecie, ſiue ſecta, aut alio articulo, &c.

2 Sic vult gl. & doct. ibi in verſi. fictione. ſupra eo. facit c. ad abolendam, ĩ. eo. tñ conſuetudo hẽt ꝙ ſuſpectus ĩ vno articulo cogitur oẽm hæreſim generaliter abiurare. Font.

3 Placet Io. And. Font.

† In impreſſis recentioribus legiſ, acceptet.

4 Idem Io. Mona. allegat 26. q. 2. ſed & illud ibi dr̃, ꝙ ſi vnum membrum in totum corpus diffunditur macula. Io. Andr.

† In recentioribus impreſſis legitur, approbata, ꝗ veterum codicũ fidem.

detur, ꝙ non: quia deponendo falſum, commiſerunt periurium: modo periuri repellūtur à teſtimonio. Hac ratione non obſtante, reſpondetur, ꝙ ipſi admittuntur etiam ex interuallo: & iſtud eſt fauore fidei: quod verū eſt. concurrentibus veriſimilibus circūſtantijs, de quibus in littera, videlicet, ſi appareat ꝙ iſti teſtes non deponunt ex animi leuitate, nec odio, nec amore pecuniæ: ſed amore fidei. Sed ſanctiſſime Pater vellē informari à vobis, vtrum inquiſitores ſpeciales à ſede Apoſtol. deputati ad inquirendū, & puniēdū de crimine hæreſis, poſſint cognoſcere de diuinationibus, & ſortilegijs? Rñdet, ꝙ non. quod verum eſt, niſi iſtæ diuinationes, vel ſortilegia ſapiant hæreſim: ſicut eſt emittere nefarias preces circa aras idolorum: dæmones conſulere, & eorum reſponſa ſuſcipere: tūc enim de iſtis poſſunt iſti Inquiſitores cognoſcere. Item non poſſunt ipſi Inquiſitores cognoſcere de vſuris. Et hoc ideo: quia ſi inquiſitores haberent examinare iſtas cās. poſſent retardari cauſæ inquiſitionē fidei tangentes: cum aliæ cauſæ ſint à fide extraneæ. Nota ꝙ periurus repellitur à teſtificando etiam poſt peractā pœnitentiā. ad hoc ſupra. de teſtam. teſtimonium. Not. ꝙ teſtis in cauſa hæreſis poteſt ex interuallo corrigere dictum ſuum. Quid autem in alijs cauſis, vide de teſt. cum clamor. & de teſt. cog. præterea.

† De intellectu vide Alber. in repet. c. 1. de hęr. in hoc eo. li. q. 16. nu. 79.

¶ Teſtis ī cauſa hæreſis falſum deponēs, licet periurus ſit, probat, dicendo contrarium: dum tamen ex indiciis conſtet, dictum non corruptionem, ſed veritatem continere. h. d.

¶ Licet † vero periuri à teſtimonio etiam poſt pœnitentiam repellantur: [a] ſi tamen ij, qui coram inquiſitoribus iurantes tam de ſe, quàm de alijs ſuper facto hæreſis dicere veritatem, eam celando [b] deierent, & poſtmodum [c] velint corrigere dictum ſuum, contra ſe ac alios ſuos complices deponendo: cum crimen huiuſmodi ſit exceptum; ſi ex manifeſtis indicijs [d] apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite, ſeu corruptione pecuniæ: ſed zelo fidei orthodoxæ, dictum ſuum velle corrigere, ac modo quæ prius tacuerant reuelare: in fauorem fidei, niſi aliud obſiſtat, [e] ſtari debet tam contra ſe, quàm contra reliquos atteſtationibus eorundem.

¶ Inquiſitores ſuper hæreſi deputati, non ſe intromittāt de diuinationibus vel ſortilegiis non ſapientibus hæreſim manifeſtā. h. d. D.

¶ Sane cum † negotium fidei, quod ſumme priuilegiatum [f] exiſtit, per occupationes alias non debeat impediri: peſtis Inquiſitores hæreticæ, à ſede Apoſtolica [g] deputati, de diuinationibus, aut ſortilegiis (niſi hæreſim ſaperent [h] manifeſte;) intromittere ſe non debent; nec punire talia exercētes, ſed eos relinquere ſuis iudicibus puniendos.

¶ Inquiſitores hæreſis de quæſtionibus vſurarū ſe intromittere nō poſſunt. h. d.

¶ De quæſtionibus † præterea vſurarum motis etiam contra illos, [k] quibus reſtitutionem vſurarū in pœnitentia pro hæreſis crimine iniunxerunt, ac illi ſe, & ſua ad hoc faciendum in iudicio Eccleſiæ obligarunt, intromittere ſe non poſſunt, ne per cauſas huiuſmodi offendiculum [l] negotio fidei præparetur.

¶ Inquiſitores poſſunt compellere hæredes fautorum hæreticorum (qui tamen hæretici non erant) ad implendam pœnitentiam iniunctam in bonis tēporalibus, ſecus ſi mortui ſint antequam fuerit pœnitentia iniuncta. h. d. Dom.

¶ Si vero † pro his, quæ in hæreſi receptando, vel defendendo hæreticos, [m] ſeu eis fauendo, non tamen exiſtens hęreticus quis commiſerit; ſub obligatione bonorum ſuorum Inquiſitoribus ſe adſtrinxit ad recipiendam ab eis pœnitentiam, & com-

a ¶ Repellantur.] 6. q. 1. quicunque. & ī. de teſti. teſtimoniū. ADDITIO. Arc. alle. 22. q. 5. paruuli. de accuſa. cum oporteat. de teſti. ſicut. in fi. No. ēt ꝙ ferre teſtimonium dignitatis eſt. 33. q. 5. præceptū. vbi de hoc. & not. in c. teſtimonium. in glo. 2. Io. And.

† Vl de Zachi. trac. de hære. c. 22.

b ¶ Celando.] Duplex eſt forma iurandi. quod dic, vt ſupra, de accuſ. qualiter. 2.

c ¶ Poſtmodum.] Ex interuallo: vt ſit hoc ſpeciale fauore catholicę fidei: aliàs nihil eſſet hic fauoris, vt ſup. de teſtib cog. præterea.

d ¶ Indicijs.] ſic ſup. eo. in fidei. & ſic per indicia ſtatur probationi. & de hoc ī. qui fi. ſint legi. traſmiſſæ. ADDITIO. Et ī. eod. excōicamus. § vlt. de cler. pereg. inter quatuor. de homi. pro humani. in fi. Io. And.

e ¶ Aliud obſiſtat.] ſcilicet, q̄ prædictum periurium: vñ ſi de falſo redarguerētur, non ſtabitur eorum dicto. de teſti. ex tenore.

f ¶ Priuilegiatū.] Nota magis priuilegiatum anteponi ſup. de offic. lega. volentes. 21 diſt. denique. ff. de offic. procon. l. vlt.

g ¶ Apoſtolica.] multo minus alij. [Idem Archid.]

[Gloſſ. ſeq. recit. per q.

h ¶ Saperent.] ſicut eſt circa [1] aras idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, eorū reſponſa ſuſcipere. 26. q. 2. hi qui. & q. 4 igitur. vel aſſociāt ſibi propter ſortes exercendas hęreticos. vel faciāt pręedicta cū corpore vel ſanguine Chriſti, vel in ſortibus, vt poſſint habere reſponſa, puerum rebaptizāt, vel his ſimilia.

(Glo. ſeq. recitetur per obiectionem, & ſolutionem.)

i ¶ Manifeſte.] In dubio [2] ergo hoc caſu non hñt iuriſdictionē. & licet aliàs iudex cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio, & in dubio dicatur iuriſdictionē hře. ff. de iud. ſi quis ex aliena. quę in ordinario loquit̄: hic tñ niſi id manifeſte appareat, ſe non intromittit. & eſt ſi. ī. eo. lib. de cenſi. c. 1. §. notoria. & ī. de pę. c. 1. ī. de offi. deleg. c. vlt. (Idem Io. Mon. & Arch.]

k ¶ Etiam contra illos.] quaſi dicat multo minus ſi contra alios.

l ¶ Offendiculum.] Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Et ſæpe qui ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragit. 16. quæſtio. prima, presbyteros. & C. de aſſeſſo nemo.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.

m ¶ Hæreticos.] contra, ſupra eodem titulo, capitulo penultimo. vbi defenſores, & fautores hæreticorum hæretici ſunt. Solu. non in fauente, & defendente: ſed in credente loquitur ibi. ADDITIO. Idem Ioan. Monac.

Hæreſim ſapere manifeſte quę dicantur.

1 De materia vide Oldrad. conſ. 210. incip. Regularis habet traditio.

† Al. ita: & qōnibus pterea vſurarum motis, & contra illos, &c.

2 Vide Fel. in c. ſi clerici cū laicum. de fo. cōp. & Arelatanum tract. de hære no tab. 3.

† In vetuſtiorib. codicibus ita: Si vero in his, &c.

e ¶ Ad

plendam : & ea licet iniuncta, non tamen peracta deceſſit. ſi per huiuſmodi pœnitentiam onus impoſitum fuerit proficiens ad ſalutem, [a] in bonis eius temporalibus [b] exequendum, ad complementum ipſius per Inquiſitores cogi debent hæredes, [c] vel alij, ad quos cum ſuo onere [d] bona huiuſmodi deuenerunt. [e] Porro ſi propter huiuſmodi hæreticorum receptationem, defenſionem, ſeu fauorem, quis ad faciendam pœnitentiam, quam Inquiſitores ipſi iniungere vellent, bona ſua obligauerit eiſdem: & ante quam ei pœnitentia iniungeretur, deceſſerit : eius hæredibus non eſt ſatisfactio pro extincto [e] iam crimine iniungenda.

¶ Poſt mortem hæretici declarari poteſt eum hæreticum fuiſſe, ad finem confiſcandi. Dom.

¶ In eo vero caſu, [f] quo hæredes ad ſucceſſionem non debēt ob hæreſim ſui auctoris admitti, non obſtante quòd auctore ipſo viuente hoc non fuerit (interueniente ipſius morte) per ſententiam declaratum, ad † confiſcationem bonorum poſt mortem [g] eiuſdem nihilominus procedatur.

¶ Clerici inſtruētes teſtes, ne Inquiſitores veritatem inueſtigent, puniri poſſunt per eos: & religioſi grauius puniuntur. h. d. Dom.

¶ Sacerdotes inſuper, & alij clerici, qui negotium inquiſitionis, inſtruendo citatos hæreticos, vel eorum credentes de celanda veritate, vel dicenda falſitate, ſeu eos indebite liberando, inuenti fuerint impedire : [h] (cum non ſit dubium eos † ipſa facere in fauorem hæreticæ prauitatis) per Inquiſitores à talibus cōpeſci poſſunt, & pœna debita caſtigari, [i] tam per captionem perſonarum, quàm aliàs, prout culpa exegerit de-

a ¶ Ad ſalutem.] vt puta, vt fundaret, vel ædificaret eccleſiam : hoſpitale, vel alium pium locum ; vel faceret ſimile pium opus: vt in Auth. de eccle. tit. §. ſi quis ad ædificationem. coll. 9.

b ¶ Temporalibus.] h. d. quia ſecus ſi in ieiunijs, vigilijs, orationibus, vel ſimilibus conſtiterit illa pœnitentia idem eſſet ſi non poſſet illud iniunctum licet ſalutiferum, expleri per alium: ſicut eſſet theologiam audire, vel ſimilia.

ADDITIO. Licet ieiunia de quibus ꝭ. per cognatos pōt impleri, vt dicit Io. Mo. 13. q. 2. animæ : non tamen ſunt in bonis tēporalibus exequenda ; vnde bis competit hoc exemplum.

c ¶ Hæredes.] 12. q. 2. epſ qui filios de ſepul. cap. vlt. de rap. in litteris. [& de ſent. exc. à nobis. & in his oībus. de hoc Io. An.

d ¶ Onere.] 16. q. 1. ſi qs laicus de deci. paſtoralis. & c. cū non ſit. C. de ſern. & aq. l. & in prouinciali. ſupra de pig. ex litteris.

PORRO. Iſte § legitur vſque ad finē capituli, & in eo caſus ſic figuratur: Aliquis recepit in domo ſua aliquos hæreticos, quos ſciebat hæreticos, vel aliàs eis auxilium præſtitit, tñ nō erat hæreticus: certū eſt, ꝙ venit grauiter puniendus: vt ꝑ totā rubric. C. de receptatoribus. quia (vt ibi dr̄) ſine illis latrones diu latere non pñt. Ut ponamus, quòd ipſe receptator hæreticorum fuit conuictus : & fuit ei aliqua pœna iniuncta, quæ conſiſtebat in tp̄alibus, puta ꝙ ipſe ædificaret eccleſiā : non dum eccleſia ædificata, ſed tamen incępta, ipſe receptator mortuus eſt : vtrum ſui hæredes poſſint cōpelli ad complendum huiuſmodi pęnitentiam, quæ conſiſtit in temporalibus? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic: nā bona ſua fuerunt tacite obligata ad complendam dictā pœnitentiā: ideo ſi quis fuit accuſatus de hæreſi, & pendente accuſatione moritur, non eſt extinctum crimen: ſed contra hæredes poteſt cauſa proſequi ad finem, ꝙ bona ſua fiſco applicentur: nam ex quo lapſus eſt in hęreſim, perdidit omnia bona ſua, & fiſcus incœpit eſſe dominus. Item ad alium finē, vt memoria ipſius defuncti damnetur: immo ſi durante vita hæretici, non fuiſſet incępta accuſatio : poſt mortem eius poſſet accuſari ad iſtum finē, vt memoria eius damnetur, & bona eius fiſco applicētur. Poſtea in fine c. dr̄, ꝙ clerici non debēt dare inſtructiones hæreticis, qualiter ipſi rñdebunt ad ſingula capitula ſibi propoſita per Inquiſitores : quod ſi fecerint, poterunt Inquiſitores tales clericos incarcerare, vel aliàs punire ſecundū quod eis videbitur. Nota primo ex iſto cap. iuncta gloſ. ꝙ aliquis non dicitur relapſus in hæreſim, niſi conſtet eum plene, & perfecte incidiſſe in hæreſim : quia de hoc fuit conuictus : ſed non dicitur vere relapſus, ſi prius erat ſolummodo præſumptio contra ipſum : ſed dicitur ficte relapſus, tamē eſt puniēdus pęna relapſorum, ac ſi eſſet vere relapſus. Nota vlterius ex §. Cum vero, quòd ſi quis errauerit in vno articulo fidei, vel in vno ſacramento Eccleſiæ, vel in vna ſecta hæreticorum, & abiurauerit hæreſim ſpecialiter: puta quia abiurauerit ſuam hæreſim in vno articulo fidei, aut ſacramento Eccleſiæ, aut in alia ſecta : ſi poſtea labatur in alio articulo, vel ſacramento: vel in alia ſecta hęreticorum, non dr̄ relapſus, ſed tantūmodo lapſus: ſecus ſi abiuraſſet generaliter, & ſimpliciter ſuā hęreſim. Nota ibi, Ille quoque. ꝙ ſi qs fuit conuictus de hæreſi, & illā abdicauerit: ſi poſtea receptet hæreticos, cenſetur occulte relapſus: licet aperte non conſtet, ꝙ credat eorum errori: nā ex conſequentia prioris erroris præſumptio eſt, ꝙ credit errori ipſorum, & cenſetur relapſus. Not in §. Licet. ꝙ teſtis non ſolū deierat dicendo falſum : ſed ēt celando veritatē. Itē nota caſū, in quo teſtis periurus admittitur ad teſtificandū. Item nota caſum in quo teſtis ex interuallo poteſt dictū ſuum corrigere. licet regulariter ꝫ : ſed iſtud eſt fauore fidei. Not. ibi, Si vero, ꝙ res tranſit cum onere ſuo reali, ad quemcunque poſſeſſorem, vel ſucceſſorem perueniat res ipſa. & ad hoc allegatur iſte §. vt ſi res tua ſit mihi obligata, & hypothecata ; licet rē illam alienes, tamen remanet mihi obligata : & potero agere hypothecaria.

e ¶ Extincto.] crimina extinguuntur morte: [1] vt 33. d. quorūdā. 23. q. 2. admonere. ff. de ijs qui mor. ſi. conſci. l. vlt. ex quo igitur extinctū eſt crimen. & pnīa non eſt impoſita pro crimine iā extincto, nō imponat̄ vlterius.

f ¶ Caſu.] q a nō fuit re incorporatus vnitati Eccleſię.

g ¶ Poſt mortem.] 24. q. 2. ſane 2. & C. ad l. Iul. maieſt. l. vlt. [2] intellige hoc vſque ad xl. annos: nam poſtea abdicari non poterunt, etiam à Romana eccleſia à filijs catholicis: qui illa tanto tempore bona fide poſſederunt. quod verum eſt, ſi parentes catholici putabantur, vt ſupra eo. lib. de præſcri. c. vlt.

h ¶ Impedire.] manifeſte vel non manifeſte: dummodo hoc conſtare poſſit.

i ¶ Caſtigari.] ſic ꝭ. de pęn. Romana.

ADDITIO. Idem Io. Mo. & Arch. caueant tñ epſ, & Inquiſitores, ne impedimentum officij falſo imponāt alicui, quod dic, vt in cle. eod tit. c. 1. § pen. Io. And.

Caſus litteralis domini Heliæ.

† Al. ad occupationē.

† Aliàs ita: ipſos ea facere, &c.

[1] Crimina regulariter morte delinquentiū extinguūtur. l. 2. & 3. c. ſi reus, vel accu. mor. fu. fallit in crimine hæreſis. vide Doctores. in c. filij. ꝭ. e & Gōdiſſaluū tract. de hæret. q 22.

[2] Hæc lex probat idē in crimine læſæ maie. Io. And.

a ¶ Delinquentis.] nam grauius delictum eſt grauius vindicandum. 24 q. 1. non afferamus ſup. de exceſ. prǽl. tanta. & in æqualibus delictis æquales ſint pœnæ. infra tit. prox. c. vnico. in fi.

b ¶ Religioſi.] iſti ſi reperiantur hæretici, non ſunt dicendi religioſi, ſed religionis obumbratione fuſcati. ſupra eo. titu. ad abolendam. §. 1. &c.

Poteſtas poſſit aliquem capere, vel capi facere; vel ut nullus niſi ſit de familia Poteſtatis poſſit arma portare, vel his ſimilia.

h ¶ Retardari.] nota contra generale illud, quod differtur non aufertur. 14 q. 6. c. 1.

linquentis. a ¶ Religioſi b etiã ſunt immurationis c † pœna, vel alia, grauius puniendi, quàm ſęculares, d ſi inuenti fuerint in hæreſi, vel conſimilibus e deliquiſſe.

¶ Vrbanus quartus.

¶ *Non valent ſtatuta per quæ inquiſitoris hæreſis officium impeditur, vel retardatur.*

CAP. IX.

STatutum † ciuitatis, caſtri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquiſitionis hæreticæ prauitatis directe, f vel indirecte, g ne in eo libere procedi valeat, contigerit impediri, uel quomodolibet retardari, h nullius exiſtere firmitatis: ipſiusque ciuitatis vel loci dominum, Poteſtatem, Capitaneum, conſules, vel rectores, per quem, vel quos, eadem ciuitas, ſeu locus regitur, quocunque nomine i cenſeantur, ad ſtatutum huiuſmodi loci diœceſano vel eius vicario, aut inquiſitori, ſeu inquiſitoribus labis præfatæ, ſine moræ k diſpendio ex hibendum: & ſi tale l inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel ſaltem eatenus moderandũ, quod per illud inquiſitionis proceſſus non impediantur, vel aliquatenus retardentur, m per cenſuram eccleſiaſticam decernimus compellendos. n

¶ Clemens quartus inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ *Officium inquiſitoris hæreſis, morte concedentis non expirat: etiam quo ad negotia prius non cœpta, vel exorta. hoc dicit.*

CAP. X.

NE † aliqui o du-

c ¶ Immurationis.] ſup. eod. tit. c. pen.

d ¶ Sæculares.] ſcilicet clerici, vel laici, & concor. optime ſup. ne cler. monach. cap. ſed nec.

e ¶ Conſimilibus.] de quibus vidiſtis ſupra prox. §.

STatutum.] Primo irritat ſtatutũ per quod directe, vel indirecte impedit, vel retardatur inquiſitionis officium. Secundo: ibi, Ipſiusque. officiales ad quos ſpectat, iubet excommunicari, ſi illud non reuocent vel tẽperent. Dicit Archid. ꝙ olim incipiebat, multorũ, & fuit multum abbreuiata. & aliud hic non gloſſat. Io. Mona. dicit, quòd inter terminos iſtius decr. & ſup. proxi. §. ſacerdotes. non cadit iuris diuerſitas: cum tã laici, q̃ clerici ſubiecti ſint inquiſitionis officio. & hoc minus dubium: quia ibi fit vt à priuato, hic autem vt à iudice, quod eſt grauius. Ioan. Andr.

CASVS. Communitas huius ciuitatis fecit vnum ſtatutum, per quod ſtatutum impeditur inquiſitio contra hæreticos facienda: quia fecit ſtatutum ne aliquis ciuis poſſet de crimine hæreſis accuſari, vel ne aliquis ciuis huius ciuitatis poſſet ferre teſtimonium in crimine hæreſis: Quæritur quale erit officium inquiſitoris fidei à ſede Apoſtolica deputati circa tollendum huiuſmodi ſtatutum? Reſpondetur, ꝙ ipſe inquiſitor fidei conuocabit ciues & eos compellet, vt ſibi exhibeant illud ſtatutum: & ſi videat, ꝙ per iſtud ſtatutum impediatur inquiſitio prauitatis hęreticæ, poterit compellere ciues ad tollendum & rumpendum illud ſtatutum, vel ad modificandum illud ſtatutum, vt non tollatur inquiſitio hæreticæ prauitatis. Not. primo arg. ꝙ quęlibet vniuerſitas poteſt ſibi facere ſtatuta. de quo ſup. de conſtitu. cum omnes.

Nota ſecundo, ꝙ ordinarius loci poteſt petere editiones ſtatutorum laicorum, vt videat ſi ſint aliqua contra fidem catholicam. Dom.

f ¶ Directe.] puta ne aliquis ciuis illius loci accuſari poſſit, vel contra eum inquiri ſuper crimine hæreſis: vel ꝙ nullus contra alium de crimine hæreſis audeat teſtificari: vel his ſimilia.

[Gl. duæ ſeq. notant duo, & in ſecundo fit remiſſio.]

g ¶ Indirecte] puta ut nullus poſſit de aliquo crimine puniri ab aliquo quã à poteſtate; vel vt nullus alius q̃

i ¶ Nomine.] ſupra eod. lib. de elect. fundamenta.

k ¶ Moræ.] Nota moram vitandam. de hoc dixi ſup. de elec. c. vltimo.

ADDITIO. Concor conſtitutio Ioan. execrabilis. §. qui uero. & § porro. Io. An.

l ¶ Tale.] ſ. quod directe, vel indirecte impediat vel retardet.

m ¶ Retardentur.] vnde à ſtatuto de nõ portandis armis excipietur inquiſitorũ familia, & his ſimilia.

ADDITIO. Non tamen debent Inquiſitores abuti conceſſione portationis armorum, vt in clem. eod. tit. c. nolentes.

n ¶ Compellendos.] ſic ſupra, de iureiu. c. licet. de except. c. vlt. infra, de ſent. excom. decernimus.

NE aliqui.] Primum ponit dubium, quod ſecundo declarat: ibi, Præſenti.]

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponẽdũ primo illud quod habetur in c. gratum. de off. deleg. in antiq. videlicet, ꝙ iuriſdictio delegata expirat morte mandantis, re exiſtente integra. Item ſecundo eſt præſupponendum, ꝙ Inquiſitores à ſede Apoſtolica deputati habent iuriſdictionem delegatam.

CASVS. Papa deputauit aliquem inquiſitorẽ in prouincia Burdeg. iſte Inquiſitor cępit inquirere ꝯ aliquos qui erant ſuſpecti de crimine hæreſi, vel non incępit inquirere nec exercere ſuã iuriſdictionẽ delegatã: poſtea hoc pendente Papa mortuus eſt: nunquid expirauit iuriſdõ Inquiſitoris ad minus quo ad cãs non incęptas: Vr̃ ꝙ ſic, per dictũ c. grauatũ. allegatũ in præſuppoſitione. Rñdet Rom. Pont. dicens, ꝙ fauore fidei ipſe ſtatuit & ordinat, vt per mortẽ Papæ non ſit extincta iuriſdõ inquiſitoris, ẽt ſi crimen hæreſis nondũ erat ortũ: puta quia tp̃e mortis Papæ, Titius non erat hæreticus, poſtea mortuo Papa incœpit eſſe hæreticus, male ſentiendo de fide: certe Inquiſitor poterit inquirere de iſto crimine, & Titium punire. & hoc eſt fauore fidei. Nota primo arg. ꝙ conceſſio facta ſub nomine ſummi Romani Pontificis vr̃ facta contemplatione dignitatis & nõ contemplatione nominis proprij, de quo ſup. eod. lib. de reſcrip. ſi gratioſe. Nota ſecundo, quòd multa ſtatuuntur pro fauore fidei contra regulas iuris communis. Dom.

[Prima glo. dat ſimile, & ſummat.]

o ¶ Ne aliqui.] Sicut officium legati non expirat re integra mortuo Papa, vt ſup. de offi. leg. c. 2. ſic & officium Inquiſitoris hæreticæ prauitatis in fauorem fidei re integra non expirat, vt hic.

† Quæ ſit illa dixi ſ. e. ca. 1. & iſta pœna, eſt à can. nõ legibus inuẽta, l. aut dãnũ, §. ſolent, ff. de pœn. c. quamuis. ꝗ pęn. ĵ. eod. Ana. c. à nobis, in 1. colla. de apoſt. Font.

† Cõcordat reſcriptum Inn. iiij. incip. Ad extirpanda. §. cæterum teneatur. & aliud reſcriptũ Alexã. iiij. inci. im placida relatio. quæ habentur impreſſa ĩ bullario litterarum Apoſtolicarum pro officio sãctiſſimæ Inquiſitionis.

† Faciunt no. per doc. c ſi ſup. eo. de immun. eccl. dicentes, ꝗ epĩſcopi git laicos fateri qđ non intẽdũt ſtatutis ſuis p̃ iudicare eccleſię, argu. gl. 2. c. quæ nit, de arb. & quæ not. Arc. 2. q. 1. c. quæ Lotharius. F.

† Vide Decium in ca. cãm matrimonij, ext. de offic. deleg. & Arelatanũ trac. de hære. notabili 4.

bitationem ſollicitam excitantes in dubium reuocent, an officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis ſollicitudini veſtræ infra certos limites ab Apoſtolica ſede commiſſum, expiret [a] per mortem Romani Pontificis, qui commiſit: Præſenti declaramus edicto, ipſum officium, non ſolum quo ad negotia viuente mandatore incœpta, [b] immo etiam quo ad integra & non cœpta, [c] & quod plus eſt, quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerſerant, [d] in fauorem [e] fidei poſt commitentis obitum perdurare.

¶ Idem eiſdem.

¶ Informat inquiſitores ad Deum vt eius timorem hominum metui anteponant, in procedẽdo ſimul vel ſeparatim contra hæreticos, & ſuos fautores: & etiam in eos abſoluendo cum vere redierint.

CAP. XI.

VT † officium [f] inquiſitionis contra hæreticos in prouincia, [g] in qua vobis idem officium eſt commiſſum auctoritate Apoſtolica, poſſitis efficacius adimplere: Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vbique [h] in præfata prouincia, ſimul, vel ſeparatim, [i] aut ſingulariter (prout negotij vtilitas ſuadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, necnon contra infamatos de hæreſi vel ſuſpectos, iuxta ſanctiones canonicas (homi-

† Concor. reſcriptum Vrbani iiij. incip. Licet ex oĩbus. vnde hoc c. accipiet lucẽ hr̃ impreſſum in bullario litterarum Apoſtolicarũ p officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.

ADDITIO Et intellige de inquiſitore dato ſimpliciter. nam ſi cum clauſula: & vſque ad voluntatis beneplacitum, diſtingue, vt ſupra, eod. lib. de reſcript. gratioſe. Io. Andr.

a ¶ Expiret.] ſicut poteſtas delegatorum datorum ad cauſas. s. de off dele. vndique. & c. gratum & c. relatum.

b ¶ Incepta.] de quibus non dubitabatur per iura proxime inducta. & non incœpta: quia per quemlibet iudicialem actum, etiam præter citationem iuriſdictio perpetuatur, vt dici ſolet in decr. de offic. deleg. licet. ibi, vt non cœperit.

Nota ad qđ nẽ. iuriſdictio ppetua ta in vno articulo, an cenſeatur p petuata in alijs articulis.

c ¶ Non cępta.] not. quia ſi hoc eſſet ſpeciale fauore fidei catholicæ, vt infra dicitur: ergo vbi non eſt fauor eius, contrarium eſt regulare. & ſic nota terminatã quæſtionem not. ſupra, de off. dele. licet. qua quæritur, an perpetuatio facta in vno articulo, perpetuetur in alijs per eaſdem litteras delegato cõmiſſis. ad idem ſupra eodem lib. de offic. deleg. cap. vlt. § officiũ. & eſt in hoc differentia inter iſtum inquiſitorem, & conſeruatorem, vt ibi patet.

d ¶ Emerſerant.] vt ſi tempore mortis Papæ non erat Titius hæreticus: poſtea lapſus ſenſerit hæreſim: de hoc poterit cognoſcere inquiſitor.

e ¶ Fauorem.] ſic ſupra eod. in fidei fauorem. & ſupra eo. accuſatus. §. licet, cum ſim. in hoc tit.

VT officium.] Diuiditur in tres partes: Secunda ibi, Verum. Tertia: ibi, Compeſcendi.

ADDITIO Et dicit Arch. ꝙ olim incipiebat, licet. Io And. Io. Monac. qui diuidit decret. in quattuor partes, de hac facit partem ſecundam: ibi, Si vero. in alijs concord. Io. Andr.

¶ Præſupponamus primo illud quod habetur in c. cum cauſam. de offi. deleg. in anti. videlicet. ꝙ ſi à ſede Apoſtolica committatur aliqua cauſa ſimpliciter duobus iudicibus delegatis, vnus non poteſt procedere abſque alio: & ſi procedat, ſuus proceſſus erit nullus.

CASVS. Papa in prouincia Burdegalen. deputauit duos vel tres inquiſitores fidei ſimpliciter: vnus illorũ inquiſitorum alio non conſulto, cępit inquirere contra aliquos hæreticos, vel fautores, & receptatores hæreticorũ: pro parte illius, contra quem inquirebatur, fuit oppoſitum, & allegatum, ꝙ ipſe ſolus non poterat procedere: quia ipſe, & alij duo inquiſitores fidei fuerunt ſimpliciter deputati: & ſic non poteſt procedere ſolus abſque alijs, per c. cum cauſam. alleg. & ꝙ ſi vellet procedere ad vlteriora contra ipſum, ꝙ ipſe appellaret: Vnde conſultus Romanus Pontifex, reſpondit, ꝙ fauore fidei ordinat, ſi committatur officium inquiſitionis fieri duobus, vel pluribus inquiſitoribus ſimpliciter contra hæreticos, vel eorum fautores, ſiue receptatores: oẽs inquiſitores ſimul, vel ſeparatim poterunt procedere, ſecundũ ꝙ eis videbitur, ꝙ cauſa hæreſis poterit melius tractari. Sed ponamus, ꝙ aliquis ſuſpectus de hæreſi, vel fautor, & receptor hæreticorum, non potuit ad plenum conuinci de hæreſi: verumtamen erat ſuſpectus: Inquiſitor indicit ſibi purgationem: ipſe autem ad iudicium inquiſitoris ſe purgauit cum abiuratione ſuæ hæreſis: poſtea iſte vult redire ad vnitatem eccleſiæ: vtrum ſit recipiendus? Reſpondet, quòd ſic: tamen inquiſitor debet eſſe cautus, & videre, an tales redeuntes ad vnitatem eccleſiæ ſingant ſe redire, & ne decipiãt ipſos inquiſitores ſub ſpecie agni. h. d. vſque ad §. Verum Nota primo, ꝙ ſi aliqua cauſa à ſede Apoſtolica committatũ pluribus ſimpliciter: vnus delegatus non poteſt in cauſa procedere ſine alio: & ſi procedat, poteſt pars aduerſa appellare. Iſtud colligitur ex iſto c. arg. à ſpeciali: quia ſi ſpeciale ſit fauore fidei, vt in cauſa hæreſis vnus inquiſitorũ deputatorum ſimpliciter poſſit ſolus ð cauſa cognoſcere: ergo ius commune eſt in ꝯtrium: Not. ꝙ ſi hæreticus abiuret hæreſim, & velit redire ad eccleſiam: eccleſia non debet ſibi claudere gremium. No. ꝙ talis hæreticus rediens ad eccleſiam eſt abſoluendus ſecundum formam traditam in c. cum deſideres. de ſent. excom. in antiq.

[Prima glo. diuidit, & ſummat.]

f ¶ Vt officium.] Diuido decretalem in tres partes. In prima informat inquiſitores ad Deum, vt eius timorẽ hominum metui anteponant in procedendo ſimul vel ſeparatim contra hæreticos & ſuos fautores, & etiã in eos abſoluendo cum vere redierint: & durat vſque ibi: Verum quia. Ibi ſecunda pars, in qua eos inſtruit in modo examinationis teſtium, & in perſonis, quæ teſtificata ſcribere debeant, vſque ad §. compeſcendi. Ibi incipit tertia pars, in qua eos inſtruit circa perſonas, per quas impediri poſſet, vel differri inquiſitionis negotium.

g ¶ Prouincia.] inſpicit factum, quia idem in ciuitate, diœceſi vel alio certo loco.

h ¶ Vbique.] ſic ordinarius in qualibet parte diœceſis ſuæ poteſt cauſas audire, & pro tribunali ſedere. ſupra eod. lib. de offic. ord. cum epiſcopus. ad idem, de offic. lega. nouit.

[Glo. ſeq. ponit regulam contrariam, dat ſimile, & illud determinat.]

i ¶ Separatim.] regulariter ꝫ, niſi ex forma commiſſionis id habeat. ſupra, de offic. deleg. cauſam & c. cum plures. ĩ. eo. lib. Sed hoc ſpeciale fauore fidei, vt efficacius, &c. vt ſ. dixi. & æquiparantur in hac parte ordinarijs, quorũ quilibet p ſe procedere põt, ff. de off. procõſ. l. 1. quod de ordinarijs intellige, qui in ſolidum iuriſdictionẽ habent. ſicut eſt in ſcholaribus, epĩs, magiſtris, & doctoribus, C. ne filij pro patre. auth. habita. ſecus in ijs, qui

num metu diuino[a] † timori poſtpoſito) procedatis.[b] Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe[c] primitus abiurata, redire voluerit ad eccleſiæ vnitatem: ei iuxta formam[d] eccleſiæ[e] abſolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eidem, quod iniungi talibus conſueuit.[f] Prouiſo ſolerter, ne ſimulata[g] conuerſione redeant fraudulenter, & vos (immo ſeipſos) fallentes[h] ſub agni ſpecie lupum[i] gerant.

¶ *Inſtruit inquiſitores in modo examinationis teſtium: & in perſonis quæ teſtificata ſcribere debeãt. hoc dicit.*

¶ Verũ[k] quia in tã graui crimine cum multa oportet cautela procedi (vt in reos ſine vllo proferatur errore duræ ac dignę ſeueritas vltionis) volumus & mandamus, vt in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas[l] religioſas & diſcretas[m] perſonas: in quarum præſentia per publicam (ſi commode poteſtis habere) perſonam, aut per duos viros idoneos,[n] fideliter eorumdem depoſitiones teſtium conſcribãtur. ¶ Ad conſcribendas † quoque huiuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia quæ in commiſſo vobis officio ad ſcriniarij, ſeu tabellionis officium pertinent, teneri diſtricte præcipimus, cum per vos fuerint requiſiti, omnes, & ſingulos veſtri ordinis fratres, qui dum eſſent i ſeculo tabellionatus officium habuiſſe, aut exercuiſſe noſcuntur: & illos etiam quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotij fidei fuit ab Apoſtolica ſede commiſſum, & in poſterum committetur: Concedentes huiuſmodi fratribus, necnon & alijs religioſis quibuslibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſæculo tabellionatus officiũ habuerunt † & exercuerunt, quibuſuis etiam clericis ſæcularibus officium ipſum habentibus (etiam

† In pleriſq; codicib⁹ mẽdoſe legitur ita: diuinoque timore poſtpoſito. Sed in quodã manuſcripto hr̃ ita: hoĩum metu, Dñi non timore poſt poſito, ꝓcedatis.

qui non habent in ſolidum, ſicut eſt cum capitulum cognoſcit: quia tunc quilibet ſingularis per ſe non eſt iudex. ad hoc quod no. 15. quæſt. 7. epũs nullius. & de offi. ordi. irrefragabili. & concor. ad hanc decre. ĩ. eo. per hoc. Ioan. And.

a ¶ Diuino.] 11. q. 3. Iulianus. ſic ſupra eo. lib. de immunita. eccl. clericis. ad idem ſupra eo. vergentis.

ADDITIO Et c. à nobis 2. in fi. Archi. hic tractat, an valeat abſolutio non ſeruata forma. & tenet, quòd valet. & vide in præalle. c. cum deſideres. Ioannes. Andr.

b ¶ Procedatis.] hodie reſtricta eſt poteſtas inquiſitorum in quibuſdam per cle. eo. c. multorum.

c ¶ Labe.] generaliter, vel ſimpliciter. Vel dic ea de qua ſuſpectus, vel conuictus erat. de hoc dixi ſ. eodem, accuſatus. §. 1. Ioan. And.

d ¶ Formam.] 11. quæſt. 3. cum aliquis. ſupra, de ſent. excommu. cum deſideres.

e ¶ Eccleſiæ.] quæ gremium non claudit. ſupra eo. ſuper eo.

f ¶ Conſueuit.] 1. q. 7. quotiens cordis. & c. ſaluberrimum. de conſe. diſtin. 2. ego Berengarius.

g ¶ Simulata.] 27. d. ꝙ interrogaſti. 1. q. 1. ſicut ficti. 22. q. 5. cauete. eſt tamen interdum vtilis ſimulatio. 22. q. 2. vtilem. & dic de hoc vt ibi. 24. q. 1. officij.

h ¶ Fallentes.] mentiri Deo poſſunt: fallere autem ipſum non poſſunt. de conſe. diſt. 2. panem de altari.

i ¶ Lupum.] ſ. de renuncia. niſi. §. propter malitiam: & 23. quæſt. 4. tres perſonas. & 81. diſtinctio. oportet. Ioan. And.

k ¶ VERVM QVIA.] Iſte §. legitur vſque ad § cõpeſcendi. Et in eo caſus ſic figuratur. Aliquis inquiſitor hæreticæ prauitatis a ſede Apoſtolica deputatus contra aliquem ſuſpectum de hæreſi cœpit inquirere: ipſum vocari fecit ad comparendũ coram ſe rñſurum de fide: qui comparuit in die ſibi aſſignata: fuerunt adducti teſtes: Quærit̃ quã cautelã debet habere iudex in examinando teſtes: vtrũ poſſit illos examinare in p̃ſentia ſolius notarij, vel loco eius in p̃ſentia duarũ honeſtarũ perſonarũ, quemadmodũ fit in alijs cauſis, vt in c. qm̃ contra falſam, de ꝓb. in anti. vel vltra illas duas perſonas debeat adhibere alias duas perſonas honeſtas? Reſpõdet Romanus Pontifex, ꝙ in crimine hæreſis debẽt examinari teſtes in p̃ſentia notarij, vel loco eius in pręſentia duarum perſonarum: & vltra debent adhiberi duæ aliæ honeſtæ perſonæ: ita ꝙ notarius poſt quã lege-

tit depoſitiones teſtium, debet legere coram illis perſonis atteſtationes & dicta teſtiũ: quæ perſonæ habebũt approbare, ꝙ ipſe fideliter redegit in ſcriptis dicta ipſorum teſtium. Or ſanctiſſime pater, dr̃ in c. ſicut. ne cler. vel mona. ſæcularibus negotijs ſe immiſceant. ꝙ ſi notarius vel tabellio efficiat religioſus, non debet amplius exercere officium tabellionatus, vel notariatus. Sed vtrum in negotio fidei poſſit religioſus exercere officium notariatus, hoc eſt, vtrum poſſit redigere ĩ ſcriptis dicta & depoſitiones teſtium examinatorum in cauſa hęreſis? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſic: non obſtante quocũque ſtatuto, vel iure ſuę religionis, ſeu ordinis, puta, ſi habeãt ſtatutum, quod nullus religioſus in quocunque negotio poſſit exercere officium notarij, vel tabellionis. Nota ex hoc §. verum. ibi, [Religioſas & diſcretas.] quòd iſta coniunctio copulatiua, &, ponitur expoſitiue, pro, id eſt, nam non requiritur quòd illæ perſone ſint religioſæ, dummodo ſint diſcretę & honeſtæ. Nota vlterius, ꝙ acta iudicis non requirũt teſtium inſcriptionẽ. c. qm̃ contra falſam de prob. in ant. Secus eſſet dicendũ in actis extraiudiciarijs: quia ſubſcriptio eſt de ſubſtantia inſtrumenti. verumtamen in actis extraiudiciarijs quãdo ſunt duo notarij, non requiruntur teſtes: quia vnus notarius æquipollet duobus teſtibus. l. dominæ. ff. de teſtibus. Nota quòd ratione fidei teſtes in cauſa hæreſis ſunt examinandi in præſentia duarum honeſtarum perſonarum. Ratio ſpecialitatis eſt, quia agitur de maiori præiudicio: ideo cum maiori cautela eſt procedendum. Nota ſi notarius efficiatur religioſus vel presbyter nõ põt exercere officium notarij, quia iſtud officium eſt ſæculare: nam ſpecialiter fauore fidei religioſus vel presbyter poteſt exercere officium notarij in cauſa hæreſis: ergo ius commune eſt in contrarium.

l ¶ Duas.] Integrum enim eſt iudicium: quod plurimorum ſententijs confirmatur. ſupra de officio delegati. prudentiam. & ad idem 20. diſtinctione, de quibus.

m ¶ Diſcretas.] ſemper enim qui graues cauſas eccleſiaſticas audiunt, debent eſſe diſcreti. ſupra, de conſan. & affini c. 1.

n ¶ Idoneos.] ſic ſ. de prob. qm̃ contra falſam. & dic vt ibi.

ADDITIO. Et in extrauag. debẽt. quam allegat ſequens glo. Ioan. And.

† Vide reſcriptũ Alexandri iiij inci. cõmiſſæ. & reſcriptũ Pij iiij. inci. paſtoralis officij cura. hũt impreſſa inter lr̃as Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.

† al. ita, habuerint & exercuerit.

[Glo.

ſi ijdem fratres religioſi, & clerici ſint in ſacris ordinibus conſtituti) exercendi libere officium ipſum quo ad præmiſſa, [a] non obſtante ſtatuto aliquo contrario canonis, [b] vel ordinis quocumque vallato munimine, poteſtatem.

¶ *Inſtruit inquiſitores circa perſonas, per quas impediri poſſet vel differri inquiſitionis negotium: hoc dicit.*

¶ Compeſcendi præterea monitione præmiſſa, [c] per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, [d] prædicatores quæſtuarios † (vbi contigerit pro inquiſitionis, ſeu fidei negotio congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) à prædicationis officio, quod ad ipſos [e] nullatenus pertinet (quorum intereſt tantum charitatiua ſubſidia ſuppliciter petere, ac indulgentiam ſi forte habent exponere) liberam vobis, & ſingulis veſtrum concedimus auctoritate præſentium facultatem. [f]

¶ Denique vt circa præmiſſa plene vobis & ſingulis veſtrum coerctionis expedita & inuiolabilis adſit auctoritas; volumus vt ea omnia viriliter exequamini (ſi opus fuerit) inuocato auxilio [g] brachij ſæcularis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtantibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs, quibuſcumque perſonis cuiuſuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, comitatibus † vel uniuerſitatibus ciuitatum & locorum ſpecialiter uel generaliter, ſub quacunque uerborum expreſſione vel forma à memorata ſede conceſſis, uel in poſterum † concedendis: cũ ex huiuſmodi, uel alijs priuilegijs, & indulgentijs, nullum uobis in tantæ pietatis negotio uelimus obſtaculum interponi: & cõſtitutione de duabus [h] dietis edita in concilio generali. ¶ Statuimus

[Glo. ſeq. no. ad quæſtionem de tabellione facto monacho, &c. & ponit opin. Gul.]

a ¶ Præmiſſa.] per hanc litteram bene patet, ꝙ tabellio factus monachus non poteſt exercere quoad alia tabellionatus officium, & hoc etiam bene patet ex extrauaganti Bonifacij. Debent ſuperiorib. de offi. ord. circa mediũ decre. & idem probabamus olim ꝑ decr. 7. ne cl. vel mo. ſicut per l. C. de ſacroſan. eccl. l. antepen. 16. q. 1. §. nouarum. C. de epiſ. & cler. l. placet. no. tamen Guliel. in Specu. de ſtatu mon. verſi. 17. ꝙ veteres rogationes complebit: ſed nouas non aſſumet. ff. fam. erciſ. l. alienationes. ff. de poſtu. lan. l. 1. §. caſum. ff. de neg. geſt. nam & ſeruus. §. ſi vno. ad idẽ. 7. de Iud. Iudæi de ciuitate cum ſim.

b ¶ Canonis.] ſupra ne cler. vel mona. ſicut te.

¶ COMPESCENDI. Iſte §. legitur cauſa breuitatis, vſque ad finem cap. Et in eo caſus ſic figuratur: Papa deputauit inquiſitorem in ciuitate Pictauen. eſt aliquis hæreticus, qui fuit conuictus de hęreſi: vnde inquiſitor cõuocauit populum ad prædicandum hæretico: ſuperuenerũt quæſtores, qui portabant indulgentias, & voluerũt facere quæſtam illo tẽpore, quo populus erat congregatus ad prędicandũ hæretico: numquid inquiſitor poteſt inhibere quæſtoribus, vt tempore illo non exerceant officium quæſturæ, quouſque ſit finitus ſermo inquiſitoris? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic: & illos quæſtores ad hoc faciendum poterit compellere cenſura eccleſiaſtica, remota appellatione. Sed ponamus, ꝙ inquiſitor nõ poteſt capere aliquẽ hæreticum propter impotentiam: quia ſunt aliqui qui impediunt ne hæreticus poſſit capi: numquid inquiſitor poterit inuocare brachium ſęculare ad capiẽdum iſtos impedientes, ne hæretici poſſint capi? Reſpondet ꝙ ſic: dicens vlterius, ꝙ ipſe ordinet vt Poteſtates ſæculares obſeruent, & faciant obſeruari à ſuis ſubditis conſtitutiones factas contra hæreticos, vel eorum fautores, vel receptatores: & ꝙ ad iſtud faciendum ordinarij locorum, vel inquiſitores hæreticæ prauitatis compellant ipſos iudices, vel poteſtates ſæculares mediante ipſorum iudicum ſæcularium, & Poteſtatum iuramento. Sed quid ſi ipſi Poteſtates, & iudices ſæculares noluerint præſtare huiuſmodi iuſiurandum, quod obſeruabunt, & à ſubditis ſuis facient obſeruari cõſtitutiones factas per ſedem Apoſtolicam, contra hæreticos, vel fautores eorum. vel etiam conſtitutiones à ſede Apoſtolica approbatas? Reſpondet, ꝙ ipſi ſunt priuandi officio & regimine ſuæ dignitatis, & tanquam infames & fautores hæreticorum ſunt habendi. hoc dicit in longum. Nota, ꝙ quis non eſt trahendus extra ſuam diœceſim vltra duas dietas. c. nonnulli. ſupra de reſcript. Sed vtrum ſit correctum c. ſtatutũ. ſupra eo. lib. de reſcr. quod ca. loquitur de vna dieta? Dicendum eſt ꝙ non: niſi inquãtum ad iſtum articulum, & hoc fauore fidei, & eſt ſpeciale hic in fide: nam illud c. ſtatutum. loquitur generaliter. Nota vlterius, quale debeat eſſe officium quæſtoris: videlicet, ꝙ non debet prędicare, ſed ſimpliciter debet exponere ſuas indulgentias: & requirere à populo charitatiua ſubſidia. Et iſtud verũ, ꝙ quæſtor non debet ꝑdicare, niſi alio iure eſſet ſibi permiſſum. No. ꝙ iquiſitor hæreticæ prauitatis põt quæſtoribus inhibere ne faciant quæſtã tꝑe quo vacat pro fide: & ipſum oportet facere congregationẽ populi. No. ꝙ inquiſitor poteſt inuocare brachium ſæculare, ad capiendum illos, qui impediunt ne hæretici poſſint capi. Nota, ꝙ ſi iudices ſæculares nolint præſtare auxilium inquiſitoribus ad capiendũ hæreticos, vel eorũ fautores: ſunt ipſi iudices ſuſpecti de hęreſi, & priuantur iudicatura.

c ¶ Præmiſſa.] Hoc eſt regulare, vt dixi, vt 22. q. 2. c. indignę. de ſent. excom. ſacro in antiq. Io. And.

d ¶ Poſtpoſita.] quid hoc operetur, habes ſupra de appel. paſtoralis. & no. eo. ti. vt debitus.

e ¶ Ipſos.] ſcilicet quæſtuarios.

f ¶ Facultatem.] hoc vult dicere, quòd ſi facta per inquiſitores congregatione pro negotio fidei veniant aliqui de Rungiualli, vel alij quæſtuarij, & velint ibi prædicare: poſſunt compelli per cenſuram eccleſiaſticam deſiſtere.

g ¶ Auxilio.] 23. q. 5. prodeſt. de offi ord. c. 1.

[Glo. ſequens allegat, quærit, argu. pro: ſoluit contrarium.]

h ¶ Duabus dietis.] ſupra de reſcrip. nonnulli. Quid dicemus de noua decre. ſupra eod. lib. ſtatutum. de reſcri. Vides, quod iſta decret. fuit Clementis: & ſic quo ad hoc videtur iſta decr. per illam correcta. cum ſit poſterior. ad idem ſup. eo. lib. de conſtit. c. 1. cum ſuis concor. Contrarium dico, [1] quia decr. illa locum habet in litteris

† Prædicatores quæſtuarios omnino ſuſtulit conc. Triden. ſeſſ. 5. de refor. ca. 2. §. vlt. & ſeſſ. 21. de refor. c. 9.

† In manuſcriptis legẽtur cõitatibus.

† Hic Papa vſ imponere legẽ ſucceſſori, contra c. fin. de reſcr. ſupra eo. & loquitur hic tex. de priuilegio perſonæ & ordinis, ſm Lapũ, allegatio. ſua 106. citatum per Philip. F.

1 Idem Io. Mon. & Archid.

¹ Ratio eſt: quia inter iſtas conſtitutiones nō eſt prioritas, neq; poſterioritas, ſimul. n. approbatę ſūt facit ad hoc ſm Do. tex. & gl. l. 2. C. de teſta. tuto. Fon.

litteris impetratis à parte contra partem: licet in conſeruatoribus locum habeat, vt j. eo. lib. de offi. deleg. ca. vlt. §. conſeruatores. Sed iſtud eſt quoddam ſpeciale fidei fauore, quod non tollitur per generalem conſtitutionem, licet poſtea ſubſecutam. ¹ ad hoc j. de reg. iu. teneri. & quod ibi dixi Io. And.

a ¶ Subiectis.] quia extra territorium ius dicenti impune non paretur, de conſt c. 2. ſ. eo. lib ff. de iuriſd. omn. iud. l. vlt. & hoc quod hic dr̄ habebamus ſ. c. excōicamus, 1. §. moneantur.

b ¶ Approbatas.] Ipſa enim noſtra facimus quibus auctoritatem noſtrā impertimur. C. de vet. iu. enu. l. 1. §. ſed neque. [& ſup. e. lib. de præb. ſi Apoſtolicæ. Io. And.]

c ¶ Publicum.] ſic j. de pœ. fęlicis. & j. c. prox.

VT commiſſi vobis.] Ponit ſeptē vtilia pro exhibendo officio inquiſitorū. Secundum ibi, Aduocandi. Tertium ibi, conuocandi. Quartū ibi, Et contra illos. Quintū ibi, Necnon. Sextum ibi, Priuādi. Septimum ibi, Sunt autem. Dom.

CASVS. Papa deputauit inquiſitorem hæreticæ prauitatis ī prouincia Burdegal. quæritur de poteſtate ipſius inquiſitoris vtrū poterit publicare, & publicari facere excōicationes, quas ꝓtulit in hæreticos, & eorū fautores: puta ꝙ aliquis hæreticus fuit citatus, vt veniret peremptorie, & perſonaliter rn̄ſurus de fide, coram tali inquiſitore: in die aſſignata non cōparuit: vnde Inquiſitor reputauit eū contumacē & tāquam contumacē excōicauit: nūquid inquiſitor iſtā excōicationem poterit publicare in ꝓuincia Burdegal. in qua eſt deputatus inquiſitor? Rn̄det Rom. Pont. dicens, ꝙ vt facilius cauſa hæreſis poſſit examinari, & veritas ſuper crimine hęreſis poſſit haberi: ſtatuit & ordinauit, vt Inquiſitor poſſit hæreticos citari facere per alios, & ſn̄ias à ſe latas poſſit executioni facere demandari: & vlterius ꝙ poſſit vocare peritos, vt ſibi aſſiſtant, & præbeant ei conſiliū, qualiter ipſe debeat procedere ad prolationē ſn̄iarum ꝯ hæreticos. Itē ꝙ inquiſitor habeat poteſtatē conuocādi populum ad ꝑdicandū cōtra hęreticos, vel eorum fautores. Sed ponamus ꝙ aliquis hæreticus incidit in hæreſim in prouincia Burdegal. poſtea ſe tranſtulit ad prouinciam Turon. nunquid iſte Inquiſitor deputatus in prouincia Burdegal. poterit ipſum proſequi etiā in prouincia Turon. Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic, & vt facilius poſſit ueritas criminis haberi, poterit Inquiſitor præcipere quibuſcunque perſonis, vt apud eū producant & exhibeant libros ſiue proceſſus & regiſtra facta contra hæreticos. Item poterit mitigare vel cōmutare pœnas hæreticorum, qui fuerūt condēnati ad ꝑpetuā immurationē, vel aliā pœnam, ſm ꝙ videbitur ei expediens. Sed ponamus, ꝙ aliquis clericus beneficiatus incidit in hæreſim, & corā Inquiſitore fuit cōuictus, nunqd inquiſitor poterit talē hæreticū priuare qbuſcūq; beneficiis ſuis? Rn̄det ꝙ ſic: dū tn̄ illud faciat cū conſilio epī ſiue diœceſani. Vel ſi diœceſanus fuerit abſens, ꝙ faciat illā priuationē cū conſilio vicariorū ipſius epī. Et iſtud verū, ꝙ requirēdi ſūt epi vel eorū vicarij in priuatione hęreticorū, vel eorū fautorū & receptatorū à beneficiis, & alijs dignitatibus eccleſiaſticis: niſi dicti epi vel vicarij ſcienter cōtuliſſent hmōi beneficia ꝑdictis hæreticis, vel eorū fautoribus & receptatoribus: nā tunc nō eſſent requirēdi, immo abſque conſilio eorū poſſet inquiſitor tales hæreticos uel fautores priuare dictis beneficijs & dignitatibus eccleſiaſticis. No. ꝙ inquiſitor hæreticæ prauitatis pōt cōmittere alijs, vt ipſi publice denunciēt ſn̄ias excōicationis, quas ipſe Inquiſitor cōtra hæreticos ꝓtulit. Ratio dubitandi fuit: qa videbatur ꝙ inquiſitor hoc facere non poſſet: eo ꝙ vr̄ electa induſtria ſuæ ꝑſonæ. c. ul. j. de offi. dele. Sed ratio decidendi fuit fauor fidei, vt in prin. huius c. dr̄. No. ꝙ vbi criminoſus inuenitur, pōt ibi de crimine cōueniri, l. 1. C. vbi de crim. agi opor. No. ꝙ cū inquiſitor priuat hæreticum & filios hæreticorū beneficijs & dignitatibus eccleſiaſticis, requiritur cōſiliū diœceſani: quia ſicut inſtitutio in beneficijs eccleſiaſticis fit cū auctoritate epi: ita ſimiliter deſtitutio debet fieri cū conſilio ipſius. c. cū ex iniuncto. eo. ti. in antiq. Secus eſſet dicendū cum inquiſitor priuat aliquem officiis publicis, qa tunc non requiritur conſiliū epi. No. vlterius, ꝙ ſi eps̄ ſcienter contulerit beneficiū eccleſiaſticum alicui hæretico, vel eius filio: poterit inquiſitor fidei talē hæreticum, vel eius filium priuare dicto beneficio abſque cōſilio epi. Veruntn̄ dicit glo. ꝙ non præſumitur ꝙ eps̄ ſcienter contulerit beneficium eccleſiaſticū tali hæretico: immo præſumitur, ꝙ ignorabat ipſum fuiſſe hæreticum, c. præſumitur. inf. de reg. iur.

inſuper, vt Poteſtas, Capitaneus, ſeu rector, vel conſules, ſeu quiuis alij, qui ciuitati præſunt, vel loco alteri ad præſens, aut præerunt † in futurum, ad requiſitionem diœceſanorum, vel vicariorum ſuorum, ſeu Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, iurent præciſe attendere inuiolabiliter, & † obſeruare, ac facere à ſuis ſubditis obſeruari toto tempore ſui regiminis in terris ſuæ iuriſdictioni regiminive ſubiectis, a conſtitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, ipſorumque filios, & nepotes à ſede Apoſtolica promulgatas, ac etiam approbatas: b quas qui iurare noluerit, & ſeruare, vt infamis, & tamquam hęreticorum fautor, ac de fide ſuſpectus, officio & honore ſui regiminis ſpolietur: nec vlterius Poteſtas, Capitaneus, Conſul, vel rector habeatur in aliquo: aut de cętero in † aliquam dignitatem, vel officium publicum c vlterius aſſumatur: & quę vt Poteſtas, balliuus, conſul, vel rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

† al. præfuerint

† al. ita, & ſeruare

† al. ad aliquam, &c.

¶ Bonifacius octauus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ *Comprehendit iſta decretalis, plura vtilia pro expediēdo officio Inquiſitorum: dat enim eis poteſtatem committendi citationes, & ſententiarum denūciationes: dat poteſtatem vocandi peritos, clerum & populum vt eis aſſiſtant: dat poteſtatem procedendi contra illos, qui de ſua in aliam prouinciam ſe tranſtulerunt: dat poteſtatem repetendi libros & proceſſus, commutandi & mitigandi pœnas: priuandi, & priuatos nunciandi officiis & honoribus hæreticos, fautores, & defenſores eorū; ita tamen, ꝙ hoc fiat de diœceſanorum, vel in eorū abſentia vicariorum ſuorū conſilio: niſi iidem ſciēter talibus beneficia contuliſſent. hoc dicit. Io. And.*

CAP. XII.

VT d † commiſſi vobis officij debitum, vtilius

† Vide reſcriptū Vrbani iiij. in cip. licet ex oibus. §. ut ergo. extat impreſſum inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis.

[Prima gl. ſuperſcriptionem exponit, & ſummat.]

d ¶ Vt commiſſi.] Hic incipiunt decr. Bonifacij, & habeat

bent quidam hic rubricam de Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis: ſed non debet hic eſſe rubrica: & fuit error ſcribentium ex ſuperſcriptione proueniens: qui putaue runt, ꝙ Bonifacius viij. eſſet ſuperſcriptio: & reſiduum eſſet rubrica. Et cõprehendit iſta decre. plura vtilia pro expediẽdo officio inquiſitorũ: dat. n. eis poteſtatem committendi citationes, & ſententiarum denunciationes: dat poteſtatem vocandi peritos, clerum, & populum, vt eis aſſiſtant: dat poteſtatem procedendi contra illos, qui de ſua in aliam prouinciã ſe tranſtulerunt: dat poteſtatem repetendi libros, & proceſſus: commutandi & mitigandi pœnas, priuandi, & priuatos nunciandi officijs, & honoribus, hęreticos fautores, & defenſores eorum, ita tamẽ, ꝙ hoc fiat de diœceceſanorum, vel in eorum abſentia, vicariorum ſuorum, conſilio: niſi ijdem ſcienter talibus beneficia contuliſſent. hoc dicit. Io. Andr.

a ¶ Veſtigiis.] in diuerſis cõmiſſionibus, quas ſuis tẽporibus fecerant inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. Io Andr.

b ¶ Singulis.] poſſunt enim procedere ſimul, & diuiſim ſupra c. prox. in princ. Io. And.

c ¶ Sententiarum.] has etiam committunt conſeruatores: ſed de inquiſitoribus maior erat dubitatio: quia illorum miniſterium videtur electum, ſ. de offic. deleg. c. vlt.

d ¶ Tuleritis.] Vide infra, circa fin. ca ibi, plenam concedimus facultatem. & hoc idem repetas. in fine cuiuſlibet verſiculi.

e ¶ Expedierit.] ſic ſupra, cap. primo, & cap. proxi. §. verum. & infra eod. cap. vlt. Io. Andr.

ADDITIO. Cum enim ibi dicatur, ꝙ oportet cum multa cautela procedi: ad tantam cautelam ſunt peritorum conſilia opportuna. Io. Mona.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

f ¶ Procedendi.] Quid in caſu conuerſo, in eo ſcilicet, qui alibi crimen hæreſis commiſit, & modo eſt in prouincia huius inquiſitoris? Dic, quòd poterit cognoſcere: 1 quia vbi inuenitur, conuenitur quis de crimine. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & ſic ſecundũ hoc eſſet ſeperire ꝙ interdum duo inquiſitores cognoſcerent. Pone, peccauit in Rauennati, & tranſiuit ad Mediolanum, ſecundum hoc Rauennas, & Mediolanenſis poterit cognoſcere: nec eſt mirum, vt j. eo. c. per hoc.

1 Et illud, omiſit, qua ſi indubitatũ. Io. And.

ADDITIO. Forſan peccauit adorando, vel degradizando hoc dico, quia vbicumque ſit male credens, ibi peccat. & vide quod poſt Ia. & Pe. no. Cy. C. de ſumma Trin. l. 1. in fine. Io. Andr.

& vberius exequamini, ſanctæ memoriæ Innocentij, Alexandri, & Clementis, prędeceſſorum noſtrorum veſtigijs [a] inhærentes, vobis & veſtrum ſingulis [b] committendi citationes, & denunciationes ſententiarum, [c] quas in quoſlibet hæreticos, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum tuleritis: [d] Aduocandi quoque prout expedierit, [e] peritos quoſlibet, vt vobis aſſiſtant, & in huiuſmodi ferendis ſententijs prębeant conſilium opportunum: ac eis, quòd ſuper his vobis humiliter pareant in virtute obedientiæ iniungendi: Conuocandi etiam clerum, & populum ciuitatum, caſtrorum, aliorumq; locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire: Et contra illos, quos in prouincia, in qua vobis inquiſitionis officium eſt commiſſum, hæreſis crimen conſtiterit commiſiſſe, licet ad alias partes ſe tranſferendos duxerint, procedendi: [f] Necnon faciendi à quibuſlibet [g] aſſignari vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta, in quibus inquiſitiones factæ, ac proceſſus per quoſcumque auctoritate ſedis Apoſtolicę, vel legatorum eius, habiti contra hæreticos continentur: Et illorum, qui veſtris mandatis obedientes humiliter ſtant propter hæreſim in carcere, vel muro recluſi, pœnam, vna cum prælatis, quorum iuriſdictioni ſubſunt, mitigandi vel mutandi, [h] cum videritis expedire: Priuandi præterea, vel priuatos nunciandi dignitatibus, ac alijs beneficijs eccleſiaſticis, de diœceſanorum, vel eis abſentibus, vicariorũ ſuorum conſilio, & officijs publicis, ac honoribus [i] quibuſcumque, eoſdem hæreticos, credentes, receptatores, & defenſores ipſorum, eorumque filios, & nepotes, plenam concedimus facultatem. Sunt autem diœceſani in priuando tales, vel nunciando priuatos beneficijs huiuſmodi requirendi: Niſi forte conſtaret legitime, quòd ijdẽ ſcienter [k] huiuſmodi perſonis eadem beneficia cõtuliſſent: tunc enim eos in his requirẽdos non eſſe cenſemus, ſed potius à ſuo iudice puniendos. [l]

¶ Idem.

¶ Chriſtiani ad Iudaiſmum tranſeuntes, & redeuntes, hæretici reputantur. h. d. ſecundum Zen.

CAP. XIIII.

Contra † Chriſtianos, qui ad ritum tranſie-

g ¶ Quibuſlibet.] ſiue ſint ipſi ſcribentes vel alij ad quos quomodocunque deuenerint dicta ſcripta.

[Glo. ſeq recitetur per contrarium, & ſoluit.]

h ¶ Vel mutandi.] regulariter contra, ff. de regu. iu. l. Paulus. & l. acta §. 1. & ſupra, de offic delega. in literis. functus eſt enĩ iudex officio ſuo iudicando bene, vel male vt ibi. Io. And.

[Glo. ſeq exponit diſtinguendo.]

i ¶ Honoribus.] no. in ea parte, qua priuat, vel priuatos denunciat dignitatibus eccleſiaſticis, & eccleſiaſticis beneficijs, requiritur conſiliũ diœceſani, vel eo abſente eius vicarij: quia ſicut inſtitutio fit eis auctorizantibus: ſic etiam debet fieri deſtitutio. de inſtitu. ex frequentibus. de hæret. cum ex iniuncto. in fine. Sed cum priuat officijs publicis, & honoribus, non requiritur conſiliũ eorum, vt patet ex ordinatione illius litteræ: & ideo quia ceſſat in illis ſuperior ratio. Io. And.

ADDITIO. Sed hodie dic, vt in clem. eod. tit. multorum. Io. Andr.

k ¶ Scienter.] ſimile ſupra eo. ca. ſecundo, ad hoc, & inf eo. decreuit. & præſumemus ignorare, niſi probentur ſcire. j. de regu. iur. præſumitur, ff. de probat. verius. quod ſane intelligas, vt not. in dicta regula, præſumitur.

† Vide Alber. trac. de agno. aſſer. cath. & hære. q. 23. nu. 59. & q. 25. nu. 14.

l ¶ Puniendos.] quia vnde debetur pœna, non venit præmium, ff. de leg 1. ſi ſeruus plurium. §. 1. & 2. in fi. 16. q. 1. c legi. cum ſim.

Contra.] Primo ſoluit dubium, quod ſecundo fortificat: ibi, Etiam ſi. Tertio, illud ampliat: ibi, Et ſicut. Præſupponendum pro intellectu huius c. ꝙ ſi quis baptizetur coacte: quia per violentiam fuit portatus ſu

pra

rint, vel redierint[a] Iudæorum, etiam ſi huiuſmodi redeuntes dum erant infantes,[b] aut mortis metu, non tamen abſolute[c] aut præciſe, coacti baptizati fuerunt, erit † tamquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos, ſeu Iudæos[d] conuicti: Et ſicut contra fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum: ſic contra fautores, receptatores, & defenſores talium eſt † procedendũ.[e]

¶ Idem.

¶ *Non confiſcantur dotes vxorum innocentium propter hæreſim maritorum. h.d. ſecundum Zen.*

CAP. XIIII.

Decreuit[f] † fœlicis recordationis Innocentius Papa quartus, ꝙ pro-

pra fontes, & fuit immerſus cum prolatione verborũ: Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: talis non recipit ſacramentũ baptiſmi. Secus ſi coactio eſſet conditionalis: puta ꝓp metum mortis, vel cruciatus corporis conſenſit, vt baptizaretur: tunc enim licet fuerit coactus: tñ recipit ſacramentum baptiſmi. Idem eſt præſupponendum ꝙ per ſacramentum baptiſmi obligantur infantes, & etiam ignorantes. vt in c. maiores. de bapt. in antiq.

† al. eſt.

CASVS. Aliquis Titius Chriſtianus abnegato Chriſto, & fide Chriſtiana, ſe tranſtulit ad ritum Iudæorum: vnde inquiſitor fidei fecit ipſum conuenire corã ſe citatione formata, vt veniret reſponſurus de fide: & fuerũt contra eum producti teſtes, qui depoſuerunt, ꝙ aliàs ſuſceperat ſacramentũ baptiſmi: ſed poſtea illi renunciauerat, & ſe tranſtulerat ad ritum Iudaicum: ipſe autem ad ſui excuſationẽ propoſuit, ꝙ per coactionẽ fuerat cõpulſus ſuſcipere ſacramentũ baptiſmi: & ꝙ ob hanc cauſam non fuerat obligatus fidei Chriſtianæ: vñ inquiſitor dubitauit, vtrũ contra iſtum poſſet procedere tanquam ꝯ hæreticum. Conſuluit Rom. Pontificem, qui conſultus rñdit cum diſtinctione: Aut iſte dũ fuit baptizatus fuit præciſe coactus ad ſuſcipiendũ baptiſmũ; tunc non eſt procedendum ꝯ talẽ vt hæreticũ: Aut nõ fuit præciſe coactus, ſed metu mortis ſuſcepit ſacrm̃ baptiſmi: & tunc dicit Romanus Pontif. ꝙ tam ipſe, quàm eius fautores, & receptatores ſunt tamq̃ hæretici condẽnandi. Idem dicendum eſt de infante minore ſeptennio, qui à parentibus ſuis, vel alijs fuit portatus ſupra fontes, vt baptizaretꝛ: nam ſi renunciet fidei Chriſtianæ, ꝯ ipſum, & ſuos fautores poterit inquiſitor fidei procedere tanquam cõtra hæreticum. Nota principalem effectũ huius c. ꝙ Chriſtiani tranſeuntes ad ritum Iudæorum, ſunt hæretici cenſendi: & tamquam hæretici ſunt puniendi. Nota vlterius, ꝙ infantes baptizati ante ſeptenniũ, licet ignorent quid agant, tamen per ſacramentũ baptiſmi obligantur ad fidem Chriſtianam obſeruandam: & ſic ad ſacramentum baptiſmi obligantur etiam ignorantes.

a ¶ Redierint.] forte prius fuerant Iudæi, poſtea facti ſunt Chriſtiani: illi dicuntur redire. hi qui numq̃ fuerant Iudæi, ſed ſemper Chriſtiani. illi dicuntur tranſire.

ADDITIO. Et ſciendum ꝙ contra ſecundos hr̃ in officio inquiſitionis littera Clementis quarti, data Viterbij, pontificatus ſui anno tertio. Contra vtroſque littera Grego. x. data Lugduni ſuo anno ſecundo: & vtraque incipit: Turbato corde. & ambæ mandabant inquiſitoribus quod hic dr̃. Item in vtraque ſequebatur ſic: Iudæos autem, qui Chriſtianos vtriuſque ſexus ad eorũ ritum execrabilem hactenus induxerunt, aut inueneritis de cætero inducentes, pœna debita puniatis: contradictores, &c. inuocato, &c. Conſtat aũt ꝙ decr. vlt. infra eod. tit. in fi. reſeruat mandata prædeceſſorũ iſtius libri conſtitutionibus nõ obſtanti: vbi aũt prædicta littera nõ eſſet, videretur ꝙ Iudæi talia faciẽtes non caderent in officium inquiſitorum. Sicut enim non cadunt propter hæreſim, cum conſtet eos large hæreticos: quia nõ credunt articulos fidei, maxime reſpicientes humanitatem Chriſti, vt not. 24. q. 3. c. illi qui. § quia vero. ſic nec proprie cadit in eos fautoria, &c. Io. And.

[Secunda glo. obijcit, & ſoluit.]

b ¶ Infantes.] ſ. minores ſeptennio: vñ videbantur nõ obligati ad fidem: quia ætas illa ignorat quid videat.[1] C. de fal. mone. l. 1 vnde nec ſponſalia tales contrahere poſſunt. ſupra eod. lib. de ſpon. c. vnico. ſed contrarium eſt verum: quia tali ſacramento obligati ſunt, etiam ignorantes, ſupra, de bapt. maiores. de conſecr. diſt. 4. quæris. [Et ratio ibi patet in parte prima. & no. de hoc ea diſt. nihil.] Sicut & punitur etiam ignoranter rebaptizatus. eadem diſtin. qui bis. & c. ſequen.

[1] Quo ad hoc, ꝙ non puniatur, vt maior: dicit Io. Mo.

† Verbũ, eſt deeſt in manuſcriptis.

ADDITIO. Per baptiſmum obligantur non ſolum ignorantes, ſed etiam furioſi: dummodo non obſtet præcedens cõtraria voluntas, vt ibi. Io. And.

[Tertia gloſſa rñdet per diſtinctionẽ, & quæſtionem.]

† Vide Zanchinũ trac. de hær. c. 25.

c ¶ Abſolute.] ergo abſolute coactus[2] non recipit ſacramentum baptiſmi, ſed conditionaliter, & metu mortis coactus bene 45 diſtin. de Iudæis. ſupra, de bapt. maiores. coacta enim voluntas, voluntas eſt. 15. q. 1. merito quæritur. Eſt autem abſoluta coactio, cum quis renitens inuitus, & reclamans fertur ad fontes: & cum verborum prolatione immergitur. & eſt ſi. 50. diſt. presbyteros. ſ. quod metus cau. c. ſacris. [vbi de hoc. in 1. glo.] Io. Andr.

[2] De materia hui' gl. vide theologos ſcholaſticos lι 4. & 5. & B. Tho. p. 3. q. 60. artic. 9. & 10.

d ¶ Iudæos.] non ergo pñt iſti ſe iuuare ꝑ profeſſionẽ, q̃ contẽpſerunt. C. de apoſt. l. hi qui ſanctam, licet aliàs infidelis nõ recipiatꝛ ad teſtimoniũ. ſ. de teſti. c. 1. Io. A.

[Vltima glo. quærit, arg. negatiue, ſoluit contrariũ.]

e ¶ Procedendum.] erit ne per iſtud c. canon ille correctus 1. q. 4. Iudæi. vbi dr̃, ꝙ bona Iudæorum deuoluuntur ad catholicos filios, ſed bona hæreticorum ſunt confiſcata. ſ. eo. cum ſecundum. quia correctio iurium eſt vitanda. Dicendum vr̃, ꝙ non, vt iſtud cap. loquatur de pœna perſonali, non de damnatione bonorum: maxime, quia hæc noua iura quæ corrigere intendunt, hoc exprimunt. ſ. de conceſ. præben. c. 2. ĩ. de ſent. excom. c. vlt. Contra vr̃, cum aperte dicat eos puniendos, vt hæreticos: ergo ipſorum bona non deuoluũtur ad filios. ĩ eod. cum ſecundum. quod tutius vr̃.[3] Nec neceſſe eſt vt noua lex corrigens præcedentem de illa faciat mentionem. ſupra eod. de conſti c. 1. Io And.

[3] Idẽ Arch.

ADDITIO. Quod ibi loquitur de Iudæis præuaricantibus in Chriſtum, intelligitur de alia præuaricatione, non de iſta. de qua loquitur hoc c. Ad id 11. q. 3. relatum. & 3. exiſtimant. ſecundum Arch.

Decreuit.] Ponit dictum quod ſecundo determinat ibi, Quod intelligendum. Io. And.

CASVS. Innocentius quartus in quibuſdã ſuis cõmiſſionibus dicebat, ꝙ propter hæreſim maritorum nõ debent dotes mulierum confiſcari: Quæritur verũ illud ſit verum indiſtincte? Reſpondet Roma. Pontifex, ꝙ non: immo fallit quando mulier ſcienter contraxit matrimonium cum hæretico: quia tunc etiam dos ſua debet confiſcari: immo ipſa eſt de hæreſi ſuſpecta: & tanquam de hæreſi ſuſpectam poteſt contra ipſam procedi. Nota primo, quòd ſi maritus committat crimen dignum confiſcatione bonorum, non comprehenditur dos mulieris: ſed à bonis ipſis deducenda eſt ipſa dos. Not. vlterius, ꝙ mulier contrahens matrimonium cum hæretico eſt ſuſpecta de hæreſi: ideo contra ipſam, vt contra ſuſpectam de hæreſi eſt procedendum: & ideo ipſa perdit ſuam dotem.

f ¶ Decreuit.] in commiſſionibus per eum factis ſuper hæretica prauitate.

¶ Con-

a ¶ Confiſcari.] vt ſic mulier mariti odio nõ grauetur ĵ. de reg. iur. non debet. cum ſuis concor. quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor pro mari. per totũ. niſi in cauſa primipilarij. C. in quibus cau. pig. vel hyp. contra. l. ſacris.

tibi aliquam patiã terræ vſque ad talem arborem: eſt, quando eſt quæſtio vtrum arbor ſit incluſa vel excluſa.

[Prima gloſſa reſpondet per q de quo Innocentio.]

c ¶ Innocentij.] ſi loquatur de quarto, habebamus id in commiſſionibus per eum factis. vt dixi ſupra c. prox. Si dicamus de tertio, poſſet loqui de decr. ſupra eo. vergentis. & c. excõicamus. §. credentes.

A [. . . .] Vide de conſue. c penul. in antepe. glo.

[Vltima glo. ſoluit duo dubia.]

b ¶ Tunc.] ſ. tempore contractus ergo ſi tũc ignorabãt: licet poſtea ſciuerint, non habet locum pœna, vt ſic inſpiciatur initium. ſ. de empt. & ven. cum dilecti. præſumuntur autem ignorare, niſi probentur ſcire ff. de prob. verius. de hoc ſupra, cap 2. & ĵ. de re. iur. præſumitur. Io. And.

1 Idẽ Arch. q ẽt alle. de elec. dudũ. & facit hoc ad no i cle. de conſa. & affi eos q i 3. glo. Io. A.

STatutũ.] Primo ponit ius antiquũ Secundo, duas determinatiões ipſius. Prima ibi, Primum. Secunda ibi, Hoc ſane. Ioan. And.

pter hęreſim maritorum, vxorum catholicarũ dotes non debeant confiſcari. Quod intelligẽdum fore cenſemus, niſi forte mulieres ipſæ cum viris matrimonia contraxiſſent, quos hæreticos tũc ſciebant.

Idem.

Filii hæreticorum, vſque ad ſecundam lineam paternam, ad primam vero maternam, ſunt inhabiles ad beneficium eccleſiaſticum, vel officium ſæculare, ſi patres ante mortem eccleſiæ reincorporati non fuerint. hoc dicit ſecundum Dom.

CAP. XV.

STatutum † fęlicis recordationis Innocentij, c & Alexandri d prædeceſſorum noſtrorum, ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem, ad aliquod beneficium eccleſiaſticum, ſeu publicum officiũ admittantur: quòd ſi ſecus actum fuerit, ſit irritum & inane: e Primum & ſecundum gradum f per paternam lineam compre-

† Vide Con diff. trac. de hęre. q 23. & Zãchinũ de hæret. c. 28.

d ¶ Alexandri.] iiij. ſupra eo. tit & lib. quicunque. § hęretici.

Gloſſ. ſequẽs dicit quid declarat ſecundo litteram exponit & declarat: dicit gloſſam Accurſij reprobatam, & dat regulam: tertio obijcit & ſoluit.]

e ¶ Inane.] hucuſq; durat antiqua conſtitutio: modo ſequitur declaratio, in qua declarantur notata per Hoſtien. ſupra eod. vergentis. & hanc declarationem ſic intelligo: Si Titius fuerit hæreticus, receptator, fautor, vel defenſor, & habuit filium & filiam: vterque ipſorum ſubiacet prohibitioni, & ſi ille filius habeat filium, ipſe nepos ex filio prohibitioni ſubiacet: ſed ſi filia habeat filium, nepos ex filia nõ ſubiacet huic prohibitioni. Item ſi mulier aliqua eſt hæretica, & habeat filios, ſoli filij includuntur hac prohibitione: ſed nepotes ex filijs non. & hoc intendit hæc declaratio. Et hoc ſecundo caſu cum mater fuit hæretica, intelligas verum ſi pater fuit catholicus, vt eius reſpectus non habeatur. & facit in hoc contra id quod not. Accurſius C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. vbi dicit, quòd eadem eſt pœna dum mulier committit crimen læſæ maieſtatis quoad deſcendentes, ſicut cum vir. Eſt tamen ſciendum, ꝙ vbi aliàs non caueretur de deſcendentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur per ſententiam iuris vel hominis, vt ĵ. de pœn. vbicumque. ſed quòd filij etiam filiarum includerentur, vr̃ ꝓbari per decre. ſupra de pœ. in quibuſdam, §. ſacri. vbi ponit poſteritates. & ĵ. tit. proxi. c. vnico & videbantur illi puniri & per verba & per mentem, per verba, quia ſunt deſcendentes: & à verborum ſignificatione nõ eſt recedendum. ff. de leg. 3. l. nõ aliter. & differentia agnationis & cognationis hodie ſublata videtur: in authen. coll. 9. de hære. quæ ab inteſta. defer. & de mente idem videbatur: quia voluerat conſtitutio punire hæreticum in filijs. 24 q. 3 c. cum ergo. §. ſed qui. & ff. quod met. cau. l. iſti quidem ſi enim ex vnica filia nepotem haberet, & ille non includeretur, non puniretur in filios: idẽ videtur de mente: ideo ne quis ducat filiam hæretici in vxorem: ſicut enim vir infidelis ſaluatur per mulierem fidelem, ſic & damnari poſſet. Arg. de diuor. gaudemus. Vnde qui emit mancipia, de origine ſolet quęrere. ff. de ædil. edict. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ſed de iure ſecus eſt, vt in prædicta decretali, vbicumque. infra de pœnis, niſi. vbi aliud cauetur, vt hic. & bene facit, ff. de ſenato. l. liberos. vbi dicitur ſenatores vocari debere ipſos ſenatores, & filios eorum, & nepotes natos ex eis: nepotes vero ex filiabus nati, ſenatores non dicentur, ſed patris ſuis conditionem ſequentur.

Mulieris hæreticæ filij puniuntur, non autem nepotes.

CASVS. Iure cautum eſt, quòd ſi quis efficiatur hæreticus, quòd filij ſui puniuntur pro delicto patris: ita quòd ipſi filij ſunt incapaces quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum & dignitatum etiam ſæcularium, & hoc vſque ad ſecundam generationem: Quæritur qualiter illud intelligatur? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd intelligitur in deſcendẽtibus per lineã maſculinam, ꝙ ſunt incapaces beneficiorum eccleſiaſticorum vſque ad ſecundam generationem: ſed alij liberi non deſcendentes per lineam maſculinam non ſunt incapaces vſque ad ſecundam generationem: ſed ſolum vſque ad primam generationem. Et ſecundum gloſ. eſt ſenſus: Titius eſt de hæreſi conuictus: habet filium & filiam: ex filio habet nepotem: & etiã ex filia habet alium nepotem: vtrum nepos ex filia ſit incapax beneficiorum eccleſiaſticorum vel dignitatum ſæcularium? Reſpondet ꝙ non: ſed ſolum nepos deſcendens ex filio eſt incapax illorum beneficiorum eccleſiaſticorum, & dignitatum ſæcularium. Vel etiã ponamus ꝙ mulier hæretica habet filium, ex eo nepotem: certe ſolus filius eſt incapax: & ideo nepos non ſubiacet prohibitioni. Sed vtrum illud ſit verum indiſtincte, ꝙ filij hæreticorum puniuntur vſque ad primam vel ſecundã generationem, ſiue pater eorũ deceſſerit in errore ſuo, ſiue ſit emendatus & correctus, & ſic incorporatus eccleſiæ? Reſpondet ꝙ non: ſed illud intelligitur de illis, qui in errore ſuo deceſſerint, nõ autem de illis, qui fuerunt emendati, & incorporati eccleſiæ. Nota primo vnũ caſum, in quo filius punitur ꝓ delicto patris: puta qñ pater fuit hæreticus. Idẽ eſt in crimine læſæ maieſtatis. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. vbi dr̃, ſi quis committat crimen læſæ maieſtatis quia machinatus eſt in mortẽ principis, vel ſuorum conſiliariorum, qui ſunt pars lateris ipſius principis, debet decapitari: & bona ſua debẽt confiſcari & applicari fiſco, & filij ſui puniuntur: quia ſunt incapaces cuiuſcunque doni, ſicut doni legati, etiã paſſiue: quia vt ibi dr̃, debent eſſe fœtidi, & debiles, vt vita ſit eis tædium & mors ſolatium. Simile eſt in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vt hic. Nota vlterius, ꝙ dictio, vſque, ſtat incluſiue: quia dicit vſque ad ſecundum gradum: & tamen ipſe ſecundus gradus comprehenditur Et iſtud aliquando eſt in facto, vt ſi vendam

f ¶ Primum & ſecundum gradum.] id eſt, filios & nepotes, & hoc patet etiã ex §. ſeq. & ſupra eo. ti. & lib. vt

com-

commiſſi. ad finem, & eſt caſus quo filius ponitur propter delictum patris. de hoc dixi ſup. eo. tit. & lib. cap. a. § hæretici. [in glo. filij.]

[Glo. ſeq. primo facit vim in verbis textus: ſecundo argumen ad quæſtionem.]

hendere declaramus: per maternam vero ad primū dumtaxat volumus [a] hoc extendi. ¶ Hoc ſane de filijs & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe [b] videtur: non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos [c] eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ac mandatum eccleſiæ pęnitentiam recepiſſe: quam ipſi vel iam perfecerunt, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt, [d] vel parati [e] fuerint ad recipiendam eandem.

¶ Idem.

¶ Inquiſitor Papæ ſuper hæreſi ſine ſpeciali mandato non inquirit contra epiſcopum: ſed ſi eum culpabilem ſciuerit, nunciabit Papæ. h. d. Ioan. And.

CAP. XVI.

Inquiſitores [f] † hęreticę prauitatis ab Apoſtolica ſede, ſeu alio vel alijs quibuslibet [g] deputati, de huiuſmodi crimine inquirere contra epiſcopos nequeunt, aut eius prętextu procedere contra eos: niſi in litteris commiſſionis Apoſtolicæ, [h] quod hoc poſſint, contineatur expreſſe. [i] Si tamen inquiſitores ipſi epiſcopos vel alios ſuperiores pręlatos ſciuerint, vel inuenerint circa crimen hęreſeos commiſiſſe, aut eos de hoc diffamatos exiſtere, vel ſuſpectos: id tenebuntur ſedi Apoſtolicæ nunciare. [k]

¶ Idem.

¶ Non derogatur ordinariis ſuper proceſſu hæreticorum, licet Papa generaliter alteri deleget. Et ſuper eodem facto epiſcopus & inquiſitor poſſunt procedere communiter vel diuiſim, vel proferre ſententiam; in qua ſi diſcordant, debent Papæ referre. Et epiſcopi qualitercunque procedant, debent ſeruare modum inquiſitoribus impoſitum. hoc dicit. Domin.

CAP. XVII.

Per † hoc quod negotiū hęreticę prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apo

[a] ¶ Volumus.] ĩ dixit, declaramus: hic dicit volumus: quia in quantum punit deſcendētes per maſculinū, declarat: ius vetus: in quantū deſcendentes per femininū ſtatuit ius nouū ad idem ĩ. de pœn. vbicumque. Et bene facit hæc littera ad quæſtionem, qua quærit, an filij illegitimi includantur hac prohibitione? & vĩ ꝙ non: quia non ſunt in patris poteſtate. Inſtit. de nupt. circa finem. ſed ꝙ poteſtas nil operetur, probat hæc littera, quę punit deſcendētes per maternā lineam primi gradus, cum tamē filius in poteſtate matris nō ſit. & hoc † æquū ne plus habeat luxuria, quàm caſtitas. in auth. de reſti. & ea. quæ pa. in fin. coll. 4. licet interdum ſecus. ĩ. de biga. quia circa. verum quòd iſti alio capite prohibentur, & à ſucceſſione, vt ſupra qui fil. ſint legiti. per venerabilem. in fi. & ab honoribus. 56. diſtin. per totam. ſupra de fil. presbyt. per totum.

[b] ¶ Eſſe.] nunc quia viuunt.

[c] ¶ Reincorporatos.] quia lapſi fuerāt ſimpliciter, non relapſi. de quo dic, vt ſupra eo. tit. & li. accuſatus.

[d] ¶ Inſiſtūt.] ad hoc ſupra, de tempo. ord. ex tenore. & ſupra de fur. cap. vltimo.

[e] ¶ Parati.] ex quo non ſtat per eos, non eis debet imputari. de hoc ſupra de eo qui mit. in poſ. c. 1. & 2.

Inquiſitores.] Primo ponit dictū, à quo vnū caſum excipit: ibi, Niſi. Secūdo inquiſitores informat, quādo exceptio locum non habeat: ibi, Si tamen. Ioan. An.

CASVS. Papa deputauit aliquos inquiſitores in prouincia Burdegalenſi ſub hac forma: Mandamus, vt auctoritate Apoſtolica poſſitis inquirere de prauitate hæretica contra quaſcūque perſonas, cuiuſcūque dignitatis, auctoritate, vel p̄rogatiue exiſtant: vtrum inquiſitores virtute iſtorum verborū generalium poſſint inquirere cōtra ep̄os. R̄ndet ꝙ non: niſi ſpecialiter fuerit eis data facultas inquirendi cōtra ep̄os: ita ꝙ non ſufficiūt verba quantumcūque generalia: ideo licet inquiſitores ſciant aliquem ep̄m hæreticum, non poterunt virtute ſuæ commiſſionis inquirere contra epiſcopum: ſed poterunt & debebunt illud denunciare Romano Pontifici, vt det eiſdem inquiſitoribus facultatem ſpecialem inquirendi contra ep̄os: vel vt aliis committat illud negotium: vel vt aliàs faciat ſecundū quod ſibi videbitur. Nota primo, ꝙ in conſtitutione odioſa non comprehēduntur epiſcopi, niſi fiat expreſſa mentio de ipſis. Nota, quod vbi requiritur expreſſa mentio alicuius non ſufficit mentio generalis quantumcunque fiat per verba generalia, quæ videntur comprehendere perſonam, de qua debet fieri expreſſa mentio.

[Prima gloſſa ſummat.]

[f] ¶ Inquiſitores.] Inquiſitor Papæ ſuper hæreſi, ſine ſpeciali mandato non inquirit cōtra epiſcopum. ſed ſi eum culpabilē ſciuerit, nunciabit Papæ.

[g] ¶ Quibuſlibet.] de quibus minus dubitatur.

[h] ¶ Apoſtolicæ.] non hanc lrām: non dicit in litteris cōmiſſionis Apoſtolicę. vel aliorū a q̄bus deputati fuerunt, ſ̄m quod dixerat in prin. 3 p̄ quod omiſſum vĩ, ꝙ inquiſitor deputatus ab alio, quam à Papa, etiā ſi habeat expreſſum mandatum, inquirere non poſſit contra epiſcopū. & licet antiqua iura dicāt, ꝙ ſynodus audit cauſā criminalē epiſcopi, licet definitionem Papæ reſeruet 3. q. 6. accuſatus & c. ſeq. 5. q. 4. duodecim. tamen cōmittere non poterunt in hoc caſu: & iſti inquiſitores non poterunt inquirere, etiā vt inſtructam 3 remittāt cauſam. ĩ. de app. conſtitutis. quia non ſolum definitio, ſed proceſſus & inquiſitio eſt ipſis interdicta per hoc c.

ADDITIO: Concor. ĩ. eo. vt inquiſitionis. §. prohibemus & quod ibi not. in glo. 2. in fi. Ioan. And.

[i] ¶ Expreſſe.] quantūcumq; igitur ſint verba expreſſa generalia: puta vt inquirere poſſit cōtra quoſcunq; cuiuſcunq; cōditionis, dignitatis, aut ſtatus, non inquireret cōtra ep̄os: niſi id exprimatur propter prærogatiuam ep̄orū. ad idem ĩ. de ſent. exc. quia periculoſum.

[k] ¶ Nuntiare.] q̄ cito poterunt p̄p̄ periculum quod ex facto poſſet inſurgere. cōcor. ĩ. eo. lib. de cle. arg. c. vni.

Per hoc ꝙ negotium.] Tres ſunt partes, quæ patēt: Secunda ibi, Verum. Tertia ibi, Siue. Ioan. And.

CASVS. Papa deputauit inquiſitorē in diœceſi Pictauen. cōmittendo ſibi facultatē inquirēdi generaliter cōtra quoſcūque hæreticos: verū Papa per illā cōmiſſionem videatur ademiſſe poteſtatem ordinario iudici vt

non

† Idē Io. A. Ph. notātes ex g. qñque appellatiōe filiorū venire illegitimos Bal. in l. ꝓnuntiatio. ff. de ve. ſig. Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. pulchre Hip. l. infans. ff. de ſicar. Fon.

† Vide cōc. Tri. ſeſ. 24. de refor. c. 5. & Reper. totū inq̄ſi. verbo ep̄s.

3 Et ſimile in cle. de p̄ben. p̄ iſta. vt ibi no. in gl. an rep & ibi remittam. idem Io. Mon. & Arch. Io. A.

† Declarat hoc c. p̄ extrauā. Benedicti inc. ex eo. h. tit. de hæret.

3 Vide Gondiſſaluā tractā. de hær. q. 7. nu. 15.

ſtolica ſede generaliter [a] in aliqua prouincia, ciuitate, vel diœceſi delegatur, diœceſanis epiſcopis, quin & ipſi auctoritate ordinaria, vel delegata [b] (ſi habent) in eodem procedere valean', nolumus derogari. ¶ Verum ut dictũ inquiſitionis negotiũ efficacius, melius, vtiliuſque procedat: concedimus, ꝙ per epiſcopos ipſos, & per inquiſitores de facto eodem inquiri valeat communiter vel diuiſim: [c] & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur [d] ſibi inuicem cõmunicare proceſſus, ut per hoc poſſit melius veritas inueniri: [e] & niſi hoc caſu inquiſitores in ſententiæ prolatione diœceſanis vel è contra duxerint deferendum, [f] per vtroſque ſimul ſententia [g] proferatur: in qua ferenda ſi non cõuenerint, per vtroſque negotium ſufficienter inſtructum ad ſedem Apoſtolicam remittatur. [h] † [i] Siue autem ordinaria, ſiue delegata epiſcopi poteſtate procedant: illum in procedendo modum obſeruent, quem inquiſitores poſſunt & debent per iura [i] communia, vel per ſpeciales cõceſſiones, ſeu ordinationes [k] ſedis Apoſtolicæ obſeruare.

¶ Idem.

¶ *Epiſcopis & Inquiſitoribus hereſis non reſiſtãt, ſed omnino pareant domini temporales, & de eo crimine non cognoſcant: alias prout dicitur hic, puniuntur. hoc dicit, ſecundum Zenze.*

CAP. XVIII.

VT Inquiſitio-

non poſſit inquirere contra hæreticos? Videtur ꝙ ſic: per c. ſtuduiſti de offi lega. in antiq. vbi ſi Papa mandet alicui legato cognitionem alicuius cauſæ ſpectantis ad iuriſdictionem iudicis ordinarij videtur illam adimere a iudice ordinario: ita ꝙ manus ipſius ordinarij ſint clauſæ, vt non poſſit de illa cauſa cognoſcere: ſic in ꝓpoſito videbatur in negotio fidei: cum Papa committit alicui inquiſitori negotium fidei, ꝙ videatur cognitionem illius ademiſſe à iuriſdictione iudicis ordinarij. Hoc tamen non obſtante, rñdet Romanus Põt. in ↄ̄riũ, ꝙ per hoc nõ eſt ſuſpenſa neque ligata iuriſdictio iudicis ordinarij: & inter ipſos non eſt locus ꝑuentioni: immo quilibet ipſorũ poterit ꝑ ſe cognoſcere, ↄ̄ c diſpẽdia. ſ. de reſcriptis iſtomet lib. & iſtud fuit ordinatum in fauorẽ fidei: Sed ponamus ꝙ ordinarius loci cœpit inquirere & procedere ↄ̄ aliquem hæreticũ: vtrum contra eundẽ & eod. tpe poſſit Inquiſitor inquirere & procedere? Rñdet ꝙ ſic: & ſi velint, poſſunt ſimul ꝓcedere: ſed ſi velint, poſſunt ſeparare & ſeparatim procedere: Sed demũ concluſo, & renuntiato in cauſa, debent Inquiſitor & ordinarius conuenire in eodem loco, & cõicare ſuos proceſſus. Et ſi poſſunt conuenire in eadẽ ſententia: certum eſt ꝙ habent ferre ſententiã: ſi vero non poſſunt concordare, debent referre ad Papam. No. ibi, Sede Apoſtolica, ꝙ ordinarius procedens contra aliquem hæreticum, debet obſeruare illum ordinẽ, quẽ obſeruaret Inquiſitor deputatus à ſede Apoſtolica. Sed quæritur, quis eſt ille ordo, quem obſeruaret inquiſitor Papæ? Rñdet ꝙ partim eſt expreſſus in corpore iuris cõis: & partim eſt expreſſus in ſua cõmiſſione. No. vt dr̃ in c. ad abolendam. eo. ti. in antiq. ꝙ ſi exẽpti ſint ſuſpecti de hæreſi, Papa facit ordinarios ſuos delegatos tamquam ad aliud crimen hæreſis, vt auctoritate Apoſtolica non ordinaria procedant contra tales exẽptos: ſed quantum ad non exemptos, ipſi procedant auctoritate ordinaria.

{Prima gl. notat a contrario.}

[a] ¶ Generaliter.] bene dicit: quia ſecus eſſet, ſi fieret de certis [1] criminibus & perſonæ ſpecialis commiſſio: quantum enim ad illam cauſam præiudicaretur ordinariæ poteſtati, vt ſupra, de offic. deleg. ſtuduiſti. quia generi per ſpeciem, &c. inf. de reg. iur. generi. cum ſuis concord.

ADDITIO. Idem cũ gl tenet Arch. & idem Io. Mo. licet prius effuderit multa verba, &c. Io. An.

{Glo. ſecunda ſpecificat dupliciter delegationem hominis & iuris.}

[b] ¶ Delegata. ſi habent.] forte habent delegatã [2] ab homine: quod accidit in ord. ..., cum Papa l. bi committit crimen, ſecus ſi eũ monet ad ſuũ officiũ excitando. quod dic, vt ſ. de offi. ord. licet. & c. graue. vel habẽt delegatam à iure: ſicut eſt videre in hoc crimine ſuper exemptos. ſ. eo. ti. ad abolendam. in fi.

[c] ¶ Diuiſim.] & ſic plures Inquiſitores communiter & diuiſim de hoc crimine cognoſcere poſſunt. ſ. eod. ti. & lib. vt officium ſaluo eo quod dicitur j. eo. multorum. in clem.

[d] ¶ Teneantur.] no. ꝙ non dicit, poſſint: vnde nõ relinquitur eorum voluntati: cũ ius hoc neceſſitati ſubijciat. Io. And.

{Gl. ſeq. alleg duas concor. quærit, & ſoluit.}

[e] ¶ Veritas inueniri.] ad quod elaborare iudex debet. [3] 14. q. 2. quãquam. ſup. de proba. quoniam contra. Sed quid dices, ſi proceſſus iſti inueniãtur eſſe contrarij? tunc ipſi conſiderabunt, q vero proximiora loquãtur: & per ipſorum dicta ſe iudices informabunt. ſupra de teſti. in noſtra. ff. de teſti. l. 3. 9. diſtin. ego ſolus. Si autẽ epiſcopus ſecundum ſuum pronuntiare vult proceſſum, Inquiſitor ſecũdum ſuum: quid iuris j. ſequitur.

[f] ¶ Deferendum.] ad idem ſ. de reſcrip. paſtoralis.

{Gloſſ. ſeq. ſoluit contrarium.}

[g] ¶ Sententia.] licet ergo de vnius delicto inquiratur per plures etiam diuiſim: vnica tñ ſententia fertur. Et ſic non obſtat ſ. de off. leg. licet. ff. nau. cau. ſta. licet. vbi dicitur, quod de delicto vnius ſæpius non quæritur: quia illa loquuntur qñ iam pronunciatum eſt. quod dic, vt no. 2. q. 5. habet hoc proprium. & ſ. de accuſ. de his.

ADDITIO. Idem tenet. Io. Mon. & Arch. qui alleg. no. per Innoc. de pur. cano. c. penul. Io. An.

[h] ¶ Remittatur.] quid iuris aliàs cum iudices diſcordant, habetur ſ. de re iud c. vlt.

[i] ¶ Iura communia.] ſup. & inf. hoc eo. ti.

[k] ¶ Ordinationes.] etiam huic volumini non inſertas, dummodo non his conſtitutionibus contraria, j. e. c. vl. in fi. ſunt enim ibi reſeruatæ: & de his loquitur proœmium huius lib. in fi.

VT Inquiſitionis.] Iudices ſæculares tenentur obedire in negotio fidei epĩs & Inquiſitoribus, præcipue in ijs, de quibus in littera. Item crimen hæreſis eſt mere eccleſiaſticum: ideo iudex ſæcularis de eo nullo modo poteſt cognoſcere: nec principaliter nec incidenter. hoc dicit.

CASVS. Epiſcopus Pictauẽ. vel Inquiſitor à ſede Apoſtolica deputatus, vult ↄ̄ aliquem hæreticum procedere forte ad ipſius captionem & incarcerationem. videns ipſe epiſcopus vel inquiſitor ꝙ non eſt ſufficiens ad ipſum capiendum, requirit iudicem ſæcularem, vt ſibi prabeat auxilium: vtrum iudices ſæculares tenentur obedire epiſcopo vel Inquiſitori ſedis Apoſtolicę in captione & incarceratione ſuſpectorum de fide? Reſpondet Pontifex, dicens, quòd leges factas à Federico Impe-

[1] Vide Philippum Decium, conſil. 137.

[2] Quis poſſit vti ordinaria & delegata poteſtate, & an quando iuriſdictio datur inferiori intelligatur data priuatiue, an vero accumulatiue, vide late Felyn & Dec. in ca. cæterũ. de iud.

[3] † Vide Zãchinũ tract. de hæret. c. 15. & Repertorium inquiſitorũ verbo, Epiſcop⁹. §. quã epiſcopus.

nis [a] negotium contra hæreticam prauitatem, ad Dei gloriam & augmentum fidei noſtris temporibus proſperetur leges [b] † quaſdam per Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc [c] in deuotione Romanæ perſiſtentem Eccleſiæ, promulgatas, quatenus [d] Dei & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorẽ promouent, & hæreticorum exterminium proſequũtur, & ſtatutis canonicis nõ obſiſtunt, approbãtes, & obſeruari volentes: Vniuerſos ſæculi Poteſtates, & dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores, quibuſcunque dignitatibus vel officiis, aut nominibus [e] cenſeantur, requirimus & monemus, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, [f] ita pro defenſione fidei diœceſanis epiſcopis, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis, aut in poſterum deputandis pareant, & intendant in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti, cum ab eis fuerint requiſiti: & vt præfatas perſonas peſtiferas in poteſtatem ſeu carcerem epiſcoporum, aut Inquiſitorum dictorum, vel ad locũ, de quo ipſi vel aliqui ex eis mandauerint, infra eorundem dominorũ poteſtatem, vel rectorum diſtrictum ducant, vel duci faciant ſine mora: vbi per viros catholicos [g] à præfatis epiſcopis, ſeu Inquiſitoribus, vel eorum aliquo [h] deputatos, ſub arcta & diligenti cuſtodia teneãtur, donec eorum negotium per Eccleſiæ iudicium terminetur. ¶ Vtque de hęreſi à diœceſano epiſcopo, vel Inquiſitore ſeu Inquiſitoribus condẽnatos, prę-

ratore, inquantum reſpiciunt fauorem fidei illas approbat: poſtea præcipit, vt iudices ſæculares in prædictis pareant & intendãt epis & Inquiſitoribus fidei à ſede Apoſtolica deputatis. Sed quæritur vtrum iudices ſęculares poſſint de iſto crimine cognoſcere ſaltem ꝯ mere laicum? Rñdetur ꝙ non: quia crimen hæreſis eſt mere eccleſiaſticũ hoc eſt, crimen hæreſis eſt mere de foro eccleſiaſtico: & ideo iudices ſæculares nõ poterũt de eo cognoſcere, nec principaliter, neque incidẽter. Poſtea imponitur pœna poteſtatibus ſæcularibus facientibus ꝯ iſtam conſtitutionẽ. [Olim.] No. ꝙ Federicus fuit aliàs Imperator Romanus, ſed poſtea per Innocentiũ quartum fuit depoſitus eo quòd erat ſchiſmaticus c. Apoſtolicę. ſup. de re iud. eo. li. [Terminetur.] Si epiſcopus vel Inquiſitor habeat carcerem, poteſt eligere, vt ſuſpectus de hæreſi reponatur in ſuo carcere, vel in carcere iudicis ſæcularis: & ꝓ captione, & conductione hæreticorum poteſt requirere poteſtatem ſæcularem, vt ſibi præbeat auxiliũ circa ſuſpectos de hæreſi: ſed tamen poteſtas ſæcularis non adhibebit cuſtodiam ad cuſtodiendũ iſtos ſuſpectos: ſed ipſe epiſcopus vel Inquiſitor. [Indilate.] Vnde ſententia lata in cauſa criminali poteſt mandari executioni ſtatim non expectato lapſu decem dierum: ideo dicit textus, Indilate. Veruntamẽ tenet Panor. ꝙ etiam in cauſa criminali non debet ſententia exequi, niſi prius lapſis decem diebus: licet iſtud non ſeruetur, immo illa die qua fuit lata ſniã demandatur executioni. [De hoc crimine.] Iſtud crimen eſt mere de foro eccleſiaſtico: ſacrilegium eſt miſti fori: ideo ſi laicus ſit ſacrilegus poteſt accuſari coram iudice eccleſiaſtico vel ſæculari: ſed inter eos eſt locus præuentioni: iuxta notata in c. cum ſit generale, de foro comp. No. ex iſto capitulo principalem effectũ, ad quẽ emanauit præſens cap. videlicet, ꝙ ſi epiſcopus vel Inquiſitor prauitatis hæreticæ cognoſcat ſe impotentem ad capiendum ſuſpectum de hæreſi, vel alium malefactorem, poteſt requirere iudicem ſæcularem: & quod plus eſt, poterit eum monere ſub pœna excommunicationis: & poteſtas ſæcularis tenetur ſibi impertiri auxilium. Idem dicendum eſt cõtra, vt ſi poteſtas ſæcularis habeat aliquem ſubditum quem non poteſt comprimere, ſi ille ſubditus poteſtatis ſæcularis timeat excõicationem, poteſt iudex ſæcularis requirere iudicẽ eccleſiaſticum, vt talem ſuum ſubditũ excõicet: & hoc facere tenebitur ipſe iudex eccleſiaſticus. ca. 1. de offi. ord. in antiq. Not. vnum caſum, in quo iudex ſæcularis non poteſt ſuum ſubditum, puta mere laicum condemnare: videlicet quando crimen eſt mere eccleſiaſticum, vt ſi ſit crimẽ hæreſis. No. vlterius ꝙ iudices ſæculares facientes ꝯ iſtam conſtitutionẽ ſunt excõicati: tñ ab illa excõicatione poterit iudex ordinarius abſoluere, ex quo Papa nõ reſeruauit ſibi abſolutionẽ. c. nuper. de ſent. excõ. in anti. No ꝙ iudex ſæcularis ſi illã excõicationis iniam ſuſtinuerit per annũ, corde & aĩo induratus, eſt cẽſendus hæreticus, & tanq̃ hęretic⁹ poterit condemnari.

[Prima gl. diuidit & ſummat.]

a ¶ Vt iquiſitionis.] primo approbat, & ſeruari pcipit leges canonibus non ꝯtras per Federicũ contra hæreticos promulgatas. Secũdo præcipit rectores locorũ parere inquiſitoribus, ordinario, vel alteri eorũ in inueſtigatione, captione, cuſtodia, & punitione hæreticorũ, & fautorũ ſuorũ, eorum proclamationibus vel appellationibus non obſtantibus; ita tñ ꝙ de illo crimine (cũ ſit mere eccleſiaſticũ) nec iudicẽt, nec cognoſcãt, nec ob hoc captos ſine licentia relaxent, nec exequi detrectẽt, vel ipſorum proceſſus impediant. Contrafacientes, & no parentes, & eorum fautores excommunicat quam ſi per annũ ſuſtinuerint, vult eos, vt hæreticos condemnari. hoc dicit.

b ¶ Leges quaſdã.] has leges fertur quod Clemens ſub bulla redegerat: ſed eas aliter non habemus tamen quaſdam authenticas Federici: de quibus etiam forſitan intellexit hic Bonifacius, C. de epiſco. audi. authent. ſtatuimus. ſignata ſuper l. iubemus. C. de hæret. & Manichæ. authent. credentes, authent. ſi uero dominus. & authent. Gazaros. habebamus etiam olim quandam ipſius conſtitutionem in quarta compilatione, quæ incipiebat: Hac edictali. aliàs hac decretali. & erat ſub titu. de conſtitutio. & eadem compilatio, quæ incipiebat Gazaros. ſub titulo de hæreticis.

c ¶ Tunc.] hoc dicit: quia poſtea receſſit à deuotione Romanæ Eccleſiæ: & per Innocentium quartum in cõcilio fuit depoſitus ob certas cauſas. ſup. eo lib. de re iudi. ad Apoſtolicæ.

d ¶ Quatenus.] ergo aliàs non approbat: quia non tenent. concor. 10 diſtin. c. 1. & facit quod no. 37. diſtin. ſi quid veri. 19. diſt. c. 1.

e ¶ Nominibus.] concor. ſup de electio. fundamenta. eod. lib.

f ¶ Fideles.] quis enim fidelis, quis non doleat fide læſa? inf. de pœn. fęlicis. ad fin.

g ¶ Catholicos.] vnde non per Iudæos, hæreticos, vel paganos, qui quo ad prædicta ſuſpecti ſunt. & eſt ſi. ſup. de Iudæis. c. penul.

h ¶ Vel eorum aliquo.] hodie dic, vt in cle. eo. ti. multorum. §. iane. & §. ſeq.

† Hæ Federici Imperatoris leges, quarum hic meminit Bonifacius iuſſu Illuſtriſs. Cardinaliũ Inquiſitorũ generaliũ in vniuerſa repub. Chriſtiana, ſunt impreſſę inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis, Romæ anno Domini 1578.

a ¶ Indi-

fati Poteſtates, domini tẽporales, ſiue rectores, vel eorum officiales, ſeu nuntij ſibi relictos ſtatim recipiant indilate [a] animaduerſione debita puniendos:[b] Non obſtantibus appellationibus, ſeu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorũ: cum tam ſecſidum ordinationem [c] prædeceſſorum noſtrorũ, quàm ſecundum legem Imperialem,[d] appellationis, & proclamationis beneficium expreſſe ſit hęreticis, & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus interdictum. ¶ Prohibemus quoque diſtrictius Poteſtatibus; dominis temporalibus, & rectoribus, eorumdemq; officialibus ſupradictis, ne ipſi de hoc crimine (cum mere ſit eccleſiaſticum) quoquo modo [e] cognoſcant, [f] vel iudicent: ſiue captos pro eodem crimine abſque dictorum epiſcoporum ſiue inquiſitorum, aut ſaltem alterius eorumdem licentia vel mandato, à carcere liberent: aut executionem ſibi pro huiuſmodi crimine à dięceſano, vel inquiſitoribus, ſeu inquiſitore iniunctam, promptè (prout ad eorum ſpectat officium) facere ſeu adimplere detrectent: † vel aliàs dięceſanorum, aut inquiſitorum iudiciũ, ſententiam, ſeu proceſſum, directe vel indirecte [g] impedire pręſumant. ¶ Si quis vero de prędictis Poteſtatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, ſeu balliuis contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio ſæpefatis dięceſano epiſcopo, vel inquiſitoribus incumbenti ſe opponere forte præſumpſerit, vel ipſum aliquatenus impedire, necnon & qui ſciẽter [h] in prædictis dederit auxilium, conſilium vel fauorem, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum: [i] quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, ex tunc velut hęreticus condemnetur. [k]

¶ Idem.

¶ *Bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehenſio bonorum fieri non debet per dominum ſæcularem, niſi prius pronunciatũ fuerit ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum, qui hoc poſſit. Io. And.*

CAP. XIX.

CVm ſecundum leges [l] ciuiles, nefarias, na-

Sñiã ſuper crimine lata, ſtatim ẽ executioni mandanda.

a ¶ Indilate.] Not. ꝙ ſententia lata ſuper crimine, ſtatim dilatione poſtpoſita mãdanda eſt executioni. quod idem probatur, 2 q 1. ſicut. de pœn diſt. 1. Adam. fallit in caſibus not. 11 q 3. cum apud. Quid iuris de alijs ſententijs latis ſuper perſonalibus, vel realibus actionibus not. ſ. de offi. deleg. quætenti.

¹ De hoc articulo vide citatos in c. proxime p̃cedenti circa fin.

b ¶ Puniẽdos.] quid ſi inquiſitor, & ordinarius diſcordãt 1 in mandato: quia vnus mandat puniri per ſe condemnatum, alter mãdat relaxari per ſe abſolutum? ſatis videtur ſuperſedendum donec conſulatur Papa ſupra c. prox.

ADDITIO. Vide quod hic dixi ſuper ver. alterius. Io. And.

c ¶ Ordinationẽ de ordinationibus loquitur Inn. Alex. & Clemens. quæ ſunt reſeruatæ ĩ c. vlt.

d ¶ Imperialem.] ipſius Federici, quam non habemus: ſed approbata eſt ſupra, in princ. Io. Andr.

e ¶ Quoquo modo.] i. principaliter, vel incidenter. concor. ſup. de ord cog. tuã. ſ. qui filij ſint legi. lator. cũ ſi. aliàs tamen cognoſcit iudex 2 incidenter, quod non cognoſcit principaliter. C. de iud quotiens, ſup. de reſt. in integ c. pe. cum ſuis concord.

² al. in ſe capax: quẽ facit incapacem magnitudo cauſę ſm Io. Mo. vide abbatem in cap. eum ſit. de fo. comp.

[Glo. ſeq. ponit regulam, & tres caſus exceptos.]

f ¶ Cognoſcant.] nota ꝙ licet regulariter de qua re iudex cognoſcit pronunciare debeat, ff. de iudic. de qua re. ſ. de cau poſ. cum ſuper. tñ hoc fallit interdũ: ſicut cũ delegans reſeruat ꝓlationẽ ſententiæ ſ. de offic. deleg. ſuper qõnum. ſynodus cognoſcit de cauſa criminali epi, & non pronunciat. 3. q 6 accuſatus & c. ſeq. 5. q. 4. duodecim idem in caſu ſupra de reſcri. cum contingat. vbi ad ſui inſtructionem de iuriſdictione cognoſcit is qui ſuper illa non pronunciat. Hic tamen vtrunque expreſſe vetatur, ſcilicet cognitio, & pronunciatio: quia iudex huius rei non eſt capax. & concor. ĩ. de ſent. excom. ſi iudex. [& ſup. eo. inquiſitores. vt ibi not in fi. 3. glo.]

† In antiquioribus. cõſtanter legitur, detractent.

g ¶ Indirecte.] ad idem ſupra eo tit. & lib. ſtatutum. 3. Ioan. Andr.

h ¶ Scienter.] ignorantes ergo non ligat conſtitutio. ad idem ſupra eo. ti. & lib. c. 2. in princ. & c. vt commiſſi. in fi. & c. decreuit.

i ¶ Percuſſum.] nota canonem latæ ſententiæ: & quia non reſeruat abſolutionem Papæ, ordinarius abſoluere poterit. de ſen. excom. nuper. in antiq.

k ¶ Condemnetur.] ad idem ſupra eod. tit. & lib. cum contumacia.

CVm ſecundum.] Duæ ſunt partes. Prima loquitur de confiſcatione. Secunda, de apprehẽſione, ibi, Confiſcationis. Et prima facit duo: inducit enim tria, vel quattuor argumenta legalia, ex quibus cõcludit ibi, Bona. Secundum argumentum ibi, Et mulier. Tertium ibi, Ac etiam. Quartum ibi, Aut rerum. Io. Andr.

¶ Præmitte pro euidentia, quod habetur ſ. eo. tit. excommunicamus. 1 & 2. reſpon. vbi dicitur quòd bona hæreticorum confiſcantur. Dom.

CASVS. Aliquis Titius, qui plura bona poſſidebat ĩ diuerſis territorijs, diabolo ſuggerente & inſtigante fuit lapſus in hæreſim: nunquid ipſo facto perdit dominium ſuorum bonorum, & dominiũ ipſorum trãſit in fiſcũ? & ꝙ illud ſit verum, oſtendit Rom. Pontifex triplici argumento legali: Nam Papa hic enumerat tria crimina, in quibus ipſo facto fit confiſcatio bonorum: ergo multo magis in crimine hæreſis: quod eſt maius crimẽ, quàm ſint illa tria crimina. Sed ſanctiſſime, pater, vtrum fiſcus poſſit capere illa bona tamquam ſua antequam Titius ſit de crimine condẽnatus? Reſpondetur, ꝙ primo oportet quod ipſe Titius per ſuum iudicem ordinariũ, qui eſt ſuus iudex competens fuerit hæreticus declaratus; & tunc demum facta declaratione poterit fiſcus occupare illa bona. Nota primo, quòd nuptiæ contractæ cum conſanguineis, dicuntur eſſe contra ius naturale. Nota ſecundo, quód Imperator poteſt auferre dominium rerum ſingulis perſonis cauſa legitima ſubſiſtente. vide Innoc. de conſti. quæ in eccleſiarum. Domin.

[Prima glo. ſummat.]

l ¶ Cum ſecundum leges.] Bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehenſio bonorũ fieri non dẽt per dñm ſæcularem, niſi prius pronunciatũ fuerit ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum, qui hoc poſſit. Io. And.

a ¶ Naturæ contrarias.] in quibus ſexus perdit formã: & ſcelus eſt tale ꝙ non proficit ſcire. Venus mutatur in aliam formam. C. de adul. l. cum vir. & omniũ carnaliũ criminum peſſimum ¹ eſt vitus cõtra naturam. 32. q. 7. adulterij. & ſi totus mundus vteretur illo vitio, non excuſat. ea. cau. & quæſt. flagitia.

¹ Peccatũ ꝯ naturam eſt omniũ carnalium peſſimum, de quo vide plene B. Tho. 2. 2. q. 154. art. 12.

turæ ᵃ contrarias inceſtas nuptias contrahentes, eo ipſo ᵇ ſuarum dominium rerum perdant: ᶜ Et mulier, ᵈ humanam ᵉ legem tranſgrediens, & (præſertim parentibus ſuis non conſentientibus) raptoris † nuptias eligens, bona omnia, quę per legem ſibi obuenerant à raptore, ac aliis conſortibus ᶠ raptus, ipſo iure ᵍ amittat: certoque ʰ caſu deferantur in fiſcum: Ac etiã illicitas ⁱ ſpecies tranſuehens: Aut rerum vectarum profeſſionem ‡ omittens, ᵏ earundem ſpecierum & rerum proprietate hoc ipſo priuetur: & fiſco rerum, & ſpecierum dictarum proprietas acquiratur: Bona ˡ hæreticorum (qui grauius, ᵐ horribilius, ac deteſtabilius quàm prædicti ⁿ delinquunt) ipſo iure ᵒ de fratrum noſtrorum conſilio decernimus cõfiſcata. ᵒ Confiſcationis tamẽ huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorũ occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales, (iuxta Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri declarationem ᵖ) antequã per epiſcopũ loci, vel aliam perſonam eccleſiaſticã, ᵍ quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſentẽtia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.

† Vide cõcil. Triden. ſeſſ. 24. de refor. mat. c. 6.

‡ al. profeſſionem.

¶ Idem.

¶ *In cauſa hæreſis proceditur ſimpliciter & de plano: & dicta teſtium & accuſatorum non publicãtur ſi periculum timeatur. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. XX.

STatu-

b ¶ Eo ipſo.] propter hoc facit ad propoſitum.

c ¶ Perdant.] C. de inceſt. nupt. l. cum ancillis. & l. ſeq. & l. ſi quis. ff. de ritu nup. l. inceſtæ. & inſt. de nupt. §. ſi aduerſus.

d ¶ Et mulier.] repete, & cum ſecundum leges ciuiles, mulier, &c. quare hoc dicam, videbis ĩ. & dic mulier ingenua. C. de rapt. virg. l. vnica. § & ſi quidem: in ancillis enim & libertinis non habet locũ pœna maiorum, vt ibi.

e ¶ Humanam legẽ.] C. de raptu virginũ. l. vnica. & bene dicit humanam, id eſt, ciuilẽ: quia ſm canonum legẽ ſecus: rapta enĩ ſm nos licite ꝯhit cũ raptore, ſi prior diſſẽſus tranſeat in cõſenſum. 36. q. 2. tria. & c. ſeq. & ſ. de rap. ca pe nul. & vlt.

f ¶ Conſortibus.] delicti, vt quia comitati ſunt raptorem in inuaſione vel rapina, vt in prædicta l. vnica. C. de rapt. vir. l. vnica. § pœnas autem.

g ¶ Ipſo iure.] propter hoc facit ad propoſitum: & habes hoc in Auth de rap. mu. quæ ra. nu. in fi. coll. 9.

[Glo ſeq. primo exponit litteram: ſecundo quærit. ponit opi. Io. & contrarium ſoluit.]

h ¶ Certoque caſu.] cũ parentes mulieris non ſuperſunt, nec alter eorum: vel ſuperſunt ipſi, vel alter cõſenſerit talibus nuptijs, hoc caſu bona deuoluuntur ad fiſcum, vt in prædicta Auth de rap. mulie. in fi. Sed nunquid de iure canonico habebit locum hæc pœna: cum ſm canones licite contrahat, vt ſup. dixi? No Io. ² 36. q. 2. de puellis. aliàs §. quibus. ꝙ pœna iſta locum non habebit ſecundum canones, ſecundum quos ceſſat interdictum: niſi cum ſponſa alterius rapitur. 27. q. 2. ſtatutum & accedat quod no. 2. q. 3 § notandum. in fi. de ſecun. nupt. c. penult. & vlt. & ſecundum hoc bene dixi. ĩ. repete, & cum ſecundum leges ciuiles: quia ſecundũ canones ꝯ. Sed ſatis vĩ, ꝙ licet ſecundum nos teneat matrimonium, pœna legis habeat locũ in ijs quæ non eſſent de tẽporali iuriſdictione eccleſiæ: cũ enim illa ibi tractet de lucro captando, non de diminutione ſui patrimonij: & pœna illa ſibi per legem obueniat: quare lex eo quod confert priuare non poteſt; ³ & accedat ꝙ dixi ĩ. de reg. iu. c. 2. ſecus forte in pœna, de qua in prædicta decr. vlt. de ſecun. nup. ibi enim priuat lex eo quod non cõtulit. [Facit. ff. de adop. ſi arrogator. Io. And.]

² Quod hic videtur placere Arch. Io. And.

³ Quaſi ſub conditione tulerit ſi raptori non nubat.

i ¶ Illicitas.] vt is qui defert arma, ferrum, & lignamina Sarracenis. de Iudæis, ita quorundam. Ioan. Andr.

k ¶ Omittens.] hoc habet locum in priuato. ff. de vectiga. l. fi. §. diuus. in milite non, vt C. eo. ti. l. 3. & habes hoc quod hic dicitur. ff. eo. ti. l. commiſſa. C. eo. ti. l. omnium, & l. ſi quis. cum ſim.

l ¶ Bona hæreticorum.] ſecus in bonis Eccleſiarum, in quibus intitulati erant ipſi hæretici, vt in cle. eo. ti. volentes. poſt principium. Io. Andr.

m ¶ Grauius.] ergo ſunt grauius puniendi. 24. q. 1. non afferamus.

n ¶ Quàm prędicti.] ſcilicet ꝯhentes nefarias nuptias: rapta quæ cũ raptore ꝯxit: tranſuehens illicitas ſpecies: vel rerum vectarum profeſſionem omittens. Ioan. And.

[Gl. ſeq. dicit determinatum antiquum dubiũ: & dicit à quo tempore, cauſam prorogat. arg. ad quæſtionem, & remittit.]

o ¶ Ipſo iure.] determinatum ſit ergo qđ olim dubitabatur per decre. ſ. eod. excõmunicamus 1. 2. rñſo. vbi dicebatur: ita ꝙ bona damnatorum ſi laici fuerint, confiſcentur. intelligamus ergo cõfiſcentur ipſo iure, vt hic vides & intelligo ipſo iure confiſcata à tempore cõmiſſi criminis. C. eod. tit. l. 4. Idem dico in crimine læſæ maieſtatis. ff. de don. l. donationes. ſecus eſt in alijs criminibus. ff. de dona. l. poſt contractum. ⁴ Et puto confiſcationem hanc locum habere, etiam ſi ille catholicos filios habeat & iſte tex. non diſtinguit: ſuper hoc tamen fuerunt opiniones no. ſ. eo. ti. vergentis.

⁴ Si tamen alienatio facta eſſet ꝑ volentẽ cõmittere maleficiũ, qđ poſtea commiſit, vt in Spec. de dona. verſ. itẽ pone aliqui. & qđ ibi dixi. Io. And.

ADDITIO. Bona damnatorũ de hęreſi, ſunt ipſo iure confiſcata à tẽpe commiſſi criminis, intantum ꝙ vendicantur ipſa bona per officium vel fiſcum de manibus poſſeſſoris, nullo dato pretio per quotcunque manus tranſiuerint, vel aliquid loco pretij eſſet in bonis hæretici. Arg. ff. ſolu. matr. ſi cum dotem. §. fin. & l. ſeq. ff. de leg. 2. l. Imperator & l. ſeq. &c. Io And.

p ¶ Declarationem.] quam hodie non habemus.

q ¶ Eccleſiaſticam.] ſæcularis enim ſuper hoc eccleſiaſtico crimine iudicare non poteſt. ſ. c. prox. §. pen.

STatuta.] iſtud capitulum diuiditur in tres partes. In prima parte oſtendit, ꝙ in cauſa hæreſis eſt procedendum ſummarie, & de plano, ſine figura & ſtrepitu iudicij. In ſecunda parte: ibi. Iubemus. oſtendit qualiter in cauſa hæreſis ſit procedendum, ſi immineat periculum accuſatoris & teſtium. In tertia vero parte: ibi, Conſtitutiones. confirmat conſtitutiones ſuorum prædeceſſorum.

CASVS. Certum eſt, ꝙ à iure cõi eſt certus ordo iudiciarius introductus, qui debet obſeruari in examinatione cauſarum tam ciuilium, quàm criminalium: videlicet, vt offeratur libellus, iuretur de calumnia, fiat litis conteſtatio, vt ſ. de litis conteſtatione, c. vnico. in antiq. & in authen. offeratur libellus. C. de litis conteſtatione. Item ꝙ quædam ſunt de ſubſtantia iudicij ordinarij, ita ꝙ ſine illis proceſſus non valeret. Sed verum

ta [a] quædam [b] fœlicis recordationis Innocentij, Alexandri, & Clementis [c] prædeceſſorum noſtrorũ quibuſdam declaratis & additis recenſentes: Concedimus, quòd in inquiſitionis hæreticæ prauitatis negotio [d] procedi poſſit [e] ſimpliciter & de plano, † & abſque aduocatorum, ac iudiciorum ſtrepitu & figura. [f] ¶ Iubemus tamen, quod ſi accuſatoribus vel teſtibus in cauſa hæreſis interuenientibus, ſeu deponentibus (propter potentiam perſonarum, contra quas inquiritur) videant epiſcopus

Iſta ſint obſeruanda in crimine hæreſis. cũ iudex procedit ꝯ hæreticum? Rñdet ꝙ non: immo ꝯ hæreticũ poterit iudex procedere ſine figura & ſtrepitu iudicij: Vñ iſta verba, ſine figura & ſtrepitu iudicij, important, vt poſſit procedere ſine datione libelli in ſcriptis concludentis: ſed tamen debet fieri petitio verbalis ſcripta apud acta. Item illa verba important, vt poſſit procedi ſine litis conteſtatione, vt probata veritate criminis, fiat condemnatio: tamen ſi reus compareat, eſt facienda litis conteſtatio. Item non debent omitti probationes: tamẽ dilationes breuiores poſſunt tradi. de hoc videatis latius in clemen ſæpe de verb. ſignific. Or ſanctiſſime pater certum eſt vt habetur in cap. qualiter & quando de accuſ. in antiq. quòd quando contra aliquem criminoſum proceditur per viam accuſationis vel inquiſitionis, debent ſibi exhiberi capitula ſuper quibus accuſatur, vel ꝯ ipſum inquiritur. Item nomina & dicta teſtium contra ipſum productorum: & etiam nomina accuſatorum. Sed quid ſi aliquis accuſetur de hæreſi, an iudex teneatur accuſato tradere nomina accuſatoris & teſtium contra ipſum productorum & examinatorum? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: aut imminet periculum accuſatori vel teſtibus, aut eorum conſanguineis: quia iſte accuſatus de hæreſi habet amicos potentes, qui poſſent reprimere vel moleſtare accuſatorem, vel teſtes, vel eorum conſanguineos, tunc iudex non debebit tradere accuſato nomina accuſatoris neque teſtium: ſed tenebitur illa oſtendere alijs perſonis, videlicet Inquiſitori ſi epiſcopus procedat contra ſuſpectum de hæreſi. Si vero inquiſitor procedat: tunc tradat nomina accuſatoris, vel teſtium epiſcopo, vel eius vicario, ſi ipſe epiſcopus fuerit abſens, & alijs perſonis honeſtis. Sed ponamus ꝙ Inquiſitor timet ꝙ epiſcopus vel eius vicarius, aut illæ perſonæ honeſtæ reuelent parentibus & amicis hæretici nomina accuſatoris & teſtium, vel alia ſecreta? Reſpõdetur, ꝙ inquiſitor poterit in eos ferre excommunicationem caſu quo reuelabunt ſecreta, dicendo hoc modo: Profero in vos ſententiam excommunicationis, quam incurretis ipſo facto, quotiens reuelabitis, ſecreta iſta. Si autem eps vel Inquiſitor videat periculũ nõ imminere, poterit exibere accuſato nomina accuſatoris & teſtium: & etiam dicta & depoſitiones teſtiũ: & ſic epiſcopus debet habere rectam conſcientiam, vt iudicet periculum eſſe vbi eſt, & non eſſe vbi non eſt: videlicet cum videat quòd non imminet periculum, faciat exhibere nomina & dicta teſtium. Si autem videat imminere periculum, non faciat exhibere. Nota primo, quòd declarans non dicitur addere: cum hic ponantur iſta verba tamquam diuerſa. vide tex. in clemen. 2. de elect.

† De iſta clauſula vide Lanfrancum cle. ſæpe. in nu. 1. 2. 3. & ibi alios doct. & Bart. in extrauaganti, Ad reprimendum, ī verbo, ſummarie.

Not. ſecundo arg. ꝙ in cauſis ibi proceditur ſimpliciter & de plano, non admittuntur aduocati: & ſic à contrario: ſecus videtur in plenarijs, cum tex. nõ prohibeat intereſſentiam, ſed ipſorum ſtrepitum. Nota ex §. iubemus. quòd in cauſis debet fieri publicatio nominum teſtium, etiam ſi immineat periculum graue contra tales perſonas: quia eſt ſpeciale in cauſa inquiſitionis: contrarium eſt regulare.

[Prima gloſſa diuidit & ſummat.]

[1] ¶ Statuta.] In prima parte vſque ibi, Iubemus. concedit in negotio inquiſitionis hæreticæ prauitatis procedi poſſe ſimpliciter & de plano. In ſecunda dicit quid iuris, ſi ex publicatione nominum accuſatorum & teſtium ipſis periculum immineret: & quid ſi non immineret: & fictiones [2] vitare pcepit, ne dicatur periculum vbi non eſt vel econuerſo. In tertia ibi, Conſtitutiones. ſtatuta prædeceſſorum ſuorum ſuper hoc negotio edita, his conſtitutionibus non aduerſa, corroborat. Ioan. And.

1 Io. Mon. q facit quatuor partes de hac parte facit tertiam. Io. A.

a ¶ Quædam.] aliàs quorundam: aliàs quædam.

c ¶ Clemẽtis.] iſte [2] & alii hic expreſſi multum ampliauerũt officium inquiſitionis: in tantum quòd quia tendebat ad noxam, habuit reſtringi per alium Clementem in clemen. eod. titulo, capitu. 1. & 2. Ioan. And.

2 Hæ duæ gloſſulæ deſunt in antiquiorib. codicibus, & ex lectura Io. An. huc fuerunt tranſlatæ.

d ¶ Negotio.] idẽ a in alijs quattuor caſibus, qui habentur in clemen. de iudi. diſpendioſam.

e ¶ Poſſit.] non dicit per quos: intelligo ergo & per inquiſitores deputatos à Papa, & per ordinarios, & per delegatos ad hoc eod tit. per totum in fi.

(Gloſ ſeq. primo ponit diſtinctionem modernorum hodie terminatam per cle. ſecundo quærit. argu. pro & contra, & ſoluit.)

f ¶ Figura.) diſtinxerunt moderni qui notãt iſtam materiam ī. de accuſ olim Inno. & Hoſt Guli. in Specu. de inquiſitione. §. nunc tractemus, ver. quid igitur. [3] ſi autem detur poteſtas procedendi ſimpliciter, de plano, & ſine iudiciorum ſtrepitu: an addatur ibi illud verbum, ſine iudiciorum figura. Vt primo caſu omnem iudiciarium ordinem ſeruare teneatur in libelli oblatione, in exceptionibus, dilationibus, litis conteſtatione iuramenti & teſtium receptione, & ſententiæ prolatione, & alijs: ſed operabuntur illa verba, ꝙ ſi aliquid omittatur, non ideo vitiabitur proceſſus: & magis poterit partium aduocatorum & teſtium inutilem ſtrepitum refrænare: tñ omittere non poterit litis conteſtationẽ, vel aliud ſubſtantiale, qđ etiam de conſenſu partium omitti non poſſet, vt not ī. de offic. deleg. de cauſis. ſup. eo. tit de re iudi. c. vlt. In ſecundo caſu qñ additur, ibi ſine figura, vt hic: nullum ordinem iudiciarium ſeruare tenetur. argum. ad hoc. C de lati. lib toll. l. vnica. §. ſimilique modo [4] tunc enim ſufficiet ſentẽtia, quàmuis omiſſa ſolemnitate, vt probatur & not. C. quo tum leg. l. vnica. hodie dic in clem. de verb. ſig. ſæpe. & vide qđ ibi not. in 5. gl. Sed dubitari ſolet [5] an inferior à Papa etiam legatus in caſu aliàs non permiſſo à iure, poſſit cognoſcere de aliqua cauſa, vel eam committere de plano ſummarie ſine ſtrepitu & figura iudicij? Et videt̃ ꝙ non [6] abſurdum enim eſſet dicere, ꝙ minor legem maiorum tot vigilijs, & laboribus adinuentam tollere poſſit [6] de elec. c. eccleſia veſtra 2. 21. diſtinct. inferior, C de innoffi. teſta. ſi qñ. Et in cle. de ele. ne Romani. in prin. licet ſucceſſor conditoris, qui pari fungitur poteſtate, illam tollere poſſit. ff. ad Trebel. ille à quo. §. tempeſtiuum. C. de elec. innotuit. ī. eo. lib. de conceſ. præb. c. 2. & ipſe idẽ conditor qui condidit. ī. eo. lib. de reſcr. ſtatutum. §. 1. & præterea regula dicit, beneficium iuris nemini denegari debere. ī. de re. iu. indultum. 28. diſt. de his. In ꝯtrium ꝙ poſſit, vr̃: quia legatus omnia poteſt, quæ Papa ſpecialiter ſibi non reſeruat: gerit enim vices eius: & ſi eſt de latere, maius omnibus poſt principem imperium cenſetur habere ī. eo. lib. de elect. ſi abbatem. Item legatus quando ſibi videtur, ſecundum æquitatem procedit ī de tranſac. c. vlt. & dicit Apoſtolus, in cuius locũ vr̃ eſſe legatus: Omnia mihi licẽt. 11. q. 1. aliud. Ad idẽ, ff. de off. pro con. ſed in aliã. in fi dici põt ꝑ iura prius allegata, ꝙ inferior à Papa ẽt legatus, iuris ſolẽnitates quo ad hoc tollere nõ poſſit in caſibus nõ expreſſis: vnde ꝯ inferiores nõ ſeruantes ꝓdita ſunt appellationũ remedia. 2. q 6. per totũ. ſolus autẽ prin-

3 Arg. hoc tractat ī. e. lib. de elec. indemnitatibus. §. ſi vero. & Io. Mona. hic, quæ omnia recito propter Clem. Io. And.

4 De hoc ī Spec. tit. 2. §. ſupereſt. in fi. 1. col. Io. And.

5 Idẽ Do. Phil. l. nec quicquã. & ibi Bald. ff. de offi. pro conſu. Immo. c. fi. de confir. vti. vel inuti. F.

6 Vnde infert Phil. ꝙ non ponet clauſulam, non obſtante, gloſſ. in clem. 2. in fi. de reſcr. quia illa ponitur à ſolo principe Bal. in l. reſcripta. C. de precib. imper. offe.

vel inquiſitores graue periculum [a] imminere, † ſi contingat fieri publicatio nem nominum eorum: ipſorum nomina non publice, ſed ſecreto coram diœceſano epiſcopo, vel eo abſente [b] ipſius vicario, quando inquiſitores procedunt: quando vero procedit epiſcopus coram inquiſitoribus, ſi haberi [c] commode poſſit copia eorundem, ac nihilominus ſiue epiſcopus, ſiue inquiſitores proceſſerint, aliquibus alijs perſonis prouidis & honeſtis, iuriſque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per † totum proceſſum ſuper quo deliberandum eſt ſerioſe manifeſtari, ac integraliter explicari, & de ipſorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: ſicq; (non obſtante quòd illis, contra quos huiuſmodi depoſuerunt, nomina ipſorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis inſtruendam plena fides depoſitionibus teſtium eorundem. ¶ Et vt eorundem accuſatorum, & teſtium periculis efficacius occurratur, & cautius in inquiſitionis negotio procedatur: præſentis conſtitutionis auctoritate permittimus, quòd epiſcopus vel inquiſitores ſecretum poſſint indicere illis, quibus (vt præmiſſum eſt) proceſſum huiuſmodi explicabunt: & in eos ſi arcana conſilij, ſeu proceſſus ſibi ſub ſecreto ab eiſdem epiſcopo, vel inquiſitoribus patefacta præter eorum licentiam alijs patefecerint, excommunicationis ſententiam quam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant (ſi eis expedire videbitur) promulgare: [d] ſic tamen ꝙ inquiſitores epiſcopum, [e] vel epiſcopus inquiſitores non excommunicent hac de cauſa; ſed ipſi ex iniuncto ex nunc à nobis ſub virtute ſanctæ obedientiæ diſtricto præcepto ad ſecretum huiuſmodi teneantur. ¶ Ceſſante vero periculo ſupradicto, accuſatorum, & teſtium nomina (prout in alijs fit iudicijs [f]) publicentur. ¶ Cęterum in his omnibus præcipimus, tam epiſcopos, quàm inquiſitores puram, & prouidam intentionem habere, ne ad accuſatorum vel teſtium nomina ſupprimenda, vbi eſt ſecuritas, periculum eſſe dicant: [g] nec in eorum diſcrimen ſecuritatem aſſerant, vbi tale periculum immineret, ſuper hoc eorundem conſcientias [h] onerantes. ¶ Conſtitutiones vero, ordinationes, & mandata alia prædeceſſorum noſtrorum in negotio hæreticæ prauitatis facta, conceſſa, ſeu etiam ad conſulta reſponſa, quæ conſtitutionibus ſupraſcriptis † ſuper eadem editis prauitate non obuient, in ſuo volumus robore permanere. [i]

TITVLVS III.

De ſchiſmaticis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *In prima parte ponit arēgam vſque ad verſ. Iacobum videlicet. in qua dicit, quòd Columnenſes Iacobus & Petrus olim Cardinales, & filij Ioannis, fratres ſcilicet dicti Petri, diutius expectati noluerunt*

ceps pōt ius alterius auferre: [1] cognoſcat ergo, & committat ēt legatus ordine iuris ſeruato. Ad hoc ſup. de ver. ſig. ſuper quibuſdam. de iureiu. ad noſtram 3. & c. ego. No ad hoc. ff. de offi. pro. conſul. l. nec quicquam. §. de plano. & §. vbi decretū. legatus enim habet inſtar ꝓconſulis. ſup. de offi. lega. c. 2. co. li. & proconſul ea quæ communia ſūnt præſidibus ſeruare dēt, vt in prædicta l. nec quicquam. in fi. nec in generali demandatione vř mandatū quod ſpecialiter mandaturus non fuiſſet. ſup. eod. de offi. vica. cū in generali. & j. de reg. iu. in generali & delegatus à Papa in cauſa ſibi delegata maior eſt legato. de offi. leg. ſtuduiſti. & ordinario. j. de offic. deleg. ſane 2. & tamē tenetur ordinem iudiciarium obſeruare. ſup. de iud. exhibita. de libel. oblatio. cap. 2. & 3. de lit. cont. c. vnico. cum ſimilibus. Io. And.

a ¶ Periculum.] timetur mors, vel detruncatio ipſorum, filiorum, vel parentū ſuorum, vel deuaſtatio ſubſtantiæ ipſorum, vel his ſimilia.

b ¶ Abſente.] ergo diœceſano præſente corā officiali nō fiet. niſi forte, vt coram honeſta perſona, de qua ſequitur. Ad idē ſup. eod. vt commiſſi. ſup. eo. lib. de offi. ordi. c. 1. in fi. de temp. ord. cum nullus. §. 2.

c ¶ Haberi commode poſſit.] 22. q. 2. faciat homo. ff. de ver. ſi. l. nepos. Io. And.

d ¶ Promulgare.] vbi ergo non fiet talis ꝓmulgatio, licet indicatur ſecretum, reuelans excommunicatus non eſſet.

ADDITIO. Idem Archid.

e ¶ Epiſcopum.] ſi. ſupra eodem titu. Inquiſitores.

f ¶ Iudicijs.] ſupra, de accuſa. qualiter, & quando. §. debet. & tradi debent nomina cum dictis, vt poſſit, & de falſo arguere, & ſe plene defendere, vt ibi: tamen ſi hoc omitteretur parte tacente, non puto vitiari proceſſum. ad hoc ſupra, eodem lib. de accuſat. cap. 1. & 2.

g ¶ Dicant.] ſimi. ſupra, de reſcript. cum contingat.

h ¶ Conſcientias.] ſi. ſupra eo. lib. de reſcript. ſtatutum. §. aſſeſſorem.

i ¶ Permanere.] non obſtante eo ꝙ in huius ſexti libri volumine inſertæ non ſunt. ſunt enim reſeruatæ per hunc textum: & de his exemplifica quod dicitur ſupra in procemio huius libri ad finem, vt ibi etiam dixi.

DE SCHISMAticis.

¶ Dictum fuit ſupra titulo prox. de hæreticis: verū quia ſchiſmatici incidunt in hęreſim, ut cap. inter hęreſim, & ſchiſma. 24. quæſtio. tertia, ideo poſt titulum de hæreticis, adnectit titulū de ſchiſmaticis. Sed pro declaratione tituli quæritur qui dicantur ſchiſmatici? Dicendum quòd ſchiſma accipitur dupliciter, prout ad propoſitum ſufficit. Vno modo ſtricte: & tunc ſchiſmaticus dicitur ille, qui putat poteſtatem Eccleſiæ eſſe apud plures. Et licet ſciat vnum eſſe Papā: putat tamen aliū habere poteſtatem. Et diuidendo Eccleſiam venit contra illum articulum, vnam ſanctam Eccleſiam. Alio modo accipitur ſchiſmaticus large pro illo, qui nō diuidit poteſtatem Eccleſiæ, ita ꝙ non putat poteſtatem Eccleſiæ eſſe apud plures: ſed tñ eſt rebellis: quia non vult obtemperare Papæ, dicens illum non habere poteſtatem. Helias Regnier.

Ad

† Hodie ſēper præſumit immin ere tale periculum, & idō indiſtincte ſolet obſeruari, vt i crimine hæreſis numquam publicentur nomina accuſatorū, vel teſtium. vide extrauagantem Innocentij Papæ, quam affert Regt. Inquiſitorum verbo, nomina.

[2] Præſumitur tamē, ꝙ id faciat ex iuſta cauſa. vide Bald. titu. de allodijs, in vſibus feudorum, & Garſiā in l. Gallus. §. & qd ſi tantum. ff. de liber. & poſthu.

† Dictio, ꝑ, deeſt in manuſcriptis codicibus.

Continuatio domini Heliæ.

† In antiquiorib. cōſtanter legitur, ſupradictis.

Nota quòd ſchiſmatici dirimũt vnitatẽ Eccleſiæ: & ſic dicuntur committere contra articulũ fidei, & vnã ſanctam. vide quæ differentia ſit inter ſchiſmaticum, & hæreticum 24. q. fi. inter hęreſim. Dom.

AD ſuccidendos.] Hodie non legitur, cum in parte reuocata fuerit per extrauag. Benedicti, quæ incipit: dudum bonæ memoriæ. vbi reſtituit iſtos ad omnes pęnas hic inſertas, & non inſertas, præterquam à depoſitione Cardinalatus, beneficiorũ, & eccleſiarum, & inhabilitate ad Papatum: & ad bona confiſcata, quæ erant alijs conceſſa. Sed poſt eũ Clemens quintus clementer illos ad Cardinalatum reſtituit: & ambo in Cardinalatu mortui ſunt.

[a] Et poſt Clemẽtem dñs Io. Papa xxij. iuxta interpretationem nominis gratioſus ad Cardinalatum gratioſe promouit reuerendum in Chriſto patrẽ (quem dignitatis altitudine commendatum, cõmendari non expedit) D. Ioannem natum ex milite, in quo virtutum viget aceruus domino Stephano illius domini Ioannis filio: qui cũ poſthumis fuerat hic damnatus: ac demũ ipſius dicti Cardinalis fratrem do. Iacobum qui hic licentiatus in legibus vno anno in eis extraordinariam ſedem rexit. eccleſiæ Lomborien. præfecit epiſcopum.

ad cor redire, ſed in profundum malorum deſcendentes ſua aggrauabant delicta: quare varias pœnas tulit in eos, quas ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum hic inſerit. Secundo ponit pœnas, quas protulit in ipſos Iacobum & Petrũ, vſque ad verſi: Contra natos. Ibi tertio ponit pœnas, quas tulit contra filios & poſteros dicti Ioannis, vſque ad verſi. Omnem. Ibi quarto imponit pœnas his, qui de cætero deliberate dictos Iacobum & Petrum pro Cardinalibus habuerint, vel eis vel prædictis natis Ioannis fauorem præbuerint, vſque ad verſi. Hæc & alia. Ibi quinto & vltimo ratificat, innouat, & confirmat prædicta, & ea præcipit inuiolabiliter obſeruari: & iubet ſimiles exceſſus puniri ſimilibus pœnis in poſterum. h. d. Io. And.

CAP. VNICVM.

AD ſuccidendos [a] infructuoſos [b] palmites peſtiferos & nociuos, quos (quaſi ficus [c] fatua) domus [d] † de Columna produxit, neſcientes [e] in ſemitis iuſtitię [f] dirigere greſſus ſuos, ad cor reuerti, & agere pœnitentiæ dignos fructus, licet diutius expectatos: (Iacobum videlicet de Columna, & Petrum nepotem ipſius, olim ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, [g] & filios quondam Ioannis de Columna fratris dicti Iacobi, & patris Petri præfati po-

CASVS Quidam Iacobus, & Petrus de Columna Cardinales elegerunt quendam in Romanum Pontificem, & ſciebant alium fuiſſe canonice electum: & ſic erant vere ſchiſmatici: vel nolebant obtemperare Papæ: ideo erant ſchiſmatici large accipiendo ſchiſma: vñ ipſi noluerunt ad cor redire, ſed in profundum malorũ deſcendentes ſua aggrauabant delicta: ideo fuerunt habiti proceſſus contra eos: videlicet quia fuerũt priuati honore Cardinalatus, & quibuſcunque bonis mobilibus, & immobilibus, & beneficijs eccleſiaſticis, & effecti fuerunt inhabiles ad beneficia obtinenda. Itẽ frater eorum ſimiliter fuit priuatus quibuſcunque bonis, & quibuſcunque dignitatibus. Et ſic iſtud c. ſolũ ponit proceſſum, qui fuit habitus contra iſtos duos Cardinales. Sequitur textus. De Colũna hodie non ſunt niſi duæ domus antiquorũ ciuiũ, ſ. domus de Columna, & domus de Vrſinis. Spiritualiter eos excõicando. Tẽpaliter, eos multãdo. Ex cauſa. Iſtas cauſas non exprimit: ex quo infert quòd iudex in ſñia ſua non tenetur exprimere cauſas ſuæ ſñiæ: licet ſit honeſtũ quòd exprimat: Perpetuo. Iſti perpetuo non poterunt obtinere aliquod beneficiũ in curia Romana, nec extra curiã vſque ad quartã generationẽ, vt ſequitur. Non inueniat ſucceſſores. Hic ponitur principalis effectus huius c. videlicet, vt ſimiles exceſſus perpetrantes puniantur ſimili pœna. No. principalem effectum ad quem emanauit præſens c. videlicet, quòd ſchiſmaticus perſeuerãs in rebellione eccleſiæ: quia ſcindit, & diuidit vnitatẽ eccleſiæ: eſt priuandus quibuſcunque honoribus, & bñficijs eccleſiaſticis: & eſt inhabilis ad beneficia obtinenda. Item punitur confiſcatione bonorũ. Item præſtantes ei auxilium, conſilium, vel fauorẽ; incurrunt ipſo facto ſententiam excommunicationis.

[Prima gloſſa diuidit, & ſummat.]

a ¶ Ad ſuccidendos.] in prima parte ponit arengã vſque ad verſ. Iacobum videlicet. In qua dicit quòd Columnenſes Iacobus & Petrus olim Cardinales, & filij Ioannis, fratres ſcilicet dicti Petri, diutius expectati noluerũt ad cor redire, ſed in profundum malorum deſcendẽtes, ſua aggrauabant delicta: quare varias pœnas tulit in eos, quas ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum hic inſerit. Secundo ponit pęnas, quas protulit in ipſos Iacobum, & Petrum, vſque ad ver. Contra natos. Ibi tertio ponit pęnas, quas tulit contra filios, & poſteros dicti Ioannis, vſque ad verſ. Omnem. Ibi quarto imponit pœnas his, qui de cætero deliberate dictos Iacobum, & Petrum pro Cardinalibus habuerint, vel eis, vel prędictis natis Ioannis fauorem prębuerint, vſque ad verſũ. Hæc, & alia. ibi quinto & vltimo ratificat, innouat, & confirmat prædicta, & ea præcipit inuiolabiliter obſeruari: & iubet ſimiles exceſſus puniri ſimilibus pęnis in poſterum. h. d. Io. And.

[d] Huius appellatione non veniũt baſtardi. de Anch. Phi. dixi ſup. ti. prox. c. ſtatutum adde gl. in cle. 1. de bap. Ni. de Vbal. in tractatu de ſucceſ. ab inteſta. Font.

b ¶ Infructuoſos.] arbor enim quæ inutiliter terram occupat digna excidi, & in ignem mitti cenſetur, vt terra, quæ ſub nociua occupatione inutilis arboris ſterilis habebatur, per nouam plantationem ad fructificandũ culturam recipiat congruentem, vt ſupra, de dolo, & contu. veritatis. in princ in parte deciſa.

c ¶ Ficus fatua.] Matthæi vij. Lucæ vij. Cũ eſuriens, veniens ad ficum non inueniſſet ibi fructum: perpetua ſterilitate, ſua maledictione illam damnauit. 24. q. 3. c. cum ergo. §. ſed qui pro perſecutoribus.

d ¶ Domus.] nõ damnat totã domũ: ſed quoſdã infructuoſos palmites ex domo, vt s. dixi. & q ſũt illi. j. dicet.

e ¶ Neſcientes.] Dauid in Pſal. Saluum me fac. obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua. nec dixit Pſal. id optando. ſed iudicando 37. diſt. cap. ideo prohibentur. §. vt itaque.

f ¶ Iuſtitiæ.] cum ſederit iuſtus ſuper ſedẽ, non aduerſabitur ibi quicquam malignum. C. de ſum. Tri. in epiſtola, inter claras, vnde Pſal. Fiant viæ eorum tenebræ, & lubricũ: & Angelus domini perſequens eos. 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor, §. item qui per prophetam.

(Glo. ſeq. primo exaggerat: ſecundo tractat quo numero teſtium damnentur Cardinales: & an ille numerus fuerit hic ſeruatus.)

g ¶ Cardinales.] quanto maiores erant, ingrati beneficiorum ſe contra Eccleſiã erigendo, & malignando grauius puniri debebant. de pę. diſt. 2. principiũ & non debent Cardinales dãnari, niſi certo numero teſtium; epũs Cardinalis 72. presbyter Cardinalis 64. diaconus Cardinalis 27. 2. q. 5. præſul. [i] & forte hunc numerum ſeruauit hic Papa: & forte non: nec. n. adſtringebatur: lex. n. indicari ſibi potuit, ſed imponi non potuit, ſup. eo. li. de reſcri. c. vl. C. de leg. ad l. digna vox. ſup. de ele. innotuit.

[i] De intellectu c. præſul 2. q. 4. vide B. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 2 ad 3. argum.

ſteros, & fautores, & ſequaces eorum) in virtute altiſſimi exurgentes, ſpiritaliter, & temporaliter contra eos duximus procedendum. Conſequenter dictis Iacobo, & Petro deſcendentibus in profundum [a] malorum, & molientibus inconſutilem tunicam [b] Domini, ſanctę videlicet Eccleſiæ ſcindere vnitatem, & vt gladium [c] acuentibus linguas ſuas, & prorumpentibus non tam in verba † blaſphemiæ, & ſchiſmatica, quàm inſana, [d] quæ in ſcriptis redacta ſub ſigillis, quibus ante quam eſſent depoſiti, vtebantur, [e] per Vrbem, & diuerſa mundi climata deſtinauerunt, æſtimantes loquacitatem, facundiam, & maledicere conſcientiæ bonæ ſignum, [f] & conficta materia diſputandi, quia ueritate non poterant, nos ſaltem lacerare [g] conuitijs præſumpſerunt: quorum dicta licet poſſemus ſuperiori aſſertione conuincere, & luce clarioribus rationibus confutare, duximus eorum latratibus non dare reſponſum, [h] vt contrita eorum rabies, auctoritate ſonora præſidentis in ſupremo iudicij ſolio frangeretur, & patens veritas [i] per ſeipſam veniret in publicam notionem, noſtrumque ſilentium in ſupplicium eis foret: proceſſus tamen contra ipſos, & alios fecimus ſucceſſiue varios, diuerſiſque temporibus ſpiritales, & temporales pœnas, & ſententias continentes, & multas: quorum quia † totum tenorem conſtitutionis in præſenti inſerere longum eſſet, ex eis quædam compendioſe collata huic noſtrę conſtitutioni duximus inſerenda, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum: videlicet quòd ex cauſis, [k] quę rationabiliter nos mouerunt, de fratrum noſtrorũ conſilio depoſuimus dictos Iacobum, & † Petrum à Cardinalatibus eiuſdem Eccleſiæ, & ab omni Cardinalatus commodo, & honore, ipſoſque iudicauimus ſchiſmaticos, & blaſphemos, & tanquam hęreticos puniendos expoſitis [l] perſonis eorum à fidelibus capiendis; omnibus beneficijs, officijs, honoribus, dignitatibus, & prelaturis perpetuo priuantes eoſdem, & reddentes inhabiles ad habenda, cunctis eorum bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & iuriſdictionibus publicatis. [m] ¶ Contra natos [n] inſuper, & poſteros dicti Ioannis ſpiritaliter, & temporaliter duximus multipliciter procedendum, eorum † bonis & iuribus publicatis, & confiſcatis, ipſiſque poſteris dicti Ioannis per maſculinam, & fęmininam lineam deſcendentibus, indignis perpetuo redditis ad Cardinalatus honorem, & quęlibet officia, beneficia, & miniſteria in Eccleſia memorata, vel eius curia: alibi [o] uero vſque ad quartam generationẽ. ¶ Omnẽ perſonam pręſentem, & futuram [p] cuiuſcunque fuerit pręeminentiæ, conditionis, dignitatis, aut ſtatus, eccleſiaſtici, vel mũdani (etiam ſi foret ſanctę Romanę Eccleſiæ Cardinalis [q]) quæ ipſos Iacobum & Petrum, vel eorum alterum ſcienter & deliberate pro Cardinalibus habuerit, [r] & tenuerit, aut ad Cardinalatum admiſerit ſeu votum eorum vel alicuius ipſorũ ſuffragium in electione Romani Pontificis admiſerit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nominaue-

† al. ita: in verba blaſphemia, & ſchiſmatica.

† al. ita: qa totum tenorem conſtitutioni p̃ſenti inſerere, &c.

† Propter iſtam copulatiuam dicit de Anc. pœnã non committi, ſi faueã ſolum alteri: per not. in l. ſi ſeruus. plurium. ff. ſi quis cau. facit l. demonſtratio ff de cond. & demon. Font.

† al ita: totum bonis, & iuribus etiam confiſcatis.

† Et facit ad nota. in cle. de hæret. multorum, ad fi. in gl hic patet. Io. An.

[a] ¶ Profundum.] ∴ de iudi. cum non ab homine.

[b] ¶ Tunicam.] inde Domini veſtimẽtum ſciſſum non fuit: ſed ſuper eum miſerunt ſortem, Io. xix. 36. quæſt. vi. ſicut Domini veſtimentum, per quod denotatum fuit, ꝙ Eccleſia ſcindi non debet, quæ in vnitate tota conſiſtit, vt ibi not. & 24 q. 1. per totum.

[c] ¶ Gladium.] ſumptum de Pſal. Miſerere mei Deus. & habes in canone, de pœnit. diſt. 1. periculoſe. vnde & ſicut gladio, ſic & lingua quis occidit. 50. diſtin. ſi quis viduam. Io. And.

[d] ¶ Inſana.] de ſum. Trin. damnatus. in fi.

[e] ¶ Vtebantur.] primo ſigillo poſt depoſitionem vti non debebant. Ad hoc ∴. de appel. vt noſtrum.

[f] ¶ Signum.] cum potius ſit contrarium æſtimandum. 24. q. 3. cum ſancti.

[g] ¶ Lacerare.] habet enim hoc proprium antiqui hoſtis inuidia, vt quos improborum actuum perpetratione Deo ſibi reſiſtente deijcere non valet: opiniones eorum falſas ſimulando dilaceret. 2. q. 5. habet hoc proprium.

[h] ¶ Reſponſum.] ſi. C. ſi quis imper. maledix. l. vnica. [vide de cle. ma. c 1. in glo. 2.] de pœn. diſt. 2. ſi enim inquit.

[i] ¶ Veritas.] quę ſemper vincit. 8. diſtin. veritate.

[k] ¶ Ex cauſis.] eas non expreſſit: nec habuit neceſſe exprimere. Ad idem ∴. de re iudi. ſicut.

[l] ¶ Expoſitis.] ad idẽ ∴. de Iudæis, ita quorundam.

[Glo. ſeq. adiuuat text. ſoluit dubium, quod remittit.]

[m] ¶ Publicatis.] labores ergo impiorũ iuſti edent: & theſaurizabunt iuſtis eorum diuitiæ. Sapientiæ xj. Prouerbiorũ 28. & 23. q. 7. quam- admodum. & c. 1. & redeuntes non recuperarent bona ſua: ex quo ſunt expreſſe damnata. de hoc ſupra, de cle. coniuga. quòd à te.

[Glo. ſeq. recitatur per obiectionẽ, quã ſoluit duplici rõne.]

[n] ¶ Contra natos.] contra hos licet laici eſſent, procedere potuit: tum ratione eccleſiaſtici criminis, tum propter temporalem iuriſdictionẽ, quã habebat in eos: & habet in vrbe per conceſſiones Ludouici, & Conſtantini. 63. diſt. ego Ludouicus 96 diſ. Conſtantinus. palea eſt ſupra eod. lib. de electio. fundamenta. Io. And.

[o] ¶ Alibi.] ſcilicet extra Romanam Eccleſiam, & eius curiam. & ſumitur hic Eccleſia Romana ſtricte.

[p] ¶ Futuram.] ſi. ∴. eo. ne aliqui.

[q] ¶ Cardinalis.] epiſcopi bene comprehenduntur: quia conſtitutio infra, de ſenten. excommu. quia periculoſum. de excommunicatione nõ loquitur.

[r] ¶ Habuerit.] nota caſum in quo punitur deliberata cogitatio, 1 cum aliàs cogitationis pœnam nemo mereatur. de pœnit. diſ. 1. cogitationis. de hoc ead. diſt. §. cogitatio. Io. Andr.

[Gloſſ. ſeq. arguit pro, & contra. & remittit: demum id proſequitur per modum quæſtionis ponens opinio. & rationes Hoſtien. demum ſoluit, & obiectionẽ reſpondet. in fi. allegat ius nouiſſimum.

[a] ¶ Sede

rit, aſſumpſerit, vel receperit, ſeu dederit in his vel ad hoc auxilium, conſilium, vel fauorem, excommunicationis ſentẽtia duximus innodandum, à qua (abſque expreſſa licentia Romani Pontificis) non poſſit abſolui, nec etiam per collegium Apoſtolicæ ſedis, eadem ſede [a] vacante, eamque prælatione, dignitate, ſtatu, & honore eccleſiaſticis, omnino priuamus: nihilominus omnes, qui dictis Iacobo & Petro, aliàs [b] & natis dicti Ioannis fauorem præbuerint, vel auxiliũ in rebellione, vel ſchiſmate perſiſtentibus, excommunicationis [c] ſententia innodantes; Hæc & alia per nos facta in prædictis noſtris proceſſibus, & in litteris noſtris bullatis ſuper eis confectis contenta, hac conſtitutione perpetuo ualitura ratificamus, confirmamus, & etiam innouamus, eandẽque † de nouo facimus de fratrum noſtrorum conſilio prædictorum. [d] Et ut dictorum malitia non inueniat ſucceſſorem, & punitæ tranſgreſſionis exemplar retrahat alios ab offenſa, ac in obliuionem ueritas ueniens, non uagetur incerta: ſtatuimus atque decreuimus, ‡ ut & ipſa inuiolabiliter obſeruentur: & quòd ſimiles [e] exceſſus & culpæ pęnis ſimilib. in poſterũ puniantũ.

† In antiquiorib⁹ libris ita: eandémque de nouo, &c.

‡ al. decernimus.

TITVLVS IIII.

De homicidio.

[a] Innocentius quartus in concilio generali Lugd.

Per aſſaſſinos faciens, vel tantum mandans aliquem interfici, tamquam ab omnibus diſſidatus abſque alicuius prolatione, ſententias incurrit excõmunicationis & depoſitionis ab officio, & beneficio. hoc dicit ſecundum Zen.

a ¶ Sede vacante.] not. [1] argu. ꝙ collegium Cardinalium vacante ſede non fungitur iuriſdictione Papæ. Et contrarium arg. etiam poſſet ſumi, quaſi ſi hoc hic non vetuiſſet Papa, collegium id potuiſſet. & de hoc not. Hug. Ioan. & alij 79. diſt. nullus 2. plenius Hoſt. de pę. & remiſ. cum ex eo. in fi. in ant. Sed quid dicemus: ſuccedet collegium in iuriſdictione, & eius exercitio, necne? Dixit Hoſti. ꝙ ſic, ſaltem in ijs, quæ de grandi neceſſitate euidenti, & imminenti expediri oportet, pro eo facit quo ad hoc decr. ſupra eo. lib. de ele. vbi periculum. §. idẽ quoque. [2] quod etiam multum facit contra, mouebatur aũt Hoſti. his rationibus: dicebat enim, alia collegia hoc habent. de maio. & ob. his quæ. & c. cum olim. & ĩ. eo. li. eo. tit. c. vnico. tum quia ſic vtuntur Cardinales. arg. ĩ. de elec. venerabilẽ. §. obiectioni. ver. ꝙ autem. ſup. de offi. ord. irrefragabili. §. exceſſus. de fo. compe. cũ contingat. tũ quia alius iudex non ſupereſt. ſup. de ele. licet. in fi. in quo caſu conceduntur, q̃ aliàs non concederentur, vt ibi. & C. de decur. l. generali. lib. 10. ff. de ijs. quæ in frau. cred. l. ait prętor. §. ſi debitorem. tum quia neceſſitas nõ habet legem. ſup. de regul. iur. quod non eſt. tum quia non eſt veriſimile, quòd Deo placuerit contrarius intellectus, ne videatur gregem ſuum & Eccleſiam ſine paſtore reliquiſſe. ĩ. tit. prox. c. 1. Nec obſtat ſecundum eũ, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ Cardinales ſunt ſine capite: hoc enim non eſt verum: immo habent caput eccleſię generale, & ꝓpriũ ſcilicet Chriſtum: immo illud ſentire, ab hæreſi nõ eſt longum. [3] 22. diſtin. c. 1. & 2. & eſſet res monſtruoſa de offi. ordi. quoniam in pleriſque. Nec obſtat quod dicitur ex hoc poſſe ſchiſma, ſcãdalum, & vacationem diutinam ſuſcitari: quia id poſſet eſſe verum, ſi indiſtincte concederetur: ſed reſtringi debet ad neceſſaria, vel vtilia Eccleſiæ, ſeu reipublicæ: quibus oĩno prouidendũ eſt. 7. q. 1. ſcias. Cauere ergo debent ne nimis laxent habenas. ff. de offi. proconſul. nec quicq; iam. §. vbi decretum. & §. de plano & §. ſeq. Præterea ad poteſtatẽ Cardinalis ſpectat vacante ſede delinquentes anathematizare. 79. diſt. ſi quis pecunia. & anathema mucro [4] eſt epiſcopalis. 16. q. 2. c. 1. & maior pœna in eccleſia. 24. q. 3. corripiantur, in princ. vnde ſi poſſunt maiorem pœnam imponere, ergo & minorẽ. ſup. de deci. ex parte. 3. Item canon dicit, ꝙ epiſcopi Cardinales vacante ſede vicem metropolitani obtinent. 23. diſt. in nomine Domini. & exponi debet, id eſt, Papæ qui & metropolitanus eſt ſup. de off. vicarij. & ſua, nec alius poſſet Romanæ Eccleſiæ metropolitanus eſſe, nec debemus omniñ quærere ius expreſſum: multa enim ſupplentur, quod patet de celeb. miſ. cum Marthæ. §. 1. & concedi oportet, quòd ſaltem illam iuriſdictionem habet collegiũ, quam & legatus Apoſtolicæ ſedis, quæ non expirat mortuo Papa, ſupra, de offic. lega. capit. ſecundo, eod. lib. non enim illa duraret, niſi collegium ſedes Apoſtolica cenſeretur. & poſſet dici, quòd Cardinales habent poteſtatis plenitudinem habitu tunc inquantum Romana Eccleſia cenſentur, quæ non moritur. 12. quæſtio. ſecunda, liberti. 2. ſupra eodem lib. de reſcri. ſi gratioſe. etiam ſi vnus tantum Cardinalis collegij ſupereſſet. 65. diſtinct. ſi forte. ſupra de poſtu. gratum. iuriſdictionem vero habẽt in exercitio ſecundum modum ſuperius dictum. Quicquid Cardinales de facto obſeruent, videtur quòd vacante ſede non debeant ſe intromittere, niſi de prouiſione, & ijs quę ad prouiſionem pertinent: niſi ex grandi cauſa & imminenti periculo: per prædictam decret. ſupra eod. lib. de elec. vbi periculum. §. idem quoque. Nec obſtat ſi minora collegia poſſunt, ergo & illud: quia ob accelerãdam prouiſionem Eccleſiæ, in cuius tardatione imminet periculum, ſpeciale quid ſtatui debuit, & eſt ſi. ſup. eod. lib. de hære. accuſatus. §. ſane. dic vt in clem. ne Romani. de electio.

b ¶ Aliàs.] ſ. etiam extra Cardinalatus officium. [Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem.]

c ¶ Excommunicationis.] quia iſtius excommunicationis ſicut ſuperioris abſolutionem ſibi non reſeruauit, intelligatur illam ordinarijs conceſſiſſe. de ſenten. excom. nuper. in antiq.

d ¶ Obliuionem.] ſi. ſupra, de teſti. ſignificauit. & cap. Albericus.

e ¶ Similes.] in æquali delicto ſimiles ſunt pœnæ. in authen. vt fra. fil. in fin. collat. 9. grauius autem delictum, grauius vindicetur. 22. quæſt. 1. non afferamus. Ioan. Andr.

1 Vide Fel. in c. ex litteris. extra de conſtit.

2 Vide qđ ibi nota. in gl. Io. And.

3 Idem Do. Phil. & Innoc. in c. cũ nõ ignores. ĩ. de præb.

4 Vide concil. Tridẽt. ſeſ 25. de reſor. c. 3.

DE HOMICIDIO.

¶ Dictum fuit ſupra, de hæreticis, & ſchiſmaticis, qui delinquunt in offenſam fidei Chriſtianæ: verum quia homicidæ maxime, de quibus in primo c. huius tituli committunt offenſam in fidem Chriſtianam, videlicet cum infideles occidunt Chriſtianos: ideo poſt titulum præcedentem ponitur titulus de homicidio.

Pro

PRo humani.] Et eſt præmittendū, ꝙ hanc decre. non gloſſarunt (quod conſtat) Inn. Ber. Petrus, & Abbas, qui tñ Innocentianas alias gloſſauerunt: Fran autē & Boa. ſcripſerūt, ſed nihil vtile. Hoſt autem ſatis prolixè proſecutus eſt iſtam & (vt dicit Hoſt) hoc proœmium ponit quare Dei filius fuit incarnatus: quomodo & quare Beatum Petrū reliquit ouium ſuarum paſtorē: & quomodo ſumus Pontifex ſucceſſor eſt Petri, & Dei locum in terris tenet. per quod ſollicita cura Dominici gregis ad eū pertinet. Io. And.

¶ Iſtud capitulum eſt locale. Et diuiditur ī tres partes. Primo ponit exordium. ſecundo: ibi, Cum igitur. Ponit maleficium aſſaſſinorum. In tertia parte: ibi, Sacri. proferuntur plures pœnæ contra iſtos aſſaſſinos.

ADDITIO. In fructibus de quibus loquitur hæc glo quin procurator poſſit illos ſtipulari dño, nō dubitatur. Sed de pēſione quæ non germinat, ſed ex ꝯtractu debetur, cōiter legiſtæ cōtra; niſi in ſubſidiū. alleg. ff. de inſti. l. 1 & de exer. l. 1. §. ſed ex contrario. & idem Franc. Accurſius in l. Iulianus. aliàs, inter eum, §. ſi procurator. ff. de act. empt. ſimile quod ſcripſi de deci. paſtoralis. ſuper 1. gl. Io. And.

[Gl. ſequens ſoluit duo dubia: ſcilicet de quo loco, & quo ordinario.]

Ordinarius quis dicatur.

a ¶ Loci ordinario.] intelligas de loco in quo degit vſurarius. Et per ordinarium intelligas epiſcopum de iure: licet idem in Decano, archipresbytero, vel abbate: quia aliàs de conſuetudine iuriſdictionem haberet in ſpiritalibus, ſecundum Gul. & uide quod ſcripſi de teſtam. cap. Ioannes. ſuper ver. diœceſanum. Et non eſt mirum ſi per ordinarium vel eius vicarium actio acquiratur, cum etiam ſi ipſe det aliquem qui recipiat cautionem, vtilis actio acquiratur per illum. ff. rem pupil. ſal. fo. l. 3.

[Glo. ſequens allegat concord. reddit rationem, & prorogat.]

Rector parochialis dicitur publica perſona.

b ¶ Parochiæ.] ſic ſupra de conuer. coniug. dudum. Eſt enim illa publica perſona 1. diſt. ius publicum. & quod dicit de rectore parochiæ in qua teſtator habitat, intelligas idem multo fortius de rectore parochiæ illius, cui facienda eſt reſtitutio; ei enim acquirit, cum quaſi iudex & miniſter ſuus ſit, ſecundum Gar. Io. Mona. & Archid. ff. de in ius voc. l. eum pro quo.

c ¶ Paroch a.] quia magis creditur indigenis notis, quàm extraneis ignotis. in auth. colla. 6. de teſti. §. ſi vero ignoti. ſup. de elect. poſtquam. & erunt ſaltem duo. inf. de regu. iur. pluralis, vt per eos ſi opus fuerit, cautio probari poſſit.

ADDITIO. Dicit Archid. ꝙ ſint de parochia, non putat de ſubſtantia, ſed de bene eſſe: vnde ſufficiet ꝙ ſint idonei: allegat ad hoc 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ad fidem. 3. q. 9. c. teſtes. §. ii debitum. & quod no. 3. q. 5. canonica. in 1. glo. Io. Andr.

d ¶ Quibus quidem.] interpoſitio eſt, quæ circa tabellionem non ponitur: quia de illo non dubitabatur.

e ¶ Illis.] à quibus ſcilicet vſuræ fuerunt extortæ, vel eorum hæredibus, vel ſucceſſoribus.

f ¶ Perinde.] id eſt, ex tali ſtipulatione: aliàs perinde, ſcilicet ac ſi ipſi idem ſtipularentur.

Tabellio dicitur ſeruus publicus.

g ¶ Seruo pubiico.] id eſt, tabellioni, ſic dicto, quia publicum exercet officium, non quod ſit ſeruus. C. de tab. l. generali. lib. 10.

ADDITIO. Concor. ff. de adop non aliter. & ff. de mag. con. l. 1. §. pen. cum concor. Io. And.

h ¶ Mandato.] ergo tabellio hoc caſu non acquirit actionem extraneo ex ſua ſtipulatione, niſi eam faciat de ordinarij mandato. & idem videtur dicere antiqua lex. ff. rem pup. ſal. fo. l. 2. ibi, profecto dicemus ſeruum publicum apud prætorem ſtipulari debere.

[Glo. ſeq. primo ſoluit duo dubia, quæ cautio ſit idonea, & quid ſi idoneam dare nō poteſt: ſecundo ſoluit: tertio ſoluit alia duo dubia.]

i ¶ Idoneè] nomine idoneè, pignora vel fideiuſſores intellige. ff. [illegible]nanda. ſi mandato Titij §. fin. aliàs verbum, cautionis, nudam promiſſionem deſignat. C. de verbo. ſign. ſancimus. ſi autem pignora vel fideiuſſores dare non poteſt, iuret ſe pignora vel fideiuſſores dare nō poſſe, & ſe facturum quod cauet. C. de epi ſ. o. & cler. in auth. generaliter. ſupra de donat. inter virum & vxo. per veſtras. inſti. de ſatiſda. §. ſed hodie. infra de ſent. excommunic. ca. vlt. §. illis etiam. hoc maxime, quando ſic eſt veriſimile eum ſcilicet aliam dare non poſſe. Sed cum ſoluentes vſuras habeant actionem ad repetendum: quare ſic ſollicitus fuit hic Papa prouidere illis per cautionis remedia? Sol. ideo ut haberent plura auxilia. ff. de lib. leg. l. 3. Item quia magis ſunt ſecuri per fideiuſſores, vel pignora. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. & fit hoc nō tantū in fauorem illorum, quantum in odiū vſurariorum. Et ſcire debes, quòd ſi recepta huiuſmodi cautione nomine eorum quorum intereſt, vſurarius manifeſtus vſuras repetit, non audietur, ī eod. quia fruſtra. Et poſſet in animarum fauorem epiſcopus iſtas vſuras recipere, & ſoluere illis à quibus iſte petitor extorſerat. [Alleg. Io. Mo. ff. de neg. geſt. ſi liber homo. in fin. de pigno act. l. ſolutum. § ſolutam.] Et idem ſecundum Guliel & Gar. [1] ſi non eſſet manifeſtus, & hoc probare poſſet, petitorem, ſcilicet vſurarium. ſi autem iſte vſurarius qui ſic ſatiſdedit, conualuit: tenebitur ex ſatiſdatione ſecundum eos: quia etſi non ſatiſdediſſet, tenebatur. ſup eod. cum tu. & ſi petitor eſſet notorius vſurarius, etiam ſi hæres non exciperet, dixerunt prædicti doctores, ꝙ ex officio ſuo iudex eum repellet. ī. de excep. exceptionem. ff. de poſtu. l. quos prohibet. ſecus ſi notorius, vel manifeſtus non eſſet.

1 Idē Ber. eo. tit. quia fruſtra. ad ſi nem 2. glo. Io. And.

k ¶ Illam.] ſcilicet quantitatem manifeſtam.

[Glo ſeq exponit, quærit, & ſoluit.]

l ¶ Alioquin.] id eſt, ſi quantitas manifeſta non appareret. & repete, exprimi volumus aliam. Sed quomodo fiet expreſſio, & moderatio, de qua loquitur iſte verſiculus. Reſpondeo conſiderabit iudex quanto tempore ille vſuras exercuit, & quantum nunc habet in bonis, & quantum habebat tempore quo fœnerare incœpit: & ſuper hoc conſiderabitur fama viciniæ, & an aliàs mercationes exercuerit, & an in eis fortuna ei proſpere ceſſerit, & an fuerit improbus exactor, an curialis fœnerator. hæ & ſimiles circunſtantiæ ſunt circa hoc conſiderandæ: & ſecundum eas magis vel minus arbitrandum. C. de bonis quæ liber. cum oportet. §. 1. 22. q. 5. hoc videtur.

m ¶ Teneatur.] propter ſui malitiam parti læſæ reſarcire tenetur. C. ſi tu. vel cu. inter l. etiam. & facit litem ſuam. ſupra eodem lib. de re iudic. cum æterni. inſti. de oblig. quæ ex quaſi delic. in princ. Et ſi nullam quantitatem moderatur, tunc tenetur in totum: nam & reſidui commemoratio totum admittit. C. de hæret. inſtitu. l. ſecunda. ff. de verbor. ſignifica. l. cæterorum. caute ergo faciet, ſi in cautione certam veriſimilem expri-

exprimit quantitatem & adijcit quòd etiam vltra illud ſatisfiet, inquantum conſtabit eum vſurarum ratione teneri.

ADDITIO. Idem conſuluit Gull. Cleri. & Archi.

Vſurarij. & diu nō reſtituūt vſuras non debēt ab aliqui bus peccatis abſolui.

ſentis ſanctionis formam ad eccleſiaſticam auſi fuerint admittere ſepulturā, pœnæ[a] Lateranenſis concilij contra vſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubiacere.[b]

¶ Nullus manifeſtorum vſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſiue ipſos abſoluat:[c] niſi de vſuris ſatisfecerint uel de ſatisfaciendo † pro ſuarum viribus facultatum præſtent (vt præmittitur) idoneam cautionem.[e] Teſtamenta quoque manifeſtorum vſurariorum aliter[d] facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure.

a ¶ Pœnæ.] ſupple ſtatutæ in Lateranenſi concilio edito ſupple contra vſurarios: hoc dico, quia hic non habet locum pœna contra vſurarios ſtatuta, ſed habet locum pœna ſtatuta in recipientes eos ad oblationes & eccleſiaſticam ſepulturam.

b ¶ Subiacere.] hodie ſunt excommunicati ipſo facto, non obſtantibus exceptionibus vel priuilegiis. per cle. de ſepul. eos qui.

c ¶ Abſoluat.] etiam ab aliis peccatis. 24. q. 2. legatur. quod patet: quia nec ad confeſſionem debent admitti, vt ſupra dixi. Nec dimittitur peccatum, & capit. infra de regu. iur. peccatū. caueant ergo religioſi qui interdum de prǽda plus quàm de anima ſolliciti ſunt.

† Al. ſatiſfactione.

[Gloſ. ſequen. exponit litteram: ſecundo quærit. argumen. pro: & ſoluit contrarium. tertio ſoluit obiectionem: quarto quærit: ponit opin. ſed aliter ſoluit.

d ¶ Aliter facta.] ſcilicet non facta ſatisfactione, nec præſtita idonea cautione. Quid dices de codicillis? Videtur quòd ualeant: diuerſa enim ſunt. C. de codicil. l. ſi idem. & hæc conſtitutio eſt pœnalis: ergo eſt reſtringenda. ſupra eo. lib. de elect. ſtatutum. & prohibitis maioribus, minora petere non prohibetur. ff. de ſeruis expor. l. cui. qui filii ſint legit. per venerabilem. circa princ. Dic contra ſecundum Gul. & Gar. [Ioan. Monac. & Arch.] Et hoc patet ex principio, ubi dixit, in vltima voluntate. & argum. ſupra, de teſtam. cum eſſes. quia large codicilli ſunt teſtamentum: quia mentis teſtatio. 13. q. 2. c. placuit. §. ſed aliud. inſti. de teſta. in prin. ff. de iure codicil. l. conficiuntur. & l. ab inteſtato. aliàs facile eſſet conſtitutionem hanc in hoc eludere. & dic idem 1 de qualibet vltima uoluntate: & quia iſtud crimen eccleſiaſticum eſt, potuit Papa irritare teſtamenta laicorum 2 per quæ in alios transferebantur bona, & fiebat durior conditio exactorum: erit ergo quod euincere valebunt & habere. ſupra vt li. pen. eccleſia 1. in fi. habet enim ratione huius criminis iuriſdictionem in talibus. ſupra de iud. nouit. ſupra qui filij ſint legi. per uenerabilem. ſupra eo. lib. de foro comp c. vlt. Quid ſi primo teſtamentum fecit, poſtea cauit? Dixit hic Gar. [& etiam Ioan. Mona.] quòd non firmatur per hoc teſtamentum: quia ab initio non valuit, vt infra de regu. iur. non firmatur. cum ſuis concordan. 3 Satis uidetur ſufficere, ſi ante mortem cauit: cum teſtamentum morte firmetur. ſupra de celebr. Miſ. cum Marthæ. Nec obſtat regula, non firmatur. quæ de ſolo tractu temporis loquitur.

1 Placet Io. Andr. Phil. & alijs. Fō.

2 Secundū Gul. & Gar. & idem Io. Mon.

3 Specialiter allegat Gar. & Io. Mon. ff. de teſta. l. 3. & l. eius qui apud hoſtes. & l. ſi filiusfamilias. Io. An. vide ꝙ no. Clem. 1. de ſepul. Fon.

ADDITIO. Communiter legiſtæ non reciperent hoc dictum per leges. ff. de teſta. ſuperius alleg. & hoc eſt in teſtamentis: in codicillis bene. ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. & vide quod ibi no. & ff. de bon. poſſeſ. ſecundum tab. l. 1. §. exigit. Io. And.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM, & ſubditorum.

Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de varijs delictis ſubditorum, ſed ne prælati ſuperbirent, ponit nunc generalem tit. de delictis tam prælatorū, quàm ſubditorum.

TITVLVS VI.

De exceſsibus prælatorum [& † ſubditorū.]

† Hæc duo verba: & ſubditorū: deſunt in antiquis codicibus, & in recentioribus magis emēdatis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Mendicantes nō poſſunt acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare vel mutare abſque ſpeciali licentia Papæ: qua de hac prohibitione faciat mentionem. In acquirentibus tamen loca pro eremitica vita ducenda, ceſſat prohibitio. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. VNI.

Cum ex-

Cum ex.] Tria facit. Primo ponit proœmium: Secundo, prohibitionem cum decreto: ibi, Nos ſuper hoc. Tertio, prohibitionis determinationem: ibi, Per hoc.

CASVS. Significatum fuit domino Papæ, ꝙ fratres Prædicatores vel Minores, vel alij Mendicantes plura loca de nouo acquirebant, recipiēdo illa titulo donationis à dominis locorum: & in illis locis nouos conuentus ædificabant mittendo religioſos aliorū conuentuum ad illū locum: vnde inſurgebant magna ſcandala: Ea propter ſupplicatum fuit dño Papæ, vt de remedio dignaretur prouidere opportuno. Qui Papa uolens obuiare futuris ſcandalis, ordinauit, ꝙ Mendicantes non acquirerent noua loca nec mutarent: ſed eſſent contenti ſuis locis acquiſitis & ædificatis ante iſtam conſtitutionem, niſi obtenta licentia à Papa: & ꝙ in licentia Papæ ponatur iſta clauſula: non obſtante conſtitutione, cum ex eo. de exceſ. præla. & ſubdi. ita ꝙ apponat clauſulam derogatoriam ad iſtam conſtitutionē. Et hoc locum habet, quādo iſti Mendicantes vellent locum acquirere in locis populoſis, puta in ciuitatibus: ſi autem in eremo uellent ducere uitā eremiticā, tunc iſta conſtitutio non extēditur ad illa loca: & ſic Mendicantes ſine licētia ſpeciali ipſius Romani Pontificis poſſunt de nouo acquirere loca in eremo ad habitandum, & ibi ædificare oratoriū. [Scandala.] inter ipſos & rectores eccleſiarū parochialium, ideo dum erāt prope eccleſiam parochialem, infligebant damna eccleſiæ parochiali quantum ad cōmodum burſale: & ꝓpter iſta damna inſurgebant magna ſcandala inter rectores eccleſiarum parochialium, & ipſos Mendicantes: ideo ſupplicatum fuit dño Papę, vt de remedio dignaretur prouidere opportuno: qui Romanus Pontifex prouidit vt ſequitur. [Loco.] populoſo. aliàs obſtaret verſ. ſeq. [Mutare.] Sed utrum poſſint mutare loca acquiſita cū licentia Papæ: quia Mendicantes diu obtinuerunt à ſede Apoſtolica vt poſſent in hac ciuitate ædificare conuētum, cum ibi nullus eſſet conuentus fratrum mēdicantium: tunc uolunt mutare ad alium locum forte extra ciuitatem: vtrū reſpectu mutationis requiratur noua licentia Papæ? textus iſte dicit ꝙ non: ſed de hoc dicam ſtatim. [In eremo.] & in locis non populoſis. No. principaliter ꝙ Mendicantes licet eorum religio ſit approbata, tamē non poſſunt nouum conuentum ædificare ſine ſpeciali licentia Papæ, nec noua loca acquirere: & hoc propter ſcandala, quæ ex huiuſmodi noua acquiſitione oriebantur inter ipſos, & rectores eccleſiarum parochialium quibus appropinquabant. No. ulterius, quòd Mendicantes non poſſunt antiqua loca ſibi à ſe-

de

de Apoſtolica conceſſa mutare transferendo de vno ad alium abſque ſpeciali licentia Papæ: non eſt dubiũ de locis acquiſitis ante iſtam. Sed quid de locis acquiſitis poſt iſtam conſtitutionem? Hæc conſtitutio fuit diſputata Bonon. nam Bonon. habent de more, ꝙ quando insurgit aliquod dubiũ ſuper aliqua re, tenẽtur illud dubium diſputare publice: nã fratres Minores de obſeruantia incœperunt ædificare ad latus cuiuſdam mõtis, qui dicitur mons beatæ Mariæ, iuxta Bononiam: & incœperunt ædificare in parte montis vbi vigebat ventus Auſtralis, & ideo voluerunt trãſire ad aliam partem montis: dubitatum fuit an poſſent: Dicit Dominicus de ſancto Geminiano, ꝙ ille qui diſputauit illam quæſtionem, tenuit quòd ipſi Minores de obſeruantia, non poterant tranſire ad illam partem montis ſine ſpeciali licentia Papæ: ſed tamen iſte tex. facit contra: quia dicit, Hactenus. id eſt, vſque ad hanc conſtitutionem: & cum iſta conſtitutio ſit pœnalis, debet intelligi in ſuis proprijs terminis: ideo putat Dominicus de ſãcto Geminiano, quòd abſq; licentia Romani Pontificis ipſi Minores poſſunt mutare locum de vna parte mõtis ad aliam partem.

¶ Dominicus no. hic ꝙ nõ valet priuilegiũ contra ius cõe. niſi adiecta derogatoria. Fe li. ſup. de reſcri. nõnulli. col. 22. F.

eo [a] quòd Prædicatores, Minores, & religioſi alij Mendicantes [b] in ciuitatibus, caſtris, villis, aut alijs locis ad habitandum [c] domos vel loca de nouo ſuſcipiunt, ſeu olim ſuſcepta dimittunt, ſe ibidem ad alia transferentes, diuerſa ſcandala [d] quandoque proueniant, & frequentes clamores ad ſedem Apoſtolicam perferantur: Nos ſuper hoc prouidere volentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps [e] aliquis, vel aliqui de prædictis, quibuſcunque ſuper hoc priuilegijs muniti exiſtant (quæ ipſis contra tenorẽ conſtitutionis præſentis nullatenus volumus ſuffragari [f]) in aliqua ciuitate, caſtro, villa, ſeu loco quocunque, ad habitandum domos, vel loca quæcunque de nouo recipere, ſeu hactenus recepta mutare, uel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiuſuis alienationis [g] titulo quocunque in alios transferre præſumant, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, plenam & expreſſam faciente de prohibitione huiuſmodi mentionem: [h] ſi ſecus egerint, irritum decernentes. [i] ¶ Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint Eremiticam, ſeu ſolitariam eligendam, [k] de maiorum ſuorum licentia, [l] quin cellas, manſiones, ſeu habitacula in eremo, ſiue locis vbi non ſit hominum habitatio de propinquo, [m] poſſint acquirere, ac mutare, non intelligimus interdictum.

TITVLVS VII.

De priuilegijs.

¶ Innocentius quartus in concilio generali Lugd.

¶ Exempti vel priuilegiati, vt non teneantur niſi ſub certo iudice responde-

eo. lib. de Regular. conſtitutionem. qui. n. ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. ſupra de ſta. mon. recolentes.

[Glo. ſeq. notat, quærit, & remittit.]

c ¶ Ad habitandum.] Nota, quia de locis acquiſitis ad habitandum tm̃ ſit hic prohibitio: ergo aliàs q̃ ad habitandũ bene pñt loca acquirere. Sed quõ, ex quo ſunt Mendicantes? Dic vt dixi ſ. eo. lib. de relig. do. c. vnico. in glo. veterem.

¶ Per iſtud excluditur hic legatus de latere. Phil. Font.

d ¶ Scandala.] bene ergo fecit hic prouidendo: quia ſui officij eſt ſcandala remouere. ſ. eo. lib. de off. leg. c. 1.

e ¶ Deinceps.] futura igitur comprehendit hæc conſtitutio: olim enim hic prohibitum licebat, vt ſ. e. nimis. 2. ver. ad hoc.

f ¶ Suffragari.] ergo Papa priuilegiũ ſuũ reuocare, moderari, & in totum tollere poteſt: licet deceat eius priuilegium eſſe manſurum. infra de reg. iu. decet, vbi de hoc.

Alienatio quid contineat.

g ¶ Alienationis.] intelligo ẽt per quem non transferatur dominium: cum ſic large loquatur, dicendo cuiuſlibet. ad idẽ ſ. de reb. eccl. nõ alien. nulli. & C. de reb. alie. non alie. l. ſancimus. licet interdum ſumatur ſolũ pro eo contractu, quo trãſfertur dñium. C. de fun. do. l. 1. Io. And.

[Eremiticam.] & ſic Mendicantes poſſunt eligere vitam eremiticam, de conſenſu tamen ſuorum prælatorum: nec requiritur conſenſus conuentus, & in eremo poſſunt acquirere nouum locum: nec requiritur licentia Papæ: quia in eremo non eſt multitudo populi, ideo ceſſat ſcandalum in littera.

Not. etiam ꝙ ille qui eſt prohibitus nouum locum acquirere, non videtur prohibitus antiquum cum nouo permutare. Textus tamen poſſet induci in contrarium, cum hic iſta æquali prohibitioni ſubiaceant.

Nota finaliter hic tres titulos, qui concludunt alienationem rei. vide de rebus eccleſiæ non alienan. nulli. Dominicus.

[Prima glo. ſummat, & dicit quid determinat.]

a ¶ Cum ex eo] Mendicantes non poſſunt acquirere noua loca ad habitandũ, vel antiqua alienare, vel mutare abſque ſpeciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. in acquirentibus tñ loca pro eremitica vita ducenda, ceſſat prohibitio. hoc dicit. Determinat aũt hæc decr. no. ſup. eo. nimis. 2. in ver. ad hoc.

b ¶ Mendicantes.] hi dñr mendicantes quibus victum tribuit incerta mẽdicitas: & qui redditus aut poſſeſſiones ex regula, vel cõſtitutionibus habere non poſſunt. ſupra eo. li. de reli do. c. vnico. & quo ad caſum decre. noſtræ in omnibus Mendicantibus idẽ ius. concor. ſup.

h ¶ Mentionem.] ergo neceſſe eſt de iure communi in reſcripto fieri mentionem. de quo dic vt ſ. eo. lib. de conſti. c. 1. in glo. quæ incipit. eſt contra.

ADDITIO. Ibi etiam de hoc not. Archi. ponens ad litterã quod dicit in Spe. de inſtru. edi. §. nunc aũt. ver. & ſcias. vbi de priuil. loquitur, & de reſcrip. vide de reſcrip. præſenti. §. ratione cauſæ. ver. item quod eſt contra ius. Ioan. And.

i ¶ Decernentes.] Hodie tranſgreſſores ſunt ipſo facto excõicati per cle. de pœnis cupientes, 1. reſponſo.

k ¶ Eligendã.] Iſti ſunt digni cõuenienti honore. 16. q. 1. qui vere & pure, & an tales ſubſint epiſcopo, ibi nota, & poſſunt eremitæ aliàs non religioſi habere proprium. 19. q. 3. §. econtra. Paulus.

l ¶ Licentia] ergo nota quòd religioſus Mendicans de licentia prælati ſui poteſt vitam eremiticam eligere.

Religioſus mendicans de licentia ſui prælati poteſt vitã eremiticam eligere.

ADDITIO. Vide quod dixi in antiq. de reg. ſane. in fin. vlt. glo. Io. And.

m ¶ De propinquo.] De hoc ĩ. de verbo ſig. c. penult. Ioan. And.

DE PRIVILEGIIS.

¶ Dictum fuit ſupra de exceſſibus Prælatorum: verum quia multotiens exceſſus prælatorũ præſtant cauſam,

vt ſubditi obtineant à Papa priuilegium exemptionis, eo quòd prælati grauant ſubditos: ideo poſt titulũ de exceſſibus prçlatorum, annectit titulum de priuilegijs. Vnde hic ti. non ſolum tractat de priuilegijs exemptionis, ſed de pluribus alijs. ſed occaſione ſumpta à priuilegijs exẽptionis, tractat generaliter de omnib. priuilegijs.

CAP. I.

Volentes a † liberre, ratione delicti, contractus, aut rei, ſi hæc ſint inita, vel ſita in loco non exempto, conueniuntur coram ordinario: ſed ratione domicilii non.

Volentes.] Primo p̃miſſo ꝓœmio vel exordio, ponit declarationem circa priuilegium exemptionis, & declarationi obijcit, & ſoluit, & proteſtatur. Secundo declarationem prorogat ad priuilegium de certo iudice. Tertio determinat quid iuris de priuilegio quod eximit à pœna cenſuræ. Secunda ibi, Et idipſum. Tertia ibi, In eos. Sed Ioan. Monach. qui diuidit in quinque partes de exordio facit primam, de obiectione & ſolutione tertiam.

CASVS. Canonici eccleſiæ beatiſſimi Hilarij maioris Pictauien. obtinuerunt priuilegium à ſede Apoſtolica, vt eſſent exempti à iuriſdictione epiſcopi Pictauenſis, ſed immediate eſſent ſubiecti eccleſiæ Romanæ, datis ſibi certis conſeruatoribus: Iſti exempti perpetrauerunt delictum in diœceſi Pictauenſi in loco non exempto, ſed extra locum exemptum: pro quo fuerunt conuenti coram epiſcopo Pictauenſi, vel eius officiali habente ad hoc ſpecialem poteſtatem: Nam ex generali commiſſione non poſſet officialis epiſcopi inquirere de criminibus, niſi haberet ad hoc ſpecialem poteſtatem ab epiſcopo: Iſte conuentus coram officiali Pictauenſi, propoſuit, quod non tenebatur litigare coram officiali Pictauenſi, eo, & pro eo, quod erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi Pictauenſis: & ideo petebat remitti ad ſuum iudicem & conſeruatorem ſuorum priuilegiorum. Pro parte promotoris cauſarum officij fuit propoſitum, quòd non debebat remitti ad ſuum iudicem: quia ceſſabat priuilegium propter delictum in loco non exempto perpetratum: Dubitatum fuit, an deberet remitti ad ſuum iudicem: Vnde Papa conſultus reſpondet, quod non: ſed tenetur litigare coram epiſcopo, & pati ſecundum ordinationem epiſcopi. Idem ſi exemptus conueniatur pro contractu celebrato, vel pro re exiſtente extra locum exemptum. Sed quid ſanctiſſime pater, vtrum ex iſtis tribus modis priuilegium exemptionis de nihilo ſibi ſeruiat? Reſpondet, ꝙ non erit priuilegium inutile: ſed de multis ſibi ſeruiet: Nam poſito, quod exemptus deliquit vel contraxit in loco exempto, qui locus eſt intra limites diœceſis epiſcopi loci, & exemptus habet domicilium intra diœceſim Pictauenſem, & ita tamen deliquit vel contraxit in loco exempto: licet ratione domicilij poſſet alias conueniri coram ordinario: tamen non poterit propter priuilegium ſuum. Item ponamus, quòd exemptus deliquit, vel contraxit, vel poſſidet rem extra locum exemptum, & etiam extra diœceſim illius epiſcopi, intra cuius limites habet domicilium: tunc ratione domicilij poſſet coram illo epiſcopo conueniri, intra cuius limites habet domicilium, & poſſet eum punire, niſi iudex delicti eum requirat: ſed tamen quia eſt priuilegiatus, non poterit coram illo epiſcopo conueniri ratione domicilij. Idem dicendum eſt ratione cõtractus, vel rei exiſtentis extra locum exemptum, & diœceſim intra quã habet domicilium. Sed ſi deliquit extra locum exemptum, ſcilicet in diœceſi, in qua habet domicilium, ſi iſta duo concurrant, ceſſabit priuilegium exemptionis. Sed ponamus ꝙ aliquis impetrauit priuilegium a ſede Apoſtolica, vt non poſſet conueniri, nec teneretur reſpondere, niſi ſub certo iudice, vtrum in tribus dictis caſibus poſſit conueniri coram alio iudice? Reſpondet ꝙ ſic, videlicet concurrentibus duobus: videlicet domicilium & delictum, vel domicilium & contractus, vel domicilium & res: tunc enim in his duobus caſibus poterunt conueniri coram iudice domicilij. Sed ponamus quod aliqua eccleſia obtinuit priuilegium, vt religioſi illius eccleſiæ non poſſent à quocunque iudice ſuſpẽdi, interdici, vel excommunicari: vtrũ poſſint ſuſpendi, interdici, vel excommunicari ab ordinario ſi conueniantur pro delicto, contractu, vel pro re? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non, ad quemcunque locum ſe transferant, niſi ſe transferrent ad certum Prioratum: tunc poſſent ab ordinario ſuſpẽdi, interdici, vel excommunicari, quamdiu in tali Prioratu tolerentur: licet illi prioratus ſint renouabiles ad nutũ prælati. [Volentes.] Textus exigit, vt ſi delictum habeat certam pœnam, imponatur illa pœna, ſi autem nõ habeat certam pœnam, imponatur pœna extraordinaria: vel ſicut ius exigit, vt ſi contumaces fuerint, excommunicentur, vel mittantur in poſſeſſionem: iuxta illa quæ habentur in c. quoniam frequente, ſupra, ut li. nõ conteſt. [Non vtique.] id eſt, non carent omni commodo exemptionis, & reſpondet tacitę quæſtioni, quaſi dicat, non carebit omnino commodo exemptionis, vt dixi in caſus poſitione: videlicet ſi domicilium ſit in diœceſi, & deliquit alibi, non poſſet conueniri in loco domicilij: licet aliàs ceſſante priuilegio ibi poſſet conueniri. Item ſi deliquit extra diœceſim, & extra locum exemptum: ſi domicilium ſit in diœceſi, non poterit ibi ratione domicilij conueniri. Item ſi exemptus deliquit extra locum exemptum, & extra diœceſim domicilij: ſi iudex delicti petat fieri ad ipſum remiſſionem: iudex domicilij non poterit in eum exercere ſuam iuriſdictionem, id eſt, non poterit talem capere nec mittere ad iudicem delicti: quod facere poſſet ſi iſte non haberet priuilegium exemptionis. Item ſi iudex contractus requirat iudicem domicilij, vt faciat citari talem, vt comparere habeat coram iudice contractus. non poterit iudex domicilij iſtud facere obſtante priuilegio exemptionis: & in omnibus iſtis habet commodum priuilegium exemptionis.

† Vide concil. Triden. ſeſſ. 7. de reform. c. 14. vbi hæc decretalis innouatur.

Nota primo, quod ſi exemptus delinquat extra locũ exemptum, poteſt conueniri coram ordinario: dum tamen delinquat in diœceſi ordinarij, & iſtud verum, niſi aliud diceretur in priuilegio exemptionis. Nam iſte tex. intelligitur, quando Papa dixit in priuilegio ſuo: Talem eccleſiam cum miniſtris ſuis eximimus à iuriſdictione ordinarij: Sed vt dicit Ioan. Andr. in nouella, plures eccleſiæ habent ampliora priuilegia: videlicet vt non poſſint conueniri coram ordinarijs, niſi coram certo iudice ẽt pro delicto vel contractu, vel re exiſtente in diœceſi ordinarij, tunc ualerent talia priuilegia: dum tamen apponatur clauſula derogatiua ad iſtam cõſtitutionem. Sed adhuc eſt quæſtio, vtrum ſufficeret, ſi Papa diceret, non obſtante conſtitutione Innocentij quarti? Quidam dicunt quòd non: quia illa conſtitutio aliàs prohibuit illud quod iſta prohibet: ſed illa fuit declarata per iſtam. Communis opinio eſt ſufficere dicere, non obſtante conſtitutione Innocentij quarti in concilio Lugdunen.

[Prima gl. ſummat, & ſubdit quid declaret.]

a ¶ Volentes.] Exẽpti vel priuilegiati ut non teneãtur niſi ſub certo iudice rñdere, ratione delicti, ꝯtus, aut rei, ſi hæc ſint inita, vel ſita in loco non exempto, conueniuntur corã ordinario: ſed rõne domicilij non. Monaſterio priuilegiato vt eius monachi à quocũque interdici, ſuſpẽdi, vel excõicari non poſſint, ceſſat in illos ordinariorũ iuriſdictio quoad illa: niſi illi monachi mitterẽtur ad prioratus ſubiectos ordinarijs: quia tunc ẽt ſi ceſſet vtrobique ſint monachi, ordinarij ẽt quoad prædi-

cta

ctã illos iudicant, quamdiu ibi manent. hoc dicit. Determinat autẽ hæc decretalis diffuſe no. 6. q. 4. c. vlt. & ſupra eod. tit. ex tuarum.

ADDITIO. Et quæ not. Inno. ſupra eo recipimus. & Hoſt in ſumma huius tit §. fin. ſub §. ſed & dici poſſet. & eius excuſat ꝓlixitatem ibi poſitã: dicens, ꝙ ante hanc conſtitutionem, totã illud ſcripſerat: & ſe extollit quod iura noua pro magna parte ſuas opiniones approbant. Io. And.

remus Anglicũ exẽpto: vt ſicut ille qui aliàs non eſt de iuriſdictione, rõne delicti efficitur de iuriſdictione. ſic exemptus qui aliàs de iuriſdictione non eſt, rõe delicti de iuriſdictione efficitur. idem in contractu & re.

(Glo. ſeq. reci. per q. & ſolutionem.)

tatem, quam nonnullis Apoſtolica ſedes priuilegio exemptionis [a] indulſit, ſic integram obſeruari, vt & illam alij non infringant, [b] & ipſi eius limites non excedant: [c] † Declaratione irrefragabili diffinimus, quòd quantumcunque † ſic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſiue contractus, aut rei [d] de qua contra ipſos agitur, rite poſſunt coram locorum ordinarijs conueniri; & illi † quo ad hoc [e] ſuam in ipſos iuriſdictionem, prout ius exigit, exercere. Nunquid [f] ergo carent omnino in his commodo libertatis? non vtique: quia nec coram ordinarijs ipſis, dummodo ſit in loco exempto [g] commiſſum delictum, vel contractus initus, aut res litigioſa, nec ubi domicilium habent, ſi alibi delinquant vel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, conueniri poſſunt aliquatenus ſuper iſtis: nec domiciliorum prætextu locorum diœceſani (ſi vbi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipſa conſiſtit, illi conueniantur) remittendi eos illuc, vel ipſis vt illic reſpondeant, iniungendi habent aliquam poteſtatem: ſaluis nihilominus caſibus alijs, in quibus eos epiſcoporum iuriſdictioni ſubeſſe canonica præcipiunt inſtituta. [h] Et idipſum [i] decernimus circa illos, [k] quibus vt non niſi ſub vno certo [l] iudice teneantur de ſe conquerentibus reſpondere, Apoſtolico priuilegio eſt conceſſum.

¶ Monaſterio priuilegiato, vt eius monachi a quocunque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, ceſſat in illis ordinariorum iuriſdictio quo ad illa: niſi illi monachi mitterentur ad prioratus ſubiectos ordinarijs: quia tunc etiã licet vtrobique ſint monachi, ordinarij etiam quo ad prædicta illos iudicant, quamdiu ibi manent. h. d.

¶ In eos [m] † autem, quibus ne interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quoquã valeant, à ſede Apoſtolica eſt indultum: ſicut ſunt religioſi quamplures, in quorum priuilegijs continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus monaſteriorum ſuorũ monachos pro vlla cauſa, vlloue loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare prȩſumat: ijdem ordinarij iuriſdictionem ſuã quantum [n] ad iſta vbi-

(Gl. ſecunda recit. per duas q. in quarũ prima remittit.)

a ¶ Exemptionis.] Per quæ verba dicatur data exemptio, videbis ĩ. eod. tit. ſi Papa, & proprie Apoſtolicæ ſedis eſt eximere 16. q. 1. frater. 9. q. 3. nunc vero.

ADDITIO. Vnde legatus ẽt de latere hoc non poſſet. ſupra de confir. vti. c. ſi. vt dicit Abbas. Nec epiſcopus. de excel. præl. c. 2. nec archiepiſcopus. eo ti. ſicut vnire. Io. And.

b ¶ Infringant.] iſti ſeueritate eccleſiaſtica coercentur. ſupra eod. quanto. & Papa ſolet talium priuilegia decurtare. ſupra eod. dilecti.

c ¶ Excedant.] ſupra eo. porro. & c. parentibus. ne priuilegium amittere mereantur. 11. q. 3. priuilegiũ. ĩ. eod. tuarum limites enim tranſgrediendi non ſunt. ſupra de ſepul. c. 1.

ADDITIO. Arc. alleg. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. & 9. q. 2. c. 1. Io. And.

d ¶ Aut rei.] hæc vera, ſi contractus ſit initus, vel maleficiũ factũ in loco non exempto, & res litigioſa non exempta, vt ĩ. patebit.

e ¶ Ad hoc.] tria ſupius enarrata. Io. An.

[Glo. ſeq. declarat ob. & ſol. quam facit text.]

f ¶ Nunquid ergo.] quia videretur aliquibus, ꝙ ꝑ hoc exẽpti æquiparent non exemptis, vt indiſtincte poſſent corã ordinarijs cõueniri: iõ de hoc obijcit & ſoluit: & hoc dicere intẽdit, ꝙ indiſtincte rõne domicilij, ſunt exempti, vt iudex domicilij, nec poteſtatẽ hẽat cognoſcendi, nec remittẽdi: & tñ ille eſt vnus modus ſortiendi forum, ſupra, de fo. comp. c. vlt. itẽ ſi delictum, contractus, aut res litigioſã ſint in loco exempto, gaudebunt exemptione. ſi. n. Anglicus delinqueret Bonon. nonne puniretur per iudicẽ Bono. Fingamus ergo, & æquipa-

g ¶ Exempto.] dicit hic Ber. ꝙ monaſterio exẽpto, eccleſia, cȩmeteriũ, domus, monaſterium, atria, hortus, areæ, quæ ſunt iuxta eccleſiã, intelligũtur exẽpta. 12. q. 1. neceſſaria. & cap. nulla. 17. q. 4. diffiniuit. & c. id conſtituimus. ſupra de immun. eccle. c. 1. & de cenſ. c. 1.

h ¶ Inſtituta.] vt ĩ. de hære. ad abolendã in fi. ĩ. e li. de præb. c. 1. de ſta. reg. c. vnico. in fi. Idem ſi capellas haberet non exẽptas. ĩ. eo. ex ore. & c. cũ capella. ſic ĩ. de conſu. c. cum inter vos. ĩ. de ſen. excõ. nonnulli. & ĩ. eo. tit. auctoritate. (vide quod no. in cle. de ſepul. dudũ. in gl. multotiens. & de pȩ. & rem. c. 2. in gl. pen.

ADDITIO. Bñ facit ad propoſitũ huius gl decr. veniens. ĩ. de præſcr. verſi. chriſma. per quã patet, ꝙ chriſma, oleũ ſanctum, cõſecrationes baſilicarũ, & ordinationes clericorũ, & his ſimilia, ſunt à diœceſanis epĩs poſtulanda: niſi aliud ipſorũ priuilegijs concedatur. & alleg. ẽt Hoſt q. 2. interdicimus. Io. And.

i ¶ Et idipſum.] ſ. quod dictum eſt de exemptis.

ADDITIO. Tam circa conuentiones, quàm circa remiſſiones. Io. And.

k ¶ Illos.] non exẽptos, ſed priuilegiatos tm̃, vt ſequitur. (Gl. ſeq. rec. ꝑ obie. & duplicẽ ſolõnẽ.)

l ¶ Certo.] iſtud ſoluit ꝯtrium de decr. ſupra, de reſcr. ad hæc. quia hic certus iudex datus fuerat à Papa, ibi incertus, quem Imperator duceret eligendum: præterea ibi per modum reſcripti, & iuris cõis facta fuit interpretatio. hic in modum gratiæ, & priuilegij. quod ẽt apparet ex titulo & ex littera quȩ ſequitur, Apoſtolico priuilegio.

m ¶ In eos aũt.] Iſtud quod ſequitur intelligas ſane, ſm determinationem decret. ĩ. eod. tit. ne aliqui.

n ¶ Quantum ad iſta.] ſ. interdictum, ſuſpenſionem, & excõicationem: ergo quantũ ad alia ſalua manet iuriſdictio. licet ergo iſta exercere non poſſint ordinarij, poſſunt tñ cãm eorũ audire, & iudicare: ſi non pareant,

† No. ꝙ priuilegiatus non dẽt excedere metas priuilegiorum. ad hoc ſupra eo. c. ſane. & c porro.

† Al. ita: ꝙ quãtacũque, &c.

† al. ita: & illi quo ad hæc.

† Hoc, & quod ſequitur declaratur in text. ſuper verſi. nec vbi.

† In quo tã plus habet diœceſanus Bon. quàm in Anglico. propter cauſas ſpeciales, quibus ſibi ſub eſt, vt ĩ. gl. 2. Io. And.

Exempto monaſterio eccleſia, cœmeterium, hortus, area intelliguntur exẽpta.

† De intellectu vide Dec. in c. tuarũ. nu. 49 extra de priui.

cunque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt: Niſi forſan ipſi monachi ad monaſteriorum ſuorũ Prioratus ordinarijs eiſdem ſubiectos (vt vel gerant eorum † regimen, vel in eis tamquam proprij locorum ipſorum monachi reſideant[a]) fuerint deſtinati: tunc enim, & ſi libere poſſint ad eadem monaſteria reuocari, ac tam illorum, quàm ipſorum Prioratuum monachi reputentur, (cum non ſit incõueniens aliquem † vtrobique locum habere monachicum †) vnum alteri ſubeſſe monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependere:[b] ratione tamen eorundem Prioratuum dicti ordinarij ſua iuriſdictione in ipſis, etiam quo ad præmiſſa,[c] quamdiu[d] morantur in illis, licite vti poſſunt.

¶ Idem.

¶ *Curia Romana habet ſtudium generale, & eius priuilegia. h. d. Io. And.*

CAP. II.

CVm de diuerſis[e]

† al. illorũ.

† aliàs ita: aliquem ſic vtrobique, &c.

† Al. monachum.

poterunt in poſſeſſionem mittere, & ſimilia facere.

ADDITIO. Dicit Hoſt. ꝙ etiam deponere illos poterunt, & in arctũ monaſterium detrudere, ſi cauſa talis fuerit: poteſtati.n ordinariorum non detrahitur, niſi inquantum eſt expreſſum: ſicut & de præſcriptione dicitur ſupra, de præſcriptionibus, audiuis. & cap. cum olim. Ioan. And.

a ¶ Reſideant.] ad idem ſupra eo. quoniam. & cap. cum capella. & nota litterã: quia ſi irent illuc cauſa viſitandi, vel cauſa ſolatij, vel vt viatores: illos quo ad iſta non coercent ordinarij, ff. de iudi. l. hæres abſens.

ADDITIO. ver. nam vbi. & procedit hoc etiam ſi ſibi delinquant tunc, vel cõtrahant ſecundum Innocent.

[Gl. ſeq. alleg. duas concor. ſoluit contrarium. finis reci. per quæſtionem.]

b ¶ Dependere.] concor. ſup. eod. lib. de præben. cum ſingula. & ſi ſupra, de præben. extirpandæ. §. qui vero. nec obſtat decr. de elec. conſtitutis. quæ loquitur cum monaſteria non ſunt annexa. nec pendentia. Et talis habebit vocẽ in vtriuſque prælati electione, ſi eſt conſuetudo: alias conuentus eligeret. 16. q. vlt. c. vlt. ſupra, de elec. c. 1.

Priores nõ habent ius eligendi p̄latũ in maiori monaſterio, àquo priorat⁹ eorum dependent.

ADDITIO ſecundum Hoſt. Idem Io. Mon. & Arc. Vide quod dixi poſt Inn. de reli. do. c. fi. §. vlt. qui diſtinguit, an habeat electionem ſuperioris: & an prioratus bona ſint diſtincta. Io. And.

c ¶ Quo ad præmiſſa.] ſcilicet ſuſpenſionem, excõicationẽ, & interdictum. & intelligas hoc qñ prioratus ille tale priuilegium non habet, nec ex ſe, nec ex ſuperiori monaſterio: quia ſi maius monaſterium haberet priuilegium, ꝙ monachi ſui, & prioratuum ſibi ſubiectorum à quoquam excõicari non poſſent, & c. tunc ſecus.

d ¶ Quamdiu morantur.] ergo poſt reuocationem ε eorum epiſcopus quo ad prædicta in eos iuriſdictione vti non poterit [niſi præueniatur. de fo. comp. propoſuiſti. ſecundum Hoſt. & Io. Mon.

ε Cui reſiſtere nõ poſſunt. ɔ̄ ſta. mo. cum ad monaſteriũ verſi. tales. Io. And.

CVm de.] Præmiſſa cauſa prouidet, & prouiſionem declarat. ibi, Vnde. Hic priuilegiatur locus ſtudij. de priuilegijs doctorum habetur, C. de profeſ. & medi. l. medicos, lib. 10. ff. de excu. tu. l. ſed & reprobari. §. vlt. Ioan. Andr.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum primo illud quod habetur in c. ſuper ſpecu. de magi. in antiq. videlicet, ꝙ clerici præbendati, & beneficiati exiſtentes in ſtudio generali, de licentia ſuorum prælatorum (q̄a hoc eſt neceſſe) percipiant fructus beneficij, & groſſum præbendæ, ſed non diſtributiones quotidianas: quia exiſtens in ſtudio, licet reputetur præſens, vt percipiat fructus beneficij ſui, & groſſum præbendæ: non tamen reputatur intereſſe diuino officio. Secundo eſt præſupponendum, ꝙ habere ſtudium generale dependet à poteſtate principis concedentis priuilegium.

CASVS. Aliquis clericus beneficiatus eſt in curia Romana, & ſtudet in iure diuino, vel humano, ideſt, in iure canonico vel ciuili, vtrum poſſit percipere fructus beneficij quaſi ſtudens in ſtudio generali? Reſpondet Romanus pontifex, quòd iuſtis de cauſis ad hoc animum ſuum mouentibus iamdiu diſpoſuit, quòd in curia eſſet ſtudium generale: ſic quòd ſtudens in curia Romana perciperet fructus beneficij ſui, quaſi ſtuderet in ſtudio generali. Vnde curia Romana non accipitur pro ciuitate Romana, niſi tamdiu, quamdiu eſt ibi curia: nam regentes ſequuntur curiam. [Quaſi] aliqui exponunt quaſi, pro, vt: quia re vera Eccleſia Romana eſt mater Eccleſiarum omnium. Alij dicunt, ꝙ ſtat proprie: quia eccleſia Romana nõ eſt vera mater, ſed quaſi mater: quia mater proprie dicitur illa, quæ peperit filium: eccleſia autem re uera non parit, ſed dicitur quaſi mater: quia quaſi parit, videlicet ſpiritaliter in regeneratione, quæ fit per baptiſmum. [Ciuilis.] Iſta verba veniunt expoſitiue ad duos terminos ſequentes, ſ. diuini & humani. Alij dicunt, ꝙ veniunt expoſitiue ad vocabulum humani: ita ꝙ ius canonicum vocetur ius humanum: vel ius ciuile dicitur ius humanum. Vnde ius humanum dicitur ius factum ad conſeruationem humani generis.

Not. primo ex princ. cap ſecundum vnam expoſitionem, quod quando dictio, quaſi, iungitur qualitati veræ, accipitur prout hic intelligitur ex iſto cap. ſi dicamus, ꝙ eccleſia Romana ſit vere mater: ſed quando dictio, quaſi, iungitur qualitati, non vere diminuit.

Not. vlterius, quòd ſtudentes non ſolum dicuntur ſibi proficere, ſed etiam omnibus alijs, ideſt, ad profectum omnium aliorum: nam eccleſia vniuerſalis indiget viris litteratis ad ſui regimen. Nota, quòd licet ius canonicum ſit extractum à iure diuino, tamen dicitur ius humanum: quia fuit factum ad politiam humani generis; ſicut exponitur in procemio decretalium: ibi, humani generis. Nota principalem effectum huius c. ꝙ ſtudentes in ſtudio generali, percipiunt fructus ſiue redditus ſuorum beneficiorum, ac ſi reſiderent, ideſt, percipiunt fructus, quos percipere deberẽt ratione præſentiæ Gloſſ. fin. dicit ꝙ non omnes ſtudentes in ſtudio generali percipiunt fructus ſuorum beneficiorum, ſed ſoli theologi. c. ſuper ſpecula. ne clerici vel monachi ſæcula. nego. ſe immiſceant. quod loquitur de ſtudẽtibus in theologia. nec obſtat iſte tex. quia debet interpretari ſecundum illud cap. ſuper ſpecula. Iſtud non placet modernis doctoribus: immo dicunt, ꝙ ſtudentes in quacunque facultate debent percipere fructus beneficiorum, quos perciperent in præſentia: maxime ſi ſtudeant in iure canonico, vel ciuili. nec obſtat cap. ſuper ſpecula. quia dicit ſpecialitatem in theologis reſpectu contrarij ſtatuti: ideo valeret ſtatutum quòd ſtudentes in iure canonico, vel ciuili non perciperent fructus beneficiorum: ſed in theologia non valeret tale ſtatutum.

Nota etiam quòd ſedes Apoſtolica appellatur quaſi mater omnium. Nota finaliter, quòd curia Romana habet priuilegiũ ſtudij: & ſic locus vbi ſtudium deputatur, habet certa priuilegia. De priuilegijs vero Doctorum habetur C. de profeſ. & medi. l. medicos. libro decimo. & ff. de excuſat. tuto. ſed & reprobari. §. finali. Dominicus.

[Prima glo. ſummat.]

e ¶ Cum de diuerſis.] Curia Romana habet ſtudium generale, & eius priuilegia. hoc dicit.

e ¶ Mun-

a ¶ Mundi.] bene dicit: quia Apoſtolicus totius orbis eſt dominus. ſupra, de fo. compe. c. vlt. & ſupra in proœmio huius lib. cum ſuis concor.

b ¶ Quaſi matrem.] 2. q. 6. ad Romanam. 19. diſtin. in memoriam. & quaſi, ideo dicit: quia eccleſia [1] iam genitum natura, gignit per gratiam: vnde debet dici renatus, ideo dixit, quaſi: quia mater proprie dicitur quæ parit.

1 Ut eccleſia dicatur mater fidelium lucuIēter docet Tu recr. in ſum. de eccleſia lib. 1. cap. 40.

ADDITIO. Idē Io. Mon. qui dicebat, quòd eccleſia de non eſſe (cum eſſemus natura filij iræ, ad Epheſi. 2) ducit ad eſſe ſpirituale per ſacramentum baptiſmi. vnde ille iam natus eſt auctus per gratiam, quæ gratia non deſtruit naturam, ſed perficit. ſecundum Auguſtinum. Ioan. Andr.

mundi [a] partibus multi confluant ad ſedem Apoſtolicam quaſi [b] matrem: Nos ad communem [c] tam ipſorum, quàm aliorum omnium commodum & profectum, paterna ſollicitudine intendentes, vt ſit eis mora huiuſmodi fructuoſa, prouidimus, quòd ibidem de cętero regatur, & vigeat ſtudium iuris diuini & humani, canonici videlicet [d] & ciuilis. Vnde volumus, & ſtatuimus, vt ſtudentes in ſcholis ipſis penes ſedem [e] eandem, talibus priuilegijs omnino, libertatibus, & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent ſtudentes in ſcholis, vbi generale regitur ſtudium, ac recipiant integre [f] prouentus † ſuos eccleſiaſticos, ſicut illi.

c ¶ Communem.] debet enim lex eſſe communis 4. diſtin. erit autem. & ſupra in proœmio huius libri.

[Glo. ſeq. ponit duas lecturas.

d ¶ Videlicet.] Iſtud poſſet venire expoſitiue ad vtrũque. q. d. diuini, id eſt, canonici; humani, id eſt, ciuilis: ſed melius eſt [Idem Ioan. Monach.] ꝙ veniat expoſitiue tantum ad verbum, humani, id eſt, poſitiui. ſ. canonici, & ciuilis. & quod dicit diuini. intelligatur proprie de ſacra pagina.

[Gl. ſeq. quærit, & ſoluit, ſecundum & tertium dictum reci. per duas quæſtiones.

e ¶ Sedem eandem.] Nunquid intelligimus quod hic, de ſede Apoſtolica dicit, late, vt comprehendat etiam loca vicina per duas dietas legales: prout dicitur ſupra eo. lib. de præben. præſenti? Non credo, ſed intelligam per ſedem, ciuitatem, vel locum vbi eſt curia cum ſuis ſuburbijs tantum. ad hoc infra, de ſent. excõmunic. ſi ciuitas, aliàs ſequeretur, quòd curia, vel ſtudio exiſtente Bononiæ, ſtudentes Imolæ, vel Mutinæ gauderent priuilegio: quod eſſet abſurdum. ſupra, de cle. non reſi. tuæ. prorogatio igitur illius decr. præſenti. ſuum ſpecialem caſum contingat. & puto quòd Viterbien. ſtudens Viterbij, veniente curia & permanente, gaudebit hoc priuilegio: ſed curia recedente ceſſabit gaudere: ſicut, & ego ſtudens Bonon. gaudebo priuilegio ſtudij: & ſi cras tolleretur Bonon. ſtudiũ, vel eius priuilegiũ, gaudere ceſſarem. Non obſtat prædicta decre. præſenti. § ſane. quia ibi odium: [2] hic fauor. & horum diuerſa eſt ratio. infra, de regu. iur. odia, cum ſuis concord. Si vero aliquis exiſtens in curia pro impetratione faciẽda, vel ibi procurator, vel aduocatus exiſtens, in fraudem ſcholas intraret, vt huius conſtitutionis beneficio gauderet, fraus ſibi non proderit. [3] ſupra, de renunc. cap. 2. cum ſuis concord. Sicut nec vere cauſa reipublicę abeſſe dicitur, qui cauſa proprij commodi in legatione eſt, ff. ex quib. cau. maio. l. non vere. & facit quod ibi not. & quod no. moderni. de magiſtris. c. vlt. in antiq.

2 Per quod præiudicaret ordinario collatori: fauor. n. reſpicit ſtudentem: vt hic in prin. Io. An.

3 Idem Io. Mo. q. dicit ꝙ talem denominabit ab eo ĩ quo ſe plus occupat, & remittit. ĩ. de verb. ſi. c. ſi. Io. And.

[Glo. ſeq. reci. per duas quæſtiones.]

f ¶ Integre.] quotidianis diſtributionibus exceptis ſupra, de magiſtris, cap. vlt. ſupra, de præben. licet, illæ. n. non dantur etiam pręſentibus, qui non interſunt diuinis, ſupra eodem lib. de cle. non reſid. c. vnico. Ne intelligas, quòd de iure cõmuni exiſtentes in ſtudio percipiant corpus præbendæ, ſaluo quòd de ſacra pagina dicimus: ſed hic intendit dicere, quòd ſi ex diſpenſatione, conſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ exiſtens in ſtudio poteſt percipere præbendam, hoc poterit, ſtudendo in curia.

ADDITIO. Pro exiſtẽtibus in ſtudio quòd percipiant corpus præbendæ, eſt arg. 82. diſtinct. propoſuiſti. in gloſſ. ſufficit. & 37. diſtinct. de quibuſdam. Contra eos eſt quod not. 12. q. 2. Vulteranæ. & 16. q. 1. generaliter.

† Vid. cõci. Trid. ſeſ. 5. de refor. ca. 1. in fi.

¶ Alexander quartus. †

† In manuſcriptis ita: Alex. iij.

¶ *Dicit quomodo intelligatur priuilegium, quod habent quidam Abbates de populo benedicendo, & quibus poſſint Abbates conferre tonſuram. Io. And.*

CAP. III.

ABba-

ABbates.] Sunt duæ partes. Prima tractat de benedictione ſuper populo fienda. & per abbates ſuper hoc priuilegiatos. Secunda: ibi, Nec eis. De collatione tonſuræ. Iterum prima dicit quid eis liceat, determinando locum & tempus. Secunda: ibi, Alibi, ponit quid non liceat. & exceptionem ſubdit: ibi, Niſi. Secunda principalis miſcendo quid liceat, ponit quid non liceat, a quo excipit: ibi, Niſi. Ioan. And.

¶ Si Abbas à ſede Apoſtolica obtinuit priuilegium, vt poſſit impertiri ſolemnem benedictionem: iſtud priuilegium reſtringitur quãdiu eſt in monaſterio. vel in capella ſibi pleno iure ſubiectis. hoc dicit. Pręſupponendum eſt, quod ſimplex ſacerdos licet poſſit populum benedicere benedictione non ſolemni: ſoli tamen epiſcopi poſſunt impendere benedictionem ſolemnem, quæ fit dicendo: Sit nomen Domini benedictum. Humiliate vos ad benedictionem. 95. diſt. ca. ecce ego dico.

CASVS. Aliquis abbas obtinuit à ſede Apoſtolica priuilegium, vt poſſet impertiri ſolemnem benedictionem, & non fuit dictum in quocũque loco: ſed ſimpliciter fuit ei conceſſa facultas, vt poſſet impertiri ſolemnem benedictionem. Iſte abbas inuitatus ad funus cuiuſdam defuncti, voluit imperiri iſtam ſolemnem benedictionem: aut cum eſſet in aliqua proceſſione, voluit imperiri benedictionem ſolemnẽ: verum poſſit? Reſpondet Romanus Pontifex dicens, ꝙ niſi aliud fuerit dictum & nominatim expreſſum in priuilegio ſuo, non poterit impertiri benedictionem ſolemnẽ, niſi in monaſterio ſuo, & in capellis ſibi perpetuo iure ſubiectis: in quibus ipſe Abbas eſt tamquam epiſcopus. Sed vtrum ſit permiſſum abbati conferre primã tonſuram extraneo, non ſuis conuerſis? Reſpondet ꝙ nõ: & ſi illi extranei cõuolarent ad monaſterium animo conuertendi ſe vt fierent monachi. [Inſigniuit.] ſcilicet ſimpliciter. [Elargiri.] quia in his tribus cõſueuerunt epiſcopi benedictionem ſolemnem impertiri populo.

Nota primo, ꝙ benedicere populum benedictione ſolẽni, cõpetit ſolis ep̃is q̃ tenent locũ Apoſtolorum & alij inferiores prælati, puta rectores eccleſiarum parochialium tenent locum lxxij. diſcipulorum. Not. ꝙ abbates de iure communi non habent facultatem impertiendi benedictionem ſolemnem: ſed poſſunt à ſede Apoſtolica obtinere priuilegiũ, vt illam benedictionem ſolemnem poſſint impertiri. Nota tres horas, in quibus ep̃s poteſt benedicere populum benedictione ſolemni, videlicet poſt laudes, poſt Miſſarũ ſolẽnia, & poſt veſperas.

Not. ꝙ Abbates poſſunt conuerſis ſuis conferre primam tonſuram, per quam confertur ordo clericalis.

Not ꝙ ſi Papa dedit alicui abbati priuilegium benedicendi populum benedictione ſolemni: iſtud priuilegium non extenditur extra monaſterium ipſius abbatis, & loca ſibi pleno iure ſubiecta: nam iſtud priuilegium tēdit in diminutionem auctoritatis epiſcopalis: ideo debet ſtricte interpretari, vt minus lædat. Et ſi abbas daret benedictionē populo extra monaſterium, vel loca ſibi pleno iure ſubiecta, ipſe delinqueret, & poſſet eum epiſcopus punire, non obſtante priuilegio exēptionis: quia priuilegia tantum valent quantum ſonant.

[Prima glo. ſummat.]

a ¶ Abbates.] dicit quomodo intelligatur priuilegiū quod habent quidam Abbates de populo benedicendo, & quibus poſſint Abbates conferre tonſuram. Io. Andr.

† Aliàs, expreſſe.

† Vide cōc. Trid. ſeſ. 23. de reform. ca. 10.

[Secunda glo. reci. per quæſtionem.]

a ¶ Abbates.] Licet hic de abbatibus exprimat: idem intelligo de Prioribus, archipreſbyteris, vel alijs, quibus hoc priuilegium conceſſum eſſet, cum eadem ſit ratio: iſta autem decr. olim inter extrauagantes incipiebat: Quoniam nonnulli. [De qua loquitur Gul. in Specu. eod. tit. Io. And.

ADDITIO. Opinionem glo. tenet Archid. propter identitatem rationis. alleg. ſup. de conſtit. tranſlato. bene facit ī. eod. vt Apoſtolicæ. Io. And.

b ¶ Pleno iure.] ſcilicet in ſpiritalibus, & temporalibus ſup. eo. cum & plantare. §. in eccleſijs. & ſupra cap. quoniam per confeſſionem.

Eccleſia quã dicat ſpectare pleno iure ad monachos.

ADDITIO. Dicit hic Archid. Alanum ſcripſiſſe, ꝙ tunc eccleſiæ pleno iure pertinent ad monaſteria, quando in eis ſacerdotes inſtituunt, & omnes obuentiones percipiunt præter ſtipendia miniſtrorum. de præben. auaritiæ. & cap. de monachis. vbi de hoc. in antiq. & 16. q. 2. in ſumma. Ioan. And.

Benedictio ſolénis qualiter fiat.

c ¶ Solemnem.] ſcilicet quam faciunt epiſcopi ſolemniter dicendo: Sit nomen domini benedictum, & cap. quia priuatam benedictionem exhibent etiam preſbyteri ſimplices 95. diſt. ecce ego dico.

ADDITIO. Non tamen præſente epiſcopo. 21. diſt. denique. Io. And.

d ¶ Alibi.] ſcilicet extra eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas.

ADDITIO. Dicit Archid. ꝙ multi priuilegiati hoc male obſeruant. propter quod eſſet eis priuilegium auferendum. 74. diſt. vbi iſta, & c. ſeq. Io. And.

e ¶ Expreſſo.] Quantumcunque ego generaliter loquatur priuilegium: hoc non poterit: niſi id in priuilegio ſit expreſſum, & c. fin. ſupra eod. lib. de hæret. inquiſitores.

f ¶ Conuolauerint.] vt ibi conuerſantur, & fiant monachi.

ADDITIO. De æta. & qual. cum contingat. datur conſilium ꝙ hoc non fiat intra annum probationis: quia certum eſt, ꝙ poſtea exire poſſet, & fraus fieri, quę præcauenda eſt. de ſer. non ord. c. 1. pro & contra. ſup. de ſent. excom. religioſo. Io. And.

tes,[a] quos Apoſtolica ſedes in exhibitione benedictionis ſuper populum ſpeciali priuilegio inſigniuit: in eccleſijs, quæ ad eos pertinent pleno[b] iure, quando in eis diuina officia celebrant, poſſunt poſt Miſſarum ſolemnia, & veſpertinas, ac matutinas laudes, benedictionem ſolemnem[c] ſuper populum elargiri. Alibi[d] autem publice, aut per vias, ciuitates, caſtra, & villas, populis, & plebibus benedictionem facere, vel impartiri non valeant. Niſi hoc eis expreſſo[e] † Apoſtolico priuilegio ſit conceſſum. Nec eis † licitum ſit alijs, quàm monaſteriorum ſuorum conuerſis, & qui ad illa conuolauerint,[f] & in quos eccleſiaſticam, & quaſi epiſcopalem[g] iuriſdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonſurā.[h] Niſi eis id competat ex pleno præfatæ ſedis indulto.[i]

¶ Idem.

¶ *Exempti in locis non exemptis oratoria, vel capellas ſine diœceſanorum licentia conſtruere non poſſunt: nec in exemptis ſine licentia Papæ. Nec poſſunt exempti aſſumere cauſas proprias ſuorum liberorū hominum in ſe, etiam ſi illi ſint ſui cenſuales. hoc dicit Io. Andr.*

¶ CAP. IIII.

AVctorita-

g ¶ Quaſi epiſcopalem.] Hoc dixit: quia vere epiſcopalem habere non poſſet, ſcilicet, vt poſſet chriſmare, & alia facere, quæ ſunt epiſcopalis ordinis. ſi igitur abbas in parochia ſua, vel alio loco habet iuriſdictionem in ſpiritalibus: quod aliàs de iure debet habere epiſcopus: etiam puros laicos, nec conuerſos, nec conuertēdos poterit clericare: aliàs non. ſicut enim epiſcopus laicum nō ſuæ iuriſdictionis ordinare nō poteſt abſque licentia ſui epiſcopi ſup. eod. lib. de temp. ordin. c. vlt. ſic nec iſte abbas talem poterit ordinare.

h ¶ Tonſuram.] Cōfertur 1 enim per ipſam clericalis ordo. ſupra, de æta. & qualit. cum contingat. & hoc intellige ſecundum determinationem illius de abbate benedicto, & presbytero: ſaluo eo quod habes de ſupp. negli. prælat. cap. 1. & poſſunt tales abbates conferre etiam ſuperiores ordines vſque ad lectoratum incluſiue. 69. diſt. c. 1. in prædi. c. cum contingat.] Vide quod ibi dixi: vbi etiam tenet Bon. & hic Archid. ꝙ alteri conferens imprimit characterem. Io. And.

1 Video Ino Turrecr. in capit. clerici. 23. diſt. vnde intelliges, an prima tonſura ſit ordo.

ADDITIO. Faciunt hæc quæ tetigit gl. pro abbatibus, qui benedicunt calices, patenas, veſtes ſacerdotales cruces, & ſimilia. de quibus ſupra, de ſacra vnctio cap. vnico, ante finem. de conſe. diſt. 1. veſtimenta. nam ſi benedicunt & conſecrant perſonas, fortius & res. 12. q. 1. præcipimus. A conſecratione calicis in quo fit vnctio, vt in præ. ca. vnico. abſtinere debet in aliis ſuperioribus & ſimilibus. vbi fit ſolum verbalis benedictio, ſuſtineri pōt, quādo ad opus ſuarum eccleſiarum id agunt: aliàs abſtinere debent, cū nec ſolemniter benedicant populum, vt hic, nec aquā etiam benedicant ſolemniter. ſupra, de conſecra. eccle. vel alta. aqua. maxime quia eorum benedictio ſimplex eſt. vel ad plus miſta, vt no. in cle. de ſta. monach. attendentes. §. ſtatuimus. De mitratis dicam infra eod. vt Apoſtolicæ. ſupra a. glo. Ioan. And.

i ¶ Indulto.] puta quia habent priuilegium: quia quoſcunque etiam nō ſubditos volentes ab eis ordinari, clericare, & ordinare poſſint: tenor etiam priuilegiorum ſeruabitur, ſupra, eo. porro.

AVctoritate.] Sunt tres partes. Prima ponit triplicem prohibitionem contra exemptos. Secunda cōtrafacientes iubet compeſci per ordinarios: ibi, Quod ſi. Tertia prouidet ordinarijs contra conſeruatores ibi, Et ſi quas. Secunda, principalis: ibi, Inhibemus, ponit inhibitionem & exceptionem. Tertia: ibi, Cauſas. ponit illam inhibitionem, quam declarat: ibi, Etiam. Ioan. And.

¶ Præ-

† Vide Roman. conſi. 409. Lapū allegat. 42. Calde. conſil. 4. Feli. conſil. 130. ex qbus cognoſces an liceat oratoria ædificare diœceſano inconſulto.

¶ Præſupponendum eſt illud, quod habetur in c. cum olim. §. inſuper. eo. tit. in anti. videlicet ꝙ nullus debet ædificare nouum oratorium, vel capellam, aut eam dotare, vel altare nouum exigere ſine licentia diœceſani: & ſi quis contrarium fecerit, tam capella, ſeu oratoriū, vel altare, quàm fructus ſui cedunt diœceſano, non vt percipiat fructus tamquā ſuos, ſed vt in tali eccleſia, vel oratorio poſſit inſtituere clericum abſque cōſenſu fundatoris.

CASVS. In diœceſi Pictauenſi eſt monaſterium exemptū, vel eccleſia exēpta: vel exēpti ædificauerunt vel dotauerūt de nouo aliquā capellam, aut oratorium ſua propria auctoritate: vtrum licite fecerint? Reſpondet quòd nō, ſi ſine licentia diœceſani illam capellam de nouo ædificauerunt in loco non exempto. Sed vtrum in loco exempto poſſint capellam erigere ſua auctoritate propria? Reſpondet quòd non, abſque auctoritate Papæ, qui habetur loco diœceſani: alioquin perderent capellam cum fructibus: ita quòd ſi patronus diceret; ex quo non vultis vt habeamus iuſpatronatus in tali capella, recuperabo dotem, non eſt audiendus: immo illam dotem iam aſſignatam non poterit recuperare. Sed quid ſanctiſſime Pater, ſunt aliqui homines, qui tenent ab exemptis poſſeſſiones: ſed tamen ipſi homines ſunt domini directi: quia illas poſſeſſiones tenet ad aliquem cenſum annuū: iſti homines conueniuntur coram ordinarijs, vtrum exempti poſſint petere, vt iſti ſui homines remittantur ad ſuos conſeruatores? Reſpondetur, ꝙ non: ſi cauſa ſuper qua fuerunt conuenti, ſit commodum ipſorum hominum: ſecus ſi eſſet commodū exemptorum, & tangeret ius ſuorum exemptorum, & dominium directum illarum poſſeſſionū eſſet apud exemptos: quia tunc pro hominibus conuentis poſſet ſuſcipere defenſionem, & petere remiſſionem ad ſuos conſeruatores: ſed quando commodum poſſeſſionum ſpectat ad ipſos homines, non poſſunt exempti pro eis ſuſcipere defenſionem: nec petere vt cauſa remittatur coram ſuis conſeruatoribus. [Cauſas.] Et dicuntur cauſæ ſuorum hominum, quando commodum & incommodum ſpectat ad ipſos homines: ita ꝙ ex fine litis non ſunt exempti conſecuturi aliquod commodum vel incommodum. Nota primo, ꝙ exempti delinquentes in locis non exemptis, puniri poſſunt per ordinarios. ad hoc eo. tit. & lib. c. 1. Nota ſecundo, ꝙ legati excommunicatio lata in caſu non ſibi commiſſo, eſt nulla, ad hoc ſupra de præben. c. ſi. Dominicus.

te [a] † ſedis Apoſtolicæ de fratrum noſtrorum conſilio ſtatuimus, quòd oratoria, [b] vel capellas in locis non exemptis, [c] ſine diœceſanorum locorum ipſorum licentia exempti conſtruere non præſumant: neque in ſic conſtructis, [d] nec tempore interdicti [e] (caſibus expreſſis in iure dumtaxat exceptis [f]) celebrent vel faciant celebrari diuina. Quòd ſi talia præſumpſerint, ab his per locorū ipſorum ordinarios compeſcantur: [g] Et ſi quas propter hoc exemptorū ipſorum conſeruatores in eos ſententias protulerint, illas penitus reuocamus. [h] Inhibemus inſuper, ne in locis etiam exēptis hoc ipſi exempti facere audeant: niſi ſuper his licentiam vel priuilegium habeant ſedis Apoſtolicæ [i] ſpeciale. Cauſas [k] quoq; ſiue lites proprias [l] ſuorum hominum liberorum, [m] quæ videlicet tantum ad ipſos homines pertinent, [n] ijdem exempti ſuo nomine, ſiue vt actores, ſiue vt de

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Auctoritate.] exempti in locis non exemptis oratoria vel capellas ſine diœceſanorum licentia conſtruere non poſſunt: nec in exemptis ſine licentia Papæ: Nec poſſunt exempti aſſumere cauſas proprias ſuorum liberorum hominum in ſe, etiam ſi illi ſunt ſui cenſuales. hoc dicit. Ioan. And.

b ¶ Oratoria.] oratoria debent eſſe id quòd verbum ſonat 42. diſt. c. vlti. & penult. & iſta publica oratoria ſine diœceſanorum licentia non conſtruent in loco non exempto. & de his oratorijs habetur ſupra, de cenſib. cap. vlt. ī eo. patentibus. priuatum autem orare in domo ſua cuilibet licet: non erigendo ibi altare, [1] nec miſſam celebrando.

ADDITIO. niſi hæc duo faciat de auctoritate diœceſani. quod dic vt de conſe. d. 1. vnicuique. & duobus c. ſeqq. Ioan. And.

c ¶ Non exemptis.] ſicut enim ſi Anglicus in ciuitate Bonon. vellet eccleſiam erigere hoc non poſſet ſine diœceſani licentia: ſic nec exemptus habita comparatione, vt dixi ſupra cap. 1. ad idem de cōſe. diſtin. 1. nemo ædificet. in auth. de eccl. tit. §. ſi quis autem voluerit. coll 9. in authen. vt nullus fa. orato. do. coll. 5.

ADDITIO. Vide eo. titu. cum olim. 2. ſuper glo. nota quòd & idem. §. ſeq. Ioan. And.

d ¶ Conſtructis.] tolle quod eſt infra, celebrent vel faciant celebrari.

e ¶ Interdicti.] hodie religioſi etiam exempti violantes generale interdictum, quod ſeruat mater eccleſia, ipſo iure excōmunicati ſunt, per cle. de exceſ. præl. ex frequentibus.

f ¶ Exceptis.] ſupra eo. vt priuilegia. & c. ꝙ nonnullis. ſupra, de ſent. exc. permittimus, hodie dic vt ī. de ſent. excom. c. vlt.

g ¶ Compeſcantur.] Ecce ergo, ꝙ exemptus propter delictum in loco non exempto commiſſum, ſubeſt ordinario. ſupra c. 1.

ADDITIO Probat etiam decre. iſta idem de exempto quoad tertium membrum, ꝙ de celebrantibus loquitur. Ioan. And.

h ¶ Reuocamus.] conſeruatores enim priuilegiorum ad hunc caſum iuriſdictionem ſuā extendere nequeūt, cum ſe ad hunc caſum priuilegia non extendant. ſupra cap. primo. nec ſe intromittere poſſunt, niſi de manifeſtis iniurijs. ſupra eodem libro, de officio delegat. capit. 1. & vlti.

i ¶ Sedis Apoſtolicæ.] quia [2] ſicut epſ eſt diœceſanus in loco non exempto, vt ſupra: ſic & Papa eſt diœceſanus in loco exempto: puto tamen ꝙ hoc caſu ſufficeret licentia legati de latere. argumen. ī. de verbo. ſignifi. veniens. in prin. & ſupra, de ele. ſi abbatem. & ad hoc facit quod dixi ſupra, eo. lib. de ele. cupientes. circa princ. in glo. in hoc caſu.

k ¶ Cauſas quoque.] & facit iſte §. ad ea quæ not. Inno & Hoſt. ſupra, de appel. dilectis.

l ¶ Proprias.] palam eſt illam propriam cauſam eſſe, cuius damnum vel emolumentum ad aliquem ſuo nomine pertinet. ff. quando appel. ſit. l. 1. 2. q. 6. biduum. ver. palam.

m ¶ Liberorum.] in ſeruis enim ſecus: & in hoc nulla dubitatio.

[Glo. ſe. reci. per tres quæſtiones. Secunda ibi, de furto. Tertia ibi, & iſtud.]

n ¶ Pertinent.] dicebant Inno. & Hoſtien. in prædi. decre. ꝙ ſi aliquis turbat cultorem agri mei, vel colonos meos, ꝯ illum datur mihi vtile interdictum, Vti poſſidetis: & etiam actio iniuriarum, ſi in iniuriam meam illud factum ſit. arg. ff. de vi, & vi arma. l. vim facit, ff de actio. emp. & ven. qui pendente. & ff. depoſi. l. 1. §. ſi qs tabulas. De furto tamen eis facto dominus non agit: ſibi enim ſubditi imputent, qui non bene cuſtodierunt

nec

1 Intellige dē altari cū ara cōſecrata: nō. n. ꝓhibet aliās erigi altaria cū imaginibus ſanctorū ad orandum.

2 Hinc not. docto. Papā eſſe diœceſanū & iudicem ordinariū exēptorū. vide gl. no. in c. nulla. 93. diſt.

ſenſores aliquatenus non aſſumant: Etiam ſi ſint ipſis dicti homines cenſuales: cum id nequaquam licitum ſit eiſdem.

¶ Clemens quartus.

¶ Priuilegium Papæ, quòd quis excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſit, non extēditur ad ſententias ordinariorum, niſi tale priuilegium ſit conceſſum regibus, reginis, vel ipſorum filiis, vel religioſo loco, vel ordini. h. d. Io. An.

CAP. V.

NE aliqui [a] de indultis Apoſtolicis confidentes, alios confidentius in ſuo iure moleſtent, & ordinariorum iuriſdictionem contemnant pariter & eludant: Omnes indulgentias, † & priuilegia, quibuſcumque ſingularibus perſonis eccleſiaſticis, vel ſæcularibus cuiuſcumque [b] ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, quòd interdici à quocumque, [c] vel excommmunicari non poſſint: nec terræ vel eccleſiæ ipſorum eccleſiaſtico interdicto ſupponi, ſub quacunque forma verborum conceſſa, [d] (Illis per quæ regibus, & reginis eorumque filijs, [e] necnon & religioſis quibuſcūque, non perſonarum tantum, ſed ordinum priuilegiatorum, vel locorum ratione, [f] in hoc immunitas huiuſmodi conceditur, dumtaxat exceptis) de fratrum noſtrorum conſilio ad ordinariorum ſententias & proceſſus edicto perpetuo prohibemus extendi.

¶ Idem.

¶ Inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vſus mitræ: ſi ſunt exempti in prouincialibus, & epiſcopalibus concilijs vti poſſunt mitris aurifriſiatis, nō habentibus laminas aut gemmas. Et ſi non ſunt exempti, albis & planis vtentur, in alijs locis vtantur vt indulta permittunt.

CAP. VI.

VT Apoſto-

nec iniuriarum, ſi non ſit factum in iniuriam [1] domini, ſed propter ſpeciale odium ſubditi. Et iſtud habuerunt pro indubitato, quòd dominus in iudicio nomine ſubditi agere non poteſt, vt eis ſatisfaceret, cum nec iſtud eius principaliter interſit, nec ſit eius procurator, alioquin eadem ratione ius ſubditi remittere poſſet: iſti autem exempti, forte vt duriorem cauſam aduerſariorum illorum ſuorū hominum redderent, aſſumebant in ſe cauſam, vt actores vel rei, quod non licet eis, etiam ſi illi ſint eis cenſuales, id eſt, certū cenſum ſoluentes: quia non propter id ſunt ipſorum ſerui.

NE aliqui.] Præmittit duplicē conſtitutionis cauſam: & conſtitutionem ſubdit: ibi, Omnes. in qua exceptionē interſerit: ibi, Illis. Dicit Fran. ſupra eo. cap. 1. quòd priuilegium de quo hic loquimur, Innoc. iiij. conceſſerat multis laicis, clericis, & religioſis. Sed Alexander omnia illa priuilegia reuocauit præter conceſſa regibus, reginis, regū filijs, & fratribus, vel ſimilibus perſonis, quæ antiquitus talem gratiam à ſede Apoſtolica habuiſſent: & incipiebat illa conſtitutio, Ad perpetuā rei memoriam. Clemens cuius fuerat hæc conſtitutio clementior Alexandro, ſic temperauit, vt ſcilicet præter exceptos non extenderetur ad ſententias ordinariorum; & temperationis cauſa pulchra fuit & formoſa, quam ponit exordium: & eiuſdem Clem. fuit decre. ne aliquis, ſupra eo. lib. de hære. Ioan. And.

CASVS. A ſede Apoſtolica fuit mihi conceſſum fauore meæ perſonæ, vt à quoquam non poſſem excommunicari, ſuſpendi, vel interdici. & ponamus ꝙ in priuilegio meo non fuit facta expreſſa mentio de meo ordinario, quia non fuit dictum, concedimus tali priuilegium, vt non poſſit excommunicari, ſuſpendi, aut interdici, à quocumque etiam diœceſano ſuo: ſed ſimpliciter fuit dictum, vt non poſſem à quocumque excommunicari, ſuſpendi vel interdici: vtrum per huiuſmodi priuilegium adimatur meo diœceſano poteſtas, vt non poſſit me excommunicare, interdicere, vel ſuſpendere? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia meum priuilegium non extenditur ad ordinarium, ſed ad alios iudices. Et iſta ſunt vera quando priuilegium tale fuit conceſſum certæ perſonæ particulari: ſecus ſi eſſet conceſſum alicui ordini vel loco religioſo, puta tali monaſterio: tunc enim religioſi illius monaſterij nō poſſunt excōmunicari, ſuſpendi, aut interdici à quocūq; iudice etiam ab ordinario, ſed perſonæ particulares poſſunt, niſi eſſent reges vel reginæ, vel eorum filij: qui etiam tales perſonæ particulares non poſſunt excommunicari, ſuſpendi, nec interdici à ſuis ordinarijs. Nota primo, ꝙ quandoque priuilegia tribuunt priuilegiatis materiam alijs iniuriandi. Et hæc eſt legitima cauſa reuocādi talia. Nota ſecūdo, differētiam eſſe inter indulgentiam & priuilegium. vide de ſepultu. in noſtra. vide Io. And. de ver. ſign. cum olim. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat, dicens quomodo olim incipiebat.]

a ¶ Ne aliqui.] Priuilegium Papæ, quod quis excōmunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſit, non extenditur ad ſententias ordinariorum, niſi tale priuilegium ſit cōceſſum regibus, reginis, vel ipſorum filijs, vel religioſo loco, vel ordini. hoc dicit. Et olim decretalis iſta extrauagans erat, & incipiebat, ꝙa pro qualitate. alias quoniam.

b ¶ Cuiuſcunque.] ĩ. moderabitur iſtud verbum.

c ¶ A quocumque.] intelligas niſi à Papa vel legato de latere. ĩ. de verb. ſig. veniēs. 1. reſpon. & hoc idem priuilegium intelliguntur habere hi qui ſunt recepti in ſpeciales filios Romanæ eccleſiæ, vt ibi. ſi autem ĩ ſpeciales ſubiectos, tunc ſunt exempti, ĩ. eodem, ſi Papa. §. ſimiliter.

d ¶ Conceſſa.] tolle quod eſt infra, de fratrum noſtrorum, &c. redeas ĩ illis. & tolle quod eſt infra, dumtaxat exceptis, per quæ; & cetera.

e ¶ Filijs.] eſt ſimile quod habes ſ. eo. lib. de offi. dele. c. vltimo. [2]

ADDITIO. Et in cle. de bapt. præſenti. Eſt tamen etiam diſſimilitudo: quia decre. vlt. nil dicit de filijs. & decre. præſenti. dicit de liberis, & addit de principibus. Ioan. And.

f ¶ Ratione.] ſic ergo intelligatur ſupra eod. tit. & lib. c. 1. §. in alios & ſic nulla correctio, vt ille §. loquatur de priuilegio conceſſo religioſis, non propter perſonam, ſed propter locum, vel ordinem, vt ſi ordo Prædicatorum vel Minorum ſit in hoc priuilegiatus, vel monaſterium ſancti Proculi. Si autem religioſus aliquis ſuæ prærogatiua perſonæ haberet hoc priuilegium, ſecus eſſet.

VT Apoſtolicæ.] Primo præmittit conſtitutionis cauſam. Secundo conſtitutionem ponit: ibi, De fratrum. & hæc duo facit: quia primo prouidet de locis conciliorum: ſecundo de alijs: ibi, In alijs. Iterum prima

[1] Dicit tñ hic Arch. ꝙ domini agere poſſunt, ne eorum ſubditi moleſtentur.

† De differentia inter indulgentias, & priuilegia. vide in ca. cū perſonæ. ĩ. eo. Arch. & Do. 2. q. 1. §. fi. Bal. in c. 1. & c. at ſi clerici. de iu. & Io. de Ana. ĩ c. ex inſinuatione. de ſimonia.

[2] An priuilegium conceſſum vxoribus, vel filijs regum, duret rege mortuo, tradit hic Ioā. An. Frācus & alij. faciunt no. in c. ex parte. ĩ. de fo. cō.

ma ſtatuit de exemptis: Secunda de non exemptis: ibi Non exempti.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum, q̄ ep̄s dicitur celebrare in veſtimentis ep̄alibus, quando eſt in dutus ornamentis Pontificalibus, quæ ſunt quattuor: ſcilicet, mitra, baculus paſtoralis, annulus, & compagus: Vnde mitra, quæ habet duo cornua, deſignat duo teſtamēta, vetus ſcilicet, & nouum. Et fuit ordinatum, q̄ ep̄i haberent mitram ad inſtar Moyſi, qui reuerſus fuit cornuus à mōte, vbi accepit legem Dei, & ignorabat q̄ eſſe cornutus. Aliud veſtimentum eſt baculus paſtoralis qui dicitur croſſa. Aliud eſt annulus, qui datur ep̄is in ſignū matrimonij inter ipſos & eccleſiam. Aliud dicitur compagus, ſiue caligæ ep̄ales, quæ alio nomine dicuntur ſc̄ādalia.

† Abbates, an dicātur eſſe p̄lati. vide Gem. in c. præſenti. de off. ord. lib. 6. Vide Barbat. in ca. volētes. extra de offi. deleg.

CASVS. Aliquis abbas à ſede Apoſtolica obtinuit, vt poſſet vti mitra & alijs ornamentis ep̄alibus: iſte abbas comparuit in ſynodo ep̄ali, vt tenebatur, quia nō erat exemptus, vel erat exemptus, tamen habebat populum non exemptum, ratione cuius tenebatur comparere in ſynodo: & certum eſt, q̄ iſte abbas debet eſſe in eodem ſtatu, in quo celebrat miſſam, & ipſe fert mitram pretioſiorem mitra epiſcopali, puta quia ſua mitra in medio habet lapides pretioſos. Item habet laminas aureas vel argenteas: vtrum poſſit vti iſta mitra? Reſpondet q̄ non poterit vti tali mitra, quantumcunque ſit exemptus. Vtrum aūt exemptus poſſit vti mitra aurifriſiata, non habente laminas aut gemmas? Reſpondet q̄ ſic. ſi autem non ſit exemptus, vtetur mitra alba, & plana, non aurifriſiata, quamdiu erit in ſynodo & in concilio. Et iſtud ordinatum fuit, ne detrahatur auctoritati & honori epiſcopali: q̄a ignorantes putant q̄ ille qui habet maiores ornatus, ſit maioris auctoritatis: iuxta illud: Hunc homines decorant, quem veſtimenta decorant. [Eccleſiarum ſuarū.] vnde matrimonium contrahitur ſolum inter epiſcopū & eccleſiam: ideo ep̄s debet portare annulum. Ex quo ſequitur q̄ alij inferiores prælati non debent portare annulum: Ideo dicit Io. And. q̄ clericus annulatus aut eſt epiſcopus, aut fatuus. quod verum eſt, niſi habeat aliam dignitatem, vt quia eſt doctor: tunc enim in ſignū matrimonij inter ipſum & ſcientiam, poteſt deferre annulum. [Aurifriſiatis.] id eſt, non habentes laminas neque lapides pretioſos. No. primo, q̄ de iure communi abbatibus & alijs inferioribus prælatis ab epiſcopis nō competit vſus mitræ ratione ſuæ dignitatis. No. ſecundo, q̄ priuilegium licet ſit ſtricte interpretandum: tamen debet taliter intelligi, vt totaliter non fruſtretur ſuo effectu. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat decretalem, & illam commendat.]

licæ [a] ſedis benignitas: quæ nonnullis Abbatibus, † aliiſque prælatis, quibus non competit [b] ex propria dignitate, conceſſit in eccleſiarum [c] ſuarum gloriam, & honorem, quòd mitra & alijs pontificalibus vti poſſint: prouideat, ne inde ſcandala oriantur: ſic tamen [d] quòd ipſi priuilegiati ſuorum priuilegiorum non fruſtrentur effectu: & ex maioritate, ac decore maiori ornatuum, maioritas appareat dignitatum: [e] De fratrum noſtrorum cōſilio præſenti decreto ſtatuimus, vt Abbates & alij, quibus mitræ vſus eſt ab eadem ſede conceſſus: Exempti quidem in prouincialibus concilijs, & epiſcopalibus ſynodis (q̄bus nonnulli eorum intereſſe tenentur [f]) mitris tantummodo aurifriſiatis, non tamen aureas vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus, uti poſſint: Non exempti uero ſimplicibus, [g] & albis ac planis utantur. In alijs [h] vero locis exemptis, & nō exemptis mitris liceat illis vti, prout conceſſa eis ab eadem ſede indulta permittunt. [i]

¶ Bonifacius octauus.

¶ *In prima parte demonſtrat quid iuris cum quis ſolo priuilegio ſe dicit exēptum. In ſecunda ibi: Si autem. quid iuris cum ſuper hoc præſcriptionem allegat. In tertia ibi: Quòd ſi tales. quid iuris cum allegat vtrumque. Ioan. Andr.*

CAP. VII.

CVm † per-

a ¶ Vt Apoſtolicæ.] inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vſus mitræ, ſi ſunt exempti, in p̄uincialibus & ep̄alibus concilijs vti poſſunt mitris aurifriſiatis, non habentibus laminas aut gemmas: & ſi non ſunt exempt, albis, & planis vtantur: in aliis locis vtantur, vt indulta p̄mittunt. Æquiſſima fuit huius decre. prouiſio, vt inf. patebit.

b ¶ Non competit.] quia ſunt ipſi prælati inferiores epiſcopis.

[Glo. ſeq. ſol. quæſtionem.]

c ¶ In eccleſiarum ſuarum.] Idē puto [1] ſi alicui inferiori prælato perſonaliter propter ipſius p̄ſonæ prærogatiuam fuerit priuilegium tale conceſſum: quod interdum contingit, vt ſupra de præſump. cū in iuuentute: vbi propter prærogatiuam perſonæ, conceſſum fuit ep̄o ornamentum archiepiſcopale.

[1] Et merito, cū fortiora ſint priuilegia data p̄ ſonis contēplatione eccleſiarū, q̄ contemplatione ipſarum. ſ. cap. prox. Io. A.

d ¶ Sic tamen.] concor. ſupra eod. c. 1. in princ.

e ¶ Dignitatum.] 100. diſt. rationis. hoc vult dicere, veniebat Abbas ditiſſimus in hoc priuilegiatus ad concilium epiſcopale habens pulchriora ornamenta, & mitram ep̄alem: ita q̄ ipſe p̄ inſpectionē ornatuū videbatur epiſcopus idem in prouinciali: ibi enim in ornamentis præcellebat alios epiſcopos: quod ſatis erat indecens, & ſcandalizabantur epiſcopi: prouidere ergo æquiter voluit: ita quod ſcandalum tolleret, & priuilegiū aliquod conferret. Et nota, quòd non eſt pompoſitate reſpuendum immo ratione defendendum, quod doctores togati, variati, & ornati incedant, vt per illa dignitas doctoratus [2] appareat: ſed ſunt ſcholaſtici reprehendendi, qui ſibi veſtes doctoribus ſolum congruentes aſſumunt.

† Vide Antoniū Capycium deciſione Neapo. 209.

[2] Quæ ſint inſignia doctorat⁹, vel militiæ, vide per Signor. de Homodeis, cōſil. 23. & cōſil. 129.

f ¶ Tenentur.] forte propter capellas non exemptas, vel propter populum non exemptum.

g ¶ Simplicibus.] vt non ſolum non habeant laminas, vel gemmas, ſed etiam nec aurifriſiatas.

h ¶ Alijs.] à prouincialibus, & epiſcopalibus, ſynodis & concilijs. puta cum celebrant in eccleſijs ſuis vel alienis.

i ¶ Permittunt.] Inſpiciendus eſt igitur tenor priuilegiorum, & ſeruandus. infra cap. proximo. ſupra eodem, porro.

CVm perſonæ.] Hæc eſt prima Bonifacij in titulo. Diuiditur in tres partes: & vltima pars poteſt ſubdiuidi: quia primo tractat quando priuilegium ſufficit: vel dat cauſam præſcribendi: Secunda ibi, Si vero, quādo neutrum horum occurrit.

CASVS. In diœceſi Pictauen. ſunt aliqui qui dicunt ſe habere priuilegium, vt ſint exempti à poteſtate ordinarij: prætextu quorum priuilegiorum plura nefanda cōmittunt, confidentes de ſuis priuilegijs: ita q̄ ſępiſſime exinde oriuntur plura ſcandala: vtrum ep̄s poteſt eos compellere & monere, vt ſibi oſtēdant ſua priuilegia,

ſonæ [a] eccleſiaſticæ tam religioſæ, quàm ſæculares plura præſumant, quæ ipſis infamiam [b] pariunt, & alijs inferunt læſionẽ, [c] prætextu exemptionis vel libertatis, quam aſſerunt ſe habere: ordinariorum correctiones & ordinationes ſubterfugientes, ac eorum forum ſiue iudicium declinantes: Nos volentes ſuper hoc de ſalubri remedio prouidere, ſtatuimus, vt hi qui ſe aſſerunt, per priuilegia, ſeu indulgentias Apoſtolicæ ſedis exemptos: à locorum ordinarijs requiſiti, huiuſmodi priuilegia vel indulgentias, quibus ſe dicunt fore munitos, ipſis ordinariis in loco cõgruo & ſecuro, [d] aut aliquibus prudentibus [e] viris omni ſuſpicione carentibus, [f] ad hoc per dictos ordinarios deputatis, infra terminum competentem [g] pro facti qualitate ipſorum ordinariorum, vel delegatorum ſuorum arbitrio moderandum, [h] iuſto impedimento [i] ceſſante, oſtendere, ac ad legendum integraliter [k] † exhibere: necnon de articulis, de quibus controuerſia fuerit, tranſcriptum tradere [l] teneantur.

¶ Si autem ad fundandam intentionem ſuam ſu

gia, vt videat an ſint taliter exempti à ſua iuriſdictione ꝙ non poſſit eos punire pro ſuis criminibus? Rñdet, ꝙ poteſt eps̃ tales exemptos compellere, vt oſtendant ſua priuilegia ſibi epo, vel ſuis commiſſarijs: & ꝙ eps̃ vel eius commiſſarius poſſit legere priuilegia integraliter: etiã ſi petatur ꝙ priuilegia illa exhibeantur occaſione articuli ſuper quo eſt controuerſia: ſed tunc habita lectura integrali omnium priuilegiorũ, non habebit copiam omnium, ſed ſolũ illius articuli, de quo eſt controuerſia. Sed quæritur vltra, numquid eps̃ pẽdente iſta exhibitione, an priuilegia ſua ſint ſufficiẽtia ad impediendum ſuam iuriſdictionẽ, poterit in eos exercere ſuã iuriſdictionẽ? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: Aut enim iſti priuilegiati ad fundandam ſuam intentionem, id eſt, ad probandum ſuam exemptionem allegant priuilegium exemptionis tantum, aut priuilegium, & præſcriptionem ſimul: aut allegant ſolum præſcriptionem, & ſunt in poſſeſſione exemptionis: tunc pendente litigio ſuper exhibitione priuilegiorum ſuorum, non poterit epiſcopus eos turbare in ſua poſſeſſione exemptionis, neque in eos poterit exercere ſuam iuriſdictionem: Si autem allegant ſolum præſcriptionem, quia dicunt præſcripſiſſe libertatem, non extinctiue, ita ꝙ nulli ſubſint quia non poſſunt eſſe acephali, ſed dicunt præſcripſiſſe libertatem tranſlatiue: hoc eſt, non ſubſunt ordinario naturali, ſed alteri: & in iſto caſu quamdiu probabitur præſcriptio, reputabuntur ſubditi epiſcopi: ita ꝙ eps̃ poterit in eos exercere ſuam iuriſdictionem. Ratio diuerſitatis inter priuilegium & præſcriptionem: quia priuilegium eſt plus fauorabile, quàm ſit præſcriptio, quæ eſt mere odioſa: ideo pendente iudicio ſuper præſcriptione, eps̃ vtetur iuriſdictione ſua ordinaria? quãquam reuera talis non ſit ſibi ſubditus. [Infamiam.] quandoque infamiam iuris: nam quædam ſunt delicta, quæ ipſo iure irrogant infamiam, id eſt, ipſo facto. de quibus in l. 1. ff. quibus irrogatur infamia. Alia ſunt delicta, quæ nõ irrogant infamiam ipſo facto: ſed per ſententiam iudicis. [Loco ſecuro.] vbi eps̃ non poſſit exẽptis inferre violentiam: quia forte eps̃ ſibi remoueret eorum priuilegia, & illa nõ poſſent recuperare ſine magnis laboribus & miſerijs. [Integraliter.] Licet pro præſenti non ſit controuerſia de omnibus articulis, ſed de vno ſolo tantum. No. primo ꝙ exemptus à iuriſdictione ordinarij, dicitur habere libertatem, ad hoc ĩ. eo. ti. & lib. c. 1. Nota ſecundo argu. differentiam eſſe inter priuilegium & indulgentiam. ad hoc ĩ. eo ti. & lib ca. ne aliqui. vide no. 22. q. 2. in ſumma. & de ſepul. in noſtra. in prin. Dominicus.

[Prima glo. diuidit, & ſummat.]

[a] ¶ Cum perſonæ.] in prima parte demonſtrat quid iuris cum quis ſolo priuilegio ſe dicit exemptum. In ſecunda: ibi, Si autem. quid iuris cum ſuper hoc præſcriptionem allegat. In tertia: ibi, Quod ſi tales. quid iuris cum allegat vtrumque.

ADDITIO. Et hæc vltima pars ſubdiuiditur: quia prima tractat quando priuilegium, vel ſufficit, vel dat cauſam præſcribendi. Secunda ibi, Si vero quando neutrum horum occurrit. Et pro parte ſumi potuit ex extrauaganti Alexandri iiij. quæ incipit, quia perſonæ. de qua etiam mentionem facit Gul. in Spec. de appel. § reſtat. verſi. ſi autem iudex. & hoc eo. ti. verſi. & no.

[b] ¶ Infamiam.] ſup. ti. prox. c. vnico, prouidendum fuit: quia crudelis erat negligẽdo famam ſuam. 12. q. 1. nolo.

[c] ¶ Læſionem.] metas enim priuilegiorum ſuorum ſeruare debent. ſup eod. ti. & lib. c. 1. in princ.

[d] ¶ Securo.] ad idẽ. ĩ. de fide inſtr. accepimus vnde ſi locus non eſt ſecurus, licet parti appellare. ſupra vt lit. non conteſta. accedens. 2. ſup. de appel. ex parte 1. & inf. de ſent. excom. venerabilibus. §. & hoc ipſum. alia litera eſt ſecreto.]

ADDITIO. Sed prima verior, ſecundum Ioan. Monac. & Archidiac.

[e] ¶ Prudentibus.] ſup. de conſang. & affin. c. 1.

[f] ¶ Carentibus.] 3. q. 5. quod ſuſpecti. vnde bonum eſt, ꝙ de ipſorum conſenſu aſſumantur. de offic. deleg. ſuper quæſtionum.

[g] ¶ Competentem.] ſupra de dila. ca. 1. aliàs poſſet appellari, vt ibi. conſideranda ſunt circa hoc, quæ habentur ſup. de appel. cum ſit.

[h] ¶ Moderandum.] ſic ſupra, eodem libro de appellat. legitima.

[i] ¶ Impedimento.] ſic ſupra eo lib. de ele. quàm ſit. & c. cupientes. §. quod ſi. & c. commiſſa. §. 1.

[Glo. ſeq. rationem reddit, dicens opinio. Innoc. approbatam, & Hoſtien. reprobatam, ad ipſius rationem reſpondens.]

[k] ¶ Integraliter.] ne præcedentia vel ſequẽtia arctent articulum de quo contendit. ff. quemadm. teſta. ape. l. 2. §. diem & à capite edenda eſt ratio. ff. de eden. l. argentarius. § 1. & l. 1. §. editiones. & §. edere non videtur. & approbatur hic opi. Inno. qui hoc quod hic dicitur, notabat ſupra, de fi. inſtr. contingit. in fi. Et reprobatur opi. Hoſt qui ibi no. contrarium, ſcilicet ꝙ priuilegium erat legendum & exhibendum ſolum in illo capitulo, de quo erat quæſtio: nam ſi totus tenor legeretur, poſſet lectio dare litigandi mariam ſicut editio: quod eſt contra mentem ipſius decre. contingit, quæ debet verbis præferri. de verb. ſignif. intelligentia. ſed non ſtatur huic, ſed primæ rationi: nec ita ex ſimplici lectura oritur litigandi materia ſicut ex tranſcripto, ꝙ pluribus diebus & noctibus videntes & perlegentes aduocati, litigia inde ſumunt, vt ibi: & licet vtraque opinio ſatis habeat æquitatem: prima tamen magis ratione & illo textu fulcitur, & ideo hic approbatur.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

[l] ¶ Tradere.] ſed quare reus probare cõpellitur & edere propria inſtrumenta contra ſe: contra id, ſupra, de prob. c. 1. C. de eden. l. qui accuſare? Dic, ꝙ iſte priuilegiatus ſiue agat, ſiue excipiat, habet probare ex eo quod de iure communi intẽtio epiſcopi eſt fundata: & quod dicit de editione, locum habet in priuata, vel propria

ſcriptura,

† Supplent Dñi. & Phi. ſeualij, quorum iuriſdictio fundata eſt iure cõi, aut ſtatuto priuilegio notorijs, qa notorium facti, vt late Anchar. hic opatur idẽ qđ notoriũ iuris. Fon.

† Tamen non eſt danda copia totius, ſed illius ſolũ articuli, ſuper quo contẽditur c. contingit de fi. inſt. Pet. de Anch allegat Bart. in rubr. ff de no ope. nũ. vnde legatario petenti copiam inſtrumenti, tradetur ſola particula ad ipſum faciens, l præ tor. ff. de eden. Fon.

In omnibus codicibus quos videre licuit, conſtanter legitur, ſecuro.

Vide qđ ibi no. ĩ vlt. gl. & quod ibi dicam. Io. An.

ſcriptura, qua quis vſurus non eſt: porro in communi, vel propria ſcriptura, qua quis vſurus eſt, locum non habet, quod dic, vt not. in prædicto c. 1. de proba. & ĩ. de fi. inſtru. C. perpetuus. ff. de eden. l. 1. §. editiones. & in cle. de vit. ex graui. in glo. vide quod ibi. Ioan. Andr.

corporalis. §. ſed neque. ff. ſolut. matrim. ſi ab hoſtibus. Ioan. And.

[Glo. ſeq. allegat vnam concor. ſignat vnum contrarium. & remittit.]

k ¶ Precario.] ſic ĩ. de reſti. ſpo. olim 1. licet enim iſta ſit iuſta cauſa poſſidendi: non dat tamẽ titulum præſcribẽdi, ne ille, qui precario conceſſit, ex liberalitate ſua illiberalitatẽ recipiat contra naturam contractus. ff. de preca. l. 1.

l ¶ Turbentur.] hoc idem ſi ſolum priuilegium allegarent, vt probatur in ſequenti §. in princ.

m ¶ Iure communi.] 16. q. 7. omnes baſilicæ.

n ¶ In eoſdem.] no. quantus fauor priuilegio debetur: eſt etenim priuilegium ex ſe fauorabile, ſed præſcriptio odioſa. ſup. de deci. tua. & c. ex parte. & dixi de hoc ĵ. de reg. iur. odia.

per huiuſmodi libertate ſolummodo [a] præſcriptionem canonicam [b] duxerint opponendam: eiſdem ordinarijs [c] vel delegatis ab eis viris prudentibus non ſuſpectis, de præſcriptione huiuſmodi [d] facere debent fidem.

Quòd ſi tales priuilegio, & præſcriptione aſſerant ſe munitos [e] priuilegium quidem ipſum exhibeant, vt in primo huiuſmodi conſtitutionis articulo ſuperius eſt expreſſum. Et ſi priuilegium exhibitum nõ ad plenum per ſe ſufficiat ad exemptionem, ſeu libertatem huiuſmodi comprobandam, ſed tale eſt quòd ſaltem cauſam præbeat præſcribendi: coram perſonis prædictis [g] annorum [h] quadraginta præſcriptionem teneantur probare: præſcriptioniſq́ue probatione pendente, licet ordinariorum intentio de iure communi fundetur: tamen quia de priuilegio (quod ſaltem cauſam præſcribendi præbet) faciunt fidem in libertatis vel exemptionis poſſeſſione, non violenta, [i] non clandeſtina, nec conceſſa precario, [k] de qua fidem coram eiſdem fecerint, non turbentur. [l]

Si vero priuilegium per ſe ſufficiens quando ſolo priuilegio ſe defendunt, vel ſaltem tale quòd præſcriptioni canonicæ cauſam præſtet, cum præſcriptionem allegant, non exhibuerint, vt eſt dictum: cum de iure communi [m] ordinariorum intentio ſit fundata: ſua iuriſdictione vti poſſint libere in eoſdem: [n] donec de præſcriptione canonica (vt præmiſſum eſt) fecerint plenam fidem.

¶ Idem.

¶ *Interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ regularib. vel ſæcularibus, quamuis exemptis, qui ſcienter celebrant, vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus, vel locis interdictis, niſi ſecundum permiſſionem iuris: vel excommunicatos vel interdictos, publice ad diuina officia, ſacramenta, vel ſepulturam admittunt. hoc dicit. Io. And.*

CAP. VIII.

E Piſcopo-

a ¶ Solummodo.] quia non ſimul allegant priuilegium, & præſcriptionem, de quo in ſequen. §. tractabit.

b ¶ Canonicam.] xl. anno. vt inf. ſequitur cum titulo: quod dic vt ſup. eod. lib. de præſcri. c. 1. Io. And.

[Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit.]

c ¶ Ordinarijs. Mirum eſt quomodo ordinarij cognoſcũt in cauſa ſua: contra id 4. quæſt. 4. c. primo, C. ne quis in ſua cauſa. in rubro, & nigro. Solut. ordinarius bene cognoſcit de cauſa eccleſiæ licet nõ de propria quod dic, vt not. 2. quæſtio. 7. ſi quis erga. de cler. male c. 1. & ĵ. de pœnis, Romana. Item ordinarius dicit ſuam eſſe iuriſdictionem, & ſubditus hoc negat: & bene cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. ſup. de reſcript. literis. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. Sed ad omnem ſuſpicionem vitandam melius videtur id expediri per delegatos, vt ſequit. ĩ. de ſo. comp. ſi quis contra. & ff. de iuriſ. om. iud. prætor.

ADDITIO. Idem Io. Monac. Archi. remittit ad not. per Inno. de dila. præterea. de cenſib. venerabili. de verb. ſig. ex parte. Io. Andr.

Placet Phil. & ſi allegetur præſcript. Do. Vide tamẽ Inn. c. venerabili. de verb. ſi. Fõ.

Hoc verũ ſi quõ ſit inter iudicem, & partem: & hoc poteſt: quia ius ſuũ defendit. c. de liſto. & ibi Inn. de ſen. excõ. ſi aũt eſſet quõ inter partes, iudex tanq̃ alteri fauẽs non ſe pronũciabit cõ petentem, ſm Dom.

d ¶ Huiuſmodi.] canonica. ſ. nec poteſt ſubditus obedientiam præſcribere contra prælatum. quod dic, vt ſupra, de præſcript. cum non liceat.

e ¶ Munitos.] & ſic allegans hæc duo ſimul, auditur, vt ſupra, de præſcrip. auditis. [Vide de hoc verbor. ſig. abbate. Contra eod. tit. veniens. dic, vt dixi ĵ. de reg. iur. nullus pluribus.

ADDITIO. Arch. remittit ad not. 23. diſt. quamquam in glo. ſic ergo. Io. And.

f ¶ Per ſe.] ſine præſcriptione.

g ¶ Prædictis.] ſupra 1. & 2. reſponſo.

h ¶ Annorum quadraginta.] quia minor non currit contra eccleſiam. 16. q. 3. c. placuit, 2. ver. quas actiones. ſup. de præſcri. de quarta.

i ¶ Violenta.] ſic poſſidentes cum pati debeant pœnam, ergo non præmium. ĵ. eod. licet. ſup. eod. lib. de præb. eum qui. 16. q. 1. legi.

ADDITIO. Ioan. Monac. allegat de tranſlat. inter

E Piſcoporum, & aliorum.] Primo ponit quadruplicem prohibitionem: Secundo pœnam adijcit pœnis antiquis ibi, Qui vero.

CASVS. Propter delictum comitis Pictauen. fuit ciuitas Pictauen. interdicta interdicto generali, & totus comitatus Pictauenſis: in quo comitatu Pictauẽ. ſunt aliqui exempti ſecũdum veriorem intellectum: qui putantes ſe non teneri ad interdictum, quod diœceſanus impoſuit, eo quia ſunt exempti, contemnunt illud interdictũ, & celebrant diuina officia ianuis apertis, & alta voce: Certum eſt, ꝙ a iure antiquo ſunt aliquæ pœnæ introductæ contra non obſeruantes interdictum: Sed vtrum vltra illas pœnas ſint aliæ pœnæ introductæ? Reſpondet, ꝙ ſic: quia eſt eis interdictus ingreſſus eccleſiæ donec fuerit ſatisfactum ad arbitriũ epi. Et notanter dr, ad arbitriũ: quia non tenentur ſatiſfacere ad dictũ epi: niſi vt bonus vir fuerit arbitratus. Sed quid, pone ꝙ ep̃s Pictau. protulit in aliquos ſuos ſubditos ſententiam excõicationis, & mandauit ep̃s, vt tales ſubditi non reciperentur ad diuina? Certum eſt, ꝙ tales non debent ad diuina admitti. Sed quid? quia licet ep̃s mandet ſubditis, vt illos non reciperent ad diuina, non tñ mandat exemptis: nunquid exempti pñt tales excõicatos admittere ad diuina? Rñdet, ꝙ non: & ſi contrarium fecerint, incurrunt prædictã pœnã: quia eis eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, & efficiuntur irregulares. in c. is qui, de ſen. exc. ĵ. eo. lib. [Conceditur.] vt in c. alma. ĵ. de ſen. exc. eo. lib. ſ. baſſa voce, & ianuis clauſis.

rum, [a] † & aliorum prælatorum querelis frequentibus, & querulosis clamoribus excitati, præſenti decreto duximus ſtatuēdum, ne aliqui ſæculares aut regulares, quantumcumque exemptionis ſeu libertatis ſedis Apoſtolicæ priuilegijs communiti, [b] cuiuſcumque ordinis, religionis, ſtatus, vel conditionis exiſtant, ſcienter celebrent, vel faciant celebrari diuina in ciuitatibus, † caſtris, villis, (niſi quatenus eis à iure conceditur) ſeu locis alijs interdictis [c] ab ordinarijs, [d] ſiue delegatis [e] iudicibus, vel à iure: [f] aut excommunicatos publice vel interdictos ad diuina officia, [g] ſeu eccleſiaſtica ſacramenta, vel eccleſiaſticam ſepulturam [h] admittant. Qui vero contra præſumpſerint, præter alias pœnas à iure ſtatutas, [i] ingreſſum [k] eccleſiæ ſibi nouerint interdictum, donec de tranſgreſſione huiuſmodi ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerunt, [l] † ſatisfecerint competenter.

¶ Idem.

¶ *Primo ponit, quando eximitur eccleſia, quid importet. Secundo, quando ipſius canonici. Tertio, quando clerici. Et iſta ordinate declarat in qualibet partium affirmatiue, & negatiue loquendo, ſecundum Ioan. Andrea.*

CAP. IX.

PEr † exem-

clauſis. Nota primo, ꝙ diuina officia non debent populo celebrari in locis interdictis: & celebrantes in locis interdictis incurrunt graues pœnas, & maiores pœnas incurrunt exempti, quàm non exempti. l. presbyteri. C. de epiſ. & cle. vbi magis puniendi ſunt illi, qui plurimū honoris à principe ſuſceperunt: ideo ſi exempti delinquant, grauius ſunt puniendi, quàm cęteri. Item quia iſti priuilegiati confidentes de ſuis priuilegijs, plus cęteris violabant interdictum: ideo propter frequentiam delicti ordinatū fuit quòd plus cęteris punirentur. Nota vlterius, iuncta glo. quòd celebrans præſente excommunicato non eſt irregularis: ſed eſt ei interdictus ingreſſus eccleſiæ: tamen eſt proximus irregularitati: quia ſi ſe immiſceat diuinis, efficitur irregularis, cap. is qui. de ſent. excommu. iſtomet libro. Nota vlterius, quòd appellatione ſacramentorum eccleſiæ, non venit ſepultura. Nota inſuper, ꝙ decreti appellatione cōprehenditur conſtituto iuris communis. Quid autem ſit proprie decretum, vide glo. ſ. eo lib. de reb. eccl. non al. c. 1. Nota finaliter, ꝙ eadem pęna punitur faciens celebrare diuina in loco prohibito qua punitur celebrans. ad hoc cle. grauis, de ſent. excom. Dominicus.

† Vide cle. ex frequētibus. de ſen. exc. Calde. cōſi. 4. tit. de ſent. excom. & late Fel. in ca. a nobis. extra de except.

† Ciuitatis appellatiōe quid veniat vide p Feli. in c. Rodolphus. extra de reſcrip.

[Prima gloſſa ſummat.]

[a] ¶ Epiſcoporum.] interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ regularibus, vel ſæcularibus, quamuis exemptis, qui ſcienter celebrant, vel celebrari faciūt diuina in ciuitatibus vel locis interdictis: niſi ſecūdum permiſſionem iuris: vel excommunicatos, vel interdictos publice ad diuina officia, ſacramenta, vel ſepulturam admittunt. hoc dicit. hodie aggrauata eſt pœna. quod dic, vt de ſepult. in clemen. eos. & in clemen. de ſenten. excommuni. ex frequentibus.

[b] ¶ Communiti.] de formis videbitis ſ. eo. ti. ſi Papa.

[c] ¶ Interdictis.] vide cle. de ſen. excom. c. 1.

[d] ¶ Ordinarijs.] ſic ſupra, eo. tit. cum & plantare.

[e] ¶ Delegatis.] delegati ergo interdicere poſſunt. ad idē ſupra, de offi. deleg. c. 1. & c. ſane 2.

ADDITIO. Saluo quod habes in extrauag. Bonifa. prouide attendentes. Ioan. And.

[f] ¶ Vel à iure.] vt ſupra eo. lib. de elect. vbi periculum. §. ciuitas. & ſupra de cenſi. quamquam. & ſ. de pœn. fœlicis. in fine.

[g] ¶ Officia.] celebrans præſente excommunicato maiori excommunicatione, vel interdicto, non eſt irregularis. ſ. de ſen. excom. is qui. vbi de hoc. interdum tamē licet celebrare præſentibus interdictis. quod dic, vt ſ. de ſent. excom. c. vlt.

[h] ¶ Sepulturam.] vide cle. de ſepul. eos qui.

[i] ¶ A iure ſtatutas.] ſicut diuerſa ſunt narrata, ſic diuerſæ prouiſiones iuris, ſi qui celebrant in ciuitate, caſtris, vel villis, niſi quantum eis à iure permittitur, cōpeſcātur per ordinarios. ſ. eo. auctoritate. ſi celebrāt in loco interdicto, vltra quàm à iure permittitur ſcienter, ſunt irregulares. ſ. de ſen. exc. is qui. ſed ſi præſentibus excōmunicatis celebrant, ſecus, vt ibi, & ſupra dixi.

[Glo. ſeq. primo oſtēdit vicinitatem irregularitatis: ſecundo tractat, an in non exemptis locum habeat iſta pœna.]

[k] ¶ Ingreſſum.] hoc aduerte, quia vt ſ. dixi, licet quidam ex iſtis non ſint irregulares: tamen per decretalem iſtam ſunt vicini irregularitati contrahendæ: quia ſi poſt huiuſmodi interdictum in eccleſia celebrauerint, vt prius irregularitatem incurrunt, vt ſ. de ſent. excom. is cui. Scire debes quòd quidam † hanc decretalem, & eius pœnam, dicunt locum habere tantū in exemptis: & pro eis facit, quia multo maiore pœna ſunt digni, quibus cum plurimum honoris per iuſſiones principum eſt delatum repetiuntur in crimine. C. de epiſ. & cleri. l. presbyteri. Et eſt canonizata. 5. quæſt. vlt. presbyteri. vnde dicatur hoc ſtatutū circa eos tātum, ne priuilegiorum ꝑtextu flagitiorum creſcat auctoritas. C. de priuil. ſchola. l. 2. lib. 12. ſed cōtrarium credo, ſcilicet hanc decre. & eius pœnam habere locum etiā in non exemptis per litteram. quæ ſupra dicit, quantumcumque, &c. quaſi dicat decreta. iſta, ꝙ vult etiam exēptos nedum non exemptos hac conſtitutione ligari. & idem ſupra, de præb. c. 1. cum ſimi.

† al. cōtempſerint.

† Io. Mo. in ꝑ di. decr. is cui. Io. An.

† Præter doctor. hic, vide Decium conſil. 132.

[l] ¶ Contempſerunt.] ſic ſupra, de immun. eccle. quoniam.

PEr exemptionem.] Eximitur quandoque eccleſia, quandoque ipſius canonici, quandoque clerici. Iſta tria quid importent, ordinate declarat. Et tria facit hęc decret. quæ ſatis patent. Secunda ibi, Verum, Tertia ibi Si autem.

CASVS. Papa per ſuum priuilegium vel indultum eximit aliquam eccleſiam à iuriſdictione diœceſani, per vnam de formis in c. ſequen. quia dicit Papa: talem eccleſiam eximimus à iuriſdictione ordinarij: verū per hoc videatur Papa non ſolum exemiſſe eccleſiam à iuriſdictione ordinarij, ſed etiam miniſtros ipſius eccleſiæ? Reſpondet, ꝙ non. Vt ponamus ꝙ eſt aliqua eccleſia conuētualis, vel collegiata, in qua eſt rector habens adminiſtrationem: Papa illam eccleſiam eximit à iuriſdictione ordinarij ſub hac forma: Talem eccleſiam eximimus, vel per aliam formam; vtrum videatur tantummodo locus exemptus, vel vtrum cum hoc videantur monachi exempti, & etiam rector parochialis, qui eſt vicarius perpetuus? Reſpondet ꝙ per illud priuilegium videtur ſolum exemiſſe ipſius monaſterij religioſos clericos & conuerſos: ſed non videtur exemiſſe vicarium perpetuum, neque populum ipſius parochiæ: & ideo ipſe vicarius remanebit ſub iuriſdictone epi. Sed quid, ponamus ꝙ Papa per ſuum priuilegium exemit canonicos eccleſiæ Pictauen. in qua ſunt miniſtri diuerſi ſtatus: quia ibi ſunt capellani, non tamen ſunt cano

nicis

ptionem [a] eccleſiæ conceſſam, ipſa eccleſia [b] & ipſius monachi vel canonici, clerici etiam & conuerſi perpetuoque oblati (non autem [c] eccleſiæ eiuſdem presbyter, qui parochianorum curam [d] habet, quo ad ea quæ ad curam eandem pertinent, nec ipſi parochiani [e] etiam) intelliguntur exempti. ‡ Verum ſi canonici alicuius eccleſiæ eximantur: ipſi ſoli canonici, non autem [f] eccleſiæ, vel alij eius clerici [g] ſunt exempti. Si autem clerici cuiuſuis eccleſiæ eximantur: tunc tam canonici, quàm alij clerici eximuntur, non tamen eccleſia; niſi aliud in exemptionis priuilegio exprimatur.

¶ Idem.

¶ Formas priuilegiorum ponit hæc decretalis, quarum quædam exemptionē conferunt, quædam non. Ioan. Andr.

CAP. X.

SI pa-

nici: vtrum videantur exēpti capellani? Reſpondet, ꝙ non: etiam ſi eſſent miniſtri habentes dignitatem: dūtamen non haberent canoniam in eccleſia Pictauen. Secus ſi Papa in ſuo priuilegio eſt vſus vocabulo clerici, puta, quia dixit. Nos eximimus à iuriſdictione ordinarij clericos eccleſię Pictauen. quia tunc videtur exemiſſe omnes miniſtros ipſius eccleſiæ. Nota primo ꝙ exempta aliqua eccleſia à iuriſdictione epiſcopi, videntur exempti ſimiliter miniſtri ipſius eccleſię: quia iſta exemptio eccleſię dicitur exemptio realis, & ſe extendit ad perſonas. Nota, quòd quando eximitur eccleſia, videtur locus exēptus, & etiam miniſtri illius eccleſiæ: non tamen vicarius perpetuus deputatus eccleſiæ parochiali: neque parochiani illius eccleſiæ per illud priuilegium ſunt exempti à iuriſdictione diœceſani. Nota, ꝙ appellatione canonicorum veniunt ſolum habentes canoniam in eccleſia. Nota, quòd appellatione clericorum veniunt omnes miniſtri eccleſiæ.

[Prima gloſſ. diuidit, dicit quid declaret: & vnde ſumpta.]

a ¶ Per exemptionem.] Tria dicit hæc decretalis, quæ ſatis patent. Et emanauit declaratiue ad ea quæ not. Innoc. & Hoſt. ſupra eod. cum capella. & c. recipimus. Et fuit ſumpta de extrauaganti Innoc. quæ incipiebat: Ad perpetuam.

ADDITIO. Gul. tamen in Spec. eo. tit. verſi. Item licet, allegabat, cum ſuper. quæ in ſumma dicebat, ꝙ abbas contra epm agens ſuper exemptione eccleſiæ monachorum, & parochiarum ſuccubuit in vltimo: quia nihil de parochianis in priuilegio dicebatur. Io. And.

[Glo. ſecunda ſoluit quæſtionem, & remittit.]

b ¶ Ipſa eccleſia.] cum atrio, ſecundum ea quæ dixi ſecundum Bern. ſup. eod. c. 1. & ſubintelligatur exempta. & bene patet per hoc c. & per decre. illam ſupra eo. lib. de præb. quamuis. 1. ꝙ eximit eccleſiam cathedralem, ne ſub generali vocabulo eccleſiarum ciuitatis intelligatur exemiſſe omnia etiam minora beneficia de eccleſia, vt ibi dixi.

c ¶ Non autem.] ſubintelligitur exemptus, &c.

d ¶ Curam habet.] vnde tales presbyteri habent inſtitui ab epiſcopis, & intelliguntur eſſe perpetui, quia nequeunt abſque rationabili cauſa ex tunc ab epiſcopis amoueri ſup. eo. lib. de capel. mona. c. vnico. & hoc caſu propter hanc curam & populum non exemptum, prælatus exemptus vadit ad ſynodum epiſcopalem. ſup. eo. tit. & lib. vt Apoſtolicæ.

[Glo. ſeq. dat ſimile, ſecundo obijcit, & ſoluit.]

e ¶ Parochiani] ſicut aliud eſt clericus, aliud eſt populus. ſupra eo. ex parte 1. & infra de ſent. excom. ſi ſententia. 1. reſponſo. ſed hic 1. rñſo videtur contradicere ſupra, de verbor. ſignific. cum clerici vbi nomine eccleſiæ ‡ cathedralis, intelligitur ſolum capitulum, non inferiores clerici vel conuerſi. ſed ibi de iuramento loquitur, quod ſtricte intelligitur, nec extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum. ſup. de iureiur. c. penul. iuriſdictio autem ita pendet penes epiſcopum, & capitulum, ꝙ non penes inferiores clericos, intelligatur ergo iuramentum ibi ſecundum formam iuris communis. ad idem ſupra, de iureiu. ad noſtram 3. ſupra, de verb. ſig. ſuper quibuſdam.

ADDITIO. Concor. Arch. ſupra eo. lib. de præben. quamuis. 1. ſed Io. Monach. quid voluerit non capio. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. arg. pro Io. & Bern.

f ¶ Non autem eccleſia.] bene ergo dixit Ioan. & Ber. qui not. ſupra, de teſta. requiſiſti. in gl. hic reſpondent. ꝙ ſi quid legatur canonicis, non intelligitur legatum eccleſiæ, per l. ff. de reb. du. l. ciuibus.

ADDITIO. Vide quod dixi ſuper glo. præallegata. Ioannes Andr.

[Glo. ſeq. quærit, arguit affirmatiue: & ſoluit contrarium.]

g ¶ Alij eius clerici.] ſed nunquid per hoc erunt exempti conuerſi, & oblati non clerici? Argumentum, quòd ſic. 12. quæſt. prima, duo. Contrarium credo per hoc capitulum, quòd ſtricte ſumit verba priuilegiorum exemptionis vt ſonant. & quia non reperit de conuerſis & oblatis, vt ſupra primo reſponſo. quod ſi voluiſſet intelligi expreſſiſſet ſupra de decimis, ad audientiam. Ad idem ſupra eo. lib. de elect. ex eo quod. Ioan. And.

SI Papa.] Hæc eſt optima decre in materia interpretationis priuilegiorum, primo diſtinguens inter verba narratiua & aſſertiua, ponit ſex formas verborum. quæ aſſertiue prolatæ ſapiunt exemptionem: & de vltimis quattuor rationem ſubdit: Secunda, ibi. Et eſt idē. ponit alias octo, & ſic quatuordecim: vſque ibi, Nō ſic. Et ibi ponit tres formas, per quas nō datur exemptio: vſque ibi, Licet. vbi de formis alijs proteſtatur. Ioan. Andreæ.

¶ Iſtud c. ponit formas, per quas poteſt probari exemptio aliquorum.

^c ¶ Non obtinent.] quid dices: nunquid ſaltem, in eo ꝙ poterant dare, tenebit indulgentia? Videtur, ꝙ ſic: quia regulariter vtile per inutile non vitiatur. ꝭ. de reg. iur. vtile. ibi vide argu. de hoc pro, & contra. Præterea hæc eſt quædam liberalitas: & in liberalitatibus, vel donationibus dicimus, ꝙ tenent pro parte vſque ſcilicet ad legitimũ modum, & in reſiduo non, vt C. de dona. l. ſancimus. 12. q. 2. ſi quos de ſeruis. Præterea hic agimus de re ſeparabili, ſcilicet de numero dierum: vbi non vitiatur vtile per inutile. ff. de aqua quotidia. & æſt. l. prima, §. Trebatius. [Vide de cenſi. cum Apoſtolus. ſuper gl. quid ergo.] Et hoc verum puto. † Alij contra. [ſcilicet Io. Monach.] dicentes indulgentias in nullo tenere: quia qui priuilegio abutitur, perdit illud, 11. quæſtio. tertia, priuilegium. cum ſimilibus, ſed non verum, quòd qui abutitur priuilegio, perdat illud, licet mereatur perdere. ſic dicit cap. vnde principis erit æſtimatio. quòd dic, vt not. Innoc. ſupra, de deci. ſuggeſtum.

† Idem Archid. qui & alleg. de de ſpo. impu. ca. vnico. §. 1. in fin. eo. lib. 12. q. 5. quia Io. 17. q. 4. quiſi. & 1 q. 1. nõne. de conſecr. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. § ſi & quod ibi not. Io. Andr.

^d ¶ Concilij.] generalis. ꝭ. eo. cũ ex eo.

† Vide concil. Tri. ſeſ. 25. de refo. c. 3. Et cur excõicatio dicatur medicinalis, luculenter docet Io. Roffenſis aduerſus Lutherum art. 1. & Coua. in c. alma mater. de ſen. excõ. lib 6. in initio.

¶ Iudex qui excommunicat, ſuſpendit, vel interdicit, in ſcriptis hoc faciat: & cauſam conſcribat, & requiſitus exemplum ſententiæ tradat infra menſem. Qui contrafecerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ, & diuinis eſt ſuſpenſus: & relaxabitur illa ſententia per ſuperiorem abſque difficultate, & condemnabitur lator in expenſis, & aliàs pœna condigna. Si ſic ſuſpenſi celebrãt vt prius, ſunt irregulares: nec abſoluuntur ab alio quàm à Papa. h. d. Io. And.

CAP. I.

CVm me-

DE SENTENTIA EXCOMMVNICAtionis, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶ Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de pœnis delictorum imponendis tam in foro pœnitentiali, quàm contentioſo: verum quia excommunicatio eſt pœna delicti, cum profertur à iure: quandoque eſt pœna contumaciæ, cum profertur ab homine: ideo annectitur titulus de ſententia excommunicationis: & quia ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti in nonnullis conueniunt: ideo annectitur titulus ſuſpenſionis, & interdicti.

CVm medicinalis.] Primo ponit procemium: Secundo ſtatutum circa excommunicationem faciendam: ibi, Quiſquis. Tertio pœnam non ſeruantis: ibi. Si quis. Quarto aggrauat vel pœnas addit: ibi, Superior. Quinto, ſtatutum protegat ad ſuſpenſionis, & interdicti pœnas: ibi, Et hæc eadem. Sexto, cautos reddit illos, qui pœnam incurrunt: ibi, Caueant. Ioan. Andr.

¶ Idem Ioan. Mon. ſed Hoſtien. diuidit in ſeptem de ſecunda faciens duas. Io. And.

CASVS. Fuit à nonnullis in concilio generali apud Lugdun. congregatis expoſitum, ꝙ nonnulli prælati ſæpe ſuos ſubiectos indiſcrete excõicabãt: & licet excõicatio ab initio fuiſſet introducta ad medicinam, tamen tendebat ad mortẽ: propter quod fuit ſupplicatũ, quatenus concilium dignaretur de remedio prouidere opportuno: ideo ſtatuit, & decreuit concilium, vt iudices eccleſiaſtici de cætero ſint diſcreti in proferenda ſententia excommunicationis. Et inter cætera ſtatuit, ꝙ nullus prælatus excommunicet ſubditum ſuum, niſi ſubſit cauſa rationabilis. & proferat ſententiam in ſcriptis: non autem ſimplici verbo, ſeu verbotenus. Et in illa ſententia exprimat cauſam propter quam illum excommunicat, vt appareat an illa cauſa ſit iuſta

vel

dicinalis [a] ſit excommunicatio, non mortalis: [b] diſciplinans, non eradicans, dumtamen is, in quem lata fuerit, non contemnat: [c] caute prouideat iudex eccleſiaſticus, vt in ea ferenda oſtendat ſe proſequi quod corrigentis [d] fuerit [e] & medentis. ¶ Quiſquis igitur excommunicat, [f] excommunicationem in ſcriptis [g] proferat, &

vel iniuſta: & vtrum ſit digna excommunicatione. Itẽ decreuit cõcilium, vt ſi excommunicatus petat tradi ſibi copiam ſententiæ excommunicationis, quòd excommunicator hoc facere teneatur infra menſem, ſi fuerit requiſitus. Sed ponamus, ꝙ aliquis iudex eccleſiaſticus non ſeruauit tenorẽ huius capituli: quia protulit excommunicationem ſimplici verbo ſeu verbotenus, vel etiam protulit in ſcriptis: ſed non expreſſit cauſam rationabilem dignam excõmunicatiõe: vel noluit tradere copiã excommunicationis ipſi excommunicato petẽti: an ſit puniendus aliqua pœna? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ ſtatuit concilium, ꝙ dicta ſententia excõicationis tamquã iniuſta relaxetur ſine difficultate, id eſt, ſine aliqua cautione de ſtando iuri, & ſine expenſis: etiam excõicator condemnabitur excõicato in expenſis occaſione iniuſtæ excõicationis factæ. Item vltra hoc ipſe excommunicator erit ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ per vnum menſem: & ſi durante illo menſe ſe ingerat, diuinis, incurrit irregularitatem, à qua non poterit abſolui, niſi per ſolum Papam. [Medicinalis.] quia plures rubore confuſi eo ꝙ vident ſe vitari ab alijs, & priuari legitimis actibus, reuertuntur ad bonum obediẽtiæ: & ſic excommunicatio retrahit excommunicatum à peccato ad bonũ obedientiæ. [Contemnant,] licet excõicatus ſit in peccato: tamen ſi contemnant excõicationem, eius peccatum aggrauatur. [Scriptis.] ſi proferatur ſententia ſine ſcriptis, tenet ſententia: aliàs non abſoluetur excommunicatus. & tamen dicit littera, ꝙ ſuperior eum abſoluet: ergo erat excommunicatus, tamen excõicatio erat iniuſta: ideo punitur excommunicator, vt ſequitur. [Expreſſe.] oportet, ꝙ excõicator exprimat cauſam expreſſe: & non ſufficit dicere, talem Titium cauſis rationabilibus in his ſcriptis excõicamus: ſed requiritur, ꝙ exprimat. cauſam, propter quam illum excommunicat: puta quis talis fuit contumax, & ſua exigente contumacia in his ſcriptis excommunicamus. vel ſic dicendo. Talis recuſauit facere tale quid, licet fuerit debite monitus: quare ipſum in legendo ſcriptis excommunicamus. [Publicum inſtrumentum.] iſtud non eſt de neceſſitate, ſed de conſilio, ſi excommunicatus petat copiam excommunicationis, vt petat confici inſtrumentum, vt ſi excommunicator negaret ſe requiſitum eſſe, quòd excommunicatus poſſit probare requiſitionem. Animaduerſione.] id eſt, pœna arbitraria, ex quo non eſt iure taxata. [Fulminare.] hoc eſt proferre indeliberate & indiſcrete: ſed quando plene deliberat cum diſcretis, dicitur proferre. Et hæc eſt differentia inter fulminare excommunicationem & proferre: tamen vnum ſæpe ponitur pro reliquo. [Obſeruari.] id eſt, vt proferatur in ſcriptis: apponatur cauſa rationabilis, & detur copia. [Sanctiones.] immo efficiuntur irregulares. Not. primo ex iſto c. ꝙ iudex eccleſiaſticus debet eſſe diſcretus in ꝓferenda excommunicatione: & debet exercere officium corrigentis & medentis: ideo ſi iudex eccleſiaſticus videat ſubditum ſuum non curare de excõmunicatione: & ſic videt excommunicationẽ non proficere: non debet bonus iudex illum excommunicare ſana conſcientia: ſed debet in eum exercere aliam pœnam, ſcilicet captionem perſonæ, & pignorationem bonorum. Nam iudex debet in contumacem exercere pœnam, quam viderit magis timeri. Et ideo dicit Dominicus de ſancto Geminiano, quòd ſi iudex eccleſiaſticus ignorans conditionem contumacis illum excommunicauerit, & videt ꝙ excommunicatio non proficit: quia excommunicatus non curat de excommunicatione: debet illum abſoluere inuitum, & communioni eccleſiæ reſtituere: licet beneficium abſolutionis regulariter non conferatur niſi peniteti: & dicit beatum Thomam hoc tenere.

Not. vlterius, ꝙ ſententia excommunicationis debet proferri in ſcriptis: tñ iſtud non eſt de ſubſtantia excõicationis ſed eſt de iuſtitia: Nam teneret excõicatio, etiã ſi non eſſet lata in ſcriptis: ſecus eſſet de ſententia diffinitiua: quia de ſubſtantia ſententiæ diffinitiuæ eſt, quòd feratur in ſcriptis: aliàs non valeret ſententia, † niſi in cauſis ſummarijs, in quibus valet ſentẽtia: licet non feratur in ſcriptis. l. 1. vel 2. C. de ſen. ex breui. recit. in auth. niſi breues, eod. tit. in cle. ſæpe. de verbo. ſigni. Not quòd excõmunicator debet in excõmunicatione inſerere cauſam propter quam excõmunicat: & in hoc differt ſñia excommunicationis à ſñia diffinitiua, quia in ſententia diffinitiua non tenetur iudex exprimere cauſas mouentes ipſum ad ſententiandum: licet ſit honeſtum vt illas exprimat. Not. ꝙ excõicator tenetur infra menſem tradere exemplum excõicationis excõicato, ſi requiratur. Idem dicendum eſt de alijs actis cauſæ: videlicet vt exempla tradantur parti: originalia tñ debent remanere apud notarium. cap. qm̃ ꝯ falſam. de probat. Not. ꝙ ſñia excõicationis lata ſine ſcriptis, vel ſine cauſa rationabili expreſſa, tenet de mero iure, licet ſit iniuſta. Hoc probat iſte textus dum dicit. ꝙ ſi excõicator violauerit iſtam conſtitutionem, ꝙ ſuperior relaxabit excõicationẽ: ergo talis excõicatio tenebat. Nota ibi, Superior vero ad quem, ꝙ vbi notorie conſtat de iniuſtitia excõicationis, ſuperior non debet excõicatum remittere ad excõicatorem, ſed poteſt eum abſoluere nõ facta remiſſione: ſecus ſi notorie non conſtaret: qa tũc deberet ipſum remittere ad excõicatorem. Sed qualiter conſtabit de iuſtitia excõicationis? Dicendum ꝙ apparebit de iniuſtitia excõicationis ex lectura ſententiæ, ſi nõ lata ſit in ſcriptis: vel ſi in ſcriptis, tñ eſt lata abſque expreſſione alicuius cauſæ rationabilis: vel per inſtrumentum publicum: per quod habetur ꝙ iudex noluit excõicato tradere copiam excõicationis: aliàs ſuperior non abſolueret, niſi eſſet appellatum. Not. ꝙ ſi ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ diuinis ſe immiſceat, ꝯhit irregularitatem, à qua non poterit abſolui niſi per Papam.

† al. eſt.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Cum medicinalis.] iudex qui excõicat, ſuſpendit, vel interdicit, in ſcriptis hoc faciat & cauſam cõſcribat, & requiſitus exemplum ſentẽtiæ tradat infra menſem. Qui contrafecerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis eſt ſuſpenſus: & relaxabitur illa ſententia per ſuperiorem abſque difficultate, & condemnabitur lator in expenſis, & aliàs pœna condigna. Si ſic ſuſpenſi celebrant vt prius, ſunt irregulares: nec abſoluũtur ab alio quàm à Papa.

b ¶ Non mortalis.] vt 2. q. 1. multi. & 24. q. 3. notãdũ.

c ¶ Non contemnat.] & tunc amplius ex contemptu ligatur. 24. q. 3. notandum. 11. q. 3. § eum ergo. & ĩ. eo. tit. per tuas. Creſcit igitur homo per meritum obedientiæ parendo iniquæ ſententiæ. 8. q. 1. ſciendum. 11. q. 3. quid ergo.

d ¶ Corrigentis.] ſiue plectendo, ſiue ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, vt 23. q. 5. prodeſt.

e ¶ Medentis.] ſanabit & medebitur quantum in ſe erit: aliàs non erit quid ſibi imputetur. 43. diſt. c. Epheſis, 47. diſt. c. vlti. Faciat igitur quòd ſententia ſit iuſta eo animo, ea ordine, & ex cauſa. de quibus dicitur ſupra eo facto.

f ¶ Excommunicat.] ſuſpendit, vel interdicit. ĩ. eo. c. 5. & hæc eadem.

g ¶ In ſcriptis. 1] nota caſus in quibus ſcriptura requiritur, de his plene dixi ĩ. eo. lib. de cenſi. c. 1.

1 Et an ſcriptura ſit neceſſaria. vide Fel. in rubri. de cõſti.

[Glo.

[Glo. ſeq. exemplificat: ſecundo quærit: ponit opinionem, & ſoluit: tertio notat duas differentias.]

a ¶ Cauſam.] vt quia peremptorie citatus coram nobis renuit comparere, & de iuſtitia rñſurus: vel qa iuſſus, vt infra talem diem centum Titio ſolueret, ad quæ ſibi ex cauſa depoſiti tenebat, facere recuſauit: idcirco, &c. & eſt hic ordo retrogadus: quia primo debet cauſam exprimere, & poſtea excommunicare. Sed nunquid hæc conſtitutio locum habet, cũ excõicatio fertur cõtra incertã perſonã, vt 5.q.1. quidam. & ĩ.de off.ord. ſi ſacerdos? Dicunt quidam ꝙ non. Et hoc placet Io. Mon. & Arch. ad hoc ſup.eo li.de cle. qui ꝫ certam. Sed tutius[1] eſt tenere ꝫriũ: tũ quia hæc conſtitutio generaliter loquitur: tum quia certã perſonam, ſed non expreſſam ligat ſententia, quæ tñ poſtea exprimetur. ad hoc j.e.Romana.§.caueant. Et nota ex hac littera duas diuerſitates inter ſententiam excõicationum, & alias diffinitiuas. quia vtraque debet ferri in ſcriptis, ſed ſi diffinitiue non feratur in ſcriptis, non tenet, vt ſup.eo. lib.de re iud. cap.vlt. ſententia autem excõicationis licet non ſit lata in ſcriptis, tenet: ſed locum habent pœnæ, quæ infra ſequuntur. Item in definitiuis non eſt neceſſe exprimere cauſam. ſup.de re iudic.ſicut. ſed in ſententia excommunicationis ſecus, vt hic vides.

1 Secundũ Hoſt. qui & hãc opinionẽ attribuit Innocentio. Io. And.

2 Nota hic ex mẽte Domin. ꝙ non poterit domi in oratorio celebrare. Font.

ſam[a] excommunicationis expreſſe conſcribat, propter[b] quam excommunicatio proferatur. Exemplum[c] vero huiuſmodi ſcripturæ teneatur excommunicato[d] tradere infra menſem, ſi fuerit requiſitus,[e] ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum, vel litteras teſtimoniales confici ſigillo authentico[f] conſignatas. ¶ Si quis autem iudicum[g] huiuſmodi conſtitutionis temerarius[h] extiterit violator, per menſem[i] vnum ab ingreſſu eccleſiæ,[k] † & diuinis officijs nouerit ſe ſuſpẽſum. ¶ Superior[l] vero ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate[m] relaxans, † latorem excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe condemnet, & aliàs puniat animaduerſione condigna, vt pœna[n] docente diſcant iudices, quàm graue ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs volumus obſeruari.[o] ¶ Caueant autem eccleſiarum prælati, & iudices vniuer-

b ¶ Propter quam.] & licet falſa ſit cauſa: ligat tñ excommunicatio. 11.q.3.c.1.&[3] ſupra eo.ſacro.de abſolutione dic, vt ſup.de off. ord.ex parte.

3 Vide Abbatem in c. ad noſtram. el primo.extra de iureiuran.

c ¶ Exemplum.] totale: aliàs non eſſet exemplum, ſed pars. Io. And.

ADDITIO Vnde dicit Hoſtien. ꝙ continere debet excommunicationem de verbo ad verbum, & annum & diem.arg de reſcrip.eam te.2.q.8.per ſcripta §.libellorum. Io. Andr.

d ¶ Excommunicato.] per hoc videtur loqui, cum excommunicatur certa perſona: fateor hoc quo ad traditionem exempli.

ADDITIO Quaſi diceret, nihilominus ferri debet in ſcriptis, & exprimi cauſa, quæ ita conueniat generali ſicut ſpeciali ſententiæ; immo plus generali, quæ nõ debet ferri niſi ex cauſa. j.eod. Romana.§.caueant plus dixit Hoſt. quòd ſi innominatus qui comprehendi poterat ſub generali, petat exemplum, debet ſibi concedi. Ioan. And.

[Gl. ſeq. circa requiſitionẽ hanc quatuor dicta ponit.]

e ¶ Requiſitus.] aliàs ergo non habebit locum pœna quæ ſequitur. & eſt ſi.ſup.eo.lib.de app. vt ſuper. & c. ab eo & intelligo, ꝙ requiſitio fiat loco, & tempore cõpetentibus.argu. præ.c.ab eo. & ſup.de elect.cum in veteri. & intelligo menſem à die ſententiæ non à die requiſitionis. ſic. 2.q.6. c.vlt. §.diffinitiua.& ea.q.& eod. cap.verſi.iudicibus.& C.de app.l.iudicibus.ſi autem requiratur poſt menſem, non habet locum hæc conſtitutionis pœna: ſed nihilominus illã dare tenetur, ſicut & cætera acta cauſæ.de proba quoniam contra.ad hoc, de do. & contu.cum dilecti.

[Gl. ſeq allegat duas concordantias: quærit, arg. affirmatiue, & ꝫtium ſoluit: ſecunda pars ſoluit qõnem.]

f ¶ Authentico.] iſta ſunt paria. ĩ.de fid. inſtru.c.2.ad idem ĩ.eo. lib.de offi.ord.ſi canonic. Sed nunquid ſufficerent teſtes? Videtur ꝙ ſic.C.de fide inſtru. l.in exercẽdis. ĩ. de fide inſtru.cum Io. dic illud regulare: ſed hoc ſpeciale,[3] ſicut & alia quæ dixi ſupra de cenſi.ca.1.

ADDITIO Hoſ. Io.Mona. & Archid.

3 Idem Do. Phil. Font.

g ¶ Iudicum.] quorumcunque, vt etiam ſacerdotes excommunicantes hoc ſeruare debeant[4] ĩ. de offi. ord. cum ab eccleſiarum. Pœna tamen ſuſpenſionis, de qua infra loquitur, in epiſcopis locum non habet, vt j.eod. quia periculoſum.

4 Idẽ Hoſt. & cum eo Io.Mon. & Arch.

h ¶ Temerarius.] nũquid requiritur, ꝙ ſit in dolo? Quod videtur per hanc litterã: ad hoc, ff.vi bo. rap. l.2.§. doli mali. Dic contra: quia ſufficit, ꝙ negligentia, ſtultitia, vel fatuitate hoc fecerit.[5] ad idem, ff. de iudi.cum quem temere.& eſt ſi.ĩ.eo li. ne cler. vel mon.c.2. & per litteram iſtam puto, quòd ſi excommunicator non fuit in aliqua culpa: puta non erant neceſſaria ad ſcribendum, & periculum erat in mora: credo[6] quòd non habet locum pœna. ad hoc ff.de vſufructu.æquiſſimum.& ĩ.eo.lib.de elect. indemnitatibus. in fin.

7 Ergo ſententia excõmunicationis lata contra formam iuris, tenet. Phil. & ſic limita. l. prolatam. C de ſenten & interloc. omn. iu. Font.

5 Sequitur Dom. Phil. Io. And.

6 Idem credit Phil. & procedit gl. ſm Io. An. & Phil cum ſi excõicatio iſta non tenuit. Fõt.

i ¶ Per menſem.] quo lapſo ipſo iure reſtitutus eſt. 81. diſt.ſi quis amodo.& ſupra de. ſpon.non eſt nobis.

ADDITIO. Dicit Hoſti. hoc verum, ſi ſententiam ſeruauit: & peccatum confeſſus ſit.& pœnituerit: aliàs ſemper quod ad ſe ſuſpenſus remanet.ſup. de coha.cle. & mu.ca.ſi. Ioan. And.

k ¶ Ab ingreſſu eccleſiæ.] de hac ſuſpenſione habes j. eo is cui.& adde quod dicam j.eod.is qui.

ADDITIO Innocentius in decretali, ſacro, ĩ.eo.in antiq.recte tenuit, quod terminatum eſt in d.ca is cui. 1.& 2.reſponſo. hic vr̃ innuere cõtrarium: ꝙ ſic ſuſpenſus celebrans non ſit irregularis, cum ſuſpendere ab ingreſſu eccleſiæ non ſit ſuſpendere ab officio: cum etiã extra eccleſiam celebretur. Et Hoſtien. ponendo hoc dictum innoc. expreſſe ponit de eo qui celebrat in eccleſia. ipſi tamen contrarium tenuerunt in decretali, ſacro. & hic loquitur Inno opinionem recitando quorũdam. vt patet ex eius verbis. Ioan. And

l ¶ Superior.] iſtud ſatis habebamus. ĩ.eo.ſacro.

m ¶ Difficultate.] ſcilicet cautionis exigendæ, vel remiſſionis faciendæ.

ADDITIO. Vnde dicens Ber.& Hoſtien. quòd ſine mora ſine ſatiſdatione, ſine cauſæ cognitione, & ſine aliquo excommunicari grauamine hoc fieret: cum euidenter appareat contra hanc conſtitutionem latam fuiſſe. Ioan. And.

n ¶ Pœna.] ſic ſupra de aucto.& vſu pal.niſi ſpecialis. 38.diſt.§.qui ea.

o ¶ Obſeruari.] & ſic iſta tria ſunt patria. & habes ſi. j.eod.tit.is cui.ad idem ſupra, de app.ad hæc quoniam. & ca.dilectus.de conſue. cum dilectus.de elect.cum inter R.cum ſi.& intelligas.de interdicto vel ſuſpenſione etiam à ſpiritualibus prolata: ſecus ſi interdiceretur ingreſſus ciuitatis vel pomerij.ff.de ſer. expor. cui pacto. ff.de inter.& releg.per totum. ſecundum modernos qui de hoc plene not. in prædicta decretali. & hæc quoniam. Ioan. And.

Interdictũ rei ſpiritualis differt ab interdicto alterius rei tẽporalis.

a ¶ Sicut prius.] quaſi in officio ſuo agens, vt dicit canon. 11. q. 3. ſi quis epſ in concilio. Et j. eo. is cui. in §. 1. reſp. quod verum eſt in quocumque officio cantãdo, & in quibuſcumque horis officiet eccleſiã, vt in prædicto canone & concor. ſup eo. lib. de re iud. cum æterni.

ADDITIO Idem hic Ber. & Hoſt. dicebat Franc ꝙ ſi intrat chorum cum alijs legendo & cantando, locus eſt irregularitati: & ſic intelligitur illud, quod prius poſitum eſt in c. ſi quis epiſcopus. Io. An.

b ¶ Irregularitatẽ.] ꝙ ergo in antiquis canonibus ſtatutũ erat de excõicatis, extẽditur ad ſuſpẽſos. 11. q. 3. c. ſi quis epſ dãnatus. & c ſi q̃s epſ in concilio, & ſup de re iudic cum æterni.

c ¶ Summũ.] no. caſum ſpecialiter reſeruatum Romano Põtifici. alios habes de offi le. quod trãſlatione. & de exceſ. prælat. ſicut vnire. in antiq.

a Multos caſus Romano Pont. reſeruatos refert Hoſt. in ſum. tit. de offi. le. §. q d pertinet & Turrecr. in c. huic ſedi. 17. diſt.

ſi, ne prædictam pœnam ſuſpenſionis incurrãt: quoniam ſi cõtingeret eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi ſicut prius, [a] irregularitatem [b] non effugiẽt iuxta canonicas ſanctiones, ſuper qua non niſi per ſummum [c] Põtificem poterit diſpenſari.

¶ Idem in eodem.

¶ *Qui petit abſolui ad cautelam, dicens excommunicationis ſententiam in ſe latam eſſe nullam, abſoluetur cuiuſcunque contradictione non obſtante: niſi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifeſta offenſa: Qui probat ſe excommunicatum poſt appellationem: probatione pẽdente in iudicijs euitabitur, extra iudicium vero non. h. d. Io. And.*

CAP. II.

SOlet [d] † à nonnullis [e] in dubium reuocari, an cum aliquis per ſuperiorem [f] abſolui poſtulat ad cautelam, dum in ſe latam excommunicationis

SOlet.] Sunt duæ partes: In prima ponitur duplex quæſtio: ſecunda ibi, Et an. In ſecunda ibi, In prima ad utramque reſponſio. Et primo ſoluit primam: ſecundo excipit: ibi, Niſi. tertio, exceptionem moderatur: ibi, In quo caſu. Secunda ſecundæ diſtinguunt iudicialia & extraiudicialia, ſecundum ibi, Extra iudiciũ.

CASVS. Certum eſt, cum quis prætendit excommunicationem in ſe latam eſſe nullam aliqua rationabili cauſa (quia prætendit appellaſſe legitime antequam in ipſum proferretur excommunicatio: & ſic erat exemptus à iuriſdictione excõicatoris: Vel dixit, ꝙ in excõicatione fuit expreſſus error intolerabilis: quia continebat præceptum quod erat contra Deum & conſcientiã illius, cui præcipiebatur) poteſt petere abſolutionem ad cautelam (ſi & inquãtum indigeat) ad tollendũ murmur & ſcandalum populi. Sed ponamus, ꝙ excõicator vel aduerſarius ſe opponit, ne iſte abſoluatur ad cautelam: vtrum ſuperior debeat illum abſoluere non obſtãte oppoſitione? Reſpondet Romanus Pont. cum diſtinctione: Aut opponẽs dixit, quod iſte fuit excõicatus ꝑ manifeſta offenſa, & offert probare infra octo dies: tũc differenda eſt abſolutio per illos octo dies: Et ſi probatum fuerit, ꝙ ipſe fuit excõicatus pro manifeſta offenſa non abſoluetur niſi præmiſſa ſatisfactione & cautione de ſtando iuri. Si aũt opponẽs non offerat ſe probare infra octo dies, quòd ſit excõicatus pro manifeſta offenſa, tunc ſuperior eum abſoluet ad cautelam. Sed quid, ponamus quod ille, qui fuit excommunicatus, dixit excõmunicationem eſſe nullam propter aliquam cauſam: & non petit abſolutionem ad cautelam, ſed vult admitti ad probandum illam cauſam: vtrum pendente illo articulo probationis, ſit euitandus tamquam excõicatus? Reſpondet Romanus Pontifex, quod ſic, in iudicijs: nã non poterit ſuos debitores conuenire pendente illo articulo probationis: & de facto ſi conueniat, poterunt excipere debitores, quòd non tenentur cum ipſo proceſſum facere, eo quòd eſt excommunicatus: nam eſt tibi imputandum quare non petijt abſolui ad cautelam: ſed in alijs actibus extraiudicialibus, puta in electione, & poſtulatione non euitabitur: ideo probatione iſta pendente poterit eligi in prælatum alicuius eccleſiæ: ſed ſi poſtea appareat excõmunicatum eſſe, non tenebit electio de ipſo facta. [Innodatum.] & ſic excommunica-

tionem nullam. [In prima,] ſequitur reſponſio ad vtrãque quæſtionem. [Emẽda.] id eſt, ſatisfecerit. vel ſi proponatur, ꝙ fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa, abſoluetur præſtando cautionem de ſtando iud. Nota primo ex prima parte huius ca. ꝙ dicens excommunicationem in ſe latam eſſe nullam, poteſt petere abſolutionem ad cautelam, nec in hoc eſt ſibi ipſi contrarius, quia ꝑ hoc non fatetur ſe excommunicatum, ſecus eſt de illo, qui petit directe abſolutionem: quia tunc fatetur ſe excommunicatum. Nota vlterius, iſta gl ꝙ ſententia excommunicationis lata poſt appellationẽ in appellantem, eſt nulla: & hoc verum, poſt appellationem legitimam interpoſitam ex cauſa rationabili, & vera: aliàs exprimendo mendoſe cauſam rationabilem quilibet poſſet ſe eximere à iuriſdictione ſui iudicis. No. vlterius, quod ſñia excommunicationis dicitur eſſe nulla, quando in ea fuit oppoſitus error intolerabilis: puta, ſi in excommunicatione dicat iudex: cum aliàs monuerimus talem Titium vt Caium occideret, vel ut furtum faceret, vel ne eleemoſynam daret: ipſe tamẽ nihilominus noluit ipſum occidere: vel noluit furtum facere: vel eleemoſynam dedit, ob quam cauſam eum in his ſcriptis excommunicamus: verumtamen reſpectu eleemoſynæ non eſt verum indiſtincte, vt excommunicatio dicatur continere errorẽ intolerabilem, ſi aliquis fuit excommunicatus eo quod dedit eleemoſynam: nam ſi aliquis pauper ſit contumax & noluerit iudici obedire: põt iudex monere ſuos ſubditos ne illi pauperi tradant eleemoſynam: ſed prima facie præceptum de non dando eleemoſynam eſſet irrationabile: niſi aliàs qualificaretur. No. quòd dicẽs excõicationem eſſe nullam, ſi petat admitti ad probandã cauſam nullitatis, pendente probatione nullitatis, eſt uitandus in iudicijs, ſed in extraiudicijs non eſt vitãdus: immo ſi ſciat pro certo ſe non eſſe excommunicatum, licite poteſt miſſam celebrare. Nota ẽt, quod abſolutio ad cautelam petitur, quando dicitur nulla excõicatio. ad hoc de offi deleg. cum contingat. No finaliter duos caſus, in quibus excommunicatio dicitur nulla.

[Prima glo. ſummat.]

d ¶ Solet. Qui petit abſolui ad cautelam, dicẽs excommunicationis ſententiam in ſe latam eſſe nullam, abſoluetur cuiuſcunque contradictione non obſtante: niſi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifeſta offenſa. Qui probat ſe excommunicatum poſt appellationem: probatione pendente in iudicijs euitabitur, extra iudicium vero non. hoc dicit. Ioan. Andr.

e ¶ A nonnullis.] ſcholaſticis, vel iure peritis conflictum rationum habentibus. ſic ſupra, de reſtitut. ſpol. frequens.

ADDITIO. De quibus Philoſophus: Dubitare de ſingulis, non eſt inutile. Io. And.

[Glo ſeq. recit. per q an etiam delegatus abſoluat ad cautelam: ponit duas opin contrarias. ad ſecundã obijcit, & reſpondet dupliciter.]

f ¶ Per ſuperiorem.] excommunicatoris. quod dic, vt j. eo. per tuas. Et per hanc litteram, quæ ſic generaliter

† Vide Ab. Fel. & alios in c. Apoſtolicæ, ext. de except. vbi multa tradũt de abſolutione ad cautelã huc ſpectantia.

ſententiam aſſerit eſſe nullam, † ſine contradictionis [a] obſtaculo munus ei debeat abſolutionis impẽdi? Et an [b] ante abſolutionem huiuſmodi [c] is, qui ſe offert in iudicio [d] probaturum ſe poſt appellationem legitimam excommunicatione innodatum: vel intolerabilẽ errorem [e] in ſententia fuiſſe patenter expreſſum: ſit in cęteris [f] (excepto probationis illius [g] articulo) euitandus?

¶ In prima igitur dubitatione ſic ſtatuimus obſeruandum, ut petenti [h] abſolutio non negetur, quã uis in hoc excommunicator, vel aduerſarius ſe opponat: [i] Niſi eum excommunicatum pro manifeſta [k] dicat offenſa. In quo caſu terminus octo dierum [l] indulgebitur ſic [m] dicenti, vt ſi probauerit quod opponit, non relaxetur [n] ſententia, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda: [o] vel competens cautio de parendo iuri, ſi offenſa dubia [p] proponatur.

¶ In ſecunda vero quæſtione ſtatuimus, ut is, qui ad probandum [q] admittitur, pendente probationis articulo, in cęteris, quæ vt actor [r] † in iudicijs attentauerit, in-

loquitur: dixit Bern. ꝙ quilibet iudex ordinarius & delegatus hanc abſolutionẽ impertiri poteſt. Inn. & alij [ſ] contra in delegato, dicentes, ꝙ delegatus etiã Papæ, non abſoluit ad cautelam ex generali cauſæ commiſſione: delegata enim poteſtas eſt ſtricti iuris, & id ſolum poteſt, quod ei ſpecialiter eſt cõmiſſum, & ſine quo cauſa expediri non poteſt. ſup. de offic. deleg c. 1. & c prudentiã ſed ſine abſolutione ad cautelam bene poteſt cauſa expediri: quia cũ patebit illum excommunicatũ poterit per delegatum in veritate non ad cautelam abſolui, ut in c. prudentiam. ſed ꝙ delegatus Papæ abſoluat ad cautelam, videtur expreſſe ĩ. de appell. ad præſentiam. Sed qui tenent contrariũ dicunt, ꝙ illud fuit propter ſpecialem cõmiſſionem. Vel illud in auditoribus: ſecus in delegatis: quaſi auditores habeant ordinariam. de hoc, de reſcript. auditor. in cle. in 1. gloſſa.

ADDITIO. Bernard. de quo in princ. huius gloſſæ in duobus errauit: Primum dixi in textu ſuper verſic. nullam. Secundum ſumpſi. ex eo, ꝙ decreta. per tuas. eodem tit. in antiq dixerat, quòd ſedes Apoſtolica conſueuerat concedere abſolutionem ad cautelam: & quaſi intelligeret id inferioribus nõ licere: dixit hoc nouum per hanc decretalem inductum, quòd quilibet, & cæt. vt ſequitur. Sed illa verba non ponebantur ibi ad deſignandum aliquid ſpeciale in Papa: ſed ad inſtruendum quale remedium poſſet haberi in illo dubio. Ioann. Andr.

a ¶ Contradictionis.] ipſius excommunicatoris, uel aduerſarij, qui illum fecit excommunicari, ut ſup. de appell. qua fronte. & inf. ſequitur.

b ¶ Et an ante.] ſecunda quæſtio.

c ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet ad cautelam. Idem puto etiã ſi non peteret abſolui: quia neç compellitur hoc caſu, vt ſup. eod. per tuas.

d ¶ In iudicio.] ibi etiam iudici facienda eſt probatio. ff. de probat. l. quinquaginta. ſupra eo. lib. de reſcr. ſtatutum. §. cum vero. cum ſimil.

e ¶ Errorem.] pone exemplum. ĩ. eodem, venerabilibus. § poteſt. & in his duobus caſibus eſt nulla excommunicationis ſententia: & in alijs, quos dicam ĩ. eodem, præſenti.

f ¶ Cęteris.] iudicibus, &c.

g ¶ Illius.] ſcilicet, de præcedente legitima appellatione.

h ¶ Petenti.] humiliter. ſupra eo. per tuas. de offic. delegati, cum contingat. Poteſt etiam non petens abſolui. 2. q 5. quanto.

ADDITIO. Vide quòd not. de eo qui dux. in mat. ſignificaſti. in vlt. glo. Ioan. And.

i ¶ Opponat.] quia periculum eſt in mora: iam ſic decedere poſſet: cum & propter peccatum, & propter excommunicationem quis facilius moriatur. 11. quæſt. 3. epiſcopi. ad idem ſupra, de appell. qua fronte. ff. de app. reci. vel non. l. vlt.

[Glo. ſeq. exponit: prorogat dubium: quod per quatuor iura exemplificat.]

k ¶ Manifeſta.] id eſt, notoria. quod dic ut ſupra de verb. ſignificat. cum olim. & cap. ex parte. vbi de hoc. Idem in manifeſta contumacia, vt inf. eodem, venerabilibus. §. ſecus. & idem putarem ſi peteret abſolui ad cautelam à ſententia excommunicationis canonis: & diceretur caſus talis eſſe, quod abſolutio fieri non deberet ante ſatisfactionem, vt ſupra eod. lib. de offic delegat. cap. vlt. §. pars vero. & ſupra de cenſi. quamquam. in fine, & de immunit. eccle. quoniam, in §. & de hær. quicũque. in princ. cum ſuis ſimilibus.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, an ex cauſa augeatur dilatio.]

l ¶ Octo dierum] dixit Bernard. quòd hic, & ſupra de reſtitutio. ſpoliator. frequens. & ſupra de exceptio. pia. (de qua tamen dic ut ibi dixi in gl. licet enim.) & vbicũq; certus terminus a iure ſtatuitur: ſi petatur maior dilatio, negabitur, iuſta cauſa ceſſante: ſed ſi cauſa ſubeſſet, dixit eum audiendum ex illa generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ff. ex quibus cauſ. ma. l. prima. in fine. & ſi minor eſſet, vel eccleſia, audiretur, etiam ſi probationes negligenter infra terminum omiſiſſet: ſi autem reus ad probandum contrarium peteret dilationem longiorem, danda eſt, ſecundum eum: & prodeſt dilatio illa actori: quia ſi non plene probauerit, adhuc alias plenas probationes inducet. C. de tempor. in integr. reſtitutio. l. petendæ. & ſic in his caſibus audiretur infra dies ſtatutos: & poſt etiam, ſi poſtulat, per prædictam legem, petendæ. immo etiam poſt terminũ ipſi reo datum per prædictam legem admitteretur, cum ex facto illius impeditur.

ADDITIO. Dixit Innocentius idem dicendum in exceptione ſpoliationis, & alijs, in quibus certus terminus datur ad aliquid probandum. Ioannes Andreas.

m ¶ Sic.] ſcilicet excommunicatum illum pro manifeſta offenſa.

n ¶ Relaxetur.] etiam ad cautelam, vt formata fuit quæſtio.

o ¶ Emenda.] in ſpiritualibus non ſemper habet locũ, quod ante omnia emendet excommunicatus pro manifeſta contumacia, vel offenſa. Pone enim aliquem excommunicatum, quia non fecit ſe ordinari: promouebitur ne antequam abſoluatur? abſit. & de hoc per Innoc. & modernos, ſupra, de pręben. pro illorum. [vt ibi ſcripſi ſuper gloſſa penultima. & idem hic Archidiaconus. Ioan. And.]

p ¶ Dubia.] & ſic non oſtendit de nullitate prout dicebat. Ioan. And.

q ¶ Ad probandum.] de nullitate, ſcilicet, ꝙ ſententia fuerit lata poſt legitimam appellationem: vel quòd cõtineat intolerabilem errorem, &c.

r ¶ Actor.] ſecus ſit, ut reus. ſup. de iudic. intelleximus. de excep. cum inter. ſup. eo. lib. de reſcript. c. 2. & repellitur à iudice etiam reo non opponente. ſupra de except. exceptionem.

[Glo. ſeq. de ratione quærit, & tres reddit.]

[ſ] Io. Mo. & Hoſt. ſed Archid. nõ vult accedere huic dicto Ioann. And.

† Dicit Franc. (ſed male) ꝙ idem ſi in iuſtã quod eſt falſum, quod patet ſup. eo per tuas. quod latiꝰ hic refellit. Ioan. Andr.

‡ Et quando incipiũt currere, vide Rot. deciſ. 208. in nouis.

† Vide Dec. in c. intelleximꝰ. extra de iudic.

a ¶ Extra

...terim euitetur. Extra [a] iudicium vero in officijs, [b] poſtulationibus, & lectionibus, ac alijs legitimis actibus nihilominus admittatur. [c]

¶ Idem in eodem.

¶ Excommunicatio lata in participantes excommunicatis in loquutione & ſimilibus, canonica monitione non præmiſſa, non tenet. Ioan. And.

CAP. III.

STatui-

a Et hic Inno. & Hoſt.

a ¶ Extra iudicium.] Quæritur, quare aliud in iudicio, & aliud extra iudicium? Reddebat Ber. a ſuper hoc tres rationes. Primã, quia in iudicijs non tollitur actio, ſed differtur. ſupra eo. lib. de excep. pia. & ſic non eſt multum præiudicium. C. de proci. Impera. offe. l. quotiens. quia quod differtur, non aufertur. 14. q. 5. cap. 1. ſed in extraiudicialibus magnum eſt præiudicium: quia non ſine magno damno à rebus noſtris reuocamur. ff. quemadmodum teſta. aper. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. Secundã, quia facilius interdicuntur iudicialia. [C. de hæreti. quoniam.] quàm extraiudicialia. [ff de procur. mutus, 1. reſpon. cum concor.] & ea quæ ſunt iuris, quàm ea, quæ ſunt facti. ff de pęnis. l. quidam ſerui. Tertiã, quia in iudicio vbi alium impetimus, leuius impediri debemus, quàm extra iudicium vbi nullum impetimus: ſed tantum iuri noſtro innitimur.

ADDITIO. Quarta, quia extra iudicium non eſt paratus iudex medius ſicut in iudicio; facit ſupra de appella. ſæpe. ſecundum Hoſtien. & Ioan. Monach. Ioan. Andreas.

b ¶ In officijs.] publicis, vel diuinis. vnde ex quo de appellatione confidit, ſecure celebrat, vt prius. ĩ. de appe. ad præſentiam noſtram, & c. dilectus.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, an ſtatim efficax ſit admiſſio, ſoluit & remittit: ſignat contrarium, & ibi remittit.]

c ¶ Admittatur.] non ſtatim eſt efficax admiſſio, ſed poſtea in proceſſu apparebit: quia ſi admiſſus fuerit ad electionem, poſtea diſcutietur de appellatione: & ſi apparebit prius per eum legitime appellatum, apparebit illum bene admiſſum: ſin autem, apparebit tunc illum excommunicatum: & ſic non valere vocem ſuam, vel dic vt not. ſupra de appel. paſtoralis. in glo. penul. cõtra ĩ. eo. licet. ibi ſoluitur in vlti. glo.

STatuimus.] Primo ponit prohibitionem de ſententia non ferenda cum quadam proteſtatione: Secundo dat modum quo ferri poteſt: ibi, Quod ſi. Tertio vitiat ſententiam aliter latam, & comminatur ferenti: ibi, Aliter. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum, ꝙ monitio non eſt de ſubſtantia excommunicationis, ſed eſt de iuſtitia: ideo ſi iudex non præmiſſa monitione aliquem excommunicet, tenet ſententia excommunicationis, ſed eſt iniuſta: ideo venit relaxandus. in c. ſacro. eodem tit. in anti.

CASVS Epiſcopus vidit aliquẽ concubinarium, vel alium crimino ſum, certum eſt, ꝙ non poteſt talem excommunicare, niſi monitione præmiſſa: videlicet, vt eum moneat ſub pœna excommunicationis canonicè, & competenter, vt concubinam dimittat: & ſi præmiſſa monitione concubinam non dimiſerit, poterit illum excommunicare: Or ponamus, quòd aliquis epiſcopus, vel alius iudex eccleſiaſticus, aliquẽ ſuum ſubditum iuſte excommunicauit: certum eſt, quòd Chriſti fideles debent iſtum excommunicatum euitare in locutione, & alijs actibus, vt rubore confuſus recognoſcat reatum, & redeat ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, & bonum obedientiæ: & ſi faciat contrarium, incurrunt ſententiam excommunicationis: Epiſcopus videt aliquos fideles, qui iſtum excommunicatũ non vitant: in eos tulit ſententiam maioris excommunicationis, dicendo excommunico tales, eo ꝙ communicant, & participant cum tali excommunicato: vtrum teneat excommunicatio: Videbatur quòd ſic: quia ſunt excommunicati minori excommunicatione: Reſpondet Romanus Pontifex, quòd cum quis vult excommunicare maiori excommunicatione participantes cum excommunicato, debet illos monere trina & canonica monitione: & ſi aliter facit, non tenet excommunicatio. Et iſtud fuit ſpecialiter ordinatum ad refrænandum motus excommunicationis: quia excommunicatores ad relationem aliquorum facillime mouebantur ad excommunicandum participantes cum excommunicatis. ſed vtrum iſtud ſit verum indiſtincte, quòd iudex non poſſit excommunicare participantes non pmiſſa canonica monitione? Reſpondet quòd non: ſed fallit in ijs, qui participant in crimine damnato. forte aliqua Berta (diſſoluto matrimonio) adhæret alicui concubinario: vnde maritus ſuus conqueritur: fuit monita per iudicem vt deſiſteret: & quia monita noluit deſiſtere, fuit excommunicata: hoc non obſtante, aliquis ſciens eam eſſe excommunicatam: vel ſuus concubinarius, communicauit cum ea in crimine damnato: ipſe participans eſt excommunicatus ipſo facto, c. ſi concubinæ. ſupra eo. tit. in anti & vltra iudex poteſt illum excommunicare abſque canonica monitione præmiſſa: & ſic eſt excommunicatus duplici excommunicatione. ſ. à iure & ab homine. [Ab eo.] ſecus ſi ab alio, quia monitio non eſt de ſubſtantia excommunicationis, ſed de iuſtitia, ideo ſi epiſcopus vellet excommunicare participantes cum excommunicatis ab alio, quam a ſe, ſine monitione teneret excõmunicatio. Ratio eſt: qa iudices ſunt magis incenſi quando auctoritas eorum contemnitur, q̃ quando contemnitur auctoritas aliorum [Et alijs.] i. in mẽſa, in oſculo, in ſalutatione, in choro, & in alijs tendentibus ad commodum excõmunicati: quia permiſſum eſt participare cum excommunicato in damnũ ipſius: aliàs excommunicatus ex dolo ſuo perciperet commodum; quod eſt contra c. intelleximus, de iudi. in antiq. [Damnato.] non præmiſſa monitione, quia ipſo facto incurrunt excommunicationem maiorem, & indigent ſolẽni abſolutione: vt in d. c. ſi cõcubinæ [Induteſcat.] Nam cum excommunicatus videt ſe admitti ad omnes actus, non curat de excommunicatione, quia excommunicatio non aggrauat oſſa: ideo contemnit auctoritatem & claues eccleſiæ: ſed cum videt ſe vitari vt leproſum: dimittit inobedientiam, & reuertitur ad gremium eccleſiæ. Nota primo ex iſto cap. quòd excommunicatus maiori excommunicatione, vitandus eſt in loquutione & oſculo. vt ſi forte aliquis canonicus excõmunicatus ſit in eccleſia dum offertur pax, nõ debet ab alijs canonicis oſculari: aliàs oſculans incurrit excommunicationem minorem. Nota, quòd licet participans cum excommunicato maiori excommunicatione, incurrat minorem excommunicationem: tamen non poteſt excommunicari maiori excõicatione, niſi prius fuerit monitus vt deſiſtat ab iſta participatione: ſed monitione facta ſi non deſiſtat, poterit excommunicari. Ex quibus ſequitur, ꝙ participans cum excommunicato maiori excõicatione, peccat mortaliter: & hoc qñ quis fuit publicatus & denuntiatus: ſed ante denuntiationẽ non peccaret mortaliter, ſed ſolum venialiter niſi faceret in cõtemptum auctoritatis eccleſiæ. Nota quòd participans cum excommunicato in crimine damnato pro quo excommunicatus, poteſt excõicari ſine monitione. Nota vnum caſum, in quo monitio debet præcedere ſententiam: licet regulariter monitio nõ ſit de ſubſtantia ſententiæ, ſed ſolum de iuſtitia. Ratio eſt: quia multotiens iudices videntes ſe turbatos, indiſcrete & iniuſte excõmunicabant participantes, licet de par-

mus, [a] † vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis [b] ab eo in locutione & alijs, [c] quibus ligatur participans excommunicatione minori ante monitionem [d] canonicam excommunicare maiori excommunicatione præſumat: ſaluis conſtitutionibus [e] contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præſumunt participare damnato.

¶ Quòd ſi ex loquutione, & alijs, quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indureſcat: [f] poterit iudex poſt monitionem canonicam huiuſmodi participãtes [g] conſimili [h] damnare cenſura. Aliter autem in participantes excõicatio prolata non teneat: [i] & proferentes pœnam [k] legitimã poterunt formidare.

¶ Iden. in eodem.

¶ *Epiſcopi nullam interdicti vel ſuſpenſionis incurrunt ſententiam, niſi in ſententia ſint expreſſi. h. d. Ioan. And.*

CAP. IIII.

Quia †

participatione non plene conſtaret: ideo ad refrenandũ iſtud, fuit ordinatum, ꝙ monitio non ſolum eſſet de iuſtitia excommunicationis, ſed de ſubſtantia. Dicitur hic, ꝙ participans cum excommunicatis, non debet excommunicari maiori excommucatione, niſi monitione præmiſſa, vtrum excõicator poſſit facere monitionem generalem hoc modo: Monemus per præſentes omnes & ſingulos Chriſtifideles, ne cum tali excõicato cõicent, ſeu participare præſumant, edendo, & bibendo, loquendo, ſedendo, ambulando, aut alia vitæ neceſſaria miniſtrando, ſub pœna excõicationis, quã elapſis ſex diebus in his ſcriptis proferimus, quorum 6 dierum duos ꝓ primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & perẽptorio termino eiuſdem aſſignamus. Vel verũ ad hoc quod participantes cũ excõicato maiori excommunicatione ſint excõicati, requiratur, ꝙ fuerint particulariter moniti, videlicet, ꝙ moneat Petrum: & ſi monitione facta non deſiſtat, ꝙ illum excõicet. Communis tamen opinio doctorum eſt, ꝙ ſi iudex intendit excommunicare generaliter omnes participantes cum excommunicato, debet eſſet monitio generalis, ſi vero intendat excommunicare particulariter, debet fieri monitio ſpecialis. Nota ꝙ eſt dare duplicem ſpeciem excommunicationis. ſ. maioris, & minoris, vide de exce. à nobis Nota finaliter hic, tex. expreſſum, ꝙ faciens actum contra legem, puniri debet: licet actus per eum geſtus non teneat. ad hoc ſupra, de reg. non ſolum eod. lib. de relig. do. c. vnico. eo lib. Dom.

[Prima gloſſa tria facit, ponit ſummam, declarationem, & prorogationem.]

a ¶ Statuimus.] Excommunicatio lata in participantes excommunicatis in locutione, & ſimilibus, canonica monitione non præmiſſa, non tenet. Declaratur aũt hæc decr. ĩ. eo. conſtitutionem. Et ad ſententias interdicti, & ſuſpenſionis extenditur. ĩ. eo. ſtatutum.

ADDITIO. Et illæ duæ ſunt in ſcholis cum iſta legendæ: quę & coniuncta fuiſſent, niſi obſtitiſſet diuerſitas auctorum. Ioan. And.

b ¶ Excommunicatis.] maiori excommunicatione.

c ¶ Alijs.] puta oſculo, ſalutatione, menſa, choro, & ſimilibus. [Dabat Hoſt. verſum.

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, menſa negatur.]

Sic enim ſcienter communicantes excõicato, ſunt excõicati minori excommunicatione ipſo iure. 11. q. 3. cum excommunicato. & c. qui excommunicauerit, & à quibus repellant hæ excõicationes, habes 3 q. 4. Engeltrudam. & de exce. à nobis. de cler. excõ. mini. ſi celebrat. Sunt autem quædam perſonæ, exceptæ, quæ ſine hac pœna excommunicato communicant, vt 11 quæſt. 3. quoniam multos. de ſenten. excom. quod in dubijs. & cap. inter alia.

ADDITIO. Plenius per Hoſtiẽ. in remiſ. quas dedi in c. cũm deſideres, in 4. glo. eo. tit. in antiq. ad ſum. eo. tit. §. fi. ſub §. vtile. Ioan. And.

d ¶ Monitioẽ canonicam.] hoc eſt regulare in excommunicatione hominis, vt ſemper præcedat monitio, [1] vt ſupra eo. tit. de ſent. excom. ſacro. 24. q. 3. de illicita. & dicitur quoad hoc monitio canonica, vt moniti exprimantur nominatim, & tribus monitionibus moneãtur, vel vna pro omnibus, cum interuallo dierum: niſi neceſſitas aliud ſuadeat. ĩ. eod. conſtitutionem.

[Glo. ſeq. allegat tria iura: tractat quæſtionem de epiſcopo communicante excõmunicato per ſe: ponit opinionem Bern. & contrariam. in fin. alleg. pro prima.]

e ¶ Conſtitutionibus.] ſupra eod. nuper. & c. ſi concubinæ. & interdum, qui communicat in diuinis excommunicato excommunicatus eſt excommunicatione maiori, vt ſupra eo. ſignificauit. quod verum eſt, ſi quinque concurrant, quæ ibi in textu notantur. Nota autem hic Bernard. ꝙ ſi epiſcopus communicat in crimine cum excommunicato à ſe, quòd non incurrit maiorem excommunicationem: quia ſic communicans peccat in eum, qui damnauit, & ab eo eſt abſoluendus. ſ. eo. nuper. ſed iſte ſua ſententia ſe ligare non potuit. ff. de arbi. l. penul. ff. de iudi. Iulianus. tamen dicit. quòd minori excommunicatione ligatus eſt, [2] quæ à iure contrahitur. Alij contradicentes. quòd & minor & maior excommunicatio. ſ. per communionem in crimine & in locutione contrahitur à iure, non ab homine. & hoc tenet Hoſt. [3] ĩ. eo. nuper. probat hoc per verbum, quamuis enim & tunc, &c. quod bene facit ꝓ prima parte: quia abſoluitur ab excommunicatione communicans in crimine: ergo non eſt ſententia canonis: quia tunc abſoluetur à proprio ordinario.

f ¶ Indureſcat.] quia videt ſe habere communionẽ hominum, quam non haberet. & inter homines eſſe, eſt grauis pœna. C. de apoſta. hi qui ſanctam.

g ¶ Participantes.] ſcilicet in locutione, & ſimilibus.

h ¶ Conſimili.] ſcilicet maiori.

ADDITIO. Vt ſic contumacia creſcente creſcat & pœna. 51. diſt. quoniam. in fi. vt lit. non conte. quoniã. §. vlti. Ioan. And.

i ¶ Non teneat.] nota caſum, in quo non tenet ipſo iure excommunicationis ſententia. & fuit hoc ſtatutum propter ẽpos, qui ſtatim excommunicabant cum participibus: alios dicam ĩ. eo. præſenti.

k ¶ Pœnam.] ſ. eod. ſacro. vbi puniuntur qui admonitione non præmiſſa excommunicant ſubditos.

ADDITIO. Hoſt & poſt eum Io. Mo. & Archi. dicunt, ꝙ tenetur iniuriarum. 11. q. 3. illud, & c. temerarium. Et de ſacrilegio. 24. q. 3. non in perpetuum. & carebit ad tempus arbitrarium communione hominum & ingreſſu eccleſiæ. ca. q. de illicita & ad has pœnas cõtra eam agetur coram ipſius ſuperiore. ĩ. eo. venerabilibus. §. 2. Ioan. And.

Quia.] ¶ Tria facit. Primo præmittit conſtitutionis cauſam. Secundo conſtitutionem ponit priuilegiantem epiſcopos: ibi, Nos. Tertio excipit: ibi, Niſi. Et iſtud verbum, Quia, eſt redditiuum rationis & cauſæ. Ioan. And.

CASVS. Dictum fuit ſupra, eo. tit. prox. c. 1. ꝙ iudex volẽs ſuum ſubditum excommunicare, debet caute & diſcre-

¶ De participantibus cũ excõicatis. vide c. ſicut Apoſtoli 11. q. 3 & ibi late Turrecre. & B. Tho in qõ. additis ad 3 p. q. 23. ar. 1. 2. & 3.

[1] Ita etiã cõc. Later. ſub Inn. iii. c. 47. quod refertur in ca. ſacro de ſent. excõ. hic citato ſ glo.

† An diſpoſitio huius c. habeat locũ in Cardinali nõ epo vide Fel in c. cũ in te re. ext. de offi. dele.

[2] Nõ ſic in Papa, vt no. ſ. eo. nulli. Io. And.

[3] Et Innoc. ibi, & eod. tit. quod in dubijs, & hoc mihi placet, vt ſcripſi ſup glo. colligit idẽ hic Io. Mo. & Arc. Hoſt. remittit ad ſum. eo. tit. §. & quæ ſit pœna. ſub §. quid ſi eps. Ioan. And.

diſcrete procedere: quia dēt proferre ſententiam excō-municationis in ſcriptis, non verbotenus: & in excommunicatione debet exprimere cauſam rationabilem: & dare copiam ipſius excommunicationis intra menſem excommunicato ſi fuerit requiſitus: aliàs eſt ſuſpē ſus à diuinis: Sed vtrum illa conſtitutione ligetur epſ, qui excōicauit ſuum ſubditū ſine ſcriptis, vel ſi in ſcriptis, excōicauit, ſine cauſa rationabili, vel noluit dare copiam excōicationis excōicato? Reſpondetur, ꝙ non: quia in conſtitutione pœnali ponitur, vt aliquis faciat tale quid: & ꝙ non faciens incurrat pœnam ſuſpēſionis vel interdicti, aut excōicationis: epiſcopus non incurrit illam pęnam, niſi de ipſo fiat expreſſa mentio in cōſtitutione pęnali, puta ſi dicatur, ꝙ faciens tale quid, vel nō faciens, incurrit ſententiā excōicationis vel ſuſpēſionis: & ſi fuerit epiſcopus: nō tñ negat, quin ſentētia illa fuerit iniuſta, & debeat epſ excōicator condemnari in expenſis, & non poſſit declarari nulla, vel relaxari per ſuperiorem: ſed

in illa priuilegiati non ſunt: & noluit Papa eos intantum priuilegiati, quòd tolleret quo ad eos canonem, ſi quis ſuadente. & alios ſimiles, [vt ſupra eod. lib. de homic. pro humani.

ADDITIO. Idem tenent Innoc. Hoſtien. Io. Mona. Franc. & Archid. Ioan. And.

periculoſum [a] eſt epiſcopis, & eorum ſuperioribus [b] propter executionem pontificalis officij, [c] quod frequenter incumbit, vt in aliquo caſu interdicti vel ſuſpenſionis [d] incurrant ſententiam ipſo facto: Nos deliberatione prouida duximus ſtatuendum, vt epiſcopi & alij ſuperiores prælati, nullius conſtitutionis [e] occaſione, ſententiæ [f] ſiue mandati, [g] prædictam incurrant ſententiam [h] vllatenus ipſo iure: Niſi in ipſis [i] de epiſcopis [l] expreſſa mentio habeatur. [k]

¶Idem. †

¶*Huius decretalis quinque ſunt dicta. Primum, quòd archiepiſcopus ſentētias latas à ſubditis ſuorū ſuffraganeorum, niſi hoc habeat de conſuetudine, non relaxet. Secundum, quòd generalis ſententia archiepiſcopi ligat tantum ſubditos. Tertium, quòd pro præteritis, vel præſentibus culpis, monitione non præmiſſa, ab eis lata ſententia eſt iniuſta. Quartum, quòd pro futuris culpis vel tunc commiſſis, ſcilicet niſi ſatisfaciant, excommunicare non debent: niſi mora, culpa, vel offenſa, vel alia iuſta cauſa ſubſit. Quintū, quòd in vniuerſitatem vel collegium non feratur excommunicationis ſententia: ſed in illos, qui culpabiles extiterunt. Io. And.*

CAP. V.

ROmana.

episcopi non incurrant pęnam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, niſi de ipſis fiat expreſſa mentio. Nota primo, periculoſum eſſe epiſcopos impeditos fore circa illa, quæ concernunt pontificale officium. Nota ſecundo, ꝙ in generali ſuſpenſione non includuntur epiſcopi, ſi non exprimantur. Dominicus.

[Prima gloſſa exprimit periculum, de quo dicit textus.

a ¶ Quia periculoſum.] Et ideo vitandum. 41. diſtinct. quieſcamus. ſupra eo. lib. de elect. vbi periculum. ff. de Carbo. l. 1. §. 2. [vel 3. vide de iuramen. calum. c. 2. ſuper glo. 1.] Quia igitur officium epiſcoporum, & ſuperiorum communius & generalius eſt: & plures grauarentur ſi illud impediri contingeret: ideo Papa non tam epiſcopis quam ſubditis per hanc cōſtitutionem voluit prouidere: conſiſtit enim iſtorum officium in chriſmatis confectione, in frontis chriſmatione, ordinum collatione, eccleſiarum & altarium conſecratione: & ſic multum periculi in ſuſpenſione ipſorum.

b ¶ Superioribus.] archiepiſcopis, Patriarchis, & primatibus. [1]

[Glo. ſeq. recit. per q. ponit opinionem antiquam, & modernam contrariam, & pro ratione remittit.]

c ¶ Officij.] per hanc litteram non credebam olim, ꝙ conſtitutio iſta haberet locum in pęnis ſuſpenſionum à beneficio: licet Hoſti. contra, ſupra de ele. cum in cunctis. & Gar. eo tit. cupientes. ſup eo. li tamen hodie non dubito, ꝙ etiam in ſuſpenſionibus à beneficio, non ſolum ab officio, ingreſſu eccleſiæ, vel ſimilibus locum habeat hæc conſtitutio: hoc probatur ſupra eod. lib. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. & quæ potuerit eſſe ratio ibi dixi.

d ¶ Suſpenſionis.] ſecus [2] in excommunicatione: quia

e ¶ Conſtitutionis.] ſupra eodem ſacro. & cap. cum medicinalis. eodem lib. de ſolutio. cap. 2. de elect. cum in cunctis. cum ſimilibus.

f ¶ Sententię.] aliud eſt conſtitutio, aliud ſententia, vt infra, c. prox. §. caueant. ſi ergo Papa vel legatus, alius ferat aliquam ſententiam ſuſpendēdo contrafacientes: hæc non comprehendet epiſcopos.

g ¶ Mandati.] vbi ſi mandat Papa, ꝙ omnes prælati, & clerici, ſoluant tantam pecuniam, ſuſpendo non ſoluentes infra terminum aſſignatum: per tales ergo conſtitutiones, ſententias, & mandata, epiſcopi non comprehenduntur. neglecta enim huiuſmodi maiora videntur, quæ ſpecialiter non deſignantur, ff. de iniu. item apud Labeonem. § hoc edictum.

ADDITIO. Vide de reſcrip. ſedes. ſuper tertia glo. in antiq. Io Andr.

h ¶ Ipſis.] conſtitutione, ſententia, vel mandato.

[Gl. ſeq. ponit antiquam litteram, & opinionem Hoſti. quam improbat.]

i ¶ De epiſcopis.] nota ꝙ caute puto remotam litteram, quæ olim hic erat, quæ ſic dicebat: de epīs, & eorum ſuperioribus expreſſa, &c. per quam dicebat Hoſtien. ꝙ licet in ſententia diceretur de epiſcopis, ꝙ non comprehendebantur archiepiſcopi: plus dicebat, ꝙ ſi dicebat de epīs & ſuperioribus, nomine ſuperiorum intelligebantur archiepiſcopi, ſed nō patriarchæ. Ad hoc de reſcri. ſedes. & omnia iura quæ inducuntur, ad pœnalia iura reſtringenda. Sed dic contra: [3] quia non eſt ſuperiorem ordinem epiſcopo reperire: & ob hanc cauſam Papa ſe vocat epiſcopum: vnde eoipſo, ꝙ de epīs exprimitur, veniunt ſuperiores: quia non inſpicimus dignitatem, ſed officium Pontificale, vt in princ. c.

k ¶ Habeatur.] hic erat olim plus de textu: & erat quædam declaratoria illius decret. ſolet. quę non habebat rationem: vnde fuit ſublata.

ADDITIO. Dicebatur ibi, ꝙ id quod dicit finis illius capituli, ſolet non extenderetur ad ſententias epiſcoporum, vel archiepiſcoporum: vt ibi etiam dixi in fine Io. And.

ROmana.] partes patent per § Io. And.

CASVS. Archidiaconus Pictauen. vel abbas monaſterij ſancti Cypriani, vel alius prælatus ſubditus epiſcopo Pictauen. protulit in aliquem ſubditum ſententiam excommunicationis: qui ſubditus excommunicatus dixit excommunicationem iniuſtam: & per hoc adiuit metropolitanum omiſſo medio, videlicet epō Picta

† Etiā ſi eſſent verba generalia, quiſquis, quilibet, Io. A. Phi. de quo vide not. c. 2. de præb. ſup eo. lib. alia tñ pœnalis conſtitutio ligaret epm gl. c. ſciant. ca. cupientes. § cæterum. inver. ſuſpēſos ſup. eo. de elect. F.

† al. ita: Idē in eodē. al. ita: In. iiij. in concilio Lugdun.

1 De Cardinalibus vide Fel. in c. quod ſuper his, extr. de ſ. inſtru.

2 Vide Dec. in ca. præterea. in vlt. not. de off. dele. & Fel. in ca. quod ſuper his, & ſ. inſtru.

3 Idem Io. Mona.

uen. vtrum archieps̄ Burdegalenſis, qui eſt metropolitanus, poſſit cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia ipſius excommunicationis? Dicit, ꝙ non, quia non eſt iudex excommunicantis, nec excommunicati in prima inſtātia: niſi ſit conſuetudo, vt poſſit adiri metropolitanus omiſſo epiſcopo. c. cū contingat. de fo. comp. l. more maiorum. ff. de iur. om. iud. l. 1. C. de eman. lib. Sed quid ſanctiſſime pater, ponamus, ꝙ archiepiſcopus fecit ſtatutum proferendo ſententiam excommunicationis generaliter in quoſcunque violantes illud ſtatutū: Quæritur, ad quos ſe extendit illud ſtatutum: vtrum ad illos qui ſunt de ſua particulari diœceſi, tantum, vel ad alios? Reſpondet, quòd ſe extendit ſolum ad illos, qui ſunt de ſua particulari, & propria diœceſi: quia non poteſt facere ſtatuta aſtringentia ſubditos totius ſuæ prouinciæ, & diœceſim ſuorum ſuffraganeorum, niſi in negotio communi, & de conſenſu ſuorum ſuffraganeorum. Sed vtrum epiſcopus vel alius iudex poſſit ferre ſententiam excōmunicationis in aliquem, non præcedente canonica monitione, vt aliquis perpetrauit aliquod crimen: vtrum poſſit iudex eccleſiaſticus illum excommunicare abſque monitione? Reſpondetur, ꝙ non: & ſi de facto excommunicet, illa excommunicatio eſt iniuſta, & relaxabitur per ſuperiorē: tamen tenet excōicatio. Et hoc verum, quando lata fuit pro criminibus, ſeu exceſſibus præſentialibus, ſed pro futuris culpis non poterit ferre excōicationem, niſi culpa vel mora præceſſerit: vt iudex in actione perſonali condemnauit aliquem reum ad ſoluendum actori aliquam pecuniæ ſummam infra certum tempus, reus nō ſatisfecit: certum eſt, ꝙ eps̄ poterit illum excōicare extunc, niſi ſoluat intra tale tempus: vel videt, ꝙ clerici ſunt negligentes, & remiſſi in diuino officio: vel ſi eſt alia iuſta cauſa, vt excommunicator datus in defectum ordinarij, poteſt excōicare hoc modo: Moneo vos, vt tale beneficium non conferatis infra tale tēpus: alioquin. i. ſi contrarium feceritis: vos exnunc, prout extunc, & econuerſo, extunc prout exnunc vos excōico. Sed vtrum iudex poſſit excommunicare collegium vel vniuerſitatem? Reſpondetur, ꝙ non: ſed ſi ſint aliqui in vniuerſitate culpabiles, ſunt excommunicandi nominatim: aliàs ſi vniuerſitas eſſet excommunicata, quicunque ſubrogati poſtea eſſent excommunicati: licet non eſſent culpabiles, quod eſſe non debet. Nota primo ex iſto c. ꝙ archieps̄ non poteſt relaxare ſententiam excommunicationis latam a ſubdito ſui ſuffraganei, etiā ſi notorie appareret iniuſta: quia non eſt iudex excōicatoris. Nota, ꝙ valet conſuetudo, vt poſſet adiri ſuperior omiſſo medio: & illa conſuetudo dabit excōmunicato poteſtatem adeundi ſuperiorem omiſſo medio. Nota ꝙ iudex non debet ſubditum ſuum excōicare pro delicto, niſi prius ipſum monuerit, vt deſiſtat: ſi nolit deſiſtere vel ſatisfacere, poterit illum excōicare: & tunc excōmunicatio erit iuſta, & tenebit: aliàs eſſet iniuſta, & debebit relaxari per ſuperiorem ſine difficultate. Nota, ꝙ pro futuris culpis non debet quis excommunicari: niſi ex cauſa rationabili, quæ debeat mouere iudicem. Nota, ꝙ non poteſt ferri ſentētia excōicationis in corpus vniuerſitatis vel collegij. Sed quid ſi de facto excommunicetur collegium vel vniuerſitas, vtrum vniuerſitas ſit excommunicata vel collegium excommunicatum? Aliqui dicūt ꝙ non: quia collegium non eſt capax illius cenſuræ, vt hic dicitur. Sed dicit gloſſa, tenēdum eſt, ꝙ collegium vel aliud corpus eſt excōicatum: & omnes de collegio ſunt excommunicati. quod verū eſt, quantum ad iſtam eccleſiam militantem: & illi qui erunt poſtea ſurrogati, debent ſe tenere pro excommunicatis: & petere relaxationem à dicta excommunicatione.

na[a] Eccleſia: & infra. ¶ Cæterum interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententias latas ab officialibus archidiaconorum,[b] ſeu quibuſlibet alijs iuriſdictionem habentibus ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ ſubditis, Remen. archiepiſcopus, & eius officiales (omiſſis ipſis excommunicatoribus) non relaxent:[c] ſalua contraria ſuper hoc conſuetudine,[d] ſi quam habent. ¶ Porro excommunicationum ſententiæ[e] à Remenſi archiepiſcopo ſuiſque officialibus generaliter promulgatæ ſubiectos[f] eiuſdem iuriſdictioni archiepiſcopi tantum ligant. Sed nec in ſpecie,[g] nec in genere[h]

[Prima gloſſa diuidendo ſummat.]

a ¶ Romana.] Huius decret. quinque ſunt dicta. Primum quòd archiepiſcopus ſententias latas à ſubditis ſuorum ſuffraganeorum niſi hoc habeat de conſuetudine non relaxet. Secundum, quòd generalis ſententia archiepiſcopi ligat tantū ſubditos. Tertium, quòd pro præteritis vel præſentibus culpis, monitione non præmiſſa, ab eis lata ſententia eſt iniuſta. Quartum, quòd pro futuris culpis, vel iam commiſſis, ſcilicet niſi ſatisfaciant, excommunicare non debent, niſi mora, culpa, vel offenſa, vel alia iuſta cauſa ſubſit. Quintum quòd in vniuerſitatem, vel collegium non feratur excommunicationis ſententia: ſed in illos, qui culpabiles extiterunt. Ioan. And.

b ¶ Archidiaconorū.] vel ipſis archidiaconis: & ſic nota inferiores epiſcopo iuriſdictionem habere. de hoc 25. diſtinctio. perlectis. ſupra, de offi. ordin. cum ab eccleſiarum.

ADDITIO. Et hic per Archidiaconum.

c ¶ Non relaxent.] quod ſi fecerint, non tenet relaxatio, cum nec excommunicantium, nec excommunicatorum ſint iudices, vt ī. eo. tit. venerabilibus. 1. reſponſo. Ioan. And.

d ¶ Conſuetudine.] & ſic conſuetudo in talibus iuriſdictionem dat. ad idem ſupra, eo. lib. de offi. ord. Romana. & de foro compe. Romana. §. 1. [Ioan. Mona. alleg. de no. ope. nun. ſignificantibus. magis proprie facit de præben. referente. quæ loquitur de Remen.] Idem intelligas, ſi haberet priuilegium ſuper hoc a Papa: iſta enim ſunt ad hoc paria, priuilegium & conſuetudo. 5. quæſtio. 3. conqueſtus. ſupra, de officio ord. duo ſimul. cum ſimilibus.

[Glo. ſeq. ponit differentiam inter canonem archiepiſcopi, & eius ſententiam.

e ¶ Sententiæ.] canon quem facit archieps̄ in concilio prouinciali iſte ligat ſubditos totius prouinciæ. 18. diſ. c. vlt. ad hoc de præb. graue. de accu. ſicut olim. ¹ ſententia autem lata ab archiepiſcopo, puta quicumque furtum fecerit, ſit excommunicatus: iſta non comprehendit ſubditos totius prouinciæ, ſed ſolius diœceſis ſuæ. & de hac loquitur hic: nec etiam ipſi ſubditi probabiliter ignorantes, ligantur, vt ī. eo. lib. de conſti. c. 1. intelligo tamen delinquentes in diœceſi ipſius archiepī ſcienter illa ſententia ligari: quia iam per delictum effecti ſunt ſubditi. de for. compe. c. vlt. de rap. c. 5. Ratio autē huius dicti eſt: quia ſicut in ſpecie non poteſt ligare ſubditum ſuffraganei ſui: ſic nec in genere, immo multo minus. arg. de reſcri. paſtoralis.

¹ Idē Inn. Hoſt. Ioan. Mo. Archi. & Fran. F. 8. d quæ ī. vbi vide p eum qđ hic ponit circa hoc Arc. & in Spec. de conſtit. ver & nota de hoc. & hoc eod. ti. à nobis 1. Io. And.

f ¶ Subiectos.] & de hoc demum cum in ſua diœceſi delinquunt, vt ī. de conſti. c. 1. 2. reſponſo.

g ¶ Specie.] Excommunico P. quia furtum fecit, vel ſacrilegium commiſit.

ADDITIO. Vel dicit, excommunico P. quia ædificat vel ædificauit in cœmeterio eccleſiæ: ſecundum Innocen. qui idem repetit de generali. de qua in ſeq. gl. Ioan. And.

h ¶ In genere.] excommunico omnes qui ſacrilegium commiſerunt.

a ¶ Com-

pro culpis, & offenſis præteritis, vel præſentibus, excommunicationum ſententias abſque competenti [a] monitione præmiſſa promulgent: & ſi contra præſumpſerint, iniuſtas [b] nouerint eſſe illas. ¶ Caueant etiam, ne tales ſententias excommunicationis, † ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter in aliquos pro futuris [c] culpis, videlicet ſi tale quid fecerint, vel etiam pro iam commiſſis ſub hac forma: ſi de illis infra [d] tale tempus minime ſatisfecerint, proferre præſumant: niſi mora [e] in exhibenda ſatisfactione, vel culpa, [f] ſeu offenſa [g] præceſſerit, quibus merito ad iniungendam ſatisfactionem huiuſmodi, & taliter prohibenda ſimilia inducantur: aut alia rationabilis (quã in ipſis ſententijs exprimant) cauſa [n] ſubſit.

¶ In vniuerſitatem vel collegium [h] proferri excommunicationis ſententiam penitus [k] prohibemus: volentes animarum periculum vitare, quod exinde ſequi poſſet, cum nonnunquam contingeret innoxios huiuſmodi ſententia irretiri: [i] ſed in illos dumtaxat de collegio, vel vniuerſitate, quos culpabiles [m] eſſe conſtiterit, promulgetur. †

¶ Idem [in eodem.] †

¶ *Prælatus contra potentiam temporalem etiam ſpiritali gladio, ſcilicet eccleſiaſtica cenſura ſe tueri poteſt. h.d. Io. And.*

CAP. VI.

Dile-

a ¶ [Competenti.] ſupra eod. facto. & c. ſtatuimus.

ADDITIO. Et ſ. eod. conſtitutionem. & ibi dicam quod hic not. Hoſt. de non ferenda ſententia, quam iudex credit non proficere. Ioan. And.

b ¶ [Iniuſtas.] non dicit nullas. ligat ergo excommunicatio lata non præmiſſa monitione. fallit in caſu ſupra eod. ſtatuimus. incurrit ergo excommunicator pœnam conſtitutionis, ſupra eodem ſacro. ſaluo eo quod habuiſti ſupra capit. proxi.

[Glo ſeq. ſignat cõtrarium, & tripliciter ſoluit. Iterum ſignat contrarium, & ſoluit.]

c ¶ Futuris. [1] quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem. ff. de vſu. l. 1. contra. ff. ſi ſeru. vẽ. l. egi. cum ſimi. ff de liberis agnoſc. l. ſi quis. §. alimenta. Dic quòd tractus futuri temporis, non ſpectat ad iudicem, ita quòd ſtatim detur exactio. Vel dic, quod lex loquitur in vſuris, quæ ſunt odioſæ, ſcilicet, quòd non cõdemnabit ad futuras vſuras, quæ committuntur ex mora: aliàs bene prouidet iudex in futurum. C. de vſur. in bonæ fidei. ſicut in alimentis. vt in prædicto §. alimenta. Vel loquitur lex, cum non eſt obligatus: ſi vero eſt obligatus incontinenti, tunc iudex prouidet in futurum: vnde & propter præſentem contumaciam condemnat ad futuras expenſas, vt ſupra, de procurat. vbi de hoc. & ſupra, de ſepult. in noſtra. & ſupra eod. lib. de homicid. cap. 2. ſed quantum ad caſum noſtrum, expreſſe contradicit. de ſenten. excom. à nobis 1. vbi fertur ſententia excommunicationis pro futuro delicto. & ſupra eod. lib. de conſtitu. c. 2. Solu. dic quòd aliud eſt ſtatutum, & aliud ſententia: ſtatutum enim bene poteſt fieri pro futuris delictis, hoc modo: ſtatuimus, vt nullus hoc faciat: & qui fecerit, ſit excommunicatus ipſo facto: aliud eſt ſententia, quæ ſic profertur: excommunico Tan. ſi furtũ fecerit. quod hoc hic prohibetur. aliud ergo eſt ſtatutum, & aliud ſententia, vt probatur ſupra c. prox. & dixi ſupra eo. c. §. porro.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

d ¶ Infra tale tempus.] eſt ne ergo correcta decret. ſ. de appel. præterea. 2. Non: ſed declaratum eſt quo caſu poſſit hoc modo proferri ſententia.

e ¶ Mora.] condemnatus in actione perſonali, ſi nõ ſoluit infra quattuor menſes, vt debuit, poſtea poterit iudex præcipere, vt ſoluat infra certum tempus: aliàs ſit excommunicatus, hic enim mora præceſſit.

ADDITIO. Inno. & Hoſt. idem ponunt, cum primus terminus fuit hominis, vt quis præceperat iudex, quòd infra viginti dies ſolueret. Io. And.

f ¶ Culpa.] quia negligentes fuerunt clerici in diuinis officijs dicendis, poterit iudex dicere, excõmunico omnes, qui non interfuerunt horis canonicis: hic enim culpa præceſſit caſum.

[Gloſſa ſequens ponit exemplum: quærit obijciendo, & ſoluit.]

g ¶ Offenſa.] vt in coniugato, qui tenuit concubinam, ſeparetur ab ea, & excommunicetur, ſi vlterius redeat ad ipſam. ſ. eo. ſi concubinæ. Sed dices, quando erit reperire caſum, in quo non intercedat mora, culpa, vel offenſa? Sol. ſi ſtatim poſt condẽnationem factam. [2] in perſonali iudex præcipit, quòd ſoluat infra certum tempus ferendo ſententiam excõmunicationis: hic non præceſſit mora: vadit ad eccleſiam, inuenit clericos ſollicitos circa horas: hic nõ interceſſit culpa: vel inuenit clericos bene continẽtes: excommunicat eos, qui non ſeruant continentiam: hic non præceſſit offenſa.

n ¶ Cauſa.] pone exemplum ſupra, de teſt. conſtitutis. ſed ibi præceſſerat offenſa pro parte. ſed poteſt poni in executoribus, qui excommunicant conferẽtes beneficia: quia præiudicari poſſet ei, qui debet acceptare, ſecũdum formam decret. de conceſ. præb. quia cunctis.

ADDITIO. Vel pone per decr. ad noſtram 2. de iureiu. & per decr. 1. & vlt. de eo qui fur. Inn. dicit & Hoſt. quod iuſta cauſa eſſet, ſi excommunicaret cruce ſignatos, non portantes publice crucem: non enim debet ſubtrahere bonum exẽplum, ſupple nec ſe celare. vel ſecundum eos excõicat tolerantes hæreticos, vel conſimiles. ſ. de hære. excommunicamus. §. credentes, &c. Io. And.

h ¶ Collegium.] an vniuerſitas vel collegium poſſint accuſari de crimine, not. 12. q. 2. epiſcopus qui mancipium. & ſupra, de ſimo. dilectus. 2.

ADDITIO. Ibi dedi alias remiſſiones: vbi etiam ſcripſi, an poſſit vniuerſitas de publico crimine per ſyndicum accuſari. & vide quod dixi ſ. titu. 2. c. vlt. ſuper gl. pen. de ſingulari. an puniri poſſit vniuerſitate punita. Ioan. Andr.

[Glo. ſeq. rec. per q. & ponit duas opi.]

k ¶ Penitus.] per hanc litteram dicunt quidam [ſcilicet Hoſt. Io. Mon. Arch. & Fran.] quod non tenet ſententia: & poteſt eſſe ratio: quia vniuerſitas vel collegium non eſt materia capax ad recipiendum talem ſententiam. Ber. contradicens, quod ſi ſententia fuit lata, bene tenet: & hoc eſt tutius.

i ¶ Irretiri.] itelligas quoad eccleſiã: ſecus quoad Deũ, cuius opinio nec fallit, nec fallit. de ſent. exc. à nobis. 2.

m ¶ Culpabiles.] ſicut prælatus, vel conſules, & huiuſmodi maiores, vt ſupra, de ſimo. dilectus.

D Ilecto.] Primo ponit allegationem, & concluſionem generalem, ex qua ſecundo infert ſpecialem: ibi, Et quoniam. quam in tertia fortificat per argumentum à minori: ibi, Et quidem.

† Dictio, excommunicationis, deeſt in antiquioribus exemplaribus, etiam impreſſis.

[1] Vidẽ Alex. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de le. 1. & Abb. in c. P. & G. de offi. dele. & in c. ex litteris. 2. de ſpõſal.

[2] De nõ moroſo: puta promiſit reſtituere cẽtũ, quando creditor peteret, quod prius in iudicio petijt & cõfeſſus fuit, Ioan. And.

[1] Dicendo ſm Io. An. & Ph. excõicatio oẽs illius vniuerſitatis, quod meo mandato rebellauerũt. & nota hic excõicationẽ differre ab iterdicto quo iuſte Innocẽtes ſuſpendunt ut eſt. ſ. de ſpõſa. vide Ioã. Cald. in trac. de eccle. interdicto, F.

[3] In manuſcriptis deſũt hęc duo verba, in eodem.

¶ Et dixit Hoſt. ꝙ hæc decre. dirigebatur cuidam fratri Minori, & pœnitentiario Papæ, qui legatus erat in illis partibus, & vocabatur frater Io. Lemouicenſis, q ſuper hoc Papam conſuluerat, an decano liceret vtroque gladio ſe tueri. Conqueſtus.n fuerat ſm Hoſt. & Bon. balliuus corā eo, ꝙ ipſe decanus omnia Cæſar erat: quia vt preſbyter, & vt miles, nunc cenſura, & nūc armis procedebat cō tra ipſum, & eius terram. Io. And.

terius, ꝙ ſocijs & vicinis licet de iure defendere iniuriam conſocij & vicini. Nota finaliter, ꝙ licitum eſt ſpiritualem poteſtatem iuuari temporali & econuerſo, temporalem ſpirituali. Dom.

[Prima gloſſa ſummat.]

...cto [a] filio Decano [b] Aurelianenſi: & infra.

¶ Præterea cum omnes leges omniaque iura vim [c] vi repellere, cunctiſque ſeſe defenſare permittant: licuit † vtique ipſi Decano (ſi prædictus [d] balliuus cum bonis [e] ſuis mundanis iniurioſe ſpoliare, vel ea violenter occupare [f] præſumpſerit, vt ſuperius [g] eſt expreſſum) contra illius violentiam iniuriamque ſe tueri. Et quoniam aduerſus eius nimiam [h] potentiam ſufficiens temporalis defenſio ſibi forte non aderat, potuit ſe etiam ſpiritualiter, gladio videlicet vtendo eccleſiaſtico [i], defenſare, ac recurrere propter [k] hoc ad arma ſpiritualia, quæ ſunt eccleſiæ propria, & pro ſuo munimine [l] illis vti: præſertim cum dictus balliuus poſt latas in eū [ab † eodem Decano] ex alijs cauſis excommunicationis ſententias, ſicut idem Decanus aſſeruit, ipſum tamquam exinde prouocatus [m] ſententijs ipſis contemptis, bonas ſpoliaſſet eiſdem: [n] & propter hoc poſtmodum ipſe Decanus ſententiam tulerit interdicti tamquam ſpirituali ſe mucrone defendens cōtra illius iniuriam & violentiam ſibi ab eodem occaſione prædictarum ſententiarum, & in ipſarum contemptum illatam.

¶ Et quidē cum liceat cuilibet ſuo vicino [o] vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum imperti...

† Hæc verba, ab eodē Decano: deſunt in manuſcriptis.

CASVS. Epiſcopus Pictauen. quendam Titium dominum temporalem, puta balliuum, vel aliū dñm temporalem pp aliquod crimen, vel contumaciam excōicauit: ipſumq́ue pro excōmunicato in tota ſua diœceſi fecit publice denunciari: vnde ipſe balliuus videns ſe à populo vitari, vt leproſus, in corde ſuo fuit ira commotus contra epiſcopum Pictauen. & ipſum epm Picta. in odium huiuſmodi excōmunicationis ſpoliari fecit aliquibus bonis ſuis, & illa bona violenter occupauit tāquam ſua: Eps Pictau. videns ſe ſpoliari bonis ſuis, & illa per violentiam occupari, ſuppoſuit interdicto eccleſiaſtico totam terram illius domini temporalis, & mandauit illud interdictum ſeruari, vtrum licitum fuerit epiſcopo Pictau. pro iniuria ſibi illata circa bona temporalia ſupponere interdicto terrā domini temporalis bona occupantis? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic: nam cuicumque eſt permiſſum à iure ſe poſſe defendere, vt in l. vt vim, atque iniuriam. ff. de iuſti. & iure, & quia eps non erat potens ad ſe defendendum defenſione temporali cōtra poteſtatem illius domini tēporalis: ideo potuit licite ſupponere interdicto eccleſiaſtico totam terram ipſius domini. Et ponit Romanus Pontifex, quia permittitur cuilibet (immo tenetur) defendere ſuum proximum cum ſibi infertur iniuria: alias ſi negligenter ipſum proximum defenderet, videretur eſſe particeps, & fautor iniuriantis: ergo multo magis permittitur alicui ſe defendere cum iniuriatur in perſona ſua, vel in bonis ſuis. Nota primo, ex hoc c. effectum principalem huius c. ꝙ prælatus eccleſiaſticus gladio ſpirituali poteſt ſe defendere contra potentiam tēporalem: ideo ſi aliquis iudex eccleſiaſticus iniurietur ab aliquo ſæculari, poteſt ipſe iudex eccleſiaſticus talem iniuriantem excommunicare, vel terram ſuā ſupponere interdicto eccleſiaſtico, vt hic textus, & ad hoc allegatur ſemper præſens capitulum. Nota vlterius ex principio c. illud, ad quod allegatur, vim vi repellere licet. Not. ꝙ excommunicatio, interdictum, & aliæ cenſuræ, dicuntur eſſe propria arma eccleſiæ. Not. ꝙ eccleſia habet apud ſe gladium temporalem & ſpiritualem, ſed habet gladium ſpiritualem actu & habitu: gladium autem temporalem habet ſolum in habitu. No. ꝙ quilibet tenetur defendere ſuum proximum ab iniuria eidem proximo illata. Nota inſuper, ꝙ negligentes defendere proximum iniuriatum, videntur eſſe participes criminis, & fouere ipſum iniuriantem. Nota vl-

¢ Vid Dec. in c. cū non ab hoīe. in 2. no. de iu. & in ea. ſignificaſti. ā offic. deleg.

a ¶ Dilecto.] Prælatus cōtra potentiam temporalem, etiam ſpirituali gladio, ſcilicet eccleſiaſticę cenſuræ ſe tueri poteſt, hoc dicit.

[Glo. ſecunda rer. per obiectio. de cap. quæſiuit.]

b ¶ Decano.] decanus iſte de conſuetudine vel priuilegio, habebat ordinariam, vel ſaltem poteſtatē fulminandi cenſurā. & concor. ſupra, de appella. dilectus. de offic. ordin. irrefragabili, §. exceſſus. ſupra, de verb. ſignific. ex parte 1. alias ſecus de his quæ ſi. à ma. par. cap. quæſiuit. de hoc ſupra, de offi. ordin. cum ab eccleſiarum.

c ¶ Vim vi.] ſupra de homic. ſignificaſti, ſecundo. vbi ſunt hæc verba: & ibi de hoc in glo. magna, quæ poſſet hic repeti. ¢ Et vniuerſalis propoſitio, omnes leges, &c. reſtringitur ad particulares: ac ſi diceret, quædam leges, & quædam iura. ſ. de hac materia loquentia. Bern.

¢ Qđ facit Hoſt. & ſi qđ addit. vide vbi ſ. remiſimus. Io. And.

d ¶ Prædictus.] in parte deciſa ſub illo infra.

e ¶ Bonis.] ergo licet defendere non ſolum perſonam: ſed bona: tamen pro defenſione bonorum non licet ſic ſæuire, ſicut pro defenſione perſonæ. ſupra de homic. c. 2. ibi, te tuaque. eo. tit. ſuſcepimus. & dic vt eo. tit. ſignificaſti 2. & 23. q. 1. §. 1. & q. 3. in prin.

f ¶ Occupare.] vt non ſit geminatio verborum, ſpoliare referatur ad mobilia; occupare ad immobilia.

g ¶ Superius.] in parte deciſa.

h ¶ Nimiam.] reſpectu temporalis potentię ipſius decani: nam potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iu. mut. cau. fa. l. 3.

i ¶ Eccleſiaſtico.] dicit Ambroſius [z] & ex nimia humilitate loquitur, ꝙ arma ſua ſunt lachrymæ. 23. quæſt. vi. conuenior. gladius autem hic continet quod cenſura, ſupra, de verb. ſign. quærenti.

z Epiſt. 33. ad Marcellinā ſororē.

k ¶ Propter hoc.] ſcilicet quia temporalis defenſio ſibi non aderat.

l ¶ Munimine.] nota, ꝙ non loquitur hic de plato. qui vlciſcitur, quòd verū facere poſſit not. ſupra, de maled. c. 1. 2. q. 7. ſi quis erga. ſed ſolum de eo qui ſe defendit.

m ¶ Prouocatus.] i. turbatus, vel commotus. ad idem ſupra, de offi. deleg. ſuſpicionis. aliter ſumitur ſupra, de appe. cum ſit Romana.

ADDITIO. Scilicet prouocatione ad cauſam. Alibi ponitur pro imitatione boni exempli: vnde cantat eccleſia in feſto martyrum Marcelli & Petri: quorum gaudemus, prouocemur exemplis. Io. Mo. & Archi.

n ¶ Eiſdem.] contra tales prodita eſt pœna per conſtitutionem ī. eo. quicumque. quia excommunicati ſunt ipſo iure, niſi infra octo dies reſtituant, vt ibi.

o ¶ Vicino.] ergo quilibet tenetur vicinum ſuum & ami-

tutelam ſuam defendere, vt 23. q. 3. nō in inferenda. & c. fortuito. 83. diſt. error. & ī. eo. quante. vbi de hoc [& C. de commer. & mer. l. 2. vbi plures concord. de hoc] multo ergo fortius ſeipſum, vt ſequitur.

[Glo. ſeq. obijcit & ſoluit per diuerſitatem vſus.]

a ¶ ſibimet.) quia ordinata charitas à ſe incipit. 22. q. 5. ſi non licet. Sed videtur quòd hoc non licuerit iſti Decano; exceſſit. n. moderamen inculpatæ tutelæ: quod facere non debuit. ſupra, de reſtit. ſpo. olim 1. ī. eod. ſi vero. & de homi. ſignificaſti: 2. ad fin. maior e. n. eſt pœna ſpiritualis, quæ ligat animam quam tēporalis, quæ ligat corpus: ſicut anima pretioſior eſt corpore 12. quæſt. 1. præcipimus. ad idem 11. quæſt. 3. corripiantur. & hæc forte fuit dubitatio decretalis. ſed Papa hic approbat hanc defenſionem: & ita quocumque modo licitum eſt ſe defendere, dummodo corporalis læſio non inferatur: maxime quia huiuſmodi ſententiæ ſunt medicinales. ī. eo. c. 1. 2. q. 1. multi. & 24 quæſt. 3. notandum. in fi.

Vid B. Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. & ſeq.

b ¶ Vtrumque.] ergo duplici defenſione, poteſt quis vti, vt infra de regu. iur. nullus pincibus. cum ſuis concordantijs.

ADDITIO. Dicit Io. Mo. quòd iſta non ſunt aduerſaria, ſed ſibi mutuum ſubſidium præſtantia, vt hic. Ioan. And.

c ¶ Suffragari.] 23. q. 5. prodeſt ſupra, de offic. ord. c. 1. tamen: videtur ꝙ temporali gladio vti non potuerit: quia poſt aduentum Chriſti fuerunt gladij & poteſtates diuiſæ. 10. diſt. quoniam. 96. diſt. cum ad verum. Dic illud verum de executione gladij tēporalis in modum iuſtitiæ; ſed hic loquimur de executione ipſius gladij, non in modum iuſtitiæ, ſed defenſionis: quo gladio cuilibet priuato licet vti, primo non niſi iudici: & ſic non obſtat.

Vide Turrecrematā in cap. cū ad ad verū. 96. diſt.

Venerabilibus.] Aliàs incipit, Cæterum. & ſic alleg. eam Io. Mo. Decretalis iſta habet multa dicta. Et primo vſque ad §. Porro. oſtendit quando habeat vel non habeat archiepiſcopus iuriſdictionem abſoluendi excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum vel ab ipſis ſuffraganeis. Secundo vſque ad §. Sed ſi oſtendit eo caſu quo iudex eſt, abſolutionem ante omnia fiendam niſi in caſibus. Tertio: ibi, Sed ſi, & §. pen. & vlt. tractat de abſolutione ad cautelam danda, quando de nullitate ſententiæ dubitatur. Quarto: in §. Sane quod quando: non de nullitate, ſed de iniuſtitia quæritur. Quinto inde in §. Denique: quandā conſuetudinē approbat. Summabitur autem ſm has partes. dicunt Io. Mo. & Archidiaconus ꝙ inter archiepm Rothomagen. & eius ſuffraganeos grandis fuit quæſtio coram Inno. iiij. & vt dicūt ex regiſtro patet. Primo proponebant ſuffraganei contra archiepiſcopum querelam ſuper multis articulis. Secundo pars archiepiſcopi reſpondebat ad illa: & hæ duæ partes ſunt deciſæ. Tertio per ipſum Inno. fuit ſententiarum & conſtitutum vt hic: & ꝗ plura ēt de hac parte tertia ſunt deciſa. Et de eadem materia abſolutionis, & de eodem Rothomagen. & ſuffraganeis loquitur decre. ad reprimendam, de off. ordi. Dicit autem Arch. ſe de libro dñi Inno. quaſdam gloſſas habuiſſe quæ hic ponuntur ad litteram. Per hoc patet, ꝙ Guli. in Speculo de comp. iud. ad §. ſequitur. In fi. male dicebat hanc decre. fuiſſe Alex. iiij. Suſpicor autem ꝙ hic in principio deciſum continebat id, quod ibi habetur ante finē verſ. item not. & propter id allegabatur pro titu. de fo. cōp. Et prima pars hoc intendit. Archiepiſcopus non eſt cōpetens iudex, cū excommunicatus ad petitionem partis ſine appellatione petit abſolui: vel aliàs de parte conqueritur, cū non ſuffraganeus, ſed is pro quo lata eſt ſententia illam defendere debeat: Si vero petat ſuffraganeū pro iniuſta excommunicatione puniri: tunc eſt iudex idoneus. Idem ſi petat abſolui à ſententia lata per ſuffraganeum procedentem ex officio. Ioan. And.

ri auxilium; immo ſi poteſt & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac eſſe particeps eius culpæ: licuit profecto ipſi Decano proprio ſibimet[a] ſubuenire ſubſidio, & ſuammet temporalem iniuriam ſua propria ſpirituali defenſione tueri: ſicque vtrumque[b] quodammodo gladium & temporalem & eccleſiaſticum, alterum videlicet altero ad iuuare: maxime quia hi duo gladij conſueuerunt exigente neceſſitate ſibi adinuicem ſuffragari,[c] & in iuuamen alterius ſubuentione mutua frequentius exerceri.

Idem.

Excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, archiepiſcopi non poſſunt abſoluere: ſed excommunicatos à ſuffraganeis vel officialibus bene, ſi ad eos appellatū fuerit. h. d. Io. And.

CAP. VIII.

Venerabili-

e ¶ Iſtud c. legitur vſque ad §. porro.

CASVS. Archidiaconus Pictauen. vel archipresbyter, vel abbas monaſterij S. Cypriani ſubditus epiſcopo Pictauen. protulit in ſubditum ſuum ſententiam excommunicationis: excommunicatus dicit ſententiam excommunicationis iniuſtam, vel non dicit iniuſtam, ſed adiuit metropolitanum archiepiſcopum Burdegalen. vel eius auditorem omiſſo epiſcopo Pictauen. vtrum poſſit metropolitanus cognoſcere an ſententia ſit iuſta vel iniuſta, vel abſoluere ipſum excommunicatum? Reſpondet, quòd non: quia non eſt iudex, nec excommunicatoris, nec excommunicati. Idem ſi epiſcopus Picta. vel eius officialis excommunicauit aliquem ſubditum ſuum: nam tunc archiepiſcopus Burdegalen. non poſſet talem ſubditum abſoluere: & hoc verum eſt, niſi fuerit appellatum ad ipſum archiepiſcopum: nam tunc poſſet eum abſoluere. Et iſte eſt vnus caſus in quo archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum. Sed quid ſi non fuit appellatum ad ſuperiorem: vtrum poſſit metropolitanus cognoſcere de iuſtitia vel iniuſtitia excōmunicationis? Reſpōdet, ꝙ nō: niſi in duobus caſibus, quādo aliquis ſubditus ſuffraganei fuit excōicatus ad inſtantiam partis: ſed coram archiepiſcopo petit ſuffraganeum puniri de iniuſtitia iuxta c. ſacro. eo. tit. in antiq. Alius caſus eſt, quando epiſcopus ſuffraganeus non proceſſit ad inſtantiam partis. ſed ex ſuo officio: in his. n. caſibus poteſt excommunicatus cōqueri de iniuſta excommunicatione ſuffraganei coram archiepiſcopo. Not. primo quòd archiepiſcopus non poteſt abſoluere excōicatum à ſubdito ſuffraganei: quia non eſt iudex nec excoicati, nec excommunicatoris.

Nota inſuper tres caſus in quibus metropolitanus cognoſcit inter ſubditos ſuorum ſuffraganeorum. Primus, quando fuit appellatum à ſuffraganeo, vel eius officiali. Secundus eſt, quando ſubditus ſuffraganei fuit à ſuffraganeo excommunicatus: & conqueritur de iniuſtitia excommunicatoris apud metropolitanum, vt metropolitanus illum puniat, iuxta cap. ſacro. eod. titu. in antiq. Tertius caſus eſt quādo ſubditus ſuffraganei fuit excōicatus ex officio iudicis, & non ad inſtantiā partis.

Nota vlterius, ꝙ archiepiſcopus non poteſt adiri per viam querelæ à ſubdito ſuffraganeorum. & ſic patet, quod aliud eſt via querelæ, aliud via appellationis. de quo de offic. lega. c. 1. Nota finaliter quod archiepiſcopus nō eſt iudex ſubditorum ſuffraganeorum: quod intellige per viam querelæ, & ſic proprie loquitur iſte textus. Domi.

¶ Pri-

bus: [a] & infra. [a] Cæterum Rothomagenſi [b] archiepiſcopo vel eius officiali, non licet excommunicatis ab archidiaconis vel alijs ſubditis [c] ſuffraganeorum ipſius archiepiſcopi (cum nec excommunicantium, nec excommunicatorum ſint iudices) abſolutionis beneficium impertiri: [d] excommunicatos autem ab ipſis ſuffraganeis, vel eorum officialibus poſſunt abſoluere, ſi ab ipſis litigantibus ab eos [e] fuerit prouocatum. [c] Neutra vero partium appellante, ſi qua ipſarum vel archiepiſcopum, vel eius officialem ab excommunicatione contra eam lata pro reliqua poſtulet ſe abſolui: vel aliàs coram eis de parte [f] aduerſa querimoniam ſine appellationis [g] interpoſitione deponat, non eſt in hoc ab ipſis [h] (cum ſui non ſint iudices) audienda. Sed ſi excommunicatus deponat apud eos de ſuffraganeo, vt imponatur ei pœna, [i] & pro ſuo intereſſe ſuper iniuſta excommunicatione querelam, audire vtique debent [k] eum: ſecus autem ſi conqueratur de ipſo, vt relaxetur huiuſmodi ſententia contra ſe ab eo pro alio [l] promulgata: quoniam tueri hanc cauſam non ad ipſum ſuffraganeum, ſed ad eum pro quo eſt ſententia lata, ſpectat. Attamen ſi ſuffraganeus, vel extra iudicium pro ſuorum defenſione [m] † iurium, vel etiam in iudicio ex ſuo procedens officio, † inquirendo videlicet, vel ſimile quid agendo, aliquem excommunicet: in hoc caſu conueniendus eſt ipſe ſuffraganeus coram archiepiſcopo, vel eius officiali: quia ipſius intereſt defendere cauſam ſuam. [n]

Archiepiſcopus in caſibus in quibus iuriſdictionem habet, ante cognitionem cauſæ abſoluit excommunicatum ad petitionem partis, vel ex officio, niſi dicatur excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel contumacia; & contumacia præſumpta & manifeſta ponit exempla. hoc d. Ioan. And.

[o] Porro archiepiſcopus, vel eius officiales excommunicatos à ſuffraganeis, ſemper antequam audire cauſam incipiant, in caſibus in quibus eis iuriſdictio competit, iuxta Eccle

---

[a] ¶ Prima gl. ſummat principium.

[a] ¶ Venerabilibus.] Excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, archiepiſcopi non poſſunt abſoluere: ſed excommunicatos à ſuffraganeis vel officialibus bene, ſi ad eos appellatum fuerit. hoc dicit principium.

[b] ¶ Rothomagenſi.] idem in alijs archiepiſcopis. ſupra e. lib. de pœnis. Romana. & ſup. eod. lib. de offic. ord. Romana, in fine.

[c] ¶ Subditis.] ergo inferiores epiſcopis bene poſſunt excommunicare. quod dic vt 2. q. 1. nemo. ſ. de off. ord. cum ab eccleſiarum.

[d] ¶ Impertiri.] niſi hoc habeat de cōſuetudine ſ. e. tit. & lib. Romana. 1. reſpon. in fi.

[e] ¶ Prouocatum.] ſeruato tamen eo quod habes j. §. ſed ſi ex cauſa. & §. ſeq.

[f] ¶ De parte aduerſa.] non dicit de iudice quia tunc ſecus, vt patet per ſequentia.

[g] ¶ Appellationis.] ſi enim appellaſſet: archiepiſcopus tunc eſſet competens iudex: eſt enim vnus de caſibus in quo iuriſdictionem habet in ſubditos ſuffraganeorū, not. ſup. de offic. ordi. paſtoralis.

[h] ¶ Ipſis.] archiepiſcopo vel officiali eius.

[i] ¶ Pœna.] ſ. eod. ſacro, & c. cum medicinalis, eod. tit. & lib. ſupra.

ADDITIO. Vide quod dixi ſupra eod. ſtatuimus. ſuper vlt. glo. Io. An.

[k] ¶ Debent eum.] quia tūc archieps eſt competens iudex, ſ. rei: & ſic vna via permittitur quod alia prohibetur: quod dic vt j. de regu. iur. cum quid.

[l] ¶ Pro alio.] ſecus. n. ſi ex officio, vt patet in proxi. §.

[m] ¶ Defenſione.] vt ſupra c. proxi. & eſt ſimilis diſtinctio ſupra de appel. cum ſpeciali.

ADDITIO Vide quod ibi not. in gl. ſed qualiter. & ſupra eo. ſacro. ver. cumque eo. in 1. gl. Ioan. And.

[n] ¶ Cauſam ſuam.] & ante omnia ille abſoluetur. j. §. 2. niſi in caſu ibi poſito.

[o] PORRO. iſte §. hoc dicit. In caſibus in quibus ſupra fuit dictum, iuriſdictionem deuolui ad archiepm: archieps abſoluit excōicatum anteq̄ de cauſa incipiat cognoſcere: & hoc niſi dicatur excōicatus pro manifeſta offenſa: tunc non abſoluitur niſi facta ſatisfactione: hoc dicit. Iſte §. legitur vſque ad §. ſed ſi ex cauſa legitima.

& in eo caſus ſic figuratur: Dictum fuit ſupra, q̄ ſi ſuffraganeus ſubditum ſuum excōicauit iniuſte: iſte excōmunicatus poteſt conqueri de iniuſtitia coram ſuperiore excommunicatoris in aliquibus caſibus, videlicet cum ſit appellatum ad ſuperiorem: vel quando non fuit appellatum, ſed epiſcopus procedebat ex officio ſuo non ad inſtantiam partis; vel ſi ad inſtantiam partis: ſed petit excommunicatorem puniri de iniuſtitia, iuxta c. ſacro. eo. tit. in antiq. Sed quæritur, vtrum archiepiſcopus antequam excommunicatum abſoluat, debeat inquirere de iuſtitia vel iniuſtitia excommunicationis: puta ſi iudex à quo, dicit excommunicationē iuſtam: ita quod pendente litigio ſuper iuſtitia vel iniuſtitia excommunicationis remaneat excommunicatus: vel vtrum pendente illo litigio ſit abſoluendus? Reſpondet Romanus Pontifex, q̄ archiepiſcopus in omnibus prædictis caſibus ante ingreſſū debet excommunicatum abſoluere, recepta prius ab eodem cautione idonea de ſtando & parendo iuri; & hoc verum: niſi ſi excōmunicator vel actor diceret excommunicatum pro manifeſta offenſa: quo caſu differtur abſolutio vſq; ad octo dies: infra quos probaretur quod eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa: tunc enim non abſoluitur, aliàs abſolueretur: & hoc quādo fuit appellatum à definitiua: vt meus epiſcopus condemnauit me, & monuit ſub pœna excommunicationis vt ſoluerem Titio aliquam pecuniæ ſummam infra octo dies: Certum eſt quod epiſcopus debet expectare decem dies antequam me excommunicet: tamen ſi lapſis octo diebus me excommunicet, tenet excommunicatio: lapſis octo diebus appellaui: volo dicere quod iniuſte fui condemnatus, & iniuſte excommunicatus: peto coram archiepiſcopo me abſolui: Certe archiepiſcopus debet me abſoluere in principio litis: vel quando fuit appellatum ab interlocutoria ante diffinitiuam, vt epiſcopus me excommunicauit pro ſuo iure defendendo, vt in cap. proxi. vel me monuit vt ſoluerem procuratori meo aliquā pecuniæ ſummam: & adeo ſuperiorem, peto abſolui: certe ſum abſoluendus in principio cauſæ. Idem ſi fui excōicatus pro contumacia dubia: & appellaui à ſententia ad metropolitanum,

---

[d] Amplia in alio caſu not. vt per Abb. in c. in litteris. de offic. deleg. vbi vide omnino Deciū.

[i] Vide Ab. & Fel. in c. dilectus. el primo, ext. de reſcri.

† Not. tex. bene ſecundum Dom. & Phi. facit ſ. c. prox. & not. in c. venerabili. ſ. de cenſib. vnde inferunt, q̄ tūc poſſet excōicare extra territorium. vide not. in c. nouit. de offi. leg. & Inn. c. ex parte. ſ. de verb. ſig. Font.

No. q̄ qñ agitur de iniuſtitia actꝰ geſti per iudicē ex officio procedentē: tunc ipſe cū eius principaliter intereſt, citādus eſt. gloſſ. circa fi. cap. cum ſpeciali. ſ. de app. vide Inno. c. humilis. de maio. & obe. Bar. in l. 2. ff. de adult. Font.

ſiæ formam [a] debent abſoluere: vtpote ſi poſt diffinitiuam fuerit excommunicationis ſentẽtia promulgata, & ad eos † fuerit appellatum: [b] exceptis caſibus, [c] in quibus iura prohibent poſt ſententiam appellare. Similiter ſi ſuffraganeus extra iudicium excommunicet aliquem pro eius offenſa, vel pro ſui defenſione iuris, & ſuper hoc querimoniam ille proponat, eſt ille primitus iuxta formam Eccleſiæ abſoluendus: niſi ſuffraganeus probaturum ſe offerat, quòd pro manifeſta offenſa excommunicationis eum vinculo innodauit. [d] Idem eſt [e] etiam ſi quemquam pro præſumpta contu-

† al. ipſos

num, tamquam à ſententia iniuſta: quia volo probare quòd fui detentus iuſto impedimento, nec potui venire ad iudicium, & ſic non fui contumax: peto vt iudex appellationis me abſoluat in principio litis: certe ſum audiendus. Secus ſi pateret me eſſe contumacem: vel mea contumacia eſſet manifeſta: tũc enim non eſſem abſoluendus, niſi ſolutis expenſis, & præſtita cautione de ſtando iuri. Sed quid, ponamus quod iudex fecit me citari vt comparerem in certo loco: ſum certus, quòd inimici mei ſunt abſentes: ſed tamen ſunt de proximo reuerſuri: vnde miſi procuratorem ad me exonerandum, quod locus non eſt mihi tutus: vnde iudex aſſignauit mihi terminum ad illud probandum: quia in termino non comparui, iudex me excommunicauit: ego appellaui ab excommunicatione: nunc volo adire metropolitanum pro obtinenda abſolutione, & peto abſolui, non ſum audiendus. Sed ponamus ꝙ iudex habuerit in ſe iſtam cautelam: quia pronuntiauit illum locum eſſe tutum: non appellaui ab interlocutoria infra decem dies: poſtea reputauit me contumacem, & vt contumacem me excõicauit: volo nunc adire metropolitanum pro obtinenda relaxatione ab excõicatione: & dico ꝙ locus non erat mihi tutus: Certe non ſum audiendus: quia per interlocutoriam à qua non appellaui, fuit deciſum & terminatũ principale: ſcilicet ꝙ locus eſt mihi tutus, & ẽt acceſſorium, & teneor ſoluere expenſas antequam ſim abſoluendus. Formam,] quæ olim erat vt excõicatus veniret ad ep̃m ante fores Eccleſiæ, qui ep̃s haberet ſecum duodecim ſacerdotes: & debet excõicatus ſe proſtrare ad terram: Poſtea dicit ep̃s pſalmum pœnitentialem. Miſerere mei Deus, &c. Huiuſmodi pſalmo dicto & totaliter finito, ep̃s accipit excõicatum per manum, & ponit eum infra eccleſiã à qua fuerat expulſus: quia fuerat expulſus à communione fidelium. Nam eccleſia dr̃ cõio fidelium in gratia exiſtentium. Hodie aũt non ſeruatur hæc forma: ſed ſufficit ſi ep̃s dicat, Ego te abſoluo ab iſta excõicatione abſque aliqua alia ſolẽnitate. [Appellatum.] vt in notorijs, quia ſi in caſu prohibito appellaretur, non fiet abſolutio ante examinationem cauſæ. [Offerat.] infra octo dies, ſ. eo. c. ſolet. in antiq. & durantibus illis octo diebus debet differri abſolutio. [Protinus.] id eſt, prius cognoſcatur an ſit contumax vel nõ. Minime.] nam quis non dr̃ verus contumax: licet citatus dixerit nuntio, non comparebo. Sed ſi in iudicio dixerit, non comparebo: tunc eſt verus contumax. No. primo, ꝙ cum excõicatus dixit excõicationem iniuſtã: & pro relaxatione excõicationis adiuit ſuperiorem: antequam probet excõicationem iniuſtam, eſt abſoluẽdus in principio cauſæ: niſi excõicator vel aduerſarius offerat ſe probaturum intra octo dies, ꝙ ipſe fuit excõicatus ꝓ manifeſta offenſa, & ſi probetur ꝙ fuit excõicatus pro manifeſta offenſa, non relaxabitur, niſi prius ſatisfecerit. No. ꝙ citatus non comparens, dicitur contumax præſumptus: quia præſumptio eſt ꝙ ſpreuit uenire ad iudicium, ex quo non venit: non tamen dicitur contumax manifeſtus: quia admittitur ad probandum contrarium, videlicet quòd fuit impeditus, & probato legitimo impedimento relaxabitur ſine difficultate. No. quòd ille dicitur manifeſtus contumax, qui in iudicio dixit iudici quòd non compareret: & ideo non eſt amplius citandus: quia citatio fit vt habeatur coniectura de animo citati, an velit comparere, vel non: ſecus ſi diceret extra iudicium, puta nuntio quòd non compareret. Sed quæritur, quia certum eſt ꝙ nuntio iurato creditur, ſi referat aliquem citaſſe. Sed quid ſi eſt dubium de mandato iudicis: quia dicit nuntius ꝙ habuit præceptum à iudice viua uoce ſuper præcepto iudicis: an credatur nuntio? Dicit Io. And. in nouella, quòd non: nam ponderare debemus illa ſuper quibus iurat: quia iurat fideliter exequi mandata iudicis, & illa referre: non autem iurat aliud: ideo nõ eſt iuratus, niſi iudex dederit ſibi præceptũ. Et ideo cautela eſt, quando quis impetrat citationem viua voce, ꝙ faciat illam redigi apud acta. Item ponamus quòd nuntius ſiue executor dixit, quòd citatus eum verberauit: vel citatus dixit quòd non compareret: vtrũ de iſtis credatur nuntio ſiue executori? Dicit Ioan. Andr. quòd non: quia quantum ad iſta non eſt iuratus: & ſic regulariter creditur nuntio in ijs quæ concernunt executionem ſuam, ſuper qua eſt iuratus: in alijs aũt non ei crederetur: ideo cautela eſt, quando citatus infert iniuriam nuntio citanti, quòd uocentur teſtes, & petat inſtrumentum ſibi fieri. No. quòd ſi alicui aſſignetur terminus ad probandum aliquam exceptionem dilatoriam: & infra illum terminum non probauit, & fuit excommunicatus: poterit coram iudice ad quem, probare illam dilatoriam. Et ſic habet locum etiam in interlocutoria illud commune dictum: non allegata in cauſa principali, allegabo in cauſa appellationis: non probata probabo: & non ſolum quando appellatur à diffinitiua.

a ¶ Formam.] ſup. eo. cum deſideres.

[Glo ſeq quærit, ponit opinionem contrariam.

b ¶ Appellatum.] poſt diffinitiuam ſententiam, & poſt excommunicationem. [1] Et hic terminari puto dubitabilem quæſtionem, quæ quæritur ex decr. non ſolum. ſupra eo. lib. de appel. an appellatio interpoſita poſt diffinitiuam infra decem dies, reuocet per modum attentati excommunicationem medio tempore inter ſententiam & appellationem latam. ſicut reuocat alia attentata? Et per iſtam literam eſt dicendum ꝙ non: immo eſt neceſſaria abſolutio. [2] De tali enim ſententia loquitur iſte §. & quod ita ſit verum, patet: quia excommunicatio aut ſtatim valet, aut ſtatim non ualet, ſed pone quod poſt latam diffinitiuam ſententiam infra decẽ dies iudex excommunicat partem non parentem: poſtea illa pars non appellat: non eſt dubium quod bene ligat ſententia. Speciale ergo fit in illa, quòd per appellationem ſequentem non annulletur: licet male fecerit iudex exequendo infra decem dies & excõicando: cum tolleret ibi beneficiũ iuris, ſcilicet appellandi: quod eſſe nec debet, ĩ. de reg. iur. indultum. Alij dicunt [3] hoc eſſe immutatum per decr. non ſolum. quę eſt poſterior, quod non credo, ratione prædicta.

c ¶ Caſibus.] quos vide ſupra eo. lib. de appel. Romana. §. ſi autem.

ADDITIO. dicit Io. Mon. quòd licet illis caſibus non relaxetur excommunicatio: iudex tamen appellationis poſtquam cognoſcere incœpit, an ſit recipienda appellatio, inhibere poterit ne dicta excommunicationis ſententia executioni mandetur, vt ibi.

d ¶ Innodauit.] ſup. eo. ſolet. & dabitur terminus octo dierum ad hoc probandum, vt ibi.

e ¶ Idem eſt.] ſcilicet quòd primitus debet abſolui, vt dicitur in ſi.

[1] Quia per appellationem non ſuſpẽditur excõicatio. ĩ. de off. ord. ad reprimẽdã. Io. An.

[2] Idem Gul. in Spec. de app. §. de off. ſic. ver. ſi uero poſt. Io. And.

[3] Io. Mon. hic, & ĩ. eo. rit. is cui. ſ. fin.

[Glo.

[Glo. ſeq. reci per q. an captus à priuato, &c.]
a ¶ Captus.] ſic ſup. de pig. c. ſignificante, & quod dicit captus, intelligere poſſumus etiam à priuato: quia ex quo venire non potuit, non fuit contumax: ergo nec ex communicandus. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. ſed quo ad reſtitutionem expenſarũ bene diſtinguitur, an à iudice, an à priuato captus fuerit, vt in primo caſu non condemnetur ad expenſas: ſecundo ſic: quia habet regreſſum contra illum priuatum capientem. ff. ſi quis cau. l. 2. in fi. & l. 3. & intelligas captus, non ſui procuratione & dolo, vt in d. l. 2. ad fin.

† Per viam ſupplicationis, reſtitutionis in integrum, appellationis Do. Font.

ADDITIO. Et probatur per clemẽ. de pœn. multorum. ver. illis. Io. And.

b ¶ Impedimento.] puta valetudine, tempeſtate, vi fluminum. [ſicut fuit quarta die Ianuarij, & pluribus ſequentibus in flumine Rheni currẽtibus annis Dñi Mcccxxxv. quod ita creuit, quòd pluribus diebus tranſiri non potuit.] Multa impedimenta uidere potes ff. ſi quis cautio. l. 2. & 4. Et quod dicit de impedimento: idem dic ſi alia rationabilis cauſa præter impedimentũ ſubeſſet: puta quia ꝓbabiliter credebat terminum prorogatum. ſupra, de in integ. reſtit. ex litteris.

c ¶ In iudicio. [1]] ſi extra iudicium hoc dixerit, ſecus: ſicut nec nocet confeſſio extra iudicium facta, quod dic vt ſupra de confeſſ. cap vlt. vnde per hoc videtur, quòd ſi nuntio citanti dixerit ſe nolle [2] venire, & nuntius ſic retulerit: non propterea dicatur vera contumacia, & facit quod dixi ſupra, de confeſſ. cap. 2.

1 Petr. de Ancha. remittit ad nota. cle. 1. de dolo & contu. no. in authen. qui ſemel. C. quõ & quã iud. gl. probat Fel. c. cõſuluit. 5. col. de officio deleg. F.

2 An negãs velle cõparere, ſemp iudicatur cõtumax, vide Dec. in c. cõſuluit, de offi. del. & Abba. & alios in ca. cum parati. de appel.

d ¶ Offenſa.] ſupra, de verborum ſignific. ex parte. & c. cum olim.

e ¶ Tutum.] iuſta erat excuſatio, ſi uera fuiſſet, ſupra, de appella. ex parte. ſupra eod. lib. de priuileg. cum perſonæ. cum ſim. [ſupra eodem libro de offic. deleg. ſtatuimus. 2. Ioan. And.

f ¶ Decendium.] ſic ſupra de ele. cum dilectus. ad fin. tranſit igitur interlocutoria in rem iudicatam, ſi infra decẽ dies nõ fuerit appellatum quo ad partẽ: ſed non quoad iudicem, quod dic vt ſup. de appel. cũ ceſſante. Io. An.

macia (videlicet quia citatus præfixo ſibi termino non comparuit) excommunicatione conſtringat: quia ſi ſic ligatus propoſita querimonia † petat ab archiepiſcopo ſe abſolui, ſiue quando ſuffraganeus ex ſuo proceſſit officio, ſiue quando eſt ad ipſum archiepiſcopum ante ſententiam diffinitiuam appellatum, & ab aduerſario proponatur, quòd abſoluendus non ſit, nec pandi ei debeat iudicij aditus, niſi prius expenſas reſtituat, & iudicio ſiſti exhibeat cautionem: Ipſeque reſpondeat quod recte contumax reputari nõ debet; pro eo quòd in itinere captus, [a] vel etiam alio impedimento [b] detentus in termino comparere nequiuit: tunc protinus ſibi iuxta formam Eccleſiæ beneficium debet abſolutionis impendi. Secus autem ſi ſe contumacem confiteatur, vel aliàs de contumacia ſua conſtet: quia forte prædixerat in iudicio [c] quòd minime compareret: tunc enim (cum manifeſta ſit contumacia, & manifeſta reputetur offenſa [d]) non eſt ei (niſi primo expenſarum ſatisfactione, ac de ſtando iudicio cautione præſtita) abſolutio impendenda.

¶ Et hoc ipſum eſt in ſimilibus obſeruandum: ſicut ſi aliquis ad certum locum citetur, & ille proponat ipſum nõ eſſe ſibi tutum, [e] & iudex poſtea in eum (quia non probauit hoc nec comparuit) ſententiam excommunicationis promulget: nam tunc ſi excommunicatus ipſe ad ſuperiorem appellet, & ante omnia ſe ab eo petat abſolui, (cum probare coram eo uelit ipſum locum non exiſtere ſibi tutum) in hoc eſt proculdubio audiendus: cum præſumpta ſolummodo eius contumacia uideatur. Sed ſi iudex pronunciaſſet locum illum eſſe idoneum & ſecurum, & ille non comparuiſſet, ac ideo excommunicaſſet eundem: ipſe poſtmodũ ſuper hoc (niſi poſt latam interlocutoriam infra decendium [f] prouocaſſet) nullatenus audiri debet.

¶ *Excommunicatio lata poſt appellationem interpoſitam ex cauſa probabili, non ſtatim pronunciatur nulla: ſed fieri poteſt relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat de veritate cauſa cognoſcere. Idem ſi dicatur lata per intolerabilem errorem: & in contrarium error ille probabiliter defendatur. Ioan. Andr.*

¶ Sed ſi ex cauſa legitima ſeu probabili quis appellet: puta quia locus nõ eſt tutus, & poſt appellationem huiuſmodi excommunicatione ligetur, ac deinde conſtet ſuperiori quod ad ipſum ex tali cauſa extitit prouocatum, non tamen illico [g] pronunciare debet excommunicationis ſententiam fore nullam, ſed poteſt eam ad cautelam iuxta formã Eccleſiæ relaxare.

SED SI. CASVS. Dictum fuit ſupra §. prox. ꝙ ſi quis dicat excommunicationẽ iniuſtam, & petat abſolui à ſuperiore, eſt ſtatim abſoluendus. Sed ponamus quod iudex me citauit, ut comparerem in aliquo loco mihi non tuto, quia ibi ſunt inimici mei capitales: Vel ſi ſint abſentes, tamen ſcio veraciter ꝙ ſtatim ſunt reuerſuri: niſi procuratorẽ meũ ad me exonerãdum, & proponendũ iſtã exceptionẽ declinatoriã, ꝙ locus non eſt mihi tutus. iudex aſſignauit mihi in ꝑſonã ꝓcuratoris mei terminum peremptorium ad probandũ illam dilatoriã: produxi aliquos teſtes, & probaui meam exceptionem: hoc nõ obſtante iudex pronuntiauit illum locũ eſſe tutum: ab iſta ſententia appellaui legitime: poſt illam appellationẽ iudex me excõicauit, vel forte me excõicauit ante appellationẽ, ſed in excõicatione ſua expreſſit errorẽ intolerabilẽ: ego adiui ſuperiorem, & corã eo petij ſententiam excõicationis d̃clarari nullã, vtrũ iudex ſuperior debeat ſtatim me abſoluere, & dicere ſententiam nullam? Reſpondet ꝙ non: ſed debet me abſoluere ad cautelã: & ſic quatenus abſolutione indigeam. No. ꝙ excõicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla. No. cum qs dicit ſententiam nullam, debet hoc probare: pẽdente tamẽ probatione, poteſt excommunicatus abſolui ad cautelam.

g ¶ Illico.] ante. n. q̃ de nullitate pronuntiet, oportet ꝙ doceatur de veritate cauſæ appellationis: nec ſufficit ad hoc pronuntian-

¶ Si certum eſt excommunicationem eſſe iuſtam, fit remiſſio: ſi certum eſt eam iniuſtam, non fit: ſi eſt dubium, fieri poteſt relaxatio: ſed honeſtius eſt remittere: tenet tamen relaxatio vbi archiepiſcopus eſt iudex, licet non fiat remiſſio. h. d. Io. And.

¶ Sane ſi certum eſt excommunicationis ſententiam eſſe: iuſtam, velut cum propter manifeſtum exceſſum eſt in aliquem promulgata, ſuperior iudex (niſi periculum ſit in mora) excommunicatum ad excommunicatorem prorſus remittere debet; nec debet [a] eum abſoluere, niſi excommunicator requiſitus malitioſe illi abſolutionis beneficium deneget exhibere.[b] Si vero conſtet huiuſmodi ſententiam eſſe iniuſtam, nequaquam remittendus eſt ad ſuum excommunicatorem excommunicatus: ſed debet ſine difficultate aliqua mox abſolui. Quòd ſi dubitetur, vtrum iuſta ſit vel iniuſta, ſuperior (niſi excommunicatori deferat) relaxare iuxta formam Eccleſiæ poteſt illam: quamquam honeſtius, & conuenientius agat, ſi ei deferat in hoc caſu. Vbi autem ſuperiori competit [c] de excommunicatione cognoſcere, abſolutio ſeu relaxatio, quã ipſe fecerit, tenet, licet forſitan ſit iniuſta: quoniam etſi contra ius litigatoris: non tamen contra ius conſtitutionis [d] abſoluit.

¶ Archiepiſcopus in caſibus in quibus excommunicare poteſt, ſi cõſuetudo habet, emendas pecuniarias exigere poteſt. h. d. Io. An.

¶ Denique à ſubditis ſuffraganei emendas pecuniarias † poteſt archiepiſcopus ſecundum conſuetudinem regionis exigere, in caſibus, in quibus ei licet eos excommunicationis vinculo innodare.[e]

¶ Summatur ſupra in §. Sed ſi ex cauſa, ibi videas.

¶ Poteſt quoque archiepiſcopus beneficium abſolutionis iuxta formam Eccleſiæ nonnunquam impendere ad cautelam, vt pote ſi aſſeritur in excommunicationis ſentẽtia in-

dandum, ꝙ oſtendat ſe ex cauſa legitima appellaſſe. ad idem ſup. de appel. interpoſita. in princ.

Caſus litteralis domini Heliæ.

¶ SANE. CASVS. Iſte §. Legitur vſque ad finẽ c. & in eo caſus ſic figuratur: Epiſcopus Pictauen. excommunicauit aliquem ſuum ſubditum, & excõicatio eſt iuſta: quia fuit excõmunicatus pro manifeſta offenſa: excõicatus vult adire archiepiſcopum Burdega. pro obtinenda eius abſolutione: vtrum archiepſ Burdegalẽ. poſſit talem abſoluere, ac ſi excommunicatio eſſet iniuſta? Reſpondet, ꝙ nõ: ſed debet eum remittere ad excõicantem epiſcopum, vt eum abſoluat, facta prius ſatiſfactione. Si autẽ conſtaret archiepõ, ꝙ dicta excõicatio eſſet iniuſta, tunc ſtatim deberet abſoluere, & remittere ad excommunicatorem: quod verum eſt, niſi talis remiſſio fieret ad cõfutationem excõicatoris: quia aliqui iudices malunt ſententiam ſuam iniuſtam retractari per alios, quam per ſe. Sed ſi dubitetur an ſit iuſte vel iniuſte excõicatus, debet eum relaxare: nec tenetur remittere ad excõicatorem, niſi vellet deferre excommunicatori: quia poſito, ꝙ aliquis eſt contumax, iudex poteſt illum excommunicare. Sed vtrum poterit eum mulctare, & punire pœna pecuniaria? Reſpondet, ꝙ ſic. & iſte eſt verior intellectus: licet aliqui dicant, ꝙ iudex eccleſiaſticus non debet imponere mulctam niſi id habeat conſuetudo: ſed conſuetudine nõ poteſt aliquem mulctare. Communis tamen opinio doctorum eſt, ꝙ iudex poteſt contumacem mulctare: ſiue id habeat conſuetudo, ſiue non: tamen non debet eſſe facilis ad imponendam mulctam: ſed illam debet cõuertere in pios vſus. Sed ponamus ꝙ excommunicatus dixit archiepiſcopo, ꝙ ſentẽtia excommunicationis à ſuo ſuffraganeo lata eſt nulla: quia continet errorem intolerabilem: vt ſi dicat excõmunicator: quia talis noluit talem occidere, vel dedit eleemoſynam tali pauperi, eũ excommunicamus: excommunicator vero aſſerit illam excommunicationem eſſe iuſtam: vtrum archiepiſcopus ſtatim debeat excommunicatum abſoluere prius q̃ ſibi conſtet de nullitate ſententiæ? Reſpondet, ꝙ non: ſed eum poteſt abſoluere ad cautelam. Idem dicendum, ſi excommunicatus dixit ſe excommunicatum poſt appellationem legitime interpoſitam: tunc archiepiſcopus illum abſoluet ad cautelam, ſi & in quantum abſolutione indigeat, priuſquam cognoſcat de meritis cauſæ. (ſecundum conſuetudinem.) Iſtud non refertur ad emendam, ſed ad caſus in quibus iuriſdictio pertinet ad archiepiſcopum ſiue de iure ſiue de conſuetudine.

† al. fore.

(tribuebat.) puta ſi dicat excommunicator: cum alias monuerimus ſub pœna excommunicationis canonice, & competenter talem Titium, ne tali pauperi daret eleemoſinam: hoc tamen non obſtante dedit eidem pauperi eleemoſinam: ea propter ipſum Titium ob hãc cauſam in his ſcriptis excommunicamus. Verumtamen licet iſtud prima facie appareat iniuſtum, poteſt tamen eſſe iuſtum: quia iſte pauper forte eſt rebellis, & non poteſt conuinci niſi illo modo, ſcilicet neceſſitate famis.

a ¶ Nec debet.] tamen ſi abſoluerit, tenet abſolutio, vt ĩ. §. vbi autem.

b ¶ Exhibere.] ſupra eo. per tuas. ſupra de offi. delega. cum contingat. & c. prudentiam.

c ¶ Competit.] Si igitur ei non competeret, non teneret abſolutio propter defectum iuriſdictionis: vbi competit, tenet: licet iniuſta, 1 ſicut, & iniuſta excommunicatio. 11. q. 3. c. 1. par enim ius dominus eſſe voluit ligandi, & abſoluendi. de pœniten. diſtinct. 1. verbum.

d ¶ Conſtitutionis.] ad idem 2 q. 6. §. diffinitiua. & ĩ. de re iudic. cum inter.

ADDITIO. Ioã. Monach. allegat. ff. quæ ſenten. ſine appellat. re. l. 1. §. item cum. & ff. de tutor. & curat. da. ab his, l. ſcire. Ioan. And.

e ¶ Innodare.] excommunicatio enim non eſt pœna, ſed medicina quædam. ſupra eodem capitulo. 1. ante ergo quam excommunicet pro ſatisfactione delicti in abſolutione, vel poſt, pęnam pecuniariam imponere poterit. & facit ad ea quæ not. ſupra. de pœnit. licet. Io. And.

ADDITIO. Pœnam pecuniariam imponere poſt abſolutionem, eſt honeſtius, quam id facere in abſolutione: ne obſtet decreta. ad aures. de ſimonia. & vide quod ibi dixi ſuper verbo, contrarium. vbi etiam allego quadrageſimãnonam conſtitutionem concilij generalis, cuius mentem poſui de accu. ſicut olim. Ioan. And.

† Pe. de Ancha. hic remittit ad 23. q. 5. c. ſi vos. 23. q. 5. ſi quis cuiuſlibet. ꝙ non eſt in lib meo: & an eccleſia poſſit exigere pęnas cõuentionales. ĩ. de arbi. cap. dilecti. Font.

1 Vide Peruſinũ. in c. quæſtioni. de appel. & Fel. in cap. quod ſup his. de fide inſtru.

e ¶ In-

a ¶ Intolerabilem.] 11.q.5. ſi is qui præeſt. & quomodo hoc intelligatur, vide ſup. eo. per tuas.

b ¶ Iuſtitia.] ſicut ſi præcepiſſet, vt hominem percuteret: & dicit ſe hoc feciſſe pro exequenda iuſtitia: vel ꝑ delictum ſuum prohibuerat eum dare eleemoſynam, ſicut etiam interdũ ob hoc quis prohibetur ab oblationibus. 17.q.4.c. miror. vel propter delictum illius cui eleemoſynã tribuere volebat: quia vtilius panis eſurienti tollitur, quàm &c. 5.q.5. non omnis. Io. Andr.

c ¶ Abſoluere.] aliàs vbi ita replicaretur, denunciaret ſententiam nullam. ſ. eod. per tuas.

d ¶ Similiter.] quod hic dicit, dixerat ſ.e. §. ſed ſi ex cauſa.

ADDITIO. Scilicet duo addit. quæ dixi in tex. in vlt. glo. Io. Andr.

e ¶ Poſtquam.] De hoc no. ꝙ neceſſe eſt prius conſtare, appellatum, quando fieri habet relaxatio ad cautelam de excõicatione, quæ dicitur lata poſt: & per hoc iã obtinui in cauſa qua petebatur abſolutio ad cautelam excommucationis, quæ dicebatur lata poſt appellationem legitimam: & eodẽ die lata fuerat excommunicatio, & interpoſita appellatio: nec apparebat quæ primo: dicebant enim ꝙ petens habebat hoc neceſſe probare, ſ. ꝙ prius appellatum fuerat: licet non habeat neceſſe probare veritatem cauſæ: quia illa probata non abſolueretur ad cautelam, immo pronunciaretur nulla ſententia. ſ. eo. per tuas. de offi. deleg. cũ contingat. & ita eſt verum per hanc litteram. tunc ergo iudex appellationis abſoluit ad cautelam, quando conſtat, ꝙ poſt appellationem lata eſt ſententia excommunicationis: nec adhuc conſtat de veritate cauſæ.

ADDITIO De hoc per Inno. & Hoſt. eo. tit. per tuas. Io. And.

f ¶ Priuſquam incipiat.] Plus ergo poteſtatis habent in hac abſolutione ad cautelam, quam in inhibitione, quam facere non poſſunt: niſi prius incipiant cognoſcere de veritate cauſæ appellationis interpoſitæ ante diffinitiuam. quod dic, vt ſup. eod. lib. de appel. Romana. §. quod ſi m.

† Et quod ille q. dicit ſe excõicatũ poſt appellationẽ, debeat hoc tempus ꝓbare, vide ꝑ Are. & Fel. in c. cũ tu. de teſtib.

† Et quando quis debeat abſolui ad cautelã, vide per Abba. in c. veniens. de teſtibus.

tolerabilem a errorem fuiſſe patenter expreſſum, id eſt, aliquid ſub vi præcepti vel mandati aperte in ea contineri, quod communiter, vel in ſuo genere eſt peccatum: veluti ſi dicat forte aliquis, ſe à ſuffraganeo excommunicatum fuiſſe pro eo, quòd eleemoſynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in ſe bonum eſt: aut quia non operabatur id, quod ſuo actu illicitum eſt & prauum; & ſuffraganeus ipſe aſſerat, quòd pro digna & rationabili cauſa, vel pro conſeruanda vel exequenda iuſtitia b hoc illi prohibuiſſet, vel etiam iniunxiſſet: nam tunc archiepiſcopus ad cautelam † abſoluere c poteſt eum.

¶ Sũmarium habes ſupra in §. Sed ſi ex cã, ibi vide.

¶ Similiter d ſi aliquis proponat ſe ante diffinitiuam ſententiam in iudicio, vel extra poſt appellationem ex cauſa legitima interpoſitam, vinculo excommunicationis aſtrictum: poteſt archiepiſcopus poſtquam e ſibi de hoc conſtiterit (etiam priuſquam f incipiat de veritate cauſæ appellationis cognoſcere) abſolutionis illi beneficium ad cautelam iuxta formam Eccleſiæ impertiri.

¶ Alexander quartus.

¶ Iudex eccleſiaſticus compellit iudicem laicum repellere excommunicatos ab actibus iudiciariis ſibi prohibitis. h.d. Io. And.

CAP. VIII.

DEcernimus, † vt iu-

excommunicato maiori excommunicatione non eſt cõmunicandum: & peccant cõicantes quandoque mortaliter. quãque venialiter: mortaliter, quando excõicatus fuit publicatus: venialiter, quando nondum fuit publicatus. Item repellitur excommunicatus à iudicio, inquantum actor. c. intelleximus de iudic. in antiq. in c. pia. de exce. eo. lib. Item repellitur à teſtificãdo ab officio aduocationis, & alijs actis quibuſcunque, tendentibus ad ſuum honorẽ & commodum.

CASVS. Titius excõicatus maiori excõmunicatione: fecit me conueniri coram iudice ſæculari (qui forte eram laicus) coram quo iudice ſæculari mihi obtulit libellum in ſcriptis cõcludentem: cui per me perijt reſpõderi: die adueniente ego excipiẽdo propoſui, ꝙ eidem libello non tenebar reſpondere, eo & pro eo, quia Titius actor erat excõmunicatus maiori excommunicatione: Titius excommunicatus replicando propoſuit, ꝙ iſta exceptio excõicationis nõ erat admittẽda in foro ſæculari: vnde iudex ſæcularis non curat de iſta exceptione: ſed non obſtante ea, vult me cõpellere ad rñdendum libello ipſius excõicati: nũquid eſt mihi prouiſum de aliquo remedio? Rñdetur, ꝙ ſic: nã debeo adire iudicẽ eccleſiaſticum, ſ. epm loci, vt ipſe moneat ſub pœna excõicationis dictũ iudicem ſæcularẽ, vt admittat iſtã exceptionem in foro ſæculari: & ſi non admittat monitione præmiſſa, ipſum excõicabit. Idem de aduocato, vt ſi aduocatus mei aduerſarij ſit excõicatus maiori excõicatione, poſſum contra eũ proponere exceptionem excõicationis: & ſi iudex ſæcularis noluit illam exceptionem admittere, poſſum adire epm, vt illum moneat, quatenus in ſuo foro ſęculari admittat iſtam exceptionem. Not. primo ex hoc cap. ꝙ excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio vt actor. de hoc in dictis c. intelleximus. & c. pia. alleg. In aliquibus tamen caſibus poteſt eſſe in iudicio tamquam actor, vt quando dixit ſe iniuſte excõicatum. Not. ꝙ excõicatus non põt eſſe aduocatus c. poſſeſſionem. ſ. de prob. nec procurator, nec notarius. & in effectu in quibuſcunque actis iudicialibus repellitur. No. ꝙ excõicatus non põt ferre teſtimonium. Not. ꝙ exceptio excõicationis põt etiam proponi in foro ſæculari: non ſolum in iudicio eccleſiaſtico Et iſtud non ſolũ procedit de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili, vt no. Bar. in l. placet. C. de ſacroſa. eccl. ſed tamen hodie in foro ſæculari iſtud nõ ſeruatur. Sed non video quomodo iudex ſæcularis, qui poteſt repellere actorem excõicatum ab agendo, & non repellit, ſed cum eo cõicat, poſſit euitare maculam peccati mortalis. Gloſ. hic quærit, vtrum excõicatus poſſit facere teſtamentum. glo. arguit pro, & contra: poſtea inclinat in hanc partem, ꝙ excõicatus non poteſt facere teſtamentum: quæ deciſio gloſſæ non placet Doctoribus.

† Vide Fel. in c. vl. ext. de excep.

DEcernimus.] Commode nõ diuiditur ſecundum Ioan. Andr. Decernit tamen qui ſunt cogendi, qua pœna, per quem, qua forma, & ad quid, & hoc trimembre eſt.

¶ Et de hac decret. (eam tamen non allegando) fecerat mentionem Abbas, de excep. pia. dicens, ꝙ Alex. iiij. ſtatuerat etiam in ſæculari foro tales repellendos. & hæc decr. fuit pars illius, quia nonnulli. ſupra de immu. eccle. eo. lib. vt ibi dixi in prin. Io. And.

a Iudex eccleſiaſticus per cenſuram eccleſiaſticam poteſt iudicem ſæcularem compellere, vt in materia peccati ius canonicum obſeruet, & faciat obſeruari h.d.

¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum, ꝙ cũ

Not. primo ꝙ iudex eccleſiaſticus põt compellere iudicẽ laicum, vt ſeruet iura canonica ꝗ laicos diſponẽtia in materia peccati: quia peccatũ eſt cõicare excõmunicatis. No. ſecundo hic tres act⁹ iudiciales, ꝗ ſunt prohibiti excommunicatis. Dom.

bere. Sed communis opinio Doctorum eſt, ꝙ excommunicatus maiori excõicatione poteſt facere teſtamentũ: quia ſpeciale eſt in aliquibus caſibus à iure cõi expreſſis, vt quis non poſſit facere teſtamentum: ergo ius cõe eſt in contrarium. Vtrum notarius excommunicatus poſſit conficere inſtrumentum teſtamẽti? Rñdetur, ꝙ non.

dices ſæculares [a] per cenſuram eccleſiaſticam ab eccleſiaſticis iudicibus, canonica [b] monitione præmiſſa, repellere excommunicatos ab agẽdo, [c] patrocinando, [d] & teſtificando [e] in ſuis curijs, & iudicijs compellantur.

¶ Gregorius decimus in concilio generali Lugdunenſi.

¶ *Non valet excommunicatio lata in participantes, niſi fuerint moniti nominatim. Et canonica monitio dicitur, quæ habet dierum internalla: niſi neceſſitas facti aliud ſuadeat. h. d. Io. And.*

CAP. IX.

Conſtitutio-

[Glo prima fortificat textum: & allegat tria ſimilia.]

a ¶ Sçculares.] certum eſt, ꝙ poteſtas ſæcularis minor eſt eccleſiaſtica. ſupra, de maiorit. & obed. ſolitæ. & ei ſubeſt: vt ibi. & 96. diſtinct. duo ſunt. & clementina de iureiur. Romani. de re iudic. paſtoralis, ad fin. verſic. nos tam.] & ideo cẽſura eccleſiaſtica coerceri poteſt, vt ſequitur. Et quid continetur nomine cenſuræ, habetur ſupra, de verb. ſignifi. quærenti. & concor ad hanc decre. ĩ. e. lib. de fo. com. c. 2. & de iureiur. licet. ĩ. de excep. c. 2. Io. An.

Iuriſdictio ſæcularis minor eſt eccleſiaſtica.

b ¶ Canonica.] 24 q 3. de illicita 11. q. 2. c. indigne, ſupra de ſenten. excom. ſacro, & illa recte dicetur canonica. de qua cauetur ĩ. ca. proxi. 2. reſponſo.

[Glo. ſequen. ampliat textum in vno, in ſecundo remittit.]

c ¶ Agendo.] & reconueniendo: quia ſicut nec agere, ſic nec reconuenire poteſt. ſupra, de excep. cum inter priorem. A defendendo autem non repellitur, vt ſupra de iudic. intelleximus. ratio ibi patet. Et quid de impetrando. vidiſti ſupra eo. lib. de reſcrip. c. 1.

d ¶ Patrocinando.] eccleſia ergo priuat aliquem (interdum perpetuo, interdum ad tempus) officio poſtulandi. & concord. ſupra, de hæret. ſi aduerſus. & c. excõmunicamus. §. credentes. ſupra eo. lib. de pœnis. fęlicis. §. quod ſi quis, ad fi. & procedit hoc etiam interdum ex alieno delicto, vt ibi. & ſunt iſti partim de ordine non poſtulantium: quia etiam pro ſe poſtulare non poſſunt in agendo. de quo dic vt 3. q. 7. §. tria. Eſt autem poſtulare deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt exponere: vel alterius deſiderio contradicere, vt ibi. & ff. de poſtu. l. 1. & intellige hoc non ſolum in aduocato, ſed ẽt in procuratore. ſupra de prob. poſt ceſſionem. ſi n. non auditur pro ſe, multo minus pro alio. 4. q. 6. omnibus. ad hoc ſupra eod. dilecto.

[Glo. ſe. primo tex. coadiuuat: ſecundo quærit, & circa id dat quattuor remiſſiones. arg. pro, opin. ponit. ad quam inducit textum pro & contra: tertio quærit, & ponit opinionem pro & cõtra, & tertiam diſtinguentem.]

e ¶ Et teſtificando.] excommunicatus ergo (maiori intelligas) teſtificari non põt. [1] ſupra de teſti. veniens, 2. in fi. vnde ſi dicatur excõicationis ſententia nulla, in defectum probationum conſueuerunt abſolui ad cautelam: vt ibi vides ꝙ non poteſt teſtificari. Sed nunquid excõicatus poterit teſtari? [2] De hoc per Inno de do. & contu. veritatis per Hoſt. [& Archi.] de excep. pia. per Gar. [& Ioan Mona.] de vſur. quamquam. per Gul. in Spe. de inſtr. edi. §. compendioſe. circa princ. & videtur ꝙ licet iſta iudicialia prohibeantur, extraiudicialia nõ, ſicut ſupra eod. ſolet. ad fi. ſecundum Hoſt. & Gar. teſtari non poteſt. quia ſeparatus eſt à cõione eccleſiæ: & ſeparato à cõione eccleſiæ omne beneficium ex legibus deſcendens interdicitur. & Gul. ſequens Innoc. & Pet. de Samp. tenet ſupra, de excep. pia, ꝙ poteſt teſtari. & Pet. de Vndalla tenuit opinionem Hoſt. & Gar. & hoc propter periculum cõionis cum excommunicato, cui cõmunicandum non eſt, denegatur. in Auth. de priuileg. do. hære. mu. non præſtan. § antepen. & actus legitimi eis interdicuntur, vt hic. & eſt ſimilis ſecundũ oẽs deportato, qui eſt inteſtabilis. ff. de teſta. eius cui. §. 1. arg pro, & contra. ſupra, de hære. excommunicamus. §. credentes. Quid dices de tabellionatu: nunquid inſtrumentum confectum per excommunicatũ valet? Videtur valere. argu. prædi. §. credentes. vbi dicitur de excommunicato, quòd ſi ſatisfacere contẽpſerit infra annum, extunc inſtrumenta per ipſum cõfecta non valent: ergo à contrario prius, ideſt, ante annum confecta valebant, licet eſſet excommunicatus. Alij contra: pro quibus optime. 3 q. 4 nullus. ibi, nullus anathematizatorum ſuſcipiatur: nec à quoquam credantur quæ ab eis dicuntur vel conſcribuntur. ſupra eod. nouerit. Alij, vt Hoſt. & Gul. dicunt, ꝙ quamdiu eius excõicatio eſt occulta, valet inſtrumentum ab eo confectum: vel ſi ſit manifeſta: nec poteſt probari. argu. ff. de offi. præſi. Barbarius. 3. q. 7. § tria. C. de teſta. l. 1. ſupra, de re. iud. ad probandum. de excep. pia. §. ſi vero, ſecus ſi ſit notoria. de excep exceptionem, de cohabita. cle. & muli. veſtra. ſicut enim ibi notorius concubinarius ſuſpẽſus eſt quo ad ſe, & quo ad alios: ita notorie excõicatus tabellio, & prætor publice nuntiatus, repellitur etiam ab extraiudicialibus ĩ. co. licet. Ioan. Andr.

[1] Etiam ꝙ excõicatũ. de hoc in Spec. de teſte §. j. ver. ſed nũquid excõicatus. & ver. ſeq. Io. And.

[2] Vid Ant. Gabrieliũ li. 4. cõium opin. tit. de teſtam. concluſio. 1. Excõicatus an poſſit inſtrumenta conficere.

ADDITIO Excõicatus an poſt abſolutionem teſtificari poſſit prolixe tractat hic Arch. de quo ſatis. 4. q. 1. in ſum. & dixi plene poſt Innoc. ſupra, de teſti. teſtimonium, cuius Innoc. opinio hic placet Archid. ibi. vide quod hic dixit Ioan. And.

Conſtitutionem.] Sunt duæ partes. Prima declarat conſtitutionem Inn. Secunda ibi, Statuimus. dat formam monitionum, & vnum caſum excipit: ibi, Niſi. Ioan. And.

¶ Emanauit preſens cap. ad declarationem capit. ſtatuimus. ſupra, eo. titulo, & libro, vbi dicitur, quòd licet participantes cum excommunicatis maiori excommunicatione, incurrant minorem excommunicationẽ, & peccent mortaliter: tamen non poſſunt ratione illius peccati excommunicari, niſi prius fuerint moniti canonice & debite, vt deſiſtant à participatione. Iſtud capitulum declarat quæ dicatur canonica, & debita monitio.

CASVS. Dictum fuit in d. c. ſtatuimus, ꝙ antequam excõicator excõmunicet participantes cũ excõicatis à ſe, debet illos monere canonice: aliàs nulla eſſet excõicatio. Sed quæritur, quæ dicatur canonica, & debita monitio? Reſpondet, ꝙ illa monitio dr̃ canonica in illo caſu, quando fuerunt participantes moniti nominatim, vt deſiſterent à participatione: & ſic non valeret monitio generalis: Nam dicit textus, ꝙ monitio debet fieri nominatim. Item debet eſſe trina, ideſt, facta tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus: & illæ trinæ monitiones debent habere interualla aliquorum dierum, & non incontinenti: niſi cauſa rationabilis ſuaderet vt illa fieret abſque aliquo interuallo dierum, vt ſi quis moneatur, vt reſtituat vxorem alicuius, vel deſiſtat à participatione ipſius: ſi daretur interuallum dierum, iſte detines vxorem interim teneret eandem, licet iniuſte: ꝙ infra illud tempus non poſſet excõicari: ideo debet arctari tempus, vt infra diem ne tẽpus reſtituat, forte intra xxiiij. horas: vel aliũ diem ne tempus, [nõ tenere.] huculque durat tenor illius conſtõnis. [In

hoc

nem [a] fęlicis recordationis Innocentij [b] Papæ quarti prædeceſſoris noſtri, quæ prohibet participantes [†] excommunicatis ea participatione, [c] quæ ſolam minorem [d] excommunicationem inducit, monitione canonica non præmiſſa, maiori excommunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis ſententiam non tenere: [e] ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum [f] declarantes: Decernimus, ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc [g] caſu, ſi alijs rite ſeruatis [h] eos qui monentur, exprimat nominatim. [i]

¶ Statuimus [k] quoque, vt inter monitiones, quas (vt canonice promulgetur excommunicationis ſententia) ſtatuunt iura præmitti: iudices ſiue monitionibus tribus vtantur, ſiue

† Etiā litteris, vt vult gl. hic, & vide Franci. Are. l. 1. ff. de ver. obl. c. lex diuina 27. q. 2. & nutu dicimus loq̄ ē vbi lex exp̄ſſe meminit d̄ verbis c. cum apud. de ſpon. Font.

hoc caſu.] ponderetis iſta verba in hoc caſu, quia facit ad multa, vt dicam ſtatim. Not. primo ex hoc, vt dicatur monitio canonica in caſu c. ſtatuimus alleg. debent moniti nominatim exprimi in monitione. Sed qualiter intelligitur illud? Reſpondet Hoſtiē. q̄ intelligendum eſt quando monens intendit aliquos excommunicare nominatim, debet etiam illos monere nominatim, vt ſi iudex intendit excommunicare Petrum, debet illum nominatim monere: ſed ſi iudex non intendit excōmunicare nominatim, ſed ſolum in genere: ſufficit monere in genere hoc modo: Monemus ſub pęna excōicationis omnes parochianos talis eccleſię: ne tali excōmunicato maiori excōicatione participent, ſeu cōmunicent. Si poſtea inuenio Petrum participaſſe cum ipſo, non poſſum excommunicare nominatim, ſed ſolum generaliter & in confuſo. Verumtamen glo. tenet contrarium: & mouetur per hæc verba hic poſita in hoc caſu: quia textus intendit inducere ſpecialitatem in hoc caſu: & tamen non eſſet aliqua ſpecialitas in hoc caſu, ſi prædicta opinio eſſet vera. ideo dicunt moderni, q̄ in hoc caſu, ſiue excommunicator intendat excōicare generaliter ſiue nominatim, debet nominatim monere hoc modo. Moneatis tales, vt deſiſtant à particicipatione. Not. q̄ tres monitiones quæ debent præcedere excōmunicationē, debent habere interualla: nec poſſunt fieri continue: & ad minus inter quamlibet monitionē debent eſſe duo dies: ex quo iſte textus loquitur in plurali. & ſi fiat vna monitio peremptoria, pro minore debet continere ſex dies. ꝑ hoc eſt glo. in l. ꝓperandum C. de iudicijs. l. ad peremptorium ff. de iud. poteſt tamen excommunicator ex cauſa abbreuiare illud tempus: vnde poteſt dicere. Moneo te, vt infra tres dies deſiſtas à tali participiatione: & hoc ꝑ primo edicto: & ſi non deſiſtas, moneo te ſecundo vt deſiſtas: & elapſo termino poterit dicere: Moneo te tertio, vt deſiſtas. Quibus tribus terminis elapſis, poterit illum excommunicare: vel ſi velit ſe expedire vnico contextu, poterit dicere: Monemus omnes & ſingulos parochianos vnica monitione canonica & peremptoria ꝓ omnibus, vt deſiſtāt infra ſex dies à participatione. Quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos ꝓ tertio, & peremptorio termino aſſignamus.

Not. arg. q̄ allegans ſtatutum in iudicio, debet totum illud edere, ſic facit hic Greg. de decret. Inno.

No. effectum declarationis: quia tollit dubium quod erat in diſpoſitione pręcedenti: & ſic declarās nihil addit. Dominicus.

[Prima glo. ſummat.]

a ¶ Conſtitutionem.] Non valet excōicatio lata in participantes, niſi fuerint moniti nominatim: Et canonica monitio dicitur, quæ habet dierum interualla: niſi neceſſitas facti aliud ſuadeat. h. d.

b ¶ Innocentij.] ī. c. ſtatuimus.

[Glo. ſeq. diſtinguit duplicem participationem: & ſoluit quæſtionem.

c ¶ Participatione.] denotat q̄ eſt quędam participatio, quæ inducit maiorem, ſ. quæ in crimine fit. ſupra e. ſi concubinæ. & c. nuper. & alia quæ inducit minorem, vt cum quis participat ſcienter excōicato maiori in loquutione, oſculo, menſa, & ſimilibus. Et ab hac excipiū tur certæ perſonæ: vxor, filius, ſeruus, & alij, de quibus. 11. q. 3. quoniam multos. ſupra eo. quod in dubijs. & c. ſeq. Et ſ͠m Guli. & Gar. [& Io. Mon. & Hug. in dicto c. quoniam multos.] incurrit quis minorem excommunicationem mittendo nuncium vel litteram excommunicato, ac ſi ille perſonaliter loqueretur. de hoc ſupra eod. lib de elect. vbi periculum. §. nulli. 1 Ipſe. n. loqui videtur, nuncium mittendo vel literas. ff. de conſtitut. pecu. l. & licet.

1 Iſte. § loq̄tur de excōicatione maiori: ſed ſic ęquiparātur loqui, vel nūtium mittere, vel lr̄am. Io. And.

ADDITIO. Fac. 27. q. 2. lex diuinæ. in prin. palea eſt. Ioan. And.

d ¶ Minorem.] de ipſius effectu habetur 3. q. 4. Engeltrudam. & ſupra, de except. à nobis. Io. And.

e ¶ Non tenere.] idē in ſuſpenſione & interdicto. ī. eo. ſtatutum.

f ¶ Scrupulum.] hoc dicit: quia ante iſtam conſtitutionem ſi iudex monebat in genere, q̄ nullus communicaret, dicebant quidam talem monitionem canonicam: alij contra; quod dubium hęc conſtitutio declarat.

g ¶ In hoc caſu.] i. qñ ꝑ participationem vult participantes excommunicari maiori.

ADDITIO. Quaſi diceret, q̄ aliàs bñ pōt fieri monitio gñalis ī. de off. ord. ſi ſacerdos. ſupra de Iudæ. & ſi Iudęos. in ſi de vſu. poſt miſerabilem. vide concor. ſupra e. tit. & lib. Romana. §. caueant. ſuper gl. pone exemplum. Io. And.

h ¶ Seruatis.] ſ. q̄ inſeratur cā ſuper qua fit monitio: & q̄ ſint præſentes per quos poſſit probari: & q̄ ſint ibi interualla ſupra e ſacro. & ī. eo. ca.

Monitio q̄ñ dicatur nominatim ſacta.

[Gl. ſeq. dicit primo quæ ſit nominalis monitio: ſecū do ponit opinionem quam non approbat: tertio q̄rit. arg. pro, & ſoluit contrarium.]

i ¶ Nominatim.] ſ. proprijs nominibus expreſſis, vel alijs indubitabilibus circunſtantijs, quæ habeant vicem proprij nominis. ff. ſi cer. pet. l. certum. ſupra de teſtib. licet 2. ſupra e. lib. e. tit. c. 2. Idē ſi dicat, moneo filium Petri: cum ille vnicū filiū habeat. ff. de lib. & poſthu. l. 2. & inſtit. de exhære. liberorum. §. nominatim. ſecus ſi duos haberet: quia tūc neuter eorū monitus videtur vt ibi. Dñt tamen quidam, 2 q̄ hæc decretalis locū habet qñ ſinglares & nominatæ perſonæ excōicantur, quia tūc requiritur monitio ſpecialis: ſi autem gñaliter ferretur ſnīa tūc dñt ſufficere generalem: & ſic adhuc remaneāt antiqua iura. Sed tutius eſt dicere, q̄ hodie in gñe excōicatio in participantes ferri non poſſit: & ſic ſit ſublatum quod dicitur ſupra eo. quod in dubijs. in ſi. Sed valebit ne monitio, ſi iudex generaliter monet omnes de collegio vel vniuerſitate? Et vī, q̄ ſic: quia tñ valet gñalis monitio quo ad oīa, q̄tum ſpecialis quo ad quædā. ff. de admin. tut. ſi duo. in fin. & quia ſemper gñalibus ſpecialia inſunt. vt ff. de regu. iur. ſemper in gnalibus. ſed contrarium eſt verum. Guil. hic per hanc conſtitutionem, & ſ͠m eum ſi ignorat nomina illorum de conuentu, cogat rectorem conuentus vel vniuerſitatis ad indicandum ſibi illa noīa. ff de cond. ob tur. cau. l. 4. §. ſi.

2 Scilicet Hoſtien ſupra eod. tit. & lib. ſtatuimus. quem excuſo: q̄a nō vidit hāc decretalem. Sed Gar. & ſuper hoc c. dicit hanc opinionem iuri conſonam, licet contraria ſit ſecurior. Io. And.

ADDITIO. Simile quod no. ī. e. lib. de conceſ. præb. ſi capitulo. in prin. 6 gl. Io. And.

k ¶ Statuimus.] Sic cōſtrue: ſtatuimus quoq; vt iudices ſiue tribus monitionibus vtantur, ſiue vna pro omnib. obſeruent aliquorum dierum competentia interualla inter monitiones, quas iura permitti faciunt, vt ſententia excommunicationis canonice promulgetur.

c ¶ Vna

Ponit tres formas trinæ monitionis.

a ¶ Vna pro omnibus.] dicit ergo iudex interdum: monemus te pro prima: qua finita monet pro ſecunda: qua finita monet pro tertia, & cæt. Interdũ vna monitione facit tres: monemus te ꝙ vſque ad diem talem pro primo: talẽ pro ſecundo: talem pro tertio, &c. Interdum vnam tm̃ dat dilationẽ, vt monemus te, ꝙ vſque ad talem diem ꝑ primo, ſecundo, & tertio peremptorio à cõione talis, &c. & hoc vltimo caſu eſt interuallũ inter monitionem, & ſniam.

vna [a] pro omnibus, obſeruent aliquorũ dierum cõpetentia [b] interualla: Niſi facti neceſſitas [c] aliter ea ſuaſerit moderanda.

† Tex. pro Innoc. c. I. de conſti. dicente, ꝙ ob caſus emergentes licet trãſgredi leges: quod dictum allegauit Bald. l. I. de prec. Impera. offer. Domi. Font.

ADDITIO Secundũ Guil. & Garz. & Archid. Sed Ioan. Mon. dicit, quòd hoc non conſonat litteræ. Ioan. And.

¶ Idem in eodem.

¶ Relaxatio ad cautelã, in generali interdicto non habet locum. h.d. Domin.

b ¶ Competentia.] hoc iudex moderabitur pro perſonarum, & negotij qualitate. ſupra de appel. cum ſit Romana. de offic. deleg. de cauſis.

c ¶ Neceſſitas.] vt quia partes ſunt ad rixam, uel arma paratæ: nec curant monitiones epiſcopi. ff. de vſufruct. l. æquiſſimum. interdum enim nec locus, nec tẽpus patitur plenius deliberare conſilium. ff. de exer. act. l. I. I. reſponſo.

ADDITIO. Et quandoque res celeritatem deſiderat ff. de damn. infect l. I. Ioan. And.

PRæſenti.] Breue eſt, nec eget diuiſione, vel ſumma: licet multum egeret notione rationis, ut in glo. Et eſt ſciendum, ꝙ Guiel. hic quaſi viderit integram, & Archid. poſt eum dicunt, ꝙ quidam aſſeruit ſe poſt appellationem excommunicatum, & interdictum in vxorem, familiam, & terram ſuam prolatum: petijt ad cautelã abſolui ab excommunicatione, & prædictum interdictum relaxari? Reſpondetur, quòd generale interdictũ in loca, vel terram, non relaxatur ad cautelam. Et ex hoc not. Guiel. ſpeciale in vxorem, & familiã relaxari poſſe, vt in glo. penult. Ioan. And.

CASVS Dictum fuit. ſ. ca. venerabilibus: iſto tit. & lib. ꝙ quando quis dixit excõicationem contra ſe latam eſſe nullam, & petit relaxari ab excõicatione ad cautelã, quod ipſe eſt audiẽdus. Sed ponamus quòd aliquis fuit interdictus, non autem excommunicatus: & dixit interdictum nullum, petẽdo relaxari ad cautelam: vtrum ſit audiendus? Reſpondet quòd non: quia relaxatio ad cautelam non habet locum in interdictis, ſed ſolum in ſententia excommunicationis: ſed differretur relaxatio interdicti vſque ad finem cauſæ. Not. primo quòd relaxatio ad cautelam appellatur beneficium, & ſic non videtur ꝙ iudex neceſſitetur ad hanc relaxationẽ, de quo ſup. eod. ſolet. Not. ſecundo, quòd interdictum dicitur generale quando refertur ad locum generalem. vide de verb. ſign. cum in partibus. Dominicus.

[Gloſſa prima obijciendo quærit: tres opiniones ponit, quas reprobat, & ſoluit.]

d ¶ Declaramus.] Not. quòd quidam olim cõtrarium dicebant, & pro eis faciebat: quia excommunicatio, & interdictum paribus paſſibus ambulare videbantur. ad hoc ſupra, de appel. ad hæc quoniam. ſupra eo. cũ medicinalis. ſup. eod. Romana. in princ. & c. venerabilibus. in princip. iſto eod. tit. & lib. ĩ. eod. ſtatutum. & c. is cui. cum ſimilibus. vnde ſicut excommunicatio poteſt tolli ad cautelam, ut ſupra cap. ſolet. & c. venerabilibus. §. ſed & ſi. §. penult & vltim. ſic de interdicto videbatur: immo multo magis: quia per interdictum plurimum puniuntur non obnoxij: ſed per excommunicationem nõ ſic. ſup eod. tit. & lib. Romana in ſi. vnde potius videbatur in eo, quàm in excommunicatione ſubueniendum: quia etiã plures ligat, & plura bona tollit: & quia aliàs ſunt paria. ĩ. eod. is cui. ſupra eod. cap. I. Quæ ergo fuit huius iuris ratio? Reprobatis aliorum ſolutionibus:

Relaxatio interdicti ad cautelã, quæ nõ habet locum ſicut relaxatio ex cõmunicationis.

quorum quidam dixerunt, ſic placuit Gregorio, quæ reprobatur per hoc verbũ, declaramus. Alij dixerunt hoc factũ, ut magis timeretur cenſura eccleſiaſtica. Tertij, ne finis vnius negotij alterius ſit exordium. C. de fruct. & lit. expen. terminato. [Vide de do. & contum c. finem. in ſi. glo. ſed nunquid.]

CAP. X.

PRæſenti generali declaramus [d] edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, [e] quo ad interdicti ſententias, in ciuitates, caſtra, uel quælibet alia loca, ſiue terras aliquas generaliter [f] promul

cum hęc ratione non roborẽtur: Dic † ꝙ hoc ſtatutum eſt propter cõmunionis periculum in excõmunicato: ergo ad aliorum cautelam ſit hęc abſolutio: ſed in participatione ĩterdictorum non eſt tm̃ periculum, & ideo ſecus? vnde ẽt interdicti tẽpore quædam ſacramenta miniſtrantur, & interdum celebrantur. ſupra de ſponſ. non eſt vobis: de pœnit. & remiſſ. ꝙ in te. ſupra eod. reſponſo. & c. per mittimus. ĩ. eod. quoniam. & c. vlt. Sed contra ſupra de appell. ad præſentiam. vbi ad cautelam excommunicato datur abſolutio. Vnde dic ꝙ ideo aliud in excommunicatione quàm in interdicto: quia excommunicatio eſt mortis æternæ damnatio: & ideo feſtinare debemus, ut mortuus, & à Chriſto ſeparatus per excommunicationem, redintegretur Chriſto per abſolutionem. Maioribus enim malis debet ſyncera charitas ſubuenire. 50. diſtinct. vt conſtitueretur. In interdicto au'ẽ non traditur quis ſathanæ, nec eſt ibi tãtum periculum, & ideo nec tantum feſtinandum. Et etiam ratione: quia in interdicto volunt iura vnum pati pro reliquo in excommunicatione ſecus, vt ſupra dixi. Præterea excommunicatio non poteſt ſuſpendi: niſi in totum relaxetur: & ideo in ea locum habet abſolutio ad cautelam: interdictum poteſt ſuſpendi: & ideo nõ eſt neceſſaria relaxatio ad cautelam ſupra de appel. ad hæc quoniam.

† Vide Felinum in c. Apoſtolicę. extra de except.

[Gloſ ſeq ponit 12. caſus in quibus eſt excommunicatio nulla.]

e ¶ Ad cautelam.] quod ſit in excõmunicationis ſententia tunc quando dicitur nulla, ut ſi poſt appellationem legitimam. Secundo, ſi continet intolerabilem errorem, ut ſup. eod. tit. & lib. venerabilibus. cum ſi. Tertio in caſu ſupra eod ti:. & lib ſtatuimus. Quarto ſi dicatur ꝙ iudex non erat is qui tulit ſententiam. de conſue. cap. 3. de priuileg. cum olim. Quinto, ſi à iudice ſuo lata eſt, ſed excommunicato. 24. q. I. audiuimus & c. aperte. Sexto, cum quis excommunicatur à delegato contra delegantis intentionem. ſupra de præbend. cap. vlt. & ſupra de priuileg. auctoritate. eod lib. Septimo, ſi ab intruſo, uel à iuriſdictione ſuſpenſo. 11. quæſt 3. cap. alienationes. Octauo, ſi feratur à violante interdictum hominis. ſupra de exceſſ. prælat. tanta. † Nono vbicunque prælatus ſubditum excommunicat contra priuilegij ſui tenorem ſupra de priuileg. cum capellan. & cap. quanto. Decimo, ſecundum quoſdam quos ſequor in caſu ſupra de exceſſ prælat. eum ad quorundam. Plures ex his caſibus comprehendũtur ſub quarto. Vndecimo, ſi feratur à delegato impetrato ab excommunicato in caſu non permiſſo. ſupra eod. lib. de reſcrip. cap. I. Et adde nouum caſum ſupra eodem lib. de offic. ordin. quia plerique.

Excõicationis ſnia in quibus caſibus dicatur nulla.

† Iſtos octo notauerat Hoſt. ĩ. eo. ſolet. duos ſequẽtes poſuerant hic Garz. & Io. Mo. & Frã. addebat caſum ſ. eod. lib. de offic. ord. Romana. in ſi. Sed dic ut ibid. not. Ioann. Andr.

[Glo. ſeq. remittit, quærit, & ſoluit.]

f ¶ Generaliter.] quid ſit generale, habes ſupra de verb. ſignif. cum in partibus. Quid ſi feratur non generaliter in loca, ſed ſpecialiter in perſonam? † Dic quod bene poterit fieri relaxatio ad cautelam. Argumen à contrario iſtius litteræ: quia ſpecialiter interdicto omnia ſacramenta negãturante abſolutionem: & ſic idem quod in excommunicato.

† Idẽ ſi generaſr. puta in vniuerſitatẽ, vel collegium, ſm Font.

ADDITIO. Idem ſcilicet, ꝙ tunc poſſit fieri abſolutio ad cautelam: tenent Guil. Gar. Cle. Pig. Boat. Ioan. Mona.

Mona & Archidiac. Ad hoc ĩ. eod. venerabili. per quam decret. hoc tenuit Inno. ſup. de appel. ad hæc quoniã. in 1. glo ſcilicet, ꝙ fiebat abſolutio ad cautelam in interdicto, ſicut in excommunicatione: quod intellige de interdicto perſonæ, non loci, per hanc decreta. Ioan. And.

b ¶ Quicunque.] oriri potuit ex facto decr. ſupra eod. dilecto. & dic, quicunque etiam epiſcopi. Nec obſtat. ſup. eod. quia periculoſum. quia non loquitur in ſententijs excommunicationis.

ADDITIO Dicebat Gul. quòd vniuerſale, quicunque, ſingulos comprehendit. ff. de inſti. l. hoc articulo. ff. de pign. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. de offic. præl. l. 3. ĩ. de ma. & obedien. ſolitæ. ad finẽ. per quod patet etiam imperatorẽ includi, ut dicit hic Archid. tñ vt dicit Gul. ſignũ vniuerſale quãdoque ponitur ꝓ particulari. 1. q. 7. ſi quis omnem. 15. q. 1. mulier. Ioan. And.

a ¶ Non habere.] vnde ſi id fiat, non valebit relaxatio, per hãc litteram. & eſt ſimile ſupra de ijs quæ vi metuſve cauſa fiunt. cap. vnico. eod. libro. Idem Garz. Io. Mon. & Archid.

QVicũque.] Iſta decretalis, ut dicit Ioan. And. habuit breuiloquũ dictatorem, ita ꝙ multa ipſius membra vix poſſunt breuius ſũmari, ꝑ quod gloſſam nõ ſummauit. tamen ipſam diuidẽdo poteſt dici, ut in rubro.

ADDITIO. Et dicit Franc. quòd quia multi ꝓlati timebant quandoque exercere cenſuram proter grauamina, q̃ eis vel ſuis inferebãtur: ideo edita fuit hęc conſtitutio. Ioan. And.

¶ Dans licentiam occidendi, vel capiẽdi, vel grauandi excommunicatorem, vel illũ ad cuius inſtãtiam fuit lata excõicatio, incurrit ſententiã excõicationis ipſo facto, niſi re integra licentiam datã reuocaret: & ſi excõicationem ipſam per duos menſes ſuſtinuerit: ab ea abſolui non poterit, niſi à Papa. h. d.

gatas, locum aliquatenus non habere. [a]

¶ Idem in eodem.

¶ *Primo excõmunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in perſonis, uel rebus ſuis, uel ſuorum: exercẽtes contra aliquos eccleſiaſticam cenſuram, uel exerceri faciẽtes, vel illam ſeruantes. Secundo ibi, Eadem. pœnam prorogat ad vtentem, uel motu proprio id agentem. Tertio ibi, Qui autem. pœnam aggrauat. hoc dicit. Ioan. Andr.*

CAP. XI.

QVicunque [b] pro eo quòd in reges, [c] principes, barones, nobiles, balliuos, vel quoslibet miniſtros [d] eorum, aut quoſcunque alios excommunicationis, ſuſpenſionis, ſeu interdicti ſententia fuerit promulgata: licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, ſeu aliàs in perſonis, aut bonis ſuis vel ſuorum [e] † grauandi, [f] eos, qui tales ſententias protulerunt, ſiue quorum ſint occaſione [g] prolatæ, vel eaſdem ſentẽtias obſeruantes, ſeu taliter excommunicatis communicare nolentes (niſi licentiã ipſam re integra [h] reuocauerint, uel ſi ad bonorum captionem occaſione ipſius licẽtiæ ſit proceſſum, niſi bona ipſa fuerint infra octo dierum [i] ſpatium reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa [k]) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. [l]

¶ Eadem [m] quoque ſentẽtia ſint innodati omnes,

c ¶ Reges.] eſt autẽ ordinarius regis is epiſcopus in cuius diœceſi deliquit, uel domiciliũ habet. 2. 96. diſt. ſi Imperator. & cap. duo ſunt. vbi de hoc. & ſup. de maior. & obed. omnes.

d ¶ Miniſtros.] Ad clericos põt referri: & ſic ꝓprie ſequitur verbum ſuſpẽſionis.

e ¶ Suorum.] cõſanguineorum, uel familiariũ. & ſic nota caſum ĩ quo percutiẽs, & mandans percuti laicum, excõicatus eſt. ad idem ĩ. eod. lib. de elect. ſciant cuncti. 2 & de immu. eccl. quoniam.

f ¶ Grauandi.] puta ne quis emat ab eis, uel eis vendat: vel his ſimilia. concordat ſupra de priuileg. quanto. de immun. eccl. c. vlt. eod. lib.

g ¶ Occaſione.] quorum intereſt principaliter defendere ſententias ipſas in iudicijs, ſupra eod. tit. & lib. venerabilibus. §. 2. in fine.

h ¶ Re integra.] littera ſequens contradicit iſti: vbi dicitur, ꝙ licet res non ſit integra, infra octo dies poteſt fieri emendatio. Poteſt dici, quòd hoc locum habet in iniuria perſonali, illud in reali, vt in prima ſtatim ſit excõmunicatus: in ſecunda tunc quando infra octo dies non reſtituerit. Idem Archid. & hoc videtur voluiſſe Gulie. qui dicit rem integram hic dici priuſquam ad grauandum perſonas proceſſit ſic. Sed Garz. & Ioan. Mon. exponunt, re integra: ideſt, iniuria nondum illata in perſona, uel rebus. Vel dic, quòd id quod ſequitur, reſpicis tempora iſtius conſtitutionis, ut ſi tempore iſtius conſtitutionis prætextu illius licentiæ aliqua erant occupata: niſi infra octo dies reddantur, habeat locum pœna. & eſt ſi. ſupra de reb. eccl. non alien. hoc conſultiſſimo. § laici, vbi in compulſionibus iam factis, datur tempus ad reuocandum: in faciendis ipſo facto imponitur pœna. primum verius.

i ¶ Octo dierum.] ſimilis dilatio temporis, ſupra de except. pia. & ſupra eod. tit. & lib. ſolet.

k ¶ Impenſa.] ſcilicet cum res non extat, uel placet ipſo. Simile ſupra eodem lib. de vſu. quamquam. ff. commo. l. 3. §. 1.

l ¶ Incurrant.] & ſi prius excommunicati erant, modo duplici funiculo ſunt ligati: quod eſſe poteſt, ut not. 3. q. 4. Engeltrudam. ſupra de Iudæ. ita quorundam.

m ¶ Eadem.] ſcilicet maioris excommunicationis.

† Illi ſi proptereiniuſtã factum alterius aggrauetur, non ꝯ aggrauantem, dicit Pet. de Anchar. agent, ſed cõtra illũ cuius occaſione grauati ſunt, al legat Bal. in l. his rebus. ff. ſolu. mat. Bart. in l. ſi & ſeruus. ff. de neg. geſ. facit l. quoniã multa. C. ad legem Iul. de vi. & ea ſicut nobis. de teſt. Fontanus.

1 Idem Philip. ad dec. doctor. c. omnes, de mai. & obed. gl. 73 c. Valentinianus. Fontan.

2 Vide quę ego ibi notaui ad principium textus. & ratio eſt, quia ſit occaſione clericorũ iſta ꝑcuſſio. Petr. de Anch. Font.

CASVS. Aliquis iudex ſęcularis eo quòd perturbabat iuriſdictionem eccleſiaſticam fuit excommunicatus auctoritate iudicis eccleſiaſtici: ipſe ex hoc indignatus dedit mandatum ſubditis ſuis occidendi excommunicatorem, uel eum incarcerandi, uel ipſum, aut parentes ſuos, ſeu amicos grauandi: vel illum ad cuius inſtãtiam fuit lata excommunicatio: vtrum ex donatione huius pręcepti incurrat aliquam pœnam? Rũdet Romanus Pontifex ꝙ niſi præceptum ſuum reuocauerit re integra: ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis: & ſi per duos menſes illam ſuſtinuerit, non poterit abſolui niſi à Papa: & ſi proceſſum fuerit ad captionem bonorum (niſi reſtituerit infra octo dies) incurrit ſententiam excommunicationis. Quid de illis qui acceptant licentiam: vtrum incurrunt aliquã pœnam? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic: Nam incurrunt excommunicationem ipſo iure: & ſi illam per duos menſes ſuſtinuerint, non poterunt abſolui niſi à Papa. Idem ſi ſuo proprio motu volentes complacere excõicato, grauauerint excõicatorem: uel illum ad cuius inſtantiam fuit lata excõmunicatio, uel eorum conſanguineos, & affines, vel amicos: nam incurrunt excommunicationem: quam ſi per duos menſes ſuſtinuerint, non poterunt abſolui niſi à Papa. Nota primo, ꝙ licitum eſt re integra reuocare quod quis fecit. vide in reg. quod ſemel. ĩ. de reg. iur.

Not. ſecundo, quòd aliud eſt ſatisfacere pro re, aliud rem reſtituere: & ſic obligatus ad rem reſtituendã, non adimpleret ſatisfaciendo pro illa. Dom.

[Glo. prima dicit vnde orta; ſoluit dubium, & ſolutionis obſtaculum.]

o ¶ Vti-

a ¶ Vti.] & ſic mandans, & mandatarius eadem pœna puniuntur, ſic ff. de vi, & vi arm. l. 1. §. quotiens. nec excuſat hic iuſſus maioris: quod dic vt dixi j. de reg. iu. quod quis. ff. ad leg. Aquil. liber homo. 2.

[Glo. ſeq. quærit & ſoluit.]

b ¶ Aliàs.] id eſt, ꝓpter aliquam licentiã. Sed nunquid ille tũc ratam habens excõicatus erit? Diſtingue. vt ſ. eo. cum quis.

[Glo. ſeq. dat ſimile.]

c ¶ Obtinere.] ſimile in incendiarijs eccleſiarum: qui ex quo denunciati fuerunt, non poſſunt abſolui ab alio quàm à Papa. ſ. eod. tua. & ſi Papa hoc non expreſſiſſet, perpetuo potuiſſet ordinarius ipſum abſoluere, vt ſ. eo. nuper.

qui auſi fuerint prædicta licentia data vti, [a] vel aliquod præmiſſorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, aliàs [b] committere ſuo motu. Qui autem in eadem ſententia permanſerint duorum menſiũ ſpatio, extunc ab ea non poſſint, niſi per ſedem Apoſtolicam abſolutionis beneficium obtinere. [c]

¶ Bonifacius octauus.

¶ Si malefactor captus à iudice laico dicit ſe clericum, huius rei cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat. Et ſi notorie vel publica fama, vel communi æſtimatione habetur pro clerico, ſtatim fit remiſſio. Idẽ ſi prius ſe gerebat pro clerico, & modo deprehenſus fuit in habitu clericali. Si autem prius ſe gerebat pro laico, licet modo in clericali habitu deprehenſus fuerit, non fiet remiſſio, donec fuerit de clericatu probatum: ſed interim contra eum iudex in nullo procedet. h d Ic. A.

CAP. XII.

SI iudex [d] † laicus maleſactorem captũ deti-

SI iudex.] Hic incipiunt conſtitutiones Bonifacij, & iſta prima eſt expediẽs, & vtilis valde, & ſæpiſſime practicatur. Et diuiditur in duas partes: Prima dicit, ꝙ ad iudicem eccleſiaſticum pertinet cognoſcere (tñ parte vocata) de clericatu, quem allegat captus per iudicem laicum: & cauſam reddit: Secunda pars: ibi, Et ſi notoriũ. ſubdiuitur in tres: Primo ponit tres caſus, quibus ante cautionem fit remiſſio: Secundo ibi, Idem: addit quartum, quem probat triplici argumento legali. Tertio: ibi, Non ſic, ponit quintum. quo non fit remiſſio ante cognitionem: iudex tamen laicus interim non procedit.

CASVS. Aliquis Titius erat ſuſpectus vel diffamatus de aliquo delicto: propter illam ſuſpicionem fuit ꝑ iudicem ſæcularem captus, & incarceratus: poſtea cum iudex ſæcularis vellet de crimine cognoſcere, & ꝯ eum procedere: ipſe excipiendo propoſuit, ꝙ erat clericus, & ꝙ cognitio illius criminis ſpectabat ad iudicem eccleſiaſticum: quare petebat remitti ad iudicem eccleſiaſticum: vel forte non petebat, ſed iudex eccleſiaſticus illum requiſiuit: iudex vero ſæcularis noluit eũ remittere: ſed dicebat quod ipſe non erat clericus. Ex iſto themate oriuntur tria dubia: Primum dubium eſt, ad quem ſpectet cognitio huiuſmodi cauſæ, vtrum ipſe criminoſus ſit clericus vel non: hoc eſt vtrum iudex eccleſiaſticus cognoſcit de iſta cauſa, vel ipſe iudex ſæcularis. Secundo quæritur, ſuppoſito quòd cognitio huiuſmodi cauſæ ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum: an remaneat iſta ſub cuſtodia iudicis ſæcularis, vel ſit remittendus ad iudicem eccleſiaſticum. Tertio quæritur, ſuppoſito quòd iſte debeat remanere apud vnum iſtorum iudicum: an debeat iudex ſæcularis procedere ad deciſionem cauſæ? Ad primam quæſtionem reſpondetur, quòd cum in caſu iſto agatur de re ſpiritali, iudex ſæcularis non poteſt cognoſcere de iſta cauſa: nec fiet probatio coram iudice ſæculari. Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur: aut iſte detentus per iudicem laicum reputatur clericus communi fama, & æſtimatione vulgi: & pro clerico ſe gerebat ante captionem: & in iſto caſu fiet remiſſio ad iudicem eccleſiaſticum: & ſi poſtea appareat quòd ſit laicus: iudex eccleſiaſticus illum remittet ad iudicem ſæcularem. Si autem communi fama non reputabatur clericus ante captionem: quia non incedebat in habitu clericali: tunc remanebit in carceribus iudicis ſæcularis. Sed vtrum pendente iſta cognitione an ſit clericus vel non, vtrum iudex poterit procedere ad cognitionem cauſæ principalis? Reſpondet, ꝙ illa quæſtio eſt præiudicialis: & faciet ſopire quæſtionem principalem. Cognitio dubitationis an ſit clericus vel non, pertinet ad iudicem eccleſiaſticum: vocato tamen iudice ſæculari, & illo cuius intereſt: quia forte fuit captus ad inſtantiam partis. Et cauſa quare iſti ſunt vocandi eſt iſta: quia forte iudex eccleſiaſticus ꝓnuntiaret iſtum clericum, & forte eſſet clericus qui eſſet degradatus, qui non deberet gaudere priuilegio clericali: vel fuit goliardus, & fuit priuatus priuilegio clericali: ideo iſti quorum intereſt, ſunt vocandi quãdo cognoſcitur an iſte ſit clericus vel nõ. Veſtes. Non dicit veſtem in ſingulari: quia in veſtibus inferioribus non debet habere habitum difformem: ideo iura loquentia de iſta materia, loquũtur ſemper in numero plurali. Not. primo, ꝙ iudex ſæcularis ſine metu excõicationis poteſt capere clericum in delicto deprehẽſum: licet textus hoc non dicat. Sed vtrũ iſtud verũ ſit, etiã ſine licentia iudicis eccleſiaſtici? Doctores dicunt, ꝙ ſi iudex ſæcularis videat, ꝙ clericus criminoſus non ſit in periculo recedendi: & poſſit habere licentiam à iudice eccleſiaſtico, nõ debet talem clericum capere auctoritate ſua propria: aliàs incurreret excõicationem: Sed ſi videt ꝙ periculum ſit in mora: & ꝙ talis fugeret, & ſic crimen remaneret impunitũ: poteſt talem clericũ capere abſq; metu excõicationis: non tñ ad finem retinendi, & illũ clericum puniendi de crimine: ſed ad finem ipſum remittendi ſuo iudici eccleſiaſtico. Et quamuis iura dicant, ꝙ qñ quis temere iniecit manus violentas in clericum, incurrit ſententiam excõicationis, tñ in hoc caſu non facit temere, nec incurrit excõicationẽ. Not. ꝙ qñ clericus criminoſus fuit captus per iudicem ſæcularem: & petatur remitti ad iudicem eccleſiaſticum, debet remitti iudici eccleſiaſtico: & quæſtio vtrum talis ſit clericus, vel non, pertinet ad iudicem eccleſiaſticum. l. omni innouatione ceſſante, C. de ſacroſan. ecc. vbi dicitur, ꝙ ſi coram iudice ſæculari emergat aliqua quæſtio ſpiritualis, debet fieri remiſſio ad iudicem eccleſiaſticum. Not. ꝙ pendente quæſtione iſta, an ſit clericus, vel laicus, non debet iſte remanere ſub cuſtodia iudicis ſæcularis, ſed eccleſiaſtici: ſi ante deprehenſionem reputabatur clericus. Item nota, ꝙ ſi ante captionem gerebat ſe pro laico, non debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum, donec ſit cognitum an ſit clericus. Not. ꝙ licet captus ante captionem gerebat ſe pro laico: tamen quæſtio an ſit clericus, vel non, eſt quæſtio præiudicialis: & facit dormire, & quieſcere cauſam principalem.

† Vide Alexandrũ conſil. 8. lib. 1. & cõſil. 61. lib. 4. Bald. in l ſi qua ꝑ calumniã. C. de epiſc. & cle. Canoniſtas in ca. cũ nõ ab homine. extra de iud. late Couarru. in practicis q. c. 33. & Grãmaticũ deciſione 81.

[Prima gloſſa ponit ſummam, & quid declaret.]

d ¶ Si iudex.] ſi malefactor captus à iudice laico dicit ſe clericum, huius rei cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat. Et ſi notorie, vel publica fama, vel communi æſtimatione habetur pro clerico, ſtatim ſit remiſſio. Idem ſi prius ſe gerebat pro clerico, & modo deprehenſus fuit in habitu clericali. Si autem prius ſe gerebat pro laico, licet modo in clericali habitu deprehenſus fuerit, non fiet remiſſio donec fuerit de clericatu probatum: ſed interim ꝯ eum iudex in nullo procedet.

neat, & is ſe clericum dicens ad curiam eccleſiaſticam petat remitti, vel curia ipſa eum tamquam ſuum clericum repetat, [a] iudice [b] illum inficiante clericum, ac ob hoc minime remittendum: dubitationis huiuſmodi, an ſcilicet ſit qui repetitur clericus, ad iudicem eccleſiaſticum [c] (quia de re eccleſiaſtica & ſpirituali [d] vocato tamen iudice ſæculari, vel alio cuius intereſt [e]) cognitio pertinebit. Et ſi notorium [f] fuerit, quòd idem malefactor ſit clericus, qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat, [g] ſtatim abſque alia cognitione, vel [h] fama publica de hoc extiterit, aut [i] ipſe pro clerico communiter habebatur: [k] incontinenti etiam ante cognitionem [l] de clericatu, eccleſiaſticæ curiæ debet reddi. [a] Idem eſſe cenſemus ſi reus ipſe ante deprehenſionem pro laico publice ſe non gerens, deprehenſus fuit in habitu clericali: tonſuram videlicet & veſtes deferens clericales; [m] nam talem debemus clericum (donec conſtet de contrario) reputare. [n] Sicut de illo, qui in poſſeſſione ingenuitatis exiſtit: ſi dicatur ab alio libertinus, legalis [o] ſanxit auctoritas, vt probandi neceſſitate non ipſe ſed aduerſarius adſtringatur. Iuſtum eſt enim vt ipſe talis, quem geſtat ex habitu (quouſque appareat aliud) præſumatur, qualis is eſſe cuius fert habitum, comprobatur. [p] Ex ſtigmate [q] namque conſueto Fabricenſibus imprimi, latitans Fabricenſis agnoſcitur. [r] Et cuſtodes aquarum (quos hydrophilacas nominant) quæ eis inſigi ſolet annotatione ſignati [s] manifeſti ſunt omnibus & angariarum nomine non tenetur. Iſque ſtatus alicuius eſſe videtur, in quo ipſe deprehenditur, donec contrarium doceatur. † [a] Non ſic autem volumus obſeruari, ſi ante deprehenſionem pro laico publice ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur, quamuis deprehenſionis tempore

hoc dicit. Et declarat decretalis iſta ea quæ not. Innocentius & Hoſtien. ſupra eo. vt famæ.

[Glo. ſeq. inducit tria ſimilia.]

a ¶ Repetat.] ſic & ciuitas repetit ſuum ciuem. ff. de rei ven. l. 1. §. 1. ff. ad muni. l. de iure. ſic & petit ſuo ciui iuſtitiam fieri, & violenter ablata reſtitui. 33. q. 2. dominus ſic & patet repetit filium. quod dic vt ſu. de conuer. in fi. ca. vlti. ſic & miles armatæ militiæ per magiſtrum militum in ciuilibus, & criminalibus iudicatur. C. de iuriſd. om. iud. l. magiſteriæ. & ſic clerici coram ſuo iudice. ſu. de iudi. at ſi clerici. Ioan. And.

b ¶ Iudice.] ſæculari, qui malefactorem detinet.

c ¶ Eccleſiaſticum.] vide quod eſt infra, cognitio pertinebit in textu.

d ¶ Spirituali.] de qua nec principaliter nec incidenter habet ſæcularis iudex ſe intromittere. ſupra de ord. cog. tuam. qui fi. ſint legi. per venerabilem. & cap. lator. cum ſimilibus.

Et in dubio eccleſiaſticus eſt iudex. ita Peruſinus in cap. dilecto. de appel. in fine.

e ¶ Intereſt.] puta aduerſario qui illum fecit detineri: & pro maleficio fecit puniri: & ſic hi ſunt vocandi quorum intereſt. ſic ſupra de maio. & obed. inter quatuor. C. de euic. emptor fundi. Et ff. de re iud. de vnoquoque. & ſupra de emptio. & ven. ca. fin. ſi autem nõ eſt aduerſarius: puta quia iudex procedit ex officio, citabitur iudex, vt ſup. dicit. & concor. ſupra eo. tit. & lib. venerabilibus. §. 2.

f ¶ Notorium.] facti, ſcilicet qđ nulla poſſit tergiuerſatione celari. ſu. de cohabi. cleri. & mulie. veſtra. quia notoriae cognoſcitur pro clerico, vt archidiconus, vel archiprebyter, vel presbyter Bon. vel his ſimiles: vel ſic eſt notorium iuris. ad idem ſupra, de verb. ſigni. cum olim.

g ¶ Debeat.] hoc ideo dicit: quia ſi eſſet clericus bufo vel goliardus, & geſſiſſet artem illam per annum, vel tertio monitus non deſtitiſſet: vel eſſet clericus vxoratus non incedens in habitu, vel eſſet bigamus, [a] vel degradatus, talis non remitteretur, quia priuilegio non gaudet, vt ſupra eo. lib. de vita & honeſt. cler. ca. vnico. Adde quod habes in cle. 1. eod. tit. de cle. coniug. c. 1. de biga. cap. vnico. de pœnis. ca. 2. in fin.

a Saluo qđ not. ī. eod. lib. de biga. cap. vno. in gl. vere. Io. And.

ADDITIO. Idem Archid. hic vide quod ſcripſi ſupra eod. tit. perpendimus. & cap. contingit 2. ſuper glo. & per hoc ſine diſtinctionum prolixitate videre potes caſus quibus clericus perdit priuilegium clericale. Ioan. And.

h ¶ Vel.] repete, ſi, Et dicas, vel ſi fama, &c.

i ¶ Aut.] repete iterum præfatam coniunctionem, ſi.

k ¶ Habebatur.] ſic ff. ad Maced. l. 3. ff. de offi. præto. Barbatius. ī. de iure patro. conſultationibus.

l ¶ Cognitionem.] ſcilicet cum eſt fama vel communis exiſtimatio: quia ſi eſt notorium, ibi non eſt neceſſaria cognitio.

ADDITIO. Vnde ſupra dixit, abſque alia cognitione: hic dicit ante cognitionem. Ioan. And.

m ¶ Clericales.] ſu. de vita & hone. cleri. vt clericorum. & cap. clerici.

n ¶ Reputare.] vt in quo ſtatu reperitur, in eo iudicetur pro præſenti: licet poſſet inquiri de alio ſtatu. ff. de iniur. item apud. §. ſi quis virgines. & ī. in fin. cap.

ADDITIO. Archid. alleg. 15. diſtin. qualis. 24. quæſt. 2. nec quiſquam. & ſupra eod. in præſentia. Ioan. And.

† Vide Alciatum lib. 1. prætermiſſorum, verbo, militia.

o ¶ Legalis.] C. de lib. cau. ea quæ. ff. de lib. cau. liberis §. ſi. & l. cum neceſſitas. ff. de proba. l. circa.

p ¶ Comprobatur.] hoc vult dicere: hi qui portant talem habitum ſolent clerici eſſe: vnde iſte putetur clericus ſicut habitus demonſtrat, vt qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt, & capit. ſupra, de ſtatu mona. recolentes.

† Ex iſto ver. not. q præiudiciali quæſtione pẽdente, principaliter mota quieſcit ca. tuam. de ordin. cog. l. præſens. C. ad leg. Fabiam, de plag. nec inter ī laicus clericum ſe laxabit. Iano. ca. vt famæ. Per. de Anch. Fõt.

q ¶ Ex ſtigmate.] idẽ verbum habes 33. q. 2 hoc ipſum.

r ¶ Agnoſcitur.] hoc habes. C. de fabric. l. ſtigmata. lib. 11. Et dicitur Fabricenſis qui publica arma facit, & in publicis fabricis, & non alibi: & dat primicerio qui reponat in publicis armamentis. Et eſt ſtigma inſtrumentum quo eorum brachia figurabantur, cui erat impreſſum nomen imperatoris. facies vero non figurabantur C. de pœn. ſi quis. & eſt ſi. huic ſupra, de crimi. fal. ad audientiam.

ADDITIO. Dicit Archid. quòd ſtigma eſt coctura igneorum vulnerum. Dicunt deriuatores, quòd eſt ſignum, character, cicatrix, coctura, inuſtio, quæ fit calido ferro. ad Gal. 6. Stigmata domini mei Ieſu in corpore meo porto. Ioan. And.

ſ ¶ Signati.] C. de aquædu. l. decernimus. ad fin. & annotatio eſt: quia ſingulis manibus eorum imprimitur nomen Imperatoris. Hydrophilaces, autem dicuntur ab hydria qđ eſt vas quo aqua defertur: vel hydro, aqua. philattoin, id, cuſtodire. inde Hydrophilaces, ideſt, cuſtodes aquarum. & eſt ſi. quod de gazophilacio dicitur. ſupra de proba. ca. 1.

§ Vide And. Alciatũ in l. decernimus. C. de aquæduct. lib. 10.

a ¶ Cle-

a ¶ Clericali.] multo ergo fortius ſi etiā deprehenſus ſit in habitu laicali: & hoc denotat qđ dicit; quamuis, &c. & licet dicamus, ꝙ vltima mora nocet. ff. de peri. & commo. rei ven. l. illud. hæc vltima poſſeſſio non relenat in hoc quod fiat remiſſio.

ADDITIO. Dicit Io Mo. ꝙ eſt ratio digna not. quia hic plura faciebāt contra ipſum quam pro ipſo, vt patet in textu: & iō à pluribus denominabitur, etiam ſecundū illum iudicabitur, vt not. ĩ. tit. proxi. c. vlti. Ioan. And.

[Glo. ſeq primo ſignat contrariū, & ſoluit: ſecundo quærit opponendo: & dupliciter ſoluit.]

b ¶ Fecerit.] coram iudice eccleſiaſtico. Idem Io. Mon. & Archid. vt ſ. 1. reſponſo. & ſic continētia cauſæ diuiditur ĩ id ſ. de ſequeſtra. c. 1. & eſt ideo: quia natura cauſæ requirit alium iudicem, de ordi. cogn. tuam. qui fil. ſint leg. lator. cū ſi. Sed detentus in ſæculari curia quomodo litigabit coram eccleſiaſtico? Dic ꝙ forte relaxabitur datis fideiuſſoribus: ſed non propter hoc remittetur ĩ. eod. ſi clericos, in fi. vel litigabit per procuratorem; natura enim facti hoc habet, ꝙ interdum per alium quis proſequatur cauſam. ſ. de iudi. mulieres. de ſtatu reg. c. vnico. ff de cuſto. reo. l. diuus. hanc autem fidem faciet per publicū inſtrumentum ordinationis ſuę 2. q. 1. legitimos per teſtes poterit etiam hoc probare ſup. de cle. pereg. tuæ.

ADDITIO. Idem Archi. vide quod dixi in regula, non licet, ĩ. de reg. iu. Ioan. And.

c ¶ Præſumptionem.] not qđ præſumptio eſt, non ſufficit poſſeſſio: niſi fiat fides de titulo. & concor. ſup. eo. lib. de præbẽ. c. 1.

d ¶ Interim.] i. pendente prohibitione de titu. clericali, eſt enim hoc præiudiciale, de quo primitus debet cognoſci, vt ſciatur, an vt clericus ab eccleſiaſtico, vel vt laicus à laico puniri debeat; & eſt ſi. C. de ord. cog. l. vlti. 3. q. 11. in fi. Ioan. And.

e ¶ Proceſſus.] ergo non ſolum iudicare prohibetur. Sed etiam procedere, ad idem ſu. eo. lib. de hære. c. vt inquiſitionis. §. penul.

STatutum.] Duo facit: Primo ponit conſtōnem ꝓrogantē: cui ſecundo decretū adijcit: ibi, Decernentes.

Et vide quam difficile eſt ꝓuidere malitijs; qa faciles erant iudices excōicare cum participibus, emanauit decretalis, Statuimus. quæ vetuit participantes excōicati maiori, niſi monitione præmiſſa: Faciebant iudices fraudem faciendo monitionem generalem: & ĩ hoc ꝓuidit Greg. in cap. conſtitutionem. Sed demum iudices qui excommunicare non poterant participantes, niſi nominatim monitos: ſine monitione dicebant; excommunico talem, & ſuſpendo à diuinis omnes ſibi participantes: vel faciebant generalē monitionē de non participando ſub pœna ſuſpenſionis vel interdicti. Io. An.

repertus fuerit in habitu clericali:[a] tunc enim reſtituendus non eſt; quouſque fidem de titulo fecerit[b] clericali, cuius eidem probationis onus incumbat propter præſumptionem,[c] quæ aduerſus ipſum orta eſt ex delatione laicalis habitus procedenti. Contra eum tamen interim[d] quiuis proceſſus[e] iudicis penitus conquieſcat.

¶ Idem.

¶ Non tenet ſuſpenſio vel interdictum lata in participantes: non præmiſſa monitione canonica. h. d. Ioan. And.

CAP XIII.

STatutum[f] Gregorij[g] Papæ decimi, factum ad declarationem conſtitutionis Innocentianæ,[h] quæ prohibet participantes excommunicatis ea participatione, quæ ſolum[†] minorem inducit,[i] maiore excommunicatione ligari monitione canonica[k] non præmiſſa: in ſuſpenſionis & interdicti ſententijs (quæ pro huiuſmodi participatione plerumque ab ordinarijs; vel delegatis iudicibus promulgantur) præcipimus inuiolabiliter obſeruari: † Decernentes eaſdem ſententias non tenere aliter[l] promulgatas.

¶ Idem.

¶ Per negligentiam nō proſequentis debito tempore appellationem, excommunicatio poſt eum lata non conualeſcit: ſed poterit tunc denūciari, & debebit vitari donec de ſententia nullitate docuerit. h. d. Io. And.

CAP. XIIII.

LI-

CASVS Dictum fuit ſ. in c. ſtatuimus. eod. tit. ꝙ iudex non poteſt excommunicare participantes cum excommmunicatis à ſe maiori excommunicatione, niſi præceſſerit canonica, monitio: Sed nunquid ſine canonica monitione poteſt ſuſpendere vel interdicere participantes cum excōicatis à ſe maiori excōicatione? Rñdet ꝙ nō: quia idem eſt dicendum in iſtis duabus ſententijs ſicut dictū fuit in ſententia excōmunicationis: videlicet, vt non poſſit iudex ſuſpendere vel interdicere participantes cum excommunicatis, niſi præmiſſa monitione canonica.

[Prima gloſſa ſummat.]

f ¶ Statutum.] non tenet ſuſpenſio vel interdictum lata in participantes, non præmiſſa monitione canonica. hoc dicit. Io. And.

g ¶ Gregorij.] ſ. eo. tit. & lib. conſtitutionem.

h ¶ Innocentianæ.] ſ. eod. tit. ſtatuimus. iſto met lib.

i ¶ Inducit.] dic vt dixi ſ. eod. conſtitutionem.

k ¶ Canonica.] qđ dic vt ſ. eo. conſtitutionem.

l ¶ Aliter.] ſcilicet non præmiſſa canonica monitione & nominatim: parificata igitur ſunt in hoc ex. ōicatio, ſuſpenſio, & interdictum ad idem ĩ eod. is cui. in fine. & concor. ſu eo. tit. c 1. §. hæc eadem.

LIcet. Primo obiectioni reſpondet. Secundo quæſtionem ſoluit, ibi, Excommunicatus.

CASVS Pone ꝙ fui conuentus coram iudice eccleſiaſtico, coram quo propoſui aliquam exceptionem declinatoriam: forte quod erat conſanguineus aduerſarij mei: vel aliquam exceptionem dilatoriam propoſui: Iudex noluit admittere iſtam exceptionem: ſed pronuntiauit ꝙ ea non obſtante procederet in principali: vnde appellaui in ſcriptis, & legitime expreſſa cauſa rationabili in mea appellatione. ab ipſo petij cum debita inſtantia vt mihi daret apoſtolos: qui iudex dedit mihi apoſtolos refutatorios, aſſignando mihi terminum ad procedēdum coram ipſo in principali: qua die adueniente, non comparui: ideo tamquam contumacē me excommunicauit: certum eſt, ꝙ ſi cauſa inſerta in mea appellatione ſit vera, non ſum excommunicatus. Accidit ꝙ non fui proſecutus meam appellationem: ſed ipſa mea appellatio fuit deſerta: quid debeo facere? Certe debeo redire ad excommunicatorem ad procedendum in principali. Sed ponamus, ꝙ cauſa inſerta in appellatione mea propter quam appellaui, erat vera: & non fui proſecutus meam appellationē. p: licet cauſa quare appellaui ſit vera, tamen præſumitur falſa: ex quo non ſum proſecutus meam appellationem, vt eſt veriſimile, quod cauſa iſta eſt falſa. & iudex debet me (hoc non obſtante) publicare excommunicatum. Sed nunquid in deſertione appellationis potero probare quod excommunicatio eſt nulla, quia appellaui ex cauſa le-

† al. ſolam

No. ꝙ delegati pñt excommunicare. ſuſpēdere, interdicere: quamquam hoc in lřis delegatiōis nō exprimatur ſm̄ docto. vid̃ no. ſup. eo. ſtatuimus. Fo.

Si tñ iudices procedant contra iſtos aliter quàm per cēſuras, tex. non procedit: ſecundum doct. poſt Io. An. quia ſuperſunt alia remedia. Fo.

ſa legitima? Certe ſic : non tñ corã iudice ad quẽ appellaui, ſed coram iudice à quo: ſed interim me publicabit excõicatum, niſi petam beneficium abſolutionis ad cautelã. Nota ex hoc, ꝙ quantũcunque quis appellauerit à ſententia interlocutoria iudicis inſerta cauſa rationabili in appellatione, videlicet tali, ꝗ ſi eſſet vera, deberet legitima interpretari: ꝑꝑ hoc non eſt ſuſpenſa iuriſdictio iudicis à quo: ſed ea appellatione non obſtã te, poterit in principali negotio procedere. Nota inſuper principalem effectum ad quem emanauit præſens c. videlicet, ꝙ ſi appellans per negligẽtiã ſuã non proſequatur appellationẽ : ſed appellatio efficiatur deſerta: non propter hoc conualeſcit excõmunicatio ꝗ eum lata poſt appellationẽ legitimam : tñ eſt præſumptio de falſitate cauſæ appellationis.

[a] Vide Abbatem in c. teſtimoniũ extra de teſtibus.

[Prima gloſſa ponit quid declarat, & ſummat.]

[a] ¶ Licet.] emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Ioan. Tan. Ber. & Moderni. ſ. de appel. ſæpe. Et hoc dicit: per neglig ẽtiam non proſequentis debito tp̃e appellationem, excommunicatio poſt eã lata, non conualeſcit: ſed poterit tunc denunciari: & debebit vitari donec de ſententiæ nullitate docuerit.

[Glo ſeq. recit. per q. & ſolutionem.]

[b] ¶ Excommunicationis.] licet de excõicatione exprimat: idem puto. Idem Archi. de ſententia ſuſpenſionis & interdicti, cum eadem ſit ratio. ad hoc ſup. ca. proxi. & ſu. eo. c. 1. & ĩ. eo. is cui. in fi. & ſu. de app. ad hæc quoniam & idem in qualibet ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure: ita ꝙ non eſſet neceſſe appellare. ſu. eo. lib. de re iudi. c. vlti. quia tunc ſi condemnatus appellaret, & non proſequeretur, non propter hoc conualeſceret ſententia eadem ratione quod dico verum : niſi talis eſſet caſus, quo ratificaretur per appellationem ſententia nulla, vt lata cum falſo procuratore. ff. rem ra. ha. l 3. § falſus. de quo vide ſu. de re iud c. 1.

[c] ¶ Legitimã.] ſi cauſa fuit vera ex quo fuit legitima, ſentẽtia eſt nulla ſu. eo. per tuas. ſed niſi prius appareat de eius veritate, non poterit denunciari nulla : licet tũc poſſet fieri abſolutio ad cautelam. ſu eo. tit. & lib. venerabilibus. §. ſed ſi ex cauſa. & §. vlt. ſi ergo fuit nulla: ſolo tractu temporis non potuit conualeſcere. ſu. eo. li. de deſpon. impu. c. vnico. & ĩ. de regu. iur. non firmatur. cum ſuis concor.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

Infamia retro notatur ille, qui appellationẽ interiectã non proſequitur.

[d] ¶ Conualeſcat.] contra ff. de his qui not. infa. l. furti. vbi retro notatur infamia cõdemnatus de furto, qui appellationem non proſequitur. ſic videtur retro debere cenſeri excommunicatus ex quo appellationem non proſequitur. Sed non obſtat, quia lex illa loquitur de appellatione emiſſa poſt ſententiam ab ipſa ſententia : hic de appellatione emiſſa ante ſententiam : vnde ibi appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ iam latæ. ſu. de iureiuran. venientes. hic ante ſententiam iuriſdictionem ſuſpendit : vnde ſententia poſtea lata ; non tenet propter iuriſdictionis defectum.

ADDITIO. Idem Archi. qui allegat ſup. de conſue. ad noſtram. & C. ſi à non compe. per totum. Io. And.

cet [a] excommunicationis [b] ſententia poſt appellationem legitimam [c] promulgata, per negligentiam appellantis appellationem ſuam minime proſequentis non ratificetur, nec etiam conualeſcat: [d] Excommunicatus tamen nominatim vel ſpecialiter & expreſſe, [e] qui poſt appellationem legitimam excommunicationis ſententiam aſſerit in ſe latam: ſi appellationem eandem infra tempus † ad ipſam proſequendam ab homine [f] vel à iure ſtatutum non fuerit (vt debuit) proſecutus, lapſo eodem tempore excommunicatus publice nunciari, [g] & nedum in iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actibus remoueri debebit, quouſque quod poſt appellationem legitimam [h] excommunicatus fuerit, vel aliàs [i] de ipſius ſententiæ docuerit [k] nullitate.

Idem.

¶ Prælatus capi faciens, & includens, etiam per laicos clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non eſt: nec etiam ipſi capientes. Secũdo dicitur, ſi talis dat fideiuſſores de parendo iuri, detineri non debet: niſi iuſta cauſa id ſuadeat. h.d. Io. And.

CAP. XV.

SI † cle-

Excõicatio aliquã ferẽ in perſonã incertam.

[e] ¶ Expreſſe.] interdum enim fertur ſententia excommunicationis in perſonam incertam. 5. q. 1. quidam. ſupra, de off. ord. ſi ſacerdos.

[f] ¶ Ab homine.] de quo dic, vt not. ſup. de appel. cum ſit Romana. Io. And.

[Glo. ſeq. arguit negatiue: ponit opi. contrariam, quam coadiuuat, & coadiuuationi reſpondet.]

Denunciatio excõicationis non reddit quẽ excõicatũ. Vide Abbatẽ, & alios in c. prudentiã. in §. ſexta. de offic. deleg. & in ca. paſtoralis. §. verum. de appel.

[g] ¶ Nunciari.] nota non ſequitur, iſte denunciatus eſt excommunicatus : ergo excõicatus eſt. hic enim denunciatur qui forte excommunicatus non eſt. & facit ad q̃ſtionem de qua dixi ſ. eod. lib. de except. pia. Sed nunquid ad repellẽdum actorem ſufficiat probari denunciationem excõmunicationis? Videtur enim quod non : per hunc textum, & per rationem dictam ſuperius: cum illa decre. pia. dicat id probari debere apertiſſimis documentis. Hoſtien. tamen not. contrarium & ibi Archi. vt ibi dixi. & pro parte illa facit hæc decret. nam hic per talem denunciationem vitatur à iudicialibus, & extraiudicialibus, & legitimis actibus, vt ſequitur : licet forte excõicatus non ſit, vt prædixi. ſic dicam ꝙ ex quo de denunciatione non dubitatur, vitetur, & repellatur ab agendo, donec oſtendat ſe abſolutum, vel ſententiam nullam. ſed ſi volumus tenere primum : huic reſpondetur, ꝙ hic non ſolum de denunciatione, ſed etiã de ſententia excommunicationis conſtabat.

† Vide Alexan conſ. 8. lib. 1. incip. vſ ſuper primo dubio. & cõſ. 149 lib. 6 incip. in cauſa inq̃ſitionis.

[h] ¶ Legitimam.] ideſt, ex legitima, & vera cauſa interpoſitam, vt ſuperius dixi.

ADDITIO. Hæc gloſſella procedit in appellatione interpoſita ante ſententiam. Ioan. And.

[i] ¶ Aliàs.] tolle exempla quæ dixi ſupra, eod. tit. & lib. præſenti.

{Gloſſ. ſeq. recitatur per contrarium, quod dupliciter ſoluit.}

[k] ¶ Docuerit.] poteſt exponi, ideſt, docere cœperit : [1] quia pendente probationis articulo, ab extraiudicialibus, & legitimis actibus non repellitur : & ſic ceſſabit contrarium decr. ſu. eo. tit. & lib. ſolet in fi. Vel dic illud habere locum in eo qui debito tempore appellationẽ proſequitur: iſtud in eo qui proſequi neglexerit: vnde in pœnam euitabitur ab extraiudicialibus, donec docuerit, &c. & ſic ſtabit proprie hoc verbum.

[1] Ad hoc q. mat. accuſ. poſ. inſuper & quod ibi no. in 2. gl. Io. And.

ADDITIO. Idem Archid. qui etiam dicebat, quòd pro denunciatione iudicis prima facie præſumitur. de renun. in præſentia. de elect. bonæ. ver. & pro his. licet per illam amplius non ligetur. de appella. paſtoralis. in fi. Ioan. And.

SI clericos.] Sunt duæ partes. Secunda: ibi, Eoſdem. Prima facit tria: ſoluit dubium, quod dupliciter fortificat: ibi, Etiam per. & ibi, Licet. cauſam reddit: ibi, Cum

Cum in his. Secunda dat regulam, à qua duo caſus excipit: ibi, Niſi.

a Et not. quòd dicit clericos in genere, non diſtinguendo an ſint vel non ſint in ſacris: in modo tamen capiendi & detinendi debet in his haberi diſtinctio, 45. diſt. cum beatus. Io. And.

nem puniendi crimina, vt infra 4. gloſ. & in remiſſione quam dat ſi. glo. & facit clem. 1. infra de celeb. Miſſ. ad ſi. Ioan. And.

c ¶ Pœna.] quia carcer non eſt pœna. quod tamen dic vt ſ. eo. lib. de pœnis. quamuis.

a Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum quòd habetur in cap. at ſi clerici. de iudi. in antiq. videlicet quòd punitio clericorum ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, & non ſæcularem. Et præſupponendum quòd iudex eccleſiaſticus non debet clericum detinere in vinculis.

ricos [a] tuæ iuriſdictioni ſubiectos [b] propter commiſſos exceſſus, etiam per laicos capi facias, & eos (ne fugiant) in carcere, pœna [c] debita poſtea caſtigandos, includas: te vel capientes eoſdem (licet nondum appareat incorrigibiles [d] illos eſſe) nulla credimus excommunicatione nodari: [e] Cum in his niſi aliàs ex propoſito excedatur [f] in ipſis temeritas vel iniuria [g] nequeat deprehendi. Eoſdem quoque clericos, [h] ſi de parendo iuri tibi fideiuſſoriā [i] dederint cautionem, detinere non

d ¶ Incorrigibiles illos eſſe.] huius contrarium not. Ber. in præd. gl. dicens, quòd ſi apparebat clericum incorrigibilem, capi poterat per laicos ſine pœna: aliàs non. & ſic etiam ſoluebat contrarium de decre. vniuerſitatis. ad decre. vt famę. ſupra eo. tu dic vt in ſequenti gloſſa.

CASVS Eſt aliquis clericus, qui eſt ſuſpectus de delicto, non tamen eſt incorrigibilis: iudex eccleſiaſticus videns quod non poteſt eum capere propter potentiam ipſius clerici ſuſpecti, vel forte quia non habet captionem extra ſepta domus epiſcopalis, mandauit iudici ſæculari, vt talem clericum caperet & retineret in carceribus: quod fecit ipſe iudex ſæcularis: vtrum capiens & etiam epiſcopus mandans, & executores mandati ſint excommunicati? videtur quòd ſic: quia iniiciens manus violentas in clericum, & mandans incurrit excommunicationem. Hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus Pontifex dicens, quòd tales non incurrunt ſententiam excommunicationis. Sed ponamus, quòd ad mandatum iudicis eccleſiaſtici iudex ſæcularis cepit talem clericum, & eum incarcerauit, & ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici eum ſibi reſtituit: iſte clericus ſic captus offert dare fideiuſſores de iudicio ſiſti: vtrum iudex eccleſiaſticus debet recipere iſtos fideiuſſores, & talem clericum relaxare ſiue elargire & dimittere? Reſpondet, quòd ſic: niſi crimen eſſet adeo graue, quòd veriſimiliter timeretur de abſentia iſtius clerici, quòd dimittat ſuos fideiuſſores, & fugiat: quia tunc non eſſet liberandus, ſed deberet manere in carceribus. Idem eſt de iure ciuili: quia criminoſus non eſt detinendus in carceribus ſi offerat fideiuſſores: niſi crimen eſſet tam graue, quòd timeretur de fuga criminoſi. Nota primo, quòd laicus capiens clericum de mandato iudicis eccleſiaſtici, non incurrit ſententiam excommunicationis: quia illud non facit iniurioſe, & temere, ſed licite. Nota illud ad quod alleg. præſens cap. quòd detinens clericum in carcere, incurrit ſententiam excommunicationis: & pauci iudices in hoc euadunt ſententiam excommunicationis: quia multoties propter malitiam detinent clericos corporaliter in carceribus ſuis, & ſic incurrunt ſententiam excommunicationis. Nota, ꝙ criminoſus captus pro delicto ſuo, ſi offert dare fideiuſſores, eſt dimittendus.

[Prima gloſ. ſummat, diuidit, & dicit quid corrigit, & declarat.]

a ¶ Si clericos.] Prælatus capi faciens, & includens etiam per laicos, clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non eſt: nec etiam ipſi capientes. Secundo dicitur: Talis ſi dat fideiuſſores de parendo iuri, detineri non debet: niſi iuſta cauſa id ſuadeat. Et corrigit prima pars quæ not. Ber. ſupra, eod. vniuerſitatis, in vlt. gloſ. & cap. vt famæ. & declarat quod ibi notant Moderni.

[Secunda glo. reſpondet per quæſtionem.]

b ¶ Tuæ iuriſdictioni ſubiectos.] cui loquatur non apparet: ideo dico decre. locum habere in quolibet iuriſdictionem habente: ſiue de communi iure, ſiue priuilegio vel conſuetudine. Ad idem C. de ſpor. l. vlt. & facit, quòd dixi ſ. eo. lib. de pœnis. quamuis.

ADDITIO Intellige gloſ. de habente iuriſdictio-

[Gl. ſeq. alleg. ſeptē concor. ſignat vnum contrarium: ponit duas opiniones, quas reprobat: demum ſoluit.]

e ¶ Nodari.] concor. ſ. eo. vt famæ. contra ſ. eod. vniuerſitatis vbi excommunicationem incurrunt abbas & laici, qui de ipſius mandato monachum verberabant. Ber. & Hoſt. ſoluebant, vt dixi in gloſ. proxi. quod eſt falſum, vt hic vides. Alij dicunt [1] ꝙ decre. vt famæ. loquitur in epo: decre. vniuerſitatis in abbate: ſed hoc pariter falſum per iſtam decr. quæ loquitur in quolibet iuriſdictionem habente, vt dixi ſ. glo. 2. Dic ergo ꝙ decr. vt famæ. & iſta, loquuntur in captione, & incluſione, quæ de mandato prælati cuiuſcunque, qui crimina punire poſſit, poteſt fieri etiam per laicos: licet ille nondum incorrigibilis appareat. decre. vniuerſitatis. de verberibus loquitur, quæ ſi prælatus clerico vel monacho per laicum inferri iubeat, ſed iniurioſe, non eſt dubium, ſi in modum iuſtitiæ, vel diſciplinæ (de regu. c. vlt.) hoc tamen per laicum facere non debuit, ſed per clericos, vel per ſemetipſum, ſi erat minor epiſcopo: & ideo mandans, & mandatarius excommunicati ſunt, vt ibi.

f ¶ Excedatur.] ad idem ſu. de reſti. ſpo. olim 1. in ſi. & hoc vult dicere, ſi clericus captus quiete ſe duci permittit, & ducentes eum non reſiſtentē calce, pugno, vel alio modo percutiunt, vt iam vidi de facto: iſti bene ſunt excommunicati, hoc ſonat littera.

ADDITIO. Imponenda eſt enim ſæuientibus fræni temperies. C. de cuſto. reo. l. ſecunda, in fine. Ioan. And.

[Glo. ſeq. alleg. duo iura, arguens ad quæſtionem, & ponens tres ſolu. ipſius.]

g ¶ Iniuria.] 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & ſu. de ſenten. excom. contingit. & facit hæc littera ad quæſtionem dominicalem, de illo qui fugiēs inimicos obuiauit clerico equitanti, à quo equum petijt, vt fugere poſſet: quem cum ille negaſſet, ſibi per vim abſtulit, & poſtea remiſit, an talis ſit excommunicatus? Barth. Brix. in q. dominicali. 82. quidam cum fugeret, opiniones poſuit. quarū vna fuit, talem excommunicatum non eſſe: quia id non fecerat diabolo ſuadente: ad cautelam tamen ab epiſcopo abſolui poterat. alia fuit, talem excommunicatū, ſed mitius puniendum. 50 di. presbyteros. ſu. quod metus cauſa, ſacris. Tertia fuit Tan. quā ibi ſequitur Bar. talem excommunicatum: ſed propter id nulla pœna puniendum.

h ¶ Clericos.] idē in laicis, & bene etiam eodem modo dicit lex, ff. de cuſto. reo. l. diuus.

[Glo pen. reſpon per quæſtionem.]

i ¶ Fideiuſſoriam.] ergo non nudam tandem idem & multo fortius ſi pignora darēt, [2] cum ſit melius pignori incumbere, quam in perſonam agere, inſti. de ob. quę ex deli. §. furti & ff. de reg. iur. plus cautionis. Et qui ſe promiſit ſatiſdaturum, ſatiſdat ſi pignora vel fideiuſſores de. ff. de conſtit. pe. l. promiſſor. in fine.

[1] Io. Mons. olim hoc tenuit: ſed poſtea addidit vt ſequitur in gl. Io. A.

Seuientibus imponenda eſt temperies fræni.

[2] Idem Archid.

a ¶ Cauſa rationabilis.] cum plures forte fuerint maleſactores, vult vnum detinere, vt per eum veritatem manifeſtantem alios capere poſſit.

ADDITIO. Fa. 23. q. vlt. c. vlt. ī. de confeſ. c. 1. ſup. eo. lib. de hæred. in fidei & c. accuſatus. §. licet. Io. And.

propter hoc intelligitur eccleſia interdicta: vnde alij clerici licite celebrant in illa. ad hoc ſup. eod. lib. de priuil. per exemptionem. in fi.

ADDITIO. Sed per eandem decre. vr̃ ꝙ interdicta eccleſia, interdicti ſint eius clerici, ſicut exempti ſunt exempta eccleſia. Sed contrarium ſumitur. ĩ. § prox. quoad non culpabiles. & ad decre. per exemptionẽ. reſponde per regulã, in pœnis ĩ. de regu. iu. & per decr. ſtatutum. ĩ. de elect. eo. li. Io. And.

SI ſententiis.] Sunt duę partes, quę patẽt. prima ſoluit dubium & excipit: ibi, Niſi: & ſolutionẽ declarat: ibi, Vnde. ſecũda: ibi, Cæterum, ſoluit ſm̃ dubium, duas limitationes interſerens: ibi. Qui culpabiles. & ibi, Dũmodo. Tertio: ibi, Cum vero. ſoluit tertium, rationem interſerens: ibi, Ne ſententia.

Ponamus ꝙ clerus ciuitatis Pictau. eſt interdictus, vtrum etiã populus? Rñdet, ꝙ non. Sed ponamus, ꝙ propter delictũ dñi vel maioris hu9 ciuitatis fuit ciuitas interdicta: nũquid ciues qui non ſunt culpabiles pñt audire diuina extra ciuitatem? Rñdet, ꝙ ſic: non aũt in ciuitate. Sed ponamus, ꝙ epĩs Pictа. ſuppoſuit interdicto eccleſiaſtico populũ iſtius ciuitatis, vtrũ ſola vniuerſitas videatur interdicta, vel ẽt oẽs particulares de populo ſint interdicti? Rñdet, ꝙ non ſolum tota vniuerſitas videtur interdicta, ſed etiam omnes particulares ciuitatis. No. primo ꝙ licet de iure cõi ſententia excõicationis non poſſit proferri in collegiũ ſiue vniuerſitatem, tamen põt proferri ſententia interdicti: & in hoc differunt ſententia excõicationis & interdictum. Not. ꝙ interdicto clero alicuius loci, non vr̃ interdictus populus: nec econtra, interdicto populo non vr̃ clerus interdictus: Nam licet appellatione populi comprehenduntur oẽs ciues, non tamen comprehenduntur omnes homines alterius profeſſionis, vt ſunt clerici. Nã duo ſunt genera hominũ: quidam ſunt clerici, alij ſunt laici. No. ꝙ interdicto loco non videntur ciues ſiue habitatores loci interdicti: ideo extra locum interdictũ poterunt audire verba diuina. No. effectum interdicti qñ profertur in perſonã, videlicet, vt illi perſonæ denegetur audito diuinorũ officiorum, & etiam denegentur ſacramenta: tñ ſacramentum baptiſmi, confirmationis, & pœnitentiæ poſſunt recipi ab interdicto, & etiam in loco interdicto.

Not primo quid operetur interdictum prolatum in hominẽ: quia talis nõ debet recipi ad diuina. Not. ſecundo ꝙ interdictum põt proferri in vniuerſitatẽ. licet ſecus ſit in excõicatione. ſup. eo. tit. & li. Romana, §. in vniuerſitatem. Dom.

debes: Niſi exceſſus enormitas, vel alia cauſa rationabilis [a] eos ſuaſerit detinendos.

¶ Idem.

¶ Interdicto clero, non eſt interdictus populus, nec econuerſo. Interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues nõ interdicti extra ipſam audiunt diuina. Interdicto populo ſingulares de populo intelliguntur interdicti. h. d. Io. And.

CAP. XVI.

SI ſententia [b] interdicti proferatur in clerum, [c] non intelligitur niſi aliud ſit expreſſum in ea, interdictus populus: nec etiam econuerſo. [d] Vnde vno interdicto ipſorum, alius licite admittitur ad diuina. ¶ Cæterum cum propter delictum domini [e] vel rectoris, eſt ciuitas interdicta: ciues eiuſdem (qui culpabiles non exiſtunt, dummodo & ipſi propter dominũ vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti [f]) poſſunt extra [g] ipſam licite intereſſe diuinis. ¶ Cum vero alicuius terræ populus interdicto nodatur, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat (ne ſententia effectu careat, [h] cum diuinorum auditio, & ſacramentorum perceptio populo, vt vniuerſis non competant [i]) non debent alicubi [k] (caſibus expreſſis [l] à iure duntaxat exceptis) audire diuina, vel eccleſiaſtica recipere ſacramenta.

¶ Idem.

¶ Interdicta ciuitate, ſuburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta. Et interdicta eccleſia, capella contigua, & cœmeterium contiguum dicitur interdictum. h. d. Io. And.

[Gl. ſeq. fortificat textum per tria iura ſibi contraria, & ſoluit.]

d ¶ Econuerſo.] hoc idẽ probabatur olim per decr. præd. ex parte. vbi lata fuit ſententia interdicti in clerũ & populũ. ſed ibi vnũ eſſet ſuperfluum ſi interdicto vno, intelligeretur alterum interdictũ. & ad idẽ ĩ. de præb. c. 1. 64. diſ. noſſe. cũ ſi vr̃ tamen argu. contra inſtit. de iu. nat. §. plebiſcitũ. vbi appellatione populi vniuerſi ciues intelliguntur, ẽt connumeratis patritijs, & ſenatoribus: ſed illi eiuſdem profeſſionis ſunt: iſti vero alterius ad idem 12. q. 1. duo ſunt. ſicut & expreſſo laico in reſcripto per generalem clauſulam, non conuenitur clericus, vt not. ĩ. de reſcrip. ſedes.

[Prima gloſſa ſummat, & dicit quid approbet, & declaret.]

b ¶ Si ſententia.] Interdicto clero non eſt interdictus populus, nec econuerſo. interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipſam audiũt diuina. interdicto populo ſingulares de populo intelliguntur interdicti hoc dicit. Et approbat primum dictum quod notat Hoſt. ſup. de priuil. ex parte. ſuper verbo: populum. Secundum & tertium declarant notata per Ber. Inno. & Hoſti. ſup. de priui. quod nonnullis.

c ¶ In clerum.] interdicto clero alicuius eccleſiæ, non

Interdicto clero alicuius eccleſiæ pp hoc nõ intelligitur eccleſia interdicta.

e ¶ Domini.] nota quia ſecus ſi propter delictum ciuium: & hoc etiam patet. ĩ. dum dicit, qui culpabiles non exiſtunt.

f ¶ Interdicti.] aliud ergo eſt interdicere ſolum ciuitatem, aliud ciuitatem & ciues. [Aliud ciues tantum.] Et not. ꝙ pœna ſpiritualis, ſcilicet interdicti bene punitur vnus pro delicto alterius. de hoc 1. q. 4. in ſumma. 24. q. 3. in ſumma. ſi igitur ſunt interdicti, audire non poſſunt diuina. ĩ. § prox.

g ¶ Extra ipſam.] ciuitatem intelligas, & extra continentiam. ĩ. § prox.

h ¶ Careat.] & ſic violaretur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ: quod eſſe non debet. ſupra de conſuet. cum inter vos. & ſic no. intelligendum, vt res potius valeat q̃ pereat. ſupra, de ver. ſig. abbate. ff. de re. du. l. quotiens.

i ¶ Non competant.] quia vniuerſitas eſt res inanimata, in qua non cadunt talia. ſup. eo. tit. & lib. Romana. in fi. [1] vbi autem tractamus, de his quæ vniuerſitati competunt: ita dicitur illud eſſe penes vniuerſitatem, quod non penes ſingulos ff. de in ius vo. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur canonizata. 12. q. 2. qui manumittitur. populus autem eſt idem hodie, qui fuit ante centũ annos: vnde tunc interdicto populo, & nondum relaxato, qui nunc eſt, dicitur interdictus. 7. q. 1. denique. 16. diſt. habeo. ff. de iudi. proponebatur.

[1] Nam vt ibi tatis reſcripſi, iſta cadunt in animam rationalẽ, & perſonã veram, non repræſentatã. Io. And.

k ¶ Alicubi.] etiam in loco non interdicto.

l ¶ Expreſſis a iure.] ĩ. eo. c. vlt. quo ad diuina. quo ad ſacra habes ſup. de pen. & remiſ. ꝙ inte. & ĩ. eod. q̃a.

SI ciuitas.] ſunt duæ partes. ſecunda: ibi, Ratione. Prima ſoluit dubium, & obiectioni reſpondet: ibi, Nam licet. Secunda pars diſtinguit ſecundum membrum: ibi, Secus. Ioan. And.

CASVS Ponamus, ꝙ Papa vel legatus, vel alius iudex eccleſiaſticus ſuppoſuit hanc ciuitatē ſub interdicto eccleſiaſtico, non facta mētione de ſuburbijs, & burgo ſancti Hilarij, quod non eſt de ciuitate: vtrum inter dicta ciuitate dicantur ſuburbia eſſe interdicta? Reſpondet, ꝙ ſic: ita ꝙ non eſt licitū populo audire diuina in ſuburbijs: aliàs interdictū eſſet modici effect⁹: nam habitatores de facili haberent acceſſum ad ſuburbia. Sed ponamus, ꝙ aliqua eccleſia eſt ſuppoſita interdicto: vtrum eapellæ ipſi contiguæ ſint interdictæ? Rñdet, quòd ſic: & non ſolum capellæ, ſed cœmeteriū proximum. Not. primo, ꝙ differentia eſt inter ciuitatem, caſtrum, oppidum, vrbem, & villam: Nam ciuitas dr̃ ciuiū vnitas: & ſic ædificia & ſtructuræ murorum non dicuntur ciuitas, (ſed congregatio hominum appellatur ciuitas? ſed appellatur vrbs: nec eſt de ſubſtantia ciuitatis ꝙ ibi ſit eps: Nam antequam eſſent epi, erant ciuitates: & adminiſtrabant epi cōiter, ſed voluerunt contendere inter ſe. ideo fuerunt diſtincti: ita ꝙ vnus adminiſtraret infra certos limites: & ſedes eius collocaret inter ciues. Caſtrum dr̃ quaſi caſa arcta: nam non debet eſſe diffuſum, ne tempore guerræ egeat magna cuſtodia hominum & victualibus. Oppidum dicitur magnum & amplum caſtrum, & neceſſe eſt, ꝙ ſit amplum, vt homines tempore guerrarū poſſint in eo retrahere bona ſua. Villa ſtricte accipiendo, accipitur pro illa parua caſa. q̄ eſt in iure ordinata ad reponendū inſtrumenta agri, vt ſunt aliqui in agris & vineis ſuis, qui habent aliquā paruam caſam, in qua reponunt inſtrumenta ſua: ſed large accipitur pro congregatione hominū ſe collocantium infra ædificia, quæ non ſunt vallata muris, nec clauſula murorum ambitu. Not. quòd in loco interdicto non eſt quis ſepeliendus.

† Et an appellatione ciuitatis veniant terræ ſibi recomēdatæ. vide Anc. in cle. ne Romani, §. fane. de elec vbi aſſerit non venire. & q̄ ſit ratio, vide Curtiū iun. conſil. 204 li. 2. & quid veniat appellatione ciuitatis tradit Fel. in c. Rodulphus. extra de reſcri.

CAP. XVII.

SI ciuitas, [a] † caſtrum, aut villa, ſubijciantur eccleſiaſtico interdicto illorum ſuburbia, [b] & continentia ædificia eo ipſo intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta [c] videantur aliàs murorum ambitu terminari: hoc tamen caſu ne vilipendi [d] valeat ſententia interdicti (quòd fieret, ſi poſſet in ipſorum ſuburbijs, vel continentibus [e] ædificijs licite celebrari vt prius [f]) expedit interpetrationem fieri latiorem. Ratione quoque ſimili, ſi ſit eccleſia interdicto [ſuppoſita, † vel] ſubiecta: nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipſius eidem eccleſiæ contiguis [g] poterit ſepelliri. [h] Secus ſi ei contigua non exiſtant. [i]

Hæc duo verba: ſuppoſita, vel. deſunt in manuſcriptis codicib.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Si ciuitas.] interdicta ciuitate, ſuburbia, & continētia ædificia dicuntur interdicta: Et interdicta eccleſia capella contigua & cœmeterium contiguum dicitur interdictum. hoc dicit.

b ¶ Suburbia.] ad idem ff de verb. ſig. l. 2. & l. ædificia. & l. vt Alphenus & l. qui in continentibus.

c ¶ Prædicta.] ſcilicet ciuitas, caſtrum, vel villa.

d ¶ Vilipendi.] ad idem ſup. c. proxi. in fin. & ſu. de conſue cum inter vos.

ADDITIO. In cap. ſup. proxi. interdictum eneruabatur, vel effectu carebat. hic aliqualem effectum habebat, ſed vilipendebatur & concor. ſu. de priui. vt priuilegia. in fin. Ioan. And.

e ¶ Continentibus.] ſatis videtur iudicis arbitrio relinquendum quæ dicantur continentia ædificia & non dicit. contiguis. vt proximo reſponſo.

f ¶ Vt prius.] hoc dicit: quia celebrari poteſt licet non vt prius. ĵ. ca. vlt.

g ¶ Contiguis.] contigua ſunt, quorum extrema ſe inuicem contingunt.

ADDITIO. Vide quod dixi. eod. lib. de conſec. eccl. vel alta. c. vnico. ſuper gloſ. contigua. Ioan. And.

[Glo. ſeq. dat ſimile, quærit, & ſoluit.]

h ¶ Sepeliri.] eſt ſi. ĵ. eo. is cui. 2. reſpon. ſi enim alicui interdicitur ingreſſus eccleſiæ, & ſepultura cœmeterij, vt ibi. Sed pone tunc temporis aliquem ibi ſepultum & poſtea relaxatū eſt interdictū: nunquid talis exhumabitur? non. ſi pęnitens deceſſerit ſecundum Innoc. qui hoc no. ſup. de exceſ. præla. c vlt. quia res deuenit ad eum caſum, &c Hoſ. not. contra. ſup. de conſe. eccle. vel alta. conſuluiſti.

ADDITIO Facit quod no. eo. ti. à nobis. 2. in ſi. pen glo. & vide quod no. in cle. de ſepul. eos qui. in glo. ſed qui. Io. And.

i ¶ Exiſtant.] idem habuimus in pollutione. ĵ. eo lib. de cōſec. eccl. vel alta. c vnico. Eſt autem ſecus econtrario, vt ibi: ſcilicet, ꝙ cœmeterio interdicto, non dicitur interdicta eccleſia etiam contigua: & ibi patet ratio.

Idem.

¶ Celebrans ſcienter in eccleſia polluta, vel præſente excōmunicato maiori excommunicatione, irregularitatem non contrahit. Do.

CAP. XVIII.

IS qui [k] in eccleſia ſan-

IS qui in.] Duæ ſunt partes. ſecunda: ibi, Is vero. Prima ſoluit duo dubia. ſecundum: ibi, Vel qui & ratio nem interſerit: ibi, Cum id. Secunda ponit pœnam violantis interdictum, declarando quis violet, & quid im portet pœna. Io. And.

CASVS. Aliquis Titius in eccleſia aliquem iniurioſe verberauit vſque ad ſanguinis effuſionem: vel aliquam mulierem cognouit carnaliter, etiam vxorem propriam, & ſic eccleſia eſt polluta: nunquid celebrantes in tali eccleſia polluta efficiuntur irregulares? Rñdet, ꝙ non: nam celebrantes in loco polluto non contrahunt irregularitatem, niſi fuerit cautum in iure, & expreſſum. Idem dicendum eſt de illo, qui celebrat ſciēter præſente excommunicato maiori excommunicatione. Sed ponamus, ꝙ aliqua eccleſia eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico: aliquis in ea celebrauit: vtrum efficiatur irregularis? Reſpondetur, ꝙ ſic: niſi impetret à Romano Pontifice, vt poſſit celebrare diuina etiam in loco interdicto: & talem celebrantem in loco interdicto ſolus Papa poteſt abſoluere: & efficitur talis celebrans ineligibilis actiue, & paſſiue: hoc eſt non poteſt eligere, nec eligi. Not. primo, ꝙ effuſione ſanguinis humani iniurioſe facta, polluitur eccleſia. Not ꝙ in eccleſia polluta non debent diuina celebrari: ſed prius per epiſcopum debet talis eccleſia reconciliari. No. ꝙ celebrans diuina in eccleſia polluta, eſt puniendus ad arbitrium ſuperioris. Not. ꝙ celebrans in loco interdicto contrahit irregularitatem: puta, ꝙ irregularis efficitur ineligibilis actiue, & paſſiue. No. quòd celebrans præſente excommunicato, non contrahit irregularitatem: ſed eſt proximus irregularitati, quia eſt ſuſpenſus: & durante ſuſpenſione non debet celebrare; & ſi faceret, eſt puniendus.

Not. primo duos actus per quos eccleſia polluitur. d̄ quo ĵ. de conſe. eccl. c. vnico. eod. lib. Not. ſecundo, ꝙ ille dr̃ temerarie agere, q. ſcienter facit actum à iure ſibi ꝓhibitum. d̄ hoc ſup. de elec. auaritiæ. eo. lib. Dom.

[Prima glo dicit quid declaret.]

k ¶ Is qui.] declarat & approbat quæ not. Ber. ſup. de priuil. tuarum, in 2. glo. Innoc. & Hoſtien. de exceſſib. prælat. tanta.

ADDITIO. Et Hoſtien de conſe. eccl. cap. ſi. Pet & Abbas, de præb. in Lateran. Guil. in Spec. tit. 2. §. iuxta. ver. illud quoque. vbi etiam dicit idem de celebrante in Eccleſia, cuius oſtia clauſit epiſcopus, & reliquias ſuſtulit propter diſcordiam patronorum. de iure patron. c. 1. & 2. Io. And.

a ¶ San-

a ¶ Sanguinis.] intelligas humani, & iniurioſi. de ſemine etiam intelligas humano etiam vxorio, & de hoc vide plenius. ſ. eo. lib. de conſe. eccl. vel alta. c. vnico.
b ¶ Nodatis.] iſtis interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ. ſupra eo. lib. de priuil. epōrum. [Vide quod ibi dixi ſuper gl. pe.] Vnde caueat, quia proximus eſt irregularitati. ſ. eod. tit. is cui. 1. reſpon. Io. And.
c ¶ Tamen.] aliàs, inde. aliàs, tamen.
d ¶ In iure.] Suſpenſi ergo à confeſſoribus ſuis ab officio ad certum tempus, eadem ratione ſi celebrant, non incurrunt irregularitatem.
ADDITIO Idem Hoſtien. de cleri. excom. mini. c. ſi & Guli. in pręalleg. §. iuſta. ver. in ſuſpenſis. Io. Andr.
e ¶ Scienter.] ſecus ergo ſi ignoranter: niſi talis eſſet ignorãtia, quæ excuſare nõ deberet. ſup. de cle. excom. mi. Apoſtolicæ. ſup. de poſtu. c. 1.
f ¶ A iure. ſ. e. c. vlt.
g ¶ Liberari.] ad idẽ ſup. de cle. excom mi niſt. Apoſtolicæ. ſup. eo. de re iudi. c. 1. & ſup. eo. tit. & lib. c. 1.
h ¶ Ineligibilis.] & etiã impoſtulabilis. ſup. de poſtu c. 1. qa violans interdictum, etiam poſtulari non poteſt, vt ibi.
i ¶ Cum alijs.] amittit ergo poteſtatẽ eligendi actiuam, & paſſiuam. & de hoc ſolet recitari ſup. de elect. ne pro defectu.

guinis,[a] aut ſeminis effuſione polluta, Vel qui pręſentibus maiori excommunicatione nodatis,[b] ſcienter celebrare præſumit: licet in hoc temerarie agat, irregularitatis tamen[c] (cum id non ſit expreſſum in iure[d]) laqueum non incurrit.

¶ *Scienter celebrans in loco interdicto, in caſibus non permiſſis, irregularis & ineligibilis eſt. h. d. Do.*

¶ Is vero qui ſcienter[e] in loco celebrat ſuppoſito interdicto (niſi ſuper hoc priuilegiatus exiſtat, aut à iure[f] ſit conceſſum eidem) irregularitatem incurrit: à qua nequit per alium, quàm per Romanum Pontificem liberari,[g] & adeo efficitur ineligibilis[h] quòd nec ad eligendum cum[i] alijs debebit admitti.

¶ Idem.

¶ *Tẽpore interdicti chriſma die cœna Domini conſici poteſt. hoc dicit.*

CAP. XIX.

QVoniam[k] in baptiſmo[l] & confirmatione (quæ[m] nedum pueris, ſed & adultis[n] propter moræ periculum exhiberi poſſunt licite tempore interdicti[o]) chriſmatis vtimur vnctione: poſſe (licet terra interdicta exiſtat) chriſma die cœnæ Domini conſici, dubium[p] non exiſtit.

¶ Idem.

¶ *Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, in ea diuina celebrans eſt irregularis. Et moriens impœnitens ſuſpẽſione illa durante, caret eccleſiaſtica ſepultura. Et ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ vel officio, per appellationem ſequentem non ſuſpenditur. h. d. Dom.*

CAP. XX.

IS

olim probabatur quod hic dicitur.
l ¶ Baptiſmo.] poſt baptiſmum enim ſacerdos vngit chriſmate in vertice nõ in fronte: quod eſt ſolius epiſcopi, ſup. de conſue. quanto. primum patet de conſec. diſt. 4. poſtquam. & duobus cap. ſeq. & c. presbyteris, & cap. nullus miniſtrorum.
m ¶ Quæ.] ſcilicet baptiſmus, & confirmatio.
CASVS Romanus Pontifex, Hoſpitalarios S. Ioannis recepit in proprios, & ſpeciales filios ſedis Apoſtolicæ, ſecundum communem intellectum huius c. & ſuper hoc fuit confectum inſtrumentum authenticum ad fidem ſuper hoc faciendam: poſtea accidit, quòd aliqui iſtorum Hoſpitalariorum perpetrauerunt aliqua delicta, ratione quorum fuerunt conuenti coram ordinario loci in cuius diœceſi perpetrauerant delicta. qui Hoſpitalarij conuenti excipiendo propoſuerunt, quòd non tenebantur litigare coram diœceſano: quia erant exempti a ſua iuriſdictione: & produxerunt dictum inſtrumentum: Ad illud probandum dicebat diœceſanus, ꝙ per illa verba, Recepimus vos in proprios, & ſpeciales filios: non erant exempti à iuriſdictione ordinarij, & per conſequens tenebantur coram eo litigare: Conſultus Romanus Pontifex interpretando, ſeu declarando illa verba, reſpondit, quòd per illa verba non videtur data fuiſſe eis exemptio a iuriſdictione ordinarij: quid ergo important illa verba? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ illi, qui ſic ſunt recepti in proprios, & ſpeciales filios Romane eccleſiæ, non poterunt excommunicari, ſuſpendi, vel interdici à quoquam iudice, quam a Papa, uel eius delegato, & hoc important illa verba: ſed per hoc non ſunt exempti à iuriſdictione ordinarij. Sed ponamus, ꝙ Romanus Pontifex Hoſpitalarijs S. Ioannis, dedit priuilegium, vt ipſi in locis deſertis ad ipſos ſpectantibus, poſſint capellas ædificare ſine licentia diœceſani: Item ꝙ poſſent præſentare diœceſano clericos idoneos ad ſeruiendum in illis capellis. Dubitatum fuit de iſto vocabulo, Deſertis, quis locus diceretur deſertus? Conſultus Romanus Pontifex, reſpõdit, ꝙ ille locus dicitur deſertus in hoc caſu, quãtum ad propoſitum noſtrum, qui non fuit cultus à memoria hominum à Chriſtianis, vel Sarracenis, uel etiam ſi fuit cultus à Sarracenis, non tamen à fidelibus à memoria hominum: tunc ille locus dicitur deſertus quantũ ad effectũ priuilegij, ut ipſi Hoſpitalarij poſſint in eo ædificare capellas, & vti priuilegijs a ſede Apoſtolica ſibi conceſſis in locis deſertis. [Recepimus.] hucuſque durant illa verba: [In præmiſſis.] quia in alijs caſibus dicitur deſertum a tempore, quo quis renũciauit appellationi: licet nõ ſit lapſum tẽpus memoriam hominũ excedens. [Subiectũ.] licet dicti fratres haberent facultatem conſtituendi eccleſias in locis deſertis, & inſtituendi clericos ibi: tamen quia non eſt commiſſa cura animarum ipſis clericis, ideo debent præſentare diœceſano, vt cõmittat illis curam animarum. Et licet iſti Hoſpitalarij poſſint reſtituere clericos in illis capellis, inſtitutione quæ dicitur inſtitutio collatiua tituli: non tamen poſſunt inſtituere inſtitutione auctorizabili: ſed requiritur ꝙ adeant diœceſanum: vt dictum eſt. [Reſeruato.] quia ſi iſti Hoſpitalarij habeant proprias poſſeſſiones in locis deſertis, quas poſſeſſiones ipſi colunt proprijs manibus, uel proprijs ſumptibus coli faciunt: ipſi ſoluunt decimas iſtis clericis ſui ordinis, & non parochialibus eccleſijs. Sed vtrum eorum clerici, qui recipiunt decimas, debeant ſoluere quartam epiſcopo? Reſpondet, ꝙ non: immo in hoc ſunt priuilegiati, vt non ſoluant aliquam portionem epiſcopo pro iure declinandi: ſed de alijs poſſeſſionibus, quas non colunt, nec coli faciunt proprijs ſumptibus, debet ſoluere decimas epiſcopo. [Derogari.] Hoc refertur ad primum dictum capituli: hoc eſt, per illa verba, Recepimus vos in ſpeciales filios Romanæ eccleſiæ: non probat exemptionem: tamẽ dixit Romanus Pontifex, ꝙ ſi iſti fratres obtinuerunt à ſede Apoſtolica exemptionem, non intendit per hoc præiudicare alijs ſuis defenſionibus, per quas poſſent probare exemptionem maiorem: ſed ſolum intendit declarare quod per illa verba, Recepimus vos in proprios & ſpeciales filios ſedis Apoſtolicæ, non probatur plena exẽptio. Nota primo, principalem effectum principij huius cap. videlicet, ꝙ per illa verba, Recepimus vos in proprios, & ſpeciales filios Romanæ eccleſiæ, nõ probatur plena exemptio: ſecus ſi Papa dixiſſet, recepimus vos in proprios, & ſpeciales ſubiectos Romanæ eccleſiæ: vt in c. ſi Papa. de priuil. Nota vlterius, quid important illa verba, Recepimus vos in proprios, & ſpeciales filios Romanæ eccleſiæ: nam important, ut illi fratres non poſſint excommunicari, uel ſuſpendi, aut interdici ab alio quam a Papa, uel legato de latere. Et licet textus non faciat mentionem de ſuſpenſione, tamen eſt idem dicendum ſicut de interdicto: nam ſuſpenſio eſt quoddam interdictum: vt dicit glo. Nota ꝙ ſecus dicitur deſertus, qui a memoria hominum non fuit cultus & talis cultus appellatur nouale. Et dicitur nouale, terra de nouo reducta ad agriculturam, quæ nõ fuerat culta a memoria hominum. Et ponderanda eſt dictio, Hominum, per hoc enim ſoluitur quæſtio vtrum illa terra dicatur noualis, quæ non fuit culta à centum annis: nec fuerunt percepti fructus: ſed tamen apparent ſulci, & apparet quòd aliàs fuit culta? Dicendum, ꝙ nihilominus dicitur talis terra noualis. quia ſulci non ſunt in memoria hominum. Et ſic licet in aliqua terra appareant ſigna: dum tamen non fuerit culta à memoria hominum: illa terra dicitur noualis. Nota quod quis non poteſt ædificare eccleſiam in loco non exempto ſine licentia diœceſani. Quid ſi de facto ædificauit abſque licentia diœceſani? Dicendum quod locus ille non debet deſtrui: ſed dos applicabitur epiſcopo qui poterit de illa eccleſia diſponere, & in ea clericum inſtituere: nõ ad

niens: [a] & infra. ¶ Per [b] illa verba priuilegij: in ſpeciales, & proprios Eccleſiæ Romanæ filios vos recepimus: dictos fratres exemptos non [c] intelligi, & ipſos ex illo in proprios eiuſdem Eccleſiæ filios fuiſſe receptos, quòd ab alio, quàm à Romano Pontifice, uel legato ab eius latere [d] deſtinato, interdici, [e] vel excommunicari, à quoquam non valeant declaramus. ¶ Illum locum deſertum in pręmiſſis intelligimus, qui non habitatus penitus [f] neque cultus fuerit, uel vltra memoriam hominum (ſecundum indulgentiam Lucij.) eſt ſub Sarracenorum poteſtate detentus: [g] cenſentes Eccleſias in talibus deſertis locis à fratribus ipſis conſtructas, ſeu etiam conſtruendas, [h] in eo plena libertate gaudere: ut ſecundum indulgentiam Lucij, nihil ab ipſis legis [i] diœceſanæ nomine ualeat per epiſcopos exigi: quæ (ſecundum priuilegium Alexandri) non poſſunt interdicto, ſeu excommunicationi ſupponi: quas in locis huiuſmodi dicti fratres habeant poteſtatem (petita [k] à ſede [l] Apoſtolica licentia) conſtituendi, eaſque cum ſuis plebibus per ſuos clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi [m] Epiſcopis pręſententur: vt ab eis [n] curam recipiant animarum, cum plebes epiſcopis ſint ſubiectæ. [o]

¶ Cæterum dicti fratres decimas de laboribus, & noualibus ſuis, quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, & alijs bonis [p] ſibi à Deo præſtitis, conuentibus clericorum ordinis ſui (à quibus [q] quarta, uel tertia nullatenus exigatur) cum integritate perſoluant, [r] ſalua moderatione Concilij

præſentationem ædificâtis, & illi clerico aſſignare illam dotem. Not. ꝙ fratres S. Ioannis non ſunt a iuriſdictione diœceſanorum exempti, priuilegio clauſo in corpore iuris: qa dicit textus, ꝙ bene apparet, ꝙ fuerunt recepti in proprios, & ſpeciales filios Romani Pontificis: ſed ꝓteſtatur Papa, ꝙ non intendit derogare eorum priuilegijs ſi habeant ampliora priuilegia. Nota vnum caſum, in quo decima non ſoluitur eccleſiæ parochiali, ſed clericis illius ordinis: vt ſi fratres ſancti Ioannis habeât poſſeſſiones, quas excolunt, vel excoli faciunt proprijs ſumptibus, non ſoluunt decimas eccleſijs parochialibus, ſed clericis ſui ordinis.

Nota caſum, in quo epͤs non conſequitur quartam decimarũ: videlicet à clericis fratrum ſancti Ioannis. & hoc verum de decimis receptis a terris, quas excolũt proprijs manibus, uel ꝓprijs ſumptibus excoli faciunt: ſecus ſi dederint illas poſſeſſiones alijs excolendas, vel in emphyteuſim, uel ad perpetuũ cenſum, ideo fratres S. Ioãnis, qui tradunt alijs ſuas poſſeſſiones, ſub hac qualitate: tradimus tibi tales poſſeſſiones quittatas, & exêptas a ſolutione cuiuſcunque decimæ, ma†le faciunt: nec illo modo poſſunt tradere ſuas poſſeſſiones: & hoc verum niſi habeant amplius priuilegium: nam priuilegium tantum valet, quantum ſonat.

Nota etiam, quod per receptionem in proprios filios, non conceditur exemptio. de quo vide ſupra, de priuileg. ſi Papa. Nota finaliter argum. quòd legatus de latere poteſt ſe intromittere de reſeruatis Romano Pontifici. de quo ſupra, de offic. deleg. quod tranſlationem. Dominicus.

† Petr. de Ancha. negat ꝑ hunc text. probare legatos, cognoſcere poſſe d̄ cauſis exẽptorum: qa hic eſt priuilegiũ, nõ ius cõe, item ęquiparat ordinarijs, q exẽptos nõ iudicãt: no. ſup. de offi. leg. tranſlationẽ. Fon.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Veniens.] Declarat hic Innocentius, quid ſignificet verbum priuilegij: Recepimus vos in proprios filios Eccleſiæ Romanæ: & quis locus dicatur eſſe deſertus.

b ¶ Per illa verba.] quaſi dicat, poſſent illi habere alia priuilegia per quæ eſſent exempti, ſed per iſta non ſunt, eſt enim quædam declaratio, per quam non præiudicatur alijs defenſionibus, vt dicit in ſi.

c ¶ Non intelligi.] Idem habes, ſup. eod lib. de priuil. ſi Papa §. ſimiliter, & vide infra, de hoc in glo. ſed in quo ſunt iſti priuilegiati.

d ¶ Latere.] nota igitur differentiam inter legatos de latere, & reliquos. ad idem ſupra, de offic. legat. capit. penult. & ſupra eodem tit. cap. 1. Satis eſt ergo hic, quòd verba aliquid conferant, & aliquid operantur. ſupra eo. tit. abbate.

[Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.]

e ¶ Interdici.] ſatis puto idem in ſuſpenſione: cum illa ſit quoddam interdictum: [r] & omnia ea continentur ſub appellatione cenſuræ. ſupra eodem titu. quæſenti. Et quod dicit, à quoquam, intelligo etiam ordinario. Nec obſtat, ſupra eodem lib. de priuileg. ne aliqui. quia vt ibi dicitur, illa decreta. non habet locum in religioſis, quibus cõceſſum eſt priuilegium tale ratione loci, uel ordinis. ad idem ſupra eo. lib. de priuileg. capit. 1. §. in eos.

r Hoc patet ĩ. eod. tit. is cui coniuncto 3. rñſo. cum 1. & 2. Ad idem ĩ. tit. 1. c. 1. ſi quis cõiunctis, cũ illa dec. ſacro. e. tit. dec. epõrum. ĩ eod. lib de priu. & decret. 2. ĩ eo. lib. de offic. deleg. Ioan. And.

f ¶ Penitus.] ſcilicet, quia non eſt memoria, quòd habitatus, uel cultus fuerit à Chriſtianis, uel Sarracenis: & idem in ſequenti caſu, ſcilicet, quando habitatus, vel cultus fuerit, ſcilicet à Sarracenis: nec eſt contrarij memoria, ſcilicet, quòd à Chriſtianis fuerit habitatus, vel cultus.

g ¶ Detentus.] ſupra de re iud. abbate. eodem lib.

h ¶ Conſtruendas.] petita licentia à Papa, vt infra ver. quas in locis.

i ¶ Legis diœceſanæ.] eſt lex diœceſana, & lex iuriſdictionis, de quibus plene not. 10 quæſtio. prima, in ſumma. & ſupra, de offic. ordin. dilectus. ſuberunt ergo lege iuriſdictionis præter id, quod ſunt exempti per priuilegium Alexãdri, ut ſequitur.

ADDITIO. Vnde ſub diœceſanis poterunt conueniri ſecundum Innocentium. & vide quod not. ſupra eodem lib. de priuileg. cap. 1. in eos. in gl. 1.

k ¶ Petita.] intelligas, & obtenta: confidenter autem poſtulent: quia illam obtinebunt. ſup. eod. lib. de cenſi. Romana. ver. ſi vero.

l ¶ A ſede Apoſtolica.] aliàs ſufficit licentia diœceſani. de conſecr. diſt. 1. nemo. & concord. ad hoc ſupra eod. lib. de priuileg. auctoritate. vbi quo ad hoc diſtinguitur inter loca exempta, & non exempta.

m ¶ Examinandi.] ne ad animarum regimen promoueantur indigni: cum hoc caſu promotori inferatur pęna. ſupra de elect. nihil eſt. eſt enim ars artium, regimẽ animarum. ſup. de æta. & qual. cum ſit.

n ¶ Ab eis.] ſcilicet diœceſanis epiſcopis.

o ¶ Subiectæ.] concord. ſupra de præb. in Lateranenſ. & cap. de monachis. & eod. lib. & eod. tit. c. 1. ſupra de priuil. cum & plantate. §. cum in eccleſijs. Et tales rectores ſic inſtituti ſunt perpetui vicarij, nequeũtes abſque cauſa rõnabili remoueri. ſupra eo. lib. de capel. mo. c. 1.

p ¶ Bonis.] Vndecunque proueniant: licite tamen acquiſitis. de hoc, 14. quæſt. 5. in ſumma. ſupra de deci. ex tranſmiſſa.

q ¶ A quibus.] clericis, ſcilicet ordinis ſui.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit exprimendo ſex, in quibus obtinent iſti fratres.]

r ¶ Perſoluant.] ſed in quo ſunt iſti priuilegiati quoad hoc;

generalis:[a] In alijs[b] eorum poſſeſſionibus iure communi, ſeu quolibet alio eccleſijs parochialibus, & diœceſano epiſcopo reſeruato. Per declarationem[c] autem huiuſmodi nolumus defenſionibus alijs, ſeu iuribus partium derogari.

hoc: nonne iſti fratres de iure ſunt priuilegiati, ꝙ nõ tenentur ad decimas laborum, & noualium. ſ. de deci. ex parte 1. ſunt n. iſti de quibus hic Papa loquitur Templarij, Hoſpitalarij Hieroſolymitani: qui cum Tyberienſi epõ quæſtionem habebant ſuper diuerſis articulis: in qua cauſa produxerunt priuilegia ſuperius dicta. Sciendum eſt, quòd iſti fratres laici ſunt ex ordine: quia ordinem clericalem non habent: quidam ex eis ſunt milites. ſ. de ſẽtent. excom. canonica. alij ſunt clerici. Iſti igitur fratres de laboribus, & noualibus, quæ colunt, ſoluent decimas ſibi ipſis,[1] id eſt, clericis fratribus ordinis ſui; qui clerici de his decimis epiſcopo non dabunt quartam, quam aliàs de iure communi deberet habere. ſupra de offi. ordi. conquerente. de præſcri. de quarta. eſt enim quarta de lege diœceſana. ſupra, de offi. ordina. conquerente. à qua nulli ſunt exempti, vt ſupra vidiſti. Si igitur bene aduertis per hæc ſua priuilegia, iſti obtinẽt prius in eo: quia ex quo ſunt proprij, & ſpeciales eccleſiæ Romanæ filij: ab ipſo epiſcopo interdici vel excommunicari nõ poſſunt. Item quòd ratione eccleſiarum per eos cõſtructarũ in locis deſertis nihil lege diœceſana debent epiſcopo. Tertio, quòd propter eas excommunicari vel interdici non poſſunt. Quarto, quòd ſolum per ſuos clericos eas gubernant. Quinto, ꝙ decimas laborum, & noualium, & alia quæ colunt, clericis ſui ordinis, & ſic ſibijpſis ſoluunt. Sexto, ꝙ de illis decimis quartam epiſcopo non ſoluunt. Ioan. And.

[1] Dicebat ergo Hoſt. & poſt eum Io. Mon. & Arch. quòd iſti grauantur in vno: quia ſoluũt ad quod nõ tenetur per præd. decr. ex parte 1. Sed ſtatim releuantur in alio, quia ſoluunt clericis ordinis ſui: iuxta regulam ſ. de paroc. cap. 1. & ff. de inu. cũ qui. I prin. Ioan. And.

a ¶ Generalis.] ſupra de decimis, nuper. ſcilicet quòd de poſſeſſionibus quæſitis poſt concilium ſoluant decimas.

ADDITIO. Vnde dicebat Inno. ꝙ hoc vult iſta moderatio, quòd iſte ordo S. Iacobi de quæſitis poſt concilium integras decimas ſoluat, intellige parochijs quibus debentur. Ioan. And.

b ¶ In alijs] ſcilicet quas alijs colendas tradunt, vel ab alijs colendas recipiunt: Vel de quibus antequam fierent noualia magni prouentus proueniebant. Vel quæ ſunt ipſorum quoad primæuum, & directum dominium: tamen parochiani eas poſſident, & tenent: pone habentes eas per emphyteuſim. ad hoc ſupra, de deci. dilecti. & c. licet. & ſupra eo. quid per nouale. ad fin. de acquiſitis poſt concilium dixerat ſupra prox.

[Glo. ſeq reci. per obiect. & ſolutionem.]

c ¶ Per declarationem.] Nota verbum ſi ageretur de exemptione, & exemptio non probaretur, & pronunciaretur contra opponentem, bene fieret præiudicium: ſaltem quoad eum, licet non quoad ſuperiorem. ſupra, de priuileg. cum olim. de reſtitutio. in integrum, cap. 2. quia ſi non appellatur a ſententia priuilegiorum de nouo repertorum non reuocatur ſententia. ſupra de re iudicata, inter monaſterium. & cap. ſuborta. ſed hic non diffinitiue pronunciat: ſed declarat quodammodo interloquendo quid importent verba priuilegij: vnde licet per illud priuilegium, qui ſunt recepti in filios, non ſint exempti: ſi habent alia priuilegia exemptionis, bene ſunt exempti: vt dixi in principio, non enim pronunciat illos exemptos vel non, ſed declarat quid illa verba priuilegij importent. Idem in alijs caſibus, de quibus ſupra dicitur.

CONſtitutionem.] Continet tria dicta, quæ patent in rubro. Secundum ibi, Cęterum. Tertium ibi, Statutum quoque. Et olim incipiebat Coniurationem. & fuit multum deciſa. Ioan. And.

¶ In hoc c. ponuntur duæ declarationes, Primo, ꝙ quã tum ad materiam cap. ſi forte. ſupra, de electio. non eſt differentia inter euidens, & manifeſtum, ſed idem ſignificant. Secundo ponitur, quòd illi dicuntur coniuratores, qui ſe obligant ad non recipiendum aliquem auctoritate Apoſtolica in ſuis eccleſijs, & ſunt vt conſpiratores puniendi.

¶ Nicolaus tertius. †

¶ *Declarat manifeſtum, & euidens eſſe ſynonima, & idem ſignificare quo ad caſum decret. de elect. ſi forte. Ioan. And.*

† In pleriſque antiquis codicibus etiã impreſſis ita: Nicolaus quartus.

CAP. II.

CONſtitutionẽ[d] fęlicis recordationis Gre. Pa

CASVS. Dicitur in cap. ſi forte. allega. quòd ſi inter cętera, quæ opponuntur electo, opponatur euidens defectus qui concernit perſonam ſuam: puta caret oculo, vel quia patitur defectum ſciẽtiæ, de illo eſt prius inquirendum: & ſi opponens deficiat in probatione illius: punitur ac ſi in probatione omnium defeciſſet. Sed quid ſi illud crimen, ſeu vitium non ſit euidens, ſed manifeſtum: & poteſt probari. (Vnde euidens proprie dicitur quod ſemel factum ſemper durat. capitu. euidentia. de accuſationib. in antiquis. ſed manifeſtum dicitur quod non durat in apparenti. ſed tamen poteſt probari de facili) vtrum ſit idem? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſic: quia quantũ ad hoc euidens, & manifeſtum idem ſignificant. Sed ponamus quòd canonici eccleſiæ Pictauen. ſimul conuenerũt, & adinuicem promiſerunt mediante iuramento, & ſic eſt coniuratio: vel ſine iuramento, & ſic eſt ſimplex conſpiratio, quòd non reciperent expectantes auctoritate Apoſtolica, ſed eos repellerent: vtrum tamquam conſpiratores ſint puniendi? Reſpondet, quòd ſic: Et ſi per modum ſtatuti hoc fecerint, non valet huiuſmodi ſtatutum. Nota primo, iuncta gloſ. differentiam inter euidens, & manifeſtum: nam euidens accipitur pro notorio facti euidentis, quod cunctis apparet. Nota vlterius, quòd licet cap. ſi forte. allegatum, dicat, quòd ſi opponatur contra electum euidens defectus, quòd de illo eſt prius inquirendum: & deficiens in probatione puniatur, ac ſi in probatione omnium defeciſſet: Idem eſt dicendum de defectu manifeſto: ſed hoc poterat colligi in dicto capitulo, ſi forte. quia ibi ſit mentio de defectu ſcientiæ: qui defectus proprie non dicitur euidens, ſed manifeſtus: quia probatur faciendo debitam examinationem. Nota, ꝙ differentia eſt inter coniurationem, & conſpirationem: quia coniuratio eſt, quando plures ſimul conueniunt de ſtando contra aliquem, & ſuam conuentionem firmant iuramento: Sed conſpiratio eſt quando plures faciunt monopolium, & conueniunt de ſtando contra aliquem, ſed conueniunt ſine iuramento. Et dicitur conſpiratio à con, quod eſt ſimul: & ſpiratio, quaſi ſimul, id eſt, vna ſpiratio. Vel dicitur à con, quod eſt contra. Et tales coniurationes, & conſpirationes, tam ſecundum leges, quàm ſecundum canones ſunt prohibitæ. ſecundum leges, eſt text. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle. confu. l. vnica. C. de monopo. & imponitur ſecundum leges grauis pœna. Nota etiam tres modos, quibus poteſt prouideri dignitatibus: per electionem videlicet, promotionem, & poſtulationem. Nota finaliter, quòd patiens defectum in memoria, vel intellectu eſt inhabilis ad dignitatem. Et pondera: quia vult textus, quòd talis defectus poſſit eſſe euidens, & manifeſtus. Dominicus.

[Prima gloſſa diuidit, & ſummat: & dicit quid primo declaret.]

d ¶ Conſtitutionem.] Primo declarat manifeſtum, & euidens eſſe ſynonyma, & idem ſignificare quo ad caſum decre. de elect. ſi forte. Secundo declarat conſpiratores, & coniuratores, qui iurauerũt, & ſtatuerũt de nõ reci-

recipiendo aliquem in canonicum ad mandatum Papæ, donec poſſent reſiſtere. Tertio declarat tale ſtatutum deteſtabile, & illicitum multis ex cauſis. Secunda, ibi: Certum. Tertia ibi: Statutum quoque. Et declarat primum dictum vt ſupra, dixi decre. ſupra eo. libro, de elect. ſi forte. Et quæ ibi not. Gar. & Guliel.

a ¶ Lugdunenſi.] ſu. eo. lib. de elect. ſi forte. cuius verba ad litteram inf. ſequuntur vſque ad verbum, in illo. vbi ponit declarationem, & hæc omnia vſq; ibi, expone, vt ibi dixi.

b ¶ Defeciſſet.] vt ſupra eod. lib. de elect. cap. 1.

[Glo. ſeq. obijcit, ſoluit; ſolutionẽ fortificat.]

c ¶ Manifeſtum.] videbatur contra: quia conſtitutio, ſi forte. loquebatur in euidenti, & non manifeſto: & aliud videtur euidens, & aliud manifeſtum. Euidens enim eſt quòd ſemper palam eſt, & euidenter apparet. 1 Argum. 1. quæſtio. 1. vt euidenter. & ſupra, de accu. euidentia. ff. de contrahen. emptio. l. ea quæ. quod enim eſt in euidenti, nulla poteſt tergiuerſatione celari. ſupra, de coha. cler. & mulierum. c. vlt. ſupra, de offi. ord. c. ordinarij. §. cęterum. eod. lib. Manifeſtum. vero aliquando probatione indiget. 11. q. 3 eorum. de hoc not. 2. q. 1. manifeſta. ſupra, de cohab. cler. & mul. veſtra. Sed cõtrarium eſt verum per hanc conſtitutionem & merito: nam conſtitutio, ſi forte. requirit probationem examinis in euidenti defectu, & probatur manifeſtum, ſupra, de electio. bonæ. 1. C. ſi mi ſe ma. dix. l. 3. ibi: Niſi palam, & euidenter ex inſtrumentorum probatione, &c. & præterea hæc duo ſũt ſynonyma ĩ eo. tit. cum olim. Nam etſi opponatur euidens defectus ſcientiæ, non palam hoc apparet: ſed eſt neceſſe examinationem fieri: examinatione autem hoc fiet certum. 2, ff. ſi certum petatur. l. certum. immo etiam not. Guli. in decreta. ſi forte. quòd ſi obijciatur contra electum, quòd eſt omnino illiteratus, & ideo repellendus: licet non dicatur euidenter, vel manifeſte: in exceptione habebit locum decreta. ipſius forma: quia idem eſt verborum ſenſus, & ideo idem ius eſſe debet. ſupra de conſti. tranſlato. ff. ad legem Aquil. illud. & ad hoc facit inſti. de excuſa. tut. §. ſimiliter eum qui litteras neſcit, &c. & formulæ verborum hodie ſunt ſublatæ. inſtit. de verb. oblig. §. 1. C. de formu. & impetra. act. ſubla. l. 1. & 2. & verba non debent prævalere ſenſui: ſed econtra, ſupra eodem tit. intelligentia. & c. propterea. & 1. q. 1. Marcion. intelligamus ergo euidentem, & manifeſtum, cuius probatio eſt in euidenti, & manifeſto: licet id in exceptionis forma non exprimatur: aliàs ſequeretur quòd ſi dico electum cęcum, ex quo non addo euidenter vel manifeſte, nõ haberet locum conſtitutio, quod eſſet abſurdum.

d ¶ In viſu.] vnde oculo carens non promouetur. 55. diſt. ſi Euangelica.

e ¶ Intellectu.] ergo ſiue memoria, ſiue intellectu careat, nõ promouebitur ad dignitatem. 39. diſtinctio. Petrus.

f ¶ Ad intentionem cõſtitutionis ipſius.] quaſi dicat interdum bene ſunt diuerſa, vt dixi ſupra in gl. videbatur. in prin.

[Glo. ſeq. not. ad quæſtionem quã ſoluit diſtinguendo.]

g ¶ Statutũ.] Ex hoc & ex eo quod dicitur in fine, videbatur, ꝙ canonici poſſunt facere ſtatuta, 3 dummodo aliàs ſint licita. Solet dici, quòd ca pitulum ſine epiſcopo ſtatuta facere non poteſt, quæ tangant generalem ſtatum eccleſiæ, vel tangant epiſcopum, vel eius iura. ſic intelligatur de conſu. cum cõſuetudinis. ſupra de ijs, quæ fi. à præl. nouit eſt. n. prælatus caput, à quo non licet membrum recedere. de pręſcri. cum non liceat. & hæc vera ſunt, etiam ſi capitulum talia ſtatuat cũ archidiacono ſuo, vel ꝓpoſito, vel alio, qui poſt epiſcopum præſit capitulo. Si vero ſtatuant ſuper ijs, quæ non tangunt epiſcopum, vel ſtatum eccleſiæ, ſed ſua ſingularia negotia: puta quod certis modis quotidianas obuentiones diſtribuant, vel quòd certo modo ad capitulum vocentur: puta per talem campanam, vel alio modo: vel quod certis temporibus etiam non vocati non veniant ad capitulum, vel his ſimilia: ſatis poteſt dici, quòd ſuper his tenet ipſius capituli conſtitutio ſine epiſcopo aliàs licita, & legitima. ad hoc ſupra de reſcriptis, edoceri. ſupra de conſtitutionibus, ex litteris. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. l. 1. §. 2.

ADDITIO. Et de hoc ſcripſi poſt Compoſ. Inno. & Hoſt. de conſti. cum omnes. in prin. & ibi videatur quomodo reſpondetur ad decre. cum dilectus. de cler. non reſi. & vide quod ſcripſi, de reſcri. conſtitutus. ſuper verbo, per decanum. Ioan. And.

h ¶ Prædicto modo.] ſcilicet cum procuratorio capituli, & communibus expenſis.

pæ prædeceſſoris noſtri, editam in concilio Lugdunenſi, a vt ſi forte inter cętera, quæ obijciuntur electo, aut poſtulato, ſeu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem ſcientiæ, vel alium perſonæ defectum opponi contingat, de illo primitus cognoſcatur: & ſi opponentem inuentum fuerit deſtitui veritate, à cauſæ illius proſecutione totaliter ſit excluſus, & aliàs puniatur, ac ſi in obiectorum probatione omnium defeciſſet: b in illo, qui manifeſtum c defectum in viſu, d auditu, & alijs corporis ſenſibus, necnon & in memoria, & etiam intellectu, e opponit electo locum habere: ac quo ad intentionem f conſtitutionis ipſius, manifeſtum & euidens, idẽ ſupponere declaramus.

¶ *Declarat conſpiratores, & coniuratores, qui iurauerunt, & ſtatuerunt de non recipiendo aliquem in canonicum ad mandatum Papæ, donec poſſit reſiſtere. Io. An.*

¶ Cęterum canonicos cuiuſuis eccleſiæ, qui ſtatutum g fecerunt ſolemniter, & iuramento firmarunt, quòd eccleſiam ſuam, & ſeipſos, contra omnes impetrantes canonicatum ipſius eccleſiæ defenderent vſque ad ius vel ſententiam, quantum poſſent ad iudicium domini Papæ, vel ſpecialis mandati eiuſdem: & quod communibus expenſis, ac cum procuratorio ſigillo capituli ſigillato, eadem defenſio fieret: & quòd quamdiu aliquis de canonicis eiuſdem eccleſiæ defenſionẽ huiuſmodi, & oppoſitionem vellet prædicto modo h ſubire, alij canonici non poſſent, nec deberent recipere in canonicum, nec habere pro canonico in capitulo, vel extra capitulum impetrantẽ: Conſpiratores, & coniuratores contra ſanctam Romanam eccleſiam, ac libertatem, obedientiam, & auctoritatem ipſius, decernimus, & eoſdem tamquam conſpiratores, ac coniuratores, ſecundum ſanctiones

¶ al. corporeis.

1 Macrobi⁹ ſuper ſomnio Scipionis. lib. 2. charta 23. negari non põt quòd viſus affirmat. Io. A.

2 Sint ergo paria aliqd eſſe vel leuiter poſſe fieri certum. ff. de dam. infe. l. 1. §. Sabini. C. de adul. q̃. uis 1. Ioan. And.

Oculo priuatus non promouetur.

3 De materia huius gloſſę vide Fel. in cap. cum omnes. extra de conſti.

[Glo.

† al. ita: & Pontifi. Romani, &c.

[1] Quid de alijs, vide ð re iud. cũ l. & A in vlt. gl. & qð ſuper ea dixi.

¶ Gloſſa ſequens primo ponit pœnam conſpiratorum, & tres actus, à quibus repelluntur, & vnde dicantur. Secundo tractat de prælato auctorizante. Tertio notat ad quæſtionem.]

[a] ¶ Canonicas.] 11. quæſtio. 1. coniurationum. & cap. conſpirationum. capit. ſequenti. & eſt pœna talium depoſitio, vt ibi. Item conſpiratores repelluntur ab accuſatione, denunciatione, & teſtimonio contra eos, [1] contra quos conſpirauerunt. 3. quæſtio. 4. conſpiratores. ſupra, de accuſatio. qualiter, & quando. & c. cum oporteat. de ſimon. licet Hely. & c. per tuas. & cap. cum oporteat. Eſt autem coniurare ſimul, vel in vnum iurare. Conſpirare ſimul, vel in idem ſpirare. credo autem, quòd prælatus qui huic conſtitutioni per capitulum factæ auctoritatẽ interpoſuiſſet, eadem pœna puniretur: omnia enim noſtra facimus quibus auctoritatem impertimus. C. de veteri iure enucle an. l. 1. vltra medium. & ſupra eodẽ libro, de præben. ſi eum & c. ſi Apoſtolicæ. Per hanc decretalem probatur, quòd per inſtrumentum probatur crimen: producitur enim publicum inſtrumentum, in quo continebatur quòd tales canonici tale ſtatutum fecerint: per quòd probabitur illos eſſe conſpiratores. Ad idem ſupra eodem lib. de iureiuran. cum in poſitionibus. [Vbi etiã de hoc in quarta gloſſa.] 2. quæſtio. 6. cap. ei qui, §. diffinitiua. verſ. nullus. ſupra de ijs. quæ fiunt à præl. quanto. in fi.

ADDITIO. Et facit quòd not. ff. ad Turpil. in ſenatus.

† al ita: Nicolaus iiij. Et videtur hæc decret. Nicola. iiij. tribuenda, vt colligitur ex extrauа. Io. xxij inci. glorioſam eccleſiam. quæ extat ĩpreſſa inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis.

canonicas [a] puniendos.

¶ *Statutum de non recipiendo aliquem ad Papæ mandatum multis ex cauſis eſt deteſtabile, & illicitum. hoc dicit.*

¶ Statutum quoque ipſum (quòd capitulo prælibato, & ſingulis eius perſonis libertatem, [b] obedientiam eidem eccleſiæ Romanæ debitam exhibẽdi ſaltem vſque ad ſententiam, & † Pontificum Romanorum iudicium, ſeu ſpeciale mandatum liquido interdicit, promptum futurorum grauaminum, & expenſarum diſcrimen ingerens, contra legitimas ſanctiones laudabile [c] votum execrantium lites vetat; iniuſtam litem mouere compellit, iniquæ controuerſiæ, ſeu liti cedendo; bonam fidem, ſeu conſcientiam agnoſcere prohibet, & adigit ad peccandum [d]) conſpirationem, & coniurationem continere contra libertatem, & auctoritatem ſedis Apoſtolicæ manifeſte, ac aliàs deteſtabile prorſuſque illicitum reputamus.

¶ Idem. †

¶ *Conſtitutio ampliſſima pene cunctas declarans hæſitationes, quæ circa diui Franciſci regulam contingere poſſunt, præſertim an fratres Minores (quos Cordigeros vocant) illius regulæ profeſſores ſint ad omnia Euangelii conſilia obligati. Et vtrũ aliquid proprium habere: & pecuniã recipere legataq; ſibi relicta agnoſcere valeant: cũ multis aliis ambiguitatibus hic luculentiſſime reſolutis.*

CAP. III.

Exijt qui ſeminat [e] † ſeminare ſemen ſuum; De ſinu patris mundum veſte ſcilicet humanitatis indutus Dei filius Ieſus Chriſtus verbum Euangelicum ſaturus in ſingulos probos, & reprobos, inſipientes, & ignaros, ſtudioſos, & deſides, & iuxta prophetam colonus futurus, in terra ſemen ſuum doctrinam Euangelicam ſine delectu diſperſit in omnes, qui omnia tracturus ad ſe, omnes ſaluare venerat; qui tandem ſeipſum Deo patri pro ſalute omnium in redemptionis humanæ pretium immolauit. ¶ Licet autem hoc ſemen in ſingulos communicatiua Dei charitate diſperſum, aliud ceciderit [i] ſecus viam, ſuper corda ſcilicet dæmonũ ſuggeſtionibus peruia; aliud ſupra petram, corda ſcilicet nullo fidei vomere penetrata; aliud inter ſpinas, corda ſcilicet hominum diuitiarum ſollicitudinibus lacerata; Et ideo vnum prauis affectibus conculcatum; aliud aridum, quia gratiæ carebat humore; reliquum vero legitur inordinatis ſollicitudinibus ſuffocatum. Aliud tamen mite cor, & docile terra bona ſuſcepit, hoc eſt Minorum fratrum mitis, & docilis in paupertate, ac humilitate per almum Chriſti confeſſorem Franciſcum radicata religio; qui ex illo vero ſemine germinans, germen illud per regulam ſparſit in filios, quos ſibi, & Deo per ſuum miniſterium in ob-

in prima gloſſa. & C. ad legem Aquil. contra negantem. in prima gloſſ. vide diſputationem in regula. ſemel malus. Io. An.

[b] ¶ Libertatem.] exhibendi, quod eſt ĩ.

[c] ¶ Laudabile votum.] ſupra de ſyndi. c. vnico. vnde nec dolum facit qui rem deſerit, vt litem effugiat. ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa fa. l. item ſi res. in fine. & magnum eſt commodum à lite recedere propter quod indebitum per tranſactionem ſolutum non repetitur. C. de tranſa. l. 2. & ff. de condi. indebi. in ſumma.

[d] ¶ Ad peccãdum.] ad quod ſtatuto, conſuetudine, vel iuramento adſtringi nõ poſſumus. ſupra, de conſuetu. c. penult. & vlt. 22. quæſtio. 4. in malis. & c. ſi aliquid. & per totum. ĩ. de regu. iur. non eſt obligatorium. & c. in malis, ſupra eod. lib. de iureiur. c. 1.

ADDITIO. In dicto capitulo, non eſt obligatorium. habet caſum legis obuenire. ff ð pac. dot. quam hic alleg. Ioannes Mon. & Archid. Ioan. And.

[e] ¶ Exijt qui ſeminat.] Ne crederet aliquis hanc cõſtitutionẽ eſſe ſublatam: ideo ſic deciſe hic ponitur, vt habeatur pro referuata: & de ea loquatur prooemium huius libri in fine, vt ibi dixi. Et quia ſic deciſe venit ſub bulla, & quia infra etiam prohibetur gloſſari, prohibitioni parebo.

ADDITIO. Idẽ Archidiaconus dixit. Ioan. Mon. ideo ſiluit ratem. Iſtam tamen prohibitionem, & eius pœnas Io. xxij. ſuſpendit ad Apoſtolicæ ſedis beneplacitum per conſtitutionem ſuam, quia nonnunquam. Io And.

† In antiquioribus codicibus etiã impreſſis ita: Exijt qui ſeminat: & infra. & mox ſubſequitur decre. Priuilegium. ex prima & glo. hic, conſtat, olĩ non fuiſſe ſolitum apponi integrã; ſed deciſe. ideſt initiũ tantum.

[i] *Luc. 6.*

ſeruatione Euangelij generauit. Iſti ſunt filij, qui docente Iacobo, verbum æternum Dei filium inſitum humanæ naturæ in horto virginalis vteri potens ſaluare animas, in manſuetudine ſuſceperunt. Hi ſunt illius ſanctæ regulæ profeſſores, quæ Euangelico fundatur eloquio: vitæ Chriſti roboratur exemplo: fundatoris militantis eccleſiæ, Apoſtolorum eius ſermonibus actibusque firmatur. Hæc eſt apud Deum, & patrem munda & immaculata religio, quæ deſcendens à patre luminum, per eius filium exemplariter, & verbaliter Apoſtolis tradita, & deinde per Spiritumſanctum beato Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata, totius in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis. Hæc eſt cui (atteſtante Paulo Apoſtolo) nemo de cætero debet eſſe moleſtus, quam Chriſtus ſtigmatibus ſuæ paſſionis confirmauit, volens inſtitutorem ipſius paſſionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri.

Iac. 1.

Non tñ per omnia, vt in extrauag. quia quorũdã. §. adhuc. Font.

Gal. 6.

Sed nec ſic contra fratres ipſos Minores, & regulam hoſtis antiqui ceſſauit aſtutia, quin potius contra eos nitens ſuperſeminare zizaniam, interdum æmulatores agitatos inuidia, iracundia, & indiſcreta inſcitia concitauit: mordentes fratres, & eorum regulam, quaſi illicitam, inobſeruabilem, & diſcriminoſam caninis latratibus lacerantes: non attendentes hanc ſanctam regulam (vt prædicitur) præceptis, ac monitis ſalutaribus inſtitutam, Apoſtolicis obſeruationibus roboratam, per plures Romanos Pontifices approbatam, & etiam per ſedem Apoſtolicam confirmatam, tot diuinis teſtimonijs communitam, quæ credibilia facta ſunt nimis in tot ſanctis viris in obſeruantia huius regulæ agentibus, & finientibus dies ſuos, quorum nonnullos ſanctorum catalogo ſedes eadem ex eorum vita, & miraculis fecit adſcribi. Ac nouiſſime quaſi diebus iſtis, per piæ memoriæ Gregorium Papam nonum prædeceſſorem noſtrum approbatam eſſe ex euidenti vtilitate, quam de ipſa conſequitur vniuerſalis eccleſia, in generali Lugdunen. concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, immo profundius cogitamus, ſicut penſare debent ſubtilius cæteri catholicæ fidei profeſſores: quia ipſe Deus ordinem prædictum, & eius obſeruatores inſpiciens, ſic eos ab inſurgentibus in ipſos rancoribus ſalutari ſubſidio præſeruauit, quòd nec ipſos fluctus tempeſtuoſus alliſit, nec animos in ordine ipſo degentium conſtrauit: quin potius in vigore regulari concreſcant, & amplientur in ſuorum obſeruantia mandatorum.

Quos ponit Antoninus circa fi. 3. par. ſuæ chronicæ.

Vel potiꝰ decimum. Iſte Grego. 2. cõci. Lugdu. celebrauit, in quo fuerunt quingenti epi, 240. abbates, & alij prælati circa mille, vt patet in cronicis.

Verumtamen, vt ordo prædictus (quibuſlibet præciſis anfractibus) diſtincta, & pura vigeat claritate, & ſicut fratres eiuſdem ordinis nuper in generali capitulo congregati prouiderant: dilectis Filijs generali, & nonnullis alijs Prouincialibus eiuſdem ordinis Miniſtris, qui in capitulo ipſo conuenerant, in noſtra præſentia conſtitutis, cum ad plenam obſeruationem regulæ eiuſdem in vigore ſpiritus eorum feruere noſcatur intentio: Viſum eſt nobis (vt mordacibus huiuſmodi mordendi vias præcluderemus) aliqua, quæ in ipſa regula videri poterant dubia, declarare: nonnulla per prędeceſſores noſtros etiam declarata, pleniori claritate differere: in aliquibus etiam regulam ipſam contingentibus puritati eorundem conſcientiæ prouidere.

Nos autem, qui à teneris annis ad ordinem ipſum affectus noſtros erexinus, in illis ſuccedendo: cum aliquibus eiuſdem confeſſoris ſocijs, quibus eius vita, & conuerſatio nota erat: ſuper ipſa regula, & ſancta ipſius beati Franciſci intentione frequenti collatione tractauimus. Et tandem Cardinalis, ac poſtmodum eiuſdem ordinis per prædictam ſedem gubernator, & protector, & corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus in Apoſtolatus officio, tam de pia intentione confeſſoris prædicti, quàm de his, quæ regulam ipſam, & eius obſeruantiam contingunt: ex prædictis longa etiam experientia informati, noſtros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea, quæ per eoſdem prædeceſſores approbata, & declarata eſſe noſcuntur: quàm etiam ipſam regulam, & eam contingentia, maturitate plena diſcuſſimus. Nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, declarauimus, certius approbauimus, approbata confirmauimus, edidimus, & conceſſimus: plura etiam ordinando ſerioſius, & clarius, quæ infraſcriptis articulis plenius exprimuntur.

Idem dicit Io. xxij. in extrauag. quorũdam. ver. nũc vero. poſt princip. Font.

In primis quia (ſicut intelleximus) ab aliquibus hæſitatur, an fratres eiuſdem ordinis, tam ad conſilia, quàm ad præcepta Euangelij teneantur: tum quia in regulæ prædictæ principio habetur: Regula & vita Minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio,

Regulã D. Frãciſci Nicolaus iij. declarare incipit; & primo, an illius profeſſores ſint ad Euãgelij cõſilia obligati, vide hæc cle. exiui. 2. §. cũ igitur. co. ti. Fon.

proprio, & in caſtitate: tum ex eo, quòd in eadem regula continetur ſic: Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & regulam obſeruare: tum etiam quia in fine ipſius regulæ continentur hæc verba: Paupertatem, & humilitatem, ac ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus. Licet fęlicis recordationis Gregorius Papa nonus prædeceſſor noſter hunc articulum, & nonnullos alios eiuſdem regulæ declarauerit: quia tamen eius declaratio propter aliquorum inſurgentium in fratres, & regulam inordinatos vel mordaces inſultus, & multorum poſtea emergentium caſuum conſiderandos euentus, in aliquibus obſcura, in aliquibus ſemiplena, & in multis etiam contentis in ipſa regula inſufficiens videtur: Nos obſcuritatem, ac inſufficientiam huiuſmodi, præfatæ interpretationis declaratione amouere volentes, & cuiuslibet ambiguitatis ſcrupulum in eiſdem de ſingulorum mentibus plenioris expoſitionis certititudine amputare: Dicimus, quòd cum in principio regulæ non abſolute, ſed cum quadam modificatione; ſeu ſpecificatione ponatur: Regula, & vita Minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate: quæ tria eadem regula multum arcte proſequitur, & nihilominus alia nonnulla ſubnectit præcipiendo, prohibendo, conſulendo, monendo, hortando, & ſub alijs verbis ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum, de intentione regulæ liquere valet apertius, vt illud quod in profeſſione quaſi abſolute ſubnecti videtur, promittentes vitam iſtam ſemper, & regulam obſeruare; & quod in fine ſubiungitur: & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd firmiter promiſimus, obſeruemus: totum ad ipſius regulæ modificatum, vel determinatum, ſeu ſpecificatum principium reducatur: videlicet ad obſeruantiam Euangelij, vt prædicitur, per ipſam regulam in illis tribus modificatam, vel determinatam, ſeu ſpecificatam: Cum non ſit veriſimile ipſum ſanctum verbum ab ipſo ſemel cum quadam modificatione, vel determinatione, ſeu ſpecificatione prolatum, licet, quaſi ſuccinctorie repetitum, voluiſſe in ſui repetitione data ſibi per eum modificatione, ſeu ſpecificatione ſine certa cauſa carere: Et vtriuſque iuris argumenta non doceant, † ea, quæ in principio ad medium, & ad finem: illa vero quæ in medio, ad finem atque principium; & ea quæ in fine, ad vtrumque, vel eorum alterum ſæpe referri. Et dato, quòd abſolute diceretur: omnino promitto ſanctum Euangelium obſeruare; cum † profeſſor huiuſmodi intenderet ſe ad omnem conſiliorum obſeruantiam obligare (quod vix aut numquam poſſet ad litteram obſeruare, propter quod talis promiſſio illaqueare profitentis animum videretur;) Clare videtur promiſſionem huiuſmodi ad alium intellectum abſque intentione promittentis non debere perſtringi, niſi vt obſeruantia Euangelij ſic ſicut tradita reperitur à Chriſto, videlicet, quòd præcepta, vt præcepta, & conſilia vt conſilia à promittentibus obſeruentur. Quem intellectum etiam in eiſdem verbis habuiſſe idem beatus Franciſcus in ſerie ſui proceſſus in regula patenter oſtendit; cum aliqua Euangelica conſilia indicat vt conſilia ſub verbis monitionis, exhortationis, & conſilij; nonnulla vero ſub prohibitione ac verbo præcepti: per quod patet, quòd non fuit loquentis intentio, † quòd fratres ex profeſſione huiuſmodi regulæ ad omnia conſilia, ſicut ad præcepta Euangelica tenerentur; ſed ſolum ad illa conſilia, quæ in eadem regula præceptorie, vel inhibitorie, ſeu ſub verbis æquipollentibus ſunt expreſſa. Vnde nos ad fratrum eiuſdem ordinis conſcientias plenarie ſerenandas: Declaramus, quod ex profeſſione eiuſdem regulæ fratres ipſi ad ea tantum Euangelica obſeruanda conſilia ſunt aſtricti, quæ in ipſa regula præceptorie vel inhibitorie, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla vero alia per Euangelium data conſilia eo magis ſecundum exigentiam ſui ſtatus tenentur plus quam cæteri Chriſtiani, quò per ſtatum perfectionis, quem per profeſſionem huiuſmodi aſſumpſerunt, ſe obtulerunt Domino holocauſtum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quæ in ipſa regula continentur, tam pręcepta, quàm conſilia, quàm cętera, ex voto profeſſionis huiuſmodi non aliter tenentur, quàm eo modo, quo in regula ipſa traduntur, vt ſcilicet teneantur ad eorum obſeruantiam, quæ in eadem regula ipſis ſub verbis obligatorijs indicuntur. Cæterorum vero obſeruantiam, quæ ſub verbis monitorijs, exhortatorijs, informatorijs, & inſtructorijs, ſeu quibuſcumque alijs continentur: eatenus magis condecet de bono & æquo eos proſequi, quò imi-

Declaratio regulæ ſancti Franciſci.

† Quæ vid in gl. rub. j. c. de re. in. ti. px. Fôt.

† al. ita: nô profeſſor, &c.

An Cordigeri ſint obligati ad obſeruationem olum conſiliorû Euangelij.

† Ecce ex verbis colligitur intentio. Font.

imitatores tanti patris effecti, Chriſti ſemitas elegerunt.

Fratres Minores an poſſint habere aliqd proprij.

¶ Porro cum ipſa regula expreſſe contineat, quòd fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſitq; declaratum per eundem prædeceſſorem noſtrum Gregorium nonum, & nonnullos alios hoc ſeruare debere, tam in ſpeciali, quàm etiam in communi: quam ſic arctam abdicationem venenoſis obtrectationibus aliquorũ inſenſata damnauerit aſtutia: ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis ſermonibus laceretur. Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiuſmodi omnium rerum, non tam in ſpeciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria eſt, & ſancta: quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens, verbo † docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfecte viuere, per doctrinæ, ac vitæ exempla in eos deriuarunt.

† Vide extra. Io. xxij. incip: quia quorundã. tit. de verb. ſig. & Turrec. in ſum. de eccl. lib. 2. c. 112. ad 20. argu.

¶ Nec his quiſquam putet obſiſtere, quòd interdum dicitur Chriſtum loculos habuiſſe: nam ſic Ieſus Chriſtus, cuius perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret: ſic infirmorum perſonam Chriſtus ſuſcepit in loculis: ſic & in nonnullis alijs infirma humana carnis aſſumens (prout Euangelica teſtatur hiſtoria) non tantum carne, & ſed mente condeſcendit infirmis. Sic enim humanam naturam aſſumpſit, quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens, in noſtris factus humilis, in proprijs permanſit excelſus. Sic & ſummæ charitatis dignatione ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes inducitur, ꝙ à ſummæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Chriſtus, & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, ſicut interdum, & in fuga patet, & loculis: ſed vtrumque perfecte, perfectus exiſtens, vt perfectis, & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, qui vtroſque ſaluare venerat: qui tandem mori voluit pro vtriſque.

¶ Nec quicquam ex his inſurgat erroneum, † quòd taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tamquam homicidæ ſui, vel tentatores Dei viuendi diſcrimini ſe committant. Sic † enim ſeipſos committant diuinæ prouidentiæ in viuendo, vt viam non contemnant prouiſionis humanæ: quin vel de ijs, quæ offeruntur liberaliter, vel de ijs, quæ mendicantur humiliter, vel de ijs, quæ conquiruntur per laboricium, ſuſtententur: qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expreſſe.

† al. erroneẽ.

† Vide oĩno B. Tho. 2. 2. q. 186. ar 3. & li. 3. § Gentiles, c. 131. & aliquot ſeq.

Profecto ſi (iuxta promiſſum Saluatoris numquam deficiet fides Eccleſiæ: per conſequens, nec opera miſericordiæ ſubtrahentur: † ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuſlibet videtur eſſe ſublata. Et quidem vbi (quod non eſt aliquatenus præſumendum) hæc cuncta deficerent, ſicut nec cæteris, ſic nec ipſis fratribus iure poli in extremæ neceſſitatis articulo ad prouidendum ſuſtentationi naturæ via omnibus extrema neceſſitate detentis conceſſa præcluditur: cum ab omni lege extrema † neceſſitas ſit exempta: nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renunciationem vſus rerum cuiquam videatur inducere: nam cum in rebus temporalibus ſit conſiderare præcipuum, proprietatem, poſſeſſionem, vſumfructum, ius vtendi, & ſimplicem facti vſum, & vltimo tamquam neceſſario egeat, licet primis carere poſſit vita mortalium: nulla prorſus poteſt eſſe profeſſio, quæ à ſe vſum neceſſariæ ſuſtentationis excludat: verum condecens fuit ei profeſſioni, quæ ſponte deuouit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi conceſſarum neceſſario vſu fore contentam. Nec per hoc, quòd proprietatem vſus, & rei cuiuſque dominium à ſe abdicaſſe videtur, ſimplici vſui omnis rei renunciaſſe conuincitur: qui inquam vſus non iuris, ſed facti tantummodo nomen habens, quod facti eſt tantum, in vtendo præbet vtentibus nihil iuris: quinimmo neceſſariarum rerum, tam ad vitæ ſuſtentationem, quàm ad officiorum ſui ſtatus executionem (excepto quod de pecunia infra ſubiungitur) moderatus vſus, ſed ſecundum eorum regulam & veritatem omnimodam conceſſus eſt fratribus: quibus rebus fratres licite vti poſſent durante concedentis licentia, & iuxta id quod in præſenti ſerie continetur: Nec his obuiare dignoſcitur, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humanè conſtituit: videlicet non poſſe vſum, vel vſumfructum à dominio perpetuo † ſeparari: quod ne dominium dominis (ſemper abſcedente vſu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in conſtituendo proſpiciens

† Immo poſſent laici compelli officio iudicis eleemoſynas facere. glo. c. 1. d. 1 c. dño ſancto. 50. diſt. c. exigunt. 1. q. 7. Abb. c. 1. de emp & vendi Font.

† De conſ. d. 1. ſicut & ĩ. eo d. 4. c. ſanctum. & quod ſu. eſt. cum gl. de reg. iur. Font.

† l. oium. ff de vſufr. l. antiquas. C. eo. Font.

ſpiciens iſta decreuit. Retentio namque dominij talium rerum cum conceſſione vſus facta pauperibus, non eſt infructuoſa Domino: cum ſit meritoria ad æterna, & profeſſioni pauperum opportuna, quæ tanto ſibi cenſetur vtilior, quanto commutat temporalia pro æternis. Profectò non fuit Confeſſoris Chriſti regulam inſtituentis intentio: quinimmo contrarium in ipſa conſcripſit, contrarium uiuendo ſeruauit: cum & ipſe temporalibus ad neceſſitatem vſus fuerit, & in pluribus locis in regula vſum talem licere fratribus manifeſtet. Dicit namque in regula, quòd clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt Breuiaria: ex hoc patenter inſinuans, quòd fratres ſui habituri eſſent vſum Breuiarij, & librorum, qui ſunt ad diuinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, quòd Miniſtri & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos ſpirituales ſollicitam curam gerant, ſecundum loca & tempora, & frigidas regiones: ſicut eorum neceſſitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad otium euitandum: dicit, quòd de mercede laboris pro ſe, & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant.

In alio quoque capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemoſynis confidenter.

† Vide cōc. Trid. ſeſſ 5. de ref. c. 2.

Habetur † etiam in eadem regula, quòd in prædicatione, quam fratres faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi: annunciando eis vitia, & virtutes: & pœnam & gloriam. Sed conſtans eſt, quòd hæc præſupponunt ſcientiam: ſcientia requirit ſtudium: exercitium vero ſtudij conuenienter haberi non poteſt ſine vſu librorum. †

† Libri sūt ad ſcientiā neceſſarij. vide Oldr. conſi. 84. incip. An expediat hře multos libros.

Ex quibus omnibus ſatis claret ex regula: ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſapientiale ſtudium, neceſſarium rerum vſum fratribus eſſe conceſſum.

Patet itaque ſanè intelligentibus ex prædictis regulam, quo ad abdicationem huiuſmodi, non ſolum obſeruabilem, poſſibilem & licitam: ſed meritoriam: & perfectam: & eò magis meritoriam, quò per ipſum profeſſores ipſius magis à temporalibus propter Deum (ſicut prædicitur) elongantur.

¶ Ad hæc cum fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſſint, etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, ea (ſi ſecus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, veriſimiliter credatur intentio, vt rem huiuſmodi oblatam, conceſſam, vel donatam, perfecte concedat, donec auferat, à ſe abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum: nec ſit perſona, in quam loco Dei congruentius huiuſmodi rei dominium tranferat, quàm ſedes præfata, vel perſona Romani Pontificis Chriſti Vicarij, qui pater eſt omnium, & fratrum Minorum nihilominus ſpecialis: Ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium: cum patri filius ſuo modo, ſeruus domino, & monachus monaſterio res ſibi oblatas, conceſſas, vel donatas acquirant: omnium vtenſilium, & librorum, ac eorum mobilium præſentium & futurorum, quæ, & quorum vſumfructum, ſcilicet ordinibus, vel fratribus ipſis licet habere, proprietatem & dominium † (quod & fœlicis recordationis Innocentius Papa quartus prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur) ad nos & Romanam eccleſiam plene, & libere pertinere hac præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus.

† De hoc dñio, vide extrauu. Io. xxij. Incip. Ad cōditorē canonū. tit. de verb. ſig. & extrauā Quorūdam, co. ti.

¶ Præterea loca empta de eleemoſynis diuerſis, & oblata, ſeu conceſſa fratribus ſub quacumque forma verborum, (licet fratres ſibi cauere debeant, quòd huiuſmodi verbis ſtatui ſuo incompetentibus non vtantur) à diuerſis, ſeu pro indiuiſo poſſidentibus, ſeu certas partes in ipſis locis habentibus, in quibus ipſi poſſidentes pro indiuiſo, ſeu certas partes habentes, nihil ſibi in obligatione, ſeu conceſſione huiuſmodi reſeruarint: ſimiliter, & in ius, dominium, ac proprietatem noſtram, & eccleſiæ prædictæ, eadem auctoritate ſuſcipimus. Loca vero, ſeu domos pro habitatione fratrum à ſingulari perſona, vel collegio, vel ipſis fratribus ex integro concedenda, ſeu etiam offerenda, (ſi talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perſeuerante tantum voluntate concedentis inhabitent. Ac illa libere, præter eccleſiam, & oratoria ad eccleſiam deſtinata, & cœmeterium (quæ tam ad præſentia quàm ad futura in ius, & proprietatem noſtram, & prædictæ Romanæ Eccleſiæ ſimili modo, & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipſis fratribus patefacta, dimittant: in quorum locorum dominio, ſeu proprietate nihil nobis vel præfatæ Romanæ Eccleſiæ retinemus omnino: niſi ea ſpecialiter de noſtro, ſeu ipſius Romanæ Eccleſiæ recipiantur

cipiantur aſſenſu, & ſi in eiſdem locis reſeruauerit dominium ſibi in concedendo concedens præter inhabitationem fratrum, ſpeciale † dominium in ius Eccleſiæ ſæpedictæ non tranſeat, ſed potius plene liberum maneat concedenti.

† al. tale.

¶ Inſuper nec vtenſilia, nec alia præter eorum vſum ad neceſſitatem, & officiorum ſui ſtatus executionem (non enim omnium rerum vſum habere debent, vt dictum eſt) ad vllam ſuperfluitatem, diuitias, ſeu copiam, quæ deroget pubertati vel ad theſaurizationem, vel eo animo, vt ea diſtrahant, ſiue vendant, recipiant, nec ſub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occaſione: quinimmo in omnibus appareat in eis quo ad dominium omnimoda abdicatio, & in vſu neceſſitas. Hoc autem ſecundum exigentiam perſonarum & locorum, Miniſtri & Cuſtodes ſimul, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodijs cum diſcretione diſponant: cum de talibus interdum perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circunſtantiæ plus minusve, aliter prouideri requirant.

Iſta tamen ſic faciant, quòd ſemper in eis, & eorum actibus paupertas ſancta reluceat: prout ipſis ex eorum regula inuenitur indicta.

¶ Cæterum cum in eadem regula ſit ſub præcepti diſtrictione prohibitum, ne fratres recipiant per ſe, vel per alios, denarios, vel pecuniam vllo modo: idque fratres in perpetuum ſeruare cupiant, & velut iniunctum neceſſe habeant adimplere: ne ipſorum puritas in huiuſmodi obſeruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conſcientiæ aliquibus aculeis ſtimulentur: articulum iſtum propter detrahentium morſus profundius quàm noſtri prædeceſſores fecerint, aſſumentes, ac ipſum clarioribus determinationibus proſequentes: Dicimus in primis, quòd fratres ipſi à mutuis contrahendis abſtineant, cum eis mutuum contrahere (ipſorum ſtatu conſiderato) non liceat: † poſſint tamen ipſi pro ſatisfactione facienda pro eorum neceſſitatibus, quæ pro tempore occurrerint (ceſſantibus eleemoſynis, de quibus ſatisfieri commode tunc non poſſet) citra cuiuſlibet obligationis vinculum dicere, quòd per eleemoſynas, & alios amicos fratrum ad ſolutionem huiuſmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo caſu procuretur à fratribus, quòd ille qui dabit eleemoſynam, per ſe, vel per alium non nominandum ab ipſis, ſi fieri poterit: Sed ab eo potius iuxta ſuum beneplacitum aſſumendum, huiuſmodi ſatisfactionem faciat in totum, vel in partem, prout ſibi Dominus inſpirabit. Si tamen ipſe hoc nollet facere, vel non poſſet, vel quia receſſus eius immineat, aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habet fidelium perſonarum, ſeu quacunque alia occcaſione vel cauſa: declaramus & dicimus, quòd in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipſius obſeruantia maculatur, ſi fratres ipſi alicuius, vel aliquorum ſibi curent dare notitiam, vel aliquos, ſeu aliquem nominare, aut etiam præſentare, cui vel quibus, ſi eleemoſynam facienti placuit, committi poſſit executio prædictorum: ac ipſius habeatur aſſenſus ſuper ſubrogationibus infraſcriptis: Ita tamen, quòd penes ipſum dantem, dominio, proprietate, ac poſſeſſione ipſius pecuniæ cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam ſemper vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatam, plene, libere, ac integre remanentibus, in ipſa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem, nec contra perſonam nominatam, vel non nominatam ab eis, cuiuſcunque conditionis exiſtat, in iudicio, vel extra, actionem, perſecutionem, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercunque perſona prædicta in commiſſione huiuſmodi ſe habeat: liceat tamen fratribus ſuas neceſſitates inſinuare, ac ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictæ, ac eam rogare quod ſoluat. † Poſſint etiam perſonam eandem exhortari ac inducere, quòd fideliter in re commiſſa ſe habeat, & animæ ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi executione prouideat. Ita tamen, quod ab omni eiuſdem pecuniæ adminiſtratione, ſeu diſpenſatione, & contra prædictam perſonam actione, ſeu perſecutione (vt prædictum eſt) fratres abſtineant omnimodo. Si vero perſonam huiuſmodi nominatam, vel non nominatam à fratribus (quo minus per ſe poſſit exequi quod prædicitur) contigerit per abſentiam, infirmitatem, voluntatem, ſeu locorum diſtantiam, ad quæ ipſæ nollet accedere, in quibus eſſet ſolutio, ſeu ſatisfactio facienda, vel per occaſionem aliam impediri: liceat fratribus cum conſcientiæ puritate quandam aliam perſonam ſubrogandam ad præmiſſa in nominando, & alijs (ſi ad primum dantem non poſſint, vel nolint habere

† Quia ibi de meo fit tuũ. quod pronomen fratri Minori non cõuenit. & hanc prouiſionẽ circa pecuniam approbat cle. exiui. ibi vide à §. porro. vſque ad §. Proinde. F.

† Quid de hæredibus talis perſonæ, vide ſ. eo. §. eo caſu. Fort.

re

re recurſum) cum iſta perſona facere, ſicut ſupra proximè declarauimus eis licere cum prima. Duarum enim perſonarum miniſterium per viam ſubrogationis (vt dictum eſt) communius, & generalius videtur poſſe in prædictorum executione ſufficere: cum prædicta ſatisfactio præſumatur poſſe celeriter expediri. Si tamen (vt interdum dictum eſt) propter locorum diſtantiam, in quibus eſſet ſatisfactio facienda, & conditiones ſeu circunſtantias alias, caſus emergeret, in quo videretur plurium perſonarum ſubrogandarum miniſterium opportunum: liceat ipſis fratribus in hoc caſu iuxta negotij qualitatem (ſeruato modo prædicto) plures perſonas aſſumere, nominare, ſeu præſentare ad iſtud miniſterium exequendum.

Et quia oportet, & expedit fratrum neceſſitatibus, non ſolum illis pro quibus iam eſſet ſolutio, ſeu ſatisfactio facienda (vt ſuperius proximè dictum eſt,) ſed etiam imminentibus, ſiue tales neceſſarium ingruentes immineant, quæ breui tempore expediri valeant, ſiue tales (licet paucæ comparatiue) quarum prouiſio ex ſui conditione neceſſario tractum temporis habet, ut in libris ſcribendis, eccleſijs, ſeu ædificijs ad vſum habitationis ipſorum conſtruendis, libris, & pannis in locis remotis emendis, & alijs ſimilibus, ſi quæ occurrerint, cum moderamine ſupradicto ſalubriter prouideri. Sic in iſtis neceſſitatibus clare diſtinguimus: ſic in eis fratres poſſe tuta, & ſalua conſcientia procedere declaramus: videlicet, vt ingruenti, uel imminenti neceſſitate, quæ breui tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circunſtantijs non ſic breui (vt ſupra in proximo caſu dictum eſt) valeat expediri, tam quò ad dantem eleemoſynam, quàm quò ad nominatum, vel ſubſtitutum, in omnibus, & per omnia (ſicut in articulo ſolutionis pro neceſſitatibus præteritis faciendæ ſupra proximè declarauimus) procedatur.

In ea vero neceſſitate quantumcunque præſentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate ſui, (vt prædicitur) tractum temporis habet annexum: † quia in eo caſu veriſimile eſt, quòd tum ratione diſtantiæ locorum, quæ expeditio neceſſitatis ipſius ex ſui conditione requireret: tum etiam circunſtantiarum ipſius neceſſitatis ratione penſata, frequenter caſus acciderent: in quibus ad expeditionem neceſſitatis huiuſmodi oporteret, quòd per diuerſas manus, & perſonas tranſire pecunia neceſſitati huiuſmodi deputata: quarum omnium perſonarum impoſſibile quaſi eſſet dominum principalem pro ipſa neceſſitate pecuniam deputantem, ſeu etiam ſubſtitutum ab eo, & tertium etiam ab ipſo ſubſtituto (ſi caſus talis accideret) poſtea ſubrogatum, habere notitiam: declaramus, & dicimus, quòd in hoc articulo præter dictos duos modos in neceſſitatibus præteritis, & ingruentibus, quæ poſſint breui tempore, uel interdum non breui (vt ſupra exprimitur) expediri, (vt prædiximus) obſeruandos, ad obſeruandam ipſius regulæ, ac profeſſorum eius omnimodam puritatem: Quòd ſi pręſto ſit eleemoſynæ huiuſmodi elargitor, vel eius nuncius, qui poſſit hoc facere, & velit: expreſſe illi prædicatur à fratribus, quòd ſibi placeat (vt dominio talis pecuniæ cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam, penes ipſum ſemper vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatam libere remanente, vt in alijs duobus caſibus ſuperius dictum eſt) per quorumcunque manus pecunia, ſeu eleemoſyna ipſa tractetur, ſiue perſonas ab eo, uel à fratribus nominatas, totum ſuo conſenſu, voluntate, ac auctoritate procedat: quo aſſenſum ſuum præbente prædictis, ſecure fratres re empta, vel acquiſita de illa pecunia, per quemcunque (iuxta modum annotatum ſuperius) vti poſſint.

Ad maiorem autem prædictorum omnium claritatem, hac in perpetuum valitura prouiſionis ſerie declaramus, quòd fratres (pręfatis modis, vt prædicitur, circa pecuniam in ſupportandis eorum præteritis, & ingruentibus neceſſitatibus obſeruatis) non intelligantur nec dici poſsint per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecùniam recipere contra regulam, vel profeſsionis ſui ordinis puritatem: cum manifeſte pateat ex præmiſsis, ipſos fratres non ſolum à receptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verumetiam à correctione qualibet ipſius, & ab ea pecunia penitus alienos. In eo vero caſu quando (antequam ipſa pecunia in licitum rei habendæ, vel vtendæ commercium ſit conuerſa) concedentem pecuniam mori contigerit: ſi concedens in concedendo dixerit, vel expreſſerit, quòd perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum fratrum expenderet: quicquid de ipſo concedente viuendo, vel moriendo contingeret; ſiue concedens huiuſmodi hæredem reliquerit, ſiue non: poſsint fratres ad perſonam deputatam (non obſtante concedentis morte, vel hæredis contradi-

† Al. innexum.

† Q̃ão probat illa, vide Bar. in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. Doctores Authent. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccl. Font.

traditione) pro ipſa pecunia expendenda recurrere, † ſicut poterant ad ipſum dominum concedentem.

† Obſeruatis modo, & forma. §. ita tamē, ſupra eodem. Font.

Quia vero puritatem ipſius ordinis intima cordis affectione zelamus: cum in prædictis caſibus ad determinatam neceſſitatem (vt prædicitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari poſſit à fratribus, quòd ſi quid de pecunia ipſa (habita neceſſitate determinata) ſupererit, conſentiat ipſe concedens, quòd reſiduum præfatæ pecuniæ in res alias pro alijs ipſorum fratrum prædictis neceſſitatibus conuertatur: quo non conſentiente prędictis, ipſum reſiduum (ſi quod fuerit) reſtituatur eidem. Caueant tamen fratres, quòd ſollicitè ſe coapteut, vt non plus ſcienter concedi conſentiant, quàm veriſimiliter æſtimari poſſit rem neceſſariam, pro qua pecunia ipſa conceditur, valituram.

† Al. ita: Et quia in prędictorū, & cæt.

Et quia † prædictorum ſerioſa expoſitione à dante, uel recipiente de facili poſſet errari, vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, ſimplicitati aliquorum ſimplicium, ſaluti animarum hincinde ſecurius conſulatur: intellectum illum, qui ſatis in hoc caſu à ſanè intelligente percipitur, pręſentis, ac in æternum valituræ conſtitutionis ſerie lucidamus: volentes illum ad communem deduci notitiam: videlicet, quòd ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittitur, vel offertur (niſi expreſſe per mittentem, vel offerentem aliud exprimatur) prædictis modis prorſus oblata intelligatur, & miſſa. Non enim veriſimile eſt, aliquem eleemoſynæ ſuæ ſine expreſſione modu illum præfigere, per quem & donans merito, vel † illi, quorum neceſſitatibus intendit per donum huiuſmodi prouideri, † vel effectu doni, uel ſuæ conſcientiæ puritate fraudentur.

† Al. & illi.

† Al. prouidere.

Legata ſibi relicta, an poſſint fratres Minores agnoſcere. Vide. §. ad noſtrā. ī cle. exiui. & q̄ ibi dicat Cardin. in ſua gloſ. in ver. Secūdo quæro, & Bart. in ſuo tractat. Min. Font.

Ad hæc, quia fratribus ipſis interdum in vltimis voluntatibus ſub diuerſis modis nonnulla legantur, nec expreſſe quid de his agendum ſit, in regula, vel prædeceſſorum noſtrorum declarationibus continetur: ne in ipſis dubitari contingat in poſterum, prouidendo legantibus, & fratrum conſcientijs præcauendo: Declaramus, ordinamus, & dicimus, qnòd ſi teſtator modum ſecundum quem fratribus (eorum conditione inſpecta) recipere non liceret, exprimat in legando, vt ſi legaret fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo ſeruaret: à tali legato, & eius receptione per omnem modum fratres abſtineant.

Si vero modum licitum fratribus in legando teſtator expreſſerit, vt ſi diceret: lego pecuniam pro fratrum neceſsitatibus expendendam, uel domum, agrum, vineam, & ſimilia, ad hoc quòd per certam perſonam, vel perſonas idoneas diſtrahantur, & pecunia de rebus ipſis accepta, in ædificia, vel alia fratrum neceſſaria conuertatur: aut in legando ſimilibus modis, vel uerbis vtatur. in hoc caſu illud in omnibus, & per omnia (conſideratis eorum neceſsitatibus, & moderaminibus ſupradictis) quantum ad fratres ſeruari decernimus, quod per nos eſt ſuperius in conceſsis pecuniarijs eleemoſynis declaratum. Ad quæ legata ſoluenda, tam hæredes teſtatorum, quàm executores ſe liberales exhibeant: † Et etiam prælati & ſæculares, quibus de iure, uel conſuetudine prouiſio iſta competeret (cum expedierit) ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum regulæ congruos intendimus prouidere, quòd hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorum deſtituatur intentio: ac ipſi fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur: Si vero fratribus ipſis generaliter aliquid abſque modi expreſsione legetur: in hoc legato ſic indeterminate relicto, in omnibus, & per omnia intelligi, ac ſeruari volumus, & in perpetuum præſenti conſtitutione iubemus. quòd ſupra in pecunia, ſeu eleemoſyna fratribus indeterminate oblata, uel miſſa, volumus, ac expreſsimus obſeruari: videlicet, vt ſub modo licito fratribus intelligatur eſſe relictum: ita quòd nec legans merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur.

† Not. ꝙ iudex ſæcularis interponit ſe circa legata pia. Font.

† Quia vero libros, & alia mobilia, quibus tam ordo, quàm fratres vtuntur, quorum dominium (cum non ſint dominii aliorum) ad præfatam Eccleſiam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur, interdum contingit, ſeu expedit vendi, vel etiam commutari: fratrum vtilitatibus, & eorum conſcientiis prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vſum fratribus licet habere, de Generalium, & Prouincialium Miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim, uel diuiſim auctoritate procedat: quibus etiam de diſpoſitione vſus talium rerum concedimus ordinare.

Si

Si vero res huiuſmodi æſtimato pretio vendi contingat: cum fratribus ipſis per ſe, vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus, & volumus, quòd talis pecunia, ſeu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vſum fratribus licet habere, per † procuratorem à præfata ſede, vel à Cardinali gubernationem per ipſam ſedem gerenti eiuſdem ordinis deputandum iuxta modum in ſuperioribus neceſſitatibus præteritis, & ingruentibus ordinatum. De vilibus † autem mobilibus, vel parum valentibus, liceat ex præſenti noſtra conceſſione fratribus (pietatis ſeu deuotionis intuitu, vel pro alia honeſta, & rationabili cauſa) obtenta ſuper hoc prius ſuperiorum ſuorum licentia, iuxta quod inter fratres in generali, vel in prouincialibus capitulis, tam de ipſis rebus vilibus, ſeu parum valentibus, & earum valore, quàm præfata licentia, ſcilicet à quibus, & qualiter ſit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem alijs elargiri.

† Tales procuratores re uocantur per extraua. ad conditorē. §. rurſus. F.

† Quō conſideratur vilitas rei. gl eſt in verbo, vilitas. in cle. exiui, e. Font.

Licet † autē contineatur in regula, quòd fratres habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, & videri poſſit illa fuiſſe inſtituentis intentio, quòd neceſſitate ceſſante pluribus non vtantur: declaramus, quòd poſſint fratres de licentia Miniſtrorum, & Cuſtodum coniunctim & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis, cum eis videbitur (penſatis neceſſitatibus, & alijs circunſtantijs, quæ ſecundum Deum, & regulam attendendæ videntur) vti pluribus: nec per hoc videantur à regula deuiare, cum etiam in ipſa dicatur expreſſe, quòd Miniſtri, & Cuſtodes de infirmorum neceſſitatibus, & fratribus induendis ſollicitam curam gerant, ſecundum loca & tempora, & frigidas regiones. Et quamquam prædicta regula contineat, quòd de fratribus induendis, & neceſſitatibus infirmorum Miniſtri tantum, & Cuſtodes ſollicitam curam gerant: & dictio illa, tantum, † adeo Miniſtros & cuſtodes in hac cura perſtringere videatur, quòd ab ea cæteros prima facie excludat: quia tamen ſollicite conſiderare nos conuenit, & tempus regulæ inſtitutæ, quo fratres iſti ad comparationem præſentem numero pauci erant, & forſan Miniſtri, & Cuſtodes videbantur tunc ad iſta procuranda poſſe ſufficere: ac nihilominus multiplicationes fratrum & moderni temporis qualitatem: nec ſit veriſimile beatum Franciſcum inſtitutorem regulæ, vel ipſis Miniſtris & Cuſtodibus impoſſibilitatis iugum voluiſſe præfigere, vel ex ipſius impoſſibilitatis conſequentia fratres ipſos ſuis neceſſitatibus velle carere: concedimus, quòd ipſi Miniſtri & Cuſtodes poſſint per alios huiuſmodi curæ ſollicitudinem exercere. Debent etiam & alij fratres curam huiuſmodi, quæ præfatis Miniſtris & Cuſtodibus præcipue incumbit ex hac regula, cum ſibi ab illis commiſſa fuerit, gerere diligenter.

† Vide c.e. exiui. § præterea. & extrauag quorundam. §. in primis. Font.

† Not. q cōſtitutio ex rōne ſuperuenientiū ampliatur. Nota ſecundo, illud: cōcorda tempora & mores: & cōcordabis ſcripturas. facit. §. nos & ſtatutum ī. eod. Font.

Continetur quoque in regula, quòd fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuote: Ita quòd (excluſo otio animæ inimico) ſanctæ orationis, & deuotionis ſpiritum non extinguant. Quia vero ex verbo iſto fratres ipſos de otioſitate vitæ, & de regulæ tranſgreſſione improbe notare interdum hactenus aliqui ſunt conati: nos morſus huiuſmodi nefarios reprimentes: Declaramus, quòd conſideratis verbis prædictis, & forma ſeu modo loquendi, ſub quibus fratres ad huiuſmodi exercitium inducuntur, non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio, quòd vacantes ſtudio, vel diuinis officijs, & miniſterijs exequendis, manuali labori ſeu operationi ſubijceret, vel ad hoc illos arctaret: Cum exemplo Chriſti, multorum ſanctorum Patrum, labor iſte ſpiritualis tanto illi præponderet, quanto quæ ſunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios vero qui ſe in prædictis ſpiritualibus operibus non exercent, † niſi tales aliorum fratrum licitis ſeruitijs occupentur, (ne otioſe viuant) verba prædicta declaramus extendi.

Fratres Minores ad laborē potentes, an laborare teneantur. Et an religioſi manibus operari teneantur. vidē oīno B. Tho. 2.2. q. 187. art. 3.

† Hoc eſt, non concionantur ad plebē, non pſallunt, nō legunt. Fō.

Niſi, & tales tam excellentis & notabilis contemplationis. & orationis exiſterent, quòd merito propter hoc non eſſent à tanto bono pro huiuſmodi exercitio ſubtrahendi. fratres enim quicunque ſtudio, vel diuinis miniſterijs non vacantes, ſed aliorum fratrum ſtudio, vel alijs diuinis officijs, & miniſterijs vacantium ſeruitijs inhærentes tantum, pro ſeruitijs eiſdem cum ipſis quibus ſeruiunt, ſuſtentari merentur: quod aſtruitur illa æqua lege, qua ſtrenuus pugnator ille Dauid iuſte decreuit, videlicet, quòd deſcendentium ad prælium, & remanentium ad ſarcinas, portio æquaretur.

Lib. 1. Reg. cap. 30.

Verum quia expreſſe continetur in regula, quòd fratres non prædicent † in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: nos in hoc, & deferentes

† Vide omnino conci. Trid. ſeſ. 5. de ref. c. 2. & ſeſſ. 24. de refor. c. 4.

tes regulæ, & nihilominus auctoritatem Apoſtolicæ plenitudinis conſeruantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad litteram ſicut regula ipſa protulit, obſeruetur: niſi per ſedem Apoſtolicam circa hoc pro vtilitate populi Chriſtiani ſit conceſſum, vel ordinatum aliud, vel in poſterum concedatur, ſeu etiam ordinetur. Et quia in eodem capitulo regulæ immediate ſubiungitur, quòd nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium ſibi ſit conceſſum: Nos & ſtatum præteritum ipſius ordinis in paucitate ſui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum (ut condecet) aduertentes: concedimus nedum Generalem examinare, & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus perſonæ idoneitatem, & prædicationis officium licentia ipſa reſpiceret, prout in regula continetur: uerum etiam Prouinciales Miniſtri hoc poſſint in capitulis prouincialibus cum Definitoribus, quod etiam hodie obſeruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri: quam quidem licentiam præfati Miniſtri reuocare, & ſuſpendere valeant, & arctare, ſicut quando id eis videbitur expedire. Sed quoniam in deſiderijs noſtris hoc geritur, vt ad Dei gloriam ſalus proficiat animarum: ac dicto ordini, per quem iugiter ad amorem diuinum affectio Chriſtianæ religionis accenditur, meritum & numerus augeatur: concedimus, & præſenti ſtatuto firmamus, licere non ſolum Generali, ſed etiam Prouincialibus Miniſtris, perſonas fugientes à ſeculo in fratres recipere: quæ Miniſtrorum Prouincialium licentia per ipſum Generalem (ſicut expedire viderit) poſſit arctari. Vicarij vero Prouincialium Miniſtrorum ex officio vicariæ licentiam hanc ſibi nouerint interdictam: niſi per Miniſtros eoſdem (quibus hoc poſſe committere Vicarijs, & alijs licere decernimus) hoc ipſis Vicarijs ſpecialiter committatur. Caueant tamen ipſi Prouinciales, quòd hoc non indiſcrete, non paſſim, ſed ſic conſiderate committant, vt illos quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſilijs fulciant, quæ omnia diſcrete procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem: ſed illi tantum, qui ſuffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel alijs circumſtantijs poſſint vtiles eſſe ordini, ſibique per vitæ meritum, ac alijs proficere per exemplum.

Ad ordinē B. Franciſci recipiendi quales eſſe debeant.

Inſuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo quòd in regula dicitur, vt decedente Generali Miniſtro, à Prouincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus in capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris, omnium cuſtodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire: aut (vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur) ſufficere poſſit, vt aliqui de ſingulis prouincijs, qui vocem habeant aliorum, interſint: Taliter reſpondemus, vt ſcilicet ſingularum prouinciarum cuſtodes vnum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo Prouinciali miniſtro pro ſeipſis ad capitulum dirigant, voces aut vices ſuas committentes eidem. Quod etiam conſtituerint per ſeipſos ſtatutum huiuſmodi duximus approbandum. Quod idem prædeceſſor noſter Gregorius nonus in caſu huiuſmodi dicitur reſpondiſſe.

Miniſtro generali decedente, q debeant ad electionem conuenire.

Denique † quia continetur in regula ſupradicta, quòd fratres non ingrediantur monaſteria monacharum, præter illos quibus à ſed prædicta conceſſa fuerit licentia ſpecialis: quamquam hoc de monaſterijs pauperum monialium incluſarum fratres attentius intelligendum eſſe crediderint, cum eorum ſedes præfata curam habeat ſpecialem, & intellectus huiuſmodi per conſtitutionem quandam tempore regulæ datæ, viuente adhuc beato Franciſco, per Prouinciales Miniſtros fuiſſe credatur in generali capitulo declaratus: ijdem fratres certificari nihilominus poſtulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de illis ſolum monaſterijs monialium prædictarum debeat intelligi?

† Vide conci. Tri ſeſſ. 25. tit. de regularibus, & Monialibus. c. 5. & extrauagā. tem Pij Papæ v incip. Et ſi Mendicantium.

Nos vtique generaliter id eſſe prohibitum de quarumlibet cœnobijs monialium reſpondemus: nomine monaſterij volumus clauſtrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, vbi homines ſeculares conueniunt, poſſunt fratres illi cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petende accedere: ijs quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate, vel idoneitate conceſſum, exceptis, ſeu pro prædictarum monaſterijs incluſarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali: quod etiam ipſum idem prædeceſſor noſter Gregorius nonus, in eo caſu dicitur reſpondiſſe.

Cæterum † ſanctæ memoriæ confeſſor Chriſti Franciſcus mandaſſe dicitur circa vltimum vitæ ſuæ (cuius mandatum, ipſius dicitur teſtamentum) quòd verba ipſius regulæ non

† Frāciſcus beatus prohibuit ī extremis ſuā regulā gloſſari, & litteras Apoſtolicas ſuper ipſius relaxatione impetrari.

non gloſſentur, & (vt verbis vtamur eiuſdem) quòd ſic vel ſic intelligi debeat, non dicatur: adijciens, quòd fratres nullo modo litteras aliquas ab Apoſtolica ſede petant: & alia quædam interſerens, quæ non poſſent ſine multa difficultate ſeruari: propter quod fratres hæſitantes, an tenerentur ad obſeruantiam teſtamenti prædicti, dubitationem huiuſmodi per eundem prędeceſſorem noſtrum Gregorium nonum petierunt de ipſorum conſcientijs amoueri: qui (ſicut aſſeritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc poſſent incurrere, dubietatem de ipſorum conſcientiis amouendo, dixit fratres ipſos ad ipſius mandati obſeruantiam non teneri: quod ſine conſenſu fratrum & maxime Miniſtrorum, quos vniuerſos tangebat, obligare nequiuit, nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligauit: cum non habeat imperium par in parem. Nos autem præſentem articulum nihil duximus innouandum.

Hunc §. & §. qa ſub colore, alle. Bal. referente hic Phil. in Auth. [illegible] quamulier. C. de ſacro. eccl. ꝑ ſtatutis vetantib⁹ ſe gloſſari. idem Bald. l. non dubium. de leg Font. † al. prouidetur.

¶ Ad hoc à nonnullis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus circa declarationem ipſius regulæ, & ipſam regulam contingentia, diuerſas litteras intelleximus emanaſſe. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipſam, & fratres quieuit inſultus: nec per ipſas litteras ſtatui fratrum prouidere † in multis, in quibus de nouo vel aliter neceſſario prouidendum eſſe multorum poſtea caſuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque ne litteratum huiuſmodi, & præſentis conſtitutionis diuerſitas, vel intellectus aduerſitas in prædictorum obſeruatione fratrum animos perturbaret: & vt plenius, clarius, & certius eorum ſtatui, & obſeruantiæ prædictæ regulæ conſulatur in omnibus, & ſingulis illis articulis, quos conſtitutio ipſa continet, quamquam ipſi vel eorum aliqui contineantur in alijs litteris Apoſtolicis ſupradictis: Hinc noſtram conſtitutionem, declarationem, ſeu ordinationem tantum à fratribus ipſis præciſe ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obſeruandam.

¶ Cùm igitur ex prædictis, & alijs per nos cum multa maturitate diſcuſſis, regula ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſeruabilis, nec vlli patens diſcrimini euidenter appareat: illa & omnia ſupraſcripta per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiam & ſuppleta, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus exiſtere perpetuæ firmitatis: In virtute obedientiæ diſtricte pręcipientes, quòd hæc conſtitutio ſicut cæteræ conſtitutiones, vel decretales epiſtolæ legatur in ſcholis. Et quia ſub colore liciti, nonnulli contra fratres ipſos, & regulam, in legendo, exponendo, atque gloſſando poſſent dirum virus ſuæ iniquitatis effundere: ac ipſius conſtitutionis intellectum ipſum in diuerſas & aduerſas ſententias producentes ſuis adinuentionibus deprauare: & opinionum diuerſitas, ac diſtorſio intellectus multorum pios animos poſſet inuoluere, & à religionis ingreſſu multorum corda ſubtrahere: talium detrahentium vitanda peruerſitas cogit nos viam ipſis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc conſtitutionem legentibus præfinire.

¶ Itaque ſub pœna excommunicationis & priuationis officii, ac beneficii diſtricte præcipimus, vt præſens conſtitutio cum ipſam legi contigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad litteram: concordantiæ; contrarietates, ſeu diuerſæ, vel aduerſæ opiniones à lectoribus, ſeu expoſitoribus nullatenus inducantur. Super ipſa conſtitutione gloſſæ non fiant (niſi forſan per quas verbum vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa conſtructio quaſi Grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipſius per legentem deprauetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud quam littera ipſa ſonat. Et ne ſecundum prædicta contra detractores huiuſmodi oporteat vlterius laborare: vniuerſis ac ſingulis cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, diſtricte præcipimus, ne contra prædictam regulam, & ſtatum fratrum prædictorum, ſeu contra pręmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata, ſuppleta, approbata, & etiam confirmata, dogmatizent, ſcribant, determinent, prædicent: ſeu praue loquantur publice vel occulte. Sed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictę ſedis Apoſtolicę deducatur, vt ex auctoritate Apoſtolica ſua in hoc manifeſtetur intentio: cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta condere, & edita declarare.

Excōicatio fulminatur contra gloſſantes iſtā decretalem, nō obſtantibus quibuſcunque priuilegiis cuius excōicationis abſolutionem ſibi Papa reſeruat.

¶ Gloſſantes vero in ſcriptis conſtitutionem ipſam aliter, quàm eo modo, quem diximus: Doctores vere inſuper, & lectores dum docent in publico, ex certa ſcientia, & deliberate intellectum conſtitutionis huiuſmodi deprauantes, facientes quoque cōmentum, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia, & deliberate determinantes in

ſcholis,

ſcholis, ſeu prædicantes contra prædicta, vel aliqua, ſeu aliquod prædictorum (non obſtantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, aut litteris Apoſtolicis; quibuſcunque dignitatibus, perſonis, ordinibus, aut locis religioſis, vel ſæcularibus generaliter, vel ſingulariter ſub quacunque forma vel expreſſione verborum conceſſis, quæ nolumus aliquibus in præmiſſis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſententiæ, quam nunc in ipſos proferimus, ſe nouerint ſubiacere: à qua per neminem niſi per Romanum Pontificem poſſint abſolui. Inſuper † tam iſtos, contra quos per nos excommunicationis eſt prolata ſententia, quàm alios (ſi qui fuerint) contra præmiſſa, vel eorum aliquod venientes, ad ſedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt quos prouiſus modus æquitatis non arcet à vetitis, compeſcat rigor Apoſtolicæ vltionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ordinationis, conceſſionis, diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, confirmationis, & conſtitutionis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Siriani, xviij. Calend. Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

† In iſto verſi. not. ꝙ Papa poteſt ſibi rebellātes excōicare, & vltra adhuc aliter punire. Font.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Exemptis cellis alicuius monaſterij: quid appellatio cellæ ſignificet, hic oſtendit. Io. And.*

CAP. IIII.

Priuilegium [a] monaſterio tuo conceſſum, vt monachi, ſiue fratres in cellis ad monaſterium ipſum ſpectantibus [1] habitantes, ab alio quàm à Papa, vel eius legato [b] excommunicari, aut ſuſpendi, vel ipſæ cellæ interdicto ſupponi non poſſint: non fratres in Prioratibus, eccleſijs, ſeu capellis eiuſdem monaſterij cōmorantes, [c] aut ipſos Prioratus, eccleſias, vel capellas ab ordinariorum iuriſdictione in aliquo, [d] ſed reſidentes tantum in cellis, & cellas ipſas (hoc eſt [e] loca ſecreta [f] & ſolitaria, quæ ab hominum ſeparata conuictu [g] ſunt ad contemplandum, [h] & Deo vacādum ſpecialiter deputata) defendat.

¶ Idem.

¶ *Priuilegiato aliquo, vt poſſit conferre beneficia clericorum ſuorum: quid appellatio clericorum ſuorū deſignet oſtendit. Io. And.*

Priuilegium.] Non diuiditur: quia pendet vſque ad vltimam dictionem.

CASVS. A ſede Apoſtolica fuit conceſſum priuilegium quibuſdam religioſis: videlicet, quòd fratres illius ordinis habitantes in cellis illius ordinis, vel ipſæ cellæ non poſſent excommunicari, vel interdici: dubitatur de hoc vocabulo, cella, inſerto priuilegio: & qualiter accipiatur in materia priuilegij. Reſpondet, quòd cella in hoc caſu accipitur pro loco ſolitario ſegregato à communitate hominū: ideo ſi fratres illius ordinis haberent Prioratus in loco populoſo, priuilegium ſuum non ſe extenderet ad tales religioſos, ſed ſolum ad illos, qui habent cellas ſeparatas à communi victu hominum. Nota primo, quòd in materia priuilegiorum, per quæ conceditur exēptio religioſis habitantibus in cellis monaſterij, appellatione cellæ veniunt ſolummodo loca ſolitaria: largo tamen modo accipiendo cellam, appellatione cellæ venit parua camera, quam non debent habere religioſi: immo debent comedere in eodem refectorio, & dormire in eodem dormitorio, & debent omnes eſſe in aperto, & dicitur cella à celando: quia vnus religioſus non debet celari ab alijs, nec occultari, & vnus religioſus debet videre alios religioſos in dormitorio, & refectorio.

Nota ſecundo, optimum tex. ꝙ idem eſt dicere fratres, quod monachi. vide de iudi. cauſam. Nota vlterius, ꝙ excommunicatio, & ſuſpenſio referuntur ad homines: interdictum ad loca. 11 q. 3. nemo epiſcoporum. de cler. excom. min. poſtulaſti 2. reſpon. Io. Mona. & Io. And. Dom.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Priuilegium.] Exemptis cellis alicuius monaſterij, quid appellatio cellæ ſignificet, hic oſtendit.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium.]

b ¶ Legato.] Intelligo generaliter, ſicut generaliter loquitur: ex quo aliud non exprimitur, & eſt ſimile quod dixi ſup. eo. lib. de reſcrip. ſtatutum. 1. reſpon. in glo. quia verbum.

c ¶ Commorantes.] Large loquitur: [1] quia interdum ſunt inſtituti perpetuo: interdū ad tempus: interdum ad ſolam moram ibi trahendam. de ſtatu monacho. cap. 2 ad fi. ſupra eod. lib. de tempo. ordin. cum nullus. in fi. & de capel. monach. cap. vnico ſed quo ad caſum noſtrum non eſt curandum.

1 Areti. no. hanc gl. in c. repellantur. de accuſatio. ad ꝓbandum ꝙ ēt in materia priuilegiatiua ille dicatur habitare, qui eſt in loco ad tempus. alleg. Bal. in l. 1 ff de ſtatu hom.

d ¶ In aliquo.] Tolle, defendat, quod eſt in fi. & iterum repete, ſed defendat reſidentes tantum, &c.

e ¶ Hoc eſt.] Propter hoc facit ad titulum noſtrum, de verb. ſi.

ADDITIO Aliàs locari potuiſſet. ſup. proxi. vel ſub titu. de priui. Io. Andr.

[Glo. ſeq. declarat textum.]

f ¶ Secreta & ſolitaria.] Cella dicitur à celando, & occultando, & ſic hoc caſu locus ſolitarius: & talem vitam ducentes digni ſunt conueniēti honore. 16 q. 1. qui vere. & ad has cellas religioſi etiam Mendicantes de prælatorum licentia tranſire poſſunt. ſup. eo. li. de exceſ. præla. c. vnico. Aliàs autem large ſumendo dicimus cellas, quę ſunt etiam ī. clauſuram monaſterij: vnde ex cauſa, puta propter infirmitatem monachi, diſpēſat abbas cum eo, vt habeat ſuā cellam extra cōe dormitoriū: tamē infra monaſterij ſepta. 20 q. 4. cap. vlt. & de talibus cellis hoc priuilegium intelligitur.

2 Non quo ad proprietatē. c. cum olim. 2. ī. de priu. ſed quo ad correctionem monachorum cū in eccleſijs de ma, & obe. quo ad adminiſtrationem edocet ri. de reſcr. neq; meū, tuum, ſemper dñium important. Anc. c. ſeq. ī. eo. Font.

g ¶ Conuictu.] id eſt communi victu.

ADDITIO. Dictio compoſita à cō, & viuo: vnde & ſimul comedentes conuiuere vere dicuntur. Archid.

h ¶ Contemplandū.] de vita contēplatiua [3] & actiua dicitur ſup. de renun. niſi cum pridem. ad finem.

3 Vide omnino S. Th. 2.2. q. 182. art. 1.

ADDI-

ADDITIO. Archidiaconus inducit illud Gregorij, quòd quies ex corde nobis eſt appetenda. 8. quæſtione prima in ſcripturis. verſicu. quies. per quod videtur contemplatiua præcellere. Ad idem eadem quæſtione, qui epiſcopatum. quod dicis verum, ſecundum Auguſtinum: nam duodecim ſunt in quibus vita contemplatiua præeminet actiuæ, ut dicitur in ſum. de virtutibus, vbi tractat de præeminentia vitæ complatiuæ ad actiuam, & uide quod ſcripſi de regul. ſane. in magna gloſſ. Ioan. Andr.

¶ Idem.

¶ Priuilegiato aliquo, vt poſſit cõferre beneficia clericorum ſuorum: quid appellatio clericorum ſuorum deſignet oſtendit. Ioan. And.

CAP. V.

SIcut † nobis [a] ſignificare curaſti, tibi gratioſe conceſsimus, ut beneficia clericorum tuorum cedentium, vel decedentium [b] poſsis conferre: quodque ijdem clerici præbendarum ſuarum fructus percipiant, ac ſi in ſuis eccleſijs perſonaliter reſiderent. [c] Verum quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri: Breui reſpondemus [d] oraculo, quòd illos in his, & ſimilibus [e] caſibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te non quæſiti [f] propterea, uel recepti ſine fraude, & fictione qualibet, vere tui clerici familiares exiſtunt, & in tuis expenſis continue [g] domeſtici commenſales: etiam † ſi quos ex illis aliquando pro tuis [h] gerendis negotiis abeſſe contingat.

† al. ita: Et ſi ex illis aliquos aliquãdo, &c.

SIcut nobis.] Communis diuiſio: quia in prima conſultatio à verbis duplicis gratiæ cauſata: In ſecunda latior reſponſio: ibi, Verum. Vel ibi, Breui reſpondemus. latitudo reſponſionis patet in verſic. ſimilibus. & in verſic. etiam ſi. Dominicus.

† Petr. de Anch. dicit iſtud c. procedere in quo cunque habente gratiã, de qua hic, ex quo nulli certo dirigitur. Font.

CASVS. Epiſcopus Pictauen. à ſede Apoſtolica impetrauit priuilegium, ut poſſet conferre beneficia ſuorum clericorum cedentium, & decedentium: epiſcopus habet clericos beneficiatos in alijs diœceſibus: dubitabatur quid contineretur appellatione clericorum ſuorum? Reſpondet, appellatione clericorum ſuorum continentur illi ſoli clerici, qui ſunt in continuo ſeruitio epiſcopi, & viuunt expenſis proprijs epiſcopi: ideo ſi aliqui diuites morabantur in domo epiſcopi, ſed viuebant expenſis ſuis, & non expenſis epiſcopi priuilegiati: illi non ſunt cenſendi ſui clerici, quantum ad materiam priuilegij. Oraculo. vnde oraculum dicitur reſponſio facta ad interrogationem alterius. Nota, quòd ſi alicui à ſede Apoſtolica concedatur priuilegium, ut poſſit conferre beneficia ſuorum clericorum cedentium, uel decedentium: appellatione clericorum ſuorum veniunt ſoli illi, qui ſunt in continuo ſeruitio priuilegiati, & viuunt expenſis ſuis proprijs: & hoc verum in priuilegijs, quæ ſunt odioſa; aliàs verò appellatione clericorum ſuorum veniunt omnes ſubiecti. ſupra eod. cum tibi. in antiq. Nota, quòd gratia quandoque fit alicui, ut non effectus gratiæ deriuetur in eum, ſed vt ipſe alijs conferat vtilitatem. Ad idem de præbend. ſi cui. & cap. ſi is cui. eodem lib. Nota vlterius, quòd breuitas deſideratur etiam in iuribus condendis. Ad hoc ſupra, de iureiuran. breui. & breuitate vide not. de pœnitent. & remiſſ. ſignificauit. & ſupra eodem lib. de teſtam. ſi pater. ſuper 1. glo. Ioan. And. Dom.

[Prima gloſſe ſummat.]

a ¶ Sicut nobis.] priuilegiato aliquo, vt poſſit conferre beneficia clericorum ſuorum: quid appellatio clericorum ſuorum deſignet, oſtendit, &c.

b ¶ Decedentium.] nunquid talis poſſet conferre beneficia ſuorum clericorum cedentium, vel decedentium in curia Romana? 1 Item nunquid poſſet conferre beneficia clericorum ſuorum alio modo vacantia? dixi ſupra, eod. lib. de præbend. quamuis 2. in gloſſ. iſta duo. Ioan. And.

1 De hoc hic Archid. tenens, quod non poteſt: vt ibi dixi. Io. And.

c ¶ Reſiderent.] ex ſola reſidentia ſi non intereſſent diuinis, non perciperent quotidianas diſtributiones: vnde nec iſti percipient. ſupra eod. lib. de cleric. non reſid. cap. 1. & ſuper hoc vide, quod ibi dixi in gloſ. not. quòd ſi quis dominus.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.]

d ¶ Reſpondemus.] per hoc videtur, quòd iſta decret. ſit veteris iuris declaratoria, 2 non noui promulgatoria: licet argum. contra. infra dum dicit, volumus. & quòd ſit declaratoria patet: quia tractat de verbi ſignificatione. ad hoc ſupra eodem capit. 2. reſponſo. 1. in fine, nec bene occurret ratio, quare hoc eſſet ius nouum, & non vetus. præterea priuilegium prius conceſſum fuerat: poſtea priuilegiatus conſuluit Papam circa priuilegium prius conceſſum: ſic eſt reſpõſum. per quod patet, quòd à conceſſione priuilegij etiam antequam emanaſſet hæc decr. priuilegium ſic erat intelligendum. Ioan. And.

2 Idem Ioſ. Mon. & eadẽ ratione. Io. Andr.

[Gloſſa ſequens exemplificat, obijcit, ſoluit, & rationem reddit.]

e ¶ Similibus.] pone conceditur ei priuilegium, vt cum clericis ſuis ſuper pluralitate beneficiorum curatorum, uel dignitatum diſpenſare poſſit: vel eis conferre ius ad vacaturas, uel ſimilia. Et bene dicit, in his: & ſimilibus: quia in alijs caſibus diſſimilibus appellatio clericorum omnes ſubiectos clericos comprehendit. ſupra eodem cum tibi. & poteſt eſſe ratio: quia hic de priuilegio loquitur odioſo: 3 quia per primum tollebatur ius, ſeu poteſtas conferrendi beneficium ei, ad quem ordinatio iure ſpectabat, per ſecundum minuitur cultus diuinus: & non deſeruiens eccleſiæ recipit ſtipendium: ergo bene ambitioſa, & reſtringenda ſunt talia indulta. ſupra eodem lib. de præbend. quamuis 1. quod non eſt in decr. cum tibi. Ioan. Andr.

3 Cũ cõcurrunt fauor. & odiũ, dicimus priuilegia odioſa exẽpla: vide nota. ſup. de foro compet. in 1. glo. &c. Io. And.

f ¶ Quæſiti propterea.] ſic ſupra, de electio. cap. officij. ſup. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. § inſuper. de iudi. mulieres. & de renunc. cap. 2. ſic & affectata tutela immunitatem non præbet. C. de ijs, qui ſpon. mune. ſube. lib. 10. l. 1. & 3.

g ¶ Continue.] ciuili 4 modo intelligendum eſt verbum. ff. de ſer. ſi cui. de conſecrat. diſtinct. 5. nunquam, ſicut & ſeruitus dicitur continua, & aqua quotidiana. ff. de ſeru. vrb. præd. l. foramen. ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. quòd autem. & fluuius dicitur continuus, qui quandoque exareſcit. ff. de flu. [& ne quid in flu. pub.] l. 1. 1. reſponſo.

4 Vide Bar. in l. 1. ff. ſolut. matr. & plene Felinũ in proœmio Decr. & in ca. ex tenore. de teſtibus.

[Glo. ſeq ſoluit duo dubia.]

h ¶ Pro tuis.] ſupra de cler. non reſident. ex parte. Et ſi ægrotaret, ſeruire intelligitur. ff. de ſtatulib. cum hæres. §. Stichus. Nec ſumo ita amare verbum, quin etiam pro ſuis proprijs interdum poſſit abeſſe. Ad hoc ſupra eod. lib. de præb. præſenti. 1. & 2. reſponſo. ſicut iudex, propter ſua propria negocia differre poteſt, & dimittere 5 cauſam, ff. de iudic. ſi longius.

5 Hoc melius intelliges per nota. 1. de voto. quod ſuper his, in 3. gl. Io. Andr.

ADDITIO. Quod clericus pro ſuis proprijs negotijs poſſit abeſſe, tenet etiam Archidiac. qui tamen ſignat contrarium. ſupra eod. lib. de elect. ſi poſtquam. §. 1. non ſoluit. Tu dic quòd illud ſpeciale, ne propter eius abſentiam protelετur vacatio. Item ibi, ſibi potuit

prouidere ſi iuſtam cauſam habebat abſentiæ obtinendo licentiam. Item nec ille textus amariſſime ſumitur, vt ibi not. in glo. & ita in fine. Ioan. And.

SEQVVNTVR REGVLÆ IVRIS.

De regulis iuris.

¶ Quarum cognitio cum vtilis, & neceſſaria ſit, teſte Alberico in rubr. ff. eod. damnetque Sali. eos in l. quod te. ff. ſi cer. pet. l. quod Nerua. ff. depo. qui ſolis ſingularibus doctrinis ſtudent: Quas, & ſine vituperio ipſe Pontifex neſcit. gl. cap. veniens. de præſcript. negligentes interim iura regularia: quarum ignorantia nullo modo excuſabilis eſt. l. is non. ff de cõfeſſ gl. l. profeſſio. C. de mu. pa. lib. 10. Ideo adnotaui tibi ad gl. quicquid melioris doctrinæ eſt in Mercu. Ioan. And. commentarijs Philip. Petri de Anch. Dyni, Alberici Roſatis. Ioan. Vankel. Iac. Font. Burgen.

[Gloſſa iſta primo continuat rubr. Secundo ad ſituationem opponit, & dupliciter ſoluit. Tertio per modũ ſummæ de regula quærit quinque, & de iure tria.]

NOn eſt nouum, vt aliquibus ſpecialiter enumeratis generalis clauſula ſubſequatur, quæ omnia comprehendat, vt 49. diſtinctio. per totum. vigeſimatertia quæſtio. quinta, de occidendis. ſupra de probat. quoniam contra falſam. ſupra eodem libro, de procur. qui ad agendum. ff. ad legem Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. in fine. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. generali. Idcirco poſt rubricas ſupra poſitas, quæ ſecundum ſuas materias iuris regulas comprehendunt, ponitur hic rubrica generalis ad materias vniuerſas: De regul. iuris. Si quæratur quare in principio compilationis non poſuit Bonifacius hanc rubricam. cum ſæpe præmittatur clauſula generalis ſecutis poſtmodum ſpeciebus, ut ſupra de probatio. cum rubricis ſequentibus. 1 de rebus eccleſ. non alien. cum rubricis ſequentibus. de regul. cum rubricis ſeq. ff de ſeru. cum rubricis ſequentibus? Poſſet dari coloratiua reſponſio: quia quæ vltimo dicuntur, melius memoriæ commendantur de conſecrat. diſtinct. 2. liquido. Eſt autem vera 2 ſolutio, ideo hũc ordinem obſeruatum, vt oſtenderetur ius non ſumi ex regula, ſed regulam ex iure. ſi enim à principio poſita fuiſſet forſitan crederet aliquis, quod ius ſequens regulas. ex regulis ſumeretur: in fine igitur ponitur, vt appareat ex iure, quod præceſſit, regulas ſumi. ff. eod. l. 1. Videndum eſt igitur primo, quid ſit regula, vnde dicatur, qualiter conſtituatur, & quod ſit eius officium, & quæ ipſius ſit poteſtas. Secundo videndum quid ſit ius, vnde dicatur: quomodo hic ſumatur. Tertio quæ ſunt hę iuris regulæ, ſingulariter, & clare eas proſequendo videbimus.

1 Iſtud declarat Ancharan. hic. Font.

2 Idem doctores. Fõt.

Regula qualiter deſignetur.

¶ Circa primum, Regula ſecundum Grammaticos, eſt multorum ſimilium collectio. Lex autem deſcribit regulam eam eſſe, quæ rem quæ eſt, breuiter enarrat. ff. eo. l. 1. Dicitur autem regula, quia regit, vel normam recte viuendi præbet, & ab hac regula quæ dicitur norma recte viuendi, dicitur regularis. Dicitur etiam regula eo quòd rectè ducit, nec alioſum trahit, quaſi à regu, vel regula, quæ idem eſt, quod rectitudinis forma. Sicut enim per regulam nouit ſcriptor modum recte ſcribendi: ſecator modum recte ſecandi, & ſic de ſingulis: ita per has regulas modum recte iudicandi cognoſcimus. ad hoc. 3. diſtin. regula. Eſt autem regula latine, idem quod canon græce. 3. diſt. canon. Et dicitur regula proprie, quaſi regulariter vera. quamuis patiatur exceptiones in ſe. Quæ an contineantur ſub regula, fuerunt opiniones, quæ not. ff. eo. l. 1. 3 & facit quod not. di. 3. regula. Subtilitatibus tamen circa hoc omiſſis, breuiter & groſſo modo ſic dico, quòd quo ad poteſtatem verborum, quæ in ea proferuntur, vniuerſaliter, uel ſaltem indefinite affirmando, uel negando comprehendi exceptiones: 4 aliàs non diceretur exceptio: ſicut ſi dicerem, omnis homo currit, excepto equo Titij, hęc enim non eſt exceptio: quia equus non comprehendebatur ſub illa propoſitione, omnis homo: ſed ſi dicerem, omnis homo currit, excepto Titio, tunc propria eſt exceptio, quia propoſitio, omnis homo, bene comprehendebat Titium. tollitur ergo Titius virtute exceptionis, quo ad materiam de qua fit ſermo, vt ſcilicet dicatur non currere. Sic quo ad iuris determinationem exceptio non comprehenditur ſub regula: quia contraria ratio: & plus eſt in exceptione quàm in regula. hoc ergo operatur exceptio, vt illud quod aliàs ſub verbis regulæ comprehendebatur, ad determinationem regulæ exceptionis virtute tollatur. Conſtituitur autem regula (vt ſupra dixi) per verba quæ de ſui natura omnia comprehendant: id eſt, per ſigna vniuerſalia affirmatiua, quæ omnia comprehendunt, ſupra eod. c. omnis res, & c. deflcat. ff. eod. l. omnis definitio. & l. omnes actiones. & l. omnia fere, & l. omnia quæcũque. Item per verba negatiua, quæ vniuerſaliter negando excludunt omnia, vt ſ eod. nemo poteſt. 1. & 2. ſ. eod. nullus. 1. & 2. ff eod. l. nemo. & l. nullus. Item per verba indefinita, quæ ſimpliciter prolata æquipollent vniuerſalibus. 5 19 diſt. cap. 1. ſupra de priuileg. quia circa. C. de hæred. vend. l. vlt. & ideo omnes regulæ paucis exceptis tradũtur per ſigna indefinita affirmatiua, uel negatiua, vt ſupra eod. & infra eod. & ff. eod. tit. ſatis apparet. Officium autem regulæ eſt plures ſimiles caſus ſimul iungere clauo rationis, vt ff. eod. tit. l. 1. Quæ ſit poteſtas regulæ, an ſcilicet conſtituat ius de nouo, an antiquum recitet, dubitatur: & videtur, quòd ius de nouo nunquam conſtituat, quod iure, & ipſo facto probatur. Iure, ff. eod. l. 1. Facto, quia in octogintaocto regulis infra poſitis, nõ eſt vnam etiam ſolam inuenire, quæ ius de nouo conſtituat, ut in proſecutione patebit. Econtra videtur: quia regula Catoniana de nouo ſtatuit, quòd legata quę ſunt inutilia ratione legantis tantum, vel ratione legantis, & legatarij, vel legatarij, & eius à quo legatum eſt præſtandum, uel ratione rei tantum, uel miſta ratione rei legatæ, & perſonæ legatarij, tractu temporis non conſtituantur: etiam ſi cauſa impedimenti remoueatur. ff. de reg Catonia. l. 1. in princ. ff. de legat. 1. l. cętera. §. 1. ergo ipſa regula conſtituit ius de nouo. Ad hæc faciunt infinita iura, in quibus Papa iudicat ex regulis, vt ſupra de conſtitut cap. 2. de reſcript c. 1. & c. paſtoralis. de iud. nouit ſupra, de foro compet. ſi diligenti. de fide inſtrum. inter dilectos, ad fin. & de præſump. dudum. de excep cum venerabilis. de reg. ad Apoſtolicam. de conſang. & affin cap. vlt. cum mille ſimilibus. ex quibus videtur, quod ius ſumatur ex regula. Subtiliter dixerunt doctores, quòd tres ſpecies caſuum eſt conſiderare: quidam ſunt iam determinati, & in illis regula non conſtituit ius, quia inuenit iam conſtitutum. Item ſunt quidam excepti à legis determinatione, & in illis ſimiliter regula non conſtituit ius, quia non clauduntur ſub regulæ determinatione. Quidam ſunt in quibus eſt eadem æquitas, quæ eſt in caſibus à iure determinatis, nec tamen reperiuntur in iure poſiti: & in illis regula facit ius propter identitatem rationis, non patientis ius ſimilium caſuum eſſe diuerſum. Apertius dici poſſet. 6 quòd aut conſtitutio iuris præcedit traditionem regulæ, & regula de iure iam conſtituto, quaſi materiatum, de materia producitur: & tunc propriè habet locum diſtinctio prædictorum caſuum, vt videlicet in iam determinatis, & exceptis non faciat ius: in non determinatis, in quibus eſt eadem ratio, ius conſtituat: ſed vbi non eſt ius conſtitutum ante regulæ diſpoſitionem, ſed inuenitur ſola ſimplex traditio regulæ, tunc ipſa regula eſt ius, vel iuris conſtitutio: & non ab alio, ſed à conſtituente procedit, & ita poteſt intelligi prædicta lex prima, de regul. Caton. probatur hoc ſatis per antiquas regulas. ſupra eodem tit. quas veritate inſpecta eſſet inuenire præceſſiſſe iuris traditionem: vides enim pro maiori parte quòd vbi ſunt decreta Alexandri iij. ſunt primæ in titulis, maxime poſt concilia antiqua, vt ſup. de reſcript. de renun.

Exceptiones, an ſub regula contineantur.

3 Ibi Decius, hic Dynus. Font.

4 Bar in l. ſi cũ. §. qui in iurarũ. ff. ſi quis cau. Font.

Regula per quæ verba conſtituat.

5 Vide Dynum hic, & Bart. in l. pluribus. ff. de leg. 2. & Albericũ in l. de pupillo. §. qui ſciat. ff. de noui. oper. nunc.

Caſus ſunt triplices.

6 Idem Dynus, & male, ſm Phil. dicentem Bar. in rub. ff eod tenere hanc gl. ibi, ego tamen nõ recedo. Font.

rennun. cum duabus rubricis ſequenti. de offic. vica. cum duabus rubricis ſeq de ijs quæ vi metus ve cau. fiunt. cum duabus ſequen. de dolo, & contu. cum duabus ſequen. & multis alijs: & tamen omnes regulæ ſupra eo. titu præceſſerunt Alexand. iij. excepta vltima, quæ fuit Lucij iij: qui ipſum ſecutus eſt, vt ex chronica, & decretalium ordinatione ſatis apparet. Si igitur prima regula ſupra eod. titu. exemplificetur per decret. ſupra de ſponſa. præterea 1. Secunda. per decreta. & ſi queſtiones. de ſimo. tertia per decreta. de voto, magnæ, & ſic de ſingulis, dico quòd regulæ illæ dicta iura præceſſerant, vnde regularium diſpoſitio non potuit ex ipſis iuribus ſumi, quæ nondum erant: immo potius videtur determinatio ipſorum iurium facta per regulas. Ad hoc faciunt omnes illæ decretales ſuperius allegata, in quibus Papa pronuntiat per regulas. Ego tamē non recedo à verbis legis, & dico quòd per regulam nō ſtatuitur ius, ſed ex iure ſumitur regula: aliàs non video quomodo poſſet dici regula iuris. Sicut enim in regula ligni vel feri neceſſe eſt illas materias præuenire, lignum ſcilicet, vel ferrum, ad hoc quòd diſponatur ex eis regula: ſic in regula iuris neceſſe eſt ius, quod eſt ibi materia, præueniſſe, ad hoc, vt regula poſſit inde diſponi: & tunc proprie loquitur dicendo de regulis iuris, aliàs dicere debuiſſet de iure regularum. Et ſi dicatur, quòd in caſibus non expreſſis à iure, vbi eſt ratio ſimilis, regula facit ius: hoc eſt ſine regula aliqua, per iura quę hoc volunt. de reſcrip. inter cęteras. de tranſa. inter corporalia. ff. de legi. non poſſunt. cum ſimilibus Et ſi obijciatur de regula Catoniana, dico quòd non proprie [1] dicitur regula, nec inter regulas ponitur. ff. eodem titu. Et ſi dicatur quòd aliquæ regulæ præceſſiſſe videantur iuris expreſſam traditionem: dico, ꝙ ius quod eſt idem, ꝙ ratio, vt 1. diſtin. conſuetudo. 9 diſtin. ſana quippe ab exordio rationabilis creaturę pręceſſerat 5. diſt. in prin. vel ſaltem diſpoſitionem concedentis regulam, ius præceſſit: videns enim formator regulę ſic eſſe debere de iure, quod in eius ſaltem mente ſedebat, formauit regulam, allegatur tamen regula pro iure, non tam ex origine, quàm ex forma: & potior eſt eius cauſa pro quo facit regula: [2] habet enim aduerſarius neceſſe oſtendere rationē quare in illo caſu regula non loquatur, & facit quod dicam infra eod. vtile. Ad ſecundum quo quæritur quid ſit ius, & vnde dicatur. & quomodo hic ſumatur: dicendum eſt breuiter, ꝙ ius eſt ars boni, & æqui. & c. ff. de iuſtitia. & iure, in prin. & dicitur à iuſtitia, vt ibi, & ff. de verb. ſig. ius autem. quā ſummum in rebus bonum eſt colere 12. q 2. cum deuotiſſimam. [3] Ius autē eſt generale nomen, habens multas ſpecies. 1. diſt. ius generale cuius ſpecies diuidas, & ſubdiuidas, vt ibi per totum. & ff. & inſt. de iuſt. & iure, per totum. Sumitur autem hic pro noſtro iure canonico, non autem pro iure ciuili, vt probatur infra eo. in ſecunda regula, quæ de iure ciuili non procedit, qđ dic vt ibi dicam. Tertio autem ordinate has regulas eſt videre, & primo primam.

† aliàs ita: Idem.

Regula ex iure ſumit.

[1] Hoc ē eo modo quo iura iſto titulo poſita vocātur regulæ. Font.

[2] Idē Phil. ſimilis glo. in l. omnis definitio ff. eod. allego. c. 2. in § de cōiu. lepro. Font.

[3] Phil quærit an nomine iuris veniat ſtatutum, cōſuetudo. vide Lud Ro. ff. de arb. recētiores. c. ſi. de conſue. Font.

Bonifacius octauus. †

REGVLA I.

Beneficium

a Beneficiū.] Caſus in hac regula poteſt figurari per cap. ſi quis deinceps. 16. q. 7. & primo in actore: Cū ego actor tenuiſſem aliquod beneficium per ſpatium x. uel xx. annorum, cecidi à poſſeſſione mei beneficij: feci te nouū poſſeſſorem conueniri corā iudice cōpetēte intentādo petitoriā: videlicet, ꝙ illud beneficium ad me pertinebat, & ſpectabat: quare petebā, ſupplicabam & requirebam, & vt iudex compelleret te ad reſtituendum mihi beneficium vnà cum fructibus: tu poſſeſſor negauiſti contētu in meo libello: ad probandum intentionem meā, ſuper meo libello produxi aliquos teſtes: qui teſtes iurati depoſuerunt, ꝙ tenui illud beneficiū quiete & pacifice per decē, viginti, vel triginta annos: tamen de collatione, vel inſtitutione nihil dicunt, ſed deponunt ſolum, ꝙ viderunt me illud beneficium poſſediſſe per x. xx. vel xxx. annos: vtrum illud ſufficiat ad probandum, ꝙ beneficium eſt meum? Reſpondetur, ꝙ beneficium eccleſiaſticum, non poteſt licite ſine inſtōne canonica obtineri. Vel in reo ponamus ſic caſum: ego tenui aliquod beneficium per xx. vel xxx annos: quidam alius virtute nouæ collationis, & inſtitutionis fecit me conueniri coram iudice cōpetente, & fecit fidē de ſua canonica inſtitutione; Ego autem allego & dico, ꝙ tenui illud beneficium per ſpatium xxx. ann. pacifice & quiete; & ſic præſcripſi quamuis non ſim canonice inſtitutus, vtrum bene dicā? Certe non: quia non ſufficit detentio beneficij ſine canonica inſtitutione. Sed hodie extat regula de triennali poſſeſſore, in qua cauetur, ꝙ ſi quis per triennium poſſederit beneficiū eccleſiaſticū pacifice, & quiete, pōt ſe defendere ꝯ quemcunque, quamuis non oſtendat de canonica inſtōne.

[4] Pro expeditione glo. quæritur qualiter hic accipitur beneficium. Dicendum, ꝙ beneficium in iure accipitur multis modis. Nam aliquotiens appellatione beneficij veniunt ſimplicia beneficia, vt capellaniæ: aliquotiens appellatione beneficij veniunt omnia beneficia eccleſiaſtica. Et dicit glo. ꝙ beneficium hic accipitur large pro quocunque beneficio eccleſiaſtico, & ſic quodcunque beneficium ſiue ſit ſimplex, ſiue aliud, non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione, quod verū eſt, qñ illud beneficium habetur in titulum: ſecus ſi non haberetur in titulū. Nā præbenda aliqua, i. groſſum aliquando aſſignatur paruulis: aliqñ vero laicis, vt pulſatoribus campanæ: & in illis non requiritur canonica inſtitutio. Sed quia hic ſit mentio de inſtitutione: quęritur quid dicatur inſtitutio? Reſpondetur, ꝙ inſtitutio eſt canonicum ius in beneficio eccleſiaſtico obtinere. Sed quæritur, ad quem pertineat inſtitutio? Rñdet glo. ꝙ de iure cōi pertinet ad epiſcopum. in c. conquerente. ſupra, de offic. ord. in antiq. glo. opponit de c. ad hæc. ſupra, de offi. Arch. in anti. vbi inſtitutio pertinet ad Archid. Dicendum, ꝙ triplex eſt inſtitutio: Quædā eſt inſtitutio tituli collatiua: Alia eſt inſtitutio auctorizabilis quo ad commiſſionem curæ animarum: Alia eſt inſtitutio realis, & actualis: quæ vocatur inueſtitura, vel inductio in poſſeſſionem realem, & corporalē: duæ primæ pertinent ad epiſcopum: ſed tertia pertinet ad Archidiaconum: quia quando eps inſtituit aliquē, debet mandare Archidiacono, vt illum inducat & ponat in poſſeſſionem corporalem. Poſtea quærit glo. an ſit differentia inter inſtitutionem, & collationem, & præſentationem? Reſpondetur, ꝙ ſic. Vnde præſentatio dicitur illa per quam non confertur aliquod ius in beneficio eccleſiaſtico, ſed ſolum à patrono pręſentatur perſona idonea, & illud quod patronus facit, dr̄ pręſentatio. Inſtitutio vero ſtricte ſumpta dr̄ ſimpliciter: videlicet cum aliquis inſtituitur per diœceſanum ad præſentationem patroni: & ſic eps inſtituens dat titulum in beneficio. Alio modo accipitur pro confirmatione, quando ſuperior confirmat electum. Collatio autem dicitur quæ ſit de beneficio non patronato: quod ſpectat ad epm pleno iure ſine præſentatione patroni.

[4] Vlterius pro declaratione gloſſæ poſitæ in verbo obtineri, opponitur contra textū: & videtur, ꝙ beneficiū eccleſiaſticum poſſit obtineri ſine canonica inſtitutione. c. cura. in tit. de iure patr. in antiq. Glo. ſoluit ſic, aut quis poſſidet beneficium iure proprietatis, tamquam proprietarius: aut iure adminiſtratiuo, tamquam adminiſtrator: in primo caſu poteſt acquirere beneficium ſine titulo, vt monaſterium percipit bona temporalia beneficij faciendo certam pēſionem vicario perpetuo: ſi poſſedit longo tēpore ſine titulo, potuit præſcribere iure proprietatis. In ſecundo autem caſu, quando poſſidet beneficium tamquam adminiſtrator, non poteſt beneficiū acquiri ſine titulo. Et iſte textus intelligitur

Beneficiū multis modis capitur.

Inſtō quid dicatur.

Inſtitutio eſt triplex.

Pręſentatio quid dicit̄.

Inſtitutio quid dr̄.

Collatio quid ſit.

de iſto titulo adminiſtratiuo, qui non poteſt acquiri ſine canonica inſtitutione. [f] Queritur inſuper vtrum exiſtens in pacifica poſſeſſione beneficij teneatur facere fidem de ſua canonica inſtitutione: vel vtrum ſit defendendus in ſua pacifica poſſeſſione abſque eo, ꝙ probet ꝙ fuit canonice inſtitutus? Reſpōdetur, ꝙ ad inſtantiam diœceſani cuius intereſt ſcire an poſſidēs beneficia poſſideat iniuſte abſque periculo animarum, & etiā ad inſtantiam ſubditorum beneficiati, ſi exigunt, vt ipſe faciat fidem de titulo adminiſtratiuo, tenetur facere fidem: ſed non ad inſtantiam alicuius priuati precedentis ius in beneficio.

ecclesiaſticum non poteſt [a] licite [b] ſine inſtitutione canonica obtineri. [c]

[g] Vtrum quis poſſit obtinere beneficium eccleſiaſticū reſpectu iuris poſſidendi, abſque eo, ꝙ probet canonicā inſtitutionem, vt ſi quis dicat ſe poſſediſſe, & expulſum fuiſſe, an ſit neceſſe quòd probet canonicam inſtitutionem? Quidam dicunt, ꝙ ſic, per iſtud c. Ex quo ſequitur ꝙ quis non poteſt probare poſſeſſionem, niſi probet titulum, & inſtitutionem. Et ſimile eſt in viro repetente vxorem: quia licet homo non poſſit poſſideri: tamen cum titulo matrimoniali poſſidetur: ideo ſi vir dicat poſſediſſe vxorem, & ſe ſpoliatū fuiſſe, non admittitur, niſi probet matrimonium preceſſiſſe. Sic in ſpiritualibus beneficijs doctores formant iſtam queſtionem in cap. litteras. de reſtit. ſpol. in antiq. & ſunt varij: Nam quidam dicunt, ꝙ petens reſtitutionem beneficij, tenetur allegare, & probare titulum, id eſt inſtitutionem, & collationem: Alij dicunt, ꝙ non tenetur allegare nec probare titulum: ſed ſufficit, ꝙ alio modo coloret ſuam poſſeſſionem. Alij dicunt quod non requiritur, ꝙ coloret ſuam poſſeſſionem: ſed ſufficit probare, ꝙ ipſe exercuit actus conuenientes tali beneficio: puta quòd habuit ſtallum in choro, & vocem in capitulo: & ſic de alijs. Communis concluſio doctorum antiquorum, & dominorum de Rota (licet dominus Panor. recedat ab eorum opinione) eſt, quod ille qui agit poſſeſſorio pro recuperatione beneficij, non tenetur de neceſſitate probare canonicam inſtitutionem: ſed tenetur colorare ſuā poſſeſſionem vno de tribus modis: Primo probando, quòd habuit poſſeſſionem illius beneficij auctoritate ſuperioris: & non per dictam inſtitutionem, ſed per teſtes vel inſtrumentum in quo continetur qualiter epiſcopus mandauit alicui tali, vt poneret me in actualem poſſeſſionem, vel quia intraui poſſeſſionem ſciente ſuperiore, vel quia poſſedi longo tempore. Alij dicebant quod tenebatur allegare titulum. Sed Panor. tenet quòd non eſt neceſſe probare, allegare, nec colorare titulum prædictum, cap. litteras, de reſt. ſpol. in fine illius cap. & cap. in litteris, eo. tit. vbi dicitur, quòd prædo venit etiam reſtituendus: Nam ex quo quis fuit ſpoliatus, eſt reſtituendus: veruntamen, vt dixi, ſeruatur quòd non admittitur niſi colorauerit titulum altero de tribus modis.

[Gloſſæ primo ponunt exempla, & ius nouum ſuper huius regulæ ratione fundatum. Secundo notant cauſam impræſcriptibilem, & de ſimilibus remittunt. Tertio ponunt quadruplicem ſignificationem beneficij. Quarto, quid ſit inſtituere, & ad quem ſpectat, & circa illud duas obiectiones ſoluendo. Quinto de dictione, pōt, ponunt differentiam inter affirmatiuā & negatiuā locutionem. Sexto ſignant, & ſoluunt tria contraria loquentia in proprietate eccleſię, vel in prouentibus tantum, vel in iure eligendi. Septimo ad queſtiònem de clerico, à quo titulus petitur, arguunt pro, & contra: ponūt duas opiniones, quas diſtinguendo concordant.]

¶ Beneficium eccleſiaſticum. Pone caſum per cap. 16. q. 7. ſi quis deinceps. ṡ. de inſtitu. ex frequentibus. ff. de decuri. l. Herennius Modeſtinus. Super ratione autem huius regulę fundatur decreta. ſupra eod. lib. de eo qui mit in poſ. cap. cum qui. quia proceditur cum agitur de beneficio eccleſiaſtico in abſentia partis lite non conteſtata: nec fit miſſio in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandę: quia ſic ſine inſtitutione canonica beneficium obtineret. Conſideratur igitur in beneficijs canonica inſtitutio, nō antiqua poſſeſſio: & ſic nota caſum in quo non currit preſcriptio. idem eſt in matrimonio carnali. 34. q. 5. quod Deo. ṡ. de conſan. & affin. nō debet. & idem in alijs caſibus, qui no. 16. q. 3. clerici. & ṡ. de preſcrip. cum non liceat. Sumitur aūt hic beneficium largo modo, vt comprehēdat dignitates, perſonatus, eccleſias oēs cum cura, & ſine cura, quę cum tit. habentur ſic. 1. q. 3. ſi quis dator. ṡ. de cōcel. præb. nulla. ff. de ſer. expor. l. ſeruus. Sumitur aūt interdum ſtricte, vt diſtinguatur a prębenda. 12. q. 2. alienationes. de cōceſ. pręb. ex parte. aliàs includit prębendam. 1. q. 3. c. vlt. de verb. ſig. tua. in antiq. Alibi ſtricte ſumitur pro ſolis ſimplicibus beneficijs ſine cura. ṡ. de præb. c. vlt. & ṡ. eo. tit. & lib. cum in illis & ibi ratio patet in littera. Cum igitur in beneficio quolibet requiratur canonica inſtitutio, vt hic: videndum eſt quid ſit inſtitutio. Inſtituere aūt eſt ius canonicū in eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio tribuere. qđ dic vt no. ṡ. de inſt. auctoritate. in anti. Et iure cōi ad epm ſpectat. 16. q. 7. nullus oīno. de hæ. cū ex iniuncto. in fi. Nō obſtat de off. Arc. ad hoc. qa inſtitutio ibi ſumit pro inueſtitura, & ſic intelligat decr. de inſt. cū veniſſent. & qđ ibi no. Vr ꝙ etiam capitulū vacante ſede inſtituere poſſit. arg. 7. q. 1. pōtifices. de hęre. ab abolendā. ṡ. eo. lib. de temp. ord. cum nullus. Arg. ꝯ. 24. di. preſbyteri. 71. di. fraternitatē. ne ſede vac. c. 2. Dic, vt no. ṡ. đ maio. & ob. cum olim, & terminat hoc ṡ. e. li. de inſt. c. 1. inter collationem aūt, præſentationem, & inſtitutionē magna eſt differentia, vt ṡ. eo. lib. de pręb. cum in illis, §. cū autem. ADDITIO Sciendum eſt, ꝙ Dynus non fuit canoniſta: vnde dicebat gloſſam Be. in c. auctoritate. de inſt. ſuperius allegatam eſſe decre. ex frequentibus. de inſt. & de caſu decre. quæſtionem formabat. infra eodem indultum. volens hanc regulam (quia prima erat) copioſe gloſſare. ſicut de prima filia patres familias facere conſueuerunt, ſe contulit ad ſummam Hoſt. de inſt. & aliquid vltra. & contra ibi deſcripta ſubtiliter poſuit. Ioan. And.

a ¶ Non poteſt.] [1] Hæc dictio, poteſt, negatiue poſita, vt hic, neceſſitatē importat: cum autem affirmatiue ponitur, neceſſitatem nō inducit. Ad primum 2. q. 1. c. 1, ṡ. de accu. de his. Ad ſecundum 4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. ver. poteſt. de præb. de multa, in fi. de appel. oblatæ. ad fin. ff. de arbi. quin etiam. & ideo dicit lex, ꝙ verbum, poteſt, neceſſitatem non importat. ff. de offic. præſi. ſæpe. & l. ſequen.

b ¶ Licite.] Superabūdat id enim dicimur poſſe, qđ licite poſſumus. 22. q. 2. faciat. vbi de multiplici potentia. & ſupra, de reſcrip. ſciſcitatus. per Ber. & Inno. de cōce. præben. accedens.

c ¶ Obtineri.] Contradicit huic regulæ. ṡ. de iurep. cura. Solu. ibi non præſcribitur eccleſia tamquam beneficium, ſed vt proprietas. Item neceſſitatis cauſa vel pietatis, vel cauſa impenſi obſequij ſine canonica inſtitutione poſſidet quis eccleſiaſticos prouentus; nec ex eo canonicus vel beneficiatus proprie dicitur. 12. q. 2. quicunque ſuffragio. 16. q. 1. poſſeſſiones. & q. 3. clerici. & ca. ſi epiſcopus. ṡ. de magi. quoniam. Eodem modo reſpondetur ad c. 32. diſt. ſi qui vero. 12. q. 1. quia. 50. diſt. ſtudeat de cleri. pug. in duel. Henricus. Item arg. contra. ſupra de electio. in Geneſi. ṡ. de iurepatr. conſultationibus. vbi poſſeſſio dat ius eligendi, & præſcribendi. ſupra, de cauſa poſſeſ. cum eccleſia. [2] Solu. per poſſeſſionem acquiritur ius eligendi, & præſentandi: quia procedit ex actibus noſtris. ff. de acquirenda poſſeſ. L. 1. Inſtitutio autem procedit ex actibus aliorum, quæ ad hoc, vt valeat debet eſſe canonica, vt hic, in qua præcipue quatuor requiruntur. Primo, ꝙ perſona ſit quæ inſtituere poſſit, 16. q. 7. nullus. Secundo, ꝙ inſtitutus ſit talis, qui

Poſſeſſio in bñficijs nō attenditur.

Beneficiū comprehēdit dignitates, perſonatus: qa materia patiē hic. Phil.

Inſtituere quid ſit.

[1] Pōt verbū, negatiue prolatū neceſſitatē importat. Quod non eſt indiſtincte verū. L. infra dies, ff. de re iudi. c. quāto, de præſcri. Coſſet. in ſing. incip. verbū, pōt.

[2] Dicebat Io. Mon. ꝙ ꝯria loquū tur in poteſtate actiua hic loquiē de paſſiua, & iſta differunt. facit de cler. excō. ſi celebrat. ṡ. eo. li. de elect. nullus. in prin. & c. ex eo, ꝙ. in fi. Io. And.

poſſit inſtitui. de inſtit. cap. fin. quia non laicus, vt ibi, vel ipſe idem inſtituens. eo. tit. cap. vlt. Tertio, ꝙ illius beneficij inſtitutio ex iure proprio, vel deuoluto, vel de legato ad inſtituentem pertineat eod. tit. cap. 3. [Vnde ſecundum Dynum vicarius epiſcopi, vel capitulum vacante ſede, id non poſſet. quod dic, vt ſupra eo. lib. de offic. vi ca. cap. fin. de inſti. ca. 1. ne ſede vacan. cap. vnico. Quarto, ꝙ ſeruetur forma conſtitutionis illius. ſupra eo lib. de elect. cap. vlt. ² [Dic, vt ibi no. in vlt. glo. in confirmationibus enim locum habet, ſed in collationibus nō, vt ibi. Item dat exemplum per decret. 2. eo. lib. de elect. & per regulam, actus. hoc eod. tit.] Et no. ꝙ hæc regula eſt in argumentum contra clericum, qui eſt in quieta poſſeſſione beneficij ſui: & petitur ab eo titulus poſſeſſionis, ſcilicet inſtitutio. quòd teneatur illam oſtendere: nam, & libertus Eccleſiæ licet ſit in quaſi poſſeſſione libertatis, probat manumiſſionem ſuam. 12. q. 2. ca. longinquitate. & cap. ſeq. & hoc probat decre. de appel. perſonas. in parte deciſa: vbi de hoc per Lau. nam, & poſſidens pro hærede vel poſſeſſore, cogitur probare titulum. C. de peti. hære. l. cogi. ad hoc facit quod no. de dolo. & contum. contingit in glo. vlt. circa medium. In contrarium videtur argu. 20. q. 1. quem progenitores. ſupra de reg. vidua. & in prædicta. l. cogi. 2. q. 5. §. 1. & pro hoc facit quod no. Inno. de procurato. ex inſinuatione. & Ber. Compo. de reſcr. capitulum. in glo. 5. §. item quæritur an executor. ver. ſed ſecundum hęc. primam opinionem tenebant Mel. & Ber. Iſi. per iura prædicta. Ioan. & Lau. no. 100. diſt. contra morem. ꝙ clericus habens duo beneficia, cogitur dicere titulum: habenti autem vnum ſolum, ſufficit poſſeſſionem oſtendere arg. ad hoc ſupra eo. lib. de reſcri. c. 1. & de offi. ord. eo. lib. c. ordinarij. ³ Dici poteſt; primam partem veram, cum epiſcopus ex ſuo officio vult videre inſtitutionem clerici, hoc probatur de præben. dilecto. vt eccle. benefi. c. vnico. Secundam cum alius agit, forte dicens ſe ius habere in prębenda: tunc actor quod aſſeruerat, & c 6. q. vlt. actor. & præl. cap. vnico. vt eccleſia. benefi. & C. de proba. actor, & hoc probatur ex ijs quæ no. Innocen. Ber. Compoſt. in prædict. glo. & per Hoſtien. & de hoc, de ſimo. licet Hely. ſuper ver. officij ſui debitum. [Cuius verba poſuit Arch. in decre. ordinarij. Ioan. And.]

² Idem Dynus, fallit ſi leuicula eſſent omiſſa ff. de vē. inſpic. l. 1. in fi. Fon.

³ Et ibi de hoc p Arc. & licet plura ibi reci tet, oīa habentur per remiſſiones huius gloſ. tenet autē quod ſequitur in gloſ. cum moderamine qđ ſtatim ſubdam. Ioan. And.

³ Videbis Panor. c. accedens nume xiiij. de ac. Pet. de Anc. nu. 9.

¶ Idem.

REG. II.

Poſſeſ-

POſſeſſor.] iſtud capitulum habet duos intellectus ſecundum duos modos punctuandi textum: Nam quidam faciunt punctum poſt dictionem, fidei: Alij autem faciunt punctum poſt dictionem, tempore.

¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum illud quod habetur in gloſſa poſita ſuper verbo fidei, qualiter hic accipiatur fides, & quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor, & quis male fidei poſſeſſor. vnde fides hic accipitur pro conſcientia, vt dicamus poſſeſſor male fidei, id eſt, conſcientiæ, vllo tempore non præſcribit, quis autē dicatur bonę fidei poſſeſſor, illud colligitur ex cap. ſi virgo. 34. q. 2. & l. apud antiquos, circa mediū. C. de fur. & ſer. corru. nam ille dicitur bonę fidei poſſeſſor, qui putat ſe dominum rei, quam poſſidet: & ignorat rem eſſe alienam: Econtra vero is dicitur malæ fidei poſſeſſor, qui habet conſcientiam rei alienæ.

¶ Caſus ſecundum primum intellectum ſic figuratur: videlicet faciendo punctum poſt dictionem, fidei. Aliquis Titius vendit mihi rem quæ non erat ſua: puta, vineam, demum, pratum, vel aliquam aliam rem: ſed erat cuiuſdam alterius, & illam mihi tradidit: ego emptor ab initio bene ſciebam rem eſſe alterius, & non vēdentis: & ſic quando res fuit apud me: ſciebam illam eſſe alterius: hoc tamen non obſtāte detinui illam rem per xx. vel xxx. annos: Elapſo illo tempore dominus rei vendicauit ſibi illā rem, & fecit me conueniri, petendo, vt iudex declararet illum dominum eſſe iſtius rei, & me compelleret ad ſibi reſtituendum vnà cum fructibus: Ego autem excipiēdo propoſui, ꝙ illam rem poſſederā per longum tempus, videlicet per xxx. annos: & ꝙ illo medio prę ſcripſeram: ille replicando propoſuit, ꝙ non poteram præſcribere propter malam cōſcientiam: quia ſciebam rem eſſe alienam: & illud probauit: Quæritur quid iuris: vtrum poſſim me tueri præſcriptione? Reſpondet, ꝙ nō, etiam ſi longiſſimo tempore poſſedero: quia poſſeſſor malæ fidei non præſcribit vllo tempore ſuppleatis, nec longiſſimo: quia poſſeſſor malæ fidei eſt continue in peccato mortali: & diuturnitas tēporis nō diminuit peccata, ſed auget. c. fi. de præſcri. in antiq.

¶ Alij faciunt punctum poſt dictionem, tempore. Et ſecundum hunc intellectum caſus ſic figuratur: Titius vendidit mihi rem alienam: puta pratum vel vineam, putabam illum eſſe dominum tempore traditionis: in iſta bona fide perſeueraui per magnum tempus, ſed nō per totū tempus præſcriptionis: poſtea ſuperuenit mala fides, id eſt, ſcientia rei alienæ antequam compleuiſſem præſcriptionem, vtrum poſſim præſcribere? Reſpondetur, ꝙ non poſſum complere huiuſmodi præſcriptionem: quia requiritur, ꝙ habeam bonam fidem in omni tempore præſcriptionis. Nam male fidei poſſeſſor vllo tempore, id eſt, qui in aliquo tempore præſcriptionis habet malam fidem, non præſcribit.

¶ Pro expeditione primæ glo. videtur, ꝙ poſſeſſor male fidei poſſit præſcribere longiſſimo tempore: & arguitur de l. cum notiſſimi. C. de pręſc. xxx. vel xl. annorum ibi, præſcribitur res longiſſimo tempore, & cum mala fide. Gl. facit differentiam inter ius canonicum, & ciuile: & dicit, ꝙ contrarium procedit de iure ciuili, quod non habuit reſpectum ad ſalutem animarum: ſed ad bonū commune duntaxat: & ideo cum mala fide procedebat præſcriptio longiſſimi temporis: ſed ius canonicum habuit reſpectum non ſolum ad bonū commune, ſed etiā ad ſalutem animarum. Nam ſubiectum ſcientiæ iuris canonici eſt homo dirigibilis non ſolum in bonum cōmune, ſed in Deum: & ius canonicum conſiderauit, ꝙ poſſidens cum mala fide eſt continue in peccato mortali, & tanto aggrauatur peccatum, quanto diutius infęlicem animam detinet alligatam: ideo noluit, vt poſſeſſor malæ fidei poſſet præſcribere.

Iuris canonici ſubiectū dr̄ eſſe homo dirigibilis in Deum, & ī bonū cōe.

¶ Sed vtrū leges ciuiles ſint correctæ per ius canonicū. gl. exorditur materiam vtrum leges ſuccumbant canonibus, & hoc in terris imperij; Reſpōdet, ꝙ vbi verſatur periculum aīæ, leges ſuccumbūt canonibus: ideo leges illæ ſunt correctæ, ita, ꝙ eſt iudicandum ſecundum ius canonicum, & non ſm̄ leges: ſed in materia non concernente periculū animæ, leges ſunt ſeruandæ in foro ſuo, & ius canonicum in ſuo: Nam Papa non poteſt tollere leges quo ad iudicium ſęculare: niſi in ijs in quibus vertitur periculum animæ: cum poteſtates ſint diſtinctæ: videlicet eccleſiaſtica, à poteſtate ſęculari: Iō dicit Ber. ꝙ præſcriptiones lōgiſſimi temporis quæ procedūt ex ſola negligentia non petentis, & non ex facto poſſidentis præſcribuntur cum mala fide, vt puta, debeo tibi decem ſcuta ex aliquo contractu, tu nō petis illa decem ſcuta per ſpatium xl. annorum: iſta præſcriptio currit mala fide. licet ſciam me eſſe debitorem tuum: ideo ſi poſtea facias me cōuenire, potero me tueri præſcriptione longiſſimi temporis: quia iſta præſcriptio eſt ex ſola negligentia tui creditoris: de qua in cap. fi. de præſcr. in antiq. Vtrum in præſcriptione requiratur bona fides durante toto tempore pręſcriptionis: an ſufficiat habere bonam fidem ab initio præſcriptionis, licet poſtea ſequatur mala fides? Reſpondet, ꝙ in omni tempore præſcriptionis requiritur bona fides, vt eſt hic text. ſecundum vnum intellectum. Sed quid erit ſi completa præſcriptione ſuperuenit mala fides, vt ponamus quod aliquis vendidit mihi rem Titij: putabam vendentem eſſe dominum rei, & ſic habebam bonam fidem & cum iſta bona fide tenui iſtam rem vſque ad præſcriptionem completam: Completa præſcriptione ſciui, ꝙ res erat Titij: vtrū tenear ſibi reſtituere, & facere conſcientiam

gl. in dicto cap. ſi virgo. 34 quæſt. 2. concludit quòd non teneor ſibi reſtituere, licet ſuperueniat mala fides: quia ex quo completa eſt præſcriptio, per præſcriptionem res eſt facta mea ſaltem quantum ad dominium vtile: & ſecundum alios quantum ad dominium directum: ſed in vſucapione res effi citur mea completa vſucapione quãtum ad dominiũ directũ:

Dñium quale quæritur per vſucapionem, & præſcriptionem.

ſor ᵃmalę fidei ᵇvllo tempore ᶜnon pręſcribit. ᵈ

de hoc per Panor. in cap. fin. de præſcri. in antiq. Quæritur. vtrum ad hoc, vt quis poſſit alienam rem pręſcribere, ſufficiat bona fides? Reſpondet, ꝙ non, ſed vltra bonam fidem requiritur titulus: & hoc in præſcriptione longi temporis. x. vel xx. annorum: vel in præſcriptione longiſſimi temporis, cum quis præſcribit rem eccleſiæ: vel eſt præſumptio contra ipſum: vel ſibi reſiſtit ius commune, niſi allegaret præſcriptionem centum annorum, vt in cap. 1. de præſ eodem lib. vt quando quis præſcribit decimas in parochia mea, non ſufficit probare poſſeſſionem per xl. annos: ſed requiritur quod ipſe alleget, & probet titulum, vel alleget poſſeſſionem centum annorum, aliàs non requiritur titulus. cap. de quarta. de præſcript. in antiq. Quęritur quid ſit vſucapio: & quid ſit pręſcriptio. Gloſſa remittit ad ea quę habentur in ſumma. 16. quęſt. 3. vbi dicit gloſſa. Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem temporis poſſeſſionis lege definiti, quam definitionem accepit à l. 3. ff. de vſuca. Sed pręſcriptio eſt exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens: quę actione perſonali vel in rem, id eſt, reali opponitur.

Vſucapio quid ſit. Præſcriptio quid ſit.

Pro expeditione glo. finalis in verbo pręſcribit. videt quòd quis pręſcribat cum mala fide: & arguitur de ca. placuit. 16. quęſt. 3. cap. 1. de pręſcri. ſupra, in antiq. vbi dicitur, ꝙ ſi populus alicuius diœceſis fuerit occupatus ab infidelibus, & lapſus in errorem hęreſis, ſi epiſcopus proprius ſit negligens in reuocando populum ab errore, epiſcopi vicini poſſunt illũ requirere, vt adhibeat diligentiam pro reuocãdo populo: & facta monitione debet expectari per aliquod tempus: quo elapſo, ſi vicinus epiſcopus reuocauerit huiuſmodi populum, & populus ſibi obediuerit per tres annos, pręſcribit, licet ſciat populum alienum: & ſic præſcribit cum mala fide. Dicit glo. ꝙ regulariter præſcriptio non procedit cum mala fide, ſed eſt ſpeciale in illo caſu fauore fidei contra regulam communem, vt vicini epiſcopi ſpe lucri reuocent populum ab errore hæreſis.

[Gl. prima ponit exempla. Secundo dicit regulã non procedere ſecundum leges niſi dicantur correctę: circa quod ponit duas opiniones contrarias, & tertiam quæ diſtinguit. Tertio ponit aliud diuerſum inter leges, & nos. Quarto dat remiſſionem de mala fide, quæ præſcriptionem ſequitur. Quinto ſubdit etiam titulum requiri: ſignat contrarium, & ſoluit. Sexto remitit de præſcriptione vſucapione, & interruptione.]

Habita diſtinctione inter preſentes, vel abſentes, & qui quo ad hoc dicantur præſentes: & quid de illo qui nullũ habet domiciliũ, vel hẽt plura: no. C. de præſcr. lõgi tẽpo. l. ſi. vide Spe. de præſcri. ver. qũ aliquis. Ioan And.

ᵃ Poſſeſſor.] pone caſum 34. q. 2. ſi virgo ĩ. de pręſcr. c. vlt. Hæc regula ſecundum leges vera eſt in pręſcriptione x vel xx. ¹annorum. C de præſcr. long. temp. auth. malę fidei. In præſcriptione autem xxx. vel xl. annorum non requiritur bona fides. 16. quęſt 3. cap. placuit, vt §. poteſt. ſupra, de præſcr. vigilanti. C de pręſcri. xxx. vel xl. annorum, cum notiſsimi. Niſi velis dicere leges eſſe correctas ²per præd. decreta. de pręſcript. cap. vltim. vbi de hoc. Quòd quidam abhorrent dicentes Papam non poſſe tollere leges, niſi quo ad ſuum forum. Alia vero dicũt Papam indiſtincte quo ad vtrumque forum poſſe leges tollere. de hoc. 10 diſtin. conſtitutiones de teſta cum eſſes. In his autem teneus medium, credo, ꝙ Papa vbi non habet temporalem iuriſdictionem, non poſsit tollere legem quo ad forum ciuile, niſi in his in quibus vertitur periculum animæ: cum poteſtates diſtinctę ſint. 96. diſtin. cum ad verum. 10 diſt. quoniam. vbi de hoc & qui filij ſint legit. cauſam. 2. In his autem in quibus periculum animę vertitur, quòd ad vtrũque forum tollit legem. probatur hoc de iudi. nouit. de præſcri. ca. vltim. & de ſecun. nup. cap. pen. & vlti. ſupra eodem lib. de foro compet. cap. vlti. de iureiur. cap. 2. eod. lib. de excep. cap. 2. de ſenten. excommu. decernimus. nam in his leges ſacros canones imitari nõ dedignãt. ſupra de iudi. clerici. in Auth. vt non luxu. contra natu. propterea. colla. 6. in Auth. vt clerici apud proprios epiſcopos. §. ſi vero eccleſiaſticum ex quibus ſatis poſſet inferri: idẽ de iure canonico circa hoc quod de iure ciuili. Sciendum eſt autem, quòd ſecundum nos non ſolum ab initio, ſed in qualibet parte præſcriptionis. ³debet præſcribens etiam agnoſcere bonam fidem, vt hic, & in concord. In his autem in quibus etiam ſecundum leges, requirebatur bona fides, ſufficiebat ab initio bonam fidem agnouiſſe, vt in prædicto §. poteſt, & l. cum notiſsimi. Si autem quæratur de eo qui completa præſcriptione incipit habere malam fidem, an teneatur rem reſtituere? Dic, ⁴vt no. 14 quęſt. 6 cap. 1. & 34. quęſt. 2. ſi virgo, & ſupra de præſcri. vigilanti. non ſolum autem in pręſcriptione requiritur bona fides. vt hic: ſed etiam ⁵titulus qui det cauſam præſcribendi. de hoc. 10. quęſt. 3. quia. 16 quęſt. 3. dilectio. de pręſcri. ſi diligenti. Arg. contra eo. titu. de quarta. & c. ad aures. & c. vlti. vbi non fit mentio de titu. Sol. dic breuiter, ꝙ ſi ius commune vel præſumptio non eſt cõtra poſſeſſorem, ſufficit bona fides: alias neceſſe eſt allegari titulum, & probari, niſi allegetur præſcriptio tanti temporis. cuius contrarij non ſit memoria. ſupra eo. li. de pręſcri. ca. 1. Quid autem ſit præſcriptio. quid vſucapio, quæ in eis requirantur, quis eorum effectus: plene not. 15. quęſt. 3. in ſumma. Quomodo interrumpatur ea. q. §. poteſt. ver. hæc de pręſcriptionibus. & ſupra de pręſcri. c. illud.

² Dicit Dynus, & ratio eſt ſm Pe. d Anch. peccatum.

³ Idem doctores.

⁴ Albe. & Anc. dicunt ꝙ non: etiã in foro conſcientiæ.

⁵ De hoc, & an ſit neceſſe ſaltem allegare titulũ, & an in præſcribendo vſumfructum vel libertatem alicuius ſeruitutis ſit titulus neceſſarius hic p Dynum. Io. And.

ADDITIO. Quòd in pręſcriptione ſufficiat ab initio bonam fidem agnouiſſe. videtur, ꝙ melius dicant leges quàm canones: cum à principio legitime factum vitiari non debeat per illud ſuperueniens, à quo non poterat inchoari. ĩ. eo. factum legitime. ff. e. tit. in ambiguis. § non eſt nouum. Sol. vt dicit hic Dynus, regulæ illę loquuntur in actibus perfectis: ſecus in inchoatis tãtum, vt hic: & probatur ſol. ſecundum eum. ff. de verb. obl. ſi ſub vna. §. 1. & l. pluribus. & de ſer. l. pro parte. de ſer. ruſt. præ. l. via § quęcunque. Ioan. And.

[Secunda glo de ſignificationibus fidei remittit.]

ᵇ Fidei.] multis modis ſumitur fides: quod dic, vt no. ſupra de fide catho. in rubri. & 22. q. 1. monet. hic ſumitur pro conſcientia. ſic 28. q. 1. omnes deinceps. §. ex his ſi. de pręſcri. c. vlt.

[Tertia glo. ponit duas lecturas.]

ᶜ Vllo tempore.] potes facere punctum ante, & poſt: & ſic habebis duos intellectus: Primus eſt, ꝙ nulla antiqua dierum poſſeſſio, &c. ſupra, de pręſcri. vigilanti. Secundus, ꝙ nullo tempore pręſcriptionis debet agnoſcere malam fidem. ĩ. eo. c. vlt.

ADDITIO. Idem Dynus.

[Gloſſa vlt. ſignat contrarium: & dupliciter ſoluit: Secundo ſignat aliud, in quo remittit. Tertio quærit, & remittit. Ioan. And.]

ᵈ Non pręſcribit.] ⁶ſi ergo poſſidens conſcientiam habet rei alienę non pręſcribit. Contra 16. q. 3. placuit, vt quicunque. ſupra, de pręſcrip. cap 1. ibi pręſcribit, qui certus eſt rem eſſe alienam. Sol. illud ſpeciale in fauorem fidei catholicę, ſicut alia. 2. quęſt. 7. ſi hęreticus. ĩ. eo. lib. de heret. cap. 1. & 4. C. de epiſ. audien. l. nemo cũ ſimi. Pręterea ſatis videtur ſuam conſcientiam purgaſſe, & bonam fidem agnoſcere, qui verum dominum requiſiuit. arg. ĩ. eo. ſcienti. cum ſuis concor & ſic auctoritate canonis excuſatur. ſic ff. de noxa. l. generaliter, vbi vſucapit qui ſcit ſeruum alienum, qui ſibi ab alio bonę fidei poſſeſſore fuerat datus pro noxa: ex quo verus dominus requiſitus noxiam emendare non vult. Item cõtra ſupra de iure pat. cura. Sol. vt ibi, & 16. q. 3. ſi ſacerdotes. in 1. glo. vltra medium, quòd etiam videtur con-

⁶ Ratio ſm Io. M. quia peccat, & ex eo meretur pœnã: ergo nõ pręmiũ, de tranſla. pręla. ca. 1.

tra. Si quæratur quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor & ma le: [1] dic, vt notatur de præſcript. ſi diligenti. in gl. pen.

[a Ad mer. eu. reſpondet Ancha. num. 28. ꝙ per ſtatutũ præſcribat, debito certo tempore non petito.]

ADDITIO. Et hic per Dynum repetentem quo ad hoc, quod ibi not. Io. And..

Sine poſſeſſione.] Caſus in hoc capitulo figuratur pluribus modis: Et primo per capitulum, cauſam, de præſcrip. in antiq. Vnde ſciendum, ꝙ iura ſpiritualia non cadunt in laicum, nec reſpectu habendi, nec reſpectu poſſidendi: hoc eſt nec reſpectu proprietatis, nec reſpectu poſſeſſionis, vt c. Maſſana. de elect. in antiq. c. decernimus. de iudi. Secundo eſt præſupponendum, ꝙ ius decimandi eſt ius ſpirituale: & ſic non cadit in laicum: licet fructus decimales ſint res temporales.

¶ Idem.

REG. III.

Sine poſſeſſione [a] præ-

¶ Caſus hoc præſuppoſito ſic figuratur: Quidã laicus de facto emit ab epõ ius decimandi infra limites meæ parochiæ: & cum illo titulo percepit decimas cum bona fide: quia credebat titulum valere: Hoc facto ego rector feci illum conueniri coram iudice competenti: & propoſui in meo libello, ꝙ eram rector talis eccleſiæ: & in ea fueram canonice inſtitutus: & ꝙ eram fundatus de iure cõi habendi, & percipiendi decimas omnium fructuum excreſcentium in mea parochia: & ꝙ iudex condemnaret talem laicum ad reſtituendum mihi decimas per eum perceptas, & ad ceſſandum in futuro: Laicus cum deberet reſpondere meo libello, excipiendo propoſuit, ꝙ illas decimas perceperat per x. xx. xxx. xl. annos: & ſic illas præſcripſerat: Ego rector replicando propoſui, ꝙ ipſe non poterat præſcribere, nec poſſidere illas decimas propter incapacitatem: quia ius ſpirituale non cadebat in laicum: Quæritur, nunquid bene dicã, ita ꝙ non obſtante detentione facti non poſſit ſe tueri præſcriptione contra? Reſpondetur, ꝙ laicus ſe non poteſt tueri præſcriptione: quia dictus laicus non habuit poſſeſſionem habentem adminiculum iuris: & præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione.

¶ Alio modo poteſt figurari caſus per c. porro. 16. q. 3. l. qui in ſeruitute. ff. eod. & primo per dictum capitulum, porro certum eſt, ꝙ hæreticus eſt incapax poſſeſſionis cuiuſcunque rei, id eſt, proprietatis & poſſeſſionis: & ſic hæreticus non poteſt poſſidere: nunquid poteſt præſcribere res quas apud ſe detinet bona fide? Reſpondetur, ꝙ non: quia præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione: & cum hæreticus non poſſit poſſidere, ideo non poteſt præſcribere, vt in l. qui in ſeruitute. Certum eſt, ꝙ ſeruus non poteſt aliquid poſſidere nomine ſuo: ſed dicitur poſſidere nomine domini ſui: ergo etiam non poteſt præſcribere: quia ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit.

[Poſſeſſio duplex.]

¶ Pro expeditione primæ gloſſæ poſitæ in verbo, Sine poſſeſſione quæritur quotuplex eſt poſſeſſio? Dicendũ eſt, ꝙ duplex eſt poſſeſſio: Nam quædam eſt poſſeſſio quæ habet plurimum iuris, & modicum facti: Alia eſt poſſeſſio quæ habet plurimum facti, modicum iuris. Prima poſſeſſio eſt, vt illa quæ acquiritur per procuratorem. c. cum noſtris. ꝭ. de conceſ. præb. in antiq. nam iſta habet plurimum iuris, & parum facti: quia in ea plus operatur iuris diſpoſitio, quàm factum hominis, & illa poſſeſſio non parit cauſam vſucapiendi, niſi interuenerit factum noſtrum, id eſt, ratam habuerimus. Alia eſt poſſeſſio quæ habet plurimum facti, & parum iuris: ſicut illa quæ per noſmetipſos acquiritur. & illa dicitur habere plurimum iuris, quæ per ſeruos noſtros nobis ignorantibus acquiritur.

¶ Verum ad præſcriptionem ſufficiat poſſeſſio facti, vel requiratur poſſeſſio iuris? Reſpondetur, ꝙ non ſufficit poſſeſſio facti, quæ dicitur quaſi pedum poſitio: ſed requiritur poſſeſſio iuris, id eſt, quod habeat adminiculum iuris, id eſt, quòd præſcribens ſit capax poſſeſſionis, vt in primo exemplo dictum eſt; videlicet de laico reſpectu iuris decimandi.

¶ Vtrum ad hoc ꝙ quis poſſit præſcribere, requiratur ꝙ poſſideat continue per tempus ſufficiens ad præſcriptionem, vel ſufficiat poſſidere per interualla: licet non continue? Dicendum, ꝙ poſſeſſio debet eſſe continua per x. xx. vel xxx. annos: ſi requiratur ad præſcriptionẽ ſpacium xxx. annor. ita ꝙ non fiat coniunctio temporum: & non interuenerit interruptio: quæ interruptio quandoque fit naturaliter per inundationes aquarum, quando locus fuit aquis inundatus: & iſta interruptio prodeſt hominibus quorum intereſt: & pluribus alijs modis poteſt fieri iſta interruptio. Alia eſt interruptio ciuilis, quæ quandoque fit per litem conteſtatam: quandoque fit per ſolam citationem. l. cum notiſſimi. C. de præſcript. xxx. vel xl. annor. Et iſta interruptio ciuilis non prodeſt omnibus quorum intereſt, ſed prodeſt interrumpenti, & ſuis hæredibus, vt Titius vendidit mihi rem alienam, quam tamen credebam eſſe ipſius Titij, & non alienam: & ſic habebam bonam fidem: non dum completa præſcriptione quidam non dominus fecit me conueniri, & litem fuit conteſtatus: & ſic interrupit meam præſcriptionem: iſta interruptio non proficit vero domino, nec eius hæredibus: ſed ſolum interrumpenti.

¶ Vtrum interrupta præſcriptione ciuiliter poſſit poſſeſſor præſcribere, dum tamen habeat bonam fidem: licet incipiat titubare, an res ſit ſua vel petentis: vtrum iſta mala fides impediat præſcriptionem? Glo Reſpondet, ꝙ de iure ciuili ſolum fit interruptio præſcriptionis: ſed ſi actor dimittat proceſſum, puta quia renunciat inſtantiæ, & reus acceptat iſtam inſtantiam, vt in authen. qui ſemel, C. quomodo, & quando iudex licet inſtantia ſit extincta, tamen remanet effectus, vt non poſſit currere præſcriptio: & ſic debet incipere præſcriptionem de nouo: ſed de iure canonico non poteſt præſcribere, quia incipit eſſe malæ fidei. Sed contra iſtam regulam arguitur de ea cum eccleſia de cauſi poſſeſ. & propter vbi dicitur ꝙ ius eligendi poteſt præſcribi, & tamen non poteſt poſſideri, quia eſt incorporale: & res incorporales non poſſidentur: ergo male dicitur in regula noſtra, quod ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit. Glo. metu contrarij ſubaudit ad tex. ſine poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, & licet iura incorporalia non poſſideantur, tamen quaſi poſſidentur: & in rebus incorporalibus habet locum ficta poſſeſſio: quæ id operatur in rebus incorporalibus, quod operatur vera poſſeſſio in corporalibus.

¶ Pro expeditione glo. fin. poſitæ in verbo, procedit, videtur ꝙ quis poteſt præſcribere ſine poſſeſſione: Et arguitur ſic, Captus ab hoſtibus non poſſidet, quia poſſidetur ab alio: & qui poſſidetur, non poſſidet. l. qui in ſeruitute. ff. eod. & tamen captus ab hoſtibus præſcribit, l. iuſto. §. vltimo. ff. de vſucap. Reſpondet gloſſa, ꝙ captus ab hoſtibus non poſſidet per ſe: ſed ſi ante captionem ab hoſtibus poſſidebat per ſeruos ſuos, vel famulos, vel filios ſuos, durante captiuitate poſſidet: Et ipſe reuerſus recuperat poſſeſſionem: & fingitur iure poſtliminij nunquam perdidiſſe poſſeſſionem, eo ꝙ poſſidebat à tempore captionis: ſecus ſi tempore captionis non poſſidebat per ſeruos, quia tunc non poſſet præſcribere. Item ſecus ſi non poſſidebat per ſeruos vel alios quos habet in poteſtate, ſed per ſeipſum poſſidebat ante captionem: quia tunc perdit poſſeſſionem: & ſic non poſſet præſcribere.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta: & ponit & ſpecificat exempla. Secundo de multiplici poſſeſſione remittit. Tertio tractat qualis poſſeſſio in præſcriptione requiratur. Quarto quomodo poſſeſſio debet eſſe continua. Quinto, de quaſi poſſeſſione.]

a ¶ Sine poſſeſſione.] hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. qui in ſeruitute eſt. per quam etiam poteſt hic poni exemplum caſus, & per c. 16. q. 3. porro. & ꝭ de præſcri. cauſam quæ. Seruus cum ab alio poſſideatur, non poſſidet, vt in primo caſu: hæreticus & paganus, vt in

ſecundo: laicus ſpiritualia, vt in tertio. Sciendum eſt aũt ꝙ poſſeſſionum alia iuris, alia facti: alia iuris & facti: & hæc interdum habet plurimum iuris, & minimum facti: interdum econtra. quod proſequêre, vt not. ſ. de conceſſ. præben. cum noſtris. & C. de acquiren. poſſ. l. 1. Vt ergo currat præſcriptio, dẽt quis poſſidere de facto & de iure. de facto planũ eſt: quia q non poſſidet, non præſcribit: & debet poſſidere proprio nomine. non alieno: aliàs ille præſcriberet, cuius nomine poſſideret. 16. quæſt. 3 clerici. de reſtitu. ſpoliato. cum veniſſet. in fine. de præſcript. ſi diligenti. ff. de acquir. poſſeſſio. quod meo. debet etiam poſſidere de iure: quia ad præſcriptionem requiritur ciuilis poſſeſſio, 1 ideſt, quòd talis ſit perſona, in quam cadere poſſit huiuſmodi poſſeſſio, vt probatur per iura inducta in principio glo. ad hoc etiam 14. quæſt. 1. in princ. Et quod ibi not. & de probat. ex litteris. in fi. ff. de vſucapio. ſine poſſeſſione. hoc dico: quia laici de facto interdum poſſident decimas, & ſpiritualia, vt not. Barth. Brix. 14. q. 1. in princ. 1. gloſſ. magnæ. & in fine. ad hoc ſupra eod. lib. de reſti. ſpol. ad decimas. nam, vt ibi patet, aliud eſt poſſidere, aliud eſt legitime poſſidere. Et not. quòd hæc poſſeſſio facti debet eſſe continua: quia ſi interrumpatur poſſeſſio, interrupta eſt præſcriptio. 16. q. 3. c. placuit. vt §. poteſt. de præſcr. illud. C. de præſcri. xxx. vel xl. ann. cum notiſſimi. ſi tamen fiat interruptio ciuiliter, puta per litis conteſtationem, ſecundum canones videtur, ꝙ amodo non currat præſcriptio: quia præſumitur titubare, & malam fidem habere. 2 ſed leges quæ de mala fide non curant, nouos xl. annos requirunt, vt in prædicto §. poteſt. & hoc not. Io. 16. q. 3. cap. 1. Et quod dicit regula de poſſeſſione, hoc intelligas, vel de quaſi poſſeſſione: quia incorporalia non poſſidentur, ſed quaſi poſſidentur. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de acq. poſſ. l. 3. in princ. & tamen præſcribuntur. ſ. de cau. poſſ. cum eccleſia.

ADDITIO Idem Dynus, qui de hoc formauit obiectionem ad hoc vltimum: quem vide. Io. And.

ª ¶ Præſcriptio.] nec vſucapio. ff. de vſuca. l. 3. & l. fi.

[Glo. vlt. præmiſſa ratione regulæ, ponit duas obiectiones legales, quas ſoluit: in fi. obijcit, de decr. contingit. & tripliciter ſol.]

ᵇ ¶ Non procedit.] 3 præſcriptio eſt verbum iuris: parit enim actionem, vel exceptionem ex tempore: & ex eo acquiritur dñium, etiam directum, ſm Mart. Io. ſ. de hoc 16. q. 3. §. poteſt. circa principium. 4 Vſucapio autem eſt acquiſitio dñij per continuationem poſſeſſionis temporis lege diffiniti. ff. de vſuca. l. 3. ex quibus ſatis patet ratio regulæ, quæ contrariũ patitur de lege dicente, ꝙ captus ab hoſtibus vſucap. ff. de vſucap. l. iuſto §. vlt & tamen nihil poſſidet, cũ ab alio poſſideatur. ff. de acqui. poſſ. cum hæredes. §. in his.] Sed lex 5 intelligit, ꝙ vſucapit per alium quem habebat in poteſtate tempore quo captus fuit: vnde rediens poſtliminio recuperat poteſtatem, quam eius fictione vr̃ continuaſſe, & ſic vſucapione dñium quæſiuiſſe: ſed ſi per ſe poſſidebat, perdit poſſeſſionem: & licet poſtliminio redeat, fictiõ poſtliminij non extenditur ad poſſeſſionẽ, quæ conſiſtit in facto: & ſic nec ad vſucapionem quæ ex poſſeſſione procedit. ff. de capt. & poſtli. reuer. in bello. §. factæ. & de vſucap. l. ſi is qui pro emptore. vbi de hoc. Item opponitur, ignorans poſſeſſionem non quærit, cum animus ſit de ſubſtantialibus. C. de acqui. poſſ. licet. & l. quemadmodum, & tamen ignorans præſcribit. ff pro ſolu. l. 2. §. Celſus. Solu. 6 Ignorans per ſe poſſeſſionem non quærit, tamen bene poteſt ignorans quærere poſſeſſionem miniſterio filij vel ſerui, quem habet in poteſtate, vt in contrario, & ſic vſucaperet, vt ibi. Item opponitur, de decr. ſ. in ant. de dolo & cont. contingit. ibi enim præſcribit annaliter ille, qui non poſſidet. Sed poteſt illud dici ſpeciale in odiũ illius contumacis, qui non permittit actorem ingredi in poſſeſſionem ſecundum decretum iudicis cauſa rei ſeruandę: vel iam miſſum expulit: ne ſit melioris conditionis contumax, q̃ obediens, vt ibi. nec debent ſtulti eſſe melioris conditionis quà periti. 16. q. 1. legi. ſ. eo. lib. de præb. cum qui beneficium. ff. quod vi aut clam. ſeruus vel aliter ibi loquit de quodam temporis lapſu, quod habet aliquem conſtituere poſſeſſorem tantum: hic autem loquitur de quodam temporis lapſu, quod per præſcriptionem inducit dominium, vt ſup. dixi: & ſic non obſtat. Vel dic, ꝙ canon fingit illum poſſidere in odium illius contumacis, vt ſup. dixi. ad hoc, ff. de bo. au. iudi. poſſ. l. quamuis. ſæpe enim iura fingunt ex cauſa quod non eſt, 50. diſt. ferrum. vbi de hoc. de tranſlat. inter corporalia. C. de rei vxo. actio. l. vnica. circa principium. & de hoc ſup. de ſpon. is qui.

¹ Prolixe tractat hic Dynus, ꝙ ad præſcriptionẽ requiritur ciuilis & naturalis poſſeſſio: vel ciuilis tm̃: ſ. q̃ animo retinetur. Sed naturalis tãtum nõ ſufficit vbi alius ciuiliter poſſidet &c. quẽ vide. Io. An.

² Verum ſi actum ſit ĩ iudicio. gl. ca. qm̃ frequenter, vt lite non cõteſt. §. pen. attamen actus extraiudicialis ante præſcriptionẽ inceptã, conſtituit reũ in mala fide. l. ſi fundũ. C. de rei ven. Phil.

³ Exponit Dyn. i non inchoat: licet quõq; inchoata ſine poſſeſſione cõtinuetur. Io. And.

⁴ Io. An. in reg. poſſeſſor. in 14. col. ſatis tenet cũ Io. vide Dynũ ibi. Fel. in rub. de pſc. dicentẽ, dominiũ non acquiri præſcribendo. quod fallit nouem caſibus.

⁵ Idem Dynus.

⁶ Idem hic Dyn. Ioan. Andr.

REG. IIII.

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

Peccatum non dimittitur. 1 Illud capitulum poteſt intelligi de remiſſione peccati quo ad Deum. Item quo ad ipſam eccleſiam, id eſt, de abſolutione facienda à ſacerdote. Item poteſt intelligi de vitio reali: id eſt, de vitio afficiente rem ipſam: videlicet de vitio furti, & vitio violentiæ: ita ꝙ iſta vitia reddunt rem furtiuam impræſcriptibilem, vel inuſucapibilem. Et ſm iſtũ intellectum poteſt figurari caſus, per l. ſequitur. §. quod aũt. ff. de vſucap. Ponamus, ꝙ Titius furatus fuit mihi rem meam: certũ eſt, ꝙ illam rẽ ipſe non põt vſucapere duplici de cauſa: Primo, quia ipſe Titius hẽt malam fidem: Secundo, quia res eſt furtiua, & affecta vitio furti: Sed quia iſte fur rẽ ipſam furtiuã vendidit cuidam bonę fidei emptori: nunc emptor rem ipſam vendidit, & tradidit alteri bona fide: Vtrum iſte ſecundus emptor poſſit rem vſucapere, ita ꝙ ſit purgatum vitiũ furti: attento ꝙ bona fides reperitur in alienante, & in illo cui eſt alienata? Reſpon. ꝙ non: quia furtum eſt vitium reale quod afficit rem furtiuã, & eam ſequitur quocunque vadat: ſicut lepra ſequitur leproſum: nec purgatur iſtud vitium, niſi res fuerit reſtituta dño cui fuit ſubtracta, intantum, ꝙ ipſum vitium reddit rem furtiuam inuſucapibilem: quia donec fuerit purgatum vitium furti, non dimittitur peccatum, ideſt, vitium furti, donec reſtituatur ablatum, ideſt, donec res furtiua fuerit reſtituta domino cui fuit ſubtracta.

Fur rem per eum ſubtractã, duplici de cauſa nõ vſucap.

2 Secundum alium intellectum caſus ſic figuratur: Aliquis Titius ſubtraxit rem alienam ſcienter, facta ſubtractione, ipſe forte ad cor rediens, habuit diſplicentiam de huiuſmodi peccato, & de illo fecit confeſſionem ſuo ſacerdoti: tamen vult remanere in ſimplicibus, contritione, & confeſſione, abſque ſatisfactione, & reſtitutione rei: licet habeat facultatem, & poſſit rem ipſam reſtituere: & petit impẽdi ſibi beneficium abſolutionis: vtrum ſuus ſacerdos licite poſſit eum abſoluere? Reſpondetur, quòd non: quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum.

Secundus caſus.

3 Vel etiam poteſt intelligi vtrum ſit dimiſſum peccatum quo ad Deum per ſolam diſplicentiam? Reſpondetur, ꝙ non: quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatũ. quod eſt verum, ſi ipſe habeat facultatem reſtituendi. cap. ſi res aliena. 14. q. 6. Peccatum. ſecundum primum intellectum: Nam peccatum violentiæ, & furti, non purgatur per quaſcunque manus ambulauerit, niſi res furtiua reſtituatur dño cui fuerit ſubtracta. l. ſequitur. §. quod autem. ff. de vſucap. ſed facta reſtitutione domino, tunc dicitur purgatum vitium. Vel ſecundum alium intellectum: Peccatum non dimittitur, ideſt, non debet dimitti à ſacerdote per canonicam abſolutionem, niſi reſtituatur ablatum. c. quamquam. ſup. de vſur. iſto lib. Et dicit Panorm. in cap. cum tu. de vſur. in anti. vbi dr̃, ꝙ quis non debet admitti ad confeſſionem, & abſolutionẽ, ille textus loquitur copulatiue: ideo dicit Panormit. ꝙ non debent impendi iſta duo, ſcilicet confeſſio, & abſolutio copulatiue: ſed poteſt ta

men

men admitti ad confeſſionem : & ſi nolit facere, non eſt abſoluendus.

Peccatum, delictum, & crimen differunt.

¶ Pro expeditione glo. quæritur quæ differentia ſit inter peccatum, delictum, & crimen? Reſpon. ꝙ peccatū conſiſtit in faciendo: quia dicitur prauus actus: ſed delictum dr̃ deſertio boni, & dr̃ delictū quaſi derelictum. Sed crimen eſt peccatū graue, accuſatione, & damnatione dignum: & dicitur illud quod poteſt duci in publicam accuſationem: & in foro contentioſo poteſt puniri.

† Ex B. Auguſtino epiſtola 54. ad Macedonium. refert Iuo in Decreto. p. 13. c. 4. & p. 15. cap. 25.

tum † [a] non dimittitur, niſi reſtituatur [b]

¶ Vtrum ſit verum indiſtincte, ꝙ non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum? Reſpon. ꝙ non: ſed intelligitur, ſi ſubtractor habeat facultatem reſtituendi. ſed ſi nō habeat facultatem reſtituendi, quia eſt inops: ſi habeat propoſitum reſtituendi dum peruenerit ad pinguiorem fortunam, peccatum ei remittitur.

Rei æſtimatio reſtituēda eſt, ſi res ſubtracta perijt.

¶ Sed quid: ponamus ꝙ res eſt perempta: & ſic eā non poteſt reſtituere, quia fuit cōbuſtus liber furatus. vtrū ſurripiens liberetur? vel vtrum teneatur reſtituere æſtimationem? Reſpondet glo. ꝙ ſi non habeat facultatem reſtituendi, quia res eſt perempta: tenetur reſtituere æſtimationem: licet res ſit perempta ſine culpa ſua: quia eo ipſo, ꝙ ſubtraxit rem, fuit in mora: & mora trahit ad ſe periculum interitus: & ideo tenebitur ſoluere æſtimationem rei: ſecus ſi non poſſit reſtituere rem, neque æſtimationem propter paupertatem. Sed verū propter paupertatem ſit omnino liberatus? Reſpondetur cum diſtinctione: aut ipſe ſuſtinuit pœnam corporalē: quia cum eſſet debitor ex maleficio, creditor voluit vt ipſe lueret in corpore: quia quis non admittitur ad faciendum ceſſionem bonorum, ſi pars requirat vt puniatur in corpore: & iudex illum punire debet corporaliter: & ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam, nō tenetur ſatisfacere: ſecus ſi non ſuſtinuit pœnas corporales, ſed voluit creditor expectare pinguiorem fortunam: vel eſt debitor ex contractu: & tunc poteſt facere ceſſionem bonorum, l. 1. C. de ceſ. bon. capitu. Odoardus. de ſolu. & cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur ſatisfacere.

Fur an abſoluatur ſi res ſubtracta ſibi remittatur.

¶ Alia glo. in verbo, reſtituatur: quærit vtrum ad dimiſſionem peccati requiratur actualis, & realis reſtitutio rei ſubtractæ: ita ꝙ non ſufficit obtinere remiſſionem ab illo cui facta eſt ſubtractio. Panor. format iſtā quæſtionem, cap. cum tu. de vſu. in anti. & Dynus hic. Sed dicit glo. ꝙ non requiritur realis, ſiue actualis ſatisfactio: ſed ſufficit, ꝙ alio modo ſatisfaciat, quàm per realem, & actualem reſtitutionem. Et ideo ſufficit ſi creditor remittat ei liberaliter: & ponderandum eſt verbum, liberaliter. ſecus ergo ſi extorqueretur remiſſio per fraudem, vt faciunt plures, qui ita dicunt; ſubtraxi tibi talem rem, remittas ſi velis: ſed debet eſſe liberalis reſtitutio, vt ſi dicat, ſubtraxi tibi rem tuam: ſum paratus tibi reſtituere: ſi alius dicat, dono vel remitto: iſta reſtitutio dicitur fieri liberaliter: & habetur pro actu, & reali reſtitutione. Et intelligitur quod remiſſio generalis prodeſt, niſi in caſibus in quibus quis non poteſt remittere. vt in iuribus alleg. in glo. in quibus debet interuenire realis reſtitutio.

¶ Quæritur, cuius expēſis debeat mitti res ſubtracta ad eum cui eſt ſubtracta, ſi non ſit in eodem loco? glo. non ſoluit: ſed remittit ad notata in cap. epiſcopi. §. ſed notandum. 3. q. 1. Sed Panor. in cap. cum tua. de vſur. in anti. concludit, ꝙ ſi ille qui rem ſubtraxit, ſe abſentauit à loco, & rem ſecum tranſtulit: tunc ſuis expenſis rem debet mittere illi cui eſt ſubtracta: ſecus ſi ille cui facta eſt ſubtractio, ſe abſentaſſet à loco.

¶ Sed quæritur, cui eſt facienda reſtitutio indebite ſubtractorum? Reſpondet, ꝙ illi cui eſt facta ſubtractio, vel eius hæredibus: ita ꝙ nō ſufficeret ſi elargiretur pauperibus: nam facere eleemoſynam de alieno, eſt ſpecies furti: ſed ſi non ſint hæredes, debet dari pauperibus.

¶ Vtrum ſit verum indiſtincte, ꝙ indebite ſubtractum debeat reſtitui illi, cui eſt ſubtractum, ſi ſit præſens, vel eius hæredibus, & poteſt haberi copia ſui, vel hæredū? Reſpon. glo. ꝙ quando in ſubtractione ſit turpitudo ex parte ſubtrahentis tantum: tunc eſt facienda reſtitutio illi, cui res eſt ſubtracta, vel eius hæredibus, ſi poſſit haberi copia ipſorum: ſed ſi ſit turpitudo ex parte vtriuſque, vt in eo quod quis eſt lucratus in ludo prohibito: quia ludens non poteſt licite retinere, nec reſtituere illi à quo lucratus eſt: tunc dēt illud erogare pauperibus. 14. q. 5. non ſane. vel eccleſiæ, ſi illi facta eſt iniuria. ſup. de ſimo. c. de hoc, in antiq.

[Glo. prima ponit exempla: Secundo diſtinguit tria nomina: Tertio tractat quid ſi reſtitui non poſſit.]

[a] ¶ Peccatum non dimittur.] [1] Hic ponitur pro regula verbum Auguſtini quod habeť 14. q 6. c. 1. ſ. de vſur. cum tu. Et per hoc potes ponere caſum, per l. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. quod autem. Et not. quid eſt peccatum, delictum, & crimen. Inter hæc ſecundum Auguſt. hæc eſt differentia: quia peccatum eſt idē quod prauus actus: Delictum vero boni deſertio, quaſi derelictum: Crimen vero eſt peccatum graue, accuſatione, & damnatione digniſſimum 81. diſt. c. 1. in fi. de hoc not. de pœn. diſtinct. 1. ſi peccatum, & diſtin 3. ille tex. ad fi. & de hoc C ſi aduer. deli. ſuper rubrica. aliàs l. 1. Quod autem dicitur in hac regula: verū intelligas: ſi illud ablatum reſtitui poteſt, vt in prædictis iuribus: ſi autem reſtitui non poteſt, reſtituetur eius æſtimatio: etiā ſi res illa caſu perierit ſine culpa ſua: quia in ipſo inſtāti fuit in mora. ad hoc 16 q. 1. decimæ. ſ. de commo. cap. vnico C. de fur. ſubtractio. Si autem nec æſtimationem poteſt ſoluere, quia euidenter inops: tunc bene dimittitur peccatum: remanet tamen obligatio: & ſi poſtea ad pinguiorem fortunam perueniret, teneretur. Argu. 26. q. 6. ſi quis. ſ. de ſolu. Odoardus. ff de ceſſio. bon. l. is qui. Nota tamen, ꝙ inops, qui debet ex ꝯtu, ſufficit ſi bonis cedat. C. qui bo. ced. poſ. l. vlt. Inops qui debet ex maleficio, caſtigatur verberibus. 12. q. 2. fraternitas. quod ergo ſ. dixi. ꝙ tenetur, ſi peruenerit ad pinguiorē fortunam: verum dico, ſi pœnas corporales paſſus non fuerit: aliàs ſecus, vt not. Ber. ſecundum Lau. de homici. ſicut dignum. §. eos. in 3. glo.

[1] Dicit Io. Mo. ꝙ ęquitas huius regulæ probatur per doctrinā, quæ datur de reſolutione ꝯtus, C. qñ licet ab empto. di l. 1. & 2. 10. An.

Peccatum, delictum, & crimen, differunt.

[Glo. ſeq. ponit caſum exceptum. Secundo dicit cui fieri debeat reſtō. Tertio quærit, remittit, & ſoluit.]

[b] ¶ Reſtituatur.] [2] quod dicit de reſtitutione, intelligas niſi is cui faciēda eſt reſtitutio, liberaliter remitteret: quia ſatisfactum intelligitur, qualitercunque ſatisfaciat ff quib. mod. pig. vel hyp. ſol. l. item liberatus. in prin. ff. de accu. ſi rem. §. ſatisfactum. licet proprie verbis inhærendo aliud ſit reſtituere, aliud remittere. ff. de verb. ſig ſi cum prætor. & l. plus eſt. & l. reſtituere. Et quod dico de remiſſione: verum intelligo, niſi in caſibus vbi remiſſio non liberat, vt ſupra, de reſcri. eod. lib. cap. ſtatutum. §. ſi quidem. & ſupra, de cenſi. exigit, in fi. Reſtitutio autem iſta faciēda eſt ei à quo fuit extortū: vel eius hæredibus, ſi extant. 18. diſtin. quoniam. de vſu. cum tu. C. de ſolu. inuito. Cuius autem expenſis mitti debeat ad eos, ſi ſint rēmoti, not. 4. q. 1. §. ſed notandum. & in prædicta decre. cum tu. & tene, quod ibi not. Hoſt. his autem non extantibus, ſoluetur pauperibus, vt ibi: & eis extantibus, pauperibus ſoluens, non liberatur: quia onus non remittitur, & c. 14. quæſt. 5. forte. de iureiur. cum te. ff. de conſtit. pecu. l ſi vero. & expreſſum eſt de homic. ſicut dignum. §. eos. Et quod ſupra dixi, reſtituēdum ei à quo fuit extortum: intellige ſi fieri poteſt. Si vero neſcitur à quo: pone caſum de ira dæ cap. cum ſit. pauperibus erogabitur prouidentia epiſcopi, vt ibi. item dico id verum cum turpitudo verſatur ex plene recipiētis tantum: ſi vero ex parte vtriuſque, & transfertur dominium, nec repetitio competit, nec reſtituetur danti, ſed pauperibus erogabitur. 14. quæſt. 5. non ſane. vel eccleſiæ, ſi ſibi facta eſſet iniuria. ſup. de ſimon. de hoc. argum. contra, ſupra eod. tit. veniens.

[2] Vide Abbat. in c. 1. de iureiur. vbi ait poſſe iudicem ex offō cogere detentorem ad reſtituendam rem, quam ſine peccato retinere non poteſt.

ueniens.Sol.vt not. in prædi.decr.de hoc. 1.q.3. ſi quis dator,vbi de hoc. Pone ꝙ ſupereſt ille à quo extorſi, excõicatus tñ eſt : nunquid ei debeo reſtituere? ſuper hoc vide quod not.15.q.6.nos ſanctorum. & ĩ. de hæreti.cap.vlt. Satis poſſet dici deponendum in ædem ſacram. arg. C. de iur. emphy.l.2.

ablatum.[e]

Idem.

REG. V.

PEccati[b] venia non datur niſi correcto.

Idem.

REG. VI.

NEmo po-

ADDITIO. Hoc quod dixit hæc gl. ĩ. in prin. de liberali remiſsione, intelligit Dynus cum res eſt reſtitutioni parata, quaſi tunc fingatur reſtituta,& poſtea reſtituent donata. arg. ff.de donat. inter vi.& vxo. l.3.in fi. de iure do. l.vir ab eo, ſi certum pet.ſingularia.circa fi.& de ſol.l.Proculo. vel non remittitur peccatum ei qui reſtituere pôt propter rationem poſitam in glo.multum puto in his animum ponderandum : nec tutum puto illum qui gerit in mente non reſtituere remiſsione non facta.Io.And.

[Glo.ſeq.quærit, & ſoluit.]

e ¶ Ablatum.] pone, nihil abſtuli, ſed iniuſte dãnum dedi,ex quo nihil ad me peruenit.Idẽ teneor enim dãnum paſſo : aliàs non remittitur peccatum. 12. q. 2. ſi quis de clericis.de iniur. & dam. dat.c.1. ff. de elect. & effu. l.vlt. Tenetur etiam hæres meus : licet ad me vel ad ipſum nihil peruenerit ex maleficio, ſecundum canones.quod dic vt not.12.q.2. epiſcopus qui filios. de ſepul.c.vlti.ſecundum leges contra. C. ex delic. defun. inquantum hæ.con.l.vnica.Hęc regula ſic expoſita non patitur inſtantiam: & adde quod dicam ĩ.c.proxi.

PEccati venia.] Præſupponendum eſt, ꝙ iſtud capitulum intelligitur de venia culpæ,non autẽ de venia pœnæ,quæ appellatur impunitas,quantum ad pœnam temporalem imponendam in hoc ſæculo:quia dimittitur talis pœna quandoque non correcto, vt in iuribus allegatis in glo. Caſus in hoc c.poteſt figurari per c.vnicum,de ſchmatic.eod.lib. & c. quod quidam. de pœnit.& remiſ. quòd quidam. Titius perpetrauit aliquod peccatum:quia forte tenuit aliquam concubinã, & tenet adhuc : tandem confeſſus fuit ſacerdoti tale delictum perpetraſſe, non eſt correctus,nec emendatus de crimine : quia non habet propoſitum abſtinendi ſe in futuro : quæritur vtrum iſta confeſsio ſit fructuoſa? Reſpondet, quòd non quantum ad vitam æternam : quia peccati venia non datur niſi correcto. Veruntamen quantumcunque appareat ſacerdoti aliquem eſſe in peccato,ſi velit confiteri,non debet ei denegari confeſsio,vt in dicto c. ꝙ quidam. de pœnit.& remiſ. Sed audita cõfeſsione debet eum inducere ad debitam correctionem,& propoſitum non redeundi. Si autem non poſsit eum inducere ad dimittendum peccatum : non debet nec poteſt eum abſoluere, ſed tamen debet ſibi iniungere pęnitentiã: quæ non erit ſibi fructuoſa quo ad vitam æternam : quoniam non eſt correctus, ſed eſt inimicus Dei: & non poteſt mereri quo ad vitam æternam, ſed proficiet ſibi ad multa bona: videlicet ad minus ſupplicium patiendum. Item ad bona temporalia. Item vt Deus inducat eum ad verã pœnitentiam Item quia dæmon habebit minorem poteſtatem in eo,quàm ſi eſſet vacuus omni bono. Item vt ipſe reddatur aſſuefactus in bono. Arguitur contra textum,de c. denique. 4. diſt. vbi dicitur, quòd plures faciebant magnos exceſſus circa vſus carnium in diebus dominicis, quadrageſimæ, & eis videbatur quòd niſi facerent iſtos exceſſus,non poſſent peragere tempus quadrageſimæ. vnde plures fuerunt moniti per ſuperiorem,vt deſiſterent ab iſtis eſcis: Dicit ibi textus, quòd cum venia relinquantur : & ſic datur venia non correctis. Glo.reſpondet,ꝙ ibi accipitur venia pro impunitate, quæ eſt imponenda in hoc ſæculo, & talis dimittitur non correcto propter ſcandalum euitandum: ſed venia culpæ non dimittitur niſi correcto.

[Prima gloſſ. facit quattuor. Primo exemplificat regulam. Secundo illam declarat diſtinguendo duplicem offenſam. Tertio ſucceſsiue ſignat, & ſoluit duo contraria. Quarto iuſtificat contrarium regulæ.]

b ¶ Peccati venia.] colligitur hæc regula ex cap 24.q.2. legatur.ſupra eodem libro,de ſchiſma.c.vnico. C.de hęreti Manichæos. per quę pones caſum. Ad huius autem regulæ euidentiam ſcire debes. ꝙ peccator non ſolum delinquit in Deum, ſed etiam in eccleſiam: per contritionem autem, quæ contritio virtus vocatur, deletur peccatum quo ad Deum, & per pœnitentiam ſuſceptam à ſacerdote oſtenditur[a] deletum quo ad eccleſiam De hoc de pœniten.diſtinct. 1. per totum,licet tamen per contritionem deletum ſit quo ad Deum : tamen adhuc de crimine accuſari poteſt. 33.quæſt.2. admonere.vbi de hoc. & de accu. de his.ad hoc ff.de ædi. edic.l.quid ſit fugitiuus. Si ergo ſemel cõteritur,& pœnitet,vlterius non cogetur pœnitere: ſi in iudicio accuſatus abſoluitur, vlterius non poterit accuſari, niſi in caſibus not. 2.quæſt.5. habet hoc proprium. & in prædicto cap. de his. Remiſsiones ergo quæ fiunt ab eccleſia conferentibus ad hoſpitale, pontes, vel alia pia loca, non proſunt niſi correctis. de quibus dic vt plene not.de pœniten.& remiſ.quod autem. Signatur contrarium ad hanc regulam. 4. diſtin. denique. ibi enim datur venia non correcto : ſed ibi exponitur venia, id eſt, impunitas. loquitur ergo hæc regula de venia culpæ,nõ pœnæ:quod patet dum dixit, peccati venia. propter ſcandalum enim vitandum interdum relinquuntur peccata impunita. 50.diſt.vt conſtitueretur.23.q.4. quidam.cum ſimilibus. pro quolibet igitur mortali debetur duplex pœna,æterna videlicet,& temporalis. de pœnit. diſtin.1.ſi peccatum Dauid. Venia temporalis interdum in hac vita datur non correcto ex cauſa:& ſic loquitur contrarium: interdum ſine cauſa. 27.quæſt.1. ſi qua.æterna autem non:& hoc dicit hæc regula. Item contra. de pœnit. & remiſ. quod quidam. & c. officij. vbi datur pœnitentia non correcto. Sed dic,quòd licet ibi imponatur pœnitentia, non tamen datur remiſsio : & ideo pœnitentia illa inutilis dicitur quo ad vitam æternam.de pœniten. diſtin.3. ad finem. & diſtinct.5. falſas. Merito ergo datur peccati venia correcto : quia correctionem neceſſariò habet dolor peccati præcedere: Nam vt dicit Auguſtinus[2] in canone : Quomodo gaudebis te fore correctum, niſi te primo doleas fuiſſe peruerſum? 33.q. 7.c. vlt. Correctus autem vlterius peccator dicendus non eſt,50 diſt. tertium. 32.q.1.apud miſericordem.

ADDITIO. Ad propoſitum materiæ de peccato tacto in princ.huius glo.dicit Ioan.Monach quod omne peccatum committitur in Deum,vt in pſalmo,Tibi ſoli peccaui: propter quod neceſſaria eſt ipſius remiſsio. eſt etiam neceſſaria peccantis diſpoſitio : cum actus actiuorum ſecundum philoſophum ſint in patiente prædiſpoſito. Deus ergo in venia peccati principaliter eſt agens : Inſtrumentale in hoc eſt homo pœnitens : quia gratia diuina præueniente ſit adiutor Dei ſecundum Apoſtolum.1.ad Corinth.3.inducit illud Auguſt. Qui fecit te ſine te, &c. & ſic ſoli contrito datur venia. Ioan.And.

NEmo poteſt.] Caſus variatur multis modis ſecundũ,ꝙ multiplex eſt impoſsibilitas: de quibus impoſsibilibus vide in gloſ.ponamus exemplum. in impoſsibilitate iuris, ſecundum l.inter ſtipulantem. § ſacram.ff.de ver.obl. Aliquis Titius mihi ſtipulanti promiſit dare rẽ ſacram:puta eccleſiã,vel calicem:certũ eſt ꝙ iſtud eſt impoſsibile : quia dare eſt accipientis facere, & res ſacra eſt in bonis Dei : Vtrum valeat talis ſtipulatio? Reſpondetur,ꝙ non: quia eſt impoſsibilis de iure, & nemo poteſt ad impoſsibile obligari. Vel ali-

quis

a Caute intellige hoc dictũ gloſſę,nec inde inferas nõ eſſe neceſſariũ confiteri : nam quãtumuis quis ſit cõtritus, ſi habeat copiã ſacerdotis, tenetur debito tpe ei cõfiteri; & virtute ſacri tã attrito quam contrito dicuntur dimitti peccata vide cõc.Tri. ſeſs. 14. de ſacramento pœnit. c 4. & 5. & canone 9 & B. Th. in 4. ſen.diſt.17. q.3. ar. 1.q. 1. & ſeq.

2 Id habet B. Auguſt. epiſt.50. ad Bonifaciũ.

quis promiſit mihi liberum hominem : an valeat talis promiſſio? certe non. Vel ponamus exemplum in impoſſibilitate facti : aliquis promiſit transferre eccleſiam Pictauen. ad ciuitatem Pariſien. vel ad alium locum : talis promiſſio non valet : quia continet impoſſibilitatem facti. Vel aliquis promiſit tangere cœlum digito : talis nō eſt obligatus, quia iſtud eſt impoſſibile: etiā ſi apponatur pœna, non eſt obligatus, nec ad impoſſibilitatem, nec ad pœnam.

teſt [a]ad impoſſibile obligari. [b]

¶Idem.

[Prima gloſſa primo ponit vnde ſumpta : & triplicē impoſſibilitatem, & cuiuſque exempla: Secundo ponit triplicem rationem regulæ : Tertio in quibus locum habeat : Quarto ſupplet de turpi.]

[1] Io. Mon. addit īpoſſibile moris. de iureiur. Quintaualis ff. de cōdit. inſti. ſilius cōis impoſſibile includit naturam, & mores. & facit quod dixi ſ. c. ſi. de pac. in fi. Ioan. And.

[a] ¶Nemo poteſt.] hæc regula ſumpta eſt ex l ff. eo. tit. l. impoſſibilium. Scire debes, quòd impoſſibilitas proprie triplex eſt: iuris, facti, & naturæ. [1] De prima pone caſum 54 diſtinct. abbati. de pact cap. vlt. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ſtipulatio enim rei ſacræ, vel liberi hoīs, non tenet, vt ibi. De ſecunda ibidem, & ff. de verbo obligat. l. generaliter. & l. ſeq. non enim tenet promiſſio, ſi id promitto, quod impoſſibile eſt de facto, ut montes Alpium vltra mare deferre. ff. de ſtatuliber l cum hæres. §. 1. Item ſi dare promitto, quod natura dari eſt impoſſibile, ut Solem, Lunam, & Stellas: vel facere quod natura eſt impoſſibile fieri, vt cœlum aſcendere, uel digito tangere. ff. de verbor. obligat. l. ſi ſtipuler 1. & 2. reſponſo. [2] Huius autem regulæ ratio ſatis patet: quia omnis obligatio, aut in dando, aut in faciendo conſiſtit ff. de verb. obliga. l. 2. in princ. ſed quod non eſt, nec eſſe poteſt, dari vel fieri non poteſt: ergo ibi conſtitui nequit obligatio. Item obligatio actionem parit ff de procur. licet. §. ea. ſed quod non eſt, nec eſſe poteſt, obligationem parere non poteſt, & ſic nec actionem. Item actio eſt ius perſequendi in iudicio quod nobis debetur, inſtit. de act. 2. reſponſo. Debere autem eſt de alio habere: ſed quod non eſt nec eſſe poteſt de alio haberi nō poteſt: ergo ibi non eſt actio. & ſic nec obligatio. Idem Ioan. Mon. Not. tamen, quòd hæc regula locum habet in matrimonio, & vltimis voluntatibus, [3] & ſingulis contractibus, in ſententiis, & præceptis. ff. quæ ſen. ſine appell. re. l. vlt. 1. & 3. reſponſo. in confeſſionibus. ff. de inter. act l. confeſſionibus, & ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. vlt. not. ſupra de confeſſ. cap. vlt. Item in legibus, [4] & conſtitutionibus, quæ debent eſſe poſſibiles 4 diſtin. erit. Eſt tamen in hoc differentia, ꝙ impoſſibilis conditio appoſita in contractu, vitiat contractum, vt in præallegatis legibus. ff. de actio. & oblig. l. non ſolum. & inſtit. de inut. ſtipul §. impoſſibilis. In teſtamentis tamen, & matrimonio ob ipſorum fauorem habetur pro non adiecta. [5] de condit. appell. cap. vlt. vbi de hoc. & C. de inſtit. & ſubſtit. l. reprehendēda Et quod dicit hæc regula de impoſſibili, intelligas etiam hoc de turpi. & de hoc dicam. inf. eodem, non eſt obligatorium. & c. in malis.

[2] Poſt quā promiſiſti ſcribere librū, manus tua amputatur. Pet. de Anchar. remittit ad Bart. l. continuus. §. illud ff. d̄ verbor. obliga. Item ꝑ ſtatutum eſſes exocul'ād⁹; ſed es cæc⁹, quid fiet? vide Io. And. Philip.

[3] Verum, ſi adijciat̄ impoſſibilis modus: ſecus ſi conditio. Dynus Pet. de Anchar.

[4] Idem Dynus hoc tractans in modum q̄ſtionis. & puto ꝙ canonē, qui ſequit̄ intendebat allegare; dū dicit, vt in c cuncta. in princ. decr. Ioan. Andr.

ADDITIO. Ad propoſitum huius regulæ, Nemo poteſt, & c. antiqui dabant verſus:

Vltra poſſe meum non lex me iuſta coegit.

Nec putat eſſe reum, qui totum poſſe peregit.

[Glo. ſecunda primo tractat de iuramento, naturali obligatione, & pœnæ promiſſione. Secunda pars reſpōdet per quæſtionem, quam negatiue ſoluit præter certum caſum: Solutioni opponit: & dupliciter reſpondet, ſubdens opinionem.]

[b] ¶ Obligari.] etiam iuramento : quia temerarium eſt. 22. q 4. per totum. & ſ. de iureiur. ſicut. ſ. de appel. quæſtioni. nec obligatur etiam naturaliter. vnde dicit lex. ff. eo. tit. impoſſibilium nulla eſt obligatio. vniuerſale igitur negatiuum omnem obligationem denegat, nec committitur ſtipulatio pœnæ promiſſæ. ff. de verb. obligat. ſi homo mortuus: [6] Nota ergo, ꝙ ſi Bononiæ conſtitutus, promittam centum hodie Romæ me tibi daturum: quia impoſſibile eſt promiſſum, non naſcitur obligatio, vt hic: & eſt expreſſum inſti. de ver. oblig. §. loca. præterquam in caſu, ff. de verb. oblig. l. vlt. §. ſi inter eos. ſcilicet quando ſtipulator, & promiſſor Bonon̄. cōſtituti notificauerunt diſpenſatoribus ſuis Romæ conſtitutis, ſtipulationem eo die fore futuram : mandās promiſſor ſuo diſpēſatori, ut ſolueret: & ſtipulator ſuo, ut reciperet ea die. Arg. contra ſupra, de dolo, & contu. cum dilecti ff. de arbit. Celſus ff mand. l. mandato. 2. §. Paulus reſpondit. Dic ſolu. ibi eſt vnum mādatum duo poſſibilia continens: [7] & ideo ad vtrūque obligatur: & ſi deficiat primum, tenetur ad ſecundum. hic autem vna eſt obligato tantum, & tota impoſſibilis, uel ad minus primum impoſſibile : ex quo ſequitur ſecundum. Præterea contractus ſunt voluntarij. C. de act. & oblig. l. ſicut. iudicium autem redditur in inuitum ff de verb. oblig. inter ſtipulantem. §. 1. & ob hoc etiam notauerūt Goff & Hoſt. in dicta decret. cum dilecti. quòd ſi index citet aliquem eo die, quo impoſſibile eſt eum comparere, [8] quòd non eſt omnino inutile mandatum : immo licet non teneatur comparere in die propter impoſſibilitatem, tamen tenetur comparere poſt diem: & poteſt eſſe ratio huius: quia principale eſt ibi, quòd veniat; acceſſorium, quòd veniat tali die: & principale non viatiatur propter acceſſorium, ſed potius econtra, ut dicam infra eod. acceſſorium. Ioan. And.

[5] Diſtīguit Dynus quē hic vide. Io. Andr.

[6] Idē Petr. tenet ibi gl. & hic Dynus. Ioan. Andr.

REG. VII.

PRiuilegium [c]perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

[7] Idē Petr. de Anch. in prīcipio allegans d. c. dilecti.

[8] Idem videt ſi dies eſt feriata. Ioan. Andr.

ADDITIO. Pet. de Bellaper. contra, ſuper quo vide Cynum. C. de fer. dies feſtos. in q. 2. in fin. & quod dixi in prædic. decr. cum dilecti. & de appel. cum parati. in fine. Ioan. And.

PRiuilegium perſonale.] Caſus in hoc capitulo figuratur per c. 2. ſ. de auct. & vſu pallij. Romanus Pontifex alicui archiepō conceſſit pallium, quod eſt inſigne ornamentum aſſumptum de corpore, hoc eſt, de altari beati Petri: quia conſueuit Papa ibi celebrare: & quamdiu celebrat, illud pallium eſt ſupra altare : poſtea Romanus Pontifex aſſumit illud, & tradit, archiepō, ſi eſt præſens, vel nuntijs, ſi eſt abſens : Ponamus quòd Papa dedit vni archiepō pallium: vtrum ſuus ſucceſſor poſſit eo vti, vel vtrum requiritur, ꝙ ſucceſſor obtineat aliud pallium? Rn̄det Romanus Pontifex, ꝙ cum iſtud priuilegium ſequatur perſonam, & extinguatur cum perſona : quia etiā archiepiſcopus ſepelitur, cum iſto pallio: ideo requiritur, ꝙ ſuus ſucceſſor obtineat aliud palliū.

[a] Vel poteſt poni exemplum in viro, qui habet priuilegiū, ut non conueniatur à muliere pro dote, niſi inquantum facere poteſt, vt puta, contraxi matrimonium cum Berta per verba de præſenti, & recepi dotem ab ipſa Berta, vt poſſem ſuſtinere onera matrimonij : poſtea ſolutum fuit matrimonium : ſoluto matrimonio, mulier vult repetere ſuam dotem, quā mihi dedit: Certum eſt, quòd non ſum excutiendus in ſolidū: quia habeo iſtud priuilegium, vt non conueniar niſi inquantum facere poſſum: & hoc ne cōpellar egere. Sed quid? vtrum mei hæredes habeant iſtud priuilegium : videlicet, ut non conueniantur in ſolidum, ſed deducta ratione ne egeāt: quia adiuerunt hæreditatem ſine beneficio inuentarij? Reſpondetur, quòd hæredes mei non habebunt iſtud priuilegium : quia priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

[Prima glo. primo dicit vnde ſumpta: & ponit exempla : Secundo dicit regulam non procedere in iure cōi: ſed bene conuenire reſcripto, pacto, & cōpromiſſo perſonali: Tertio diſtinguit duplex perſonale priuilegium, dicens, quid de reali : Quarto dicit priuilegium prius quandoque extingui, & remitti : Quinto ſucceſſiue ſignat duo contraria: & vtrumque dupliciter ſoluit.]

[a] Bene facit ſ. eo. li. de priuileg. cap. 1. §. vlt. ibi, ubicunque illi fuerint. vt ibi ſcripſi. Io. Andr.

[c] ¶ Priuilegium perſonale. [a]] Hæc regula ſumpta eſt

ex l.ff.eo. l.priuilegia quædam. & l. in omnibus cauſis. Pone caſum.7.quæſt.1. petiſti.de auctor. & vſu pal. c.2. C. de legi.leges. in fin. ad idem ff.de conſtit. princ.l.1. in fin. ff.de cenſi.l.ætatem. in fin. & ff.ſolu.matr. maritus,2. & l.ſeq.vbi hæres mariti extraneus condemnatur in ſolidum, non habi

le perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

¶ Idem.

ta ratione ne egeat: 1 cum maritus cōdemnaretur inquantū facere poteſt, habita ratione ne egeat. 2 Itē in perſonali priuilegio quod datur patri, patrono, & militi, 3 vt condemnentur inquantum facere poſſunt: quod cum perſona extinguitur. ff.de re iud.l. ſunt qui in id. & l.patronus. & l.item miles. Et nota, quòd dicit priuilegium: quia ius commune ad vnam perſonam directum, ad omnes extenditur.61.diſ. miramur. de re iudic. in cauſis. ff.de iuris & facti ignorant.l.regula.§.vlt. Et idem in reſcriptis directis ad perſonas: quia cum perſonis extinguuntur.ī de off.deleg. quoniā. ſic & pacta perſonalia pſonas non tranſgrediuntur. ſupra de tranſactio.de cętero. & cap.veniens. ff. de pact. iuriſgentium.§.pactorum. & compromiſſum non extenditur ad hæredes, niſi de ipſis caueatur. ſupra de arbit. cap.vlt. Et intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt, perſonæ conceſſo. Idem ſi eſſet perſonale ex parte cōcedentis, vt ſup.eod.lib. de reſcrip.ſi gratioſe. Priuilegiorum ergo aliud perſonale, aliud reale, vt ſupra, de præſump.mandata. ſi autem ſimpliciter cōcedantur, an dicantur perſonalia, an realia? Dic vt notatur 25.quæſt.2. in ſumma.16.quæſt.1. poſſeſſiones.& ſupra de inſtit. cum veniſſet. & quod dicitur hic, ꝙ priuilegium perſonale extinguitur cū perſona: intelligas idem in reali, vt ſcilicet extincta re, extinguatur priuilegium. 16.quæſt.7. & hoc diximus, de verborum ſignificat. Abbate. in fin.ff.quādo dies lega.ced l ſi vſusfructus.quod dic verum, quādo ipſæ res, vel loca, puta eccleſia, ciuitas, vel loca alia ſacra, vel profana, deſtruuntur ſuperioris auctoritate, ſecundum Io.& Lau. qui hoc not. in prędicto cap. & hoc diximus. ad hoc de conſecrat. diſt.1. placuit. de noui operis nuncia. c.ſecundo, & in prædic.l.ſi vſusfructus. non ergo vlterius vocandus erit aliquis clericus illius eccleſię, vel municeps illius loci. Si autem deſtruatur ab hoſtibus, retinet omnia ſua priuilegia: & remanent ibi clerici.7.q.1. paſtoralis. 19 quæſt.3. qui ſemel. Item ſi auctoritate ſuperioris transferatur ad alium locum, uel alij vniatur.16.q.1. & temporis. & cap.ſeq.de relig.dom. quia monaſterium.ff de contrahenda empt. l.æde. ſecundum Innoc. qui ad hoc bene not. ī. de noui operis nuncia.cap,ī. Et licet hic dicatur priuilegium tunc extingui, cum extinguitur perſona: interdū etiam ante extinguitur, vt cum abutitur priuilegio: quia tunc meretur extingui. 11.q 3. priuilegium. & in caſibus ibi not.& 22 diſt. cap.reuocantes. & de conſtit. cum acceſſiſſent. & de priuileg. accedentibus. & de deci. ſuggeſtum. Ad hoc autem quod dicitur hic, quòd priuilegiū ſequitur perſonam, contradicit ſup. de vſu pal.ex tuarū. Solu. priuilegium indeterminate conceſſum perſonam ſequitur præciſe, vt hic: priuilegium autem vſu pallij conceditur cum determinatione loci, & temporis: & ideo extra locum perſonam nō ſequitur. 4 tenor enim priuilegiorum attendendus eſt, & ſeruandus. ſupra de priuileg. porro, & cap. recepimus. Vel dic vt ĩ. dicam cōtra de priuileg.antiqua.21.diſt.denique. ff de offic pro-conſul.l.vlt. vbi præſente maiore, minor non vtitur priuilegio. Solu. ſpeciale eſt ob ſuperioris reuerentiam: & dic vt ſup. Vel dic ꝙ ſequitur perſonam ſemper habitu, licet non actu. ſic eſt vbi ad tempus ſuſpenditur iuriſdictio 81.diſt. ſi quis. vel ob reuerentiam ſuperioris. ī de off leg.volentes, vel ob cauſam C.de curat.fur.l.penult. §.1. de hoc dicam inf.eod.quod alicui.

ADDITIO. Intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt, perſonæ conceſſo, ita quòd perſona ſit proxima cauſa priuilegij, ut in dictis exemplis. & ſic ſolui quod opponitur de in integrum reſtitutione minoris, quæ tranſit ad hæredes. ff.de in integrum reſtitutione, non ſolum. ff.de minori.l interdum. Et de Velleiano, quod etiam tranſit ad hæredes. C ad Velleia. hæredes. in his enim pſona nō eſt proxima, & immediata cauſa priuilegij: ſed læſio, &c. Ioan.And.

1 De hoc ſ. de dona. inter uirū, & vxo. c.1. Io.And.

2 Vide Alexan.ī l.maritū. ff. ſol. matr. Iaſ.§. ſi.de do.inſtit. de act. adde Campegium in tractatu de dote, in 3. par. à quæſtione 235. vſque ad finem.

3 Etiam cęleſtis militiæ.gloſſ.in l. miles. ff. de re iudic. vide tamen Matheſilanū ſing.61.

4 Facit ca. qūi, ſupra de priuileg. Philip.allega.Bal.l.nō ſpeciali. C. de teſt.tenētem contra gl.text. eſt, & glo. in c. illa.12.d.ad do. tibi Rochum Cur. c.ī.de conſuet. ponentem an Cathelani extra ſuā diœceſim veſcātur carnib⁹ die ſabbati.

REG. VIII.

SEmel a malus, ſemper præſumitur eſſe malus.

SEmel malus. 5] Caſus in hoc capitulo formatur multis modis: Vno modo per capitulum, paruuli. 22.q 5. hoc modo. Quidam Titius fuit in aliqua cauſa productus in teſtem: qui productus iurauit deponere meram & puram veritatem ſine falſitate: poſtea depoſuit falſum, & ſic deierauit: quo facto in aliqua alia cauſa fuit in teſtem productus: fuit contra ipſum propoſitum pro parte aduerſa, ꝙ non erat admittendus ad ferendum teſtimonium in illa cauſa: quia in quadā alia cauſa deierauerat: & præſumptio erat, ꝙ adhuc deieraret in iſta cauſa: an ſit admittendus? Reſpondetur ꝙ non: quia ex quo eſt conuictus de periurio, non eſt admittendus ad teſtimonium ferēdum: nec recipitur eius iuramētum quod tendit ad ſuum commodum: ſecus ad iuramentum oneris. Alio modo poteſt figurari caſus per capit. ſcribam. de præſumptio. in antiq. quod capitulum habet duos intellectus, vt ibi dicitur, & per cap.nouit, de iudicijs, in antiq. vbi dicitur, ſi quis videat fratrem ſuū in peccato, debet ire ad eum, & illum monere ſecundū doctrinam Euangelicam, vnde lotio exterior non delet maculam, ſed interior. & appellamur omnes fratres: ideo ponamus, ꝙ video fratrem meum peccantem: monui eum, ſecundū quòd dicitur in d.c.nouit. video quòd mea monitio non proficit, ſed efficitur deterior: vtrum tenear eum amplius monere? Rūdetur quòd non: qa ex prima monitione neglecta, apparet, ꝙ ſecundam negliget monitionem, ut dicitur in d.c.ſcribam. ſecundum vnum intellectum: ideo non teneor eu amplius monere: quia ex quo ſemel malus, & contumax, præſumptio eſt, ꝙ adhuc erit malus: quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere delicti: & hoc verum, quando quis fuit malus in fine actus: quia qui fuit malus in aliquo actu, & tandem ſe maxime correxit, & fuit bonus in fine illius actus, præſumitur bonus: Nam qui exercuit actum bonum, præſumitur bonus, niſi faciat actum contrarium: ſed ſi fecerit actum contrarium, præſumitur malus, donec de emendatione appareat.

[Prima gloſſa ponit exempla. Secūdo, quomodo hæc præſumptio poteſt dici hominis, facti, & iuris, ſed non de iure, interſerens circa præſumptionem duas remiſſiones, & conuertens regulam, ſubdit, vnde procedat hæc præſumptio. Tertio dat ſimile de paupere, & remittit. Quarto dicit hanc præſumptionem quandoque ad filios tranſire. Ioan And.]

a ¶ Semel malus. 6] pone caſum in ſemel periuro.22. q.5. paruuli. In ſemel contumace. ſup. de præſump.ſcribam. In ſemel calumniante. ff. de accuſ.l.2. ad hoc.25. diſt c.vlt ſup.de elect.ſuper eo.ff.de decur.l.eos. Hic ergo præſumitur eum qui ſemel malus fuit, ſemper malum eſſe. & poteſt hæc dici præſumptio hominis: quia contra hominem ſic præſumitur. Poteſt etiam dici pręſumptio facti: quia ex ſemel facto ſic præſumitur. Poteſt etiam dici præſumptio iuris: quia ius ſic præſumit ex facto, vt hic vides, & in iuribus ſupra ſignatis. de quibus diuerſis præſumptionibus proſequere, vt not. per Ioan.50 diſt. ferrum.53.diſtinct. fraternitatem. per Bernard.de ſponſ. is qui. per Accur. ff.quod met.cau.l.non eſt veriſimile. Hic ergo vides quòd præſumitur ex præterito, circa præſens, & futurum: Interdum præſumitur ex præſenti circa præteritum, interdum circa præſens, interdum circa futurum: quod proſequere, vt ꝓ.ı.44. diſt. multis.34.quæſt.2. cum per bellicam. de pręſump. ſcribam.

5 Io. And. Anchar. & Phili. dicūt hic crimen directe non probari inſtrumento, ſed bene directe.

6 Petr. de Anch. dicit regulā velle, quòd q ſemel peccauit in aliquo actu, reppellatur poſtea ab eodem: nō vt puniatur ſi iā aliquod crimen factū eſt, quale ipſe prius commiſit.

Pręſūptionum, alia facti alia iuris.

ſcribam.& in prædi. cap. ſi cui. Licet autem vt ſ.dixi. hæc poſſet dici præſumptio iuris,non eſt iuris, & de iure: admittit enim probationem in ꝯrium: & probato ꝙ pœnituerit,vlterius malus non dicetur. 50. diſt. ferrũ. de conſec.diſt 4.c.2. de reſcri. eam te.de teſti. teſtimonium.ff. de ædi.edei. quod ita. ſaluo eo quod dr̄ de hære. ad abolendã § illos quo que. ſupra eo. lib.eo. tit. ſuper eo. No. ergo,ꝙ ſi ſemel fuit bonus,ſemper præſumitur bonus 61.diſt. miramur. & ſup. de præſumpt. mandata. & prima facie quis præſumitur bonus. 13.quæſt.3. in cunctis.de præſumpt. dudum, ff. de lega. 2. cum pater. §. rogo. Qui autem ſemel malus, ſemper præſumitur malus, [1] vt hic, & ff.de re milit. l. non omnes. §. à barbaris. C. de ſuſcep. & arca. l.ſi aliquid.lib.10. Et procedit hæc præſumptio ,tum ex præſumentis natura corrupta : tum quia natura humana prona eſt ad delicta. 12. quæſt. 1. omnis ætas in Authen. de mona. §. ſi vero his,collat. 1. Item in ſimili quilibet præſumitur pauper : quia nudus natus fuit.47.diſt. ſicut hi. C.de proba. l. ex perſona.ff.de magiſtra.conue.l. 1.§.ſi magiſtratus. vbi tamen probatur ſemel eſſe ſoluendo : adhuc idem præſumitur, [2] & ſic intelligitur lex,ff.de priuil. cred.l.ſi creditores. in fine. Quæritur autem quare quis præſumatur virtutibus plenus, & non diuitijs? vide per Ber.& Hoſtien.de ſeru cap.vnico. Et not. ꝙ hæc præſumptio interdum tranſit ad filios: quia qui patrem incontinentem habuit, incontinens præſumitur,& ob hoc illegitimus non promouetur.56.diſt. per totum. & metuitur, crimen parentis in filio. 6.quæſt.1. ſi quis cum ad hoc ſupra eodem lib.de hære. ſtatutum. de ſchiſma. cap.1. ad hoc. ff.de ædil. edic. quòd ſi nolit. aliàs, ſi ſeruus.§. qui mancipia.

† Vide Ruinum. conſ. 27.lib.4. & conſil.129. eod.lib.

1 Vide ſingu.Hip.74. gl. in c.pro poſuit. de cle.exc.mi.

2 Anchar. remittit ad glo.l. ſi fideiuſſor.voluit allegare in l. ſi vero. in verſi. dubitetur, de ijs, qui ſatiſd. cog.

ADDITIO. Facit hæc regula,ſemel malus, & c. ad quæſtionem de notario,qui fecit vnum inſtrumentum falſum,an valeant poſtea confecta per ipſum: quam ponit Gul.in Spec.de inſtru. edi. §. ſi reſtat.ver.quid ſi tabellio. Io. And.

Ratum.] Caſus pōt figurari multis modis : Primo, per c.cum quis. de ſenten. excom. Aliquis Titius verberauit quendam clericum, meum inimicum, non tñ nomine meo : poſtea ſciui ꝙ illum clericum verberauerat: illud mihi placuit in corde meo:& laudaui,& ratificaui quod fecerat, vtrum incurram ſententiam excommunicationis? Certe non: quia non poſſum habere ratum quod nomine meo non eſt geſtum.

¶ Alio modo poteſt poni caſus per l. ſi pupilli. §.ſed ſi ego.ff.de nego. geſt. Filius meus exiſtens in mea poteſtate habebat peculium : quidam Titius geſſit negotia in illo peculio,non nomine meo,ſed nomine filij mei, & expoſuit in adminiſtratione aliquid de ſuo : poſtea ratificaui iſtam geſtionem, vtrum geſtor debeat agere contra me peculio tenus vel in ſolidum : quia non eſt dubium quod ſi geſſiſſet illa negotia nomine meo, eſſem ei obligatus in ſolidum ad illa quæ expoſuit de ſuo? Reſpondetur, quòd hic non teneor niſi peculio tenus : quia ex quo non geſſit nomine meo, non poſſum habere ratum.

¶ Pro declaratione iſtius regulæ opponitur contra textum de capitulo Lugdun.9.q.2. & c. quod ſicut.de ele. in antiq. Dicitur in d. c. Lugdunen. ꝙ quidam epiſcopus promouerat ad ordines clericos alterius diœceſis proprio epiſcopo non conſentiente : poſtea proprius epiſcopus ſciens ratificauit illam ordinationẽ : dicitur, ꝙ ibi iſti ordinati remanebũt in ordine ſuſcepto:& tñ non fuerant ordinati nomine proprij epiſcopi. Dicitur in c.ſicut,ſ.de elect.quòd ſi canonici alicuius eccleſiæ procedant ad electionem aliquo canonico ſpreto : ſi canonicus ratificet illam electionem per alios canonicos factam, illa electio aſſumit vires : ergo male dicitur ꝙ quis non poteſt habere ratum illud quod nomine ſuo non eſt geſtum. Reſpondet glo. cap. Lugdunen. quòd ille epiſcopus alienus ordinauit clericos nomine proprij epiſcopi,& ſub ſpe ratificationis, eo quia erat amicitia inter ipſos epiſcopos. Vel melius dicendum eſt, ꝙ illa ratificatio non validat collationẽ ordinationis,quia de ſe valeat: quia ep̄s alienus poteſt ordinare clericos alienos, & recipiunt ordinem, ſed non ordinis executionem : ſed vbi proprius epiſcopus ratificauit, & diſpenſauit cum eis. Et ad cap. ſicut. dicendum, quòd loquitur de conſenſu confirmante.

¶ Idem.

REG. IX.

Ratum [a] † quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

¶ Idem.

REG. X.

Ratihabitio-

[Prima glo.ponit exempla. Secundo allegat 5.iura in contrarium: & ponit tres ſolutiones: quarum primam reprobat,& demum ſoluit. Tertio ſignat contrarium de vna l.& ſoluit. In fine remittit.]

[a] ¶ Ratum.] pone caſum.9. quæſtio.2.ca.1. ſupra eodem lib.de ſentent. excommunic.cum quis. 2. reſpon. ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. vbi ſi liber homo geſſit negotium filij, vel ſerui, peculiare tantũ,contemplatione ipſius ratihabitio ſequens patris vel domini nihil operatur : quia per ratihabitionem non tenetur vltra id,ad quod prius tenebatur,ſcilicet ad quantitatem peculij. [3] Contradicit ad hanc litteram 9. quæſtio.2. Lugduneñ.16. quæſt.1.ca.vlti.ſupra,de elect. qđ ſicut.de ijs quæ ſi à præla.cum nos.de iure pa. cura. in his iuribus habet quis ratum quod ſuo nomine non eſt geſtum. Sol.dixerunt quidam,ꝙ ſecundum canones poteram ratum habere quod meo nomine non eſt geſtum,per iura prædicta,vt not.de reſti. ſpol.cum ad ſedem.in glo.penult.ſed hæc ſolutio extirpatur per hanc regulam. Alij dixerunt hoc fallere in ſpiritualibus, in quibus ratum habeo quod meo nomine non eſt geſtũ, per iura prædicta,& hæc not.in præd.decre.quod ſicut. in glo.ſic patet. Vel quòd in capitulo Lugduneñ. fuit ordinatio facta nomine proprij epiſcopi : & ſpes in eo poſita,quòd ratum haberet,vt ibi not. Verius dic,quòd ordinatio facta à non proprio epiſcopo bene tenet quo ad ordinem,licet nõ quo ad executionem.ī.de tempo. ordi. ꝙ tranſlationem. ſ.eod. lib.eod.tit.cap.1.& 2. ibi igitur epiſcopus proprius non ratificauit collationem ordinis quo ad ordinem,quia non erat neceſſe:ſed executionem illi diſpenſatiue contulit, quam nõ habebat. Alia etiam iura non proprie loquuntur de ratihabitione,ſed de quodam nouo conſenſu : quæ ſunt valde diuerſa,& ſuper hoc vide quod dicam ī. c. non firmatur. Item ꝯ C.ad Macedo.l.vlti.vbi ratum habet pater contractum filij ſuo nomine non geſtum. Sol. dupliciter poteſt eſſe geſtum meo nomine: vocaliter,vt ſup.e.lib. de ſenten.excom.cum quis & realiter,ad mei præiudicium, vt quando filius meus mutuum contrahit ſine meo aſſenſu,fit in mei præiudicium. ff.ad Mace.l. 1.& hoc poſſum ratum habere : quia quod ibi ius reprobat per diſſenſum, approbat per conſenſum. An autem vnus iudex poſſit ratam habere ſententiam latam per alium? Dic,vt not.9.q.2.ca.1.de his quæ ſi.à prælа.cum nos,de offi.deleg. prudentiam.in glo. 2. in fin.per Barto.Brixien.in quæſtione venereali,quæ incipit, epiſcopus Mutinen. De materia huius regulæ adde quod ī.dicam.cap.proxi.

3 De hoc ſatis etiã per Dyn.per te videas: qui etiã ponit exemplũ.l. ſi ſeruus.ff. de precar. vbi ſi filius meus ſuo noĩe rogauit rẽ precario ratũ habendo : non plus teneor quam prius, ſcilicet de peculio. Io. An.

ADDITIO. De quatuor modis quibus negotiorũ geſtoribus actio competit,notatur,ff.de neg.geſt. ſi pupilli.§ quid ergo.vide libel.in Spec.de iudi.§.2.verſi.ex prædictis,& vide quod dixi ſuper glo.in regula,Ratihabitionem. Ioan.And.

Ratihabitionem.] Caſus in hoc cap. ſic figuratur ꝑ ca.vlti.ſup.de iureiur.& l.licet.ff.de iudicijs.& habet locum in iudicijs, Ponamus ſic caſum per dictã l. licet,

le perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

¶ Idem.

ex l. ff. eo. l. priuilegia quædam. & l. in omnibus cauſis. Pone caſum. 7. quæſt. 1. petiſti. de auctor. & vſu pal. c. 3. C. de legi. leges. in fin. ad idem ff. de conſtit. princ. l. 1. in fin. ff. de cenſi. l. ætatem. in fin. & ff. ſolu. matr. maritus, 2. & l. ſeq. vbi hæres mariti extraneus condemnatur in ſolidum, non habita ratione ne egeat: [1] cum maritus cōdemnaretur inquantū facere poteſt, habita ratione ne egeat. [2] Itē in perſonali priuilegio quod datur patri, patrono, & militi, [3] vt condemnentur inquantum facere poſſunt: quod cum perſona extinguitur. ff. de re iud. l. ſunt qui in id. & l. patronus. & l. item miles. Et nota, quòd dicit priuilegium: quia ius commune ad vnam perſonam directum, ad omnes extenditur. 61. diſ. miramur. de re iudic. in cauſis. ff. de iuris & facti ignorant. l. regula. §. vlt. Et idem in reſcriptis directis ad perſonas: quia cum perſonis extinguuntur. ī. de off. deleg. quoniā. ſic & pacta perſonalia pſonas non tranſgrediuntur. ſupra de tranſactio. de cętero. & cap. veniens. ff. de pact. iuriſgentium. §. pactorum. & compromiſſum non extenditur ad hæredes, niſi de ipſis caueatur. ſupra de arbit. cap. vlt. Et intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt, perſonæ conceſſo. Idem ſi eſſet perſonale ex parte cōcedentis, vt ſup. eod. lib. de reſcrip. ſi gratioſe. Priuilegiorum ergo aliud perſonale, aliud reale, vt ſupra, de præſump. mandata. ſi autem ſimpliciter cōcedantur, an dicantur perſonalia, an realia? Dic vt notatur 25. quæſt. 2. in ſumma. 16. quæſt. 1. poſſeſſiones. & ſupra de inſtit. cum veniſſet. & quod dicitur hic, ꝙ priuilegium perſonale extinguitur cū perſona: intelligas idem in reali, vt ſcilicet extincta re, extinguatur priuilegium. 16. quæſt. 7. & hoc diximus, de verborum ſignificat. Abbate. in fin. ff. quādo dies lega. ced. l. ſi vſusfructus. quod dic verum, quādo ipſæ res, vel loca, puta eccleſia, ciuitas, vel loca alia ſacra, vel profana, deſtruuntur ſuperioris auctoritate, ſecundum Io. & Lau. qui hoc not. in prędicto cap. & hoc diximus. ad hoc de conſecrat. diſt. 1. placuit. de noui operis nuncia. c. ſecundo, & in prædic. l. ſi vſusfructus. non ergo vlterius vocandus erit aliquis clericus illius eccleſię, vel municeps illius loci. Si autem deſtruatur ab hoſtibus, retinet omnia ſua priuilegia: & remanent ibi clerici. 7. q. 1. paſtoralis. 19 quæſt. 3. qui ſemel. Item ſi auctoritate ſuperioris transferatur ad alium locum, uel alij vniatur. 16. q. 1. & temporis. & cap. ſeq. de relig. dom. quia monaſterium. ff de contrahenda empt. l. æde. ſecundum Innoc. qui ad hoc bene not. ī. de noui operis nuncia. cap. ī. Et licet hic dicatur priuilegium tunc extingui, cum extinguitur perſona: interdū etiam ante extinguitur, vt cum abutitur priuilegio: quia tunc meretur extingui. 11. q. 3. priuilegium. & in caſibus ibi not. & 22 diſt. cap. reuocantes. & de conſtit. cum acceſſiſſent. & de priuileg. accedentibus. & de deci. ſuggeſtum. Ad hoc autem quod dicitur hic, quòd priuilegiū ſequitur perſonam, contradicit ſup. de vſu pal. ex tuarū. Solu. priuilegium indeterminate conceſſum perſonam ſequitur præciſe, vt hic: priuilegium autem vſu pallij conceditur cum determinatione loci, & temporis: & ideo extra locum perſonam nō ſequitur. [4] tenor enim priuilegiorum attendendus eſt, & ſeruandus. ſupra de priuileg. porro, & cap. recepimus. Vel dic vt ī. dicam cōtra de priuileg. antiqua. 21. diſt. denique. ff de offic proconſul. l. vlt. vbi præſente maiore, minor non vtitur priuilegio. Solu. ſpeciale eſt ob ſuperioris reuerentiam: & dic vt ſup. Vel dic ꝙ ſequitur perſonam ſemper habitu, licet non actu. ſic eſt vbi ad tempus ſuſpenditur iuriſdictio 81. diſt. ſi quis. vel ob reuerentiam ſuperioris. ī de off leg. volentes, vel ob cauſam C. de curat. fur. l. penult. §. 1. de hoc dicam inf. eod. quod alicui.

ADDITIO Intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt, perſonæ conceſſo, ita quòd perſona ſit proxima cauſa priuilegij, ut in dictis exemplis. & ſic ſolui quod opponitur de in integrum reſtitutione minoris, quæ tranſit ad hæredes. ff. de in integrum reſtitutione, non ſolum. ff. de minori. l. interdum. Et de Velleiano, quod etiam tranſit ad hæredes. C. ad Velleia. hæredes. in his enim pſona nō eſt proxima, & immediata cauſa priuilegij: ſed læſio, &c. Ioan. And.

[1] De hoc ī. de dona. inter virū, & vxo. c. 1. Io. And.

[2] Vide Alexan. in l. maritū. ff. ſol. matr. Iaſ. §. ſi. de do. inſtit. de act. adde Campegium in tractatu de dote, in 3. par. à quæſtione 235. vſque ad finem.

[3] Etiam cęleſtis militiæ. gloſſ. in l. miles. ff. de re iudic. vide tamen Matheſilanū ſing. 61.

[4] Facit ca. quia, ſupra de priuileg. Philip. allega. Bal. l. nō ſpeciali. C. de teſt. tenētem contra gl. text. eſt, & glo. in c. illa. 12. d. ad do. tibi Rochum Cur. c. ſi. de conſuet. ponentem an Cathelani extra ſuā dioceſim veſcātur carnib⁹ die ſabbati.

REG. VIII.

SEmel [a] malus, ſemper præſumitur eſſe malus.

SEmel malus. [5]] Caſus in hoc capitulo formatur multis modis: Vno modo per capitulum, paruuli. 22. q 5. hoc modo. Quidam Titius fuit in aliqua cauſa productus in teſtem: qui productus iurauit deponere meram & puram veritatem ſine falſitate: poſtea depoſuit falſum, & ſic deierauit: quo facto in aliqua alia cauſa fuit in teſtem productus: fuit contra ipſum propoſitum pro parte aduerſa, ꝙ non erat admittendus ad ferendum teſtimonium in illa cauſa: quia in quadā alia cauſa deierauerat: & præſumptio erat, ꝙ adhuc deieraret in iſta cauſa: an ſit admittendus? Reſpondetur ꝙ non: quia ex quo eſt conuictus de periurio, non eſt admittendus ad teſtimonium ferendum: nec recipitur eius iuramētum quod tendit ad ſuum commodum: ſecus ad iuramentum oneris. Alio modo poteſt figurari caſus per capit. ſcribam. de præſumptio. in antiq. quod capitulum habet duos intellectus, vt ibi dicitur, & per cap. nouit, de iudicijs, in antiq. vbi dicitur, ſi quis videat fratrem ſuū in peccato, debet ire ad eum, & illum monere ſecundū doctrinam Euangelicam, vnde lotio exterior non delet maculam, ſed interior. & appellamur omnes fratres: ideo ponamus, ꝙ video fratrem meum peccantem: monui eum, ſecundū quòd dicitur in d. c. nouit. video quòd mea monitio non proficit, ſed efficitur deterior: vtrum tenear eum amplius monere? Rūdetur quòd non: qa ex prima monitione neglecta, apparet, ꝙ ſecundam negliget monitionem, ut dicitur in d. c. ſcribam. ſecundum vnum intellectum: ideo non teneor eū amplius monere: quia ex quo ſemel malus, & contumax, præſumptio eſt, ꝙ adhuc erit malus: quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere delicti: & hoc verum, quando quis fuit malus in fine actus: quia qui fuit malus in aliquo actu, & tandem ſe maxime correxit, & fuit bonus in fine illius actus, præſumitur bonus: Nam qui exercuit actum bonum, præſumitur bonus, niſi faciat actum contrarium: ſed ſi fecerit actum contrarium, præſumitur malus, donec de emendatione appareat.

[Prima gloſſa ponit exempla. Secūdo, quomodo hæc præſumptio poteſt dici hominis, facti, & iuris, ſed non de iure, interſerens circa præſumptionem duas remiſſiones, & conuertens regulam, ſubdit, vnde procedat hæc præſumptio. Tertio dat ſimile de paupere; & remittit. Quarto dicit hanc pręſumptionem quandoque ad filios tranſire. Ioan And.]

a ¶ Semel malus. [6]] pone caſum in ſemel periuro. 22. q. 5. paruuli. In ſemel contumace. ſup. de præſump. ſcribam. In ſemel calumniante. ff. de accuſ. l. 2. ad hoc. 25. diſt. c. vlt. ſup. de elect. ſuper eo. ff. de decur. l. eos. Hic ergo præſumitur eum qui ſemel malus fuit, ſemper malum eſſe. & poteſt hæc dici præſumptio hominis: quia contra hominem ſic præſumitur. Poteſt etiam dici pręſumptio facti: quia ex ſemel facto ſic præſumitur. Poteſt etiam dici præſumptio iuris: quia ius ſic præſumit ex facto, vt hic vides, & in iuribus ſupra ſignatis. de quibus diuerſis præſumptionibus proſequere, vt not. per Ioan. 50 diſt. ferrum. 53. diſtinct. fraternitatem. per Bernard. de ſponſ. is qui. per Accur. ff. quod met. cau. l. non eſt veriſimile. Hic ergo vides quòd præſumitur ex præterito, circa præſens, & futurum: Interdum præſumitur ex præſenti circa præteritum, interdum circa præſens, interdum circa futurum: quod proſequere, vt not. 44. diſt. multis. 34. quæſt. 2. cum per bellicam. de pręſump. ſcribam.

[5] Io. And. Anchar. & Phili. dicūt hic crimen directe non probari inſtrumento, ſed bene directe.

[6] Petr. de Anch. dicit regulā velle, quod q ſemel peccauit in aliquo actu, repellatur poſtea ab eodem: nō vt puniatur ſi iā aliquod crimen factū eſt, quale ipſeprius commiſit.

Pręſūptionum, alia facti alia iuris.

ſcribam.& in prædi. cap. ls cui. Licet autem vt ſ.dixi. hæc poſſet dici præſumptio iuris,non eſt iuris, & de iure: admittit enim probationem in ɔ̃trium: & probato ꝙ pœnituerit,vlterius malus non dicetur. 50. diſt. ferrũ. de conſec.diſt 4.c.2. de reſcri. eam te.de teſti. teſtimonium.ff.de ædi.edi.

¶ Idem.

REG. IX.

RAtum [a] † quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

quod ita. ſaluo eo quod dr̃ de hære. ad abolendã § illos quoque.ſupra eo. lib eo. tit. ſuper eo. No ergo,ꝙ ſi ſemel fuit bonus,ſemper præſumitur bonus 61.diſt.miramur. & ſup. de præſumpt. mandata. & prima facie quis præſumitur bonus. 13.quæſt.3. in cunctis.de præſumpt. dudum, ff. de lega. 2. cum pater. §. rogo. Qui autem ſemel malus, ſemper præſumitur malus, [1] vt hic, & ff.de re milit. l. non omnes. §. à barbaris. C. de ſuſcep. & arca. l.ſi aliquid.lib.10. Et procedit hæc præſumptio ,tum ex præſumentis natura corrupta: tum quia natura humana prona eſt ad delicta. 12. quæſt. 1. omnis ætas in Authen. de mona. §. ſi vero his,collat.1. Item in ſimili quilibet præſumitur pauper: quia nudus natus fuit.47.diſt. ſicut hi. C.de proba. l. ex perſona.ff.de magiſtra.conue.l.1.§.ſi magiſtratus. vbi tamen probatur ſemel eſſe ſoluendo: adhuc idem præſumitur, [2] & ſic intelligitur lex,ff.de priuil. cred.l.ſi creditores. in fine. Quæritur autem quare quis præſumatur virtutibus plenus, & non diuitijs? vide per Ber. & Hoſtien.de ſeru cap.vnico. Et not. ꝙ hæc præſumptio interdum tranſit ad filios: quia qui patrem incontinentem habuit, incontinens præſumitur,& ob hoc illegitimus non promouetur.56.diſt. per totum. & metuitur, crimen parentis in filio. 6.quæſt.1. ſi quis cum ad hoc ſupra eodem lib.de hære. ſtatutum. de ſchiſma. cap.1. ad hoc. ff.de ædil. edic. quòd ſi nolit. aliàs, ſi ſeruus.§. qui mancipia.

† Vide Ruinum. conſ. 27.lib.4. & conſil.129. eod.lib.

1 Vide ſingu. Hip.74. gl. in c.propoſuit. de cle.exc.mi.

2 Anchar. remittit ad glo. l. ſi fideiuſſor,voluit allegare in l. ſi vero. in verſi. dubitetur, de ijs, qui ſatiſd. cog.

ADDITIO. Facit hæc regula,ſemel malus, & c. ad quæſtionem de notario,qui fecit vnum inſtrumentum falſum,an valeant poſtea confecta per ipſum: quam ponit Gul.in Spec.de inſtru. edi. §. ſi reſtat.ver.quid ſi tabellio. Io. And.

RAtum.] Caſus põt figurari multis modis: Primo, per c.cum quis. de ſenten. excom. Aliquis Titius verberauit quendam clericum, meum inimicum, non tñ nomine meo: poſtea ſciui ꝙ illum clericum verberauerat: illud mihi placuit in corde meo:& laudaui,& ratificaui quod fecerat, vtrum incurram ſententiam excommunicationis? Certe non: quia non poſſum habere ratum quod nomine meo non eſt geſtum.

¶ Alio modo poteſt poni caſus per l. ſi pupilli. §.ſed ſi ego.ff.de nego. geſt. Filius meus exiſtens in mea poteſtate habebat peculium: quidam Titius geſſit negotia in illo peculio,non nomine meo,ſed nomine filij mei, & expoſuit in adminiſtratione aliquid de ſuo: poſtea ratificaui iſtam geſtionem, vtrum geſtor debeat agere contra me peculio tenus vel in ſolidum: quia non eſt dubium quod ſi geſſiſſet illa negotia nomine meo, eſſem ei obligatus in ſolidum ad illa quæ expoſuit de ſuo? Reſpondetur, quòd hic non teneor niſi peculio tenus: quia ex quo non geſſit nomine meo, non poſſum habere ratum.

¶ Pro declaratione iſtius regulæ opponitur contra textum de capitulo Lugdun.9.q.2. & c. quod ſicut.de ele. in antiq. Dicitur in d. c. Lugdunen. ꝙ quidam epiſcopus promouerat ad ordines clericos alterius diœceſis proprio epiſcopo non conſentiente: poſtea proprius epiſcopus ſciens ratificauit illam ordinationẽ: dicitur, ꝙ ibi iſti ordinati remanebũt in ordine ſuſcepto:& tñ non fuerant ordinati nomine proprij epiſcopi. Dicitur in c.ſicut,ſ.de elect.quòd ſi canonici alicuius eccleſiæ procedant ad electionem aliquo canonico ſpreto: ſi canonicus ratificet illam electionem per alios canonicos factam, illa electio aſſumit vires: ergo male dicitur ꝙ quis non poteſt habere ratum illud quod nomine ſuo non eſt geſtum. Reſpondet glo. cap. Lugdunen. quòd ille epiſcopus alienus ordinauit clericos nomine proprij epiſcopi,& ſub ſpe ratificationis, eo quia erat amicitia inter ipſos epiſcopos. Vel melius dicendum eſt, ꝙ illa ratificatio non validat collationẽ ordinationis,quia de ſe valeat: quia ep̃s alienus poteſt ordinare clericos alienos, & recipiunt ordinem, ſed non ordinis executionem: ſed vbi proprius epiſcopus ratificauit, & diſpenſauit cum eis. Et ad cap. ſicut. dicendum, quòd loquitur de conſenſu confirmante.

¶ Idem.

REG. X.

RAtihabitio-

[Prima glo.ponit exempla. Secundo allegat 5.iura in contrarium:& ponit tres ſolutiones: quarum primam reprobat,& demum ſoluit. Tertio ſignat contrarium de vna l.& ſoluit. In fine remittit.]

[a] ¶ Ratum.] pone caſum.9. quæſtio.2.ca.1. ſupra eodem lib.de ſentent. excommunic.cum quis. 2. reſpon. ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. vbi ſi liber homo geſſit negotium filij, vel ſerui, peculiare tantũ,contemplatione ipſius ratihabitio ſequens patris vel domini nihil operatur: quia per ratihabitionem non tenetur vltra id,ad quod prius tenebatur,ſcilicet ad quantitatem peculij. [3] Contradicit ad hanc litteram 9. quæſtio.2. Lugduneñ.16. quæſt.1.ca.vlti.ſupra,de elect. qđ ſicut.de ijs quæ ſi à prælа.cum nos.de iure pa. cura. in his iuribus habet quis ratum quod ſuo nomine non eſt geſtum. Sol. dixerunt quidam,ꝙ ſecundum canones poteram ratum habere quod meo nomine non eſt geſtum,per iura prædicta,vt not.de reſti. ſpol.cum ad ſedem.in glo.penult.ſed hæc ſolutio extirpatur per hanc regulam. Alij dixerunt hoc fallere in ſpiritualibus, in quibus ratum habeo quod meo nomine non eſt geſtũ, per iura prædicta,& hæc not. in præd.decre.quod ſicut. in glo.ſic patet. Vel quòd in capitulo Lugduneñ. fuit ordinatio facta nomine proprij epiſcopi: & ſpes in eo poſita,quòd ratum haberet,vt ibi not. Verius dic,quòd ordinario facta à non proprio epiſcopo bene tenet quo ad ordinem,licet nõ quo ad executionem.ĩ.de tempo. ordi. ꝙ tranſlationem.ſ.eod. lib.eod.tit.cap.1.& 2. ibi igitur epiſcopus proprius non ratificauit collationem ordinis quo ad ordinem,quia non erat neceſſe:ſed executionem illi diſpenſatiue contulit, quam nõ habebat. Alia etiam iura non proprie loquuntur de ratihabitione,ſed de quodam nouo conſenſu: quæ ſunt valde diuerſa,& ſuper hoc vide quod dicam ĩ. c. non firmatur. Item ɔ̃ C.ad Macedo.l.vlti.vbi ratum habet pater contractum filij ſuo nomine non geſtum. Sol. dupliciter poteſt eſſe geſtum meo nomine: vocaliter,vt ſup.e.lib. de ſenten.excom.cum quis.& realiter,ad mei præiudicium, vt quando filius meus mutuum contrahit ſine meo aſſenſu,fit in mei præiudicium. ff.ad Mace.l. 1.& hoc poſſum ratum habere: quia quod ibi ius reprobat per diſſenſum, approbat per conſenſum. An autem vnus iudex poſſit ratam habere ſententiam latam per alium? Dic,vt not.9.q.2.ca.1.de his quæ ſi.à præla.cum nos,de offi.deleg. prudentiam.in glo. 2. in fin.per Barto.Brixien.in quæſtione venercali,quæ incipit, epiſcopus Mutinen. De materia huius regulæ adde quod ĩ.dicam.cap.proxi.

3 De hoc ſatis etiã per Dyn.per te videas qui etiã ponit exemplũ.l. ſi ſeruus.ff. de precar. vbi ſi filius meus ſuo noĩe rogauit rẽ precario ratũ habendo: non plus teneor quam prius, ſcilicet de peculio. Io. An.

ADDITIO. De quatuor modis quibus negotiorũ geſtoribus actio competit,notatur,ff.de neg.geſt. ſi pupilli.§ quid ergo.vide libel.in Spec.de iudi.§.2.verſi.ex prędictis,& vide quod dixi ſuper glo.in regula,Ratihabitionem. Ioan.And.

RAtihabitionem.] Caſus in hoc cap. ſic figuratur p ca.vlti.ſup.de iureiur.& l.licet.ff.de iudicijs.& habet locum in iudicijs, Ponamus ſic caſum per dictã l. licet.

licet. Quidam Titius aſſerens ſe eſſe meum procuratorem cum non eſſet, quandam actionem deduxit in iudicio nomine meo contra meũ debitorem: non fuit ei oppoſitum, ꝙ non eſſet procurator meus: certum eſt, ꝙ proceſſus factus cũ falſo procuratore non tenet. Sed quid? ponamus, ꝙ poſtea ratificaui, approbaui, & laudaui geſta per ipſum, vtrum valeat proceſſus, ac ſi ab initio mandaſſem ei, vt nomine meo proſequeretur contra meum debitorem? Reſpondet, quòd ſic: nam ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.

nem † [a] retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.

† Vide Bar. in l. ſi pupilli. § Itē quæri. ff de nego. geſt. Sali. in l. nō idō minus. C. de accu. vbi docet q̄liter hęc regula procedat in delictis. adde Rom. ſing. 511 Mathe ſil. ſing. 180

[c] Alio modo poteſt figurari caſus per c. ſi. ī. de iureiur. eod. lib. Ego habebam contra te aliquam cauſam: lite conteſtata inter nos, & iurato de calumnia, ſeu veritate dicenda, ſi cauſa erat ſpiritalis, feci meas informatas, & extracta à meo libello: in quibus poſitionibus aſſerui duas poſitiones contrarias: nunquid ſum periurus? Reſpondet, ꝙ ſic. Sed ponamus, ꝙ ego non feci illas poſitiones de directo contrarias: ſed procurator meus illas fecit, & poſtea ratificaui, & laudaui, & homologaui, an ſim periurus? Certe ſic, per rationem huius regulæ: quia ratihabitio retrotrahitur, &c.

Alio modo poteſt poni caſus per capitulum, cũ quis. ſupra, de ſent. excom. iſtomet libro: Cum quidam clericus intuliſſet mihi iniuriam, quidam Titius meus familiaris volens mihi complacere, abſque mãdato meo talem clericum verberauit, & in eum manus violentas iniecit nomine meo: poſtea cum ſciuiſſem iſtud factũ, mihi placuit, & ratificaui, & homologaui: Quæritur nunquid ſum excommunicatus, ac ſi mandaſſem illum clericum verberari? Reſpondet, ꝙ ſic: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.

Alio modo poteſt caſus figurari per l. finalem. C. ad Maced. Filiusfamilias exiſtens in poteſtate ſui patris recepit pecunias mutuo in caſibus non permiſſis: & ſic ꝯ ſenatuſconſultum Macedonianum: Certum eſt, ꝙ pater ſuus non poterat conueniri à creditoribus pro illis pecunijs. Sed quid? Pater poſtea ratificauit, & approbauit ꝯtrum filij ſui: nunquid poterit conueniri pater, ac ſi mandaſſet filio ſuo, vt contraheret? Certe ſic, & hoc per rationem iſtius regulę: quia ratihabitionem, &c.

[Prima gl. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo dicit in ea duo debere concurrere, & ad ſm ſignat contrarium: Tertio ſucceſſiue exprimit quattuor caſus exceptos, & ipſorum rationem reddit: Quarto ponit ſimile. Quinto ſoluit vnum dubium. Io. And.

[a] ¶ Ratihabitionem.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. hoc iure. § deiecit. & l. ſemper qui § 1. Pone caſum in iudicijs 2. q 6. non ſolent. ſup. eo. lib. de iureiur. cap. vlt. ff. de iudi. licet In maleficijs. ſup eo. li. de ſent. excom. cum quis. 1. reſponſo. Et intellige de maleficijs, quæ per alios fieri poſſunt: ſecus in ijs quæ perſonæ cohærent, vt in adulterio, & ſimilibus, vt no. in §. deiecit. & hic per Dynum. in contractibus, C ad Macedonianum. l. vlt Et habet locum hæc regula in caſu ſupra cap. prox. ſcilicet quando meo nomine geſtum eſt: quia tunc ratum habere poſſum: & ratihabitio retrotrahetur, & mandato comparabitur. Vnum nota ꝙ ſi infra certum tempus teneor aliquid facere, & alius id fecit nomine meo infra tempus quo id facere debebam, debeo illud ratum habere: aliàs ratihabitio non prodeſſet. 2. q 6. non ſolent. ibi, quod mox reus ratũ haberet. ff. rem ratam habe. l. penul. imputatur enim tunc culpa tacitæ renunciationis. [1] Arg. contra, ī. eod. li de præb. ſi tibi 1. Hæc aũt regula fallit in caſu, ff. de ijs, qui not. infa. l quid ergo. in prin. non enim notatur infamia pater, qui non iuſſit filium contrahere cum muliere, quæ erat infra tempus luctus: licet poſtea conſenſerit: vel ratum habuerit: Ratio, quia ibi ſpectatur initium, vt ibi. Vel eſt ratio: quia licet ratihabitio æquiparetur mãdato, vt hic, non tñ iuſſui, vt ibi, iuſſus enim neceſſita-

[1] Idem hic Dynus allegat. ff ſi ta. reſ. nul. ex. l. 1 §. ita autem. & in Auth. de iis qui ingr. ad app. §. ſi vero C. de re. cre. ſi quis vſuras. de cond. inſer. l. vlt. & ff. q ſatiſd. cog. l. de die. §. vlt. Io. An. Phil.

tem imponit, mandatum non, vt not. ex l. ff. quod iuſſu. l. 1. §. ſed ego quæro, & ff. quod cum eo. l. 1. & l. ſi mandator. Nec comparatur mandato quo ad ſpeciem actionis: quia datur actio negotiorum geſtorum. [2] ff de nego. geſt. l. ait prætor. & l. ſi pupilli. §. idem ait. vbi mandato datur actio mãdati, ff. de procurato. l. licet. § ea obligatio. comparatur aũt quo ad effectum: & ideo non dixit, ꝙ ratihabitio ſit mandatum, ſed quòd mandato comparatur.

[2] Et q geſſit pro abſēte: nam ſi ꝓ præſenti egiſſet, daretur actio mandati, vt not. in l. ſē per qui. alleg. in prin. gl. & hic ꝑ Dyn. Io. A.

¶ Idem.

REG. XI.

Cvm † ſunt [b] partium

Item fallit in caſu, ff. de offic. proconſul. & lega. l. obſeruare. in fine. proconſul enim dando legatum antequam ingrediatur prouinciam, nil agit: ſi autem poſtquam ingreſſus eſt, dationem illam ratam habuit, valet: non tamen retrotrahitur ad totum tempus, ſed ad id tantum, quando ingreſſus eſt prouinciam, vt ibi. Ratio: quia ratihabitio operari non poteſt, niſi quod poſſet mandatum expreſſum. Item fallit. ff de acquiren. hæredit. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi ratihabitio tutoris adeunda hæreditate mandato non comparatur. & eſſet idem inuenire in omnibus, in quibus conſideratur initium: & ſic non eſt contra 16. quæſtio. tertia. §. poteſt. ff. eodem quod initio. & infra eod non firmatur. & ibidem. & de hoc per Bern. ſup. de pact cap. ſecundo. & per Goffredum ſupra, qui ma. accuſ poſ inſuper. Item fallit in caſu, ſupra, de reſcri. nonnulli, vbi de hoc. & cap. ex parte decani. in fine. vbi non valet reſcriptum impetratum ſine mandato: licet ille cuius nomine impetratum eſt, poſtea ratum habeat. & hoc facit ius acquiſitum illi contra quem facta eſt impetratio: quod auelli ab ipſo inuito [3] non poteſt. ad hoc ſupra eod. lib. de elect. ab eo, qui contra. Et eſt ſimile huic regulæ in eo quod dicit, quòd ratihabitio retrotrahitur: quod dicit lex, quòd appellans condemnatus de futuro, ſi nõ proſequitur appellationem, retro notatur infamia; videtur enim ratam habere ſententiam, ff. de ijs, qui not. infam. l furti. Olim dubitabatur, an idem in excommunicatione poſt appellationem lata. ſed dic, vt ſupra eod lib. de ſent. excom. licet. Et ſcire debes, quòd ſi faciens condemnatus eſt, & ſatisfecit ſententiæ: non agitur amplius contra ratum habentem ad intereſſe: ſed ad pœnam bene ff. de vi, & vi, & arma. l. 1. §. quotiens. ff. de admi. tut. l. tres tutores. ff. de iuriſd. omn. iud. l. adeo.

† Vide Fel. in c ex litteris. de ꝓba. & Ruy. conſil. 114. & 133. & 149. lib. 5.

[3] Idem Io. Mo. & doc. docēt quid ſnīa lata ꝓ vel ꝯ delinquentē operetur i mãdante ratũ hr̄e. Anch. ponit de ꝓcuratore errante in ꝑſona cum qua contraheret mr̄imoniũ: cuius factum dñs ratificat, poſt q̄ ratificationē mulier diſſenſit.

ADDITIO. Idem hic Dynus, qui etiam prolixe proſequitur. Io. And.

Cvm ſunt.] Caſus in hac regula ſic figuratur per capitulum, in noſtra. de teſti. & atteſta. in antiq. Tu actor & ego reus habebamus litem inter nos coram iudice competente: propoſuimus facta contraria: & fuimus admiſſi ad illa probanda: tu actor ad probandum tuam intentionem produxiſti quattuor teſtes: ego ēt reus ad probandum meum factum contrarium: produxi alios quattuor teſtes: Iſti noſtri teſtes ſunt pares in dignitate, & in cæteris: & deponunt æque veriſimilia: & in effectu ſunt oĩno æquales: & ſic iura noſtra videntur eſſe dubia: quæritur quorum teſtium dicta debeat iudex inſequi: & pro qua parte debet ferre ſententiã? Reſpondetur, ꝙ ſententia eſt ferenda pro me reo cõtra te actorem: quia cum partium iura ſunt obſcura, reo fauendum eſt potius quam actori: & hoc verum in deciſione cauſæ: nam ab initio potius fauendum eſt actori quam reo: ideo ſi actor in ſuo libello poſuerit verba ambigua, poteſt illa interpretari ſecundum vnum intellectum. l ſi quis. ff de iudi.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secũdo ponit quattuor caſus exceptos. Tertio ampliat regulam Quarto diſtinguit, opponit, & ſoluit.]

[b] ¶ Cum ſunt.] hæc regula ſumpta eſt ex lege ff. eod. tit. l. fauorabiliores. Pone caſum. 3. q. 9. indicas. ſup. de ſi. de inſtrumen. inter dilectos. ff. de act. & obliga. Arrianus. Hæc autem regula vera eſt, niſi actor foueat

fauora-

fauorabilem cauſam: puta matrimonij, libertatis, teſtamenti, vel dotis: tunc enim fallit regula: fauendum eſt actori. 33 q. 1 ſi quis acceperit. ſ. de probat. ex litteris. ff. de manumiſſ. l. antepenul. Et habet hæc regula locum non ſolum in ſententia ferenda, vt ſ. ſed etiam in iam lata: puta à duobus ordinarijs: vno abſoluente, & altero condemnante: tenet enim ſententia pro reo lata, niſi in ſupradictis caſibus. ſ. de re iud. c. vlt. ff. de re iud. inter pares. Et not. quòd dicit obſcura: ſi enim certum eſſet reum eſſe obnoxium puniretur: quia culpa eſt relaxare vindictam. 58. diſtin. quis ſunt & hoc dico, cum eſt certum iudici, vt iudici: ſecus ſi vt Deo. ſ. de offi. ordi. ſi ſacerdos. vel vt homini. 3. q. 7. iudicet. de offi. dele. paſtoralis. § quia vero. ſi certum eſt eum non eſſe obnoxium, abſoluitur: idem ſi dubium, vt hic vides. ſanctius eſt enim nocentem abſoluere: quàm innocentem condemnare. ff. de pœnis. abſentem. & ſic in re dubia fertur certa ſententia. Contra 11. q. 3. graue & de ſpon. de muliere, ad hoc, C. de tranſact. vt reſponſum. ſed hic non eſt dubium, immo certum: quia ex quo actor non probauit clare, debet reus abſolui. 6. q. vlt. actor. [1] vt eccleſia. beneficia. vt noſtrū. C. de proba. actor. ſic notat Ber. de ſpon. iuuenis. Et vide quod de triplici ambiguitate not. 33. diſt. c. vlt.

iura obſcura, reo [a] fauendum eſt potius quàm actori.[b]

¶ Idem.

[1] al. accuſator.

ADDITIO. Nota quòd dicit, partium, in plurali. Fortius autem ſi iura actoris tantum: non ſic ſi iura rei tantum, vt in ſi. Dicit Io. Mon. quod huius regulæ triplex eſt ratio. Prima quia actor impetit, reus defendit. alleg. inſtitu. de interdic. §. commodum, C. de dila. ſi quando. Secunda, quia nullus præſumitur obligatus, vel obnoxius. in authent. collat. 6. quib. mod. natu. effi. ſui. §. natura ſi quidem Tertia, quia reus in iudicio pugnat pro libertate: vnde debitor dicitur cliens debitoris, C. de noua. l. 3. & Prouerb. 22. qui mutuum accipit, ſeruus eſt fænerantis Ioan. And.

a ¶ Reo.] ſic dicto à re quæ petitur, vel ſuper qua impetitur. ſup. de verb. ſig. forus.

[Glo. ſecunda ſignat contrarium: ſoluit, & remittit: & iterum regulam exemplificat, & exponit.]

b ¶ Actori.] contra ff de re iud. ſi quis intentione. vbi ambiguam orationem actoris in ſui vtilitatem interpretamur. Sol. [2] Illud in principio litis in quo fauetur actori: hoc in fine in quo fauetur reo. quod dic, vt not. de reſtitut ſpoliato. cum ad ſedem. in gloſſ. 2. in fin. In ſumma igitur not. quòd in obſcuris potius fauetur reo quam actori, niſi fauor cauſæ aliud inducat, vt ſu. dixi. Hinc eſt, quod cū ſemiplene probauit actor: & talis eſt cauſa in qua non eſt deferendum iuramentum: puta criminalis, vel famoſa, vel ardua C. de probat ſciant cuncti. C. de dolo, dolum, & C. quod met. cau. l. metum, abſoluitur reus. Si autem talis eſt cauſa, in qua ſit deferendum, deferri debet reo, niſi ex circunſtantijs perſonarum, & cauſę videatur iudici illud deferendum actori. de iureiuran. c. vlt. [Vide & adde quod ibi dixi. Nec intelligas hanc regulam in obſcuris probationibus inductis à reo: quia illas contra eum interpretamur. de probatio. licet. quod dic, vt dicam ī. eod. contra eum. Ioan. And.

[2] Idem hic Dynus, & eſt ratio, quia reus ſemper negaret ſe ſic ſenſiſſe, qui inuitus trahit. Ioan. And.

IN iudicijs.] Caſus figuratur in capitulo, neceſſe. 3 q. 9. Certum eſt quòd accuſatus de aliquo crimine coram iudice competenti, tenetur comparere perſonaliter: ita, quod non admittitur eius procurator. l ſi. C. de procura. cap. tuæ. de procura. in antiq. l. penult. §. crimen. ff. de public. iudi. Sed quid de accuſatore: vtrum accuſator debeat etiam comparere perſonaliter? Reſpondet, quod ſic: & hoc per rationem huius regulæ: quia in iudicijs non debet eſſe acceptio perſonarum.

¶ Alio modo poteſt poni caſus per capi. nouit. de iudi. in antiq. Ponamus, quòd coram iudice aliquo ordinario vel delegato (non refert) contendit aliquis conſtitutus in dignitate vel officio, vel amicus, vel inimicus: vtrum fauore perſonæ debeat iudex recedere à debita iuſtitia, ita quod fauore perſonæ poſſit aliter iudicare, quàm in perſona alterius, in quo non eſt illa prærogatiua? Reſpōdet quòd non: quia in iudicijs non debet eſſe acceptio perſonarum: & iudex magnū debet iudicare vt paruum.

REG. XII.

IN † iudicijs [c] non eſt acceptio perſonarum habenda.

† Vide omnino B. Thomam 2. 2. q. 63. arti. 1. & 4. adde Hyppolytū Marſiliū. ſingu. 168. inci. æqualitas ſemper ſeruanda.

¶ Item poteſt poni caſus per cap. ſtatutum. §. inſuper. ſ. de reſcriptis. iſtomet libro, vbi dicitur: ſi legatus proficiſcatur extra licet recipiat expenſas ab ambabus partibus, ſed moderatas, non debet plus recipere ab vna parte, quàm ab alia: quia in iudicio non debet eſſe acceptio perſonarum.

¶ Item figuratur caſus in l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbitris, vbi eſt caſus, quod ſi arbiter aſſignauit partibus locum ad audiendum ſententiam: ſi partes non poſſunt honeſte accedere ad locum, non tenentur comparere: & ſi non compareant, non incurrunt pœnam appoſitam in compromiſſo. Sed quòd ſi vna partium poterat honeſte comparere: altera autem non poterat honeſte comparere: iſta pars quæ poterat comparere, non comparuit: vtrum ſit commiſſa pœna? Reſpondetur quòd non, vt ſeruetur æqualitas, & non ſit acceptio perſonarum. Glo. format plura contraria: ſed in hoc remanet, quod quantum ad modum procedendi, & iuſtitiam miniſtrandi in iudicijs, non debet eſſe acceptio perſonarum, vt in aſſurgendo, & in aſſignando locum honorabiliorem c. ſolitæ. de maio. & obed. in antiq. Nam in aduentu epiſcopi uel Imperatoris debet iudex aſſurgere, & locum honorabiliorem ei dare: & ſic quantum ad honores eſt habenda acceptio perſonarum. Item eſt habenda acceptio perſonarum in impoſitione pœnæ: quia quantum ad impoſitionem pœnæ mitius agitur cum perſona conſtituta in dignitate, quàm cum alia perſona. c. 2. de off. deleg. ſup. eo. lib.

[Prima gloſſ. ponit exempla. Secundo ſignat in contrarium quattuor canones 4. decr. & 2. leges ſoluit, & dat quinque ſimilia. Tertio ponit quattuor modos quibus dicitur iudicium. Quarto, & vltimo notat, & inſtruit.]

c ¶ In iudicijs.] pone caſum. 3. q. 9. neceſſe. ſu. de iu. nouit. & ſu. eo lib. de reſcri. ſtatutum. §. inſuper. & §. ſe. ff. de arb. ſi cum dies. § ſi arbiter. Aliorum enim honores alijs non debent eſſe occaſio nocendi. C. de ſta. & imagi. l. vlti. ad hoc 11. q 3. ſi quis vero. Signantur contraria ad hanc regulam. 40. diſ. c. 1. 45 diſt. cum beatus. 97. diſt. nobiliſſimus. 24. q. 1. qui contra pacem, ſu. de of. delega. ſane 2. eo. lib de offi deleg. c. 3. & de ſenten. excommu. quia periculoſum. ff. de pœnis. aut facta. C. de mo. mul eos. in ſi. & ſu. de ſimo. per tuas. 1. vbi de hoc. Sol. in pœnis defertur dignitati, & perſonæ, [3] vt ibi. & de hoc de tranſac. c. vlti. Arg. contra ſu. de iurein. cum quidam. dic, vt ibi. Idem in ſedendo. vel aſſurgendo. 93. diſtinct. non oportet. & not. 3. q. 9. c. vlti In iudicijs autem vel ſententia non eſt habenda perſonarum acceptio, vt hic. in eis enim æqualitas eſt ſeruanda. C. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. lib. 12. Et l vnicuique. lib. 12. vnde, & priuilegium vnius litigantium tranſit ad alterum. C. de fruct. & liti. expen. l. fin. Signatur ad hoc cōtrarium inſtitu. de iure natura. §. ſed, & quod principi. vbi de hoc, & hic per Dynum.] Idem in pœnitentiæ exhibitione. 26. quæſt. 7. ſacerdos. in princ. in ſi de Chriſti ſuſcipienda. de conſecrat. diſtin. 4. nec quemquam. & in alijs ſacramentis. de coniug. ſeruo. cap. 1. Et in pauperum ſuſceptione cum ſufficere poſſumus. 42. diſtinct. quieſcamus, & in alijs operibus pietatis. 16. q. 1. ſi cupis. hoc ergo quod dicit, in iudicijs, ſoluit contraria. Et nota quòd iudicium [4] interdum ponitur pro eo quod præcedit ſententiam, vt hic. & 2. q. 1. ſicut ſine iudicio.

[3] Fallit ſi pœna lege vel ſtatuto vniformiter taxatā. Bal. l. nemo. in princ. C. de ſum. trini. Philip.

[4] Adde gl. inſtit. quibus non eſt per miſ. face. teſta. §. præterea.

dicio.& cap.in primis. Interdum pro condemnatione. de conſecr.diſt.2.timorem. Interdum pro diſcretione. 3.q.7.§.tria. Interdum pro vltima voluntate. ī. eo. lib. de ſepul.cap.penult. Io.Mon. ponit 15. ſignificationes ſuper rubr. de iud. quas dat per hos verſus.

Actio lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle:
Quæſtio, diſcre. ſen.inſtan. diſcuſſio, poſſe.
Pernicies, pœna, proceſſus iudicialis.

¶ Idem.

REG. XIII.

IGnorantia[a] facti, non iuris excuſat.

¶ Idem.

Præter doctores hic, vide Alex. cōſ.165.incip.dubitatur an mulier ruſtica. lib.6.& Maria.Soc.conſi.51.vol.4.

Et not.ꝙ licet iudex vti non debeat in iudicijs acceptione perſonarum, vt hic,& in concor. tamen vtile eſt in arbitrarijs iudicem gratioſum habere. ſup.de offi.de leg. c.conſuluit. & facit de accuſatio. nulli. & quod ibi not. Caueat tamen iudex ne in facienda gratis incurrat pœnam conſtitutionis,de re iudi. cum æterni.ſupra eod.lib. Ioan. Andr.

Io. And. Alber. Vad. intelligunt textum de ignorantia probabili nō ſupina.& dicit Io.And. & alij,ꝙ reſcriptū non valet vbi tacetur expectatiua, aut reſeruatio ſ per c. in noſtra. de reſcri. quamuis. de præben.lib.6.

IGnorantia facti.] Caſus in hac regula primo pōt figurari per capitulum,ſi ſacerdotes.16.q.3. ſecundū tertium caſum, qui ponitur in dicto cap. ſi ſacerdotes. hoc modo: Ponamus, ꝙ quidam laicus donauit monaſterio S.Cypriani aliquam eccleſiam: quæ donatio nō valuit: quia laicus non poteſt donare eccleſiam, ſed epiſcopus cum conſenſu capituli: accidit ꝙ prælatus eccleſiæ monaſterij S. Cypriani, qui recepit donationē, mortuus eſt: cui alij acceſſerunt, qui credebant illam eccleſiam monaſterio ſuo donatam ab epiſcopo cum conſenſu ſui capituli: nunquid iſti poterunt præſcribere illam eccleſiam? Reſpondetur, ꝙ ſic: quia ipſi prætendunt ignorantiam facti: quia putabant eccleſiam illam donatam eſſe ab habente poteſtatem: ſed prædeceſſor prælatus cui donata fuit illa eccleſia non poſſet præſcribere: quia habebat ignorantiam iuris.

Item poteſt poni caſus per ca. ſi quis à ſimoniacis.1. q.1.& etiam per cap. ſi beneficia. ſup.de præb. eod lib. Cum ego tenerem canonice aliquod beneficium incōpatibile: fuit mihi collatum aliud beneficium incompatibile, quod fuerat reſeruatum per Papam, quod ignorabam: dimiſi primum beneficium,& apprehendi poſſeſſionem ſecundi: eo quòd iſtud ſecundum beneficiū erat magis pingue quàm primum: poſtea apparuit illud beneficium ſecundum eſſe reſeruatum diſpoſitioni Papæ,& fuit à me euictum: volo nunc redire ad primū: quæritur an poſſim? Reſpondetur, ꝙ ſic, quia ignorabā illud beneficium eſſe reſeruatum Papæ: & ſic errabam in facto: ſecus ſi erraſſem in iure, quia ſciebam reſeruationem Papæ, ſed ignorabam quòd illa reſeruatio Papæ impediret collationem. Iuxta illam regulam ſequitur, ꝙ qui habet iuſtam cauſam litigandi, licet poſtea condemnetur in principali: non tamen in expenſis, vt not.Bar.in l.deſtitiſſe ff de iudi. vbi habetur, ꝙ ſi quis credebat habere bonam cauſam litigandi, & pendente lite ſuperueniat mala fides, & ſi deſiſtat à lite, ſeu inſtantia, non debet condemnari in expenſis. Sed vtrum habeat locum in cauſa appellationis, vt ſi quis habeat iuſtam cauſam litigandi euitat expenſas? Quidam dicunt, ꝙ non: quia eſſet ignorantia iuris: nam in cauſa appellationis ex actis principalis cauſę iudicandum eſt. Gloſſ. reſpondet, ꝙ ſi fuit iudicatum ex eiſdem actis, procedit illa opinio, vt in cauſa appellationis quis debeat condemnari in expenſis: licet habuerit iuſtam cauſam ignorantiæ. Sed ſi fuit aliquid de nouo probatum, virtute cuius fuit aliter iudicandum: tunc appellans non debet condemnari in expenſis: quia poteſt prætendere iuſtam ignorantiam.

Hanc gl. commendant doctores ibi, vnū not. & Dyn. hic ponit multiplicem ignorantiā, & eius effectum in dāno vitando, captādo lucro, in pœnis, & dicit Phil. ignorantiam iuris non excuſare ruſticos ſagaces l. Athletæ. §. de ruſticis, ff.de excuſ. tut.

[Prima glo.ponit exempla, & remittit. Secundo ponit,& exponit vnum notabile. Tertio ſucceſſiue ſignat, & ſoluit duo contraria.]

a ¶ Ignorantia facti.] Pone caſum in ignorantia facti in ordinato ignoranter à ſimoniaco. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. In eo qui ignorabat beneficium reſeruatū per Papam, vel alij collatum. ſup. eo.lib. de præb. ſi beneficia, ſimile ſup. eo.li.de reſcri.gratia. In eo qui locat militi credens eum paganum. ff.loca. l.ſi ignorans, non enim diſciplinam cō tempſit qui militem ignorauit, vt ibi. In ignorantia iuris. Pone caſum. 1.q.4.§.notandum. in fi.ſup.eo. lib.de præb. cum qui ibi ſtultus, &c. C. de iu.& fac.igno. l.2. & l.cum quis. Hæc regula non indiget gloſſis: cum eius materia pleniſſime habeatur. 1.q.4.§.notandum.in textu.& glo. 38.diſtin. in ſumma.& de hoc dic, vt ibi. Vnum no.quòd cum quæritur de condemnatione expenſarum, dicimus, ꝙ in principali cauſa probabilis error excuſat ab expenſarum condemnatione, 2. quæſt.3.cap. Paulum, de electio. cap.1.in fi.ſupra eod. lib. ſed in cauſa appellationis in diſtincte victus condemnatur victori in expenſis.2.q.6. omnimodo.ſupra de appel.eo.§ ne temere. Ratio autem huius diuerſi iuris colligitur per hanc regulam. in principali enim cauſa eſt error facti: quia in ea ex probationibus, quæ in facto conſiſtunt, proceditur: ſed in appellationis cauſa proceditur ex actis prioris cauſæ: vnde ibi eſt error iuris: & ideo non excuſat à condemnatione, vt hic: & ideo no.Inn & Hoſt. ſupra, de dolo, & contu. finem. ꝙ ſi in cauſa appellationis non proceditur per ſola antiqua acta, ſed inducantur probationes nouæ, per quas pronuncietur, tunc probabilis error bene excuſat victum à condemnatione expenſarum, ꝙ verum puto: & videtur caſus prædictæ decr. ſupra eod. lib. de electio. c. 1. in fi. Ad primum dictum huius regulæ ſignatur contrarium 34.q.2 in lectum. vbi imponitur pœnitentia probabiliter ignoranti factum: ſed illud ad cautelam. Item contra, de conſecr.diſt.4.qui bis. vbi ignoranter rebaptizatus ordinari non poteſt: illud ſpeciale, & punitur ſine culpa: ſubeſt tamen cauſa, ſcilicet iniuria primi ſacramenti. Vel dic vt ibi not.

Error probabilis excuſat à condēnatione expēſarum in cauſa principali.

ADDITIO. Item contra. ff. de fideiuſſor. l. 3. vide quod ibi not. in glo. fi. Io. And.

REG. XIIII.

CVm[b] quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantię cauſam cenſetur habere.

† Dicit hic Io. And. & Alb.& alij, ꝙ clericus cognoſcens B.ſolutam, ſua tñ & aliorum opinione maritatam punitur vt adulter: qa culpa i opere, dolus in animo, opinio, in qualitate præfertur veritati, nupt. de ſent. excom. ſi iu pœna ſtatuti grauior eſſet pœna iuris cōmunis, non puniret illa.

CVm quis in ius.] Caſus figuratur per capitulum, ſi ſacerdotes.16.quæſt.3.prout dictum fuit in primo caſu præcedentis cap. qui caſus eſt proprie caſus huius cap. Item poteſt figurari per cap cura. de iure patron. in antiq. Ponamus, ꝙ quidam obtinuit per ſententiam rem alienam non ſpectantem ad illos, qui fuerunt mihi condemnati, ſed ad alios: tenui iſtam rem per tempus ſufficiens ad præſcriptionem: vtrum potui præſcribere? Reſpondetur, ꝙ non: quia habui malam fidem. Sed quid: ponamus, ꝙ ego ſum mortuus: vtrum meus ſucceſſor poterit illam rem præſcribere? Reſpondetur, ꝙ ſic: quia ipſe habet iuſtam cauſam ignorantiæ: Nam qui in locum alterius ſuccedit, cenſetur habere iuſtam cauſam ignorantiæ.

[Prima glo. dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: Finis dicit, quòd exemplificat præcedentem. Secundo dicit duo, ſcilicet regulam loqui quando cum ſucceſſore agitur, & de quolibet ſucceſſore. Tertio ſoluens vnum contrarium diſtinguit.]

b ¶ Cum quis in ius.] hæc regula ſumpta eſt ex lege. ff.eo.tit.l.qui in alterius. Pone caſum 16.q.3.ſi ſacerdotes. ſed tertium caſum ibi nota, & de iurepatr. cura. & ff. de depoſi. l. 1. in fi. & l. 2. ibi enim hæres vendens rem depoſitam credens illam fuiſſe defuncti, non tenetur ad rem, ſed ad pretium. Quod autem in hac regula dicitur, verum eſt, ſi cum ipſo ſucceſſore agatur: ſecus ſi ipſe agat: quia certus debuit eſſe de facto ſuo cum ad iudicium prouocat, vt in prædicta l. qui in alterius. ‡ Et eſt ſimile, quia deliberatoriæ dantur reo, ſed non actori: quia certus debet eſſe ad iudicium prouocandum.

‡ Et ideo pœna tunc cōmittitur cū effectu: niſi ſucceſſor fuerit pupillus. ff. de ver.obl. l. ſi cū filius. §. in hac ſtipu. Dynus. Io. And.

ſtūm de hoc dicam ĩ.eod.non licet. cum etiam ſi agat, probabilis poſſet eſſe ignorantia. Intelligitur autē hæc regula generaliter de quolibet ſucceſſore, ſiue ſit ſingularis ſiue vniuerſalis, de quibus dicā ĩ.e. is qui in ius. q̄ videtur ĩ, ſed non eſt: quia ibi loquitur de iure, hic de facto. Vbi ergo quęretur de præſcriptione, in qua ſufficit bona fides: quod dic, vt no. ĩ.eod.lib.de præſcriptionibus, cap.1. præſcriberet ¹ ſucceſſor bonæ fidei: quod nō præſcriberet prædeceſſor cum mala fide. vbi autem requireretur titulus: ſi iniuſtum titulum habuit prædeceſſor, talem qui non det cauſam præſcribendi: ſucceſſor qui eodem iure vtitur, non præſcribit. ff. de diuer. & temp præſcriptioni. l cum hæres. Et aduerte: quia regula iſta venit exemplificatiue ad præcedentem: ignorantia facti probabilis excuſat, ut ibi: vel ſi in ius ſucceſſit alterius, vt hic.

¹ Inchoādo præſcriptionē. Phi. Ioā And. Sed vidē Imo. c.ſi diligēti, col. 5. de præſcr.

² Cōſeruunt tradita per gl. ĩ l. venia verbo, liberis. C. de in ius uocādo. & in l. ſed ſi lege. §. vl. ff. e. tit. & per Bar. in l. vlt. ff. ad Ter. & ĩ l. maximū vitiū. C. de liberis p̄ter. vt hic p Philip. Fon.

¶ Idem.

REG. XV.

ODia † reſtringi, ᵃ & fauores conuenit ampliari.

ODia reſtringi.] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primo per c. quædam lex. §. quod ſcripſi. 35. q. 3. & per c. tua 1. ſupra de deci. in antiq. Dicitur in d. §. quod ſcripſi. quod Anglici erant nouiter conuerſi ad fidem catholicam: vnde à ſede Apoſtolica obtinuerūt priuilegium, vt poſſent contrahere matrimonium cum ſuis affinibus & conſanguineis: & Papa conceſſit eis iſtud priuilegium generaliter, vt poſſent contrahere matrimonium cum ſuis affinibus: poſtea quidam alius populus fuit de nouo conuerſus ad fidem catholicam: dubitabatur utrum priuilegium Anglicorum eſſet extendendum ad iſtum populum de nouo conuerſum? Reſpondet quòd non.

¶ Vel dicitur in dicto §. quod ſcripſi. quòd Anglici poſtquam fuerunt roborati in fide catholica, voluerunt vti dicto ſuo priuilegio, & contrahere matrimonium cum ſuis affinibus & conſanguineis: vtrum poſſint uti tali priuilegio? Reſpondetur quod non: quia ex quo fides catholica fuit in eis firmata, debet ceſſare priuilegium quod fuit eis conceſſum, ne haberent materiam retrocedendi.

¶ Item poteſt poni caſus per dictum cap. tua, 1. de deci. in antiq. hoc modo: Ante concilium Lateranenſe decimæ fuerunt laico conceſſæ in feudum: & erant aliquæ terræ ſteriles, quæ poſtea fuerunt redactæ ad agriculturam, & ſic fuerunt facta noualia: Laicus voluit percipere decimas in iſtis noualibus, vtrum poſſit? Reſpondet quod non: ſed ſolum percipiet decimas in terris, quæ erant arabiles tempore infeudationis, non autem in terris de nouo reactis ad agriculturam: quia iſtud priuilegium eſt reſtringendum in odium laici, qui licite nō poteſt percipere decimas. Vel poteſt poni exemplum in præſcriptione: Aliquis in mea parochia percepit decimas per xxx. vel xl. annos, & ſic decimas præſcribit: Poſtea aliquæ terræ ſteriles fuerunt redactæ ad agriculturam, & ſic facta ſunt noualia: vtrum de illis noualibus poſſit iſte qui præſcribit, petere decimas? Reſpondetur quod non: quia præſcriptio eſt odioſa, ideo debet reſtringi.

¶ Item poteſt poni exemplum per cap. 1. ſupra de filijs presby. hoc modo: Aliquis clericus qui patiebatur defectum natalium, à ſede Apoſtolica obtinuit priuilegiū ſeu diſpēſationem, vt poſſet obtinere beneficium eccleſiaſticum etiam curatum: virtute ſuæ diſpenſationis obtinuit unum beneficium: poſtea dimiſit illud beneficiū per renunciationem, & vult obtinere aliud beneficium virtute ſuæ diſpenſationis: vtrum poſſit? Reſpondetur quod non: quia iſta diſpenſatio reſtringitur ad vnicū beneficiū, cum ſit odioſa: niſi diceretur in diſpenſatione, quod poſſet obtinere aliud beneficiū uno demiſſo. Sed ſi ſimpliciter fuit diſpenſatus ad beneficiū eccleſiaſticū etiam curatum: virtute ſuæ diſpenſationis non pōt obtinere aliud beneficium: quia iſta diſpēſatio eſt reſtringenda. vel ſi ſit diſpenſatum cum aliquo, qui patitur defectum natalium, vt poſſit obtinere beneficium eccleſiaſticum: virtute ſuæ diſpenſationis non poterit obtinere plura beneficia: quia iſta diſpenſatio eſt odioſa, ideo debet reſtringi: ſecus eſt in fauorabilibus, vt in iuribus allegatis in glo. & in c. licet. 2. reſponſo. de priuileg. eod. lib. ut ponamus q̄ alicui epō fuit conceſſum priuilegium à ſede Apoſtolica, vt poſſit audire & celebrare diuina in loco interdicto: vtrum iſtud priuilegiū reſtringatur ad perſonam ſuam, ut ipſe ſolus poſſit audire & celebrare diuina in loco interdicto? Reſpōdetur, quod cū iſtud priuilegium ſit fauorabile: ideo non ſolū epſ, ſed ēt familiares ſui poterunt audire, & celebrare diuina in loco interdicto: Nam tale priuilegium cū ſit fauorabile, debet ampliari, & non reſtringi: quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.

¶ Idem.

REG. XVI.

DEcet † con-

† Vide Abbatem in c. ſi. de off. lega. & in c. pen. de cle. non reſid.

[Prima glo. ponit exempla, & proſequitur illa. Secundo adducit regulam ad ſolutionem vnius contrarij. Tertio ad quæſtionem.]

ᵃ ¶ Odia reſtringi.] ¹ Pone caſum in primo dicto 35. q. 3. quod ſcripſi, vbi priuilegiū odioſum de ꝯtrahendo, ſcilicet ĩ gradu prohibito, reſtringitur. ĩ de deci. tua. 1. vbi decimæ noualiū non accreſcunt laicis habentibus decimas in feudum, ut ĩ. eo. lib. de filijs presby cap. 1. & vlt. In ſecundo pone, 16. q. 2. c. 1. ſup. eod. lib. de priuil. licet. 2. rñſo. C. de ſent. paſ. & reſtit. l. 1. quæ canonizata eſt 2. q. 3. in fi. & concor. ad hanc regulam. 16. q. 3. §. poteſt. ĩ. eo. lib. de priuil. ne aliqui. ff. de lib. & poſth. l. cum quidā. Si ergo ius vel priuilegium odioſum eſt, reſtringendū eſt: ² ſi fauorabile, ampliandum, vt ſup. ſi fauorabile & odioſum, vt Macedonianū, ampliatur pacto: quia illi iuri non poteſt renunciari ff. ad Macedonia. ſed & ſi pater in fine. Item extenditur non ſolū ad pecuniā, ſed ad rem aliam datam in fraudē ff. e. ti. ſed Iulianus § mutui. & l. 3 §. 1. Et per hanc regulam ſoluunt ꝯtrium decre. de deci. ex parte 3. ad decr. eo. ti. cū contingat. In decr. enim ex parte, erat fauor, ſcilicet priuilegium: & ideo conceſſis decimis, intelliguntur conceſſa et noualia: ſed in decreta cum contingat erat odium, ſcilicet præſcriptio. ĩ. de præſcript. vigilanti. & ideo licet præſcripſerim decimas: non videor præſcripſiſſe noualia poſtea inſurgentia, vt ibi. Et facit ad q̄ōnem quā no. Hoſt. ĩ. de præſcr. cum ex officij. de prælato qui præſcripſit viſitationē & nunquā fuit procuratus: modo petit procurationē: an ſit audiendus? Et dicit quod non. Præſcriptio enim odioſa eſt: & ideo vnum ſine altero acquiri pōt per eā. nec tūc eſt viſitationi annexa procuratio, ſed ius cōe fauorabile: & ideo viſitationi, quæ de iure communi fit, annexa eſt procuratio, vt ibi. odia igitur reſtringenda ſunt: vnde alterius odio quis grauari non debet. inf. e. c. non debet. & adde hic quod ibi dicam. Io. An.

¹ Io. Mo. ponit hic exēplum per id quod poſt eū de dictione beneficium, dixi ĩ. eo. lib. de ſent. excō. ſi ciuitas, in fi. 1. reſpon. Itē per l. ff. de leg. 1. l. q. filiabus. §. j. Dyn⁹. ponit per decr. ſtatutum. ĩ. e. lib. de elec. Io. And.

² Niſi reſpiceret utilitatem publicam. l. 2. §. exercitiū. ff. de inſa. Dy. Philip.

DEcet conceſſum.] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primo figurari pōt per c. ſi cui. de præb. e. lib. Papa alicui epō conceſſit, vt ipſe poſſet de aliquibus beneficijs prouidere idōneis pſonis, ita q̄ iſtud priuilegium fuit conceſſum epō in fauorem epi conferentis beneficia, non autem in fauorem perſonarū quibus conferebantur: accidit q̄ re exiſtente integra, anteq̄ epſ contuliſſet illa beneficia, & ſic anteq̄ epſ fuiſſet uſus ſuo priuilegio, Papa mortuus eſt: vtrū per mortem Papæ ſit extinctum & expiratum priuilegium? Rn̄detur, q̄ non: & hoc per rationē iſtius regulæ, quia indultū principis debet eſſe permanſurum. ¶ Itē pōt figurari caſus p Auth. conſtitutio, quæ de dignitatibus, colla 6. Filius aliquis familias exiſtens in poteſtate patris, fuit aſſumptus ad dignitatem patricij: certum eſt, quod liberatur à patria poteſtate: poſtea perdit illam dignitatem: quia

fuerat aſſumptus ad certum tempus: vtrum remaneat in poteſtate ſui patris? Reſpondetur ꝙ non: ſed debet eſſe ſui iuris: quia conceſſum beneficium debet eſſe permanſurum.

Ex hac regula colligitur primo, ꝙ priuilegium principis alicui conceſſum, debet eſſe permanſurum, & hoc intelligitur, vt dicit gl. de priuilegio reali, & nõ de priuilegio perſonali,

cessum a à principe b beneficium eſſe manſurum. c

quod perſonã ſequitur, & cũ perſona extinguitur, vt in regula, priuilegium. ĩ eo ti. No. vlterius, ꝙ licet priuilegium principis debeat eſſe permanſurum: perditur tñ certis ex cauſis: ſcilicet per abuſum, nõ tñ ipſo iure: ſed abuſus eſt iuſta cauſa inducendi principem ad reuocandum ſuũ priuilegium aliquibus conceſſum: ideo iura dicunt, ꝙ qui priuilegio abutitur, meretur priuilegium perdere. item perditur priuilegium per non uſum. C. de nundi vbi dicitur, ꝙ ſi quis à principe impetrauit nũdinas, & non vtatur, perdit nundinas per non vſu. Item perditur priuilegiũ, ſi poſt conceſſionẽ incipiat eſſe grãde præiudicium alterius. c. ſuggeſtum. de deci. in antiq. vbi priuilegium conceſſum Ciſtercien. de decimis non ſoluendis, quia incipit eſſe in grande præiudiciũ eccleſiæ parochialis, fuit reuocatum. Item aduertendum eſt ad illud quod dicit glo. fi. ꝙ verbum, decet, quantum ad principem ponitur proprie: & quantum ad ſubditos ponitur improprie. & eſt ſenſus, ꝙ imponitur neceſſitas ſubditis ſeruandi priuilegiũ: ſed princeps ſine iuſta cauſa non poſſet illud priuilegium reuocare: & hoc qñ fuit conceſſum ſubdito principis: ſecus ſi eſſet cõceſſum nõ ſubdito, vt ſunt priuilegia, quę principes & imperatores conceſſerunt eccleſijs: quia tale priuilegium cõceſſum non ſubdito, eſt contractus ab initio voluntarius: ſed ex poſt facto eſt neceſſitas.

[Prima gl. ponit exempla. Secundo tractat de perſonali & tẽporali priuilegio, & dato ab alio quàm à principe. Tertio ponit quinque caſus quibus perditur priuilegium: & vltimum declarat.]

a ¶ Decet conceſſum.] Pone caſum 25. q. 2. c. 1. & 2. ſup. eo. lib. de præb. ſi cui nulla. in Authen. coll. 6 conſtitutio quæ de dignitati. in fi. vbi filiusfamilias per dignitatem ſibi delatam factus ſui iuris, dignitatis ſuæ adminiſtratione finita remanet ſui iuris. 1 Ad hoc ĩ. e. lib. de priuileg. c. 1. in princ. Priuilegia ergo principis ſunt perpetua: & hoc verum in realibus: perſonalia enim extinguuntur cum perſonis. quod dic, vt dixi ĩ. e. priuilegiũ. idem dico de priuilegio ad tempus dato. Pone caſum de verb ſignif. tua. ſupra eo. lib. de reſcrip. ſi propter. & licet hic exprimatur de principe, idem in beneficijs aliorum 12. q. 2. ſi eps, de inſti. cum venissent. poſſunt enim epi dare priuilegia. de re iudi. cum inter vos. de hoc 25. q. 2. in ſumma. Et no. ꝙ licet priuilegium debeat eſſe perpetuum, vt hic: extinguitur tamen propter abuſum, delictum, negligentiam, contrarium factum, & ſuperueniens enorme præiudicium. quod dic, vt no. 22. diſtin. renouantes. 11. q. 3 priuilegium. de deci. ſuggeſtum. 2 Vnde dico ꝙ ab ipſo principe verba priuilegij interpretanda ſunt, ita quòd alteri enorme præiudicium non afferant. ſupra de verborum ſign. quid per nouale. Si autẽ ex poſt facto ſuperueniat præiudiciũ: pone caſum per decreta. ſuggeſtum. de deci. hic, cum ſit neceſſe directe venire contra verba priuilegij, crederem proponendam principi quæſtionem de priuilegio, quod de nouo tendit ad noxam: & contra illud non deberet 3 propria auctoritate veniri, ſecundum Lau. qui hoc ſentit. 25. q. 1. cap. vlt. in fi. & Ber. in prædi. decreta. ſuggeſtum. in vlt. gloſſa.

1 Et retinet olim cognatorũ, & agnatorũ iura. Dyn.

2 Vbi & te miſi ad Spe. de inſtr. editio. §. nunc autẽ. in fi. vbi plures caſus tales narrantur. Io. An.

3 No. Phil. iſto caſu requiri reciſoriam.

ADDITIO. Beneficium in iſta regula poſitum large ſumitur. & vide quod ſcripſi, de verborum ſignific. olim. ſuper glo. fin. Et dic manſurum, etiam ſi ceſſat cauſa conceſſionis priuilegij: dummodo illa cauſa fuerit impulſiua ff. de donat. l. 2. §. vlt. & l. ſeq. ff. de poſtu. l. 1. §. ſexum. vel fuerit finalis, ſed aliquæ reliquiæ illius cauſæ remaneant: vt patet in quodam ſeruo. ff. de quæſt. l. vnius. §. ſeruus. & in illo qui fuit decurio, qui nõ torquetur. ff. de decurio. l. vlt. & in illa quæ deſijt eſſe vxor, cõtra quam turpis actio non inſtituitur. ff. rerum amotarũ. l. 2. & 3. & idem cum dubitatur, an fuerit impulſiua, an fin. ff. de cond. & demonſt. l. cum tales. §. falſam. & l. Titio. §. ſed cum. Secus quando cauſa fuit finalis, & nullæ reliquiæ remanent. facit ſup. eo. lib de præb. ſi pauper ff. de act. & obl. qui cum hærede, de inoff. teſtam. Papinianus. § nec impuberis. Dyn. Io. And.

¶ Idem.

REG. XVII.

INdul-

b ¶ Principe.] qui ſolus ſecundum quoſdam poteſt priuilegium in alterius præiudicium conferre 9 q. 3. nunc vero. & c. ſeq. ſup. de conceſs. præb. propoſuit. C. de quadrien. præſcr. bene à Zenone. quod nõ eſt verum, vt no. 25. q. 3. in ſumma, in prin.

ADDITIO. Dic vt no. & dixi ĩ. de relig. domi. conſtitutus. in gl. hoc videtur. Io. And.

[Gl. vlt. oſtendit iſtud, decet, eſſe æquiuocum.]

c ¶ Manſurum.] & omni malitiæ & diminutioni contrarium. in Auth. cõſtitutio quæ de dignit. & in fi. col. 6. Et no. ꝙ hoc verbum, decet, quod ponitur in hac regula, quantum ad ipſos ſubditos, neceſſitatem importat: & quantum ad ipſum principem, poteſtatem: ipſum enim priuilegium per ſe conceſſum diminuere vel moderari, & etiam in totum tollere poteſt. Primum probatur ſupra eo. lib. de deci. c. 2. & de ſta. reg. c. vnico, de priui. c. 1. & c. ne aliqui. & c. ſeq. Secundum probatur ſup. eod. lib. de elect. quia ſæpe. de immuni. eccle. clericis. de ſenten. excom. c. vlt. in fi. Ad hoc 63. diſt. c. verum. C. de legi. l. digna uox.

ADDITIO. Clementinas, quæ idem probant, vide de ſepul. dudum. in princ. in gloſ. multotiens. Ioan. Andr.

INdultum à iure.] Caſus figuratur primo per capitulum, de his. 28. diſtinct. in licentia nubendi data ab Apoſtolo: Licet iure ciuili cautum ſit, ꝙ vidua debet abſtinere per annum numerandum à tpe mortis mariti, q dicitur annus: ita ꝙ ſi mulier ĩ. annum luctus contrahat, incurrit graues pœnas, vt C. de ſecun. nupt. veruntã ab Apoſtolo & etiã iure canonico fuit data poteſtas mulieribus, vt poſſent contrahere matrimonium ĩ. annum luctus mortuo primo marito, cũ ſint ſolutæ à lege viri: vtrum eps vel alius poſſit tollere mulieribus illam facultatem & licentiã nubendi infra annum luctus? Reſpondet ꝙ non: quia iſtud fuit conceſſum mulieribus à iure: & ſic non eis eſt auferendum.

Item poteſt caſus figurari per c. licet canon. ſupra de elect. eod. lib. Certum eſt ꝙ clericus promotus ad eccleſiam parochialem, habet annum à iure infra quem debet promoueri ad ſacerdotium: ſi infra annum non promoueatur ad ſacerdotium, eſt priuandus ſua eccleſia parochiali. Sed vtrum epiſcopus poſſit præcipere tali clerico ſub pœna priuationis, vt ipſe promoueatur ad ſacerdotium intra dimidium: & ſic abbreuiare tempus ſibi indultum à iure? Reſpondet ꝙ non: quia indultum eſt tali clerico à iure, vt habeat annũ ad promouendum ad ſacerdotium: ergo epiſcopus non poteſt ſibi auferre illud tempus.

Item poteſt poni caſus in quadrimeſtri dato condemnato in actione perſonali ad ſoluendum l. 4. § ſi quis cõdemnatus. ff de re iud. Conueni Titium ſuper actione perſonali coram iudice competente: fuit mihi condemnatus: certum eſt ꝙ ipſe habet quatuor mẽſes ad ſoluẽdum l. 1. & 2. C. de vſuris rei iud. ſed vtrum iudex poſſit illud tempus abbreuiare? Reſpondet quod non: niſi ſubſit iuſta cauſa per rationem huius litteræ: quia indultum à iure conceſſum nemini eſt auferendum: Et ſi iudex ſine cauſa abbreuiauerit illud tempus, illud ſuppletur à iure. l. 4. ff. de re iud.

Item

¶Item poſſet poni caſus in decem diebus datis ad appellandum.

[Glo. prima primo ponit exempla. Secundo opponit de quatuor iuribus. & ſoluit diſtinguendo, & exemplificando. Tertio inducit regulam ad ſolutionem quæſtionis.

tum a † à iure beneficium, non eſt alicui auferendum.

¶Idem.

a ¶ Indultum à iure.] Pone caſum in licentia nubendi data ab Apoſtolo. 28. diſtinct. de his. In anno dato ad promotionem ſacerdotij. ſupra eodem libro, de electio. commiſſa. 1 In quadrimeſtri tempore dato condemnato in perſonali actione ad ſoluendum. ff. de re iudic. l. quarta. §. ſi quis condemnatus. Contra ſupra, de re iudic. quod ad conſultationem. ſupra, de appel. cum ſit. & cap. oblatæ. ff. de re iudic. l. 2. cum ſuis ſimilibus. Sol. quoddam eſt iuris beneficium quod non poteſt alicui auferri, vt induciæ x dierum ad appellandum 2 3. q. 6 anteriorum. Induciæ iiij. annorum ad petendam reſtitutionem. ſupra eo lib. de in integ. reſtit. ca. 1. Et illud verum eſt in iſtis, & alijs inducijs, quę dãtur a lege ſine tacito vel expreſſo miniſterio iudicãtis. Quoddam eſt quòd ſine cauſa auferri non poteſt: & ſic intelligatur hæc regula: ſed cum cauſa, & cauſa cognita bene. & not. de hoc plene in dicta decre. cum ſit. & illud verum in inducijs: quæ licet dentur à iure, interuenit tamen eis tacitum, vel expreſſum miniſteriũ iudicantis, vt in deliberatorijs xx. dierũ & ſimilibus. Quod ergo hic dicit, ꝙ beneficium iuris nemini eſt auferendum, intelligas ab homine, & ſine cauſæ cognitione: alio enim iure interdum tollitur alterius iuris beneficium. Pone exemplum in ſolemniter vouente, qui non contrahit ſupra eo. lib. de vot. & voti redem. c. vnico. In contumace, in non veniendo In notorio criminoſo, & in tertio appellante, qui non audiuntur appellantes. 24. q. 3. de illicita. de appel. propoſuit. & cap. ſua nobis. C. ne lice. in vna, & eadem cauſa ter. appel. per totum, ſed vbi ius aufert, vel non permittit hominem auferre, 3 ceſſat regula: ſicut eſt videre in patre qui à iure habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & l. vlt. & tamen aufertur per relinquentem ea conditione, ne ad patrem perueniat vſusfructus. in Auth. vt lic. matri & auiæ. in prin. coll. 9. Item à lege datur marito adminiſtratio bonorum paraphernalium: & tamen poteſt auferri per mulieris prohibitionem. C. de pact. conuen. l. hac lege. Sed iſta quę fiunt permittente lege. per hominem fieri non videntur: ſed potius per legem permittentem. Et hæc eſt regula pro clerico electo, qui confirmationem debet petere infra tres menſes, vt ſupra, de elec. quàm ſit. poſt præſtitum conſenſum, vt ibi. eps ei mandat quòd petat cõfirmationem infra menſem: videtur enim quia non poſſit hoc mandare: ex quo eodem vel alio iure non cauetur, ꝙ hoc poſſit: ergo beneficium illi electo indultum tollere non poterit, per hanc regulam, & ea quæ ſupra dixi. Ioan And.

† Secũdum Alb. hæc regu. fallit in duobus indultis: nam tunc priuilegiator auffert debiliori ſuũ indultum. l. verũ. ff. de min. Item fallit, quã obligatio principalis, & acceſſoria ꝯcurrunt in eandem perſona. l. generaliter, ff de fideiuſſoribus.

1 Hoc intellige quo ad pœnam inſtis, de qua ibi loquit. Hoc dico propter id quod notaui eod. ti. licet. canon. in glo. antepen.

2 Idem hic Dy. per modum qõnis. Io. And.

3 Idẽ dicit Dy vñ dicebat Io. Mo. regulã procedere vbi iuris beneficium ſiſtit in indulto, nec vltra procedit. Item nullo extrinſecus tẽperante, &c.

N On firmatur.] Caſus primo figuratur per capitulũ, principatus 1. q. 1. vbi dicitur, ꝙ aliquis fuit promotus ad principatum. hoc eſt ad prælaturam ſimoniace: Certum eſt, ꝙ iſta promotio eſt nulla, quia ſimonia eſt tanti effectus, vt reddat promotionem nullam: poſtea accidit, ꝙ iſte promotus ſimoniace adminiſtrauit irreprehenſibiliter, & fuit toleratus in ſua adminiſtratione per aliqua tempora, vtrum promotio validetur, ita ꝙ aſſumat vires? Reſpondetur, ꝙ non: quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit.

¶Item poteſt poni caſus per cap. ſi eo tempore. ſupra, de reſcr. eo. li. Ponamus, ꝙ aliquis à ſede Apoſtolica impetrauit gratiam expectatiuam, per quã Romanus Põtifex mãdabat canonicis eccleſię Pictauenſis, vel alicui prælato, vt ipſi de beneficio eccleſiaſtico prouiderent, ſi quod vacaret, alioquin de proximo vacaturo, etiam ſi illud beneficium eſſet dignitas, perſonatus, vel officium, aut illi immineret cura animarum, ponamus, ꝙ tempore impetrationis impetrans non habebat perfectam

REG. XVIII.

N On firmatur b † tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.

ætatem requiſitam ad eccleſiam: Accidit quòd antequam vacaret eccleſia parochialis, effectus eſt perfectæ ætatis: vtrum illa gratia expectatiua reaſſumat uires: & ſic iſtæ impetrans virtute ſuæ gratiæ poſſit promoueri ad eccleſiam parochialem? Reſpondetur, ꝙ non: quia quod ab initio non ualuit, tractu temporis non conualeſcit. Item poteſt figurari caſus per l. inter ſtipulantem. §. ſacram ff. de verb obli. Aliquis mihi ſtipulanti promiſit rem ſacram, puta calicem ſacratum: certum eſt, ꝙ iſta ſtipulatio non valet: quia res ſacra non cadit in commercio hominum: Accidit, ꝙ iſta res ſacra deſijt eſſe ſacra: forte calix fuit conflatus: vtrum virtute ſtipulationis prædictæ, quæ erat nulla, poſſim petere, vt ipſe compellatur ad tradendum mihi illam rem, quæ amplius non eſt ſacra? Reſpondetur, ꝙ non: quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit. ¶ Item poteſt poni exemplum in homine libero, & in alijs rebus quæ cadunt in commercio hominum.

[Prima glo. dicit vnde regula ſumpta: ponit exẽpla: & remiſſiones de initio ſpectando: & ꝙ in annullandis non loquitur regula. Secundo allegat in contrarium duos canones. 5. decre. & duas leges, & dat vnam ſolutionem ſpecialem, ſecundo generalem: cui ſolutioni opponit decre. cura & tripliciter ſoluit. Iterum opponit de decre 2. de eo qui dux. Soluit, & principalem ſolutionem declarat.]

b ¶ Non firmatur.] Hęc regula ſumpta eſt ex l. ff. e. tit. l. quod ab initio. Pone caſum 1. q. 1. principatus. vbi nõ conualeſcit ſimoniacus ingreſſus ſ. e. lib. de reſcri. ſi eo tpe vbi ſpectatur impetrantis ætas, quã habebat impetrationis tpe. ff de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. vbi non valet liberi hominis ſtipulatio: licet poſtea ſeruus fiat. Vel rei ſacræ, licet fiat pro ſana. Ad idẽ ſ. eo. li. de ſent. exc. licet ff. qui & a qui. ma. li. l. ſi ſeruo. vbi libertas data ſeruo alieno, non valet: licet poſtea efficiatur ſeruus meus. Ad idem inſti. quibus non eſt per miſ. fac. teſta. §. præterea. vbi teſtm̃ furioſi, vel impuberis non valet: licet poſtea efficiatur maior, vel ſanæ mẽtis. Concor. ad hoc 16. q. 3. § põt, verſ. quod ab initio. ſ. de elec. auditis. cum ſi. [Quod dictũ eſt de furioſo, vel impubere, dicit idẽ Dynus de ſeruo, ſi poſtea fiat liber: de filiofamilias, ſi poſtea fiat ſui iuris: de capto ab hoſtibus, ſi poſtea redeat, &c.] Nota ergo ex hac regula, initium ſpectandum. alibi habes, de fine: ſed proſequere hoc brochardũ. vt no. ſup. de elec. dudũ. 1. Itẽ no. quod à principio nullũ eſt ipſo iure, tractu temporis non cõualeſcere: ſecus autem ſi non eſſet nullum. ſed annullandum. 4 ſup de poſtu. bonæ. 2. de elec. ꝙ ſicut. Expreſſe ſ. 12. q 2. ſi qua de rebus. 16. q 1. c. vlt. de ijs quæ ſi à prę la. cum nos. & ibi de hoc de regula. ſignificatum. de iure patr. cura. de deſpon. impub. de illis. de coniug. ſer. propoſuit. ff. de ritu nup l. ſi quis in ſenatorio. 5 C. de nup. & ſi contra. in his omnibus dr, quia conualeſcit quod à principio nullum erat. Solu ad prædict. c. ſi qua de rebus. dic, quod non obſtat ſm Io. q ibi no. ꝙ contractus factus per clericos vacante ſede, tenet ipſo iure: ſed reſtituitur eccleſia. Sed Hug. ibi, Tancr. & Gof. & Ber extra, ne ſede vacante. c. 1. dicunt contrariũ, ſ. ꝙ non tenet ipſo iure: & dicunt ibi reſcindi quantum de facto proceſſit: & ꝙ poteſt poſtea haberi ratum, dicunt eſſe ſpeciale fauore eccleſiæ. Vel dic generaliter ad illud, & ad oĩa ſ. iã ſupradicta, ꝙ illud quod ab initio nullum eſt, non

† Si tñ non cõſtet de iure principij per tpſ immemoriale, ſecus. Ioan. An. Phil. per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti & per hanc reg dicũt, ſi archipreſbyter propemortuus renũciet ſuę dignitati in manus preſbyteri acceptãtis noĩe epĩ, electionis à canonicis facta confirmari non valet.

4 Per hoc tollit illud de ſnia negligẽtia appellantis cõualeſcente: nam illa nõ fuit principio nulla. Phi. Io. An.

5 Dicit Io. Mon. ꝙ ibi eſt vitium qualitatis, qua ſublata tenet quod eſt actũ: ſic vitiũ in facto. Io. An.

firmatur ſolo tractatu temporis, vt hic. Sciāt.n. tempus non eſt modus inducendæ obligationis. 10.q.3.quia co gnouimus.de cenſi. peruenit. C. de pac. ſi certis annis. nec tollendæ. ſup.de præſcr.cauſam. ff.de actio.& obligat.l.obligationum fere. §. placet. ſic nec reparandæ, vt hic. Ad idem. ff. de ſer.expor.l.ſi minor. ſed nouo ſubſequenti cōſenſu interdum tacito, interdum expreſſo ſublata cauſa impedimenti bene, vt per contraria probatur. [1] Ad hoc C.ſi ma. fac. ratum habue.l. 1. & 2. Probatur hoc optime ſup.eo.lib.de deſponſa. impub.cap.1.valeant ergo ex ſubſequenti conſenſu exnunc. non vt extunc. Simile, ff.de officio proconſulis.l.obſeruare. in fine. Speciale tamen videtur ſm Bern. in contractu minoris: vbi non tenet contractus, niſi tutor, vel curator ibi ſit præſens: licet poſtea conſentiat. Inſtitu.de auctor.tu.§. tutor.ff.eo tit.l.obligari. Item in electione, quæ ſi nulla eſt, ſubſequenti conſenſu non confirmatur. ſup.de elec. auditis, ſecundum Ber. qui hoc not. ſup. e.li.de reb.eccl. alien.vel non.dudum.in glo.magna, in fi. Sed adhuc obſtat, & ſolutio contradicit prædic. decr.ſup.de iure patro.cum. Ibi etiam tractu temporis confirmatur quod ab initio non valebat. Solu. ibi non fuit ſolus tractus temporis, ſed bona fides cum tempore legitimo, quod præſcriptionem inducit. & facit quod dixi ſup.eo.cum quis. vel fuit illud propter ſcandalum: vel fuit ibi etiam tacitus conſenſus epi, vt ibi no. Item ſolutioni contradicit. ſupra de eo qui dux.in matrimo. quam polluit per adult.c.2.vbi matrimonium contractum cum ſecunda, viuente prima, mortua prima ex nouo conſenſu confirmari non poteſt. Sol.illud eſt propter impedimentum perpetuum, ſ.adulterium cum ſponſalibus de facto, vt ſupra eod.tit.c.vlt.licet ergo ſuperueniat caſus, ſ. mors primæ, à quo potuerat cum ſecunda matrimonium inchoari, remanet tamen impedimentum prædictū, propter quod nouus conſenſus non poteſt inducere matrimonium cum ſecunda: & ibi de hoc. [2] Illa ergo quæ de neceſſitate deſiderant initium, vel quæ ideo non valent, quia ſubeſt in eis perpetuum impedimentum, nec tractu temporis, nec nouo ſubſequenti conſenſu confirmantur, vt hic, & ibi: ſed ea quæ de neceſſitate non reſpiciunt initium: nec ſubeſt in eis perpetuum, ſed temporale tantum impedimentum: & ſi non ſolo tractu temporis confirmantur, vt hic, tamen ſublato impedimento nouo ſubſequenti conſenſu interdum tacito, interdum expreſſo, bene, vt in contrarijs: & ſic ſolutionem intelligo ſupradictam. Io.Andr.

[1] Vñ Dyn. diſtinguit: aut durat cā impediens, aut ceſſat, & nulla ſuperuenit cōfirmans: Aut ceſſauit, & ſuperuenit cōfirmās. primo & ſecundo caſu, locum habet regula: in tertio vero caſu non: & hoc recidit in idē. Io.And.

[2] Placet Dyno, per l. ſi expreſſam, ff. de appel.

Idem.

REG. XIX.

NOn [a] eſt ſine culpa, qui rei quæ ad eū nō pertinet, [b] ſe immiſcet. [c]

NOn eſt ſine culpa.] Caſus in hoc capitulo poteſt figurari in clerico iaciente lapidem, per cap.clerico. 50.diſt. iuncto c.nec is. §. cum itaque.15.q.1. Et primo pro intellectu huius c.eſt præſupponendum, ꝙ eſt permiſſum hominibus exercere ludos cauſa virtutis exercendæ, ſicut proijcere lapidem, vel exercere alios ludos ad exercendum fortitudinem corporis. Ponamus, ꝙ aliquis clericus inter laicos dimiſſa veſte, & habitu clericali proiecit lapidem, & aliquem hominem ibidem tranſeuntē occidit, non propoſito deliberato: quia non fuit in culpa quantum ad homicidium: vtrum ſit cenſendus irregularis? Reſpondetur, ꝙ ſic: quia iſtud, ſ. proijcere lapidem, non competebat ſuo ſtatui: & ſic fuit in culpa, quæ præceſſit caſum.

Itē pōt poni caſus in clerico ſagittāte per d. c.clerico. Quidā clericus cū balliſta miſit aliquam ſagittā, & hominem tranſeuntem occidit, non propoſito deliberato: vtrū ſit irregularis? Certe ſic: quia culpa præceſſit caſū: & ſe immiſcuit actui, qui non competebat ſuo ſtatui.

Item pōt poni exemplum per c.tua. de homicid. ſ.in monacho chirurgico: Certum eſt, quod ars chirurgica eſt monachis prohibita: Accidit quod aliquis chirurgicus monachus alicui infirmo dedit medicinam iuxta artem chirurgicam: iſte infirmus mortuus eſt: vtrum monachus ſit in culpa? Reſpondetur, ꝙ ſic: quia immiſcuit ſe actui non conuenienti ſuo ſtatui.

Item poteſt poni exemplum in fure: Ponamus, quòd aliquis Titius ſurripuit mihi aliquas res: iſtas res poſtea perdidit per caſum fortuitum: quia cum eſſent in domo ſua, per incendium fuerunt cōbuſtæ: vtrum fur teneatur mihi reſtituere illas res, licet ſint perditæ per caſum fortuitum? Reſpondetur, ꝙ ſic: quia fur ſemper eſt in mora reſtituendi rem. [1] Ex hac regula colligitur, ꝙ regulariter quis non tenetur de caſibus fortuitis, niſi culpa vel mora præceſſerit caſum.

{Prima gl.dicit vnde ſumpta: & ponit exēpla in prin. & in fi.ex quibus infert hunc de caſu teneri: in medio obijcit, & ſoluit.}

[a] ¶ Non eſt ſine.] Hęc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit. l.culpa eſt. Pone caſum in clerico iaciente lapidem: & cæco ſagittante, 50. diſt.clerico. 15. q. 1. §. cum itaque. in monacho chirurgico, ſupra, de homi.tua. 1.reſponſo. Scire. n. debet quod ſuum non eſt, ad alios pertinere. C.vnde vi.cum quærebatur. Si hæc regula vera eſt: ergo eſt culpa, gerere aliena negotia. & ſic eſt contra, ff.de neg.geſt. l.2. & per totum. vbi prodita eſt actio gerenti: ex improbitate enim non debuit actionem conſequi, 22.q 4.ſi ad peccatum. ſupra, de conſuetu. c.penul. ff.de fur.itaque fullo. Sol. officium hoc debet homo homini. 22. q.4.c.2. ſupra, de teſta.cum in officijs ibi. primo loco, &c. ff.de ſer.expor.l.ſeruus. Et nota, quòd ꝓprie loquendo inter Deum, & hominem eſt religio: in decre.iuramenti religio. 52.q. 4. vnuſquiſque. Inter prælatum, & ſubditum obedientia. 2.q.6.qui ſe ſcit. Inter maiorem, & minorem reuerentia. ſupra, eod.lib de of. delega.ca.2. Inter patrem, & filium dilectio. 5.q.5.non oſculatur. Inter conſanguineos pietas. Inter dominū & ſeruū, ſeruitium. Inter patronū, & libertum, obſequiū. Inter hoīem, & hoīem officium. C.de neg.geſt officio. ff.de inoffi.teſt.l.2 Nō pōt ergo dici ad eū non pertinere: nam vides, ꝙ olim appellans quo condemnato habebat biduum, vt in propria cauſa, non triduum, vt in aliena. ff.de appel.non tantum. ff. quando appel. ſit. l. 2. Ad hoc 2. q. 6. non ſolent. Exemplificare potes hanc regulam etiam in imperito medico, & iudice, [1] qui ꝑ imperitiam male iudicauit, qui tenetur actione in factū, in quantum religioni iudicantis videbitur æquū, ff.de var.& extraor. cogni.l.ſi iudex. Inſtitut.de obli. quæ ex quaſi deli. in prin, quia imperitia culpæ comparatur. 1.q.1.non eſt putanda.in fi.29 diſt c. vlti. ſupra, de ęta & quali.ad aures.de homici.tua. ff. eo.tit. l. imperitia.ſi ergo eſt in culpa ſe miſcendo, ergo tenetur de caſu: quia ſemper ſi caſum culpa prędenit, tenetur quis de caſu. [4] de homici.presbyterum.&c. continebatur. & c.ad audientiam.& ſupra, eo.lib. eod.titu.ca. vlti.de hoc, 50.diſt.de ijs.ſupra, de homic.ſicut dignum, in gl. penul. Ad hanc regulam concor. ſupra, de ſent. excom. perpendimus.Ioan.An.

[b] ¶ Non pertinet.] [3] dicit Io.Mo.ratione facti vel modi.ad primum allegat de homi.continebatur. ad ſm c. tit.ad audientiam. ff.ad legem Aquil.ſed, & ſi. §.ſi cum l.ſequen. Io.And.

[c] ¶ Se immiſcet. [5]] tractat hic Dynus an teneatur, qui impedire potuit iniuriam fieri, & non impediuit. Et dicit hoc planum de iure canonico, ꝙ tenetur.ſu.eo. lib.de ſent.excom.dilecto, & facit ad hoc ff. de noxa. l. 2.in princ.& ff. de re mili. omne delictum. §. qui præpoſitum.Sed vt dicit, contrarium not.ff.eo.tit. l. culpa. Tamen vt dicit textus illius legis facit pro, à contrario. Item facit ad Syllania. l.1. §. eodem aūt, pro glo.facit ea.l.1.§.ſed in eo.de hoc ſupra, de ſent.excom.quantæ. Ioan.And.

[1] Io.An. ſi agit hic, an clericus patrocinās corā ſæculari in criminali, ſit irregularis morte ſecuta: plenius c.j. de poſtu. c. ſentētia. ne cle.vel mo. Itē de teſte iiuriato falſum apud acta deponente, qui oī iure puniendus eſt ſm eū pęna falſi: quam ꝓſequitur Hippo.in l. 1. ff. de fal. Bal.in l.iuriſiurādi.in fi. C. de teſti. dicit talem puniendū, vt de crimine ſtellionatus. Phil.

Religio eſt inter Deū, & hominē: Obedientia eſt inter ꝑlatū, & ſubditum: Reuerentia inter maiorē, & minorē.

[3] Et aſſeſſore, ff. ꝙ quiſque iuris. l. 3. Io. And.

[4] Verū eſt ſi ex culpa veriſimiliter ſequitur caſus, aliàs non. Doc l. 2. §. ſi vero. ff. ſi quis caut. Phil.

[5] Hæ duæ gloſſulæ ex lectura Io. A. ſunt huc tranſlatæ: nec habent in antiquoribus codicibus ēt impreſſis.

¶ Idem.

REG. XX.

Nullus † [a] pluribus vti defenſionibus prohibetur.

NVllus pluribus.] Caſus figuratur primo per ca. auditis, de præſcrip. in antiq. Ponamus, quòd eps Pictauen. dicit eccleſiam beati Hylarij maioris Pictauis, eſſe ſibi ſubiectam de iure communi: vnde fecit conueniri Decanum, & capitulum illius eccleſiæ coram iudice competenti: & petit in ſuo libello, vt illa eccleſia declaretur ſibi eſſe ſubiecta, & quòd clerici, & canonici compellantur ſibi obedire: Decanus vero, & capitulum excipiendo propoſuerunt, quòd ſint exempti à iuriſdictione ordinaria ipſius epiſcopi. Item propoſuerunt, quòd poſito, quòd non eſſent exempti, tamen ipſi præſcripſerant libertatem contra epiſcopum Pictauen. & ſic ipſi allegant duas exceptiones contrarias: quia ſi ſunt exempti ꝑ priuilegium ſedis Apoſtolicæ, non eſt eis neceſſaria p̄ſcriptio, vtrum ſint admittendi ad probãdum iſtas duas exceptiones? Vr̃, ꝙ non: quia actor non poteſt ſimul proponere plures actiones. l. 1. C. de ſer. corrup. ſic videbatur in reo, ꝙ reus non poſſet etiam ſimul proponere plures defenſiones. Sed hac ratione dubitandi non obſtante, reſpondetur in contrarium: videlicet, ꝙ reus poteſt plures defenſiones ꝓponere etiam cõtrarias: Et ratio huius colligitur per iſtam regulam, iuncta regula, cum ſunt partium iura, ſupra eo. & l. fauorabiliores. ff. eo. titu. Nec obſtat motiuum: nam iura magis fauent reis, quàm actoribus. ¶ Item poteſt figurari caſus ꝑ l. interpoſitas. C. de tranſact. Titius conuenit aliquem ſuum debitorem coram iudice competenti, coram quo dedit in ſcriptis ſuum libellum, cui petijt ꝑ reũ reſponderi: reus autem excipiendo allegauit tranſactionem factam inter ipſum, & Titium: Titius replicãdo ꝓpoſuit, ꝙ illa tranſactio erat nulla: Primo quia fuerat facta ꝑ metum. Item allegauit, & ille cum quo fuerat facta tranſactio, erat ſeruus tranſigentis: vtrum debeat Titius admitti ad probandum iſtas duas defenſiones? Reſpondet. ꝙ ſic: quia nullus prohibetur vti pluribus defenſionibus, etiam ſi illæ defenſiones eſſent inuicem contrariæ, vt dictum fuit in primo caſu.

¶ Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo exponit regulam etiam de contrarijs: & 11. caſus, excipit. Tertio interſerit de electionibus & actionibus, & remittit. Quarto obijcit ad id qđ dixit de contrarijs: & ponit quattuor ſolutiones, & quãlibet impugnat. deinde ſoluit diſtinguendo, ſubdens adhuc aliam ſolutionem, quam non approbat. Quinto notat, remittit, & concor. allegat.

a ¶ Nullus pluribus.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. e. tit. l. nemo ex his. Pone caſum 24. q. 1. quiſquis. vbi negat Aug. quod dicebat Vincen. eum facere: dicens, ꝙ poſito, ꝙ id verum eſſet, id facit ex cauſa de præſcri. auditis. vbi allegatur exemptio, & p̄ſcriptio. C. de trãſactio. interpoſitas. vbi dicitur tranſactionem non tenere, tum quia metu interpoſita, tum quia facta cum ſeruo proprio. Et quod dicit, defenſionibus, intelligas etiam contrarijs. 13. q. 2. in principio. vbi de hoc ff. de excep. l. nemo. niſi forte ſpecialiter ius impediat, vt prędic. l. ff. e. tit. l. nemo ex his. impedit enim ius interdum contrarias defenſiones proponi. Pone caſum ff. de noxa. l. quotiens §. p̄tor ibi conuentus noxali, negans ſeruum habere in poteſtate, conuictus de mẽdacio tenetur in ſolidum, nec pęnitere poteſt. Idem in conuento de pauperie. ff. ſi quadru. pau. fe. dica. l. 1. §. interdum. Idem in eo qui negat pecuniam numeratam: conuictus đ mendacio, non poteſt dicere ſe ſoluiſſe, C. de non nume. pecu. Authen contra qui ꝓpriam. [Vide de hoc in Spe. de except. §. viſo. verſi. ſed quid ſi debitor. & ibi in verſi. ſi tractatur de creditore q negat ſe numeraſſe, & pignus recepiſſe, cum ab eo pignus repetitur.] Idem in eo qui negat ſe ſocium, amittit priuilegium, vt conueniãtur in quantum facere poteſt. ff. de re iudica. ſed hoc ita. §. 1. idem in eo qui negat ſibi pecuniam ſolutam: ſi conuincitur de mendacio, amittit priuilegium, ꝑ quod aduerſarius compellebatur probare indebitum: ſed ipſe compellitur ꝓbare debitum, ſupra, de ſolu. is qui. ff. de probatio. cum de indebito, in princ. Item impedit. ff. de rei vend. l. vlt. C. qui potio. in pig. habe. Authen. ſi poſſeſſor. nam conuentus rei vendicatione vel pignoratitia, negans ſe poſſidere, conuictus de mendacio, commodum poſſeſſionis amittit, vt ibi: & Aquilia inficiatione creſcit in duplum. ff. ad l. Aquiliam. l. 2. & hæres qui negat legatum, conuictus non recurrit ad ſolemnitatem iuris, vt dicatur teſtamentum imperfectum. Inſtitu. de fidei commiſ. hær. §. vlt. Item impedit. Inſtitu. de fidei commiſ. libertati. §. ſed qđ, & in Authen. de trien. & ſemi. §. ſtudium. & §. illud actor. colla. 3. [1] Duas autem electiones quis ſimul proſequi non poteſt: nec vna electa redire ad alteram. ſupra eo. lib. de elect. vt quis duas. [2] & facit ſupra, de re iudi. cum olim. An autem quis pluribus actionibus vti poſſit, not. 13. q. 2. in prin. de relig. domi. cum dilectus. & per Inno. & Hoſti. de reſti. in integ. conſtitutus. & plene ff de tributo. qđ in hæredem. §. eligere. [3] [Nec valet ſi dicas idem debere dici in exceptionibus, in quibus reus eſt actor. ff. de excepr. l. 1. qđ in actionibus, & eſt ratio: quia rei fauorabiliores. ratio rationis: quia in poteſtate actorum eſt agere: ſed conueniri non eſt in poteſtate reorum. ff. de do. excep. l. pure. §. fina. Dynus] Licet autem ex titulo duplicato non agatur. ſupra, de fide inſtrum. inter dilectos. C de contrahen. emp. cum res. tamen bene excipitur. ſupra, de conceſ. præben. poſt electionem. đ religio. domi. conſtitutus. & cap. cum dilectus. In illa autẽ decreta. de præſcrip. veniens. ſimul proponebantur illa duo, priuilegium, & p̄ſcriptio, per quorum vnum videbatur recedi ab altero, vt ibi patet. Sed nonne contraria allegans non auditur, vt 23. q. 7. qđ autem, in prin. de appel. ſollicitudinem, in fi. C. de fur. & ſer. corru. l. 1. Quidam indiſtincte dixerunt allegantem contraria nõ audiri per prædictam decreta. inter dilectos. ſed obſtãt ſupradicta iura. Alij dixerunt ſcilicet Gul. Naſo. Tan. & Goffre recitando, ꝙ illud habet locum in actore, & in eadem inſtantia iudicij: nam ſecus in diuerſis. ff de inofficioſo teſtamẽ. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. in reo autem non habet locum, vt ſupra probaui. Sed huic opinioni contradicit prædic. decret veniens, nam ibi erant mutuæ petitiones: & ſuper eo. ſuper quo ſe defendebat abbas, non auditur ibi allegans contraria: præſcriptionem ſcilicet, & priuilegium. Et ideo dixerunt, ꝙ non auditur allegans contraria in eadem inſtãtia iudicij, vt in contrarijs: ſed in diuerſis bene: & ideo dixit lex, ꝙ qui primo egit de inofficioſo teſtamento, & ſuccubuit: poteſt poſtea dicere nullum, vt C. de inofficioſo teſtamen. l. contra maiores. [4] Sed huic contradicunt de præſcri. auditis. & cap. cum olim. vbi in eadem inſtantia proponuntur. Vnde dixerunt alij, ꝙ ſub conditione licet proponere contraria: puta propono: talem exceptionẽ, in qua ſi ſuccubuero, extunc propono talem, facit de excep. cum venerabilis. & qđ ibi not. & ſic intelligunt [5] dictas decre. auditis & c. cũ olim. & hoc recitat Goff. ſeruari in curia. Sed hoc non colligitur ex ipſis decre. & videtur quoddam diuinare. Vnde vęrius dicas, ꝙ aũt ſunt contraria quę proponuntur ex principio, aut ex fine. Si ex principio, ſunt contraria: ſed ad vnum finem tendunt: pone caſum in p̄dicta decret. auditis, & in decre. cum olim, & in decret. poſt electionem. cum ſi. tunc proponi poſſunt in eadẽ inſtantia, & vnum non præiudicat alteri. [6] Si autem ad finem contrarium tendunt: pone exemplum ꝑ decre. ſollicitudinem. tunc ſimul vel in eadem inſtantia non proponuntur, vt ſupra dixi. Nec credas quòd in prædic. decret. veniens. priuilegium in eo, ꝙ priuilegiũ, ſit contrariũ præſcriptioni in eo, ꝙ præſcriptio: ſed to-

[a] Io. And. hic dicit accuſatũ homicidij ſpecificati, negantẽ, ſi cõuincatur, excipere poſſe đ ſua defenſione, & ſi ſuã negationem iurauerit. Phĩlip. per no. Bar ĩ auth. ꝙ qui propriam. ego allego tex. in §. item ſi vaſallus. ſi de inueſti. controu. neque dẽt dicere neceſſariã, ſicut vult Loth. fin. 28. vide laſ. §. ſi qs. Inſt. de act.

[2] Dicũt cõiter doctor. ꝙ in his oĩbus eſt ratio ſpecialitatis, vt puniatur mẽdacium. Io. And.

[2] Ego ibi dixi cauſã poſt Pet de Ancha.

[3] Pe. Dyn. hic, & oẽs, in l. edita, C. de eden. & c. 2. de libel. oblatione.

[4] Idẽ Dyn. & eſt ratio: quia cõtrariantur origine non effectu.

[5] Vide qđ ibi dixi, ſuper ſi. antepenul. glo. Io. And.

[6] Eſt de mẽte Dyni. ꝑ leg. ſcio. §. vlti. ff. de appel.

nor priuilegij erat contrarius pręſcriptioni: per pręſcriptionem. n. ibi dabatur abbati plena, & pura poteſtas recipiendi ordines à quocunque vellet epo: ſed per priuilegium cum determinatione dabatur prædicta poteſtas: ſi eps catholicus non eſſet, &c. Dicunt tamē quidā referre in verbis an ſcilicet dicat, allego priuilegium, & pręſcriptionem: & tunc debet audiri, an dicat allego pręſcriptionem, & priuilegium: & tūc non auditur, quia ponit carrucam ante boues, & ſic intelligūt decre. Sed, vt ibi patet, primo priuilegium fuerat allegatum: vnde præcedens ratio verior eſt. Et nota, ꝙ exceptionem obijciens non conteſtatur litē. ī. e. lib. de lit. conteſt. l. 2. nec fatetur. vt ī. eo. exceptionem. & adde quod ibi dicam. & cō cor. ad hanc regulam de appel. cum parati.

¶ Idem.

REG. XXI.

Quod semel placuit.] Caſus ſic figuratur per capitulum primum de iudi. in antiq. Quidam Titius fuit conuentus coram aliquo iudice ſibi ſuſpecto: fuit petitum à iudice vtrum vellet eum recuſare tamquā ſuſpectum: & dicit illi: Si tu velles poſſes me recuſare, vt ſuſpectum, ꝑ talem cauſam, verumtamen ſi velis coram me litigare, ego miniſtrabo tibi bonam iuſtitiā: & delibera an velis coram me litigare? Ille reſpondit: ego confidens de legalitate veſtra, ſum contentus corā vobis litigare, & ſic ſemel ſibi placuit litigare corā eo: Poſtea pœnitentia ductus voluit illum recuſare vt ſuſpectum: vtrum poſſit? Reſpondet, ꝙ non: quia qđ ſemel placuit, amplius diſplicere nō poteſt: & hoc verū, niſi ſuperueniat aliqua cauſa de nouo.

[Prima glo. ponit exēpla quatuor ſpecierum. Secundo ponit 23. caſus, qui plures includunt, quibus regula fallit. Tertio dicit aliquid generale incidere in hanc regulam: de quo generali remittit. Quarto ponit quatuor quæ requiruntur ad regulam: ſcilicet, ꝙ placitum non ſit à iure reuocatum, ꝙ ſcienter placeat: ꝙ non ſola mente: & ꝙ alterius interſit.]

1 Io. Mo. dicit exēpla ponenda ꝑ c. de illis. ī. ad ſi. de deſpon impu. per l. ff. de inofic. teſt. l. fin. ff. de aqua pluuia arcen. in diem de vacan. mut. l. prætor. §. ſi poſt. &c. Ioan. And.

a ¶ Quod ſemel placuit.] Pone 1 caſum in matrimonio 32. q 5. horrendus. de iureiuran. quemadmodum. ff. de adulter. ſi vxor, in fin. In electo. 8. q. 2. dilectiſſimi. ī. eod. lib. nulli. de electio. ff. ſi decuri. l. penulti. in fin. In iudice 3 q. 3. offeratur. de cau. poſ. cum olim. C. de iudi. apertiſſimi. Idem in alijs omnibus. 4. diſt. in iſtis. ī de proba. per tuas ff. de neg. geſt. Pomponius: 2. Fallit interdum hæc regula ex cauſa ſuperueniente: vel de nouo ad notitiam perueniente, ſupra, eod. lib. de electio. vt circa. & cap nulli. ſupra, de excep. paſtoralis. ga quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. ſupra, de offi. delega. inſinuante, ff. de interrog. act. de ætate. §. ex cauſa. Item fallit in caſu ff. de mune. & hono. vt gradatim. § reprobari. vbi medicus ſemel probatus iterum reprobatur: & eſt illud ſpeciale propter hominū ſanitatem: ne vniuerſitatis membra malo medico corrumpantur. Item fallit in omnibus caſibus in quibus à iure permittitur pęnitere vel variare: ſic in appellatione à qua licet appellanti recedere. 2. q. 6 ſi quis libellos. de offic. deleg. gratum. ſupra eod. lib. de elect. quāuis. & c. prouida, & ſupra, de appel. interpoſita. Item in patrono laico. qui variare poteſt accumulando. ſup. de iure patro. quod autem, & c. paſtoralis. In Cardinali, qui variat in caſu. ſupra, de elect. licet. In moniali ſupra eo. lib. eo. tit. indemnitatibus. §. ſi autem. Et in teſtamento quod mutari poteſt vſque ad ſupremum vitæ exitum. 13 q. 2. vltima voluntas. de celebrat. Miſſa. cum Marthæ. ff. de adi. leg. l. 4. Non obſtat pactum de non mutando. C. de pactis. l. pactum quod dotali. ff. de leg. 3 ſi quis in principio. 1. reſponſo. & in libello qui vſque ad litis conteſtationem mutari poteſt. C. de edē. l. edita. de hoc de libel. obla. ca. 2. & accuſans ante inſcriptionem pœnitet, de accuſ. cap. licet. Item iudex mutat interlocutoriam ſuam. ſupra, de appella. cum ceſſante. & dic, vt ibi. ff. de re iud. quod iuſſit. Item in mandato, ſocietate, & depoſito licitum eſt pœnitere. Inſtitu mandati. §. recte. ſupra, eod. lib. de procurato. cap. 2. & penult. ff. pro ſocio. ſed, & ſocius. §. vltimo. ff. de depoſi. l. 1. §. penul. & regulariter in contractibus innominatis. quod dic, vt plene not. ff. de condi. cau. da. poſſ. non ſe. ſi pecuniam. Item precarium ad certum tempus conceſſum, etiam ante tempus reuocat, ff. de preca. l. cum precario ratio: quia certi temporis adiectio eſt contra naturam illius contractus. Item ſoluuntur ſponſalia de futuro per ſecuta ſponſalia de præſenti. de ſpon. ſi inter. & ſponſalia de præſenti per ingreſſum religionis. de conuerſio. coniug. ex publico, & ingreſſus religionem, ante annum vel profeſſionem pœnitet. & de regu. ad noſtram. & profeſſus vnam religionem, etiam inuito prælato profitetur, & ingreditur arctiorem. eod. titu. licet. Et à ſimplici voto receditur per ſequens matrimonium. ſupra eod. lib. de voto, & vo. redemp. capitulo, vnico. ratio ibi. Item à voto de certa religione profitenda receditur per ingreſſum etiam regulę laxioris. ſupra eodem libro. de reg. qui poſt votum. Item fallit in caſu in quo licet infra triduum pœnitere. ſupra de regula. ad noſtram. & eodem libro, & titulo, conſtitutionem. in fine.

Q Vòd † ſemel. a placuit, amplius diſplicere non poteſt.

† Io. An tenet hic valere ſecundum teſtamentū. nō obſtāte primo iurato: neque teſtatorē eſſe periurū ſm Phil. ſed videto Imo. i c cum contingat de iureiur.

Item in electo, qui conſentit electioni de ſe factæ: qui propria auctoritate pœnitet ante confirmationem. de tranſla. inter corporalia, ſecundum Ber. In his igitur, & ſimilibus caſibus quod ſemel placuit, adhuc poterit diſplicere. Et incidit in hanc regulam illud generale, quòd nullus poteſt venire contra factum ſuum. de quo dic vt not. 55. diſtinct. pęnitentes. de elect. noſti. & de cleri. coniuga. diuerſis fallacijs.

Et not. quòd hæc regula non habet locum in ijs quæ improbatur à iure. 2 vt in prædic capitulo, pœnitentes. 55. diſtinct. ſupra, de pact. capitulo vltimo. ſupra, de foro competenti. ſi diligenti. C. de arbit. l. penult. vbi licet partes faciant pactum de non recedendo ab arbitrio, & appellationi renuncient: nihilominus recedere poſſunt. [Expone, & remitte vt dixi de arbit. cum dilectus, ſuper fin. vltimæ gloſſ.] Item habet locum in ijs quæ ſcienter placent, & non per errorem facti. 38. diſtinct. quamuis. 22. q. 2. in quibus. & ſupra, de elect. cum in cunctis. & de ſol. capitulo vltimo. de coniug. ſeruo. cap. 2. & vlt. ff. de iuriſdictio. omn. iudi. ſi per errorem. Item requiritur quòd non placeant ſola mente. ſed verbo vel facto. ſupra, de ſpon. tuæ. Et, ꝙ alterius interſit. facit infra eod. mutare. & quod ibi dicam.

2 Vnde dicit Io. Mo. ꝙ malum culpę remittit, & ordiri poteſt in bonum pœnæ. vel vt dicit, homo ruēs in peccatum non reſurgeret ex ſe nec à ſe: ſed gratia pręueniente. Io. And.

ADDITIO Dynus hic plene tractat an faciens ſecundum teſtamentum habeat neceſſe ſpecialiter reuocare primum, in quo erant verba derogatoria.

Secundo, an ſufficiat ſolum generalis reuocatio. Et dicit, quòd forte non erraret qui diceret ſecundum valere. per §. & ſi quidem, in Authen. de teſtamen. imperfect. vbi ſufficere videtur expreſſa reuocatio: nec requiritur ſpecialis. Tamen ipſe tenet contrarium, ſcilicet quod requiritur ſpecialis, per l. ſi quis. in princi. ff de lega. 3. ſuperius allegatam: vbi dicitur, niſi ſpecialiter dixerit, &c. Si verò ſpecialiter reuocat, certum eſt valere ſecundum, vt ibi: niſi tranſiliſſet ad naturam contractus excedens fines vltimæ voluntatis. ff. de donat. cau. mor. l. vbi ita donatur. Et quòd illud in teſtamento fieri poſſet, quòd in contractu, patet. ff. de aſſigna. liber. l. aſſignare. & not. ff de ita. hæredes. §. vltimo. Ioan. And.

Non debet aliquis.] Caſus primo ſic figuratur per capitulum, ſi habes. 24. q. 3. Ponamus, ꝙ Titius manus violentas iniecit in clericum, vel aliud graue delictum perpetrauit dignum excommunicatione, vtrum filius pro delicto ſui patris delinquentis debeat excommunicari? Reſpōdet ꝙ non: quia quis nō debet grauari odio alterius: & iſtud eſt regulare. Aliquando tamen propter delictū patris puniuntur filij, vt in crimine læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad legē Iuliam maieſta. & in crimine hæreſis. ſ. de hæreti. per totum. iſtomet libro. Item poteſt figurari caſus per capitulum, ſi compromiſſarius. §. 1. ſ. de elect. Certū eſt, ꝙ ſi canonici alicuius eccleſiæ cathedralis, vel collegiatæ eligant in ſuum prælatum aliquem indignum, ſunt priuati pro illa vice poteſtate eligendi. Sed ponamus, ꝙ canonici compromiſerunt in aliquos arbitros, qui arbitri ſcienter elegerunt indignum: vtrum canonici cōpromittentes ſint priuati poteſtate eligendi pro illa vice? Reſpondet ibi, ꝙ non: ne iſti canonici ex dolo arbitrorum puniantur. Item poteſt poni caſus in l. ſi quis. circa finem l. C. de inoffici. teſtamen. vbi dicitur, ꝙ antiquitus mater poterat filium ſuum etiam non doli capacem exhæredare odio mariti: hodie illa lex corrigitur, ꝙ odio mariti vxor non poterit filium ſuum exhęredare, niſi commiſerit cauſam ingratitudinis erga matrem, & hoc per rationē huius regulæ, ne filius grauetur odio patris ſui.

¶ Idem.

REG. XXII.

NON [†] debet [a] aliquis alterius odio prægrauari.

[1] Io. And. hic mouet quæſtionē an interdictum latū contra vniuerſitatem, comprehēdat abſētes vel contradicentes, remittit ad not. per c. ſi ſentētia. de ſent. exco. ſ. co & an virtute reſpōſaliarum capta cū bona conſcientia teneri poſſint. Io. An. & Alb. late diſputant.

[Prima glo. primo ponit exempla. Secundo obijcit de tribus iuribus, Reſpondet, remittit, & dat ſimile iterum ſucceſſiue format quinque obiectiones, quas ſoluit, Tertio dat ſimile ad regulam, & continuat infra proximam.]

a ¶ Non debet aliquis. [2]] Pone caſum in filio, qui non excōicatur pro peccato patris. 24. q. 3. ſi habes. In compromittentibus, qui non puniuntur dolo compromiſſarij. ſupra, eod. lib. de ele. ſi compromiſſarius. §. 1. Idem C. de inoffic. teſtam. ſi quis in ſuo. verſus finem, vbi reuocatur lex antiqua. quę permittebat filium exhęredari à matre propter paternum odium. Ad idem 1. q. 4. Iudæi. de ſimo. nobis & c. ſicut tuis. ſupra, eod. lib. de iniur. & dam. da. & ſi pignorationes, C. de pœnis. l. ſancimus. cum ſimi. Contra. 2. q. 6. biduum. ver. ſi aduerſus abſent. de cauſ. poſſ. cum olim. ff. de tribut. procuratoris, vbi negligentia, vt in primo: factum, vt in ſecundo. dolus, vt in tertio, procuratoris nocet domino. Sed dic, ꝙ ratione mandati ipſe dñs videtur id facere: vnde eius odio grauatur inquantum fines mandati patiuntur, in eo, ꝙ excedit, no. de off. deleg. cum olim. Intelligas hoc, vt plene not. ſupra, vt lit. non conteſt. ca. 1. in fi. Idem dic in hærede, qui grauatur pro defuncto: & in fideiuſſore, qui grauatur pro principali, vt no. de hoc per Gar. in prædicta decre. & ſi pignorationes. Item contra 70. diſt. neminem. vbi in odium ordinantis deponitur ordinatus. Sed ibi non ſolum fuit odium ordinantis: ſed delictum ordinati, qui ſe permiſit ſine titulo ordinari, vt ibi not. Item contra 56. diſt. per totum. 1. q. 4. c. eccleſia. §. item peccato. 5. q. 1. ſi quis cum. 15. q. vi. cum multæ. 24. q. 3. in prin. 25. q. 1. ita nos. de conſecr. diſt. 1. in ſancta ibi, perit iuſtus ſæpe pro impio. ſupra, de filij. preſt. yt. per totum. ſupra, de ſpon. non eſt vobis. de hæret. vergentis. ſupra, eo. ti. eo. lib. c. 2. §. 2. cum multis ſimilibus. Sol. triplex eſt pęna: ęterna, ſpiritalis, & temporalis: quod proſequere, vt not. 1. q. 4. in ſumma: & 24. q. 3. in ſumma. de his quæ fiunt à maio. par. cap. c. qua fuit. Pœna 2. ergo temporali vel ſpiritali alia ab excommunicatione ſæpe punitur vnus pro alio: & ſpeciale eſt: & rationem videre potes, vel in odium criminis: puta læſæ maieſtatis, hæreſis, vel ſchiſmatis. Ad hoc ſupra, eod. lib. de ſchiſma. cap. vnico. Vel quia incontinentia paterna tunetus in filio, & facit

[2] Dy ponit exēplū. ff. de bon. poſ. ſ tab. leg. 3. §. ſi emancipatus & ff. de pœ. l. crimē, vel pœna. & de decurio. l. 2. §. 1 filijs. & examinat an exhæredatio filij penitus excludat nepotē Bart. in l. ſi quis poſth. ff. de lib. & poſth. Sali. l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſt.

[3] Vide oīno Alfonsū, caſtrū li. 2. de iuſta hæret. punitiōe c. 10. & 11. vbi pleniſſime de hac difficultate.

quod dixi ſupra, eod. ſemel, in fin. Item contra. ff. de inſti. ſed & ſi pupillus. §. ceterum. in fi. Sed ibi fuit culpa præponentis. & eodem modo ſoluitur. ff. de offic. proconſul. obſeruare. § 1. quia ibi culpa fuit proconſulis ſecum ducentis vxorem. Item contra. C. in quibus cau. pign. ta. contra. l. ſatis. vbi bona mulieris, in caſu mariti primipilarij ſunt tacite obligata: ita, ꝙ ſi ipſius bona exhauſta ſunt, bona vxoris diſtrahuntur. Sed illud eſt ſpeciale. Facit ad hanc regulam ſ. eod. damnum quod quis. & quod ibi dicam: & ſatis continuatur hæc regula cum ſ. prox. per quam etiam reſpondetur ad contraria ſupra ſignata.

¶ Idem.

REG. XXIII.

Sine culpa, [b] niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

ADDITIO. Dicebat Ioan. Mo. ad propoſitum 56. diſt. ſuperius alleg. & vnius delictum quandoque cauſat defectum in alio, vnde eſſe non legitime natum, non eſt nota delicti, ſed defectus. de purga. cano. accedens. & ſecundum eum intelligitur regula, ꝙ non impingitur in toto, licet in tanto. Illegitimi tamen alieno vitio laborāt: & ideo digni ſunt venia. C. de na. lib. l. legem. Ioan. And.

Sine culpa. [3]] Iſtud capitulum continet duas regulas. Prima eſt, ꝙ non debet quis puniri ſine culpa: Secunda regula eſt, quod punitur quis ſine culpa, quando ſubeſt iuſta cauſa. Caſus quo ad primum dictum poteſt figurari, per l. ſi putator. ff. ad legem Aquiliam. Aliquis Titius putabat frondes alicuius arboris exiſtentis in ſuo fundo: accidit quòd aliquis tranſeundo ſub illa arbore fuit occiſus: vtrum putator teneatur l. Aquilia? Reſpondet: aut poteſt apprehendi culpa in ipſo putatore: quia forte arbor illa erat iuxta iter publicum, & non præclamauit antequam proijcere frondes, & tunc tenetur l. Aquilia: Aut arbor ipſa erat in medio ſui fundi. & quia non potuit cogitare quod ibi aliquis tranſitum faceret: quia alicui non erat licitum tranſitum facere per ſuum fundum: & ſic non tenetur, quia non eſt in culpa: & ſine culpa non eſt aliquis puniendus.

¶ In ſecundo dicto figuratur caſus per cap. ſi cuius. 34. diſtinct. Aliquis Titius contrahit matrimonium cum vidua corrupta: vtrum efficiatur bigamus? Dicitur ibi ꝙ ſic: & non poterit promoueri ad ordines: & nō punitur ex culpa ſua: ſed quia ſubeſt iuſta cauſa, videlicet propter defectum ſacramenti.

¶ Item poſſet poni exemplum per cap. tua. de cleri. ægro. in antiq. Aliquis Titius clericus ſine culpa ſua incidit in lepram: vtrum poſſit priuari redditibus ſaltē parte redituum ſui beneficij? Reſpondet quòd ſic: & ideo priuatur ſine culpa: non tamen ſine cauſa.

[Prima gl. ponit exempla regulę, & exceptionis: reddit rationem regulæ, & remittit.]

b ¶ Sine culpa.] hic ponitur regula, & eius exceptio. In regula pone caſum 56. diſtinctio. ſatis peruerſum. ſupra, de conſtitut. cognoſcentes. ff. ad leg. Aquil. ſi putator. In exceptione pone caſum in marito corruptæ, qui à promotione ſine culpa repellitur: tamen ex cauſa propter ſacramenti defectum 34. diſtinct. ſi cuius. In clerico leproſo, qui ſine culpa propter ſcandalum priuatur eccleſia. de cleric. ægro. capitulo, tua. quod dic, vt ibi ſcripſi.

Item in domino ſerui, qui noxam dedit, qui compellitur emendare noxam, vel dare ſeruum pro noxa. Inſtitut. de noxa. actio. in princip. Regulariter ergo nullus punitur ſine culpa 15. q. 7. inuentum. de homi. Ioannes. & c. vlti. C. de pœnis, ſancimus. ſupra, de conſue. c. pen. & ſupra, reg. ila proxi. cum ſuis concord. Et eſt ratio: quia pœna eſt menſura culpæ, de offic. deleg. ſane 2. de tranſact. capitulo vltimo. de homi. ſicut dignum. vbi autem non extat menſurandum, mēſura locum non hēt; ergo vbi non eſt culpa, nec

[3] Io. An. & Phil. examinant: acolithus beneficiatus ſuſcepto filio ex concubina, genuit alterum ex legitima vxore: qua mortua ipſe in extremis cū olī concubina matrimonijauit: an illi filio debeatur hęreditas quā cōſuetudo defert primogenito.

pœna. Bene tamen ex cauſa punitur quis ſine culpa. ꝭ. vt lit. non conteſtat. quoniam frequenter. §. ſi vero, in fine. Et hæc materia plus glo non indiget: proſequere enim eam, vt not. 22. diſt. renouantes. ſup. de conſtitu. cognoſcentes. & de priuil. antiqua.

ADDITIO. Dynus ponit exemplũ in hac regula cum fauore publicæ vtilitatis res aufertur poſſeſſori, & datur militi, qui virtuoſe ſe habuit. 1 ff. de euic. Lucius. de rei vend. item ſi verberatum. §. 2. Ioan. And.

1 Vide Fel. c. quę in eccleſiarũ. 1. col. de conſtit. Bar. in l. itẽ ſi verberatum.

¶ Idem.

REG. XXIIII.

QVod quis mandato[a] facit iudicis, dolo facere non videtur: cum habeat [b] parere neceſſe.

QVod quis mandato.] Caſus figuratur primum per capitulum miles. 23. q. 5. & aliqui intelligunt in milite, ſed idem in executore ſententiæ.

CASVS Quidam Titius commiſit homicidium, vel aliud crimen dignum vltimo ſupplicio: fuit captus per iudicem ſecularem: quia talis Titius erat laicus: & quia iudici conſtitit de crimine perpetrato per ipſum Titiũ, eundem condemnauit ad mortem, vt laqueo ſuſpenderetur: & iudex præcepit militi deputato ad executionem ſentẽtiæ, vt illum Titium laqueo ſuſpenderet: iſte miles paruit iudici: & Titium laqueo ſuſpendit: vtrum iſte miles cenſeatur homicida: & tamquam homicida ſit puniendus? Reſpondetur, ꝙ non: quia non eſt in dolo, nec in culpa, eo ꝙ neceſſe habuit iudici parere.

¶ Alij intelligunt iſtud capitulum in alijs militibus, & non in executoribus ſententiarum: & tunc ſecundum iſtum intellectũ caſus ſic figuratur: Aliquis miles perpetrauit rebellionem contra rempublicam: & fuit ordinatum ꝙ bellum ei indiceretur: & fuit ordinatum, ꝙ alij milites iſtum militem, & alios rebelles occiderent: qui milites parendo mandatis Regis, vel Imperatoris, rebelles occiderunt, vtrum ſint cenſendi homicidæ, & tamquam homicidæ puniendi? Reſpondet, ꝙ non: quia nõ ſunt in dolo, eo ꝙ iſtos rebelles occiderũt ad mandatũ regis vel Imperatoris, vel alterius iudicis.

a Item poteſt caſus poni per c. ſi clericos. ꝭ. de ſent. exc. Ponamus, ꝙ eps Pictau. eo quia non habet territoriũ: nec poteſt capere malefactores, niſi infra ſepta domorum epalium: vnde epiſcopus præcepit laicis, vt quendam clericum crimino ſum caperent, & ad ſe adducerent: ad præceptum epiſcopi iſti laici talem clericum ceperunt, & epõ adduxerunt, & incarcerauerunt: vtrũ ipſi incurrerint aliquam ſententiam excõicationis? Reſpondet, ꝙ non: quia mandato licito epiſcopi obtemperauerunt: & hoc faciendo non fuerunt in dolo.

a Item poteſt poni caſus per l. ſi quis. §. doli mali. ff. de iuriſdict. omnium iudic. hoc modo. Ibi enim dicitur: ſi quis album prætoris poſitum cauſa perpetuæ iuriſdictionis corruperit, incidit in pœnam quinquaginta aureorum: Accidit, ꝙ prætor alicui iniunxit, vt ipſe corrumperet album ſuum: iſte ad mandatum prætoris corrupit album: vtrum incidat in pœnam quinquaginta aureorum? Reſpondet, ꝙ non: quia antequam quis incidat in illud edictum, requiritur, ꝙ ipſe commiſerit dolum: & dolo facere non videtur, qui ad mandatum iudicis aliquid facit.

¶ Prima gloſſa dicit primo vnde ſumpta, & ponit exẽpla: ſecundo exponit regulam, & rationem reddit: tertio illam conuertit.

a ¶ Quod quis mandato.] 2 Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. non videntur data, §. qui iuſſu. Pone caſũ in milite, qui de mãdato iudicis occidit. 23. q. 5. miles. In laico vel clerico, qui de mandato epi capit clericum. ſup. eo. lib. de ſent. excom. ſi clericos. Et in eo qui iuſſu prætoris corrupit album: qui excuſatur à pœna. ff. de iuriſdict. omnium iudi. ſi quis id. §. doli mali. Et hæc vera, cum iudex aliquid mandat, officium ſuum exercendo. 3 ff. ad Trebel. ſeruo. §. cum prætor. Et cauſa quare tunc excuſatur parens, eſt iudicialis auctoritas, vt ibi. ſecundo, ne contra publicam vtilitatem impediatur punitio maleficiorum, vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. ſi vero non exercet officium ſuum: non eſt parendum niſi ex reuerentiæ exhibitione. ff. de in ius vocan. l. generaliter. nam interdum reſiſtere debent officiales. 4 de pœnit. diſtinct. prima, nemo. ſupra, de electio. fundamenta. §. iudicet. Apertius eo. libro, de pœnis, fęlicis. ad fin. C. de appellat. quoniam. & hoc verum in atrocioribus: in quibus potius Deo quàm hominibus obediendum eſt. 11 q. 3. ſi dominus. de ſent. excom. inquiſitioni. ff. eod. tit. ad ea. In his autem quæ ſine dolo committuntur, etiam extra officium parens excuſatur. ff. ad leg. Aquil. liber homo. 2. de hoc plene not. Et not. ꝙ ſicut dolo caret qui iudicis obtemperat præcepto: ita econuerſo, dolo non caret, qui iudicis non obtemperat præcepto. ff. eo. tit. l. non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperauit.

2 Dyn. etiã ponit exẽplum per l. ff. de aqua plu. arcen. l. ĝquam. I princ. ff. de ſol. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem. Io. Andr.

3 Diſtinguit hic Dynus, vt no. ſup. de tempor. ord. ad aures, in gl. 2. Io. And.

4 Pe. de Ancha. in reg. ea quę ĵ. c. 2. col.

¶ Idem.

REG. XXV.

MO-

ADDITIO Facit hæc regula, quod quis, & c. ad quæſtionem debitoris, qui de mandato iudicis, vel curiæ ei ſoluit quod debebat creditori. quam vide in Specu. de ſolut. §. nunc aliqua. verſic. illud autem quæritur, ecce. Ioan. And.

[Secunda glo. not. à contrario: dat ſimilia. arguit ad quæſtiones, & remittit.]

b ¶ Cum habeat.] redditum cauſæ. in his ergo in quibus non habet neceſſe parere, vt in atrocioribus, quæ ad ſuum non ſpectant officium, dolo non caret, vt ſup. dixi. & facit de ſenten. excom. vniuerſitatis. vbi verberans monachum, ſi eſt laicus licet faciat hoc de mandato abbatis ſui, excommunicatus eſt: Et not. ꝙ dicit: cum habeat parere neceſſe: ſicut enim neceſſitas excuſat à furto, vt de conſecr. diſt. 5. diſcipulos, ſupra, de fur. c. 3. ad hoc ff. ad leg. Rhod. de iac. l. 2. §. cum in eadem naui: ſic & à dolo. vt hic vides. cum ergo nullum ſit maleficium ſine dolo, vel lata ſaltem culpa, quæ dolo comparatur. 5 15. q. 1. aliquos. de ſent. excom. c. 1. ff. de iniur. l. illud. ergo & à quolibet maleficio excuſat neceſſitas. quod intelligas, vt ſupra dixi. Eſt autem regula hæc in argumento ad quæſtionem, de eo qui ad mandatum eccleſiæ reddit debitum vxori pendente lite adulterij, vel conditionis. de hoc not. 34. diſt. ſi cuius. de coniug. ſeru. propoſuit.

5 Do. tex. in l. cũ autẽ. §. capitalem, ff. de ædil. edic.

MOra ſua.] Caſus in hac regula figuratur multis modis: Primo per capitulum. decimæ. 15. q. 1. Aliquis meus parochianus tempore meſſium, vel vindemiarum non ſoluit mihi decimam, ſed illam retinuit apud ſe: accidit ꝙ aliquo caſu fortuito decima perijt ſine culpa ſua: quia milites transeuntes violenter illam decimam rapuerunt, vel inimici ſui: inimicitia tamen contracta ſine culpa, decimam per violentiam acceperunt: nunquid tenetur mihi ſoluere æſtimationem decimæ peremptæ? Reſpondet, quòd ſic: quia iſte fuit in mora ſoluendi mihi decimas: & ſua mora debet ei eſſe nociua. Item poteſt figurari caſus per capitulum vnicum, de commoda. ſupra. Sed pro intellectu huius caſus eſt præſupponendum, quòd commodatarius non tenetur de caſu fortuito, quando fuit commodatum gratia recipientis: veruntamen tenetur de dolo, & culpa. Ponamus ergo ſic caſum: Commodaui tibi librum meum ad vſum tuum: certum eſt, quòd ſi liber meus non perierit culpa tua, ſed caſu fortuito. tu es liberatus: Sed ponamus, quòd commodaui tibi librum meum ad certum tempus ad tuum vſum: lapſo tempore iſto, interpellaui, & requiſiui te, vt librum

mihi

mihi reſtitueres, quod facere recuſaſti indebite, & iniuſte, & ſic fuiſti in mora reſtituendi mihi librum meū: poſtea liber meus aliquo caſu fortuito perijt apud te: numquid teneris mihi ſoluere æſtimationē libri? Certe ſic. Item poteſt poni caſus in fure, qui ſemper eſt in mora reſtituendi rē ſurreptam: ſi res pereat perit periculo ſuo: ideo tenetur ſoluere æſtimationem.

† Dyn. tractat de intereſſe. & Ioā. Igneus in l. quatenus, ff. de regu. iur. & Phi & l. A. petunt, an poſt aſſignatū peremptoriū, audiatur exceptio.

Mora ² † ſua cuilibet eſt nociua.

¶ Idem.

(Prima gloſſa dicit primo, vnde ſumpta, & ponit exempla: ſecundo ponit tria, quæ requirūtur ad moram: & quomodo tunc tenetur de caſu etiā naturali: tertio proſequitur de mora aliena: & de materia remittit: quarto quærit an purgetur: arguit pro, & contra, & ſoluit.)

a ¶ Mora ſua.] hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. in condemnatione. §. vnicuique. Pone caſum in eo qui eſt in mora ſoluendi decimas: quia pereunt periculo ſuo, etiam caſu fortuito. 16. quæſtio. 1. decimæ. Idem in commodatario, vel depoſitario, qui fuit in mora. de commoda. c. vnico. de depoſi. bona fides. Idem in fure, qui ſtatim eſt in mora. C. de fur. l. ſubtracto. Circa hanc tamen regulam not. ꝙ ad hoc, quod quis dicatur moroſus requiritur, ꝙ ſciat ſe debere, vel ſcire debeat quod interpellatus fuerit a die vel homine: & quod habuerit poſſibilitatem dandi. hoc habes ff. de rebus credit. l. quod te, & tunc tenetur moroſus de caſu fortuito: etiā ſi eodem modo fuiſſet res apud dominum peritura: ſecundum Accurſium, licet Martinus contra, vt not. in dicta l. quod te. & probatur. ff. de lega. 1. cum res. §. vlti. fortaſſis enim dominus rem vendidiſſet: & apud alium periiſſet. & hoc tenet Bernar. ſupra, de commo. c. vnico. & de depo. bona fides. Et not. ꝙ dicit, mora ſua: nam in duobus reis debendi altero interpellato, alter liberatur interitu ſpeciei: ³ ſed interpellatus tenetur. ff. de vſu. l. mora. in fine. Itē mora fideiuſſoris ſibi nocet, nō reo, quo minus liberetur interitu ſpeciei: ſecus econuerſo, ff. de verb. obl. cum filius. & l. mora. & hoc quia fideiuſſor habet cauſam à reo, non reus à fideiuſſore. Et imputet ſibi qui alterius obligationem in ſe ſuſcepit. Vnum not. ꝙ ſi debitor primo fuit in mora ſoluendi, & poſtea creditor in mora recipiendi, vel contra: ꝙ vltima mora nocet, vt ff. de vſu. l. debita. & vide quod not. de deci. cum homines. De mora autem, & multiplici eius effectu. plene not. ff. de vſu. l. mora. (Et per Hoſtien. in ſumma, de vſu. §. ex quibus cauſis. ſub §. & mora. & per ipſum, & Innocen. de loca. propter. per Dynum eo. tit. potuit.) Sed nunquid mora ſemel commiſſa purgari poteſt? ² Videtur, ꝙ non. 12. quæſt. 2. longinquitate. 20. quæſt. 2. puella. de elect. cum in cunctis. ibi, decurſo tempore. de ſupplen. negligen. prælat. licet. & c. vlt. ff. de actio. & oblig. l. traiectitiæ. C. de contrahen. & committen. ſtipul. magnam. Contra ꝙ poſſit purgari. 18. diſtin. c. 1. vbi de hoc. & 100. diſt. quoniam. de ſupplen. neglig. prælat. litteras. de elect. quod ſicut. in fine. de reb. eccle. non alie. ſi quis presbyterorum. de loca. & conduc. propter. in fi. & c. potuit. in fine. vbi de hoc. & de elect. c. vlt. ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. 1. C. de fideiuſ. ſancimus. ſupra eo. lib. de præben. ſi tibi. Solu. dic, ꝙ vbi dies præfigitur à canone, vel l. pœnam imponente, mora purgari non pōt: pœna enim ſemel commiſſa non purgatur. & ſic intelliguntur prima iura, & hæc regula. & hoc eſt verum, niſi eadē lege, vel alia, vel canone caueatur in eo caſu moram poſſe purgari, & pœnam euitari: & ſic intelligantur contraria. Lex autem illa, & ſi poſt tres, loquitur de præperatorijs iudiciorum, in quibus mora bene purgatur, vt ibi, cum ſuis ſimilibus: ſed poſt litem conteſtatam non purgatur, ff. de verb. obliga. l. ſi inſulam, multo ergo minus purgabitur pœna ſemel cō miſſa, niſi forte fingeretur, non fuiſſe in mora. 2. q. 6. biduum. de iudic. cum Bertoldus. ff. de in integr. reſtit. l. diuus. ſicut enim à pœna canonis non appellatur. ſ. de appellat. conſuluit. ⁵ & c. quia nos. nec à pœna legis, vt ff. de verb. ſig. ſi qua pœna. ſic nec purgatur, vt ſupra dictum eſt. & hoc not. Gar. ſup. eo. lib. de elect. cupientes. §. quod ſi per 20. 3. Io. And.

Moroſus qs dicatur.

³ Et ſic ſibi non nocet. & hoc verū, niſi eſſent ſocij. ff. de duo. re. de. l. pe. ſm Dy. ſm quē ſibi imputet caſus in ſocietate participādo: debuit enim cogitare hoc euenire poſſe. ff. de condi. indeb. l. indebitam, ff. loca. l ſi qs domū. Io. And.

² Bar. in l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. r. potuit. de loc.

⁵ Vide quæ ibi notaui in glo. priuato.

REG. XXVI.

EA † quæ fiunt [b] à iudice, ſi ad eius non ſpe-

EA quæ fiūt.] Caſus figuratur primo per capitulum, quorum vices. 67. diſtinct. hoc modo. Ponamus, ꝙ aliquis ſimplex ſacerdos, vel alius conſtitutus in dignitate: puta archidiaconus, decanus, vel cantor, non tamen epiſcopus, ordinauit aliquē in diaconum proferendo verba apta ad talem ordinē, vtrum iſte ſic ordinatus receperit talem ordinem? Reſpondet, ꝙ non: quia poteſtas ordinandi clericos non dependet ab ordine ſacerdotis, niſi fuerit ep̄s. Vel ſic: Ponamus, quòd aliquis ſimplex ſacerdos non ep̄s protulit iſta verba apta ad conficiendum chriſma: vtrum conficiat? Reſpondet ꝙ non: Idem eſt de conſecratione monialium: & generaliter cum quis facit ea, quæ non ſpectant ad officium ſuum: illa per eum facta viribus non ſubſiſtunt. Item poſſet poni aliter caſus: videlicet per capitulum, indulgentiæ. de pæniten. & remiſ. eo. lib. ſupra. Aliquis ep̄s vel archiep̄s conceſſit ſubditis ſuis porrigentibus manus adiutrices ad aliquod pium opus, centum dies indulgentiarū: vtrum valeat talis conceſſio indulgentiarum? Certe non: quia ad officium ep̄i, vel archiep̄i ſpectat ſolum dare xl. dies indulgentiarum, & non centum.

† Facit hoc regula, vt citatus coram iudice incōpetēti, non teneat cōparere, ſi conſtat, de non iuriſdictione. Bal. in l contumacia. §. cōtumax. ff. de iud. de quo latius hic p Franc.

(Prima gloſſa dicit primo vnde ſumpta, & ponit exēpla. ſecundo dicit regulam etiam in bono quod fit, locum habere: & quòd loquitur in aliàs iudice: tertio q̄rit, & ponit duas opiniones contrarias: quarto ſignat cōtrarium, & ſoluit: quinto dicit regulam non loqui in ſpiritalibus, quæ dependent ab ordine.]

b ¶ Ea quæ fiunt.] Hęc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. ti. l. factum a iudice. Pone caſum 68. diſtinct. quorum vices. vbi ſimplex presbyter ordines conferendo, chriſmādo, virgines conſecrando, nil agit. Item ſupra, eod. lib. de pænit. & remiſ. indulgentiæ, vbi non tenet indulgentia data ab ep̄o vltra tenorem concilij generalis. Ad idem. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l. vlti. ibi dicitur, extra territorium ius dicenti non pareatur impune. idem ſi ſupra, iuriſdictionem ſuam velit ius dicere. Et habet hæc regula locum etiam cū bonum eſt id qđ facit iudex: tamen ex quo ad eius non ſpectat officium viribus non ſubſiſtit, pone exemplum 96. diſtin. bene quidem bonum enim eſt ſtatuere res eccleſiæ alienari non poſſe. 12. quæſt. per totum 2 de reb. eccle. non ali. per totum: tamen ſtatutum Imperatoris ſuper hoc non valuit, quia ad eius non pertinebat officium, vt ibi. Ad idem de appel. dilectus. ibi enim officialis archiep̄i bonum, & æquum decreuerat: tamen quia id ad ſuū non pertinebat officium ratione appellationis interpoſitæ ad Papam, non valet quod fecit: generale enim eſt, ꝙ non ſufficit bonum facere, niſi, & bene id fiat. 16. q 1. monachi 2. de poſtulan c. 2. ff. de re mili. l. 3. §. in bello. & facit 23. q. 5. relegentes. & de colluſi c. 1. & quod ibi no. Et quod dicit regula, ea quæ fiunt à iudice: aliàs ſubaudi: nam in eo quod facit non pertinens ad officium ſuum, non dicitur iudex. ſicut ergo procurator fines mandati non debet excedere, ſic nec iudex fines iuriſdictionis, & hoc dico, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter: ſaluo eo quod de prorogatione not. ſ. de offi. deleg. P. & G. Quæri ſolet ſi iudex, qui de decē tantum poteſt iudicare, iudicat de xx. an valeat ſentētia in decem. Dixit Ioan. ꝙ non: ⁴ quia res iudicata nō poteſt pro parte tenere. & pro parte non tenere. ff. familiæ erciſcun. in hoc iudicio, & hoc ipſe not. 2. quæſtio. 6. § diffinitiua. ver. cum certa ratione. in fine. Ad contraria ibi ſignata 32. quæſtio. 2. ſi quos de ſeruis. C. de donat. ſancimus. poteſt reſponderi id ſpeciale fauore dotis.

⁴ Vt de mēte Phil. hic, cū quātitates ſint diuiſibiles ad do l. 1. §. ſi ſtipulanti. ibi Franc. Are. & cundē in l. conſulta diualia, C. de teſtamen.

ſpectant [a] officium, viribus non ſubſiſtunt.

¶ Idem.

REG. XXVII.

Scienti [b] & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.

¶ Idem.

REG. XXVIII.

Quæ [c] à iure com-

donationum. Ad decre. de arbi cum tempore. de præben. dilectus. poteſt dici, quòd ibi ſententia continebat plura capitula: unde in vno poteſt tenere, in alio non: hic autem continet vnum tantum. & cum Ioan. concor. Accur. [1] ff. de iuriſdi. omnium iud. l. vlt. Hug. tamen & Lau. tenēt contrarium, ſcilicet, ꝙ ſententia bene tenet in decem, & dſit ſententiam reſcindi tãtum in ſuperfluo. & hoc not. ex verbis illius, ver. cum certa. dum dicit, ꝙ contra ius geſtum videtur. C. quando prouo. nõ eſt neceſ. l. certa. & ꝓ eis facit quod. no. de don. Apoſtolicæ. & reg. ĩ. e. vtile. & qđ ibi dicam. pro Io. optime facit prædic. decr. ſ. e li. de pęn. & remiſ. indulgentiæ. Pro Hug. & Lau. ſ. eo. li. de arb. c. 1. ff. de arbi. l. diem. §. ſi plures. Et facit hæc reg. pro his quæ dixi ſ. e. quod quis mandato. Ad primum caſum contra. 95. diſt. c. 1. vbi presbyteri chriſmabant [2] in fronte. Sed illud ad tempus à Greg. fuit ſpecialiter conceſſum. & dic vt ibi: & tunc ad eorum ſpectabat officiũ: & ſi non ex ordine, ex demandatione. & vide quod de hoc not. de conſe. di. 5. manus in vlt. gl. Nec hēt locum hæc regula in ſpiritalibus, quæ potius dependent ex poteſtate ordinis, q̃ iuriſdictionis. Hinc eſt, ꝙ ſi eṗs, qui hoc poteſt ex ordine, conſecret alienam eccleſiam, vel altare: vel ordinet alienum ſubditum, quod non poteſt ex iuriſdictione: conſecratio tamen & ordinatio bene tenet: licet ordinatus executione careat. 7. q. 1. eṗs in dięceſi. de tẽp. or. quod tranſlationem. & dixi ſ. eod. ratũ. Io. And.

[1] Qui tñ ꝯ ſiũ not. C. de re iud. l. 2. Io. And.

[2] Vide cõc. Tri. ſeſſ. 7. de confirm. cano. 3.

[a] ¶ Non ſpectant.] [3] & hoc conſtat, facit, ff. de re iud. contumacia. §. contumax non videtur. vbi vero dubitatur, tenetur quis ire allegaturus priuilegium. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ſecundum Dynum: quod dic, vt not. de accu. veniens. in glo. fi. Io. And.

[3] Hæc gloſſula ex nouella Ioan. A. huc fuit tranſlata.

Scienti & conſentienti.] [4] Caſus in hac regula figuratur per l. 2. ff. de actio. emp. & ven. & pro intellectu huius caſus eſt præſupponendum, ꝙ quando venditor vendit aliquam rem, debet prędicere emptori onera ordinaria illius rei: aliàs teneretur ipſi emptori. Sed ponamus, ꝙ tibi emptori ſtipulanti vendi domum meã: quæ debebat ſeruitutem domui vicini mei, fore ſeruitutem ſtillicidij recipiendi, vel altius non tollendi, vel aliquam aliam ſeruitutem: & tu emptor ſciebas bene, ꝙ domus mea debebat iſtam ſeruitutem: ego autem ſciens, ꝙ eſſes informatus de iſta ſeruitute, non prædixi tibi illam ſeruitutem in venditione faciendi, vtrum poſſis agere contra me actione ex empto, vt diminuam tibi de pretio quantum minus valet domus tibi vendita propter illam ſeruitutem? Reſpondetur, ꝙ non: quia eras informatus de iſta ſeruitute: ideo non erat opus, ꝙ vlterius de ea te informarem: quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.

[4] Phil. hic docet præſumptiões doli. Dyn. Io. And. petunt, an cõpromittentes poſſent ꝯ pactũ petere reductionem ad arbitriũ boni viri, quæſit Io. And. an notoriũ priuilegiũ ſit allegandũ. & quid de renunciante foro ordinarij. Font.

[Prima gloſſa primo dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: ſecundo ſupplet de ſcire debente: & dicit in regula principium ponderandum: tertio ponit rationem regulæ: & notat copulam: quarto ſucceſſiue ſignat: & ſoluit tria contraria.]

[b] ¶ Scienti.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. ti. l. nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. Pone caſum in ingenuo, qui ſciens & cõſentiens cõtraxit matrimoniũ cum ſerua, vel econtrario. 29. q. 2. ſi quis ingenuus. & c. ſi femina. In clericis, qui ſcienter & volũtate ioſa ſe adinuicem percutiunt, ſup. de ſen. excom. cap. 1. Item in eo, qui ſciebat rem quam emebat ſeruitutem debere, ff. de actio. empt. & vend. l. 1. in fi. [5] Et concordat ad hanc regulã reg. eũ qui certus. Et quod dicit hæc regula, ſcienti, dic, vel ſcire debenti, ff. de ædi. edic. l. 1. §. ſi intelligatur. Ad hoc 16. diſtinct. quod dicitis. ſupra, de cler. excommu. Apoſtolicæ. ſ. quod met. cau. c. penul. in fi. Item dic, ſcienti à principio: ſecus ſi ex poſtfacto. [6] ff. de ædil. edi. l. iuſtiſſime. §. vlt. Et not. ꝙ dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, ſecundum Labeonem, ff. de do. ma. l. 1. §. 1. ſed ſciens non circumuenitur, fallitur, vel decipitur: ergo ſibi nõ infertur dolus. Ergo inductus ad clericatum, vel monachatum, non dicitur dolum paſſus, quia non eſt deceptus. 20. q. 3. cõſtituit. vbi de hoc. & de conuer. coniu. dudum. in fi. & quod dicit hæc regula. non infert dolum ſcienti & volenti: verum eſt, vt ex eo agi poſſit: infertur tamen ita, ꝙ naſcitur ex eo actio per exceptionem elidenda. ff. de fur. inter omnes. §. vlt. & penul. Et no. ꝙ hæc regula formata eſt copulatiue, & non diſiunctiue: vnde hæc duo coniunctim requiruntur. ſ. ꝙ ſciat & conſentiat: ſcienti enim & non conſentienti bene infertur iniuria, & dolus, 15. q. 1. illud. cum ſimilibus, ad hanc regulã ſignatur contra. de ſen. exc. contingit 1. ibi: huius manus iniectio, & ſi non violenta, tamen iniurioſa noſcitur. Sol. non eſt iniurioſa, quia iniuria fit ipſi clerico volenti, vt hic: ſed eſt iniurioſa, quia fit iniuria toti ordini clericali: & ideo ibi ſequitur, cum canon ille, &c. & ibi de hoc. Item contra, C. de rapto. vir. l. vnica, vbi ſi rapio virginem etiam volentem, teneor. Sed hoc ideo: quia id voluit perſuaſione doloſa, quod plus eſt, quàm violenta, [7] ff. de ſer. cor. l. 1. § perſuadere. Item contra, C. de fur. & ſer. corrup. l. ſi quis ſeruo. ibi ſciens & conſentiens, agit furti & ſerui corrupti. Solu. de rigore, & rei veritate illi ſcienti, & conſentienti non fuit facta iniuria: tamen de quadam æquitate agit, ac ſi iniuria vel dolus ſibi fuiſſet illatus, vnde nec furtum fuit ibi factum, nec ſeruus corruptus: ex æquitate tamen agitur de vtroque. [8] & facit hæc regula ad id quod dixi ſ. eod. poſſeſſor malæ fidei. ad fi.

[5] Dyn. de iniuria ponit exẽplũ per l. 1. ff. de iniu. §. vſq; adeo, & do. ponit per l. 3. ff. de lib. hom. exhi. §. ſi quis volentem. Io. Andr.

[6] Idẽ Dyn. per modũ obiectionis Io. And.

[7] Idem hic Dynus.

[8] Propter d lictũ: & grates eſt pernicioſi exẽpli, & ibi vide Paulum de Caſt.

Quæ à iure.] Caſus figuratur per capitulũ, quanto. ſup. de iud. in ant. Laicis conceſſum eſt per eccleſiam, vt quãuis laici eſſent incapaces iuris ſpiritualis, & ei annexorum, vt poſſent iuſpatronatus poſſidere: (quatenus ipſi inducerentur ad fundandum, vel ædificandum, aut dotandum eccleſias) vt clericos idoneos in illis eccleſijs poſſent præſentare diœceſanis, qui diœceſani ad præſentationem patroni illos inſtituerent: Sed vtrum laici poſſint extendere illud priuilegium ad hoc vt poſſint cognoſcere de cauſis annexis cauſis ſpiritualibus? Eſt ibi textus, ꝙ non: quia iſta conceſſio facta laicis eſt exorbitans à iure communi: Et illa quæ exorbitant à iure communi, non ſunt trahenda ad aliquam conſequentiam.

[Prima gloſſa dicit primo, vnde ſumpta: & ponit exempla: ſecundo dicit idem in ampliando: tertio ſoluit quæſtionem.

[c] ¶ Quæ à iure.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo tit. l. quod contra rõnem. Pone caſum 16. q. 1. hinc eſt ẽt. ſ. de priui. ſane. ff. de conſti. princ. l. 1. in fi. Et concor. ad hanc regulã ĩ. eo. quod alicui & c. in argumentum. Potes igitur intelligere hãc regulã in priuilegio, vt ſ. quia ſingulorum priuilegia legem cõem non faciunt. 26. q. 2. non exemplo. Item in iure pone caſum in Velleiano. nam regulariter quilibet intercedendo obligatur: fallit in muliere. [9] hoc ergo nõ trahitur ad conſequentiã. [1] Et idẽ in ſimilibus. & vide quod dixi ſup. eod. priuilegium, & quod no. de priuil. ſane & nota, ꝙ ſicut ea quę exorbitant à iure communi, ad conſequentiã trahenda non ſunt vt hic: ſic nec amplianda, ſed reſtringenda, vt ſup. e. li. de fil. presby. is qui. in fi. [10] ad idẽ ſup eo. odia.

[9] Scilicet ad viros in quibus cẽt eadẽ facilitas, quæ in mulierib'. Io. And.

[1] Per quã ponebat hic Dy. exẽplũ ſed improprie, vt patet ex gloſ. Io. And.

muni exorbitant [a] nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.

¶ Idem.

REG. XXIX.

Quod † omnes tāgit, [b] debet ab omnibus approbari.

¶ Idem.

REG. XXX.

In † obſcu-

odis. Item licet fauorabile priuilegiū amplietur, vt ibi: non tamen ad conſequentiam trahitur, vt hic. Et facit hæc regula ad quæſtionem qua quæritur: An fratres Eremitani, vel fratres ſancti Auguſtini, & alij religioſi Mēdicantes, & non Mendicantes, comprehendantur conſtitutione illa extrauaganti nouiter edita p Bonifacium Papam octauum, quæ incipit: ſuper cathedram præeminentiæ Paſtoralis, quæ habetur in cle. de ſepul. dudum. in qua exprimuntur ſolummodo Minores & Prædicatores. Et quidquid alij dicant, dicendū eſt, ꝙ non extenditur ad alios religioſos Mendicantes vel ad ſæculares clericos, ſed ſolum Minores & Prædicatores amplectitur: tum quia intentio Papæ videtur hæc fuiſſe, vt per verba ipſius conſtitutionis apparet: tum quia exorbitans eſt a iure communi illa conſtitutio, & ideo ad conſequentiam non trahenda nec amplianda, vt hic. vult enim illa conſtitutio dari quartā, etiam de his, de quibus de iure dari nō debet: ſicut ornamentis relictis pro fabrica, anniuerſario xx. xxx. & ſic de ſingulis: puta relictis pro luminaribus, vel certis perſonis. de teſta. cap. vlt. de ver. ſign. ex parte 3. dicam ergo illa iura mutata & correcta per conſtitutionem ¹ ſolum quoad expreſſos in ea: quo ad alios remaneant adhuc ipſa iura. Correctio enim iurium eſt vitanda. ſup de ele. eccleſia veſtra 2. cum ſi. In talibus enim non arguimus de ſimilibus ad ſimilia, & concordat quod dicam ĩ. eo. in pœnis. & facit ad hoc optime ſup. eod. lib. de ele. ſtatutum. & de regu. conſtitutionem. & ita pronuntiatum fuit per profundiſſimæ ſcientiæ, & bonæ memoriæ virum dominum Ioannem de Monte Murlo: & per me in quadam quæſtione, qua fuimus ad conſulendum aſſumpti.

† Io. An. & Phi ꝗrunt, an valeat ſtatutū nō vocatis abſentibus, illis tñ pręiudiciabile.

¹ Vbi de hoc in 3. gl & in præal. cle. dudū. §. huiuſmodi in glo. vt patet. Io. A.

a ¶ Exorbitant. [quaſi: deuiant vel diſcordant: & idē verbum in decret. prima, de filijs presb. ĩ. eod. lib. quam alleg glo. Io. And.

² Hæc gloſſula, ex nouella Io. A. huc fuit trāſlata.

Quod omnes tangit.] Caſus figuratur multis modis, ſm glo. Primo, per c. 1. 66. diſt. Ponamus, ꝙ aliquis fuit electus & confirmatus in archiepm alicuius prouinciæ: qui quidem electus & confirmatus petijt munus conſecrationis: quæritur, qui debent eſſe præſentes in conſecratione facienda? Reſpondet, ꝙ oēs ſuffraganei ſuæ prouinciæ, quia illud negotium omnes tāgit: ideo debebat ab omnibus approbari. Item pōt poni caſus per c. quia propter. de elect. in ant. Ponamus, ꝙ vacante eccleſia Pictauen. canonici illius eccleſiæ voluerūt procedere ad electionem futuri prælati. Sed quæritur, qui debent adeſſe in electione facienda? Dicitur ibi, ꝙ omnes canonici illius eccleſiæ: & ſi ſint aliqui abſentes debent vocari: quia cum illud negotium omnes tāgat, debet ab omnibus approbari.

¶ Pro declaratione iſtius regulæ videtur, ꝙ illud quod oēs tangit, non debet ab omnibus approbari: Et arguit de toto titulo de his quæ fiūt à maio. par. c. in antiq. vbi dr̄, ꝙ talia poſſunt expediri per maiorem partem capituli: & tamen tale negotiū tangit omnes. Item arguitur de l. maiorem. ff. de pact. vbi dr̄, ꝙ ſi aliquis debitor velit facere ceſſionem bonorum, non eſt opus, ꝙ omnes creditores conueniant ad videndum fieri ceſſionem bonorum, ſed ſufficit ꝙ vna pars conueniatur: & alia parte creditorum inuita admittetur ad ceſſionem bonorū faciendam. Glo. ſoluit dicens, ꝙ aliqua ſunt quæ pertinent pluribus, vt vniuerſis: & in illis ea quæ fiunt à maiori parte capituli valent, etiam altera parte contradicente: niſi contradicatur ex aliqua cauſa rationabili: ſecus ſi illa eſſent explicanda ex mera voluntate: quia tunc deberent omnes conſentire, in cap. cum omnes, ſupra, de conſtitut. in antiquis. Alia ſunt quæ pertinent pluribus, vt ſingulis: & tunc omnes debent conſentire. l. ſi per fundum. ff. de ſeru. ruſt. prædio. fallit in pluribus caſibus. Primo, fauore liberationis. l maiorē. ff. de pact. Item in arbitris fauore litium dirimendarum: ſi fuit compromiſſum in plures arbitros, valet ſententia facta à maiori parte. Item ſi pluribus patronis cōpetat ius patronatus, pręſentatio facta à maiori parte valet propter fauorem eccleſiæ: ne eccleſia patiatur detrimentum propter longam moram & uacationem.

[Prima gl. primo ponit exēpla, & in fine reaſſumit primū exemplum, ſecundo ſignat contrariū, & remittit: declarat incidens contrarium: & ponit ius nouum: tertio arguit ad quæſtionem: ponit opiniones contrarias, & ſecundum reprobat.]

b ¶ Quod omnes tangit.] ¹ pone caſum in archiepiſcopo conſecrando ab omnibus ſuffraganeis. 66. diſt. cap. 1. In electione facienda ab omnibus canonicis. de electio. quia propter in antiquis. In cōcedendo hauſtum aquę: in quo omnes vocandi ſunt, qui ius habent. ff de aqua plu. arcen. l. in concedendo. ad idem 54 diſtinct ca. 1. 8. quæſt 1. licet. de tempo ordina. ſi archiepiſcopus. C. de authen præſtan. l vlt. ff de adopt. l. nam ita diuus. nam ſic qui læduntur, vocandi ſunt in confirmatione adoptionis, vt ibi. Et no. ꝙ dicit id quod tangit omnes, debere approbari ab omnibus: ergo non valet quod facit maior pars. & ſic contra 65. diſtin. c. 1. ſupra, de his quæ fiunt à maio par. cap. 1. ff ad munici. quod maior. Sol. ⁴ Aut competit vt ſingulis, aut vt collegio: quod proſequere, vt no per Bernar. & Innocen. de conſt. cum omnes. Fallit autem hęc regula in caſu, Inſtit. de rer. diu. § religioſum. verſi. in commune, ⁵ vt no. in prædi. decret. cum omnes. Ad id quod ſupra dixi, ꝙ ſufficit qđ facit maior pars collegij, contradicit decre. de re iud. cū olim. in fine. ibi, plena omniū qui pręſentes fuerint, &c. Sed ibi ſubauditur, vel maioris partis, vt ibi no. in ult. glo. nam illud dicuntur omnes facere, quod facit maior pars. ⁶ 56. diſtin. Apoſtolica. de electio. cum inter canonicos in princ. ff ad munici. quod maior. interdum tamen requiruntur duæ partes. de electio. licet. & co. titu. ſcriptum. cum ſimilibus. ſupra eodem lib. de cler. ægrot. c. vnico. cum concor. Et facit hæc regula in argumentū ad id de quo olim dubitabať, an in electione inferiorū dignitatum, vel canonicorum, uocentur abſentes: & videbatur quod non, per prædict. decret. cum olim. in fi. hodie determinatum eſt ſupra eod lib. de præben. cum in eccleſijs. Item eſt argumen. ad quæſtionem, an Papa poſſit ſtatuere inuitis acolythis, quod ipſi contineant. & hæc quæſtio not 82. diſtin. propoſuiſti. & dixit ibi Ioā. quod non: quia caſtitas ſuaderi poteſt, non imperari. 32 quæſtio. 1 integritas. Bartho. Brixien ibi contra, cuius dictum penitus eſt falſum, niſi intelligas de promouendis: ſed ipſe de promotis etiam intellexit, vt eius verba demonſtrant. Monachis autem profeſſis, qui renuntiauerunt propriæ voluntati, auſterior regula poſſet indici: etiam ipſis non approbantibus, ſecundum Innocen. qui hoc no. de regula. ſuper eo. Et eſt ſatis expreſſum ſupra eo. lib. de ſtatu regula. cap. vnico ibi monialibus indicitur auſterior vita: licet non poſſit ſine omnium voluntate ordinem mutare, de his quæ vi metu. cau fi. ca pen. Et no. quod ſecundum primum caſum quem poſui, archiepiſcopus de iure conſecrandus eſt ab omnibus ſuffraganeis: Papa tamen ſibi hoc vſurpat, ⁷ ſecundum Ioan. qui hoc no. 24. q. 1 pudenda. & 51. diſt. qui in aliquo.

¹ Dyn. declarat hanc regulam in ꝯctibus, in vltimis voluntatibus, & in delictis, ꝙ vltimum proſequitur Phi.

³ Dyn. ponit exēplū per l. receptum. ff. de ſer. ruſt. prędio. Io. A.

⁴ Idē Dyn.

⁵ Ad idē ff. de relig. ſi plures. facit ēt ff. de pact maiorē. de cura. fur. cōſilio. § ſi. vbi ſufficit alteri⁹ auctoritas. Dynus.

⁶ Niſi dicatur nemine diſcrepāte. Car. in cle. 1. de reb. eccl. nō alie.

⁷ Rectius dixiſſet hoc Papæ cōpetere ſuo iure, & eius auctoritate conceſſum ſuffraganeis, vt ipſi archiepiſcopum conſecrent, ut patet per c. ſi archiepš. extra de tē. or. nec c. q. in aliquo. 51 diſt & c. pudēda. 24. q. 1. dicunt cōtrarium.

In obſcuris.] Caſus in hac regula primo figuratur per

c. ex

c.ex parte.ſup.de cenſib. & per l.nummis.ff.de leg.3. in c.ex parte. dicitur. Ponamus, ꝙ in ciuitate Pictau. ſunt duæ menſuræ, vna maior, alia minor: aliquis emiſit votum, ꝙ tali Eccleſię ſolueret tot menſuras: puta ſex ſextaria frumenti, vel ſex boſſellos frumenti: eſt menſura maior, alia minor, & non declarauit aliter animum ſuum: videlicet ad quam menſuram intendebat illud frumentum ſolui: ſed locutus eſt indiſtincte: Quæritur, ad quam mẽſuram debet ſolui huiuſmodi frumentum? Reſpondet, ꝙ ad minimam menſuram: quia in obſcuris minimum eſt ſequendum.

ris [a] minimum eſt ſequendum.

¶ Idem.

¶ Item poteſt poni caſus per dictam l.nũmis. Ponamus, ꝙ in aliqua regione habent locũ noua ſcuta & antiqua: aliquis in teſtõ ſuo legauit Titio decem ſcuta: quærit̃, quæ ſcuta videãtur legata ad hoc, ꝙ hæres poſſit cõpelli ad ſoluendum illa ſcuta? Rñdet, ꝙ videntur legati nummi minoris valoris: & ſic legata videntur ſcuta noua: & non vetera: niſi aliàs appareret de voluntate teſtatoris tacite, vel expreſſe: quia tũc ad ipſam eſſet recurrendũ: ſed quando non poteſt coniecturari mens ipſius teſtatoris, in dubio habet locum iſta regula.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo ponit præambula regulæ, & ipſius rõnem. Tertio ſignat contrarium de mediocritate ſequenda. Remittit, ſoluit, ſolutioni obijcit, reſpondet, & declarat.]

a ¶ In obſcuris.] Hæc regula ſumpta eſt ex l ff.eod.tit. ſemper in obſcuris. & l. ſemper in ſtipulationibus. Pone caſum ſupra, de cenſib. ex parte. vbi in dubio non cõpelluntur ſoluere vota ad maximam, ſed ad minimam menſuram. ad idem. ff.de leg.3. nummis. vbi nummis ſic in genere legatis debentur minimi. Circa hanc regulam not. ꝙ in obſcuris non ſtatim inſpicimus, quod eſt minimum: immo inſpicimus primo quod eſt veriſimilius, & quod plerumque conſueuit fieri, vt inf.eod. inſpicimus. cum ſuis concord. & ff.eo.tit.l. in obſcuris inſpici. & ſi hoc ſcire nõ poteſt, 1 tunc inſpicimus quod eſt minimum, ut hic. Primo ergo inſpicimus, quod expreſſe agitur: puta x.lib. Bonon. vel quod agit̃ tacite. 2 Tacite dico, vel ratione rei quæ venditur x.lib. vel rõne perſonæ, uel ratione conſuetudinis. vltimo, quod eſt minimum, ut hic. & eſt ſimile, quod dixi ſupra eo. cũ ſunt partium. Et potuit eſſe ratio huius regulæ: quia de minimo non eſt dubium ſenſiſſe: quia ſi intellexit de maximo, ergo de minimo: quia plus includit ſub ſe minus: ſed non econuerſo. & de hoc dicã inf.eod. plus ſemper. Alibi tamen habes argumenta de mediocritate ſpectanda. 10. quæſt. 2. hoc ius, de offi.cuſtod. c. 1. & eſt expreſſum. ff.de leg. 1. l.legato. in princ. vbi de hoc. 3 ff de auro, & argento leg. qui lancem. C. de dona. ſi quis argentum §. ſi vero. & § ſequen. cum ſimilib. vide de cenſib. quanto. in 3 glo. & de fil. presbyter. litteras. in vltima glo. Et poteſt dici, ꝙ in ſpeciebus, & artificijs medium inſpicimus, vt not. ff. manda. l. fideiuſſorem. & ſic intelligantur illa iura. In quantitatibus autem inſpicimus, quod eſt minimum, ut ſupra dixi: & in prædict. l. fideiuſſorem. & ff.de leg. 1. apud Iulianum. §. ſcio ex facto. quæ videtur contraria ad ſupradictam ſolutionẽ: nam ibi legato fundo, ſi duos fundos habebat teſtator, debetur minimus ſi non apparet de quo ſenſerit: ſed ibi non erat medium. Et aduerte: quia viliſſimum hominem habere non expedit: & ideo legato, uel promiſſo homine, mediocris debetur, ut in prædic. l. legato. Sed viliſſimos nummos habere nobis expedit. vnde etiam bagatinos, ut in prædicta l. nummis. & vile triticum, ut in præd. l fideiuſſorem. & ideo in his debetur minimum. Item habet locum hæc regula in pœnis, vt infra eod. in pœnis. vt ibi dicam.

1 Idem hic Dynus per modũ obiectionis. Io. Andr.

2 Vide qđ poſt Dynũ dicã ĩ. eod. inſpicimus. ĩ text. & ſup ſ. gl. Ioan. And.

3 Et diſtinctionem ibi poſitam plene proſequtur hic Dy. tractans & plene qñ in ↄtractibus, & qñ in delictis locũ hẽt hæc regula, &c. Io. And.

EVm qui certus.] Caſus poteſt figurari primo ꝑ c. ſi duob. de app. & per l. 1. in fi. ff. de act. empt. & vend. Dicitur in illo c. ſi duobus. ꝙ duo litigabant coram epõ Pictau. vel eius officiali: qui tulit ſententiam diffinitiuam in cauſa huiuſmodi: à qua ſententia ambæ partes appellauerunt (quod poteſt fieri: quia forte reum condemnauit in principali, & ipſum abſoluit ab expenſis: & ſic actor appellat, eo ꝙ iudex reum nõ cõdemnauerat in expenſis: & reus appellauit, eo ꝙ iudex eũ cõdẽnauerat in principali:) Vnde appellauit ad archiepm̃ Burdegalen. alius ad Papam: Ille qui appellauit ad Papam appellationem ſuam reuelauit coram Papa, alius coram archiepõ: Iſte qui reuelauit appellationem ſuam coram archiepiſcopo Burdegalen. fecit citare ſuam partem aduerſam, & archieps̃ ſciebat ꝙ ipſa pars aduerſa appellauerat ad Papam: Hoc non obſtante: quia ipſa pars non comparuit, archieps̃ illam excommunicauit: vtrum valeat ſententia archiepĩ? Reſpondet, ꝙ non: quia ex quo ſciebat talem appellaſſe ad Papam: & ſic ad maius tribunal, non erat amplius certiorãdus; ſecus ſi ignoraſſet. Ex hoc colligit̃ quid prodeſt mittere exoniatorem: qa ſi aliquis fuit exoniatus, & iudex faciat proceſſum contra impeditum, & exoniatum, non valet proceſſus: aliàs ſi non miſiſſet exoniatorem, teneret proceſſus: ſed poſtea probato legitimo impedimento veniret reſcindendus. c. venerabilibus. ſup. de ſent. excom. eod. lib.

REG. XXXI.

EVm [b] qui certus eſt certiorari vlterius nõ oportet.

† Not. hãc regu. ꝙ vbi dat ſcientia & certitudo ibi denũciatio non eſt neceſſaria, de qua vide plura hoc loco ꝑ Phil. Franc.

¶ Item in l 1. ff. de act. emp. dr̃, ꝙ ſi quis vendat mihi aliquã rem debentem ſeruitutẽ, vel alia onera, dẽt me emptorem certiorare de oĩbus oneribus ordinarijs: aliàs poſſum agere ↄ ipſum quãto minus fuiſſem rem ipſam empturus. Sed qđ, ponamus, ꝙ ego ſciebã onera illius rei: & ꝙ res ipſa debebat illã ſeruitutẽ: & venditor nõ me certiorauit: vtrũ poſſim agere ↄ venditorem actione ex empto, vt reſtituat mihi partem pretij, quãto minus fuiſſem rẽ empturus ſi me certioraſſet de illis oneribus? Rñdet, quòd non: qa qui certus eſt, certiorari non dẽt. 1 Glo. arguit de c. cum inter vniuerſas. ſup. de elec. vbi dr̃, ꝙ licet canonicus ſciat mortẽ pręlati, tñ eſt vocãdus, vt ponamus ſic: Eccleſia Pictau. vacabat per mortẽ, vel renunciationem: ſcio illam vacationem: non compareo ad electionem: etiam canonici non vocauerunt me: certum eſt, ꝙ poſſum proſequi contẽptum: & licet ſim certus, tamen ſum ad hoc certiorandus: Rñdetur, ꝙ non ſum certiorandus de vacatione, vel morte prælati. cum ſciam illam vacationem; ſed ſum certiorandus de die aſſignata ad electionem faciendam: ideo abſentes ſunt vocandi ad electionem, licet ſciant vocationem.

[Prima gloſſa primo ponit exempla. Secundo ſupplet de illo, qui certus eſſe debebat. Tertio tractat de canonico, qui ſciebat eccleſiã vacare: & allegat concordantias ad regulam: Quarto arguit ad quæſtionem.]

b ¶ Eum qui certus eſt.] 4 pone caſum. 11. diſt. ca. vlt. ver. ſæpe. dilectionem tuam, & s ſupra de appel. ſi duobus. In archiepiſcopo, qui ſciens illum excommunicauit, qui appellauerat ad Papam. ff. de act. empt. & vend. l. 1. in fine. In eo qui ſciebat rem quam emebat ſeruitutem debere, quia non aget ex empto quanto minoris, 5 vt ibi. & facit ſupra eodem, ſcienti, & quod ibi dixi, & not. ff. eod. tit. nemo videtur, & quod ibi dicit. qui certus eſt, ſubaudi, vel eſſe debet: nam non eſt neceſſarium ſingulorum auribus intimari, quod eſt publice promulgatum. 16. diſt. quod dicitis. de poſtulat. prælatorum, c. 1. ff. de inſtit. ſed & ſi pupillus. licet autem canonicus, qui certus eſt de morte epiſcopi, de ipſius morte non debeat vlterius certiorari, ut ſupra, de electio. cum inter vniuerſas. tamen citari debet ad electionem faciendam, ut not. Bernard. in dicta decreta. cum inter vniuerſas, quod verum puto: nam qui certus eſt, vt homo, certioratur, vt iudex. 2. q. 1. multi. & interdũ certus, adhuc certioratur ad cautelam, vt in prædicto cap. 11. diſtinct. ca. vlt. & concilium indiſtincte dicit abſentes vocandos qui

4 Dyn. ponit exẽplũ per l. 1 ff de ędi. edict §. aiunt. & §. ſi intelligatur. & l. ſi tñ. §. ei qui ſeruum, vbi emptor ſi ſcit. vel ſcire dẽt rei vitiũ, per venditorẽ certificandus nõ eſt. Io. Andreas.

5 Qñ venditor debet emptorẽ de ſuitute certificare, textus eſt. & Bart. ff. de euictio. Phĩlip.

qui ſunt in loco,& c.de elect. quia propter. præterea licet ſciat eccleſiam vacare, diem tamen aſſignatam ad celebrandum electionem ignorat : & ideo vocandus[1] eſt,& dies notificandus. argu.ff.de adul.l.denunciaſſe. Concordat ad hanc regulam ſup.de reſcri.ab excommunicato. ibi, qui de facto ſuo certus, &c.& de loca.& condu. potuit. ibi dies ſtatuta interpellari ſine alia hominis requiſitione, vt ſupra eo.lib.de electio. cupientes. circa principium, ibi, vel poſt obtentam de ipſorum electione notitiam, &c. Et hæc eſt regula in argumentum ad quæſtionem qua quæritur, an is,qui ingreſſus religionē in fine anni exiuit, ſi iterum eandem religionem ingrediatur, an debeat habere annum : & ſatis videtur, quòd non, per hanc regulam : niſi conditio perſonæ, vel religionis mutata eſſet. & hoc tenet Barth. Brix. in quæſtionibus ſuis, in quæſtione quæ incipit: Aliquis intrauit monaſterium.[Eſt venerialis 68. & idem Guilel. in Spec. de ſtatu monachorum, verſ. 38. & vide quod ibi dicam.

1 Vocãdus ē vt eligat: vbi.n. vltra ſcientiā requiritur factum alicuius, ei denūciandū eſt. Bar.l.2.§ ſi. ff. ſolu.ma. Phil.

¶ Idem.

REG. XXXII.

NOn licet [a] actori, quod reo licitum non exiſtit.

ADDITIO. Qui ſciebat rem quam emebat, ſeruitutem debere : non aget ex vendito quanto minoris, vt tactum eſt circa princi. huius glo. Si vero ignorabat, agit,etiam ſi venditor ſciens ſeruitutem vel vitium, dixit ſe nolle teneri nomine ſeruitutum,vel vitiorū: hoc enim generale pactum non trahitur ad illa quæ venditor ſciuit,ff.de actio. empt. & vend. l.hoc autem. & facit quod ibi not. Dynus. & dixi poſt Vinc.de pœnit. & remiſ.cum infirmitas,in fine.& vide in Specu.de empt. & ven.§.videndum.verſi. quid ſi venditor equi. & verſ. ſequen. Aduerte. Dynus ſignans l. denunciaſſe. ſupra alleg. ff. de adulter. pro contraria ad regulam : ſoluit quod in his quibus neceſſaria eſt denunciatio,non ſufficit ſcientia, vbi vero ſola ſcientia eſt de ſubſtantia, non requiritur denunciatio, &c. Ioannes Andr. Philippus Francus.

NOn licet actori.] 2 Caſus in hac regula poteſt figurari per cap.prudentiam.ſupra de mutuis petitio. in antiq. Ponamus, quod à ſede Apoſtolica impetraui reſcriptum delegatorum ad aliquos iudices in cauſa, quæ ſperabatur moueri inter te, & me:& fuit commiſſa cauſa ipſis iudicibus cum clauſula, remota appellatione:Coram eiſdem iudicibus conueni te:& obtuli libellum meum. Cum reſtaret per te, reum reſpondere meo libello, voluiſti me reconuenire : & obtuliſti mihi libellum reconuentionis : lite conteſtata in tua cauſa reconuentionis, & concluſo & renunciato in cauſa, iudex tulit ſententiam diffinitiuam contra me ad tuum commodum, & vtilitatem, volui appellare : vtrum poſſim, & an ſit appellationi meæ deferendum? Reſpondetur, quod non : quia non debet licere actori quod reo licitum non exiſtit.

2 Io. An.& Phil. dñt captum in habitu laicali cōtinue geſto producentem litteras,quib[9] vocatur clericus & canonic[9]: nō probare clericaturam. Alber. in l. non debet, ff. eo. contra: ſecus ſi habitū clerici non geſtaſſet. ex litteris. de tranſ.

[Prima glo.dicit primo vnde ſumpta:& ponit exempla : Secundo dicit,quare formatur regula. Tertio ponit quaſdam differentias.]

a ¶ Non licet actori.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l.non debet actori. Pone caſum 4.q.4. cap. 2. ibi,accuſatores, & accuſati æqua audiantur ratione, ſupra, de mu.peti.prudentiam,vbi remotio appellationis prodeſt reo vt actori.ad hoc, C. de prox.ſacr.ſcri. in ſacris 3. §. quoniam. lib. 12. [Dynus ponit exempla ſi reus poſt publicationem atteſtationum non producit teſtes. Item poſt litis conteſtationem non reuocatur procurator : ergo nec actor. in authen. de teſt. §. illud coll. 7. ff. de procur. poſt litem.] Et facit ad hanc regu. ſupra eod. in iudicijs.& quod ibi dixi. Formata autem fuit hæc regula per hunc modum : quia fauorabiliores ſunt rei,quàm actores : vnde ſi quid actori licet,multo magis reo,qui fauorabilior eſt, vt ſup. eo. ti.cum ſunt.

ſed ea ratione qua parilitas eſt ſeruanda in iudicijs, vt in prædi.l.in ſactis.& ſupra eo. in iudicijs. intelligatur idem iuris,& econuerſo, vt non liceat reo, quod non licet actori. Nota tamen, q reus maiores habet dilationes,quàm actor,vt ff.de fer.l.vl.& reus hēt deliberatorias, & non actor, vt in auth. C. de lit.conte. auth.offeratur.ca. conſtata 3.q. 3. offeratur. Itē ſi reus plures hēt ordinarios, actor eligit vnum : [3] ſaluo eo qđ de ſcholaribus dr̄ in conſtitutione Friderici, C. ne ſi. pro patre. authen. habita. & ſic actor recuſet ordinariū : quod non pōt reus, ſ'm leges.de hoc C.de iu. apertiſſimi. & C. de iur. omn. iud. l. nemo. ſed ſecundum canones bene recuſatur ordinarius, 11.q. 1. peruenit.de fo.comp.ſi quis contra clericum. ſecundum formam decret. de appel. cum ſpeciali. adhuc remanet differentia quo ad hæc: quia in prędicto caſu actor vnū eligendo [4] reliquum ſola voluntate recuſat,quod non poteſt reus : [5] immo neceſſe habet cauſam allegare,& coram arbitris probare,vt in prædi.decret.cum ſpeciali. & à principio habet proponi exceptio de ſuſpecto, de hoc plene 3.q 3. offeratur.de re iud. inter monaſteriū. Ex ſuperuenienti autem cauſa recuſatur per actorē, & reum.de offi.deleg.cauſam quæ & c. inſinuante.cum ſimil. Item reus de maiori excōmunicatione excipit contra actorem,ſed non actor contra reum.de iud. intelleximus.de exc.cum inter priorem. Item magis punitur contumacia actoris,quàm rei.quod probatur ſupra, de do.& contu.cauſam quæ.& ſupra,eo.tit. actor, qui. & idē in ſimilibus. Et not.quòd ſi reus vult ſe onerare ſuperflua probatione,mos ei gerendus eſt, vt ff.de prob.l. circa,& facit hæc regula.

¶ Idem.

REG. XXXIII.

MVtare [b] conſilium

3 Iſtud eſt regulare per l.cū clerici. C.de epi.& cler. glo. in ver. eligat. cum not.ſ. de off.dele. l.3. ff.de eo q cer. lo. Phil.

4 Vel delegatum impetrando recuſat ordinariū,ſ'ū & quando que reus īpetrat. ſu. de reſcri.cęterum, & ibi dedi cōcor.in prin. Io. And.

5 Et ſic eo caſu fallit regula. ff.e. omnis definitio. in prin. Io. A.

MVtare.) Caſus in hac regula poteſt poni primo per c.publicato.de elect.in antiq. Vacante eccleſia Pictauen. canonici illius eccleſiæ ſtatim conuenerunt in vnum pro electione futuri paſtoris celebranda:& ordinauerunt, q ipſi procederent ad electionem prælati per formam ſcrutinij : & elegerunt duos vel tres ſcrutatores ad recipiendum vota ſingulorum: ſcrutatis votis,& publicato ſcrutinio, aliqui canonici videntes ſe deceptos ob aliquam cauſam, volunt recedere à ſua deliberatione,& volunt mutare conſilium : Quæritur an poſſint? Certe non:& hoc per rationem huius regulæ:quia quis mutare conſilium non poteſt in detrimentum alterius. [6] Item poteſt figurari per l. per fundum, ff. de ſer. ruſti. præd. ponamus,q ſint plures habentes aliquem fundum communem, qui volunt imponere aliquā ſeruitutē ſuper ſuo fundo: certum eſt, q antequā valeat impoſitio ſeruitutis,requiritur,quòd omnes cōſentiant in impoſitione ſeruitutis. Sed ponamus,quòd aliqui iſtorum conſenſerunt in impoſitione ſeruitutis: cum poſtea dominus ſperaret habere conſenſum aliorum,primi volunt mutare ſuum conſilium, & alij poſtea conſenſerunt: vtrum poſſint mutare ſuum conſiliū in præiudicium fundi dominantis? Dicitur ibi,q non, per rationem iſtius regulæ.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla & remittit ad regulam, quod ſemel. & ad caſus ibi exceptos,alium addens.]

b ¶ Mutare.) hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eod.tit.nemo poteſt mutare. Pone caſum in electione. 8.q.2.dilectiſſimi,ſupra,de ele.publicato,& c. ab eo. lib. 6. In eo qui ſeruitutem ceſſit,qui mutare non poteſt, licet nōdum ſocij ceſſerint,ff.de ſeruit.ruſti. pdio.l per fundū. ad idem C.de neg.geſt.l.vlti.ff. quorū lega.l. 1.§.,pdeſt. Illa igitur regula ſu.e.quod ſemel.intelligitur ſ'm iſtā,ſ. qū ex mutatione voluntatis, vel placitis alteri impedimentum vel detrimentum affertur, vt dixi: & fallit in caſibus ibi no. Item fallit in ſuo hærede abſtinente, vel

ſepa-

repudiante: qui re adhuc in eodem ſtatu manente adire poteſt vel tempus ad deliberandum petere, C. de repu. hære. l. vlt ff. de iur. delib. ſi quis ſuus. [f] { Eodem modo reſpondetur ad l. ff. de col. bo. nonnumquam.] Et facit hæc regula ad ea quæ not. ſup. de ele. in cauſis. [a] { In alterius, &c.] à contrario [3] vbi alteri nõ præiudicatur, licet mutare. Et ſic facit ad quæſtionem domini mei, quam ſcripſi ſupra eod. lib. de renunc. cap. 2. in glo. exquiſite. in fi. Ioan. Andr.

[f] Gl. ſequitur Phil.

[3] Hæc glo. de nouella Ioan. And. huc eſt tráſlata.

quis non poteſt, in alterius [a] detrimentum.

¶ Idem.

GEneri. Caſus poteſt primo figurari per cap. ſtuduiſti de offic. leg. Sed pro intellectu iſtius caſus eſt primo præſupponendum, quod legatus de latere, vel etiam alius legatus Papæ, habet ordinariam iuriſdictionem in prouincia ſibi decreta, & concurrit cum quibuſcunque ordinarijs illius prouinciæ: ita quòd poteſt adiri etiam in prima inſtantia.

CASVS. Ponamus, quod cum eſſet in regno aliquis legatus Cardinalis qui dicitur legatus de latere, & haberet ordinariam iuriſdictionem in tota prouincia ſibi decreta, Papa delegauit aliquam cauſam inter te, & me epõ Piſtauen. quæritur. vtrum iſte legatus de cauſa poſſit ſe intromittere: quia erat talis cauſa in qua qualibet poterat eſſe actor, & reus? Reſpondetur, quod ipſe legatus non poteſt ſe intromittere: quia ſuæ generalitati derogatur per ſpecialem delegationem.

¶ Item poteſt poni caſus per l. ſanctio legum. ff. de pœnis. Ponamus, quod à principe emanauit aliqua lex, per quam generaliter imponitur pœna omnibus contrafacientibus, vel contrafacientes puniuntur ad arbitrium iudicis: Aliquis fecit contra aliquam legem antiquam, quæ imponit ſpecialem pœnam: vtrum illa noua pœna, quæ imponitur per legem nouam, extendatur ad legem antiquam, quæ habet ſpecialem pœnam? Reſpondetur, quod non: quia quis duplici pœna puniretur. Item quia generi per ſpeciem derogatur: & ideo delinquens incurrit pœnam ſpecialem, & non generalem.

¶ Pro declaratione huius regulæ opponitur de c. ex parte de off. dele. in anti. vbi eſt textus, quod Papa mandauit alicui. vt mihi prouideret de tali archidiaconatu in tali eccleſia proximo vacaturo, in qua eccleſia erant plures diaconatus: poſtea quidam alius à ſede Apoſtolica impetrauit reſcriptum, & gratiam, per quam mandabat Papa cuidam executori, vt ſi talis vellet reſignare ſuum archidiaconatum, reciperet illam reſignationem, & illi pro quo ſcribebat, conferret archidiaconatum; & ſic pro illo Papa ſcribebat in ſpecie, & pro me ſcribebat generaliter: & tamen ibi dicitur, quod ſi vacet archidiaconatus per reſignationem, debetur mihi, & non illi pro quo ſcriptum eſt in ſecundo loco: licet ego haberem generalem gratiã, & iſte ſpecialem. Item arg. de c. cum ordinem. de reſcri. iuncto c. veniens. de præſcri. & c. ex tua. de fil. presby. in anti. [3] Pro ſolutione iſtorum contrariorum reſpondet glo. quòd iſta regula primo fallit in priuilegijs, vt ſi alicui concedatur priuilegium generale: poſtea concedatur cuidã alteri priuilegium ſpeciale contra illud priuilegium generale, non valet priuilegium ſpeciale, niſi faciat mentionem de generali. & ſic iſta regula non habet locum in priuilegijs: ſed hẽt locum in reſcriptis. Sed adhuc in reſcriptis fallit, ſi reſcriptum generale venit purificandum in ſpecie, vt in c. ex parte. de offic. deleg. vt in primo contrario, litteræ generales erant purificandæ in primo archidiaconatu: & primus non erat conſecuturus plures archidiaconatus, ſed vnum tantum. Et ſic proprie non eſt exceptio ab illa regula. Item in c. ex tua. de fil. presbyter. in antiq. dicitur, quod Papa conceſſerat priuilegiũ alicui epõ, vt ipſe eps poſſet diſpenſare cum filijs ſacerdotum, vt ipſi licite poſſent tenere eccleſias, in quibus ſui patres adminiſtrauerunt immediate: videlicet, vt filius poſſet habere illam eccleſiam quod eſt contra ius: quia filius quantumcunque legitimus, non poteſt tenere eccleſiã ſui patris: ſed eps (vt dictum eſt) habuerat priuilegium vt ipſe poſſet diſpenſare cum iſtis: Accidit quod antequã eps vteretur ſuo priuilegio, acceſſi ad Papam, & notificaui domino Papæ, quod talis filius tenebat eccleſiam, in qua ſuus pater immediate miniſtrauerat, quare petebã, & ſupplicabã, vt Papa de illa eccleſia dignaretur mihi prouidere: vnde Papa dedit mihi executorem, cui mandauit, vt ipſe conferret mihi illam eccleſiam: dicitur ibi quod ſi epiſcopus diſpenſauerat cum filio antequam vterer litteris meis, quod meus executor non poterit vti ſua iuriſdictione: & tamen litteræ meæ erant ſpeciales, & priuilegium epiſcopi generale, & generi per ſpeciem non derogatur? Reſpondet gloſſa, quod iſta regula etiam fallit iſto caſu, quando virtute generalis poteſtatis eſt proceſſum ad diſpenſationem: ideo ſi antequam epiſcopus diſpenſaſſet præſentarem litteras meas, & cœpiſſem illis vti: tunc per meas litteras, quæ ſunt ſpeciales, eſſet derogatum illi priuilegio generali.

REG. XXXIIII.

GEneri [b] † per ſpeciem derogatur.

† Iſta reg. non procedit in ſpecie ſubiectiua: quia illa exemplĩ cauſa poſita videtur. Bar. in l. quæſitum. §. vl. ff. de fun. inſtr. Itẽ regula non procedit vbicunque per genus quæſitum eſt ius parti irreuocabile. l. ſingulariter, C. qui potiores.

{ Prima gloſſa dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: Secundo dicit in reſcriptis loqui regulam non in priuilegijs, & cauſam reddit. Tertio ſignat contrarium, ſoluit, & remittit, & ponit dictum glo. quod tres caſus excipit. Quarto not. duo, & ad ſecundum ſignat contrarium, & ſoluit.]

[b] { Generi.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. ti. l. in toto iure. Pone caſum 93. diſt. c. vlt. in diacono, qui eſt minor presbytero niſi in illo ſpeciali c. in quo obtinet vices epi. Item ſ. de offi. leg. ſtuduiſti. vbi de cauſa cognoſcit delegatus ſpecialis. non legatus generalis. ff de pœnis, ſanctio legũ, quæ nouiſſime certam pœnam generaliter irrogat his qui legis præceptis non obtẽperant: ad eas ſpecies pertinere non videtur, quibus ſpecialiter. ipſa lege pœna addita eſt concor. ff. de leg. 3. l. vxorem. §. codicillis. ſupra, de reſcri. paſtoralis. § 1. & de hoc eo tit. c. 1. & 25. q. 2. in ſumma. Hæc regula habet locum in reſcriptis, ſiue primum ſit generale, & ſecundum ſpeciale, vt in prædicto c. paſtoralis. ſiue primum ſpeciale, & ſecundũ generale, vt eo. ti. abbatem ſiue eodem tempore datum ut generale, & ſpeciale ad hoc ſup. eo. li. de reſcri. c. pen. de reſcripto autem ſpeciale non tollit priuilegiũ generale, vt eo. tit. cũ ordinẽ. quod eſt ſ.: niſi de ipſo priuilegio fiat mentio in reſcripto, vt ibi voluerũt quidam huius regulæ dictum extendere ad priuilegia, vt ſecundum ſpeciale deroget primo generali: ſed hoc eſt falſum, quia ſemper valet primum, ſiue ſit generale, ſiue ſpeciale, ſi in ſecundo non tollatur expreſſe, ſup. de pſcr. c. veniens. ſ. eo. decret. cũ ſuis ſi. Rõ diuerſitatis eſt: quia per primum priuilegium etiam generale, conſequitur quis ſtatim plenũ ius: ſed per primũ reſcriptũ generale non conſequitũ quis plenã iuriſdõnẽ in ſpeciebus. de reſcri. paſtoralis. & ad hæc. & iõ ſtatim tollitur facilius. Contra. ſ. de offi. deleg. ex parte. vbi ſecundum ſpeciale, non derogat primo generali: ſed ibi ſi bene intueamur, vtrũque fuerat ſpeciale: & dic, vt ibi [3] { Et vt dixi in prædicta decre. ſ. de reſcr. ſuper ſi. vlt. gl.] Notauit igitur Goff. ſup. de off. leg. c. 2. quod hæc regula fallit in tribus caſibus. In priuilegijs, vt de reſcr. cum ordinem. & cum genus ad vnicam rem refertur, vt in hac decret. ex parte. & cum ſpeciales litteræ non exhibentur re integra. ſup. de fi. presby. ex tua. Nota ex hac regula, quod nõ tantum valet genus quo ad ſpeciem quantum ipſa ſpecies. ad idem ſup. de appel. c. 2. eo. lib. de procur. qui ad agendum. ff. ſi quis cau. ſed & ſi. § quæſitum. cum ſimi. de hoc 83. diſt. quamquam. de off. ordinar. ſi ſacerdos. Item nota, quod licet per ſpeciem generi derogetur, vt hic, & ſ. eo. lib. de præben. dudum. tamen ſpecies ſub genere bene continetur. 83. quæſt. 2. non æſtimemus. &

Tenor l. ſanctio legum ff. de pœn.

Priuilegiũ ſpeciale nõ tollit generale: niſi de eo expreſſe mẽtio fiat.

[3] Dic licet primũ erat gñrale verbis, erat ſpẽciale effectu. ad hoc l bo ues. §. hoc ſermone ff. de ver. ſi. l. non poteſt. eo. ti. & eſt generale, vbi habens ſpeciẽ non vtitur ſpecie. l. adoptio. ff. de adoptio.

& ꝓ dicta decre. dudum. & optime. ff. de l. 3. hos legatum. vbi generale verbũ, quæ vxoris cauſa parata ſunt, ſingulas cõtinet ſpecies. & ff. quæ in frau. cre. l. vlti. §. 3. & ff. eo. tit. l. ſemper in generalibus ſpecialia inſunt. Contra. ff. de donat. l. filiuſfamilias. vbi dicitur, ꝙ ſi filio conceſſum eſt donare, non poteſt mortis cauſa donare: niſi id ſpecialiter fuerit ꝑmiſſum: & ſic genera ſi verbo, donatio, ſpecialis donatio mortis cauſa non continetur, quę ſpecies eſt, vt Inſtitut. de dona. in prin. & eſt ſpeciale,

† Regula ꝓcedit ſi affirmatiue ꝓferat: ſi negatiue, dic vt per Bar. l. 1. ff. de verb. ob. Phi.

¶ Idem.

REG. XXXV.

PLus [a] † ſemper in ſe continet quod eſt minus.

quòd ibi non tantum valet genus quo ad ſpeciem quantum ſpecies, vt ſup. dixi, & poteſt eſſe ratio: quia de his non videtur actum vel cogitatum. C. quæ res. pig obli. poſ. l. 1. vel quia quandoque genus, vt proprium attribuitur ſpeciei. ff. de adoptio. l. 1.

ADDITIO. Dynus qui materiam huius regulæ, generi, &c. ſatis plene hic notauit, dixit eam amplificari poſſe in legatis, in ſubſtitutionibus, in contractibus, in legum latoribus, & in reſcriptis. quem vide. Ioan. And.

PLus ſemper.] Caſus in hoc c. figuratur primo ꝑ c. ſi quis dederit. 24. q. 1. vbi dicitur, ꝙ inter ſcholaſticos erat controuerſia, quæ pęnitentia eſſet imponenda pro certo crimine, de quo in dicto c. Aliqui dicebant, quòd erat imponenda pęnitentia v. annorum. alij vij. alij x annorum: Vnde Papa approbat opinionem illorum, qui dicebant, quod pro illo crimine, debebat imponi pęnitentia quinque annorum: quia illa pęnitentia imponenda plus, continet in ſe id quod eſt minus. Item figuratur caſus per c. 1. de arbi. eo. lib. Tu, & ego litigabamus ad inuicem: vnde compromiſimus in tres arbitros, qui cauſam examinauerunt: & concluſo, & renũciato in cauſa, ipſi tulerunt diuerſas ſententias, nec poterant concordare in vnam ſententiam: quia vnus te condemnauit in xl. alius in xxx. alius in xx. quæritur quæ iſtarum ſententiarum valeat? Reſpondet, quòd ſententia illius quæ condemnauit te in minori ſumma. i. in xx. quia omnes alij vidẽtur conſenſiſſe in illam ſummam: & hoc per rationem huius litteræ: quia in maiori ſumma minor ineſt.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla, & commentat duas aliàs regulas: Secundo ſucceſſiue ſignat duo contraria, & ſoluit. Tertio ponit caſum exceptum, & exponit, de quo pluri intelligatur regula.]

a ¶ Plus ſemper. 1] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. titu. in eo, ꝙ plus. Pone caſum 24. q. 1. ſi quis dederit. vbi quidam imponebant pęnitentiam x. annorum, alij vij. alij v. & ibi canon hanc vltimam ſequitur. Item in arbitris pronuntiãtibus quilibet diuerſo numero. ſ. eo. lib. de arbit. c. 1. & ff. de arbi. l. diem. §. ſi plures. & facit inſti. de ſeru §. actus. vbi qui actum habet. ſ. ius ducendi hominẽ vel iumentum, vel vehiculum, habet, & iter: ſed non econtrario. Et eſt hæc regula ratio quare in obſcuris ſequimur minimum: quia plus, continet in ſe minus: ſed non econtrario, vt dixi ſup. e. in obſcuris. Et concor. ad hanc regulam ĩ. eo. cui licet. Contra ſ. e. lib. de ꝑben. cum in illis. §. vlt. vbi dicitur, ꝙ ſi mandatur prouideri de bñficio quod ſpectabat ad collationẽ capituli: non adiecto communiter vel diuiſim, non poteſt prouideri de bñficio quod ſpectabat ad collationẽ alterius de capitulo. Sol. Illud facit forma mandati, & intentio ſcribentis, qui alterum ſolum grauare non intendebat. Item contra hanc regulam, & illam ĩ. eo. cui licet. & illam ĩ. eo. quod ob gratiam. & ĩ. eo. in toto. & ſ. eo lib. de præben. cui de non ſacerdotali. vbi ſi mandatur alicui prouideri de ꝑbenda integra, etiã eo volẽte, ſibi non poterit de dimidia prouideri: vel ſi mandatur prouideri de ꝑbenda certi valoris, de ꝑbenda minoris valoris, etiã eo volente prouideri non poterit. Ibi in ſine patet ſolutio quia id facit forma mandati, quæ exacta diligentia eſt ſeruanda, vt ibi. Item fallit hæc regula in caſibus, vbi requiritur ſpecialis expreſſio: vbi genus quod plus eſt, non continet ſpeciem quod minus eſt, vt dixi ſup. regula proxima. Et nota, quòd hæc regula locum habet in eo. quod eſt plus quantitate: quod enim plus eſt, vtique tanti eſt: ſed plus qualitate, non includit minus qualitate, vt dicam infra eodem, cui licet.

Dy. ponit exemplum per l. qui quartam. ff. de leg. 1. vbi ſi teſtator intendens legare quartam. legauit dimidiam, debetur quarta, q̃ ineſt: & ſi intendẽs legare quinquaginta, legauit centum. Item per l. 1. §. ſi ſtipulãti. ff. de ver. obl. Ioan. And.

Plus in qualitate, non includit minus in qualitate.

ADDITIO. Et ſic ſoluitur contrariũ de l. ſolemus ff. de iud §. latrunculator. vbi conceditur merũ imperium, & denegatur cognitio ciuilium. Nam illæ ſunt ſpecies diſtinctæ, vt not. ff. de iur. omn. iu l. imperium. & ſic vna conceſſa nominatim, denegata ſit altera, arg. C. de procur. maritus. Dyn.

† Io. An. q̃rit hic, an ſtatura recipiant interpretationẽ, vel extenſionem. vide eum, & Dynum de materia regulæ.

¶ Idem.

REG. XXXVI.

PRo poſſeſſore [b] † habetur, qui dolo deſijt poſſidere.

PRo poſſeſſore.] Caſus in hac regula figuratur multis modis: Primo ꝑ c ecclesia ſanctæ Mariæ ſ. vt li. pen. in ant. l ꝙ ſi dolo. ff. de rei ven. Tu poſſidebas rem quam aſſerebam ad me pertinere: non eſt dubium, ꝙ poſſum agere contra te rei vendicatione. Sed quid, ponamus, ꝙ tu deſijſti illam rem poſſidere dolo tuo, quia data opera ſcienter ad me fraudandum deſijſti illam rẽ poſſidere: numquid poſſum agere contra te rei vendicatione, & tecum agere, ſi adhuc poſſideres? Reſpondetur, ꝙ ſic: quia ꝓ poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere: ideo poſſum reconueniri vtili rei vendicatione. & in ea veniet reſtitutio rei, ſi poſſis rem recuperare a nouo poſſeſſore. Si autem reſtitutio non ſit poſſibilis iudex tę condemnabit ad æſtimationem rei: quæ æſtimatio fiet per iuramentum meum: verumtamen ſi taxauero exceſſiue, iudex poterit reſtringere taxationem meam etiam poſt iuramentum, quia illud iuramentũ, eſt iuramentum affectionis: quia iurabo, ꝙ nollem carere illa re pro decem ſcutis, & non eſt iuramentũ veritatis: ideo non poſſum redargui de ꝑiurio: ſed ſi eſſet iuramentum veritatis, iudex nõ poſſet amplius reſtringere illam taxationem vel reſecare, vt in authen. poſita ſup l. ꝓperandum. C. de iudi. Item poteſt caſus figurari ꝑ l. ſed, & ſi § quod ait. ff. de petit. hære. Poſſeſſor ꝓ hærede dolo deſijt poſſidere: certe poteſt conueniri, ac ſi adhuc poſſideret: ſecus ſi non deſijt dolo poſſidere, ſed caſu fortuito res perijt: & hoc verum, niſi eſſet in mora reſtituendi, vt in fine.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo dicit regulam intelligi non taliter, ſed in tantum. Tertio dat ſimile, ſubdens de fictione. Quarto notat tria. Primo, hoc caſu quandoque iurari in litem. Secundo, regulam etiam in ꝑlato locum habere, tamen quoad propria. Tertio notat contra regulã: & de probatione remittens dicit illum verum in eo, qui à principio ſine dolo poſſedit.]

b ¶ Pro poſſeſſore.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. qui dolo deſierit. & l. non parem eſſe & l. ad ea. §. ſemper Pone caſum ſ. vt lit. pend. eccleſia ſanctæ Mariæ. ff. de rei vendi. ꝙ ſi dolo. & l. ſi autem. §. ſed & is. vbi conuentus rei vendicatione, ſi dolo deſijt poſſidere hr̃ pro poſſeſſore. Idem in conuento petitione hæreditatis ff. de peti. hære. ſed, & ſi. § qđ ait. & §. ꝑinde inquit. Idem in conuento noxali. ff de noxa. ſi bonę fidei. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. 2. §. 1. Idem in conuento, ꝙ vi aut clam. ff. quod vi aut clam. l. ſemꝑ. §. antepen. & idem in ſimilibus. Hæc autem regula vera eſt quo ad hoc, vt in tantum teneatur qui dolo deſijt poſſidere, inquantum poſſidens: non tamen tenetur taliter: nam contra poſſidentem datur directa, hic autem datur vtilis, vt ff. de noxalib. l. electio. §. vltimo. [Et quia iſtæ non differunt in ſubſtantia, ff. de nego. geſt. actio. ideo affectualiter habetur pro poſſeſſore, Dynus. & vide quod no. in

Spec.

Specu. de interro. §. 2. versi. quid ergo si egi.] Quid sit dolus dixi supra, eo. tit. scienti. Et est si. ad hanc regulã supra, de dolo & contu. contingit. vbi ille. qui causa rei seruandæ non potest adipisci possessionem ob dolum, vel potentiam rei, elapso anno efficitur verus possessor, ac si possedisset corporaliter. ad idem ff. de dolo, & eleganter. §. si dolo. Et not. hic de fictione: quia ius fingit eum possidere, qui non possidet in veritate. & Imperator: Consentaneum nobis est, vbi nulla stipulatio fuit interposita, intelligi eam adhibitam. C. de rei vxor. act. circa prin. ad idem ff. de adopt. si arrogator. 16. q. 3. si sacerdotes. de transla. inter corporalia. & facit quod dixi supra, eo. sine possessione. Dicit tamen lex, quod per fictionem iuris veritas non confunditur nec deletur. C. de iure dot. in rebus. Et not. quod contra eum, qui dolo desijt possidere, & fecit vt non haberet possibilitatem dandi, iuratur in litem ad æstimationem rei: & ibi præcedit iuramentum, & sequitur iudicis taxatio, & est speciale: quia illud iuramentũ est de affectu, nõ de veritate. quod dic, vt plene no. ff. de in lit iurã. videamus. §. iurare. Itẽ not. quod hæc regula locum habet in priuato, & ẽt in prælato quo ad bona propria. Si autem ecclesia desinat possidere dolo prælati, non habet locum in ecclesia iste rigor: quia delictum personæ, &c. vt ĩ. eod. delictum. cũ suis concor. & hoc not. Ber. secundum Lauren. ĩ. vt lit. pen. ecclesia. 1. in vlt. glo. Item not. quod regula dicit, dolo: quia sine dolo tempore quo mota est lis, vel quo res iudicatur, desijt possidere, absoluitur, sup. de excep. aduersario.[1] ff. de rei ven. sin autẽ. circa prin. Sed si iterum incipiat possidere, & iterum agatur contra eum, nõ obstat exceptio rei iudicatæ, vt ibi dicitur. Si agens dicat reum dolo desijsse possidere: reus autem dicat, quod desijt sine dolo: quis habeat probare, quæri solet. de quo dic, vt not. per Ber. in prædi. decre. de excep. aduersario, & quod supra dixi, quod qui sine dolo possedit. Si autem à principio dolose possedit: puta, per vsuras, furtum, vel rapinam, vel simili modo: etiam si sine dolo possidere desijt: puta naturali interẽptione, vel casu, vel furto, vel violẽtia: nihilominus tenetur. su. de vsu. cum tu, de rap. super eo. & C. de fur. subtracto. ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. rectissime. & facit quod dixi supra, eo. mora.

betur, [a] qui dolo desijt possidere.

¶ Idem.

[a] ¶ Habetur.) quo[2] ad sui damnum, non quo ad cõmodum: vnde possessori cauetur, non ei qui dolo desijt. ff. de rei vendi. l. hæc si res. & l. is qui dolo. Ioann. Andreæ.

[1] Ibi dicit Ber. quòd si possideat tẽpore lit. cõtest. præsumitur dolo desiisse: nisi cõtrarium probet Dy. plus dicit hic. s. idem si post libellũ receptũ: vel si denũciauerat sibi actor se daturum libellum all. ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. 2. & quẽdam no. eo. Fulcinius. §. quod sit latitare, all. etiã l. si fundũ. C. de rei vend. & de eden. l. quædã. §. nihil. Io. And.

[2] Hæc glossula ex nouella Ioan. An. huc est translata.

Vtile non debet.] Casus primo figuratur per l. sancimus. C. de dona. licet quilibet sit moderator rei suæ, tamen iura volunt, vt quis non possit facere donationem vltra summam centum aureorum absque insinuatione, & donando immensè, ius pręsumit, quòd ibi sit aliqua circumuentio: ideo iura volunt, vt antequã fiat talis donatio, quod denuntietur iudici. Sed ponamus, quod donaui alicui summam mille aureorum: verum ista donatio annihiletur in totum, vel valeat in summa cẽtum aureorum quam possum donare? Respondetur, quod valeat talis donatio vsque ad summam legitimam, sed vltra non valet: & hoc per rationem huius litteræ: quia vtile non debet vitiari per inutile: quod verum est, quã vtile separabile est ab inutili. Item potest casus figurari per c. si quos. 12. q. 2. Dicitur ibi, quod eps, vel alius prælatus ecclesiæ, seruum ecclesiæ bene meritũ potest manumittere: licet manumissio sit alienatio: & prælatus ecclesiæ non possit alienare res ecclesiæ, maxime mancipia. Sed ponamus, quod prælatus ecclesiæ alicui seruo bene merito dedit libertatem, & vltra dedit sibi aliquam possessionem ecclesiæ: certum est, quod donatio illius possessionis ecclesiæ, non valet: sed vtrum propter adiectionem illius donationis inùtilis, vitietur manumissio? Respondet, quod non: & hoc per rationem huius litteræ: quia vtile non debet per inutile vitiari: quia manumissio erat vtilis: ideo non potest vitiari per adiectionem donationis rerum ecclesiasticarum, quæ est inutilis.

[Prima glossa ponit exempla: Secundo vltra tria exempla alleg. ad hanc partem Brocar. xxij. iura scilicet ix. can. iiij: decr. & ix. ll. Ad partem contrariam allegat tres can. 3. decreta. & 4. ll. ponit solu. Barth Brixien. demum plenius soluit, respondens ad contraria[1].]

REG. XXXVII.

Vtile[b] non debet per inutile vitiari.

[b] ¶ Vtile non debet.] Pone casum 12. quæst. 2. si quos de seruis. vbi eps manumisit seruum bene meritum, cui dedit vltra xx. sed illud amplius tantum reuocabitur, supra, de præben. dilectus. vbi confirmatur factum legati in vno capitulo, & non in alio. C. de dona. sancimus. vbi tenet donatio pro parte, & pro parte non tenet. Dynus ponit exemplum per l. si duobus. §. hæres. ff. de leg. vbi debetur legatum ad quod præstandum dãnatus est hæres, & non hæres.] Et not. quod hoc est Brocardicum: & pro hac parte faciunt iura supra inducta. ad idem 37. dist. turbat. & c. si quid veri. 1. q. 1. nonne Sodomitæ. & c. dominus declarauit, 12. q. 5. quia 17. q. 4. quæstio. 22. q. 4 inter cętera 23. q 4. quid ergo. de consec. dist. 4. si non sanctificatur. supra de arbi. cum tempore. de dona. Apostolicæ. & quod ibi not. de test. Raynutius. & c. Raynaldus. Instit. de inut. stipu. §. quod si quis. vbi stipulor mihi, & alij, tenet stipulatio pro dimidia, pro alia dimidia non. ff. de vsu. vsuras. vbi illicitæ vsuræ etiam mistæ sorti non vitiant sortem. & eo. tit. l. placuit. vbi stipulatus vsuras vltra modum licitum, vel vsuras vsurarum, licitas tantum petit, licet non vltra. & ff. de iu. do. l. siue generalis. vbi si generalis procurator, vel specialiter dotis dãdæ causa cõstitutus, amplius, quàm fuerint mulieris facultates promiserit: non valet ipso iure promissio in superfluo: sed vsque ad licitum modum bene. & C. de transact. si ex falsis. vbi transactio tenet pro parte, & pro parte non. C. de vsur. cum allegas. C. si cer. peta. si pro mutua. vbi pœnæ præmissio tenet vsque ad legitimam quantitatem vsurarum, & nõ vltra. & C. de secun. nup. hac edictali. §. si vero. vbi si vltra statutum modum relinquitur vitrico vel nouercæ, id quod plus est solummodo reuocatur. C. de liber. pręter. vel exhære. auth. ex causa. vbi dicitur ex causa præteritiónis, vel exhæredationis irritum est testamẽtum, quantum ad institutionem: cætera namque firma permanent:[3] per quæ, & similia probatur vtile per inutile non vitiari. Econtra, quod vtile vitietur per inutile, probatur 9. dist. si ad sacra. 23. dist. c. quorumdam. 3. q 9. puta. supra, de offi. dele. cum super. & c. super quæstionum, § si vero. de re iud. ad probandum. ff. de aqua quotidia & æstiua. l. 1. § item quæritur. ff. de arbi. l. Pedius. aliàs incipit, parui refert. vbi compromissum in seruum, & liberum factum, non tenet. ff. de transactio. cum hi. §. prætor. vbi requiritur totum vtiliter gestum. & Insti. quib. mod. tol. obligat. §. præterea. vbi prior stipulatio vtilis vitiatur prætextu sequentis nouationis, licet sit inutilis. Solu. dixit Bartho. Brixien. & hoc not. 3. q. 9. puta. quòd vtile per inutile vitiatur, vbi in iure id inuenitur expressum: aliàs non. Vel dic plenius, quod regulariter[4] vtile non vitiatur per inutile, vt hic patet: vides enim, quod hæc pars probandi, scilicet negatiua, hic ponitur pro regula, Habemus igitur stare regulæ, nisi specialitatis ratio, vel casus specialis cõtra regulam appareat, vt dixi supra, in rubrica. Est autem contra hanc regulam casualiter inuenire vtile vitiari per inutile, vt in contrarijs. Et est specialitatis ratio, quia vtile, & inùtile sunt inseparabilia,[5] vt vides in c quorundam. in decret. cum super. & in l. Pedius. & in decre. super quæstionum & in decreta. ad probandum. in l. Pedius. & in omnibus contrarijs probatur optime hæc solutio. ff. de aqua quotidia. & æstiua. l. 1. §. Trebatius. & §. itẽ quæri-

[1] Vltra Dy. hic declarãtem regulam; vide Phil. ponentem viij. limitationes, & lege Dominicum §. quod si qs. Inst. de inut. sti. & Panor. c. dilect. nu. 6. de præb. doct. c. turbat. cap. si quid. 37. d.

[3] Quia in illis filius nõ dehonestatur, sicut per institutionẽ extranei, & in appellatiõe cęterorũ cõtinentur fideicõmissa, tabulæ pupillares: dixi post Igneũ legẽ Picta auth. ex causa. C. de lib. præt.

[4] Idem Accur. in præall. l. Pedius. Sed dicebat Dy. solutionẽ non sufficere, nisi casuum exceptorum specialis ratio reddatur. Io. And.

[5] Idẽ Ioan. Mon. hic, & Phil.

quæritur. dicitur enim in §. Trebatius. ꝙ ſi habeo ſeruitutem ducendi ad aquam certũ numerum, pecorum, ſi plus ducam, ſuperflua poterit dñs remouere: & in § itẽ quæritur. dicitur, ꝙ ſi habeo ſeruitutem ducendi certã aquam per fundum tuum, & ego aliam aquam illi miſceo, quòd à toto potero prohiberi. Ratio ergo diuerſitatis eſt: quia pecora ſeparabilia ſunt, aqua mixta inſeparabilis: ideo in primo prohibeor ſolum à ſuperfluo, in ſecundo à toto. Item probatur optime. ff. de ædil. edi. l. plerumque. & l. ædiles. §. cum autem. & §. ſeq. vbi ſi difficilis eſt ſeparatio, redhibito vno, redhibetur & reliquum. ad idem. ff. de leg. 1. plane. in princ. ff. de verborum obligat. l. 1. §. ſed ſi mihi. & l. quæ extrinſecus. cum ſimilibus. Colligitur ſolu. ff. de vſur. l. pecuniæ. 1. reſp. in vlt. glo. & Arg. contra. ff. de dona. inter uirum & vxo. ſi ſponſus. §. 2. Sed illud ſpeciale donationum fauore. Item cõtra prædicta. ff. communia præd. l. proprium ſolum vbi ſi vendo proprium ſolum, ita vt mihi & vicino ſeruiat: mihi ſoli & non vicino ſeruitus acquiritur. & ff. quòd cum fal. tu. l. 1. § ſed Pomponius. vbi ſi verus tutor auctoritatẽ præſtitit cum falſo tutore, tenet ipſius ueri tutoris auctoritas. Et ideo ſubdiſtinxerunt quidam ſi vtile & inutile ſunt inſeparabilia, & vitium eſt in re: tunc uitiatur, vt ſupra dictum eſt. Si autem vitium eſt in perſona adiecta, tunc non vitiatur: & ſic intelligantur hæc contraria. Sed hæc ſolutio reprobari videtur per prædi. decreta. de offic. deleg. cum ſuper. & ideo poſſet reſponderi ad prædict. l. quod cum fal. tut. ff. ut ibi no. Bernar. Vel poſſet dici quod in illa l. verus tutor & falſus auctoritatem non ſimul, ſed ſeparatim præſtiterunt: & ideo cũ actus commiſcui non fuerint, vtile non habet per inutile ſeparari. Ad l. proprium. ff. communia prædi. bene fateor quòd ſeruitus eſt res indiuiſibilis: ſed ibi uendens ſeruitutem integram ſibi, & integram uicino acquirere voluit.[b] Seruitus autem uicini bene eſt ſeparabilis à ſeruitute uendentis: & ideo altera utilis per alterã inutilem non vitiatur. Ad leges autem ſuperius allegatas. ff. de arbi. l. Pedius. & ff. de tranſactio, cum hi. §. ſi prætor, dico quòd ibi non erant duo quorum alterum vtile eſſet, alterum inutile: ſed vnum ſolum, ſcilicet tranſactio ſuper alimentis in ſecũdo caſu inualida: quia non quæſierat prætor de omnibus quæ mandat orator. in primo caſu vnum fuerat compromiſſum, & non duo. Sed ad hoc vltimum eſt melior prima ſolutio. Videtur tamen fallere prædicta ſolutio in caſu. ff. de fideiuſſo. l. Græce. §. illud. vbi dicitur quòd ſi fideiuſſor obligatus eſt in duriorem cauſam quàm principalis omnimodo non obligatur: ſed ſecundum opinionem illam, quæ exponit omnimodo non obligatur, in eo ſcilicet quod excedit, non contradicit.

[b] Sed in l. Pedius. nõ fiebat in ſolidum compromiſſũ: quia tunc ſecus, vt in l. ſeq. ſed cũ ita. Io. An.

Ex eo non debet.] Caſus figuratur per l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſta. Pater meus inſtituit extraneum hæredem ſuum, ꝙ me filium ſuũ exhæredauit, tamen per ſuum teſtamentum legauit mihi aliquam rem: puta pratum, vineam vel domum: hæres ſcriptus poſt mortem patris adiuit hæreditatem: hæreditate adita conueni hæredem ſcriptum querela inofficioſi teſtamenti: ſuccubui in querela: quia hæres probauit quod commiſeram ingratitudinem erga patrem meum: volo poſtea capere legatum mihi relictũ in teſtamento: Reſpondet quòd non poſſum: quia nõ debeo habere legatum ex teſtamento quod niſus fui impugnare.

[Prima gloſſa ponit exempla: Secundo dicit tria debere concurrere: ſcilicet quòd perſeueret, ꝙ non ratione officij id faciat, & quod idem ſit capitulum. Tertio inducit concor. & ſimile. Quarto conuertit regulam.]

¶ Idem.

REG. XXXVIII.

Ex eo non[a] debet quis fructũ conſequi, quod niſus extitit impugnare.

[a] ¶ Ex eo non debet.] pone caſum in eo qui dicit decretales epiſtolas non eſſe auth. quia nullam debet pro ſe allegare. 19. diſt. ſi Romanorum. ad idem 8. diſt. quo iure. Item pone in eo qui impugnat compoſitionem, qui ex ea beneficium non conſequitur. ſ. de cenſi. cum olim. Item in eo qui impugnat teſtamentũ, dicens illud inofficioſum: qui ſi id improbe dixit & ſuccubuit,[c] quicquid ex teſtamento capiebat, perdit. ff. de inoff. teſta. Papinianus §. meminiſſe. ad idẽ 13. q. 2. quàm præpoſterũ. ſ. de teſti. præſentium. C. de ijs quibus vt indig. l. alia cauſa eſt. Et dicit lex: abſurdum eſt quẽ redire ad id qđ ſemel renunciandũ putauit. C. de reb. credi. ſi quis iuſiurandũ. Et facit ad hanc regulam. ſ. e. quod ſemel. & quod ibi dixi. Et qđ hic dicit: niſus extitit. dic cũ effectu, ſaltẽ quantũ in eo fuit: quia perſeuerauit: Si aũt ſimpliciter proteſtaretur, ſecus eſſet, vt intelligit Ber. prædict. decr. de teſti. pſentium. Idẽ ſi inciperet agere vel excipere, & deſiſteret ante ſnĩam,[d] vt probant prædictæ leges §. meminiſſe. & l. alia cauſa eſt. & hoc no. Ber. in prædicta decre. de cenſi. cum olim. [Et hic Io. Mo. allegat verba intelligenda cum effectu. de cleric. non reſid. relatũ, hæc allegatio non vr̃ bona: quia effectum non habuit q ſuccubuit, ſed intellexit effectũ ex perſeuerantia.] Et qđ dicit hæc regula, verũ intelligo niſi forte ex neceſſitate officij habuerit impugnare:[e] nã tunc proprio nomine fructũ conſequi poſſet. hoc probatur 3. q. 7. §. tria. & c. infames. verſic. ſi contra patrem pupilli. ff. de poſtu. l. vlt. ff. de iud. Iulianus ait. & melius. C. de admin. tu. vel curat. cum quædam, vbi filius præteritus à matre, tutor vel curator inſtitutus hæredis hæreditatem adeundo nomine pupilli ſibi non præiudicat. ad hoc ſ. eod. lib. de elect. c. pen. §. porro. Item licet quis impugnet ſententiam in vno c. Raynaldus. & facit quod dixi ſ. reg. px. Et concor. ad hanc regulam 1. q. 7. c. 1. & 96. diſt. ſi Imperator. de poſtul. c. vlt. Et ſimile eſt quod dicitur. Fruſtra legis implorat auxilium, & c. de vſu. quia fruſtra. Item no. ꝙ ſicut non debet quis conſequi fructum ex eo quod impugnat, vt hic: ita econuerſo nõ debet quis impugnare id ex quo fructum conſequitur. 19. diſt. c. 1. 3. q. 3. ſi quis teſtibus. 3. q. 8. cuius in agẽdo. de cenſi. cũ olim. in fi. ad hoc de trãſa. ex litteris. & aperte. ff. de iu. dot. l. cum in fundo. ver. & ſi quidem. ff. ſolu. matr. ſed & ſi ideo. Et hoc ſane intelligas ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſupra in alio caſu.

[c] Hoc dr̃: quia ſi obtinuiſſet, certũ eſſet ex illo legata nõ deberi, vt in l. ſtatim alleg. §. ſi ex cauſa. & l. Titia. Io. And.

[d] Et ſic etiã rñdetur ad l. poſt legatũ. ff. de ijs q b. vt indi. Io. And.

[e] Vel dic, ꝙ aliud eſt dicere, teſtamẽtum falſum, aliud inofficioſũ q a ſic pdun tur legata. ſi aũt dicatur minus ſolẽne, legata non perdũtur. Dy. Ioan. And. c. ſi. de iure iuran. ſ. eo. item reprobans, & tñ ſuccumbẽs vtitur remedijs ſui aduerſarij exẽplũ, ex poſitione negata nõ adiuuaris: dixi ſ. eo. de cõfeſ. c. 1. tñ ꝓbationes poſitionis negatæ bene adiuuaris: vt docet Phil.

¶ Idem.

REG. XXXIX.

Cum

Cum quid.] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primo, per c. denique. 3. diſt. hoc modo: ſtatutum fuerat ante illud c. denique. quòd omnes Chriſti fideles ieiunarent diebus quadrageſimæ, & ſic abſtinerent ab eſu carnium: Ex qua conſtitutione inſurgebat dubium, vtrum diebus quadrageſimæ eſſet licitum vti ouis, caſeo, lacte, & aliis lacticinijs? deciditur in illo c. ꝙ non: quia cum prohibitus ſit eſus carnium, videntur prohibita quæ trahunt originem ſementinam à carne: nam cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.

¶ Item poteſt poni caſus per cap. eos. 81. diſt. ſic. Ponamus ꝙ aliquis in pœnam ſui delicti fuit ſuſpenſus ab officio: vtrum in conſequentiam videatur etiam ſuſpẽſus à beneficio? Rñdetur ꝙ ſic: quia propter officium datur beneficium. Et cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.

¶ Item figuratur caſus per c. paſtoralis. de ap. in antiq. Alicui propter contumaciam ſuam vel delictum ſuum eſt prohibita communio Eccleſiæ, in qua eſt ſtipendiatus: vtrum uideantur ſibi prohibita ſtipendia ordinaria illius eccleſiæ? Reſpondeo quod ſic, per rationem huius regulæ.

[Glo. ſeq. ponit exempla.]

a ¶ [Cum quid.] pone caſum in prohibito à carnibus: qui prohibitus intelligitur ab omnibus quæ trahunt ſementinam originem. 4. diſt. denique. Et prohibita concupiſcentia per legem, prohibita intelliguntur omnia mala quæ ſequuntur ex illa. de conſti. nam concupiſcē tiam. Item prohibita alienatione, prohibita intelliguntur vēditio, donatio, manumiſſio, &c. C. de reb. alie non alien. l. vlt. ad idem de rebus eccl. non alien. nulli. Item prohibito officio & beneficium. 81. diſt. eos. Item & furto prohibito, prohibetur omnis rei alienæ illicita vſurpatio: & prohibito mœchia, omnis illicitus concubitus prohibetur 14 q. 5. pœnale. 32. q 3. meretrices. Et cui prohibetur eccleſiæ communio, & eius ſtipendia prohibita intelliguntur. de appella. paſtoralis. in fi. ad idem ff. de ſer. expor. l cui pacto. Et concor. ad hanc regulam. inf. eo. acceſſorium.

quid[a] prohibetur, prohibentur omnia, quę ſequũtur ex illo.

¶ Idem.

REG. XL.

PLuralis locutio,[b] duo rum numero eſt contenta.

ADDITIO. Et eſt regula huic ſimilis: Aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud. & hæc loquitur de conſequentia prohibitionis mediorum, per quæ peruenitur ad extremum. Iſta uero loquitur de conſequentia prohibitionis extremorum, quę procedunt ex primo prohibito. Et in hoc ſimili pone exemplum. ff. de ſponſa. l. oratio. & ibi concor. Ioan. And.

¶ Facit hęc regu. ꝙ per duos teſtes reprobetur inſtrumentum. l. optimum. C. de contrah. & commit. ſtipulat. Phil. citat. c. tertio loco. de teſti. dic de prob. vide docto. l. in exercendis. C. de fi. inſtr. Io. An. hic.

PLuralis locutio.[a]] Caſus in hac regula pōt figurari per c hoc quoque. de conſecr. d. 1. iure cautum reperitur, ꝙ cum ſacerdos Miſſam celebrat, de honeſtate debent eſſe plures audientes, vt illa uerba, Dñs uobiſcum: poſſint verificari: Sed quæritur quot debent eſſe præſentes? Rñdetur ꝙ ſufficit ꝙ ſint duo: quia pluralis locutio, duorum numero eſt contenta.

¶ Item poteſt caſus figurari per c. is cui. §. 1. de pben. ī. eo. lib. Papa diſpenſauit mecum, vt poſſem obtinere plura beneficia, aliter non declarando: Quæritur quot beneficia potero obtinere virtute diſpenſationis? ibi dſ ꝙ virtute illius diſpenſationis potero ſolum obtinere duo beneficia: quia cum diſpenſatio ſit odioſa, eſt reſtringenda: & in odioſis ſufficit quod verba poſſint verificari: & illa verba verificabuntur in duobus beneficijs: quia pluralis locutio, duorũ numero eſt contenta.

¶ Item pot caſus figurari per l. libertas §. poſt annos. ff. de manumiſ. teſtam. Aliquis Titius veniens ad mortē, ſuum condidit teſtamentum, & in teſtamento ſuo cuidam ſeruo legauit libertatem poſt annos: quęritur poſt quot annos ſeruus conſeqũatur libertatem? Reſpōdetur poſt duos annos, quia uerbum, annos, verificatur in duobus per rationem huius regulæ.

[Prima gl. ponit exempla. Secundo opponit de vna. l. & dupliciter ſoluit. Tertio dicit in teſtibus regulam procedere, vel numerus non adijcitur, opponens 16. caſus, vbi plures quàm duo requiruntur. Quarto dicit regulam in pronominibus locum non habere.]

b ¶ Pluralis locutio.] Pone caſum, de conſecr. diſt. 1. hoc quoque. ibi, Dñs uobiſcum, duos numero comprehendit. Item ī. eo. lib. de præben. is cui. §. 1. ubi beneficiorum nomine duo tantum beneficia continentur. Item per l. ff. de manumiſ. teſta. l. libertas. §. poſt annos. nam ſi legetur libertas ſeruo poſt annos, de duobus intelligitur. Item ſi promittitur vel legatur poſt dies, de duobus intelligitur ff de verb ſignifica. l. inter illam. §. ita datam. Item per l ff. de teſta. vbi numerus, vbi ſunt hæc uerba, & 4. q 3. vbi numerus. Contra ff. de opt. leg. l. 1. vbi dicitur, quòd ſi alicui legata eſt ſeruorum optio, tres eliget. Solu. ſpeciale eſt in fauorem vltimæ uoluntatis, ut ibi potius ſequamur quoddam medium, quàm minimum: quia ad minus de duobus intellexit, ex quo dicit in plurali, & forte de pluribus: ſequamus ergo quoddam medium, & ſic optet tres. Vel dic, vt ibi no. quod ibi legatus fuerat equus, vel ſeruus, quem ſerui teſtatoris elegerint: quos ſeruos legatarius optare debeat? tunc optabit tres ſeruos qui eligēt ſibi equum vel ſeruum legatum: & ideo tres, quia duo de facili diſcordarēt. 8. queſt. 1. nec nouum. ſ. de arbit. ca. 1. ff. de arb. itē ſi vnus. §. principaliter. Et quod hic dicit, ꝙ pluralis locutio eſt contenta duorum numero, verum eſt regulariter, & vbi eodem vel alio iure non adijcitur numerus, vt in prædicta l. vbi numerus, canonizata. 4. q. 3. ca. vbi numerus. In cauſis igitur & inſtrumentis regulariter duo teſtes ſufficiunt: interdum tamen vnus ſufficit, vbi ſcilicet nulli fit præiudicium. de conſecr. diſt. 4. placuit. & multi ſunt caſus in quibus requiruntur tres ad minus: Primo in depoſitione pecuniæ. in Auth. de fi. inſtr § ſi quis igitur coll. 8. Item quando imperitus litterarum ꝯhit in ſcriptis. C. ſi cer. pet. l. vlt.[a] In talſio de quo fit comparatio. C. de fide inſtr. l. pen. Quādo pater legitimat filium naturalem in inſtrumento publico in Auth vt liceat matri & auię. §. ad hæc coll. 8 Quādo mulier fatetur ſe pro interceſſione aliquid recepiſſe. C. ad Vell. antiquæ. Quando quis vult infirmare teſtamentum, quod facit poſt tranſcurſum decennij. C. de teſta ſancimus. In inuentario. C. ad leg Falc. Auth. ſed cum teſtator. In priuata ſcriptura, vt fidem faciat. C. qui po. in pig. ha. l. ſcripturas. Item quinque requirũtur dum ꝯtus excedit libram auri in ciuitate. C ſi cer. pet. Auth. ſed nouo. & in codicillis. & donatione cauſa mortis ſimiliter quinque. C. de dona cau. mor. l. vlt. Itē in teſtamentis, cōiter ſeptē, in teſtamento tñ cæci, octo. C. qui teſta. fa. poſ. hac conſultiſſima. aliquando quinque, vt in teſtamento ruſtici, vt in municipijs & villis, vbi eſt hominum raritas. C de teſtam. l. fin. Aliquando ſufficiunt duo vel tres, vt in teſtamento facto inter filios & nepotes C de teſta hac conſultiſſima. Item interdum requiruntur xv. teſtes. C. de proſ. ſacro. ſcri. l. vna. interdum plures. 2. q. 4. præſul. & c. ſeq. Vide plenius de his in Spec. de teſte. § teſtat de numero. Et no. ꝙ id quod hic dicitur de plurali locutione, non habet locum in promotionibus, vt nos, vos, veſter, & c. nam vnus prælatus ſcribit & ei ſcribitur in plurali: & Papa ſemper de ſe ſcribit, ſic ſ. de cri. fal. quàm graui.

Teſtis unicus ſufficit vbi nulli fit prę iudiciũ.

a Hæc lex Codicis requirit tres teſtes: ſed Authē. ſed nouo. ibi pobita reqrit qnque. & dic vt ibi no. Io. An.

Teſtes requirũtur in diuerſo numero ſm diuerſitatē caſuum, vt in re cauetur.

¶ Idem.

REG. XLI.

IMputa-

¶ Per hanc reg. dicunt Io. And. & Phil. ꝙ Diaconus differens ſe vſque ad finē anni ordinari, ſi tunc caſu ordinari non poſſit: non habet locum ca. licet canon, ſup. de elect. cum prius non fuerit ī mora. l. lecta. ff. ſi cer. pe. item niſi caſus cō tigiſſet, momento quodam modo ordinatus fuiſſet. ergo, p l. Cæſar. ff. de publ.

IMputari non debet.] 3 Caſus figuratur per cap. cũ ſit Romana. de appel. in antiq. Certum eſt appellans debet appellationem ſuam proſequi inf annum: & ſi non fuerit appellationem proſecutus infra annum, appellatio ſua efficitur deſerta: Sed ponamus ꝙ non ſtetit per appellantem quo minus proſequeretur ſuā appellationem: vtrum appellatio ſua efficiatur deſerta, vel debeat ſibi dari alius annus? Reſpondetur ꝙ ex quo fecit diligentiam ſibi poſſibilem, debet ſibi dari alius annus: & ſi in ſecundo anno fuerit impeditus: licet de mero iure ſua appellatio ſit deſerta, tamen per beneficium reſtitutionis conſequetur aliud tempus ad proſequendum ſuam appellationem.

¶ Item poteſt caſus figurari per c. commiſſa. §. 1. ī. de elect. Certum eſt de iure, ꝙ promotus ad eccleſiam parochialem debet promoueri infra annum ad ſacerdotium: & ſi non fuerit promotus ad ſacerdotium intra illud tempus, vacat eccleſia: & poterit ordinarius eccleſiam, vt uacantem alteri conferre: Sed ponamus quod non ſtetit per illum, ſed ob defectum diœceſani: quia eſt ſuſpenſus uel abſens, non potuit promoueri ad ſacerdotium: vtrum elapſo anno ſit priuatus ſua eccleſia? Reſpondetur quòd non: quia ex quo per ipſum nō ſtetit, non debet ſibi imputari. Glo. tamen dat conſiliũ, ꝙ quando non ſtat per ipſum, debet intra illud tempus

facere

faciere proteſtationē qualiter non ſtat ꝑ eum: & de hac proteſtatione habere actum ſiue inſtrumentum: tamen hoc non eſt de neceſſitate: ſed glo. dat illud conſilium.

[Prima gloſſa ponit exempla. Secundo æquiparat impoſſibilitatem à principio, & ex poſt facto prouenientem, dicens illum adhuc obligatum, cui ſi gnat contrarium, & remittit, allegans duas concor. Tertio q̄rit, allegat pro, & contra: & ſoluit rñdens ad contraria.

ri [a] non debet ei per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum.

Ad hanc regulā concor. regula cū nō ſtat. eod. tit.

a [Imputari non debet.] [1] Pone caſum in eo qui debet appellationem proſequi infra annum: cui non imputatur ſi per eum non ſtetit. 2 q 6 anteriorum. In eo qui debet promoueri ad ſacerdotium infra annum: cui non currit annus ipſe ſi iuſto impedimento detentus promoueri non potuit. ſ. eo lib. de elect. commiſſa §. 1. In eo qui rem emit ſub pacto legis commiſſoriæ, ſcilicet quòd infra terminum pretium ſolutum non eſſet, res foret inempta: & emptor in termino ſoluere volēs ſi non habuit cui ſolueret, ſibi non imputatur, ff. de lege commiſſo l. lege commiſſoria in fine Alias incipit, ſi fundus lege commiſſoria. ad idem 44 diſt. Epheſijs. ſupra, de eo qui mit. in poſ. cap. 1. vbi de hoc. & facit, C. de condi. inſer. l. vlt. Et no. ꝙ dicit, per quem non ſtat: quia non ſufficit velle, niſi ad opus procedat quantum in eo eſt. ſ. de eo qui mit. in poſſeſ. cap. 1. Impoſſibilitas ergo facti ſicut à principio annullat obligationem. ſup. eod. nemo poteſt: ita & ex poſt facto elidit, vt hic. Si tamen tenetur quis aliquid facere infra certum tempus, nec per eum ſtetit, licet non imputetur, tamen poſt tempus tenetur. de do. & contuma. cum dilecti, ff. de arbit. l. Celſus. Conſulo tamen quòd ſi poteſt, infra tempus de impotentia proteſtetur. 2. q. 6. poſt appellationem. de hoc, de appel. cap. vlt. & C de iure emphy. l. 2. in fine cum ſuis concor. Ad id quod dixi, ꝙ poſt terminum tenetur, contra ſup. de ſpon. ſicut, ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. Sol. vt not. in prædicta decret. ſicut. & vt dixi ſ. eod. nemo poteſt. Et concor. ad hanc regulam, de elect. cap. vlt. vbi tempus datum ad eligendum non currit ei qui non poteſt eligere, niſi ex quo in mora fuerit petendi licentiam ad idem, de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Quid dices [2] de eo qui ſua culpa incidit in caſum, propter quem poſtea facere non potuit quod per eum fuerat faciendum? Videtur primo, quòd ſibi ſit imputandum: quia regulariter quis de caſu tenetur q ſequitur culpam. 50 diſt. ſæpe. & cap. ſtudeat. de æta & qual. cap. 1. & quod ibi not. & facit 86. diſtin. non ſatis, & qui ma. accu. poſſ. c. 1. & quod ibi not. & ſi. ff quod me. cau. l. ſi mulier. vbi metus illum non excuſat, qui ſua culpa incidit in metum. In contrarium videtur per prædicta iura, de elect. c. vlt. de conceſſ. præben. qui ad diuerſitatem. ar. de pig. ſignificante. ibi, in captione, &c. de ſponſa. veniens. 2. Sed caſus eſt ſpecialis. Et dicit lex, ꝙ qui iniurioſe, vel libidinis cauſa inimici, vel mulieris fregerit oſtia, ſi fures non ab eo inducti poſtea res aſportent, non tenetur furti. ff de fur. l. verum. & l. qui iniuriæ in princ. præterea deportatus, ſi non potuerit procuratorem dimittere, bene reſtituitur: & tamen culpa ſua abſens erat, ff. de mino. l. Papinianus. Item debitor propter inopiam excuſatur cedendo bonis, etiam ſi ſua culpa in illam inciderit. de ſolut. Odoardus, ff. de dolo nam his. Satis videtur dici poſſe, quòd imputandum ſit illi propter iura primo inducta. Hinc etiam dixit lex non debere ſuccurri ei qui in neceſſitate ſe poſuit, ff. qui ſatiſd. co. l. ſi fideiuſſor. vbi dicitur, ꝙ ſi reus non poteſt ſatiſdationem dare vbi conuenitur: & in alio loco eiuſdem prouinciæ dare velit: ſi ſatiſdatio neceſſaria erat, audiendus eſt: ſi voluntaria non: quia ipſe ſibi neceſſitatem impoſuit. ad idem ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis tamen. vbi dicitur quòd qui in iudicio comparere debebat: ſi quid eſt quod ei imputetur, tempeſtatem, vel vim fluminis prætendere nō poterit. ad hoc de elect. cum in veteri. Ad iura in contrarium inducta reſpondeo, & dico, quòd decret. vlt. de elect. & decr. de conceſſio. præbend. quia diuerſitatem. loquuntur de quadam pœna canonis prodita ſolum contra negligentes: vñ ibi culpa ſiue negligentia non punitur. hoc ſatis ꝓbat ipſa decret. quia. Vel dic, ꝙ ſi ex culpa imponitur aliqua pœna, vt ſuſpenſio, vt in prędicta decret. quia. vel deportatio, vt in l. Papinianus. tunc culpa illa vlterius puniri non debet ad hoc 13. q. 2. c. vlt. de iudi. at ſi clerici. aliàs enim ſequeretur, ꝙ ſuſpēſio idem eſſet quod priuatio: & deportatio, idem quod bonorū ademptio: quod eſſe non debet. [Vide quod dixi in prædicta decre quia. ſuper gloſſ. ſic patet. & quod dicam poſt Dynum ī. eod. quod ob gratiam.] Ad decret. ſignificante. dico, ꝙ forte ſine culpa ſua erat in captione, & ibi etiā eſt alia ratio: ſcilicet, ꝙ primo pecuniam miſerat per eum quem fidelem nuncium credebat. Ad prædic. l. verum, & l. qui iniuriæ. dico, ꝙ verum eſt, ꝙ non tenetur furti: tñ conuentus de iniuria tenetur emendare dāna per illos fures illata: quia qui occaſionē damni, &c. de iniuri. & damn. dato. c. vlt. Ad hoc quod dicitur de inope, dico, quòd impoſſibilitas caſus hoc inducit.

Impoſſibilitas vitiat obligationem à principio, & ex poſt facto elidit.

a Culpa ſua ſi quis incidit ī caſum propterquē nō fecit qđ facere debuit: an ſibi imputandum ſit. Pe. de Anch. in hac reg. 42. docet cognoſcere acceſſoria, & quid de iuramento acceſſorio, ꝑſonis, rebus iuribus acceſſorijs, & de perſonis accedentib. ad delictū. de quibus Hippo. ſingul. 175. Itē tractat materiā perplexitatis: vbi vide de duobus qui promiſerūt renunciare Papatui.

¶ Idem.

REG. XLII.

Acceſſo-

A [Acceſſorium.] [3] Caſus figuratur per c. de prudentia ſ. de dote poſt diuor. reſtit. in ant. Sed pro intellectu huius caſus eſt primo præſupponendum, ꝙ dos eſt acceſſoria ad matrimonium: quia non eſt dos ſine matrimonio, licet poſſet eſſe matrimonium ſine dote. Ponamus ergo, ꝙ ego contraxi matrimonium cum aliqua Berta in caſu prohibito: quia ipſa erat mea affinis, & iſtud ignorabamus: ipſa dedit mihi centum aureos in dotem: poſtea mulier fuit certiorata de impedimento, vnde acceſſit ad Papam & impetrauit iudices delegatos ad cognoſcendum de iſto impedimento affinitatis: iſtis iudicibus delegatis mandauit Papa, vt ſi eis conſtet de impedimento, ſeparent matrimonium: non autem mandauit Papa, vt compellerent me ad reſtituendum ſibi dotem: mulier in ſuo libello petijt ſeparationem matrimonij, & reſtitutionē dotis: Ego excipiendo propoſui, ꝙ ſuper reſtitutione dotis iudices delegati non poſſunt ſe impedire: cum reſcripta delegatoria ſint ſtricti iuris, & non extendantur ad alias res non expreſſas in ſcripto: Mulier replicabat, ꝙ ipſi iudices poterant etiam cognoſcere de dote: quia dos uenit acceſſorie ad matrimonium: & commiſſa cauſa ſuper matrimonio, videtur data commiſſio ſuper dote: Dicitur ibi, ꝙ delegati poterunt ſe intromittere de matrimonio, & de dote: quia dos venit acceſſorie ad matrimonium: modo acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

[3] Io. An. & Phi. dicunt non obligatū ad principale, teneri ad acceſſorium faciēdo principalē, attamen proteſtatio limitat voluntatem. l. 2. ff. ſi quis cau. Pe de Anc. tenet ꝯtra.

¶ Item poteſt caſus figurari per l. non dubium. C. de legi & c. ſi diligenti. ſ. de foro compe. in antiq. dicitur in illa l. non dubium. ꝙ contractus contra legem celebratus eſt nullus. Sed quid? Ponamus, ꝙ in illo contractu interuenit iuramentum ad confirmandum contractū: an valeat? Dicitur in illa l. quod non: iuramentum eſt acceſſorium ad contractum. & iſtud verum, quòd non valet talis contractus de iure ciuili: ſed de iure canonico non eſt verum indiſtincte, ſi illud iuramentum ſit ſine interitu ſalutis æternæ. c. cum contingat, de iureiurando, in antiq.

¶ In capitulo, ſi diligenti. de foro comp. in ant. dicitur, ꝙ clericus non poteſt conſentire in iudicē laicum: nec prorogare eius iuriſdictionem etiam de licentia ſui ꝓprij epiſcopi. Sed quid? ponamus, ꝙ aliquis clericus cōſentit litigare coram iudice ſæculari: & iurauit ſeruare illum conſenſum, an valeat iuramentū? Dr ibi ꝙ non: quia iuramentum eſt acceſſorium ad conſenſum, & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

(Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo ſignat, & ſoluit ſex cōtraria. Tertio ponit quādam diſtinctionē Accur. & ſubdit duas cōcordantias.)

a ¶ Acceſſorium.) Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. cum principalis. & l. nihil dolo. §. cum principalis. Pone caſum in principali deſtructo: quia dř deſtructū, & acceſſorium. 16. q. 7. & hoc dicimus. Itē ſi cauſa pricipalis ſcilicet matrimonij committit: ſic, & acceſſorij, ſcilicet dotis. đ dote poſt diuor. reſti. de prudētia.

rium [a] naturam [b] ſequi congruit principalis.

¶ Idem.

REG. XLIII.

Qui tacet, [c] conſentire videtur.

¶ Idem.

REG. XLIIII.

Is qui [d] †

b Ratio, vt dicit Ioannes Monachus, quia dos non poteſt eſſe ſine matrimonio: licet matrimonium poſſit eſſe ſine dote, patet: quia dos accedit matrimonio. ff. de iure dot. l. 3. Item ſi non tenet contractus nec ipſius acceſſorium C. de leg. non dubiū. concor. de foro competen. ſi diligenti. de offic. dele. prudentiam. §. ſexta in fi. de fide inſtrum. inter dilectos. ad finem. ī. eod. lib. de reſcrip. ca. 1. & ca. penult. & de præbendis, ſuper eo. Et optime ꝑ decretalem ī. eo. lib. de offic. deleg. ſi ſuper gratia. vbi poteſtas executorum datorum ad gratiam non perit re integra morte concedentis, ſicut nec gratia: quia poteſtas illa acceſſoria eſt ad gratiam, & de præſcript. cum ex officij. vbi ſicut nō præſcribitur viſitatio, nec procuratio ratione viſitationis debita. Contra ī. de iureiur. debitores. & ca. cum cōtingat. vbi de hoc, & ſupra eod. lib. eod. tit. licet. vbi tenet acceſſorium, & nō principale. Sol. illud propter animæ periculum, quod eueniret, ſi non ſeruaretur iuramentum. & dic, vt in prædicta decretali, cum contingat. Item contra. C. de epiſcopali audientia, Authen. liberi furioſi. vbi tenet legatum, & non teſtamentum, vel hæredis inſtitutio. Solu. illud ſpeciale in odium filiorū, qui contempſerunt patrem, vt not. Ber. in prædicta decretali, inter dilectos. Item ꝯ. C. de iuſti. pig. l. intelligere vbi ſublata perſonali, remanet hypothecaria. Sed dic, vt ibi: quia non fuerat ſublata perſonalis pacto, ſed tēpore: & perſonalis tollitur ſpatio triginta, hypothecaria ſpatio quadraginta annorum: Et ideo ſublata perſonali tempore, adhuc remanet hypothecaria per decem annos. C. de præſcriptio. triginta annorum. l. cum notiſſimi. ſecus ſi pacto vel alio modo, vt ſupra dixi. Item contra. C. de prædi. mino. l. & ſi is. vbi qui deſierat eſſe curator, vendidit rem minoris. & ſic non tenuerat venditio: valet tamen obligatio de euictione. Solu. licet non tenuerit venditio quo ad pupillum vel minorem, tenuit tamē quo ad illum curatorem olim: & ideo cum quo ad ipſum tenuerit principale, non mirum ſi tenet acceſſorium. Item contra. C. ſi aduerſus vendi. l. prima. & Auth. ſacramenta. dic vt ſupra, Item ff. quibus modis vſuſfruct. amitt. l. quid tamen. in principio. & l. precę. ff. de fideiuſſoribus. l. generaliter. Sed illa ſunt ſpecialia. Item not. Accurſius. C. de pactis. l. pacta, quæ contra, & ff. ad legem Falcidiam. quod de bonis. §. 1. quòd in pactis quæ fiunt præter legem, tenet acceſſorium, & non principale: in his quæ fiunt ſecundum legē, vtrumque: in his quæ ꝯ, neutrum. Concordat ad hanc regulā ff. de pecu. lega. l. prima, & ſecunda. vbi dicitur quòd perempto principali perimitur acceſſorium.

b ¶ Naturam.) Regulæ 4 iuris ciuilis, vt vides ſuper glo. & antiquæ concor. non poſuerunt hanc dictionē, quam tamen poſuit noua decreta. ſi ſuper. quàm alleg. glo. Ioan. And.

Qui tacet.) Caſus figuratur per ca. nonne. ī. de præſump. hoc modo: Dicitur ibi, ꝙ Criſtus fuit à Iudæis de duobus interrogatus ſiue accuſatus: Primo, ꝙ erat Samaritanus: Secundo, ꝙ dæmonium habebat: Chriſtus reſpondit ad vnum illorum: videlicet quòd ipſe dæmonium non habebat: de alio tacuit: an eſſet Samaritanus: nunquid videtur conſentire quod erat Samaritanus? eſt ibi textus quòd ſic.

Item poteſt caſus figurari per l. 2. §. voluntate. ff. ſoluto matrimonio. Dř ibi, ꝙ ſi filiafamilias ꝯhit matrimonium cum aliquo, conſtituta ſibi certa dote, & fiat diſſolutio matrimonij per mortem mariti, vel per repudiū: ꝙ actio competens pro dote repetenda, eſt communis patri, & filiæ. Sed qdř Ponamus, ꝙ pater ſolus egit ſciēte filia, & tacēte: nunquid filia vř conſentire? Et ibi textus, ꝙ ſic: quia qui tacet, conſentire videtur. Qualiter autem intelligatur iſta regula, habebimus in regula ſequenti, is qui.

(Prima glo. ponit exempla: ſecundo ponit ſeptem effectus taciturnitatis, & remittit.)

c ¶ Qui tacet.) Pone caſum 54. diſt. ſi ſeruus 2. ſupra, de præſumpt. nonne. ff. ſolu. matrimonio. l. ſecunda. §. voluntate. vbi dicitur, ꝙ pater agens de dote filię, de ipſius voluntate videtur agere, ſi filia non contradicat. Et no. ꝙ qui tacet, interdum conſentit, vt hic, & in ſupradictis iuribus. votum emittit 27. diſt. c. 1. & ſimulatur. 65. di. ſi forte impunitatem promittit. 43. di. ſit rector. offert. 20. q. 2. c. 1. occidit. 43. diſt. Epheſijs. eſt contumax. 65. diſt. c. vlt. interdum. nec conſentit, nec contradicit. infra c. proxi. & dic, vt ibi ſtatim dicam.

ADDITIO. Vt dicit Io. Mo. ad hanc regulam, qui tacet, &c. facit ff. eo. tit. ſemper qui non prohibet, & facit. ī. de exceſ. præla. ex litteris, & ff de ſer. l. 1. Io. And.

Is qui tacet.) Caſus poteſt figurari per §. anteriorum. 2. q. 6. Ponamus, ꝙ Titius conuenit me coram iudice competente: iudex tulit ſententiam diffinitiuam vel interlocutoriam contra me: ab iſta ſententia ego non appellaui, ſed tacui, quia non dixi, ꝙ contradicebā vel acquieſcebam: an videar per taciturnitatē acquieſcere ſententię vel diſſentire? Certe non: immo eſt in optione mea, an infra decem dies velim appellare, vel nō, licet aliqui ad maiorem cautelam proteſtentur de appellando: ſed illud non eſt neceſſe. Sed quomodo concordantur iſtæ duæ regulæ: quia prima dicit, qui tacet conſentire vř. Glo. dat duas doctrinas: Primo dicit gl. ꝙ aliqui ſunt actus, qui poſſunt explicari ſine conſenſu meo, & ꝯ meam voluntatem, vt quis potes vendere rē alienam contra voluntatem dn̄i in præiudicium. ꝯhentis. l. rem alienam. ff de ꝯhen. emp. & ven. Si dn̄s iſtius rei taceat in venditione ſuæ rei, non ſibi præiudicat tacitus conſenſus: Alij ſunt actus qui nō poſſunt explicari ſine conſenſu meo: & tunc ſi taceam habeor pro conſentiente, vt in regula præcedenti. Gloſſa dat aliam doctrinam, videlicet, ꝙ vbi agitur de commodo & honore tacentis, tacens vř conſentire: Sed ſi agatur de ſuo incommodo: puta de perſona obliganda, nō habetur pro conſentiente. l. filiusfamiliàs, §. inuitus. ff. de procura. ſed prima doctrina eſt verior, & ſecurior.

(Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo alleg. 10. iura quibus fallit prima pars regulæ, & 8. quibus fallit ſecunda, remittens ad alia, & dans triplicem ſolutionem.)

d ¶ Is qui tacet.) Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. qui tacet. Et no. ꝙ tacere eſt quoddam medium inter expreſſam voluntatem, & expreſſam contradictionem. Pone ergo caſum in eo contra quem fertur ſententia: ꝙ tacens non habeť pro conſentiente, nec pro contradicente infra decem dies, infra quos ſemper appellat. 2. q. 6. anteriorum. Item pone in prælato, qui tacet ex cauſa, puta propter ſcandalum, ſupra, de præſcr. nihil prodeſt. de cog. ſpiri. ſuper eo. de iureiur. mulieri. Item pone ſecundum Accurſium in tributoria: nam ſi ſeruus contrahit dn̄o contradicente, teneť de peculio tantum: & deducitur, ꝙ debetur domino. ff. de pecu. ſi quis ſeruum. §. etiam ſi eo expreſſe volente, tenetur quod iuſſu in ſolidum. ff. quod iuſſu. l. 1. vbi autem ſcit, & tacet: tenetur tributoria, & ſic non in ſolidum; nec deducit ſibi debi-

1 Ibi gloſ. dicit, ꝙ eccleſia nō cognoſcet de dote principaliter per l. in contractibus, in fi. C. de non nu. pec. c. ex tenore, ī de foro comp. Camp. in 1. par. q. 90. tract. de dote.

2 Per quæ iura patet, vt etiam dicit Dyn. regulā locum habere, ſiue loquatur đ principali Inducendo, ſiue confirmando. Io. And.

3 Quod nō militat ī acceſſorijs legatis ſicut iuſtōne principali: ergo non ſequimur principale. & iſta eſt rō in iuramento acceſſorio Hippo. ſin. 126.

4 Hæc gloſſula ex nouella Ioan. Andr. huc eſt trāſlata.

† Si tractatur collegialiter de præiudicantibꝰ tibi & collegio, taciturnitas tua facit cōſenſum. Phil. per not. c. 1. de ijs, quæ ſi. à præla.

tacet, non fatetur: [a] ſed nec vtique negare videtur.

¶Idem.

REG. XLV.

INſpicimus [b] in obſcuris quod eſt veriſimilius, vel quod plerumque fieri conſueuit.

¶Idem.

REG. XLVI.

IS

debitum. ff. de tribu. l. 1. §. ſcientiam. ff. de exer. l. 1. §. ſed his. Prima regula fallit. 27. diſt. ca. 1. 54. di. ſi ſeruus. 20. q. 2. c. 1. de præſum. nonne. [5] ſ. de iur. calum. c. vlt. in fin. ſ. eo. lib. de confeſ. ſi poſt præſtitum. ff. ſolu. matri. l. 2. §. voluntatem. ff. de lib. agno. l. 1. §. pœna. ff. de loca. item quęritur. §. qui pro impleto, & vbicunque tacitum pactum inducitur à le. ff. de pact. qui in futurum. Secunda fallit in eo q tacet verbo, ſed contradicit facto vel ſigno. 74. diſtin. ca. 1. Itē in epiſcopo qui tacet commonitus à vicinis epis, qui habetur pro contumace 65. diſt. ſi forte. Item in his in quibus requirit expreſſus cōſenſus, vt in adulto qui cathechizatur. de conſ. di. 4. cum pro paruulis. & in ſeruitute imponenda. ff. de ſerui. vrb. præd. l. inuitum. & in procuratore conſtituendo. ff. de procura. l. filius §. inuitum. & in furto, ff. de fur. qui vas. §. vetare. & in ſoluendo matrimonio. ff. de ritu nup. in eo iure. §. deinde. & expreſſe debet teſtator nomen hæredis dicere. C. de teſta. iubemus. item in caſibus not. 2. q. 7. plerique. Quid ergo in his dices: nunquid tacens habebitur pro conſentiente, an pro ɔ̄dicente? Sol. Dicunt quidam, q regulariter tacens habetur pro conſentiente. facit ad hoc ſ. regu. prox. Fallit in caſibus ſupradictis. Vel dic ſecundo, quòd aut eſt tale factum quod fieri nō poteſt me prohibente. Pone caſum 54. diſt. ſi ſeruus, & tunc taciturnitas habetur pro cōſenſu. Fallit in caſibus ſupradictis: aut eſt tale, q fieri poteſt me ɔ̄dicente. Pone caſum ff de ɔ̄hen. emp. rem alienam, & tunc taciturnitas non obeſt: nam dicit regula iuris: culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. ff. eo. l. culpa, ſecundum Io. qui hoc not. 27. diſt. ca. 1. & Ber. de præſump. nonne. Vel dic tertio, q in facto cōcupiſcibili, honorabili, & merito taciturnitas habetur pro conſenſu, vt in primis iuribus. Et not. ff manda. qui patitur. In facto autem quod non eſt cōcupiſcibile, honorabile, & meritorium, ſed oneroſum, neceſſarius eſt expreſſus conſenſus: ſicut eſt, q quis aſſumat procuratoris officium, q res ſua ſeruiat, vt in ſecundis iuribus ſecundum Inno. qui hoc no. de elect. in Geneſi. Et Io. Mon. in regula. qui tacet. Quod verum puto, hoc addito, q vbi ius in pœnam ſtatuit quem tacentem haberi pro conſentiente vel confeſſo, ſic habebitur: licet factum ſit oneroſum, exemplifica per decret. de iura. calum. c. vlt. in fi. & ſ. eod. lib. de confeſſ. ſi poſt præſtitum. cum ſimilibus. Concordat autem ad hanc regulam lex ff. communi diui. l. Sabinus. vbi ſocius patiens habetur pro conſentiente, quantum ad hoc: quia non agit ad demolitionem, & ſic quo ad hoc habetur pro conſentiēte: agit tamen ad intereſſe: & ſic, quò ad hoc habetur pro contradicente, & veritate conſiderata, tacens non loquitur, & ſic nec contradicere nec conſentire videtur. Huius autem varietatem [4] videre potes per ſolutiones ſuperiores ſimul iunctas.

[a] ¶ Non fatetur.] nota [4] quia non dicit, non conſentit, & ſic non contradicit regula, qui tacet. ſuper confeſſione enim vel negatione non ſup cōſenſu, & diſſenſu fundatur hæc regula, & regula iuris ciuilis: ꝓpter attinentiam autem quam habet confeſſio ad conſenſum, & negatio ad diſſenſum. gloſſatores iuris ciuilis, & noſtri illā materiā adaptauerunt huic regulæ, quæ proprie ſpectat ad regulam, qui tacet. vt ibi etiam dixi. Io. An.

INſpicimus.] [6] Caſus primo poteſt figurari per c. ſi quis acceperit. 33. q. 1. Ponamus, q aliquis Titius ɔ̄xit matrimonium cum aliqua muliere corrupta: fuit longo tempore cum iſta muliere: tractu tēporis mulier petijt ſeparationem, dicendo quòd cupiebat effici mater, & procreare filios, & filias, & quòd maritus eius nō erat potens ad coitum: Vir econtra dicebat, q immo erat potens, & eam cognouerat. Certum eſt, quòd iſta mulier eſt corrupta: & ſic non poteſt cognoſci ex aſpectu corporis, an fuerit cognita vel non: Ponamus quòd vir prima inſpectione apparet potens ad coitum, quid tunc prçſumemus? Reſpondetur, quòd ſi maritus prima facie appareat potens, prçſumemus cognouiſſe vxorem quia in obſcuris præſumitur quod eſt veriſimilius.

¶ Itē poteſt figurari per cap. 1. de frigi. & malefic. in antiq. Si mulier dicit ſe virginem, illud faciliter poteſt perpēdi ex inſpectione corporis: quia deputabuntur aliquę matronæ mulieres honeſtæ, quæ videbunt in locis, in quibus cognoſcitur virginitas, an talis ſit virgo an corrupta. Sed quando mulier dicit ſe corruptam ab alio, tunc poteſt perpendi ex inſpectione viri, vtrum habuerit genitalia arida vel vtilia: & ſi vir habet genitalia vtilia, tunc in dubijs præſumitur quòd eam cognouit.

¶ Item poteſt caſus figurari per ca. inter dilectos. de fi de inſtru. vbi erat contentio de nomine, cuius erat ſigillum appoſitum in inſtrumento. quia aliqua pars ſigilli erat deleta: Dicebatur quòd in ſcriptura ſigilli debebat eſſe Lotharius: & tamen non erat veriſimile quòd inter l, & t, poſſet poni o, propter paruum ſpatium: Dicitur ibi quod præſumptio eſt quod debet eſſe i, quòd occupat minorem locū: quia in dubijs inſpicimus quòd eſt veriſimilius.

¶ Item poteſt figurari in filio dicente ſe exhæredatum ex iniuſta cauſa, & agente querelam contra teſtamentum patris, vt teſtamentum rumpatur, & redeatur ad cauſam inteſtati: ſi hæres ſcriptus dicat filium ingratum, & filius dicit ſe gratum: quæritur, cui incumbit onus probandi? Certe in dubio præſumit ur pro filio: quia plerūque filij conſueuerunt eſſe grati, & obedientes parentibus, propter affectionem ſanguinis: & in dubio præſumitur quod eſt veriſimilius: ideo iſta præſumptio transfert onus probandi in hæredem.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, ponit exempla, & remittit.]

[b] ¶ Inſpicimus.] hæc regula ſumpta eſt ex l. ff eo. tit. l. in obſcuris inſpicimus. Pone caſum in viro, qui contraxit cum vidua, & longo tempore habitauit cum ea: illa dicit ſe incognitam: in hoc obſcuro præſumitur cognita: quod eſt veriſimilius. 33. q. 1. ſi quis acceperit. Itē cancellata vel obſcurata littera nominis, præſumitur ibi illam litteram fuiſſe, de qua eſt veriſimilius. de fide inſtru. inter dilectos. Item in dubio veriſimile eſt filium iniuſte exhęredatum. C. de inoffic. teſtam. Authen. non liceat parenti. Quia veriſimile eſt, quòd ingratitudinem non commiſit. vt in hoc ad propoſitam. Hic autem reoete quod dixi ſ. eo. tit. in obſcuris.

ADDITIO Quæ eſt contra, cum dicat ſpectandum quod eſt minimum: & ibi ſoluitur: quæ ſolutio etiam patet ex textu. l. eo. tit. ſemper in ſtipulationibus. quem ibi vide. Ioan. And.

IS qui in ius.] [7] Caſus poteſt figurari per c. Eleutherius. 28. q. 2. & per c. dilecti. de foro competen. in antiq. Dicitur in cap. Eleutherius. quòd quædam mulier fundauit monaſterium de licentia diœceſani, in cuius diœceſi erigebatur iſtud monaſterium: & ipſum dotauit redditibus: in die dedicationis ipſius monaſterij inter epiſcopum, & religioſos: fuit facta conuentio, videlicet, q oblationes quæ euenirēt in feſtis dedicationis, & martyrum, quorum reliquiæ erāt in monaſterio, epiſcopus haberet mediam partē, & abbas & religioſi aliam mediam: Hoc facto, tractu temporis mortuus eſt abbas: ſucceſſit alius abbas, qui noluit ſeruare illam conuentionem: Dubitatum fuit vtrum ipſe teneretur vti eo iure, quo vſus fuit prædeceſſor? Reſpondetur, quòd ſic, per regulam huius textus.

[3] Et vide qd ibi ſcripſi ſup vit. glo. ſ. opinionem, q habet, aliud in obligatione rei alienæ, q in vēditione. de qua ſcripſi de tranſa. ex litteris ſup glo. Io. An.

[a] Fallit fauore reipublicæ, & pupillorum, i caſib⁹ quos ſcripſi in regula, q tacet, ſup gl. Io. And.

[3] Et iſtud proprie facit ad reg. cum iurib⁹ quæ ſequūtur, & decr. nonne. de præſum. & qō habeͤretur pro negāte, vt no. in decret. ſi poſt præſtitum. in fin. penul. glo. Io. And.

al. veritatem.

Hæc gloſſa ex nouella Ioan. Andr. huc fuit tranſlata.

[6] Veriſimile colligitur ex collatione rerū adinuicem. l. Lucius, ff. de reb. dub. ex ꝑtio rei. l. cotē ferro. §. ſi. ff. de publ. & vectī. ex dignitate perſonæ. l. Titia, ff. de aur. & arg. leg. ex amore perſonæ. l. ſi ſeruus plurīū. de le. 2. à conſuetudine. Dyn. & Phil.

[7] Dicit hic Io. And. q iuramentū Apoſtolici iurantis ſeruare ſtatuta, nō extēditur ad illa, quibus litteræ ſuſpecialiter derogant.

¶ Item in cap. dilecti. dicitur, Impetraui aliquod reſcriptum delegatorium ↄ̃ te: antequam vtereris meo reſcripto es mortuus: nũquid virtute reſcripti potero facere conuenire tuos hæredes? Dr̃ ꝙ ſic. nec obſtat cap. P. & G. de offic. deleg. in antiq. vbi dicitur, ꝙ reſcriptum delegatoriũ non extenditur ad perſonas in reſcripto nõ expreſſas: quia illud intelligitur qñ ſunt omnino alienę perſonę: ſecus ſi ſint eædem perſonæ vere vel iuris fictione.

qui [a] in ius ſuccedit alterius, eo iure, quo ille vti debebit.

¶ Idem.

Et iſtud verum, quando reſcriptum eſt impetratum contra aliquem expreſſum in reſcripto: ſecus ſi ſolum eſſet comprehenſus virtute clauſulæ generalis, & quidam alij: quia tunc hæredes illorum comprehenſorum in illa clauſula generali, non poſſunt conueniri virtute clauſulæ generalis illius reſcripti.

[Prima glo. dicit vnde ſumpta: ponit exempla: ſecũdo ponit ſex caſus exceptos: tertio reddit rationem regulæ, dicens eam in priuilegio perſonali vel pacto locum non habere.

¶ al. incipit, ſi quis: ſed littera, is q. venit ſub bulla. Io. A.

a ¶ Is qui in ius. [1]] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. qui in ius. [& l. aliud, §. ſi. & l. non debeo.] pone caſum in pacto: quia eodem vtetur ſucceſſor quo prædeceſſor. 18. q. 2. Eleutherius. Item conuenitur ſucceſſor per reſcriptum impetratum contra prędeceſſorem. ſup. de foro compe. dilecti. de hoc de reſcri. ſignificauit. Itẽ pone in hærede qui non vſucapit quod nõ vſucapiebat defunctus. ff. de diuer. & temp. præſcript. l. cum hæres. quod dic, vt ibi ĩ. eod. cum quis in ius. hæres enim ſucceſſor eſt iuris. Hæc regula fallit ff. de proba. l. Procula. vbi illa Procula fideicommiſſum, quod compenſare potuiſſet cum teſtatore, cum hæredibus non compẽſat. [2] Item fallit vbicunque morte defuncti confirmatur donatio: ibi enim non pœnitet hæres. C. fa. erciſcun. l. filiæ. item in caſu. ff. ad leg. Fal. reperitur. Item fallit in conuentionibus, vbi ex perſona ſucceſſoris mutatur forus: hinc eſt, quòd clericus etiam in ciuilibus, & patrimonialibus cõuenitur coram ſuo iudice. 11. q. 1. nullus epiſcopus. & c. clericum nullus. vbi de hoc, de foro compet. cum ſit. & c. ſi diligenti. Item fallit in caſu ĩ. eo lib. de iur. pat. c. vnico. vbi eccleſia, quæ ſuccedit laico patrono, habet ſex menſes, cum tamen ipſe laicus ſolum quattuor habeat. Item legatarius legatum acceptare non poteſt pro parte, & pro parte reſpuere: ſi tñ decedat pluribus relictis hæredibus, vnus pro ſua parte poterit acceptare: & alter pro ſua reſpuere. ff. de leg. 2. l. legatarius. (aliàs incipit pro parte.) Et eſt ratio huius regulę: quare eo iure vti debet: quia plus iuris habere non poteſt: quia nemo plus iuris, &c. ĩ. eod. nemo põt, cũ ſimilibus minus non: quia hæres cenſetur eadẽ perſona cum defuncto, ſucceſſor cum prædeceſſore: patet ergo idem ius vtriuſque. Et not. quòd dicit, eo iure: quia non eo priuilegio ex ſui perſona, ſi perſonale: [3] fuerat prædeceſſoris priuilegium, vt ĩ. eo. priuilegium. cum ſuis concord. Idem dico de pacto perſonali, ĩ. de tranſact. de cętero. & ĩ. de præben. niſi, cum ſimilibus. & facit hæc regula ad ea quæ not. de præb. tuis.

¶ Ratio eſt: pręſumitur enim fratri debitũ nũquam petitum remiſiſſe.

¶ Idem Dynus per modum obiectionis declarans per concor. ad quas remittit hæc glo. per quã concludit reg. procedere ĩ iure cohærente perſonæ. Io. An. Phil.

PRæſumitur ignorantia.] Caſus poteſt figurari per cap. ſi vero, 2. de ſent. excom. in antiq. vbi dr̃: ſi clericus non incedat in habitu clericali: & aliquis inijciat manus violentas in eum: non incurrit excommunicationem, ſi ipſe ignorabat talem eſſe clericum: ſecus ſi ſciebat. Sed quid in dubio præſumemus: vtrum præſumetur, ꝙ ipſe ſciebat talem clericum, vel quòd ignorabat, & ſi ſit præſumptio ſcientiæ, quòd ſibi incumbebat onus probandi? Reſpondeo quòd præſumitur ignorantia: quia habitus demonſtrabit illum laicum: ideo iſta præſumptio transfert onus probandi in clericum.

¶ Item poteſt figurari caſus per l. verius. ff. de probat. Sed pro intellectu iſtius caſus eſt præſupponendum, ꝙ ſi teſtator legat rem ſuam, vel alienam, valet legatum: & ſi legat teſtator rem alienam, hæres tenetur illam redimere, ſi poſſit, vel tradere æſtimationem: & hoc verũ, ſi teſtator ſciebat rem alienam: ſecus ſi ignorabat: quia credebat rem eſſe ſuam. Sed ponamus, ꝙ aliquis Titius teſtator legauit mihi rem alienam, forte pratum vicini ſui: poſtea mortuus eſt teſtator: eo mortuo egi ↄ̃ hæredẽ ſcriptum: & petij vt mihi traderet illud legatum: hæres excipiendo propoſuit, ꝙ illud legatum nõ valebat, ex eo, ꝙ teſtator legauerat mihi rẽ alienam: Ego econtra replicando allegaui: ꝙ licet teſtator legaſſet mihi rem alienam, tamen ipſe ſciebat rem alienam: & ſic petebam vt hæres illam redimeret, & mihi traderet: vel mihi daret æſtimationem, vtrum hæres teneatur probare, ꝙ teſtator ignorabat illam rem alienam? Reſpondetur, ꝙ non: ſed ego legatarius teneor probare ꝙ ipſe teſtator ſciebat rem alienam: quia in dubio præſumitur ignorantia: quæ præſumptio transfert onus probandi in me legatarium.

REG. XLVII.

PRæſumitur[b] ignorantia, vbi ſcientia non probatur.

[Prima gl. ponit exempla. Secundo ſignat ↄ̃ria, & ſoluit remittendo. Tertio dicit regulam ceſſare in his quæ quis ſcire vel indagare tenetur, in his quæ ſunt iuris naturalis, intermittens de virtute huius præſumptionis & de triplici modo probandi ignorantiam.]

b ¶ Præſumitur ignorantia. [4]] pone caſum 82. diſt. propoſuiſti. in ſi. ſecundum, ꝙ ibi iacet littera. de ſent. excom. ſi vero, 2. & ff. de prob. l. verius. [Sic, & dominus præſumitur ignoraſſe, cum ſeruus eius ſuſcepit militiam. C. qui milita. non poſ. ſuper ſeruis. Dynus.] contra. 16. diſt. quod dicitis. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. 9. q. 1. ordinationes. 34. q. 2. in lectum. ĩ. de elect. innotuit. cum ſi. in quibus iuribus dr̃, ꝙ non præſumitur ignorantia, ſed potius ſcientia. Sol. dic vt not. de poſtu. c. 1. in 3. glo. de conſti. c. 2. & in prædict. c. 82. diſt. propoſuiſti. ꝙ circa ea quæ publice fiunt, præſumitur ſcientia, niſi probetur ignorantia: circa ea autẽ quæ fiunt occulte, pſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia, vt hic. Et ſcias, ꝙ hæc regula vera eſt in his, quæ quis ſcire vel indagare non tenetur: In his autem quæ quis ſcire vel indagare tenetur, non habet locum: ſicut in eligendo prælato. 61. diſt. c. 2. 8. q. 2. dilectiſſimi. de elect. cum in cunctis. & ideo ibi præſumitur ſcientia, niſi probetur ignorantia, vt eod. tit. innotuit. Ad hoc eſt quod dicit lex, quòd magiſtratus tenetur de idoneitate tutoris vel curatoris, quem nominauit, inquirere: & ideo imputatur ei, ſi idoneus non eſt. C. de magiſtra. conue. l. penulti. & per totum: [5] Et illud quòd hæc regula dicit, præſumitur. Eſt autem huius virtutis hæc præſumptio, vt transferat onus probandi in aduerſarium, vt ſ. dixi. & idem eſt in alijs caſibus, qui not. 6. q. vlti. actor. ſ. vt eccle. benefi. vt noſtrum. Item not. quòd ignorantia tribus modis probatur: Vno modo per ſacramentum: & ſic probo in veritate me ignoraſſe. de ſent. excommu. ſi vero 2. de except. paſtoralis. ſupra eod. lib. de elect. vt circa. & tunc demum admittitur probatio hæc, cum eſt probabilis, vt not. in prædict. cap. propoſuiſti. Secundo quando probatur id ex quo neceſſario [6] ſequitur me ignoraſſe: puta me tunc anniculum, vel furioſum. 3. q. 9. indicas. de ſucceſ. ab inteſtat. cum dilectus. Tertio quando probatur id ex quo non neceſſario, ſed veriſimiliter ſequitur me ignoraſſe: puta me tunc abſentem fuiſſe. & hoc dicere voluit Ioan. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. & licet in facto proprio probabilis interdum ſit ignorantia, vt 34. quæſt. 2. in lectum. probabilior tamen in alieno. ff. pro ſuo. l. vlti. quod dic, vt no. 1. quæſt. 4. §. notandum. & quia ignorantia iuris præcipue naturalis non excuſat: quod dic, vt no. in prædi. §. notandum. de tali ignorantia non loquitur hæc regula, cum ibi par ſit pœna ſcienti, & ignoranti. 16. q. 1. ſi cupis. C. de in ius vo. l. 2.

4 Et vt dicit Dyn. ad ignorãtiam facti reſtringitur hęc reg. & ſecundum eũ põt poni exemplum de tutore, qui pſumitur ignoraſſe ſe tutorem datum, ff. de admi. tu. l. hoc autem. Io. And.

5 Ad idem de crimi. fal. ad falſariorum. in prin. Io. A.

6 Ad hoc exẽplum & ſequens facit ff. de ijs qui ſui, vel alie. iu. ſũt. l. filium. Io. And.

LOcupletari.] Caſus primo ponitur per l. naturaliter. in fi. cum l. ſeq. ff. de condi. inde. ſic: Ponamus, quod alicui pupillo mutuaui pecuniam ſine auctoritate ſui tutoris: qui pupillus pecuniam illam non conſumpſit: ſed eam expoſuit vt bonus paterfamilias, ita quòd ex illa ē factus locupletior: ipſe illam pecuniam mihi reſtituit: poſtea vult repetere tanquā indebite ſolutam: an ſit audiendus? Certe non: nam ex quo cōſtat quòd ex pecunia mea fuit factus locupletior: eſſet contra naturam quòd ipſe locupletaretur cum damno meo.

¶ Idem.

REG. XLVIII.

LOcupletari[a] non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura.[b]

a Idem poteſt poni caſus per l. vlt. C. de vſuca. pro emp. Ponamus, quod à pupillo emi aliquam rem, quā mihi vendidit ſine auctoritate tutoris: ipſe tradidit mihi rē: ſolui ei pretium: modo ipſe vult repetere ipſam rem, & retinere pretium, quod apud ſe habet, ſaltem ex quo factus eſt locupletior: an ſit audiendus? Reſpondetur quòd non.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo ponit quattuor caſus in quibus fallit, rationē reddens, & exponens hic diſiunctam pro coniūcta. Tertio allegat concor. ſignat contraria, & ſoluit: etiam regulam exponit de enormi iactura.]

a ¶ Locupletari.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. iure naturæ. Pone caſum 17. q. vlt. ē. de dona. Apoſtolicæ. vbi non ditatur monaſterium cum iactura cathedralis eccleſiæ. ff. de condic. indebi. l. naturaliter. in fin. & l. ſeq. vbi ſi pupillus accepit mutuum, & locupletior inde factus ſoluit, non repetit. Et emens à pupillo ſine tutoris auctoritate, ſi ex ſua pecunia locupletior factus eſt pupillus, eum poſt pubertatem agentem, exceptione repellit. C. de vſuca. pro emptore. l. vlt. & concor. 99. diſ. ecce. 12. quæſt. 2. bonæ rei. 11. q. 3. ſi quis vero. 14. quæſt. 5. denique. 22. q. 2. primum, in prin. C. de epiſc. & cleri. ſi quis presbyter. & ſupra, de pœ. ſuam. vbi ſunt hæc verba: & ideo priuilegium interpretemur, ne alteri enorme præiudicium afferat, de verborum ſign. quid per nouale 9. quæſt 3. nunc vero. 25. q. 2. de eccleſiaſticis. de conſue. cum olim. in fi. cum ſimilibus. Hæc regula fallit in præſcriptionibus, & vſucapionibus, vt per te vides. Vt dicit Io. Mon. hoc ne dominia rerum ſint in incerto. ff. de vſucap. l. 1. vt ſit finis litium. ff. pro ſuo. l. fin. ſup. de præſcrip. vigilanti. Et in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ ſi infra debitum tempus non opponitur, locupletatur petens cum aliena iactura. C. de nō numera. pecu. l. in contractibus. Item in expenſis factis in re aliena. ff. de do. exc. l. Paulus. ſed vbi eſt auctoritas iuris, non poteſt dici iniuria. 23. quæſt. 4. qui peccat. Quod ergo hic dicit, iniuria vel iactura: expone, vel, pro &. ſic 87. diſtinct. cap. 1. ē. de foro compe. dilecti. C. de verborum ſignific. l. penul. & ideo etiam prædicta l. iure naturæ. ff. eo. tit. vnde hæc ſumpta fuit, dixit detrimento, & iniuria, 1 & cautius. Concord. ad hanc regulam ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. imperatores. in fine. vbi aqua de publico nomine ita demum duci permittitur, ſi ſine alterius iniuria id fiat. ad idem ff. de ſerui. vrba. prædio. l. fiſtulam. C. de ſerui. l. vlti. in fin. cum ſimilibus. ex quibus probatur, quòd etiam in meo facere non debeo quod noceat in alieno. contrarium tamen probatur ff. de damno infect. l. fluminum. § vlti. & l. Proculus. ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. §. denique. Dici ſolet, cum facio aliquid in meo ex quo alij noceo, aut immitto in alienū, vel, opus facio: & tunc non licet, vt ff. ſi ſerui. vend. l. ſicuti. § Ariſto. & l. teſtatrix, aut nō immitto, nec opus facio in alienum: & tunc aut id dolo facio, vt noceam alteri: & tūc prohibeor: aut non facio dolo, ſed eo ſolo propoſito vt mihi proſim, licet per id alij noceam: & tunc non prohibeor, ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. §. denique. cum ſuis concor. & facit ad hoc quod not. 11. q. 3. ſi quis vero. de aucto. & vſu pal. ca. 3. Et quod dicit hæc regula, iactura: intelligās enormi: nam priuilegium bene affert iacturam: licet enormē inferre non debeat. de hoc 25. q. 2. reſcipta. de verborum ſignifi. olim. ad hoc C. de prec. impe. offer. l. quotiens.

Iniuria dici non pōt, vbi eſt iuris auctoritas.

1 Idē Aret. in prædictis tribus, vel quattuor caſibus. & idē Dynus per modum obiectionū. Io. And.

b ¶ Iactura. 2] large ſumitur pro omni damno. de pœnis, ſuam.

b ADDITIO. Dicebat Dynus, quòd regula iuris ciuilis, ſcilicet. l. iure naturæ. ff. eo. vnde hæc ſumpta fuit, vbi dicitur detrimento, & iniuria: propter copulam ponebat vnum caſum: Iſta videtur ponere duos propter diſiunctam. Ad primum alleg. ff de cōdi. & demon. cum pupillus. §. diſiunctiuo. Ad ſecundum eod. tit. ſi hæredi plures.

2 Hæc gloſſula ex nouella Io. A. huc fuit trāſlata.

¶ Idem.

REG. XLIX.

IN pœnis[c] † benignior eſt interpretatio facienda.

IN pœnis.] Caſus figuratur per cap. ex litteris. ſupra de conſt. & l. hæ enim. §. 1. ff. de ſuſpec. tut. primo. per cap. ex parte. Quidam doctor Pariſieū. fuit priuatus à collegio aliorum doctorū, & emolumētis regētiæ pro ſua contumacia, eo quòd nolebat obedire ſtatutis illius collegij: & fuit priuatus ſimpliciter, non dicendo in perpetuum, vel quamdiu durat in illa inobedientia: Dubitatur, vtrum illa pœna duraret in perpetuum, vel quamdiu ipſe perſeueraret in ſua inobedientia. Reſpōdetur, quòd in dubio præſumitur, quod illa priuatio eſt temporalis: quamdiu ipſe perſeuerabit in contumacia ſua.

c Item poteſt caſus figurari per l. hoc enim, alleg. Pro cuius intellectu eſt primo præſupponendum, quod quū tutor alicuius pupilli remouetur ab adminiſtratione propter dolum ſuum, efficitur infamis. Si vero fuerit remotus propter culpam ſuam, vel negligentiam, non efficitur infamis. Inſti. de ſuſpec. tut. circa medium titu. Hoc præſuppoſito, ponamus ſic caſum. Quidam Titius erat tutor alicuius pupilli, qui fuit remotus ab adminiſtratione per ſententiam iudicis: ſed in ſententia iudicis non dicebatur quòd erat ſuſpectus, eo quòd inſidijs penſatis in tali re pupilli damnificauerat, vel quia erat negligens in adminiſtratione: ſed dictum fuit generaliter, quòd remouebatur ab adminiſtratione, eo quia erat ſuſpectus: quæritur vtrum in dubio ſit præſumendum quòd fuit remotus ob dolum, vel ob culpā ſiue negligentiam? Reſpondetur, quòd præſumitur, quod ipſe fuit remotus ob negligentiam ſiue culpam: & ſic non eſt infamis: quia in pœnis benignior eſt interpretatio facienda.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ſecūdo arguit: tertio ſpecificat quinque modos circa regulam.]

c ¶ In pœnis.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff eo. tit. factum cuique. §. in pœnalibus. Pone caſum in iudice, qui ita pronunciauit: temere accuſaſti. calumniatorem non pronuntiat. 2. quæſt. 3. c. ſi quem, § notandum. Priuatus à collegio doctorū non perpetuo, ſed temporaliter priuatus intelligitur. de conſtit. ex litteris. Tutor remotus non expreſſo, an propter dolum, an propter culpam: remotus intelligitur propter culpam. ff. de ſuſpect. tut. l. hæ enim. §. 1. concor. de pœni. diſtin. 1. §. pœnæ. ſupra, eod. lib. de elect. ſtatutum. ff. de pœn. ſi præſes. Et ex hac regula, & eo quod dixi, eſt argum. 3 quòd in dubio præſumitur caſſatio electionis facta non vitio perſonæ, ſed electionis modo, & ſic addi poteſt ad decre. de ele. ſuper eo. vt ibi not. per Compoſt. nam etiam iudice pronunciante quòd vim feciſti, de priuata intelligitur, vt in prædicta l. ſi præſes. & l. penult. Et not. quòd hæc benigna interpretatio ſit in multis: Primo ex multiplici pœna expreſſa eligimus mitiorem. 50. diſtinct. eos. 24. quæſt. 1. ſi quis dederit. Item quia ſi verbum poteſt importare pœnam perpetuam, & temporalem, eligimus temporalem. 33. quæſt. 4. non oportet. 2. ſiluo eo quod habes 50. diſtinct. cap. 1. & ſupra, de conſti. ex litteris. per Ber. & modernos. & per Accur. ff. de po-

† Hic adde quod vbi in dubio vertitur fauore animæ, durior pœna imponitur. argu. no. c. ad audientiā. de homi. vnde Anch conſ. 179. interpretatur eſſe qui confitetur ſe vſurarium, fuiſſe talem toto vita ſua.

3 Idem Io. Mona. dicit tū, quod non diceret dubium, quū ex actis apparere poſſet caſſationis cauſa. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. l. 3. ff. de re mili. milites. §. miſſionum. & dixi in dec. ſuper eo. Io. And.

de poſtu. præla. §. 1. Item quia de pœnis non arguimus ad ſimilia: 1 quia pęnæ non excedunt propriũ caſum. de pœni. diſt. 1. §. pœnæ. Item vbi eſt tale verbum puniantur, priuentur: intelligimus per ſententiam, non ipſo iure. de elect. cap. quia propter. niſi ibi eſſent verba quæ aliud ſaperent: puta, ipſo iure, vel eo ipſo. ſup. eo. lib. de elec. quàm ſit. in fine. licet Gar. contra. ſed primum credo, ſecundum Gul. Item quia in dubio mitiorem caſum eligimus, ff. de ſuſpec. tut. l. hæ enim, & ſupra dixi. An iudex poſſit pœnas moderari, no. 2. q. 3. c. ſi quem. §. notandum. in gloſſa, quæ incipit, vt ĩ. 3. q.

1 Quæ non ſunt de mẽte, nec habent eundẽ effectũ. ſuper quo vide qđ ſcripſi ſup. eo. lib. de elec. ſi poſtquã. §. 1. ſuper gl. & ita. & remiſſiões. quas ibi dedi, &c. Io. And.

gnior[a] eſt interpretatio[b] facienda.[c]

¶ Idem.

REG. L.

Actus[d] legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

¶ Idem.

REG. LI.

Semel[e] Deo dicatum,

a ¶ Benignior.] Dicit canon: illa digniora ſunt imitatione, quæ ſunt excellentiora pietate. 9. diſt. c. vlt.

b ¶ Interpretatio.] de multiplici interpretatione. vide quod not. 11. q. 1. clericum nullus. §. ex his omnibus. de poſtu. præl. c. 1.

[Glo. ſeq. ponit rationem.]

c ¶ Facienda.] ratio: quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. ſup. eo. odia. cum ſuis concor.

Actus legitimi.] Caſus ponitur per c. in electionibus. ſup. de elec. eo. lib. hoc modo: vacante eccleſia Pictau. canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnũ, tractaturi de electione futuri paſtoris: tractatu inter eos habito aliqui ex canonicis cõſenſerunt in aliquem Titium vſque ad certum tempus: vel in ipſum conſenſerunt caſu quo nauis veniret ex Aſia: an valeat talis electio? Reſpondetur, quòd non: quia actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem.

Item poteſt poni caſus per cap. ſolet quæri. 32. q. 2. in matrimonio carnali hoc modo: Aliquis Titius contraxit matrimonium cum aliqua Berta vſque ad certã diem: an valeat matrimonium? Reſpondetur, ꝙ non, per rationem huius regulæ: quia actus legitimi.

[Prima glo. dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: ſecundo ſignat ſucceſſiue ſex contraria, & ſoluit: tertio oſtendit regulam iuris ciuilis cautius formatam.]

d ¶ Actus legitimi.] hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. actus legitimi. vt emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, tutoris datio, &c. per quam exẽplificare potes hanc regulam. Ponit etiam Dyn. exemplum in auctoritate tutoris: quæ ſi interponatur ſub conditione, interpoſitio eſt nulla, ff. de aucto. tut. l. 1. & ſic conditionalis. Item exẽplum pone in ſententia, quæ non debet ferri ſub conditione. 2. quæſt. 6. biduum. Itẽ electio, vel poſtulatio non debet fieri ſub conditione. ſupra eo. li. de elect. in electionibus. Item matrimoniũ non contrahitur in diem. 32. q. 2. ſolet quæri. ſupra, de condi. appo. c. vlt. Contra 18. diſt. c. vlt. 86. diſtinct. tanta. 30. quæſtio. 3. vnio, in fin. in quibus excommunicatur quis vſque ad duos menſes. Sol. ibi ſumitur excommunicatio pro remotione à ſacramentis: excommunicatio enim debet eſſe perpetua. 10. q. 1. quia ſacerdotes. exponimus tamen perpetuam, ideſt, donec pęnituerit. 27. q. 2. de viduis. 1. reſponſio quia pro contumacia fertur. facit ſupra, de conſtit. ex litteris. Item contra. ĩ. de elect. cum in veteri: vbi eligendi poteſtas in certum tempus confertur. Sol. electio eſt ille actus legitimus, qui non recipit diem: vnde non poſſunt canonici ſibi aliquem eligere in prælatum vſque ad feſtum Reſurrectionis, vt hic: ſed poteſtas eligendi nõ eſt ille actus, & ideo datur tempus, vt ibi: nam & procurator datur ad tempus. ſupra eod. lib. de procurat. ſi quem ſub ea. hinc eſt quòd etiam de iure communi tempora ad eligendum ſunt rata. de elect. ne pro defectu. de conceſſ. præb. c. 2. ſup. eod. lib. de iure patro. cap. vnico, cum ſimi. Item contra 7. q. 1. paſtoralis, ſup. de fil. presbyt. veniens. vbi prælatura eccleſiæ dari uidetur ad tempus. Solu. ut ibi not. in ult. glo. 2 Item contra: quia matrimonium licet non recipiat diem, 3 vt ſupra recipit tamen conditionem, de condi. appo. ſuper eo. Solu. Veritate inſpecta nondum eſt matrimonium vbi non interuenit purus conſenſus, vt ibi patet, immo nec ſponſalia, vt ſup. eo. lib. de ſpon. c. 1. in ſi. Item ꝫ ad id quod ĩ. dixi de donatione tutoris. inſtit. qui teſta. tu. da. poſ. §. ad certum. vbi tutoris datio diem recipit. Sol. quod ſupra dixi, habet locum in tutore dato à iudice: ſecus, 4 ſi à teſtatore, vt in præd. §. Item ad idem ꝫ. ff. de tutelis l. mu[n]to, §. penu. vbi datur à iudice ſub conditione, ſi ſatiſdederit: & illa ſi ſatiſdederit, pura eſt. Et facit quod habes ſupra, de elect. ſignificaſti. Et not. quòd ſicut hi actus non recipiunt conditionem vel diem, ſic nec diſtinctionem, vt in prædicto ca. in electionibus. Et eod. tit. vt quis duas. Item nota, ꝙ regula iſta indiſtincte loquitur de actibus legitimis, qui non recipiunt cõditionem, nec diem: lex autem ſtrictius dixit, Actus legitimi qui non recipiunt. &c. quaſi dicat, aliqui ſunt qui recipiunt, & aliqui non. & loquitur ipſa lex in actibus qui non ſunt contractus, ſed quaſi. Contractus enim bene recipiunt conditionem. ff. de contrahen. empt. l. hæc venditio. Et ſic etiam poteſt ſolui id quod ſupra dixit de matrimonio, ſecundum Lau. Gof. & Ber. qui hoc not. de condi. appo. ſuper eo. in princip. & facit ĩ. eod. contractus.

2 Et ꝓpter mandatum Papæ. dicit Philip. allegãs Io. An. c. cũ beneficio. de præben. ſup. c.

3 Etiã ex diſpẽſatione Papæ: ſm Io. And. licet multi. dicant ꝫ.

4 Quare ſecus not. C. de teſta. tu. l. 1. vbi duas rõnes reddit gl. additur tertia: quia omiſſum à teſtatore ꝓpter diẽ vel conditionẽ ſuppleri põt ꝑ iudicẽ: qđ non cõuertitur. Io. A.

ADDITIO. Ad probandum, ꝙ contractus bene recipiunt conditionẽ, allegat Dynus inſt. de emp. & ven. §. emptio. ff. de in diem addi l. 2. de peri. & com. rei vẽ. l. neceſſario pro emptor. l. 2. §. ſi ſub conditione. vnde locatio, ſocietas, mandatum, & ſimilia, qui ſunt legitimi actus, certum eſt quòd conditionem, & diem recipiunt. Ioan. And.

Semel Deo.] Caſus in hac regu. figuratur multis modis. Primo per c. ligna. de conſe. diſt. 1. Ponamus, ꝙ aliqua eccleſia vetuſtate conſumitur, ita ꝙ iſta eccleſia pro ſui conſeruatione indiget nouo tecto. deponuntur ligna antiqua: vtrum ſit licitum de illis lignis ædificare domum priuatam? Reſpondetur, ꝙ non: quia ex quo illa ſemel fuerunt Deo dedicata, non debent redire ad vſum hominum.

Item poteſt poni caſus in c. veſtimenta. ea. diſt. Ponamus: aliqua caſula vel aliud ornamentum eccleſiæ eſt de panno aureo: iſtud ornamentum vetuſtate conſumitur: ſunt aliquę petiæ integrę: vtrum ex illis ſit licitum facere burſas ad vſus hominum? Rñdetur, ꝙ non: quia ex quo ſemel illæ petiæ fuerunt dicatæ Deo, ex illis nõ debet aliquid fieri ad vſum priuatorum hominum.

Vel põt poni caſus ſic. Ponamus, ꝙ aliquis priuatus fecit fieri vnum calicem: qui calix eſt in dñio illius qui calicem fieri fecit antequam ſit conſecratus. Sed ponamus, ꝙ iſte calix cecidit inter manus epiſcopi, qui illũ conſecrauit: vtrum epiſcopus teneatur reddere calicẽ illi cuius erat ante conſecrationem? Reſpondetur, ꝙ non: ſed tenetur ſoluere pretium calicis illi cuius erat antequam eſſet conſecratus. Et hic eſt vnus caſus, in quo inuitus cogitur accipere pretium rei ſuæ.

[Prima glo. ponit exempla: ſecundo dicit etiam in re aliena regulam procedere. Item in eadem forma: tertio dicit, ꝙ in non dicatis non procedit: ſignat contrarium, & remittit: quarto notat nedum dominium, ſed etiam vſum prohibitum.]

e ¶ Semel Deo.] 5 pone caſum. 12. q. 2. nulli. ĩ. de reli. do. ad hæc, ff. de reli. & ſum. fu. l. ſi quis ſepulchrum, §. 1. ad idem 19. q. 3. quæ ſemel. de conſecr. diſt. 1. ligna. & cap. veſtimenta. de foro compet. conqueſtus. de rerum permuta. mancipia. C. de ſacroſan. eccle. Authen. præterea. Et habet locum hæc regula non ſolum in re propria, ſed etiam in aliena conſecrata: vnde ſi aurifaber habebat calicem, quem epiſcopus conſecrauit: amplius

5 Dynus ponit exẽplũ in æde ſacra, quæ ſi deſtruatur vel corruit: locus tñ remanet ſacer. Inſtitu. de re. diu. §. locus, ff. de rerum diu. in tantum. §. ſacræ. & de contrah. emption. l. ædes ſacræ. Io. And.

non

non reddetur aurifici calix ipſe: ſed eius æſtimatio. & eſt caſus ſpecialis, in quo priuatur quis re ſua. 14. q. 6. competimus. Et quod dixi in calice, idem eſt in qualibet re inanimata: ſecus autem in animata, puta in ſeruo. & ſic non eſt contra. 54. diſt. frequens, & cap. ſeq. ratio eſt, quam ibi no. Ioan. in prædi. c. competimus. & Ber. in p̄di. decr. de reli. do. ad hæc. q͞a res animata, ſcilicet homo, delinquit pmittendo ſe cõſecrari: inanimata vero non. Et eſt ſi. 7. q. 1. ep̄s in diœceſi. & ff. de acqui. poſ. ſi rem mobilem. & l. Pomponius. in princ. Et hoc quod hic dr̃, intelligas in eadem forma: q͞a ob redemptionẽ captiuorũ vel vrgentia debita, calices, & vaſa alia eccleſiaſtica vendi poſſũt, etiã laicis, conflata tñ, & minuta. 10. q. 2. hoc ius. & prædi. auth. præterea. Item not. q̄ dicit, dicatum: quia bona eccleſiæ non dicata vel conſecrata bene tranſeũt ad humanos vſus, etiam ſerui eccleſiæ venduntur vel donantur laicis etiam ad ſeruiendum. 12. q. 2. eccleſiaſticis. Argu. ȷ̄ de re. permu. c. 3. dic vt ibi. Item not. q̄ dicit ad vſus: quia non ſolum in dominium laicorum, ſed nec etiam in vſum tranſire debent res Deo dicatæ. ad idem de conſecr. diſt. 1. veſtimenta. ne vitio quæ Balthaſar, &c. vt ibi. [& Danielis 5.]

non eſt ad vſus humanos [a] vlterius transferendum. [b]

¶ Idem.

REG. LII.

NOn † præſtat impedimentum, [c] quod de iure non ſortitur effectum.

¶ Idem.

REG. LIII.

CVi li-

† Per hanc reg. dicunt Phi. Io. An. nõ tolli ſpõſalia p̄ matrimonium ob ꝯſanguinitatẽ reſolutũ: & fallit hæc reg. in ijs q̄bus tacita volũtas ſufficit. de le. 2. plane. in prin. Ange. Fab. §. poſteriore. qui. modis infir.

a ¶ Humanos.] i. ſæculares, i. ſæcularium perſonarũ. ad idem 1. diſt. c. 1. 12. q. 2. qui diuinis, & humanis deteſta. cum eſſet. Hoc dico: quia ad vſus clericorum qui, & homines ſunt, bene poſſunt reduci. de conſe. diſt. 1. ligna. Alibi ſumitur humanum pro humili. 50. diſ. eos. 24. q. 1. ſi quis dederit. 33. q. 2. latorem. in fine.

ADDITIO. Humanus accipitur etiã pro benigno, manſueto, & miſericordi: & inhumanitas econtra pro feritate, & crudelitate, & impietate. ī. de præſcr. cum ex officij. in prin. de cen. licet. & in cle. de reli. do. quia contingit. poſt princ. Ioan. And.

b ¶ Transferendum.] adde quod dixi ī. eo. priuilegiũ. Ioan. And.

NOn præſtat impedimentum.] Caſus figuratur per c. ſi verum. 31. q. 2. hoc modo: Titius ꝯxit matrimonium cum Berta conſanguinea ſua. & in effectu inter ipſos erat impedimentũ, ita, q̄ matrimonium non tenet, obſtante impedimento: poſtea ꝯxit cũ alia, in qua non erat impedimentum: vtrum valeat iſtud ſecũdum matrimonium? Rñdetur, q̄ ſic. nec obſtat primum matrimonium, quòd fuit nullum, & q̄ de iure non eſt ſortitum effectum. Vel in electionibus ponamus ſic caſum: Canonici eccleſiæ Pictaueñ. vacante ſua eccleſia celebrauerunt electionem nullam: poſtea iſta electione non caſſata celebrauerunt ſecundam electionem: vtrum prima electio quæ fuit nulla, (non tñ fuit caſſata) præſtet impedimentũ ſecundę electioni? Dr̃, q̄ non. Contra iſtam regulam opponit glo. de c. 1. ſup. de ſpon. eo. lib. vbi ſponſalia quæ ſunt nulla, præſtant impedimentum matrimonio ꝯhendo: vt contraxi ſponſalia cum Berta, quæ non tenuerunt propter impedimentũ religionis vel cõſanguinitatis: vtrum potero ꝯhere matrimonium cum conſanguinea Bertæ? Dr̃, q̄ non. Dicẽdum, q̄ illud intelligitur quando ſponſalia ſunt nulla non ex defectu conſenſus: ſed ſi eſſent nulla ex defectu conſenſus, poſſem contrahere matrimonium cum conſanguinea Bertæ, vt dicitur in d. c. 1.

[Prima glo primo ponit exempla: ſecundo quinque caſus exceptos, & quintum non approbat: tertio notat in maleficijs regulam non loqui.]

c ¶ Non præſtat impedimentũ.] [1] pone caſum in matrimonio quod non tenet: quod non præſtat ẽt impedimentum ſecundo. 31. q. 2. ſi verum. In electione quæ non tenet, ſup. de elect. congregato. In ſtipulatione quæ non tenet, ff. de verb. oblig. ſi dari ſtipuler. Vides tñ circa matrimonium q̄ ſponſalia, quæ ſunt nulla p̄p̄ affinitatẽ, vel conſanguinitatẽ, præſtant impedimentum in conſanguineis alterutrius, ex publicæ honeſtatis iuſtitia. Ratio eſt: quia publicæ honeſtatis iuſtitia inducitur ex ſolo conſenſu: vnde ex quo ſunt aliqua ex conſenſu, licet aliàs ſint nulla, inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia. Si autem eſſent nulla ex defectu conſenſus, nõ inducitur. ſup. eo. li. de ſponſ. c. 1. ſicut & impedimentum affinitatis inducitur etiã per illegitimum coitum. 35. q. 3. de inceſtis. Circa electionem etiam vides, q̄ electio quæ nulla eſt, ſecundum impedit. ſup. de elect. auditis. quod non proſequor: ſed dic, vt ibi. Idẽ in denunciatione noui operis, quæ ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta, impedimentum præſtat futuro ædificio. ſup de noui ope. nun. c. 1. & ff. e. tit. l. 1. in princ. Idem etiam in appellatione, quæ etſi ex falſa cauſa ſit interpoſita, dum tamen probabili: tali quæ ſi foret probata, debeat reputari legitima: ea interpoſita, nihil eſt innouandum. 2. q 6. appellatione. Item in litteris Papæ per mendacium impetratis, quæ licet ſint nullæ quo ad iuris effectum, præſtant impedimentum alijs impetrandis, ſi de eis mentio non fiat. ſup. de reſcr. cæterum. & c. ex parte, ſecundum Goff. qui hos quatuor caſus quos præmiſi not. de deſponſa. impub. litteras. Sed Ber. in hoc vlt. contra. ſupra, de reſcri. ex tenore. in glo. 1. in fi. [2] per decre. de confir. vti. vel inutil. bonæ. Et nota hanc regulam veram, niſi in pœnam aliquibus prohibeatur: hoc dico propter maleficia, quę non ſortiuntur effectum à iure: & tamen impedimentum præſtant promouendis. 50 diſt. c. 1. 2. & 3. Interdum matrimonio contrahendo. iuxta ea quæ no. 33. q. 2. hoc ipſum. §. hoc autem quamquam, & ſup. de pœn. & remiſ. qui presbyterum. & eſt ſimile quod not. C. de leg. non dubium. habetur enim pro infecto quod contra iura fit. 10. diſt. vides. vbi de hoc, & ī. eo. quæ ꝯ ius. & ibi dicã. Et q͞d dicit, non ſortit̃ effectũ: dic à principio, vel ex poſt facto. q͞d dic, vt dixi ſup eo. nõ firmat̃.

1 Io. Mon. allegat pro exẽplis multa iura quæ hic vide per Io. And. in mercur.

2 Vide q͞d ibi dixi, & de hoc in præal. decr. cũ noſtris. de conce. p̄ben. in 4 gl. Io. And.

ADDITIO. In hac regula, non præſtat. & c. Dynus ponit exemplum, cũ legata eſt mihi optio ſerui, & ego elegi; ſed electio non habuit effectum: iterum eligam. ff. de opt. leg. l. 2. 3. & 4. Item ponit per l. quod pupillę. ff. quando di. leg. ced. de condi. & demon. hæc conditio. Ioan. And.

CVi licet.] Caſus primo figuratur per cap. ecce. 95. diſt. vbi quæritur, vtrum liceat ſacerdoti benedicere populum in fine Miſſæ? Rñdetur, q̄ ſic: quia licitum eſt ſacerdoti quod eſt plus, ſcilicet conficere corpus Chriſti: ergo eſt ei licitum quod eſt minus, ſcilicet benedicere populum in fine Miſſæ. Et hoc intelligitur de benedictione ſimplici, non aũt de benedictione ſolemni, quæ de iure cõi ſpectat ad ſolos ep̄os, & alios ſuperiores: licet ex priuilegia ſpectet ad aliquo abbates: quæ benedictio ſolemnis impenditur in tribus horis, videlicet in Matutinis, in Miſſa, & in Veſperis. ¶ Itẽ põt caſus figurari per c. ex parte, 3. de deci. in ant. Papa conceſſit priuilegium aliquibus religioſis, vt ipſi poſſint percipere decimas in certa parochia: poſtea fuerunt facta noualia: vtrũ ex illis noualibus ipſi p̄cipiunt decimas? Reſpondetur, q̄ ſic, per rõnem huius regulæ: quia ſi fuit eis cõceſſum quod eſt plus, vr̃ eis cõceſſum illud quod minus. Secus ſi illud priuilegiũ eſſe conceſſum alicui laico, per c. tua, eo. tit. Item ſecus ſi religioſi præſcripſiſſent decimas antiquas: quia cũ præſcriptiones ſint odioſæ, non poſſent percipere decimas de noualibus: nam præſcriptio non currit ſine poſſeſſione, quia iſti religioſi non poſſent dicere, q̄ habuerunt poſſeſſionem iſtorum noualium.

[Prima gl. dicit vnde ſumpta: & ponit exẽpla: ſc͞do ponit brocharda: tertio ſucceſſiue ſignat, & ſoluit ſeptẽ contraria: quarto ſignat contraria ad negatiuam.]

¶ Cui

cet [a] quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus.

¶ Idem.

REG. LIIII.

Qvi prior eſt tempore, [b] potior eſt iure.

¶ Idem.

REG. LV.

Qvi ſentit

a ¶ Cui licet.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. ti. non debet cui plus licet, quod minus eſt non licere. Et fallit hæc regula in caſibus ibi not. Pone caſum: Presbyter in Miſſa conficit corpus Chriſti, quod maius eſt: bene ergo poteſt benedicere populum, quod eſt minus. 95. diſt. ecce. Itē conceſſis decimis laborum, quòd maius eſt, & noualiū quod minus eſt. ſ. de decim. ex parte 3. Itē cui conceſſum eſt teſtari, puta filiofamilias in peculio caſtrēſi: ergo, & donare cauſa mortis, ff. de dona. cauſa mortis. l. tam is. concor. 12. q. 2. præcipimus. cui cōmittuntur animæ, & res eccleſię etiam, ſ. de dote poſt diuor. reſti. per veſtras. cui committit vxor corpus, bene pōt committere dotem. Et no. ꝙ iſtud eſt vnum brochardum: cui licet plus, & minus. Aliud, quod licet maiori, & minori. 95. diſt. illud ſuperfluū. Aliud negando: cui non licet minus, nec maius. de ſent. excom. cum illorum. & quod non licet in minori, nec in maiori. de elec. cum in cunctis. vbi de hoc. Contra ad hanc regulam. ſ. eo. lib. de præben. cui de non ſacerdotali. Solu. illud facit forma mandati. & eodē modo reſponde ad c. eo. tit. cum in illis. §. vlt. & facit quod dixi ſ. eo. plus ſemper. Item contra. de conſecra. diſt. 2 comperimus. Sed illud ſpeciale propter vnionem. Et ſic etiam reſpondetur ad l. ff. de admin. tuto. cum quæritur. [3] Nam pupillus poteſt omnia nomina, quæ fecit tutor reſpuere: ſed non quædam reſpuere, & quædam approbare. Item contra. de tranſla. c. vlt. vbi permittitur tranſire ad maiorem dignitatem, ſed non ad minorem. Solue vt ibi not. in glo. penult. Item contra. 33. q. 2. latorem, vbi poteſt communicare, ſed non oblationem dare. ad idem. 17. q. 4. miror. Item contra de torneamentis. c. 1. de rapt. c. 2. vbi conceditur pœnitentia, & non ſepultura. Sol. vt no. in præd. c. 1. de torneamen. quia regulare eſt, quod hic dicitur: niſi à minore prohibeatur ex cauſa, vel vt conſulatur viuis, vt ibi, vel ob aliam cauſam. Item ad negatiuam contra, 36. diſt. qui eccleſiaſticis. & 1. q. 1. ſi qui epi. vbi qui iniuſte ordinem contulit, priuatur collatione illius ordinis: ſed non minoris, vel maioris, ſecundum Ber. licet Hugo contra. ſed dic, vt ſ proxi. dixi. Plus ergo qualitate includit minus, ſed non ſemper, vt ſ. ſicut plus quantitate, non ſemper includit minus, vt dixi ſ. eo. tit. plus ſemper.

[1] Nota licitum eſſe in licitis & pmiſſis argue reà maiori. de quo plene Bald. in l. conuenticulā, C. de epi. & cler.

[2] De materia regulæ vide q̄ pleniſſime tradit Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi, p. 12. conſiderat. 99.

[3] Eadem reſpōſio ad l. in cauſę, ff. de procura. vbi licet ꝓ curatorē in totum renouare, non in parte, ſecundū Dy.

ADDITIO. In hac regula, cui licet, &c. Io. Mon. dicit ponendum exemplum, per §. is qui exequitur. inſti. manda. vbi ſi mandaui fundum emi pro centum, mandaſſe videor, ꝙ ematur pro minori, ſi haberi poteſt: & remittit ad regulam, plus ſemper. Dynus ponit exemplum in patre, cui licet occidere adulterum inuentum cum filia: multo magis contumelijs afficere, ff. de adul. nec in ea. §. ius occidendi. Item iudex poteſt deferre actori iuramentum in litem, quod eſt plus: poterit ergo taxationem iuriſiurandi adijcere, quod eſt minus. ff. de in lit. iuran. videamus, §. pen. Io. And.

Qvi prior eſt tempore.] Caſus figuratur per c. vlt. 17. diſt. iuncto c. 1. de maio. & obe. in anti. Ponamus, ꝙ inter canonicos alicuius eccleſiæ eſt contentio, quis debeat primo ſe ſubſcribere in inſtrumēto, in quo continentur actus capitulares. vel eſt contentio inter canonicos in ſeſſionibus, quis debeat eſſe in loco honorabiliori: vel in optione præbendæ eſt contentio, quis debeat habere electionem? Reſpondetur, ꝙ antiquior canonicus eſt cæteris præferendus: quia qui prior eſt tempore, potior eſt iure.

c Item poteſt poni caſus in pluribus expectantibus auctoritate Apoſtolica, quorum vnus præcedit in data, vt ponamus, ꝙ Papa hoc anno fecit mihi gratiam in eccleſia Picta. quia mandauit canonicis illius eccleſiæ vt conferrent mihi ꝓbendā ſi qua vacaret, aliàs primo vacaturam: poſtea Papa in dicta eccleſia fecit tibi ſimilem gratiam: quæritur quis noſtrum ſit præferendus in aſſecutione præbendæ? Reſpondetur, ꝙ ego qui ſum prior in data: quia qui prior eſt tempore, potior eſt iure.

d Item poteſt poni caſus in pluribus creditoribus, vt ſi ſint plures creditores alicuius debitoris, & vendantur res ipſius debitoris: quæritur quis debeat eſſe prior in debito conſequendo? Reſpōdetur idem, ꝙ ille, q eſt prior in tempore.

[Prima gloſſ. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ad vltimum exemplum ſignat contrarium, & ſoluit: ſecundo dicit regulam procedere in his quæ pendent à voluntate duorum, non in legibus, vel teſtamentis: ſignat contrarium, & remittit: Item procedit, cum par eſt ius vtriuſque.]

b ¶ Qui prior eſt tempore.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l. quotiens vtriuſque. Pone caſum in iure ceſſionis & ſubſcriptionis. 17. diſt. c. vlt. ibi præponitur prius ordinatus. [& ſ. de maio. & obe. c. 1. vbi de hoc. Dynus alleg. ff. de albo ſcri. l. 1. 2. & 3. & C. de conſu. l. 1. lib. 12. In aſſecutione præbendæ qui primo impetrauit. [1] ſup. eo. lib. de præb. eum cui. Ex duobus emptoribus vel donatarijs præponitur in rei vendicatione ille, cui res prius tradita fuit. C. de rei vend. quotiens. in prin. & in fi. Sed quare in hoc vltimo caſu præfertur ille, cui fuit primo res tradita, & non ille cui primo fuit vendita vel donata: quod eſſe deberet, ſecundum hanc regulam? Solu. hæc regula locum habet in ijs quorum vtriuſque par eſt cauſa, vt in prædi. l. quotiens. ff. eod. tit. ſed poſt venditionem quis remanet dñs. vendendo ergo & tradendo ſecundo, potior eſt cauſa ſecundi, vt ibi. [3] hoc probatur C. de hære. vel act. ven. l. qui tibi tenetur. tamen priori exempto quanti ſua intereſt, vt ibi: ſed per litteras Papæ quis ſtatim eſt canonicus: & ideo in eis attendimus datam, vt in prędicta decreta. eum cui. & facit quod not. de ſpon. duorum. c. vlt. in 1. glo. Et not. quòd hæc regula locum habet in contractibus, & in ijs quę à duorū voluntate dependent: ſed in legibus, & conſtitutionibus quæ pendent ex vnius voluntate, reuocat poſterior priorem. Idem in teſtamentis eadē de cauſa: quia ex vnius voluntate dependent. Ad primum de conſec. diſt. 1. c. vaſa. de cogna. ſpiri. c. 1. ff. de leg. non eſt nouum. & ſ. eod. lib. de conſti. c. 1. vbi etiam de hoc. Ad ſecundum. 13 q. 2. vltima voluntas. Et ſup. de celebra. Miſ. cum Marthæ. & ff. de lega. 1. ſi mihi. Ad primum, contra. 33. q. 2. hoc ipſum. in fi. 50 diſt. Domino ſancto. vbi dicitur, ꝙ potius ſtamus antiquo iuri quàm nouo. Sed dic, vt ibi, & vt ſupra dixi. Hæc regula in his locum habet quæ par ius habent: nā priuilegia conſiderantur non ſolum ex tempore, ſed ex cauſa, ff. de priuileg. cred. priuilegia. hinc eſt, ꝙ receptus auctoritate Apoſtolica, præfertur omnibus, etiam ante receptis aliorum auctoritate. ſ. eo. lib. de præben. hi qui. Et creditrix dotalis pręfertur etiam in quibuſdam anterioribus creditoribus, non tamen filiis ex priori matrimonio, qui agunt de dote materna. C. qui pot. in pigno. hab. l. vlt. & ibi de hoc: & plene per Azo. in ſumma, eod. tit. [Sed longe plenius hic per Dynum eius diſtinctionem vide.]

[1] In pari forma. & de hoc plane ſ. eo. lib. de conceſ. præben. ſi ſoli. in vlt. glo.

[3] Niſi prius ſe cōſtituiſſet prioris noīe poſſidere: vt ſcripſi in Spec. de empt & vendit. c. 1. vbi gloſſ. ibi verbū, conſtituit poſſidere. Io. A.

ADDITIO. In hac regula, qui prior, &c. Dynus ponit exemplum in creditoribus, quibus res ſunt obligatę, vt potior ſit qui prior eſt tempore, ff. qui pot. in pigno. l. potior. & l. creditor. & C. eod. l. ſi fundum, &c. Ioan. Andr.

Qvi ſentit onus.] Caſus primo figuratur per cap. de lapſis. 16. q. 6. Ponamus, ꝙ aliquis clericus perpetrauit aliquod delictum pp quod fuit condemnatus agere pœnitentiam in aliquo monaſterio: nunquid bona ſua tranſeunt in monaſterium, vel monaſterium teneatur ipſum alere expēſis monaſterij? Rñdet, ꝙ ſi fuit condem-

condemnatus ad agendum perpetuam pœnitentiam in monaſterio, bona ſua tranſeunt in monaſterium: quia ex quo monaſterium ſentit onus, etiam debet ſentire emolumentum.

¶ Item poteſt poni caſus per cap. 2. de ſepul. ĩ. e. vbi dr, ꝙ ſi parochianus eligat ſepulturã alibi ꝙ̃ in ſua eccleſia parochiali: ex illis quę obuenerunt rõne funeris, eccleſia parochialis dẽt habere quartam, vel aliam portionem, ſm conſuetudinem regionis. c. certificati. eo. ti. in antiq. quia ſicut eccleſia parochialis ſuſtinuit labores adminiſtrando & celebrando diuina: ita ſimiliter debet eſſe particeps in emolumentis.

onus, [a] ſentire debet commodum, & econtra. [b]

¶ Idem.

REG. LVI.

IN re [c] communi, po-

c Item poteſt poni caſus per c. filijs. 16 q. 7. Certum eſt, ꝙ patronus ĩ eccleſia patronata ex iure patronatus conſequitur aliqua emolumenta: quia ad illam eccleſiã poteſt præſentare uirum idoneum. Item in ſeſſionibus & ſepultura eſt præ cęteris honorandus. Item ſi patronus deueniat ad paupertatem, eccleſia tenetur ſibi ſubuenire præ cęteris egentibus. Sed quid? ponamus ꝙ eccleſia opprimitur: nunquid patronus tenetur eandem defendere? Reſpondetur, ꝙ ſic: quia ex quo ſentit commodum, ſentire debet & onus.

• Item poteſt figurari caſus per c. ſignificatũ. de præb. in antiq. vbi dicitur, ꝙ ex quo clericus percipit fructus & emolumenta eccleſiæ: ita ſimiliter tenetur & debet eam officiare, & facere diuinũ ſeruitium: quia ex quo conſequitur emolumentum, etiam debet habere onus: quia beneficium datur propter officium.

[Prima gl. dicit unde ſumpta: & ponit exẽpla in vtroque dicto: ſecũdo ponit quatuor caſus quib. fallit reg.]

a ¶ Qui ſentit onus.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ſſ. eo. ti. l. ſm naturam cuiuſque rei. Pone caſum in clerico, qui propter lapſum detruditur in monaſterium ad pœnitentiam peragendam: quia res eius proficiẽt monaſterio. 16. q. 6 de lapſis. Ad idem ĩ. de ſepul. ca. 2. ibi, ſint conſolationum ſocij, &c. & C. de fur. & ſer. cor. l. vlt. §. ſed cum in ſecũda. vbi commodatarius ſi furtiue ab eo ſurripiatur res commodata, & agens furti conſequatur pœnã à fure: pœnam ipſam non reſtituit dño, ne ſit damno tantummodo deditus, qui rem commodatam accepit: ſed liceat etiam lucrum ſperare. In ſecũdo dicto ibi. ſ. & econtra: pone caſum in patrono q defenſare debet eccleſiam. 16. q. 7. filijs. in clerico qui officiare debet eccleſiã, de præb. ſignificatũ. Et dicit lex, nõ eſt ferendus qui lucrũ amplectitur, onus aũt ſubire recuſat. C. de cad. tol. l. vnica. §. pro ſecundo. in ſi. Cõcor. ad hanc regulam. 7. q. 1. c. ibi. 22. q. 2. charitatem. cũ ſuis concor. & ĵ. e. rationi. & ĩ. eo. lib. de elect. cum non deceat. ſſ de peri. & commo. rei ven. l. id quod poſt. Et no. ꝙ hæc regula fallit interdum ratione ætatis vel perſonæ: interdum ratione naturæ contractuum: interdum ex ſpeciali pacto. Primum patet. C. de leg. tu. l. vlt. in ſi. Ibi enim minores licet ad tutelæ grauamen nõ veniãt, ſucceſſionis emolumentum nõ amittunt. inſt. de le. tu. in ſi. ibi dicit textus, plerũque vbi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & onus tutelæ debet eſſe: ideo autẽ diximus, plerumque: quia ſi fęmina impubes manumittit, ipſa ad hæreditatẽ vocatur, cũ alius tutor ſit. Secũdum patet. ſſ pro ſocio. l de illo. & l. non ob eã. ibi. n. non ſit compenſatio emolumẽti quod ſocius attulit ſocietati, damno quod intulit: immo eo non obſtante damnum emẽdare tenetur, & eſt ratio, vt dixi, natura ɔ̃ctus: contrahitur n. ſocietas tm̃ ob lucrũ. [Vide quod no. ſſ. de neg. geſt. l. ſi negotia abſentis.] Tertiũ patet. ſſ. de pac. do. l. familiæ. ad idem ſſ fa. erciſ. l. licet. Ad hoc ĩ. e. lib. de pact. c. 1. & vlt. Item fallit ubi ex cauſa quis prohibetur ab emolumento, licet onus habeat: ſicut in iudice qui nihil à partib. debet exigere, niſi expenſas mode

y In hac regu. tenet Io an. And. declaratus per Phi. ꝙ monaſteriũ priuilegiatum tpe interdicti admittere familiares diuinis: admittet receptos poſt priuilegiũ. idẽ de epo priuilegiato, vt quatuor ſui familiares abſentes recipiãt fructus ſuorũ beneficiorum.

ratas cũ proficiſcitur pro cauſa. nec tunc illas, ſi partes notabiliter pauperes ſunt. ſupra eo. lib. de reſcr. ſtatutũ. §. inſuper. & §. ſeq. & idem in ſimilibus. Et concor. ad hanc regulam ea. decre. §. aſſeſſorem.

b ¶ Et contra.] Vnus [z] intellectus eſt: qui ſentit commodũ, ſentiat onus. & hunc gl. proſequitur. Alius ſenſus eſt: qui non ſentit onus, non ſentiat commodum. & pro hoc 33. diſtin. præter hæc. ſupra eod lib. de elect. generali. §. illos. &c. Io. And.

z Hæc gloſſula ex nouella. Io. A. huc fuit tranſlata.

tior eſt conditio prohibentis. [d]

¶ Idem.

REG. LVII.

COn-

IN re cõmuni.] Caſus in hac regula figuratur primo per c. 1. 33. q. 5. hoc modo: Ponamus, ꝙ Titius ɔ̃xit matrimoniũ cum Berta: contracto matrimonio & cõſummato, alter coniugum vult intrare religionẽ altero inuito, & in præiudicium alterius: Rñdetur ꝙ non poteſt: quia in re cõmuni potior eſt conditio prohibẽtis.

t Item poteſt poni caſus per c. quia propter, de elec. in antiq. Vacante eccleſia Pictau. canonici eccleſiæ ſuper electione futuri prælati voluerunt cõpromittere in aliquos arbitros: aliqui ex canonicis non conſenſerunt: ſed dicunt ꝙ volunt habere vocem: vtrũ poſſint impedire poteſtatẽ tranſlationis in arbitros, & ne fiat cõpromiſſum? Reſpondetur ꝙ ſic: quia in tranſlatione poteſtatis in arbitros, requiritur conſenſus omnium: & hoc per rationem huius regulæ: quia in re communi potior eſt conditio prohibentis.

[Prima glo. ponit exempla, & remittit: & ſex caſus excipit.]

c ¶ In re communi. [ʒ]] Pone caſum in duobus coniugatis: quorũ vno uouere volente, & altero prohibẽte, potior eſt cauſa prohibentis. 33. q 5. c. 2. Item vno prohibente ne procedatur per viam cõpromiſſi, potior eſt ipſius cõditio. ĩ. de elect. quia propter. ibi, vice omniũ. Item duobus cõem habentibus parietem, alter non poteſt deſtruere & reficere altero prohibẽte ſſ. de ſer. vrb. præd. parietem. & fuerant hæc verba l. ſſ. cõi di. l. Sabinus. & ibi de hoc. Et fallit hæc regula in caſib. ibi no. Primo qñ non intereſt ſocij: puta quia incruſtare vult vel depingere. ſſ. de ſer. vrb. præd. l. quidã Hiberus. §. parietem. vel vult ſcalas iuxta parietem ponere, vt eod. ti. fiſtulam. in ſi. Secundo qñ ob hoc quæſita eſt, vt opus fiat. ſſ. cõi diu. ſi ædes. [Et ſic loquitur. ſſ pro ſocio, cũ duobus. §. item Mela.] Item qñ ædificium reficeret. C. de ædi. priua. ſi ut proponis. ſſ. de dam. infe. ſi ędibus. & l. in reficiendo. [Intellige ꝙ in his caſibus quibus reficere uel facere licet, non velit ſocius facere iure ſeruitutis. quod nõ liceret pręalleg. l. parietẽ. de ſer. urb. p̃d. ſed iure communionis licet. & ſic intendit gl. Et facit ſſ pro ſocio, cum duobus. §. idem rñdit. Item religionis fauore, vt ſi ibi ſepelire uelit, ut ſſ. de reli. ſi plures, vel in cõe ſepulchrum alium mittere. Inſti. de rer. diu. §. religioſum. ver. in commune. Item cum donator rem cõmunem habet cũ donatario. C de don. ſancimus. §. ne autem. Accu. Et ſcire debes aliquid eſſe commune vt ſingulis: aliquid vt collegio, vt tetigi ſupra eo. ꝙ omnes. & habes ſup. de conſt. cum omnes. Io. And.

ʒ Vide Decium, conſil. 45.

[Glo. ſeq ponit rationem regulæ.]

d ¶ Prohibentis.] quia volens nõ ſolum dominus eſt, vt in prædi. l. parietem. ſſ. de ſer. vrb. præd. Io. And.

COntra eum.] Caſus in hac regula primo poteſt figurari p c. in præſentia. de prob. in ant. hoc modo: Ponamus ꝙ dicebatur ab aliquibus ꝙ intraueram aliquam religionẽ, & in ea feceram profeſſionẽ: ego aũt excipiendo propoſui, ꝙ eo tpe quo intraui religionẽ, eram minor annis, & ſic profeſſio nõ tenebat: propterea non erã obligatus religioni. Ad probandũ meã intẽtionem, videlicet ꝙ erã minor annis, feci meos articulos, in quibus cauebatur, ꝙ erã minor annis: & nõ dicebat vtrũ eſſẽ minor an. xiiij. vel xxv. vnde iudex exami

In præſentia. de probat. per caſus poſitionem peculiariter declaratus.

nauit

nauit meos teſtes, qui omnes depoſuerūt, ꝙ quando intraui religionem eram minor annis: publicatis atteſtationibus meorum teſtium, pars aduerſa contra me propoſuit, ꝙ non probaueram ſufficienter meam intentionem, quia ſolum probaueram, ꝙ eram minor annis, & non ꝙ eram impubes & minor xiiij. annis: eſt ibi textus ꝙ fiet interpretatio contra me, vt præſumatur ꝙ volueram dicere ꝙ eram minor xxv. annis.

† No. ꝙ verba obſcura vel dubia interpretāda ſunt cōtra proferētē, qui apertius dicere potuit. ad hoc c. cum dilectus. de conſuet.

tra [a] † eum, qui legem dicere potuit apertius, eſt interpretatio facienda.

¶ Item poteſt poni caſus per l. cum in lege. ff. de contr. empt. & ven. Ponamus ꝙ habebam duas ædes vicinas, & contiguas: quælibet ipſarum erat altior diuerſis reſpectibus: quia vna in parte anteriori erat altior altera: reliqua autem erat altior in parte inferiori: vendidi tibi vnam iſtarum domorum, & in venditione appoſui iſtud pactū; ſtillicidia ut nunc ſunt, ita erunt in futurū: Vtrum uidear appoſuiſſe ſeruitutem domui retentæ, vt non poſſim eam eleuare in illa parte, in qua recipit ſtillicidia domus venditæ? R̄ſidetur ꝙ in dubio præſumitur ꝙ appoſui ſeruitutem domui retentæ, vt nō poſſem eam altius eleuare in illa parte, qua recipit ſtillicidia domus vēditæ: quia fuit in poteſtate mea apertius declarare. l. ueterib. C. de pact. Bar. in l. Labeo. ff. de ꝯh. empt. & vend. Et hic eſt etiam gl. ſatis ampla. Sed quid dicemus ad l. ſi in emptione. ff. de act. emp. & vend. vbi textus in contrarium: quia ibi dicitur cum fundus venderetur: ſeruus Stichus accederet, ideſt, venditus fuit ſeruus Stichus cum fundo: & venditor habebat duos ſeruos Stichos: dubitatur de quo Sticho intelligitur tale pactum? Dicitur ibi ꝙ eſt in poteſtate venditoris retinere quem uoluerit: & ibi illa verba fuerunt dicta non à venditore, ſed ab emptore. Ideo dicunt aliqui, ꝙ ſi verba fuiſſent prolata à venditore, ꝙ fieret interpretatio ꝯ emptorem: quia uerba ſic proferrentur in contractu: nec inſpiceretur à quo fuerunt prolata, ſed cuius fauore proferrentur: ita ꝙ ſi illa verba apponerent gratia venditoris, fiet interpretatio contra uenditore: Si gratia emptoris, fiet interpretatio contra emptorem. Tamen iſtud nō placet gl. nec Bar. in d. l. ueteribus. immo dicunt, ſi conſtet quis protulit uerba, fiet interpretatio ꝯ eum. ſed in l. illa non conſtabat à quo fuerant illa verba prolata: ideo eſt in optione venditoris tradere quem Stichum uoluerit. Vel dicit gl. ꝙ iſta regula fallit in iudicijs, quia non fit interpretatio ꝯ proferētem. l. ſi quis. ff. de iudi. Ratio eſt: quia ſi fieret interpretatio ſecundum intentionem rei conuenti, & non actoris libellantis, reus diceret ꝙ de illa re nō intellexerat.

¶ Item fallit hæc regula, quando aliàs contractus eſſet inutilis: vt ſi ſtipulatus ſum hoc modo, Promittis mihi dare centum calendis Iulij: non dico proximis: quęritur de quibus calendis intelligatur: vtrum de proximis vel de alijs? eſt ibi textus ꝙ intelligitur de proximis, & interpretatio fit pro me ſtipulante: quia ſi attenderetur tua intentio, tu diceres ꝙ tu intelligeres de vltimis, quæ ſunt circa iudicium finale, & ſic ſtipulatio eſſet inutilis.

[Glo. ſeq. dicit unde ſumpta, & ponit exempla, & ad alterum remittit. Secundo ſucceſſiue ſignat, & ſoluit ſeptem cōtraria: tertio diſtinguit principaliter quinque membra: ſextum & ſeptimum addit in fi.]

[a] ¶ Contra eum. [1]] Hæc regula ſumpta eſt ex l. e. ti. l. in contrahenda venditione. Pone caſum in dicto teſtis, cuius interpretatio fit contra ꝓducentem. ꝯ de probā. in præſentia. Item per l. ff. de contrah. emp. l. Labeo. vbi obſcuritas pacti nocet uenditori, qui legem apertius dicere potuit. ad idē. ff. de pact. l. veteribus. vbi plenè de hoc. Contra. ff. de iud. ſi quis intentione. Sol. illud in iudicijs, hoc in contractibus. Sed adhuc contra. ſupra eo. cum ſunt partium iura obſcura. Sed ibi ſolui. Item contra. ff. de contrah. empt. ſi ita diſtrahatur, illa, aut illa res quam elegerit uenditor, hæc erit empta. Solu. verba illa fuerūt dicta ab emptore: vel naturale eſt in alternatiuis: ꝙ ſit debitoris electio. ſ. eo. in alternatiuis. cum ſuis concor. Item contra eod. ti. ſi in emptione. in prin. vbi ſi in emptione fundi dictū fuerit accedere Stichum ſeruum: accedit ille de quo venditor intellexit. Sol. hoc in principali, illud in acceſſorio: ſed hoc nihil eſt. vnde dic ibi uerba prolata fuiſſe ab emptore. Item contra. ff. de ſer. vrba præd. ſi ſeruitus. ibi; ne luminibus officiatur: intelligitur de præſentibus & futuris. Sed ibi non eſt obſcuritas, ſed generalitas. ad idē de priuil. quia circa. ubi generaliter remittēs decimas, futuras & præſentes intelligitur remiſiſſe. Itē contra ff de uerb. obl. l. eum qui. vbi intelliguntur calēdæ primæ ad uoluntatem ſtipulantis. Sol. inutilis eſſet ſtipulatio, ſi ad voluntatē debentis qui de vltimi mūdi calendis intelligeret & diceret. Item ꝯ ff e. ti. l. in ambiguis. vbi ſtatur animo proferentis. Sol. illa in teſtamentis, reſcriptis, & legibus, vt ibi no. hic ſūt in contractib. Vt igitur plene liqueat hęc materia: licet de ipſa tractetur de ſpon. ex litteris 1. ff. de pact. l. ueteribus. tu tñ nota, quòd obſcuritas uel ambiguitas aut apponitur in vltimis uoluntatibus, aut in conuentionibus factis in iudicio, aut in confeſſionibus, aut contractibus & pactis, aut in ſententijs. [2] Si in vltimis uoluntatibus, ſubdiſtingue: quia aut conſtat de uoluntate expreſsè vel tacite. Si expreſſe, illa ſeruatur: quia nihil eſt quod tm̄ debeatur hominibus, quàm ꝙ vltimæ uoluntatis liber ſit ſtylus. 13. q. 2. vltima uoluntas. de teſt. officij. de con di. appoſ. in ma. c. 2. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. Si conſtat tacite, vt per coniecturam, illa ſeruatur. ad hoc 26. q. 6 q recedunt. de teſt. requiſiſti. ff. de leg. 1. ſi ſeruus pluriū. in fi. niſi dicta uoluntas turpis eſſet, vt ff. de cond. inſti. l. quidam, uel aliàs contra ius. Pone exemplum, ſupra de teſt. tua. cap. Raynutius. in fi. ff. ad leg. Falc. Titia. q a priuata diſpoſitio teſtatoris, &c. de teſta. requiſiſti. ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. ſi non conſtat expreſſe nec tacite, ſtetur verbis teſtamenti. ad hoc 22. q. 2. is autem. de celebra. Miſ. in quadam. de ſponſ. ex litteris 1. ff. de exer. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de leg. 3 l. non aliter. Si autem verba ſunt nimis larga, ſequimur benignius, & minimum. ff. de leg. 3. l. numm is. ſupra eodem in obſcuris. cum ſuis concor. & ſic eſſet hæredis electio. C. de cond. indeb. l. ſi quis ſeruum ff. de leg. 1. legato. Et lex. ff. eo. ti. ſi domus. & l qui duos, loquuntur cum hæres eſt in mora, vt no. de teſt. indicante. ad hoc, Inſtitu. de leg. §. ſi generaliter. Si vero non apparet quæ pars ſit benignior vel minor, neutra tenetur. ff. de teſt. tu. l duo ſunt. ff. de manumiſ. teſt. l. cum ex pluribus. ff. de libe. & poſthu. nominatim. Si quæratur ad quem ſpectat indagatio? Dic, quod ad iudicem. C. de fideicommiſ. l. uoluntatis defuncti. Si in iudicijs ſit ambiguitas, fit interpretatio pro proferente. [3] Ratio: quia debitor ſemper negaret ſe de hoc ſenſiſſe. C. de annali excep. l. vlt. in fi ff. de uerb obl. inter ſtipulantem. §. 1. ar. ff. de trib. l. illud. §. 2. & ff. de eo quod cer. lo. l. non vtique. §. damus, & hoc in litis exordio. de hoc de teſti. ſpo. cum ad ſedem. Si vero in probationibus ſit ambiguum, interpretamur contra producentem. de condit. appoſ. per tuas. de probà. in præſentia, de teſti. cum tu. de fide inſtru. inter. in fi. debent enim probationes eſſe claræ. de præſcrip. auditis. ſaluo eo quòd poſſent teſtes obſcure deponentes interdum iterum interrogati. de teſti. cum clamor. quod dic vt ibi notatur. Et eod. titu. per tuas. & in prædic. decre. in præſentia. in 4 glo. In confeſſionibus ſi confiteatur quis incertum, certificare cogitur. ff. de confeſ. l. certum. alioquin accipietur quod magis expediet aduerſario, vt ibi: & ff. de inter. act. de ætate. §. nihil. Ad hoc ſupra, de accuſ. cum dilecti. ſupra eo. lib. de confeſ. cap. 2. In contractibus aut eſt certum de conſenſu, aut de diſſenſu, aut eſt dubium. In primo ſtatur ei quod ſenſerunt. ff. de rebus dub. l. in ambigua. de ſponſa. cap. 1. Secundo nil valet. 27. queſt. 2. ſufficiat. 30. q. 2.

præcedentibus, aut ſequētibus. l. inſulam. ff. qui potio. in pig. hab. aliàs interpretamur ꝯ proferentē, in d. l. veteribus. l. arborē. §. hęc lex. ff. de ſer. ui. ruſt. prædio. niſi cōſtet, ait Dynus proferentē paciſci voluiſſe in ſuū fauorē ſi non cōſtet à quo ſint prolata verba: aut forte ab omnibus æqualiter dicta ſunt: eſt interpretandum ꝯ illū cuius fauor verſatur. l. ſi ita. ff. de auro & arg. cle. q a circa de reſcr.

[2] Aut in ſtipulatione pr̄toria: & tūc prætoris erit interpretatio. ff. de præto. ſtip. l. 1. §. ſi & l. prætorijs. Dynus.

[3] Sic actor vel reus ſm Dynū, qui allegat qđ no. in l. ſi qs intētione. Io. An.

[1] Circa iſtā glo. ibi: cū dubitaē qđ ſit veriſimilius. dicit Phil. interpretandum ſm ꝙ apparet ex principali cōuētione: aut verbis eam

q.3.cap.vnico, ſupra, de rapt. cum cauſſ. de pigno.illo vos.29.quæſt.1.§.1. ff. de contrah.empt. l. in venditionibus.& ibi error non ſolum corporis, ſed etia in materiæ venditionem impedit: nil enim tam contrarium conſenſui ſicut error, ff. de iuriſd. omnium iudic.ſi per errorem. ff. de iudi. l. 2. & errare eſt aliud ꝓ alio putare. 37.di. quamuis. & 22. q.2. in quibus. non tamē omnis error[1] matrimonium impedit, ſed error tantum perſonæ,& conditionis. quod dic, vt 29.q.1.§.1. & in ſumma tenet etiam pignus. cum obligatur æs pro auro, ff. de pigno.actio.l.1 in tertio caſu, ſcilicet cum eſt dubium: ſubdiſtingue, aut poteſt valere ſecundum vnius intellectum tantum, aut ſecundum vtriuſque: ſi ſecundum vnum tantum, valeat ſecundum quem valere poteſt, ff. de verbor. obligat. l. quotiens. Et habet hoc locum etiam in contractu matrimoniali in foro iudiciali. In foro autem animæ ſtaretur ei qui diſſenſiſſet in tali dubio, vt ſupra, de ſpon. tua nos. ſi ſecundum vtriuſque intellectum poteſt valere, valeat quod eſt veriſimilius, ff. de verborum oblig.l.cum qui ita ſtipulatus, ff. eo.tit.l. in obſcuris.& de verb.ſign.abbale & ſupra eod.inſpicimus. cum ſuis concor. Sed ſi dubitatur quod eſt veriſimilius, ſeruetur quod in hac regula dicitur, ff de verb. oblig.l.quicquid.& l.ſi quis ex pluribus fundis. Et hęc vera, cum neuter dolum committit. Si autem alter dolum committat, contra eum fieret interpretatio.22.q.5. cap. qui peierare, §.ex his. & cap. quacunque. ſi vterque, tunc ad communem ſignificationem recurretur, vt in dicta decret. ex litteris. vbi de hoc. 22.quæſt.5.cap. hoc videtur. §.ſi ergo. & idem repetitur in iuramentis, vt ibi not. In ſententijs ſuis interpretari poterit præſes prouinciæ, vel procurator Cæſaris, ff. de appel. ab executore in prin.minor non. C.de ſenten. ex breuic.reci. l.2.vbi de hoc, ff.de re iudic. l iudex. functus eſt enim officio ſuo, ſiue bene, ſiue male iudicando: quod intellige in diffinitiua; ſecus in interlocutoria. quod dic, vt not.de appel.cum ceſſante.& ibi plenius ſcripſi. De fructibus tamen & expenſis ſupplere poteſt eadē die, ff.de re iudi.l.Paulus.& ſupra eod.lib.de appel.cum appellationibus,& de hoc no.35 q.9. cap.loci noſtri, §. quia ergo. aliàs incipit, his ita. in 1. glo. 11.q.1. cap.clericum nullus,§.ex his. de poſtul. præla. cap.1. & ibi de multiplici interpretatione. De legibus non eſt dictum: quia in eis nihil eſt obſcurum vel ambiguum.4.diſt.c.erit.& in procemio decretalium, C. de nouo Cod.com. in 1. conſti.ibi, erit lex certa, & breui ſermone conſcripta. Si tamen ambiguitas videretur in eis eſſe, recurritur ad conditorem: quia ille ſolus interpretari poteſt, qui condere. 11.q 1.§.ex his.de iudi.cum veniſſent. de ſenten. excommu.inter alia, C.de leg.l.vlt. Et idem in priuilegijs, quę ſunt leges priuatæ, per eadem iura. [& ſupra, de offi.ordi.§.ſi uero.& ff.cod. titu. l.Neratius. & vide quod dixi poſt Inno.Hoſt.& Compoſt.de reſcrip. cauſam, ſuper glo.pen.]

† Vide B. Tho.2 2.q. 89. art.7.

1 Quotuplex ſit error,& qualis error impediat mřimoniū, vid Magiſtrum & ibidē late theologos ſcholaſticos lib.4. ſen. diſ.30.

Sētentiam ſuā an poſſit iudex interpretari.

ADDITIO. Per l.veteribus, ff.de pact.ſuperius circa prin. huius glo.allegatam,& ff.de ſer.vrb. præd.ſi arborem,§ hæc lex.& de contrahen.empt,cum in lege. & l.Labeo.ponit Dynus in eo qui vendens & tradens domum dicit; ſtillicidia vti nunc ſunt, ita ſint: videtur dicere, ꝙ domui venditæ debeatur à vicinis ſeruitus ſtillicidiorem: non econtra ꝙ domus vendita debeat ſeruitutem vicinis. Io. And.

¶ Idem.

REG. LVIII.

Non† eſt[a] obligatorium, cōtra bonos mores

Non eſt obligatorium.] 2 Caſus in hac regula poteſt figurari multis modis: primo per l.cōtractus. ver.excepto. ff.eo. Ego depoſui apud te libros meos, vel aliam rem,& fuit appoſitum pactum inter nos, quia volui, vt ſi res perderetur dolo tuo, vel etiam venderes, ꝙ non poſſem agere contra te actione depoſiti, & iuraui illud, videlicet ꝙ non agerem contra te, etiam ſi in te depoſita dolum committeres: vtrum valeat tale pactū iuramento firmatum, vt non poſſim agere contra te? Reſpondetur, ꝙ non: quia iſtud iuramentum eſt contra bonos mores,& inuitat te ad delinquendum:& non eſt obligatorium contra bonos mores iuramentum.

2 Vide hic tractatū regularū Sozini.

¶ Item poteſt caſus figurari per c. 1. 22. q. 4. Ego promiſi tibi occidere patrem meum: & caſu quo ipſum non occiderem, tibi ſtipulanti promiſi,& iuraui ſoluere centum: non occidi patrem meum: vtrum poſſis agere contra me etiam condictione ex ſtipulatu ad centū? Certe non: quia iſtud iuramentum eſt contra bonos mores, & ideo non eſt obligatorium.

¶ Item figuratur caſus per cap. Quintauallis. de iureiuran.in antiq. Vxor & filiæ. Quintauallis, ideſt, illius hominis ſic vocati, habuerunt verba, immo verbera cum vicinis ſuis: vicinæ fecerunt conuenirl vxorem,& filias Quintauallis ſuper actione iniuriarum: Quintauallis promiſit,& iurauit, ꝙ erat contentus ſtare ordinationi & voluntati vicinæ iniuriatæ: ipſa vicina noluit habere emendam pro iniuria ſibi illata: ſed voluit pro omni emenda ꝙ Quintauallis expelleret à ſe vxorem, & filias exhæredaret, ſi vnquam verbum iniurioſum proferrent contra ipſam vicinam: accidit ꝙ vxor & filiæ Quintauallis protulerunt verbum iniurioſum contra vicinam, aliàs iniuriatam: dubitauit Quintauallis vtrū eſſet obligatus ad repellendum à ſe vxorem, & exhæredandum filias: vnde ipſe conſuluit Romanum Pontificem: qui conſultus reſpondit, ꝙ non: quia ſuum iuramentum erat contra bonos mores: & non eſt obligatorium contra bonos mores iuramentum.

Cap. Quintauallis de iureiu. peculiariter declaratur.

[Prima glo.dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ſecundo dicit fallere regulam decr. ſi vero: tertio iſtius regulæ dat concor.& aſſignat duplicem rationem.]

a ¶ Non eſt obligatorium. Hæc regula ſumi potuit ex l.ff.eo.ti.l.contractus; quidam. verſi. excepto. per quā 3 pone exemplum: nam non valet pactum, ꝙ dolus futurus non præſtetur, vt ibi. Item pone in eo, qui iurauit patrem occidere, vel ſimile quid facere. 22.q.4. c.1.& p totum. In eo qui iurauit vxorem, & filios expellere. de iureiu. Quintauallis. & per l. ff. de leg.1. ſi quis inquilinos. in fi. vbi quod ſcriptum eſt in teſtamento contra bonos mores, & iuramentum, nullius eſt momenti. ad idem de pact.dot.l conuenire. vbi pactum ne cum vxore agatur rerum amotarum, non valet: quia per illud inuitantur mulieres ad furandū. Non eſt ergo præciſe vera regula, quæ dicit, ꝙ iuramentum ſeruandum eſt, ſi poteſt ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari ſupra, de iureiu.ſi vero, 4 nam ſi eſt contra bonos mores, non obligat, vt hic, & in ſupradictis iuribus. Idem in quolibet temerario.eod.tit. ſicut.& c. tua nos. & quando vi vel dolo præſtitum eſt, ſupra eod.de iureiu.licet. quod dic vt ſupra, ꝙ met.cau. abbas. & 15.q.6.cap.2. Et facit ad hanc regulam, infra eod.in malis. [Facit etiam ſup.eo. lib.de elec.vbi periculum.§.quid autem.& c.quia ſæpe. de reb.eccl.non alie.§.contractus.] Et habuiſti idem de impoſſibili.ſupra eo.nemo poteſt. [vt hic dixi, hoc eſt impoſſibile moris vel iuris: & C hic dicit Dynus quæ contra bonos mores ſunt impoſſibilia dicūtur de iure. ff.de condi.inſti.filius.& l.conditiones.& l quidam ergo,&c.] Non tenet ergo turpe pactum vel contra bonos mores. ſupra, de pact.cap.vlt.ergo nec iuramētum quod acceſſorium eſt,& facit ſupra, eod.acceſſorium. & vide quod ibi dixi. Et no. ꝙ debemus rebus vti eo modo ad quem ſunt inſtitutæ, vt 22.q.2.is autem. Sed iuramētum non eſt inſtitutum, vt ſic iniquitatis vinculum.22. q.4.inter cętera.ergo iniquitatem non vinculat vel obligat, vt hic vides.

3 Ibi vide do. Phil.

4 Hic intelligit Phili. ꝙ non ſolū mores qui iure canonico reprobantur, dicuntur mali: ſed ēt illi, qui iure ciuili.tamē Io.And.ca. quemadmodum. ī. de iureiu. ver. vel naſum: vult, ꝙ iuramentū contra mores à iure ciuili reprobatos, non ſit nullū, niſi reprobetur ēt iure canonico; ſed de iſto latius ibi Immo char.12 & 13. Phil.

ADDITIO Loquitur ergo regula, cum dicit contra bonos mores: in prohibitis propter turpitudinem ſui. In prohibitis vero fauore perſonæ iuramentum illius cuius fauorem reſpicit, facit valere quod non valebat, ſecundum Dynum, vt in Auth. ſacramenta. C.ſi aduer.ven.ſupra, eo lib.de pact.c.2.de iureiur.cap.2. cum ſuis.concor. Ioan.And.

res præſtitum iuramentū.

¶ Idem.

REG. LIX.

DOlo [a] facit, qui petit quòd reſtituere oportet eundem.

DOlo facit.] Caſus figuratur per c.nullus. 14.q.4.ſtiſſto.c.debitores.de iureiu.in ant.& l.dolo.ff.de excc.doli hoc modo: Ponamus quod Titius mutuauit mihi ſub vſuris aliquam pecuniæ ſummam, & fuit facta pactio vallata ſtipulatione: quia ex nudo pacto etiam iuxta contractum nō oriī actio, niſi ſit vallatū ſtipulatione. l.1. C.de vſuris. ergo Titius mutuauit mibi pecuniā ſub vſuris: ſatisfeci de ſorte principali, de vſuris nō ſatiſfeci: vult agere ȝ me ad vſuras, dico, ꝙ nō teneor: qa etiā ſi ſoluerem vſuras, poſſem eas repetere tāquam indebitas, & eſſet illas mihi reſtituturus, & ſic dolo petit illud quod eſt mihi reſtituturus: vtrū bene dicā? Rñdetur, ꝙ ſic. Sed ſi iuraſſem ſoluere vſuras: tunc deberē ſoluere, vt ſeruarem iuramentū, non aūt virtute obligationis, & ex ui actionis: ſed ideo quia poſſum ſeruare iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ: ideo debeo vſuras ſoluere vt ſeruem iuramentum: ſed poſtea poterο illas condicere tamquam indebite ſolutas.

[Prima glo. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ſecundo notat duo neceſſaria vt procedat regula.]

a ¶ Dolo facit.] Hæc regula ſumpta ex l. ff.eo.tit. l.in condēnatione. §.dolo facit. Pone ergo caſum in vſurario qui nō petit vſuras à debitore: ipſas enim reſtituere cogeretur. 14.q.4. nullus.ad idem de iureiur.debitores. 2.reſpon.ad idem ff.de excep.do.l.dolo.vbi hærede dānato à debitore, debitor non poteſt ex teſtamēto agere: & doli mali exceptione vti pōt, & ibi etiā ſunt hęc verba. Duo aūt notantur circa hanc regulam: Primo, ꝙ hic dr̄ locum habere quando reſtituenda eſt res ei à quo petitur: commodatarius enim repetit rem à fure quam reſtituere eum oportet dño. C.de fur.& ſer.corrup.l.vl.§.ſed cum. Vir ſoluto matrimonio petit dotem à ſocero, quam vxori, & eius liberis eum reſtituere oportet. ff.ſo.matr.ſi ſocer.§.Lucius. [Et ibi de hoc, & C.loca. ſi quis conductionis. ſi enim reſtituturus eſſet ſocero à quo petit, locus eſſet regulæ.] Idem in vſurario qui vſuras repetit quas alijs ſoluit, ſi non eſt ſoluendo: præſtita cautione de ipſis reſtituendis ei à quo percepit. arg.de reſt.ſpo.olim 2.& no.de vſu. quia fruſtra. Secundo nota hāc regulam non habere locum in poſſeſſorijs iudicijs, ſed in petitorijs & hoc etiam not. Goff. de offic deleg. venerabili & Bernar de reſti.ſpo.in litteris. & probatur ff.quo.lega.l.1.in prin.vbi dicitur quòd hæredi reſtituitur quod legatorum nomine præter eius voluntatem per legatarios poſſidetur. 3.q. 1.cap.2.de ord cog cap.vlt.& in prædict.decreta.in litteris & in cap. ſeq. & C. de rei uendi ordinarij cum ſuis concor.& ff.de iudi.ſi de vi. Ioan. And.

Regula dolo facit in poſſeſſorijs locum non habet.

NOn eſt in mora.] Caſus in hac regula figurat̄ multis modis: Primo modo per c.incognitus. 17.q.2. Pro intellectu huius regulæ eſt præſupponendum, ꝙ ſi ſeruus alicuius dñi domino ignorante efficiatur monachus, & faciat profeſſionē, non tenet profeſſio: ſed dñs pōt illum repetere qđ verū eſt, niſi dñs tacuerit per triēniū: ita, ꝙ per lapſum illius tp̄is triennij cū taciturnitate validat̄ ingreſſus. & hoc facit tacitus cōſenſus reſultās ex iſta taciturnitate. Hoc p̄ſuppoſito pone ſic caſū: Habebā aliquē ſeruū, qui me dño ignorāte intrauit aliquā religionē, & in ea fecit profeſſionē: ȝ.triēnium nō reuocaui ſeruū meū: ſed etiā per me nō ſtetit: quia non poterā ire ad loca lōginqua pp infirmitatē, vel aliud iuſtum impedimentū: vtrū debeat mihi imputari, vt nō poſſim ſeruū meū repetere obſtante lapſu triennij? Rñdet. ꝙ nō: ſed ipſum ſeruū poſſum repetere nō obſtante lapſu triēnij: quia nō fui in mora. Itē poteſt caſus figurari p c.de quarta.de præ.in ant. Ego rector alicuius eccleſiæ parochialis non ſolui quartam diœceſano, quā prędeceſſores mei pręſcripſerant: vtrū dicar eſſe in mora, & ſim puniēdus tamquā moroſus vt incurrā pœnam impoſitā contra moroſos per diœceſanum? Rñdetur, ꝙ non: quia poſſū me tueri defenſione legitima. Item pōt poni caſus p l. lecta. §.ſed cum ſortis. ff. ſi cer.pet. Vſuræ nō currunt qñ quis nō eſt in mora: Pone, ꝙ promiſi tibi reddere centū cum vſuris: poſtea feciſti mihi pactū đ ſorte principali ſoluēda: vtrum durāte tēpore currant vſuræ? Rñdetur, ꝙ non: quia poterā me tueri exceptione legitima: ideo propter exceptionē non ſum in mora.

¶ Idem.

REG. LX.

NOn [b] eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

¶ Idem.

REG. LXI.

QVod [†]

[Prima gl. primo dicit vnde ſumpta, & ponit exēpla: ſecundo reddit rōnem, & ponderat, ꝙ dicit legitima.]

b ¶ Non eſt in mora.] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.e.tit. nulla intelligitur. & nihil intereſt. [1] Pone exemplū in dño qui non requiſiuit ȝ.triennium ſeruum ſuū fugitiuum monachū factū: dicitur enim fuiſſe in mora: qđ eſt verū, niſi tueri ſe poſſit exceptione legitima: puta lōginquitate loci. 17.q.2.ſi quis incognitus. Item pone in clerico qui non dr̄ in mora ſoluendi quartā decimarū, ſi tutus eſt exceptione præſcript.ſ̄.de præſcrip.de quarta. Itē pone per l. ff.ſi cert. pe. l. lecta eſt §.ſed cum ſortis vbi ſunt hæc verba: vbi ille qui tutus exceptione dilatæ ſortis, per tertiū pactum non dr̄ in mora, & ſic non veniunt vſuræ, vt ibi. ad idem vt lit. non conteſt. quoniam.§ ſi vero aliter. in ſi. Potes etiam exemplificare per ea quæ dixi ſ̄.eo imputari non debet. Et no. quia vt dixi ſ̄ eo. mora ſua cuilibet. vt quis dicatur moroſus neceſſe eſt, ꝙ ſciat vel ſcire debeat ſe debere: ſed ille qui tutus eſt exceptione legitima, neſcit ſe debere, vel neſcire debet: ergo non eſt in mora. [ita, ꝙ prout dicit Dynus ab omnibus effectibus morę, quos poſt eū ſcripſi in regula, mora. ſuper 1.gl. exēptus erit, & indemnis.] Item no ꝙ dicit, exceptione legitima, quę eſt cū eſt obligatus iure naturali, & ciuili: ſed obſtat exceptio: puta pactum de non petendo, vel ſimilis, vel eſt obligatus iure naturali tantum. Et facit qđ circa indebitū no. 1 q. 4. in ſi. & ff de ſol is qui. Et itelligitur exceptio illa legitima quæ replicatione nō eliditur: pone exemplū. Debebas mihi decē: tibi feci pactū de non petēdo: ſed per metū vel furoris tēpore hoc feci: tunc exceptio pacti non eſt legitima: quia eliditur replicatione furoris vel metus: & ideo diceris in mora fuiſſe. & idem in ſimilibus.

ADDITIO. Idem Dynus ad hoc ff eod nihil. ff.de except. l 2. De replicatione plene ſcripſi de excep. à nobis. Ioan. And.

QVòd ob.] [3] Caſus in hac regula poteſt poni multis modis: Primo modo per c.ad Apoſtolicam de regularib in ant. Intraui religionē nō Mendicantium; nondum lapſo anno volo facere profeſſionē ſolemnem id eſt promittere in manibus prælati ſeruare obedientiam, paupertatē, & caſtitatē: conuentus aūt conſentit: vtrū poſſim facere talem profeſſionē probationis? Dicit ꝙ ſic: quia annus probationis introductus in fauorem intrantis, vt experiatur ne aſſumat onus importabile. Itē in fauorē monaſterij, vt poſſit experiri mores intrātis: ideo non debet retorqueri in eorum læſionem. Item pōt figurari per l.non eo minus. C de proc. Certum eſt ꝙ ſi minor fuit in iudicio ſine auctoritate curatoris, & feratur ſnīa contra ipſum: non tenet ſententia. Sed ponamus, ꝙ minor fuit in iudicio ſine auctoritate tutoris vel curatoris: licet aliqui teneant, ꝙ ſi litiget per ſe, nō tenet ſentētia: ſecus ſi per procuratorem. Ponamus ergo, ꝙ minor conſtituit procuratorem ſine auctoritate curatoris: qui procurator fuit admiſſus, quia non fuit ei oppoſitum, ꝙ ipſe fuerat cōſtitutus à minore ſine au-

† No. ꝙ inducta in alicuius fauorē, vel vtilitatem, non debent in eius odiū vel læſionē retorqueri. Phili.

1 Io. Mo. dicit ponendū caſum per l. ff. de comp. cum alter, & l. ſeq. de iud. non vī. ff. đ re iud. cōtumacia §. vl. ff.de vſu. cū quidam. §. ſi pupillo. Io. And.

Exceptio dicitur legitima, quæ nō eliditur replicatione.

3 Hic vide Iaſonem, & omnes, in l. quod fauore. C. de le. Fel. c. intelleximus de iud. c dilectus đ reſc. 2. col. ver. octaua concluſio.

ctoritate curatoris, fuit deductum vſque ad ſuam diffinitiuam, quæ fuit lata pro minore vſque ad ſuam vtilitatem: an valeat talis ſententia? Dicitur, ꝙ ſic: ne illud quod eſt introductum in fauorem minoris, vertatur in eius detrimentum: quia fuit introductum in fauorem minoris, vt interueniret curator, ne minor decipiatur.

Quod ob[a] gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.

Idem.

[Prima gloſſ. ponit exempla: ſecũdo ſucceſſiue ſignat, & ſoluit ſeptẽ cõtraria: tertio cõuertit regulã.]

[a] [Quod ob gratiã.] Oeconomus qui in fauorẽ eccleſiæ conſtitutus eſt, eccleſiã vacantẽ grauare non debet. 12. q. 2. charitatẽ. Itẽ pone ꝑ decre. de regu. ad Apoſtolicam. In religionibus non Mendicantib. per decr. eo. tit. non ſolum. ſ. eod. lib. & c. ſeq. Item pone per l. C. de procu. non eo minus. vbi ſententia pro minore lata, qui ſine tutore cauſam egit, bene tenet. vnde dicit ibi textus, minoribus ætas in damnis ſubuenire, nõ in rebus proſpere geſtis obeſſe conſueuit, & habes idem, C. de legi. l. quod fauore ff. de legi. l. nulla iuris ratio & proſequere vt ibi vtrobiq; & facit in authen. de illuſtri. & qui ſuperilluſtres ſunt. colla. 5. vbi licet conceſſum ſit clariſſimis, ꝙ per procuratorem agere poſſint, nihilominus, & per ſe agunt ſi volunt: nec cogere poteſt aduerſarius minorem vti beneficio reſtitutionis in integrum ſibi conceſſo ꝯ contractum. ff. de mino. l. ſi iudex. [Dat Dynus aliud exemplum per l. 3. §. dux. ff. ad Car. Dicit etiam, ꝙ confirmatur hæc regula, & ipſius exempla traduntur, ff. de leg. comm. l. 2. de in diem adiec. Sabinus. de fide inſtru. l. plures. de ſecundis nuptijs, generaliter. § in his.] Contra. ſ. eod. lib. de præben. cui de non ſacerdotali. Sol. illud facit forma mandati. & facit quod dixi ſ. eod. plus ſemper. Item contra ſ. de mu. pet. prudentiam. vbi clauſula, appellatione remota, impetrantis fauore appoſita, in læſionem retorquetur ipſius. Sol. ibi: quia id locum habet, cum princeps aliquid concedit ad inſtantiam petentis. hoc cum motu proprio: puta minoribus vel eccleſijs. [1] Et ſic etiam reſpondetur ad decr. de conſti. cũ omnes. ff. quod quiſque. iur. l. 1. & probatur eod. tit. l. 3. & facit optime ad hanc ſolutionem. ſ. eo. lib. de præb. ſi motu proprio. Item contra. ff. de iur. au. annu. l. 2. vbi lata ſententia pro me ſuper ingenuitate, perdo ius anulorum: ſed hoc non inducit ſententia, ſed tacita mea renuntiatio: quia eligendo vnum ex cõtrarijs, alteri renuncio. ſ. de elect. vt quis. C. de fur. l. 1. [2] Item cõtra. C. de quæſti. l. pridem. vbi ſeruus pro domino non torquetur. Sol. non poſſet torqueri pro domino quinetiã torqueretur contra eum: quia pro vtraque parte teſtis iurat dicere veritatem. Item contra. C. de Iudæis. l. die ſabbati, vbi præcipitur, ꝙ Iudæi non conueniantur, nec conueniant in ſolemnitatibus ſuis. Solut. speciale eſt propter feſtiuitatem. Vel poſſet dici, ꝙ conceſſio illius priuilegij non ſtetit in finibus proprijs [propter æqualitatem in iudicijs ſeruandam. [3]] Item ꝯ. ff. de peri. & com. rei ven. ſi vina. vbi in fauorẽ emptoris vina emenitis excepta fuerũt acida, & mucida, & tñ ipſe emptor illa inuito venditore habere nõ poſſet. Solu. ibi nullus fauor: ſed ius cõe. hic autẽ de gratia vel fauore loquitur, qđ eſt proprie ꝯ ius cõe. ſm Accur. Item ſignatus ꝯ. ff. de auct. tut. l. obligari. §. hæreditatẽ, & inſti. de Attil. tu. §. neq; [4] vbi dr̃, ꝙ pupillus non põt adire hæreditatẽ et locupletẽ ſine tutoris auctoritate. Sol. in his quibus certum eſt conditionem pupilli effici meliorem, valet factum à pupillo, etiam ſine tutoris auctoritate, vt ſi feratur pro eo ſententia, vt in l. non eo minus. In his vero quibus certum eſt conditionem pupilli deteriorem cõſtitui, vt ſi alicui ſe obliget, vel actionem cedat: factum ſine tutoris auctoritate non tenet. C. de auct. præ. l. 2. & 3. In his vero quibus dubium eſſe poteſt, an pupilli cõditio conſtituatur melior vel deterior, vt in hæreditatis aditione, quæ poteſt habere latentia onera: factum à pupillo ſine tutoris auctoritate non tenet, vt in dictis contrarijs: & hoc fauore pupilli, ne oneribus implicetur. ff. de acquiren. hær. l. more. & l. pupillus. Et hæc regula habet veritatem in ſui contrario, ſcilicet quòd pœna, vel odium non debet conuerti in præmium. 16. q. 1. legi. ſ. de ſen. exc. ſi vere. cũ ſuis concor. ff. de lega. 1. l. ſi ſeruus plurium, §. qui autem.

[1] Placet Philippo. & Dyno.

[2] Idem Dynus.

[3] Idem Dynus, & Philippus.

[4] Ibi vide dñm meũ Nico. Brux.

Pœna vel odium nõ dẽt cõuerti in præmiũ.

ADDITIO. Dyn. etiam allegat, ff. de inter. & releg. relegatorum, §. vlt. & l. ſeq. & quod not. in auth. de hære. & fal. § ſi vero. colla. 1. 10. Andr.

REG. LXII.

Nullus[b] ex conſilio dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

Nullus ex conſilio.] Caſus figuratur per l. 2. in fi. ff. man. Cum Titius haberet aliquam pecuniam, & erat dubius an deberet illam fœnerare, ideſt, mutuare ſub vſuris, vel exponere in emptionem prædiorum, ipſe petijt à me conſilium: ego dedi conſilium ei, vt potius pecuniam ſuam fœneraret, quàm in emptionem prædiorum collocaret: quod fecit inſequendo conſilium meum: poſtea ſui debitores, quibus pecuniam fœnerauerat, ſunt facti non ſoluendo: quia mercantiæ ſuæ pertinebant ad alios mercatores: ipſe videt ſe deceptum ex conſilio meo: vult agere contra me actione mandati, vt reſtituam ſibi damna & intereſſe, quæ ipſe conſecutus eſt ex conſilio meo: vtrum poſſit? Reſpondet; ꝙ non: niſi fraudulenter fecerim, vt ſi erant debitores mei, & dedi ei tale conſilium, vt debitores mei mihi ſatisfacerent: tunc ex conſilio doloſo tenerer.

[Prima glo. dicit. vnde ſumpta: ponit rationem regulæ, & exceptionem: ſecundo diſtinguit, tertio oſtendit quid differat conſilium à mandato.]

[b] [Nullus ex conſilio.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. conſilij. Ratio huius regulæ colligitur ex canone, 14 q. 1 quod præcipitur. ex decr. de arb. cum olim. ex l ff. man. l. 2. in fi. per quam exemplificare potes. & ibi de hoc. Et ff. de verb. ſig. ſæpe in fi & inſti. de oblig. quæ ex deli. §. ope. Nullus enim tenetur conſilium ſequi. immo explorare, & deliberare debet apud ſeipſum an ſibi expediat, necne, vt in prædictis iuribus. Si autem conſilium ſit fraudulentum, bene obligatur conſulens: licet duret ratio ſupradicta, & hoc ratione fraudis exemplifica per canonem 86 diſt. tanta. ſ. de renunciatione, ff. de dolo. quòd ſi cum ſcires. Nota igitur, & breuiter circa hoc, aut conſilium datur circa contractum, vel quaſi, aut circa maleficium, vel quaſi: Primo caſu ſubdiſtingue, aut tale conſilium non eſt fraudulentũ, & tunc non tenetur, [5] vt hic, & in ſupradictis iurib. ff. de dolo, eleganter. in fi. aut eſt fraudulentum, & tunc tenetur actione de dolo ipſi cui conſilium dedit, vt in prædict. l. quòd ſi cum ſcires. vbi ille qui doloſe mihi conſuluit, & forte ſui lucri cauſa, mutuare debitori non idoneo: tenetur mihi actione de dolo. ad idem, ff. de proxenetis, l. 2. In ſecundo caſu, ſcilicet cum datur circa maleficium: tunc tenetur conſulens, non tamen illi cui, ſed illi contra quem conſilium dedit: nec tunc tenetur actione, de dolo, ſed eius maleficij nomine: nã ſi conſuluit occidi, homicida eſt. 50. diſ. ſi quis viduam. de homi. ſicut dignum. Si conſuluit ſeruo, vt fugeret, vel furtum faceret, tenetur furti, [6] vel ſerui corrupti, ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere. Si conſuluit Titium mihi iniuriam facere, tenetur mihi actione iniuriarum, de pœnit. diſt. 1. non ſolum, ff. de iniur. l. non ſolum. Idem vbicunque cadit in nomen maleficij: ipſi autem cui dedit conſilium non tenetur: tum quia ſcire debebat id ſibi non expedire, vt ſupra dixi. tum quia ex improbitate ſua nullus conſequitur actionem, ff. de fur. itaque ſullo. Differentia eſt ergo inter mandatum, & conſilium: nam mandator obligatur mandando, ſed non conſulens conſulendo, ff. mand. l. 2. & inſti. man. §. tria genera. vbi & hoc.

[5] Ꝟ etiã Bar. l. non ſolũ. §. ſi mandato, ff de iniur. circa ſi. & l. ſi remunerandi, §. ſi tibi. ſ. mãdato nõ cõſilio loquitur. Phil.

[6] Non tñ cõdictione furtiua, ff. de condi. furt. proinde. qđ dic, vt ibi no. & præd. l. ſæpe. Ioã. And.

¶ Idem.

REG. LXIII.

Exceptionem [1] obijciens, non videtur de intentione aduerſarij confiteri.

¶ Idem.

REG. LXIIII.

Quæ-

Exceptionem.] Caſus figuratur per c. illud. ſ. de præſcri. hoc modo: Titius detinebat rem ad me pertinentem: feci eum conueniri corā iudice cōpetente: obtuli ei libellū, cui petij rñderi: Cum reſtaret per ipſum rñdere meo libello: Titius excipiendo propoſuit, ꝙ ipſe poſſederat illā rem per tēpus ſufficiens ad præſcripionē: petebā vt ipſe probaret ſe p̄ſcripſiſſe illā rē: Dicebat ipſe, probato primo, ꝙ res fuerit tua, dixi, ꝙ ſufficienter p̄baui meā intentionē per tuam exceptionem peremptoriam: & ꝙ aliter non teneor probare rem ad me pertinere: quæritur an bene dicam? Reſpondet, ꝙ non, quia teneor probare me eſſe dominum illius rei, quam peto: quia exceptionē obijciens non videtur aliquid de intentione aduerſarij cōfiteri. Vel pone, ꝙ à te petij centum ſcuta, & per libellū meum dicebam, ꝙ illa promiſerat mihi ſoluere infra certum tempus: & petebam te condemnari ad reddendum, & tradendum illa centum, vna cum expenſis: tu excipiendo propoſuiſti, ꝙ mihi ſolueras illa centum, vel tibi feceram pactum de non petendo: vtrum per illam confeſſionem videaris mihi confiteri quod mihi pomiſiſti, vt ſim releuatus ab onere probandi meam intentionem? Reſpondetur, ꝙ non. Et glo. ponit tres rationes iſtius dicti: quia poteſt fieri, ꝙ dicas, ꝙ feciſſem tibi pactum de non petendo, licet non eſſes mihi obligatus. Item ſi dicat reus, rem præſcripſiſſe, non videtur confiteri, ꝙ res pertinebat ad actorem: quia forte pertinebat ad alium: & non tenetur quis rem reſtituere actori: niſi probet ſuam eſſe. l. fi. C. de rei vend. Item opponens exceptionem peremptoriam videtur negare intentionem actoris: & ſi ex propoſitione huiuſmodi exceptionis reſultaret confeſſio, ipſa produceret duos effectus contrarios, ſcilicet affirmationem, & negationem: quod eſt contra l. qui hominē. §. vlt. ff. de ſolu. Et obijciens exceptionem peremptoriam videtur negare intētionem actoris. Pro hoc facit l. vnica. C. de lit. conteſt. vnde tria ſunt de ſubſtantia ordinis iudicarij: videlicet, ꝙ offeratur libellus: Item, ꝙ fiat litis conteſtatio: & feratur ſententia in ſcriptis. vt glo. in dicto c. de cauſis. de officio, & poteſtate iudicis delegati. in antiq. & in l. prolatam. C. de ſenten. & interlo. omnium iudi. Quæritur vtrum per propoſitionem exceptionis peremptoriæ fiat litis conteſtatio? Dicit Cynus in dicta l. vnica. de litis conteſta. ꝙ ſic: quia ſi quis negaret intentionē actoris, videtur facta litis conteſtatio: modo proponendo exceptionem peremptoriam reus tacite videtur negare intentionem actoris: Nam exceptio peremptoria tacite habet negationem incluſam. Sed habemus contrarium in c. 2. de litis conteſta. iſtomet lib. & Bar. in dicta. l. vnica alleg. reſpon. ad illud. cap. dicit, ꝙ procedit opinio Cyni, quando oblato libello per actorem, reus incontinenti proponeret exceptionem peremptoriam: ſecus ſi dato libello: reus captaret terminum ad reſpōdendum libello, & termino adueniente reus proponeret exceptionem peremptoriam. Panor. in c. vnico. de lit. conteſta. in anti. concludit cō Bar. quia cap. 2. de lit. conteſt. iſtomet libro loquitur indiſtincte quòd per propoſitionem exceptionis peremptoriæ non fit litis conteſtatio, non diſtinguendo vtrum illa propoſitio exceptionis peremptoriæ fiat ex interuallo vel incontinenti. Item quia exceptio peremptoria proponitur ad ſtrium effectum litis conteſtationis. & iura allegata pro alia parte non faciunt cō: quia reſpondendum ad factum ſiue narrata vel ad ius fit litis conteſtatio: & ſufficit reſpondere ad narrata dicendo, nego narrata in ſuo libello eſſe vera: vel ad ius dico petita in libello non debere fieri: tamen practici communiter faciunt lit. conteſt. reſpondendo ad vtrumque, ſcilicet ad factum. & ad ius. de hoc per gl. in c. 2. allegatam.

[Prima glo. ponit exempla, & remittit: ſecundo obijcit: ponit opinionem, quam non approbat, & ſoluit reddēs triplicem rōnem regulæ, & ſupplens cautelam, quā improbat: tertio prorogat regulā ad replicationē.]

a ¶ Exceptionem.] pone caſum ſ. de præſcr. illud. ff. de excep. l. non vtique. & habes hęc verba ſ. de exce. cū venerabilis. Et pſequere hanc materiam, vt ibi no. Et aduerte, quia mirabilis vr̄ hæc regula. nā ſi ego excipio de pacto de non petendo, videor confiteri debitum fuiſſe: ſi dico, interrupi p̄ſcriptionem, videor fateri te præſcripſiſſe: ſi dico, cō te pręſcripſi: [1] ergo primo id tibi debitum erat quod præſcripſi. & ſic actor nil amodo deberet cogi probare, ſed excipiens tantum. & facit ad hoc ſ. de tranſact. præterea. [2] & ideo dixerunt quidam 2. hic loqui de exceptione non numeratæ pecuniæ, & ſimilibus. [Quas Dynus hic dicit non eſſe exceptiones iuris, ſed facti, vel intentionis.] in quibus reus nil fatetur, vt no. in d. l. non vtique. Sed ſecundum hoc mihi videtur hæc regula ſuperflua, & ipſius nulla dubitatio. Dic ergo ꝙ huius regulæ ratio triplex eſt: Prima, quia licet dicam, feciſti pactum de non petendo: poterat eſſe, ꝙ illud non erat vere debitum, vel naturaliter debitum tantum, uel nullo modo. Item licet dicam, interrupi: forte non erat completa præſcriptio: immo hoc dicere videor, ꝙ completa non fuerit dicendo me interrupiſſe, vel ſi cōplea fuerat, ſine titulo fuerat, & bona fide. Idem in alijs exceptionibus. Secunda, quia per exceptionem nego me debere, ſi per ipſam de intentione actoris dicerer confiteri, eadem exceptio duos contrarios effectus haberet: qđ eſſe non debet, ff de ſol. qui hominem, §. vlt. de baptiſ. & eius effect. maiores. Cum igitur per exceptionem neget intentionem aduerſarij, non eſt congruum me per ipſam dici fateri. Et quod dicitur ff. commo. ſi is, §. vlt. fit ſpeciale propter iuſtam ignorantiam ſoluentis, ne ſit in damno ſolum. Tertia, quia reus priuilegiatus eſt, vt poſſit proponere duas exceptiones etiam contrarias, vt dixi ſ. eo. nullus pluribus. Sicut ergo expreſſe dicere poſſet, nego te pręſcripſiſſe: & poſtea ſi præſcripſiſti, interrupi: vel nego me promiſiſſe, & poſtea pactū opponere de non petendo. ſic dicendo tuam præſcriptionem interrupi, vel pactum de non petendo feciſti, vel his ſimile, intentionem aduerſarij non fatetur: cum adhuc dicere poſſit, non promiſi, non pręſcripſiſti: & ſic de ſingulis. Tutius tamen eſſet ipſi reo ſic dicere: [3] Nego me promiſiſſe: & poſito ꝙ promiſerim, mihi pactū de non petēdo feciſti: & ſic de ſingulis. Ad hoc 13. q. 2. in prin. & not. in prædic. decr. cum venerabilis. & in prædic. l. non vtique. Sed quia hæc forma verborum docet mentiri, vbi conſcientia & veritas eſt in contrarium, non eſt amplectenda: [4] cum prius animas, demum linguas oporteat fieri eruditas, vt in procemio, ff. in fi. Et facit quod dixi ſ. de confeſ. c. 1. in glo. 1. ver. ad poſitiones. Vnum not. quia idem quod dicit hæc regula in exceptione: intelligas & in replicatione: vnde ſicut excipiens non confitetur actionem: ita nec replicans exceptionem, eadem de cauſa. ſicut enim ſe habet exceptio ad actionem: ita replicatio [5] ad exceptionem: & triplicatio ad replicationem, & hoc ſatis probatur ſupra, de exce. dilecti. [ff. de exce. l. 2.]

Quæ contra.] Caſus in hac regula figuratur multis modis: Primo per cap. non ſolum. ſupra, de regularibus. Iure prohibetur Mendicantibus religioſis ne ipſi recipiant aliquem ad profeſſionem faciendam infra annum probationis: Sed pone quòd ipſi fecerunt contrarium: vtrum teneat profeſſio? Eſt ibi textus, ꝙ non: quia talis profeſſio eſt facta contra ius.

¶ Item ponitur caſus per c. 2. de teſti. in antiq. Prohibetur iudicibus ne recipiant aliquos teſtes parte non vocata.

[1] Not. hoc & remiſſio nē quā ſtatim dabo. Io. And.

[2] Vt no. in Spec. de except. §. viſo. poſt prin. & ibi vide qđ de præſcriptione ibi ſcripſi ſup prima forma. Io. An.

[3] Et hoc caſu intelligit Dynus hāc regulā inducēdo l. ſi quidem. C. de exce. 2. & 3. tñ. quod nō placet vt ſequitur i gl. Io. And.

[4] Nec eſt neceſſaria, dummō ſic tur i meis exceptiōis. ſup quo vide qđ no. ſ. eo. li. de li. conte. c. 2. in gl. antep. Io. And.

[5] Et forti°, vt dixi de excep. à nobis. in ſum. replicationum. in 4. membro. Io. And.

cata. Sed pone ꝙ cum litigarem contra te coram iudice competente: lite conteſtata negatiue ſuper meo libello, & datis meis articulis iudici, ipſe iudex te nō vocato, neque citato, recepit & examinauit meos teſtes: an valeat receptio & examinatio teſtium? Reſpondetur quòd non.

[a] Item poteſt poni caſus in alienatione rei eccleſiaſticæ, quæ non poteſt alienari ſine cauſa, & cum auctoritate prælati: ſi cauſa non ſubſiſtente & ſine auctoritate ſuperioris fuerit alienata, non valet alienatio.

contra [a] ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

¶ Idem.

[Prima gloſſa remittit ad exempla, & ponit alia, & remittit de materia. Secundo obijcit in ſpecie, & in genere de prohibitis, quæ facta tenent vel confirmantur, & tripliciter ſoluit: ponit & quartam ſolutionem, quam improbat: Tertio obijcit de maleficijs, & ſoluit.]

[a] ¶ Quæ contra.] Pone exempla quæ dixi ſ. eod. non præſtat impedimentum. Item 25. quæſt. 2. imperiali. vbi ſunt hæc verba. & ſupra eod. lib. de regul. non ſolum. & ſup. de teſti. c. 2. & C. de leg. non dubium. vbi de hoc. Obiicitur ad hanc regulam de matrimonio contracto poſt ſimplex uotum, quòd tenet. ſ. eo. lib. de vot. c. unico. & de matrimonio contracto poſt interdictum eccleſiæ ſ. de matr. contract. contra inter. eccle. per totum & inter compatres in catechiſmo. ſ. eo. lib. de cogna. ſpir. c. 2. & de ſententia ſub conditione lata, quæ tenet. 2. q. 6 biduum. & in eccleſia conſecrata per alienum epiſcopum, vt 7. quæſt. 1. epiſcopus in diœceſi. & de omnibus quæ fieri prohibentur tamen facta tenent: Item obijcitur de iis, quæ fiunt contra ius, & poſtea confirmantur: quæ allegaui ſupra c. non firmatur. Sol. generaliter dici poteſt ſecundum Io. qui hoc no. 10 diſtin. vides. & Ber. qui idem no. de ſpon. duo. c. vlt. in vlt. gl. & Accur. in prædicta l. non dubium: hanc regulam habere locū in iis, quæ perpetuam habent prohibitionis cauſam: Contraria in ijs, quæ temporalem. Vel dic hanc regulam eſſe veram niſi eodem vel alio iure tolleretur. & ſic intelliguntur contraria. Et de hoc in Spe. de diſp. & alle. co. ii. §. poſt hæc. ver. vel illud ius, &c. Vel dic, ꝙ illa non ſunt directe contra ius: quia licet ius non aſſiſtat, non tamen plene reſiſtit. Quidam tamen diſtinguere voluerunt, dicentes, ꝙ aut ius prohibet, & addit, ꝙ ſi cōtra prohibitionem fiat, non ualeat, aut ſimpliciter prohibet. In primo caſu habeat locum hæc regula cum ſuis concor. In ſecundo habeant locum cōtraria & ſua ſimilia. & facit ad hoc ſ. de reg. ad Apoſtolicam. ſed hęc diſtinctio reprobatur per prædict. l. non dubium. vbi habes expreſſe, ꝙ ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, licet non adiecerit, ſi contra factum fuerit, non valere. Idem uidetur tenere Guliel. ſupra, de offic. ord. Romana. iuxta fin. item obiicitur de maleficiis, quæ contra ius fiunt, nec tamen habentur pro infectis. Solu. hæc regula habet locum in iis, quę de iure ſortiuntur effectum, idest aliàs ſortiri poſſunt. Et facit quod dixi ſupra eodem titu. non præſtat implementum. & illud hic adde: nam matrimonium nullum interdum non habetur pro infecto: immo præſtat impedimentum ſecundo, & electio nulla interdum præſtat impedimentum ſecundæ: quod dic, vt no. de elect. auditis. Ioan. And.

[a] Dat Dynus exēplū de l. relegatorū. §. ad tēpus. ff. de inter. & releg. ad idē ff de fer. Io. An.

[b] Ad annullandū certa actio vel exceptio paretur, vt in iis quæ fiūt dolo vel metu. Dyn. qa factū tenet, licet non teneat conſiderato effectu. ff. eo. nihil intereſt. Io. And.

I N pari.] Caſus figuratur primum per capitulum, nō ſane. 14. q. 5. Cum haberem litem cum Titio, fuit taliter proceſſum, ꝙ fuit deuentum ad renunciationem & concluſionem: viſis meis actis & atteſtationibus teſtiū, vidi ꝙ habebam cauſam iniuſtam, vidi iudicē corruptibilem: dedi ei certam pecuniæ quantitatē, vt ipſe ferret ſententiam pro me: iudex illam pecuniam recepit: nō eſt dubium, ꝙ ipſe iudex illam pecuniam turpiter recepit, & ego ſimiliter illam turpiter dedi; volo poſtea repetere illam pecuniā ſic per me traditam, dicendo ꝙ ipſe illam recepit ob turpem cauſam: vtrum poſſim? Reſpondeo, ꝙ non: quia ipſe eſt poſſeſſor, & in pari delicto melior eſt conditio poſſidentis: tamen pecunia non deberet remanere apud iudicem, ſed fiſcus debet illam habere: ſed ſi ſolum promiſiſſem non poſſet iudex agere contra me, quia ſum poſſeſſor.

R E G. L X V.

I N pari [b] delicto uel cauſa, potior eſt conditio poſsidentis.

[c] Item poteſt poni caſus per c. quia fruſtra. ſ. de vſuris. hoc modo: Exercui vſuras per aliqua tempora: poſtea deueni ad paupertatem, & illas vſuras non reſtitui: Et ponamus, ꝙ etiam accepi pecuniam ſub vſuris: illas vſuras cum ſorte principali ſolui creditori: volo illas vſuras repetere tanquam indebite ſolutas: fuit pro parte aduerſa oppoſitum, ꝙ à pluribus aliis debitoribus acceperam vſuras: dicitur ibi ꝙ non poſſum repetere vſuras, niſi reſtituam uſuras illis, à quibus recepi.

[a] De cōmodo poſſeſſionis uide de cto. ī l. quotiens. C. de rei ven.

[d] Item poteſt poni caſus per l. vbi autem. ff de condi. ob tur. cau. Aliquis Titius dedit pecuniam alicui virgini ob ſtuprum committendum cum ea: iſta mulier recepit illam pecuniā: Titius vult eam repetere, dicēdo, ꝙ mulier illam recepit ob turpem cauſam, vtrū poſſit? Et ibi tex. ꝙ non: quia eſt ibi in pari turpitudine: vnde dicit gl. in pari turpitudine, vel in pari cauſa.

[e] Et reſpectu cauſæ poteſt ſic poni exemplum per c. ſi à ſede. ſ. de præb. eo. lib. Cum uacaret aliquod beneficium, fuit collatum duobus: quia Papa illud tibi contulit, & ordinarius mihi: quæritur quis erit potior: qa non apparet de proprietate collationis? Dicitur ꝙ ille eſt potior, qui poſſidet: & ſi neuter poſſidet, ille eſt potior, qui habet cauſam a Papa.

[Prima glo. dicit vnde in vtroque membro ſit ſumpta, & vtriuſque membri ponit exempla: obijcit ad vnū exemplum, & ſoluit: ſecundo notat, ſignat contrarium, & ibi remittit.]

[b] ¶ In pari.] Inquantum hæc regula dicit de delicto, ſumpta eſt de l. ff. eo. tit. l. cum par delictum. inquantum dicit de cauſa, ſumpta eſt de l. ff. eo. tit. in pari cauſa. Pone caſum in delicto per can. 14. q. 5. non ſane. In eo ſcilicet qui repetit pecuniam quā dedit pro iniquo iudicio. Item in eo qui uſuras quas ſoluit, repetit: cum ipſe ſit in pari delicto. ſ. de vſur. quia fruſtra. Item per l. ff. de cond. ob tur. cau. l. vbi autem. & l. ſeq. ubi habes ꝙ non repetitur quod propter ſtuprum vel vt male iudicetur datum eſt. De cauſa pone per decre. ſ. e. lib. de pręb. ſi à ſede. & per l. ff. de verb. obl. ſi ſeruum alias in capit, ſi Stichum §. ſequitur. vbi dicitur, ꝙ cum quæritur de damno, & par eſt utriuſque cauſa, potior eſt, qui tenet, quàm qui proſequitur: & aduerte: quia male videor exemplificare per decre. illam, ſi à ſede. nam ibi non erat par cauſa: quia fuerat uni collata per Papam alteri per ordinarium. Sed non quæritur de paritate quoad poteſtatem conferentium: ſed de paritate quo ad tempus: quia cui primo collata fuerit, dubitatur: & ideo in hac pari cauſa temporis, potior erit conditio poſſidentis. [4] Et no. quia hic exhibetur fauor reo: qa abſoluitur in pari cauſa vel delicto. C. de cond. ob tur. cau. l. 2. vnde ſemper dicere conſueuimus, ꝙ in pari delicto uel cauſa, potior ſit excipientis conditio, vt in pręallegatis iuribus. Ad hoc de conceſ. præb. ex tenore. de adul. c. penul. & vlt. Contradicere uidetur decre. illa de conceſ. præb. cum ſuper. ſed ſolue vt ibi in gl. quæ incipit, quia fruſtra. in fi. [Dynus ponit hic diſtinctionē, cuius verba vide ad litteram.]

[3] Nec obſt. ꝙ delictum ſit circa diuerſa. Dyn. Vide Fel. in ca. capitulum ſanctæ crucis. col. 14 & 15 de reſcr. glo. & ibi no. c. qa ſępe. de pb. lib. 6.

[4] Dicit ꝙ de eodē crimine tu nō accuſas, ſed de diuerſo pari, vel minori bene, dum tuam tuorumque iniuriā proſequeris. l. negāda. C. qui accuſa. non poſſ. aliàs non audiris, niſi maius crimē obiicias. ſi ciuiliter agas, pcedit regula Bar. l. cū mulier. ff. ſolu. mat. vide Ange. Inſt. de excep. col. 13. Panor. c. intelleximus. nu. 5. de adult.

ADDITIO. Io. Mo. in decr. ſ. eo. lib. de teſti. c. 1. dixit regulam iſtam in pari. &c. locū habere in iis, quæ in ſe ſunt turpia, vt occidere, & furari. Vbi vero factū in ſe non eſt turpe, ſed qualitas rei adiectæ vel perſonarū facit illud turpe, tunc non eſt melior conditio poſſidētis, quod

quod dicit ꝓbari de ſimo. veniens. & rō redditur ff. de condi. ſine cauſa. l. auunculo. 1. & 2. rñ. Et hic dicit, ꝙ allegatio ibi poſita facit ꝓ regula: licet deciſio videat̃ facere contra: quæ plus reſpexit factū, q̃ qualitatē, ne agēs eſſet in dāno: loquitur lex de pecunia data nomine dotis p neptem auunculo: quæ pmittitur repeti quaſi ex nulla cā data. dare ergo nō eſt prohibitum etiam in ſpiritualib⁹: ſed adiectio facit illud turpe, qñ ſcilicet datur ex pacto, vel taxatione, quæ habet vim pacti, & ideo repetitur. facit ſ. de magi. c. 2. & vide quod not. de ſimo. in c. de hoc. Ioan. An.

¶ Idem.

REG. LXVI.

Cum non [a] ſtat per eū ad quem pertinet, quominus conditio impleatur haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet.

Cum non ſtat.] Caſus figuratur primo p c. ſi quælibet. §. ꝓphetauit. 22. qō. 2. vbi eſt textus, ꝙ Deus mandauit Abrahæ, vt filium ſuum duceret in montē, & ſibi illum ſacrificaret: ad pceptum Domini Abrahā filium ſuum duxit in montem, & cum paratus eſſet illum occidere, & Deo ſacrificare, uit impeditus p Angelum: vtrum perinde ſit, ác ſi filium ſuū occidiſſet quantū ad meritum? Rñdetur ꝙ ſic. Item figuratur caſus per c. quoniam frequenter. §. porro. ſ. vt lite non conteſt. in antiq. Certum eſt, ꝙ iudex non poteſt ꝓcedere ad ſententiā diffinitiuam ferendam parte nō citata, & ſi pars ſit abſens, debet citari citatione formali ad audiēdum ſnīam. Ponamus, ꝙ iudex decreuit citationem ꝯ eū abſentem, & miſit executorem, vt ipſe reus veniret auditurus ferri ſententiam. iſte reus miſit ſuos familiares, qui impedierunt executorem, ne poſſet eum citare: nūquid habetur ꝓ citato? Rñdeo ꝙ ſic: quia p eum nō ſtetit. Item poteſt poni caſus per l. vlt. C. de cond. inſertis. Aliquis Titius veniens ad mortem condidit ſuum teſtamentum, in quo legauit ſeruo ſuo libertatem, ſi ipſe ſeruus daret decem ſcuta hæredi teſtatoris: ſeruus poſt mortem domini ſui obtulit illa decē ſcuta hæredi ſcripto, qui hæres noluit illa accipere: vtrum conditio habeatur ꝓ completa, vt ſeruus conſequatur libertatem? Reſpondetur quod ſic. Idem ſi alius nomine ſerui obtuliſſet illam pecuniam.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo notat tria. Tertio obijcit, & ſol. diſtinguēdo.]

a ¶ Cum non ſtat.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l. in iure ciuili. Pone exemplum Abrahæ Gen. per quem non ſtetit quo minus ſecundum Domini præceptum filium immolaret: vnde perinde apud Dominum gratum fuit, ac ſi immolaſſet. 22. quæſt. 2. c. ſi quælibet. § prophetauit. & c. ſeq. Item pone in eo qui impedit, ne ad eum citatio perueniat, vt ſ. vt lite non conteſt. quoniam. §. porro. In ſtipulatione. ff. de condit. & demonſtr. l. iure ciuili. Item potes ponere in libertate legata, vt aliquid detur hæredi: & per hæredem ſtat. C. de condit. inſer. l. pen. aliàs vlt. & idem in alijs legatis. ff. de condit. & demonſtr. l. cum pupillus. & in inſtitutione hæredis. ff. de condit. inſtit. l. 3. Nota tamen, quòd ſi mihi decem promiſeris, ſi te vicero, tacite videtur hoc actum, vt reſiſtere poſſis: & ſic habetur pro expreſſo. ff. ſi cer. per. l. cum quid. Et not. quòd dicit, p eū ad quem pertinet: nam ſi ſtaret per alium tertium, vel etiam p impedimentum mei ipſius: tunc habet locum regula. ſup. eo. imputari. quia tunc licet non imputetur quod per me non ſtat, vt ibi: tamen non habebitur pro impleto, vt hic [x] & ff. de cond. & demōſt. l. quibus diebus. in princ. Item not. ꝙ ſi libertas legata eſt ſeruo ſi decem hæredi dederit, & p hæredem ſteterit, quo minus ſeruus dederit illa decem: perinde eſt ac ſi impleta eſſet conditio: quia ille liber erit: tenetur tamen poſtmodum ad illa decem, niſi forte obtulerit, & hæres nō ſuſceperit. C. de condit. inſer. l. vlt. Sed dicit lex, ꝙ ſi teſtator legat liberto decem ſub conditione, ſi cum filio ſteterit, & filius moriatur: & ſic p eum, vel p caſum in eius perſona contingentem ſtat quominus conditio impleatur: non tamen debetur relictum. ff. de adim. leg. l. Scio. in princ. Sol. cum ſtat p eum. i. p factum eius vel impedimentum ab eo pſtitum, habetur conditio ꝓ impleta: & ſic ſimpliciter vera eſt regula. Sed ſi ſtat p caſum in perſona eius contingētem, diſtingue: aut erat relictum contemplatione eius, in cuius pſona erat implenda conditio: & tunc non debetur relictum, vt in pdicta l. Scio. aut fauore eius, cui relinquitur: & eo caſu debetur. ff. de an. lega. l. Meuia. in princ. aut dubitatur: & eo caſu relictum debetur, quaſi in dubio ſit interpretandum legatarij fauore relictum, ſi ex veritate vel ex coniecturis aliud non apparet. ff. de condit. & demonſtr. l. illis libertis. & C. de legi. l. 1.

ADDITIO. Idem Dyn. & plenius. C. de inſt. & ſub ſtit. l. 1. Ioan. And.

¶ Idem.

REG. LXVII.

Quod [b] † alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit.

Quod alicui, [2]] Caſus figuratur per capitulum, ſicut non ſuo 46. diſtinctio. Certum eſt, ꝙ quis non poteſt exercere vſuras nomine ſuo: aliàs incurrit varias pœnas a iure ſtatutas: quia denegatur ei communio quamdiu eſt in ſęculo, & ſepultura poſt mortem: ſed & patitur alias pęnas, de quibus dictum fuit ſup. de vſu. eo. lib. ſed vtrum ad minus aliquis poſſit nomine alieno, id eſt, ad vtilitatem alterius exercere vſuras? Reſpondetur quòd non, per rationem huius c.

¶ Item poteſt poni caſus per l. ſi quis. in fine, de iuriſd. omnium iudi. Certum eſt, quòd corrumpens album prætoris incidit in pœnam illius legis. Sed vtrum ſit mihi licitum corrumpere album prætoris nomine alieno, .i. ad mandatum alterius? Reſpondetur, quòd non: immo incido in pœnam, & etiam ipſe mandans, ſi ratum habuerit.

[Prima gloſſa ponit exempla: ſecundo dicit in maleficijs regulam loqui: aliàs ipſius falſitas pateret in delegato, liberto & laico: Item locum habet in eis, quæ ſunt ordinis.]

b ¶ Quod alicui.] Pone caſum per capitulum 46. diſtinctio. ſicut non ſuo. meo enim nomine mihi non licet fœnus exercere: ita nec alieno. Item per decreta. de crimi. fal. ad falſariorum. ſicut enim ꝓprio nomine litteras Papales falſare non debeo: ita nec alieno. Item nec nomine alieno, nec proprio album prætoris corrumpere debeo. ff. de iuriſd. omnium iudic. ſi quis id. in fine. [Cremenſ. de regu. vt profeſſores. dat nouum exemplum huic regulæ. Dynus etiam ponit per authen. vt hi qui obli. §. ſi quis. vbi ſicut tutor non inquietat pupillum nomine proprio, ita nec alieno, vt ex iure ceſſo.] Et nota, quòd hæc regula vera eſt in maleficijs. Indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere, vt in dicto capitu. ſicut non ſuo. hoc dico, quia delegatus ex delegatione cognoſcit de cauſa, de qua & proprio nomine cognoſcere non poſſet. 2. q. 6. ſi quis epſ. & punit quos aliàs punire non poſſet. ff. de offi. deleg. ſane 2. Et libertus nomine alieno vocat patronum in ius: quod nomine ꝓprio non poteſt. ff. de in ius vocan. l. quæſitum. Et laicus, qui non poteſt cauſam ſpiritualem tractare proprio nomine, tractat alieno, vt ſupra eodem libro, de procuratoribus, capitulo primo. & idem in ſimilibus. Item habet locum in ijs quæ vt demandari poſſint, requirunt ordinis adminiculū: vnde ſicut ſuo nomine ſacerdos ſimplex non chriſmat in fronte, non ordinat ad ſacros: ita nec epi ſui mandato: cum tali demandari [3] non poſſit, & de hoc ſup. de conſecr. eccl. vel alta. aqua. & facit quod dixi ſup. eod. ea quæ. Ioan. And.

Poteſt.]

[x] Et ſic patet, ꝙ iſta p illā non eſt ſuperflua. Dy tñ dicit illā loq qñ impedit̃ p caſū: iſtam vero qñ impeditur per eum, cuius intereſt cōditionē no impleri. Io. And.

† Io. An. circa hanc 67. regulā q̃rit, an qs poſſet tractare cauſā noie procuratoris, q̃ non poſſet ſuo, vide Bar. & doct. in l. hereditatis ff. de ſur.

[2] Illis quæ Dy. dicit ſ. tutorib⁹ ad de ſingulis. Gemi. 2 Ic tra ſancta 57. ibi tractat quā tutor poſſit cū pupillis ꝯhere, & qd faciat iudicis pſentia.

[3] Scilicet ab epō, ſpa tñ bene pōt cōmittere ſimplici ſacerdoti, vt conferat ſacramētū cōfirmationis. facit cōc. Tri. ſeſ. 7. de cōfirma. c. 3. & ſeſſ. 23. in prin. cap. 4. & qd tradit beatus Th. p. 3. q. 72. ar. 11.

Poteſt.] Caſus poteſt figurari per c. vlt. ſ. de procur. & per l. 1. ff. de procur. in matrimonio hoc modo: Aliquis vult contrahere matrimonium cum aliqua muliere per procuratorem nũquid poterit? Eſt ibi textus, quod ſic: & hoc verum, dummodo ipſe procurator habeat mãdatum ſpeciale à dño ſuo: Et in hoc articulo dr̃ habere mãdatum ſpeciale, quando habet mandatum de ꝯtrahendo cum certa muliere, puta cũ Berta: quia nõ ſufficeret mandatum generale, videlicet ad contrahẽdum cum aliqua honeſta muliere.

¶Idem.

REG. LXVIII.

Poteſt a † quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.

Dicit Dy. regulam reſtringendã ad ea, quæ poſſunt per alios explicari. arg. l. quod no. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties. Io. And.

Item poteſt poni caſus per l. Arethuſa. in fi. ff. de ſta. ho. Aliquis teſtator dedit libertatem ancillæ ſuæ ſi ipſa daret decẽmillia hæredi ſuo: accidit, quod iſta ancilla erat pregnãs, & cum eſſet in actu pariendi, quidã Titius adimpleuit conditionem: numquid ſtatim efficitur libera, vt pariat liberũ? Reſpondetur, quod ſic: quia qui poteſt per ſe, poteſt per alium. Ioan And.

[Prima gl. ponit exẽpla, & xvj. caſus exceptos, ſecundo ponit v. caſus exceptos à regula conuerſa: rõnem ipſorum reddit, & adiungit duo ſimilia, dicens regulam qui facit: non eſſe ſuperfluam. in fi. arguit, & remittit.]

a ¶ Poteſt.] Poteſt quis per alium iurare, 63. diſt. tibi domino. ſicut per aliũ matrimonium contrahere. ſ. e. lib. de proc. c. vlt. ſic ff. de proc. l. 1. §. 2. [Et ibi de hoc, & ff. de admini. re. ad ci. l. 2. in glo.] de ſta. ho. l. Arethuſa. in fine. Hæc regula fallit in eo cui committitur certum miniſterium. ſ. de offi. deleg. c. vlt. ſ. eo. lib. co. ti. is cui. & optime C. de cadu. tollen. l. vnica, §. ne autem. ad idem 2. q. 3. abolitio. de cler. non reſiden. quia nonnulli. ff de ſolu. inter artifices. Item in pęnitentia ſuſcipienda. de pęn. diſt. 1. quem pęnitet. & in prin. quam per ſe quiſque recipere debet. Ratio eſt pudor, q eſt maxima pars pęnitẽtiæ, vt ibi. Item in eo viro qui veniam ætatis impetrat, quod per ſe facere debet. C. de ijs qui ve. æta. impe. l. 2. Item adoptare vel arrogare non poteſt quis per alium. ff. de adoptio. poſt mortem. §. neque. Ratio eſt: quia adoptio imitatur naturam. Item fallit in iudice, qui per ſeipſum recitare debet ſententiam: niſi ſit eps̃, ſiue ſuperior, 3 ſ. eo. lib. de re iudi. c. vlt. C. de iudi. auth. ad hæc. Item in eo qui incipit conferre ſacramentũ vnitatis. qui id per alium perficere non poteſt. 23. diſt. quorundam. Item abbas per ſe verberando poteſt corrigere monachum, non per alium, maxime laicum. de ſen. excom. vniuerſitatis. Item dominus nouum emphyteutam non per procuratorem, ſed per ſe in poſſeſſionẽ inducere debet. C. de iure emphyteu. l. vlt. §. pen. [Item violentum ſtatim poteſt de poſſeſſione expellere per ſe, tamen non per procuratorẽ. ff. de vi, & vi arma. l. cum fundum. Dynus.] Item qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis & proclamat in libertatẽ: per ſe agit, & non per procuratorem. C. de aſſer. tollen. l. 1. & regulariter in criminali cauſa, vt 2. q. 6. ſi quando. Item quæ ſunt meri imperij vel gladij poteſtatis, non delegantur ſecundum leges, niſi in caſu, ff de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. ſecus ſecundum canones de hoc not. 95. diſt. c. 1. 23. q. 4. illud. & ſ. de offi. ordi. quod ſedem, & de rapto. in archiepãtu. & per ſe reſpõdere debet adultus, qui cathechizatur & non per alium. de conſecra. diſt. 4. cum pro paruulis. Item fallit in caſu ſ. eo. lib. de electio. cupientes. Item in caſu, ſ. eo. lib. de iudi. c. 1. & in caſu, ſ. eo. lib. de offi. lega. c. penul. 2. reſponſo. & de hære. c. 2. in prin. hæc igitur, & ſimilia ſpecialia ſunt. Et nota, quod etiam econuerſo quædam per alium poſſum, quæ non per me. 2 Epiſcopus clericum ſuũ per alium poteſt verberare, non autem per ſeipſum. 56. diſt. non liceat. C. de epiſ. & cleri. authen. ſed neque. Item eps̃ per alium litigare debet. 5. q. 3. c. vlt. [Et idem in illuſtri. C. de procur. l. penult. Dynus.] Item prælatus clericus habens temporalem iuriſdictionem audit, & iudicat de cauſa ſanguinis per alium, non per ſe. ſ. eo. lib. ne cleri. vel mona. c. vlt. Item religioſa mulier per alium poteſt eſſe in iudicio, non per ſe, ſupra eo. lib. de iudi. c. 2. ſupra eo. lib. de ele. indemnitatibus §. ſed cum eas. Item eps̃ tuitionem, gubernationem & curam viduarum & pupillorum, & peregrinorum non per ſeipſum, ſed per alium archipresbyterum ſcilicet, vel archidiaconũ gerere debet. 88. diſt. eps̃ gubernationem. & ibi de hoc. & omnia iſta ſunt etiam ſpecialia contra regulam ſecundum quam, quod poſſum per alium, & per me. Et accidit, hoc vel ratione perſonæ cui hoc non conuenit, vel etiam ratione rei, puta cauſæ criminalis, & interdum per alterum conſequitur quis, quod per ſe conſequi nõ poſſet, vt ſupra eo lib. de concel. præb. c. auctoritate. & ff. de ſtatu homi. Imperator 2. ff. quæ res pig. oblig. non poſ. l. Ariſto. ſicut, & quædam poteſt quis tamquam alius, non tamquam ipſe. Inſtit. de inoffi. teſt. §. ſi tutor. ff. de adoptio. ſi pater. §. qui duos. vbi nepotem ex filio adoptat auus tãquam genitũ ex alio filio: & hoc non tamquam auus, ſed tamquam quidam extraneus, ad idem ff. de in ius vocan. l. quæſitum. cum ſimilib. [Multa exempla quibus licet alieno nomine, quod non licet proprio, & vide ſupra eo. quod alicui ſuo. in ſecunda parte quæſtionis.] Et nota, quia id dicimur poſſe, quod de iure poſſumus. hanc igitur regulam credo loqui de ijs, quæ de iure ſortiuntur vel ſortiri poſſunt effectum; non igitur ſuperabundat regula. ſ. eo. qui facit per alium. quæ generaliter loquitur, vt etiam maleficia comprehendat, & iſta regula loquitur de poteſtate faciendi, illa de effectu iam facti. 3 Item nota ex hac regula, quod ſicut per ſe poteſt quis ſubſcribere, ita per aliũ. quod dic vt not. ſupra, de re iudi. cum inter vos. in glo. poteſt enim.

† Vide B. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. & Turrecr. in c. ſi aliquid 22. q. 4.

Eps̃ habet tuitionẽ curam, & gubernationẽ pupillorũ, viduarũ, & peregrinorum. per alium.

Poſſe dicimur, quod de iure poſſumus.

3 Idem ibi Dynus.

3 Idem in Inquiſitore hæreticæ prauitatis. qui per alios põt ẽt ſententiam recitare. Gemi. & Peruſinus, & alij, in c. vt cõmiſſi. de hær. lib. 6. & Cõra. Brunus li. 4. de hære. c. 20. in fi.

2 Vt dixi & ſen. exc. ſacro. ſup. §. 5. gl. vbi ẽt alleg. ff. de neg. geſt. at qui, §. cum me. Io. An.

¶Idem.

REG. LXIX.

In † malis b promiſsis

In malis.] CASVS Titius promiſit mihi ſuum patrem occidere. vel adulterium committere, vel aliud malũ perpetrare, vtrum teneatur iſtam ſuam promiſſionem adimplere, & poſſit ad hoc compelli? Rñdetur, quod non. Vel ponamus, quod Titius apud me depoſuit rem ſuam: & promiſit etiã, quod ſi committerem dolum in re depoſita, ipſe non ageret contra me ad rem reſtituendam: poſtea dolum commiſi in ipſa re: quia per dolum meum illam rem perdidi: nunquid poterit ipſe agere contra me nõ obſtãte ſua promiſſione, vt ſibi reſtituã rem depoſitam vel æſtimationẽ rei? Rñdetur, quod ſic: nec tenetur obſeruare ſuã promiſſionem. De hac materia tractatur ſupra, in reg. non eſt obligatorium, & poſſunt hic poni exempla, quæ ponuntur in illa regula.

[Prima gloſſa pro exemplis, & materia remittit, & diſtinguit malum promiſſum, à male promiſſio.]

b ¶ In malis.] Pone exempla quæ poſui ſ. eod. non eſt obligatorium. & proſequere hanc regulã. vt ibi dixi. Et habes hæc verba 22. q. 4. c. in malis promiſſis. & ibi de hoc per totam quæſtionem. Et not. quod dicit malis promiſſis: nam licet mala promiſſa nõ debeant ſeruari: tamen interdum male promiſſa, puta per dolum vel metũ, ſeruatur: quã ſcilicet ſeruari poſſunt ſine ſalutis æternæ diſpendio, ſi iuramentum interceſſit. de iureiu. ſi vero. in auth. & dixi in prædicta reg. ſupra eo. non eſt.

ADDITIO. Idẽ Dyn. qui dicit mala promiſſa ipſo iure vitiari. ff de pact. iure gentium. §. & generaliter. & de ver. obli. l. generaliter & l. veluti, & l. ſtipulatio hoc modo. & l. ſi plagij. & l. ſi ſtipuler. inſti. de inut. ſtip. §. quod turpi. Sed mala promiſſa: puta per dolum, vel metum, vitiantur interdum ope exceptionis. C. de inut. ſtip. l. dolo, &c. Ioan. And.

a ¶ Non expedit.] ſecundum [1] vtilitatem: nec licet ſecundum æquitatem: nec decet ſecundum honeſtatem, & de his omnibus. ī. de ro. magnæ. poſt prin. Ioan. An.

[1] Hæc glo. ex nouellæ Io. An. huc fuit tranſlata.

IN alternatiuis.] Caſus figuratur per c. inter cæteras. ī. d reſcr. Ego expoſui domino Papæ, ꝙ Titius rector eccleſiæ S. Deſiderij Pictauen. erat homicida, ſimoniacus, concubinarius, & plures alios defectus patiebatur, propter quos erat indignus beneficio eccleſiaſtico: vnde Papa ſcribit quibuſdam iudicibus, ſi conſtaret Titium eſſe homicidam, concubinarium, ſimoniacum, quòd ipſi ſibi eccleſiam per ſententiam auferrent, & forte mihi conferrent: vtrum neceſſe ſit probare omnes iſtos defectus antequam poſſit remoueri ab eccleſia? Reſpondet, ꝙ non: ſed ſufficit probare vnum ex illis: dumtamen iſte defectus per ſe ſufficiat ad probationē: [3] quia illi defectus ſunt expreſſi alternatiue: & in alternatiuis erit in optione mea exprimere defectum quem voluero. Idem eſt ſi illi defectus fuiſſent expreſſi copulatiue, hoc modo: Si tibi conſtet, quòd talis Titius commiſerit ſimoniam, & homicidium, auferas ſibi eccleſiam ſancti Deſiderij Pictauenſis: tunc enim ex quo alterum ſufficit ad priuationem, dictio, &, accipitur pro, vel, vt dicitur in dicto c. inter cæteras.

fidem non expedit a obſeruari.

¶ Idem.

REG. LXX.

IN alternatiuis b debitoris [2] eſt electio: & ſufficit alterum adimpleri.

¶ Idem.

[2] In aliquot vulgatis codicib. legitur, electoris, ſed ī oībus antiquis vt eſt impreſsū.

[3] al. priuationem.

[4] Item poteſt poni caſus in debitore, hoc modo: Titius mihi ſtipulāti promiſit dare equum, vel decem ſcuta, vtrum poſſim petere, vt cōpellatur mihi ſoluere equū, & decem ſcuta? Reſpondet, ꝙ non: ſed debeo eſſe contētus altero ipſorum: ſed vtrum ſit in electione ſua ſoluere decem ſcuta, vel equum? Reſpondet, ꝙ ſic: quia in alternatiuis, &c.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: Secundo ſubdit de alternatiuis ordinis. Tertio ſignat contrarium, ſoluit, & remittit.]

b ¶ In alternatiuis.] hæc regula ſumpta fuit ex l. ff. eod. titu. l. in eo quod plus eſt. vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum. Pone exemplum per canonem 12. q. 2. bonæ rei. in fine. ī. de reſcri. inter cæteras. & in viro, qui in cauſam ſoluti matrimonij dotem, vel eius æſtimationem reſtituere promiſit. ff. de iure do. plerumque. in fine. ad idem ī. de plus peti. c. vnico. vbi dicitur, plus petere cauſa: & in expenſis condemnatur, qui ex duobus alternatiue debitis ꝑciſe petit alterum. ad idem. de appell. ſignificauit. vbi de hoc. & de reſcri. ex parte. & facit. de ꝓb. c. 2. ff. de condi. inſti. l. ſi hæredi plures. Sunt tamen quædam alternatiua in quibus debet ordo ſeruari. ff. de leg. 2. cum pater. §. penul. vt cum mandat teſtator aliquid dari liberis: aut his deficientibus, conſanguineis, aut affinibus: quia tunc ſequimur ordinem. Eſt ad hoc argumentum quod dixi de ordine ſequendo 43. diſt. ſit rector, in fine. ī. e. lib. de electio. c. penult. in prin & eo. lib. de ꝓben. c. mandato. in fine. [Et hoc eo. tit. inſpicimus. vt ibi dixi.] Contradicit ad hanc regulam inſtit. de leg. §. ſi generaliter. Solu. illud cum eligens fuit in mora. ff. de op. leg. l. mā cipiorum. ī. eo. lib. de conſue. c. vlt. & ſic not. Ber. in prædic. decret. de reſcri. inter cæteras. & facit quod dixi ī. eo. contra eum.

[4] Intellige. in affirmatiuis: in negatiuis eīn requiritur, ꝙ neutrum fiat.

QVi ad agendum.] [5] Caſus in hac regula figuratur p §. poteſt. 16. q. 3. & l. ſi quis emptionis. C. de ꝓſcr. xxx. vel xl. annorum. Titius poſſedit rem alienam cum titulo, bona fide, & cum alijs requiſitis ad ꝓſcriptionem legitimam: Certum eſt, ꝙ ſi cadat à poſſeſſione illius rei quam ꝓſcripſit, habet actionem ad illā petendam: Sed quid, ſi non cecidit à poſſeſſione, & verus dñs agit ꝯ eum: numquid poteſt excipere de ꝓſcriptione? Rñdeo, ꝙ ſic: quia qui admittitur ad agendum, multo magis ad excipiendum. Item figuratur caſus per l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficie. vbi eſt textus, ꝙ ſi quis conducat rem alienam ad longum tempus, & cadat à poſſeſſione rei, poteſt agere contra poſſeſſorem: & hoc verum actione vtili, & non directa, iuxta notata, ff. ſi ager vectigalis. Sed numquid poterit excipere contra verum dominum? Reſpondetur, quòd ſic, per rationem huius regulæ.

[5] Io. An. & Phil. hic dicūt, regulā procedere ī eccleſia præſcribēte rē priuati lōgo tēpore.

REG. LXXI.

QVi ad agendum admittitur, eſt ad excipiēdum multo magis admittendus.

¶ Idem.

REG. LXXII.

QVi

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secūda ponit rationem regulæ. Tertio dicit regulam procedere in eiſdem perſonis. Quarto dicit eam fallere in poſſeſſorijs.]

c ¶ Qui ad agendum.] Hæc [5] regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. ti. inuitus nemo. §. cui damus. Pone caſum in eo, qui legitime ꝓſcribit: quia ſi cadit à poſſeſſione, datur ſibi actio: multo fortius dum poſſidet, datur exceptio. 16. q. 3. c. placuit, vt §. poteſt. in prin. ad idem de ꝓſcri. illud. in antiq. Item conductor ſoli ad ſuperficiem ad nō modicum tempus, habet vtilem rei vendicationem, etiam contra dominum: multo fortius exceptionem. ff. de ſuperfi. l. 1. §. quod ait. Rationem huius regulæ etiā habuiſti. ī. eo. cui licet plus, & minus licet: [6] ſed plus eſt agere, quàm excipere. ergo ſi poteſt primum, multo fortius ſecundum, vt hic. nam video exceptionem dari cui non datur actio, vt excommunicato. ī. de exce. cum inter priorem. Item qui mala fide ꝓſcripſit, ſecundū leges exceptionem habet aduerſus omnem potentem: & ſi à poſſeſſione cadat non habet actionē. 16. q. 3. §. poteſt. verſi. quod ſi. & C. de ꝓſcri. xxx. vel xl annorum. ſi quis emptionis. Et vbi actio tempore tollitur, ꝑpetuo durat exceptio. ff. de do. exce. pure. §. vlt. & venit in compēſatione, quod non venit in petitione. ſecundum l. vt debitum naturale. ff. de compen. l. etiam. Et econuerſo interdum venit in petitione, quod nō in compenſatione: ſicut eſt videre in depoſito. C. de compen. l. vlt. & ī. de depo. bona fides. & eſt ſpeciale. Et adde quod no. de iureiu. quemadmodum. in glo. nam cui. Et dic, ꝙ ad agendum admittitur contra eum. contra quem excipere vult, hoc dico, ne obſtet quod dicitur de Publiciana: nam habens Publicianam actionem, contra alios excipit, non contra dominum, ff. de publici. l. penul. & vlt. & idem de ſimilibus. hoc autē regulariter fallit in poſſeſſorijs iudicijs. C. de loca. & condu. l. ſi quis cōductionis. vbi conuentus poſſeſſorio, ſi dicit ſe conduxiſſe, ante omnia poſſeſſione reſtituit: [7] & poſt agit, & facit quod dixi ſupra, eo. dolo. nam contra ꝑdonem agētem poſſeſſorio [ſcilicet interdicto vñ vi.] non admittit exceptio: tamen admittitur actio. de reſti. ſpo. in litteris. & c. ſeq. Et generaliter agenti poſſeſſorio, refertur quæſtio proprietatis agēdo, & tamen non excipiendo de ordi. cognitio. c. vlt. C. de rei ven. ordinarij. de conceſ. præben. poſt electionem. in fine. de appel. conſtitutis 2. in fine. de accuſ. accedens.

[5] Hæc reg. fallit ſi actio & exceptio tendūt ad diuerſa. c. inter dilectos. in prin. de exce. prælat. Itē fallit ſi aliquid ſub eſſet repellens exceptionē. c. de bitores. de iureiur.

[6] Dy. dicit ꝙ 10 ſumitur de regula fauorabiliores. 1 ff. eo. & ſic ad idem ī. eo. cum ſunt. & c. non licet. Io. An.

QVi facit per alium.] Ponamus, ꝙ iniunxi famulo meo vt clericum verberaret: quod fecit ad mandatum meum, & nomine meo: numquid ſum excommunicatus ipſo facto, ac ſi ego illum verberaſſem? Reſpondetur, ꝙ ſic. Item poteſt poni caſus in matrimonio: Cōſtitui meū procuratorem ad contrahendum cum Berta: numquid ſum eius maritus ac ſi in propria perſona contraxiſſem? Reſpondetur, quòd ſic: Quia qui facit per

[7] Eſſet enī ſpecies ſpoliatiōis poſſeſſionē denegare locatori, ff. de preca. l. vlt. & ideo ſuꝑ dñio nō auditur, niſi facta reſtitutione, ff. ſi per vim. vel alio modo. l. 1. Dy.

eſt per alium, &c. quando ille actus poteſt expediri per alium.

[Glo. ſeq. dicit vnde ſumpta, & pro exemplis, materiæ, & obiectionis ſolutione remittit.]

a ¶ Qui facit p aliū.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. quod iuſſu alterius. Pone exempla in regu. & proſequere eam, vt dixi ſ. eo. poteſt quis. Et non ſuperabundet hæc regula per illā, vt dixi ibi in fi. ADDITIO. Dy. ponit hic ſpecialia exēpla, quæ vide. I. A.

b ¶ Perinde.] hoc procedit de quadam iuris interpretatione cum vere loquendo factum etiam ab eodem diuerſis temporibus, non repræſentat identitatem eius facti. ff. de condi. ind. ſi non ſortem. §. libertus. & in auth. de ſi. inſt. circa prin. ſecundum Dynum probatur hoc ſupra, eo. lib. de ele. vt quis duas. Ioan. And.

a Hęc glo. ex nouella Io. An. huc fuit tranſlata.

facit a per alium, eſt perinde b ac ſi faciat per ſeipſum.

¶ Idem.

REG. LXXIII.

Factum legitimè c retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat, à quo non potuit inchoari.

Factum legitime.] Caſus figuratur per c. pen. de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ. in antiq hoc modo: Cōtraxi matrimonium cum aliqua Berta: cōtracto matrimonio cognoui conſanguineam vxoris meę, & ſic eſt affinitas inter me, & vxorem meam: vtrum pp affinitatē ſuperuenientē diſſoluatur matrimoniū iam ɔ̄tractum? Rñdetur, ꝙ nō: quia ꝙ ab initio tenet, non diſſoluitur: licet perueniat ad eum ſtatum, in quo non valuiſſet. Itē pōt poni caſus in furioſo: Certum eſt, ꝙ furioſus nō poteſt matrimonium ɔ̄here pp defectum conſenſus: ponamus ꝙ aliquis ſanæ mentis ɔ̄xit matrimonium cum aliqua Berta: ɔ̄cto matrimonio effectus fuit furioſus: vtrū inualidetur matrimonium? Rñdetur, ꝙ non, licet perueniat ad eum ſtatum, in quo non potuit inchoari.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: & inducit regulam conuerſam. Secundo notat quod dicit, non retractari: non dicit, non impediri: per quod ſoluit contraria.]

c ¶ Factum legitimè.] a Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. in ambiguis. §. 1. Exēplifica in eo, qui ɔ̄xit matrimoniū, & poſtea factus eſt furioſus. 32. q. 7. neq; furioſus. Idē in ſuperueniente affinitate, de eo qui cog. cōſan. vxo. ſuæ. c. pen. Idē in adoptione ſuperueniente. ff. de rit. nup. adoptiuus. in princ. & l ſi qua. Et non ꝙ habuiſti aliam regulā ɔ̄trium. ſ. eo. non firmatur. quia licet caſus ſuperueniat à quo potuit inchoari non firmatur, qđ ab initio non valebat, vt ibi: quod tñ intelligas vt ibi dixi: ita qđ in principio factū erat, legitime non retractatur: licet ſuperueniat caſus à quo nō potuit inchoari, vt hic. Et concor. ad hanc regulā. ff. de itine. actuque pri. l. nec enim. ibi dicit tex. ne... n. corrūpi aut commutari quod recte tranſactū eſt ſuperueniente delicto, poterit. Cōcor. ad hanc reg. de iurepa. cōſultationibus. de conuer. coniu. Placet. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. diſcretionem. & quod in his iuribus not. Et no. ꝙ dicit, retractari: q. d. pp cauſam ſuperuenientē non retractatur, ac ſi legitime non fuiſſet factum. Interdum tamen pp ſuperuenientem cauſam impeditur eius effectus, quod legitime factum erat. exēplifica per can. 33. diſt. cōiter. & c. vſque adeo, & de cler. ægro. presbyterum. & c. tua. cum ſim. Et eodem modo rñdetur ad leges, quæ ꝓ contrarijs ſignari ſolēt. ff. de iud. ſi à me. & l. ſeq. ff. ad l. Aquil. quia in eum caſum. in quibus dr, ꝙ iudiciū ſoluitur per arrogationem eius, cum quo litem conteſtatus eſt: quia deuenit in eum caſum, in quo à principio non poterat cōſiſtere: & in præ. l. quia dr ſimile, ſ. ꝙ ceſſat actio legis Aquiliæ quando ſeruus mortiferè vulneratus liber factus eſt: quia iam in eum caſum deuenit, in quo locum habere non poterat, &c. Et eſt rō: quia l. Aqui. damnum reſpicit.

a Iſtud, legitime, cōprehēdit factū & modum, vt. ſ. factum in ſe ſit legitimū, & ſine peccato, & legitimo modo factum ſm Io. Mo. qui dicit đ hoc duplici defectu, vel ꝓfectu haberi, de reſtit. ſp. Piſanis. de renū. dilecti. Io. A.

ſ Et perfectum: ſecus ſi īchoatū: & ſic loquuntur ɔ̄tria ff. de ſerui. l. ꝓ parte. ff. de ver. oblig. ſi ſub vna. §. ſi qs viā, ff. de in ſpe. tu. poſt finitā, ff de lib. agn. l 3. §. quia ſm Dy. & q̄ ſignat Io. M. de dec. quēadmodum. de iureiur. & decret. ſi pauper. ſ. e. lib. de pb. Io. And.

Q Vod alicui.] CASVS. Ponamus, ꝙ Papa cū aliquo licētiato forte diſpenſauit ſuper pluralitate beneficiorū, & in gratia ſua appoſuit cauſas, quæ illum mouebant ad diſpenſandum: quia dixit Papa: quia legiſti iura canonica in tali ſtudio, tecum diſpenſamus. Ponamus quòd aliquis alius licentiatus, ſimiles, vel maiores fructus fecit: vult extendere gratiam iſtius ad ipſum: an poſſit? Reſpondet, quòd non, propter rationem huius regulæ: quia licet Papa fauore alicuius perſonæ recedat à diſpoſitione iuris communis, non ſequitur, ꝙ iſte diſceſſus debeat extendi ad caſus ſimiles, iuxta l. nō poſſunt. ff. de leg. c. tranſlato ſacerdotio. de conſtitut. in antiq. ſecus ſi eſſet ius commune.

¶ Idem.

REG. LXXIIII.

Qvod alicui d gratioſe conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum.

¶ Idem.

REG. LXXV.

Fruſtra e ſibi fidem

[Glo. ſeq. remittit pro exemplis, & pro materia: & dat concor.]

d ¶ Quod alicui.] Pone exempla quæ dixi ſ. eo. tit. quę à iure, & proſequere vt ibi dixi, & in reg. priuilegium perſonale. & concor. ad hanc regulam infra eodem in argumentum. ADDITIO. Dynus ponit exemplum ſi concedatur alicui, ꝙ ſubire non teneatur munera publica: forſitan quia in re proſpera virtuoſe ſe habuit. In alijs ius commune ſeruabitur. alleg. ff. de conſtitu. princ. l. 1. §. Plane ex his, C. de decurio. l. neque Dorotheum. & l. nullus. lib. 10 & C. de epiſco. & cleric. quoniam. Idem dic in priuilegio decimarum, de quo ſ. de deci. ex parte. Ioan. And.

F Ruſtra.] Caſus figuratur per cap. de forma. 22. q. 5. Pro intellectu iſtius eſt pſupponendum, ꝙ non minus eſt adſtrictus dñs vaſallo, q̄ econtra vaſallus domino ſuo: Nam ſicut vaſallus debet fidelitatem domino ſuo, ſimiliter dominus debet eſſe fidelis vaſallo: & ſicut vaſallus priuatur feudo pp infidelitatem commiſſam erga dominum, ita dominus priuatur ſuperioritate. Et iſtud quotidie fit: Nam qñ dñs ſupprimit vaſallū, princeps eximit vaſallum ad iuriſdictione domini. Hoc pſuppoſito, ponamus ſic caſum: Tenebā aliquā rē in feudum ab aliquo domino, & promiſi ei fidelitatē: iſta promiſſio eſt reciproca: nā ſicut ego teneor ſeruare fidem domino, ita e contra dominus tenetur mihi fidem ſeruare. Sed quid, dominus non ſeruauit mihi fidem, quia me oppreſſit: vtrum tenear ei fidem ſeruare? Reſpondetur, ꝙ non: quia fruſtra, &c.

¶ Item poteſt poni caſus per l. cū proponas. C. de pactis, Cum haberem tecum litem, tranſegimus ſimul: ꝑ quam tranſactionem renunciaui liti ſub hoc pacto, ꝙ infra certum tempus dares mihi certam pecuniæ ſummam: non ſoluiſti infra tempus, vt promiſeras: volo redire ad litem, vtrum poſſim? Reſpondetur, ꝙ ſic: per rationem huius regulæ: quia fruſtra ſibi fidem, &c.

[Glo. ſeq. primo ponit exempla: Secundo ſucceſſiue ſignat, & ſoluit duo contraria. Tertio inſtruit.]

e ¶ Fruſtra.] Pone caſum in dño quo ad fidelē, & in fideli quoad dñm. 22. q. 5. de forma. Itē in eo qui interpoſita cōditione ꝓmiſit, & iurauit aliquid facere de iureiur. peruenit. 2. vbi de hoc. In eo q non vult tranſactionē interpoſitā obſeruare. C. de pact. cū proponas 3. concor.

cor.95.diſt.eſto ſubiectus.ibi, cur ego te habeo vt principem, cum tu me non habeas vt ſenatorem? Sed nonne hoſti ſeruanda eſt fides? [1] 22.q.4.innocens.23.q.1.noli. Sol. vt ibi not. & in d. c. peruenit. illum enim verum eſt cum ipſe hoſtis nobis fidem ſeruat, & ſic concor. cū hac regula. Itē contra 33.q.5. quòd Deo pari. vbi dicitur, quòd ſi vir & vxor pari conſenſu continentiam vouent, vno labente, alter perſeuerare debet. Sol. ibi non fuerat fides homini promiſſa, ſed Deo, nam ſine vlla venditione adimpleri debēt, quæ Deo vouentur. 32. q.8.c.vnico. in fi. Et vides, ꝗ licet vxor adulterata fuerit, nihilominus vir peccat adulterando. 32. q.6.c.1. per tot. fruſtra igitur debitum petit, qui quod debet non impedit: & fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. de vſu. quia fruſtra. in antiq. & ibi de hoc. vnum nota qñ partes ſibi adinuicem aliquid ſub pœna promittunt: & vna pars primo frangit fidē, aut expedit magis alteri parti pœnam proſequi, & ſtare pacto vel contractui, aut magis expedit ſibi fidem rumpere: In primo caſu licet ſibi fides ſit fracta, ipſe tamen pro ſua parte ſeruet eandem: & pœnam petere poterit cum effectu. (ff. eo tit. cum per. in fi.) In ſecundo caſu ſecure frangit fidem, & fiet hincinde pœnarum mutua compenſatio, vt ī. de pœn. conſtitutis. & ſic illam decr. intelligas: & quæ ibi not. & eſt ad hoc ſimile quod no. de conuento ſuper ſpoliatione: cui aut expedit magis rehabere rem propriam, aut retinere rem quam poſſidet, in primo caſu agat, in ſecundo excipiat. hoc not. Bern. de ordi. cogn. c. vlt.

[1] An hoſti ſit fides ſeruanda, vide Bar. & Ang. in l. conuentionum. ff. de pac. & oī no B. Tho. 2.2.q.40 artic 3. & glo. & ibidem Turrecr. in cap. dñs nr. 32.q.2.

Vide glo. in c.2. de di la. glo. in c. placuit. 16. q.3. Inn. in c. cum dilectus. de or. cog. Ant. de But. in c. 1. de do. & cō tu. & doct. in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl.

quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

¶ Idem.

REG. LXXVI.

Delictum [a] † perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare.

ADDITIO. Dicebat Io. Monac. ꝗ in hac regula fruſtra, &c. poterat exemplum poni per l. quoniam. C. de rer. permut. ff. de mino. auxilium. in fi intelligit etiam regulam circa idem factum, non circa diuerſa. argu ff. de lega. 2. cum pater. §. plane. Dynus allegat §. liberis. Ratio etiam huius regulæ ſummi poteſt ex regula, ex eo. tit. Io. Andr.

Delictum.] Caſus figuratur per c. ſi epm, 16.q.6. hoc modo: Aliquis eps commiſit aliquod graue delictum, ꝑꝑ quod fuit depoſitus, & priuatus ſuo epatu, vtrū bona eccleſiæ debeant confiſcari? Vel pone, ꝗ eps tenebat à rege caſtrum in feudū: & promiſit fidelitatē regi: Poſtea eps deliquit in regem: quia cōmiſit proditionem in regem: fuit depoſitus, vtrum caſtra redeant ad regem? Certe non. Item poteſt poni caſus in ſyndico procuratore eccleſiæ, qui commiſit falſum: & ſi fuiſſet cauſa propria, debuiſſet cauſam perdere: vtrum delictum ipſius ſyndici debeat nocere eccleſiæ? Certe non.

[Prima gloſſa ponit exempla: ſecundo ſignat contrarium, & ſoluit: ſolutioni tripliciter obijcit: & reſpondet: Tertio ſucceſſiue ſoluit tria contraria. Quarto ponderat quod dicit, delictum. & quod dicit, perſonæ.

a ¶ Delictum.] Pone caſum in epo depoſito ꝑꝑ crimē. ob hoc. n. nō debet eccleſia rebus ſuis expoliari. 16.q.6. ſi epm. & ibi de hoc. Ad idem cle. de hære. nolētes. poſt prin. Itē pone in procuratore qui falſauit inſtrumentū: quia ꝑꝑ hoc non perdet eccleſia cauſam, de exce. cū venerabilis, &c. & delictum tutoris nō obligat pupillū. [2] ff. e. ti. l. neque. & ff. de tab. exhib l. pen. Contra. 16 q.3. placuit. 2. vbi delictum p̄lati non repetentis rem eccleſiaſticam, nocet eccleſiæ. ad idem de præſcr. c.1. & per totum. Sol. delictum aliud in faciendo, & hoc non præiudicat eccleſiæ, vt hic: & aliud in omittendo, & hoc bene præiudicat, vt ibi. Ad hanc ſolutionem contradicit 23. quæſt. 2. ita nos. vbi delictum, quod eſt in faciendo, præiudicat eccleſiæ. Solu. dici poteſt ſecundum Ioan.

[2] Parificantur pupill9, & eccleſia ex vna parte, & ipſorū adminiſtratores ex altera. C de epiſco. & cler. orphanotrophos. Dyn.

qui hoc ibi not. & in d. c. ſi epm. ꝗ hæc regula intelligitur de detrimento facultatum; illud aūt de detrimento honoris: vel potius ibi nocet delinquentibus quàm eccleſiæ. Adhuc contra ſolutionem, de cenſi. cum olim. vbi delictum quod eſt in faciendo, nocet eccleſiæ. de in integrum reſtitu. auditis. vbi delictum quod eſt in omittendo, non præiudicat eccleſiæ. Satis congrue poteſt diſtingui inter iudicialia, & extraiudicialia, vt in iudicialibus iudiciorum fauore, ſiue ſit in faciendo, ſiue in omittendo, præiudicet eccleſiæ. & in decre. auditis. bene præiudicauit eccleſiæ delictum quod fuit in omittendo, ſed fuit reſtituta: & ſic non eſt contra. In decre. cum venerabilis, dici potuit extraiudiciale: vel ibi ſolus procurator deliquit in faciēdo, ſcilicet inſtrumentum falſando. Item contra. 54. diſ. ſi ſeruus. vbi ponitur eps, qui pro vno ſeruo duos dare debet: ſed illud facere debet de proprio, ſi habet, non de bonis eccleſiæ propter hanc regulam. Item contra, de ord. cogn. cum dilectus. vbi dolus, & violentia abbatis, eccleſiæ nocere videtur. Sed ibi ſoluitur per Ber. in 3. gl. ſcilicet, ꝗ ibi delictum fuerat commiſſum per prælatum, & collegium communicato conſilio, & eodem modo ſoluitur, C. de ſacroſan. eccl. iubemus nullam. ibi propter delictum perſonæ confiſcatur nauis eccleſiæ. Et nota, ꝗ dicit hæc regula delictum: quia ſecundum propriam huius vocabuli ſignificationem videtur loq de eo quod conſiſtit in omittendo, ſecundum ea quæ not. ī. eo. peccatum. tamen illi ſignificationi non ſemper ſtatur, vt ibi dixi. Item hoc, ꝗ dicit perſonæ intelligere poſſumus de prælato: & eſt vulgare dominorum meorum Anglicorum: de reſcript. ex parte. S. perſonæ. de appel. bonæ memoriæ. vel indiſtincte de qualibet perſona intelligatur cuius delictum eccleſiæ non nocebit, ſaltem cum effectu: quia daretur reſtitutio vſque ad quadriennium tantum, niſi ex cauſa plus temporis daretur, vt ī. eo. lib de reſtit. in integr. c. 1.

¶ Idem.

REG. LXXVII.

Rationi [b] congruit, vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

Rationi congruit] Caſus figuratur per c. filijs ac nepotibus. 16.q.7. Certum eſt, ꝗ licet iuſpatronatus ſit annexum ſpiritualibus, tamen illi iuri ſucceditur iure hæreditario: Et non eſt dubium quin patronus eccleſiæ teneatur defendere eccleſiam ſi opprimatur: Sed quid de hæredibus, qui ſuccedunt iuri patronatus: numquid etiam tenebuntur defendere eccleſiam ſi opprimatur? Reſpondet, ꝗ ſic: quia ex quo ſuccedunt in honore, etiam debent ſuccedere in onere.

[Gloſſa ſequens ponit exempla: & dicit regulam poſſe reſolui.]

b ¶ Rationi.] Pone caſum in filio patroni hærede, qui ſuccedit in honore iuriſpatronatus, ſic in onere defendandi eccleſiam ſuccedere debet. 16. q. 7. filijs, ac nepotibus. Item pone in p̄lato, [3] qui ſuccediti in honore, ſic, & in onere ſoluendi p̄deceſſoris debita pro eccleſiæ vtilitate contracta. ī. de ſol. c. r. Idem in iudice. ff de iudi. l. mortuo iudice. quod eum iudicare oportuerat. Idē eum qui ei ſubſtitutus eſt, ſequi oportet. Ad idem ī. de offi. dele. quoniam abbas. & concor. ad hanc regulam. 100. diſt. rationis, & ī. eod. qui ſentit onus. & quod ibi dixi, hic adde. Et per illam regulam poteſt etiam hęc reſolui, vt. ſ. ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. ad hoc 40. diſt. non nos.

ADDITIO. Io. Mo. dicit in hac regula, rationi. &c. eſſe exemplum ponendum ꝑ l. 1. C. de fideiuſ. & dic in onere non cohærente pſonæ: nam in illo ſecus, ff. de adimen. leg. l. legatum. & de ali. leg. Caio. in prin & de condi. ꝗ demon. l. legatum, ſecundum Dynum. Io. An.

[3] Aeque ſecundū Dy. dici poteſt in quolibet ſubſtituto in hęreditate, quæ honor appellatur. ff de lega. præſtan. l. titium. §. ſi legato. Et ꝗ ſuccedit in onere legatorū: quę ab inſtituto relicta ſūt tacite à ſubſtitu. repetita, ff. de lega. 1. l. imperator. & de leg. 2. l. ſi Titio, & Meuio. §. Iulianus. & l. cum pōt. §. ab inteſtato. Io. And.

¶Idem.

REG. LXXVIII.

IN † argumentum [a] trahi nequeunt, quę propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.

¶Idem.

REG. LXXIX.

NEmo poteſt [b] plus iuris trãsferre in aliũ, quam ſibi competere dinoſcatur.

¶Idem.

REG. LXXX.

IN toto, [c] partem non eſt dubium contineri,

IN argumentum.] Caſus figuratur per c. 1. 55. di. hoc modo. Certum eſt, ꝙ beneficia regularia debent conferri regularibus, & ſæcularia ſæcularib. & maxime religioſi nunquam debent habere adminiſtrationem eccleſiarum ſæcularium, ne eis detur materia vagandi. Sed ponamus, ꝙ eſt tanta penuria clericorũ ſæcularium, ꝙ non inueniuntur ſæculares, quibus poſſunt conferri illa beneficia: tunc poterunt conferri regularibus in defectum clericorum ſæcularium. Sed ponamus, quòd modo reperiuntur ſæculares vtrum illa beneficia ſæcularia nũc poſſint cõferri religioſis? Reſpondetur, quòd nõ: q̃a illud ex neceſſitate fuit ordinatum: ideo non debet trahi ad conſequentiam: nam in argumentum, &c.

[Gl. ſeq primo dicit vnde ſumpta: & ponit exempla, interſerens ſolutionem ſuperfluitatis. Secundo no. ex regula generale, quod determinat.]

a ¶ In argumentum.] [1] Hæc regula ſumitur ex l. ff. e. tit. quæ propter neceſſitatem. Pone caſum 55. diſtin. ca. 1. vbi ex neceſſitate temporis propter miniſtrorum defectum monachos permiſſum fuit aſſumi ad parochiales eccleſias: ceſſante hac neceſſitate in argumentum trahi non debet, vt ibi. [2] Item per decre. ſupra, de elec. cum in cunctis ibi: ne quod à quibuſdam pro neceſſitate temporis, &c. Et alienatio ſacrorum vaſorum propter neceſſitatem redimendorum captiuorum conceſſa. [3] ad conſequentiam trahi non debet. C. de ſacroſ. eccl. l. antepe. quæ incipit. ſancimus. Et concor. ad hanc regulam. ſupra eodem quæ à iure. & ĩ. eo. quod alicui. Nec ſuperfluit hæc regula per illas quæ loquuntur in eo quod conceditur ob fauorem vel gratiam: hæc in eo quod conceditur ob temporis neceſſitatem. Et dicit etiam in argumentum quaſi dicat iuriſta, vel arguens, ꝙ non debet arguere de eo quod interdum ex neceſſitate conceſſum eſt: quia argumenta de ſimilibus ad penitus ſimilia procedunt: ſed inter tempus neceſſitatis, & non neceſſitatis non eſt ſimilitudo: ergo non procedit argumentatio. Et cõcordat ad hanc regulã. 35. q. 1. c. 1. per quòd etiã exemplicare potes: nã à principio generis humani licite contraxit frater cũ ſorore: quia ex neceſſitate id fiebat: hodie aũt creuit humanũ genus, & ſublata eſt neceſſitas: & ideo nõ licite cõtrahitur ĩ. quartum gradum. de cõſanguinit. & affinit. non debet. C. de pa. qui fil. diſtra. l. 1. & 2. vbi propter neceſſitatẽ famis licet filium diſtrahere: [4] quod aliàs non liceret. [Hoc ideo, quia ibi eſt prohibitio. dicit enim littera, l. 2. id licere in hoc tantummodo caſu: aliàs vbi non eſſet in cõtrarium prohibitio expreſſa, vel quæ æquipolleret expreſſe: id quod propter neceſſitatem conceſſum eſt, propter eandem vel maiorem neceſſitatem bene poſſet in argumentum trahi: Nam quæ conueniunt in identitate rationis, per conſtitutionẽ iuris ſeparari non debẽt. ff. de fonte. l. vnica. §. hoc interdictũ. & de iniuſto teſt. l. quæ propter. & per hunc modum dic concordari gl. l. 2. ad glo. l. quæ propter. ff. eo. tit. cui vĩ contra.] [5] Et nota ex hac regula illud generale, ꝙ ceſſante cauſa ceſſat effectus, de iureiur. & ſi Chriſtus. in fi. de appel. cum ceſſante. & de pęni. & remiſſio. cum infirmitas. de quo dic, vt not. de renun. poſt. tranſlationem. 61. diſtinct. §. his omnibus. 29 q. 2. duæ. ceſſante igitur neceſſitate propter quam diſpenſatum eſt, ceſſat conſtitutio. 1. q. 7. quod pro remedio. quod verum eſt circa facienda, nõ circa iam facta, vt ibi nota. & de iureiu. & ſi Chriſtus. in fine. ad hoc, ſupra eodem factum legitime, in fine, & eſt etiam hoc verum, niſi vtilitas ſuccedat loco neceſſitatis, ſicut eſt de monachis ordinandis, vt probatur. 16. q. 1. ſunt nonnulli. in fi.

† An ſit licita extenſio in exorbitantibus Bar. in l. illud. C. de ſac. ſan. eccle. Iaſ. in §. in perſonã. Inſti. de actio. Io. A. in regula ꝓ poſſeſſore. ſ. e. Dynus. hic dicit, ꝙ ſic etiam in pœnalibus fauore rei pub. & animæ. Corſe. ſing. incip. extenſio. l. 2. F.

1 Io. Mo. dicit ponendum caſum per c. ſicut. de cõſ. di. 1. & ꝑ c. quanto. ſ. de conſuetu. in fi. Io. And.

2 Ego addo hic l. generaliter. ff. de decu. Font.

3 Si tamen fuiſſent talia etiã per hominẽ data prohibita alienari, nõ poſſent ꝓ captiuis alienari. Opizo. l. filius. §. diui de le. col. 30

4 Fallit ſi eſſet presb. Hipp. ſing. 101. cui addes ſingul. Rom. 210.

5 Huic additioni obſtat l. ob æs ã præd. mi. C. vide ergo gl. in c. quãquã, ſ. e. de elec. F.

NEmo poteſt.] Ponamus, quòd habebam aliquam rem quæ non erat mea, ſed illã detinebam inuito domino: vendidi tibi illam rem, & tradidi: vtrum in te ſit tranſlatum dominium illius rei? Reſpondetur quòd non: quia non potui in te transferre plus iuris, quàm ego haberem: & cum nõ eſſem dominus illius rei, non potui illam in te tranferre.

[Prima gl. dicit vnde ſumpta: ponit exẽpla, & concor. Secundo miſcet tria contraria, & ſoluit inducendo etiam alios caſus, quibus fallit.]

b ¶ Nemo poteſt.] Hæc regula ſumpta fuit ex l. ff. eo. tit. l. nemo plus. Pone caſum 1. q. 7. Daibertum. de do. inter vi. & vxo. nuper. vbi ſunt hęc verba. & ff. de acqui. re. do. l. traditio. & facit ad hanc regulam. ĩ. de pigno. cum ſ. & ĩ. eo. is qui in ius Ibi dum dicit, eo iure, & ſic non maiori. & concor. quod dr, nemo dat quod non habet, de iure patro. ꝙ aũt contra, de elec. ſuffraganeis. vbi mandat archiepſ qui conſecratus non eſt, electum per ſuffraganeos cõſecrari. & ff. de acqui. re. do. non eſt nouum. vbi creditor pignus diſtrahit cuius dñium nõ habet de conſecra. diſt. 4. ſolet. vbi etiam baptiſmum dat qui non habet. Sol. vt ibi no. 1. q. 1. ca. 1. quia hoc eſt generale, illa ſunt ſpecialia. ſpecialitatis rationem facile conſiderare poteris. Et idem no. Ber. in prædic. decreta. nuper, & de iure pat. cura. nam ſpeciale in baptiſmo, vt in prædi. c. ſolet. & demandare iuriſdõnis eſt: ergo archiepſ confirmatus demandare poteſt epiſcopis qui conſecrati erant, vt epm conſecrent: & in creditore eſt ſpeciale, ſicut. & in tutore, & curatore C. de admini. tut. l. vlti. & l. lex quæ. & in procuratore. Inſt. de re. diuiſi. §. nihil. In iudice Inſt. de offi. iudi. §. fi. In executore. ff. de exic. ſi pignora. In vſufructu formali. ff. de vſufr. l. quod noſtrum. [Ibi tamen plus non transfertur, ſed per conſtitutionem variatur ſpecies vſus fructus: & qui primo erat cauſalis, qui non eſt ſeruitus, fit formalis qui eſt ſpecies ſeruitutis. Dynus.] In eo qui bona fide emit à malę fidei poſſeſſore, qui vſucapit. Inſt. de vſucap. §. quod autem. Vel præſcribit hoc ſecundum vetera iura: ſed immutatum eſt per ius Authen. vt ſpon. lar. §. rurſus. In cẽſitoribus [6] & flumine. ff. de acqui. re. do. l. ergo. §. alluuio. In donatione libertatis. Inſt. de liber. §. vlti.

ADDITIO. De his caſibus no. præalleg. l. nemo. & prædi. l. traditio. & Inſt. qui. alie. licet, poſt prin. Io. An.

IN toto.] Caſus figuratur per l. ſi quis. ff. de exc. rei iudi. Pone, ꝙ cum tenebas, & poſſideres quandam domum, quam dicebam ad me ſpectare, feci te conueniri, & illam domum totam volui vendicare: q̃a non probaui illam domum ad me ſpectare, fuiſti abſolutus ab impetitione mea, & ego condemnatus in expenſis ratione temere vocationis ad ius: Poſtea tractu temporis volui à te vendicare partem illius domus, tu excipiendo propoſuiſti, ꝙ aliàs fuerat controuerſia inter te, & me de & ſuper illa domo: & ꝙ fueras ſentẽtialiter abſolutus ab impetitione mea: & ſic mihi obſtabat exceptio rei iudicatę: ego aũt replicando propoſui, ꝙ non debet mihi obſtare exceptio rei iudicatæ: quia prius petebam totã domũ, & nunc peto partem ipſius: nunquid bene dico? Rñdetur, ꝙ non: quia totũ continet partem: & ſi fui expulſus à tota domo, bene ſequit, ꝙ fui expulſus à parte.

[Gl. ſeq. remittit pro exẽplis, & materia, & dat con.]

c ¶ In toto.] pone exẽpla quæ dixi ſ. e. plus ſemper. &

6 Vt no. In § ſtatim alleg. cenſitores ſunt q̃ ſignant prędia militibus aſſignãda, vel qui auferunt illa non ſoluentib⁹ tributa, & alijs dãt. Vel iudices qui vni auferũt alij dant dominium. Io. And.

Pars in toto comprehenditur.

proſequere vt ibi, & concor. ff. de exceptio. rei iudi. l. ſi quis cum totum petiiſſet: ſi partem petit, exceptio rei iudicatæ nocet: nam pars in toto eſt. concor. 14. q. 5. pœnale. & 32. q. 4. meretrices. de pœnit. diſtin. 1. c. facilius Deum. §. hoc idem. Ioan. Andr.

IN generali.] Caſus figuratur per capitulum, ſi epiſcopus. ī. de pœn. & remiſſio. eodem libro. Epiſcopus meus dedit mihi facultatem eligendi cõfeſſorem quem voluero, vt illi poſſem confiteri peccata mea, vtrum ille confeſſor poſſit me abſoluere de caſibus epiſcopalibus? Reſpõdetur, ꝙ non. Vel ſic: epiſcopus Pictauen. conſtituit Titium officialem ſuum generalem: vtrum iſte habeat poteſtatem conferendi beneficia? Reſpondetur, ꝙ non: niſi fuerit ſibi data ſpecialis poteſtas, vt poſſit conferre beneficia: quia in generali, &c.

¶ Idem.

REG. LXXXI.

IN generali [a] conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter [b] in ſpecie conceſſurus.

¶ Idem.

[Glo. ſeq. primo ponit exempla: ſecundo æquiparat obſcurum, & generale: tertio quærit, & ſoluit: quarto notat, & ad quæſtionem arguit, & de ea remittit.]

Obligatio gñalis non cõprehendit vxorem & liberos.

a ¶ In generali.] Pone caſum 16. q. 1. frater noſter. vbi generalis commiſſio facta legato per Papam, non extenditur ad cauſas fidei. Item pone per decre. ī. eod. lib. de pœni. & remiſſio. ſi epiſcopus. vbi habes hæc verba. Item per legem. C. quæ res pig. obli. poſ. l. 1. vbi in generali obligatione pignoris non veniunt vxor, & alumni, & quæ quis veriſimiliter non eſt credendus ſpecialiter obligaſſe. & facit optime ſupra eodem lib. de offic. vicar. cum in generali. Et not. quia non ſolum in obſcuris inſpicimus id quod eſt veriſimile, ſed etiam in generalibus. De primo, ſupra eodem, inſpicimus. de ſecundo hic, & in concor. & ff. de pecu. l. qui peculii. vbi qui adminiſtrationem concedit, videtur permittere generaliter quod ſpecialiter eſt permiſſurus. [1] Et ff. de pigno l. obligatione generali. & in pignoris obligatione generali rerum quas quis habuit, vel habiturus eſt, ea non continebuntur, quæ veriſimile eſt aliquem ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, puta ſupellex. Item veſtis relinquenda eſt debitori. Si quis quærat quomodo ſcietur, quæ ſunt illa, quæ veriſimiliter in ſpecie non diceretur quem conceſſiſſe? Reſpondeo: poteſt hoc cognoſci ex impoſſibili, vel inhumana, vel dura ſeparatione, vt puta miniſteria artis ſuæ, vel quæ ad affectionem pertinent, generali obligatione non veniũt, in prædicta obligatione & l. ſeq. & probatur optime, C. communia vtriuſque iud. l. poſſeſſionum. vbi habes, ꝙ poſſeſſiones in quibus ſunt adſcriptitii, ita debent diuidi, ꝙ penes vnumquemque integra familia remaneat, vt pater à liberis, coniunx à viro, frater à ſorore non ſeparentur. Et not. ex hac regula verbum generale reſtringi. ad idem ſup. eod. lib. de reſcrip. c. 2. & c. ſi eo tempore, de præben. eum cui. & c. quamuis. cum ſimilibus. [ſup. eo. lib. de iureiur. [2] 1. de procur. qui ad agendum. Ioan. Monac. qui hic plus quàm ſuper omnibus aliis regulis ſcripſit, colligit hic quinquaginta modos, quibus arctatur generalitas.] Item facit hæc regula ad quæſtionem de eo, qui generaliter tenetur contra omnes aliquem iuuare: nunquid contra ſe, vel alios? & not. de hoc 22. q. 5. de forma. in 1. glo. & de iureiur. petitio. in vlt. glo.

1 Vnde nõ concedit, ꝙ donet. ff. de do. filiusfamilias, nec ꝙ in fraudẽ creditorũ alienet, ff. quæ in fraudẽ credi. l. ſi pater filio. ſecundum Dyn.

2 Idem Io. Mona. qui & ponit exẽplũ per l. inter eos. ff. de re iu. cuius caſũ dixi de appel. paſtoralis. ſuper glo. ſi.

b ¶ Veriſimiliter.] [3] præſumptio igitur contraria facit hic ceſſare, quòd dicimus tantum valere genus quo ad omnia, quantum ſpecies quo ad ſpecialiſſima. ad quod allegat Dynus, ff. de adminiſtrat. tuto. l. ſi. duo. de lega. 3. ſi chorus. in princ. de vſu & habi. ſi ita. C. de quadri. præſcr. l. 2. de præſcr. xxx. ann. l. ſi oẽs. Io. And.

3 Hæc gloſſula ex nouella Ioan. Andr. huc fuit tranſlata.

QVi contra.] CASVS. Certum eſt, vt ad hoc, ꝙ quis poſſit præſcribere longo, vel longiſſimo tempore, requiritur quòd habeat bonam fidem: ſed vtrum poſſeſſor præſumatur bonæ fidei, vel malæ? Reſpondetur, quod ſi poſſideat contra ius, præſumitur malæ fidei, vt forte aliquis rector eccleſiæ parochialis percipit decimas in aliena parochia: Certe præſumitur habere malam fidem: quia de iure communi quis non poteſt percipere decimas in aliena parochia.

REG. LXXXII.

QVi contra [c] † iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere.

¶ Idem.

† Oĩno vide hic Bar. Io. de Plat. l. quemadmodum. in fin. C. de agric. & cen. lib. 11. doc. inſti. de vſu ca in princ. Do. Celſus alle. hic Alex. cõſ. 35. coll. 3. in 4. vol.

REG. LXXXIII.

BOna [d] fides non pa-

[Prima glo. ponit exempla: ſecũdo ſucceſſiuè ſignat duo cõtraria: & ad ea remittit: tertio notat.]

c ¶ Qui contra.] Pone caſum in eo qui recipit eccleſiam de manu laici. 16. q. 7. ſi quis deinceps. In eo qui emit ſpiritualia. de ſimo. non ſatis. ad idem C. de agric. & cen. l. quemadmodum. lib. 11. vbi qui emit aſcriptitium ſine gleba, contra legum interdicta mercatur, & malæ fidei poſſeſſor dicitur: & ideo quia talis præſumitur non habere bonam fidem, ideo non præſcribit, vt in prædictis iuribus. [Ad idem ī. eo. lib. de reb. eccl. non alien. c. 2.] Contra ſupra, de donatio. Apoſtolicæ. ſed ſolue vt in glo. ſed videtur. Item contra. ī. de iure patr. cura. Solue, vt ibi. Et ſic patet, quòd iuris ignorantia non excuſat in præſcriptionibus ſicut, nec in vſucapionibus, ff. de vſucap. l. numquam.

ADDITIO. Dyn. in hac regula, qui contra, &c. ponit exemplum in eo qui emit à pupillo, quem talem ſciebat, ſine auctoritate tutoris, C. de aucto. præſtan. eum qui. de vſucap. pro emptore. l. vlt. de contrah. emp. qui à quolibet. & dicit, ꝙ huius iuris eſt ratio: quia aut emptor ſciebat à iure prohibitum, & ſic fides mala concluditur à parte: aut ignorabat, & tunc mala fides propter iuris errorem præſumitur, ff. de vſuca. ſi fur. & dicam ſuper glo. Io. And.

BOna fides.] CASVS. Cum deberem Titio aliquam pecuniæ ſummam, ſibi ſatisfeci. vel alius nomine meo. Vel ſic: Cum Titius, & ego eſſemus alicui obligati in aliqua ſumma pecuniæ, vnus noſtrum ſoluit illam pecuniam: vtrum ab altero poſſit peti illa pecunia per alium ſoluta? Reſpondetur, ꝙ non: quia bona fides, &c.

[Prima gloſſa dicit vnde ſumpta: & ponit exempla, dicens etiam in pœnis regulam veram, vbi vnica exactio competit: tertio arguit ad quæſtionem.]

d ¶ Bona.] Hæc regula ſumpta fuit ex l. ff. eo. tit. bona fides. Eccleſia non debet ſuum repetere cum augmento: ſed ſi ſemel exactum iterum exigeret, augmentum reciperet. 12. quæſt. 2. fraternitas. ad idem de pœnis. c. ſuam. ff. de ta. exhib. l. 3. §. condemnatio. Et habet locum hæc regula etiam in pœnis, quæ ſemel exactæ: ab eodem iterum exigi non debent. [4] ad hoc. 13. q. 2. c. vlti. de iud. at ſi cleric. C. de pœn. l. omnes. Ab codẽ ideo dixi: quia ſi plures in ſolidum tenentur ad pœnam: ſoluta pœna per vnum, non liberatur alter. 12. quæſt. 2. cum deuotiſſimam. ff. ad l. Aqui. item Mela. §. ſed ſi plures. An autem res, & pœna ſimul peti poſſint? dic vt nota. 25. q. 2. ſi eccleſiæ. hanc autẽ regulam dico veram in iis quorum cauſa vnica exactione ſortitur, vnde ſi decẽ debeo, ipſorum ſolutione tollitur omnis obligatio: vnde non patitur bona fides, vt illa iterum exigantur: & ſi ſoluantur, vt indebita repetuntur. quod dic, vt not. 1. quæſt. 4. in fi. de ſolut. c. vlti. ſi autem vnica exactione non finitur obligatio: Pone caſum in exactione debiti vxoris ad virum: & econuerſo: non habet locum regula. Item in procuratione, quam exigit eps viſitans

4 Dicebat ergo Dyn. regulã intelligendã ne ab codẽ exigatur: vel ab eo, q ab exacto cam habet, vel qui contra exactum eſſet habiturus regreſſum, &c. Io. And.

primo

primo anno: nam ſecundo anno viſitans. iterum procurationem exigit: & idem ſi de neceſſitate eccleſiæ iterum eodem anno viſitaret: & ſic poteſt intelligi de cenſi. cum venerabilis. vbi de hoc. & 18. q. 2. viſitandi. Idē dico in exactione pœnæ, vbi de hoc actum eſt in contractu, vt totiens pœna committatur, & exigi poſſit, quotiens cōtra factum fuit: nam tūc pœna ſemel exacta, et ab eodem iterū exigetur: cōtractus. n. ex cōuētione legem accipiunt. ĩ. eo cōtractus. cum ſuis cōcor. Sed veritate inſpecta in his caſibus, & ſimilibus non eſt idē, ſed aliud, licet eiuſdē generis.

titur, [a] vt ſemel exactū iterum exigatur.

¶ Idem.

REG. LXXXIIII.

Cum quid [b] vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

¶ Idem.

REG. LXXXV.

Contractus [c] † ex conuentione legem [d] accipere dignoſcuntur.

Et facit hæc regula ad quæſtionem, quam no. Io. 12. q. 2. monemus, an ſi eccleſia conſecuta eſt ſuum à poſſeſſore, quod facere poteſt, vt ea. q. Apoſtolicos. an adhuc idem poſſit petere à prælato? & certe non: quia bona fides hoc non patitur, ut hic: ad pœnam tamen agere bene poſſet contra eum, vt dixi ſupra. De hoc etiam not. de re. eccle. non alie. ſi quis.

a ¶ Non patitur.] quaſi non ſuſtinet, non permittit: & hoc propter contradictorium. Ioan. And.

a Hæc gloſſula aliūde fuit huc trāſlata: abeſtque ab omnibus vetuſtioribus codicibus etiā impreſſis.

Cum quid.] Caſus figuratur per l. vlti. C. ſi manci. ita vene. ne proſtitu. Ego habebam ancillam, quā multum diligebam: verumtamen fui compulſus illam vendere: ſed in venditione appoſui pactum, quòd tu eam non proſtitueres: & ſi faceres contrarium, quòd ſtatim efficeretur libera: accidit, quòd noluiſti eam proſtituere publice; ſed à caupone eam feciſti proſtitui: quæritur, nunquid, efficiatur libera? Reſpondetur, quòd ſic: Nam ſicut tu eam non poteras proſtituere, neque etiam per cauponem, per rationem huius regulæ: quia cum quid, &c. Vel ſic: Pone, quòd vendidi tibi aliquam rem, & in venditione appoſui pactum, quòd illam rem non poſſes alienare: vtrum poteris eam obligare? Reſpondetur, quòd non: quia tūc indirecte illa res alienaretur, & cum quid prohibetur vna via, ad id alia via non debet admitti.

[Prima glo. ponit exempla: ſecūdo ſex caſus, quibus fallit regula: tertio dicit quo caſu procedit regula.]

b ¶ Cū quid] Pone caſum 34. q. 5. hæc imago, ſupra eo. lib. de conceſ. præb. deteſtanda. C. ſi manci. ita ven. ne proſti. l. vlti. vbi dicit textus, eam quæ ita venit ne corpore quæſtum faciat, nec in caupona ſub ſpecie miniſtrandi proſtitui (ne fraus dictæ legi fiat) oportet. Cōcor. ſupra, de procu. tuę. cum ſuis concor. ſupra, eo. lib. de cler. coniug. c. vnico. §. 1. Dynus ponit exemplum per l. ff. de tu. & cura. da. ab his. ſcire oportet. § ſi mater. vbi pater prohibitus adminiſtrare, nec adminiſtrare poterit vt curator. cui concor. ſupra, eo. lib. de electio. auaritiæ. Item per l. ff. de bo. poſſ. non eſt ambigendum. §. vbicūque. & de bo poſ. contra ta. l. 3. §. liberi. & l ſi poſt mortem. § exhæredari.] No. ergo, quod cum aliquid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo, vt ſupra, eo cum quid. & per quæ perueniri poſſit ad illud, vt hic. Fallit hoc interdum: quia ſeruus non admittitur ad teſtimonium ferendum, neq; pro dño, neq; aduerſus dominum: & tamen teſtificatur de facto ſuo: puta dum dicitur per eum depoſitum vel cōmodatum, vel ſimile. 4. q. 3. ſi teſtes. §. ſerui neque, circa fi. c. Item qui nō pōt accuſare, denunciat. de iureiu. quemadmodū. in fin. Sed alius eſt effectus denunciationis quam accuſationis, vt ibi patet. ſed idem eſt etiam vbi idem eſſet effectus vtriuſque. de cog. ſpi. tua. vbi de hoc. Item patronum nō vocat libertus in ius ſine venia: ſi tamē agat alieno nomine, bene ff. de in ius voc. l. quæſitum. Ratio: quia nō ipſe, ſed ille cuius nomine agit, conuenire videtur, & facit quod dixi ſupra, eo. poteſt. Item denegatur dilatio vna via, ſ. per remedium iuris communis, cui conceditur alia via, per beneficium. ſ. reſtitutionis in integrum, vt de in integr. reſtit. coram. ſed dic, vt ibi in vlt. glo. Item prælatus de mobilibus per eccleſiam acquiſitis teſtari non poteſt: & tamen in ægritudine moderate poteſt de de ipſis aliqua erogare. de teſta. ad hoc. in antiq. Item pater non poteſt filium priuare quarta: & tamen libertates dando minuet quartam. [Vide in Authen. de trien. & ſemiſ. §. prohibemus. colla. 3. & quod ibi not. in glo. hoc eſt.] & ſic alia via priuat eum, ff. de inof. teſtam. Papinianus. §. quoniam autem. ver. cum igitur. & eſt ſpeciale libertatum fauore. Satis circa hoc dici poſſet, quod cum aliquid prohibetur habito principaliter reſpectu ad prohibitum, non ad viam, vel modum quo prohibetur, exēplifica per iura in prin. inducta, & per decre. de conceſ. præb. conſtitutus. tunc ſufficit prohibitum vna via, vel modo, vt ad id in eius fraudem alia via, vel modo admitti non debeat, vt hic: ſpeciale tamen eſt in libertate, vt ſupra dixi. Si autem prohibitio principaliter ſe habet ad viam, vel modum, non ad rem: tunc ſecus: vnde alteri eccleſiæ alligatus epiſcopus non eligitur, ſed poſtulatur. Item qui iurauit non accuſare, bene denunciat: quia ſibi non eſt prohibitum deferre crimen: ſed per modum accuſationis deferre prohibitum eſt. Idem in caſu de iudi. examinata. vbi petēdo rem vna actione, repellor: & per aliam admittor; & hoc eſt videre in omnibus actionibus: nam deponens agens commodati repellitur: agens depoſiti admittitur: & ſic de ſingulis.

Accuſare non valens, denunciare poteſt.

Pater non poteſt filiū priuare quarta.

Contractus.] Caſus figuratur per l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depo. Certum eſt, quod depoſitarius non tenetur niſi de dolo, & lata culpa: vt ſi res depoſita perierit apud depoſitarium per dolum ſuum, vel culpam tenetur ſoluere æſtimationem rei peremptæ. Si autem res perierit leuiſſima culpa, non tenetur: vt ponamus, quod tradidi tibi libros cuſtodiendos, feciſti pactum cum aliquo, vt intraret tuum ſtudium, & acciperet meos libros; certe tu teneris: vel dimiſiſti illos in via publica, quia tu ſcis, quod non erat locus tutus; perit periculo tuo: ſed ſi adhibuiſti diligentiam, vt bonus paterfamilias, tu es liberatus. Sed pone, quod apud te depoſui libros meos, & fuit conuentum inter te & me, quod ſi perderentur culpa leuiſſima, vel caſu fortuito, reſtitueres illos: ſi pereant caſu fortuito, nunquid potero agere contra te? Certe ſic, mediante illa conuentione: quia ex conuentione partium contractus accipiunt legem.

† No. quod cōuentio partium. legē inducit, quæ in cōtractibus ſeruanda eſt. Phi.

[Gl. ſeq. primo dicit vñ ſumpta, & ponit exēpla, dicēs regulam intelligi de cōuentione honeſta & poſſibili.]

c ¶ Contractus.] dicunt vulgares, pactū rumpit leges, & hoc dicit hæc regula, quæ ſumpta fuit ex l. ff. e. tit. l. contractus. Quidam ponunt caſum per canonem 18. q. 2. Eleutherius. vbi conuentio inter epiſcopum diœceſanū & fundatricem inita de oblationibus, obuentionibus, in feſto ipſius eccleſiæ ſeruanda eſt. Depoſitarius de iure cōi tenetur ſolum de dolo, & lata culpa, quæ comparatur dolo: ſi tamen interuenit conuentio, vt teneatur de leui & leuiſſima culpa, & etiam de caſu fortuito: [a] ſeruatur. de depo. c. 2. ad idem, ff depoſi. l. 1. §. ſi conueniat. & ibi ſunt hæc verba concor. de commo. c. vnico, ſupra eo. lib. de pact. c. 1. Et quod dicit regula hic conuentione, intelligas honeſta, & non contra bonos mores; vnde ſi conuenerit ne dolus præſtetur, non valet conuentio, vt in prædi. l. contractus, ff. eo. tit. In impoſſibili idem. quod dic, vt dixi ſup. eod. nemo poteſt.

d ¶ Legem.] hoc [3] verbum largiſſime ponitur, ſup. c. contra eum qui legem, &c. Io. And.

a De hoc tractat hic large Dyn. dicens, quod ſcripſi de precur. qui ad agendum. & plene de commo. c. vno. Io. An.

3 Hæc gloſſula aliunde fuit huc tranſlata.

D em-

¶Idem.

REG. LXXXVI.

DAmnum [a] quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet non alijs † imputare.

¶Idem.

REG. LXXXVII.

INſamibus [b] portæ non pateāt dignitatum. [c]

¶Idem.

REG. LXXXVIII. [*]

CErtum [d] eſt, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

DAta Romæ apud ſanctum Petrum quinto nonas Martij [e] Ponti-

DAmnum.] Caſus figuratur per c. diſplicet, 23.q.4. hoc modo: aliquis clericus ſuſpectus de delicto aliquo enormi, fuit conuentus coram ſuo epiſcopo: & q̄a conſtitit de crimine, fuit condēnatus ad perpetuos carceres: accidit ꝙ iſte clericus putans euadere manus iudicis, & carceres, ſe præcipitauit in terrā, & ſe vulnerauit, & forte mortuus eſt: vtrum iſtud ſit imputādum iudici, & eius familiæ? Reſpondetur, ꝙ non: ſed eſt imputandum ipſi præcipitanti.

† al.alij.

¶Item per c. ſi clericus. ſupra de præb. iſto libro. Sunt duo expectantes in aliqua eccleſia, quorū vnus eſt prior in data, alter poſterior: iſte ſecundus fuit diligentior primo, & obtinuit præbendam vacantem: poſtea ille qui erat primus in data, vult illam præbendam repetere à ſecundo: vtrū poſſit? Reſpondetur, quòd non.

¶Item per l. cum duobus. aliàs eſt in l. ſi fratres, §. ſi. ff. pro ſocio. Eramus ſocij omnium bonorum: accidit ꝙ tu commiſiſti aliquod delictum propter quod fuiſti cōdemnatus ad certam pecuniæ ſummam: vtrum illam pecuniam poſſis ſoluere de bonis noſtris communibus? certe non.

[Gl. ſeq. dicit vñ ſumpta: & tota inſtat in exemplis.]

a ¶Damnum.] [1] Hæc regula ſumpta fuit ex l. ff. eo. tit. quod quis ex ſua culpa. Pone caſum per canonem. 23. q. 4. diſplicet. vbi ſi quis ad iudicem ductus ſe de equo proijciat, & lædat ſibi ſoli imputet. Idem per decre. ſupra eo. lib. de præb. ſi clericus. vbi clericus, qui negligit petere præbendam ſibi debitam cum vacat, ſibi imputare debet, non ſequenti expectanti. Ad idem ff. pro ſo. l. cum duobus. § ſi. & l. ſeq. vbi ſocius omnium bonorum damnatus ex cōtractu ob contumaciam ſuā, vel ex maleficio: puta furto vel ſimonia, non recuperat quid à ſocio. [2] Concor. 50. diſt. ſæpe. & c. hi qui. de homi. c. vlt. ff. ad l. Aquil. ſi putator. Itē procurator pœnam quam ex ſuo delicto præſtitit à domino non recuperat, ff. de procur. qui proprio, §. idem econtra. Ad idē, C. de euic. l. emptor fundi. vbi dicitur, ꝙ ſi emptor in iudicio non fuit, re euicta de euictione non agit contra venditorem: quia culpa ſua res euicta videtur.

[1] Dicit Dy. ꝙ ad gnālē cōfirmationē huius regulæ accedit, ff. rem rat. hab. ſi vim. §. cum autem. de inſti. ſed & ſi quis. §. pupillus. & fa erc. inter coheredes. §. quòd ex facto. Io. An.

[2] Et hoc qñ ſocio non ē qđ impute tur: ſecus aūt ſi ſibi Iputari poſſet culpa ꝑticipatione cauſæ propter quam damnū incurritur, vt eod. tit. hſi igitur: ſecū dum Dyn. Io. And.

ADDITIO. Ponit etiam Dynus, per l. ſi quis negotia. ff. de neg. geſt. vbi geſtor negotiorum ſibi imputat, ſi ſoluit indebitum.

[b] INſamibus.] [3] CASVS. Conueni Titium ſuper actione iniuriç: vel alia actione quæ infamat: fuit condemnatus, & fuit effectus infamis: vacat aliqua dignitas eccleſiaſtica vel ſæcularis: vtrum poſſit illam obtinere? Certe non, eo ꝙ eſt infamis: & ei poteſt imponi talis infamia.

[3] De iuris & facti infamia Bar. in teſtimoniū. de teſti. & priuat quē ipſo iure. dicit Ro. ſing. 504. per l. infamia, C. de decu. li. 10 l. 2. §. miles, ff. de infam.

[Prima gl. ponit exempla: & remittit de infamia: & dicit dignitatem large ſumi.]

b ¶Infamibus.] Pone caſum per canonem 81. diſt. tantis Daniel. & de exceſ. præla. inter dilectos, & dicit lex, neq; famoſis & notatis, & quos ſcelus & vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorū cętu ſegregat, dignitatis portæ patebunt. C. de dignita. l. 2. lib. 12. ad idem 33. diſt. laici, vbi dř, ꝙ opinio ordinandi vacillare non debet. de teſti. c. vlt. de accu. omnipotens, C de infami. l. vnica. lib. 10. De infamia autem quid ſit, & quomodo contrahitur: & de multiplici eius genere, dic vt not. 3. q. 7. §. tria. ver. porro. infamia. Et quod dicit regula de dignitatibus, intelligas eccleſiaſticis, & ſæcularibus: infamis enim iudex eſſe non poteſt. 3. q. 7. infamis, bene tamen poteſt arbiter eſſe. ff. de arbitr. l. Pedius. 3. q. 7 c. infamis. §. tria. ver. cognitores. An procurator poſſit eſſe, quære not. 50. diſt. accedens. 3. q. 7. infamis. & q. 10 c. vlti. & de iura. cal. imperatorum. in vlti. glo. & inſtitu. de except. §. vlti.

c ¶Dignitatum.] infamis [4] licet non poſſit eſſe iudex: tamen (vt dictum eſt) poteſt eſſe arbiter. Cum arbitrium nō ſit dignitas: cum nudā & ſimplicem cognitionem habeat, & nullā iuriſdictionem. Idem in miniſterio procuratoris, quod non eſt dignitas, ſed onus viliſſimum. C. de decu. l. ſi quis procuratorē. lib. 10. ſecundū Dynum. dicit Dynus de infamia iuris, & facti de quibus dico hanc regulam intelligi: cum dignitatibus participare non debeant infames quacunque infamia. C. de decu. l. infamia. l. ne quis, de infamibus, & l. infames perſonæ. ff. de poſtu. l. 1. § ait prætor, 2. & de aſſeſ. l. 2. ff. de iudi. cum prætor, &c. Et vt dicit, non ſolum impedit præfici, ſed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis. C. de decu. l. infamia. lib. 10. de digni. l. iudices, lib. 12.

[4] Hæc glo. ex nouella Io. An. huc fuit trāſla.

CErtum.] Caſus figuratur per l. ſi quis de perpetuæ iuriſdictionis de iuriſ. omn. iudi. Si prætor in albo ſuo cauſa perpetuæ iuriſdictionis aliquid poſuerit, quicūque illud corruperit, debet puniri. Sed ponamus, ꝙ prætor fecit aliquam legem generalem, & illam fecit poni in albo prætoris: aliquis nō corrupit, nec deleuit, ſed cū glutino poſuit pānū, ita ꝙ nō pōt legi: vtrū incidat in pœnā? Rñdet, ꝙ ſic: quia licet non cōmittat cōtra verba edicti, tamen committit contra mentem.

[Gl. ſeq. ponit exempla: & pro materia remittit.]

d ¶Certum eſt.] Pone caſum 14. q. 3. plerique. ī. e. li. de elect. auaritiæ. ff. ad Velleia. q̄uis. §. ſi cum eſſem cōcor. 1. q. 1. ſunt nonnulli, de ſim. intantū. de emp. & ven. ad noſtram. ī. e. lib. de elec. commiſſa. §. porro. de immu. eccl. clericis. & c. vlt. ff. de legibus. l. fraus. C. de legi. l. nō dubiū. vbi ſunt hæc verba. Circa aūt hanc regulā non inſiſto: proſequere. n. eā vt not. 14. q. 3. plerique. Ber. de priuile. quanto. Accurſius ff de leg. l. contra legem. Et facit quod dixi. ī eod. cum quid vna.

ADDITIO. Dynus hic proſequens illos iiij. modos fraudis, qui not. ī. de priuile. quāto. dicit alios, quos ibi ſcripſi ſatis reducibiles ad illos. Tractat etiam hic de eo qđ ibi ſcripſi; an liceat offendere verba, & nō mētē. I. A.

[Prima gl. arguit, & remittit.]

DAta Romæ.] Nota argumentū, ꝙ tabellio in inſtrō dēt ſcribere locū ſui contractus & de hoc dixi ī. e. lib. de re iud. Abbate ſane. ad finem. Ioan. Mo.

[Secunda gl. inſtruit de Calendis, Idibus, & Nonis.]

e ¶Quinto nonas Martij.] id eſt, tertia die intrante Martio. Scire debes, ꝙ menſis diuiditur per calendas, nonas, & idus. Et dñr calendæ à calo, i. voco: quia tunc fiebat vocatio ad nūdinas: & iſtę nundinę fiebāt in v. die vel vij. menſis, vt patet in calēd. Vñ in prima die menſis dř calendis in ij. dř quarto nonas, interdum ſexto nonas: quia ſunt quidam menſes qui habent vj. nonas, alij iiij. tm̄: Et hi qui habent ſex, ſunt quatuor tantū, ſ. Martius, Maius, Iulius, October. vnde verſus.

Menſis diuiditur per calēdas nonas, & idus.

Sex nonas Maius, October, Iulius, & Mars:
Quatuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.

In Martio igitur prima die dicimus calendis: ſecunda. vj. nonas, id eſt, vj. die ante nonas: in tertio v. nonas, id eſt, quinta die ante nonas: & ſic deinceps vij. die diceba-

dicebamus nonis: quia eo die erant nundinæ. Si uero menſis habeat iiij. nonas tantum: ſecunda die dicebamus, quarto nonas: quinta die dicebamus, nonas: quia eadẽ die erant nũdinæ. Poſt has nonas, ſiue eſſent in v. ſiue ſeptimo die, ſecundum diuerſitatem menſium, quã ſupra poſui, denominabamus dies ab idibus. [De hoc 18. diſt propter 1.]

Pontificatus[a] noſtri anno[b] quarto.

Idus diuiſio interpretatur.

Idus autem interpretatur diuiſio: quia tũc diuidebantur nundinæ: & quia idus ſemper erat viij. die poſt nonas: quia quolibet menſe per vij. dies durabant nundinæ: ideo ſtatim poſt nonas, ſiue v. ſiue vij. die dicebatur viij. idus, ideſt viij. die ante idus. ſequenti die dicebatur vij. idus, id eſt, vij. die ante idus ſubſequenti vj. idus: & ſic de ſingulis. Tertiadecima die, cũ menſis habet iiij. nonas tantum: vel xv. cum habet vj. dicimus idus: quia tunc diuidebantur nundinæ: deinde denominabamus per calendas, vt ſi mẽſis habet xxxj. & quatuor nonas tantum, ſicut Ianuarius: poſt idus dicimus xix. calend. & demũ xviij. & demum xvij. vſque ad calendas, id eſt, octauo die ante calen. Cum ergo dicimus xv. calend Martij, idem eſt dicere xv. die ante cal. Martij, ideſt, xiiij. die exeunte Februario: & ſic de ſingulis. Si aũt menſis habet xxx. dies, poſt idus dicimus xviij. calen. & demum xvij. & ſic de ſingulis, vſque ad fin. Si vero menſis habet xxviij. vt Februarius, tunc poſt idus ſequenti die dicimus ſtatim xvi. calen. Si vero menſis habet xxxj. dies, & vj. nonas, vt Martius: tunc poſt idus ſequenti die dicimus xvij. calen. & ſic de ſingulis, vſq; ad calen. & cum dicimus xvij. calen. Aprilis, id eſt, xvij. ante calen. id eſt, xvj. exeunte Martio. Idem in alijs. Menſes autem quot dies habent, no. per hoc verſus.

Iunius, Aprilis, Septemque, Nouemque tricenos:
Plus vnũ reliqui, ſed habet Februs octo vicenos.
Cui (ſi biſſextus fuerit) ſuperadditur vnus.

[Tertia gl. inſtruit de more curiæ circa epiſcopatũ ſcribendum in litteris: & circa formam bullæ, & circa põtificatum, & quando incipiat.]

a ¶ Pontificatus.] Scire debes ꝙ Romanus Põtifex ex ſola electione facta à duabus partibus Cardinalium vocem habentium: de quo dic, vt s. eo. lib. de elect. vbi periculum, præſulatum aſſumit. s. de elect. licet de vitanda. Sed conſuetudo eſt Romanorum Pontificum (quæ potius eorum ſolito vſu, quàm iure roboratur) ꝙ poſt electionem ante conſecrationem & coronationem nõ ſcribunt pontificatum in data: licet prędict. decr. licet, ſupra eod de elect. dicat, Romanus Pontifex habeatur. qui à duabus partibus, &c. In quantum dicit pontifex, videtur ꝙ extunc pontificatum ſcribere poſſit. [1] Tamẽ pro illa cõſuetudine facit lex C. de quadr. præſcr. l. vlt. in fi. ibi: ex quo imperiales ſuſcepimus infulas. vnde & dies coronationis dicitur ortus imperij, & ſic poteſt intelligi. C. de fer. l. vlt. nec dicitur Imperator, niſi corona ſuſcepta. ff. de mili. teſta. l. antepen. ſicut nec archiepiſcopus niſi recepto pallio. ſupra de vſu pal niſi. ad idẽ C. lib. 12. de decu. l. fi. ff. de re mili. l. ex eo. in Authen. de con. in fi. coll. 5. ſed tunc ante coronationem ſcribũt ante datam, locum & diem ponendo. Data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officii anno, &c. & tunc etiam non ſcribunt ſe, ſimpliciter epiſcopos: ſed ſic ſcribunt: Talis (pone) Bonifacius electus epiſcopus. Item tunc nõ bullant bulla integra: ſed tunc temporis ſi quas litteras concedunt, ponũt mediam bullam, id eſt, illam partem, quæ habet capita ſcripta: & ex alio latere quo ponitur nomen, plana eſt bulla ſine nomine. [2] poſt coronationem [3] autem ſcribunt pontificatum in data, vnde quod prius ſcribebant, data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officii: ſcribunt, data pontificatus noſtri. Item vocant ſe ſimpliciter epiſcopos, & dant bullam cum nomine ſuo. Et ſunt hæc bene notanda: quia iam vidi in quadam eccleſia cathedrali hic vicina, cuius nomen ſileo, ſecundum expectantem ex hoc errore in aſſecutione præbendæ primo præferri. Et hoc modo Bonifacius fuit electus die ſecũda exeunte Decembri: coronatus & conſecratus fuit die xxiij. Ianuarij. Habebat unus expectans eius auctoritate litteras cum tali data: Data quarto calen. Ianuarii, pontificatus noſtri anno iij. Alius expectans eadem auctoritate & in eadem eccleſia, habebat litteras huius datæ: Data nonas Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio. & hoc eſt dicere, data quinto die Aprilis, & ſuperior data tertia die exeunte Decembri, ut ſupra dixi prox. glo. uacabat præbenda in illa eccleſia, & quærebatur cui deberetur: & errore peritorum huius iuris hunc modum ignorantium pronuntiatum, & obtentum fuit, illum qui habebat datam ſub tertia die exeunte Decembri priorem eſſe, & debere præferri: quia conſiderabant dicti iuriſperiti, quòd ſiue annus inciperet à promotione Romani pontificis, quæ fuerat, ut prædixi, die ſecunda exeunte Decembri, ſiue à Natiuitate, omnimodo ille erat primus: & uerum dicebant illo modo computando: ſed quia annus pontificatus incipit à conſecratione & coronatione, non ab electione, vt ſupra dixi: quæ coronatio, ut prædixi, fuerat uigeſimatertia die Ianuarii: ideo male fuit obtentum: & huius rei errore fuit poſterior priori prælatus: quia certum eſt, quòd ex quo annus pontificatus Bonifacii incipiebat, ut prædixi, quòd is qui nonas Aprilis, id eſt, quinto die Aprilis habuit gratiam, precedebat in gratia illum, qui habebat datam ſub tertio die exeunte Decembri, ſcilicet quarto calen. Ianuarii, eodem anno fere in nouem menſibus, ut clare patet computanti. Semper ergo iuriſperiti, qui pronuntiare habent ſuper poſteritate & prioritate impetrantium, aduertere debent diem pontificatus, id eſt, coronationis, vt recte pronuntient. & idem in ſimilibus caſibus. & hoc aliàs, vt dixi, in iure non bene probatur: qua de cauſa, ut talis error ab eis euitetur, hoc hic ſcripſi, quod aliàs ſcriptum non reperi.

ADDITIO. Computationem annorũ Domini quidam inchoant à Natiuitate, alii à Circunciſione, alii ab Incarnatione, alii viii. calend. Octobris, ſicut fiebat ante Aduentum Chriſti. de hoc vide in Specu. de inſtru. edi. §. 2. 1. & 2. col. Io. And.

[Vltima gloſſa quærit: arguit pro & contra: opiniones ponit, & ſoluit: vltimo ponit concluſionem operis.]

b ¶ Anno quarto.] fuit hæc data, & iſte annus pontificatus ſui currentibus annis Domini MCCXCVIII. Quæro autem quando inceperunt ligare nouæ conſtitutiones. [4] huius Sexti libri. De iis loquor quæ ſunt iuris noui promulgatoriæ, non declaratoriæ ueteris iuris. [Vide quod not. in proœmio cle. in gloſ. videtur per hanc.] Et uidetur quòd à tempore huius publicationis poſt duos menſes, in Authen. ut fa. no. conſtit. in rubro & nigro, circa princ. §. ut autem apertius. & hoc tenet Ber. ſupra in proęmio, in fi. glo. & ſupra, de conſtit. c. 2. & facit quod no. de poſtul. prælat. cap. 1. cum enim id ſit iure ciuili expreſſum: & noſtro iure contrarium expreſſe non ſit cautum: ergo illud ius ſeruabimus: & ideo ſecundum hoc finitis duobus menſibus ſcilicet tertia die intrante Maio. eodem anno inceperunt ligare. Item & noſtro videtur iure roboratum. ſupra ne cle. uel mo. cap ult. & ſupra, de ſent. excom. nouerit. & ſupra eod. lib. de conceſſ. præbend. quia cunctis. circa princ. & in his omnibus. De hoc tamen uidetur tenere Ioan. 82. diſt. propoſuiſti. in glo ex hoc, quod ſecundũ canones ligat conſtitutio poſt ſex menſes: allegat 18. diſt. ca. ult. quod de conſtitutione principis non loquitur: ſed quòd illud tempus duorum menſium non ſit tempus ordinariorum, videtur probari ſupra, de pœn. & remiſ. cum infirmitas. ubi conſtitutio principis non ligat, niſi ex quo per prælatos fuerit publicata. ad idem ſupra eo. lib. de præb. cum ſingula. vbi datur unus menſis

1 Benefacit s. eo. lib. de cõceſ. pręb. c. vlt. i prin. põderato in tex. ſummi põtificatus, & quod ibi no. in glo. 3. & quod j. ſequitur in hac glo. per quæ coniũcta patet, ꝙ Bonifacius tẽpus Pontificatus uocat quo nõ erat conſecratus. Ioã. And.

2 De hoc vide in Spe. de reſcr. pręſens. §. ult. verſic. item ꝗ obtentũ eſt. & circa hoc adde ex trau. Quia nonnulli.

3 Aliàs, confirmationẽ.

4 Hoc dicit ꝑ ꝑ conſtitutiones ſepẽ ꝑdeceſſorũ, de qbus nõ dubitaẽ qn prius ligarent: licet nouiter per Bonifaciũ fuerint hinc inſertæ. Illi aũt fuerunt Greg. ix. & x. & Innoc. iiii. Alexã. Vrb. & Cle. Nicolai iiii. Aliorũ conſtitutiones non memini hic inſertas. Io. An.

ſis à tempore notitiæ, ad idem in Authen. vt in priuatis do. ſacra myſt. non ſi. circa fin. coll. 5. vbi dantur tres menſes. & in Auth. vt neque miles, neque fœderatus. §. ſi igitur, coll. 9. vbi dantur xxx. dies tantum. Dixit Accurſius, quòd in prædictis legibus dicitur eſſe ſpeciale. & idem de ſupradictis decreta. eſt dicendum. Fateor enim quod licet conſtitutio principis liget poſt duos menſes, ut ſupra dixi: id locum habet cum in ipſa conſtitutione aliud non cauetur, nec tempus adiicitur: illud enim ſeruandum eſt: & intelliguntur ſic contraria vtriuſque iuris. De hoc habui quæſtionem de facto à principio huius libri. Et dicebant contra me quidam aduocati ꝙ conſtitutiones huius libri non ligabant, niſi ex quo iſte liber publicatus fuit Bonon. ut ſic ignorantes non ligarentur: per cap propoſuiſti. 82. diſtin. & 32. q 4 dixit Sara. & ego contra eos dicens, quod ſecundum dictum ipſorum in ciuitatibus, in quibus nõ viget ſtudium, & ad quas liber iſte directus non fuit adhuc conſtitutiones huius libri non ligarent: quod eſſet abſurdum. Satis ergo probabili ratione id tenendum uidetur quod ſupra dixi. & audiui etiam tempore Nicolai tertij caſſatam electionem cuiuſdam epiſcopi, quia non ſeruauerat decre. cupientes. ſupra eod. lib. de elect. quæ tamen ante duos menſes ſolummodo, fuerat publicata. An autem conſtitutio reſpiciat pendentia, dixi ſupra eod. lib. de elect. licet canon. Quæ his ſcriptis ſunt ſuperflua, defectuoſa, vel falſa, radenda, ſupplenda, & corrigenda ſe offerunt: in quibus aliqualiter excuſari mereor: quia corrigi ſum paratus: tum quia ex quo ſcribere cœpi, ſingulis quaſi diebus binis lectionibus, & alijs præter lecturam ineuitabilibus negotijs implicatus ſingula ponderare non potui: tum quia domini mei ſuperius iam dicti mandato, & ſtudentium deuictus inſtantia, ea non meo uelle librata publicare compellor: quinimo etiam ex falſis ſcriptis ſecundum Philo. 2. Metaphy. commendabor: quia per ipſa ueritatis inueſtigandæ materiam alijs præparaui. [Sicut canones. 1. q. 1. Spiritusſanctus. in fi. & c. ita fit. ꝙ etiam per miniſterium reproborum Spiritusſanctus probos colligit.] Suſcipiant igitur iſtic ſtudentes minutæ ſcientiæ labores meos, reminiſcentes ꝙ vidua, quæ obtulit duo ſola minuta, propter ſui affectum larga plus omnibus dicitur obtuliſſe, Mar. 12. 24. q. 1. odi. de pœn. diſt. 1. c. 1. verſus fi. nam ſi Deus dederit, majores & ſumme vtiles eis in poſterum labores meos offeram, iam licet nouiter inchoatos.

Excuſatio. Io. And.

Largitas ex affectu, & non ex quãtitate doni procedit.

ADDITIO Data huius Sexti, ut dictum eſt ſupra. in principio huius glo. fuit anno Domini MCCXCVIIJ. de tempore compilationis Decreti no. 2. quæſtio. 6. § forma. De tempore Lateranen. concilij dixi de ijs quæ fiunt à prælatis. cum Apoſtolica. in fine. De tempore generalis, dixi de deci. cap. penult. De tempore vtriuſque Lugdunen. dixi ſupra eod. lib. de elect. nemo. ſuper glo. 1. de Tempore Vienen. concilij. vide no. in cle. de cenſi. cum ſit naturæ conſonum. in glo. penult. Ioan. Andr.

F I N I S.

REGVLAE IVRIS CAESAREI,

EX QVIBVS MAIORI EX PARTE SVMPTAE SVNT REGVLAE PONTIFICII IVRIS:

Ordine Alphabetico ex Pandectis Florentinis hic referuntur.

ABSENTIA eius qui reipublicӕ cauſa abeſt, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet Regula. clxxxiij.

Actus legitimi qui recipiunt [1] diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hӕreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris: in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tñ actus ſupraſcripti tacite recipiunt, quę aperte cōprehenſa vitiū adferunt. nam ſi acceptū feratur ei qui ſub conditione promiſit: ita demū egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligōnis condō extiterit: q̄ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendat, nullius momenti faciet actū. lxxviij.

Ad ea [2] quӕ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris: ignoſcitur ſeruis, ſi vel dñis, vel iȷs qui vice dñorū ſunt, veluti tutoribus, & curatorib⁹ obtēperauerint. ¶ Semper qui dolo fecit quò minus haberet, pro eo eſt habendus, ac ſi haberet. ¶ In contractibus ſucceſſores, ex dolo eorū quibus ſucceſſerunt, non tm̄ in id quòd ad eos peruenit, verū ēt in ſolidū tenētur: hoc eſt, vnuſquiſque pro ea parte qua hӕres eſt, [3] cōueniatur. cc.

Aliud eſt vendere, aliud eſt vendenti conſentire. ¶ Refertur ad vniuerſos qđ publice fit per maiorē partem. ¶ Abſurdum eſt plus iuris habere eū cui legatus ſit fundus quam hӕredē, aut ipſum teſtatorē ſi viueret. cxxj.

Alterius circumuentio alii non prӕbet actionem.

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur. lviij.

Bona fides tantundem poſſidenti prӕſtat, quātum veritas: quoties lex impedimento non eſt. clxxix.

CApienda [4] occaſio eſt quӕ prӕbet benignius reſponſum. ¶ Quod factum eſt cum in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem. cxxix.

Conſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt. Cӕterū ſi dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit. ¶ Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt. xlviij.

Contractus quidā dolum tm̄ duntaxat recipiunt: quidam & dolū, & culpā. Dolum tm̄ depoſitum, & precarium: Dolum & culpā, mandatum, cōmodatum, venditū, pignori acceptum, locatum. Item dotis datio, tutelę, negotia geſta: in his quidem [5] & diligentiā. Societas, & rerum cōio, & dolum, & culpam recipit: ſed hoc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus. nā hoc ſeruabitur quod initio cōuenit: legem. n. contractus dedit, excepto eo q̄ Celſus putat non valere ſi conuenerit, ne dolus prӕſtetur. Hoc enim bonӕ fidei iudicio contrarium eſt: & ita vtimur. ¶ Animalium vero caſus, mortes, quӕque ſine culpa accidunt, fugӕ ſeruorum qui cuſtodiri non ſolent, rapinӕ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prӕdonum, à nullo prӕſtantur. xxiiij.

Creditor qui permittit rē venire, pignus dimittit. cxix.

Cuius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad omnes pertinent. cxcj.

Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt. liiij.

Cuius [6] eſt donandi, eidem & vendendi, & concedendi ius eſt. cxxiiij.

Culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. lj.

Culpa eſt immiſcere, ſe rei ad ſe nō pertinenti. xxxvij.

Cum amplius ſolutum eſt, q̄ debebatur, cuius pars non inuenitur quӕ repeti poſſit; totū eſſe indebitū intelligitur, manēte priſtina obligatione. ¶ Is natura dēt, quem iure gētiū dare oportet: cuius fidē ſecuti ſumus. lxxxv.

Cum par delictum eſt duorū, ſemper oneratur petitor: & melior habetur poſſeſſoris cā, ſicut fit cū de dolo excipit petitoris. neque. n. datur talis replicatio petitori: aut ſi rei quoque in ea re dolo actum ſit. ¶ Illi dēt permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit. cxcvij.

Cum prӕtor in hӕredem dat actionem quatenus ad eum peruenit: ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti. clxx.

Cum principalis cauſa non conſiſtat: plerumq; nec ea quidem quӕ ſequuntur, locum habent. cxxxix.

Cūm quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui aūt donare nō concedit, probandū erit: nec ſi donōnis cā cōſenſerit, ratā eius volūtatē habēdā. cxxvj.

Cum ſeruis nulla actio eſt. cviii.

Cum tp̄s in teſtō adiicitur, credendum eſt pro hęrede adiectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adijcitur. xvij.

DIuus pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate conueniūtur in id quod facere poſſunt cōdēnādos. xxix.

Domum ſuam reficere vnicuiq; licet: dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet. lxii.

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur. lxxxiij.

EA eſt natura cauillatiōis, q̄ Grӕci σωρείτην, appellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quӕ euidenter falſa ſunt, perducatur. lxvj.

Ea quӕ dari impoſſibilia ſunt, vel quӕ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur. clxxviij.

Ea quӕ in partes diuidi no poſſunt, ſolida à ſingulis hęredibus debentur. ¶ In re dubia benigniorem interpretationem ſequi nō minus iuſtius eſt, quam tutius. cliij.

Ea quӕ raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur. lxv.

Ea ſola deportationis ſentētia aufert, quӕ ad fiſcum perueniunt. xcviij.

Eius eſt [1] nolle, qui poteſt velle. iij.

Et ſi [2] nihil facile mutandū eſt ex ſolemnibus: tñ vbi ęquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt. cxliiij.

Ex pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari. lix.

Expreſſa [3] nocent: non expreſſa non nocent. clvj.

Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum prӕſtare debet. cxcij.

FActum à iudice quod ad officiū eius non pertinet, ratum non eſt. cxxxii.

Factum cuiq; ſuum, non aduerſario nocere debet. ¶ Nō videtur vim facere, qui ſuo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. ¶ In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt. cxcviii.

Fauorabiliores [4] rei potius q̄ actores habētur. clxviii.

Fęminӕ ab omnibus officiis ciuilibus, vel publicis remotę ſunt: & ideo nec iudices eſſe pn̄t: nec magiſtratū gerere, nec poſtulare: nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere. ¶ Item impuberes ab omnibus officiis ciuilibus debent abſtinere. ii.

Fere in omnibus pœnalibus iudiciis, & ӕtati & imprudentiӕ ſuccurritur. cix.

Fere quibuſcunq; modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur. Cum quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus.

Vt igitur nulla poſſeſſio acquiri niſi animo, & corpore

poteſt;

Notes in the left margin:

1 Sic Flor. In cӕteris non recipiunt. & in archetypo erat additū, non.

2 l. 11. §. ſi tutoris. ſupra, quod vi aut clam.

3 Duo puncta addebātur hic in archetypo, vt mos erat addi ad finem ſingulorū capitū. An. Aug. lib. 1. c. 1.

4 al. Rapiēda.

l. 20. ſ. pro ſoc. vñ videtur emēdāda inſcriptio huius legis. Vlpi. li. 31. ad edict. l. 3. ſ. de diuor.

5 Vulg. quidam, quā lectionē quidam magis probant, q̄ Flor.

6 ſ. Cui ius

Notes in the right margin:

l. Iulianus ſ. de cōdic. inde.

l. 129 ſ. eo. ſup vacuo bis repetitur.

l. Si extraneus ſ. d in re dotium.

l. 117. ſ. tit. proxi.

l. 3. ſ. d ſer. leg. l. pen. ſ. de his quӕ in teſt. del.

1 Perperam Haolad. Ei⁹ eſt non velle, &c. Ant. Aug. li. 1. c. 2. quidā tamen magis pbāt Haol. lect. q̄a ita legiſſe vidētur Gręci, & Harmeno. In manuſcrip. eſt, Eius eſt nolle.

2 l. Diuus. ſupra, de in integ. re.

3 l. 52. ſupra de cōd. & de. l. 138. ſupra, de ver. ſign.

4 Idem Ari. problem. q̄ ad ius pertinent.

l. quemadmodum, ſupra de acq. poſſ.

poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt. cxcvi.

Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur. xciiii.

Fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euẽtu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur. lxxx.

Fructus rei eſt, vel pignori dare licere. lxxii.

Furioſi, vel eius cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt. xli.

GEneraliter cum de fraude diſputatur, non quid [s] habeat actor: ſed quid per aduerſariũ habere non potuit, conſiderandum eſt. lxxix.

HÆredem eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat. lx.

Hæreditas [t] nihil aliud eſt: quàm ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuerit. lxiii.

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat. ¶ Deiecit, [u] qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur. ¶ In contractibus quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur. cxcv.

ID quod noſtrũ eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. xi.

Imaginaria venditio non eſt pretio accedente. xvi.

Imperitia culpæ adnumeratur. clxxv.

Impoſſibilium nulla obligatio eſt. cxlv.

In ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectanda eius eſt, qui eas protuliſſet. xcvii.

In ambiguis pro dotibus rñdere melius eſt. ¶ Nõ eſt nouũ, vt q̃ ſemel vtiliter cõſtituta sũt, durẽt: licet ille caſus extiterit à quo initiũ capere nõ potuerũt. ¶ Quoties æquitatẽ deſiderij naturalis rõ, aut dubitatio iuris moratur: iuſtis decretis res temperanda eſt. lxxxvi.

In condemnatione perſonarum, quæ in id quod facere pñt, dãnantur: non totũ quod hñt extorquendũ eſt: ſed & ipſarũ rõ habẽda eſt ne egeãt. ¶ Cũ verbũ, reſtituas, in lege inuenitur: etſi nõ ſpecialiter de fructibus additũ eſt, tñ ẽt fructus ſunt reſtituendi. ¶ Vnicuique ſua mora nocet, qđ & in duobus reis promittendi obſeruatur. ¶ Dolo facit qui petit qđ redditurus eſt. cxxxiiii.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandũ eſt. ¶ Ambigua aũt intẽtio ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit. cxxxiii.

In eo quod plus ſit, ſemper ineſt, & minus. ¶ Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cum ſatiſdatione. ¶ Pupillus pati poſſe nõ intelligitur. ¶ Vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum. ¶ Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cum defraudantur, non vt facilius calumnientur. cxi.

In eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucrum petiturus eſt, durior cauſa eſt petitoris. xxxiiii.

In his q̃ officiũ per liberas fieri pſonas leges deſiderãt, ſeruus interuenire non põt. ¶ Nõ debeo melioris cõditionis eſſe, q̃ auctor meus à quo ius ĩ me trãſit. cxxxvi.

In iure ciuili receptũ eſt quoties p eũ, cuius intereſt cõditionẽ nõ impleri, fiat quo minus impleat, perinde hñi ac ſi impleta conditio fuiſſet: quod ad libertates, & legata, & ad hęredũ inſtitutiones pducitur, qbus exẽplis ſtipulationes quoq; cõmittuntur, cũ p promiſſorẽ factũ eſſet quominus ſtipulator conditioni pareret. cxxij.

In negotiis contrahendis, alia cã habita eſt furioſorum, alia eorũ qui fari pñt, quãuis actũ rei non intelligerẽt. Nam furioſus nullum negotiũ contrahere põt, pupillus oĩa tutore auctore agere poteſt. v.

In obſcura voluntate manumittentis, fauendum eſt libertati. cxl.

In obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet. cxv.

In oĩbus cauſis id obſeruat, vt vbi pſonę conditio locũ facit bñficio, ibi deficiente ea, beneficiũ quoq; deficiat. Vbi vero genus actionis id deſiderat, ibi ad quẽuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij. lxix.

In omnib. cauſis pro facto accipitur id, in quo quis aliũ perhorreſcit quo minus fiat. xl.

In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur. xiiij.

In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas ſpectanda eſt. xci.

In pari cã poſſeſſor potior haberi dẽt. ¶ Hi qui ĩ vniuerſum ius ſuccedunt, hęredis loco habentur. clxxi.

In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. ¶ Gñaliter probandũ eſt vbicunq; in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius cõditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe. xxiii.

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur. [z] xii.

In totum oĩa quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt. lxxvii.

In toto, & pars continetur. cxiiii.

In toto iure generi per ſpeciem derogatur. Et illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt lxxxi.

Inuitus [a] nemo rem cogitur defendere. ¶ Cui damus actionẽ, eidẽ, & exceptionẽ cõpetere multo magis quis dixerit. ¶ Cũ quis in alicuius locũ ſucceſſerit, nõ eſt æquum ei nocere hoc quod aduerſus eũ [b] nocuit in cuius locum ſucceſſerit. ¶ Plerũq; emptoris eadẽ cã dẽt eſſe circa petendum ac defendendum quæ fuit auctoris. ¶ Quod cuiq; pro eo pręſtatur, inuito nõ tribuit. cxcix.

Inuito [c] beneficium non datur. lxx.

Is dãnũ [d] dat q iubet dare. ei' vero nulla culpa ẽ, cui [e] parere neceſſe ſit. ¶ Qđ pẽdet, nõ ẽ ꝑ eo quaſi ſit. cxxx.

Ius noſtrum non patitur eundẽ in paganis, & teſtato, & inteſtato deceſſiſſe: earumq; rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſtatus, & inteſtatus quis ſit. vii.

Iure [f] naturæ æquum eſt neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem. ccvii.

Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt. viii.

LIbertas inæſtimabilis res eſt. cvii.

Libertas omnibus rebus fauorabilior. clxv.

MArcellus ait, Deſinit debitor eſſe is qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab ęquitate naturali abhorrentem. lxvii.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt. clxxvi.

Minus eſt actionem habere quam rem. ccv.

NEc ex prætorio, nec ex ſolẽni iure priuatorũ cõuẽtione quodq̃ imutãdũ eſt, q̃uis obligõnũ cãæ pactione pñt immutari, & ipſo iure, & per pacti cõuẽti exceptionẽ: quia actionũ modus vel lege, vel per prætorẽ introductus priuatorũ pactionibus non infirmatur, niſi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit. xxviii.

Nemo alieno nomine lege agere poteſt. ¶ Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat. clxvi.

Nemo damnum facit, niſi qui id fecit. quod facere ius non habet. cxciiii.

Nemo de domo ſua extrahi debet. ciiii.

Nemo dubitat, ſoluẽdo videri eũ qui defenditur. xcvi. Nemo. n. in perſequẽdo deteriorẽ cauſam, ſed meliorẽ facit. &c Melius eſt ꝙ ſub regula, non ſolet deterior. &c. quam ſit regula ab alijs diſtincta. lxxxviii.

Nemo ex iis q negãt ſe d bere, prohibeſ ẽt alia defenſione vti: niſi lex ĩpediat. ¶ Quoties cõcurrũt plures actiones eiuſdem rei nomine, vna quis experiri debet. xliiii.

Nemo ideo obligatur quia recepturus eſt ab alio quòd præſtiterit. cxxxi.

Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſlibet alterius coercitionis ad alium transferre. lxxi.

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam. lxxvi.

Nemo plus commodi hęredi ſuo relinquit, q̃ quod ipſe habuit. clxiii.

Nemo plus iuris ad alium tranferre poteſt, q̃ ipſe haberet. lv.

Nemo prædo eſt qui pretiũ numerauit. ¶ Locupletior non eſt factus qui libertum acquiſierit. ¶ Cum de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſidentis. clxix.

Nemo q cõdemnare nõ põt, abſoluere poteſt. xxxviii.

Nemo

l. 18. ſupra, d caſtr. pec.

[s] Harme. lib 6 tit. c. nõ quid nõ habeat actor.

[t] l. 24 ſupra tit. ꝓxi.

[u] l. 1. §. deieciſſe. ĩ de vi & vi arm. vnde apparet hic legẽ d[...] eſſe. Deiecit, & q mandat. In maleficio ratihabitio mãdato cõparatur.

l. 9. §. 5. ĩ. locat. Inſt. de le. Aqui. §. imperitia.

l. 70. ſup. de iur. dot.

l. 19. ſup. de re iud.

Ant. Aug. lib. 1. c. 7. l. videamus ſup. de vſu. l. dolo. ſu. đ dol. excep.

In vulg. In his officiis.

l. 24. ſup de cond. & de.

[z] Sic Flor. paſſiue accipiendum. Cic. 2. de inuen. de con trar. leg.

[a] l. 1. §. 4. ĩ. de ſuperf.

[b] Nõ. vr ad dendũ, vt in vulg. libris cũ hic locus negatiue legat. l. 3. §. ſi quis. ĩ. de iun. actuque priu.

[c] l. ſolet ſu. de off. pſid.

[d] l. in fraudem. §. vlti. ſupra, de iis qui. vt ind. l. 37. ſupra, ad l. Aquil.

[e] An qui ꝓ cui?

[f] l. 14. ſupra, de cõd. indeb.

l. Sed & ſi. ſupra. de in ius voc.

In vulg. An nemo, legit.

l. 13. §. 6. ſupra, de hęred. petit.

Nemo videtur fraudare eos qui ſciant, & conſentiunt. clxxxviii.

Neq; i interdicto, neq; in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolũ tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue nõ eſt. clix.

Neque pignus, neq; depoſitũ, neque precariũ, neq; emptio, neque locatio ſuæ rei conſiſtere poteſt. ¶ Priuatorum conuentio iuri publico non derogat. xlvi.

Neratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cęſar reſcripſerat, iã defuncto dediſſe exiſtimaretur; rñdit, non videri ſibi principem qđ ei quẽ viuere exiſtimabat conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe: quem tñ modũ eſſe bñficii ſui vellet, ipſi' æſtimationẽ eſſe. clii.

Nihil conſenſui tã contrarium eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quam uis atque metus, quẽ comprobare contra bonos mores eſt. ¶ Non capitur qui ius publicũ ſequitur. ¶ Non videntur conſentire qui errant. cxvii.

l 178. ĩ. e. Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit. ¶ Cum principalis cauſa non conſiſtit, ne ea quidem quæ ſequuntur, locum habent. clxxii.

l. 188 ĩ. eo. Nihil intereſt ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. cxiii.

Nihil peti põt ante id tempus quo per rerum naturam perſolui poſſit. Et cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt. cxlvii.

Nihil tam naturale eſt, quam eo genere quidque diſſoluere, quo colligatum eſt: ideo verborum obligatio verbis tollitur. nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur. xxxvi.

Non alienat qui duntaxat omittit poſſeſſionem. clxii.

Non debet actori licere quod reo non permittitur.

¶ In re obſcura melius eſt fauerẽ repetitioni, quam adventitio lucro. xlii.

Non dẽt alteri per alterũ iniqua conditio inferri. lxxv.

Non dẽt cui plus licet, quod minus eſt, nõ licere. xxii.

l. 13. & 14. ſupra, de in iuriis. Non eſt ſingulis concedendum quod per magiſtratum publice poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. ¶ Infinita æſtimatio eſt libertatis, & neceſſitudinis. cxxxvii.

Non fraudantur creditores cum quid non acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur. ¶ Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt. clxxvii.

Non omne quod licet, honeſtum eſt. ¶ In ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus. clxxxvii.

Non poteſt dolo carere qui imperio magiſtratus non paruit. clix.

Nõ põt videri deſiiſſe habere qui nunquã habuit. ccix.

Non poteſt videri improbus, qui ignorat quantum ſoluere debeat. c.

Non ſolet deterior conditio fieri eorum qui litẽ conteſtati ſunt, q̃ ſi non eſſent, ſed plerũque melior. lxxxvii.

Nemo in perſequẽdo deteriorẽ cãm, ſed meliorẽ facit. denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur: & hæres tenetur ex omnibus cauſis. lxxxviii.

Non ſolent quæ abundant vitiare ſcripturas. xcv.

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione. xiii.

Non videtur defendere, non tantum qui latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem. liiii.

l. 71. ĩ. tit. pro. in vulgatis. Non videtur. Non videtur quiſquam id capere, quod neceſſe eſt alii reſtituere. lii.

Non vř rem amittere, cuius propria non fuit. lxxxiiii.

Non vñr data quæ eo tempore quo dantur accipientis non fiunt. ¶ Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non vř dolo malo facere, quia parere neceſſe habet. cxxviii.

Non vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe. cxx.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. vi.

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur. lvi.

l. ſi pupill', ĩ. d. ver. ob. Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt. lxxxix.

Nullum crimen patitur is qui non prohibet, cum prohibere non poſſit. cx.

Numquam actiones, præſertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam conſumit. clxxiii.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. xxxi.

l. pen. ſupra de ver. obl. OMnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt: parum eſt enim, vt non ſubuerti poſſit. cxiii.

l. 15. ſupra, de condi & dem. Aug. lib. 4. c. 9. Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur: tamen cum tempore mortis continuatur. ¶ Numquam ex poſtfacto creſcit præteriti delicti æſtimatio. clxxxi.

Omnes actiones, quæ morte aut tp̃e pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent. ¶ Non vř perfecte cuiuſque id eſſe quod ex cauſa auferri poteſt. clxxxii.

Omnia fere iura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempus mortis hæredes extitiſſent.

l. 138. ſup. e. Omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt. lxxiii.

Omnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initiũ quidẽ ſine uitio ceperint. ccii.

l. 9. ſ. 1. de of. procons. Omnia q̃ iure contrahuntur, cõtrario iure pereunt. cj.

PArem eſſe conditionem oportet eius qui quid poſſideat, vel habeat, atque eius cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret, uel haberet. cxciii.

Pœnalia iudicia ſemel accepta, in hæredes transmitti poſſunt. cxxv.

Plerũque fit, vt etiã ea quæ à nobis abire poſſint, perinde in eo ſtatu ſint, atque non eſſent eius conditionis, vt abire poſſent. Et ideo quod fiſco obligamus, & vendicare interdum, & alienare, & ſeruitutem in prædio imponere poſſumus. ccvi.

Plus cautionis in rem eſt, quam in perſonam. xxvi.

Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet. cxviii.

Priuilegia quædã cauſæ ſunt, quædã perſonæ: & ideo quædã ad hæredẽm trãſmittũtur, quæ cauſæ ſunt. Quæ perſonæ ſunt, ad hæredem non tranſeunt. clvii.

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi appoſita tutoris auctoritate creditur. nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt. cl.

Pupillum qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe, & furandi, & iniuriæ faciendæ. ¶ In hæredem non ſolẽt actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni, iniuriȩ, vi bonorum raptorum, iniuriarum. cxi.

QVamdiu poſſit valere teſtamentum: tamdiu legitimus hæres non admittitur. xc.

Quatenus cuiuſque intereſt, in facto non iure conſiſtit. xxv.

l. 29. ſup. e. Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt. ccx.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt. lxxxiii.

l. 56. ſupra mandat. Quæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos iis quorum in poteſtate ſumus eodem caſu acquirimus alıter atque cum ſtipulati ſumus: nam & ſub conditione ſtipulantes oĩmodo eis acquirimus: etiam ſi libertate nobis præſtita à dominis conditio exiſtat. [1] xxviii.

Quæ [2] propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in augmentum trahi. cxxiii.

Qui [3] actionem habet ad rem recuperandam: ipſam rem habere videtur. xv.

Qui auctore iudice comparuit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. clxxx.

Quidquid in calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe: ideoque breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe uidetur. xlix.

Qui cum alio contrahit, vel eſt, uel eſſe dẽt non ignarus conditionis eius: hæredi autem eius hoc imputari non poteſt: cum non ſponte cum legatariis contrahit. ¶ Non ſolet doli exceptio nocere his quibus voluntas teſtatoris non refragatur. xx.

Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſione dolus eſt. clxxiiii.

[1] Perperam hic in vulg. edit. additur l. Si filiusfa. q̃ eſt l. 78. ſupra, de verb. ob. nam nec in anti. nec in manuſcr. extat: nec eam Bulgar. interpretatus eſt.

[2] l ĩ. e. 167. & 169.

[3] l. is qui actionem.

Qui

Qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtã habent cauſam ignorantiæ: an id quod peteretur, deberetur. ¶ Fideiuſſores quoq; nõ minus q̃ hæredes, iuſtã ignorantiã poſſunt allegare. hæc ita de hærede dicta ſunt ſi cũ eo agetur: nõ ẽt ſi agat. nam plane qui agit, certus eſſe dẽt, cũ ſit in poteſtate eius qñ velit experiri: & ante dẽt rem diligẽter explorare: & tunc ad agendũ procedere. xliij.

Qui in ius dominiumve alterius ſuccedit, iure eius vti debet. ¶ Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat cauſam cur non debeat petere. cxxxviij.

Qui in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt. nam cũ poſſideatur, poſſidere non videtur. clxj.

Qui non facit quod facere debet, vr̃ facere aduerſus ea: quia non facit. & qui facit quod facere non debet: non videtur facere id quod facere iuſſus eſt. clxiiij.

Quintus Mutius Sempronio. Quo tutela redit, &c. in regula. Quo tutela redit, quæ eſt. lxxiiij.

Qui per ſucceſſionem quamuis longiſſimam defuncto hæredes conſtiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes extiterint. clv.

l. 8. ſupra de bon. poſſ.

Qui poteſt facere vt poſſit conditioni parere: iam poſſe videtur. ¶ Quod quis ſi velit habere non poteſt, id repudiare non poteſt. cxxxv.

Qui poteſt inuitis alienare: multo magis, & ignorantibus, & abſentibus poteſt. xxvij.

Qui rem alienam defendit, nũquam locuples hr̃. cxxvij.

Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat: non videtur moram facere. lxiiij.

Qui tacet, non vtique fatetur: ſed tamen verum eſt eũ non negare. clxxxv.

Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus edictum feciſſe proprie dicitur. ¶ Eius eſt actionem denegare, qui poſſit, & dare. ciij.

Ariſt. 1. Polit. c. 8.

Quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidẽ reſtituere nemo cogitur. xlvij.

Quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur: non tamen ex iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. xxxiij.

l. Quod vero ff. de le.

Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia. clxxxiiij.

Quod euincitur in bonis non eſt. clj.

Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere. xxx.

Quod ipſis qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. clxxxvj.

Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt quaſi ipſi ſolutum eſſet. cxlj.

Quod nullus eſſe poteſt, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere. cxliij.

Quod quis, dum ſeruus eſſet, egit: proficere libero facto non poteſt. clxxxix.

l. vlt. ff. de vſur. Ant. Auguſt. l. 1. c. 4.

Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. cciiij.

Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt. Nemo põt tutorẽ dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus cum moritur habuit, habiturusve eſſet ſi vixiſſet. ¶ Vi factum id vr̃ eſſe, ꝙ de re quia cum prohiberetur, fecit. Clam quod quiſque cum controuerſiam hr̃et habiturũve ſe putaret fecit. ¶ Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt, vt intelligi non poſſint: perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent. ¶ Non paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt. lxxiiij.

Quotiens dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit. xxj.

Quotiens duplici iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo iure, quod añ defertur, ſupererit vetus. xcij.

Quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt. lxviij.

Quotiens nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt quod minimum habet iniquitatis. ccj.

Quotiẽs vtriuſque cauſa lucri rõ vertitur: is præferendus eſt, cuius tn lucro cauſa tempore præcedit. xcix.

Regula eſt, quæ rem quæ eſt, breuiter enarrat, nõ vt ex regula ius ſumatur: ſed ex iure quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerũ narratio traditur. Et (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniectio [1] eſt: quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum. j.

Res [2] iudicata pro veritate accipitur. ccviij.

Secundum naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.

Semper [3] in coniunctionibus, non ſolum quod liceat, conſiderandum eſt: ſed & quod honeſtum eſt. clviij.

Semper in dubijs benigniora præferenda ſunt. lvij.

Semper generalibus ſpecialia inſunt. cxc.

Semper in obſcuris quod minimum eſt ſequimur. ix.

Semper in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur quod actum eſt, aut ſi non appareat quid actum eſt, erit conſequens vt id ſequamur, quod in regione in qua actum eſt, frequentatur: Quid ergo ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt. xxxv.

[1] Sic Flor. cauſæ collectionis meminit Aſco. & Gel. l. 5. c. 10. Greci manuſcr. & vulg. hic legunt, coniunctio.
[2] l. 25. ff. de ſta. hom.
[3] l. 42. ff. de ritu nup.

Semper qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur: Sed & ſi quis ratum habuerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione. lxj.

Seruitutem mortalitati fere comparamus. [4] ccx.

Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. ccxij.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere ſi quid ea re ad eum perueniſſet. xxxix.

[4] Ad ſimulam. l. 59. ff de cond. & dem.

Si filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus. xix.

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt: præponenda eſt cauſa æſtimationis. vbi autem æquiparantur famoſa iudicia. & ſi ſummam rei diſparem habeant, pro paribus tamen accipienda ſunt. cv.

Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil nocet quominus & reus, & fideiuſſor teneantur. xciij.

Si nemo ſubijt hæreditatem: omne ius teſtamenti ſoluitur. cxlij.

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe. ¶ Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri. cxvj.

l. 89. ſupra eo.
l. 2. ſupra de calum.

Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe. cxlviij.

Totiens in hæredem damus [5] de eo quod ad eum peruenit: quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex ſuo. xlv.

Vani timoris iuſta excuſatio [6] non eſt. cxlvj.

Vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur. cvj.

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem: & qui ſexageſimo, & [7] primo die venerit. audiendus eſt. Ita etenim Imperator noſter Antoninus cũ diuo patre ſuo reſcripſit. cij.

[5] eleganter ſubaudiri actionem: l. Si quis ab alio. ff. de re iudic.
[6] in d. l. 13. de re iud. legitur, extimatio.
[7] Græci dũtaxat habẽt ſexageſimo die, quã lectionẽ pleriq; magis amplectuntur.

Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem, & in ſurdo hic quidem reſponderi poteſt. ¶ Furioſus abſentis loco eſt: & ita Pompo. lib. 1 epiſtolarum ſcribit. clxvij.

Vbi pugnantia inter ſe in teſtamento inuenirẽtur, neutrum ratum eſt. ¶ Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt. cxlix.

Velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini. iiij.

Verum eſt neque pacta neque ſtipulationes factum poſſe tollere: quod n impoſſibile eſt, neq; pacto neq; ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem aut factum efficere poſſit. xxxij.

Vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt. clxxxiiij.

F I N I S.

C L E

CLEMENTIS
PAPAE V.
CONSTITVTIONES
SVAE INTEGRITATI
VNA` CVM GLOSSIS
RESTITVTÆ.



VENETIIS, Apud Iuntas.

M D X C V.

CLEMENS Papa V. natione Gallus, è prouincia Vaſconia, diœceſis Burdegalenſis, anno M CCCV. Romanus Pontifex creatur. Is non modo in concilio Viennenſi, ſed etiam ante, & poſt ipſum concilium plurimas conſtitutiones edidit: quas cum & aſſidua occupatione, & morte præuentus in vnum collectas volumen, & ſub congruis titulis collocatas edere, vt decreuerat, non potuiſſet: Ioannes xxij. eius ſucceſſor publicauit. Eas Ioannes And. Bononienſis illuſtrauit.

TABVLA TITVLORVM CLEMENTINARVM.

Tabula Titulorum CLEMENTINARVM *ſecundum ordinem alphabeti.*

A

AEtate & qualitate & ordine præficiendorum lib.j.tit.vj. 45
Appellationibus.lib.iij.tit. xij. [illegible]

B

BAptiſmo & eius effectu. lib.iij. titu. xv. 170

C

CAuſa poſſeſſionis & proprietatis.lib.ii.tit.iij. 70
Celebratione miſſarum.lib.iii.tit.xiiij. 167
Cenſibus exactionibus & procurationibus. lib. iii. titul. xiij. 163
Conceſſione præbendæ.lib.iii.tit.iii. 120
Conſanguinitate & affinitate.lib.iii.tit.i. 179

D

DEcimis,primitijs, & oblationibus.lib.iii.tit.viii. 1[illegible]
Dolo & contumacia.lib.ii.tit.iiii. 71

E

ELectione & electi poteſtate.lib.i.tit.iii. 21
Exceptionibus.lib.ii.tit.x. 89
Exceſſibus prælatorum.lib.v.tit.vi. 199

F

FOro competenti.lib.ij.tit.ii. 65

H

HÆreticis.lib.v.tit.iii. 185
Homicidio voluntario,vel caſuali.lib.v.tit.iiii. 195

I

IMmunitate eccleſiarum.lib.iii.tit.xviii. 177
Iudæis & Sarracenis.lib.v.tit.ii. 183
Iudicijs.lib.ii.tit.i. 61
Iure patronatus.lib.iii.tit.xii. 159
Iureiurando.lib.ii.tit.ix. 82

M

MAgiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.lib.v.tit.i. 181

OFficio vicarij.lib.i.tit.vii. 50
Officio & poteſtate iudicis delegati.lib.i.tit.vii. 51
Officio iudicis ordinarii.lib.i.tit.ix. 53

P

POenitentijs & remiſſionibus. li.v.tit.ix. 213
Pœnis.lib.v.tit.viij. 206
Præbendis & dignitatibus.lib.iii.tit.ii. 113
Priuilegijs,& exceſſibus priuilegiatorũ.lib.v.tit.vii. 202
Probationibus lib.ii.tit.vii. 79
Procurationibus.lib.i.tit.x. 55

R

REbus eccleſię non alienandis.lib.iii.tit.iiii. 123
Regularibus,& tranſeuntibus ad religionem.li.iii.tit.ix. 142
Religioſis domibus.lib.iii.tit.xi. 154
Reliquiis & veneratione ſanctorum.lib.iii.tit.xvi. 171
Renunciatione.lib.i.tit.iiii. 41
Rerum permutatione.lib.iii.tit.v. 127
Reſcriptis,lib.i.tit.ii. 15
Reſtitutione in integrum.lib.i.tit.xi. 59

S

SEntentia & re iudicata.lib.ii.tit.xi. 91
Sententia excommunicationis.lib.v.tit.x. 215
Sepulturis.lib.iii.tit vii. 129
Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuũ.lib.ii.tit.vi 77
Statu monachorum. lib.iii.tit. x. 145
Summa trinitate & fide catholica.lib.i.tit.i. 8
Supplenda negligentia prælatorum.lib.i.tit.v. 43

T

TEſtamentis & vltimis voluntatibus.lib.iij.ti.vi. 117
Teſtibus.lib.ii.tit.viii. 80

V

VErborum ſignificatione.lib.v.tit.xi. 220
Vita & honeſtate clericorum.lib.iii.tit.i. 109
Vſuris.lib.v.tit.v. 196
Vt lite pendente nihil innouetur.lib.ii.tit.v. 74

FINIS.

TABVLA CAPITVLORVM CLEMENTINARVM.

Tabula Capitulorum CLEMENTINARVM *ſecundum ordinem Alphabeti.*

A

ABbates.de reſcrip. 15
Ab eccleſia.de reſti.in inte. 13
Abuſionibus. de pœniten.& remiſ. 213
Ad compeſcendas. de ſeq. poſſ. & fruct. 77
Ad noſtrum.de cenſ. 265
Ad noſtrum.de hæret. 191
Appellanti.de appell. 105
Archiepiſcopo.de priuil. 205
Attendentes.de ſta.mona. 151
Auditor.de reſcri. 18

C

CAuſa beneficiali.de cau.poſſ.& propr. 70
Cauſam electionis.de elect. 27
Cedit quidem.de Iudæ. 184
Conſtitutionem.de elect. 30
Cum à repulſione.de appel. 107
Cum conceſſa.de elect. 41
Cum de quibuſdam.de relig.domib. 154
Cum eccleſiæ.de æta.& qual. 46
Cum ei quem.de conc.præb. 120
Cum ex eo.de ſen.excom. 219
Cum illuſio.de renun. 41
Cum Iudæi.de teſt. 80
Cum lite.vt li.pend. 76
Cum rationi.de elect. 21
Cum ſecundum ſtatuta.de pœn.& remiſ. 213
Cum ſit nimis.de magiſt. 182
Cum ſit naturæ. de cenſ. 263
Cupientes.de pœnis. 210

D

DIgnum prorſus.de celeb.miſſ. 169
Diœceſanis.de vi.& hone.cle. 109
Diſpendioſam.de iudi. 63
Dudum.de iud. 61
Dudum.de ſepult. 131

E

EOs,qui.de ſepult. 129
Eos,qui.de regul. 144
Eos,qui.de conſan.& affin. 179
Et ſi.de reſcr. 16
Et ſi.de offi.ord. 54
Ex frequentibus.de ſen.exc. 215
Ex graui.de vſur. 197
Excommunicationis.de excep. 89
Exiui de paradiſo.de verb.ſig. 220

F

FIdei catholicæ.de ſumma trin. 8
Frequens.de exceſ.præla. 199

G

GEneralem.de æta.& qual. 49
Gratiæ.de reſcr. 19
Graui.de celeb.miſſ. 168
Grauis de ſent.excom. 217

I

IN pleriſque.de elect. 36
Inſtrumento.de procur. 55
Inter ſollicitudines.de magi. 182
Iudices.de offi.& pot.iud.deleg. 52

L

LIteris noſtris.de proba. 79
Literas.de reſcr. 20

M

MOnaſteriorum.de re.eccl.non alie. 123
Multorum.de hære. 185
Multorum.de pœnis. 209

N

NE conceſſione.de re.permu. 127
Ne in agro.de ſta.mona. 145
Ne Romani.de elect. 23
Nolentes.de hære. 189
Non poteſt.de procur. 56

P

PAſtoralis.de re iud. 92
Per litteras.de præb. 119
Plures ab vno.de iu.patro. 162
Præſenti conſtitutione.de cenſib. 167
Præſenti.de bapt.& eius effe. 170
Procuratorem.de procur. 58

Q

QVamdiu.de appel. 104
Quamuis ſacris.de ſo.comp. 65
Quamuis rigor.de appel. 100
Quæ de eccleſijs.de offi.vica. 50
Quia contingit.de relig.dom. 153
Quia regulares.de ſupp.negl. 45
Quod circa.de elect. 38
Quoniam qui.de vi.& hone.cle. 110
Quoniam ex conſtitutione.de immu.eccl. 177

R

REligioſi.de priuil. 202
Religioſi.de deci. 138
Religioſus.de procur. 57
Religioſis.de teſtam. 129
Romani.de iureiur. 82

S

SÆpe contingit.de ver.ſig. 235
Si ante.de do.& contu. 78
Si à iudicibus.de appel. 99
Si appellationem.de appel. 106
Si beneficiorum.de deci. 140
Sicut appellationem.de appel. 102
Si de beneficio.de præb. 118
Si dignitatem.de præb. 115
Si dominum.de reli.& vene.ſan. 171
Si duobus.vt lit.pend. 74
Si furioſus.de homici. 195
Si iuxta.de præb. 119
Si plures.de præb. 116
Si quis ſuadente.de pœnis. 206
Si Romanus.de præb. 117
Si ſummus.de ſent.excom. 119
Si vna.de reb eccl.non alie. 125
Statutum.de elect. 39

T

TEſtibus.de teſti. 81

V

VT calumnijs. de ſen.& re iud. 91
Vt clericorum.de offi.iud.ord. 55
Vt conſtitutio.de iu.patr. 159
Vt profeſſores.de regul. 141
Vt ij qui.de æta.& qual. 46

FINIS.

Ioannes

Proœmij diuiſio, & ipſius familiaris declaratio ſm dominum Heham.

CLEMENTIS † PAPAE V. CONSTITVTIONES.

PROOEMIVM.

IOANNES Epiſcopus, ſeruus ſeruo-

† In antiquis codicibus titulus huius libri habet ita. Incipiũt cõſtitutiones Clementis Papæ V.

IOannes epiſcopus.] Diuide in quatuor partes, aut in duas, & ſecundã in tres. In prima ponitur ſalutatio, dum dicit: [Ioannes epũs, ſeruus ſeruorũ Dei,] mãdat ſuppleo, & dicit ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem; [dilectis filijs,] ſcilicet doctoribus & vniuerſis ſcholaribus Bononiæ commorantibus: ideſt, moram gerentibus, & facientibus. Et ſequitur in textu; [Quoniã nulla iuris ſanctio.] Et ibi ponit exordium. Dicit Clemens in hoc exordio, ꝙ iura ſunt ita ambigua & dubia, ꝙ non põt reperiri modus aliq̃s, vt iura bene declarentur pp malitiam hoĩum: quia dũ iura fiant de nouo, & q̃uis bene, & ſufficienter clara, tñ homines ſunt adeo, & inim̃ procliui, & habiles, ſeu proni ad malũ, ꝙ ipſi interpretantur iura aliter q̃ legiſlator ea intellexerit: & illa diuertunt, & ſubuertunt de intentione ipſius legiſlatoris. Et narrat Clemens Papa, ꝙ tanti caſus emergunt de nouo quotidie, ꝙ impoſſibile eſt tot iura condi & fieri: quare dicit, vt tantæ malitiæ vitentur, & iura aliquo modo clarificentur: & de cætero non tantum diuerſificentur, ꝙ recurrendum eſt ad auctoritatem principis, quæ in hoc eſt neceſſaria, qui princeps declarabit ipſa iura, & declarationem illã tenebuntur hoĩes inſequi, & ſic ſuo ſenſui non innitentur. Quare dixit formalis textus. Qm̃, pro quia. Et no. ꝙ q̃a, & qm̃, ponuntur in eodẽ ſenſu: qm̃, proprie præponit, & ſic ſequentẽ ſenſum alligat, vt qm̃ diſcis, diſco: quia quippe poſtponit, & ſuperiorẽ ſenſum cõfirmat. dic ergo, quia nulla ſanctio. i. nulla conſtõ iuris digeſta, i. ordinata, conſummata, & explicata, quantũcunque cõſilio pẽnſo, i. valde penſato, & cogitato, ſufficit ad veritatem humanæ naturæ: nec ſufficit ad machinationes, i. ad dubitationes inopinabiles eius, ſcilicet iuris: nec vlla ſanctio attingit, i. iuxta tangit, ad deciſionẽ lucidam, i. lucidandã: ambiguitatis nodoſæ, i. difficilis, eo præſertim, i. intantum, ꝙ vix aliquid ſtatuitur adeo certum. i. taliter & ſic certum: quoque pro &, & clarum quin reuocetur in dubiũ, i. quin dubitetur, ex cauſis emergentibus: iura iam poſita, i. iam edita, & facta non poſſunt mederi, ſcilicet quo ad deciſionem q̃onum emergentiũ. Sequitur in textu; [Quia ergo] aliàs eſt, quia ẽt. Et hic dat conſiliũ, ac ſi diceret. Poſtquã iura ſunt taliter, & ita ambigua, ſeu dubia, ꝙ nulla ſanctio poſſit fieri ita clara, qu adhuc remaneant dubia aliqua: & ideo hic dat vnũ conſiliũ, ꝙ auctoritas principis eſt neceſſaria pp malitiam hoĩum, qui hoĩes ab adoleſcentia ſua ſunt procliui ad malũ: ideo dicit textus. Ergo, i. pp rõnem ſequentem: quia ſenſualitas humana declinat ad malũ ab adoleſcẽtia viti procliui, i. facilis, ſcilicet ad malũ: p quod, i. pp q̃ malitiam, non pñt fieri iura ita clara, quin homo, qui eſt procliuus ad malũ, ea reddat ambigua: ideo ſubuerſio, i. deſtructio morũ, ſ. bonorum, obrepit. i. latenter ſubintrat: frequenter, i. ſæpe, in clero, in oĩbus clericis, & populo intellige; quare auctoritas ſuperioris eſt neceſſaria, vt declaret iura dubia, ſic facta dubia pp malitiam hominis procliui ad malum, vt ipſa auctoritas, i. vt ipſa iura declarata auctoritate principis, ſeu declaratio ipſius principis, tollat ambigua, ſcilicet dubia, lites auferat, per elucidationem, i. per declarationem iuriũ: & dirimat, i. ſopiat & extinguat altercationes tam per ſuffragium, i. auxilium determinationis opportunæ, quam extirpet vitia per ſarculum cultoris prouidi. Et ponitur ibi ſarculum tranſſumptiue: nam ſarculum dr̃ inſtrm̃ quo euelluntur inutiles herbæ: ſic princeps per ſarculum ſuum, id eſt, auctoritatem ſuam, tollit fatuas interpretationes hominum. Et dic, vt auctoritas principis inſerat, i. ſeminet virtutes per declarationem iuris: quia qñ princeps declarabit iura ambigua, id eſt, ſeminabit virtutes, & veram ſcientiam, cum ſua auctoritas non minorẽ vim habeat, q̃ ipſa lex bene interpretata. Et vt auctoritas ipſius principis corrigat exceſſus: quæ pro &, & vt reformet mores corruptos in bonos. [Hæc ſane.] Hic eſt narratio in qua Ioãnes Papa cõmendat, vel laudat actum Clementis, i. laudat Clementẽ, qui fecit iſtas Clementinas, & excuſat tarditatẽ ſuam, videlicet quare citius librum iſtum non tradidit Clemens. Et dicit ipſe Ioannes narrans, ꝙ Clemens Papa videns, & attendens hæc quæ diximus in exordio, & volens ſeu cupiẽs proſpicere reformationi deformatorũ, & ſoluere difficilia, & intendens promulgare, i. pronunciare, & manifeſtare plurimas cõſtitutiones, quas edidit, i. quas fecit, & compoſuit, in q̃bus ſtatuit multa ſalubria, i. multa vtilia ad ſalutem. Et quãuis ipſe Clemens decreuiſſet, i. deliberaſſet mittere iſtas conſtitutiones collectas, i. ſimul aggregatas. in vnũ volumen: tamen pp hoc ꝙ nimium, i. valde fuit occupatus circa magna, & pp hoc ꝙ ſublatus eſt de medio, i. propter hoc ꝙ mortuus eſt, ſ. non nimis ſenex, iſta fuerunt in cauſa quare non expleuit, i. quare non adimpleuit propoſitũ ſuum, i. ſuam voluntatem, quæ erat de mittendo ſubditis Clementinas: quare dicit Ioãnes Papa ſic: Nos Ioannes, qui ſucceſſimus eidem Clementi Papæ, ẽt impediti fuimus à tp̃e noſtræ promotionis, i. à tp̃e quo fuimus electi in Papam, ꝙ non potuimus committere, & mittere prædictas conſtõnes: ſ. iſtas Clementinas ſub bulla noſtra. Et dic ordinando aliqualiter textũ. Sane, i. certe Clemens Papa V. prædeceſſor noſter, attendens, i. intelligens hæc quæ diximus in exordio: & cupiens, i. deſiderans proſpicere reformationi deformatorum, & cupiens ſoluere difficilia edidit, i. fecit conſtitutiones plurimas ante, & poſt conciliũ, in quibus conſtitutionibus ipſe ſtatuit multa ſalubria, i. vtila & ipſe Clemens decidit, i. terminauit nonnulla dubia, i. aliqua dubia, quæ dubia ſunt frequentata in iudicijs, & extra iudicia. Et licet, i. quamuis Clemens decreuiſſet mittere eas, ſ. Clemẽtinas collectas; i. aggregatas in vnum volumen: & quamuis decreuiſſet, i. deliberaſſet mittere eas collocatas ſub congruis titulis, & dare eas ſubiectis, ſ. ſuis in cõe. i. vt cõicarentur inter ſubditos; tñ occupatio aſſidua circa magna, quia erat impeditus ſuper rebus arduis: ac, ideſt, ẽt conditio humanæ ſortis, i. humanæ fortunæ, quæ ſuſtulit, i. remouit ipſum Clementem de medio per mortẽ: iſta, ſ. fuerunt in cauſa, quare ipſe Clemens non expleuit propoſitum ſuum. i. ſuam deliberationem: Nos ẽt Ioannes, qui ſucceſſimus eidem Clementi Deo permittente, & ſic diſponente, in officio Apoſtolatus: quia ſumus Papa, i. vicarius Chriſti, ſicut & ipſe Clemens fuit: Et ſupple poſtquã ſucceſſimus eidem Clementi in officio Apoſtolatus, ſic debemus ſibi ſucceſſiſſe in plenitudine effectus & poteſtatis: ſuppleo, & maxime debemus ſibi ſucceſſiſſe in his, ſ. rebus, quæ concernunt cõpendium, i. lucrũ vniuerſi, ſ. orbis. Et nos Ioannes circũſepti, i. circumquaque ſepti & circundati, & vndique cincti tot grandibus agendis, & arduis rebus, fuimus hactenus, i. vſque huc, & vſque ad hoc tẽpus impediti ab exordio, i. à principio noſtræ promotionis, ꝙ tam ex hoc quod dicimus, quàm ex alijs cauſis rationabilibus, quas prouidimus cõmittendas ſub ſilentio, i. quas tacemus, pro nunc ſuppleo, non potuimus has conſtitutiones, ſeu Clementinas communicare. Nunc igitur, ideſt modo & in præſenti tempore tranſmittimus, id eſt, vobis mittimus illas conſtitutiones, ſeu Clementinas, captata opportunitate, id eſt, captato & deſiderato tẽpo-

re congruo, & conuenienti. Sequitur textus, [Vniuerſitati.] Et hic ponitur concluſio: quare nos Ioannes mādantes vniuerſitati Bononienſi per ſcripta Apoſtolica, quatenus eas, ſcilicet Clementinas ſuſcipiatis prompte affectu, & ſtudio alacri, vſuri ſcilicet ſitis eis Clementinis, ſeu conſtitutionibus de cętero i. amodo in iudicijs & ſcholis, illis ſupplео conſtitutionibus, ſeu Clemētinis exiſtentibus vobis manifeſtatis, & cognitis. hoc dicit præſens decretalis. Nota primo ibi, [Doctoribus.] doctores præferendos ſcholaribus ex ordine litteræ. pro hoc 43. diſtinct. ſit rector. Not. ex verbo, [Commorantibus.] id quod notat gloſſa, & extra gl. in procemio Gregoriano. Et colligit Paulus quinque neceſſaria ſcholaribus vt proficiant, quæ ponit Hoſti. in c. vnico. de officio primi. & ibi dixi. Not. quòd ſenſualitas humana procliuis eſt ad malum. Not. cauſas quare oportet aliquem eſſe principē humani generis. Zabar.

rum Dei dilectis filijs doctoribus, & ſcholaribus vniuerſis Bononiæ commorantibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QVoniam nulla [a] iuris [b] ſanctio [c] quantumcunque perpenſo [d] digeſta [e] conſilio, ad humanæ naturę varietatem [f] & machinationes [g] eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ [h] ambiguitatis [i] attingit: eo præſertim quòd uix [k] aliquid adeo certum clarumque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus iura iam poſita mederi [l] nō poſſint, in dubium reuocetur: Quia etiam † ab adoleſcentia viri procliuis [m] ad malum ſenſualitas [n] humana declinat: per quod morum ſubuerſio in clero, & populo frequenter obre-

[Gloſſa prima primo allegat duo, propter quę nomē Ioannis non extollit, oſtendēs hoc nomē viguiſſe in Romanis Pōtificibus, in gloſſatoribus, & doctoribus canoniſtis. Secūdo rationē inducēs, operis imperfectionem excuſat. Tertio auctorē procemij de ſex virtuoſis commēdat, & de immutatione nominis & alijs in ſalutatione dicendis remittit, & procemium diuidit.]

Ioannis nomen viguit ſuper cæteros inter ſūmos Pontifices, & iuris canonici interpretes.

[a] Ioannes eps̄ ſeruus ſeruorū.] Gratioſum hoc nomē ꝑ interꝑtationes, deriuationes, vel etymologias extollere nō eſt meum: ſuſpicionis rō patet. Eſſet ēt hoc refricare notiſſima. In Apoſtolatu tñ hoc nomē ſuper cætera viguit xxij. Eſt .n. ipſe q̃ loquitur, cum tñ reliqua Romanorū Pōtificū nomina xj. nō trāſcenderint numerum, ad quem etiā ſolius Būdicti nomē aſcēdit. Inter canoniſtas ēt cōmentarios hoc nomē viguit. Habuimus .n. Ioannē Theutonicū ꝑferendū, nō ex ordine, ſed ex fructu. Ioannē Galen. Vulteranū, Ioannē Hiſpanū. Ioannē Fauentinū. Ioānem de Faucona, Ioannem de Anchona. Ioannē de Deo etiam Hiſpanū: Ioannē de Languicella Ceſenateñ. Ioānē Monachū Cardinalē. Ego etiā q̃ minor ſum inter xij. doctores collegij Bononienſis me quartū fuiſſe Ioannē, nunc inter eos ſolus, ſed inter cōmētatores decimus: & denigro forte papyrū, nō dignus occupare mēbranas. Et q̃a (prout patet hic in exordio) etiā cōpoſitores iuriū vix poſſunt tā clarū certūq; ſtatuere, q̃n dubia multa relinquāt, excuſabilis ero, ꝙ in hac prima lectione uel gloſſatione ſingula nō ꝑfecte rimātur. Nam ēt in rebus experimur, quæ naturaliter generātur, ꝙ in eis paulatim de imꝑfecto ad ꝑfectum venit. Sic, & q̃ de veritatis cognitione à principio parū attingunt, poſtea quaſi pedetentim ad quandā pleniorem veritatis menſuram perueniunt. Igitur ſub hoc excuſationis clypeo, licet varijs occupatus, ꝑ fiduciam clementiæ diuinę has Clemētinas gloſſandas aggredior. Eſt aūt ſciendū, ꝙ iſte dñs Io. Pontifex induſtrioſus, & mūdus, ſimoniam fugās, & iuſtitiam amans, ſcientia magnus, & ſtatura puſillus, conceptu magnanimus, prius Iacobus vocabatur. De hac vero mutatione nominis, & alijs, quę ſalutationem hanc reſpiciunt, dic, vt not. in ſalutatione li. 6. Diuido autē hoc proęmiū pręter datā, in quattuor partes, aut ī duas, & ſcd̄am in tres, vt ibi. In prima ponit ſalutatio vſq; ibi, Q̄m. ibi exordium, vſq; ibi, Hęc ſane. ia narratio vſq; ibi, Vniuerſitati. ibi concluſio vſq; in fi.

[Glo. ſeq. primo ponit actum diuerſum Clementis & Ioannis: ſecundo quærit de differentia triū exordiorum quam declarat.

[a] QVoniā nulla.] Exordiū. Eſt ſciendum, ꝙ Clemēs ſuo exordio ad inſtar Innocē. iiij. & Grego. x. narrabat, quomodo conſtitutiones quaſdam ante concilium, & in concilio Viennenſi. & poſt conciliumpromulgauerat: quibus præcipiebat vti in iudicijs, & in ſcholis: Ioannes autem deciſo ſub bulla illo procemio Clementis, ponit procemium ſuum cum exordio. Sed cum habeamus tria exordia Gregorij ix. Bonifacij viij. & Ioan. xxij. in quo differant, videamus. & dico, quòd Gregorius in ſuo exordio principaliter oſtendit qualiter emanauerit ius poſitiuū, & ipſius iuris effectus, vt ibi plenius dixi. Bonifacius in ſuo exordio recognoſcit, ꝙ ex debito regiminis ſibi cōmiſſi, habet intēdere ſubiectorū cōmodis; qd̄ dicit ſe ſollicite facere, noua iura cōdēdo, & antiqua declarādo, vt tollat ipſorū lites, & ſcandala. Ioānes aūt in hoc exordio volēs excuſare multiplicationē conſtitutionū, & voluminū, qd̄ præuiderat Eccleſiaſtes vlt. c. ſic dicēs, Faciēdi plures libros nullus eſt finis: dicit, ꝙ principis auctoritas neceſſaria eſt, ꝓꝓ duo. Primo, q̃a ius poſitiuū quātumcūq; maturè, certe & clare cōpoſitū nō ſufficit ad caſus emergentes: ꝓꝓ qd̄ opportuna eſt [& neceſſaria] [1] declaratio principis. Secundo, quia homo pronus ad malū, facile mores ſubuertit: ꝓꝓ quod eſt neceſſaria principis poteſtas ad inſerēdas virtutes, & vitia extirpanda. Patet ergo, ꝙ in his tribus exordijs nulla eſt inculcatio, ſuperfluitas, vel repetitio. Quomodo aūt exordientiū propoſito prædicta conueniant, per ſe patet.

† al. Quis ergo.

1 Hæc duo verba: & neceſſaria: deſunt in antiquiorib' codicibus.

[b] ¶ Iuris.] humani poſitiui, ſicut canonicū, vel ciuile, ſynodale, vel municipale. [2] Naturale vero vel diuinū morale, eſt immutabile. 5. di. in prin. & eſt perfectū: q̃a manauit ab illo, qui non nouit imperfectum opus, de bapt. maiores. ver. ſed adhuc.

2 Placet Panor. in cap. Quintauallis. de iureiur.

[c] ¶ Sanctio.] hic, & ī. ver. hæc ſane. late ſumitur: nā ponitur ſtricte pro cōſtitutione pęnali, vt no. 3. di. in ſūma.

[d] ¶ Perpenſo.] quaſi perfecte penſato, & deliberato. habetur ſimile verbum de pac. c. vlt. circa medium. lib. 6.

[e] ¶ Digeſta.] alibi dicitur decocta. 35. q. 9. Apoſtolicæ. & hæc bene conueniunt. de conſe. diſt. 5. ne tales, & c. penul. Ioan. And.

[f] ¶ Varietatem.] ſumi potuit de corpore auth. de non alie. aut permu. re. ecc. §. vt autem, in princ. coll. 2. & de inſtr. cau. poſt princ. coll. 6.

[g] ¶ Machinationes.] quaſi aſtuta ingenia, q̃d eſt enim quod homo ſemel deditus malitiæ, non adinueniat? [3] In Authen. vt hi qui ſe ob. perhi. poſt prin. coll. 6.

3 Vt aduocatus. glo. l. ab Anaſtaſio. C. manda.

[h] ¶ Nodoſæ.] de ver. ſign. cum olim. & de reliq. cap. vnico. in princ. lib. 6.

[i] ¶ Ambiguitatis.] de triplici ambiguitate, iuris, facti, & perſonæ, nota. 33. diſt. c. fi. in glo. 1.

[k] ¶ Vix.] innuit fieri poſſe. de cog. ſpi. c. 2. lib. 6.

[l] ¶ Mederi.] facit in Auth. hæc conſtitutio inno. cōſt. in princ. coll. 8.

[m] ¶ Procliuis.] 20. q. 3. procliuus. facit 22. q. 1. c. 1. & in Authen. de mo. §. ſi quis igitur. ad fi. coll. 1. Et dicitur, ꝓcliuis. quaſi præceps, prompta, facilis, vel inclinabilis.

[n] ¶ Senſualitas.] de hac, de ſacra vnc. cap. vnico. ver. in

pit, [a] † neceſſaria, eſt ſuperioris auctoritas, vt tam per determinationis [b] opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites [c] auferat, altercationes dirimat, & obſcura ſuccidat, [d] † quam per cultoris prouidi ſarculum [e] extirpet vitia, virtutes inſerat, [f] corrigat exceſſus, moresque reformet. [g]

¶ Hæc [h] ſane fœlicis recordationis Clemens, Papa [i] quintus, prædeceſſor noſter, prudenter attendens, & prouide cupiens deformatorum reformationi † proſpicere, ſoluere difficilia, ac ſanctiones quæſtionibus, & negotijs imminentibus conſonas [k] promulgare: Dudum nedum in concilio Viennenſi, quin etiam ante [l] & poſt ipſum concilium, conſtitutiones plurimas edidit, in quibus multa vtilia ſtatuit atque ſalubria, & nonnulla dubia in iudicijs, & extra frequentata, decidit. [m] Et licet eas collectas in vnum [n] volumen, & ſub congruis titulis collocatas mittere decreuiſſet, & dare [o] in commune ſubiectis: aſſidua tamen occupatio circa magna, ac ſortis [p] humanæ conditio, quæ ipſum de medio [q] ſuſtulit, in cauſa fuerunt, quare ſuum in hac parte propoſitum non impleuit. [r]

¶ Nos etiam qui ſicut eidem (licet immeriti) in Apoſtolatus officio, [s] Domino permittente, ſucceſſimus; ſic & in affectus plenitudine, in his [t] quæ compendium vniuerſi concernunt, [u] ſucceſsiſſe debemus, [x] tot grandibus agendis, & arduis fuimus à noſtræ promotionis exordio circunſepti, [y] quòd tam ex hoc, quàm ex cauſis rationabilibus alijs, quas ſub † ſilentio [z] prouidimus committendas, prædictas vobis communicare conſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate [a] captata) illas vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus: Vniuerſitati [b] veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eas prompto affectu ſuſcipiatis, & ſtudio alacri, [c] eis ſic [d] vobis manifeſtatis, & cognitis, vſuri de cætero [e] in iudi-

vertice. & per hanc ſpetimus delectabilia corpori, & fugimus nociua: nec omnino poteſt extingui, vt dicam infra. de hære. ad noſtrum. verſi. ſecundo quòd [in verbo, ſenſualitas.]

a ¶ Obrepit.] quaſi latenter ſubintrat. & idem verbum 61. diſt. nullus inuitis. & de celeb. Miſ. cum creatura. & j. de ſtatu mo. ne in agro. in princ.

b ¶ Determinationis.] facit j. de elect. ne Romani. in princ.

c ¶ Altercationes.] quo ad verbum certamina.

d ¶ Succidat.] reſpicit quod prius dixerat vſque ad verſic. quia etiam. quod ſequitur reſpicit quod dixerat in ipſo ver. quia.

e ¶ Sarculum.] Inſtrumentum quo euelluntur malæ & inutiles herbæ, quæ naſcuntur inter bonas: quod Bonon. vocant roncare. Eſaię 7. in fi. Vepres, & ſpinæ in vniuerſa terra. & omnes montes ſarculo ſarcientur. Et 1. Reg. 13. in fin. Deſcendit omnis Iſrael vt acueret vnuſquiſque vomerem ſuum, ligonem, ſecurim, & ſarculum. Differentia inter fullonem, & ſarcinatorem notatur inſti. man. in fi.

f ¶ Inſerat.] Hier. 1. ☞. de maio. & obe. ſolitæ. ver. potuiſſes.

g ¶ Reformet.] de accuſa. ſicut olim.

h ¶ Hæc ſane.] narratio ponens, & commendans actum Clementis, illius etiam propriam tarditatem excuſans.

i ¶ Papa.] id eſt, admirabilis. Et dicitur à Papæ, quod eſt interiectio admirantis, & vere admirabilis: quia vices Dei in terris gerit. Inde dixit ille Anglicus in poetria noua: Papa ſtupor mundi. & circa finem. Qui maxima rerum. Nec Deus es, † nec homo, quaſi neuter es inter vtrumque. Etymologia vero nominis eſt, id eſt, pater patrum.

k ¶ Conſonas.] 4. diſt. erit autem.

l ¶ Ante.] iſtæ ſolæ emanauerunt ante concilium. de iud. dudum de immu. eccl. quoniam. de ſent. excom. ex frequentibus. Reliquæ omnes in concilio vel poſt concilium, vt in ipſarum ſubſcriptionibus patebit.

m ¶ Decidit.] concor. prooemium Gregorij ix.

n ¶ In vnum volumen.] non tñ ſub nomine libri vnde male dicunt qui allegant ſeptimũ librum: nã ſi ſub noie libri compoſuiſſet conſtitutiones, quæ emanauerunt poſt compilationem ſexti, iuxta morem inſertæ fuiſſent. Itẽ hoc expreſſiſſet. vt fecit in prooemio ſexti.

o ¶ Dare.] nota pro eo quod in fine dicam.

p ¶ Sortis.] ſumitur hic pro fortuna vel euentu. ſic 26. quæſtio. ſecunda, ſors, alibi pro ſortilegio. de ſorti. cap. 1. alibi pro capitali. de vſur. cap. 1. & 2. alibi pro parte, vel portione. de præb. cum ſecundum. 12. diſt. cleros. in princ.

q ¶ De medio.] i. de hac vita: quæ quare dicatur medium, habes 23. q. 4. hæc autem vita.

r ¶ Non impleuit.] concor. de pign. c. 5.

s ¶ Permittente.] & forſan agente. omnia enim quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut ſuo permiſſu ita fieri finit, 26. q. 5. nec mirum. §. aruſpicinę. ver. nec ideo.

t ¶ Compendium.] quod eſt breue & vtile. de hoc, de reſcri. diſpendia, lib. 6.

u ¶ Concernunt.] quaſi ſimul cernunt, vel conſpiciunt.

x ¶ Debemus.] dẽt ergo ſucceſſor perficere factum prędeceſſoris ſui. 12. q. 5. quia Ioannes 63. diſt. c. 1. de reſcri. litteris. vbi de hoc. & 11. q. 3. ſi epiſcopus ante.

y ¶ Circunſepti.] id eſt, circundati, vel vndique cincti.

z ¶ Silentio.] ſit rector diſcretus in ſilentio. 43. diſt. ſit rector. in princ. contra illos qui dicunt tacenda. Ouidius ſine titulo:

Quis minor eſt vmquam, quàm tacuiſſe labor?

Et Cato;

Virtutem primam eſſe puta, compeſcere linguam.

Et Seneca ait:

Dixiſſe me qñque pœnituit, tacuiſſe nunquam.

a ¶ Opportunitate.] 23. q. 4. non poteſt. in fi. & de eo qui cogno. conſang. vxo. veniens. 2.

b ¶ Vniuerſitati.] concluſio huius prooemij.

c ¶ Alacri.] concordat prooemium inſtitutionum, in fine.

d ¶ Sic.] ſcilicet permiſſionem noſtram ſub bulla.

[Glo. ſeq. primo per hunc textum arguit, & remittit. Secundo excludit v. caſus non dubios, contra quintum allegans, dicens reliquos ſic examinandos, maxime in tribus ſpeciebus. Tertio narrat quædam euenientia tẽpore Clementis, & poſt mortem ipſius: ex quibus arguens pro, & contra, tribus rõnibus concludit, ꝙ eius tempore ligauerint: & tribus alijs concludit contrariũ, quod dicit æquum, definitionem Papæ reſeruans.

e ¶ De cætero.] Videtur per hanc litterã, ꝙ hę conſtitutiones non ligauerint tempore Clemẽtis. Item nec tẽpore Ioannis: niſi poſt hanc datam, & poſt duos menſes ab illa & vide quod ſcripſi ſuper data 6. lib Hunc paſſum (quem periculoſum eſt decidere) proſequendo, exclu-

† al. obrepſit.

† ſuccindat

Sarculũ q d ſit ꝑter gl. hic, vide Iſidor. lib. 10. Etym. c. 14.

† Al. reformationẽ ꝓſpicere.

† Hæc verba ſano modo ſunt accipienda: ꝓlata. n. ſunt ad oſtendẽdũ ampliſſimã eſſe Romani Pont. poteſtatẽ.

† Dictio, ſub, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

damnus primo caſu indubios. Indubitatum eſt autem, ꝙ conſtitutiones, quæ præceſſerunt concilium, de quibus dixi ſuper verbo, ante, etiam tunc ligabãt. Item indubitatum eſt, ꝙ ante mortem Clementis ligabãt ĩ. eo. tit. c. vnico. & ĩ. de elect. ne Romani. de iureiu. Romani. de re iudi. paſtoralis. Cõſtat enim, ꝙ Papa Clemens ſolẽniter illas publicauerat, & ꝙ ſtatim ligarent, mandauerat. Item indubitatum eſt, ꝙ conſtitutiones declaratoriç ligabant: & hoc ſiue princeps in illis vtatur verbo, declarationis, vt ĩ. de elec. quod circa. & c. ſe. ſiue nõ. vt ĩ. tit. 2. gratiæ. & ĩ. tit. 3. conſtitutionẽ de offi. deleg. iudices. de teſti. c. 2. & decr. quæ ſunt ſub tit. de præb. & 3. & vlteriores ſub tit. de appel. & his ſimiles. Item ſunt quædam quæ ſine pœnæ adiectione præcipiunt vetera iura ſeruari, vt ĩ. de æta. & quali. c. 1. de offi. or. c. 1. de cenſi. c. fi. & de reliqui. & vene. ſan. c. 1. & de illis nõ expedit dubitare vel quærere. Idem dico de his quæ priuilegiant. ĩ. de celeb. Miſ. dignum. de bap. c. vnico. de priuile. archiepõ. & facit ad hoc de conceſ. præb. c. 1. poſt prin. lib. 6. Hæc vera, niſi dicas aliud in priuilegio simpliciter dato, & aliud in eo quod dat cõſtitutio: quo caſu imitari debet naturam conſtitutionis. facit de offi. dele. ſi ſup gratia. lib. 6. in alijs ergo remanet dubiũ quod expedit examinari, & maxime in pœnalibus, quæ ſunt multæ, & in his, quæ decretum apponunt. de elect. c. 4. & vlt. & c. in pleriſque. vel quæ excludunt. de æta. & quali. vt hi qui. de reg. vt profeſſores. Circa hoc ſciendum eſt, ꝙ cõſtitutiones cõcilij, licet nõ oẽs fuerint in concilio publicatæ, tñ poſtea de facto fuerunt publicatæ: & ipſorum habita copia, & iam habebatur, ꝙ ligarent: & quia patuit aliquas ex illis inepte, aliquas prolixe, aliquas defectiue cõpoſitas, aliquas etiã non expedire, noluit Clemens, ꝙ cõpoſitio illa procederet: ſed (vt fertur) ſub excõicationis pœna mandauit, ꝙ illas habentes ĩ. certos dies reſtituerent cameræ, vel incenderent, vel delacerarent & eaſdẽ. demũ p peritiores fecit illas recenſeri, qui aliquas, & paucas in totũ reſeruauerunt, aliquas in totũ reſecarũt, aliquas mutauerunt quo ad verba, mente ſeruata: in aliquibus menti, & verbis detraxerũt, & addiderũt: & has licet non ſub his verbis in concilio publicatæ fuiſſent, voluit ſub nomine cõcilij reſeruari, & multas conſtitutiones vtiles addens, de quibus nõ fuerat in cõcilio tractatũ, vt de reſcriptis oẽs, quæ ſunt poſt ſcĩam. & de elect. oẽs poſt primã, cũ ſimilibus, fecit illas vnã cũ quibuſdã cõſtitutionibus, quas prius ediderat ſub debitis titulis cõpilari. Et (vt à dño Attrebaten. audiui, q tunc 5dictarũ erat auditor) Clemens præcepit illas in audiẽtia publicari, & ipſe dñs auditor dixit, ꝙ inchoauit, & finiuit in audientia publicationẽ illarũ. Memini tunc audiuiſſe, ꝙ Clemẽs mãdauerat, ꝙ conſtitutiones pter pdictas quattuor ligarẽt poſt quattuor mẽſes. Aliq dicebãt, ꝙ ordinauerat eas ligare, poſtquã eſſent p ſtudia publicatç. mortuo Clemẽte iſtarũ conſtitutionũ hri copia de cãcellaria nõ poterat, & ſic tenuerũt curiales, ꝙ vltra illas quattuor nõ ligarẽt. Creato aũt dño Ioanne, adhuc primo anno ſui Pontificatus, & vltra, viguit hoc dubiũ. Sed quia quibuſdã petentibus p ipſum auditores dari in cauſis beneficialibus cum clauſula, ſimpliciter, & de plano, &c. interdũ ſic rñdit, conſtitutionẽ habetis: cœperunt dicere auditores palatij, ꝙ ipſe videbatur velle, ꝙ conſtitutiones ligarent. Contrariũ videbatur: quia petiuerat, & receperat conſtitutiones ipſas examinandas, & corrigendas, & aliquas correxit, & mutauit, vt ĩ. tit. 1. c. vnico. Finaliter deliberauerunt auditores illam habere pro cõſtitutione, de qua Papa ſic dixerat, reliquas priori dubio relinquendo. Et his ergo concluditur pro, & contra: ꝙ ligauerint, facit prædicta aſſertio domini auditoris, qui dicit ſe de mandato Clementis publicationem in audientia finiuiſſe: 2 & ſic fuit omnis actus legis condendæ perfectus. de quo C. de legi. humanum. Item õrium ſonat in abſurdum, quod conſtitutiones, quæ atribuuntur concilio, & Clementi, & tempore finiti concilij non ligent infra quinquennium, & à tempore Clemẽtis intra biennium. ex quo ergo fuit cõſtitutio concilij vel Clementis, & verbum, ſtatuo, deſignat rem perfectam. de ver. ſign. in his. cum concor. ergo ligabant poſt tempus limitatum à iure. Itẽ non apparet nec fertur, ꝙ dñs Ioannes de his conſtitutionibus fecerit aliã publicationem in audientia, ergo innititur iam factæ. Sed hoc dicere multos illaqueat, & maxime ponderatis conſtitutionibus de vita & ho. cle. quoniam. de ſepult. c. 1. de ſtatu mon. c. 1. de reli. do. c. 1. de pri. c. 1. per quas id tenẽdo, multi clerici, & infiniti religioſi ligati dicentur. Itẽ ſonat in abſurdũ dicere, ꝙ ligarẽt cõſtitutiones, quæ occultabantur. 3 Quare benignius videretur id qđ in prin. gloſſæ dixi, quaſi his perplexitatibus põderatis, dñs Ioannes hic voluerit per hoc verbũ, de cętero, ꝙ tẽpore huius datç ſit ipſarum publicatio facta. Nec obſtat publicatio facta tempore Clementis. qui licet illas publicare fecerit, illas tñ non dedit: quod patet, quia ſupra, dr̃, ꝙ dare decreuerat, ſed ſuum propoſitum nõ impleuit: quod ſatisfacit. Hæc ſic dicta ſumantur in modum collationis, non definitionis, quam hoc caſu conditor facere poſſet, non gloſſator.

1 Hoc inducit Zaberella ad quæſtionẽ. an videlicet in inſtrumentis apponi debeat locus in quo ſũt cõfecta: eũ videto.

2 Et quod priuilegiũ corpori iuris inſertũ regulariter ſit ius, vide Felynũ, in ca. 1. extra, de reſcript. & contra hanc gloſſam vide eundẽ Felinũ in c. 2. de conſtit.

2 An credatur doctoribus, aliquid de facto allegantibus, præſertim conſuetudinẽ, pulchre Rochus de curte, in notabilibus. ca. fi. de conſuet. Font.

3 placet Panor. niſi exprimatur, ſtatim ligent. Font.

...cijs, & in ſcholis.[a] Data[b] Auinione viij. Calend. Nouembris,[c] Pontificatus[d] noſtri anno ſecundo.

TITVLVS I.

De ſumma Trinitate, & fide catholica.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

Fatetur concilium vnicum Dei filium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtentem, verum corpus humanum aſſumpſiſſe de Virgine, & in eo paſſum, & iam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit Euangeliſta Ioannes. h. d.

CAP. I.

Fidei ca-

a In ſcholis.] de his verbis dic, vt ſupra, in prooemio Greg. in vlt. glo.

b Data.] circa hanc datam vide quod notaui. in fi. 6. lib. ſuper eius data.

c Nouembris.] quare menſis iſte ſic denominetur, dicam ĩ. de reliqu. & vene. ſan. ſi dominum. ver. licet igitur.

d Pontificatus.] q incepit Nonis: id eſt, quinto die Septembris: anno domini Mcccxvj. qua die conſecratus fuit Benedictus & coronatus, licet prius fuerat electus ſeptima Auguſti. Et per hoc patet, ꝙ tardauerat mittere conſtitutiones, has fere per xiiij. menſes poſt coronationem, & hæc eſt cauſa quare ſuperius ſe excuſauit. Ioan. And.

DE SVMMA TRINITATE, & fide catholica.

[Circa rubricas huius voluminis non continuandas, repete quod not. eod. tit. l. 6. qđ etiam hic fortius locũ habet, cum hoc volumen non emanauerit ſub nomine libri, vt in prœmio dixi. Et licet hac ratione viderentur cõſtitutiones Gregorianæ cõpilationis, & Sexti allegandæ in hoc volumine ſecundũ ſuas materias, prout ſ. & infra. omnes tamen allegabo, vt ſupra, ex quo in altera illarum compilationum hæc inſeri non mandatur. Ioan. And.]

Fidei catholicæ.] Prima gloſſa ſufficere poteſt pro caſus figuratione. Not. ꝙ Eccleſia dr̃ mater noſtra, ſcilicet ratione principij inſtitutionis: nam vberibus ſuis nos nutrit. 2. q. 2. ad Romanam 2. & in ea renaſci-

naſcimur per baptiſmum, & ſacramentum. 12.q. 2. qui abſtulerit No. ꝙ confeſſio fidei debet eſſe firma. in ver. firmiter. & aperta in verbo, aperte. Ad primum, eod. tit. firmiter. Ad ſecūdum, eſt illud ad Romanos 10 Corde creditur ad iuſtitiam, ore autē confeſſio fit ad ſalutem. ad hoc 11.q. 3. noliте Zaba. Nota, quòd ſtatim tempore conceptionis Chriſti, fuit perfectus homo, & fuit anima rationalis ſibi infuſa: quia fuiſſet incongruum filium Dei aſſumpſiſſe corpus non formatum, pro hoc facit gloſſa in verbo, vnigenitum. & allegat Ariſtotelē in 1. phyſicor. vbi dicit. Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. In alijs autem à Chriſto non infunditur anima ſtatim cum fit conceptio: ſed oportet, quòd prius recipiat fœtus alimentum, & quod recipiat ſuam dilationem, & extenſionem membrorum, vt ſic diſponatur ad animam recipiendam. Et dr̄, ꝙ in fœmina expectatur per lxxx. dies à conceptione embryonis: in maſculo vero per xl. dies. vide gloſ. in verbo, vnitas. Et in Decreto 5. diſt. §. 1. in glo ſi. Not. ꝙ corpus Chriſti erat paſſibile: quare poterat pati frigus, calorem, famem, ſitim, & omnes alias pœnalitates humanas, præter ignorantiā, & peccatum. & ſi ipſe non fuiſſet mortuus in cruce, ad vltimum ſenio defeciſſet. De hoc habetur in glo. in verbo, paſſibile, præſentis Decret.

tholicæ [a] fundamento [b] præter quod (teſte Apoſtolo [c]) nemo poteſt aliud ponere, firmiter inhærentes, aperte cum ſancta matre Eccleſia confitemur, vnigenitum [d] Dei filium [e] in his omnibus, [f] in quibus Deus pater exiſtit [g] vnà cum patre æternaliter [h] ſubſiſtentem, partes noſtræ naturæ ſimul vnitas [i] (ex quibus ipſe in ſe verus Deus exiſtens, fieret [k] verus homo) humanum videlicet corpus paſſibile, [l] & ani—

[Prima gloſſa ſummat, & diuidit.]

a ¶ Fidei catholicæ.] Summa huius concilij hæc eſt: Fatetur conſilium vnicum Dei filium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtentē, verū corpus humanū aſſumpſiſſe de Virgine: & in eo paſſum: & iam mortuum lancea perforatum: approbans in hoc ordinem, quem tradidit Euangeliſta Ioannes. Secundo reprobat, & hæreticā iudicat doctrinam, quæ hēt, ꝙ ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectiuæ, vere & per ſe humani corporis non ſit forma. Tertio aſſerens confitendum vnū baptiſma, ſicut vnū Deū, & vnā fidem, approbat opinionē, quæ hēt per illud conferri ēt paruulis quoad habitū informantem gratiam, & virtutes. Partes patent. Secūda: ibi.]Porro.] Tertia, ibi, [Ad hoc.] Item hæc prima pars facit tria, primo fatetur æternam diuinitatem Criſti: Secūdo veram humanitatem ipſius: Tertio ipſius paſſionem & mortem: & figuram inducens ordinem approbat, quem de plagis Chriſti ponit Euangeliſta Ioannes.

b ¶ Fundamento.] quod eſt Chriſtus.

c ¶ Apoſtolo.] 1. ad Corinth 3. & concor. 1. q. 1. cum Paulus, de presby. non bapt. c. fin.

[Gloſſa ſequens probat per rationem Anſelmi, Dei filium vnigenitum.]

d ¶ Vnigenitum.] vt dicit Anſelmus: In ſancta Trinitate quamtumlibet paruum inconueniens eſt impoſſibile: ſed ſi pater aliū filium genuiſſet, ille per omnia ſimilis eſſet iam genito filio: & cum iam genitus filius ſit verbū, reliquus eſſet verbū: & ſic eſſent in deitate duo verba: ſed cum vno Dei verbo omnia perfectiſſime dicantur & creētur, aliud ſuperfluū, & nugatoriū fuiſſet: nā duorum ad idem ſuffraganttiū quorum vnum ſufficit, alterum ſuperfluum eſt: quod non eſt in deitate poſſibile: & Philoſophus 1. phyſic. Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Io. And.

e ¶ Filium.] de ſpirituſancto, & eius æterna proceſſione. ſupra eo. fideli. lib. 6.

f ¶ Omnibus.] per hoc cōprehendit immenſitatem, incōmutabilitatē, incomprehenſibilitatē, oīpotentiā, & ineffabilitatē. Itē eſſentiā, ſubſtantiā, ſeu naturā. de his omnibus ī. eod. firmiter in princ. Et in diuinis hæc tria vltima repetimus ad maiorē expreſſionē. ſi. n. ad diuinā

3 Ad hanc gl. vide Magiſtrum, & ibi Theologos ſcholaſticos lib. 4. ſent. diſt. 8. & B. Tho. 3. p. in multis qōnib.

eſſentiam habeatur reſpectus quaſi matematice, id eſt, abſtracte, non reducta conſideratione ad perſonas, ſic eſt eſſentia. Si conſideretur concrete habito reſpectu ad perſonas, ſic eſt ſubſtantia: quia in qualibet perſona ſubſtat, & eſt tota. ī. eod. damnamus. ver. nos autem. Si vtroque modo: quaſi in conderatione vniuerſali, ſic eſt natura: quia naturale eſt diuinę eſſentię, quòd ſit vna, & quòd in ea ſint perſonæ: ſimplex tamen eſt impertialis, & indiuiſibilis.

g ¶ Exiſtit.] damnati ſunt ergo Bonoſiani, 2 qui Chriſtum dicebant non proprium, ſed adoptiuum filium Dei. 24. q. 3. quidam. verſi. Bonoſiani. & de hoc de celeb. Miſ. in quadam.

2 De horū damnatione frequēs fit mentio ab Innocentio Papa 1. epiſt. 21. & 22.

[Gloſſa ſequens ponit errorem Arrianorum, & ipſorum motiuum, cui reſpondet.]

h ¶ Æternaliter.] Arriani; negauerunt filiū coęternū patri. 15. diſt. c. 1. 24. q. 3. quidam. ver. Arriani & arguebant ſic: omne quod natum eſt principium habet: ergo filius qui natus eſt, principiū habuit, & eſſe cœpit. vn̄ dicebat Arrianus: 3 ſi filius eſt, natus eſt; ſi natus eſt, ergo ip̄ſe fuit ꝙ non erat filius. Sed vt contra eū dicit Ambroſius lib. 1. de Trini. c. 1. idem poſſet dicere de Deo, ꝙ ſi cœpit eſſe pater, ergo primo fuit Deus, quàm pater, & fuit tempus quo non erat pater: ſed cum ex hoc ſequeretur eum mutabilē primæ generationis acceſſione mutatū, hoc dicere amentia eſt: ſemper em̄ fuit pater, ſemper & filius: nam ex vi correlatiui, poſito vno, ponitur & reliquū. Dicebat ergo Auguſt. li. de fide ad Petrum, c. 2. ſi Dei filius virtus, & ſapientia Dei eſt, nec vnquam fuit Deus ſine virtute, & ſapiētia: Dei ergo filius coęternus eſt Deo patri. Primū probat Apoſtolus 1. ad Cor. 1. & habetur 37. diſt. §. hinc etiam. Ergo dicit Gregorius & Auguſt. ꝙ ſicut ſplendor, q. gignitur ab igne, coęternus eſt illi, & eſſet coæternus, ſi ignis eēt ęternus: ſic eſt intelligendū ex Deo natū eſſe ſēpiternū, vt ſit pr̄i ſitius coęternus. & hoc proſequit̄ magiſter ſent. lib. 1. diſt. 9.

3 De Ario & eius condānatione facta in concilio Nicęno, vide latiſſime per Niceph. Caliſtū lib. 8. hiſt. eccl. c. 5. & multis ſeq.

i ¶ Simul vnitas.] dicūt theologi, 4 ꝙ in inſtanti cōceptionis p̄fectus fuit homo, & fuit aīa rōnalis infuſa: tum ꝑ infinitam virtutē agentis. ſ. ſpirituſſancti: tum quia incōgruū fuiſſet filiū Dei corpus aſſumpſiſſe niſi formatū. In alijs autem nō infunditur niſi organizato embryone, & bene habilitato ad ipſam recipiendam. de hoc, 32. q. 2. ꝙ vero. quod dicunt quidam fieri per differentiā ſexuum à xl. vel lxxx die à conceptione embryonis. de hoc 5. diſt. §. 1. de purifi. poſt partum. c. vnico.

4 Vide Magiſtrum & Theol. li. 3. ſent. diſt. 2. & B. Tho. 3. p. q. 6. ar. 3. & 4.

k ¶ Fieret verus hō.] concor. ī e. firmiter, ver. & tādē. ibi, verus homo factus eſt. & conſidera verba: nō enim fuit Chr̄s cōpoſitus ex deitate, & humanitate, nā ſimplicitas deitatis nullā recipit cōpoſitionē, vt ibi ſatis not. in prin. Et quod ibi dr̄, Chriſtum fuiſſe cōpoſitū: verū eſt reſpectu humanitatis, q̄ fuit cōpoſita ex aīa rōnali, & humana carne, vt ibi, & hic: & ī. de hære. cū Chr̄s. & vide quod not. de conſe. diſ. 2. hoc eſt quod dicimus.

[Gloſſa ſequens primo exprimit quomodo corpus Chr̄i fuit paſſibile. Secūdo, quare, tres cauſas reddēs.]

l ¶ Paſſibile.] intantū ꝙ (vt dicit Auguſtinus) omnes defectus 5 noſtros aſſumpſit filius Dei præter ignorantiā & peccatū. de hoc 3. ſen. 15. diſt. licet igitur in aſſumptione ſui ipſius caro fuerit à ſpirituſāc̄to ab omnibus reliquijs peccati mundata, 6 vnde Angelus ad Virginē, Luc. 1. Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obūbrabit tibi: quod ex te naſcetur ſanctū, vocabitur filius Dei: tū vt dicit ipſe Auguſtinus: Si in cruce mortuus non fuiſſet, ad vltimū ſenio defeciſſet, frigus ergo, calorē, famem, ſitim, & alias humanas pęnalitates pati poterat, & ſic habuit corpus paſſibile. Fuit aūt hoc congruum

5 Vide B. Thom. 3. p. q. 14 & 15. vbi plene.

6 Expone ſano modo, mundata, i. immunis, & penitus libera.

congruū, ꝙ nostros defectus assumeret pp iustitiā satisfactionis, quā pro nobis faciendā assumpserat, vt pro nobis perfecte satisfaceret ꝑ pœnalitates carnis nostræ. Itē pp fidem incarnationis: sine his.n. pœnalitatibus humana natura hominibus nota non fuisset. Item pp exēplū patientiæ nobis præbendum ad tolerandas pœnalitates carnis humanæ.

a ¶ Animam.] non ſpiritum vitalem tm̄. de celeb. Miſ. in quadam. vbi pluribus auctoritatibus probatur ꝙ hic de vera anima dicitur.

b ¶ Rationalē.] non dicit ſenſitiuam, vel vegetabilem tātum. de quibus ī. in parte proxima dicetur.

[Glo. ſequens præmittit de duplici annorum computatione, & quærit quare tunc, & ſolutionē ciu lat, deinde ſoluit.]

Vide Guidonē Carmelitam in ſumma de hæreſibus, tit. de hæreſibus Petri Ioannis, & eius ſequacium, c. 3.

c ¶ Ex tempore.] qđ tempus ſatis notum eſt. Et ab hac incarnatione computant quidam annos Domini. 23. diſt. in nomine Domini. in princ. alij à natiuitate. & de hoc in Specu. de inſtr. edi. in 1. col. Dubitari poſſet de tempore incarnationis quare tunc & non prius, vel tardius: canoniſtæ dicunt ſatis eſſe dicere cum Paulo, O altitudo diuitiarum, &c. ad Roma. xj. in fi. de pœni. diſt. 4. ſi ex bono. circa princ. verſic. cur. ergo. nam, & in poteſtate miſerentis eſt qđ, & quantum miſereri velit. fecit de pę. di. 2. ſi enim inquit. vltra medium. verſi. ſicut. & quod not. qui cle. vel vo. c. 2. Dicunt tñ theologi, ꝙ certum eſt nō fuiſſe cōueniens ante peccatū Deum incarnari, cū opus incarnationis principaliter ordinetur ad abolitionē peccati, & vt dr̄ Lucæ 5. Non ſanis, ſed infirmis opus eſt medico: nec venit vocare iuſtos, ſed peccatores. 2. q 1. multi. de pœn. diſt. 1. libenter. Itē nec fuit cōueniēs ſtatim poſt peccatū Deū incarnari: cū enim ex ſuperbia peccatū prouenisset, ſic liberādus erat homo, vt humiliatos recognoſceret ſe liberatore indigere: qđ magno conſilio Dei actum fuit, vt cognita ſui infirmitate homo clamaret ad medicū, & gratiæ poſceret auxilium. Ad finē vero ſęculi nō debuit differri, vt de imperfectione humanę naturę ꝑ incarnationē perueniretur gradatim ad perfectionē gloriæ in fine ſęculi. Itē fuit æquū poſt datā legem Moſaycā, & propheticā, quā multi ſpernebant, iuſtificari Deo genus humanū per incarnationē, & tempus gratię, qđ ſi dilatū fuiſſet ad finē ſęculi, forſan reuerētia, & notitia Dei, & morū honeſtas in terris fuiſſet abolita. fuit etiā hoc cōueniens ad manifeſtandā diuinā virtutem ſaluantē per fidē præteriti, præſentis, & futuri, vt not. Ber. ī eod. tit. ſuper rubrica.

De hac dubitatione vide oīno B. Tho. 3. par. q. 1. art. 5. & 6. vbi pleniſſime.

[Gloſſa ſequens quærit quare de Maria voluit incarnari, & non de alia, & tres rationes reddit.]

d ¶ Virginali.] quare de Maria virgine, & non de alia voluit incarnari? Dicunt ſancti, ꝙ ſicut ex ſuperbiſſima natus eſt morbus, ſic per cōtrariū ex humillima inchoari debuit medicina: vnde verſo nōie Euæ ipſi virgini dictū eſt, Aue. Lu. 1. Itē ſicut ad ſummā humilitatē Dei filius voluit incarnari, ſic ſumme humilē eligere voluit in qua, & à qua tāta deberet humilitas inchoari, vñ ipſa in cātico ſuo dicit ibidē, Reſpexit Dñs humilitatē ancillæ ſuæ. Tertio, q̄a (vt q̄dam refert hiſtoria ā) prima ipſa fuit q̄ virginitatē Deo obtulit, vñ q̄a nouū doni genus obtulit, nouo, & inaudito dono debuit honorari. In cōiugiū aūt Ioſeph cōſenſit inſtinctu ſpiritus ſancti ad celandū myſteriū, qđ dic, vt 37. q. 2. c. 2. ver. ſi. & c. inuēta:

Vide B. Aug. in lib. đ ſancta virginitate c. 4. & B. Th. 3. p. q. 28. art. 4.

mam intellectiuam, ſeu rationalem, ipſum corpus vere per ſe, & eſſentialiter informantem, aſſumpſiſſe ex tempore in virginali thalamo ad vnitatem ſuæ hypoſtaſis & perſonæ. Et quòd in hac aſſumpta natura, ipſum Dei verbum pro omnium operanda ſalute, non ſolum affigi cruci, & in ea mori voluit: ſed etiam emiſſo iam ſpiritu perforari lancea ſuſtinuit latus ſuum, vt exinde profluentibus vndis aquæ & ſanguinis, formaretur vnica & immaculata, ac virgo ſancta mater Eccleſia coniunx Chriſti. Sicut de latere primi hominis ſoporati Eua ſibi in coniugium eſt formata: vt ſic certæ figuræ primi & veteris Adæ (qui ſecundum Apoſtolum eſt forma futuri) in noſtro nouiſſimo Adam, id eſt, Chriſto veritas reſpon--

e ¶ Thalamo.] ideſt cubiculo, vel vtero.

f ¶ Hypoſtaſis.] Græci eodem modo vtuntur hoc nomine hypoſtaſis, quo nos vtimur hoc nomine perſona. de hoc nomine 1. ſen. 23. & 25 diſt. hypoſtaſis autem componitur ab hypos, quod eſt ſub, & ſtaſis, quod eſt ſtatus vel ſtans. & dicitur hypoſtaſis ſubſtantia intellectiua ſiue forma: ſcilicet primordialis materia, & dicitur quaſi ſubſtās: quia habet ſubſtare omnibus accidentibus, & omnia accidentia ad ſe recipit, à nullo tamē informatur ſecundum Hug.

Vide B. Tho. 3. par. q. 2. artic. 3. vbi plene đ hypoſtaſi.

g ¶ Natura.] ſcilicet vera humana Io. An.

h ¶ Omnium.] quo ad ſufficientiam; ſed quoad efficaciā pro prædeſtinatis tātum. de hoc, de conſecr. diſtin. 2. ſemel. 2.

Gen. c. 2.

[Glo. ſeq. de cruce tria præmittit, ponens quattuor quare Chriſtus crucis mortem elegit, ſubdens de quadruplici ſpecie lignorum ipſius.]

i ¶ Cruci.] In huius paſſionis memoriam videmus in ſingulis particularibus eccleſijs depictā crucem in altā erigi; celebramus etiā feſtū inuentionis ipſius. de cōſe. diſt. 3. crucis. Dicit Auguſtinus: Crux quę erat ſuppliciū latronū, nūc tranſit ad frōtes Imperatorū: ſi tm̄ honorē Deus contulit ſupplicio ſuo, quantū cōferet ſeruo ſuo? Inter alia fuit quadruplex cauſa, quare Criſtus crucis mortem elegit. Primo, vt in illa pendens in aere ſe inter Deū, & hominē mediatorē oſtēderet: & ſic not. 1. ad Timoth. 2. & 1. diſt. quoniam. Secūdo, vt damna, quę obuenerant per lignū primis parentibus vetitū, per lignum crucis reſtauraret. Tertio, vt diabolū qui per lignum vincebat, per lignū ſuperaret; & hæc duo Gregorius exprimit in præfatione de cruce, Qui ſalutē humani generis, &c. de qua de conſe. di. 1. inuenimus. & ī. de reli. & vener. ſan. ſi Dñm. ante mediū Quarto, vt euidēter oſtenderet, pro quibus reſtaurandis patiebatur, ſcilicet pro ſuperis angelorū ruinis replendis: pro iuſtis de limbo educendis: pro amicis colligendis, & adiuuandis pro inimicis reconciliandis. Primū deſignatur per brachium ſuperius. Secundum per inferius. Tertium per dextrum. Quartum per ſiniſtrum. Fertur etiam crux quattuor genera lignorum habuiſſe, ſcilicet, cedrum in ſtipite: palmam in palo per longum: cupreſſum in ligno ex tranſuerſo: oliuam in tabula ſuper crucem loco quarti brachij. & datur verſus.

Ligna crucis, palma, cedrus, cupreſſus, oliua.

Et quomodo proprietates lignorum bene conueniant, inſtant theologi, quod omitto.

Plures cauſas cur Chr̄s mortem crucis pati debuerit, refert B. Thom. 3. p. q. 46. ar. 4.

k ¶ Mori.] de conſecr. diſt. 1 timorem.

l ¶ Profluentibus.] ſeparatim. de hoc de conſecrat. diſtin. 2. cap. 1.

m ¶ Aquæ.] & fuit vera aqua. de quo ſatis de cele. Mi. in quadam. & fuit aqua regenerationis, & ſanguis redemptionis, vt ibi.

n ¶ Et immaculata.] ad Epheſios 5. ante finem.

o ¶ Sicut.] ponit figuram, quam etiam inducebat Hoſtienſis de celeb. Miſ. in quadam. verb. per hoc.

p ¶ Soporati.] ergo dormitio Adæ, & mors Chriſti cōueniunt in figura, ſicut conueniunt in figura vigilans & viuens: ſi de latere ergo viuētis debuiſſe formari cōiunx, econtra de latere vigilantis fuiſſet Eua formata.

q ¶ Formata.] Geneſis 2.

r ¶ Apoſtolum.] Ad Roma. 5. poſt medium.

[Gloſſa

deret. Hæc eſt, inquam, veritas illius prægrandis aquilę uallata teſtimonio, quam propheta vidit Ezechiel a animalibus cæteris Euangelicis tranſuolantem, beati Ioannis uidelicet Apoſtoli & Euangeliſtæ, qui ſacramenti huius rem geſtam narrās & ordinem in Euangelio ſuo, dixit: b Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuū, non fregerunt eius crura, ſed unus militum, lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua: & qui uidit, teſtimonium perhibuit, & uerum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis.

c Nos igitur ad tam præclarum teſtimonium ac ſanctorum c patrum & doctorum d communē ſententiam Apoſtolicæ conſiderationis (ad quam dū taxat e hæc declarare pertinet) aciem conuertentes, ſacro approbante cōcilio: Declaramus, prædictum Apoſtolum & Euangeliſtam Ioannem rectum in præmiſſis factæ rei ordinem tenuiſſe: narrando, quòd Chriſto iam mortuo unus militum lancea latus eius aperuit. f

¶ *Reprobat & hæreticam iudicat doctrinam, quæ habet, quod ſubſtantia anima rationalis ſeu intellectiua, vere & per ſe humani corporis non ſit forma. Io. And.*

¶ Porro g † doctrinā om-

[Glo.ſeq exponit ſecundum Greg. figuras quattuor Euangeliſtarum.

a ¶ Ezechiel.] 1.c & 17.in prin.Io.Gregorius in 4.ho. ſuper Ezechielem de viſione quattuor animalium habentium facies diuerſas, ſcilicet hominis, leonis, bouis, & aquilæ, dicit, ꝙ iure per hominē figuratur † Matthæus: quia cœpit ab humana generatione. Marcus p leonem: quia cœpit à clamore in deſerto. Lucas per vitulum: quia cœpit à ſacrificio. Ioan. vero digne per aquilam: quia cępit à diuinitate Chriſti. Sicut enim aquila cunctis auibus altius volat, & irreuerberatis oculis ſolis radios intuetur; ſic iſte altius cæteris aſcendit, qui dicēs, In principio erat verbum, & verbū erat apud Deū & Deus erat verbū: dum in ipſam diuinitatis ſubſtantiam intendit, quaſi more aquilæ oculos fixit in ſolem.

b ¶ Dixit.] 19.diſt.c. 1.ad finem. Et ad litterā hic ponitur textus Euangelij, quem gloſſare nō eſt meū.

c ¶ Sanctorum patrum.) ſcilicet Aug. ſuper Ioan. ſermone 120 & 15.de ciuit.Dei c.26.ipſe & Amb.ſuper epiſtola ad Rom.& Theophyl.ſuper Ioan.

d ¶ Doctorum.] vt Thomæ 3.p.q.62.ar.5. Io.Scoti ſuper 4.ſent. Fertur etiam ꝙ tempore concilij congregati fuerunt ad hoc theologi doctores per Clementem, qui hoc tenuerunt.

e ¶ Duntaxat.] de bap.maiores.in prin. cum ſuis concor. Non obſtat 79.diſt.c.2. vt ibi no.

Gl.ſeq.ponit litteram antiquā, & deciſionis cauſam, & illam exponit. Secundo quærit, quæſtionem fortificat, & illam tripliciter ſoluit.

f ¶ Aperuit.] ſequebatur in conſtitutione concilij etiā correcta, & in audientia publicata, vt dixi in procemio, ꝙ textus Matthæi, qui dicebatur in quibuſdam libris antiquis ſub alio ordine hoc narrare per anticipationē intelligi & exponi debebat. Et hoc remouit Ioannes forte ex eo ꝙ ille textus in Matthæo cōiter non habetur. Et anticipatio dicitur ab ante & capio, cum ſcilicet antecapitur vel ponitur poſtponendum. ī.de reſcr. cauſam. Sed quæritur quid valet ad fidem hoc diſputaſſe, quod hic dicitur de hoc ordine? Sine dubio coniunx Chriſti Eccleſia, quæ regenerat à Deo genitos, ita formari poterat per plagam & vndas fluentes Chriſto viuente, ſicut Chriſto mortuo: nec in hoc diſputatio hæc reſpicit fidem. Sed opinio hic damnata detrahit miraculo: euidentius enim fuit miraculum hoc de corpore mortuo, quàm de uiuo manaſſe. Itē detrahit figuræ hic poſitæ, vt ſup. dixi. Item detrahit fidei Io. Euangeliſtæ, qui vltimus Euangelium ſuum ſcribens notabiliter expreſſit hunc ordinem, & his reſpectibus concilium hunc ordinem approbat.

¶ Porro.] Secunda pars, quæ duo facit: Primo quandam opinionem reprobat: Secundo illam pertinaciter tenentes hæreticos iudicat.

g ¶ Porro.] Caſus. Hæc eſt ſecūda pars, in qua tangitur, ꝙ dicebant aliqui animā intellectiuam ſeu rationalem ſeu ſubſtantiā animæ rationalis non eſſe formam vere, & per ſe humani corporis. Et opinionē iſtorū ſic dicentium dicit Clemens erroneā, & cōtra veritatē: & dicit eos eſſe hæreticos, ſi talem opinionē pertinaciter ſuſtinere uoluerint. [Porro,] pro ſed, ſed nos reprobamus omnem doctrinā, ideſt, reprobamus omnes qui dant talē doctrinā aſſerentem, ideſt, affirmantē: temere, ideſt, fatue. aut etiam non ſolum reprobamus doctrinam vel poſitionem aſſerētem, ſed ēt vertentē in dubium, ideſt, reprobamus illos qui dubitāt, ꝙ ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiuæ non ſit forma vere ac per ſe humani corporis: talem opinionē reprobamus, vt erroneā ac veritati inimicā, & fidei catholicæ: Diffinientes, ideſt, determinantes, ſcilicet nos Clemens, vt ueritas fidei ſynceræ. i. integræ nota. i. manifeſta & cognita ſit cūctis, ideſt, omnibus hominibus. ac etiam ne ſubintrent aditus vniuerſis erroribus: ꝙ ſi quis deinceps. i. amodo præſumpſerit aſſerere, ideſt, affirmare, defendere, ſeu tenere pertinaciter, ꝙ anima rationalis ſeu intellectiua nō ſit forma humani corporis per ſe, & eſſentialiter, talis ſit cenſendus. i. iudicandus tāquam, ideſt, ſicut hæreticus. No. ꝙ iſta dictio, præcludatur, ī. poſita, eſt cōpoſita de præ, & cludo, cludis. Vnde antiqui dicebant cludo cludis, ſed moderni dicunt claudo, claudis. Et pōt componi ſecundum antiquitatem concludo concludis, excludo excludis, & præcludo præcludis. Et quod dicitur in tex. præcludatur aditus, ideſt claudatur introitus ſeu via, ne de cætero homines dicant illam falſam opinionem. Et no ſuper dictione, porro: ꝙ porro eſt aduerbiū ordinis, ideſt conſequenter. Porro etiam dicitur certe, uel valde, vel longe, vel ſed, vel vtique. No. in verbo, pertinaciter: ꝙ pertinax, cis, penultima correpta, ſed producta in genitiuo omnis generis, ideſt valde vel impudenter & ſine verecundia tenens, durus, perſeuerans in ſua opinione, impudens, conſtans, irreuocabilis, indocilis, obſtinatus. Nam pertinax nullo modo vult doceri, ſed ſemper putat habere ſaniorem intellectum: ideo dicitur indocilis. Inde pertinacitas, tis. i. aſſiduitas, perſeuerantia, impudentia: idem & pertinacia, ciæ. & ſecundū Papiam perſeuerātia eſt in uirtute, pertinacia in malo. No verbum temere, quod eſt in principio: temere aduerbium eſt, ideſt, præſumptuoſe, ſtulte, ſine cauſa, ſine conſilio. Item uerbum, deinceps, exponas, ideſt ab hodie in antea. & eſt aduerbium temporis, vel ordinis, & deſinit in ps, & vt dicit Huguitio, componitur à de, & incepto. No. quod ueritas debet eſſe ſyncera, ideſt, non inuoluta. de ſent. exc. à nobis. 2. Et quid ſit ueritas, no. Arch. eo. ti. c. unico. li. 6. & de conſecr. diſt. 2. corpus. Nota in verbo, pertinaciter, quod ſola pertinacia eſt quæ facit hominem hæreticum. de quo in glo. Fran. Zab.

¶ Poſi-

† De materiis huius gloſſæ plene Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi, par. 4. cōſideratione 35.

Ezech. c. 1.

Io. c. 19.

† Vide cōc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 8. in decreto incip. Apoſtolici regiminis.

Digitized

nem ſeu poſitionem [a] temere aſſerentem, aut vertentem in dubiū, [b] quòd ſubſtantia animę rationalis, ſeu intellectiuæ, [c] uere ac per ſe humani corporis non ſit forma: uelut erroneam, ac veritati Ca-

a ¶ Poſitionem.] vtuntur theologi & artiſtæ hoc uerbo, quo etiam nos vtimur. de confeſ. c. 1. vbi de hoc ſatis lib. 6. fatetur autem quis & credit id, quod ponit. de iureiur. c. ult. eo. lib.

b ¶ In dubium.] de hæreticis, dubius.

[Gl. ſeq. primo excludit animarum dubium, declarās quare de iſta dubitatur. Secundo probat opinionem hic approbatam tribus rationibus, ex primēs duo propter quæ contraria opinio eſt hæretica. Tertio reſpondet ad quattuor rationes opinionis contrariæ.]

c ¶ Intellectiuæ.] de ſenſitiua enim & vegetatiua non fuit opinio: ſenſitiua enim qua ſentimus per ſenſus corporeos, certū eſt ꝙ corrumpitur corpore corrupto: & ſic nō pōt dubitari quin ſit corporis forma. Idē de vegetatiua, qua vegetamur, nutrimur, & augmentū ſumimus. In prima cōicamus brutis, in ſecunda etiā plātis. Sed de intellectiua [1] vel rōnali fuit ꝯtria opinio, quæ ꝓcipue fundabatur ſuper rōne ꝓdicta. Cum. n. vniri, nō dico accidentaliter, ſed ꝑ ſe & eſſentialiter ſit inſeparabiliter vniri: ergo forma nō pōt eſſe ſine materia ꝓpria. ſed anima intellectiua cū ſit incorruptibilis remanet corrupto corpore, corpori nō vnita: ergo nō vnitur corpori, vt forma per ſe, & eſſentialiter. Sed anteꝗ̄ huic inductioni rñdeam, eſt ſciendū, ꝙ opinio hic approbata, ꝓ qua facit de celeb. Miſ. in quadā. ſic probatur ſm Philoſophū viij. Metaph. Differentia ſumitur à forma rei, ſed differentia cōſtitutiua hominis eſt rationale, quod de homine dicitur rōne animæ intellectiuæ: ergo ipſa eſt hominis forma. Itē demōſtratur ex ratione ſpeciei humanæ: natura enim rei oſtenditur ex ipſius operatione: propria vero operatio hominis, inquantū homo, eſt intelligere: oportet ergo ꝙ ſortiatur ſpeciem ſm illud quod ipſius operis eſt principium: ſortitur aūt ſpeciem vnumquodque per propriā formā, ex quo relinquitur, ꝙ principiū intellectiuū, vel anima intellectiua ſit propria hominis forma. Sed aduertendū, ꝙ quanto forma eſt nobilior, tāto plus dñatur materiæ corporali, & minus ei immergitur, & plus eā excedit ſui uirtute: vnde anima vegetabilis, plus ꝗ̄ forma metalli: ſenſibilis, plus ꝗ̄ vegetabilis: intellectualis ergo in nobilitate vltima, intantū excedit in homine materiā corporalē, ꝙ habet aliquā operationē & virtutem, in qua corporalis materia non cōicat: ꝗ̄ virtus dr̄ intellectiua. Demonſtrat ēt id Ariſto 2. de anima: quia id quo primū aliqd operatur eſt forma illius, cui operatio attribuitur: ſicut quo primo ſanatur corpus, eſt ſanitas: quo primo ſcit anima, eſt ſcientia: ſanitas ergo eſt forma corporis, & ſcientia forma eſt animæ ad corporis vnionē. Secundo inducebat id quod dicit Philo. 3. de anima. anima ergo eſt forma corporis, & ſciētia eſt forma animæ. Certū eſt aūt, ꝙ primū quo viuit corpus, eſt anima: & cū vita manifeſtetur ſm diuerſas operationes in diuerſis gradibus uiuentiū, id quo primo operamur vnūquodque illorū operum vitæ, eſt anima. Anima. n. eſt quo primo nutrimur, ſentimus, & mouemur ſm locum: ergo ſimiliter id quo primo intelligimus: ſiue dicatur intellectus, ſiue anima intellectiua, eſt forma corporis. Et hoc negans, oportet ꝙ inueniat quō iſta actio ei cōueniat: experitur. n. quiſquis ſeipſum eſſe qui intelligit. Attribuitur aūt actio alicui tripliciter, vt patet 5. Phyſic. aut ſecundum ſe totum, ſicut medicus ſanat: aut ſecūdum partem, ſicut homo uidet per oculum: aut per accidēs, ſicut dicimus ꝙ album ædificat: quia accidit ædificatori eſſe album. Cum ergo dicimus Andream intelligere; certum eſt hoc ſibi non attribui per accidens: cū hoc inquantū eſt homo de ipſo eſſentialiter prædicetur: ergo aut oportet dicere ꝙ intelligat ſm ſe totū, quod ēt poſuit Plato dicēs hominē eſſe animam intellectiuam: aut dicere oportet ꝙ intellectus ſit pars ipſius animæ. primū ſtare nō poteſt: quia idē ipſe homo eſt qui percipit ſe intelligere & ſentire: ſentire vero non pōt ſine corpore: vnde oportet animā ſenſitiuam eſſe aliquā hominis partē: relinquitur ergo ꝙ intellectus quo Andr. intelligit, ſit pars ipſius Andreæ, ita ꝙ intellectus aliquo modo ipſi corpori uniatur. Et licet aliqui dixerint hanc vnionem eſſe per ſpeciē intelligibilē: quę duplex habet ſubiectū, intellectū poſſibilē, & phantaſmata; alij ꝙ intellectus ut motor unitur corpori: ꝙ vanum eſſe patet multis rationibus, & iſtæ duæ ſufficiāt. Intellectus nō mouet corpus niſi per appetitū: cuius motio præſuppouit operationē intellectus: Non ergo ideo intelligit A. quia mouetur ab intellectu, ſed potius econtrario, quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur concluditur ergo ꝙ vnitur vt eſſentialis forma. Itē ſi aīa intellectiua ſe haberet ut motor, certum eſt ꝙ nauis pōt eſſe ſine nauta, qui ſe habet ad eā ut motor: ergo ēt poſſet eſſe ꝙ Chriſtus corpus humanū ſine anima ſumpſiſſet: quod eſt contra fidē ī. eo. c & ī. eo. firmiter. Cū ergo principaliter incarnatio ordinetur ad ſalutem animæ, inutilis fuiſſet incarnatio, ſi anima non eſſet eſſentialis corporis forma, Et per hoc uides rationem quare opinio hic damnata iudicatur hæretica: quia eſt contra fidē incarnationis. Eſt ēt contra fidē reſurrectionis: habet n. fides ꝙ reſurgemus cū corporibus, quæ nunc geſtamus, vt patet eo. ti. c. firmiter. in ſi. 1 partis. ſed ſi aīa non eſſet eſſentialis forma corporis: ad quid reſurgerēt corpora, non videmus. Tenentes opinionem hic reprobatam, primo inducebant quod in principio dixi. Ad qđ rñdetur ꝙ ſecundum ſe conuenit animæ corpori vniri, ſecundū ſe conuenit corpori leui ſurſum eſſe, & ſicut leue manet cū à loco proprio fuerit ſeparatum cū aptitudine & inclinatione ad propriū locum, ita anima humana manet in ſuo proprio eſſe cū fuerit à corpore ſeparata habēs aptitudinē & inclinationē naturalem ad corporis vnionē. Secundo inducebant qđ dicit Phil. 3 de anima, ꝙ intellectus eſt ſeparatus, & ꝙ nullius corporis eſt actus: ergo nō vnit corpori ut forma. Sed dic ꝙ Philoſophus intelligit ſeparatū: quia intellectus non eſt uirtus alicuius organi corporalis, ſicut virtus uiſiua oculi: conſtat etenim ꝙ intelligere nō eſt actus, qui poſſet exerceri per aliquod organum corporale ſicut viſio, ſed eſt in materia inquantū ipſa anima cuius eſt hæc virtus eſt hominis forma & terminus generationis humanæ. Et ꝙ ſit in materia probatur 2. Phyſ. quia homo generat hominē: dicitur ergo anima intellectiua ſeparata ſecundum virtutē intellectiuam, quæ non eſt alicuius organi corporalis. Et ſic ēt rñdetur ad id quod tertio dicebant, ꝙ ſi intellectus vniretur corpori vt forma, cū omne corpus habeat determinatā materiam, ſequeretur ꝙ intellectus haberet determinatam materiā, & ſic nō eſſet cognitiuus omnium, quod eſt ꝯ rationē intellectus. Sed dico ꝙ hoc procederet ſi virtus intellectiua eſſet actus organi corporalis: fateor enim ꝙ actus illos, viſus cum oculo, tactus cum manu, & ſimiles bene oportet limitari ex materia: ſed cū anima intellectiua his organis non utatur, limitationi nō ſubiacet. Dicebant quarto, ꝙ cum anima ſit quid ſubſiſtēs, & habeat eſſe ſm ſe, ergo alterius forma eſſe non poteſt: quia forma dat aliquid eſſe, & ſic eſſe formæ non eſt ipſius formæ ſecundum ſe: anima ergo intellectiua habens eſſe ſuum, & ſuum ſubſiſtens, non vnitur corpori vt forma. Ad quod rñdetur, ꝙ anima intellectiua illud eſſe in quo ſubſiſtit, cōicat corporali materiæ, ex qua materia & anima intellectiua ſit vnū: ita ꝙ illud eſſe quod eſt totius compoſiti, eſt etiam ipſius animæ, quod non eſt in alijs formis, quæ non ſunt ſubſiſtētes. Et propter hoc anima humana remanet in ſuo eſſe deſtructo corpore: non autem aliæ formæ. Curioſus qui

hoc

1 De materia huius gloſſæ vide pleniſſime B. Thomā citatum ēt in ſi. gloſſæ par. 1. q. 76. ar. 1. & ibidem Caiet.

Actio alicui tripliciter attribuitur.

Reſponſio ad quattuor rationes opinionis cōtrariæ.

hoc plenius diſquirere vellet videat in ſumma S. Tho. parte 1. q. 76. in prin. Io. And.

a ¶ Catholicæ.] fidei. quod ſequitur: & poſtpoſitum fuit, vt euitaretur hiatus, quod proprie in Rhetorica dicitur, cum vocalis eadem ſequitur vocalem.

Pertinax qui dicitur.

b ¶ Pertinaciter.] pertinacia in malo, perſeuerantia in virtute: vnde pertinax valde, vel imprudenter tenens, durus, irreuocabilis, indocilis, obſtinatus. & eſt idem verbum. ȷ. de vſur. ex grani. §. pen.

c ¶ Ad hoc.] tertia pars, primo ponens de eſſe baptiſmi. Secũdo, de ipſius effectu, Io. And.

† §. Ad hoc.] Caſus. Hæc eſt tertia pars, quæ primo ponit de eſſe baptiſmi: Secũdo, ponit de effectu ipſi⁹. Et primo dicit, q̃ omnes debent fideliter confiteri vnicum baptiſma, quod regenerat omnes baptizatos in Chriſto Ieſu, & tale baptiſma celebratur in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſãcti. Et credimus eſſe perfectum remedium ad ſalutem habendam, tam paruulis, quàm adultis. Et ſic extra caſum, & pro caſu notemus, q̃ baptiſma nos non generat, ſed bene regenerat: quia quando generamur, habemus iã labem peccati originalis, quæ labes proceſſit à noſtro primo parente, ſed vt iſta labes nobis remittatur, habemus remedium ad noſtram ſalutem, ſ. baptiſma, per quod videmur eſſe renati; quia baptiſma nos regenerat in hoc, q̃ per ipſum labes originalis peccati nobis remittitur. Et dr̃ peccatum originale; quia illud peccatum nos concomitatur à noſtra origine, ſeu natiuitate: ita q̃ ita cito, q̃ habemus originem, & ſumus geniti, ſumus in peccato, quod dr̃ originale. Sed procedamus in caſu, ſed quia de effectu baptiſmatis doctores habuerũt varias opiniones: Nam quidam dicebant, q̃ per baptiſma culpa remittitur paruulis, ſed pp̃ hoc eis non confertur gratia, n. ſi quando decedunt, id eſt, quando moriuntur: vel non confertur eis paruulis gratia, niſi qñ perueniunt ad ætatem adultã, quæ ætas eſt infra xxx. annos: & opinio illorum reprobatur. Alij dixerunt econtra, quia per baptiſma culpa remittitur paruulis, & gratia infunditur eis, & eťiã virtutes. Et iſtam opinionem approbat: quia pariter omnibus baptizatis, ſ. tam paruulis, q̃ adultis confertur gratia, & remittitur culpa: ſed gratia infunditur in paruulis, quo ad habitum, quamuis non quo ad vſum pro illo tempore, quo ſunt paruuli. Vide textum aliqualiter ordinatum. [Ad hoc.] ideſt, inſuper confitendum eſt ab omnibus fideliter baptiſma vnicum regenerans omnes baptizatos in Chriſto, ſicut nos confitemur, q̃ eſt vnus Deus. [Ac.] id eſt, etiam vnica fides, q̃. ſ. baptiſma celebratum eſt in aqua: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; quia baptizãs debet accipere aquam, & proijcere ſuper caput illius, qui vult baptizari, dicendo formaliter hæc verba; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Et nos Clemens credimus hoc baptiſma eſſe perfectum remedium ad ſalutem habẽ

tholicæ[a] inimicam fidei, prædicto ſacro approbante concilio reprobamus. Diffiniẽtes, vt cũctis nota ſit fidei ſynceræ veritas, ac præcludatur vniuerſis erroribus aditus, ne ſubintrent, quod quiſquis deinceps aſſerere, defendere, ſeu tenere pertinaciter[b] præſumpſerit, quod anima rationalis, ſeu intellectiua, nõ ſit forma corporis humani per ſe, & eſſentialiter, tamquam hæreticus ſit cenſendus.

¶ *Aſſerens confitendum vnum baptiſma, ſicut vnum Deum, & vnam fidem, approbat opinionem, quæ habet, per illud conferri etiam paruulis (quo ad habitum) informantem gratiam, & virtutes. Ioan. And.*

¶ Ad hoc[c] † baptiſma vnicum[d] baptizatos omnes in Chriſto regenerans eſt, (ſicut vnus[e] Deus,[f] ac fides vnica[g]) ab omnibus fideliter confitendum.[h] Quod celebratum in aqua,[i] in nomine[k] Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, credimus eſſe tam adultis, quàm paruulis communiter perfectum[l] remedium[m] ad ſalutem. ¶ Verum, quia quantum ad effectum baptiſmi in paruulis, reperiuntur doctores quidam Theologi[n] opiniones[o] contrarias habuiſſe: Quibuſdam ex ipſis dicentibus, per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non confer-

† al. Ad hæc

dam tam paruulis, q̃ adultis, i. communiter omnibus. [Verũ.] pro ſed: ſed doctores quidã Theologi reperiuntur habuiſſe ꝯrias opiniones quantũ ad effectũ baptiſmi, ſ. tradĩtum paruulis: [Quibuſdam,] i. aliquibus ex ipſis, ſ. doctoribus, dicentibus culpam remitti ipſis paruulis per virtutem baptiſmi. Sed ipſi doctores dicebant eis paruulis gratiam non conferri. [Alijs.] ſ. doctoribus aſſerentibus, & dicentibus contra, ſ. q̃ etiam culpa, quæ præceſſit non ab ipſis, ſed à peccato primi parentis remittitur, & virtutes, & gratia informans infundũtur, ſ. in eis paruulis, quo ad habitum: [Etſi,] id eſt, quamuis non infundantur pro illo tẽpore, quo ad vſum. [Ideo nos.] Clemens attendentes, i. reſpiciẽtes generalem efficaciam mortis Chriſti, q̃ efficacia mortis applicatur pariter, tam paruulis, q̃ adultis per baptiſma baptizatis, duximus ſecundam opinionẽ eligendã, tamq̃ probabiliorem, & cõſonam dictis ſanctorum, & doctorũ modernorum Theologię, quę, ſ. ſecunda opinio dicit gratiã informantem conferri tã adultis, q̃ paruulis in baptiſmo, & etiam virtutes infundi.

d ¶ Vnicum.] quare ſic dicatur, habetur de conſe. diſt. 4. aliud. Io. And.

e ¶ Vnus.] ad Epheſi. 4. hi de hac triplici vnitate, & ȷ. de exceſ. prælа frequens. ad fi. & ȷ. de ſen. excom. c. 1. & vt dicit Ambr. lib. de trini. & exponit magiſter 1. ſen. 24. diſ. circa prin. cum vnum dicimus Deum, vnitas excludit numerum deorum, nec quantitatem in Deo ponit; quia nec numerus, nec quantitas in Deo eſt.

f ¶ Deus.] in hoc verbo ponit cauſam efficientem baptiſmi.

g ¶ Vnica.] licet ſpecie differat, quod dic, vt no. Ber. ĩ. co. ti. ſuper rub.

h ¶ Confitendum.] vnde in ſymbolo dicitur: Confiteor vnum baptiſma.

i ¶ In aqua.] cauſa materialis.

k ¶ In nomine.] cauſa formalis.

l ¶ Perfectum.] ſine pœnitentia exteriori. de conſe. diſ. 4. ſine pœnitentia.

m ¶ Remedium.] cauſa finalis. Io. And.

n ¶ Theologi.] & canoniſtę. de hoc, de conſe. diſt 4. nihil. & c. paruuli.

[Glo. ſeq. dicto vnde oritur dubium, ponit de infuſione virtutum in baptiſmo duas opiniones, quas reprobat, & tertiam hic approbatam probat per figuram, rõnem oſtendens non obſtare vllum ex quinque impedire valentibus. Vltimo reſpondet duabus rationibus opinionis contrariæ, & remittit.]

h ¶ Paratus.] k Si tamen vellet dimittere ſecundum beneficium, poſſet per collationem ordinarij conſequi primum olim ſibi debitum: non enim intendit, quòd ſit inhabilis ad illud, ſed quòd ex vi gratiæ, non eſt ſibi plus debitum: nec per executores gratiæ conferendum. Et ſic not. caſum, quòd ex facto ſuperuenienti paratur exceptio contra gratiam, quæ tenuit à principie. Alios caſus colligas ex not. de præben. quia ſæpe. lib. 6. in vlt. glo. Io. And.

In hac gl. latiſſime examinat Barba. poſt Cardinalē pluralitatē beneficiorum. Font.

Litteras.] Iſtud c. inducit nouum ius, & eſt inductũ cõ illos, qui nimis cito volunt habere fructum de gratijs ſuis. Pone ſic caſum: Quidam cupidus beneficiorum (& per conſequens credo ꝙ cupidus ſuæ dãnationis) iuit ad Papã, & eũ requiſiuit, ꝙ ſibi prouideret de beneficio aliquo, à quo poſſet lenius & blandius in futurũ ſuſtentari: Papa videns ſuã ſupplicationẽ eſſe gratioſam, dedit ei gratiam, quæ erat datæ menſis Ianuarij: in qua continebatur ꝙ prouideretur ſibi de beneficio proxime vacaturo: Iſte reuerſus ad prouinciam ſuã non expectans niſi mortẽ alicuius, & cogitãs quis antiquior curatus vel canonicus eſſet in eccleſia, & ipſe videns quia omnes erant iuuenes, & nõ naturaliter in proximo morituri, valde contriſtatus eſt: Sed quid accidit, certę vna dierum accidit, ꝙ quidam miles redeundo de bello, & exiſtens in grabato tẽdens & anhelans ad mortem, vt aliqualem recompenſationem de forefactis ſuis Deo perageret, quandã capellã cõſtruxit, & ædificauit: ſic ædificatam & dotare voluit, & centũ marchas auri cuidam, qui per tẽpora perpetua Deum, Mariã, & ſanctos peroraret pro redemptione animæ ſuæ contulit: His peractis, vt donatio ſua eſſet valida, & vt beneficiũ crearet in ſua capella de nouo ædificata, miſit ad epm̃, vt de licẽtia eius beneficium crearet, qui quidem eps omnia quæ voluit decretauit, & beneficiũ creauit calendis Nouembris: iſte qui impetrauerat gratiam ſuam iucundus illam accepit, & venit ad militem, & eum requiſiuit, vt ipſum virtute gratiæ ſuæ præſentaret epiſcopo, & quòd epiſcopus beneficium ſibi cõferret: Epiſcopus videns iſtam gratiam, & datam ſuæ gratiæ eſſe de calendis Ianuarij, & vidẽs creationem beneficij eſſe de data calendarum Nouembris, reſpondit ſibi epiſcopus, Amice, ego non teneor tibi conferre beneficium iſtud nouiter creatum virtute tuæ gratiæ: quia tua gratia habet vires ſuas in beneficijs creatis ante datam ſuæ gratiæ, ſeu litterarum tuarum: modo iſta capella eſt creata poſt datam litterarum tuarum: Iſte impetrans non contentus de epiſcopo iuit ad Papam, & narrauit ſibi caſum, vt ſupra. Cui reſpondit Papa, Amice nos ſtatuimus litteras noſtras directas ſuper beneficio vacaturo tibi conferendo non extendi ad beneficium creatum poſt datam ipſarum litterarum. hoc dicit. Nota, quod per iſtam Clementinam Papa ſtatuit nouum ius: & probo per hoc quod dicit, [Statuimus.] Nota, ꝙ Papa dat litteras ad beneficium vacaturum: ſic & legatus de latere reſeruat vacaturum per modum, de quo in penul. cap. de offic. leg. lib. 6. Nota initium ſpectandum. de electio. dudum. Item attendendum tempus datæ. eod. tit. eam te. de quo j. plene. Zabar.

¶ Gratia ſuper vacaturo non comprehendit beneficium poſt datam in ſubſtantia creatum. hoc dicit. Ioan. de Imola.

CAP. V.

Litteras l noſtras ſuper conferendo tibi beneficio vacaturo m directas, ad beneficium poſt datã n ipſarum creatũ o

. Vide concilium Triden. ſuperiori proxi. c. citatum, vbi prohibentur gratiæ expectatiuæ, & mã data de prouidendo.

Itẽ de lite orta poſt datã reſcripti. c. ſi. ſ. e. de iure oto poſt lit. conteſtat. l. non põt videri. ff. de iu. ſimiliter arbitraria non extendũtur ad futura. l. de his. de arbit. nec pactum l. tres fratres. de pac. nec trãſactio l cũ Aquiliana, C. de tranſac. nec ſtipulatio. l. ita ſtipulatus. §. Chryſogon⁹. nec teſtm̃. l. ſi ita. de au. & arg. leg. nec iuramentũ. c. clericus. de iureiur. nec renunciatio. de quo pũcto lege oro Barb. Fõt.

[Prima glo. dicit qualis ſit diſpoſitio huius cap.]

l ¶ Litteras.] Breuis & fortis eſt, ius nouum inducẽs; quod forſan plus ab extrinſeca, quàm intrinſeca cauſa iuſtificatur, vt infra dicam.

[Gloſſa ſequens cum ſequenti ampliat litteram in tribus caſibus.]

¶ Noſtras.] idem in litteris reſeruationis legatorũ, cum eadem & fortior ſit ratio.

¶ Tibi.] idem puto vbi Papa dediſſet poteſtatem cõferendi primum vacaturum, non expreſſa perſona cui conferri deberet. Idem ſi contuliſſet fructus beneficiorum primi anni, quæ vacare contingeret in diœceſi, vel prouincia, cum in his ſit eadem ratio.

[Glo. ſeq. exponit litteram, & ſoluit dubium.]

m ¶ Vacaturo.] in vacante non procedebat dubitatio: nec diſtinguo, an debeatur ſimpliciter vacaturum, an debeatur cum beneficio acceptandi, cũ eadem ſit ratio.

[Glo. ſeq. ſoluit litteram, & dat ſimile.]

n ¶ Poſt datam.] etiam ſi pauloposſt: & facit quod no. Hoſti. ſ. eo. c. ſi. Inſpicimus ergo an extaret beneficium tempore datæ: ſicut inſpicimus ætatem impetrantis illo tempore. ſ. eo. ſi eo tempore. lib. 6. & concor ſ. eod. eam te. de præb. dilectus. 2. vbi de hoc.

[Gloſſa ſequens primo ponit tria exempla. Secũdo quærit de renouato: pro allegationibus remittit, & ſoluit. Tertio quærit quid in dubio. allegat contra impetrantem. Secundo pro, & illud approbat, & contrarijs reſpondet.]

o ¶ Creatum.] Pone, conſtruitur noua eccleſia, de eccl. ædi. ad audientiam. creatur noua dignitas, de conſue. cum olim. conſtruitur noua præbenda, de præben. dilecto. & c. vacante. Sed quid dices de beneficio olim creato, ſed tẽpore datę ſuppreſſo, nũc autem renouato? pro & contra, quæ not. ſ. eo. quamuis, lib. 6. Vr̃, ꝙ bene extẽdatur ad illud. arg. eius quod not. d. cõſt. cũ acceſſiſſent. in ſi & facit quod ſcrip. poſt Hoſtiẽſem, de cenſi. ſignificauit, ſuper ſi. penul. gloſſæ. & hoc præcipue, quia hoc ius nouũ eſt, vt j. dicetur. & de creato tantum loquitur,

Cõcludit ergo hæc glo. ꝙ ſi dubitatur, vtrum beneficium ſit creatum ante vel poſt datam litterarũ, onus probãdi incumbit nõ impetrãti, ſed aduerſario. quia

non de

negat ipſū nō creatū: ſiue agat ſiue contra impetrantē ſe defendat. Idem Pau & Gene. plenius. Idem Stepha. p̄ſens enim ſtatus beneficij, quod deprehēditur ex tare,& à nemine poſſeſſum releuat eum ab onere probandi,& incumbit aduerſario C. ſi ſer. exte. ven. l. mo. actor. Pet.

nō de renouato. Sed quid ſi dubitatur an data præcedat creationem beneficij, vel ecōtra: puta quia eadē die factum eſt vtrumque, nec apparet quod prius ſit. ī. eo. ti. c pen. lib 6. Cōtra impetrantem facit: quia ipſe petit beneficium: probet ergo illud ſibi debitū: ad quod videt neceſſarium, ꝙ illud prius fuerit creatū: ſi ergo hoc non probat, nō fiat executio. facit de ſent. excom. venerabilibus. ad fin. & quod ibi no. in gl. pen. li. 6. & in dubiis iudicamus pro reo. ð proba. in præſentia. & c. ex litteris. ð teſt. cum tu ſecundum vnam lecturā. ſuccumbet ergo in dubio iſte petens. Pro impetrante facit: quia in tali dubio fauetur ei, qui potiorem habet gratiam, vel habet eam à maiore, vt in prædicta decre. pen & de præb ſi à ſede. lib. 6. Item in dubio interpretamur vt res valeat. de ver. ſig. abbate. Itē ſi ponimus impetrantē eſſe reū, planū eſt, ꝙ ſuccumbit actor: idem videtur ſi ponimus eum actorem. Nam aduerſarius excipit, & quo ad onus probandi reus in excipiendo fit actor ff. de exce. l. 1. ſi ergo exceptionē non probat, ſcilicet quòd poſt datam creatum fuerit, ſuccumbet. Nec dicas, ꝙ hæc ſit negatiua, quia etiam ſi per verba negatiua proponeretur, vt nego tūc extitiſſe, vel dico, ꝙ tunc nō extabat, habet reſolutam affirmatiuam, & quæ probari poteſt. de renun. ſuper hoc. Item multū facit pro ipſo: quia hæc decr. ponens ius nouum, parat exceptionē cōtra impetrantem. Obtinebit ergo vt olim impetrās, niſi de illa fiat fides. & hoc verum puto. Non obſtant prius allegata: quia hic de iure actoris conſtat de facta fide, de gratia, & de vacatione.

ſtatuimus [a] non extendi.

TITVLVS III.

De electione & electi poteſtate.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Religioſus eligi non poteſt ad prælaturam non epiſcopalem alterius religionis vel habitus: ſi contra fiat, eſt irritum. hoc dicit. Ioan And.*

CAP. I.

Cvm † rationi [b] nō congruat,

[Gl. ſeq. obijcit, & obiectionē fortificat per ſex abſurditates: ſoluit inducens rationem extrinſecam, & vnū ſimile: demum rationē impugnat. In ſi reaſſumit quintam abſurditatem, dicens in canonicis expectātibus capitulum locum non habere.]

a ¶ Statuimus.] non dicit, declaramus. ponit ergo ius nouum quod videtur iniquum: quia certum eſt beneficium nouiter creatum nōdum ordinatum vacare: quare ergo non debetur expectanti vacaturum alteri non debitum: maxime cum fauorabilior ſit expectatio vacationis per creationem, quàm per mortem. facit de conceſ. præb. accedens. Nec videtur ponderandum tempus datæ: quia ſi tūc extaret beneficium qđ debito modo, & nō in fraudē expectantis ſuppreſſum eſſet, vel extinctum, nō deberetur expectanti. de conſtitutionibus, cū acceſſiſſent. Item ſequeretur ex hoc, ꝙ ſi impetraui litteras ad beneficiū cū cura, illud qđ tempore datæ ſimplex erat, ſed nunc curatū, nō deberetur & idem ecōtra in ſimplici. Item, ꝙ ſi impetrarem ad collationem alicuius, & beneficiū tempore datę non ſpectabat ad ipſius collationem, licet tempore vacationis ſpectet, ꝙ non deberetur: & hæc falſa, cum inſpiciamus in his tempus vacationis, & collationis, vt ꝓbatur ĩ. de præb. ſi de beneficio. & eo ti. ei cui lib. 6. Plus, quia per hoc videtur, ꝙ canonico expectanti præbendam non deberetur p̄benda ex ſuperexcreſcētibus, cū illud ſit p̄bendā de nouo creare. de cōſtitutionibus cū M. de p̄b. dilecto. Itē, ꝙ nō deberetur prębenda vel portio in eccleſijs non habētibus numerum, eadem ratione: contra id, quod not. de conceſ præb. c. fi. lib 6. Quare dico, ꝙ hoc nouū inducit hęc conſtitutio: ꝙ ſicut reſcripta ad lites nō extendūtur ad lites poſt exortas, vt ī. eod. c. fina. ſic nec reſcripta beneficialia, ad beneficia poſt creata, cum illa etiā ſint odioſa. de præb. quamuis. lib 6. & ſic duo requiruntur coniunctim, ꝙ beneficium in rerum natura fuerit tempore datæ, & ꝙ vacet tēpore collationis, ad quod facit ff. de contrahen. emp. l. Rutilia Polla. & l. in lege, & cōcordantias ad idem collige per not. ī. eod c. fin. in 4. gloſ. Et fuit forte motiuum, quia forſan creatores beneficiorum retraherentur ab illis creandis, quando viderent illa ſtatim impetrantibus deberi. Sicut ergo voluit æquitas beneficium permutatione vacās expectanti non deberi. de re. permu. c. vnico. lib. 6. quia forſan aliàs vacaturum non fuiſſet, ita noluit deberi beneficium nouiter creatū, licet vacet: quod aliàs forte creatum non fuiſſet. Et tamē dico [c] ꝙ hęc decr. generaliter loquens locū habet nō ſolum in prima ordinatione beneficij, ſed etiam in vlteriori, vt ſi Calend. Ianuarij data fuit gratia, Calend Februarii creatur beneficium quod confertur Titio, per cuius mortem nūc vacat, & tamen tunc deficit illa ratio. Sed ſi ponis quē expectantē ex canonia, non ex reſeruatione vacaturi tātum, cum canonico non debeatur ſimpliciter vacaturum, ſed cum ſe facultas obtulerit, nō puto decretalem hanc locū habere: ſed debebitur illi præbēda per augmentum creata. de præb. relatum. de conceſ. præb. cum ſuper. & in prædicta decretali. cum M. de conſtitu.

[c] De materia huius c. vide notata per Ant de But. in c. abbate. extra de ver. ſig. adde textū cū ibi not. in cap. ſicut tuis. i prin. extra de ſi. Idē Pau. ſup verbo. extēdi. vbi ſupple etiā in ſecunda, vel vlteriori collatione. idem & plenius Gē. nam ſecundum eū cū x. dicat gñaliter nō extendi, & c. debet intelligi in quacūque vacatione: quo ad hoc ergo vt impetrari nō debeat, cenſeri debet ꝑpetuo nouiter creatum, quod poſt datam creatū fuit. alleg. quod not. de priui. c. vlt. Pe.

Cvm rationi.] Iſta conſtitutio prohibet religioſis vnius profeſſionis, ne eligantur prælati in profeſſione alterius religionis. Et figura ſic caſum: Cum in ciuitate aliqua, puta ciuitate Pariſienſi, ſint religioſi diuerſæ profeſſionis, ſcilicet monachi nigri, & monachi albi, q nuncupantur vulgariter monachi ſancti Ambroſij. Accidit, ꝙ abbas monachorum nigrorū ſenio fractus ſublatus eſt de medio: conuētus tēdens ad electionem noui abbatis, camerarium ſancti Ambroſij (qui erat alterius profeſſionis, quia monachus albus) elegit in ſuum abbatem, & prælatum: quæritur an bene fecerit? Reſpondet Papa in hac Clementina, & dicit: Prohibemus ne religioſus aliquis eligatur in abbatem alterius religionis vel habitus, quàm ſuæ Et reddit rationem: cum rationi non congruat, vt homines diſparis profeſſionis vel habitus ſocientur ſimul, id eſt, eiſdem monaſterijs: qđ ſi ſecus, id eſt, aliter fuerit factū quàm iſta Clementina intelligat, eo ipſo irritum ſit, & inane. Et ſumus in verſiculo, [Per hoc autē.] Pater ſanctiſſime, audiui qualiter prohibuiſtis nę religioſi vnius profeſſionis eligantur in abbatem alterius: Sed quæro à vobis, quid ſi aliquod capitulum ſęculare vellet eligere vnum monachum nigrum vel album in ſuum epiſcopum: quæritur an poſſit eligi I epiſcopū cuiuslibet eccleſię regularis vel ſęcularis? Et videtur, ꝙ nō: cum idem monachus non ſit eiuſdem profeſſionis cum capitulo: Ad hoc reſpondet Papa in hæc verba: Per hoc autem non intendimus prohibere quin religioſus licite poſſit eligi in ep̄m cuiuslibet eccleſiæ. hoc dicit. Not. ꝙ eſt idem in mulieribus religioſis: cum dicat Homines: quod nomē comprehendit vtrumque ſexum, cum declinetur hic, & hęc homo, cōis generis. Not rationem de omnibus eſſe reddēdā: de quo hic tractat Zenzelinus: ſed plene dixi de reſcr. ſi qñ. Not. ꝙ ſufficit inducere rationē etiā non inducto aliquo textu, vel gl. vel alia auctoritate alicuius doctoris: qđ not hic Zenzel. & probat principiū hic in verbo, rationis. pro hoc de præb ratio. nam etiam lex nō eſt aliud quàm id quod ratione conſiſtit. 1. diſt. conſuetudo Zabarel.

[Prima glo. ſummat, & diuidit, & dicit quid corrigit, & ſoluit quæſtionem.]

b ¶ Cum rationi.] Religioſus eligi non poteſt ad ꝓlaturam non epiſcopalem alterius religionis, vel habitus:

Si contra fiat, eſt irritum. Et primo prohibitionis cauſam ponit: ſecundo prohibet: tertio decernit: quarto proteſtatur. partes patent. Prima pars corrigit communem opinionem iure fulcitā, & conſuetudine 1 approbatam, quę habebat, ꝙ profeſſus vnius religionis in prælatum alterius poſſet aſſumi. Et licet quidā diſtinguerent religionem maiorem à minori, ego putabam ꝙ ſatis eſſet eligendum eſſe profeſſum tria ſubſtantialia regulæ, vt maiori, vel minori religioni præfici poſſet. quod etiā placebat Archidiac. 16. q. 1. qui vere. eodem tit. nullus. lib. 6 per quam decretalem aperte hoc probatur ibi dū dicit, vel alterius. Probabam etiam hac ratione: quia ſi præfici poteſt religioſus eccleſiæ ſæculari propter curam, vt probatur 16. q. 1. doctos. & c. ſeq. de ſtat. mon. ꝙ Dei. Fortius ergo regulari. licet minoris religionis, vt dicere ſoleo in decr. cum ad monaſterium. eo. tit. hic autem expediuntur ibi not. & 16 q. 7. in nona.

1 Vide ad hanc gloſſā q̃ notat hic Io. de Imo.

vt homines a diſparis profeſſionis vel habitus, ſimul in eiſdem monaſterijs b ſocientur: c Prohibemus, ne religioſus aliquis in abbatem, vel prælatum d alterius religionis e vel habitus f de cętero g eligatur. h Quod ſi ſecus actum extiterit, ſit eoipſo irritum, & inane. i † Per hoc autem, quin religioſus k in epiſcopum ſæcularis, l vel

[Glo. ſeq. ſoluit dubium reſpondens huic decretali. Secundo quærit: arguit pro, contrarium ſoluit, & ad ſimile remittit.]

a ¶ Homines.] hic & hæc homo comprehendit etiā fœminam: vnde etiam in monaſterio monialium quo ad ſuas prælaturas habet hoc locum; nec impedit verbum, religioſus, quod ſequitur: quia fœmininum ſub illo maſculino comprehenditur. de hoc eod. tit. generali, lib. 6. in glo. 2. Sed dubitari poſſet an locum haberet in monaſterio monialium, 2 quæ per mares reguntur. 18 q. 2. qui religioſis. & in c. decima. Videtur, ꝙ non quia inter illos non eſt ſocietas, de qua ſequitur, nec eſſe debet, vt in cap. in decima. Satis puto idem per verba generalia, quæ ſequuntur, & ſimilis quæſtio not. eo. tit. indemnitatibus. §. ſane. in fi. magnæ glo.

2 Vide cōc. Trid ſeſ. 25. tit. de Regularibus & Monialib⁹, c. 7.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

b ¶ Monaſterijs.] eccleſias ergo ſæculares nō cōprehēdit, vt ĩ. dicetur. Quid de eccleſia ſancti Ambroſij Mediolañ. vbi eſt duplex collegium, ſcilicet monachorum & regularium canonicorum? Dic, ꝙ cum quodlibet collegium ſit ibi diuiſum: quia monachi per abbatem reguntur, & canonici per præpoſitum, locus erit huic conſtitutioni in illis prælatis aſſumendis. Ioan. And.

[Glo. ſeq. alleg. duas concor. ponit prouiſionem, & reſponſionem antiquam.]

c ¶ Socientur.] habebatur hoc 16. q. 7. in nona. & facit eo. tit. cum cauſam. ſed ſecundum ſtatum antiquū prouidebamus ad hoc: quia ſe conformabat prælatus habitui illorum, quibus præfectus erat ſ. de vi. & hone. cler. Deus qui. vbi de hoc. Ad cap. in nona. reſpondebamus illud in vera diſparitate, qualis eſt ſæcularis clerici vel lai. i ad profeſſos. & circa hoc vide quod ſcripſi de teſta. Ioannes. in 3 appoſitione. & quod not. eod. tit. officij. in glo. penult.

[Glo. ſeq. ponit nomina, ſoluit dubium, & remittit.]

d ¶ Prælatum.] puta Priorem, Magiſtrum, Miniſtrum, Cuſtodem, Præpoſitum, Archipresbyterum, vel quodcunque ſit nomen. Et not. ꝙ licet ratio ſuperior ſit generalis etiam quo ad ſocios, tamen non prohibet eligi in ſocium, & fratrem: quod intellige cum diſtinctione, an ſit minoris religionis, paris, vel maioris, vt not. de præben. cum ſingula §. penul. lib. 6.

e ¶ Religionis.] ſ. dixit, profeſſionis. ex quo ergo diuerſa eſt religio, puta Ciſtercieñ. & Cartuſieñ. licet forſan idem profiteatur, vtraque cadit ſub prohibitione.

[Gl. ſeq. tractat de regularibus canonicis, licet diuerſi coloris.

f ¶ Vel habitus.] non dicit coloris, per quod videtur, ꝙ omnes regulares canonici, qui profitentur regulā Auguſtini, licet varient in colore, quia aliqui habent colorē nigrum, alij album, alij griſeum, alij miſcium, inuicem eligi poſſunt, quod videtur maxime: quia dicitur ipſorum habitum eſſe lineam togam, quam ſub cappa deportant. facit etiam ĩ. de ſta. mo. ne in agro. poſt prin. facit etiam quod not. 16. quęſtio. 7. in nona. Item in quibuſdam religionibus eſt videre, ꝙ eſt etiam duplex color: vnde videmus, quòd Ciſtercienſes, & griſeo, & albo colore, prout placet, vtuntur: vbi vero color eſſet de habitu & ipſius ſubſtantia, diuerſitas coloris induceret diuerſitatem habituum. & facit infra de reg. cos qui. Io. Andr.

g ¶ De cætero.] electiones ergo prius factas non vitiat, etiam ſi ſuper illis conſtitutionis tempore lis penderet. facit quod not. & dixi de poſtu. c. vnico. lib 6.

[Gloſſa ſequens primo ſoluit duo dubia, ſecundo quærit, arguit pro, & ſoluit.]

h ¶ Eligatur.] non prohibet poſtulari ex cauſa: ſed puto, ꝙ a Papa. & ſimi. no. de elect. c. indemnitatibus. poſt prin. lib. 6. Sed nunquid per viam prouiſionis talis præfici poterit? Quod videtur, cum iſta ſunt diuerſa. de præben. cum in illis. lib. 6. & hæc conſtitutio ius vetus corrigit: in caſu ergo non expreſſo ſtetur iuri antiquo. C. de app. præcipimus. in fi. de teſta. ſancimus. & licet hoc poſſet defendi: contrarium tamen eſſe videtur 3 de mente conſtituentis per rationem hic expreſſam, quæ communis eſt, & hoc ſaltem in eo qui prouidet ex iure ad ipſum deuoluto, propter delictum vel negligentiam electoris, facit ĩ. de ſup. neg. prælat. cap. 1. & quod ibi dicam.

i ¶ Inane.] confirmatio ergo ſecuta nihil operatur, contra quod not. ſ. eod. quàm ſit. lib. 6. in fi. vlt glo.

† Barb. pulcherrime examinat virtutem decreti. & tenet ꝯ Card. illud afficere ignorantes et ante publicationem conſtitutionis. ſolus princeps tamen ignorantes ligare poteſt. Compo. in c. capitulā ſanctæ crucis. de reſc. & dixit Io. de Imo. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. ꝙ principe cōfirmāte ſtatuta inferiorum per appoſitionem decreti non poſſunt inferiores illa declarare. Font.

k ¶ Religioſus.] etiam nouitius, ſ. eo. tit. nullus. lib. 6. & vide quod ibi not. in vlt. glo. etiam ſi ſit mendicans: ſaluo quod habes eod. tit. quorundam. lib. 6. ĩ. de regula. vt profeſſores.

[Glo. ſeq ponit opinionem quam reprobat de ſęcularibus colligatis: arguit pro, & contra, & declarationem expoſcit.]

l ¶ Sæcularis.] dicunt quidam, ꝙ ex quo religioſus permittitur eligi in epiſcopū eccleſiæ ſæcularis, 4 in prælatum alterius ſæcularis eccleſiæ non poterit eligi: ſed hoc non credo, per prædictum verbum, ſcilicet, in eiſdē monaſterijs; & cum id nō ſit expreſſe mutatum, in ſuo ſtatu perſiſtant antiqua iura, quę id permittunt 51. diſt. priſcis. 58 diſt. c. 1. 16. q. 1. doctos. cum multis ca. ſeq. de ſtat. mon. ꝙ Dei. Incidenter ergo dictum eſt hic de ſęculari, cum principaliter ſæculari intenderet proteſtari, vt ſequitur: & ſatis placet hoc in ſæcularibus eccleſiis non collegiatis. Sed de collegiatis maius eſt dubium: ſed, ꝙ & in illis poſſit, facit quod not. Ber. ſ. de ſta. mo. c. 2. in 3. glo. & c. ꝙ Dei timorem. & not. Ioan. 68. diſt. c. 2. 74. diſtin. c. quorundam. 16. q. 7. in nona. In contrarium facit quod not Hoſtien. in prædicta decret. ꝙ Dei. vbi tenet monachum non poſſe habere præpoſituram vel decanatum eccleſiæ ſæcularis, niſi ex diſpenſatione hoc fiat ob neceſſitatem curæ animarum. Item hic ſola diſparitas habitus impedit: fortius impedire debet diſparitas habitus, & profeſſionis, vt in caſu iſto ſcilicet cum religioſus præficitur collegio ſæcularium clericorum, & hoc maxime in ſimul viuētibus, in quibus plus arctat principium decreta. & qui quandoque funguntur priuilegijs religioſorum. de vi. & hon. cler. quoniā. & not. 16. q. 1. decimas. Egeret hoc declaratione: ſed vt prædixi, verbum, in eiſdem monaſterijs, multum facit, quòd poſſit hodie ſicut olim: niſi dicas, ꝙ verbum, monaſterijs, ponatur pro eccleſijs. ſic 16. q. 7. nemini. Poſſet etiam dici, quòd clerici ſæculares non habent certum habitum;

3 Idē Pau. quia rō huius ca. adaptatē ad omnē modum quo eccleſijs pro vī; & ratio legis extēdit verba ad cauſam vbi eadem rō reperitur: facit quod dixi ſ. eo. tit. ſi poſtquā. li. 1. Pet. de Barb. tractantem de extenſione pœnali. Fō.

4 Quō tunc viuet, vide gl. c. de monachis. 16. q. 1. & pleniſſime B. Tho. & Caieta. 2. 2. q. 185. art. 8.

habitum, cum non ſit expreſſum in iure de colore, vel forma, per quæ vel quorum alterum oportet habitum diſcerni, vt prædixi & licet fatear certas formas, & colores eis eſſe prohibitos, ſ. de vi. & ho. cler. qm. ſ. eod. tit. clerici. non ex hoc ſequitur certum habitum eſſe præfixum: large tñ dicimus habitum clericalem conuenientem, & non prohibitum clericis, ſicut & laicalem conuenientẽ laicis. de ſen. excõ. ſi iudex. lib. 6.

a ¶ Cuiuſlibet.] quaſi diceret ẽt ſi ſit alterius religionis vel habitus. Io. And.

cuiuſlibet a regularis eccleſiæ licitæ poſſit eligi, non intendimus prohibere.

¶ Idem.

¶ *Cœtus Cardinalium ſede vacante iuriſdictionem Papalem non exercet, niſi inquantũ permittit concilium Lugdun. nec illud, vel eius partem alterare poteſt. Ioan. And.*

CAP. II.

NE ro-

Diuiſio.

NE Romani.] Diuiditur in ſex partes: Quia primo ponit de poteſtate Cardinalium ſede vacante: ſecundo de officio Camerarij, vel pęnitentiarij: ibi, [Eo tamen:] Tertio determinat quid comprehendatur appellatione diœceſis, & quid ſi Papa moritur extra curiã: ibi, [Sane.] Quarto determinat quid ſi contingat oẽs Cardinales exire conclaue: ibi, [Porro.] Quinto de exceptione cenſuræ non opponendæ ſ Cardinales eligentes Rom. Pontificem: ibi, [Cæterum.] Sexto arctat venire debentes exiſtentes extra curiã vt veniant, licet intellexerint ſedem vacare: ibi, [Verum.] Io. de Imola.

Additio domini Heliæ præmittens caſum.

¶ Iſtud cap. determinat ſeu ſupplet concilium Lugdu. in c. vbi periculum. lib 6 eo. tit. In illo c. iſta dicuntur: Si Papa moriatur, Cardinales præſentes debent expectare abſentes per decem dies, vt ipſi congregati in vnum tractent de electione noui Romani Pontificis: qui quidẽ Cardinales intrabunt quoddam conclaue, i. quendã locũ ſecretum, quod conclaue erit planũ, & nulla erũt in illo conclaui intermedia, ſeu nulli erunt paries in medio: & iſti Cardinales ſemel incluſi in conclaui, non poterunt exire, & nullus cum eis poterit loqui. Et per vnam feneſtram bene arctã, & ſtrictam miniſtrabitur Cardinalibus potus, & cibus: Et ſi intra tres dies non eligant Papam, ipſi nõ habebunt per quinque dies niſi vnum, ferculum, i. non comedent niſi de vno epulo: Et ſi in illis quinque diebus adhuc non eligant, ipſi non habebunt niſi panem, vinum, & aquã, & non recipient ſuas diſtributiones de camera: immo ſi aliquas recipient, ibi tenebuntur illas reſtituere. Et debent eſſe ita intenti ad electionem dicti dñi Papæ, ꝙ non debent ſe interponere de aliquo alio negotio quouſque electionẽ ſuam fecerint. Item ſi quis Cardinal. a non intrauerit conclaue, vel ſi intrauerit tñ exijt: alij exiſtentes nihilominus procedant in dicta electione, & illum exeuntem non admittent, i. illum amplius non recipient, niſi exitit propter infirmitatem: quia poſt infirmitatem recipietur, ſi intret pendente negotio electionis. Item expectati per decem dies, ſi ipſi veniant, ipſi admittentur. Item illud cap. vbi periculum. dicit, quòd aliquotiens Papa moritur alibi quàm Romæ, quid erit ſi moriatur alibi? Ibi dicit ꝙ ſi Papa obierit extra ciuitatem Romanã, ꝙ Cardinales debent illum eligere in ciuitate illius territorij, in quo obijt. Et dicit ꝙ rectores illius ciuitatis ita cito quàm ſcient mortẽ Papæ, ꝙ ipſi debent compellere Cardinales, vt ipſi eligant Papam, & ſi ipſi non faciant (dicit Papa) ipſi rectores erunt infames, & priuabuntur officijs ſuis. Et dicit concilium, ꝙ feudis, ſi feuda habeant. Item dicit ꝙ Cardinales debent eligere Papam libere, & ſine conuentione, vel pactione aliqua, Et ſi aliquod iuramentum ipſi Cardinales alicui præſtitiſſent de aliquo eligendo, dicit Papa, ꝙ tale iuramentũ non valet. Item dicit ꝙ tota eccleſia debet orare ſuper prouiſione electionis noui Pontificis. ¶ His ſuppoſitis, accedo ad Clementinam, quæ aliquotiens aliquid ſupplet ad dictum capitulum: aliquotiens confirmat, & determinat ea quæ deciduntur in dicto c. vbi periculum. iã determinato.

Caſus litteralis domini Heliæ.

¶ Figura ſic caſum: Pater ſancte Deus vos conſeruet à mala peſte, quia vidi ſi aliquo caſu eſſetis ſublatus de medio, i. ſi eſſetis mortuus, quomodo vos docetis me qualiter deberem eligere, ſi ius haberem eligendi Romanũ Pontificem? Sed quęro à vobis, an nullæ ſint aliæ ſolemnitates ad eligendum Romanum Pontificem præter iſtas poſitas in dicto capitulo, vbi periculum. & ſi ego obſeruarem dictum capitulum, vt iacet ad pedẽ litteræ, an mea electio eſſet valida? Et reſpondet Papa, ꝙ ſic: dummodo adiungam ea, quæ ſunt in iſto capitulo, ſeu iſta Clementina: in cuius principio dicitur, ꝙ olim erant diuerſæ opiniones an cap. vbi periculũ poſſet modificari, corrigi, vel immutari, vel aliquid ei detrahi vel addi ꝑ cętum Cardinalium: Summus Pontifex conſiderans, ꝙ lex ſuperioris non debet tolli per legẽ inferioris, reprobat opinionẽ ſatagentem, i. dicentẽ & procurantem, ꝙ conſtitutio edita in concilio Lugdu. in c. vbi periculũ. (Eccleſia vacante) poteſt corrigi, immutari, aut quicquam, i. aliquid põt ab ea detrahi. Et dicit, ꝙ non vult, ꝙ Cardinales ſede vacante aliam iuriſdõnem habeant, præter iuriſdõnem eis conceſſam in d. Concilio, & in d. c. vbi periculum. Hoc tñ plus habent: quia ſi contingat, ꝙ Camerarius moriatur pendente tpe, quo Papa eſt mortuus: vel maior, vel aliqui ex pęnitentiarijs. Papa Clemens vult, ꝙ cœtus, & congregatio Cardinaliũ tales perſonas eligant: quia Papa nõ intendit, ꝙ ꝑ obitum ſuum talia officia vacent. Et maxime, i. præcipue vult, vt pœnitentiarij eligantur, cum ſint ipſi populo perquàm neceſſarij: quia ipſe Clemens vult, ſi pęnitentiarij moriãtur, non obſtante ꝙ ſint impediti in electione Rom. Ponteficis, tñ vult, ꝙ eligantur noui, & ꝙ in locũ pęnitentiariorum mortuorũ Cardinales ſubrogent nouos.

Caſus §. Eo tamen.

¶ Item quia concilium dicit in c. vbi periculum, ꝙ ſi contingat Papam mori extra ciuitatem Romanam, ꝙ Papa eſt eligendus in ciuitate illius territorij, in quo mortuus eſt: Sed ſupplico, declaretis mihi quid vos intelligatis per territorium, & dicatis quid continet? Reſpondet Papa, ꝙ nomine territorij tota diœceſis intelligitur, & intelligatis, ꝙ ſi audientia cauſarum & litterarũ Apoſtolicarum ſit in vno loco, & ꝙ contingat Papã mori in alio loco, ꝙ Papa non eſt eligẽdus in loco in quo moritur, ſed in quo remanſit curia ſua. Et niſi forſan Papa antequam moreretur determinaſſet audientiam cauſarũ alibi profecturam, quo caſu conſtitutio concilij Lugdu. obſeruaretur.

Caſus §. Sane.

¶ Sed pone, Accidit ꝙ Cardinales exiſtentes in conclaui nõ fecerũt electionem, immo omnes ſimul exierunt conclaue, vel ſucceſſiue exierunt, quęritur quid iuris, an propter hoc electio non ſit facienda? Reſpõdet Papa, ꝙ rectores ciuitatis ad quos executio prædictę conſtitutionis, vbi periculum, pertinet, conſtringent ipſos Cardinales ad iterum intrandum conclaue: aliàs ſi non faciant incurrũt pęnas contentas in dicta conſtitutione, vbi periculum. Sed quæreret aliquis: quando Cardinales reintrabunt conclaue deputatũ, incipient ne ipſi de nouo procedere in electione, ac ſi nunq̃ intraſſent? Rñdet Papa, ꝙ non: ſed incipiẽt in ſtatu in quo erant qñ exierũt conclaue.

Caſus §. Porro.

¶ Item quæro, pone ꝙ ſunt multi Cardinales excõicati, erunt ne ipſi repellendi ab electione, cũ ſint incapaces? Rñdet Papa, ꝙ tales non poterunt repelli aliqua exceptione, vt vitentur ſeu euitẽtur diſſenſiones, vel diuiſiones, ſeu ſchiſmata: qa ſi poſſent repelli exceptiones excõicationis, ipſi Cardinales fortaſſe negarent ſe excõicatos, & eſſet longũ expectare probationes aliorum, & nimis prolongaretur, vel differretur electio, qđ eſſe non debet.

Caſus §. Cęterum.

¶ Sed quæro, durante tpe electionis ſunt aliqui in prouincijs, qui fuerunt electi in aliqui-

Caſus §. Verum.

mani [a] electioni Pontificis indeterminata [b] opinionum diuerſitas aliquod poſsit obſtaculum, vel dilationem [c] afferre: Nos inter cætera [d] præcipue attendentes, quòd lex ſuperioris per inferiorem [e] tolli [f] non poteſt: [g] opinionem aſtruere (ſicut accepimus) ſatagentem, quòd conſtitutio fœlicis recordationis Gregorij Papę decimi prędeceſſoris noſtri, circa electionem pręfatam edita in concilio Lugdunenſi, [h] per cœtum [i] Cardinalium [k] Romanæ Eccleſię (ipſa vacante) modificari [l] poſſit, † corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, ſiue addi, vel diſpenſari [m] quomodolibet circa ipſam, ſeu aliquam eius partem, [n] aut eidem etiam renunciari per eum, tamquam veritati non conſonam [o] de fratrum noſtrorum conſilio reprobamus: [p] [1] irritum nihilominus & inane de-

bus dignitatibus: quid facient ipſi, quomodo ipſis prouidebitur de confirmatione ſuæ electionis, an teneantur venire ad ciuitatem Romanam, ac ſi Papa non eſſet mortuus? Reſpondet, ꝙ tenentur venire vel mittere, ac ſi curia Romana non vacaret. hoc dicit totū iſtud c. cuius ordo facilis eſt. No ꝙ opiniones doctorum variæ præbent obſtaculum, & dilationem expeditioni alicuius negotij: Nam in tali varietate alteram ſequi, non eſt temerarium, vt notatur in d. c. ne innitaris. ſ. de conſtit. Et ſecundum Pau. ſine reprehenſione poteſt vnus adhærere vni, & alter alteri: quia opinionibus eſt deferendum. ſup. de reſtit. ſpolia. Et per hoc dicēdum eſt, quòd ſi iudex in iudicando ſequitur vnam opinionem de pluribus, non facit litem ſuam: quod dic, vt not. Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. Vide hic plenius per Pet. de Anch. Not. quòd opinio non conſonans veritati, eſt reijcienda. Zabarella.

[Prima gloſſa donens caſum, ſimul ſummat, & diuidit: & dicit quid ſupplendo determinat: & quid prima pars approbet vel reprobet.

a ¶ Ne Romani.] Caſus. Cœtus Cardinaliū ſede vacante iuriſdictionem Papalem non exercet, niſi inquantū permittit concilium Lugdun. nec illud vel eius partem alterare poteſt. Secundo dicit, ꝙ officium Camerarij. vel Pęnitentiariorum Papæ durat eo mortuo, qui ſi deficiunt, poterit cœtus pro tempore vacationis alios ſubrogare. Tertio determinans diœceſim intelligi id quod in cōcilio dicit de territorio, & diſtrictu, ſtatuit moriente Papa extra curiam, ipſius electionem fieri debere in loco, vbi erat cauſarum & litterarum audientia, licet ſuſpenſa: niſi prius ordinatum eſſet de curia tranſferenda. Quarto prouidet caſui, quo cōtingeret Cardinales omnes exire conclaue. Quinto ſtatuit per exceptionem excōmunicationis, ſuſpēſionis, vel interdicti ab electione non repelli. Vltimo electos, & alios, qui mittere vel ire tenētur ad curiā, adſtringit ad id, ſede vacante. Et principaliter determinat, & ſupplet decre. vbi periculum. ſ. eo. Quas autem opiniones approbet vel reprobet, dicā per partes. Et prima pars determinat quod not. 79. diſt. nullus 2. & corrigit quod not. Hoſt. de pęnit. & remiſ. cum ex eo, cuius opinionem, & rationes ſcripſi. de ſchiſma. cap. vnico. lib. 6. & approbat quod ibi not. & quod tenet Archi. in decre. prædicta, vbi periculum. §. cæterum. in fi. quod ſpecialius contingit hunc caſum. Gar. etiam ſequebatur Hoſti. eo. tit. cupientes. §. ꝙ ſi. vt etiā dicam. ī. §. ſi.

b ¶ Indeterminata.] habes igitur exemplum opportunæ determinationis, de quo loquitur procemium harum conſtitutionum.

c ¶ Dilationem.] ſumme periculoſam, vt in ea. conſti. in princ. Ioan. And.

d ¶ Cætera.] quæ patere poſſunt ex gloſſ. prędictis ſupra.

e ¶ Inferiorem.] 21. diſt. inferior. ī. de maio. & obe. cū inferior. C. de le. l. fin. & hoc maxime cum ille inferior ab illo ſuperiore recepit poteſtatem, [1] vt in caſu noſtro cœtus Cardinalium à Papa: per quod idem videtur de concil. ī. eod. tit. ſignificaſti. 5. q. 3. cuncta.

f ¶ Tolli.] iuuari poſſet per pœnæ adiectionem. [2] de hoc dixi, de offic. archipresbyt. cap. fi.

g ¶ Non poteſt.] hoc etiam fatebatur Hoſt. ī. eod. ſi. licet. dicens, ꝙ Cardinales illi conſtitutioni expreſſe renunciare non poterant, per hanc rationem: tacite ſic, vt infra dicam.

h ¶ Lugdunenſi.] ī. eo. vbi periculū. li. 6.

[Gl. ſeq. ponit alia duo noīa, & rem.]

i ¶ Cętum.] Collegiū vocatur. de ſchiſma. c. vnico. li. 6. quæ ſatis reſonant in idē, vt patet 15. diſt. canones, in ſi. alibi dicitur gremium. 23. diſt. in nomine dñi, ante medium. Quomodo vero Cardinales habēt ius collegij, vel capituli. nec cenſentur in re ſingulorum in diuerſis titulis locatorum, ſatis tractauit Hoſt. de Iudæ. ad liberandam.

k ¶ Cardinalium.] vñ ſic dicantur, not. ī. de offi. archipresbyt. c. 2. in 1. glo. Io. And.

l ¶ Modificari.] diminutionem continet de verb. ſign. c fin. & multa verba hic ponit, ſeptem ſcilicet, vt omnem modum per quem conſtitutio tangi poſſet, includat. Ioan. And.

m ¶ Diſpenſari.] hoc addit: quia ſtante conſtitutione maioris, minor quandoque contra illam diſpenſat. de ætate, & qualita. cap. vnico. lib. 6. cum ſimilibus.

n ¶ Partem.] quid iuris ſit de toto, & c. ff. de rei ven. quæ de tota. & ī. de dona. inter virum. & vxo. nuper.

[Gloſ. ſeq reſpondet ad rationem Hoſt. quem excuſat, & hanc definitionem coadiuuat.]

o ¶ Non cōſonam.] quod ergo dicebat Hoſtienſis, ꝙ alia collegia hoc habēt, ergo, & collegium Cardinaliū? Reſpondetur illis permiſſum, huic expreſſe prohibitū, & ſi per antiqua iura cōceſſum prius erat, per iſtam poſteriorem conſtitutionem eſt correctum, de conſtitu. c. 1. lib. 6. Et ſic breuiter reſpōdetur ad quamplures ex rationibus Hoſtienſis, qui tñ excuſabilis eſt: quia non vidit decret. vbi periculum. Ad id quod dr̄ non eſſe veriſimile, filium Dei voluiſſe mortuo Papa gregem fideliū eſſe ſine paſtore, vel Eccleſiam ſine ſpōſo. Reſpondetur ꝙ ſpōſus, rector & paſtor eſt Chriſtus, & caput [3] Eccleſiæ, quæ eſt ipſius corpus. Primum patet 76. diſt. ieiuniū 2. in fine. Secundum 96. diſt. c. 1. circa medium. Tertiū de ſacra vnctio. c. 1. verſi. ſed vbi. 3. q. 4. c. fin. Licet ergo deficiat vicarius, non deficit principalis, qui vicariatus ſolum Petro, & ſucceſſoribus Apoſtolicis datus fuit. Abſurditas autem huius opinionis apparet: quia ſecundū eam non eſſet neceſſariū Papam eligi. [4] ex quo cœtus Cardinalium Chriſti vicarium haberet. Item nec eſſet hoc expediens, quod cuique patet, & facit de concel. præben. quia diuerſitatem. in prin. & in decila.

[Glo. ſeq. quærit, negatiue ſoluit.]

p ¶ Reprobamus.] Sed nunquid per hoc reprobatur opinio Goffre. Hoſtien. & Compoſt. & Gul. quę habet, Cardinales tollere poſſe, quod de numero duarum partium ſtatuit concilium Lateranenſe. ī. eo. ti. licet. ſcilicet ordinando, quòd nominatus à pluribus in ſcrutinio ſit Papa, vt ibi ſcripſi? Dic, quod non: quia illud concilium illam opinionem approbat cum dicit, niſi maior interuenerit concordia. ex quo ergo concordant nominatum vel nominandum à pluribus eſſe Papam, videtur ille nominatus ab omnibus, & facit quod not. ſupra, eodem titu. ſi cui. libr. 6. in glo. nota.

[Gloſſa

1 Placuit doct. & nota, ꝙ inferior nō ſemper (gratia exempli) epiſcopus recipit poteſtatem à ſuperiore. ſ. archiepō. c. paſtoralis, in prin. de off. ord.

2 Sequūtur docto. facit c. vt animarum periculis. de conſtitut. lib. 6. glo. 1. cle. vt hi qui. de æta. & qua. Barb. Font.

† Fallit iſtud ſecundum Barb. in alijs capitulis, quæ ſede vacante habēt iuriſdōnē; ſed ratio iſtius tex. eſt periculum vacationis ſedis Papalis. F.

1 Not. Barbat ꝙ Papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electione ſucceſſoris, non ſic epſ: quia poſt obitū non erit iudex, ergo nō valet ꝙ agit l. eum qui. §. ſi. ff. de iur. om. iud. Font.

3 Vide Turrecr. in ſumma de eccleſia. lib. 1. c. 44. & ſeq.

4 Quod eſt falſum, vt infert Barba ꝙ auctoritas Chriſti non tranſit ad conciliū ſede vacante, vide gl. c. quodcunque ligaueris. 24. q. 1. Font.

[Glo. ſeq. dicit opin. Hug. reprobatam, & rationem eius tollit per iſtantiam.

a ¶ Poteſtatis.] reprobatur ergo quod notat Hug. 79. diſt. nullus. 1. cuius dictum recitat Hoſtien. ſ. eod. licet. qui dixerat Cardinales poſſe tunc creare Cardinalem: cũ poſſint tunc creare Papam, quod plus eſt: ſed videmus q̃d capitulum creat epiſcopum, nec tamen confert beneficia ad illius ſolius collationem ſpectantia, ne ſede vacante. c. vnico. lib. 6.

b ¶ Pertinentis.] ſi ergo aliquid diuiſim ad collegium pertinet, quod forte prior ipſorum expedit, vt eſt moris, hoc non impedit: facit prædi. decre. vnica. & de reſcri. edoceri.

c ¶ Permittitur.] in §. idem quoque.

d ¶ Camerarium.] ad quem ſpectat temporalia pauperibus erogare, vt not. io. 8. quæſt. 1. cap. 1. hodie autem magnum eſt officium: & iuriſdictionem exercet circa omnes debentes Cameræ, & auditorem habet etiam ad hoc, quem puto, q̃ habere poſſit ſede vacante, per hanc litteram, prouiſione tamen pendente Cardinales nil ab ipſo recipient, vt prædicta decre. vbi. §. prouiſionis.

cernentes, quicquid poteſtatis a aut iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificem pertinentis b niſi quatenus in conſtitutione prædicta permittitur c) cœtus ipſe duxerit (eadem vacante eccleſia) exercendum.

¶ *Officium Camerarii, vel Pœnitentiariorum Papa durat eo mortuo, qui ſi deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios ſubrogare. Io. Andr.*

¶ Eo tamen prouiſo, quòd ſi eiuſdem Eccleſiæ Camerarium, d aut maiorem, e vel aliquos alios ex pœnitentiarijs (quorum f officium per obitũ eiuſdem Pontificis nolumus expirare g) per mortem, vel aliàs deficere quouis modo h contingat; valeat idem cœtus i ad tempus vacationis huiuſmodi, pro numero deficientium, k vel ampliori etiam, quantum l ad pœnitentiarios (ſi hoc m eidem cœtui concorditer n expedire videbitur) alios ſubrogare.

¶ *Determinans diœceſim intelligi id quod in concilio dicitur de territorio, & diſtrictu, ſtatuit moriẽte Papa extra curiam, ipſius electionem fieri debere in loco, vbi erat cauſarum, & litterarum audientia, licet ſuſpenſa: niſi prius ordinatum eſſet de curia transferenda. Io. And.*

¶ Sane cum iuxta conſtitutionem o prædictam Papa extra ciuitatem, in qua cum ſua erat curia, moriente, p in ciuitate in cuius diſtrictu, ſeu territorio moritur, ſit regulariter q ſucceſſoris electio celebranda: diſtrictus, ſeu territorij nomine, diœceſim r hoc ca-

e ¶ Maiorem.] ex pœnitentiarijs, 1 quod ſequitur. & eſt ſenſus, quòd officium pœnitentiarij maioris, qui ſolet eſſe Cardinalis, vel aliorum minorum non expirat. Tempore tamen incluſionis maior pœnitentiarius, ſi eſt Cardinalis, per ſe non poteſt vti officio: ſi tamen nollet in clauſura manere etiam perſonaliter vtetur officio, vt fecit dominus Tuſculanus.

> 1 Vide Lu. Gomes in proœ. regularum Cancellariæ, de officio pœnitentiariæ.

f ¶ Quorum.] interpoſitio.

[Glo ſeq. dicit quid approbat, duas lecturas ponẽs.]

g ¶ Expirare.] hoc de pœnitentiarijs tenebat Hoſti. de ſententia excommunicationis, quod de his, in fine, vbi determinat quod not. in Specula. tit. 3. §. 1. vbi defendit Gulielm. quòd Camerarius Mareſchallus, & auditor cameræ, habent ordinariam. quod ſi verum eſſet de iure communi, duraret illorum officium mortuo Papa. de offic. leg. cap. 2. lib. 6. ſed hic de mareſchallo nil dicitur, & vide quod dixi ſupra eadem compil. ti. 1. audito in 1 glo. Secundum quod dicimus iſtos habere delegatam, ſpeciale hic inducit, quòd durat delegata poſt mortem delegantis, ſicut & ſupra de hæret. in fidei lib. 6.

> Camerari' Papæ, & Mareſchall' an habeãt ordinariã, vel delegatã.

h ¶ Quouiſmodo.] 2 puta quia incidit in furorem, vel infirmitatem, quæ impedit executionem officij. idem puto ſi recederet, vel nollet officium exercere.

> 2 De hoc verbo vide Dec. in c. ſedes. extra d reſcri.

i ¶ Cœtus.] poteſt ſuppleri vel pars maior: quia quod maior, & c. 36. diſt. Apoſtolica. de elect. cũ inter canonicos. in princ. ff. ad munic. l. quod maior. & hoc verum, vbi ſolum pro numero deficientium ſubrogant. vbi vero pro ampliori, neceſſaria ſit plena concordia, 3 & ſic intelligo quod ſequitur.

> 3 Vide Abbatem in c. non poteſt. extra de re iudic.

k ¶ Deficientium.] tolle quod eſt ỹ. alios ſubrogare.

l ¶ Quantum ad pœnitentiarios.] ſecus ergo quo ad Camerarium.

Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit.]

m ¶ Si hoc.] videlicet quòd pro ampliori numero ſubrogentur pœnitentiarij. Sed nunquid nullo deficiente poterit cœtus pro ampliori numero concorditer pœnitentiarios ſubrogare? De verbis videtur, quòd non, cum conſtitutio ſit prohibitoria præter caſus præmiſſos. & iſtud non videtur permiſſum, niſi cum aliquis deficit. Ioan. Andr.

n ¶ Concorditer.] idem in decre. vbi periculum. §. nulli. & §. idẽ quoque vnus 4 ergo ſolus hoc impedire poterit. facit q̃d not. ſupra eodem tit. quia propter. ver. vel ſaltem.

> 4 Vide Alex. conſil. 124. in 2. vol.

o ¶ Conſtitutionem prædictam.] in §. porro.

[Glo. ſeq. ſoluit dubium, & reſpondet contrario.]

p ¶ Moriente.] vel cedente, quod eſſe poteſt, vt de renunc. c. 1. lib. 6. Nam tunc quoad ſedem cenſetur mortuus. 5 7. q. 1. §. ecce in quibus. & cum hic ſit eadem ratio, & fauor prouiſionis Eccleſiæ, & ceſſet ambitio, ceſſat etiam contrarium de decret. ſuſceptum. de reſcr. lib. 6.

> 5 Mors. n. ciuilis æquiparatur naturali, vbi operat, eundẽ effectũ, de quo vid Abb. in c. niſi, de prob. & Alex. cõſi. 1. in 5. vo.

q ¶ Regulariter.] hoc dicit propter caſus interdicti, & rebellionis ibidem exceptos. Io. And.

[Glo. ſeq fortificat textum per ſimile, & per rationẽ. Secundo obijcit, & reſpondet.]

r ¶ Diœceſim.] iuſtum fuit hic plus ponderari diœceſim, quàm diſtrictum, ſicut & in caſu, de reſcrip. ſtatutum. lib 6. maxime quia ſtante diœceſi, diſtrictus facile variantur, quãque per conceſſiones imperiales, quandoque per occupationes principum, vel ciuitatum. ad tales autem mutabilitates eccleſiarum ſtatus non mutatur. 10. diſt. c. 1. 101. diſt. c. 1. & de relig. dom c. 1. Si ergo Papa moritur apud Bazanum, vel Nouantulam, quæ loca ſunt diſtrictius Bonon. quia tamen loca ipſa ſunt diœceſis Mutiñ. in ciuitate Mutiñ. cõuenire debent Cardinales, & ibidem includi. Sed cum locus ille non diſtringatur per ciuitatem Mutinenſem, quomodo regens ciuitatem Mutineñ. illos includet? quare melius videbatur accipere proprie territorium vel diſtrictum. ſed forte ponderauit auctor, q̃ multa ſunt loca, 6 quæ non diſtringuntur per ciuitates aliquas, ſed per ſingularia dominia, qui domini etiam ciuitatibus nõ reſpondẽt. Illi ergo non ſunt de diſtrictu ciuitatis, ſunt tñ de diœceſi,

> 6 Talia loca non ſunt de diſtrictu ciuitatis ſecundũ hanc glo. quam no. & adde quod not. Io And. 7. de iureiur. nimis. & dixi in c. ſtatutum, §. cum vero. de reſcri. & in c. ſi p.g. eo. ti. c. 1. ver. ad idem quæritur. ti. 6. Fe.

Ad

Ad primum dico, quòd Cardinales ſe debent offerre, & ſperandum eſt quòd hoc facient: quia non facile continget quin aliqui ſe offerant, quos alij ſequentur nolentes perdere vocem ſuam, vt de facto videmus. Poſſet etiam eſſe locus remiſſioni, de qua ĩ. de re iud. paſtoralis, circa medium.

ſu [a] intelligendam fore cenſemus. Eo tamen adiecto, quòd ſi in certo loco cauſarum, & litterarum Apoſtolicarum audiẽtia remanente, Papam alibi [b] mori contingat, non [c] ibi, ſed vbi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur. etiam ſi eadem audientia tempore mortis huius vacare [d] noſcatur: niſi forſan ante mortem eandem ordinatum [e] eſſet per Papam de curia transferenda: [f] quo caſu ſeruetur prouiſio [g] conſtitutionis prædictæ.

¶ Prouidet caſui, quo contingeret Cardinales omnes exire conclaue.

¶ Porro [h] ſi Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes [i] ſimul vel ſucceſſiue (quod abſit) exire contingeret conclaue deputatum eiſdem: hi (ad quos [k] pertinet executio conſtitutionis prædictæ) illos ex ipſis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excuſationem non dabit, idẽ conclaue (quam cito poterunt) reintrare compellant: [l] Pœnas in dicta conſtitutione contentas, [m] niſi hoc fecerint, incurſuri. [n] Cardinales autem huiuſmodi conclaue reintrantes, ad electionem iam dictam procedant: & aliàs conſtitutionem præfatam obſeruent ſecundum ſtatum in quo [o] erant in eodem conclaui, quando ipſum (vt præmittitur) exiuerunt.

¶ Statuit Cardinales per exceptionem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ab electione non repelli. Ioan. And.

¶ Cæterum, [p] vt circa electionem prædictam, eo magis vitentur diſſenſiones, & ſchiſmata, quo minor eligentibus aderit, diſſidendi facultas: [q] Decernimus, vt nullus † Cardinalium cuiuslibet [r] excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti prætextu, à dicta valeat electione repelli: Iuribus alijs [s] circa electionẽ eandẽ hactenus editis, plene in ſuo robore duraturis.

† Al. ita: vt nullus ex Cardinalibus.

a ¶ Hoc caſu.] alijs ergo caſibus ſumitur vt habetur ff. de ver. ſign. pupillus. §. territorium. tamen, & alibi territorium ponitur pro diœceſi. 16. q. 2. ſi quis epiſcoporum. cui concor. de conſti. cap. 2. lib. 6. Quandoque etiam parochia ponitur pro diœceſi. 12. q. 2. bonę rei. de dona. Apoſtolicæ. in princip. quandoque ponitur pro regione 9. q. 2. epiſcoporum.

b ¶ Alibi.] id eſt in loco alterius diœceſis.

c ¶ Non ibi.] vt mo ritur.

[Glo. ſeq. dat duo ſimilia.]

d ¶ Vacare.] licet vacet, inſpicimus primum ſtatum, ita mulier vidua vacans denominatur à dignitate prioris mariti, donec alteri nupſerit. concord. in decre. de foro competen. ex parte. in fin. vlt. glo. Ponderamus igitur hic habitum ſine actu ſic ĩ. ead. compil. de ſum. Trinit. cap. 1. in fin.

e ¶ Ordinatum.] ad idem de præbend. ſi Apoſtolica. in fin. lib. 6.

f ¶ Transferenda.] ad aliam diœceſim, aliàs idem quod ſupra.

g ¶ Prouiſio.] ſcilicet quod fiat electio in loco vbi Papa moritur, vt in dicto §. porro.

† Capitulo igitũ aggregato, nõ dr̃ diſſolui collegiũ ꝑ receſſum etiã maioris partis: quia in ſolo remanẽte dr̃ ius collegij remanere: idẽ anteq̃ congregentũ, niſi duæ partes accedãt, nõ fingitur capitulũ cõuenisse in loco. Pet. de Anch.

h ¶ Porro.] prouidet caſui non determinato per cap. vbi periculum. Nam licet ibi, in §. ſane. prouiderit quid iuris, cum aliqui ex Cardinalibus exeunt conclaue, non prouiſum erat quid iuris, quando omnes exeunt & caſus iſte poſt mortem Clementis fuit de facto.

i ¶ Omnes.] bene dicit: quia ſi aliqui vel aliquis remaneret, in illos, vel illum reſideret ius eligendi, vt colligitur ex prædicta decret. §. ſane. & facit quod not. de poſtul. præla. gratum, cum ſuis concord. Vbi vero omnes mortui eſſent, quid iuris: ſcripſi poſt Hoſt. ſupra, eod licet.

k ¶ Hi ad quos.] de quibus habetur in §. præterea.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit: Secundo duas quæſtiones ſubdit, de quibus remittit: Tertio quærit, & quæſtionẽ ampliando, prouiſionem expoſcit.]

l ¶ Compellant.] ſed quid ſi aliqui territorium illorũ exeant? faciant de his qui infra diſtrictum ipſum manent. Sed nunquid illi ſoli poterunt eligere? Item quid ſi nulli remanent? Vide quod dixi ſupra, in gl. iuſtum. Item quid ſi omnes remanent, & aliqui citius reintrant conclaue, nunquid illi poterunt eligere? certè ſi alij non haberent iuſtam cauſam, planum eſſet. Sed quid ſi alij non intrantes habent iuſtum metum mortis, vt allegabatur poſt mortem Clementis, & dicatur dominus temporalis non eſſe potens ad ſecuritatem ipſorum, vel etiam tunc dicebatur: quid fiet, & quis de iuſta cauſa metus cognoſcet? Iſta non decisa, nec tunc prouiſa adhuc egebunt ꝓuiſione.

† Not. Pet. de Anch. ꝙ ſi prima executio nõ eſt ſortita effectũ iterũ inchoatur. allega. Bar. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe. ff. de lega. 1.

m ¶ Contentas.] in §. quod ſi præmiſſa.

n ¶ Incurſuri.] quia pœna ciuium, & rectorum eſt punitio ciuitatis. videntur etiam includi pœnæ, de quibus ibi in §. ciuitas.

o ¶ In quo erant.] habita diſtinctione, an lapſi eſſent tres dies tantum, an etiã octo, vt ibi in §. conclaue.

[Gl. ſeq. dicit quid approbat, & quid prorogat, & op. Compo. recitat.]

e ¶ Chriſtiano.] talia loca quæ ſunt in poteſtate hoſtium non [1] deſinunt eſſe ſacra. Ad l. cum loca. ff. de reli. & ſumpti. fu. reſponde vt not 7. q. 1. paſtoralis. in fin. Non putes tamen quòd ſit neceſſarium quòd locus ſit captus ab hoſtibus ſatis enim eſt, quòd clero careat, & ſubditis Chriſtianis: per verba huius decre. licet non ſit in hoſtiũ poteſtate.

1 Facium notata per Inn. in c. penul & vlt. extra, de ſepult.

f ¶ Religioſos.] qui laborant ad hoc etiam interdum importune, & per corruptelas, vt dicere poſſit cum pſalmiſta: Laqueus cõtritus eſt &c. pſalm. 123. Niſi quia dominus erat. vidi iam religioſum conſecratum ad titulum, qui non erat in rerum natura nec fuerat: quod patere poſſet per prouincialem [id eſt, per librum in quo ſcriptæ ſunt prouinciæ.]

g ¶ Superiorum.] ad quos ſpectat quouis iure prouiſio: Et maxime quattuor principales patriarchæ, & quidam archiepiſcopi, qui ſub eis ſunt, conſueuerant hoc facere.

h ¶ Deceret.] 8. q. 1. qui epiſcopatum.

i ¶ Vagationis.] conſueuerunt tales diſcurrere, [4] & vicarias epiſcoporum quærere maxime habentium diœceſes latas, interdum principibus adhærere familiariter, qui cauſa honoris quærunt habere capellanos epiſcopos.

4 Vide Cõciliũ Trid. ſeſſ. 14. de refor. c. 2.

k ¶ Opprobrio.] nedum in epiſcopo, ſed in quolibet clerico. 93. diſt. diaconi. vlt.

l ¶ Serenitatem.] de qua infra de pœnis, ſi quis ſuadente. circa fin. Ioan And.

m ¶ Obnubilant.] ſaltem quo ad vulgus. de hoc 93. diſt. legimus. facit ſupra de priuileg. c. 1.

n ¶ Quantacumque.] propter patriarchas hoc dicitur, vt prædixi.

o ¶ Speciali.] ſi ergo haberet generalem auctoritatem prouidẽdi epiſcopatibus ſpectantibus ad prouiſionem Papalem, non ſufficit per hanc litteram.

p ¶ De paſtore.] vtitur hic vocabulo generali, vt archiepiſcopos, epiſcopos, & etiam patriarchas comprehendat. alibi latius, ſupra eod. ne pro defectu. de regu. iur. quamuis.

q ¶ Cathedrali.] in alijs locum non habet, vt in fi.

r ¶ Qualitercumque.] non diſtinguit: ergo ſiue plene ſubſit, ſiue quo ad prouiſionem tantum.

s ¶ Chriſtianis.] circa quattuor patriarchales [5] ſedes principales quamdiu ſunt in poteſtate infidelium vel ſchiſmaticorum, prouidit Bonifacius in ſua extrauaganti. ſancta Romana.

5 De his quattuor ſedibus Patriarchalibus, vide concilium Later. ſub Inn. iij. c. 5. refertur in cap. antiqua. extra, de priuilegiis.

t ¶ Prælato.] qui contra faciens puniendus eſſet pœna arbitraria, ex quo circa ipſum certa hic non ſtatuitur. de of. deleg. de cauſis.

u ¶ Licentiatus etiam.] ergo, & habita licentia conſentire non poteſt. concordat ſupra eod. quorundam, § 1. in fine, lib. 6.

x ¶ Et in epiſcopum.] Not. quòd ex ſolo conſenſu nõ eſt locus pœnis inferioribus, ſed tunc demum cum ſequitur conſecratio. hoc probat hæc copula.

aut permiſerit [a] conſecrari, in epiſcopali nullatenus recipiatur honore. [b] Sed in tantæ ambitionis pœnã ſub religionis, aut monaſterij [c] ſui prælato [d] ſemper ſic degat humilis, iaceatq; proſtratus, [e] quòd nullus eidem in religione ſua, vel extra ad gradũ honoris vel adminiſtrationis cuiuſlibet [f] ſit aſcenſus. Nos enim quicquid contra præmiſſa, vel aliquod [g] præmiſſorum contigerit attentari, irritum eſſe decernimus, & inane, contraria quacunque conſuetudine non obſtante. [h] Sanè circa præfatas [i] eccleſias præmiſſa ſic ſpecialiter prouidenda decernimus, quòd circa prouiſionem quarumlibet aliarum, [k] facultatem ſuperiorum nec coarctare intendimus, nec vltra iuris communis limites ampliare. [l]

¶ Idem.

¶ Capitulum, quorundam quo ad diſcordiam, & minoritatem numeri, intelligitur quo ad voces facti, non ſecundum iuris fictionem h.d. Ioan. And.

CAP. VI.

QVod circa [n] religioſorum electiones [m] ſuper diſcordia [o] & minoritate [p] numeri Bonifaciana conſtitutione [q] cauetur, de diſcordia, & numeri minoritate,

---

a ¶ Permiſerit.] in abſolute coacto ceſſaret pœna .ī. q̄d met. cau. ſacris. nec imprimeretur character. ſupra, de bap. maiores.

b ¶ Honore.] quia nec admittetur quo ad executionẽ pontificalis officij, nec permittetur pontificalibus inſignijs vti: & ſic minus poterit quàm alter epiſcopus nullius eccleſiæ. de ordi. ab epi. cap. 1.

c ¶ Monaſterij.] includit etiam canonicam regularem. de æta. & qualit. intelleximus. de priuileg. cum olim 2. in princ. & per hanc [1] litteram patet hanc pœnam ſolum in religioſis locum habere.

[1] Vide Felynum in c. nonnulli. ver. amplia iſta. extra de reſcri.

d ¶ Prælato.] ergo per talem promotionem non fuit ſoluta obedientia, ſecus ſi prouiſio tenuiſſet. 18. q. 2. c. vnico. 16. q. 1. ne pro cuiuſlibet.

e ¶ Proſtratus.] concor. de deci. quamuis ſit, in fine.

f ¶ Cuiuſlibet.] concor. ī. de regular. vt profeſſores. & per hoc excludit etiam temporales.

g ¶ Vel aliquod.] igitũ prouiſio de tali eccleſia facta non valet, nec licentia conſentiendi religioſo data, vel ipſius conſenſus: vel conſecratio ſubſecuta quo ad ipſius executionem, non dico quo ad characterẽ. facit quod not. de conſecratio. diſt. 5. manus. in vlt. glo. & facit quod dixi ſ. de conſuetu. quanto ſuper 1. glo. Item nec valet promotio facta de tali contra proximum dictum.

h ¶ Non obſtante.] multa ſimilia vide de conſtitu. c. 1. lib. 6 in glo. penul. & concor. ī. eod ſtatutum.

i ¶ Præfatas.] cathedrales clero carentes, & populo Chriſtiano.

k ¶ Aliarum.] non cathedralium, vel etiam cathedralium habentium clerum, & populum Chriſtianum.

l ¶ Ampliare.] ſimile de innouatione dicitur, quod ius vetus conſeruat, nouum autem non creat. de priuil. ex parte 1. in fi. & c. quia intentionis. & optime conuenit huic fini extrauag. Cle. quæ incip. meruit. Io. And.

QVod circa.] Iſtud c. determinat ſeu declarat conſtitutionem, quorundã lib. 6. In illo c. dr̃, quod ex vocatione quocũque modo facta in diſcordia, de religioſo mendicante ad prælaturã extra adminiſtrationẽ ſui ordinis, nõ acquiritur illi ius, nec tali electioni poterit cõſentire, etiam de licentia prælati ſui. Item dicit de vocatione facta à minori parte ſeu numero ad quamlibet prælaturam de religioſo non mendicante; & ſecus factum irritum decreuit. Hoc habito præſuppono, quod duplex eſt electio, quædam eſt quæ in facto conſiſtit: vt quando ſunt decem electores, & octo vnũ eligũt, alij duo eligũt aliũ. Sed cõ iſtos duos opponitur, quod ſunt excõicati, quare ille qui eſt electus ab octo, dicit: Ego ſũ electus ab omnibus. & ſi aliquis dicat: Certe tu nõ es electus niſi ab octo, & ſunt decem electores: ergo tu non es electus ab omnibus: Ipſe rñdet: ius fingit me eſſe electũ ab omnibus, quamuis non ſim electus niſi ab octo: quia poteſtas eligendi eſt tranſlata in octo, poſtquã alij ſunt excõicati. His p̄ſuppoſitis cũ glo. poſita in verbo, quæ in facto: Pone caſum, Quidam religioſus fuit in aliqua dignitate electus, quę non eſt de ordine ſuo, ſed extra ſuũ ordinẽ, & cũ eſſent decem electores, fuit electus ab octo de electoribus, & alij duo electores, elegerũt quendam alium non religioſum: ſed iſte religioſus opponebat contra eos, quòd erant excommunicati, & ſic nõ habebant vocem in capitulo: & quod vox illorum duorum eſt tranſlata. & confuſa in alios octo, qui ipſum elegerunt, & ſic fictiue dicebat ſe electum ab omnibus. Modo quæro an ipſe bene dicat, & an ſatiſfaciat conſtitutioni quorundam poſitæ eo lib. 6. Ad quod reſpondet Papa, quòd non: & dicit in textu: Nos Clemens declaramus illud q̄d cauetur in conſtitutione Bonifaciana circa electiones religioſorum ſuper diſcordia numeri, ſcilicet in religioſis mendicantibus, & minoritate numeri, ſcilicet in religioſis non mendicantibus, debere intelligi ſecundum ea quæ conſiſtunt in facto: quia requiritur, quòd ab omnibus eligatur, & quòd omnes concordent, non autem in fictione iuris vel eius effectu: quia quamuis ſint aliqui q ſint excõicati, & non concordant electioni ipſius religioſi, ideo propter hoc non dr̃ nec eſt electus, q a illa conſtitutio intelligit, quod de facto eligatur ab omnibus. [2] vide gl ſuper verbo, quæ de facto. Not. quod electio dicitur actiue, & paſſiue, & pro hoc gl. 1. quæ hic dicit, intelligi de paſſiua, & idem Pau pro hoc not. eod. tit. illa. & probatur. de cle. excom. mi. c. fi.

[2] Nota caſum in quo computantur voces in electione, quæ tamen de iure non valent. & eſt caſus ſpecialis, quo ad c. quorũdã. in duobus caſibus ibi poſitis, & hic, licet breuiter enumeratis. Zab.

[Gloſſa prima commendat, dicit quid determinat, & quid approbat.]

m ¶ Quod circa.] Breue, & vtile, determinãs decr. quorundam. ſ. eod lib. 6. & approbans quod ibi not. Ioann. Monachus, & Archid. & quod not. ſ. eod. tit. indemnitatibus. §. ſane. in 4. glo. Ioan. And.

n ¶ Electiones.] paſſiuas: nam conſtitutio hic declarata loquitur quando religioſi eliguntur, quicunque ſint eligentes, religioſi, vel alij. Et dic, electiones, poſtulationes, prouiſiones, vel quaſlibet vocationes, vt ibi.

o ¶ Diſcordia.] hoc quo ad mendicantes, circa quos prouiſum eſt, quod ex electione in diſcordia facta de ipſis extra adminiſtrationes ſui ordinis, nullum ius eis acquiratur, nec valeant conſentire.

[Gl. ſeq. exponit, & id dupliciter probat, & prorogat.]

p ¶ Minoritate.] hoc quo ad religioſos non mendicantes, circa quos ſtatutũ fuit idem circa electiones factas de ipſis ad quaſcũque p̄lationes à minori parte numero.

q ¶ Conſtitutione.] ſ. eod. quorundam. & patet per ſingulare, quod non loquitur de decre. indemnitatibus. Item illa nõ tractat ſolũ de diſcordia, & minoritate numeri, immo tractat in forma ſcrutinij, & compromiſſi de numero duplo maiori. Item maiori, non duplo maiori. Item minori: Sed illa, quorundam. ſolum tractat de electione diſcordi, & facta per minorem partem numero. fateor ab identitate rationis hoc quod hic dr̃ etiam in numero de quo loquitur decr. indemnitatibus. locũ habere, & ſaltem quod ad §. ſi qua vero.

[Glo-

quæ [a] in facto, non in fictione vel iuris effectu cõſiſtunt, debere intelligi declaramus.

¶ Idem.

¶ *Emolumentum ex iuriſdictione ſigillo curiæ, vel aliàs pertinens ad prælatum cathedralis eccleſiæ vel collegiatæ ea vacante, non obſtante conſuetudine (deductis expenſis) reſeruandum eſt ſucceſſori: Niſi tunc certæ dignitati competat iuriſdictio cum ipſius emolumento. Ioan. Andr.*

CAP. VII.

STatu-

[Glo. ſeq. primo declarat litteram: ſecundo quærit, & ſoluit quo ad decre. quorundam. quo ad decr. indẽnitatibus. diſtinguit, & declarationem expoſcit, ſubdens de non vocandis, vel vocatis, qui contemnunt vel renunciant, & de conſtitutis in ſacris.]

[a] Quæ verba intelligant tã de iure, ꝗ̃ de facto, uide doctores in c. ſciſcitatus, extra, de reſcrip.

[a] ¶ Quæ in facto [b] non in fictione.] hoc intendit. Si ex decem electoribus octo elegerunt mendicantẽ: duo aliũ, vel contradicunt, ſed ꝯ iſtos duos aliquid opponitur ꝓpter quod negatur ipſos vocem habuiſſe, vt quia dicuntur excõicati, ſuſpenſi, irregulares, priuati ea vice poteſtate eligẽdi, vel his ſimiles: ꝓpter quod dr̃ totũ capitulum eligentiũ in illis octo conſiſtere, & per conſequẽs electionem ſingi concordem: hoc non iuuat mendicantem. [b] Item ſi ex decem canonicis, vel monachis quatuor tantum elegerunt religioſum non mendicantem: qui dicit illos ſex vel tres ex illis fuiſſe tales, vt ſ. per quod concludit ſingi electionẽ ſuam factam à toto capitulo, vel à maiori parte: hoc eũ non iuuat. vide quod no. de conceſ. præb. auctoritate. li. 6. in vl. gl. Sed quæro. ſi ita eſt, ꝙ voces in iuris effectu aliàs non valentes, vt excommunicatorum, & his ſimilium, computantur in numero, quo ad hoc vt reliqua electio dicatur diſcors, vel facta per minorem partem: an prædictorum voces augeant etiam numerum & ſuffragiũ, intantum ꝙ ex illis vocibus ſequi poſſet cõfirmatio, quæ aliàs fieri nõ poſſet illis excluſis, vt patere poteſt in prædictis terminis de electio per vj. de x. qui oẽs, vel tres ex eis ſunt excõicati, vel ſimiles. Aperte dico, ꝙ non, quo ad caſus decr. quorundam. quia in quolibet prędictorum caſuũ conſtitutio ſolum nocet: quia ſcilicet impedit mendicantem, & non mendicantẽ, quęlibet ſuo caſu, ſed coelectũ non iuuat: nec hoc colligi poterit ex verbis vel mẽte conſtitutionis ipſius. Nõ enim hoc ipſo, ꝙ non valet electio mendicantis facta in diſcordia, valet electio coelecti: aliàs ſequeretur, ꝙ ſi ex xx. canonicis, xviij. elegerunt mendicantem, valeret electio facta per duos. Itẽ nec ſequitur ꝙ ſi ex xx. electoribus nouẽ elegerũt profeſſum: ꝙ per hoc valeat electio facta per xj. ut patet ſ. eo. ſcriptum. ad fi. & c. indemnitatibus. §. ſi uero. & §. ſi qua uero. quod ergo non mutatur, &c. C. de teſta. ſancimus. nec correctiones iurium dilatamus. ſ. eo. cum expediat. lib. 6. Sed in caſu decre. indemnitatibus. vr̃ ſecus quo ad electum per ſcrutinium, à duplo maiori numero, à principio, vel per acceſſum debito modo factũ, vel per compromiſſum, cui minor pars ſe opponit: cuius confirmationem exceptio partis aduerſæ impedire nõ poteſt. Et ſic erit in hoc ſimile electioni Cardinaliũ, vt vtrobique voces talium ſuffragium afferant, & computentur in numero duarũ partiũ, vt in conſti. cle. ſ. eo. ne Romani. §. cæterũ, & ſatis credo, ꝙ hoc fuit de mente. Sed tenens ꝯtrium, dicere poſſet, ꝙ illa decr. dicit etiam eo caſu officium confirmatoris non deficere. hoc ergo venit in examinatione electionis, an ex vocibus eligentium ſit canonica. Sed ſi littera ibi in §. [Sane.] quæ dicit, ſi aliàs inuenta fuerit, & c. intelligatur aliàs, ſcilicet quam cõſideratione numeri, faciet pro primo dicto qñ vero electa eſt à maiori parte, ſed nõ duplo maiori: tũc cum admittantur partis minoris exceptiones, licet ſummarie cognoſcendæ, vr̃ ꝙ licet non quo ad adminiſtrationẽ impediendum, tñ quo ad electionem caſſandam hæc obijci poterunt. Et in his etiam expediret declaratio, & etiam circa voces abſentium non vocandorum, vel vocatorum, qui venire noluerunt, vel expreſſe renũciauerunt, quas computari ſonat in abſurdũ, licet hoc videatur ex fictione. Item de non conſtitutis in ſacris in collegijs marium, communiter tenetur per decr. ſ. de æta. & qua. ꝙ illorum ratio, vel computatio non habeatur, ſicut nec haberentur illorum ꝗ canonici vel profeſſi nõ eſſent, quaſi ſit mens huius, ꝙ aliàs vocẽ habens ex fictione, non excludatur à numero: talis autem vocẽ non habet, licet iure nouo. Vnde idem vr̃ de abſente non vocãdo vel vocato, qui venire noluit, vt prædixi. vnde nec in duabus partibus Cardinalium eligentiũ Papam cõputamus non excluſos, licet computemus, excõicatos, vt in prędicta decret. ne Romani. §. cæterum. primum patet. eod. tit. vbi periculum. §. ſane. lib. 6.

[b] Hic hẽs ſm Gen. ꝙ quãdoque quis alteri nocet, & ſibi non prodeſt. Et eſt ſimile i uxore defuncti, quæ licet agnatis extantibus non ſuccedat uiro, ut C. vnde vir & vxor. l. 1. nocet tñ ſi lijs naturalibus defuncti, & eos ſuccedere impedit, ꝗ poſſent aliàs ſuccedere. C. de na. lib. Authen. licet idem erat olim in lege Fuſia. inſti. de le. Fu. can. tol. Pe. de Anc.

[b] ¶ Declaramus.] idem fertur olim Boniſac. declaraſſe, vt dixi in decreta. indemnitatibus. § ſane.

STatutum.] Prima pars ponit dictum cum certa determinatione: Secũda ab illo excipit: ibi, [Cæterũ.] ¶ Præſuppone ſtatutum cap. quia ſæpe. quod eſt iſtud: Vacante cathedrali, regulari, vel collegiata eccleſia, ſingulares perſonę, capitulũ, vel conuentus, quæ occupant bona à prælato dimiſſa, vel vacationis tẽpore obuenientia, tales ſunt ſuſpenſi ab officio, & quibuſcunque beneficijs ſeu quibuſcunq; dignitatibus, niſi plene reſtituãt, non obſtantibus priuilegijs, conſuetudinibus, vel ſtatutis quacunque firmitate vallatis, i. firmatis. Figura ſic caſum: Video, ꝙ ſtatutum dicit, ꝙ omnia bona, omnes fructus vndecunque prouenientes, & bona dimiſſa à prælatis debẽt fideliter reſeruari ſucceſſori: Et videbat ꝙ non: quia debent illis eſſe, vel pertinere ad quos tranſit iuriſdictio: cum acceſſoriũ ſequatur principale, ſed iuriſdictio tranſit ad capitulum: ergo, & fructus tranſire debent: cum fructus ſint acceſſorium ad illam iuriſdictionem: quia mediante iuriſdictione veniũt fructus. Illa dubitatione non obſtante, decidit in ꝯtrium, niſi in vno caſu, quẽ ponit: ibi, [Cæterum.] & pone, ꝙ ita fuit ſtatutũ, ꝙ archidiaconus, vel archipresbyter haberent iuriſdictionẽ epalem cũ emolumento, vel eſt conſuetudo: an talis cõſuetudo, vel ſtatutũ corrumpatur per conſtitutionẽ, quia ſæpe? Et dicit, ꝙ nõ: & ſic habes, ꝙ illud ſtatutũ, quia ſæpe. qđ eſt ſuper bonis dimiſſis a prælatis eccleſiarũ cathedraliũ, corrumpit, & derogat omni ſtatuto, vel conſuetudini, præterquã ſtatuto vel conſuetudini poſitę in §. cæterũ, hoc dicit. Nos Clemens declaramus ſtatutũ editum, i. factũ, & compilatum ſuper bonis dimiſſis à prælatis cathedraliũ, vel collegiatarum eccleſiarum, aut ſuper bonis obuenientibus tẽpore vacationis earũ, ſcilicet eccleſiarum reſeruãdis fideliter futuris ſucceſſoribus, habere locũ in omni emolumento qđ prouenit ex iuriſdictione, i. ratione iuriſdictionis, & qđ prouenit ex ſigillo curię eccleſiaſticę, vel ſęcularis: aut alias vndecumq; quod ſcilicet emolumentũ pertineret ad prælatos non vacantibus eccleſijs, conſuetudine, qualibet contraria, ſcilicet iſti ſtatuto non obſtante, ita tñ, ꝙ in iſtis, & ſimilibus rationabiles expenſæ deducantur: quia iſti qui receperũt illos fructus dimiſſos à prælatis tẽpore vacationis, ſi aliquos ſumptus faciant, ipſi poterunt deducere tales ſumptus. [Cæterum.] proſed: ſed nolumus præſentem conſtitutionẽ extendi ad ſingulares ꝑſonas, ad quas iuriſdictio deuoluitur ratione dignitatũ, quas dignitates obtinent cũ emolumento cõſuetudine, priuilegio, vel alio iure ſpeciali. Not. ꝙ expenſæ debẽt deduci, & illæ ſolæ deducuntur, de quibus uo dolo, & contra finem & ibi gl. Not. in ver. cæterũ, ꝙ conſuetudo dat iuriſdictionẽ, etiã ſpiritualẽ de hoc. 9. q. 3. conqueſtus. de fo. compe. cum cõtingat Zabarella.

Ordo litteræ.

tum [a] ſuper bonis à prę-latis cathedralium regularium & collegiatarum [b] eccleſiarum dimiſſis, [c] aut obueniétibus tempore vacationis earum, futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruandis [d] editum, locum declaramus [e] habere in omni emolumento, [f] quod prouenit ex iuriſdictione, [g] & ſigillo [h] curiæ eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, [i] aut aliàs vndecunque, quod ad prælatos (eccleſijs non vacantibus) pertineret, conſuetudine [k] qualibet contraria non obſtante: ita tamen, quòd in iſtis, & ſimilibus rationabiles deducātur expenſæ. [l]

¶ Cæterū ad ſingulares [m] perſonas, ad quas ratione dignitatum, [n] quas obtinent, iuriſdictio cum eius emolumēto [o] deuoluitur, ſede vacante de conſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali, [p] nolumus præſentem cōſtitutionem extendi. [q]

¶ Idem.

¶ Conceſſio licentiæ generalis vel groſo de conſentiendo electioni factæ, vel ſiēdæ, non valet. Io. de Imo.

[Glo. prima ſummat, & dicit quid reprobet, vel approbet.]

a ¶ Statutum.] emolumentum ex iuriſdictione, ſigillo curiæ, vel aliàs, pertinens ad prælatum cathedralis eccleſiæ, vel collegiatæ, ea vacante, non obſtante conſuetudine (deductis expenſis) reſeruandum eſt ſucceſſori: niſi tunc certæ dignitati competat iuriſdictio cum ipſius emolumento. reprobat quod not. ſup. eod. quia ſæpe. lib 6. Et approbat qđ ibi no. Archi. de quo ſtatuto hic loquitur.

b ¶ Collegiatarū.] In alijs enim non habet locum decr. quia ſæpe. ſed decret. præſenti. de offic. ord. eod. lib. de qua fit extenſio. infra tit. 2. quia. in fi.

[Gl. ſeq. ponit opinionem, contra quā allegat.

c ¶ Dimiſſis.] per hoc probabat ibi Archid. q̄ decre. loquitur de bonis prælati diſtinctis, nō de cōibus prælato, & capitulo. alleg. 12. q. 2. hæc huius. & c. non liceat. & c. charitatem. & c. de laicis. & cap. illud. & q. 5. ſicubi. facit ſ. ne ſede vac. c. vnico. lib. 6. de regu. c. vlt. eo. lib. Sed littera, aliàs vndecunque, quæ hic ſequitur, multum facit contra.

d ¶ Reſeruandis.] nec occupandis, per collegia, conuētus, capitula, vel ſingulares perſonas ipſorum, circa qđ principaliter prouidet iſta conſtitutio. [3] Per quem autem ſint reſeruanda, ibi dixi. [quia per œconomum vel per alium deputatum.]

[3] Quæ intelligitur d̄ bonis eccleſiaſticis. ſecus ſi erant patrimonialia ipſius p̄lati, in talibus tm̄ nō ſuccedat eccleſia, ſed propinqui. 12 q. vlt. c. fin. & q 3. quicūque. Ad quē aūt ſpectat talium cuſtodia. dixi in c. quia ſæpe. & ca. is cui. ſ. eod. lib. 6. Pet. de Anch.

[Glo. ſeq. ponit motiua opi. reprobatę. Secundo opi. approbatę, ad quæ rñdet. Tertio declarationē iuſtificat.

e ¶ Declaramus.] hic patet, q̄ reprobat, nō corrigit opinionē meā: quia non ſtatuit hoc eſſe de iure nouo: ſed declarat hoc fuiſſe de veteri, & approbat opinionē Archi. Sed videamus motiua. Mihi prius videbatur, q̄ ex quo iuriſdictio transfert in capitulū iure cōi, q̄ omnis fructus iuriſdictionis iure acceſſorij capitulo deberet. Sed Archi. ſ. p̄ verbū ibi poſitū, vacationis tp̄e obuenientia Item vt dicebat, capitulū habet cuſtodiā, & adminiſtrat nō ſuo, ſed alieno nomine: vſurpare igit̄ non debet qđ habet cuſtodire, & dicebat Bonita. ſic declaraſſe. Cū vltimo legi Sextū, dixi, q̄ non recederē ab opinione mea, niſi declarationē viderē. Ad verbū, obueniētia, rñdebā p̄ relatiuū, quæ, vt ibi not. Ad id qđ dicit, de cuſtodia, rñdebam, q̄ in iuriſdictione nō ſuccedat quo ad cuſtodiā tm̄, immo quo ad exercitium, aliàs ſequeretur, q̄ viſitando no poſſet procul rationem recipere: de qua dicam ĩ. de hæret. multorum. Stemus declarationi, quę iuſtificari poteſt ex eo quod ibi notaui in prima glo. cum enim canonici videntes fructus ſibi deberi, vacationem prolixam forte procurent, difficultates ingerāt, & tardius eligant: quia propter fructus iuriſdictionis, vel ſigilli ſi eos perciperent, hoc cōtingere poſſet, merito, & hi cenſeantur eſſe prohibiti.

f ¶ Emolumento.] idem verbū de ſimo. nemo. in prin. de teſti. c. 1. lib. 6.

[Glo. ſeq ponit duas lectiones, & ſecundā reprobat.]

g ¶ Ex iuriſdictione.] ex qua ſoluuntur iudicis officio pœnæ pecuniariæ, vel emendæ de offi. ordi. dilectus. facit de ſen excom. venerabilibus. §. denique. lib. 6. & qđ not. de pœ. licet, Forſan etiam loquitur de quota litis, quæ de conſuetudine deberi poteſt, ſecundum Gul. qui hoc not. in Spec. de ſala. §. 1. verſi. ſi vero ordinarius. & §. ſeq. quod non placet, per decre. cum ab omni. [2] de vita & hon. cler. vt ibi dixi.

[2] Ibi dicit Panor. per hanc glo. q̄ nō valet cōſuetudo inducens corruptionem iudicis. & an mala cōſuetudo excuſet à pœna, vide gl. in c. cū venerabilis. de conſue. Ludo. ſing. xix. Franc. Crem. ſing. clxix. Fōt.

h ¶ Sigillo.] ſiue ad vſum cauſarum, vt cum ſit littera citatoria, vel aliquid tale: ſiue ad contractus: puta quia recognoſcuntur vel publicantur ſub ſigillo curię, forte cum non ſit ibi vſus tabellionū. facit de fi. inſtru. cum dilectus. de fo. comp. Romana ad fi. lib. 6.

i ¶ Vel ſæcularis.] vt quia prælatus temporalē iuriſdictionē habebat in loco de appel. ſi duobus. de deli. pue. c. 2.

[Gl. ſeq monet dubium, ſoluit, & inter rationes reſpondet.]

k ¶ Conſuetudine.] not. quia decre. quia ſæpe. vitiat non ſolū conſuetudines, ſed ēt priuilegia & ſtatuta: hic vero ſolū conſuetudinem. dico quòd hoc ipſo, q̄ declaratur iſtud ſtatutum locum habere in caſibus prædictis, cuius ſtatuti pars eſt vitiare priuilegia, conſuetudines, & ſtatuta contraria, ergo, & illa quo ad hos caſus ſublata dicātur. [1] Sed puto, q̄ conſuetudinem, quæ ſecuta eſſet conſtitutionem ipſam, quia ſæpe hæc littera tollere noluit, [4] ne obſtet decre. 1. de conſti. li 6.

[1] No. q̄ cōſtitutio declarās alíā, recipit ampliationes, & limitationes conſtitutionis declaratę Car di Fonc.

[4] Not. Imola, q̄ ſimpliciter dānata conſuetudine intelligitur de p̄terita, non futura. Fō.

[Glo. ſeq. ponit opinionem, & exemplificat.]

l ¶ Expenſæ.] hoc etiam tenebat ibidem Archi. vt quia ſalaria dantur officiali, qui iuriſdictionem exercet, vel qui ſigillat, vel fiunt expenſæ in miniſtris, chartis. cera, & ſimilibus. facit ſ. eod. vt prateritæ 12. q. 2. hæc huius placiti. ff. de admi. tut. cum plures. §. 1. & l. 1. ff. de tu. & rat. di. l. 1. § ſed nonnullos. ff. de pet. hær. ſi quid. §. ſicut.

[Glo. ſeq monet dubium, arguit negatiue. Item affirmatiue, quod approbat, & contrarijs reſpondet.]

m ¶ Singulares perſonas.] ſalua pace componentis hic remanet dubium, an hoc intelligatur de ſingularibus perſonis, etiam ipſorum collegiorum? Et videtur, q̄ nō: quia conſtitutio expreſſe tollebat quo ad hos contraria priuilegia, &c. Videtur contra quia aliàs iſta verba ſunt ſuperflua, cum certum eſſet conſtitutionem ipſam extraneos non ligare, ſed ſolum capitula, & perſonas ipſorum: per quod puto, q̄ etiam de ſingularibus perſonis collegiorum intelligatur. Et ſecundum hoc dicam ibi. ſublata priuilegia, & c. quoad ſingulares perſonas collegiorum, quæ non iure dignitatum hoc vendicant, cum priuilegia dignitatum ibi ſublata non eſſent.

[Glo. ſeq ſoluit duo dubia.]

n ¶ Dignitatum.] quid ſi ratione perſonarum vel officiorum? Videtur, q̄ idem. & intelligo hanc litteram, ſiue dignitas ſit in ipſa eccleſia vacāte, ſiue in alia, puta quia archidiacono in eccleſia cathedrali hoc competit, vel in eccleſia collegiata hoc competit archidiacono, qui tamen ipſius eſt canonicus.

o ¶ Cum eius emolumento.] ergo ſecus ſi iuriſdictio tantum.

[Glo. ſeq. dat tria exempla.

p ¶ Speciali.] puta ſtatuto facto in fundatione dignitatis, vel eccleſię 18. q. 2. Eleutherius. de conſue. cum dilectus. vel re iudicata. de re iud. c. cum inter. vel arbitrio. de præſcri. cum olim. de arbi. cum olim.

q ¶ Extendi.] ſi. ſ. de offi. ord. præſenti. § porro. lib. 6.

cum

CAP. VIII.

Cvm [a] cōceſſa religioſo à ſuperiore [b] ſuo licentia, vt electioni vel prouiſioni [c] (ſi quam [d] de ipſo contigerit fieri) ſuum dare poſsit aſſenſum, ambitionis [e] vitio viam paret; nullius [f] eam exiſtere volumus firmitatis. [g]

Cvm conceſſa.] CASVS. Fuit aliquis valde ambitioſus, qui quotidie non penſabat aliud, niſi quomodo poſſet habere beneficia, vel dignitates, qd fecit? ipſe videns, ꝙ erat religioſus, dixit, ego non poſſum habere beneficia, quia non poſſum eligi, nec poſtulari ſine licentia mei ſuperioris: Certe (dixit ipſe) ego vadam ad eum, impetrabo licētiam, vt ego poſſim eligi, vel ꝙ mihi poſſit prouideri de aliquo beneficio: quæro an per talem licentiā impetratam à meo ſuperiori poſſim obtinere beneficia? Rñdet Papa ꝙ non, cum iſta conceſſio licentiæ paret viam vitio ambitionis h.d. Cum licētia conceſſa religioſo, à ſuo ſuperiori, vt ipſe religioſus poſſit dare aſſentum, i. conſenſum electioni, vel prouiſioni, ſi quam electionem, vel prouiſionem contigerit de eo fieri, paret, i. præparet viam vitio ambitionis, eam licentiam ſic conceſſam volumus exiſtere i. eſſe nullius firmitatis, i. nullius valoris. Not. ambitionē reprobari. ꝓ hoc 7. q. 1. ambitionis e. tit. auaritiæ. & c. quorundā, li. 6. No. ꝙ nō eſt aperienda via vitijs: ſed potius præcludēda C. de indi. vid. l. 2. in fi. Zab.

[Glo. prima dicit quid inducat.]

a ¶ Cū] ſe ſummat, inducens ius nouū, & æquiſſimū.

b ¶ Superiore.] qui ſine capitulo ſolus hoc poteſt. s. eo. ſi religioſus. 2. reſponſo lib. 6.

c ¶ Prouiſioni] latum verbum, quod comprehendere poteſt nominationem, poſtulationem, præſentationem, & collationem: & facit quod not. s. eo. ſi compromiſſarius. § idem. in fi. vlt. glo. lib. 6.

[Glo. ſeq. textum iuſtificat, & prorogat.]

d ¶ Si quam] licet hic videatur reprobare licentiā generalem, † & merito: quia forſan eligeretur ad locum cui non expediret illum præfici: & forſan prælatus licētiam ſpecialem daturus non eſſet ad illum, tū credo idē in ſpeciali: vel ſi exprimatur locus, vt puta quod cōſentire poſſet, ſi eligatur ad talem prælaturam forte vacantem, cum ibi ēt ſubſit ratio ambitionis quæ ſequitur.

† Nam rei quæ nō eſt, vel eſſe neſcitur, priuilegium non cōceditur. de eccleſ. ędif. cap. ad audiētiā. & de deſpon. impube. ad diſſoluēdū. vbi de hoc vide quod not. Io. An. s. eo. ſi confirmationē. li. 6. Pet. de Ancha.

e ¶ Ambitionis] quæ ſæpe religioſorum oculos excæcat s. eo. quorundam. in princ. lib. 6.

f ¶ Nullius.] per hoc dico, ꝙ etiam electioni prius factæ ipſo ignorante conſentire non poſſet, quaſi ſuper certo danda ſit talis licentia. facit de conceſ. præb. c. 1. lib. 6. ver. ſubiectum. in fi.

[Glo. ſeq. exponit litteram, & probat inductiue rationem, per quam contrarium ſeruabatur: ſecundo ſoluit quæſtionem de clerico ſæculari.]

g ¶ Firmitatis.] ſi ergo ex tali licentia conſentiret, conſenſus non valeret, & priuatus eſſet omni iure ſibi ex electione quæſito. s. eo. ſi religioſis. 1. reſponſo. lib. 6. Et ſatis videbatur hoc eſſe de mente veteris iuris, inquantum prædic. decre. 1. & 2. reſpon. loquitur de electione facta, & eo tit. quàm ſit. Tñ tenebamus contrarium, dicentes, ꝙ ſi male facit abbas abſoluens monachum ad aliud monaſterium, niſi illud habeat paratum, & conſtet, ꝙ illum recipere velit: tamen valet ſi hoc facit. & de hoc per Innoc. de renun. cap. fin. per Hoſtien. de iureiur. ſicut ex litteris. ita male faciebat prælatus talem dando licentiam, tamen data tenebat, per quod videtur ꝙ valeret talis licentia ſi daretur clerico ſæculari conſentiendo, & tranſeūdo: quia quo ad ſolum conſenſum nō eſt neceſſaria: propter vim enim poſſeſſionis magis notatur ambitio in profeſſo. Et licet actiua poteſtas eligendi non detur ad beneficium non vacans. de conceſ. præb. conſtitutus. paſſiua bene datur. de tranſla. c. fi. de de ſi. presb. c. 1. & 2. lib. 6.

TITVLVS IIII.

De renunciatione.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

DE RENVNCIATIONE.

¶ *Renunciatio dignitatis vel beneficii facta per procuratorem ad hoc conſtitutum, tenet: licet prius procurator fuerit reuocatus; ipſo tamen & ſuperiore cui fiebat ceſſio, ignorante, niſi per malitiam ipſorum vel aliorum reuocatio ipſis fuerit occultata. Io. And.*

¶ Dictum eſt s. tit. ꝓx. de modis medijs acquirendi beneficia eccleſiaſtica, videlicet electione, poſtulatione, prouiſione, verūtñ beneficia modis ſupradictis acquiſita aliquoties perdūtur ſeu dimittuntur, & illud accidit per renunciationem, reſignationē, ſiue ceſſionem, quod idem eſt, idcirco poſt rubricā præcedentē ponit rubr. de renunciatione.

CAP. VNICVM.

Cvm [b] †

Cvm illuſio.] CASVS. Abbas noſtræ dominæ de Exulduno, vel prior aliquis, forſan S. Paterni, conſtituit procuratorem ſuum ad reſignandum beneficium ſuum in manibus ſui ſuperioris facta conſtitutione procuratoris ad renunciandum beneficio ſuo, vel abbatiæ ſuæ: ipſe, vel prior conſtituens pœnitentia ductus reuocauit huiuſmodi procuratorem: ſed ipſam reuocationem nō notificauit, nec inſinuauit ipſi procuratori, nec ſuperiori in cuius manibus erat fienda renūciatio: procurator conſtitutus ignorans iſtam reuocationem, hoc eſt ignorans, ꝙ fuit reuocatus, renunciauit, i. reſignauit huiuſmodi beneficium in manibus ſuperioris, quæ renunciatio fuit admiſſa per ſuperiorem: quæritur vtrum teneat renunciatio, ſiue reſignatio, & vtrum ſuperior poſſit illud beneficium conferre alteri? Dicit, ꝙ cū illuſio ſit reprobata in perſonis eccleſiaſticis, quæ debent mōſtrare exemplū bonitatis cæteris hominibus; ideo valet renunciatio facta per procuratorem, & collatio alteri facta per ſuperiorem valet, ac ſi nūquam fuiſſet facta reuocatio per ipſum conſtituentem: Et hoc niſi ipſe conſtituens notificauerit procuratori, vel ſuperiori ipſam reuocationem: quia ſi conſtituens (puta abbas prædictus) notificaret qualiter ipſe reuocauit procuratorem ſuū; tūc talis procurator nō poſſet reſignare dictū ſuū beneficiū. Sed vtrū illud indiſtincte ſit verū, etiā ſi per ꝓcuratorē ſteterit, quo minus reuocatio fuerit ſibi notificata, quia forte procurator intelligēs reuocationem factā, celauit ſe, ne ſibi notificaretur, ꝙ ipſe eſſet reuocatus, vel forſan ipſe procurator fecit detineri nunciū in itinere, vel ſi forte ſteterit per ſuperiorē, ne notificatio reſignationis perueniret, vel forte ſtetit per extraneū, dicit, ꝙ tunc renunciatio ſiue ceſſio vel reſignatio beneficij habetur pro non facta, & intimatio, ſeu notificatio reſignationis habetur ꝓ facta. h. d. H r. Nota primo caſum, in quo ſufficit, ꝙ reuocatio perueniat ad procuratorem: rationem reddit gloſſa in verbo, [Ignorantē.] Nota ſecundo, ꝙ reuocatio procuratoris poteſt fieri expreſſe, & tacite, probat verbum, [Quomodolibet.] iuncta gloſſa, Zabar. Not. ꝙ quis poteſt renunciare beneficio per procuratorē. Pro hoc vide gloſſam ſuper verbo. [Procuratorem,] Nota principium huius textus, ad qđ allegatur, ꝙ maior conſtantia, & honeſtas requiritur in perſonis eccleſiaſticis, quàm in cęteris, ideo variatio magis reprobatur in clericis, q̄ in laicis. nā laici ſe cōformāt vitæ clericorū, & prælatorū, iuxta illud: Si peccauerit vnctus, faciet peccare populum, & dic [Vnctus,] id eſt, clericus, vel prælatus. Nota quòd varians non eſt audiendus.

† Vide Feli. in cap. ex parte decani, extra, de reſcrip.

diendus.l.ſi quis.C.de iureiuran.Nota.principalem effectum,ſi quis reuocauerit procuratorem ſuum,& non notificauerit reuocationem, ſi aduerſarius fecerit impenſas,ipſe reuocans tenetur ſoluere expenſas.Nota,ꝙ paria ſunt notificatio reuocationis, vel ſi ſtetit per procuratorem vel per alium, quo minus reuocatio veniret ad eius notitiam; & hoc quo ad audiendam renunciationem, & effectum ipſius. Sed quæritur, quid iuris ſi conſtituens non notificauit reuocationẽ, ſed ipſe procurator fuit aliunde certioratus, quòd ipſe eſt reuocatus, forte per aliquos vicinos, vel extraneos, reddendo ei inſtrumentum reuocationis: vtrum hoc ſufficiat? Dicendum, quòd ſufficit ꝙ fiat ſibi notificatio, & non refert, id eſt, non eſt curæ per quem notificatio fiat. Sed quid in tacita reuocatione, quia conſtituens eſt mortuus, vtrum valeat renunciatio ſiue reſignatio beneficij poſtea per procuratorem facta? Dicendum eſt, quòd non: per mortem conſtituentis beneficium erat vacans. Et hoc fuit practicatum in archiepiſcopum Tholoſanum, qui licet haberet archiepiſcopatum per renunciationem, ſeu reſignationem, tamen neceſſaria fuit alia collatio.

† Sub iſta voce dicit Car. ꝑ tex. hunc non comprehendi epatum. Fel. in rub. de maio. & obedien. in col. 6. Fon.

illuſio [a] & variatio in perſonis eccleſiaſticis [b] maxime [c] ſint vitandæ; præſenti conſtitutione ſancimus, vt ſi quis ad cedendum [d] Pontificali aut alij cuilibet dignitati, † vel beneficio procuratorem [e] ſponte [f] ac libere [g] conſtituerit, & ipſum ignorantem [h] poſtmodum duxerit quomodolibet [i] reuocandum: teneat [k] ceſſio facta

[Prima glo. ſummat, & dicit quid determinat.]

a ¶ Cum illuſio.] Renunciatio dignitatis, vel beneficij facta per procuratorem ad hoc conſtitutum, tenet: licet prius procurator fuerit reuocatus: ipſo tñ & ſuperiore, cui fiebat ceſſio ignorante, niſi per malitiam ipſorum, vel aliorum reuocatio ipſis fuerit occultata. Ponit dictum, & exceptionem à dicto: ibi, niſi forte. Et determinat not. per Inn. ſ. eod. tit. veniens. quæ quaſi ad litteram not. Archid. ſ. eo c. 2. lib. 6. Item not. per Goff. Innoc. & Hoſt. & Ægid ſ. eod. quidam. Io. And.

[Glo ſeq. alleg. duas concor. vbi idem verbum habetur, & illud exponit.]

a ¶ Illuſio.] Idem verbum de poſtu. præla. bonæ 2. ver. nec obſtabat. de re iud. cũ olim. de ali. iud. mu. cau. fac. c 1. de app ſuggeſtum. de præb. dilectus. ff. de re iud. ſi prætor. de Iudæ. in nonnullis, ſ. de rer. permu. c. vnico. Et ponitur pro deceptione vel deriſione.

a Illuſio quid ſignificet, & de ea vide Fel. in c. ex parte decani ext. de reſcri.

b ¶ Eccleſiaſticis.] de iure pa. cum autem. ſ. de elec. publicato. & eo. tit. nulli. lib. 6. 8 q. 2. dilectiſſimi.

c ¶ Maxime.] hoc dicit: quia etiam laicis regulariter prohibetur variatio, de quo ſatis not. de reg. iur. quod ſemel lib. 6.

[Glo. ſeq quærit, opinionem ponit, quæ contrario reſpondet, ſoluit, & de alio caſu remittit.]

d ¶ Cedendum.] Quid de procuratore dato ſolum ad petendam licentiam cedendi? Dicebat Vinc. de elec. cũ poſt petitam. per ver ibi, obtentam. & Innoc. in decre. quidam. per decr. lectæ eo. tit ꝙ valet reuocatio, etiam poſt petitionem præſentatã ſuperiori. Nec obſtat quod dr̃ de poſtulatione, cum iſta non fiat ita publice, & ſolẽniter vt illa, & cũ hic nullius interſit, & ſic ſoluitur de poſtula. bonæ 2. ver. nec obſtabat. ſed ſi ſuperior ignorans reuocationem, dedit licentiam, tenet licentia ſecundum Innocen. quamuis ſecundum eum diſtingui poſſet, an per procuratorem, an per nuncium petierit ceſſionem. ad quod facit littera ſequens, & quod infra dicam. Satis dici poſſet per hanc decr. ꝙ ſi procuratori ad hoc conſtituto, & hoc petenti data ſit licentia cedẽdi priuſquam reuocatio peruenerit ad procuratorem, vel ſuperiorem, ceſſante malitia, cogatur cedere, per decre. quidam. De poſtulatione vero poſt reuocationem ſuperiori præſentatam quid iuris, ſcripſi poſt Hoſti. in prædi. decr. bonæ. verſi. nec nocebat. ſuper verbo, videtur.

Procurator ad petendã licentiã cedẽdi datus, quãdo poteſt reuocari.

e ¶ Procuratorem.] non video, ꝙ quo ad hoc ſit ius diuerſum: an conſtituat vnum vel plures in ſolidum, vel coniunctim, laicum vel clericum. de procu. c. 1. lib. 6. videtur tamen tutius cõſtituere clericum. facit quod ſcripſi, de procu. accedens.

f ¶ Sponte.] ſecus ergo ſi per iuſtum metum.

g ¶ Ac libere.] poteſt reſpicere libertatem conſtituentis. & facit ſ. de procu. accedens. & libertatem conſtituti: ſcilicet pure, non in diem, vel ſub conditione. ſed hoc caſu putarem idem: ſi tamen ante ceſſionem, & notitiam reuocationis dies vel conditio eueniſſet, cum ex tunc cenſeatur pura. ff. qui po. in pig. ha. l potior. 2. reſponſo. & facit de reſcri. ſi pro te. lib. 6. & quod ibi not.

h ¶ Ignorantem.] planũ eſt ergo, ꝙ ſi reuocatio perueniſſet ad procuratorem, ſatis eſſet per hanc litteram. & ſit ratio: quia talis procurator cenſetur conſtitutus ad negotium, in quo ſufficit, & reuocatio ad ipſum peruenerit ff. man. ſi mandaſſem. ſ. de reſcri ex parte decani.

i ¶ Quomodolibet.] puta, expreſſe reuocãdo, vel inhibendo, vel alium ad illud conſtituendo, non reſeruatis primo. de procur. non iniuſte. Si vero mortuus fuiſſet prius ipſe conſtituens, planum eſt mandatum tunc reuocatum, & diceretur beneficium vacare morte, non renunciatione, de præb. dudum lib. 6.

[Glo ſeq ponit opinio. Vin & tres alias, quas omnes quo ad hunc caſum oſtendit reuocatas.]

k ¶ Teneat] Vincentius primo videbatur hoc tenere in prædi. decret. veniens. ſed ſubdebat poſtea, ꝙ ſi conſtituẽs poſſeſſioni incumbebat, & publice reuocauerat mandatum, ꝙ concedi poterat, ꝙ renunciatio non tenebat, licet teneatur ad expẽſas, & intereſſe, ei cuius interfuit. alleg ff. ſi cer. pet. eius qui. & quod habetur de pb. dudum, in fi. lib. 6. facit ad idem. de procu. c. vlt. lib. 6. in fi. Sed illud ſpecialiſſimum in carnali matrimonio contrahendo, vt ibi not. concor. ff. de manumiſ. vin. l. ſi pater. in prin pro, & cõtra. ff. de diuo l ſi pœnituit. Et vide: quia quo ad caſum iſtum tollitur opinio Dyni, qui dicebat in præalleg. l. ſi pater. ꝙ ſufficiebat procuratorem reuocatum, licet non certioratum, ad hoc vt impediretur actus, quem procurator gerebat, ex quo ipſius mandatarij non intereſſet. Alij dicebãt ſemper procuratorem de expreſſa reuocatione certificari debere, per ꝑdi. l ſi mandaſſem, ff. mand. ſecus in tacita, quæ fit per mortem; & ſic rũdẽt ad l. eius qui. ſed primo dicto ꝯdicit l. illa, ſi pater. Quare dicunt alij, ꝙ aut mandatarius interuenit vt nudus miniſter, aut vt procurator: Primo caſu reuocatio ſine certioratione impedit actum gerendum, & ſic loquitur lex illa, ſi pater. vbi filius erat miniſter patris: quod probant: quia manumiſſus non eſt ipſius, ſed patris libertus, ff. de manumiſ. l. nepos. ff. de iure pat. filius. & ſic loquatur l. prædi. c. ſi pœnituit & prædic decre. vlt. de procur. Secundo caſu cum procurator verba contractus concipiat in ſuam perſonam, ff. de cõſti pecu. cum qui. § ſed ſi actori. diſtingunt, ſi actus gerendus eſt talis ad cuius eſſe requiritur voluntas dñi: tunc vt non valeat actus, ſufficit reuocatio ſine certioratione: exemplum in trãſlatione dñij rei meæ. ff de reg. iur. id quod noſtrum. ſic loquitur l. eius qui, § quas vero, ff. de dona. l. 2. §. ſed ſi quis donaturus. Fallit fauore liberationis, ff. de ſol. cum quis, §. 1. & l. qui hominem. §. ſi Titiũ. Si vero ad eſſe contractus non requiritur cõſenſus domini, vt ſi mandauit librum vel equum emi, reuocatio ſine certioratione non impedit illum actum, vt l. ſi mandaſſem. Quicquid dicatur in alijs caſibus, quo ad caſum iſtum reuocatio ſine certioratione procuratoris, vel ſuperioris non impedit ceſſionem, licet mandatarij nõ interſit, & tractetur de perdendo dominio: ratio conſtitutionis ponitur in princ. & concord. quod not. ff. de contrahen. empt. l. 1. in fi.

Procuratoris act⁹ poſt reuocationem geſtus an ſit validus.

¶ Mani-

Renunciatio beneficiorum in cuius manibus ſit facienda.

a ¶ Manibus.] ſcilicet Papæ, ſi fuit dignitas epalis. de tranſla. c. 1. & 2. ſi inferior, in manibus confirmatoris vel collatoris, etiam ſi ſit inferior epo. de hoc ſ. eo. admonet. & 7. q. 1. de loco. No. tamen Inn. ꝙ in dubiis nō improbabiliter dicitur in illius manibus quem renunciare debere, qui poſſet illum inuitum deſtituere.

ADDITIO. Vide ſ. eo c. fi. & ibi Inno. Quid iuris ſi ad abbatem ſpectat pręſentatio, & ad epm confirmatio? Dicit ibi Inno. ꝙ requiritur conſenſus abbatis in renunciatione, cū eius interſit. de off. Arch. ad hæc. Similiter in renunciatione requiritur conſenſus eligētium, ſicut & præſentantis. quod tenet hic Paulus, & remittit ad no. per Inno. in c. ſuper hoc, eo. ti. Pet. de Ancha.

b ¶ Facienda.] ſi perſona cui faciēda erat ceſſio, fuit expreſſa in mandato, illi faciēda erat notificatio. Si vero mandatum erat generale, puta ad cedendum in manibus eius, qui recipere poſſet, non uidetur iuuare notificatio, niſi facta ſit illi qui recipit: imputet enim ſibi qui omnibus debuit intimare, vel ſaltem procuratori.

c ¶ Deducta.] & de hoc per ipſum fiat fides. ſimile. ſ. eo. compil. de elect. conſtitutionem. § penult.

d ¶ Per ipſos.] ſuperiorem vel procuratorem.

e ¶ Alios.] reſolue plurale in ſingulare, vt ſ. de priuil. vt priuilegia. facit ff. vi bo. rap. l. prętor ait. § homines.

f ¶ Eorum alterum.] ſatis eſt ergo ꝙ impedita fuit notificatio facienda, etiam ſi alteri fieri potuiſſet.

g ¶ Peruenisſe.] videtur ꝙ in hac intimatione ſeruanda ſit forma decret. de elect. cauſam. vt ibi dixi in fi.

per eum, antequam ad ipſius uel illius (in cuius manibus a ceſſio fuerat facienda b) notitiam reuocatio huiuſmodi ſit deducta: c Niſi forte per ipſos d aut alios e malitioſe factum fuerit, quo minus ad eos, vel eorum f alterum ante ceſſionem potuerit reuocatio perueniſſe. g

TITVLVS V.

De ſupplenda negligentia prælatorum.

¶ Clemens V. in concilio Viennen.

¶ *Si prælati regulares nō conferunt intra ſex menſes, prioratus, administrationes, & eccleſias vacantes, quæ non ſunt de mēſa: ſed ſolent ſpeciales, licet obedientiarios, rectores habere: diœceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exempta, conferunt illa perſonis, quibus per prælatos fuerant conferenda. Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum: vel penſionibus grauari. Declarantur etiam decret. de offi. ord. præſenti. & de præbend. cum ſingula. in talibus prioratibus & eccleſiis locum habere. Io. And.*

CAP. VNICVM.

Q Via h

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA prælatorum.

Continuatio.

¶ Viſum eſt ſupra, qualiter prælati in eccleſia inſtituūtur: verum quia aliqū prælati ſunt negligētes, dubitaret aliquis quis poſſet ſupplere negligentiā ipſorum: ideo hic inſeritur rub. de ſupplenda negligētia prælat.

Q Via regulares.] ¶ Pro intellectu huius ca. præſupponitur illud quod dictum eſt in c. nulla. ſ. de conceſſ. præb. in antiq. vbi dicitur, ꝙ ſi collatio alicuius beneficij ſpectet ad prælatū alicuius eccleſiæ, forte ad prælatum inferiorem epo: quia forte ad prælatū eccleſiæ collegiatæ, ſi ipſe prælatus intra ſex menſes nō conferat, & hoc à tempore ſuę ſcientiæ, ideſt, à tēpore quo ipſe ſcit ꝙ beneficium vacat: tunc collatio deuoluitur ad ſuperiorem, ſcilicet ad epiſcopum.

CASVS Aliquis abbas regularis fuit negligēs ad cōferendum aliquod beneficium per ſex menſes à tēpore quo beneficium ſpectabat ad eius collationem; an diœceſani, hoc eſt, epi vel archiepiſcopi poſſint ſupplere negligentiā prelati regularis, ſicut poſſunt ſupplere negligentiā prælati ſæcularis? Rādet Clemens, ꝙ ſic. Sed quæritur, qua auctoritate poſſunt ſupplere, an auctoritate ſua iure ad eos deuoluto, vel auctoritate Apoſtolica ſibi à Papa delegata? Clemens diſtinguit: aut ille prælatus negligens erat exemptus à iuriſdictione eps, aut non erat exēptus. Si ipſe non erat exēptus, tūc iure ſuo collatio deuoluitur ad ipſum epm: Si uero erat exēptus à iuriſdictione epi: tūc prælatus ſuperior facit auctoritate Apoſtolica ſibi delegata per hoc cap. & non ſuat cum non ſit ſuperior ad illum prælatum. Sed quæritur, vtrum eps illud beneficium regulare poterit conferre clerico ſæculari: vel ſi ſit beneficiū ſæculare, vtrum poterit conferre regulari: Dicit ꝙ non: ſed regulare beneficium debet conferre clerico regulari, & ſæculare ſæculari. Et ſum in verſi. [Eadē quoque auctoritate.] Sed quæritur, quid iuris, ſi prælati regulares volūt huiuſmodi beneficium vacans retinere, & ſuæ menſæ venire, vtrum eps debeat illud tolerare, id eſt, pati? Dicit ꝙ non, ſed ad epm ſpectat vtrū debeat uniri vel non. Sed quid ſi ipſe prælatus uelit augmentare penſiones antiquas, vtrum ſit ei permiſſum? Dicit Clemens ꝙ non. & ſum in verſi. [Præmiſſa.] Sed quæritur, vtrum illud ſit uerum indiſtincte, ꝙ intra ſex menſes ipſi prælati teneantur huiuſmodi conferre beneficia: Dicit ꝙ non eſt intelligendum de beneficiis ſpectantibus ad menſem poſt vnionem. hoc dicit. R. Not. ꝙ eps poteſt ſupplere negligentiam prælati regularis, & conferre beneficia regularia, etiam poſito ꝙ prælatus regularis negligens ſit exemptus à iuriſdictione epi: quia tūc confert auctoritate Apoſtolica delegata per hoc cap. Not. ꝙ qū collatio deuoluitur ad ſuperiorem, tunc ſuperior tenetur conferre illi perſonæ, cui prælatus negligens debebat conferre. No. ꝙ collatio deuoluitur ad ſuperiorē, in cuius diœceſi eſt beneficium vacans, & non ad epm in cuius diœceſi eſt prælatus negligens. No. ꝙ prælati exempti à iuriſdictione epi, non poſſunt beneficia ſpectantia ad ſuam collationem vnire ſuę menſæ, etiā ſi ipſe prælatus haberet epalem dignitatem: quia nullus eſt auctor in cauſa ſua: tū bene poſſet vnire menſæ conuentus. No. ꝙ prælatus regularis non pōt imponere nouas pēſiones nec antiquas augere: ſed ſpectat ad epm ne illud fiat. No. ꝙ prælati regulares nō poſſunt occupare bona alicuius beneficij, quod ſpectat ad ipſorum collationē, ſed debent reſeruare ſucceſſoribus. No. finaliter id, ad quod allegatur iſtud c. ꝙ regulares non poſſunt retinere beneficia plura, etiam ſimplicia. Et no. ꝙ omnia beneficia ſæcularia regularibus ſunt incompatibilia.

Caſus §. Eadē quoque.

[Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret: deinde diuidit, & rurſus dicit quid declaret.]

h ¶ Quia regulares.] Caſus. Si prælati regulares non cōferunt intra ſex mēſes prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacantes, quæ non ſunt de menſa: ſed ſolēt ſpeciales (licet obediētiarios rectores) habere: diœceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exempta, cōferunt

regulares [a] prælati [b] prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, aut quæuis alia beneficia [c] ad eorum diſpoſitionem [d] ſpectantia cum uacant, interdum committere [e] negligunt, vel cōferre intra tempus in Lateran. [f] † concilio conſtitutum: diœceſani locorum [g] in non exemptis ſua, [h] in exemptis [i] vero Apoſtolica [k] auctoritate negligentiam [l] ſuper hoc ſuppleant eorundem: prioratus, eccleſias, adminiſtrationes & beneficia huiuſmodi, illa † uidelicet quæ conſueuerunt per ſæculares clericos gubernari, ſæcularibus [m] clericis: alia † vero quæ religioſis [n] dumtaxat committi ſunt ſolita uel conferri, religioſis monaſteriorum, [o] quorum prælati huiuſmodi negligentes fuerint conferendo. [s] Eadem [p] quoque auctoritate [q] diœceſani ſuffulti nullo modo permittant, quod ijdem prælati prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, aut beneficia huiuſmodi applicent [s] menſis

runt illa perſonis, quibus per prælatos fuerant conferēda. Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum, vel penſionibus grauari. Declarantur etiam decr. de offic. ord. præſenti. & de præbend. cum ſingula. in talibus prioratibus & eccleſijs locū habere. Et ſunt quattuor partes: prima ponit de negligentia Regularium in beneficijs conferendis per diœceſanos ſupplenda: & de modo ſupplendi. Secunda de eccleſiis non applicandis menſis prælatorum: nec penſionibus grauandis: ibi, [Eadē.] Tertia d̄terminat de quibus eccleſijs prædicta intelligantur. ibi, [Præmiſſa.] Quarta declarat duas Bonifacianas: ibi, [In quibus.] & quas opiniones declaret infra dicetur.

† Ideſt, concil. Latera. ſub Alc. iij. c. 8.

a ¶ Regulares.] in ſæcularibus ergo nō haberet locum hæc conſtitutio, inquantum ponit ius nouū, & præiudicat priuilegio exemptionis.

b ¶ Prælati.] ſi ad collegia regularium ſine prælato ſpectaret collatio, quod eſſ: pōt. de reg. c. ſi. lib 6 prius ad prælatum, & demum ad diœceſanum deuolueretur poteſtas. facit j. de præb. ſi de beneficio.

c ¶ Beneficia.] eccleſiaſtica. & uide quod dixi de cler. coniug c. cum Ioannes.

d ¶ Diſpoſitionem.] ideſt collationem uel prouiſionem. hoc dico: quia ſi ad ſolam præſentationem uel electionem ipſorum ſpectarent: tunc ad cōfirmantem vel inſtituentem deuolueretur poteſtas, ſiue ſit diœceſanus, ſiue alius. [y]

y Idem Panor. & Imola hic notātes, ꝙ negligētia inferioris deuoluit ius immediatū ad ſuperiorē. Font.

e ¶ Committere.] vtitur iſto uerbo: quia ſe prelati excuſabant dicentes, ꝙ illarum eccleſiarum non fiebat collatio uel prouiſio, ſed ſolum quædam commiſſio, quaſi illi eſſent caſtaldi, miniſtri, uel pædagogi.

[Glo. ſeq ponit lecturam, ſecundum quam reprobat opinionem, ſubdens caſum indubitatum.]

e ¶ Promouendis.] intra annum. de elect. licet canon. lib. 6. & quando incipiat currere, ibi patet, & eo. tit. commiſſa. Et in hoc differt à commenda talis vicaria, quia commenda parochialis eccleſiæ non poteſt fieri non ſacerdoti. de elect. nemo deinceps. lib. 6. vicaria ſicut, & rectoria, de inſtitut. c. 2. lib. 6. concedi poteſt non ſacerdoti, dummodo ſacerdos fieri poſſit, vt hic, & eod. tit. c. fi. Et ſcias, q pœna illius decr. vlt. non eſt ſublata per iſtã, quod eſt dicere, q etiam intra annum ſi moniti non promouentur, priuari poſſunt: ſicut de rectore no. quo ad pœnam. §. inferiora. in decre. licet canon. in glo. ante pe. in principio.

Commẽda & vicaria differunt.

[Gloſſa ſequens dicit quid reprobat: quærit, arguit negatiue, contrarium ſoluit. & in contrarium allegatis reſpondet.]

f ¶ Sacerdotium.] in hoc corrigitur quod not. Archid. de elect. licet canon. lib. 6. in ver. is etiam. vbi tenebat in perpetuis vicarijs illud capitulum locũ non habere, cũ de rectore loquatur, vt ibi patet. Sed nunquid epi cum iſtis vicariis ſuper differendo ſacerdotium per ſeptenniũ poterunt diſpenſare ſm formã c. cũ ex eo. de elect. lib. 6. Vr, q non, fortius enim adſtrictus eſt vicarius ad reſidentiã perſonalẽ, quàm rector. de præben. extirpandæ. §. qui vero. Itẽ vicarius non dat vicarium. eo. tit. clericos. Contrarium puto per decret. iſtam. & quia decretum cum ex eo. generaliter permittit epos diſpenſare cum his qui obtinent eccleſias, quod verbum ita includit vicarios, vt rectores. Item ratio permiſſionis illius eſt cõmune ius iſtis, vt illis, ergo idem ius. de conſt. tranſlato. Ad decre. clericos reſpondeo, q hic vicarius non dabit vicarium, ſed epiſcopus diſpenſans, ſic vt aliàs loco rectoris: ita & hic loco perpetui vicarij ponet vicarium ſeptennalem, vt in decre. cum ex eo. §. porro.

g ¶ Eorum.] ſcilicet rectorum.

h ¶ Ætate.] ſcilicet, q attigerint xxv. annum habetur hoc de elect. cum in cunctis. §. inferiora. e. tit. licet canon. li. 6. Et dico, q ſicut cũ rectore nõ diſpenſat epiſcopus in ætate, de æta. & qual. c. vnico. li. 6. ita nec cum vicario, p hanc litteram.

i ¶ Perpetuis.] in tẽporalibus ergo non habet hoc locum. de quibus ſ. de appella. peruenit. a. de cle. nõ reſi. c. pe. de voto. c. 1. de elect. cum ex eo. lib. 6. de regularibus beneficium. eo. li. Sic & alibi diſtinguimus vicariam perpetuam à temporali. de reſcr. poſtulaſti. de filijs presbyt. conſtitutus. & c. Michael. perpetuos autem vicarios cognoſcas per id quod habes eod. tit. ad hoc. de præben. extirpandæ. § qui vero. de capel. mo. cap. vno lib. 6.

k ¶ Parochialium.] de his loquitur, & non ſimpliciter de curatis, quia ſolum in eccleſijs parochialibus annexis perpetua vicaria vr pmiſſa, & nõ ſimpliciter bñficijs curatis per decre. extirpandæ. § qui vero. de præbẽ.

Vicaria perpetua in quibus eccleſijs eſt permiſſa.

[Gloſſa ſequens obijcit, q vti debuerat verbo declarationis, & ſoluit.]

l ¶ Volumus.] probari videbantur hæc per antiqua iura. primũ, de pluralitate. ſ. eod. c. 1. & c. prouideas. ſecũdum, de ſacerdotio. ſ. eo. tit. c. fin. tertium, de ætate probari poterat per eandem decre. fi. quæ probat eum curatũ: & per decre. ſuper eo. de præb. lib. 6. Sed quia licet decret. 2. prohiberet eum habere vicariam cũ eccleſia: Et decret. prouideas. prohiberet illũ plures habere vicarias, non tñ priuabant illum prima per adeptionem ſecundæ. Item licet decret. vlt. præciperet illum fieri ſacerdotem, non tñ priuabat illum hoc non facientẽ. Idẽ de ætate. ideo vtitur verbo, volumus, non verbo declaramus, prorogando his caſibus pœnas iuris ad tales vicarios. & forte ſatis erat de mẽte, vt in primo caſu not. Ber. ſ. eo. c. 1. de ſecũdo probat decre. cõmiſſa. de elect. lib. 6. quæ ſic late in ſuo princ. ponit ver. commiſſa. de tertio ſatis patet, vbi ponimus ſecundum. Siue ergo recipiat talis vicarius ſimilem vicariam, ſiue dignitatem, perſonam, vel beneficium curatũ, vacat prima. Idem ſi conuertas, vt quia habens dignitatem, perſonatum, vel beneficium curatum, recipit talẽ vicariã, vacat prima. De dignitatibus vero, & perſonatibus hic ſubticuit, quia non conueniebat illis, q hic de ſacerdotio dicitur.

Verbũ, volumus, indicat ius de nouo. vide Abbatẽ in c. ſedes Apoſtolica, de reſcr. & in c. ex ratione. de app. & Bart. & doct. in l. 1. C. de ſum. trin. & fide catho.

TITVLVS VIII.

De officio & poteſtate iudicis delegati.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ Iudex ad receptionem teſtium in ciuili, & executor ad prouidendum certa perſonæ, cognitione præmiſſa à Papa deputati licite ſubdelegant.

CAP. VNI.

IVdi-

DE OFFICIO ET POTESTATE, &c.

¶ Viſum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro pœnitentiali: nunc videndum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro iudiciali, & contentioſo.

Continuatio.

IVdices.] Præſupponendum eſt primo, q ille cui à ſede Apoſtolica cõmiſſum eſt nudum miniſterium, debet illud in propria perſona exercere; ita q nõ poteſt alteri vices ſuas cõmittere ſeu ſubdelegare: ſecus eſſet ſi haberet iuriſdictionem delegatam. l. à iudice. C. de iudic. Secundo præſupponendum eſt illud quod dicitur in c. fi. eod. tit. in antiq. videlicet, q ille cui Papa committit propter induſtriam ſuæ perſonæ, talis non poteſt ſubdelegare nec committere alijs vices ſuas.

CASVS. Tu & ego habebamus cauſam, in qua proceſ-

ſum fuit vſque ad productionem teſtium hincinde ſuper petitione tua, & ſuper meis defenſionibus: quia tñ teſtes erant in patria longinqua, & multum diſtantes à nobis, nec cõmode venire potuiſſent, niſi cum magnis ſumptibus & expenſis, Papa commiſit vices ſuas alicui iudici de receptione & examinatione iſtorum teſtium: Accidit ꝙ iſte commiſſarius Papæ fuit impeditus, & non potuit vacare receptioni, & examinationi teſtium, & voluit ſubdelegare alium, qui reciperet, & examinaret: Quæritur vtrum poſſit? Dicit Romanus Pont ꝙ ſic: nam iſte deputatus, ſeu delegatus non eſt nudus miniſter, nec recipit nudum miniſterium: ideo poteſt vices ſuas ſubdelegare: ſecus ſi reciperet nudũ miniſterium, puta ſolam examinationem ſine iuriſdictione. Sed quid ſanctiſſime pater, ſi aliquis fuit datus executor ad prouidendum aliquibus certis clericis de aliquibus beneficijs in genere, puta quia mãdauit executori vt prouideret iſti, & contentis in reſcripto de beneficio, ſi eſſent vitę laudabilis, & honeſtę cõuerſationis: Si iſte executor fuerit impeditus, vtrũ poſſit alium ſubdelegare? Videtur ꝙ non. quia Papa videtur elegiſſe ſuam induſtriam, & non fuit ei mandatum ſimpliciter, ſed ſub conditione: Tamen dicit Romanus Pontifex, ꝙ poteſt ſubdelegare, poſito ꝙ fuit ei mandatum ſub conditione ſi iſte eſſet vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ. & per illam clauſulam non videtur elegiſſe induſtriam perſonæ, ſed ſolum declaraſſe officium: quia ſi illa clauſula non fuiſſet expreſſa, tamen tacite intelligebatur. hoc dicit. Not. ꝙ in cauſa criminali iudex non debet committere examinationem teſtium, ſed ipſe perſonaliter eos debet examinare: ſecus in cauſa ciuili: & tunc iudex cui committitur receptio & examinatio teſtium, poteſt alium ſubdelegare. Not. ꝙ executor datus ad prouidendum alicui de beneficio, poteſt vices ſuas committere. Sed vtrum ſit dandus caſus in quo deputatus à ſede Apoſtolica in cauſa ciuili ad examinandum teſtes, non poſſit committere alteri? Et dicendum eſt, ꝙ ſic, videlicet, ſi iſte qui vult ſubdelegare, non recipiat iuriſdictionem, ſed ei ſolum ſit delegatum nudum miniſterium, puta ad examinandum ſolum, & non ad recipiendum, iurari faciendum, & ad citandum partem aduerſam, vt det interrogatoria: quia tunc videtur ſibi commiſſa iuriſdictio, quam poſſet ſubdelegare. Et ſic nota, ꝙ commiſſarius ad teſtes recipiendos, & examinãdos poteſt exercere omnia ſine quibus non poſſet negotium explicari, licet de illis non fiat mẽtio in reſcripto. Nota dictionem, [Solertẽ:] Solers, tis, ideſt, ſapiens, ingenioſus, ſagax, cautus. Nota, ꝙ inquiſitio debet fieri cum ſolertia, in verbo ſolertẽ, quod expone, vt in glo. quaſi & concor. ĩ. de ſtatu. reg. c. 2. Nota, ꝙ beneficiandi debent eſſe vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ. ſimile infra, de conceſ. præben. clemen. vnica. Zabar.

An quod hic dicit de receptione teſtiũ, procedat ĩ qualibet parte iudicij, vt deputat⁹ ſuꝑ illa à principe poſſit ſubdelegare, vide Inno. in c. q̃m contra falſam. extra de probat.

ces [a] ſuper receptione [b] teſtium in cauſa ciuili: [c] Nec non executores [d] ad prouidendum aliquibus: [e] ſi per inquiſitionẽ [f] ſolertẽ [g] eos [h] eſſe vitæ laudabilis, & cõuerſationis honeſtę repererint, [i] à ſede Apoſto

[Prima glo dicit quid primum, & ſecundum dictum determinat, ponit differentiam inter iudicem, & miniſtrum.]

[a] ¶ Iudices.] Se ſummat dicens duo. Et primum determinat not. per Inn. & Hoſt. ſ. eo. tit. c. fi. & quæ ibi ſcripſi in vlt glo. & de re iudi. cum Bertholdus. & quæ ibi ſcripſi ſuper glo. ſed qualiter. Secundum dictum approbat, quod not. Io. Mo. ſ. eo. tit. is cui. lib. 6. vbi tenet, ꝙ ſi committitur executori examinatio illius cui eſt faciẽda prouiſio, vt ſit in forma pauperum, ꝙ ſubdelegare poterat. & no. hoc principium quod dicit, iudices: per quod patet, ꝙ tunc demum talis receptor teſtium ſubdelegat, quando iudex eſt: ſecus ergo ſi ſit nudus miniſter: puta quia receptis teſtium iuramentis, examinatis articulis ſuper quibus producũtur, & interrogatorijs, ſecundum quæ debet fieri examinatio, committitur id alicui expediendum: iſte enim non eſt iudex, nec proprie receptor, ſed potius examinator ipſorum teſtium, & talis actus fieret die feriato, vt not. Gul. in Spe. de ferijs. §. 2. ver. ſed quid ſi tunc. receptor autem, qui iudex eſt, cogit teſtes, citat eum contra quem producuntur ad videndum eos iurare, audit exceptiones, recipit iuramẽta, refrænat multitudinem teſtiũ, examinat interrogatoria, punit teſtẽ q aures eius offendit, C. de teſti. l. nullũ. cum ergo iuriſdõnẽ habeat, ex quo illam hẽt à principe, ſubdelegat. Videbatur aũt ꝯtrium, quaſi eſſet nudus miniſter: per prædict. decr. vlt. ſ. e. ſed illud procederet in examinatore. Et huic ver. iudices. coniũge litteram. ĩ. in fine, à ſede Apoſtolica deputati.

[b] ¶ Ciuili.] Non intendit per hæc verba excludere cauſas ſpirituales, ſed criminales, in quibus debẽt teſtes exhiberi coram iudice, vt in Authen. de teſti. §. & quoniã. coll. 8. C. de fide inſtru. authen. apud eloquentiſſimum. & not. 3. q 9. teſtes. de iudi. at ſi clerici. in 4. gloſ. de teſt. cog. c. 1. Bene tñ poſſet criminalis cauſa delegari. ꝯ hoc 23. q. 4. iſtud 95. diſt. c. 1. de rapto. in archiepiſcopatu. de reſti. in integ. c. penult. & in Spec. de iudi. deleg. §. ſi ver. Item, ꝙ eſt delegatus in cauſa. Ioan. And.

Cauſa criminalis põt delegari.

[c] ¶ Necnon.] reſoluuntur in vnam affirmationem. ff. de verb. ſig. duobus, & operantur copulam, ſcilicet, ac ſi diceret, &.

Negatio duplex affirmat.

[d] ¶ Executores.] deputati à ſede Apoſtolica. quod eſt infra. Et ex titu. patet, ꝙ iſti habẽnt delegatam iuriſdictionem, vt not. de reſcrip. tibi qui, in gl. 2. lib. 6.

[e] ¶ Aliquibus.] nominatis ſ. eo. is cui. lib. 6.

[f] ¶ Si per inquiſitionem.] hoc inducebat dubium quaſi in inquiſitione ſit electa induſtria perſonæ. [1] & hæc clauſula communiter ponitur in forma pauperum, in qua ſcribitur, ꝙ cum fuerit repertus idoneus in litteratura per examinatores ad hoc deputatos committit Papa, ꝙ ſi, &c.

[1] Facit 30. q. 5. iudicantem. & de iudi. exhibita. cum ibi notatis. Io. de Imola.

[g] ¶ Solertem.] quaſi ſolicitã, vigilantem, aſtutã, ſagacẽ, & induſtrioſam, & ſcribitur per vnicũ l. datur verſus:

Exiguo pulchram ducit ſolertia vitam.] Alias,
Exiguo placitam ducit ſolertia vitam.

[h] ¶ Eos.] pro quibus ſcribitur. Ioan. And.

[Gloſſa ſequens quærit, arguit pro: ponit diſtinctionem Innoc. an ſapiat monitionem, an conditionem: ſecũdo, in arbitrio executoris: tertio, in effectu proceſſus. Secundo ponit aliam opi. in forma conditionis, an alius lædatur necne: cui obijcit, & dupliciter ſoluit: Tertio ponit finale dictum Innoc. non curantis an ſit monitio, vel conditio, ſed an dicatur ſi eſt, an ſi conſtiterit, & an aliter lædatur vel non: & per id dicit quæſtionem ſolui.]

[i] ¶ Repererint.] ſed nunquid [2] eis neceſſe erit, ꝙ præcedet ſuper hoc cognitio vocatis quorũ intereſt? Vr̃, ꝙ ſic, propter verbum iſtud, & verbum, per inquiſitionẽ. dicit Innoc in decre. vlt. de præſump. ꝙ ſunt clauſulæ, quæ ſonant in monitionem, non in conditionẽ, puta ſi perſona ſit idonea, & ſimilia: & iſtæ non dant nouam formam mandato, ſed inſtruunt executorem quaſi perſonæ prouideat: quare teneret tunc prouiſio facta indigno, & excommunicatio propter hoc lata, licet ſit iniuſta: cum executor in his iuriſdictionẽ habeat. Sed ſunt quæ bene ſonant in conditionem, vt ſi dr̃ prouideas P. in tali eccleſia, ſi de tali vico ſit oriũdus: hoc. n. ſapit cõditionem, & formam certam adijcit mandato, vnde ſi non eſt vera, nõ valet prouiſio. nec excommunicatio propter id lata, propter tranſgreſſionem mandati. de reſcrip. cum dilecta. nec audiretur prouiſionẽ ante omnia ſortiri ſuum effectum, cum negetur iuriſdictionis fundamentum cuius acceſſorium eſt prouiſio, vt ibi plenius proſequitur. Dicit tñ Inno. ꝙ in prima, & ſecũda clauſula, is cui ſcribitur, ſi uult, põt eſſe merus executor, & ſine cãæ cognitione prouidere de uacante: põt etiã aſſumere partes iudicis, ingrẽdo de ꝑdictis uocatis

[2] De materia huius gloſſæ vide Alex. conſi. 218. incip. viſis verbis. lib 2. Olde. conſi. 41. incip. breuiter videtur. & Bald. & Fel. c. ſi. de præſumpt.

& non

& non vocatis iis, quos res agit, dummodo committens iuriſdictionem habuerit, vt ſic poſſit delegatus qđ poterat delegans. Differunt tñ proceſſus facti cum cauſæ cognitione, ab iis qui fiunt cauſa nõ cognita quo ad præiudiciũ eorum quos res tangit, vt ibi not. Inno. & Hoſt. qui etiam dicunt, ꝙ dato, ꝙ clauſula: ſi perſona ſit idonea: non ſit in reſcripto, poteſt executor ſuper ea partes iudicis aſſumere, cum ſubintelligatur hæc vera, niſi merum miniſterium eſſet illi commiſſum. Dicit demũ Inno. alios melius diſtinguere in clauſula, quæ ſonat in conditionem, ſi de tali vico eſt, vel ſi doctoratus eſt in theologia, vel ſimile: ꝙ ſi per tales litteras tollitur, vel læditur ius alicuius, puta prouiſoris ordinarij, non prouidebit executor, niſi vocatis his quos res tangit, de conditione cognoſcat: tamen de plano ſine libello, & litis conteſtatione, quod hodie patet infra de iudi. diſpendioſam. Et idem in ſimilibus vbi in reſcripto præambula eſt conditio non ſubintellecta, vt ſcilicet primo partibus præſentibus illa diffiniatur: vt ſi mandaretur inquiſitio veritatis fieri contra aliquem ſi fuerit infamatus. Si vero per litteras non tollitur nec læditur ius alterius, vt ſi prouiſor mandat alicui quòd prouideat ſub illis conditionibus, tenet prouiſio etiam ſuper illis, inquiſitione non facta, nec vocatis partibus: quia nec congruæ ſunt hic partes. Et ſi dicis, præiudicium fit eccleſiæ, cui plus expediret habere iſtum ſic conditionatum, quàm alium, reſpondeo, ꝙ opponi non poteſt contra prouiſionem delegati, ſicut nec delegantis. Vel dic, quod licet prouiſio delegati ex eo quod non ſeruauit formam, ſit nulla, nõ per hoc ſequitur, quòd neceſſe fuerit partes in prouiſione vocari. Dicit demum Inno. ꝙ ſiue in monitionem, ſiue in conditionem ſonet clauſula, tenet prouiſio delegati non præmiſſa cognitione: quia non eſt iudex, ſed prouiſor. de elect. venerabilem. verſi. exercuit. tamen ſi monitio, vel conditio nõ eſt vera, caſſatur, vel caſſum nuntiatur quod attentauit prouiſor tamquam obreptitium. de re iud. cum olim. in fin. poteſt tamen prouiſor aſſumere partes iudicis: & tunc ſi non admittit oppoſitionem cõtradictoris de falſitate clauſulæ, poterit ab eo appellari, ex quo partes iudicis aſſumpſit, vt prædixi. Alij contra, cum ad id non teneatur, & facit id ſolum ad ſuam inſtructionem, nec fit ſentẽtia neceſſaria. ſecus ſi dicatur in littera, ſi ſibi conſtiterit, ꝙ ſit de tali vico, &c. tunc enim ſi iuri alterius præiudicatur: cum talis fungatur vice iudicis, non poterit conſtare niſi partibus præſentibus, & ſi non præmittit cognitionem, proceſſus non valebit: quòd ſi alteri non præiudicatur, tunc valebit quod ſine cognitione facit: cum non tamquam iudici, ſed tamquam bono viro ſit hoc ſibi commiſſum. ex quo ergo non eſt iudex vel inquiſitor; ſatis eſt quòd inſtruat ſe. Et placuit (quia vtile hoc putaui) ſic ſummare prædictas gloſſas Innocentij, & Hoſtienſis valde prolixas. Et per hunc finem pateat ſolutio quæſtionis.

lica [a] deputati, alijs poſſint committere [b] licite vices ſuas. [c]

TITVLVS IX.

De officio iudicis ordinarij.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, quòd metu pœnæ ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. Io. And.*

CAP. I.

Et clericorum [d] audacia [e] (qui prætextu priuilegij [f] clericalis ordinis, † impunitatem exceſſuum obtinere ſperantes, [g] † nonnulla multotiens committunt enormia, per quæ nimirum † diffamatur [h] Eccleſia, & ſcandala [i] grauia in populo [k] generan-

DE OFFICIO iudicis ordinarij.

¶ Quia iudicum duplicia ſunt genera: Nam quidã ſunt delegati, & quidã ordinarij: De delegatis viſum eſt in tit. præcedenti, qui delegati ſunt maiores quibuſcunque ordinarijs qa repræſentant principem, & tãquam princeps ſunt honorandi: ideo dicendũ eſt nũc de ipſis ordinarijs.

Continuatio.

† Dictio, ordinis, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

Et clericorum.] Iſtud cap. continet exhortationem ordinariorum, vt ipſi intendant ad ea quæ pertinent ad eorum officium.

CASVS. Quidam clerici alicuius diœceſis perpetrauerunt aliqua crimina, puta homicidium, vel furtũ, vel rapinam, vel aliud delictum: nunc quæritur ad quẽ ſpectat correctio, & quis dẽat illos punire: Dicit Romanus Põtifex, ꝙ correctio ipſorum de iure cõmuni ſpectat ad epm, qui eps in clericis corrigendis debet adhibere tantam diligentiam, ꝙ metu pœnæ alij pertimeſcant in futurum talia perpetrare. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo huius capituli flores: Primo ex principio textus iuncta gl. ꝙ clerici pro ſuis delictis non ſunt conueniendi coram iudice ſæculari, ſed corã iudice eccleſiaſtico, nec per iudicem ſæcularem ſunt puniendi. Secundo nota. ꝙ impunitas parit, & tribuit incentiuum, & cupiditatem delinquendi, & ſic facilitas veniæ tribuit incentiuum delinquendi. Tertio not. ꝙ propter exceſſus clericorum Eccleſia dehoneſtatur, & ſcandalum in populo generatur. Et hoc verum de Eccleſia quo ad opinionem vulgi, quia Eccleſia non dehoneſtatur. Vel dicendum, ꝙ Eccleſia dehoneſtatur, i. ſtatus clericorum vilificatur, & deturpatur. Not. ꝙ nomine clericorũ veniunt omnes clerici etiam in ſacris conſtituti. 11. q. 1. de perſona. in fin. Nota, ꝙ audacia reprobatur, & accipitur hic in malum. glo. a. alleg. concor. Zabarel.

† Debent merito ſpe fruſtrari. l. ſed ſi ex parte. §. ꝗ qui, ff. q̃ cum eo. l. relegatorum, §. fin. ff. de interdi. & releg. l. pe. ff. d in. dot. per quam legem hoc not. Bal. in c. ex parte. de conſue. facit l. etiã §. 1. ff. ſolu. ma. eſt tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi q̃s teſt. liber eſſe.

† Alias nimium.

[Prima glo. ſummat, diuidit, & remittit.]

[a] ¶ A ſede Apoſtolica.] aliàs non eſſet dubium.

[b] ¶ Cõmittere.] eadem ratione dicam, ꝙ ſuccedat in his illius ſucceſſor, ſi ſcriptum fuit dignitati non expreſſo nomine perſonæ. ſ. eo. quoniam abbas. Quid autem ſi fuiſſet nudum miniſterium, an tunc ſuccederet, not. Inno. & Hoſtien. ſ. eod. cap. finali.

Vide Abbatem in c. de cætero. extra, de re iudicata.

[c] ¶ Vices ſuas.] de miniſterio quod occurreret in iudicio faciendum, non dubitatur: quia illud committit delegatus ab ordinario, vt dixi ſ. e. ſuper qõnum. in princ. ſuper gl. ſi ergo. de hoc per Guliel. in Spec. eod. tit. §. 1. verſ. ſed nunquid.

[d] ¶ Vt clericorum.] Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, ꝙ metu pœnæ ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. Et præmittit cauſam mandati quod ſecũdo ſubmittit: ibi, [Eiſdem.] & repete quod dixi ſ. ea. cõpilatione de æta. & qualit. c. 1. in 1. gloſ.

[e] ¶ Audacia.] tolle verbum, propẽtius compeſcatur, qđ eſt j. & ponitur hic audacia in mala parte. ſic 3. diſt. factæ ſunt. alibi in bonam. 8. q. 1. audacter.

[f] ¶ Priuilegij.] [illegible] iam immunitatis perſonæ, de qua 17. q. 4. ſi quis. quàm fori. ſ. de foro compe. nullus.

[g] ¶ Sperantes.] propter quã ſpem qui ſunt nequã, fiũt nequiores. de ſent. excom. vt famæ. & facilitas veniæ incentiuum, &c. de vita. & hone. cleri. vt clericorum.

Ex gloſ. not. Car. ꝙ priuilegiũ deuorat immunitatem perſonæ, & fori. Font.

[h] ¶ Diffamatur.] ideſt male de ipſa prædicatur: vel, id eſt, vilificatur, & dehoneſtatur. ſic etiam exponitur ſ. de oblig. ad ratiocinia. cap. vnico in fi. & concor. 2. q. 5. ſi mala fama.

[i] ¶ Scandala.] quibus obuiandum eſt etiam ſi puſilla ſunt. ſ. de noui ope. nun. c. 2.

[k] ¶ Populo.] concor. 6. q. 5. presbyter ſi à plebe. de præcan. c. 1.

a ¶ Propenſius.] idem verbum vide ſ. ea. cõpil. de æta. & qualit. vt hi qui. & vide quod ibi dixi.

b ¶ Epiſcopis.] ad quos de iure cõmuni hoc pertinet: poſſet tamen ad alios de iure ſpeciali ſpectare. 1 eod. tit. irrefragabili de for. comp. cum contingat, dic, vt ibi.

nem aſſignat glo. penult. Nota caſum in quo non ſufficit mentio generalitatis. quod dic, vt in glo. in verbo, Specialis. Zaba.

¶ Prima gloſſa dicit quid declaret, & quid corrigat & exponit.

tur, potiſſime cũ talia per epos, ad quos horum ſpectat correctio, deferantur vt plurimũ incorrecta propenſius [a] compeſcatur: Eiſdem epiſcopis [b] diſtricte iniungimus, 2 quatenus ſic circa correctioñe clericorum huiuſmodi vigilanter intendant, & diligenter ſui officij debitum exequantur, quòd & ijdem clerici metu [c] pœnæ à ſuis arceantur inſolentijs, [d] 3 & alij eorum exemplo perterriti [e] proſilire ad ſimilia merito pertimeſcant.

¶ Idem.

¶ *Valet collatio beneficij facta à collatore quolibet circa legatum Apoſtolicum, non facta mentione de beneficio, quod prius habebat is cui fit. h. d. Io. And.*

CAP. II.

ET ſi ab Apoſtolicæ [f] ſedis legato [g] de beneficio facta [h] collatio beneficium [i] aliud obtinenti, non valeat, niſi de illo quod obtinet facta fuerit mentio ſpecialis: [k] In alijs tàmen quibuſlibet [l] collationem [m] beneficiorum habentibus, [n] hoc nolumus [o] òbſeruari. [p]

c ¶ Metu pœnæ] concor. de elect. cum in cunctis. de vita, & hone. cle. vt clericorum. cum ſuis concord.

d ¶ Inſolentijs.] de accuſ. qualiter 2. ver. verum. Inſolentia eſt morum inconuenientia, fatuitas, vel ſuperbia, vel prauus vſus, quaſi contra ſolitum & debitum naturæ curſum.

e ¶ Perterriti.] concord. 2. q. 7. quapropter. eo titulo. irrefragabili, de calum. c. 1. de Iudæ. ad liberandam.

ET ſi ab Apoſtolicæ.] Ponit duo dicta: Primo vnum in legatis ſedis Apoſtolicæ: Secundo, aliud in alijs collatoribus: ibi, [In alijs.] Imola.

¶ Præſupponendum eſt, quod obtinens beneficium quantumcunque modicum, ſi impetrat aliud à Papa, & non facit mentionem de primo, ſua impetratio eſt ſurreptitia, & nulla ipſo iure: & hoc verum, niſi Papa ſuo proprio motu ei concederet beneficium, vt in c. ſi motu proprio. de præben. lib. 6.

CASVS. Eſt aliquis Cardinalis legatus in Frãcia in ciuitate Pariſieñ. habẽs poteſtatem conferendi beneficia ex legatione generali, vel aliàs habens ad hoc ſpeciale mandatum, quia legatus cõcurrit cum quocunque ordinario, tamen inter ipſum, & ordinariũ eſt locus præuentioni: quia primus qui confert beneficium, dat ius illi cui confert: Ego impetraui beneficium à legato, & nullam feci mentionem de beneficio quod obtinebam: modo quæritur an mea impetratio ſit ſurreptitia, ac ſi eſſet impetrata à Papa? Reſpondetur quod ſic. Sed quid ſi impetraui ab epiſcopo, & non feci mentionem de primo, vtrum impetratio cenſeatur ſurreptitia? Dicit, quòd nõ, niſi illud eſſet incompatibile cum primo: quia tunc primum ipſo iure vacaret. c. vnico. ſ. de offi. vic. & cap. de multa, extra de præb. in antiq. h. d. H. R.

¶ Colligo aliqua notabilia: Primo, ꝙ legatus de latere hoc eſt Cardinalis, ex legatione ſua generali poteſt conferre beneficia in prouincia ſibi decreta, durante tempore ſuæ legationis. Not. ꝙ legatus non habet poteſtatem excluſiue ſupra ordinarios. ſed accumulatiue: quia concurrit cum alijs ordinarijs, & inter ipſos eſt locus præuentioni: hoc eſt, ſi legatus primo conferat, tunc collatio ordinarij eſt nulla: Si ordinarius primo conferat, & legatus poſt, collatio legati eſt nulla. Not. iuncta glo. ꝙ in legatione legati cauetur, ꝙ poſſit conferre beneficia. quia ſi eſt legatus, & non eſt Cardinalis, tunc non põt conferre beneficia, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum. Quòd caueatur in commiſſione legati, ꝙ poſſit conferre beneficia, cauetur in c. 1. de offi. leg. in 6. Not. ꝙ ſic taciturnitas beneficij vitiat collationem Papæ; ita etiam vitiat collationem legati: nõ tamen vitiat collationem epiſcopi, & aliorum ordinariorum. Et ſic eſt differentia inter legatos Papę, & inter ordinarios: ratio-

f ¶ Et ſi ab Apoſtolicę.] Breue eſt declarans decre. vlti. de offic. leg. lib. 6. Et principale dictum corrigit, qđ ibi not. Arch. qui dicebat idem in alijs ordinarijs, quod in legatis, qui etiam ſunt ordinarij: & approbat quod ibi not. Et exponas, etſi, pro quamuis.

g ¶ Legato.] de latere: nam alij beneficia conferre non poſſunt. quod dic, vt de offic. leg. capit. 1. lib. 6.

h ¶ Facta.] declarari debuiſſet (ꝙ procuraſſem ſi compilatoribus adhæſiſſent) an intelligeretur hoc de collatione facta etiã motu proprio legatij, circa quod ſunt opiniones: mihi videtur quòd valeat. 3 Ioan. Mon. contra. in decr. vlt. de offic. leg. & Archid. in decreta. ſi motu. de præben. lib. 6. in princ.

i ¶ Beneficium.] quantumcunque modicum. de præb. ſi motu proprio. lib. 6. in princip.

k ¶ Specialis.] In hoc approbat quod not. Archi. in ꝓdic. decre. vlt. vbi dicebat, ꝙ in tali collatione facienda erat mentio ſpecialis 4 beneficij: nec ſufficiebat generalis, qualis eſt illa de præb. non poteſt. in ſi. lib. 6. & facit pro Hoſt. ſ. Compoſtellanum in his quæ ſcripſi de pręſcrip. in noſtra. in ſi. An vero etiã de qualitate curæ beneficij quod habet impetrans, facienda ſit mentio, dicam j. de præben. c. 1.

l ¶ Quibuſlibet.] Si ergo metropolitanus, epiſcopus, archidiaconus, vel quiuis alius confert beneficium, in collatione nõ eſt facienda mentio prioris beneficij: ſed habeatur diſtinctio, an de iure cõmuni poſſit vtrumque teneri, vel an ſit diſpenſatio neceſſaria, & cuius.

m ¶ Collationem.] De electione vel præſentatione nõ dubitabatur, pendens enim illa ex officio cõfirmatoris ſ. eod. tit. cum vos, de elect. nihil eſt.

n ¶ Habẽtibus.] iure proprio, vel deuoluto. Et licet de ordinarijs loquatur: quod patet ex titu. idem in delegatis ab eis ad hoc verbum ſ. quibuſlibet.

o ¶ Nolumus.] Sed quæ eſt ratio huius iuris diuerſi legatorum ad alios ordinarios? Solu. licet legati de latere per poteſtatem expreſſam in iure, & alij legati ex ſpeciali cõmiſſione quandoque beneficia conferant; faciunt hoc Apoſtolica auctoritate, nec ſunt collatores ordinarij, immo per factum ipſorum ſit præiudicium illis, ad quos collatio pertinet: ipſorũ ergo collatio vt extraordinaria ſuperinducta, & collatoribus præiudicãs eſt reſtringenda: Ordinariorum vero collatio, vt naturalis, & fauorabilis amplianda. facit de reſcr. ad hoc. de re iud. c. fin. de reg. iur. odia. lib. 6. & eſt ſimilis differentia, de reſcrip. ſtatutum. lib. 6.

p ¶ Obſeruari.] licet ergo interdum non valeat collatio in caſu ſ. eo. ordinarij. in ſi. lib. 6. hoc tamen non eſt ex vi ſuppreſſionis tantum. & vide qđ dicam j. de præb. ſi plures. in glo. ſi intelligas.

1 Vide Si tu. in ca. cũ contingat.

2 Huc ſpectat illud: q̃ oderũt peccare boni virtutis amore: oderunt peccare mali formidine pœnæ.

3 Si negligant peccant mortaliter 4. diſt. c. denique. Aufre. Fõt.

4 Ob iſtam tãm puniũtur rei in ipſo loco delicti. Salic. in Authent. ſi vero. C. de adult. Fon.

3 Idẽ Cardinalis, & Io. Imola.

4 Specialis, i. expreſſa, Alex. in l. 1. poſt glo. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. & de materia gloſſæ vide Calde. in c. in noſtra. de reſcri. & Rot. deci. 105. & 282. in anti.

Continuatio domini ſeliæ.

DE PROCVRATORIBVS.

¶ Viſum eſt ſupra de iudicibus, nunc videndum eſt de iudicijs, quæ exercentur p ipſos iudices: verũ quia perſonæ quãque non poſſunt perſonaliter comparere, & conſtituunt alios procuratores; ideo præmittit rubricã de procuratoribus.

Inſtrumẽto.] Ponitur diſtum & eius rõ: ibi, (Cum per hæc.]

¶ Præſupponendum eſt illud qđ dr̃ in l. ſi filiusfam. & in l. nõ cogendum, ff. de procu. videlicet, ꝙ procurator alicuius, non poteſt cogi præciſe, vt defendat cauſam ſui domini: immo põt cauſam ſui dñi deſerere & dimittere: ſed tñ tenetur dño ad intereſſe: hoc falli. in caſu huius capituli.

TITVLVS X.

De procuratoribus.

¶ Clemens V. in concilio Viennen.

¶ *Qui ſciens ſine proteſtatione recipit inſtrumentum, vel litteras ſuæ procurationis, quibus conſtituens pro ipſo cauebat, ſuper incluſis in procuratorio, dominum defendere cogitur. Io. And.*

CASVS. Feci te citari coram iudice, noluiſti vel non potuiſti perſonaliter cõparere, & conſtituiſti procuratorem, & in procuratorio ſeu inſtrumento procurationis cauiſti de iudicato ſoluendo: nuncius tuus notificauit conſtitutionem tuam tuo procuratori: ipſe procurator certioratus per receptionem inſtrumenti procuratorij dicit ſe cõpariturũ, tñ ſine proteſtatione: ſcilicet qa nõ dicit, ſuſcipio procuratorium, & poſtea dabo reſponſionem: ſed ſimpliciter dicit, ꝙ ipſum defenderet adueniẽte die aſſignationis: poſt dationem mei libelli petij, vt procurator tuus reſponderet libello meo: dicit procurator, ꝙ te non defenderet, ſed ꝙ acciperem defectũ: implorãui officium iudicis, vt procuratorem compelleret ad reſpondendũ libello: quia malo ꝙ cauſa accipiat bonum finem, quam acciperet defectum: Quæritur vtrũ procurator poſſit compelli? Dicit Romanus Põtifex, ꝙ ſic: quia ſm leges ſi procurator præſens fuerit conſtitutus, ipſe compellitur ipſum defendere, ita etiam ſi fuerit abſens, vt hic. Colligo aliqua notabilia iuncta gl. Primo, ꝙ procurator poteſt conſtitui per litteras priuatas ſignatas ſigno manuali dñi cõſtituentis, dum tñ fuerit probatum ſignum: & ſic eſt caſus in quo priuata littera facit fidem. Not. ꝙ procurator rei quantumcunque conſtet de procuratorio, tenetur cauere, i. cautionem dare de iudicato ſoluendo, quę cautio continet clauſulas: Primo, ꝙ defendet dominum vſque ad finem: ſecundo, ꝙ dolum non committet: Tertio, ꝙ ſoluet id in quo reus erit cõdemnatus: Sextus de procuratorio acto ris, qui non præſtat iſtam cautionem, niſi quando eſt dubium de procuratorio. L. 1. C. eo. Et dr̃ eſſe dubium ꝺ procuratorio, qñ ipſum procuratoriũ eſt ſuſpectũ: quia dubitatur vtrum notarius ſcripſerit, vel non. Non autẽ dr̃ dubium, ꝙ omnino reprobetur. & perinde eſſet ac ſi nullũ eſſet reprobatum: & tunc qñ procuratorium eſt dubium, procurator debet cauere de rato. Nota caſum in quo procurator rei præciſe compellitur ad defendendum dominum ſuum. Nota, ꝙ poteſt procurator conſtitui ad plures cauſas per verbum, (In cauſis.) ſic etiã ad vnam, vt hic in gloſ. 3 Idem Zenzel. Nota, ꝙ paria ſunt non facere, vel non debito modo facere: ibi, (Debito modo.) quod dic, vt in gloſ. 4. & idem Paulus, pro hoc quod not. ĩ eo c. 1. & c. mandato. Zabar.

(Prima glo ſummat. & diuidit.)

a ¶ Inſtrumento.) Caſus. Qui ſciens ſine proteſtatione recepit inſtrumentum, vel litteras ſuæ procurationis, quibus conſtituens pro ipſo cauebat ſuper incluſis in procuratorio, dominum defendere cogitur. Ponitur diſtum, & eius ratio: ibi. (Cum per hoc.)

CAP. I.

Inſtrumento [a] vel [b] litteris; quibus te aliquis in cauſis [c] ſuis procuratorẽ conſtituens, pro te debito modo [d] cauit, [e] ſimpliciter (nulla facta proteſtatione [f]) à te ſcienter [g] receptis, [h] non potes poſtea recuſare defenſionem illius: immo cogi [i] poteris

b ¶ Vel litteris.] per quas etiam conſtituitur procurator. ff. eo. l. 1. in princ. ĩ. eo. ex inſinuatione. de cenſi. ſopitæ. & eſt caſus quo littera, & ſigillum priuati facit fidem. ff. eo. tit. ſi procuratorem. vbi de hoc.

c ¶ Cauſis.] ad vnam enim & ad plures, & ad montes dari poteſt. ff eo. l. 1. & 3. & ſupra eod. is qui, lib. 6.

d ¶ Debito modo.] An ſit idonea cautio cum promittit domi nus ratum hr̃e quod legitime fecerit procurator, ſatis ſcripſi, de dila. c. ſi & huic litteræ concor. l. ff qui ſatiſd. cog. quotiens. quod enim vitioſe cautum vel ſatiſdatũ eſt, non vr̃ cautum.

e ¶ Cauit.] de iudicato ſoluendo loquitur enim hic de procuratore rei, vt ĩ. patet p verbũ, defenſionẽ. ad idẽ ff. eo. filius. §. ſi & de hac cautione no. ĩ eod. mandato. Ioan. And.

[Gloſ ſeq ponit duas lecturas, & contrarium ſoluit.]

f ¶ Proteſtatione.] Poteſt intelligi de generali. & ſpeciali proteſtatione. de prima, puta quia proteſtatur, ꝙ recipiendo inſtrumentum procuratorium, vel litteras, non intendit ſe obligare mandato, ſed ſe velle deliberare. facit de teſtit. ſpo olim 3. De ſecunda, vt quia de certa cauſa incluſa in procuratorio proteſtatur, ꝙ illã, vel illius mãdatũ ſuſcipere non intendit: & ſic proteſtatio iuuat: quia nec primo nec ſecundo caſu eſt ꝯria facto. bene enim compatiuntur ſe inſtrumentum recipere, & deliberare velle. Item recipere, vt acceptare mandatum in quibuſdam, & in alijs [l] non: vbi vero proteſtatio, & factum ſe non compatiuntur, proteſtatio non iuuat, de hoc. ĩ. de conſti. cum M. cum ſuis concor.

(Glo. ſeq not. à contrario, & illud probat: addit ſecundum, inducens duo ſimilia.]

g ¶ Scienter.] Requiritur ſcientia: ſecus ergo ſi ignoret quid contineretur in inſtrumento, vel litteris. ignorans autem, vel errans non conſentit. 38 diſt. quamuis. de præben. ſi de beneficio. lib 9 de iuriſ om. iu ſi per errorem ſicut contemnit. de excep. Apoſtolicæ de ſenten. excom. ſi vero aliquis. de conſt. c. 2. lib. 6. Requiritur etiam, ꝙ ſponte receperit quia officium eſt voluntariũ. C. eod. l. inuitus. ſic alibi requiruntur hæc duo coniunctim. de regul. conſtitutionem. in ſi. li 6. & in confeſſione de hoc ĩ. de confeſ. c. ſi. lib. 6.

h ¶ Receptis.] etiam ſi prius recuſauerat: & re integra pœnituit, & recepit. ĩ eo. licet. lib. 6. Poſt hanc aũt receptionem competit huic exercitium officij, ſicut de iudice dr̃. de appel. ſuper eo. 2. facit eod. tit is qui li. 6 4. q. 3. c. vnico. & quod not. de cle. excom. min c. penul.

(Gloſ ſeq. ponit regulam, & quattuor caſus, quibus fallit; obiectionem ſoluit, & vnum caſum excipit.

i ¶ Cogi.) præciſe. Licet enim regulariter procurator ſpecialis vel generalis non cogatur præciſe dñm defendere, etiã ſi ſatiſdedit de iudicato ſoluendo. & de dño defendẽdo, ff. e. l. mutus §. vlt & l. ſeq ſed ſatis eſt ſtipulationẽ cõmitti. ff. eod. nõ cogendũ & eũ teneri dño ad intereſſe. inſti man. §. mandatum tñ caſibus cogitur: ſcilicet cũ dñs ſatiſdedit pro procuratore præſente, & non ꝯdicẽte ff eo. filius. §. ſi. vbi de hoc. & in l. ſed & hæ. §. pen. & hoc ne fallat idẽ dño, & aduerſario. & idẽ ſi ꝓ abſente, & poſtea procurator expreſſe vel tacite ratum habet. ff. eo. ſi defunctus. 1. reſpon & circa hoc verſatur decreta. iſta. Et, & alius caſus qñ agit: cogitur enim defendere aliàs denegatur actio ff eod. l. mutus. §. pœna. Alius caſus eſt in actione peritura, vt cogatur ſalrẽ. Itẽ

Cauere nõ ſufficit hr̃e ratũ, quod legitime fit per procuratorem.

Inſtrumẽto, ſcilicet manu publica debite confecto, vt differat à ſcriptura alia, de qua ſequitur. Bonifacius de Vital.

[l] Scilicet ſe paratis. idẽ in ratificante Alex. & Aret. in l. 4. §. Cato. ff. de ver obl. vbi Roma. nu 6 forraſ ſis incaute dicit, dñm non poſſe reuocare, quo ad quędam, quia immo põt ꝓ parte reuocare i ſeparatis: ſed tunc procurator poteſt totũ negotium relinquere ſignificante domino, niſi dñs ex iuſta cauſa variaret.

ipſum defendere in omnibus a cauſis b & negotijs, ad quæ prædicta inſtrumenta, ſeu litteræ ſe extendunt: Cum per hæc c ad omnia tuum prçſtitiſſe uidearis aſſenſum. d

a Idem.

Procurator habens mandatum iurandi, & omnia faciendi, quæ requirunt ſpeciale mandatum, contra electum vel prouiſum opponere non poteſt crimina vel defectus. Ioan. And.

CAP. II.

NOn poteſt e procurator ad agendum vel defendendum, f iurandumque g de calumnia, & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia, quæ ſpeciale mandatum exigunt, conſtitutus, (niſi aliud ſuper h hoc in mandatis i habeat k) opponere in perſonam

r Hic ſunt caſus in quibus quis præciſe compellitur ad factum cōtra regulā, qua cauetur, q̄ quis ad factum præciſe non compellitur, ſed ſufficit, q̄ ſuccedat obligatio: de quo plene per Barr. in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus, ff. de verbor. oblig. Pet.

conteſtari. ff. eo. ſed etiā ex his & l. mutus. §. fi. ſ Et per hoc ſoluitur q̄ obijci poſſet procuratorem etiam poſt ſuſceptum mandatum re integra pęnitere prius quā interſit aduerſarij. inſtitu. man. §. mandatum. quia illud verū in procuratore, pro quo conſtituens non cauit. ſecus in illo pro quo cauit, de quo hic loquimur. Quod autem dicit hæc littera, talem procuratorē cogi, verum intelligas niſi iuſta cā procuratorē excuſaret, vt prædicta l. filius. §. fi. cū l. ſeq ex quibus patent exempla, nam ex illis etiā dñs eum reuocaret poſt litem conteſtatam. ī. eod c. 2. lib 6.

a ¶ In omnibus.] tacita ergo acceptatio vniuerſalis eſt ad omnia, etiā futura, ſi ſint incluſa, quod eſſe poteſt. ī. c. non iniuſte.

b ¶ Cauſis & negotijs.] quid iſta ſint, habetur de verb. ſig. forus.

c ¶ Cum per hæc.] ſcilicet q̄ procuratorium vel litteras ſine proteſtatione recepiſti.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

d ¶ Aſſenſum.] contra, procurator non datur inuitus. C. eo. l. inuitus & quod dicit l. 1. ff. eo. ad fi q̄ officium iſtud eſt neceſſarium, ſumitur ibi neceſſarium pro vtili, vel expedienti, interdum tñ etiam eſt neceſſarium ex parte cōſtituentis, ī. de elec. cupientes. §. q̄ ſi. de ſta reg. c vnico, §. epš. lib. 6. C. eo. tit. l. pen. ſed ex parte conſtituti non: quia etiam dr̄ inuitus non ſolum cum ꝯdicit, ſed ēt ſi non conſentit, ff eo. l filius, §. inuitus. Sol. §. ille determinatur per hāc decr. Verū eſt enim q̄ inſtitutus ſimpliciter tacens, non hr̄ pro conſentiente, vt ibi, ſed qui non ſimpliciter tacet, ſed agit recipiēdo ſimpliciter chartam procuratorij, iſte conſentit, vt hic. quod ergo dicit l. 1. in fi & l. 2. ff eo q̄ abſens conſtituitur procurator, dummodo ratum habeat, determinatur per hanc decr. vt ratum cenſeatur habere ſimpliciter recipiendo chartam procuratorij. Multos caſus quibus quis ipſo facto agit, vel conſentit, vide not. 11. q. 3. æſtimant. de appel. dilecti. 2. de offi. deleg. cum ſuper. & facit de hære. accuſatus, §. ille, lib. 6. Io. And.

NOn poteſt.] Ponit dictū, & eius rationem: ibi, [Cū ſub.] Preſupponendum eſt illud quod habetur in c. qui ad agendum eo. tit. in 6. vbi dr̄, q̄ ſi quis fuerit conſtitutus procurator ad omnes cauſas, & fiat ſpecificatio aliquorum requirentium ſpeciale mandatum, & ipſis aliquibus expreſſis ponatur clauſula generalis, & generaliter ad faciendum omnia alia, & ſimilia, quæ ipſe conſtituens faceret, ſi præſens eſſet: talis procurator admittitur ad alia ſpecialia, licet de ipſis non fuerit mentio facta in procuratorio.

CASUS. Cum quidam Titius electus fuiſſet in epm̄ Pictauen. vel forte ſibi fuiſſet prouiſum iure deuoluto per archiepm̄ Burdegaleñ. ego volens impedire confirmationem, vel conſecrationem ipſius, me oppoſui, & conſtitui procuratorem ſpecialiter ad petendum reſtitutionē in integrum cū clauſula generali: & generaliter ad faciendum, & exercendum omnia alia, & ſimilia, quæ ipſe ego conſtituens facerem, ſi præſens eſſem: procurator meus voluit obijcere aliqua crimina, vel defectus ꝯ ipſum Titiū electū, forte quia homicida vel irregularis, vel illegitimus: oppoſitū fuit procuratori meo ex parte Titij electi, q̄ ipſe non habebat ſufficiens mandatum ad opponendum iſta crimina, vel defectus: quæritur quid iuris? Reſpondet Romanus Pontifex, q̄ licet procurator meus conſtitutus ſit generaliter aliquibus ſpecialiter expreſſis, puta iurandi de calūnia vel petēdi reſtōnem, & poſtea ſuppoſita clauſula generali, tñ ille procurator non admittitur ad opponendū defectus vel crimina, niſi nominatim illud caueatur in pcuratorio: Ratio dicendi eſt in c. qui ad agendum. in 6. hoc dicit H. B. Not. q̄ in cauſis ciuilibus iuratur de calumnia, & in criminalibus iuratur de veritate dicenda. Not. q̄ ad iurandum de calumnia, & veritate dicenda, requiritur mandatum ſpeciale. c. fi. de iuramento calumniæ, in 6. Not, q̄ iſtud cap. limitat ca. qui ad agendum. eo. tit. in 6. quia illud c. intelligitur quando paria vel æqualia, & non maiora opponū tur, quàm fuerint illa ſpecialiter expreſſa I procuratorio, ſecus ſi maiora vel grauiora, vt in fin. huius c. Not. quòd procurator, vt ſit idoneus, debet dari non intantum ad agendum, ſed etiam ad defendendum. pro hoc eo. tit. accedens. vbi de hoc. Not. ex hoc c. q̄ verborum ſubſequentium generalitas reſtringitur ad ea quæ ſunt ſimilia præcedentibus. Zenzelinus pro hoc iura allegat in glo. fin. in princ. Zabarel.

† Idem & multo magis ſi ad alterum tantum: cum tunc procuratoris minor eſſet poteſtas.

[Prima gl. ſummat, diuidit, & dicit qd̄ determinat.]

e ¶ Non poteſt.] Caſus. Procurator habens mandatum iurandi, & omnia faciendi, quæ requirunt ſpeciale mandatum ꝯ electum, vel prouiſum, opponere non poteſt crimina, vel defectus. ponit dictum, & eius rationē: ibi, [Cum ſub.] Determinat quod not. Inno. de accuſ. ſuper his. in fine. & Compoſt. de elect. c. 1. lib. 6. in gl. quæritur quis procur. & Pet. de Samp. & Archid. ibi. & Guli. in Spec. de procu. §. 1. ver. ſed nunquid media, vt ī. declarabitur. Expreſſius autem fuerat hæc quæſtio deputata per recolendæ memoriæ dominum Ioan. de monte Muralo, vt in mercuria. eo. tit. ſub littera G.

f ¶ Iurandumque.] hoc verbū cū clauſula quæ ſequitur, inducebat dubium per decret. qui ad agendum. ī. eo. lib. 6. vbi habes, q̄ ſi in procuratorio exprimatur aliquid requirens mandatum ſpeciale, generali clauſula ſubmiſſa, illius virtute poterit, non expreſſa. iſta vero iuramenta requirunt ſpeciale mandatum de iura. calum. cap. fin. lib 6.

g ¶ Super hoc.] quod ſequitur de oppoſitione criminum, & defectuum.

[Glo, ſeq. ſoluit dubium, ex quo infert differentiā.]

h ¶ In mandatis.] quia ſcilicet habet mandatum opponendi crimina, & defectus contra illum: nec eſt neceſſe, q̄ crimina vel defectus ſpecificentur in procuratorio, vt not. Compoſt. in glo. præc. & ibi per Archi. & Io. Mo. in quæſt. præd. & Gul. in pręd. §. ver. ſed nunquid ſufficit. Et in hoc differt procurator ſolū excipiens, vel opponens ab appellante: ille enim habere debet crimina, & circunſtantias ſpecificatas in procuratorio. ī. de elect. procurator. lib. 6.

i ¶ Habeat.] tenet Compoſt. in fi. gloſ. quam allegaui in 1. glo. & Guli. in prædi. §. ver. ſed quid ſi procuratorium. quod non eſt ſatis de hoc caſu procuratorium factum eſſe, niſi per procuratorem ſit receptum, & officium ſuſceptum. facit ī. eo. c. prox. & quod ibi dixi ſuper verbo, receptis.

[Gloſſa ſequens ſoluit dubium.]

k ¶ In perſonam.] in formam ergo poſſet, vel in perſonas eligentium, vel prouidētium, iudicum, teſtiū, & his ſimilium: nam tales etiā ex probatione nō puniūtur, ī ord. cog. cap. 2. & Guli. hoc tenet. in ver. alleg. in 1. gloſ.

in fin.

electi [a] ſeu eius cui eſt pro uiſio facienda vel facta, crimina [1] vel defectus: Cum ſub generalitate tali grauiora [b] nõ veniant, vel maiora, [c] quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa.

Idem.

Religioſus etiam pro con religioſo, niſi pro conſorte eiuſdem litis, non poteſt procurator conſtitui ſine licentia ſuperioris, nec etiam alium conſtituere, nec ſubſtituere, licet hoc habeat in mandatis. Ioan. Andr.

CAP. III.

Religio-

in fi. Sic etiam ratio, quia exceptio illos principaliter non contingit.

[Gloſſa ſeq. primo ſoluit duo dubia: ſecundo not. cõtra opinionem, & diſtinguit, & alteri membro coaptat rationes Innoc. ex quibus infert quod reprobat.]

a ¶ Electi.] vel eligendi ex quo contra certam perſonam. de elect. qui contra certam. lib 6 ad hoc ver. facienda, quod ſequitur. & idem dic de poſtulato. de elec. c. 1. in princ. lib 6 Et [1] not. ꝙ iſta littera nõ diſtinguit an cauſa iſtius electi ſit in curia per appellationẽ necne, & ſic videtur tolli quod not. Compoſtel. in glo. præ. & Guliel. in Specu. in præce. §. ver. ſed quid ſi cauſa. qui dicebant pœnam decret. 1. de elect. libro ſexto. non habere locum, niſi cum cauſa eſt in curia per appellationem. Si ergo eſſet corum metropolitano, vel alio ordinario, vel in curia aliter quã per appellationem, dicebant non eſſe locum pœnæ, & per conſequens generale procuratorium ſufficeret, propter rationem, quam ſtatim dicam. Sed hoc dictum vr hic tolli, quare poſſet dici, ꝙ licet decre. 1. de elect li. 6. quo ad deuolutionem negotij, & citationem partium locum ſolum habeat in appellationibus interiectis ad Papam, & ſic intelligatur quod ibi not. quo ad pœnam opponentium, locum habeat etiam in appellationibus interiectis ad alios, vel etiam ſi non fuerit appellatum, quod forte fuit de mente. Facit de elect. vt circa. in fi. & c. ſi forte. lib. 6. & ſic intelligamus rationes, quas inducebat Inn. in prædi. decr. ſuper his. bene adaptabuntur hic caſui ſic generaliter poſito: dicebat. n. ꝙ quia per obiectiones criminum, de quibus hic loquimur, diminuebatur ſtatus opponentis, ex eo ꝙ in probatione deficiens ſuſpenſus erat ab eccleſiaſticis beneficijs per triẽnium, per conſtitutionem prædictam, & ſi ſe interim diuinis ingereret, perpetuo erit priuatus. ergo hic procurator per quem ſtatus diminui poterat, ff de va. & extraord. co. l. pen. ſine ſpeciali mandato nõ poterat opponere. alleg ff. de mino. l illud. de proc. non ſolum. §. fin. & licet primo gradu pœna ſit temporalis, nihilominus diminutionem ſtatus continet: nam & relegatio & dãnatio in opus publicũ, ſunt temporales, & tamen diminutionem ſtatus continent, ff. de pęnis l quidam. & ſic reſpondebat ad leges, ff. pro ſocio, actione. §. renunciare, ff. de iniur. ſed ſi vnius, §. procuratorem. Quia diſſoluere ſocietatem, vel agere iniuriarum actione, dato ꝙ ſuccumbat, non continet diminutionem ſtatus: & ideo non requiritur expreſſum hoc in illo qui habet omnium adminiſtrationem: hanc tamen rationem textus infra non exprimit, niſi dicas maioritatem, vel grauitatem ex prædictis conſiderari, quod ſatis videretur, vt ſtatim dicam. Sed cum prædicta pœna ſit hodie reſtricta ad beneficia ipſius eccleſiæ. de electione ſi cõpromiſſarius. li. 6. in fi. ſi conſtituens non habet ibi beneficia, ceſſat rõ: ergo ſufficiat generale. ſed puto contrariũ per ibi not. in vlt. gl. & per decr. per inquiſitionem. de elec.

[Glo. ſeq. alleg. vnam concor. ponit dictum, de quo remittit, & ſoluit obſtaculum.]

b ¶ Grauiora.] concordat quo ad reſcripta. ſupra de reſcrip. ſedes. quod tamen regulariter etiam in procuratoribus locum non habet, vt ibi ſcripſi ſuper 3. gloſ. nec obſtat hæc littera, per quã prima facie videretur (quod non puto de mente) ꝙ ſi in procuratorio expreſſit cauſam fidei epiſcopalem, vel ſimilem, generalitas tunc comprehendet hunc caſum. Sunt enim cauſæ maiores, mediæ, & minores, [2] de quibus ſcripſi poſt Hoſti. de cri. falſi. c. ſi. Sed ſi diligenter attendas, littera non dicit, ꝙ generalitas adiecta in procuratorio expreſſioni cauſæ, non includat maiores cauſas. nam & illa generalitas ſine expreſſione includeret: vt ſi nulla cauſa expreſſa conſtitui te procuratorem ad oẽs cauſas meas, ff. eo. l. 1. ſed dicit, ꝙ generalitas adiecta in procuratorio cauſæ, quæ requirit ſpeciale mandatum, non includit grauiora. Et ſatis puto, ꝙ grauiora intellexerit per modum de quo prędixi. Item ſunt iſta odioſa, intantum, ꝙ eccleſia excluſa per peremptorium, non reſtituitur ad iſta proponenda, ſm Cõpo. qui hoc no. de elec. ꝙ ſicut, & Gul. in Spec. parte 2. de reſti. in integ. §. 2. ver. ſed pone, eccleſia.

[Glo. ſeq. allegat 4. concor. obijcit, & ſoluit.]

c ¶ Maiora.] concor. ff. de vino tritico, & oleo leg. l. vlt. in fi. de au. & arg leg. l. Plautius. 12. diſt. non conſuetudinem. de elec. ſcriptum. ad fi Sed cum anima ſit pretioſior corpore. de pœn & remiſ. cum infirmitas. in fi. cũ concor. ergo expreſſa iuramenta, quæ ligant animã ad pęnã æternam, grauiora vñt q̃ iſti obiectus, qui ligant corpus ad pęnam temporalem. Sol. nego animam conſtituentis ligari ad periuriũ per procuratorem, niſi conſtituens ſit in culpa, quod dic, vt de iureiu. c. vlt. lib. 6.

Religioſus.] Primo ponit caſum ſimilem, per quem ſecundo decidit caſum alium: ibi, Ita. Imo.

¶ Præſupponendum eſt, ꝙ religioſus non poteſt eſſe procurator vel aduocatus niſi in vno caſu, videlicet pro vtilitate monaſterij, & tunc requiritur, ꝙ aſſumat illud officium de licentia abbatis.

CASVS. Aliquis religioſus clauſtralis, vel alius fuit conſtitutus procurator, vel aduocatus à conuentu in cauſa monaſterij: certũ eſt, ꝙ non põt aſſumere procuratoriũ, nec exercere niſi de licentia ſui abbatis: quæritur ſi conuentus illũ conſtituit procuratorem ad ſubſtituendũ alios, vtrum poſſit accipere procuratorium ſine licentia ſui abbatis? Dicit Romanus Pontifex, ꝙ non: quia ſicut nõ põt aſſumere procurationem ſiue inſtrũm procuratorium ſine licentia ſui abbatis, vt in c. 2. de poſtulando, in anti ita nec põt aſſumere procuratorium ad alium ſubſtituendum ſine licentia ſui abbatis. hoc d. H. R. Colligo aliqua notabilia: Primo. ꝙ religioſus regulariter nõ poteſt eſſe procurator: fallit in caſu iſtius capituli, qñ eſt pro vtilitate monaſterij, & de licẽtia ſui abbatis. De hac materia vide Panormita. in dicto c. 2. de poſtu. in antiq. Nota, ꝙ licet miles armatæ militiæ poſſit eſſe procurator pro ſuis commiſſionibus, tñ religioſus nõ põt eſſe procurator pro ſuis cõreligioſis. No. ꝙ religioſus in cauſa aliqua poteſt eſſe procurator, vel aduocatus pro monaſterio, ſi habet conſortem eiuſdem litis, poteſt eſſe procurator pro ſuo conſorte: nã rõne huiuſmodi communionis cauſæ aliqua permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Not. ꝙ textus iſte facit in argumentum, ꝙ inhabilis ad conſtituendum, vt ſit procurator, puta miles, vel mulier, vel minor, non eſt etiam habilis nec aptus vt conſtituatur ad ſubſtituendũ: & ſic facit pro illa q̃one quæ formatur per legiſtas in l. quod quis, C. eo. tñ iſta glo. diſtinguit, quia ſi ſit inhabilis oĩ inhabilitate, vt ſeruus vel monachus, tunc nõ admittitur ad ſubſtituendũ. ſicut nec ad conſtituendũ, ut hic: Sed ſi ſit ſolũ inhabilis ope exceptionis, quia miles tunc poteſt alium ſubſtituere. Not ꝙ ratio huius c. eſt, quia monachus poſuit velle, & nolle in ſinu, & arca ſui abbatis, ꝙ ſi aſſumeret onus ad ſubſtituendum. ipſe abdicaret, id eſt ſepararet, abſtraheret, & denegaret ſuum velle & nolle. Not. ꝙ ſufficit licentiam ſuperioris interuenire in ſuſceptione mandati, vt probat verbum, ſuſcipere

¶ Crimina intellige magna vel parua, dum tñ talia ſint, q̃ probata repellerẽt electum à beneficio de quo agitur, iuxta ca. 1. de electio. li. 6. & Clemen. conſtitutionẽ. 1. de elect. Bonifac.

1 Not. bene hanc gl. ex qua inter alia habes intellectũ ca. 1. de elect. li 6. & non ẽ alibi hæc gl. Io. Imo. Pęna etiam temporalis diminutionem ſtatus continet.

2 Not. hic Lau. quattuor eſſe genera cauſarum: quædam maximæ, vt cauſa fidei. de baptiſ. c. maiores. quædam maiores, ſicut epiſcoporũ & maioris dignitatis. de electio. quamuis. li. 6. quædã mediæ, vt cauſæ beneficiales, & ſpirituales de cri. fal. c. ſi. vbi plene per Hoſtien. Et q̃dam inferiores, vt ciuiles, & pecuniariç Petrus de An.

pere. Not. finaliter, ꝙ pro conſorte eiuſdem litis poteſt religioſus ſine licētia ſuperioris eſſe procurator. quod dicit Panor. verum in ciuilibus. pro hoc quod not. Archid 2.q.5. ſtatuit & 2.q. vlt ſi quando. Zab.

[Glo. prima dicit quod determinat, & litteram exponēs, dubium ſoluit.]

ſus [a] procurator, etſi per alium [b] religioſum ſui vel alterius monaſterij fuerit conſtitutus, ſicut non poteſt ſine ſui ſuperioris licentia [c] procurationis † officium ſuſcipere, [d] niſi pro ſuo in eadem lite conſorte: [e] Ita non poteſt aliū procuratorem conſtituere [f] ſeu ſubſtituere, [g] etiā ſi per conſtituentem hoc ſibi expreſſe [h] fuerit commiſſum. [i]

Religioſus eſt verbum generale.

† al. procuratoris.

a ¶ Religioſus.] Se ſummat determinās notata per Innoc & Hoſt. de re iud. cū I. & A. in prin. Et quod dicit. religioſus, gñale verbū eſt, & includit oēm profeſſum: intelligo tñ de clauſtrali, ſecus in prælato. & facit de cenſi. ſopitæ. & qđ ibi no. Hoſt & Ioan 16. q. 1. de pręſentiū. & quod not. de teſta c. 2. li. 6.

b ¶ Et ſi per alium.] hoc dictū: quia quādoque licet inter homines eiuſdem collegij, vel profeſſionis, quod non licet inter extraneos. ſ. eod. compi de elect. c. 1. eo tit. quia propter, ad finem.

c ¶ Licentia.] 15 q. 1. monachi. 2. ſ. de poſt, c. 2. per quę Iura vr̄ ꝙ non ſufficiat licentia, niſi ſubſit vtilitas monaſterij. Ad id quod opponitur de milite qui procurat cauſam numeri ſui, rñde vt not. in prædi. c. monachi.

[Glo. ſeq ponit duas opi. contrarias, & remittit.]

d ¶ Suſcipere.] Et ſi ſuſcipiat & conteſtetur litē: licet quidā dicant deinceps excipi nō poſſe: verius tñ eſt ꝙ excipi poteſt, ſm Hoſt. vt ſatis ſcripſi ſ. eo. in noſtra ſuper gl. qñ dicatur. vt quo ad ipſum mundo mortuū exceptio ſit perēptoria. Et quare aliud in milite, ibi dixi.

e ¶ Conſorte.] vt patet in prædi. decre. cum I. & A. in princ. de accuſa. olim & c. ex parte de cenſi. ſopitæ. An vero conſors pro conſorte audiatur ante litem conteſtatam, vel poſt ſine mādato, collige per not de cōſti. cū M. in 1. gl. de dolo. & cōt. cū dilecti. in 1. gl. & in his, q̄ ibi dixi. & patet C. de cōſor. l. 1. & 2. ff. de iud. ſi petitor.

[Glo. ſeq. litteram determinat, & determinationem tripliciter exemplificat.]

Religioſus qñque ſine prælati licētia pōt eſſe in iudicio.

f ¶ Conſtituere.] repete ſine licentia prælati. & intellige in his caſibus, quibus ſine licentia prælati perſonaliter eſſe in iudicio non poſſet: aliàs in illis caſibus quibus quod per ſe poteſt, per aliū poterit. de reg iur. pōt. lib 6 ff. eo tit. l. filius. in princ. immo melius eſt, ꝙ per alium. de ſyndi. c. vnico. puta, cum ipſum ſuperiorem denunciat, vel accuſat, vt in præd. decr. de accu. ex parte. & c. olim. Itē ad cauſam electionis monaſterij ſui. de conſue. cū dilectus. de reſcri. cum dilecta. de re iud. ad probandū, vel ſuæ propriæ, cui de ſuperioris licentia conſenſit: ergo procuratorem dare poterit quaſi licentiam ēt ad hoc habuerit, ex quo licentiam habuit conſentiendi, de offi. deleg. præterea. & c. ſuſpicionis.

[Glo. ſeq obijcit, & ſoluit.]

g ¶ Subſtituere.] repete, ſine ſuperioris licētia. Per verbū (Ita) quod præcedit, videbatur ꝯ, quaſi iſte eſſet pica vel organum conſtituentis, & per ipſum, quaſi per fiſtulam vel lapideum canalem deueniret poteſtas de conſtituente ad ſubſtitutū. arg. 1. q. 1. ſi fuerit. Sed negari nō pōt quin in eo, ꝙ vult actum ſubſtitutionis ſuſcipere, & ſubſtituere, frangatur abdicatio voluntatis, & obedientia quam promiſit, & hæc eſt ratio huius iuris. 12. q. 1. non dicatis. de elect. ſi religioſus. li. 6 nec ſine eius actu recipit officiū ſubſtitutus. Et facit qđ no. de elect. c. pen. lib. 6. vt in gl. & vide quod dicam in vlt. glo.

h ¶ Expreſſe.] forſan expreſſa perſona: ſed de hoc non curo, ſatis eſt enim ꝙ habeat mandatum ſubſtituendi etiam incertum. ſ. eod c. 1. 2. reſponſo.

[Gl. ſeq. not. ad quæſtionē. opi. ponit, & diſtinguit.]

i ¶ Cōmiſſum.] No. ad qōnē de illo qui conſtituit procuratorem inhabilē cui dedit mandatū ſubſtituendi, an ſubſtituere poſſit? Et videbatur quibuſdam, vt Petro de Bel. C eo. quod quiſ. iur ꝙ ſic, per regulā, qui per aliū, de regul. iur. lib. 6. quaſi videatur à dño conſtitutus, ff. qđ cuiuſque vni. l. itē eorū, §. ſi decuriones. ff. de condi. inſti. l in ſtitutio talis. vbi licet hæres nō inſtituatur in codicillis, pōt tñ inſtitui in teſtamento nominādus in codicillo. ad hoc facit ff. de ſeru. ruſt. præd. cum eſſent, §. 1. vbi ſeruitus conceſſa ab eo qui habuit ab alio poteſtatē concedēdi, nō ab ipſo: ſed à primo dño videretur eſſe conceſſa. ad hoc bene facit de offi. deleg. iudex li 6. vbi delegatus inhabilis ſubdelegat. Tu diſtinguas inhabilitatis ſpeciē, aut. n. penitus, & ipſo iure inhabilis eſt, quo caſu nec ſubſtituet. ad hoc præd. decr. iudex in fi. Aut eſt inhabilis ad officium propter defectum auctoritatis, qua intercedente habilis eſſet, & eo caſu neceſſe ſit illius auctoritatem interuenire, vt ſubſtituere poſſit, vt hic. Aut eſt inhabilis per exceptionem, qua non oppoſita habilis eſſet, & eo caſu ſubſtitueret, arg. præd. decr. iudex. in princ. & per hoc ſoluitur quæſtio de excommunicato, an ſubſtituat quam dixi de proba. poſt ceſſionem.

Procurator Ihabilis habens mandatū ſubſtituendi, an ſubſtituere poſſit.

Nota ꝙ beneficiatꝰ poteſt dicere beneficium eſſe ſuum. facit c. ſi tibi abſenti. de præb. li. 6.

ADDIT. Huic eſt ſimilis quęſtio de incapace inſtituto, & rogato reſtituere capaci, vtrum poſſit cogi adire, & reſtituere, de qua plene in l. eā quam. C. de fideic. Item & illa vtrum nepos filij ſpurij poſſit inſtitui ab auo: per medium enim filium ſpurium deuenitur ad nepotem. vtrum ergo radix infecta inficiat totum, de qua per Bart. in l. Gallus ff. de liber. & poſth. Petrus.

¶ Idem.

¶ Per obitum rectoris eccleſiæ reuocatur procurator ab eo pro eccleſia conſtitutus, etiam quo ad iam cœpta.

CAP. IIII.

PRocuratorē [k] à prælato, rectore, [l] vel alio quolibet, pro eccleſia [m] † ſua, vel beneficio conſtitutum, per mortem

P Rocuratorem.] Notabilis eſt caſus contra quem prima facie quilibet rñderet. Primo, ponit dictum. Secūdo, illud ampliat & declarat: ibi, [Etiam.] Imola.

Iſta Clemen. an habeat locum in ciuiliter mortuo, vide omnino Guid. Papæ deciſ. 578. Font.

Præſupponendū eſt illud qđ dr̄ inſt. mandati. & l. mādatū. C. mandati. vbi dr̄, ꝙ re integra morte mandātis expirat mandatū. Et dr̄ res integra vſque ad litis conteſtationē, ſed in mandato iuriſdictionis res dr̄ integra vſque ad citationē, & extra iudiciū dr̄ res integra anteq̄ mandans, vel mandatarius fecerit aliqua præparatoria.

CASVS. Cū eſſem litigaturus ꝯ te: quia occupabas decimas meæ eccleſiæ, ꝯſtitui procuratorē: lite ꝯteſtata ſū mortuus: vtrū per mortē meā ſit reuocata poteſtas mei ꝓcuratoris, & vtrū ſit neceſſe ꝙ p̄latus mihi ſuccedens conſtituat nouū procuratorē? Et dicit ꝙ ſic, h. d. II R.

Nota caſum in quo reuocatur mandatū per obitum conſtituentis, etiam re non integra. Zab.

[Gloſſa prima dicit quid approbet, vel reprobet.]

k ¶ Procuratorem.] Se ſummat reprobans quod not. Inno. de foro comp. dilecti. & approbat in parte quod ibi not. Hoſt. de hoc in Spec. de ſyndi. § 1. ver. quid ſi aliqua. & hoc eod. tit. §. 2. ver. ſed nunquid procurator. per Aucha. eod. tit. ſi duo, lib 6.

l ¶ Rectore.] de eccleſiaſtico loquit̄, qđ patet ꝑ verba ſequētia, tñ ēt de rectore ciuitatis loquebant̄ Inn. & Sp.

[Glo. ſeq dicit quid de cauſa propria, & explanat opinionem Innoc.

m ¶ Pro eccleſia.] Innuit quòd ſecus ſi pro cauſa propria, mandatum enim tunc finiretur morte re integra: re nō integra, non. ff. e. ſi defunctus inſti. man. §. item ſi adhuc. ff. man. inter cauſas. C mand. l. mandatū. & ibi not. & in prædic. §. item ſi. Qñ dicatur res integra, dic quòd in iudicijs, ante litem conteſtatā, in negotijs, an-

Mādatum an finiatur per mortē mandantis.

Eccleſia nõ moritur.

tequam fecerit præparamenta. Hoc autem ꝙ pro eccleſia conſtitutus erat: mouebat Inno. qui dicebat, ꝙ cũ eccleſia non moriatur. 12. q. 2. c. liberti. de reſcr. ſi gratioſe lib. 6 & procurator pro ea ſit datus ab eo qui poteſt, ſcilicet prælato, et ſine conſenſu cap. de reſcript. edoceri. nihil eſt ꝙ prohibeat illum agere cauſam ſibi commiſſam, etiam ſi res ſit integra, per præd. decret. dilecti. & per decre. petitio. ſup. eo. ti. & per l. annua. ff. de annu. lega. de procuratore conſtituto ad negotia, quamuis generaliter fatebatur ꝙ poſt mortẽ conſtituẽtis nõ debebat incipere noua negotia. ff. de neg. geſt. nam & Seruius. §. ſi uiuo. ſed Hoſt. aliter, vt ſtatim dicam.

conſtituentis reuocari [a] cenſemus: Etiam quo ad negotia [b] iam incepta, & cauſas in quibus per ipſum lis fuerit ante mortẽ huiuſmodi cõteſtata. [c]

TITVLVS XI.

De reſtitutione in integrum.

¶ Clemens V. in concil. Viennen.

¶ *Eccleſia probans ſe læſam per lapſum temporis, ad illud tempus tantum reſtituitur, & infra quadriennium à tempore læſionis.*

CAP. VNICVM.

AB eccleſia [d] [e]

tuo prælato, qui compromiſit de rebus eccleſiæ, finiatur compromiſſum. ibi videas.

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

¶ Viſum eſt ſupra de procuratoribus: verum quia Eccleſia aliquando litigat per procuratorem, & per negligentiam procuratoris ſui aliquando læditur, & tunc debet reſtitui: ideo occaſione à procuratoribus ſumpta, ponit titulum generalẽ, de in integrum reſtit.

AB eccleſia.] Ponit primum dictũ: Secundo illud terminat & declarat: ibi, [Sed non fiet.]

De intellectu huius Clem. Matthæus de Afflictis, deciſione 175.

1 Procurator, ſi eſt cõſtitut' à collegio in cauſis ĩ quibus põr, omnib. de collegio mortuis & alijs ſubrogatis, durat eius officiũ vt determinat Dyn. in cõpromiſſo facto ad collegium vbi sũt decẽ, ex quib' v. vel vij. poſtea mortui sũt: tenet enim ꝙ nõ extinguatur. cõpromiſſum quia vnũ & idẽ collegiũ remanet, & cenſetur ẽt alijs ſubrogatis, vt l. ꝓponebatur. ff. de iud. & ita no. Bar. in l. quid in terrũ. §. & ſi manem. ff. de le. 1. Pet.

2 Per iſtam gl. Panor. in c. extirpandæ. §. qa uero. tradidit regulã, ꝙ vicarius dñõ ſuo mortuo iuriſdictione vel officio ſuo ſuſpẽſo, nõ ad miniſtr. Fõ.

[Glo. ſeq. primo ponit opi. Hoſt. & ipſius motiua, q̃ oſtendit partim reprobatam: ſecundo opi. Arch.]

a ¶ Reuocari cenſemus.] dicebat Hoſtiẽſis ꝙ procurator iudiciorum non agit ꝑlato mortuo 1 donec ſit eccleſiæ de prælato prouiſum: Ratio ſecundum eũ eſt: quia tunc uacat ſedes, nihil debet innouari, ne ſe. vac. c. 1. & vlt. quod loquitur de lit. conteſt. cum tractet de receptione teſtium, & mirabatur Hoſt. qũo dubitatur de hoc. nec valet ſecundum eum ſi dicas, ꝙ in prædictis c. loquitur de p̃lato conuento, non de agente: nã ſi non permittitur tunc defendere quod fauorabilius eſt, multo minus agere alleg. ff. eo. ſeruum quoque. §. publice. & l. Pomponius. in ſi. & C. eod. alienam. etſi Hoſtienſis ꝑ hæc verba intellexit ꝙ prædictus procurator ſubſtituto prælato ex primo procuratorio litem cõſequi poſſit: hoc reprobaretur per hanc litterã, quæ dicit, reuocari cẽſemus: non dicit, impediri uel ſuſpendi. Arch. tractans hanc materiam ſatis exquiſite in prędi. decre. ſi duo, dicit procuratorem conſtitutum à prælato & capitulo in cauſa cõi vel principaliter capituli, durare poſt mortem prælati: in cauſa vero diſcreta prælati, ſecus: & ſic opin. prædictas uoluit concordare. Et an hanc opin. hæc decr. reuocare intendat, non video: ꝙ exprimi fuiſſet expediens. pro ea tñ facit quod ſcripſi poſt Inno. de conſue. cum dilectus. ſuper 1. gl. & qđ no. de reſt. in integ. c. 2. vbi dicit ꝙ mortuo abbate cõuentus per ſyndicum agere poteſt, & cõueniri de iuribus quæ pertinent ad conuentum, vel ſimul ad vtroſque: ſecus in his quæ ſegregatim pertinent ad abbatẽ. ne ſede vac. c. vlt. Poſſet tamẽ dici hanc opi. Arch. ueram, ꝙ durat procuratorium primis duobus caſibus, non tamen procedat procurator vacãte eccleſia, in cauſis, quæ illa uacante tractari nõ poſſunt: inſtituto tamen prælato procedet ex veteri procuratorio. In tertio uero caſu locum habet hæc decr.

b ¶ Negotia.] credo ꝙ intendit per hoc deſignare procuratorem negotiorum, & per uerba ſequentia procuratorem iudiciorum.

[Gl. ſeq dat ſimile, & notat ad duas quæſt.]

c ¶ Conteſtata.] quantumcunque ergo ſit dominus inſtantiæ, mors reuocat, ſicut & uiuẽs ex certis cauſis reuocare poſſet inuitum. de quibus ĩ. eo. c. 1. lib. 6. Et ſic it hæc decr. ad id quod no. poſt Hoſt. de offic. vica. c. pen. ꝙ mortuo eo cui dedi vicarium, expirat illius officium: 2 & ita ſeruamus: allegat de off. uica. Romana. lib. 6. per quam probatur, ꝙ ſi non eſſet mortuus, ſed excommunicatus, ſuſpenditur, ſed non reuocatur officiũ uices gerentis, & ſic diceremus in procuratore prælati agentis. Facit etiam ad quæſtionẽ no. in Spec. de arb. §. finitur. verſ. quid ſi prælatus. ſcilicet ꝙ mor-

CASVS. Eccleſia aliqua litigat per procuratorẽ cõtra Titium, & procurator eccleſiæ petijt terminum ad producendũ teſtes, acta, litteras, & quæcũque alia munimẽta ſub pœna excluſionis: ꝓcurator iſte fuit negligẽs ad producendũ ſuos teſtes & munimẽta: quæritur vtrũ aduerſus iſtũ lapſum tꝑis, eccleſia habeat releuamentũ: hoc eſt, vtrũ hoc lapſu nõ obſtante poſſit ꝓducere ſuos teſtes, &c. Dicit ꝙ ſic. Sed q̃ritur, ad quãtum tꝑs eccleſia reſtituitur: puta qa forte eccleſia habuit tres mẽſes, & fuit impedita ꝑ duos menſes, vtrũ reſtituetur ad tres menſes? Dicit ꝙ nõ, ſed ſolũ reſtituetur ad tꝑs, in quo fuit læſa. Sed quæritur intra quod tẽpus poſſit repetere iſtã reſtitutionẽ? Dicit ꝙ intra quadriẽnium. No ꝙ cauſa reſtitutionis in integrum debet inchoari & finiri intra quadrienniũ à tꝑe læſionis: & ſic officium nobile quod imploratur ad impetrandã reſtitutionẽ in integrũ, non perpetuatur ꝑ lit conteſt. ſecus eſt de actione. l. ſi. C. de præſcr. xxx. vel xl annorum. & C. qñ libe. prin. dat. l. 1. & 2. No. ꝙ eccleſia petit reſtitutionẽ intra quadriẽnium, licet tꝑs ſit minus quadriẽnio. Et ſic cõfunditur opinio aliquorũ legiſtarum dicentium, ꝙ ſolum quis debet reſtitui intra illud tꝑs ad quod fuit læſus. vt ſi aliquis in præſentia mea inceperit vſucapere rẽ meam per biennium, & in primo anno fui abſens cauſa reipub. durante illo anno vſucapit, volo reſtitui: Dicunt iſti ꝙ nõ poſſum reſtitui niſi intra annum. No. ꝙ officium reſcindẽs eſt officium nobile, quod imploratur, vt iudex tollat impedimẽtum quod obſtat, puta tollat vſucapionẽ uel præſcriptionem: quo impedimẽto ſublato, reſtituor ad actionem, q̃ prius habebam, & iſta actio dicitur actio reſciſſoria, & ipſam debeo intẽtare poſt reſtitutionẽ inf. tꝑs quo fui læſus. No. ꝯm gl. ꝙ iſta reſtitutio intelligitur de lapſu tẽporis iudicialis. Hoc idem tenet gl. in c. auditis. in antiq. tñ maior pars doctorum tenet contrarium, & dicunt ꝙ iſtud c. loquitur indiſtincte, ſiue eccleſia ſit læſa in iudicio, ſiue extra. No. quod ad hoc ut audiatur eccleſia petens ſe reſtitui, ſufficit quod affirmet ſe læſam, vt hic in verbo, aſſirmat. & gl. in hoc uerbo. No. quòd eccleſia læſa reſtituitur in integrum, & eſt hæc reſtitutio in priſtinum ſtatum reſtauratio. C. de reputa. quæ fiũt in iud. l. 1. ff. de minor. l. quod ſi. §. reſtitutio. Zab.

[Prima glo. ſummat & dicit quid determinet.]

d ¶ Ab eccleſia.] Caſus. Eccleſia probans ſe læſam per lapſum tꝑis, ad illud tꝑs tm̃ reſtituitur: & inf. quadriẽnium à tꝑe læſionis determinat. no. ff. ex quibus cau. ma. ſed & ſi per prætorem. § quotiens. & l. necnon. §. ſi quis ſæpius. C. de temp. in integ. reſt. l. ſi. de reſt. min. l. quod tẽpore. & quod no. Gul. in Spec. 2. parte. eod. ti. §. intra quod. in prin. & §. 2. verſi. ſed cum dixerim.

Eccle-

aduerſus [a] lapſum temporis, [b] in quo [c] ſe læſam [d] affirmat, [e] in integrum reſtitutio peti [f] poteſt: & cauſa reſtitutionis huiuſmodi finiri [g] debet intra quadriennium [h] continuum [i] à tempore [k] læſionis, etiam ſi minus [l] quadrien-

Prælatus ſine mandato põt nomine eccleſiæ reſtitutionem petere.

[a] ¶ Eccleſia.] cuius nomine hanc reſtitutionem petet prælatus, etiam ſine ſpeciali mandato, ſecundum Inno. qui hoc no. ſ. eod. ſuſcitata. & Gul. in Spec. eod. ti. §. 2. verſi. prælatus autem. Si vero per lapſum tẽporis non læderetur eccleſia, ſed ſolum perſonæ ipſius eccleſiæ, vt q̃a lapſum eſt tẽpus quo prælatus debuit prouidere, vel canonici debuerunt eligere: tũc non competit reſtitutio, ut ſcripſi. ſ. eo. c. ſi. in 6. oppo. & no. in prædi. §. ver. vt autẽ.

1 De dictione, aduerſus, vide Calde. in c. ſup ſpoliatione de ord. cog. Ruinũ cõſ. 76. lib. 2. & cõſ. 3. lib. 3.

[a] ¶ Aduerſus.] [1] vſitatum eſt hoc uerbum in iure, & maxime in hac materia, patet C. ſi aduer. rem iud. & in rub. ſeq. ſ. eo. c. 2. lib. 6. & ponitur pro contra.

[b] ¶ Lapſum temporis.] pone exemplum. ſ. c. 2. & c. auditis. & c. coram. quia intra tempus ſtatutum, probationes non produxit, vel non obtulit intra tempus ſtatutũ pretium emptori, cũ poſſet. eo. ti. cõſtitutus. vel pone in decennio appellationis interponendæ. eo. ti. c. ſi. Quid de biennio proſequendæ appellationis, an eccleſia intra illud tempus non proſequens iuſte impedita indigeat reſtitutione, vel ipſo iure ſeruetur illæſa? no. per Inno. & Hoſt. de appel. ex ratione. De præſcriptione vero xl. annorum contra eccleſiam nil immutatur per hanc cõſtitutionem: ſed dic, vt no. ſ. auditis. loquitur n. hic de illo temporis lapſu, contra quod reſtitutio competit, ſed contra illud non competit, vt ibi.

[c] ¶ In quo.] ſcilicet lapſu temporis.

[d] ¶ Læſam.] enormiter. quod dic, vt no ſup. e. cap. 1. & patet de reb. eccl. non alie. c. penul. Nunquid autem ex eo q̃ non poſuit declinatorias intra terminũ ad id datum ſit læſa, & reſtitutio cõpetat? ſatis ſcripſi poſt Innoc. & Hoſt. ſup. eo. coram.

[e] ¶ Affirmat.] in fine dicit, probabit: & ibi dicam.

[f] ¶ Peti poteſt.] de hoc non dubitabatur, nam maior læſus ex tempore quo abfuit cauſa reip. uel alia iuſta cauſa reſtituitur. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. cum ſim.

[g] ¶ Finiri.] hoc eſt quod dicimus non perpetuari hoc caſu iudicis officium per cõteſtationem de hoc. ſup. de offi. iud. c. 2. ſi tamen non ſtaret per eccleſiã, ſed per iudicẽ vel aduerſariũ, non imputatur eccleſiæ. C. de tẽp. in integ. reſt. l. petendę. in ſi. vnde ſi per appellationem aduerſarij fuerit protelata, non imputatur eccleſiæ, ſicut nec minori. ff. de min. infra vtile. & facit de re iud. imputari lib. 6. & facit eo. ti. c. 1. lib. 6. & vide quod ſcripſi ſup. eo. dum ex litteris. ſuper glo. 2. Sed quid ſi poſt finitum quadriennium detur reſtitutio? gl. in l. ſi. C. de temp. in integ. reſt. dicit q̃ tenet, quia contra ius litigatoris, quod puto eum intellexiſſe, ſi non appelletur. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. 2. ſup de re iu. cũ inter vos. Quidam contra [2] dicentes, q̃ quia huiuſmodi cõſtitutiones contra ius cõe conceduntur, ſunt reſtringendæ. ff de act. & obl. in honorariis. § ſed cum reſciſſa. de reg. iu. quæ à iure lib. 6. Item qua ratione non tenet ipſo iure ſententia lata poſt tempus accuſationis. ff. de excu. tu. ſcire oportet. §. conſequens. eadem ratione nec hic. & facit quod no. C. de iud. properandum. poſt prin. & hoc placuit Dyno, pro quo facit ĩ. de app. ſi appellationem.

Officiũ iudicis nõ ſp pꝑpetuatur per li. cont.

Reſtitutio poſt quadr. data, an teneat.

2 Et bene Panor. neſciẽs gl. iſtã alibi: per q̃ dicit ſnſam contra ius litigatoris priuilegiati aduerſus ius commune eſſe nullam ipſo iure. ſic limitatur. ca. inter vos. de re iud. Fon.

[h] ¶ Quadriennium.] olim dabatur annus utilis, qui vario modo cõputabatur ex diuerſitate locorum, quæ hodie ſublata eſt, & loco illius datur quadrienniũ. C. de temp. in integ. reſt. l. ſi.

[Glo. ſeq. inſtruit de tempore continuo & utili.]

[i] ¶ Continuum.] habemus in iure tẽpus continuum & vtile: continuum eſt quod continue currit, diebus feriatis & non feriatis: in præſentia & in abſentia, ſiue ſit copia iudicis ſiue non. C. de præſcr. long. temp. l. ſi. Tempus uero utile non currit diebus feriatis, diebus abſentiæ, & diebus quibus nõ eſt agẽdi copia. Et iſtud eſt multiplex: quia quoddã eſt cõtinue utile, quoddã vtile quo ad ſui principium tm̃, quo ad progreſſum non; quandoque eſt continuũ uno reſpectu, vt ueniãt dies feriati, & non alio, quia non currit iuſte impedito. de hoc ſcripſi, de conceſ. præb. c. 2. & c. quia diuerſitatẽ. in ſi. & forte hoc intendit hæc litera, q̃ continuũ ſit in princ. per litteram quæ ſequitur.

Reſtitutio q̃n peti debeat ab eccleſia, minore & maiore læſis.

[Gl. ſeq. ponit differentiam: ſecundo no. pro opi. Inno.]

[k] ¶ A tẽpore.] læſionis. in hoc differt eccleſia à minore & à maiore, quia minori currit in prin. xxvj. anni ætatis ſuæ: ſcilicet cũ factus eſt maior. C. de temp. in integ. reſt. l. ſi. maiori læſo tp̃e abſentię currit poſt reuerſionem. ff. ex quib. cau. maio. ab hoſtibus §. ſi. in eccleſia non ſic, vt patet hic, & ſup. eo. c. 1. & 2. li. 6. Et no. q̃ hæc littera facit pro eo q̃ no. Inno. ſup. eo. coram. vbi dicit, q̃ ſi eccleſia non ꝓbanit in perẽptorio: à fine termini incipit currere quadriennium petendæ reſtitutionis, & non à die ſententiæ: q̃ patet, quia finito termino completa fuit læſio ex qua daretur reſtitutio, etiam ſi nulla ſequeretur ſententia, ſup. eo. ti. c. 2. & 3. vnde dicit q̃ caute facit læſus in omiſſione probationum, & in ſententia, ſi petit reſtitui contra ſententiam, & ad probationes omiſſas. Alij ſecundũ eum, q̃ quadriennium computatur à tempore ſententiæ, & ſatis eſt contra ſententiam reſtitutionem petere. ad hoc. ff de mino. l. 1. § 1. ſed prius dictũ plus placet Innocentio.

[Glo. ſeq. ponit tres opi. & tertiam hic approbatam coadiuuat, & contrarijs reſpondet.]

[l] ¶ Si minus.] Hic erant [3] opiniones legiſtarum, de quibus in 1. glo. Dicebant enim, aut eſt læſio in cõtractu uel ſententia, aut in tempore. Primo caſu fatentur indiſtincte verum q̃ datur integrũ quadrienniũ. ſup. eo. c. 1. lib. 6. ſup. e. conſtitutus. C. de tẽp. in integ. reſt. l. ſi. ſecundo caſu ſubdiſtinguunt: aut læſio eſt tanti tẽporis quantum eſt quadrienniũ, & tunc intra quadriẽnium in integ. datur reſtitutio: aut læſio eſt minoris temporis, & tunc dicunt quòd non datur integrũ quadriẽnium, ſed ſolum tm̃ tempus ad reſtitutionẽ petendam, quantũ fuit tempus læſionis. & hoc placuit Bul. & Azo. & Accurſ. quos ſequitur Dynus in §. rurſus. inſti. de act. lac. Bal. 3 quem ſequi uidetur Odofredus diſtinguens tempus intra quod, & tempus ad quod ſit reſtitutio, dicens q̃ dummodo non reperiatur negligẽs intra tantum tempus quantum erat tempus læſionis, habebit integrum quadrienniũ, aliàs ſi intra illud tp̃s reperiatur negligens, non reſtituitur poſteà etiã intra quadriennium, quia tempus negligentiæ computatur cum tempore læſionis vel abſentiæ. & ſic intelligit ff. quæ in frau. cred. ait prætor. §. ſi conditionalis. quã primi allegant pro ſe. Alij in hoc ultimo dicto diſcordãt dicentes q̃ tempus intra quod, ſemper eſt uniforme, & ſemper habet quattuor annos, ut hic, & in concord. tempus vero ad quod, non datur amplius quam fuerit tempus læſionis. & ſic loquitur ff. ex quib. cau. maior. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. & l. nec non. §. ſi quis ſæpius. ff. de mino. l. fin. nam in lucro foret is qui reſtituitur ſi amplius haberet de tẽpore quàm fuerit tp̃s læſionis: quod eſſe non debet. ff. ex quib. cau. maio. l. 1. in prin. & l. videlicet. & hoc placuit Pet. de Bel. & hoc approbatur, & merito: eſſet enim mirabilis rigor dicere q̃ læſus in die debeat obtinuiſſe reſtitutionẽ intra diẽ, quod vult prima opinio, vel ſaltẽ neceſſario ſeparaſſe, quod vult ſecunda. Item concludit prima opin. quadrienniũ non dari 3 vſucapionem, quæ finitur triẽnio. inſti. de uſucap. in prin. cum tamen loco anni utilis, qui dabatur olim. C. de reſt. mili. ſi quid. & l. ſeq. detur hodie quadriennium. C. de temp. in integ. reſt. l. ſi. quod præſcriptioni & vſucapioni eſt commune. Reſtat ergo rñdere ad contraria quæ inducit gl. in §. quotiens.

3 Hæc gloſſam lateſuo more declarat hic Ioã. Imo. cum videro.

tiens.primo ipſe §.quotiens.& ead l.§.ſi feriæ. determinant ſolum tempus ad quod, puta vt læſus in die reſtituatur ad diem,& ſic concordant,ſed non determinant tempus intra quod. Eodem modo reſponderi poteſt ad l.necnon. §.ſi quis ſæpius.eo.tit.vt ſcilicet loquatur de tempore ad quod. vel ſi vis intelligere de tpe intra quod loquitur de anno vtili: cuius loco datur hodie quadriennium:

driennio [a] tempus læſionis exiſtat. Sed non fiet reſtitutio niſi ad tantum tempus, quantum ſe læſa fore probabit. [b]

ſicut hodie diceremus læſum in quadriennio reſtitui intra quadriennium. Lex vlt ff.de mino. facit pro: quia ibi tempus intra quod præcedit tempus ad quod, & dantur ibi hæc duo tempora diuerſis. Ibi enim ex tempore in integrum reſtitutionis conceſſæ minori qui nouauerat, reſtituitur creditori tempus quod ſibi ſupererat de temporali actione nouationis tempore. Per eūdem modum reſponderi poteſt ad l. ſi debitrix §. ſi. ff. ad Velle.ſi diceretur, ꝙ ibi reſtitutio fiat per iudicis officium. Vel dic verius,vt ibi not ſcilicet,ꝙ ſine tpis interuallo ipſo iure per l. reſtituitur prima actio. & per eundem modū reſponde ad §.ſi conditionalis ſuperius alleg.ad l.cū poſt. ff.qū act. de pec. rūde vt ibi not. nec ibi de reſtōne loquitur. Ad rōnem quā dicebant primi, ꝙ aliàs erit deterior cōditio illius, qui vſucepit tpe minoris ætatis,vel abſentiæ cauſa reipublicæ,quam ſi non vſucepiſſet: cōpleta enim ætate vel ceſſante cauſa vſucepiſſet per triennium, & tu das quadriennium: Reſpondeo, ꝙ non eſt deterior, quia ceſſante vſucapione ille poſſet vendicare quod modo non poteſt: immo ſm quoſdam eſt prius neceſſarium iudicium reſcindendæ, quod eſt dicere, quòd prius reſcindatur impedimentum vſucapionis, & poſtea reſciſſorium datur, i. priſtina actio, quæ datur vſucapione reſciſſa: tū ſeruatur, ꝙ ſimul vtrumque intentatur, quod fieri poteſt. vt not. Gul. in Spec. 4. parte eo.tit.ver.ſed nunquid in eodem. Nec eſt melior condō eius ꝯ quem vſucapitur in abſentia, q̃ in præſentia, quia vendicando intra triennium perpetuaret ſibi actionem per conteſtationem, ſed officium non perpetuatur per conteſtationē, vt ſ.dixi. æque igitur datur tp̄s longius.

Iudiciū reſcindens, & reſciſſoriū ſimul intentari pñt.

[Glo.ſeq.obijcit, & remittit.]

[a] Quadriennio.] Sed contra temporalis præſcriptio non currit minori, ſed ipſo iure ſeruatur illæſus, C. in quib.cau. l.ſi.ergo nec eccleſiæ. Solue vt dixi ſ.eo.conſtitutus. ſuper glo.conſuetudo.& c. ſi. in 6.oppo.

[b] Probabit.] Licet ergo ex affirmatione minoris vel eccleſiæ examinentur cauſæ reſtitutionis in integrum, vt ſ.non tū conceditur reſtitutio niſi læſione probata, vt hic,de quo vide in Spec.eo.tit.§.a.ver.illud quoque.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS.

Viſum eſt de præparatorijs iudiciorum & iudicibus, nunc videndum eſt de iudicijs, quæ per magiſtratus exercentur, & redduntur, quare ponitur rubrica, de iudicijs.

Continuatio.

Dudum.] Primo ponit ꝯſtōnem Bonifacij: ſecundo, illam reſtringit, ibi: [Quia vero:] Tertio, proteſtatur, ibi [porro.]

Præſupponendum eſt quod hr in conſtitutione Bonifacij octaui, quæ incipiebat. rem nō nouam. videlicet, quòd citādus citabatur in audientia ꝯdictoriarū, vel in aula palatij Papæ,& poſtea affigebatur ſchedula in ualuis, id eſt, in portis eccleſiæ principalis,ubi erat Papa,& hoc fiebat ſi per ipſum ſteterat quo minus poſſet citari,uel ſi ad eū nō patebat tutus acceſſus: Et condita ſeu facta fuit hęc Clementina propter opiniones,quia aliqui exponebāt, preſertim,id eſt,maxime; alij exponebant, id eſt tantū. Secundo,præſupponendum eſt, ꝙ auditur ſeu audientiator audientiarum dat litteras ſimplices iuſtitiæ, & non tenet ſuum auditorium cum alijs in palatio Papæ, ſed exercet in tertio ponte eundo verſus ſanctum Michaelem.

CASVS Inter Titium,& me pendebat lis corā Papa, & erat articulus, qui nō poterat expediri niſi citato Titio, quia erat ſententia ferenda, vel teſtes producendi: quæritur qualiter ſit citandus? Dicit ꝙ ſecundum conſtitutionem Bonifacij ſufficit, ꝙ citetur in ordinario contradictoriarū, vel in palatio Papę, dum tū nō citetur in diebus ſolēnibus, ſed citetur extra dies ſolēnes,& poſt affigatur citatio in valuis eccleſiæ principalis, vbi eſt Papa cum collegio: Tamen illa erat nimis rigoroſa pluribus. ideo hic mitigatur, quia illa conſtitutio Bonifacij ſolum habet locum cōtra eos, qui impediūt quo minus poſſint citari, vel quando ad eos tutus non patet acceſſus, & tunc valet modo prædicto, videlicet ꝙ citetur vt tactum eſt: tū ſi Papa decerneret ex certa ſcientia eū citādum ex cōſtitutione Bonifacij, quāuis per eum nō ſtat quo minus citetur, vel ſi ad eū bñ ſit tutus acceſſus, & dicat ꝙ ipſe vult vt executio talis citationis valeat, tūc valebit perinde ac ſi eſſet facta in perſonā. No. ꝙ quis eſt citandus perſonaliter ſi poſſit apprehendi, aliàs citādus eſt de intimatione. ſ. de elect. in c. cauſā, videlicet, ꝙ citatio eſt affigenda in valuis eccleſiæ vel alterius loci, ita, ꝙ veriſimile ſit, ꝙ executio citationis deueniat ad eius notitiam. Not. caſum in quo citaē quis ultra duas dietas, ut hic in gl in uer. undecunque, & idem Lau.& Zen. Not. quòd ceſſante cauſa legis, ceſſat lex. probatur in eo, quòd excuſat conſtitutionem Bonifacij propter malitiam temporis. Zab.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

De iudicijs.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Conſtitutio Bonifacii, quæ habet, quòd citationes etiam extra dies ſolennes publice facta de mandato Papæ, in audientia litterarum Apoſtolicarum, vel Papali palatio, affixa ianuis maioris eccleſiæ loci in quo Papa cum curia ſua degit, arctent citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent, reſtringitur ad eos, qui impediunt ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute non poteſt adiri. Ioan. Andr.*

CAP. I.

DV-

[Prima

[Prima glo. ſummat, & diuidit: & ponit tempus conſtitutionum.]

a ¶ Dudum.] Caſus. Conſtitutio Bonifacij, quæ habet, quòd citationes etiam extra dies ſolemnes publicę factæ de mandato Papæ in audientia litterarũ Apoſtolicarum, vel Papali palatio, affixæ ianuis maioris Eccleſiæ loci in quo Papa cum curia ſua degit, arctent citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent, reſtringitur ad eos, qui impediunt, ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute nõ poteſt adiri. Et primo ponit conſtitutionem Bonifacij: ſecundo illam reſtringit: tertio proteſtatur, ibi: [Porro.] Et conſtitutio iſta præceſſit concilium, vt in proœmio dixi, & patet infra capit. proximo.

1 Modus citandi per edictum in forma huius Clem. locum hẽt in ſolo Papa, vt notat hic Zabar. cũ videto.

Dudum Bonifacius Papa octauus prædeceſſor noſter conſtituit, vt citationes auctoritate Apoſtolica de perſonis quibuſcunque, ac etiam vndecunque ad inſtar edictorum in albo prætoris propoſitorũ, etiam extra dies ſolemnes, in quibus Romani Pontifices proceſſus conſueuerunt facere generales, ipſo Papa ſpecialiter & ex certa ſcientia id mandante factæ, in Apoſtolicarum audientia publica litterarum: vel in Papali palatio publice poſt modum maioris eccleſiæ loci in quo Romanus Pontifex cum ſua curia reſidebit, ianuis affigendæ, ſic valeant atque arctent citatos poſt lapſum terminum, quem (conſiderata diſtantia locorũ) citationibus ipſis apponi conuenit competentem, ac ſi ad eos perſonaliter deueniſſent.

¶ Quia verò ſtatutum ipſum rationabiliter editum, propter malitiam tẽporis tunc inſtantis, nonnullis nimis rigoroſum videtur: Nos rigorem ipſum manſuetudine

[Glo ſecunda tempus exprimit.]

b ¶ Conſtituit.] in ſua Extrauag. quæ emanauit poſt Sextum, quæ incipit, rem non nouam.

[Glo. ſeq. ſoluit obiectionem intitulationis.]

c ¶ Citationes.] Licet (quia de citatione hic tractatur) competenter poni potuiſſet ſub tit. de dilationibus, maxime cum prima, citatio videatur anteiudicialis. iuxta no. per Inn. & Hoſt. de proba. qm̃. vt ibi ſcripſi ſuper verſi. citationes. quia tamen etiam per primam firmatur iudicium, & perpetuatur, & præuenitur iuriſdict. de foro compe. propoſuiſti. de offi. deleg. gratum. cum concor. & ideo in iſto titulo congrue ponitur, vt ſciatur ſuper tali citatione poſſe firmari iudicium. facit inſtit. de pœna teme. lit. §. & quod not. ff. de in ius vo. ſuper rub. & eſt huic ſi. eo. tit. cap. 1. & 2. lib. 6.

1 Vide Maria. Soc. tracta. de citatione. ar. 33

d ¶ Quibuſcunque.] exprimit ipſa conſtitutio cuiuſcunque ſint ſtatus, dignitatis vel præeminentiæ eccleſiaſticæ, vel mundanæ, etiam ſi imperiali vel regali pręfulgeant dignitate: tollit etiam omnes contrarias indulgentias, vt ibi patet.

2 Not. hic ꝓ verba generalia, cõprehendi ẽt illuſtres. F.

e ¶ Vndecunque.] etiam vltra duas dietas, & extra prouinciam: eſt enim Papa vicarius illius, cuius eſt terra & plenitudo orbis terrarum, & de dec. tua. 2. q. 3. cuncta per mundum. Io. And.

3 Quid ſit album prætorum vide per recentiores lexicographos.

f ¶ Albo.] erat locus dealbatus vbi ſcribebantur edicta, de quo in auth. de liti. § omnem. coll. 8 ff. de iuriſd. om. iu. ſi quis id. ff. de albo ſcri. l. 1. & 2. de hoc vide in Spec. de do. & contu. §. reſtat. in princ. & de cita. §. ſequitur. ver. & not. ſecundum Vber. vbi etiam not. qui iudices citare poterant per hæc edicta, & qui non.

4 Vide Io. And. & alios, in ca. vt commiſſi. de hære. lib 6.

[Glo. ſeq. exprimit tres dies. & ſequens quinque crimina, in quibus, & contra quæ fieri ſolent proceſſus.]

g ¶ Solemnes.] Solent eſſe dies Iouis ſeptimanæ ſanctæ, dies Aſcenſionis, & feſtum dedicationis Baſilicarũ Petri & Pauli. quod fertur eſſe de menſe Nouembris in octaua beati Martini.

h Generales.] contra hæreticos credentes, &c. vt ſcripſi, de hære. excõicamus. § ſane. ſuper 1 glo. portantes Sarracenis merces prohibitas, vt ſcripſi de Iudę. ꝙ olim ſuper glo. 2. & piratas de hoc de rapt. excommunicatione. exigentes vel imponentes noua pedagia. de cenſi. innouamus. falſarios litterarum papalium. de cri. fal. ad falſariorum. & his ſimiles. 5

5 Tales sũt omnes caſus, qui cõtinentur in ꝓceſſu bullæ, quæ ſingulis annis Romæ in die cœnæ Domini legi ſolemniter ſolet.

i ¶ Papa.] in inferioribus etiam locum non habet ſaluo eo quod dicitur. infra tit. 1. quamuis.

k ¶ Specialiter.] non ſufficeret ergo generale mandatum de citando talem, niſi Papa ſpecialiter exprimat citationem fieri per hanc litteram.

[Gloſ. ſeq. probat per ſcientiam excludi ignorantiam, & errorem, & dicit quare.]

l ¶ Ex certa ſciẽtia.] idem verbum de offic. delegat. paſtoralis. §. præterea. & vide quod ibi nota. ignorantia opponitur ſcientię. de ordin. ab epiſc. c. 1 de ſent. exc. pro illorum. ſicut error opponitur conſenſui. ff. de iuriſdic om. iudi. ſi per errorem. & canon dicit, ꝙ proprium erroris eſt approbare falſum pro vero. 38 diſtinct. quamuis. & ibi ꝙ errare eſt aliud pro alio putare 22. q. 2 in quibus cadit tamen error in ignorantia, vt prædi c quamuis. quare littera iſta videtur excludere mandatum quod Papa faceret per ignorantiam, vel errorem, ac ſi intendat, quòd requiritur certa ſcientia, per quam intendat tollere ius commune, quo debeat citatio fieri perſonaliter, vel ad domum, vt lit. non conteſta. quoniam. § porro. de eo, qui mit. in poſ. c. ſi. cum ſuis concor. ĩ. tit. 1. c. 1. & requirendi ſunt amici, ff. ex quib. cau. maiores. itẽ ait §. vlt. & le. ſeq. ſuꝑ quo vide qđ no. de do. & ↄt. cũm.

1 al. termini.

Error opponitur coſenſui, & falſum pro vero approbat.

m ¶ Mandante.] conſtitutio, rem non nouam. dicit iubente, per quod videntur hæc paria, & facit ad not. 14. q. 1. cap. ſi 18. q. 2. dudum.

[Glo. ſeq. ponit duas vel quattuor æquiparationes.]

n Litterarum.] de ſimplici iuſtitia, de crim. fal. c. pen. & ibi manere ſolet contradictarum auditor. Alij auditores in palatio, de quo ſequitur. & propter hoc decretale Romani. § ſane. ĩ. eo. lib. de elect. dicit cauſarũ, & litterarum audientia.

o ¶ Palatio.] conſtitutio illa dicit, aula: cui verbo concordat ĩ. de bap. præſenti.

p ¶ Maioris.] non dicit cathedralis, ſicut ĩ. eadem compil. de elect. cauſam. §. 1. & ĩ. tit. 1. quamuis ratio. quia curia poſſet eſſe in caſtro, villa, vel oppido, vbi non eẽt eccleſia cathedralis. & conc. ĩ. de ſent. exc. ex frequẽtib. vbi æquiparat cathedralẽ & matricem eccleſiã loci.

6 Not. ex glo. vbi eſt Papa, ibi ẽ Romana curia. facit c. 2. iũcta glo. verbo. ſede. de priui. li. 6. Fõ.

q ¶ Locorum.] conditionibus perſonarum, & negotij. de appel. cum ſit Romana.

r ¶ Perſonaliter.] ergò ſicut perſonalis citatio conſtituit quem verum contumacem. non tamen manifeſtũ. de ſent. excom. venerabilibus. §. ſecus. lib 6. ſic & iſta. Circa talium appellationem vide quod dicam ĩ. de do. & contu. ſi ante. Et hoc intendit, ꝙ ille proceſſus, qui fieri poſſit contra perſonaliter citatum, fieri poterit ↄ̃ iſtum, & econuerſo: ſcilicet in eo qui fieri non poſſet contra illum, nec contra iſtum. ſuper quo vide quod ſcripſi de eo, qui mit. in poſ. c. ſi. & in quęſtione, quam diſputaui de receptione teſtium facta cõtra citatum ad domum, in mercu. ſub titu. de teſtib. Item id quod ad excuſationem contumaciæ poſſet docere perſonaliter citatus, poterit & iſte, 7 & quod ille non poſſet, nec iſte: facit de appel. ſæpe. verſi. quicquid autem.

7 Not. Imola, ꝙ præſumptio de notitia citationis, non eſt iuris &c. de iure. F.

s ¶ Rationabiliter.] concor. ĩ. de reſcri. ſtatutum. de conceſ. præb. c. 2. lib. 6.

s ¶ Tem-

a ¶ Temperantes.] 45. diſt. diſciplina. & c. ſunt nonnũq;
[Glo. ſeq. alleg. duas concord. & dupliciter iuſtificat hanc reſtrictionem.

b ¶ Reſtringimus.] ſimile de electio. ſtatutũ. de hære. ſtatutum 2. lib 6 & j. ca. proxi. Et conſtitutio Bonifacij dicebat, quod in his præſertim caſibus locum habebat illa citationis forma, & accipiendo illud præſertim, pro tantum, habebamus mentem huius conſtitutionis, quæ fuit æquiſſima: nam graue eſt dicere, quòd dicatur vere contumax ex tali citatione, quæ facile poterit non venire in eius notitiam, ſicut dicitur de voce præconis: quæ quandoque paucis innoteſcit, in Auth. de lit §. omnẽ. col. 8. C. quomodo, & quando iud Authen. qui ſemel.

temperantes, [a] idem ſtatutum, & præfatum modũ citandi reſtringimus [b] ad illos tantum, & in illis locum volumus ſibi vendicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant, per ſe, vel per alios [c] quoquo modo, ne ad eos poſſit citatio peruenire, [d] vel quorum [e] domicilia ſiue loca non poſſunt [f] tute [g] libere adiri. ¶ Porro ei quod circa citationes ab ſentium tam diebus ſolemnibus, quàm alijs, Eccleſia † Romana diuerſis ex cauſis interdum facere conſueuit, [h] per præſentem conſtitutionem ſeu moderationem in nullo volumus derogari.

† In quodam manu ſcripto ita: Eccleſia Romana diuerſis ex cauſis proceſſus interdũ, &c.

¶ Idem.

c ¶ Vel per alios.] ſimile. ſ. ead compi. de renun c. vnico. & de offi. deleg ſtatuimus. lib. 6.

d ¶ Peruenire.] vt lit. non conteſt. quoniam. §. porro. & ibi de hoc.

e ¶ Vel quorum.] alternatiua demõſtrat, quod ſufficiat alterum iſtorum.

f ¶ Non poſſunt.] hoc æſtimabit Papa ſpecialiter, & certa ſcientia citationis modum committens, vt ſupra.

g ¶ Tute.] dicit conſtitutio Bonifacij, cum (vt ſcriptũ eſt) æſtimare debeamus, an eo ire liceat vbi eſt citatio facienda.

h ¶ Conſuenit.] de quo videre potes in Spe de citatio. c. vlt. per totum. Ioan. And.

Diſpendioſam.] ¶ Primo ponit conſtitutionis cauſam. Secundo ibi, [Statuimus.] conſtitutionem. Tertio, ipſius extenſionem: ibi, [Volentes.]

CASVS. Inter aliquos eſt controuerſia, & contentio de aliquo beneficio: quia aliquis clericus prẽtẽdit ius in illo beneficio, vel forte eſt quæſtio de aliqua dignitate, vel ſuper aliqua electione, poſtulatione, vel prouiſione, vel de aliquo matrimonio, vel ſuper receptione vſurarum, vel ſuper illis cauſis in textu numeratis: quæritur vtrum iudex cognoſcens de iſtis cauſis, debeat procedere ſecundum ordinem iudiciarium ad longum: puta, ꝙ detur libellus in ſcriptis, ꝙ lis cõteſtetur, ꝙ fiant productiones teſtium, dilationes, & concludatur, ꝙ renuntietur, vel vtrum poſſit procedere ſummarie ordine iudiciario non ſeruato? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ in his cauſis in textu poſitis iudex poteſt procedere ſummarie, de plano, ſi velit, vel etiam ſi poteſt obſeruare ordinem iudiciarium hoc dicit. Et dicit, ꝙ de his verbis, [Summarie, & de plano, habemus in Cle. ſæpe. de verb. ſign. quæ facta fuit ad exponẽdum iſta verba. ſummarie. & de plano. & dic [Diſpẽdioſam,] i. damnoſam. Ordina ſic: Nos Clemens cupientes reſtringere in caſibus ſcriptis, ſcilicet in textu diſpendioſam prorogationem, i. damnoſam prolongationem litium, quam interdum, i. aliquotiens experientia cauſarum, ſcilicet ſic prolongatarum docet prouenire ex obſeruatione ſubtili iudiciarij ordinis, &c. Et ſic colligo, notabile, quòd quandoque ſubtilitas reprobatur, vt in gl. Item no. diſpendium eſſe ſi prorogantur lites. C. de iudi. l. properandũ. de do. & contu. c. finem. Not. finaliter differentiã inter illa verba, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu iudicij, & figura de hoc in glo. in verbo, figura. Zabarel.

Ordinatio literæ.

[Prima glo. ſummat, diuidit, & exponit principium.]

¶ *In cauſis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & vſurarum, & ipſas tangentibus, procedi poteſt ſimpliciter, & de plano, abſque iudiciorum ſtrepitu & figura. Io. And.*

i ¶ Diſpendioſam.] Caſus. In cauſis etiã pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & vſurarum, & ipſas tangentibus procedi poteſt ſimpliciter & de plano abſque iudiciorum ſtrepitu, & figura. Et primo ponit cõſtitutionis cauſam: ſecundo ibi, [Statuimus.] conſtitutionem: tertio ipſius extenſionem ibi: Volẽtes] Et hoc eſt ius omnino nouum corrigens quædam iura, vt j. patebit. & dic [Diſpendioſam,] id eſt, damnoſam. de conſtitu. cap. 2 j. titu. proxi. c. 1. §. eiſdem. & concor. huic prin. de reſcrip. diſpendia. lib. 6.

CAP. II.

DIſpendioſam [i] † prorogationem litium (quam interdum [k] ex ſubtili [l] ordinis iudiciarij obſeruatione cauſarum docet experientia [m] prouenire, reſtringere [n] in ſubſcriptis [o] caſibus cupientes: [p] Statuimus, vt in cauſis ſuper electionibus, [q] poſtulationibus, vel prouiſionibus, [r] aut [s] ſuper dignitatibus,

† Nota diſpendiũ eẽ ſi lites prorogẽtur. c. cum finẽ. de dolo & cont l. properandum. C. de iudi. Zab.

k ¶ Interdum.] innuit quod non ſemper, alias eſſet dare quòd omnia iura per quæ datur ordo iudiciorum, eſſent diſpendioſæ: quod eſſet abſurdum.

† Vide glo. 2. q 1. in ſũma. Font.

l ¶ Subtili.] ſubtilitas quandoque reprobatur, quandoque commendatur. à iure. de hoc j. eo. tit dilecti. in gl. 1. & ibi ſcripſi.

† Vt in ca. capellanus. de fer. Font.

m ¶ Experientia.] concord. de elect. quàm ſit. in princ. lib. 6.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit, & quæſtioni de eius iuris cauſa ſpeciali reſpondet.]

n ¶ Reſtringere.] non videtur hoc verbum conuenire pro eo quod non reſtringit, ſed ſubtilitatem laxat iudiciarij ordinis in his caſibus. Sed dic quòd reſtringit diſpendioſam prorogationem, de qua præmiſit, & hæc eſt conſtitutionis cauſa generalis, ſed cauſa cauſæ, id eſt, quare plus in his quàm in alijs poteſt dici de arbitrarijs, de quibus non cogimur reddere rationem, vt dixi de reſcrip. ſi quando. ita etenim potuiſſet auctor adiungere cauſas primitiarum, oblationum, mortuariorum teſtamentorum, legatorum, maxime ad pias cauſas, & ijs ſimiles, in quibus vrget eadem ratio. Mouit autem forſan auctorem, ꝙ protelatio cauſarum beneficialium & matrimonialium eſt periculoſa, vt lit. non conteſta. quoniam. & idem periculum põderauit in debentibus vſuras, vel decimas. & hæc faciunt ad j. dicenda.

Rõ de arbitrarijs non redditur.

o ¶ Subſcriptis.] in alijs ergo ſecus, in quibus non eſſe id expreſſe ſtatutum, vel à principe ſpecialiter commiſſum, & vide quod not. de verborum ſignifi. ſæpe. in principio.

p ¶ Cupientes.] hic incipe conſtructum.

q ¶ Electionibus.] olim non tenebat proceſſus in cauſis electionum partibus præſentibus, lite non conteſta. ſ. de elect. dudum 2. quæ in hoc corrigitur. & concord. illi iuri de dolo, & contu. eum qui. lib 6. [Et de eo qui mit. in poſ. c. eum qui.]

r ¶ Prouiſionibus.] factis vel faciendis. ſ. de elect. vt circa. & c. qui contra certam. lib. 6.

s ¶ Aut.] repete in cauſis.

s ¶ Cino-

perſonatibus, officijs, canonicatibus, [a] vel præbendis, ſeu quibuſuis beneficijs [b] eccleſiaſticis, [c] aut ſuper decimis [d] (ad quarũ etiã præſtationem [e] poſſunt, qui tenentur [f] ad eas, præmoniti [g] cenſura eccleſiaſtica coerceri [h]) necnon ſuper matrimonijs, [i] vel vſuris, [k] & eas quoquo modo tan-

a ¶ Canonicatil.us.] concor de elect.c 2.lib.6.

[Gl. ſeq. quærit, arguit negatiue, contrarium ſoluit.] ſecundo ſoluit tria dubia: primum, de cauſa monachationis per tres rationes: ſecundum, de cauſa proprietatis eccleſiæ per rationem, & quatuor ſimilia: tertium, de cauſa priuationis, in quo diſtinguit.]

b ¶ Beneficijs.) nũquid in cauſis ſuper hoſpitalibus, eleemoſynarijs, vel leproſarijs habebit hoc locum? Videtur, ꝙ non. ĩ. de præb. ꝑ litteras. Tu dic contra ꝑ verbum officijs, quod præmiſit. ad hoc ĩ. de relig. do. quia contingit. vbi rectores vocantur, & tutoribus, & curatoribus ſimilantur. [1] Eadem ratione cum monachatus ſit officium; puto idem in cauſa monachationis; & ſi dicatur monachus eligi, poſtulari, vel prouideri hoc eſt planum: [2] per litteram ſuperiorẽ. & facit quod dixi poſt Inno. & Hoſt. de elect. officij. Aliqua tamen iura dicunt monachum fieri, creari, recipi, ordinari. de regul c. 1 & vlt. lib. 6. de elect. idẽnitatibus §. ſi vero. 16. q vlt. c. vlt. tamen negari non poteſt, quin canonicatus regulares in verbis ſuperioribus includantur, quo iure monachatus excluderentur, non video. Item prorogatio diſpendioſa non minus in regularibus, quàm in ſæcularibus eſt cauſa, ergo non deficit. [3] Tamen per litteram iſtam, beneficijs, dico, ꝙ ſi de eccleſia agatur, vt de proprietate, non eſt locus conſtitutioni, cum illa quæſtio beneficialis non ſit, nec hic dicatur de cauſis eccleſiarum. ſimilis differentia quo ad miſſionem, vt lit. non conteſt. c. 2. de do. & contu. c. 2. de eo qui mit in poſ. c. 1. & 2. & eod. ti. cum qui, li. 6. & quo ad permutationem. de rer. permu. ad quæſtiones. & c. cum olim. & c. cum vniuerſorum & quo ad præſcriptionẽ. de iure patr. cura de reg iur. c. 2. lib. 6 & quo ad tranſactionem, vt not. de tranſa. ſuꝑ eo. Si vero agatur ad remotionem beneficij, & negatur fœdus coniugij ſpiritualis, vel titulus, puto decre. locum habere: ſecus ſi non negatur titulus, ſed propter crimẽ. petitur remoueri: facit quod dixi poſt Inno. & Hoſti. vt lit: non conteſt. quoniam. §. porro, ſuper 2. glo.

1 Idẽ Lanfran. hic.

2 Not. hic Imo. ꝙ ad monachatũ quis poteſt eligi. ſi. glo. c. indemnitatibus. §. ſi vero, de electio. li 6. F.

3 Hic not. Imol. exorbitantia extẽdi ex idẽtitate rationis. ſi. gl. in clem. auditor. de reſcri. Font.

c ¶ Eccleſiaſticis.] in ſæcularibus ergo nil eſt mutatũ, quamuis in eccleſiaſtico foro tractentur.

(Gloſſa ſequens primo ſoluit dubium de decima ſingulari: ſecundo quærit de Papali, & ſoluit per tres rationes: tertio quęrit de iure percipiendi, & ſoluit tollẽs duo obſtantia.)

Q Voniam.] Diuiditur in ſex partes, vt patet in rubro. Secunda: ibi, [Si vero.] Tertia: ibi, [Idem quoque.] Quarta ibi, [Dignitatem.] Quinta ibi, [Sed tales.] Sexta ibi, [Huic inſuper.] Imola.

CASVS: Viſum eſt ſ. qualiter clerici debẽt abſtinere à quibuſdam artibus: Sed quæritur vtrum debeant abſtinere à quibuſdam veſtibus, vel vtrum ſit eis licitum vti

tit.clerici Not.ꝙ hic punitur ſolū qui publice vtitur tali veſte: ſecus ergo ſi occulte, puta in camera, vel in prācio: vt quia caret alio panno. ſolus ergo publicus vſus hanc pœnā meretur. ſi ſ.c.proxi.ſecundū Pau.Zabarel.

[Glo.prima ſummando diuidit, & dicit ad quid emanauit.]

a ¶ Quoniam.] Caſus. præmiſſo exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata, vel partita veſte: Secundo ſubdiaconos, & diaconos. Tertio, omnes clericos tonſuram publice cū tali veſte portantes. Quarto habentes dignitatem, perſonatū, beneficium curatum, & ſacerdotes, & religioſos publice portantes talem veſtem vel infulam. Quinto punit omnes prædictos vtentes tabardo notabiliter breui integre foderato. Sexto certas caligas clericis interdicit. emanauit executiue ad iura. 21.q.4 per totum. eo.tit. c.penult.

Hanc cōſtitutionem innouat, & ampliat cōcilium Trid. ſeſſ. 14. de reform. c. 6.

a al conuenientibus.

niam a qui obiectis veſtibus proprio congruentibus b ordini, aliàs aſſumere, & in publico portare rationabili cauſa ceſſante c præſumit, profeſſorum illius ordinis prærogatiua ſe reddit indignum: d Præſenti conſtitutione ſancimus, quòd quicunq; clericus e virgata, vel partita f veſte publice g vtetur h (niſi cauſa rationabilis i ſubſit) ſi beneficiatus extiterit, per ſex menſes k à perceptione fructuū beneficiorum, l quæ obtinet, ſit † eoipſo m ſuſpenſus. n Si vero beneficiatus non fuerit? in ſacris tamen ordinibus citra ſacerdotium o conſtitutus, per idem tempus p reddatur eoipſo inhabilis q ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Idem quoque cenſemus de clericis alijs r veſtem talem ſ ſimul, & tōſuram t publice deferentibus clericalem. u Dignitatem vero, perſona-

† al ita: ſit ipſo facto ſuſpenſus.

b ¶ Congruentibus.] congruentia veſtium reſpicit non ſolum clericos, de quibus hic. & in iuribus prælle gatis, & monachos, de qbus ī. de ſta. mona. ne in agro. ſed etiā omnes laicos. 41. diſt §. 1. & cap. parſimoniam. 30. diſtin. ſi quis virorum. & variatur ex diuerſitate ſexuum ea. diſt ſi qua mulier.

c ¶ Ceſſante.] ſ. eo. Deus qui.

d ¶ Indignum.] de ſent.excom in audientia. eo. tit. ſi iudex laicus lib 6 de iniu. item apud §. ſi quis virgines. & eſt ſimile de ſtat.mona. recolentes.

e ¶ Clericus.] includit habentem primam tonſurā tantum de æta. & qualita. cum contingat.

Clericus & qui primā tonſurā habet.

[Glo ſeq. allegat duas concor & dubium ſoluit.]

f ¶ Partita.] dicit canon, ꝙ diuerſi coloris, vel diuerſæ partis veſtis eſſe non debet. 20.q.1.c. vlti in ſi. alibi, ꝙ veſtis nō debet eſſe varia ſericis texturis, nec habere variorum colorū ornamenta. 21.q.4.c.1. in ſi. Et not. ꝙ licet veſtes rubei, & viridis coloris prohibitæ ſint clericis ſ. eo.c.pen. pœnæ tamen iſtius conſtitutionis locum habent ſolum in veſtibus hic expreſſis. & concor. quod dixi ſ. c. proxi.

Veſtes virides, & rubeæ, ſunt clericis prohibitæ.

g ¶ Publice.] concor. ſ.c.proxi.

ADDITIO. Dicit Lau. ꝙ dicitur pulice portare, cum multitudini hoc patet: ſicut etiam dicitur publice aleator, vel vſurarius, vel maleficus, vel meretrix, vel excōmunicatus. de exce prǣla. inter. de maleſi. c. 2. de exceptione. exceptionem. 34 diſ. vidua. In domo vero dicitur ſecrete: quia domus rem ſecretam, & non publicam denotat. 6.q.1. ex merito Zabarella.

[Gl. ſeq. ſoluit dubium, & ſolutionis obiectionem.]

h ¶ Vtetur.] veſtibus ergo etiā prius factis publice vti non poterit ſine hac pœna, nec propter hoc conſtitutio reſpicit præterita: damnat enim ſolum futurum vſum. & facit quod dixi ſ. ea. compi. de æta. & quali. vt hi qui. in glo. quod poſteris.

i ¶ Rationabilis.] puta timoris. eo. tit. c penult.

k ¶ Sex menſes.] inchoandos poſt talem publicam delationem.

[Gl. ſeq. quæſt. ſoluit, & rationem reddens contrario reſpondet: inducit ſimile, & dubium ſoluit.]

l ¶ Beneficiorum.] omnium, propter indefinitā. de hoc de elect. vt circa. lib 6. offendit enim vniuerſum ſtatum Eccleſiæ, nec minus vnā eccleſiam quàm aliam. & ſic ſoluitur de elect. ſi compromiſſarius §. huiuſmodi. & §. ſeq. lib 6. vbi ſpecialiter offenditur eccleſia, ad quā indignus eligitur, vel ad quam dignus electus impeditur. & eſt ſimile ī. de pœnis. cap. 1. poſt princip. poſſet autē talis eligere, de elect. cum Vinton.

m ¶ Eo ipſo.] hic ergo non eſt neceſſaria monitio nec ſententia. aliter ſ. cap. proximo.

[Gl. ſeq. primo ſoluit tria dubia: ſecundo quærit, & ſoluit, & de duobus remittit.]

n ¶ Suſpenſus.] ſi tamen interim illos perciperet, non eſt irregularis, cum hoc non ſit expreſſum in iure. de ſent. excom. is qui. lib. 6. nec beneficijs priuatus, cum hoc hic non exprimatur, ſicut in caſu, de elect c. 1. § ſi & c. cupientes. §. cæterum. lib. 6. tenetur tamen ad ipſorum reſtitutionem. Sed cui fiet reſtitutio? hic videndum eſt cui accreſcant fructus tempore ſuſpenſionis, puto, quòd quotidianæ diſtributiones accreſcant ſocijs, vt dixi ſ. ea. cōpi. de æta. & qualita. vt hi qui. fructus præbendæ, vel diſtincti beneficij accreſcant eccleſiæ. de cler. non reſ. c. penult. & ſic intellige quod not. 91. diſt. clericus victum. & quod not. Innoc. de coha. cler. ſicut. Quid autem ſi iſti ſuſpenſi nollent interim officiare eccleſiam, & an interim eligant, vel eligantur? Vide quod not. in præalleg. § cæterum. in glo. non ergo.

Suſpenſionis tpe durāte cui accreſcūt fructus clerici ſuſpenſi.

o ¶ Sacerdotium.] hic ergo eſt ius diuerſum inter ſacerdotium, & alios ſacros ordines. concor. 54. diſt. ex antiquis. ne cle. vel mo. c. ſi.

p ¶ Per idem tempus.] ſex menſium.

q ¶ Inhabilis.] tenet Gul. in Spec. tit. 2. §. ſupereſt. ver. ſed nunquid poteſt. ꝙ legatus, & epiſcopus hāc pęnam infligere poſſint, etiam in perpetuū clerico, & laico ex cauſa. & vides, ꝙ in defectum beneficij ſuccedit hæc pęna † inhabilitatis: alibi deficiente beneficio ſuccedit pœna excommunicationis. ī. de deci. cap. 1.

† No. Imo. ꝙ inferior à Papa ex ſtatuto inhabilitare poteſt clericos ad obtinenda beneficia. Fō.

r ¶ Alijs.] qui nec beneficiati ſunt, nec in ſacris.

ſ ¶ Talem.] virgatam vel partitam.

[Glo. ſeq. infert ex copula, & arguit. Secundo quærit: quæſtionem declarat. ſoluit opi. ponit. Tertio, ſpecialia quærit, & ſoluit.]

t ¶ Et tonſuram.] ſi ergo veſtem ferant ſine tōſura, nō eſt locus pęnæ. & facit ad ea quę no. & ſcripſi de apoſt. tuæ. vides enim, ꝙ conſtitus in minoribus, ſæcularibus veſtibus vtens, non incurrit hanc pœnā, niſi immiſceat tonſuram. Et quia de tōnſura clericorum iura varijs verbis vtuntur: quædam dicunt raſuram in parte ſuperiori ad modum ſphæræ. 2 . diſt. §. clerici. & c ſeq. Dicitur autem ſphæra rotunditas, vel corpus, ſeu ſpatium rotundum: quædam dicūt coronā, & raſurā 12.q.1. duo ſunt. quædam tonſuram, & coronam, eo. tit. clerici. de cle. coniu. cap. vlt. & ī. de celeb. Miſ. c 1. quædam ſimpliciter tonſuram. eo. tit. clericus. ſimile de cle. coniu. Ioānes. & c. ex parte eod. titu. c. vnico. lib. 6. & eod. lib. de biga. altercationis. de ſent. excom. ſi iudex. & hic, quid hæc verba intendāt videamus. Circa hoc ſciendum, ꝙ clericis deputatis ad diuina miniſteria, competit raſura & tonſura in modum coronæ ratione figurę; quia corona eſt ſignum regni, & perfectionis, cum ſit circularis carens angulo, in ſignum carentiæ ſordium, quia vbi angulus, ibi ſordes: ſe ergo, & alios virtutibus regere, & ſordibus mundare debēt: & ſic in Deo regnabunt, vt in prædi decre. duo per raſuram autem ex parte ſuperiori capilli

Corona, tōſura, & raſura differentes aliqualiter ꝙ in clericis repreſentant.

Sordes sūt in angulis.

capilli ſubtrahuntur, ne mens ipſorum per occupationes temporales retardetur à contẽplatione myſteriorũ diuinorum. Summitas enim capitis eſt eminentia mentis. facit de ſacra vnct. c. vnico. verſi. in vertice. per ipſius ergo denudationẽ mentis releuatio deſignatur: Et quia conuerſi miniſterijs diuinis non occupantur, ſuperius non raduntur, licet inferius tondeantur, quia tẽporalia, deponunt. Tonſura vero ex parte inferiori capillos tondet vſque ad releuationem ſenſuũ, ſcilicet viſus, & auditus: ne ſcilicet oculos, vel aures impediant & eſt ſignum, ꝙ præſcindenda ſunt vitia cordis & corporis, ne intuitum diuinorum impediant: & ex his debetur corona cœleſtis. Vnde dicit canon, ꝙ incedere debent clerici detonſo capite & patentibus auribus. 24. diſtin. c. penul. Ex prædictis videtur ꝙ proprie raſura reſpiciat partem ſuperiorem: quam dicimus clericalem: corona, circulum capillorum: tonſura, abſciſſionem ipſorum. facit de ſenten. excommu. contingit 1. ibi, circumciſis crinibus. Hoſtienſis tamen in decret. clerici. eod. tit. vt ibi ſcripſi. quod ĩ dixi clericã, videtur vocare tonſuram, dicens, ꝙ maiorem tõſuram, & altiorem, & rotundiorem coronam debet habere monachus, quàm clericus. & notauit etiam de hoc in ſumma, eod. tit. § 2. Hæc dicta ad diſcutiendũ an tonſura cõſiſtat in clerica, vel in tonſione criniũ, vel in vtroque: & ſpecialiter per hoc ad textũ, an clericus in minoribus deferens talẽ veſtẽ cum clerica, & longis crinibus vel econtra tonſis crinibus, ſed ſine clerica incurrit hãc pœnam. Et in primo caſu, ſi clericam caputio vel aliter cooperit, & in ſecũdo, ſi tõſionem criniũ coopertã portat forte veſtito caputio: certũ eſt, ꝙ nõ eſt locus pœnæ: per verbũ, publice, quod reſpicit vtrumque. ſcilicet veſtem, & tonſuram: remanet ergo dubium cum alterum ſolum defert, & publice, egeret declaratione: ſed credo de mente, ꝙ ſi tantũ in publico exhibet, ꝙ videatur clericus cum ea veſte, locus ſit pœnæ. raro enim vel numquam in capite caputium, birretum, capellum, vel aliquod tale deferens, oſtendit vtrumque.

† al. pilei iuuenum.

Clericus aures habeat patentes.

[Glo. ſeq notat ad quæſtionem diſputatam.]

a ¶ Extrinſeci.] Hæc littera, & principium huius capituli ibi, in publico portare. facit ad quæſtionem olim diſputatã de monacho, qui bene portat habitũ ſuũ, quẽ tamen cooperit habitu clericorum ſæculariũ, ꝙ ſit apoſtata: & ita fuit hic terminatum. & inducebatur decre. penult. eod. ti. de Iudæ. in nonnullis. & ponitur In Mercuria. ſub tit. de apoſtatis.

b ¶ Inſulam.] Sumitur interdum pro corona imperiali. C de quadri. præ. l. fi. quandoque pro alba faſciola ſacerdotalis capitis, & ideo ſubmiſit, ſeu pileũ: quod dicitur à pilis, quia pilos capitis tegit, & ſtringit. & nota, ꝙ etiam diaconum portantem inſulã non punit hæc conſtitutio: niſi ſit de hic expreſſis.

Inſula faſcia erat in modũ diadematis (vt ait Seruius lib. 10. Æneid.) à qua dependebant vittæ ab vtraque parte,

c ¶ Lineum.] idem puto ſi ſericum, quòd apud nos multum eſt in vſu, cum maior vel ſaltem eadem ſit ratio.

d ¶ Cæteri.] non beneficiati, & religioſi pœnam hic expreſſam incurrunt vltra pœnã excõicationis, qua ligãtur per aliã conſtitutionem ne cler. vel mon. c. 2. lib. 6.

e ¶ Per idem tempus.] annale.

tum, ſeu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, necnon cæteri in ſacerdotio conſtituti, ac religioſi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinſeci [a] morum intrinſecam honeſtatem oſtendere, ſi (præterquam ex cauſa rationabili) publice veſtem ferant huiuſmodi, aut inſulam [b] ſeu pileum † lineum [c] publice portent in capite, ſint eoipſo beneficiati videlicet à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, ſuſpenſi per annum. Cæteri [d] vero ſacerdotes, & religioſi quilibet per idem tempus [e] reddantur inhabiles ad quodcunque [f] beneficium eccleſiaſticum obtinendum.

¶ Sed & tales [g] & cæteri quicunque clerici, vtentes epithogio [h] ſeu tabardo foderato vſque ad oram, [i] & ita breui, quòd veſtis inferior notabiliter videatur: [k] epithogium ipſum † ſæculares clerici & religioſi adminiſtrationem habentes, teneantur intra menſem [l] dare pauperibus. Cæteri vero religioſi adminiſtrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur ſuis ſuperioribus aſſignare in pios vſus aliquos conuertendum. [m] Alioquin beneficiati ſuſpenſionis, cæteri [n] vero inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus [o] ſe nouerint incurriſſe. Huic inſuper adijcimus ſanctioni, [p] vt clerici præter-

f ¶ Quodcunque beneficium.] includit præſtimoniam, vel penſionem, quam haberet in titulum. facit quod dixi de reſcri. poſtulaſti.

g ¶ Et tales.] de quibus proxime dictum eſt.

† al. ipſi

h ¶ Epithogio.] Dictum eſt ab epiſcopis, quod eſt ſupra, & tego tegis.

i ¶ Oram.] ſine aſpiratione deſignat finẽ vel extremitatem rerum, præcipue regionum & veſtium. Vnde dr̃ 1. Reg. 24 ꝙ Dauid præcidit orã clamidis Saulis 2. q 7. §. de his. & Geneſ 42. Repererũt in ora ſaccorum ligatas pecunias ad Hebr. 11. Sicut arena, quæ eſt ad oram maris. Nõ aſpiratur etiam quando ſcribitur pro plurali de os oris. aſpiratur aũt quando deſignat tempus: vt horã Tertiæ, vel Nonæ.

Ora ſine aſpiratione, & cũ aſpiratione, quid denotat.

k ¶ Videatur.] Dicit canon, quòd ſuperior veſtis clericorum debet eſſe talaris, id eſt, longa vſque ad talos 23. diſt c. penult. & ſi breuitatem veſtis ſuperioris diceremus huius conſtitutionis cauſam, videretur conſtitutio locum habere etiam in tali tabardo non ſic foderato: quod non credo, cum ſit pœnalis, & ſic non extendenda de electio. ſtatutum, lib. 6.

l ¶ Intra menſem.] quia ſupra dixi, vtentes, videtur, ꝙ menſis incipiat poſt inchoationem vſus.

[Glo. ſeq. arguit, quærit, & ſoluit.]

m ¶ Conuertendum.] facit ad not 12. q. 2. non dicatis, ꝙ monachus adminiſtratione carens eleemoſynam facere nõ poſſit Sed quid ſi talis monachus erat in ſtudio de licentia abbatis, à quo multũ diſtat? Satis puto, ꝙ tũc quamuis adminiſtrationem nõ habeat, hanc erogationem facere poſſit: per ea quæ not Hoſt. in ſumma de pœn. & remiſ. §. quibus, & qualiter. char. pen. ver. quid de faciẽtibus eleemoſynam vbi tenet, ꝙ monachus, qui de licentia abbatis eſt in ſtudio vel peregrinatione, poteſt facere gratuitam eleemoſynam moderatam. allegat de offic. deleg præterea. ff. de procu. ad rem & l. ad legatum. de iud. ſi longius. fortius ergo faciet hanc neceſſariam. & facit quod not. de accu. ex parte.

Eleemoſynam facere, an ſit monachis permiſſum.

n ¶ Cæteri vero.] non beneficiati.

[Glo. ſeq ponit tres lecturas.]

o ¶ Per idẽ tempus.] annale, vt ſic reſpiciat quod proxime dictum ſuit. à ver. dignitatem, circa. vel vt reſtringatur pœna poteſt intelligi de ſex menſibus, de quibus in principio dixit. vel dic diuerſificari pœnas prædictas, ſcilicet anni, & ſex menſium ſecundũ qualitates diuerſas clericorum, de quibus præmiſit, vt ſemeſtre locum habeat in ijs, de quibus loquitur vſque ad ver. dignitatem. annus in alijs.

[Glo. ſeq. ſoluit obiectionem, & dubium.]

p ¶ Sanctioni.] nõ dicit, ꝙ iſte finis ſit ſanctio, Sed addi

tus

ſit ſanctioni. In præcedentibus enim conſtitutio eſt pœnalis, hic non. hoc dico propter no. 3. diſt. in fi. ſum mæ. erit autem hic locus pœnæ arbitrariæ, ex quo cer ta non ſtatuitur. de offic. deleg. de cauſis.

a ¶ Præſertim.] pro maxime.

b ¶ Caligis.] 23. diſt. in clerici.

c ¶ Viridibus.] iſti colores in ipſorum veſtibus erant prohibiti, eo. ti. c. pen. & vide quod ibi ſcripſi.

d ¶ Vtantur.] Prouidit Clemens circa infulas, caligas, & veſtes prouideat ſucceſſor circa ſcarpitulas, quarũ perforationem vel inciſionem multiformem ſuperſtitioſa curioſitas apud clericos pullulans adinuenit.

tim [a] beneficiati, caligis [b] ſcacatis, rubeis, aut uiridibus [c] publice non vtantur. [d]

TITVLVS II.

De præbendis & dignitatibus.

¶ Clemens quintus in concilio Viennen.

¶ Clauſula inſerta litteris gratioſis ſuper dignitate conceſſis, per quam prouideri mandatur, ne animarum cura, ſi dignitati imminet, negligatur: vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis, non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem aſſumitur. hoc dicit. Io. Andr.

DE PRÆBENDIS & dignitatibus.

Continuatio. ¶ Viſum eſt ſupra de vita & honeſtate clericorum: verum quia clerici non poſſunt viuere niſi habeant beneficia & dignitates: unde commode poſſint vitam ſuſtentare: ideo, &c.

S I dignitatem.] Duo ſunt dicta, ſecundum ibi, [Ad hoc.] Præſupponendum eſt quod habetur in c. cum in illis, eo. ti. in 6. quia ad eius declarationem fuit facta hæc Clementina, videlicet, quod ſi Papa mandet prouideri alicui de aliquo beneficio, uirtute illius mandati non poteſt prouideri de beneficio curato, niſi expreſſe fiat mentio de beneficio curato. Secundo præſupponendum eſt, quod dicitur in eo. c. cum in illis. quod ſi Papa mandet prouideri alicui de aliqua dignitate vel perſonatu, virtute illius mandati non poteſt prouideri de dignitate electiua, niſi expreſſe caueatur in litteris de beneficio electiuo.

CASVS. Habebam unã dignitatẽ: volui habere aliã, cuius collatio pertinebat ad Papã, quia forte collationem illius dignitatis ſibi reſeruauerat, vel uacauerat in curia Romana, vel forte impetraueram ab ipſo iure præuentionis: porrexi preces ſupplicatorias Papæ, ut mihi conferret illam dignitatẽ, & in precibus cõtinebatur, quod habebam aliã dignitatẽ, & petebam diſpẽſari ad obtinendam aliam, in qua imminebat cura animarũ: Papa diſpẽſauit: in litteris non fuit appoſitũ quod illi dignitati imminebat cura animarum: ſed tñ appoſita fuit hæc clauſula, prouiſo quod cura animarũ nullatenus negligatur: Quæritur vtrum illa clauſula ſit ſufficiẽs, vt mihi prouideatur de illo beneficio cui imminet cura animarum? Dicit Clemens quod non, niſi in litteris ponatur talis clauſula: prouideas tali habenti tale beneficiũ, cui imminet cura animarũ de tali beneficio, cui etiã imminet cura animarũ. Sed quid ſi Papa mandet quod mihi prouideatur de dignitate ad cuiuſcũque collationẽ, prouiſionẽ, vel inſtitutionẽ pertineat. & nõ dicit electionẽ: tñ in prohibitione fecit mentionẽ de electione, ſic dicẽdo: Inhibeatis oĩb. ad quos pertinet inſtitutio vel electio, vt nihil habeant attentare in præiudiciũ noſtri: Quæritur, vtrũ virtute illius reſcripti poſſit mihi prouideri de dignitate electiua? dicit quod nõ, niſi fuerit ẽt facta mentio de dignitate electiua in parte diſpoſitiua reſcripti. Vnde in reſcriptis Apoſtolicis ſunt multę partes, ſcilicet ſalutatio, exordiũ, narratio, diſpoſitio & prouiſio. No. primo iuncta gl. quod licet Papa in litteris gratiæ faciat mentionem de beneficio aliquo incompatibili, non propter hoc videtur ſecum diſpenſare: ſed ſolum mentio illius beneficij incompatibilis hoc operatur, quod collatio alterius nõ erit ſurreptitia. c. nõ poteſt. eo. ti. in 6. Et hoc verum, niſi Papa proprio motu illi cõcederet beneficiũ. c. ſi motu proprio. e. ti. in 6. immo ſecũdo impetrans debet petere à Papa, vt ſecũ diſpẽſet, aliàs nõ poſſet obtinere. No. ſecundo, quod impetrãs aliud beneficiũ debet facere mentionẽ de qualitate ſui beneficij, an fuerit dignitas cui immineat cura animarũ, vel non No. tertio differentiã inter litteras gratiæ & litteras iuſtitiæ, quia litteræ gratiæ vitiãtur, & ſunt ipſo iure nullæ, ſi fuerunt ob tẽtæ per ſurreptionẽ: Litteræ vero iuſtitiæ nõ ſunt ipſo iure nullę, ſed veniunt annullãdæ per exceptionem. c. cum dilecta. de reſcriptis. in antiq. No. quod executor mandati Apoſtolici non poteſt alicui prouidere de dignitate electiua, niſi fiat expreſſa mentio de dignitate electiua in mandato in parte diſpoſitiua. No [Diſpenſantes.] Diſpẽſatio eſt iuris cõis prouida relaxatio, vtilitate ſeu neceſſitate penſata, ſecundum Gul. in Spe. ti. de diſpenſa. Vel ſic, Diſpenſatio eſt rigoris iuris per eũ ad quem ſpectat canonice facta relaxatio. 1. q. 7. niſi rigor. & c. ſeq. Capitur tñ quandoque diſpenſatio improprie, ſcilicet pro iuris declaratione, vt in c. Quintauallis. de iureiu. No. in § ad hoc. ibi, [Conſueuit.] quod per conſuetudinem dignitas efficitur electiua. pro hoc eo. ti. cum de beneficio, lib. 6. Zabar.

CAP. I.

S I dignitatẽ [e] habenti de alia prouideri mandemus, [f] [1] diſpẽſantes [g] cũ eo, vt ſimul vtrãque valeat retinere: [h] de animarũ cura, quæ il-

[1] De mãdatis de prouidendo, vide quod nouiſſime ſanciuit concil. Tridẽ. ſeſſ. 24. c. 19.

[Glo. prima ſummat, diuidit, & dicit quid principium approbet.]

e ¶ Si dignitatem.] Caſus. Clauſula inſerta litteris gratioſis ſuper dignitate conceſſis, per quã prouideri mãdatur ne animarum cura, ſi dignitati imminet, negligatur: vel per quã inhibetur electionem fieri dignitatis, non facit extendi gratiã ad dignitatem curatã, vel ad quam quis per electionem aſſumitur. Duo ſunt dicta. Secundum ibi: [Ad hoc.] Quod in principio dicitur de diſpenſatione, vſque ad uerſ. quamquam. tenebat Hoſt. de reſcr. poſtulaſti. Gul. in Spe. de leg. §. uidendum. verſi. ſed nunquid nocet.

f ¶ Mandemus.] idem puto ſi prouideat, dum tamen non motu proprio. ĩ. c. 3 cum eadem ſit ratio.

[Glo. ſeq. prorogat dictum.]

g ¶ Diſpenſantes.] Quid ſi nulla fiat diſpẽſatio ſuper pluralitate, ſed ſolũ prouidere mandatur de dignitate, nõ adiecto de cura, poſtea ſumitur hęc clauſula? Dicas idẽ, cũ eadem ſit ratio. Sed quia cauſula illa poni nõ ſolet niſi cũ ſit diſpẽſatio ſuper pluralitate, vel ſimili. facit de off. ord. c. ordinarij §. prouideat lib. 6 ideo ſic loquitur. ſimilis, ideo dixi, quia qñ ſit ſuper ætate, ordine vel reſidentia, ẽt opponi ſolet hæc clauſula vnde quamuis in litteris gratiæ ſuper his diſpenſetur, adiecta iſta clauſula, gratia tamen non extenditur ad curatam.

h ¶ Retinere.] quod non poſſet ſine diſpenſatione ex vi expreſſionis, vt eo. ti. non poteſt. § fi. lib 6.

[Glo. ſeq. ponit tres lecturas, contra tertiam allegat, & declarationem poſcit ſub dubio, primam eligens, & contrarijs reſpondens.]

lis, vel alteri [a] carũ imminet non habita mentione, gratia huiuſmodi uelut ſurreptitia nullius [b] penitus eſt momenti: [c] quamquam confectis ſuper ea litteris ſit inſertũ, [d] quòd animarum [e] cura (ſi dignitatibus [f] ipſis uel alteri earum immineat) nullatenus negligatur.

¶ Ad hoc ſi alicui prouideri mandemus de dignitate [g] ad cuiuſcunque vel quorumcunque collationem, prouiſionem, ſeu quamuis [h] diſpoſitionem aliam in

a ¶ Vel alteri.] Si intelligas ſecundæ, planũ eſt quod ſequitur de gratia ſurreptitia, vt eod. ti. c. cum in illis. lib. 6 ſed ſi de prima hoc intelligas; tunc licet gratia ſit ſurreptitia quo ad diſpenſationem pluralitatis, non tñ quo ad prouiſionem dignitatis, ex quo propter illã paratus eſt dimittere primam. Vnde ſi Mutinenſis Archidiaconus impetrat archidiaconatũ Bononienſem non curatũ, vel curatũ, hoc tñ expreſſo: & diſpenſatur cũ ipſo ſuper vtroque tenendo, licet diſpenſatio pluralitatis non valeat, ex quo Mutinenſis Archidiac. habet curam, & hoc nõ expreſſit propter rationem quam infra dicã ſuper verbo, momenti. videtur tamen ꝙ valeat impetratio, ita ꝙ per ipſam Mutin. dimittendo, conſequi poſſit Bonoñ. Non enim habetur in iure expreſſum, ꝙ impetrãs, qui tenetur facere mentionẽ beneficiorum, quæ habet, teneatur etiam qualitatem eorum exprimere: ſicut nec habetur in iure, ꝙ teneatur exprimere qualis ordo ſit annexus beneficio, vel quantitatem reddituum, quam habet ex vno beneficio vel pluribus, licet beneficia teneatur exprimere. cum ergo per expreſſionẽ nulla fiat diſpenſatio, ſed ſolum uitiatur ſurreptio. eo. ti. non poteſt. in fi. lib. 6. videtur ꝙ valeat impetratio, ex quo illud expreſſit, licet non expreſſerit illius curam: ſicut valet, licet non expreſſerit annexionẽ ordinis, vel reddituum quantitatem, vt dixi. & ratio decre. cum in illis. adaptatur, cum de dignitate conſequenda quæritur, nõ cum de exprimẽda: Niſi dicas aliter legendo, ꝙ hoc nouum declarat vel inducat hæc conſtitutio: [1] ꝙ etiam qualitas curæ imminens beneficio quod habet impetrans, exprimẽda ſit in impetratione, ꝙ probat littera, nullius penitus, quæ ſequitur: quaſi hoc ſit de his quę poſſent mouere principem ad gratiã denegandam. facit eo. ti. quamuis. & c. is cui. 1. reſp. lib. 6. & quod no. Compoſt. de reſcr. c. capitulum. in fi. magnæ gloſſæ, & videtur expreſſum ĩ. ea. compi. de off. ord. c. 2. ſi intelligatur illud ſpeciale quod ibi ponitur de ſpecialitate, quæ etiam exprimat qualitatem curæ: & talem expreſſionem communiter hodie faciunt impetrantes, & caute. Poſſet dari tertia lectura, ꝙ miſtura diſpenſationis & gratiæ prouiſionis in eadem littera conceſſarum vitiat utramque, quæ ſi ſegregatæ forent, valeret prouiſionis gratia, vt primo dicebatur. Contra hanc facit, de regu. iur. vtile. lib. 6. & quod ibi no. licet enim ſecunda gratia diſpenſationis pendeat à prima, & ſic ſit inſeparabilis, prima tñ gratia, ſcilicet prouiſionis bene eſt ſeparabilis à ſecunda: quare illa utilis per illam inutilẽ vitiari non deberet. hoc egeret declaratione. in dubio tamen placet prima lectura. Ad inducta ſecundo rñdetur, primo ad litteram ſequentem, ut ſtatim dicam. Ad id quod allegatur de motu principis, reſponde per decre. non poteſt, in fi. ſuperius allega. in decr. is cui. ſecũdum cum primo tenebatur. & ideo primum eſſe debuit non curatum: ſi enim primum dimitteret, cura non obſtaret, vt ibi. 1 reſpon. decr. 2. de off. ord. requirit ſpecialem mentionem beneficij, ut non ſufficiat generalis. & eſt pro Hoſtien. contra Compoſt. in ijs quæ no. de reſcr. in noſtra. in fi. ſed non requirit expreſſionem qualitatis, ut ſuperius dixi.

[4] No. ꝙ obreptio vitiat litteras beneficiales ipſo iure. qđ melius probatur hic quã alibi. & de hoc de reſcriptis, ad audiẽtiam, a. Zab.

[1] Sic dicendũ eſt: quia ſi dictio, alieni, referatur ad ſecũdum tantũ, violabis litterã contra quã nõ aliter. ff. de leg. 3. & Hoſt. ca. in noſtra. ſupra de reſcrip. refert Clemẽtem pronuntiaſſe pro hac opin. & illã ſeruat hodie Cancellaria. Fon.

b ¶ Nullius.] vniuerſale negatiuum eſt, & adhuc ſubmittit penitus, & facit ad ſuperius dicta: quibus tamẽ non obſtabit hæc littera ſi dicas, gratia, ſcilicet ſuper pluralitate conceſſa. fecit enim mentionem ĩ. de mandato prouiſionis & de gratia diſpenſationis: Primum conſiſtit in gratia facienda: Secundum, in iam facta. Et eſt quod no. de præb. ſi cui. lib. 6. in ult. glo. vel ſi exponas alteri ad ſecunda, vt ibi dixi in prin. glo.

Nullus eſt vniuerſale negatiuũ.

c ¶ Momenti.] hoc tenebat Hoſt. in præd. decr. poſtulaſti. reddẽs rationẽ ꝙ circa pluralitatem in perſonatu cum cura duo ſunt impedimenta: ſcilicet perſonatus & cura. eo. ti. de multa. ſublato ergo primo impedimẽto, ſcilicet perſonatus, remanet ſm ſcilicet, vt ibi ſcripſi. & idem Gul. in prædi. verſ. ſed nunquid.

ADDITIO. Inferas ex hoc textu, ꝙ cũ obreptio vitiet litteras beneficiales ipſo iure, proceſſus uigore taliũ factus eſt nullus, licet ſecus ſit in litteris iuſtitiæ. de reſcrip. ſuper litteris. Et dicit Lau. ꝙ quandoque littera eſt falſa, vt quando omnino præter conſcientiam principis emanat: & tũc quicquid ex ea ſit, nullum eſt. de fal. ſuper eo. pro hoc de offi. vica. c. penul. Quandoque ſurreptitia, vt quando de ſcientia principis eſt habita, ſed aliquid falſum eſt ſuggeſtum, vel uerum ſuppreſſum, vt hic: de conceſſ. præb. cum noſtris. Card.

d ¶ Inſertum.] quod ſumi poteſt ex decre. de off. ord. ordinarij §. prouideat. lib. 6.

e ¶ Animarum cura.] [2] hoc inducebat dubium: quaſi per hoc de curato Papa prouideri voluerit. & ſufficiat quacunque parte litteræ talis uoluntas appareat, vt ſic finis trahatur ad principium. facit de appel. ſecundo requiris. cum concor. de reſcr. olim. ſicut ſufficit quacunque parte actorũ certificetur ſententia. C. de ſent. quæ ſi. cer. quan. l. 3. ſed hæc clauſula non ponitur ad gratiã augendam, vt ĩ. prox. reſp. ſed ad indemnitatem dignitatis in executione ſeruandam, nec ſonat in conditionem prouiſionis vel qualitatis expreſſionis, ſed potius in monitionem: vnde ualeret prouiſio hac monitione non ſeruata, vt no. eod. titu. non poteſt. ſecundo reſpon. lib. 6.

[3] Panor. ſequitur iſtã glo. iuncto tex. in 2 reſpon. quem dicit nõ eſſe alibi. Fõ.

[2] Idẽ Pan. facit ca. ſedes. ĩ. de reſcr. c. qui ad agendũ. de proc. lib. 6. nec obſtat ꝙ Hippo. in l. vnius facinoris. §. cognitorũ. ff. de q̃. in 11. col. notabiliter voluit, ꝙ iſta generalia adiectiua, ampliãt ſignificatũ dictiõis cui adiũgũtur ad latiſſimã ſignificationẽ. c. generali. §. vxor. ff. de vſufr. leg. addo q̃ ſingulariter no. Flo. de ſan Pet. l. alienationes. ff. fam. ercisc. quia rñdeo ſicut Alex Fran. Are. in l. 1. ꝙ verba generalia recipiũt reſtrictionẽ à iure datam. Font.

f ¶ Si dignitatibus.] quid ſi non ponitur ſi, puta quia dicitur prouiſo quod animarum cura dignitatibus imminens nullatenus negligatur? Idem puto per id quod proxime dixi. Item intelligitur imminens, ideſt ſi qua imminet.

g ¶ De dignitate.] decr. etiã, cum in illis. eo. ti. 2. reſpõ. loquitur de dignitate uel perſonatu, & ibi in 3. reſpon. quod de beneficio loquitur, de electione non repetit. declarari vellem, an in beneficijs minoribus, quibus per electionem & confirmationem prouidetur, locum habeant hęc iura, communiter tenetur ꝙ ſic. & facit inf. de relig. do. c. 2. 2 reſp. in prin.

[Gl. ſeq. ponit opi. & contrarium conſilium, & duas ipſius rationes. Secundo mouet dubium. ponit opin. contra quam alleg. reſpondet.]

h ¶ Quamuis.] iſtud uerbum non eſt in decre. cum in illis. per quod quandoque, dicebant impetrantes, ad hoc vt aliquid adderet electionem includi. Iamdudum conſulueram contrarium in quadam cauſa Florentina, illa ratione: quia cum regulariter in iure indefinita æquipolleat uniuerſali. de quo no. de elect. vt circa. lib 6. illud verbum nihil addet. Item quia cum per decre. cum in illis. verbum diſpoſitionis, non includat electionem, quaſi diuerſæ ſint ſpecies, vniuerſale adiectum illi ſpeciei, quamuis illam amplificet, tamen aliam non includet, maxime in hoc caſu, quo de materia reſtringibili loquimur, [3] vt ibi in ſecundo §. modo vides hoc hic approbatum. Vidi etiam dubitari, ſi nullus ipſorum modorum exprimatur: quia ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate vel prima quæ vacabit, vel quam duxerit acceptandam. nunquid includatur dignitas, cui prouidetur per electionem? Et tenent aliqui ꝙ hoc caſu ita ueniet modus electionis

ſicut

Vñ de mente Panor. facit c. dilecti. ǯ offic. leg. & tenet Rota in nouis deciſi. 599. Font.

ſicut quiuis alius: ex quo nullus exprimitur cum illa decr. & iſta non dicant modum electionis non includi niſi exprimatur: ſed dicunt vno caſuum expreſſo alium non venire. Contradicere vſ finis huius capituli. Sed reſponderi poteſt quòd reſpicit caſum narratū, vt ibi dicam.

certa [a] eccleſia [b] pertinente, quam intra menſem [c] duxerit acceptandā, inhibentes illi vel illis, ad quorum collationem, prouiſionem, ſeu electionem, [d] dignitates in ipſa eccleſia pertinere noſcuntur, ne interim [e] ad collationem ipſarum ſeu prouiſionem procedant, vel quemquam eligant ad eaſdem; de dignitate ad quam conſueuit [f] quis per electionem aſſumi, impetranti non poterit prouideri: cum [g] in conceſſione gratiæ [h] (ad quam non augendam, ſed exequendam debent quæ de inhibitione ſequuntur referri) nullam de electione fecerimus mentionem.

¶ Idem.

¶ *Litteræ ſuper prouiſione clericorum non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia, & habentia iura ſpiritualia, niſi id exprimatur. h.d. Ioan. And.*

CAP. II.

PEr litteras [i] à ſede Apoſtolica vel legatis [k] ipſius ſuper prouiſione [l] quorumlibet clericorum directas, [m] † de xenodochijs, [n] leproſarijs, eleemoſynarijs [o] ſeu hoſpitalibus (etiamſi eccleſias [p] vel capellas,

[Gloſ. ſeq. de præpoſitione in, duo dicta ponit, & opi. contra primum. infert contra opinionem.]

a ¶ In certa.] de iſto enim ſcias, quòd Io. Monac. not. de regu. iur. in generali. lib. 6. & Archidiaconus eod. lib. de conceſ. præben. ne captandę. Clementem quartum terminaſſe auctoritate ſumpta de lib. 2 Reg. 12. capitulo [& 3. q. 7 §. vlt.] de illo qui habebat vnicam ouem. & ex l. illicitas, §. ne tenuis. ff. de offic. præſi. de illo qui habebat vnicum lumen, quòd cum ſcribitur alicui prouideri de dignitate in aliqua eccleſia, & non eſt ibi niſi vnica, & principalis, illa non debetur: & ſic etiam ratio: quia prouidere de illa dignitate, non eſt prouidere in eccleſia, ſed de eccleſia. alleg. etiam decitam. decret. vlt. eodem titulo. & facit quod not. de offic. leg. capit penult. in glo. 2 lib 6. dicit etiam ibi Ioan. Monach. & Archidia. eo. tit. ſi pro clerici. lib. 6. Bonifacium viij. pronunciaſſe in forma pauperum, ꝙ cum ſcribitur alicui de aliquo beneficio in eccleſia prouideri, ſi non ſit ibi niſi vnicū, vel ſcribitur ad collationem alicuius, qui non confert niſi vnicum, de illo prouideri non poterit, cum illud. in aliquo, ſit relatiuum ſupponens diuerſitatem. circa primum tñ refert Archidiaconus in addi. ꝙ quidam magni viri tenent ɔ̃rium per decr. eo. tit. quamuis. li. 6. de conceſ. prēb. nulla 6. q. 1. ſcire. quo ad ſuperficiem. facit de ſimo. c. ſi. & faciunt prædicta contra Io. Mo. & Archid. in his quæ not. de elect. quàm ſit. lib. 6. qui dicunt decr. illam, quæ ſtatuit tempus præſentandæ electionis, & petendæ confirmationis locum habere ſolū in principalibus prælaturis eccleſiarum, & tamen tex. ibi dicit, electio in aliqua eccleſia celebrata. contrarium etiam probatur ibi. §. ſi dum dicit, quiuis electus.

b ¶ Eccleſia.] diœceſi vel prouincia, cū ſit eadem ratio.

c ¶ Menſem.] ſolet dici in litteris, à notitia vacationis, vt ĩ. tit. 1. c. vnico. & quando tunc incipiat menſis currere, ibi habes, in fine.

d ¶ Seu electionem.] hoc inducebat dubium.

e ¶ Interim.] ſcilicet intra menſem acceptationis.

f ¶ Conſueuit.] vide quod dicam ĩ. c. penult. in gloſ. coniunge.

g ¶ Cum.] pro quia, redditiuum cauſæ, & iunge hic litteram nullam, &c. quæ eſt in fine.

h ¶ Gratiæ.] ſuperius narratæ, ſcilicet quæ certos modos habebat expreſſos.

PEr litteras.] Ponit dictum, à quo excipit; ibi, [Niſi.] Imol.

CASVS Papa mandauit reuerendo in Chřo patri, & domino, dño Ioanni cordis diuina fauente gratia Bituricenſ. archiepõ, vt mihi qui eram de ſua diœceſi, prouideret de beneficio primo vacaturo, ſub hac forma: Siue eſſet dignitas vel perſonatus, vel ei immineret cura animarum, ſiue aliud beneficium ad quod quis conſueuerit aſſumi per electionem, ſiue quodcunque aliud beneficium eccleſiaſticum: Vacauit hoſpitale vel eleemoſynaria, vel leproſaria: Quæritur vtrum iſta loca pia comprehendantur ſub illa clauſula? Dicit, ꝙ non, niſi expreſſe fuerit dictū de iſtis locis: nec ſufficit clauſula generalis, ſiue cuiuſ unque conditionis fuerit illud beneficium eccleſiaſticum, etiam poſito quòd illa loca pia haberent iura ſpiritualia, puta decimas, & ſepulturas. h.d.H.R.

¶ Colligo aliqua notabilia. Primo not. ꝙ in materia odioſa appellatione beneficij eccleſiaſtici non veniunt iſta loca pia de quibus in littera iſta dicitur: Et inſurgit iſtud odium, quia iſta loca pia sūt ambitioſa. Item vt euitetur votum captandæ mortis. Not. ꝙ ad hoc vt iſta loca pia comprehendantur ſub gratia, non ſufficit mentio ſub clauſula generali cuiuſcunque conditionis ſit beneficium eccleſiaſticum, ſed oportet, ꝙ de illis fiat mentio expreſſa: hoc modo. Siue ſint hoſpitalia, vel eleemoſynariæ, vel leproſariæ. Not textum. [Directas.] id eſt miſſas, & venit à dirigo, gis, direxi, quaſi in diuerſam partem rego. Et dicitur à di, & rego, gis, & cor. ri. Vnde dirige greſſus meos, i. rege paſſus meos. Not. ꝙ comparantur litteræ Apoſtolicæ, & litteræ legatorum, ſimile de offi. leg. collatio. lib. 6 quandoque tamen diſcomparantur. vt tangit hic Cardinalis in 3. q.

† Directas. ſubaudi, alicui, vel aliquibus executoribus.

[Gloſſa prima ſummat.]

i ¶ Per litteras.] Caſus litteræ ſuper prouiſione clericorum, non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia & habentia iura ſpiritualia, niſi id exprimatur.

k ¶ Legatis.] de latere, per decre. 1. de offic. leg. lib. 6.

[Glo. ſeq. cum ſecunda ſequenti ſoluit duo dubia.]

l ¶ Super prouiſione.] ſatis videretur idem in litteris quæ emanant ſuper reſeruatione fructuum beneficiorum, vt talia illis non includantur, niſi exprimãtur per rationem, quam ĩ. dicam.

m ¶ Directas.] intelligo etiam proprio motu: nam motus proprius non ampliat gratiam vel viam verborum, licet excludat ſurreptionem eius, pro quo ſcribitur ĩ. eo tit. ſi Romanus.

n ¶ Xenodochijs.] de relig. do. c. 3. & varia nomina illium locorum vide 23. q. vlt. ſancimus. & ibi de hoc, & 1. q. 7 ſi quis omnem. ad fin. in Auth. de ali. & emphy. in prin. coll. 9. & de eccle. tit. §. ſi. ea colla.

o ¶ Eleemoſynarijs.] in multis locis hoſpitalia vacantur eleemoſynariæ, in aliquibus domus Dei. de appel. dilecti. multa etiam monaſteria ſine certo loco hoſpitalitatis habent talia officia eleemoſynariorum: & cum omnia iſta deputata ad certum vſum, ad alium vſum ſine Papæ licentia conuerti non debeant. ĩ. de reli. do. c. 2. poſt princ. merito non cōprehenduntur ſub litteris beneficialibus, qua ratione idem puto de fabricis.

Eleemoſynaria, hoſpitale, & Dei domꝰ, idem.

[Gloſ. ſeq. rationem ponit quam determinat: ſecundo, diuidit quattuor membra, & in tertio diſtinguit.]

p ¶ Eccleſias.] quia talia ſunt loca religioſa, quod intelligas ſi auctoritate epī ad hoc ſunt inſtituta. de reli.

do. ad hæc, & ideo talia ſpiritalia poſſunt illis accedere. & facit qđ ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de iure pa. ex litteris. Et aduerte, quia ſi hoſpitale ſit principale, cui accedit eccleſia vel capella, per litteras non debetur, vt hic: ſi vero conuertas, ꝙ eccleſia ſit principale habens annexum hoſpitale: tunc non puto hoc locum habere, ſed tunc iure acceſſorij veniet qđ principaliter non veniret. bene facit eod. tit. ſuper eo. lib. 6. de reg. iur. acceſſorium. & quod ibi no. Quid in dubio, vt quia extat hoſpitale, & eccleſia, & neſcitur quod ſit principale, & quod acceſſoriũ? Sol. ſi apparet poſſeſſio, & denominatio per quam poſſumus alterum præeligere, illud ſequemur. eo. tit. cum de beneficio. lib. 6. de proba. per tuas, cum ſi. ſed ſi non apparet repellam impetrantem: conſtat enim de hoſpitali, nec conſtat illud acceſſorium eccleſiæ: nam, & ſi hoſpitale, & eccleſia eſſent annexa, ita, quòd neutrum principale, puto hanc decret. locum habere per not. ne ſe. vacan. c. 1. facit quod not. de conceſ. præb. ſi capitulo. lib. 6. in glo. quæro. in fi.

Acceſſorij iure venit qđ principaliter non veniret.

¶ Nota, ꝙ hoc verbũ facit nouũ ius. & hoc tenet Zenzæ. de hoc de iudi. decernimus. Zabarel.

decimas [a] aut alia ſpiritualia [b] iura noſcãtur habere) nulli poſſe decernimus [c] † prouideri. [d] Niſi hoc in Apoſtolicis [e] litteris [f] caueatur expreſſe. [g]

¶ Idem.

¶ Quo caſu vacat vna dignitas per retentionem alterius, vacant ẽt plures.

pacificam illius: tunc vacat ipſo iure primum, ita, ꝙ collator poterit illud conferre.

CASVS. Ex diſpenſatione tenebam duas dignitates, vel duos perſonatus, vel duas eccleſias parochiales, vel vnam dignitatem, & vnam eccleſiam parochialem, vel perſonatum, & vnam dignitatem, vel duo beneficia incompatibilia: fuit mihi collatum tertium beneficium ſimile: Iſtud tertium acceptaui, & adeptus fui poſſeſſionem pacificam: Quęritur, vtrum duo beneficia ſuperiora, quę obtinebã, vacent ipſo iure, vel tantum vnum ex illis? Dicit Clemens Papa, quòd duo prima beneficia vacant ipſo iure, ſicut ſi tenerem tantum vnum ſine diſpenſatione, per adeptionem alterius ſimilis beneficij vacat primum ipſo iure, per dictum cap. de multa. eod. tit. in antiq.

CAP. III.

SI plures [h] † obtinens [i] dignitates [k] aliam dignitatem aut beneficium curam animarum habens acceptet, diſpenſatione ſuper [l] hoc legitime non obtenta, eius [m] poſſeſſione adepta [n] pacifice, dignitates, quas prius habebat ipſo facto

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de reforma. c. 4. & ſeſſio. 24. de refor. c. 27.

Nota primo iuncta glo. ꝙ quis non poteſt obtinere duo beneficia incompatibilia ſine diſpenſatione: tamen epiſcopus poſſet diſpenſare in duabus dignitatibus, non autem in duabus eccleſijs parochialibus. De hac materia vide Panor. in c. de multa. de præbend. in antiq. Not. ꝙ beneficia, quæ requirunt reſidentiam perſonæ, dicuntur incompatibilia: quia nemo poteſt eſſe in duobus locis ſimul, & ſemel naturaliter.

Not. quòd ſi alicui habenti duo beneficia incompatibilia, ex diſpenſatione conferatur tertium, & habuerit pacificam poſſeſſionem illius tertij, ipſo facto vacant duo prima: Vnde diſpenſatus ad duo beneficia incompatibilia, ſua diſpenſatio non ſe extendit niſi ad duo beneficia, quæ primo obtinebat. cap. non poteſt. eod. tit. in 6. & ſi vellet dimittere vnum, & aliud acceptare, non poſſet, niſi illud caueatur in ſua diſpenſatione quòd poſſit dimittere vnum vel ambo, & aliud acceptare: & tunc debet eligere vnum de duobus primis, quod ſi detur ſibi, ipſe non dẽt acceptare aliud, ſed debet prius dimittere vnum de obtentis. Sed ſi nolit ſe ponere in iſto periculo, quia forte ſecundum beneficiũ eſt litigioſum, tunc coram tabellione debet proteſtari, ꝙ habita pacifica poſſeſſione illius ſecundi beneficij, ipſe non intendit tale primum beneficium retinere, ſed intendit reſignare illud in manibus alicuius tertij.

a ¶ Decimas.] ideſt ius percipiendi decimas. An autem de redditibus horum locorum debeat ſolui decima, habetur in declarationibus, de quibus dicam ĩ. de deci. cap. 2.

b ¶ Spiritualia.] vt cœmeterium, & ius funerandi ĩ. de relig. domi. quia contingit. in fi.

c ¶ Decernimus.] videtur ergo eſſe ius nouum, & hic incipe conſtructum.

[Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit, ſecundo quærit, & remittit.]

d ¶ Prouideri.] vnde nec hodie talia clericis ſęcularibus in beneficium dari poſſunt, ĩ de relig. do. c. 1. 2. reſpon. in princ. Sed eſt dubium, an in duobus caſibus ibi exceptis in ver. niſi in fundatione, &c. locum habeat hæc decre. & puto, ꝙ ſic. cum generaliter loquatur: nec ſequitur, ſi concedi poſſunt illis caſibus in beneficium: ergo includuntur in litteris: tolle inſtantiam ſ. c. prox. eo. tit. quamuis 1. lib. 6. Sicut ergo certæ qualitates ſũt in litteris beneficialibus exprimendæ, ſic, & iſta ad hoc vt talia in litteris includantur, & tunc facta expreſſione talium debebuntur ſolum in illis caſibus, niſi in expreſſione appareat Papam amplius voluiſſe. Et nunquid cum beneficijs permutari poſſint, dicam ĩ. de rerum permu. c. vnico.

e ¶ Apoſtolicis.] No. ꝙ non repetit. de legatis, & hoc forſan, per id qđ dixi in glo. proxi. Et eſt ſimile, quia legatus non confert eccleſiam ſpectantem ad præſentationem laici patroni: quam tamen Papa confert. de iure pa. cum d. lectus de offi. leg. dilectus. quod intelligas hoc expreſſo, vt ibi dixi. ſi ergo ſit circa iſta reſtricta poteſtas legatorum, & circa alia. de offi. leg. c. pen. & antepe. lib. 6.

¶ Secundũ Imol. qui vult, ꝙ legatus non poteſt expreſſe collationi ſuæ reſeruare hæc loca. vnde per hanc gloſ. notat Barbar. & poſt eum Fely. c. nullus. de foro cõpe. col. 11. ꝙ procedit argu. à contrario, etiam ſi corrigat ius cõmune in genere. Fon m.

f ¶ Litteris.] Probatio ergo teſtium vel alia non ſufficerent in hoc caſu, facit quod not. eod tit. ſi motu proprio. lib 6 in vlt. gloſ.

g ¶ Expreſſe.] per quod ſufficere non videntur verba generalia, vt ꝙ de quibuſcunque beneficijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs, &c. & facit ſ. ea. compil. de offic. ordi. c. 2.

SI plures.] Ponit dictum ad quod adducit ſimile, ſecunda: ibi, [Sicut,] Imola. Præſupponendum eſt illud quod dictum eſt in c. de multa. eo. tit. in antiq. videlicet, ꝙ ſi alicui obtinenti dignitatem vel perſonatum, vel eccleſiam parochialem conferatur aliud ſimile beneficium incompatibile, & accipiat poſſeſſionẽ

[Gloſſa prima ſummat, dicit quid approbet, & concequitur.]

h ¶ Si plures.] Caſus quo caſu vacat vna dignitas per receptionem alterius vacant etiam plures. Approbat quod not. Compoſt. de elect. dudũ 2. ad fin. & Guli. ponens ad litteram ipſius verba in Specu. tit. 2. videndũ. verũ. quid ſi habens duos, & Ioan. Mo de offi. ord. c. ordinarij. lib. 6. & Archidiaconus in decre non poteſt. eo. tit. lib. 6. debuiſſet clarius formari, vt ĩ. dicam.

i ¶ Obtinens.] per ſufficientem diſpenſationem, vt aliqua fiat dubitatio.

k ¶ Dignitates.] perſonatus vel beneficia curata, vel alterum cum altero. cum ſit eadem ratio.

l ¶ Super hoc.] ſcilicet ſuper illa vel illo retinendo vnà cum primis, vel cum altera primarum.

m ¶ Eius.] dignitatis vel beneficij curati vltimo collati, & acceptati.

[Glo. ſeq prorogat, probat & determinat.]

n ¶ Adepta.] Idem videtur ſi per eum ſtaret quo minus ad auiſciperetur. eod. tit. licet epiſcopus. de elect. cõmiſſa lib. 6. quod probat ſimilitudo, quæ ſequitur, hoc verum quando tenet collatio vltimi, ſecus ſi collatio non teneret: quia tunc abſtinẽdo à poſſeſſione pœnam illam euaderet, vt ĩ. dicam.

[Gloſſa

[Gloſſ. ſeq. primo ſoluit obiectionem ſuperfluitatis ſecundo, ponit duas opi. reprobatas, & ipſarum iuribus reſpondet. tertio mouet, & aperit dubium: ponit opi. & diſtinguendo ſoluit.]

Diſpēſatio ſuper duobus beneficijs, intelligitũ de duobus primis.

a ¶ Vacare.] Si intelligas de ijs quæ per diſpenſationē habebātur, videbatur expeditum eo. tit. nō poteſt. 2. reſpō. lib. 6. inquantum ibi dicitur, ꝙ diſpenſatio data ſuper duobus, intelligitur de primis duobus: ergo tertiũ in locum primi, vel ſecūdi ſurrogare nō pōt: ſed quia poterat etiam nominatim ſuper illis diſpenſatum eſſe, ſcilicet ſuper tali & tali beneficio, & dignitate, quem caſum §. ille non contingebat, vtilis fuit declaratio. Et videbatur quibuſdam ꝙ nō vacarēt. ſed princeps deberet eligere quam ex primis dimitti volebat, arg ff ð excu tut. l. 6. quæ incipit, ſi duas. Alijs videbatur, ꝙ ipſe idem prouiſus eligeret, per decre. præterea. e. tit & c. referente. expeditum eſt, ꝙ vacant omnes primæ. Ad l prædictam reſpondebat Com poſt. ꝙ licet quis pluribus tutelis grauari non debeat: per vnius tamen receptionem non vacat altera. Ad decretales reſpondebat ꝙ correctæ ſunt per decre. de multa. & hæc ſatis ſunt plana. Sed remanet dubiũ ſatis forte, nunquid valeat collatio vltimi; hoc dico propter decret. ordinarij de offi. ord lib. 6. vbi dicitur, ꝙ habenti pluralitatem talium, etiam cum diſpenſatione ſufficiēti non poteſt aliud tale conferri, niſi diſpenſatio etiam extendatur ad illud: vel niſi prius habita reſignet, & vitiat collationē aliter factam. & facit quod ibi not. poſt Car. in vlt. glo. & forte fuit hoc dubiũ huius decre. cum enim illa decre. ordinarij. dicat collationē vltimi nullius eſſe momenti: ergo per eam non vacat prima. Sed in prędicta decre non poteſt. Archidiaconus tenet, ꝙ nō valet collatio vltimi: nihilominus vacat, ex quo poſſeſſionem habuit vltimi. Ad hoc eod. tit. cum qui lib 6. & ſic dicitur per magnum virum pronuntiatum in curia: contra quā tñ pronuntiationē refert, ꝙ pendebat appellatio: hoc ergo declarare procuraſſem ſi cōpoſitoribus adhæſiſſem. Puto tamen, ꝙ ſi habenti vnum curatum cōfertur ſecundum tale, valeat collatio ſecundi, & ex quo ſtat per eum quo minus habeat poſſeſſionem ſecūdi, vacat primum. Si vero habenti plura talia ex diſpenſatione ſufficiēti conferē aliud tale, valet collatio, ſi diſpēſatio ſufficiēs eſt etiam quo ad illud. & tunc de vacatione non quęrimus. Si vero diſpenſatio ad hoc vltimum non iuuat: dico quòd ſi dimiſit primum ante collationem vltimi, valuit ipſius collatio, nec tunc etiā de vacatione iuris quærimus. Si vero non dimiſit, collatio vltimi non valuit, tamen per acceptationem non perdit prima: immo illa retinet, ſed ſano vſus conſilio videns collationem vltimi non valere, ipſius poſſeſſionem non apprehendat, vt ſic humanitas iuſtæ plenitudinis non auferatur. 2. q 6. ſi quis libellos. de appell. cum ceſſante. & faciunt not de cler. coniug. diuerſis, cum cōcor. Si vero poſſeſſionem ipſius vltimi apprehendit, hæc poſſeſſio facit primam vacare, nam hoc caſu cum ex tali vitioſa poſſeſſione vacaret vnicum, vacabunt, & illa per litteram quæ ſequitur.

Beneficiorum incompatibilium pluralitatē habenti, an poſſit aliud tale conferri.

Glo. vult ꝙ poſt collationē de tertio beneficio diſpēſat' ad duo incompatibilia, non pōt primũ ex illis duobus incompatibilibus relinquere, vt acceptet tertiũ ſibi iā collatum Card. Fōt.

vacare a cenſemus: Sicut b ſi dignitatem vnicam obtinenti alia ſimilis conferretur, eius pacifica poſſeſſione habita prima de iure vacaret. c

¶ Idem.

¶ *Valet prouiſio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia prouiſi quæcunque ſint, & quotcunque. h. d. Ioan. And.*

[Glo. ſeq. quæſtionem ſoluit, & ampliat.]

b ¶ Sicut ſi.] Per hanc litteram dico, ꝙ ſi caſus eſſet, ꝙ poſſeſſio ſecūdi nō faceret vacare vnicum, vt eo. tit. ſup eo. & c. ſi tibi cōceſſo. lib. 6. nō vacabūt illa plura, & hoc puto verū ſiue valuerit ſiue nō valuerit collatio vltimi.

c ¶ Vacaret.] per decre. de multa. eod. tit. & hodie per conſtitutionem Ioannis, execrabilis. ſi primum abſque mora, diſpēdio, verbo, & facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico nō dimittat, priuatus eſt ſcīo & inhabilis ad ſacros ordines, & beneficia, vt ibi. § porro q a.

SI Romanus.] Non recipit diuiſionem. Præſupponendum eſt qđ habetur in c. ſi. ī. de offi c. ordi. videlicet, quòd ſi beneficiatus impetret aliud beneficiũ à Papa, in impetratione ſecundi beneficij debet facere mentionem de primo obtento; & ſi non fecerit mentionem, ſua impetratio erit ſurreptitia.

CAP. IIII.

SI Romanus d Pontifex de beneficio e alicui motu f proprio prouideat, g de beneficijs, quæ h obtinet i non habita mentione, prouiſionem ſeu gratiam huiuſmodi fore validam k declaramus

f ¶Redditus.] differũt à fructibus, ut ꝑſtebit in §.lo.And.

g ¶Poſſeſſiones]certas, vel omnes.

h ¶Alicui.] priuato vel collegio.

i ¶Eius.] recipiẽtis vel concedentis: & talis cõceſſio dicitur perpetua. ff. pro ſocio.l.1.& no.10.q.2. perpetua.

k ¶Pecunia.]an dãs hanc pecuniam repetat? uide quod no.& dixi e.ti. ad audientiam.

l ¶Quouis modo.] ab hac generalitate excipit duos modos in fi.cap.

m ¶Neceſſitas aut vtilitas.] ſufficit alterum. ſic alibi æquiparantur hæc duo.de æta.& quali.quæris.de præben.expoſuiſti,& in diſpenſationibus.1.q.7.tali.& facit eo.ti.dudum.lib.6.

n ¶Vtilitas.] de ſynd.c.vnico.

[Gl.ſeq.no.à contrario,& illud determinat.]

o ¶Non habeat.]innuit ꝙ ſi habeat conuentum,non requiritur conſenſus prælati. hoc uerum quo ad euadendam huius conſtitutionis pœnam: ſed aliàs ad ualidandum contractum perpetuum requiritur omnis ſolemnitas alienationis eo ti.dudum.lib.6. & conſenſus epiſcopi.12.q.2.abbatibus.& c.ſeq.& cap placuit.17 q.4.in venditionibus.

[Glo.ſeq.dupliciter exponit, & no.pro Inno.]

p ¶Proprij.] de epiſcopo: videtur intelligendum in non exẽptis per iura allegata in fine proximę gloſſæ: in exemptis de Papa.de priuileg.auctoritate.§ 1.lib.6. forſan intendit iſte textus approbare quod recitabat Inno. de tranſ ſtatuimus.vbi dicit,quoſdam dicere,ꝙ abbates, qui habent eccleſias ad ſe pertinentes pleno iure, poſſint in illarum alienationibus auctoritatem præſtare, & facit ĩ. de ſtatu mona. attendentes. poſt prin & quod no. in authen.de ali.& emph. contract. in prin.coll.9 & hoc communiter ſeruatur: quod uidetur fieri poſſe, ex quo habent epiſcopalem iuriſdictionẽ uel quaſi.ad hoc de priu.abbates.in fi.lib.6 unde dicebat ipſe Inno.de priuil.cum & plantare.§ in eccleſijs. & placet ibi Hoſt. ꝙ presbyteri non poterant alienare, nec maximas cauſas agere ſine conſenſu patronorum exemptorum: quia tales exempti vices epiſcoporum gerunt.arg.12.q.2.ſi qua.& c.placuit.de vo.magnæ.§ cum igitur.cum concor.

q ¶Nihilominus]id eſt non eo minus ꝙ ſubſit neceſſitas,vel utilitas in contractu.

[Glo.ſeq.ponit dictum,& remittit. ſecundo quærit & remittit.]

r ¶Pœnam.] quæ de ſui natura perpetua eſt, ex quo tempus non adijcitur. de hoc de conſt ex litteris. ſed quis abſoluet? Vide quod dixi de ſol.c.2.in fi.& quod dicam ĩ.de hæret.c.1 circa fin.

s ¶Officio.]vide quod dixi ſuper eo.ver.ĩ.de dec.c.1.

t ¶Acquiratur.]ſimile eo.ti. hoc conſultiſſimo.lib.6. vbi contractus non valet.& punitur faciens.

Turpe thori reditu cenſus augere paternos.

Item reditus, id eſt reuerſio: Vnde Ouidius in Epiſt.

Vera queror reditu verba carere fide.

Et dic redditus, id eſt cenſus qui ſingulis annis redduntur.Nota [Poſſeſſiones.] Poſſeſſio,ſecũdum Azo. C.de acq. & retinen. poſſ. eſt corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente. Vel ſic,Poſſeſſio eſt ius quoddam quo aliquis rem corporalem uere in poteſtate habet. Et dicitur corporalis rei,ideo quia ſola corporalia poſſidentur. Incorporalia aũt dicuntur quaſi poſſideri,& quaſi tradi per patientiam & vſum: Nam incorporalia non poſſunt corporaliter apprehendi, ſicut ſunt iura & ſeruitutes, & ideo non poſſidentur c conqueſtus.de foro compe. in gl.ff de vſuc. l.ſequitur.§.ſi vina. & tñ præſcribuntur. Poſſeſſiones ſunt agri,fundi late patentes, publici,priuati,quos ẽt in initio quiſque vt potuit occupauit atque poſſedit,vnde & nuncupati ſunt. Inde poſſeſſiuncula, culæ, id eſt parua poſſeſſio: nomen diminutiuũ de poſſeſſio onis,No.in verbo,[Cõuentus, ꝙ ſicut nõ licet prælato ſine cõſenſu capituli agere,ſic nec contra here. Lau.qui alleg de iud.cauſam Sed primum regulariter non eſt uerum.de reſcr.edoceri.dic vt ibi. Item nec ſecundum,niſi quando contractus ſapit alienationem, vt hic. Zab.

[Prima gl.ſummat, & dicit quid facit, & diuidit.]

a ¶Monaſteriorum.] religioſus qui concedit alicui ad vitam vel certum tempus iura,redditus,vel poſſeſſiones adminiſtrationis cui præeſt, ſuſpenſus eſt ab officio, niſi duo concurrant: nec valet talis conceſſio. Duos caſus excipit. & tria facit. Primo prohibet. Secũdo ibi,[Si quis.] punit & decernit. Tertio excipit: ibi, [Verum.]

b ¶Perpetuo.] id eſt,generali, vel perpetuo duraturo.de elect. ut circa,& c.perpetuo,lib 6.

c ¶Prohibemus.] ſaltem quo ad pœnam fateri oportet,quod eſt iuris noui editoria.

[Glo ſeq.notat à ɔ̃rio, & incidens dubium ſoluit.]

d ¶Religioſus.]ſæculares ergo clericos nõ comprehẽdit hæc conſtitutio: ſed ſi tales cõceſſiones faciũt, dic vt legitur,& no.16.q.1. poſſeſſiones. de ijs quæ fiunt à prælat.continebatur ſi aliàs alienant,locus eſt canoni 12.q 2.monemus, eo.ti.ſi quis.ſi locant, dic ut no. ne prælati uices ſuas.c.ſi.

[Glo.ſeq exponit, & quæſtionem ſoluit.]

[Glo.

† Propter expreſſionẽ huius verbi hæc conſtitutio ab omnibus, vt lex generalis eſt ſeruãda,vt l 3.C. de legib. Bonifacius de Vital.

1 No. Panor.ꝙ inde finita iuris nõ æquipollet uniuerſali. Fon. al attentanerit.

2 Ita, ſi habebat bonã fidem,ſi malam datur ſi ſco, aut pauperibus. gl. Bar. in l.iubemus. 2.§. ſane. C. de ſacroſan. ec cl.Font.

3 Pro hac glo.uide Felynum, & alios in ca. auditis. extra de præſcr. Panormitanum in c. at ſi clerici §.de adulterijs. de iudic. & in c. ſtatuimus. de tranſc.

Pęna de ſui natura eſt ꝑpetua.

[Glo. ſeq. dubium ſoluit, & ſolutionis obiectioni reſpondet. opi. ponit, quam improbat, & de incidenti quæſtione remittit.]

a ¶ Locationes.] prohibitus alienare, obligare, vel vẽdere, põt locare, & quod plus eſt conductorẽ creditoribus delegare. ff. de lega. 2. l. pe. §. inſtituto. Ad id ff. loc. nõ ſolet. prælati ergo locant, nec per ſtatutum epĩ poſſunt adſtringi, vt locẽt certis perſonis. de loc. c. 2. Quod aũt dixi ꝙ locare non eſt alienare, illud verum eſt ſi fiat ad modicũ tp̃s, vt hic: & ſic non obſtat eod. tit. nulli. vt ibi dixi, licet Accur. in prædicto §. inſtituto. in fi. dicat, ꝙ prohibitus alienare locet ad centum, vel mille annos, ſed non approbatur, & Dynus ibi ꝫ. Si aũt prælatus locans ad modicũ tẽpus, intra tp̃s moritur: quid iuris, not. ne præl. vices ſuas, c. fi.

Locare nõ ẽ alienare.

miſſa ad locationes [a] vel etiam redditũum aut fructuum [b] venditiones ad tempus modicum [c] faciendas declaramus vllatenus non extendi.

¶ Idem.

Epiſcopus vnire poteſt eccleſiam alteri, vel loco religioſo donare, etiam non vocato rectore, vel defenſore. hoc dicit. Zabar.

CAP. II.

SI vna [d] eccleſia alteri [e] eccleſiæ, ſeu dignitati [f] alicui vel præbendæ [g] per epiſcopum, [h] ſuo conſentiente [i] capitulo uniatur, [k] aut religioſo loco donetur [l] ex eo quòd rector [m] ipſius ad hoc

b ¶ Fructuum.] concor. de elect. generali. in fi. li. 6. & quo plus eſt in reddit ꝗ in fructu, ibi not. in glo. pen.

[Glo. ſeq. exponit, quærit. ponit opi. quam commendat, ſubdens quinque alias opin. & pro pluribus habendis remittit.]

c ¶ Ad tempus modicum.] Determinat tã verbũ, locationes, quam verbum, venditiones, vt ſit ſenſus: ꝙ locatio ad modicũ tempus, & venditio fructuum ad modicum tp̃s non includatur in prohibitione Sed dubitatur quod dicatur modicum tẽpus glo ff. de ſuperfi. l. 1. §. qđ ait. dicit id relinquendũ iudicis arbitrio. allegat ff. de iure delib. l. 1. in fi. ff. de effrac. l. 1. §. 1. & facit de offi. dele. de cauſis. de accu. inquiſitionis. 1. reſpon. & quod not. de loca. potuit, & quod no. ĩ. eo hoc conſultiſſimo, li. 6. & videtur hoc æquum propter varias conditiones regionum. Idem tenuit olim in l. fi ff. ſi ager vectiga. ſed poſtea in additione videtur approbaſſe, ꝙ modicum tẽpus dicatur intra decennium. C. de præſcr. lon. tem. l. fi. qui & à qui. ma. ſi eum fideicommiſſo. §. Ariſto. ponit etiam opinionem, quæ habet, ꝙ modicum tempus dicatur triginta dierum. ff. de itin. actuque priuato. l. 1. §. 1. Alij biennium, ff loc. & cond. cũ domini. inſti. de libel. obl. in fi. Alij quinquennium. facit quod not. Io. de cõ iu. ſer. licet. & quod no. Hoſt. vt eccl. bene. c. vnico. in fi. Alij ſeptennium. ne præl. vi. ſuas. c. fi. De diuerſis ſpatijs temporum poteſt argui per ea quæ ſcripſi de fideiuſſo. c. fi. de cler. coniug. Ioan. in 4. quæſtione.

Tẽpus modicũ quid continet.

SI vna.] CASVS. Papa vel ep̃s conſiderans paupertatẽ alicuius eccleſiæ, voluit vnire aliam eccleſiam illi eccleſiæ certis ex cauſis: Et ponamus, ꝙ iſtæ eccleſiæ habent rectores: quæritur, vtrũ ad vnionem requiratur conſenſus rectorum? Dicit ꝙ non. Sed quid ſi velit vnire eccleſiam parochialem alicui monaſterio: quæritur, vtrum requiratur conſenſus rectoris? Dicit, ꝙ non, tã non aufertur propter aliquod præiudicium ipſi rectori durante vita ſua, ſed quantum ad valetudinem vnionis non requiritur conſenſus rectoris. Sed quid ſi ep̃s vult vnire eccleſiã ſuæ menſæ ep̃ali, quæritur, vtrũ poſſit cũ conſenſu capituli? Dicit ꝙ non. quia non põt ſe auctorizare in cauſa ſua, ſed opus eſt quod adeatur archiep̃s. Sed vtrum ipſe poſſit aliquam eccleſiam parochialem vnire menſæ ſui capituli? Dicit ꝙ non, quia capitulum non poteſt dare conſenſum ad ſuam vtilitatem. Not. ꝙ ep̃s poteſt vnire vnam eccleſiam alteri ſine conſenſu rectoris, ſed tñ per hoc non fit præiudicium ipſi rectori.

Not. ꝙ ep̃s alicui loco religioſo põt cõcedere aliquas eccleſias cum conſenſu capituli. c. paſtoralis. de dona. in ant. tñ vt dictum eſt, non fit præiudicium rectori. c. conſultationibus. eo tit in ant. No. ꝙ antiquitus vt ep̃s

eſſet particeps in ſuffragijs aliquorum religioſorum, donabat eccleſiam tenendam cum perceptione iurium & fructuum. Not. per hoc quod dicit, [Decernimus,] quòd hic Papa inducit nouum ius. Not. ꝙ dictio, alter, repetit eandem qualitatem, probatur hic in verbo, [Alteri.] iuncta glo. quæ intelligit, alteri, ſcilicet eccleſiæ. Simile no. ĩ dictione, alius, de reſcr. ſedes. Not. ꝙ eccleſia dari põt loco religioſo, & multis modis poteſt eccleſia ſpectare loco religioſo, de quibus de præben. de monachis. & ĩ de ſuppl. negl. præl. cle. vnica. Zab.

† Circa vniones vidẽ ſum. in cõ. Trid. ſeſ. 7. de ref. c. 6. & ſeſſio 24. de ref. c. 13. & 15. & ſeſ. 25. de refo. c. 9.

[Glo. prima dicit quid faciat, & quid determinet.]

d ¶ Si vna eccleſia.] Se ſummat duo dicens: & quas opiniones determinet, infra dicam: ſed quæ not. Innoc. & Hoſt. vt eccleſiaſt. benefi. c. vno. in fi.

e ¶ Alteri eccleſiæ.] 10. q. 3. vnico. & ſi ſit alterius diœceſis, per vnionem non præiudicatur diœceſano. de relig do. cap. 2. & ſcripſi. de priui. paſtoralis.

f ¶ Dignitati. de præb. extirpandæ § qui vero.

g ¶ Præbendæ.] vt in prædic. §. qui vero. & eo. ti. expoſuiſti. & intellige per prædic. decre. etiam de præbenda cathedralis eccleſiæ. non obſtante infra prox. reſponſo, vt ibi dicam.

[Glo. ſeq. opin. ponit, quam probat, & remittit.]

h ¶ Epiſcopum.] de exceſ. præla ſicut vnire. vbi not. Inn. & Abbas & poſt eum, ꝙ licet ad abbates ſpectent eccleſiæ pleno iure, tamen illas vnire non poſſunt, vel vnam alteri ſubijcere, cum hoc ſit epiſcopale, per præd. decr. alleg. etiam de conſue. cum dilectus. facit quod dicam infra c prox. & infra de ſta. mon. ne in agro. §. ad hoc. vbi dicam, an hoc ſcribere poſſint.

[Gloſſa ſequens, ſucceſſiue ponit duo dicta Hoſt. quę improbat.]

i ¶ Conſentiente.] Non eſt iſte caſus, in quo ſufficiat conſilium. & hic reprobat quod not. Hoſti. de ijs quæ ſi à præla. nouit. vbi dicit epiſcopum ſine capitulo poſſe donare eccleſiam loco egenti ad ſuſtentationem miniſtrorum: allegat de dona. cõſultationibus. Item quia facit quod debet prouidendo egentibus, & in hoc officium ſuum exercet. 12. q 1. præcipimus. & c. ſeq. 10. q. 1. regenda. & cap. ſeq. 93. diſt. diaconi. ergo non eſt locus contradictioni. de præben. extirpandę. 1. & 2. reſpon. Dicebat tamen, quod tutius erat conſilium canonicorum requirere, ſed prout vides hic requiritur conſenſus. & ſecundũ hoc intellige præd. decre. ſicut vnire. in princ. & de priui. tuarum. in princ. Not. etiam ipſe Hoſtien. eod. tit. ea noſcitur. quod de conſuetudine præſcripta [1] poteſt epiſcopo cõpetere, vt ſine conſenſu capituli poſſit conferre eccleſiam alteri eccleſiæ ad ædificationem. Et contraria eod. tit. tua. & c. paſtoralis. & de don paſtoralis. intelligit de iure cõi: & cũ ep̃s circa hoc indulgentiã vel præſcriptionẽ non habet, in conſilium pręſcribi non põt, ſecundum eum ſecus ẽt dixi de voluntaria cõceſſione, quæ ſine cauſa fieret eccleſiæ habenti congruã ſuſtentationem. arg. ĩ. q. 2. paſtor. vel quæ fieret laico: ſed non puto hoc præſcriptibile, quod etiam in caſu licito alienet prælatus ſine conſenſu capituli, vt ſcripſi de do. paſtoralis. in fi & facit finis huius capituli.

[1] Vide Fel. & alios, in ca. auditis extra, de p̃ſcri. & omnino cunctẽ Fel. in c. cũ cauſa. de re iudic.

k ¶ Vniatur.] de vnione ſatis not. ne ſede vac. cap. 1. 16. q. 1. & temporis.

l ¶ Donetur.] hic iunge litteram infra, nequaquam id poterit impugnari. & facit quod metus cauſa, cum dilectus. & quod ibi not.

m ¶ Rector. de rectore eccleſiæ, nõ de p̃lato cui ſubeſt eccleſia

1 Idem Panor. Font.

eccleſia loquitur, cuius conſenſus requiri videtur: infra de ſta. mon. c. 1 §. ad hoc.

[Glo. ſeq. rationem reddit, quam opin. coadiuuat, & oſtendit reprobatam opin. Hoſt.]

a ¶ Vocatus.] non extitit, quod eſt ĩ. Et ratio huius ſumitur de dona. cõſultationibus. ſit em̃ talis vnio vel donatio ſine præiudicio recto ris, vt ibi. Dicebat ergo Innoc. in decret. vt noſtrum. quòd dignitas inſtituta dimi nui non poterat irrequiſito illo cuius erat ſine cauſæ cognitione. Not. tamen Hoſt. de exceſſ. præla. ſicut vnire, ꝙ epiſcopus eccleſias vnire non poterat ſine collaudatione vel conſenſu ambarum eccleſiarum. alleg. eod. tit. c. 1. & de ijs quæ ſi. à prælat. c. 1. & in hoc dicebat eum à Papa differre, vt ibi ſcripſi: quod hic reprobatur.

vocatus [a] vel ſi vacabat, [b] defenſor [c] et ſuper hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari.

[d] Quòd [e] ſi epiſcopus (ſui etiam capituli accedente conſenſu) [f] menſæ [e] ſuæ, vel ipſi [f] capitulo [g] aliquam duxerit eccleſiam [h] vniendam: hoc irritum eſſe decernimus & inane, contraria quauis [k] conſuetudine non obſtante. †

Vnio duarũ eccleſiarum pōt fieri ſine conſenſu ambarum.

[Glo. ſeq docet quod approbat. ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.]

b ¶ Vacabat.] approbat quod not. Inn & Hoſt. vt eccl. benef. vt noſtrum. in ſi. vbi tenent eccleſiam vacantem vniri & donari poſſe: ſicut & dignitas vacans ſupprimi poſſet de conſt. cum acceſſiſſent. Contra ne ſe. va c. 1. vbi ſede vacante non diſſoluitur vnio: æque igitur videretur, ꝙ tunc fieri non poſſet. Sol. illud in epalibus ſedibus. Vel ibi Papã principalius mouit ſecunda rō: ne ſ. notari poſſet de ſubita mutatione, & ꝙ ordinationem prius factam feciſſet contemplatione perſonæ tunc viuentis, nunc defunctæ: aliàs etiam vnionem epatuum facit mortuo altero epiſcopo, vt 16. q. 1. & temporis.

Eccleſia vacans vniri, & donari poteſt.

[Glo. ſeq. ponit obiec. & ſolu. quam fortificat per ſimilia, & per opinionem.]

c ¶ Defenſor.] Videbatur contrarium: quia ſi res eccleſiæ vacantis ex cauſa dignitati donetur, oportet defenſorem dari, vt eo. tit. dudum, lib 6. Eſt ergo hoc de caſibus, in quibus minus prohibetur, vbi maius permittitur: poteſt enim eccleſia vacans dari ſine defenſore, vt hic: ſed poſſeſſio vel res eccleſiæ non, vt ibi. Et eſt ſimile de ele nemo deinceps, li 6. & quod not. de conſue. cũ dilectus. in 3. gl. de tranſla c. vlt. in gl. pen. Dicebat Inn. de elect. ſignificaſti, vt ibi ſcripſi, ſuper glo. 2. ꝙ eps & capitulum poterant aliquid ſtatuere ſuper beneficio vacãte, & electus illud ſeruare tenebatur. alleg. decr. vt noſtrum. quod intelligit ibi Hoſt. ex cauſa & ad tempus, 2 ſed perpetuum præiudicium non poſſent inferre dignitati vel rectoriæ, ipſa ſic manente: licet illam poſſent in totum tollere. de cõſti. cum acceſſiſſent. vel religioſo loco conferre. de don. conſultationibus & c. paſtoralis. Et ad id quod dr̃, qui poteſt totum, pōt & partem. de offi. deleg. paſtoralis in princ. ff. de rei ven. quæ de tota. Rñdet Hoſtien. ꝙ in totum cõferri permittitur vt diuinus cultus augeatur. de conſt. ex parte & vt pauperes ſuſtententur. de pbẽ. expoſuiſti. Permittitur etiam tolli: quia ſuperflua vel oneroſa. arg 68. diſt. chorepi. Diminutio vel detractio denegatur, vt eccleſiaſtica bñficia in ſua integritate permaneant, niſi ex cauſa magna. remittit ad dec. dudum. eo. tit. de pb. maioribus & c. vacante. Ex his patet, ꝙ ſæpe id qđ minus videtur, eſt maius, eo. reſpectu quo ius plus illi reſiſtit ex cauſa. 3

Minus prohibetur quãdoque vbi maius permittitur.

2 Idem Panorm.

3 Placet doctoribus. F.

[Gl. ſeq. iuſtificat, & dicit qđ approbat, & reprobat.]

d ¶ Quod ſi epiſcopus.] Quod hic dicitur probabatur olim per c. queſti ſunt. 17. q. 4. & approbat quod no. ibi Ioan. in § præcedente. & quod not de don. paſtoralis. & reprobat quod not. Inno. in dicto c. vt noſtrũ. vt eccl. benef. vbi tenebat, ꝙ auctoritate capituli ſui epiſcopus poterat eccleſiam in ſuos vſus conuertere.

[Glo ſeq primo rationem reddit, quam per opi. coadiuuat. Secundo ar à minori, quæſtionem ſoluit. Tertio not. ad duas opi. Hoſt. & vtramque determinat.]

e ¶ Menſæ ſuæ.] vt dicebat Io. in gl. prius alleg. eps nõ poteſt auctorizare in facto proprio, 4 ſicut nec œconomus, 10. q. 2. hic vſus. in ſi nec tutor. ff. de an tu. l. 1. & l. pupillus. nec prælatus. de inſti. c. ſi & idem de capitulo, vt ſtatim ſequitur: quod etiam tenebat Gul. in Spec. de ijs quæ ſiunt à præla. in ſi. & facit quod dixi poſt Inn. de cẽſi. prohibemus. ſuper glo. 2. Et not. quia ſi nõ valet vnio, cum alter ſolus, ſcilicet epiſcopus vel capitulum auctorizat in facto proprio, fortius non valeret cum auctorizaret vterque, vt ſi communiter menſæ epiſcopi, & capituli per eos vnitur eccleſia. Facit autem hæc littera ad not per Hoſtien. in ſumma de deci. §. & vtrum. ver. 12. in ſi. vbi tenet. quòd laicus habens decimam per antiquum feudũ ab alia eccleſia, non pōt illam donare epõ ne ipſe eps auctorizet in facto proprio. Puto tñ, ꝙ bñ poſſet illã donare capitulo epiſcopali, auctoritate epi: & eſt ratio: quia cũ in caſu illo ſufficiat auctoritas epi ſine capitulo, vt dixi in decret. cum apoſtolica. de ijs q̃ ſi. à præla. non poteſt dici, ꝙ capitulum eo caſu auctorizet in facto proprio, ſed in vnione vel datione eccleſiæ ſecũs, cum ibi conſenſus capituli ſit neceſſarius. de ijs quæ ſi à præla. tua. de dona. paſtoralis. Item facit pro, & contra ad id quod ipſe Hoſt not. de conſt. cum acceſſiſſent vbi tenet, ꝙ dignitas non confirmata per Papam, de eccleſia cathedrali tolli poteſt per ipſius capitulum ex iuſta cauſa, & epiſcopo auctorizante, ſi bona epi, & capituli ſint diuiſa: ſi vero eſſent communia, nonne auctorizaret eps in facto ſuo? Sed dicit tunc recurrendum ad Archiepm̃, vel ad Papam. de iure pa. nullus. Videtur, ꝙ cum iſte non ſit de caſibus archiepo reſeruatis, qui not. de offic. ord. paſtoralis. ꝙ eo caſu, & iſto de quo textus loquitur, ad Papam ſit neceſſe recurri. 5

4 Vide Alexan. cõſ 79. lib 1. incip. circa primũ, & conſ. 106 incip. quo ad præſens eo. lib.

† In quodã manuſcripto ſatis vetuſto poſt verbum, nõ obſtãte, ſtatum ſubſequitur hæc verba, niſi ad id ſuperioris ſui cõſenſus accedat.

f ¶ Ipſi.] ſuo ſcilicet.

5 Idem Panor. dicens glo. mente tenendam.

[Gl. ſeq in quæſtione remittit. ſecundo diuerſitatem ponit, & rationem reddit.]

g ¶ Capitulo.] Cum capella curata donatur capitulo, quis habeat eius curam, vide qđ ſcripſi poſt Hoſtien. de præben. expoſuiſti, ſuper glo. 1. & eo. tit. cum non ignores, in princ. Et not. quia ſingulari præbendæ etiam maioris eccleſiæ poteſt vniri eccleſia per epiſcopum & capitulum, vt ſ. prox. reſpon capitulo vero non, vt hic. & ratio ſumitur 12. q. 2. qui manumittitur, cum ſuis concor. quia capitulum non auctoritas in facto proprio, cum ſingulari præbendæ capituli vnitur eccleſia.

[Gl. ſeq. ponit dictũ Ho. qđ dicit declarari debuiſſe.]

h ¶ Eccleſiam.] Declarari debuiſſet, an ſit idem in donatione: quam facit epiſcopus capitulo ſuo, de eo quod ſpectat ad menſam ſuam. quod not. Hoſt. de ijs quæ ſi. à præla. nouit. & ponit caſum de epiſcopo abũdante, & capitulo egente, & dicit, ꝙ valet. inducit quod ſ. dixi in gloſ. non eſt. Dicit etiam, ꝙ non obſtat iuramentum de non alienando, cum non ſit proprie alienare quod in dominio eccleſiæ retinetur. ff. de leg 1. vnum ex familia. & l. Imperator. §. ſi & l. ſeq. dicit tamen, ꝙ tutius eſſet, ꝙ illud fieret ſuperioris auctoritate. inſti. de auctо. tut. in fine. 6

[Glo. ſeq. ſub dubio quæſtionem ſoluit, & contra ſolutionem allegat.]

i ¶ Decernimus.] Licet ratio huius iuris ſit antiqua forte noluit comprehendere præterita. Et eſt ſimile de poſtu. c. vnico lib. 6. Sed contra hoc facit littera ſequẽs, q̃ conſuetudinem damnat, conſuetudo vero notat tempus præcedens, ergo videtur præterita reſpicere.

[Gloſſa ſequens exponit, & dat ſimile.]

k ¶ Quamuis.] ſcilicet etiam cuius contrarij vel initij nõ ſit memoria. Damnatur ergo hæc conſuetudo ꝙ quis auctorizet in facto proprio. Alibi, ꝙ quis ſit iudex appellationis à ſe interiectæ. de conſue. c. 2. lib. 6.

6 Idem Panor. dicens glo. procedere, ſi ponant verba ſimilia, ſcilicet, quantocũque tẽpore, nulla conſuetudine: ſecus tñ ſi ſimpliciter dãnetur cõſuetudo, ſicut præſcriptione ſimpliciter dãnata nõ intelligitur ſtatim de omni præſcriptione c. 1. de præſcri. lib. 6. vide hic do. Car. §. ꝙ ſi eps. 2. colu. ver. 8. quæro. ſ.

TITVLVS V.

De rerum permutatione.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Collatio de beneficiis cauſa permutationis vacantibus facta aliis quàm permutantibus, non tenet h. d. Zabarella.*

CAP. VNICVM.

Ne conceſſione [a] iuris vtentibus [b] prǽſertim circa ſpiritualia illudatur, [c] ſi qua [d] beneficia ex cauſa [e] permutationis ab aliquibus reſignata, alijs quàm ipſis permutare volentibus [f] conferantur; [g] nul ius hoc eſſe volumus [h] firmitatis.

TITVLVS VI.

De teſtamentis & vltimis voluntatibus.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Ordinarius loci rationem exigit à religioſis etiam exemptis de teſtamentorum executionibus, quas geſſerunt: & ſi circa id deliquerint, illos punit. Ioan. And.*

DE RERVM PERMVTATIONE.

¶ Viſum eſt ſupra de bonis eccleſiæ non alienandis, dubitaret aliquis, vtrum res eccleſiæ poſſent permutari, hoc eſt de vna perſona in aliam transferri: ideo annectitur rubrica, de rerum permutatione.

Ne cōceſſione.] Præſupponēdū eſt primo illud quod habetur in c.vnico.eo.tit. in 6.videlicet, ꝙ beneficium quod eſt reſignatum in manibus ſuperioris cauſa permutationis faciendę, ꝙ per talem reſignationem non dicitur beneficium vacare, ſic, quòd poſſit alteri, qui non ſit de compermutantibus conferri. Secundo pręſupponendum eſt, quod actus legitimi non recipiunt diem, nec cōditionem, & ſicut collatio beneficij non poteſt fieri ſub conditione, ita nec reſignatio.

CASVS. Cum poſſideres iuſte & canonice aliquod beneficium mihi propitium, & ego poſſiderem aliud beneficium tibi propitium, affectabamus permutare adinuicem huiuſmodi beneficia: Et tractauimus de permutandis beneficijs noſtris: qui tractatus eſt permiſſus, dummodo non fiat pactio arreſtata inter partes, ſed totum ponatur in arbitrio ſuperioris: acceſſimus ad epiſcopum, & ſupplicabamus, vt ipſe vellet acceptare reſignationes cauſa permutationis faciendæ: epiſcopus recepit reſignationem, & ſic vacauerunt noſtra beneficia: quæritur, vtrum epiſcopus poſſit illa beneficia vacantia conferre, & dare quibus voluerit? Dicit, quòd non: ſed tuum mihi, & meum tibi conferre debet hoc dicit. H. R. Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ quis non debet decipi legis auctoritate. Secundum, quod beneficia vacantia cauſa permutationis faciendæ, non poſſunt conferri niſi cum compermutantibus. Not. tertio, quòd volentibus permutare ſua beneficia, licitum eſt exprimere, quod reſignatur cauſa permutationis faciendæ, & non aliàs. Not. ꝙ maxime in ſpiritalibus debet euitari illuſio; ſic etiam duplicitas, & fraudandi voluntas 22.q.2 ne quid. 24 q.5. excommunicatorum. de poſtul c.fin. Not. finaliter, ꝙ ante permutationem poteſt procedere tractatus. de hoc in glo. in ver. volentibus. Zabar.

[Glo. prima dicit quid facit, & quid determinet.]

a ¶ Ne conceſſione.] ſe ſummat ponens ius nouum, & æquiſſimum: Et determinat decretalem, inter cætera. de præb. & ī eod. tit. cum vniuerſorum.

b ¶ Vtentibus.] per hanc litteram dico decre. hanc locum habere vbi in fraudem expectantium fieret permutatio, cum illi non vtantur cōceſſione iuris: ſed ius fraudent eo tit. c. vnico, lib. 6. de renun c. vlt. eo. lib.

c ¶ Illudatur.] concor. clemen. ī. de renun cap vnico & ibi concord.

d ¶ Beneficia.] includit etiam hoſpitalia, & loca ſimilia, quæ permutari poſſunt his caſibus quibus in beneficium conceduntur: quæ habentur j. de reli. domi. quia contingit. §. vt autem. illa vero quæ non conceduntur in beneficium, non videntur poſſe cum beneficijs permutari, cum beneficiorum adinuicem permutatio fieri debeat.

e ¶ Ex cauſa.] bene ergo licet renuncianti in actu renunciantis hoc exprimere, ꝙ renunciat permutationis cauſa, & dato, ꝙ hoc non exprimatur, ſatis eſt, quòd conſtet ex coniecturis, vel prius actis.

f ¶ Volētibus.] ergo tractatus permutationis inter partes procedere poteſt: tamen ipſa permutatio expeditur ſuperioris officio. & vide quod ſcripſi. ī. eod. quæſitum.

[Glo. ſeq. generaliter intelligit, dicens, ꝙ epiſcoporum eſt permutare, & rationem reddit: quærit de capitulo vacante ſede, & ſoluit diſtinguendo in fi. ampliat textum, & ſoluit contrarium.]

g ¶ Cōferantur.] per illos in quorum manibus fiebat reſignatio, vel per alios collatores. Hoc tamen ſcias, ꝙ epiſcoporum eſt permutare, vel permutationibus auctoritatem præſtare, & non inferiorum, vt not. Hoſt. in ſumma huius tit. §. quis poteſt. ver. & nunquid. & dixi ī. eod. quæſitum, cum enim concilium Turonen. prohibet permutationem, contra id non diſpenſat, niſi cui permiſſum eſt. & idem Archid. eo. tit. c. vnico, lib. 6. & facit quod not. ī. c. prox. in princ. ipſi tamen inferiores, quorum eſt conferre vel eligere, habent conſentire, vt not. in prædict. decre. vnica. Quid de capitulo vacante ſede epiſcopali: poterit ne permutationi auctoritatem præſtare? Puto, ꝙ ſic: cum hoc ſit iuriſdictionis epiſcopalis, in qua tunc ſuccedit. de maio. & obed. ijs quæ. & c. cum olim. eod. tit. c. vnico, lib. 6 cum concor. hæc vera, niſi beneficia illa vel alterum illorum ſpectarent ad collationem epī ſolius ſine capitulo: quia cum in talium beneficiorū collationem non ſuccedant: ergo nec in conſenſu, quē neceſſe hēt præſtare collator. & idem ſi habet eligere vel præſentare, vt ſcripſi, ne ſede vac. c. 2. ne vna via concedatur quod alia prohibetur. de reg iu. cum quid, lib 6. Si vero vnà cum capitulo haberet facere prædicta, cum capitulum tunc poſſit cōferre, eligere, vel præſentare. ne ſe. vac. c. vnico, lib. 6 ergo poterit, vt capitulum conſentire, & vt ep̄s auctorizare. Puto autem, ꝙ hoc decretum afficiat, nedum collationem, ſed etiam omnem electionem, poſtulationem, & præſentationem, quæ fieret de alio ad aliud beneficium ſic renunciatum: hoc enim eſt de mente, & eadem ratio eſt. Et decr. de præb. cum in illis. lib. 6. loquitur in impetrationibus beneficiorum, quæ ſunt odioſæ.

h ¶ Volumus.] hoc iure nouo: quaſi innuat, ꝙ olim in hoc caſu neceſſaria erat gratioſa prouiſio, & ſic ſoluantur not. eo. tit. cum vniuerſorum de præb. inter cætera. ſicut aliàs in ſimili caſu agitur ad intereſſe. ff de præſcr. verbis. l naturalis. in princ. & in fine.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS voluntatibus.

¶ Viſum eſt ſupra de actibus viuentium; nunc videndum eſt de actibus decedentium, ſiue morientium: ideo annectit rubricam, de teſtamentis, &c.

Reli-

† In vetuſtioribus codicibus etiā īpreſſis, conſtanter legitur ita: ſi beneficia ex cauſa &c.

Vide Fel. ſc. de quarta. extra. de præſcri.

Ep̄orum & non inferorum eſt permutationibus auctoritatem præſtare.

Capitulum ſe. vac. pōt permutationibus auctoritatem præſtare.

Nota non exorbitātia ex idētitate rōnis extendi. Font.

Continuatio.

R Eligioſis.] ¶ Præſupponendum eſt primo, ꝙ ad curam epiſcopi ſpectat, & pertinet, vt vltimę volūtates demādentur executioni: Et ex officio poteſt cogere executores vel hæredes ad exequendū huiuſmodi voluntates, & ad reddendum rationem de ijs quę fuerunt relicta à teſtatore. Secundo prięſupponēdum eſt, quod religioſi non poſſunt deputari executores alicuius teſtamenti ſine conſenſu ſui abbatis.

CAP. VNICVM.

R Eligioſis [a] etiam exemptis, deputatis [b] ad executionē cuiuſlibet [e] vltimæ voluntatis, circa ipſius executionis officium (quod vtique [d] non poſſunt niſi à ſuperiori ſuo petita ſuper hoc licentia & obtenta, [c] ſuſcipere [f]) volentes præſcindere materiam [g] delinquendi: Præſentis conſtitutionis auctoritate ſtatuimus, quòd tales [h] (etiam ſi pręlationis fungantur officio) locorum [i] ordinarijs [†] debitam reddere, [k] ipſique ordinarij ab eiſdem abſque dolo, fraude, ſeu negligentia, de ſuſceptæ executionis officio

CASVS Titius tendens ad mortem fecit ſuum teſtamentum: inſtituit pauperes hæredes, vel aliqua legata eis reliquit: ad exequendū ſuam voluntatem fecit ſuum executorē aliquem religioſum, qui acceptauit huiuſmodi officiū executoris, petita prius licētia à ſuo abbate, & obtenta: Epiſcopus voluit cogere illū religioſum, vt oſtenderet qualiter fuerit executus voluntatē teſtatoris: dicit ille religioſus, ꝙ erat exēptus à iuriſdictione epiſcopi, & ꝙ non tenebatur coram eo comparere: quæritur, vtrum iſte religioſus bene dicat? Dicit, ꝙ nō, immo nō obſtante ſua exemptione poteſt compelli ad reddendū rationem: & ſi deliquerit, epiſcopus poterit illum punire. No. ꝙ religioſus datus executor ab aliquo teſtatore, non poteſt huiuſmodi officium acceptare, niſi petita, & obtēta licentia à ſuo abbate. Not ꝙ epiſcopus poteſt cogere hæredes quando non ſunt executores ſpecialiter deputati ad reddendum rationē qualiter impleuerunt voluntatem defuncti. Not. ꝙ ſi executor teſtamenti deliquerit in exequēdo teſtamēto, epiſcopus poterit illū punire. Not. caſum in quo exempti perdunt priuilegiū exēptionis, videlicet ſi fuerint deputati executores alicuius teſtamenti. Alium caſum habes in c. 1. tit. proxi. Not. ꝙ quis dicitur præſcindere materiam delinquēdi quando obuiat rei, quæ poſſet eſſe cauſa delinquendi, vt hic clare patet. Not. ꝙ conſumatio teſtamenti dicitur executio teſtamenti. ſimile ſ. eo. tua. Zabarella.

[Prima gloſ. ſummat, diuidit, & dicit quid determinat.]

a ¶ Religioſis.] ordinarius loci rationem exigit à religioſis etiam exemptis de teſtamētorum executionibus quas geſſerunt: & ſi circa id deliquerint, illos punit. Et primo ponit motiuum conſtituentis. Secundo conſtitutionem. Tertio pœnam. Et incipe conſtructum ibi: [Volentes.] Et quo ad rationem per executorem reddēdā determinat quod not. in Spec. de inſtr. edi. §. nec vero aliqua. ver. ſed an ſimplex. quod quaſi ad litteram ponit Archi. 88. diſt. epiſcopus tuitionem.

[Glo. ſeq. tractat quid de deputatis, ſoluēs diſtinguēdo tria membra, & in tertio ſubdiſtinguit.]

b ¶ Deputatis.] not. ꝙ non dicit, deputandis: ꝑ quod videtur velle, ꝙ conſtitutio reſpiciat pręterita: quod verum puto futuris geſtionibus fiendis etiam per iam deputatos, quamuis exemptis. & facit quod not. ſ. ead. compil de æta. & quali vt hi qui in gl. quod poſteris. & de vi. & hone. cler. c. 2. poſt prī. Sed in præteritis geſtionibus factis iam per exemptos ante hanc conſtitutionē non puto, ꝙ hæc decre. locum habeat: ad quod facit littera ſequens: conſtat enim, ꝙ circa iā geſta præcipi nō poteſt materia delinquēdi. Si vero exemptus religioſus prius deputatus iam ante cōſtitutionem, partem geſſerat, partem vero poſt conſtitutionem, ſi ratio poſt geſtorum nō connectitur prius geſtis: quia ſingulis annis percipit certos redditus, quos conuertit in certos pios vſus, de poſtea geſtis rationem redd... ad hoc de ele. ſi eo tempore. lib 6. ſed ſi ratio poſt geſtorum ſine prius geſtis inutilis videretur, non tamen cogetur ad illam reddendam. ad hoc ſ. de appel. ſuper eo 1. reddat ergo Papæ, legato, vel ſuo ſuperiori, vt quo ad illam ſtemus antiquo iuri.

e ¶ Cuiuſlibet.] comprehendere vult etiā codicillos. & vide qđ ſcripſi eo. titu. ſuper rubrica.

ADDITIO Dicit Paulus, quòd vltima voluntas comprehendit omnem teſtamentorum ſpeciem, ſiue ſit militare, vel priuatum, ſolemne, vel nuncupatiuum. C. eo. hac conſultiſſima. & l. iubemus. & de his per Hoſti. in ſumma eod §. 3. & in Spec. de inſtru. ed. §. compendioſe. ver. ad huius autem. Zenzelinus dicit, ꝙ comprehendit quamlibet vltimam voluntatem, ſiue ſit teſtamentum, ſiue codicillus, ſiue donatio cauſa mortis, ſiue epiſtola, cum indiſtincte loquatur. ff de eſ ſra. l. 1. de priuile quia circa dicit etiam. quòd procedit, quod hic dicitur, etiam ſi vltima voluntas ſit confecta in ſanitate, dumtamen ſit morte confirmata. 13. q. 2. c. ſi. de cele Mil cum Marthæ. Zabarella.

d ¶ Quod vtique.] interpoſitio: quæ tamen habebat eo. tit. c. 2. lib 6. & de clauſtralibus loquitur, vt ibi not.

[Gl. ſeq primo dicit quid reprobat. Secundo quęrit. arguit negatiue, & ſoluit.]

c ¶ Obtenta.] reprobatū videtur quod diſputādo ſolueerat dominus meus, in hoc caſu tacitam licētiam ſuperioris ſufficere. qđ vide in Mercu. e. tit. ſub littera G. [aliàs ſub littera S.] Sed dubitatur nunquid ſuperior, qui religioſo dedit licētiam ſuſcipiendi hoc executionis officium, poſſit licentiam reuocare re non integra, vt fortior ſit quæſtio: Et videtur, ꝙ reuocari non poſſit, cum ſit adſtrictus rationi reddendę, vt hic: & qui ſemel ſuſcepit, exequi cogitur. e. tit. Ioannes. puto, ꝙ male facit ſine cauſa reuocando, non tamen credo, ꝙ ſubditus reſiſtere poſſit, cum velle non habeat. & optime facit 33. q. 5. manifeſtum. tunc ergo perficiet executionē collega, ſi quem habet, vel is de quo teſtator prouidit, vel epiſcopus. quod dic vt eod. tit cap. 2. lib. 6. & vt ibi not. in glo. penult.

Teſtamēti exequēdi licentia religioſo data, an per ſuperiorē re integra reuocari poſſit.

f ¶ Suſcipere.] Fratres Minores non licētiantur hodie ad hæc officia, nec illa ſuſcipiūt; quod dic, vt ī. de verb. ſig. exiui. §. proinde. verſic. item ꝙ executione. & §. cupientes, verſi. verum etiam.

Fratres Minores non poſſunt eſſe teſtamētorum executores.

g ¶ Materiam.] concor. de vſur. c. 1. lib. 6.

[Glo. ſeq quæſtionem ſoluit.]

h ¶ Tales.] ſcilicet religioſi etiam exempti & per hoc puto ꝙ in ſæcularibus exemptis non habeat locū quod hic dicitur. & licet ſubſit eadem ratio: ſatis eſt tamē, ꝙ eorum priuilegijs conſtitutio iſta nō derogat. [‡] & fuit forte impulſiua ratio: quia religioſi plus delinquebant in his. Eſt ſimile ī. de cen. cap. 1. & de priuileg c. 1. & de pęnis. cupientes. poſt princ. de ſent. exc. c. 1. de deci. c. 1. & vide quod not. in 1. glo.

‡ Nota hic Card. ꝙ licet ius odioſum extēdatur ꝑ idē titatem rōnis, non tñ extenditur ad caſū priuilegiatum vnde poſſet inferri, ꝙ priuilegiū, non tā facile perditur ſicut ius cōmune. de quo Galia. in l. centurio. Font.

i ¶ Locorum ordinarijs.] non dicit, dięceſanis. & facit ad id quod ſcripſi eo. ti Ioannes. ſuper ver. diœceſanū.

[Glo. ſeq. alleg concor. quærit, & remittit.]

k ¶ Reddere.] rationē teneātur, quod ſequitur. cōcor. ī. de relig. do. quia cōtingit. §. illi etiam. Quid ſi teſtator liberauit eum onere rōnis reddendæ? Vide quod ſcripſi eo. tit. Ioannes. in penult. q. vbi etiam aliquid de modo rationis reddendæ not. & in Spec. prædict. §. nunc vero ver. ſed nunquid ſecundum dictum.

† Vide conciliū Trid. ſeſſio. 22 & reforma capitu. 8.

[Glo.

[Glo. ſeq. no. per quod dubium ſoluit.]
a ¶ Exigere.] no. ꝙ duo ponit, & vt diuerſa: per quod videtur, ꝙ iſti executores etiam ordinarijs non petentibus rationem reddere debeant: ſi tamen offerunt: ſed ſi ordinarius non recipit, eis non imputabitur. de regu. iur. imputari lib. 6.
b ¶ Exemplum.] ſ. ca. cōpil. de off. ord. c. 1. cum ſuis concor.
c ¶ Debita.] arbitraria, ex quo certa ſtatuta non eſt. de offi. deleg. de cauſis.
d ¶ Priuilegio.] ſ. ca. proxi. & vide quod ibi dicam.

teneátur exigere [a] rationē: Illos, quos circa id deliquiſſe repererint, in aliorū exemplum [b] pęna debita [c] (quocumque non obſtāte priuilegio [d]) puniturі.

TITVLVS VII.
De ſepulturis.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Excommunicati ſunt etiam exempti, qui in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliūt in cœmeterijs tempore interdicti, vel qui ſcienter ſepeliunt excommunicatos publice, nominatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios. Ioan. Andr.*

CAP. I.

EOs †

DE SEPVLTVRIS.

Continuatio. ¶ Viſum eſt ſupra de teſtamētis: verū quia teſtatores in teſtamēto eligūt ſuas ſepulturas: ideo annectit rubricā de ſepulturis.

EOs qui.] CASVS. Certis ex cauſis poſuit epiſcopus iſtam ciuitatem ſub interdicto eccleſiaſtico, cuius interdicti effectus eſt, vt tempore interdicti non adminiſtrentur myſteria diuina, exceptis duobus, videlicet baptiſmatis, & Euchariſtiæ: Durante interdicto aliquis mortuus elegit ſepulturam apud locū noſtræ dñæ Burdegal. vel apud alium locum exemptum ab epo vel archiepiſcopo: modo quæritur, vtrum iſti exempti poſſint impune tradere ſepulturæ corpus iſtius mortui? Dicit ꝙ non: immo ipſo facto ſunt excōicati. Et idē dicendum eſt, ſi aliquis tradat ſepulturæ alicui eccleſiæ excōicatum publice, vel interdictū, vel publicum vſurarium. No. [Temeritatis.] Temeritas, tis, ideſt, fatuitas præſumptio. & habemus temere aduerbium, ut ſupra, in cle. de ſum. Tri. & fide cath. No. [Cōtemptū.] ideſt ſpretū No. [Interdicti.] Quid ſit interdictū dixi ſ. ī cle. quāuis de fo cōp. & ibi dixi ꝙ ſunt plura interdicta: & ꝓmiſi vobis ibi dicere de alijs interdictis, q̃ hic ſubijciā & cōtinuabo ad alia ſ. videlicet, ꝗ eſt interdictū, qđ dr̃ interdictū de mortuo inferēdo, & habet locū, vt qs non ꝓhibeatur mortuū inferre, & ſepelire, quo licet ei inferre, & ſepelire, vt ff. de interd. l. 1. in prin vt ſi via ꝓhibeatur, vel ſepulchrū ædificare, vel lapides ad ædificādū per fundū ducere, vt ff. eo. l. 1. §. prætor ait. & §. ſi iter mihi. §. vim habere. & §. fi. ¶ Itē eſt interdictū momētaneæ poſſeſſionis. & eſt illud quo agitur de poſſeſſione retinēda, ſicut uti poſſidetis, vt ff. vti poſ. l. 1. §. 1. vel agit de poſſeſſione adipiſcenda, vt eſt, quorū bonorū, quorū legatorum. vel quo agitur de poſſeſſione recuperāda vt vnde vi ff. e ti. de interdictis. § 1. ¶ Itē eſt interdictū ne quid in loco ſacro fiat. & omnia ſequētia huiuſmodi dantur cuilibet de populo ad prohibendū ne fiat, ꝯ quā prohibitionem ſi quid actū fuerit interdicto ꝙ ui aut clā, ſuis ſumptib. vel deſtruere cogetur omne ꝙ factū fuerit, aut in priſtinū ſtatum reducere uel reddere tenetur, vt ff. ne quid in loco publ l. 2 §. ait prætor ꝙ in via. ¶ Itē interdictum, ne quid fiat in loco publico vel itinere, & hoc interdictū prohibitorium eſt, & tā publicis utilitatibus, quàm priuatorum per hoc proſpicitur. Loca enim publica utique priuatorū uſibus deſeruiūt iure ſcripto ciuitatis, vt l. 1. §. 1. ¶ Item interdictum ne qd fiat in mari, vel flumine publico ripave eius quo peius nauigetur, aut in via publica quo peius eatur. Hoc interdictū datur perpetuo omnibus: & in oēs habet cōdemnationē in id qđ actoris intererat, vt l. 1 in fi. ff de uia pub. & itinere publico reficiēdo. ¶ Itē interdictū ne quid fiat in flumine publico, vt aliter fluat q̃ priori æſtate fluxit, ideſt, vt aqua fiat altior, depreſſior, rapidior cum incommodo euellentium, vt ff. ne quid in flumine publ l. 1. in prin. §. non autem omne. ¶ Item interdictum, de noui operis nunc. datur ei, qui prohibetur ædificare, niſi poſtquam ſatiſdederit, vt ff. de no. ope. nūcia. l. prętor ait. § hoc autem interdictum. ¶ Item interdictum de loco publico fruēdo, eſt publicæ utilitatis cauſa propoſitum: quia tuetur vectigalia publica: ergo quis prohibetur vim facere ei ſociove eius, qui conducit locum publicum fruendum ab eo, qui locandi ius habuit, quo minus loco publico ſibi frui liceat ex lege locationis uel conductionis. & hæc habētur l. 1. §. 1. in prin. ff. de loco publico fruēdo. ¶ Item interdictum, de precario, quod reſtitutorium eſt, datur ei, qui precario rogauit, & precario habet, immo etiam ſi non rogauit, dum tamen poſſideat, vt ff. eo. l. 1. in rebus. §. 1. & per totam l precarium uidetur rogare, & habere, ſi rogauit pro ſe, & habet pro ſuo, uel ſi rogauit procurator ſuus vel negotiorū geſtor, & ipſe ratum habet, vt ff. eo. l. certe. § 1 dum tamen accipiat in perſonam ſuam contractum, aliter nō. ff. de acquir. poſſ. l. poſſeſſio. §. fi. ¶ Item interdictum ꝙ vi aut clam. datur aduerſum eū, qui in loco alterius aliquod opus conſtruxit uel deſtruxit, dum tamen factum ſit in ſolo ff eo ti. l. 1 § hoc interdictū. Et etiā ſi vi, id eſt, per violentiam, aut clam, id eſt, occulte ſine notificatione alteri facta fecit, cum timeret ne ſi ſciret, ſibi prohiberetur, vt ff. eod. titu. l. 1. ¶ Item interdictum, quorum bonorum, à prætore inuentum eſt. Et datur filio emancipato aduerſus hæredem uel poſſeſſorem, vel contra illum, qui pro hærede vel poſſeſſore poſſidet ad uniuerſa bona adipiſcenda, non ad ſingulares res. Et eſt duplex, ſcilicet directum & utile: Directum datur ei, qui eſt bonorum poſſeſſor: Vtile datur ei qui ſuccedit iure ciuili ex teſtamento, vel ab inteſtato. ¶ Item interdictum quorum legatorum, competit hæredi ad repetendum legata, quæ ſine voluntate eius legatarius occupauit. Repetet itaq; hæres vt deducat Falcidiam: alioquin ſi repeteret ſtatum recepturus, exceptione doli poterit remoueri. ¶ Item interdictum de riuis, eſt utiliſſimum; quia riuos, ſpecus, & ſepta reficere & purgare prætor aquæ ducendæ cauſa permittit: dumtamen non aliter aquā ducat, quàm priore æſtate fluxit, vt in l. 1. in prin. ff. de riuis. ¶ Item interdictum Saluianum, competit domino fundi aduerſus colonum in ſua domo habitantem, & eius hæredes de rebus coloni tacite pignoratis pro mercibus, quas colonus in fundum intulit, vt l. 1 ff e. ti. ¶ Item interdictum de tabulis exhibendis, datur omnibus, quibus aliquid eſt adſcriptum in tabulis, uel pure, vel in diem, vel ſub conditione, ſiue ſint hæredes, ſiue legatarij, ſiue fideicommiſſarij. ¶ Interdictum de ripa munienda, merito propoſitum fuit: Nam ripas fluminum publicorum reficere & munire vtiliſſimum eſt, ne ob id omiſſum nauigatio deterior fiat, ut in l. unica. § 1. ff. de ripa munienda. Item interdictum vt in flumine publico nauigare liceat, eſt quo proſpicitur, ne quis in flumine publico nauigare, nauem, ratemve agere, vel in ripa onerare prohibeatur. ſed ut per lacum, foſſam, ſtagnum publicū nauigare liceat, vt in l. vnica. §. 1. in prin. ff. eo. ti. vbi ſubdit Vlpianus: Lacus eſt, qui habet perpetuam aquam: ſtagnum vero, quod tempo-

† De intellectu uide Dec. in ca. ad hæc. extra de priu.

talem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ quidē aqua plerumque hyeme colligitur. Foſſa eſt receptaculum aquæ manufactum. [t] Item interdictum vnde vi, locum habet cum quis poſſeſſionem ſoli per vim amiſit: Et datur directe contra deiectorem illi, qui de poſſeſſione alicuius rei immobilis deiectus eſt ſine omni cauſa, vt reſtituatur poſſeſſio, de qua deiectus eſt, & omnia ablata immo dato ꝙ ibidē eſſent aliqua, quę penes violentū fuerint mortua, vel aliquæ res, quæ caſu fortuito perierunt, non propter hoc liberabitur, ſed in totum condemnabitur ad earum æſtimationem: quia nec mortalis, nec fortuitus caſus liberat deiectorem. [u] Item interdictū de vi & vi armata: cū interdicto unde vi, datur & proponitur ei, qui deiectus eſt: Fuit enim æquiſſimum vi deiecto ſubueniri, ergo ad recuperandam poſſeſſionem hoc interdictum inuentum eſt: Ne quid enim per vim admittatur legibus proſpicitur publicorum & priuatorum, necnon conſtitutionibus principum, vt l. 1 ff. e. ti. §. hoc interdictum. & §. ſeq. Item interdictum uti poſſidetis, locum habet in rebus immobilibus, ſcilicet dū de fundi vel ædium poſſeſſione contenditur. Inſt. eo. ti. de interdictis. §. ſed interdictum. Habet etiam locum in incorporalibus, vt in quaſi poſſeſſione, & datur poſſidenti ciuiliter, & poſſidenti naturaliter: vel etiam quaſi poſſidenti gratia retinendæ poſſeſſionis Et proponitur quotiens inter litigatores contentio eſt, vtrum poſſideant: quia alteruter magis ſe poſſidere affirmat. Item interdictum vtrobi, idem eſt cum interdicto vti poſſidetis: niſi ꝙ in hoc differunt: quia illud interdictum, ſcilicet vtrobi, locum habet cū quæſtio eſt de retinēda poſſeſſione rerum mobilium, vt ff. vtrobi. l. vni. §. hoc inter. Sed vti poſſidetis, locum habet cū quæſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerum immobilium. Item interdictum de vxore deducenda, marito datur aduerſus & contra eum, qui dolo eam retinet ſine voluntate mariti, licèt ipſa uolente ff. e. ti. de interd. l. 1. Et de omnibus iſtis interdictis nihil ad propoſitum noſtrū, niſi in illa ſignificatione, vt dixi ſ. in cle. quam. uis. de foro compet. quia tempore interdicti nulla conferuntur ſacramenta, vel nulla ſolemniter celebrantur diuina, & tempore interdicti ſolum confertur baptiſmus & pœnitentia & alia, vt dixi ſ. in illa cle. in prin. Sed omnia iſta alia interdicta ſcripſi ꝓ dominis canoniſtis, vt ipſi non habeant pœnā ad illa interdicta inueſtiganda quia ipſi quā plures allegantias abhorrent, ideo continuatis adinuicem iſta interdicta: quia vtile eſt iſta ſcire.

[a] No. ibi: [Decernimus.] ꝙ totiens quotiens utitur Papa hoc verbo, decernimus, ipſe nouum ius inducit. No. ꝙ temeritas reprobatur. 17. q. 4. ſi quis. ne cler. vel mora. c. 2. lib. 6. No de pluralitate clauium. de hoc in gl. 2. & 20. diſt. §. 1. Zab.

[Gl. prima ſummat, diuidit, & dubium ſoluit.]

a ¶ Eos qui.] Excommunicati ſunt etiam exempti, q in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliunt in cœmeteriis tempore interdicti: vel qui ſcienter ſepeliunt excōicatos publice, nominatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios. Et primo ponit: ſecundo tollit obſtantia: ibi, Nulla.] Et per hoc quod dicit eos, includit cuiuſcūque profeſſionis viros, clericos, & laicos: includit etiam mulieres. & de hoc de elect. in generali. lib. 6.

b ¶ Clauium.] de exceſſ. præla. c. ſi. de pœn. c. fin. & no. pro pluralitate clauium. [1] de hoc remiſſionem dedi. de ſum. trin. c. 1. ad ſi.

[Glo. ſeq. notat & fortificat.]

c ¶ Cœmeterijs.] ſi igitur in campis & locis priuatis eos ſepeliāt, nō eſt locus huic pœnæ: ꝙ intelligo etiam ſi locus ille eſſet vicinus vel contiguus eccleſiæ vel cœmeterio: quia ex quo ad vſum cœmeterij, non eſt per epiſcopum benedictus. de conſec. diſt. 1. nemo. non erit locus huic pœnæ. quare autem in cœmeteriis corpora ſepeliantur, vide no. 13. q. 2. cum grauia.

qui [a] propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora, non ſine contemptu clauium [b] Eccleſiæ, in cœmeterijs [c] interdicti tempore, [d] in caſibus non conceſſis à iure [e] vel excommunicatos [f] publice [g] aut nominatim [h] interdictos, [i]

d ¶ Tempore.] quo tempore interdicta eſt eccleſiaſtica ſepultura. de pœnit. & remiſſ. quod in te. de priuil. vt priuilegia.

[Gl ſeq. ponit duo exempla, & dubium ſoluit.]

e ¶ A iure.] hoc dicit propter clericos, qui ſeruauerunt interdictum: quibus conceditur eo tēpe ſepultura cū ſilentio, & abſque cāpanarum pulſatione: vt in præd. decr. quod in te. & propter priuilegiatos circa confratres, de quib. in præd. decr. vt priuilegia. In quatuor uero feſtiuitatibus in quibus eo tēpe celebrari pōt alta uoce, & c. de quibus in decr. vlt. §. pen. de ſent. exc. lib. 6 non puto poſſe mortuos ſepeliri, licet multotiēs fuerit ꝯrium obſeruatū. & hoc bene probat decr. cū & plantare. § ꝙ ti. de priu. & ille §. qui dieb. illis ꝑmittit participationem diuinorum, de audiēdis officijs loquitur, non de ſacramētis; quod patet ex diuiſione c. Item ceſſat cauſa ibidem expreſſa de ſpe reconciliationis.

f ¶ Excommunicatos.] ab homine vel à iure. & intelligas de excōicatione maiori. de ſen. excom. ſi quem. licet enim excōicati minori ſic decedētes ſepeliendi nō ſint, vt no. Inno eo ti. ſacris. huic tamen pœnæ tunc locus non eſſet. de hæreticis, qui excōicati ſunt ſpecialiter fuerat prouiſum. de hære c. 2. 1. reſpon. lib. 6.

[Glo. ſeq. tractat quæ ſit excommunicatio publica, & quid de occulta, ibi no.

g ¶ Publice.] de hoc de re iud ad probandū. de except. exceptionem. in gl. pen. quæ glo. non placet ſimpliciter quo ad caſum iſtū: licet enim fatear illum publice excōicatum, contra quem publice lata eſt ſententia. licet denuntiatus non ſit: cū prædicta decr. ad probandū. nō dicat publice nuntiatum, ſed publice excommunicatū. non tamen fateor ꝙ hoc ipſo ꝙ excommunicatus eſt per iudicem, loco quo iudicare conſueuit, præſentibus officialibus ſuis & partibus, vel altera contumaciter abſente dicatur publice excommunicatus: ſed ex qualitate fori, multitudine, ſcilicet vel paucitate officialiū & aſtantium, dicatur publica, vel nō publica: ita ꝙ in hoc veritas rei ponderetur, [2] vt quo ad hunc caſum uideamus an præſumantur ſepelientes ſcire, vel ſaltem ſit caſus quo ſit eis imputandū ſi ignorarūt qđ publice ſciebatur, 12. q 2. qui & humanis aliàs poſſet eſſe occultus: licet ꝑ iudicē in bāco corā duob. vel tribus fuerit promulgata. facit in Authen. de litig §. omnē uero coll 8. ad hoc mouet mēs & iō iuris præponderāda verbis: [3] & qđ alleg. ibi in gl. nō probat, vt ibi dixi & ultra iura, quæ cōiter allegantur de do. & contu. c ſi. de eo q mit. in poſſ. c. fin. de cle. non reſi. ex tuæ. ff. de inſti. ſed & ſi. §. 1. & 2. bene facit cle. ſ. de elect. c. cauſam. § verum & facit ſ. de iud. diſpendioſam. de foro comp quamuis. facit quod no. Compoſt. de conſuet. cū dilectus. quod ſcripſi, de elect. illa in glo. magna circa fin. Et per hoc quod dicit, publice, dico ꝙ ſi eſſet occultus dato ꝙ ſepeliens ſciret, nō eſt locus huic pœnę. An uero ſit locus excōicationi minori, no. de priu. ad hæc. in glo. 1. additur autem hic pœna ad pœnā, quam ſtatuit decre. epiſcoporū. de priuil. lib. 6. quæ per hanc ſublata non eſt.

h ¶ Nominatim.] concor. de priuileg. cum & plantare. § excommunicatos & uide quod ibi no. ad idem. eo. ti. ſi priuilegia. de præb. in Lateraū. de cle. excom. propoſuit & eſt ſimile ſupra ea. compila de ui. & hon. cle c. 1. & per hanc litteram & prędictas ſimiles uidetur, ꝙ poſſit in cœmeterio ſepeliri interdictus non nominatum, dummodo locus interdictus non ſit.

i ¶ Interdictos.] videtur ſufficere, ꝙ interdictū ſit tale, ꝙ priuet ſepultura, vt in caſu. de ſent. exc. is cui. 2. reſ. li. 6. facit quod ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. hoc e. ti. ſacris.

[Glo.

Sepeliri nō poſſūt mortui tempore interdicti, etiam in quatuor magnis feſtiuitatibus.

Excōicatus per iudicē in loco iudiciali, an dicatur publice excōicatus.

[2] Placet Petr. de Anch. & Imo. qui mihi uidentur probare glo. ubi eſt imponenda pœna: ſed alias in iudicio excōicatus, dicetur publice excōicatus. Fon.

[3] Facit glo. Zen. in extrauag. execrabilis. §. ſtatuimus. I verbo, immiſcere. F.

[1] Vide B. Thomam in quæſtionib. additis ad 3. p. q. 17. ar. 1. 2. & 3.

[Glo. ſeq. remittit, excipit, determinat, id declarans.

a ¶ Manifeſtos.] qui ſint manifeſti, not. de vſu. c. 1. & 2. in prin lib 6 & intelligas niſi cautū ſit de reſtituendo, vt ibi. & puto ſufficere quo ad ſepulturam: nō dico quo ad validandum ipſius teſtamentum, ꝙ caueatur poſt mortem, [1] quod verum intelligo in illo qui iuſſit ſatisfieri de vſuris: aliàs enim nō ſufficeret cautio hęredū, cum deceſſerit in peccato. de vſur. quia in omnibus. & hoc probat littera illius decre. quamquā. de vſur lib 6. in prin. & ſi 1 rū. accumulat autem hæc pœna ad pœnam prædictā Lateran. concilij, quæ adhuc hodie locum habet, cum expreſſe ſublata non ſit.

1 Secus ergo ſi ante mortem. nō obſtat. l. filius. & l. eius. ff. de teſta. immo idē ſi poſt mortem, vt voluit Ioā. Andr. in c. quāquam. de vſu. li. 6. in col. ſi ad fi. quāquā Imo hic neget ibi hoc dici per Io. And. Font.

b ¶ Scienter.] requirit ergo ſentētiā hęc excōmunicatio. concord de ſen. excom. ſignificauit. & c cum deſideres, & de hęre. c. 2. in prin. lib. 6.

vel vſurarios manifeſtos [a] ſcienter [b] ſepelire [c] præſumunt: Decernimus ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacere: [d] à qua nullatenus abſoluantur, niſi prius [e] ad arbitrium diœceſani epiſcopi eis, [f] quibus per præmiſſa fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem: nullo eis [g] circa præmiſſa exemptionis, vel quouis alio priuilegio [h] ſub quacunque forma [i] verborum conceſſo aliqualiter ſuffragante.

[Gl ſeq declarari petit quinque dubia, circa quę ponit nouem modos quibus iura loquuntur: inducit tres rationes pro, & vnam contra.]

c ¶ Sepelire.] hic occurrunt dubia, quæ principis declarationem pluſquam gloſſantis opinionem expoſcunt: ſcilicet an portantes ad ſepulturam, qui tñ non ſepeliunt, ſint excommunicati. Item quæritur de concomitantibus funus. Item de fodientibus, fabricantibus, vel aperientibus ſepulchrum. Item de prælatis, clericis, vel miniſtris eccleſiarum, in quarum cœmeterijs ſepeliuntur, qui id non prohibent, vel patiuntur. Item de ijs clericis vel laicis, qui portant cereos, cruces, & ſimilia. Et circa hoc aduertendum, ꝙ quandoq; iura prohibent in cęmeterio ſepeliri, vt hic, & de priui. ad hæc. de ſent. excom. is cui. 2. reſpon lib 6 quandoq; in cęmeterio tumulari, eo. tit. ſacris. Quandoq; ſepulturæ tradi de vſu. quia in omnibus. de hęre. c. 2. 1. reſpon. lib 6. Quandoq; ad ſepulturam admitti. de vſur. quāquam, lib 6 & eo lib. de priuileg. epiſcoporum. Quandoq; ſepulturę clericos intereſſe. de rap. ſuper eo. Quādoq; corpora cū pſalmis ad ſepulturam duci. 23. q. 5. placuit. Quandoq; iubent ſepultura carere de tornea. c. 1. de pęni. & remiſ. omnis. Quandoq; præcipiunt extra cœmeterium ſubterrari. de ſta. mo. cum ad monaſterium. Quandoq; permittunt cum ſilentio tumulari. de pęnit. & remiſ. quod in te Cum ergo hic puniat ſepelientem, non admittētem, intereſſentem, vel cooperātem (ſepelire autem eſt mortuum humo vel tumulo cōdere) videretur ſolus humo vel tumulo corpus imponētes ligatos eſſe facit pro hoc æquitas, ne ex vnius funere multitudo ligetur. Item conſtat quòd portantes, & concomitantes, vel fabricantes, ſi non ſequeretur talis ſepelitio, excommunicati non eſſent. In contrarium eſſet hæc conſtitutio ludibrio, ſi vnus ſolus ribaldus vel ſeruiens, per quem poterit id expediri, ligari dicatur, reliquis vſitatis pompoſe & ſolemniter expeditis.

Sepultura vario modo à iurib⁹ inhibetur.

Sepelire, eſt mortuū humo vel tumulo condere.

[Gloſſa ſequens remittit, dubium ſoluit, remittit etiam de quæſtione, & de ipſius dubio incidenti quod ſoluit.]

d ¶ Subiacere.] alios caſus ꝗbus quis ipſo facto excōicatur per has cle vide not. ĩ. de ſen excom. c. 1 hanc autē pęnam locum habere non puto in alijs caſibus quibus denegatur ſepultura: quos habes not. eo. tit. ex parte. de ſta. mo. c. 2. & c. cum ad monaſterium. Quid de illo qui ſepelijt manifeſtum vſurarium, excommunicatum publice, nominatim interdictum, & tempore interdicti: nunquid vna vel quadrupli excommunicatione ligabitur ex hoc facto; vide de hoc plene quod ſcripſi in quæſtione Gualterij; ſiue tamen vna ſola, ſiue pluribus ſentētijs ex his diuerſis cauſis, quarū quælibet per ſe ſufficiat, excommunicatus dicatur: planum eſt, ꝙ de omnibus debe; ſatisfacere, & ab omnibus abſolui. de quo ſatis no. de offic. ord. ex parte. de ſen. excō. cum pro cauſa.

Excōicatio an multiplicetur multiplicato delicto.

¶ Idem in eodem.

¶ *Pars, quæ titulum reſpicit, hoc intendit: Prædicatores, & Minores in locis ſuis libere ſepeliunt illos, qui hoc libere elegerint. De funeralibus tamen, & quibuſcunque obuentionibus, & relictis, etiam de quibus aliàs non debetur canonica, quartam, & non vltra ſoluent eccleſiæ parochiali. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. II.

DV-

e ¶ Niſi prius.] concord. cle. ĩ de ſequeſ. poſ. c. vnico & vide quod ibi not. Ioan. And.

[Glo ſeq ſucceſſiue de duobus quęrit, & ſoluit. ponit duo dicta Inn. & Hoſtiē. & ſecundum determinat.]

f ¶ Eis quibus.] ſed qui ſunt hi? forte intellexit de ijs, quorū fauore fuerant latæ ſentētiæ excōicationis, vel interdicti in loca vel perſonas quo ad vſurarios illos, quibus fieri debebat reſtitutio: ſi qua etiā violentia in his fuiſſet illata clericis vel miniſtris illis etiam fiet ſatisfactio. Item ſi illorū corpora vel oſſa diſcerni poſſunt, exhumanda ſunt. eo. tit. ſacris, & hoc in vltimis tribus caſibus. Sed quid de primo? Dic, ꝙ ſi ille fuit pęnitens, licet non debuerit ſepeliri, tñ non exhumabitur, ſaltem poſt relaxatum interdictū, vt not. de ſent. excom. ſi ciuitas. in glo pen. lib. 6. & not. Inno. & Hoſt. in decr. vlt. de exceſ. prælat. ad fi. & facit qđ not. de ſen. exco. à nobis. 2. in glo. pen. not etiā Inno & Hoſt. in prædi. decre. vlt. ꝙ pęnitens qui ſepultus non fuit in cœmeterio ꝑꝑ interdictum, relaxato interdicto debet in cœmeterio ſepeliri. Inno. alleg de ſen excom. cū illorū. & Hoſt. in prædi. decr. à nobis. & dicūt, ꝙ ex quo pęnitens eſt mortuus: mortuaria ab eo licite recipi poſſunt: cū ꝓ ipſo ſit orandum. alleg. 11. q. 3. quæcunq; ſecus ſi non fuiſſet pęnitēs. 88. diſt. c. ſi. & vide quod poſt eos dixi de ſen excō. cum voluntate. ſi intelligas de mortuarijs, quæ ipſe pęnitens de loco interdicto reliquit in morte, verum puto. Idē ſi intelligas de mortuarijs, ꝗ poſtea darētur cū funere ſepulto in cœmeterio poſt relaxatū interdictū. De funeralibus vero, quę darentur cum funere ſepulto de facto tempore interdicti, non puto clericos licite recipere poſſe: quia viderentur participare delicto.

Sepultus in cœmeterio tpe interdicti, an debeat exhumari.

g ¶ Eis.] ſic ſepelientibus.

h ¶ Priuilegio.] Vt ſi priuilegiati eſſent contra decr. 1. de priuileg. lib 6.

i ¶ Quacunq; forma.] arg. ꝙ generalia, & derogatoria verba ſufficiāt. facit de hære. ſicut. ĩ cap. proxi. ver. nos etenim & per Dinum de reg. iur. quod ſemel. lib 6.

DVdum.] Prȩſupponendum eſt, ꝙ facultas prædicādi verbū Dei pertinet ſolis ep̄is, & rectoribus parochialium eccleſiarum de iure cōi. Item facultas audiendi confeſſiones, iniungendi pęnitentias, & abſoluēdi, de iure cōi pertinet ep̄is, & archiep̄is, & rectoribus parochialium eccleſiarum. Item facultas funerandi, i. ſepeliēdi, pertinet ſolis rectoribus parochialium: & nō pertinet monaſterijs, niſi reſpectu ſuorū fratrum. Item prȩſuppone, ꝙ Minores, & Prædicatores fuerunt priuilegiati in iſtis tribus: quod priuilegium fuit eis conceſſum multum large: poſtea fuit caſſatū huiuſmodi priuilegiū: & tunc quia erāt magnę diſcordiæ, ideo huiuſ

dum [a] † à Bonifacio Papa octauo prædeceſſore noſtro infraſcripta edita decretali, Benedictus Papa vndecimus prædeceſſor noſter aliam [b] illius reuocatoriam promulgauit: quæ quia (vt probauit effectus) nedum [c] pacis ab auctore [d] ipſius ſperatæ fructum non attulit, quinimo diſcordiæ, pro qua ſedanda proceſſerat, fomentum [e] non modicum miniſtrauit: [f] Nos eã omnino [g] caſſantes, aliam à præfato Bonifacio editam ſacro inſtante [h] & approbante concilio innouamus: ſubijcientes tenorem [i] illius, qui dignoſcitur eſſe talis: Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. [k] Super cathedram [l]

† An hæc Clem. comprehẽdat alios religioſos Mendicantes, vel non Mẽdicantes, præter cõprehẽſos, ſeu nominatos in ea, vide omnino ꝑ glo. in c. quæ à iure. de regu. iu. li. 6.

mod. prædicandi facultas eis fuit data, videlicet ꝙ ipſi poſſent prædicare in ſuis domibus, & alijs locis publicis, niſi epiſcopus vellet prædicare, vel prædicari facere quia tunc ipſi ceſſant. Quantũ ad ſecundam facultatẽ ipſi Minores, & Prędicatores petãt licẽtiã pro audiẽdis confeſſionibus ab ipſis epiſcopis: & licentia obtenta, eligant ex fratribus idoneiores ad confeſſiones audiendas, & abſoluant à peccatis, niſi à caſibus ep̃alibus: tamen abſoluere poſſunt à caſibus ep̃alibus, ſi ſibi fuerit permiſſũ ab epiſcopo. Quantum ad tertiã facultatem ipſi Minores, & Prædicatores poſſunt ſepelire corpora mortuorum, dumtamen ſoluant quartam vel legitimam rectori eccleſiæ parochialis. Item ipſi non debẽt procurare, ꝙ aliqui eligant ſepulturã in domibus ipſorum, vt faciant eis donationes inter viuos, quas fecerẽt inter mortuos, aliàs ipſi rectores habebũt quartã ſiue legitimam, ac ſi illi feciſſent donationẽ in morte. hoc intendit totum iſtud magnum capitulũ. Not ꝙ de iure communi officiciũ prædicandi ſpectat ad epiſcopos, & rectores parochialium: tamen etiã ex ſpeciali priuilegio poteſt competere alijs. & non extenditur iſtud priuilegium ad alios Mendicantes, cum ſit odioſum: ſed crederem, ꝙ alij Mendicantes etiam haberẽt ſimile ſed illud non eſt clauſum in corpore iuris: ideo ſi eis moueretur quæſtio, ipſi tenerentur probare. Not ꝙ prædicatores, & Minores ſolum habent facultatẽ prædicãdi in ſuis domibus, & locis publicis. Not. ꝙ parochianus dimiſſo proprio curato põt fratribus priuilegiatis confiteri: nec tenetur petere licẽtiam à ſuo proprio curato licet eſſet ſibi meritoriũ, ſi peteret ꝑꝑ bonum obediẽtiæ. Not. formam quam debet quis obſeruare in cõfeſſionibus audiendis: quia primo debet audire confeſſionem: deinde pęnitẽtiã iniungere, & poſtea abſoluere. Et ſi confitens ſit excommunicatus, tunc presbyter debet illum abſoluere ab excommunicatione. Not. ꝙ iſti Prædicatores, & Minores eandem habent poteſtatẽ, q̃ habent rectores parochiarum. Item nota, ꝙ ipſi hñt ius liberæ ſepulturæ. Et dicunt doctores, quod ſi cõſuetudo ſit quòd primo portetur corpus ad eccleſiam parochialẽ: & ibi rector ſeu curatus liberet eis illud corpus, & illa conſuetudo eſt ſeruanda: ſed aliàs ipſi Mendicantes poſſunt proceſſionaliter ire ad domũ defũcti, & portare corpus: licet glo. teneat contrariũ: quia in hoc nõ approbatur. Not. de verbo, innouamus. quod exponit Lau. ideſt, reſtituimus: quia fuerat reuocata. de reſcri. quamuis, lib. 6. q. 3. §. notandum. & dicit Lau. ꝙ innouare nihil aliud eſt niſi canones, qui in deſuetudinem abierant reparare. 18. diſt. propter. Not. ibi, [Bonifacius.] ꝙ conſtitutiones fiunt ad perpetuã memoriã, pro quo etiam fiunt inſtrumenta, & ſcripturæ aliæ: & ſic recipiuntur teſtes & publicantur. 1. q. 7. ſaluberrimum. Zabar. Not. quòd quæſtio erat inter rectores, & clericos ex vna parte, & iſtos fratres ex altera. Ex hoc colligit Paulus, ꝙ nedum ſacerdos, ſed clericus habeat partem oblationum & funeraliũ. ad hoc de fil. presby. c. propoſuit. & c. ex parte, quod ſatis vr̃ verum ſecundũ eum: niſi conſuetudo vel ſtatutum aliud inducat. de verb. ſig. cum inter. In contrarium tamen facit littera ĩ. in verſi. verum. ibi, [Sacerdotibus & eccleſiarum rectoribus,] &c. Soluit, ꝙ illud non excludit portionem clerici, ſi eſt in eccleſia cauſa iuuandi ſacerdotem, qui ſine clerico celebrare, & alia ſimilia facere non poteſt.

de conſec. diſtin. 1. iubemus. & de vita, & hone. cleri. vt quiſquis. Not. in ver. [Hora illa dumtaxat.] &c. ꝙ in concurſu prædicationis præferuntur prȩlati iſtis fratribus: habent enim prælati in hoc ius potentius, vtpote ordinarium, & ius commmune: fratres autem extraordinarium, & priuilegium: ſed in concurſu talium fortius eſt ius commune, quàm ſingulare, & ordinarium auxiliũ quam extraordinarium, vt l. eius militis. §. ſi militia. ff. de teſt. mil. & l. in cauſæ, ff. de min. §. cauſa. Et potentior eſt cauſa naturalis quam accidentalis, vt l. qui habent. ff. de tute. & l. libertus. § præſcriptio. ff. ad municip. Petrus. de Anch.

[Gloſſ. prima diuidit, & ſubdiuidit, & docet quid vnaquæque pars faciat: & ſummat partem, quæ titulum recipit.]

a ¶ Dudum.] duæ ſunt principales partes: in prima procemium Clementis innouans in concilio conſtitutionem Bonifacij, & caſſans reuocatoriam Benedicti: in ſecunda conſtitutio ibi, [Bonifacius.] quæ ſubdiuidit in titulum & conſtitutionem, ibi: [Super cathedram.] quæ conſtitutio præmittit exordium: in quo dicit ſe vigilẽ circa ſcandala cleri tollenda. Secunda ibi: [Ab olim,] narrans diſcordiam Prædicatorum, & minorũ cum clero ſuper prædicationibus, confeſſionibus, & ſepulturis Primo prouidet circa prædicationes Secundo ibi: [Statuimus.] circa confeſſiones. Tertio ibi: [Huiuſmodi.] circa ſepulturas. Quarto ibi: [Nos etenim.] reuocat priuilegia, ꝯſuetudines, ſtatuta, & pacta cõtraria. Quinto ibi: [Cæterum.] hortatur & præcipit prędictos ordines, & profeſſores ipſorum per clerum benigne tractari: & contrafacientibus comminatur. Et pars, quæ titulũ reſpicit hoc intendit: Prædicatores, & Minores in locis ſuis libere ſepeliũt illos, qui hoc elegerint. De funeralibus tamen, & quibuſcunque obuentionibus, & relictis etiam, de quibus aliàs nõ debetur canonica, quartam & non vltra ſoluent eccleſiæ parochiali.

b ¶ Aliam.] quæ incipiebat: inter cunctos.

c ¶ Nedum.] non attulit fructum, quod eſt infra.

d ¶ Ab auctore.] Benedicto.

e ¶ Fomentum.] ideſt, nutrimentum.

f ¶ Miniſtrauit.] ſimile de ætate, & qualitate, [illegible] aures.

g ¶ Omnino.] ſimile de immu. eccl. quoniam.

[Gloſſa ſequens allegat x. iura huius conſtitutionis præter iſtud, per quæ derogatur priuilegijs vel exemptionibus.]

h ¶ Inſtante.] Multotiens dixi, quòd concilia fieri priuilegiatis, vel exemptis non expedit. quod collige ex hoc Viennen. concilio hic, & ſupra cap. proxi. & ſu tit. prox. cap. vnico. & ſupra de ſupplen. negli. prælat. quia regulares. de ſtat. reg. attendentes. de religio. dom. quia contingit. de iure patr. vt conſtitutio. de priuileg. religioſi. & cap. archiepiſcopi. de pœni. & remi. abuſionibus. de ſent. excom. cap. 1.

i ¶ Tenorem.] ſimile de confirma. vti. vel inuti. cap. penultimo.

k ¶ Memoriam.] vide quod not. de re iudi. ad Apoſtolicæ. in 1. glo. lib. 6.

l ¶ Cathedram.] ſecũdum Hug. Græcum eſt, & ponitur probata vel excelſa ſede iudicis præcedentis: & cõponitur à chatos, quod eſt ſedes, & edra, quod eſt ſpõda, quaſi ſpondata ſedes, ponitur etiam pro ſede doctoris, vnde in Græciſmo;

Rex

præeminentiæ paſtoralis diuina diſponente clementia conſtituti: etſi [a] multis & arduis, quæ in amplum Romanæ curiæ alueum [b] vndique confluunt [c] quaſi torrens, [d] prægrauemur negotijs, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur; circa id tamen feruentibus † votis intendimus, vacamus inſtantius [e] ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impartimur, vt ad diuini nominis † gloriam, exaltionem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præciſis radicitus [f] diſſidiorum vepribus, [g] & litigiorum anfractibus [h] omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites [i] ad curam, & regimen gregis Dominici deputatos, cæteraſq; perſonas, quas ordo clericalis includit, [k] pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet, [l] inualeſcat [m] concordiæ vnitas, † animorum identitas perſeueret: Scimus enim & ex euidentia [n] facti colligimus, quòd non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quòd diſſenſiones, & ſcandala prauis actibus [o] aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent. [p]

¶ Ab olim ſiquidem inter prælatos, & rectores, ſeu ſacerdotes ac clericos parochialium eccleſiarum per diuerſas mundi prouincias conſtitutos ex vna parte, & Prædicatorum, & Minorum ordinum fratres ex altera (pacis æmulo, [q] ſatore † zizaniæ [s] procurante) grauis, & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata, ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipſorum eccleſias ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam.

¶ Nos autem (pij patris [t] more laudabili) moleſte ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ [u] conſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſollicite reuoluentes, quàm ſit plena periculis, [x] quàm onuſta [y] diſpendijs, quamque in diuinæ maieſtatis conſpectu reddatur exoſa [z] diſcordia ſupradicta: Et propterea intendentes paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimode ſubmouere, nullis vmquam futuris tēporibus fauente † Domino ſuſcitandam: grandi quoque deſiderio cupientes, vt huiuſmodi negotium quod potiſſime inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem [a] & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ [b] ſtudium conſequatur, diligenti cum fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem [c] Dei, & exaltationem catholicæ fidei, quietum ſtatum partium prædictarum, ac ſalutis animarum fidelium incrementum, de † ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica: ſtatuimus & ordinamus, vt dictorum ordinum fratres in eccleſijs, & locis [d] eorum, ac in plateis communibus [e] libere valeant clero, & populo prædicare, [f] ac proponere ver-

Clement.

Rex ſolium, doctor cathedram, iudexq; tribunal
Poſſidet, ac ſedem præſul: prætorq; curule.
Quaſi curule: quia ferebantur in curru. De hac cathedra iudicantis, & docentis 40.diſt. multi.

[a] ¶ Etſi.] pro quamuis.

[b] ¶ Alueum.] Alueus dicitur venter fluuiorum. dicitur ēt vas factū ad modum aluei fluuij, in quo lauantur pedes, carnes, & olera: & dicitur ab aluo, quod eſt quoddam ventris receptaculum recipiens cibum.

[c] ¶ Confluunt.] 2. q 6. c. 2. cum ſeptem cap. ſeq.

[d] ¶ Torrens.] dicitur fluuius, vel aqua veniens cum impetu in imbre, quæ in æſtate torreſcit, ideſt areſcit.

[e] ¶ Inſtantius.] nota, quòd habens ad multa intendere, ad id quod eſt grauius dēt manum apponere: ſicut iuris præſumptione, qui vult ſe liberare, ſoluendo ſe liberat ab eo, quod eſt grauius, ff. & C de ſolutio leg. 1. ſecūdum Io Monac.

[f] ¶ Radicitus.] fruſtra ramos conatur incidere, qui radicē non euellit. de pœni. diſt. 2. quia radix.

[g] ¶ Vepribus.] vepres dicuntur ſpinæ quæ vi præhendunt, & lacerant carnes & veſtes.

[h] ¶ Anfractibus.] ſic dicti: quia vndique frangunt, & dūr viæ aſperæ plenæ diuerticulis circunfractionibus, & ruinis. & habetur idem verbū de elect. quorundam. lib. 6.

[i] ¶ Antiſtites.] hi ſolent dici epiſcopi quaſi ante alios ſtantes.

[k] ¶ Includit.] 12. q. 2. duo ſunt. de ætate & qual. cum contingat.

[l] ¶ Exæſtuet.] quaſi ferueat, bulliat, vel caleſcat.

[m] ¶ Inualeſcat.] quaſi ualde valeat, creſcat, & abundet.

[n] ¶ Ex euidentia.] de electio. quàm ſit. in princ. lib. 6.

[o] ¶ Actibus.] Eccleſiaſt. 28. abſtine te à lite, & minues peccata.

[p] ¶ Præbent.] concor. C. de iudi. procurandum. in princ.

[q] ¶ Æmulo.] concord. procæ. compilat. Gregor. de hoc ver. nota. 43. diſtinctio. ſcimus; & facit 16. quæſtio. ſecunda, cap. primo, poſt principium.

[r] ¶ Satore.] ideſt, ſeminatore.

[s] ¶ Zizaniæ.] ſeges vel herba peruerſa, ſcilicet lolium. 56. diſtinct. naſci. 24. quæſtio prima, quoniam. Et quandoque ponitur pro ſorde omnium ſegetum. huic litteræ concor. de electio. licet.

[t] ¶ Patris.] qui habet quærere conſilium pro liberis, ff. de adulter. nec in ea. in fi. Io. Mona.

[u] ¶ Exactæ.] quaſi exquiſitæ. C. manda. in re mandata. Io. Monac.

[x] ¶ Periculis.] dictis à pereo peris.

[y] ¶ Onuſta.] quaſi onerata. de electio. vbi periculum, in princ. lib. 6.

[z] ¶ Exoſa.] ideſt, perfecte odioſa.

[a] ¶ Salubrem.] quaſi ſalutis vberem.

[b] ¶ Solertiæ.] vide quod dixi. ī ea. compil. de offic. deleg. c. vnico.

[c] ¶ Ad honorem.] ſimile de vſu pal. cap. ad honorem.

[d] ¶ Locis eorum.] quicquid eſt intra ſepta vel ambitum, etiam in pratis, vel hortis, vel alijs ſpatijs, videtur includere.

[e] ¶ Communibus.] in priuatis ergo ſecus.

[f] ¶ Prædicare.] etiam tempore interdicti. de ſententia excommunica. 1. reſponſo.

† al. frequentibus.

† al. numinis.

† al. & animorū, &c.

† al. ſatoreque.

† al. ita: [illegible] ctore domino.

† al. ita: de fratrum noſtrorū. conſilio, &c.

† Id eſt publicis, & iō ait Petr. de Anc Papa ſine aliorum præiudicio de eis diſponit argu. l. ſi cut locus, §. fi. ff quemadmodū ſerui. amitt. ex quo ego infero, ꝙ Papa pōt diſponere aliquid faciendum in re dñi temporalis fauore fidei. Font.

bum [a] Dei hora illa dũtaxat excepta, in qua locorũ prælati [b] prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prædicari, in qua [c] prædicare ceſſabunt: præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit ac licentia ſpeciali. In ſtudijs autem generalibus, [d] vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent diebus illis, quibus prædicari ſolemniter cõſueuit, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorundem fratrum poſſunt ijdem fratres, & liceat eis libere prædicare: † niſi [e] forte illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, epiſcopus vel prælatus ſuperior [f] clerum ad ſe generaliter [g] conuocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſa vrgente clerum ipſum duceret congregandum. In eccleſijs [h] autẽ parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel † debeant prædicare, vel proponere verbum Dei: niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibus [i] inuitati † fuerint vel vocati, & de ipſorum beneplacito, & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit, & obtenta: niſi epiſcopus vel prȩlatus ſuperior per eoſdẽ fratres prȩdicari mandaret. ¶ Statuimus [k] etiã & ordinamus auctoritate prædicta, vt in ſingulis ciuitatibus, & diœceſibus, in quibus loca fratrum ipſorum conſiſtere dignoſcuntur, vel in ciuitatibus, & diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca huiuſmodi non habentur, [l] Magiſtri † Priores prouinciales Prædicatorum aut eorum vicarij: & Generales † & prouinciales Miniſtri, & cuſtodes [m] Minorum, & ordinum prædictorum, ad prȩſentiam prælatorum [n] eorundem locorum ſe conferant, per ſe vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres, qui ad hoc electi fuerint in eorum ciuitatibus, & diœceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volẽtiũ audire [o] libere valeant, & huiuſmodi confitentibus (prout ſecundum Deum expedire cognouerint) pȩnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundẽ: Ac deinde [p] præfati magiſtri, priores, prouinciales, & miniſtri [q] ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes, [r] idoneas, vita probatas, [s] diſcretas, modeſtas atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium & officium [t] exequendum: quas ſic ab ipſis electas reprȩſentent, vel faciant præſentari [u] prælatis, vt

a ¶ Verbum Dei.] de offi. ordi. inter cætera. in princ.

Prælati nomine, non venit rector eccleſiæ.

b ¶ Prælati.] iure communi vel conſuetudinario. ſecundum Io. Mo. qui dicit rectorem eccleſiæ non contineri nomine prælati, cum ſupra, ſit expreſſus poſt prælatum in ver. ab olim. de vicario tamen dicit idẽ quod de prælato: quia q̃d per ſe nõ poſſunt ordinarij, per alios faciunt. de offi. ordi. inter cætera. & eo. tit. ſi epiſcopus. lib. 6.

c ¶ In qua.] hora.

d ¶ Generalibus.] i. locis habentibus ſtudium ex priuilegio, vel conſuetudine: cuius initij non ſit memoria. de cle. nõ reſi. tuæ. infra de priui. capitu. 2. lib. 6. & in proœmio digeſtorum §. hæc autem tria.

e ¶ Niſi.] à primo dicto huius ver. excipit, non à duobus ſequentibus, quod ſatis verba demonſtrant.

f ¶ Superior.] non reſpectu epĩ, de quo præmiſit, ſed clerici, cui ſupereſt de conſuetudine vel priuilegio, ſecundum Io. Monac.

† Supplex Zenz. extra monaſteria & loca ſua, vt verba operẽtur aliquid vltra præcedẽtia. de verb. ſig. Abb. Font.

g ¶ Generaliter.] ſecus ergo vbi ſpecialiter vocaret prælatos, doctores vel huius ſimiles.

h ¶ Eccleſijs.] nec ipſarum capellis vel cœmeterijs, de ſen. excom. ſi ciuitas. lib. 6. ſecundũ Io. Mo. ſecundum quem no ꝙ in ver. præceden. permittitur his prædicare cum certa modificatione: hic prohibetur niſi certis caſibus: quare cum de iure communi illis prȩdicare non competat, ſed ſolum prælatis, & curatis infra §. huiuſmodi. reputat iſtis omnem locum interdictum. qui non reperitur hic permiſſus.

† al. nec debeant.

† In quodã manuſcripto ita: inuitati fuerit, vel vocati fortaſſis extiterint, aut de ipſorum beneplacito, &c.

i ¶ Sacerdotibus.] puto ſufficere ſi iſti ſunt vicarij perpetui, cum ad eos ſpectet cura. de offic. vica. c. ſi. de præb. ſuper eo. lib. 6. & idem puto in temporalibus datis in caſu licito auctoritate epiſcopi, vt de elect. cum ex eo. lib. 6.

[Gloſſa ſequens ſubdiuidit.]

k ¶ Statuimus.] ſecundus articulus confeſſionum circa quas prouidet, primo, de licentia petenda. ſecundo de confeſſoribus eligendis, & præſentandis, ibi: [Ac deinde.] tertio limitat locum, & numerum: ibi, [extra ciuitates.] quarto prouidet quando licẽtia datur, & electi acceptantur, & quod non acceptantur ibi; [Et ſi ijdẽ.] quinto, quando denegatur licentia, dat gratiam cum certo moderamine, ibi: [Si vero:]

l ¶ Non habentur.] dato ergo, ꝙ fratres non haberent locum Mutinæ, poſſent tamen prælati de quibus ſequitur ab epiſcopo Mutinenſi petere q̃d ſequitur, & pro ipſa diœceſi electionem facere.

† al. Magiſter.

m ¶ Cuſtodes.] priores ergo conuentuales quo ad Prædicatores, & Guardiani quo ad Minores hoc non poſſunt.

† al. Generalis Miniſter.

n ¶ Prælatorũ.] ſcilicet epiſcoporũ, & ſuperiorum, de quibus prȩmiſit, & patet hoc infra. ibi, in eorum ciuitatibus, &c.

Pȩnitentiæ Impoſitio abſolutionem præcedere debet.

o ¶ Audire.] Nota huncordinem, † vt primo audiatur confeſſio, ſecundo imponatur pȩnitentia: tertio fiat abſolutio. nõ ergo præcedat abſolutio impoſitionem pœnitentiæ, vt ſic abſolutionem præcedat cordis contritio, oris confeſſio, operis ſatisfactio, ſaltem affectu.

† Vide textum & notata ibi: in hac editione in c. vlt. de cẽſib. li. 6. vbi refellitur hæc glo.

p ¶ Deinde.] ergo non prius: non tamẽ eſt neceſſe, quod talem licentiam habeat: ſed ſatis eſt, ꝙ petant quo ad hoc, vt eligere poſſint.

q ¶ Miniſtri.] ſcilicet generales vel prouinciales. Et nota, quia de vicarijs Priorum prouincialium, & de cuſtodibus non repetit, de quibus præmiſerat. licet ergo illi petitionem poſſint facere, de qua præmiſit, non tamen electionem. de qua hic loquitur.

r ¶ Sufficientes.] ſex qualitates exprimit Io. Mo.

Probati, & non probandi ſunt eligendi.

s ¶ Probatas.] Beatus Bernardus ad Eugeniũ; Probatos oportet eligi, nõ probãdos. & facit de prȩb. in Lateranẽ. in fi.

t ¶ Officium.] quod eſt ars artium. de æta. & qualit. ca. cum ſit. Io. Mo.

Præſens dr̃ q̃ præbetur ſenſibus.

u ¶ Præſentari.] perſonalis ergo præſentatio fieri debet. Nam dicitur præſens qui præbetur ſenſibus corporis.

poris. facit ff. de verbor. obligat. l. 1. in princ.

[Glo. ſeq. arguit iſtos curatos: tenet contrarium, & rationem reddit.]

a ¶ Impendant.] cum determinatione, quæ habetur ĩ. ver. per huiuſmodi. & licet iſta ſint de cura animarum, & articulus præcedẽs & ſubſequens: per quod videretur iſtos eſſe curatos ſaltem in tanto, vel ex delegata poteſtate, vt hic: ordinaria, vt ĩ. ver. ſi vero. Dicit finaliter Ioan. Monach. quòd iſti non ſunt † curati: quod etiam ſecundum cum eſſet quo ad fratres Minores cõtra conſtitutionem, exijt, de verbor. ſig. lib. 6. ſit ratio: quia nec ipſi adſtricti ſunt ad executionem vel exercitium iſtorum actuum: nec fideles ſunt adſtricti, vt in his ad eos recurrant: & ſic licet ex priuilegio huius perpetuæ cõſtitutionis hoc poſſint, nõ per hoc ſunt cenſendi curati.

† Ex hac glo. cognoſces qñ beneficium dicatur curatum. Pan in c. de multa. de præb. F.

de eorum licentia gratia, & beneplacito in ciuitatibus, & diœceſibus eorundem huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant imponant pœnitentias ſalutares, & beneficium abſolutionis [in poſterum †] impendant,[a] prout ſuperius eſt expreſſum: extra ciuitates, & diœceſes, in quibus fuerint deputatæ: per quas eas volumus, & non per prouincias deputari,[b] confeſſiones nullatenus audituræ.[c] Numerus autem perſonarũ aſſumendarum ad huiuſmodi officium exercẽdum, eſſe debet prout † vniuerſitas cleri, & populi ac multitudo vel paucitas[d] exigit[e] eorundem. Et ſi ijdem prælati petitam licentiam confeſſionum huiuſmodi audiendarum conceſſerint:[f] illam præfati Magiſtri, Miniſtri, & alij cum gratiarum recipiant actione,[g] dictæque perſonæ ſic electæ cõmiſſum ſibi officium exequantur. Quòd ſi forte iam dicti prælati quemquam[h] ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad huiuſmodi officium nollent[i] habere vel non ducerent admittendum: eo amoto vel ſubtracto, loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentandus prælatis poſſit, & debeat alius ſurrogari.[k]

Si vero ijdem prælati præfatis fratribus ad confeſſiones (ut præmittitur) audiendas electis, huiuſmodi exhibere licentiam recuſarint:[l] nos exnunc ipſis vt confeſſiones ſibi confiteri volentiũ[m] libere[n] † liciteq; audire valeant, & eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impartiri[o] gratioſe concedimus[p] de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis.

Per huiuſmodi autem conceſſionẽ nequaquam intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatis, vel parochialibus ſacerdotibus eſt à iure conceſſa:[q]

† Hæ duæ dictiones: in poſterũ, deſunt in antiquioribus codicibus.

b ¶ Deputari.] ſimile de ſe. uſ ſicut olim.

[Glo ſeq. dubium ſoluit, & remittit.]

¶ Audituræ.] ſi nõ electus ſe ingerit, vel electus extra diœceſim, in qua deputatus eſt bona fide illi confeſſus, & ab illo abſolutus, tutus eſſet quo ad Deum. & vide quod no. de elect. dudum 2. in gloſſa, quia cum iã deſierit. & quod ibi ſcripſi.

† al. ita † prout vniuerſitas cleri & populi multitudo, vel paucitas exigit eorũdem.

d ¶ Paucitas.] ſimile de voto, ꝙ ſuper his. ver. quamuis 21. diſt. in nouo. in ſi.

[Glo. ſeq. notat, & quæſtionem ſoluit, & conſulit.]

e ¶ Exigit.] not. numerum præſidiorum deputari ſecundum quantitatem ſubiectorum. Simile de vi. & hone. cler. quoniam, cum ſuis concor. ſi autem contendit epiſcopus cum fratribus, dicens minorem numerum ſufficere: recipiat epiſcopus numerum de quo ſibi videtur, de reliquis recurrat ad arbitrium boni viri, à iudicis ff de verb. oblig. continuus. §. cum ita. ſecundum Ioan. Mo. qui dixit, quod caute forte faceret epiſcopus, ſi in principio cum concedit licentiam, taxaret numerum: liceret enim à principio quandoque quod non liceret ex poſtfacto. ff de pact. in traditionibus. C. de do. quæ ſub mo. l. 1 & l perfecta. facit de condi. oppoſ. verum.

Numerus ꝓſidentiũ ſecundũ quãtitatẽ ſubiectorum eſt deputãdus.

f ¶ Conceſſerint.] quam ſine cauſa reuocare non poſſent. de reg. iur. decet. lib. 6.

g ¶ Actione.] ſimile de cenſi cum Apoſtolus. ante medium. de immunita. eccl. aduerſus.

[Gl. ſeq arguit ad quæſtionem, & contrariũ ſoluit.]

h ¶ Quemquam.] videtur, ꝙ omnes refutati non poſſint: dic contra ſecundum Io. Mo. cum hoc verbũ, iuris æquipolleat vniuerſali: & extendatur in edictis prætorum. ff. vi bon. rap. prætor, § homines. ff de conſti. pecu. l. 1. §. 1. de neg. geſt. l. 1 §. 1 & 3. aliàs ſecundum eum fieri poſſet fraus conſtitutioni: quæ multa requirit in talibus fratribus. ſup. ver. ac deinde.

i ¶ Nollent.] factum & proprium motum, non cauſæ cognitionem denotat, ſecundum Io. Mon.

k ¶ Surrogari.] ſi nõ recipitur, ſed ex iuſta cauſa: quia non eſt qualis ſupra deſcribitur, ſibi imputẽt qui malum elegerunt, ſi ſine cauſa ſuccedit Papæ licentia, vt ſtatim ſequitur, ſecundum Io. Mon.

[Glo. ſeq. ſupplet tertium caſum.]

l ¶ Recuſarint.] ſi nõ recuſat expreſſe: ſed non dat vel negligit, videretur, quòd locũ haberet hoc priuilegium poſt trinam monitionem vel requiſitionem: per decre. 1. de ſuppl. negl. præla. & facit de app ab eo. lib. 6. & ĩ. ea compil. de app. quamuis.

m ¶ Volentiũ.] forte non intellexit de religioſis, qui ſecũdum ſuorum ordinum ſtatuta ſuis prælatis confiteri debent, vt etiam dicebat conſtitutio Benedicti.

† De hoc verbo, libere, vide Frãciſcũ de Aretio conſi. 76. incip. Diligenter. & Dec. conſi. 131 & in c. ſi pro debilitate. de offi. dele.

[Gl. ſeq notat contra opinionem.]

n ¶ Libere.] denotat ꝙ non eſt neceſſe licentiam ſacerdotis parochialis haberi. & eſt ſimile de præben. licet epiſcopus. lib. 6. cuius contrarium videtur hic velle Ioan. Monach.

[Glo. ſeq ſoluit dubium, reſpondens ad contrarium, & opi. ponit]

o ¶ Impartiri.] abſoluti ergo non habebunt neceſſe vlterius confiteri proprio † ſacerdoti: nec obſtat decre. omnis, in prin. de pœni. & remi. quę intelligitur de illo, qui alteri legitime confeſſus non eſt, vt dicebat Benedictus in conſtitutione, inter cunctas. Et vide quod ſcripſi poſt Hoſtien. in ca. omnis. ſuper verbo, proprio. huius tamen contrarium tenebat prolixe hic Ioan Mon. niſi cum iuſta cauſa ſubeſſet, non confitendo proprio ſacerdoti. Ioan. And.

† Et hæc ſnĩa eſt iam declarata ꝑ extrauagantem incip. Vas electionis hr in extrauag cõmun. tit. de hæret.

p ¶ Concedimus.] concor. ĩ. ea compil. de foro comp. quamuis §. volumus.

[Gl. ſeq. exponit, & remittit: quæſtionem ſoluit: ſolutionis obiectioni reſpondet]

q ¶ Conceſſa.] hoc intendit: ꝙ in caſibus epi reſeruatis poſſunt abſoluere: & qui ſint illi not. de pœni. & remiſ ſi epũs. lib. 6. & hic per Io Mo. & plene per Ho. in ſumma huius tit §. cui confitendum, in ſi 2. coll. Dicit autem hic Ioan Mo. ꝙ epiſcopus caſus de quibus ante hanc conſtitutionẽ poterant curati abſoluere, ſibi reſer

tiare poſſet hac conſtitutione non obſtante, quia licet fratres ſint exempti, parochiani non: allegat de priuileg. ex ore. e. tit. per exemptionem. lib. 6. Nec dicitur à iure conceſſum, quod iure reuocatum eſt. argu. ff. de diuor. l. diuortium. Item ſi poteſt arctare poteſtatem ordinariam curatorum, fortius hanc extraordinariam, ne idem ſub ditus cenſeatur diuerſi iuris quo ad curatos, & quo ad fratres. de priuileg. quia circa. ſit ergo ſenſus, quòd non abſoluat frater, quem nō abſoluit curatus. iſta igitur accidentalia, & de bene eſſe, non mutant ſubſtantialem, & ordinariā poteſtatem epiſcoporum. de hære. per hoc. lib. 6. Non obſtat ſi dicas, ꝙ hoc erit auferre vel decurtare priuilegium: quod fieri non poterit etiam indirecte. de priuileg. quanto. quia licitū eſt cuilibet facere quodlibet in re propria: dummodo non faciat animo iniuriādi, nec alicui faciat iniuriam, &c. de elect. cum eccleſia Vulterana. cū ſuis concord.

nisi forſan eis eccleſiarum prælati [a] vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter duceret faciendam.

¶ Huiuſmodi [b] quoque ſtatuto, & ordinationibus noſtris adijcimus, vt fratres dictorum ordinum in eccleſijs vel locis ſuis † vbilibet conſtitutis liberam (vt ſequitur) habeant ſepulturam: [c] videlicet quòd omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis & eccleſijs memoratis.

¶ Verum ne parochiales eccleſiæ, & ipſarum curati ſiue rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de iure cōpetere, prædicare, [d] ſeu proponere verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium debitis, & neceſſarijs beneficijs defraudentur, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur: [e] auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & ordinamus eadem, vt dictorum ordinū fratres de obuentionibus [f] omnibus, tam † funeralibus, [g] quàm quibuſcunque & quomodocumque relictis diſtincte vel indiſtincte, † ad quoſcunque certos vel determinatos vſus, de quibus etiam quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure, [h] necnon de datis [i] vel qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit [k] quomodocumque directe vel indirecte [l]

† al. eorum

a ¶ Prælati.] epiſcopi, & ſuperiores: vnde videmus, quòd hodie aliquibus ex illis concedunt caſus reſeruatos.

b ¶ Huiuſmodi quoque.] circa partē iſtam plures quæſtiones occurrunt quàm circa præcedentes: ratio patet, quia hic de lana, & lacte vel redditu agitur, ſed nō ibi. vidi autem, & habeo formā cuiuſdam litteræ, quæ dr̄ ab ipſo Bonifacio epiſcopo Moreñ. emanaſſe ad querelā cleri Moreñ. quæ quadā ex illis determinat, declarādo & iudicem dando in modū cōſeruatoris, quas infra ſubiungam, & rationes quas inducit, per iura probabo.

c ¶ Sepulturam.] quam aliàs de iure communi nō haberent, ex quo populum non habēt. & hoc ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. eo. tit. c. 1. in princip.

d ¶ Prædicare.] vide quod ſcripſi poſt Inno & Hoſ. de hære. excommunicamus 1. §. quia vero.

e ¶ Debeatur.] ī. eo. tit. c. 1. 12. q. 2. quicunq; ſuffragio.

[Glo. ſeq. tractat de diſtributis in ipſos, de mandato defuncti vel ſine, per exceptores vel legatarios.]

f ¶ Obuentionibus omnibus.] declarat prædicta commiſſio, ꝙ ſi non relinquitur fratribus: ſed frater datur executor ad certam ſummam diſtribuendam arbitrio ſuo, vel ſibi legatur aliquid diſtribuēdum: quam ſummā, vel quod legatum ipſe executor vel legatarius poſtea diſtribuit in eoſdē, ꝙ debetur quarta: cum eo caſu recipiatur ab executore vel legatario, vt à miniſtro. ff. de le. 2. ſi quis Titio. & ſi cui plus quàm per legem Falcidiam. l. diuus. Nec obſtat littera infra ad quoſcūque, & c. quę cum cauſa dubitationis tollendæ adiecta fuerit, obuentionum generalitatem non minuit. ff. mand. qui mutuam. & ff. de reg. iu. quæ dubitationis. Idē ibi declaratur quando nil relinquitur fratribus: ſed decedens mādat executori, vt ipſis fratribus det aliquid vel promittat: quia cum illud palam capere poſſint, relicti iure cēſetur, & debetur quarta, ſicut & fideicōmiſſum tacitum non capaci dimiſſum ſubiacet Falcidiæ: probatur hæc ff. de iure fiſci. l. 3. §. ſi quis. & §. quādo. ff. de ijs quib. vt indig. l. in fraudem. C. ad leg. Falcid. l. 3.

[Gl. ſe. ponit ius reuocatū ex quo īfert duo rigoroſa]

g ¶ Funeralibus.] declarauerat Benedictus illa eſſe funeralia, quæ cum funere deferuntur, in prædicta conſtitutione, inter cunctas. & ibi ſtatuerat de candelis, quæ dantur ad manus quartam non deberi: ſed ex quo reuocata eſt illa conſtitutio, puto etiam de illis candelis deberi: & licet hoc ſit rigoroſum: hoc tamen vult iſta littera, & verbum, omnibus, quod præcedit, & quibuſcūq;, quod ſequitur: per hæc [1] verba etiā puto eos teneri de ijs, quæ leguntur pro Miſſis dicendis.

[Gloſ. ſequen. quæſtionem ſoluit, & ſe remittit.]

h ¶ De iure.] vt patet de teſta. ca. ſi. de verb. ſig. ex parte 3. Et per hoc patet, ꝙ iſta conſtitutio eſt iuris veteris correctoria: & ſic reſtringēda, & ad alios quā ad Prædicatores, & Minores non extendenda, vt not. de regu. iur. quæ à iure. lib. 6. & eod. lib. de regula. conſtitutionem.

ADDITIO. Iſta conſtitutio eſt veteris iuris correctoria: cum debeatur quarta vigore eius etiā de relictis priuilegiatis. contra c. ſi. de teſta. ideo merito eſt reſtringenda, vt dicit hæc glo. Abbas Siculus.

[Glo. ſeq. dicit quid de legato in vita ſoluto.]

i ¶ Datis.] declarat ꝑdicta comiſſio, ꝙ ſi teſtator legatū ſoluit in vita, nihilominus debetur quarta: quia vr̄ ſoluere vt legatū: vnde legatarius illud iterū poſt mortem nō petit: & ſi Falcidię locus ſit, illā ꝓpterea nō euadit. primū probat C. de leg. l. filia. ff. de leg. 2. Lucius 1. & l. Lucius 2. §. impuberem. ad idem ff. ad leg. Falc. cū quo. §. ſi. ſecūdum probatur C. ad leg Falc. in donationibus. & l. penult. C. fami. erciſ. ſi cogitationem.

[Glo. ſeq. dicit quid de ſepulto in ipſorum habitu.]

k ¶ Deceſſerit.] hac rōne declarat ꝑdicta commiſſio, ꝙ licet tales petāt cū illorū habitu ſepeliri, quarta debet: nam etſi ad ipſorum religionem tranſirent in ægritudine, de qua decederent, deberetur quarta. e. tit. de his.

[Gloſſa ſequens tractat quid de dato vel relicto ſingularibus fratribus.]

l ¶ Indirecte.] per hoc dicit commiſſio prædicta patere, ꝙ quarta debet de ijs, quæ teſtatores relinquūt, vel dant in infirmitate de qua decedunt, vel dari mandant poſt mortem, de hoc in teſtamēto mentione non facta ſingularibus [2] fratribus, ad eorum cōmoditates: puta emptiones librorum vel veſtium: addens rationem, ꝙ id eis vel conuētui quæritur, ſicut per monachum monaſterio, per ſeruū domino, & patri per filium. 12. q. 1. non dicatis. 19. q. 1. cap. 1. in fin. inſti. per quas perſonas. in princip. C. eo. tit. l. 1. in ſi. & l. vlt & in legato ler ui inſpicitur perſona domini: & an ſibi legare poteuerit: & ex tali legato poteſt dominus fideicōmiſſo grauari.

† al. ita: tā de funeralibus, quàm de quibuſcūque, &c.

[1] Iſta verba dicit Oldr. conſil. 289. qđ vñr loqui de legatis factis vniuerſo collegio fratrum. nō de ijs, q̄ fiunt alicui ſingulari fratri, quia de illis non eſt danda quarta. arg. l. tutor. petitus. §. 1. ff. de caſtr. pecu. l. à filio. §. ſi. ff. & alim. & cib. leg. Font.

[1] Vid Alex. conſ. 196. in cip. Viſo teſtamento. lib. 2.

[2] Idē Federicus de Senis conſi. 4. Cald. conſi. vlt. eod. tit. Pet. de Anc. conſ. 369. & Gemi. conſil. 46. tamē quod nō cadāt in quartā ceſſante fraude, vt qñ contemplatione cōſanguinitatis tenet Oldr. q. 214. & q. 287. & q. 289. & Bal. conſil. 104. lib. 1. & conſi. 236. li. 2.

fratribus ipſis, vel alijs pro eiſdem quartam [a] partem (quam auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiã limitamus) parochialibus ſacerdotibus, & eccleſiarum rectoribus ſeu curatis largiri [b] integre [c] teneantur: Facturi, & curaturi, quòd nec alij, nec alijs à quibus quarta huiuſmodi minime deberetur, ad ipſorum fratrum vtilitatem vel commodum huiuſmodi fiãt relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, ſeu quod in morte vel ab infirmis huiuſmodi dandum vel donandum fratribus ipſis exiſteret, in eorundem dantium vel donantium ſanitate ſibi dari vel donari procurẽt. In quibus per ipſos vitandis, eorum intendimus conſcientias onerare: [d] vt ſi (quod abſit) per fratres ipſos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſſe cõtigerit (præter id quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus) etiam diſtricta ratio in extremi iudici examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiuſmodi nihil valeant parochiales rectores, curati, & prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neque ad id à quoquam poſſint aliqualiter coerceri. [e] Nos etenim (vt in cunctis æqualiter & pacifice fauente domino procedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo [f] ſeu ſcripto, ſub quacumque forma [g] vel expreſſione ſeu conceptione verborũ, à nobis vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicumque ordinum prædictorum conceſſa, necnon conſuetudines, conuentiones, ſtatuta & pacta, [h] inquantũ ſunt præmiſſis vel alicui præmiſſorum [i] contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus, & irritamus: quinimo caſſa vacua, & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. ¶ Cæterum vniuerſos eccleſiarum prælatos cuiuſcunque præeminen-

nari hæc probantur ff. de lega. 1. l. cũ filiofa. de leg. 2. § alienus ſeruus. de hære. inſti. l. non minus. C. de hæred. inſt. l. neq. Non obſtat prędictis de teſta. requiſiſti. ad fi. qđ loquitur in illo, qui poteſt habere propriũ. Io. And.

[Gloſ. ſeq. quærit, recitat opi. contrarias, & declarat circa primam.]

a ¶ Quartam.] quæro an Prędicatores, & Minores teneantur ad hanc quartam de ijs quæ relinquuntur eiſdem per eos, qui apud illos non ſepeliuntur? Prędicta commiſſio recitat, quòd non leuis opinionis doctores dixerunt quartam deberi eccleſiæ parochiali đ omnibus relictis à ſuis parochianis, etiamſi ſepulti fuerint apud illam placuit autem hæc opinio Hoſtien. Pet. & Ægid. Sed Tancr. gloſſa Innocen. & Abbas contra: quæ opinio placet Archidia. & mihi, vt ſcripſi eodem tit. cap 1. & hic Ioan. Monach.] dicit demum illa commiſſio, quòd ex qualitate perſonarum, & quantitate relictorũ, & ex præteritis præſumi poteſt fraus, maxime quia quando non tenebantur ad quartam, ſepulturas præcipue diuitum totis viribus procurabãt, & vt dicit ex his iura quandoque pręſumunt fraudem, & faciunt coniecturas: ſuppoſita vero fraude cõſtat quòd debetur. de teſtamen. officij & c. requiſiſti. in fin. & c. fin primum probatur de renũtia. cap. 2 lib. 6. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. 6. & l. Iul. de actio. empt. Iulianus. aliàs, inter eum. §. ibidem de vſuris, qui ſemiſſes. de pig. act. l. vel vniuerſorum. de lega. 1. ſi ſeruus plurium. in fin. Ioan And.

[Gloſſa ſequens tractat an legatum integrum ſoluendum ſit fratribus.]

b ¶ Largiri.] per hoc dicebant ipſi fratres, ꝙ hæredes debebant eis ſoluere integra legata, quorum quartam curati de manibus ſuis recipere debebant, ſed declarat prædicta commiſſio, quòd ſicut Falcidia eſt in bonis hæredis, ſic iſta quarta in bonis eccleſiarum parochialium quare curati [1] eam vendicare poſſunt, & inhibire hæredibus, vel per fidei commiſſum grauatis, ne illam ſoluant fratribus: præcipue cum illos ſuſpectos habere poſſunt, quòd ſibi non ſoluant eandem. ad hoc ff. ad Trebel. hæres. in fi. ff. ad l. Fal lineam margaritarum.

[Glo. ſeq. tria dicit circa funus: primo deferendum ad eccleſiam parochialem.]

c ¶ Integre.] ita, ꝙ nõ diminuetur propter obuentiones, quas habuit parochialis ſacerdos in Miſſa funeris dicta apud ſuam eccleſiam priuſquã funus portaretur ad fratres, ſecundum Io. Mon. quia iuri communi ſtatur. vbi non eſt mutatum. alleg. de elec conſtitutio. li 6. Dicit etiam, ꝙ ſi conſuetudo habet, ſemper prius funus portabitur ad propriam eccleſiam. Iſta enim decre. non tollit conſuetudines, niſi præcedentibus aduerſas. Dicit etiam, quòd vbi non eſt conſuetudo etiã eſſet deferendum, vt vt ſic haberet Miſſam in propria eccleſia, & ſic recipiat ibi vltimum vale, à ſuo curato. alleg. in argu. de conſe. diſtinct. 5. non oportet. 2. nec iſtud electioni ſepulturæ repugnat, ſed cõcordat.

d ¶ Onerare.] cõcor. ĩ. ea. compil. de foro competen. quamuis. §. penult. in fine.

e ¶ Coerceri.] Innuit ꝙ ad quartam coerceri poſsũt: ſed propter exemptionis ipſorũ non habet clerus à quo iuſtitiam conſequi poſſit, & de hoc ſumme conqueritur.

[Glo. ſequens notat ad quæſtionem, de qua remittit.]

f ¶ Verbo.] hic videtur expreſſum, quòd valeat priuilegium, vel gratia Apoſtolica de qua conſtat, licet ſcriptura ſuper ea confecta non ſit. de quo ſatis not. Archid. in proœ. ſexti, & vltra ea quæ ibi allegat bene facit 25. q. 2. inſtitutionis. & quod ibi not. de hoc vide in Mercur. ſub rub. de priuileg.

g ¶ Forma.] concor. ſupra eodem capitulo, proxi. in fin. Ioan. And.

[Glo. ſequens tractat quid de pacto firmato per ſententiam, & confirmationem.]

h ¶ Pacta.] dicit Ioan Mona. ꝙ ſi ſuper pacto qđ erat ſuper ſepultura ſententiatum erat per Papam. & confirmatum pactum ante hanc conſtitutionem, quòd per iſtam litterã illa ſententia, & confirmatio non tollitur, immo ſtabit, quia non eſt expreſſe ſublatum. C. de appell. præcipimus. in fi. nec ſequitur, pactum eſt ſublatum, ergo, & pactum firmatum ſententia, & confirmatione. [2] Plus enim poteſt hoc tale quàm hoc ſimplex. facit de pact. quamuis. de iureiur. licet. de foro competenti. c. fin. lib 6. inducit etiam authent. vt cum. de appel. cog in prin. & §. 1. colla. 8. vbi not. legem nouam non extendi ad cauſam pendentem vel deciſam, etiam ſi ad præterita referatur.

i ¶ Præmiſſorum.] ergo non ſolum vltimum articulum de ſepulturis, ſed etiam præcedentes duos reſpicit, ſecundum Ioan. Monac.

a ¶ Coopera-

1 Præter Panor. hic vide Federicum de Senis conſi. 10. & Oldradũ conſi. 287.

Priuilegiũ ẽt ſine ſcriptura valet.

2 Roman. ſingul. vij. per glo. dicit pactum iuratũ non tolli ꝑ clauſulam non obſtãte pacto. vide Rotam in nouis deciſi. 298. Cor. in reper. rubric. de iureiu. in 21. priui. remiſſiones ibi poſitas. & gl. cum ibĩ per me notatis. cap. cũ non deceat. de electio. lib. 6. Fonta.

tiæ, ſtatus vel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parochiales, & curatos ſiue rectores prædictos, præſentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominusque † eis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus pro diuina & Apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines. & profeſſores eorum habentes affectu beneuolo commendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales ſe ſtudeant exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & † propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs ſupra dictis tamquam cooperatores [a] eorum idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuoſe admittere non omittant, vt proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa fœlicia procurentur. Nec ipſos lateat, quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines, & profeſſores eoſdem vbere fauore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur: nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cœleſtis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cuius obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minime prætериret.

TITVLVS VIII.

De decimis, [primitijs, † & oblationibus.]

¶ Clemens quintus in concilio Viennen.

¶ *Ponit quattuor caſus, in quibus religioſi grauantes vel fraudantes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt, non deſiſtunt intra menſem, vel de vſurpatis, vel retentis intra duos menſes non fecerint emendam, ſuſpenſi ſunt ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis: & talia non habentes ſunt excommunicati. Secundus, tertius & quartus caſus ibi, Seu qui. Io. Andr.*

CAP. I.

Religioſi [b] †

---

† aliàs ita: nihilominus eis diſtricte præcipiendo mandantes, &c.

† al. & propoſitionis.

† In antiquioribus codicibus & impreſſis non sūt hęc tria verba: primitijs, & oblationib⁹.

† Vide concil. Trid. ſeſſ. 25. de refo. c. 12.

---

a ¶ [Cooperatores.] de offi. ord. inter cætera. in fine.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, &c.

Continuatio.

¶ Viſum eſt ſupra de vno iure parochiali, ſcilicet de iure funerandi: verum, quia eſt unum aliud ius parochiale, ſcilicet ius decimarum: ideo, &c. De iuribus parochianorum vide Panorm. in rubr. de parochia. & alien. parochianis. in antiq.

Religioſi.] Præſuppōnēdū eſt, ꝙ licet religioſi cuiuſcunque ordinis teneantur ſoluere decimas de fructibus ſuarum poſſeſſionum, tamē ſunt aliqui exempti, vt non ſoluant decimas de terris, quas proprijs manibus excolunt, & excoli ſuis faciunt proprijs ſumptibus; ſimiliter non ſoluunt decimas de fructibus animaliū. Secundo præſupponendum eſt, ꝙ iſti religioſi exempti aliquando cōmittebant fraudes: quia coniungebant animalia ſuorum vicinorum cum ſuis, vt fraudarent eccleſias parochiales à decimis: vel etiam fingebant emere animalia, & dimittebant empta apud venditorem.

CASVS. Sum in titulo de decimis, vellem informari de tali dubio, ſcio ꝙ ſanctitas veſtra aliquos religioſos priuilegiauit, vt non teneantur ſoluere decimas de fructibus poſſeſſionum ſuarū, quas proprijs manibus excolunt, vel etiam quas excolunt proprijs ſumptibus, nec etiam de ſuis animalibus. ſed accidit, ꝙ iſti religioſi tradunt poſſeſſiones ſuas excolendas aliquibus colonis pro certis redditibus, & tradunt illas poſſeſſiones liberas à decimis, vt conſequantur maiores redditus. Item ducunt animalia vicinorum ſuorum cum ſuis, vt vicini ſui non ſoluant decimas. quæritur, vtrum poſſint iſtud facere impune? Dicit Clemēs ꝙ non: immo ſi tales religioſi habeant adminiſtrationem, poſt vnum menſem poſtquam fuerint requiſiti à rectoribus eccleſiarum reſtituere decimas, ſunt ſuſpēſi à diuinis. Si vero ſint ſimplices religioſi, tūc poſt duos menſes ipſo facto incurrunt excōicationem, à qua non veniunt abſoluendi niſi poſt reſtitutionem. Sed ponamus, ꝙ laicus donauit ſe & ſua monaſterio priuilegiato: quæritur vtrum talis laicus debeat ſoluere decimas? Dicit Clemens, quòd non. hoc dicit Helias Regnier.

¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, quod religioſi priuilegiati magis ſunt puniendi quam non priuilegiati: quia priuilegiati facientes fraudes circa decimas, ſuſtinent pœnas hic cōtentas, ſecus de non priuilegiatis. Not. religioſi exempti à ſolutione decimarum circa decimas nō debent facere fraudes. Nota, quòd religioſi iſti non ſunt exēpti à decimis, niſi quando excolunt poſſeſſiones proprijs manibus, vel colere faciunt proprijs ſumptibus. Et dicuntur excolere proprijs ſumptibus quādo habent aliquem mercenarium, cui tradunt aliquam penſionem annuam: ſiue percipiant fructus, ſiue non. Nota, ibi, [immiſcentium.] cōtra cap. quod in dubijs. de conſecra. eccleſi. vel altar. admiſtum non ſortitur naturam eius qui admiſcetur, & hoc quia tali admiſtione fieret legi fraus. l. athletas. §. prætor ait, ff. de infa. Item miſta poſſunt hic ſeparari: & de iſta miſtura ſeparabilium, & inſeparabilium, vide (ait Ancha.) quę in ſimili notat glo. in l. ſi ſponſus. § generaliter ff. de ijs, qui not. infa. Et Barto. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de public. nota de cōfiſcatione illicitorum adiunctorum licitis. Fontanus. Nota de verbo, [Vſurpare.] quòd ſumitur in malum. de electi. generali. vbi de hoc per Archid.

Nota de verbo. [Requiſitionem,] ꝙ cum ſit in ſingulari, probat hoc caſu ſufficere vnam requiſitionem, & de hoc in gloſ. concor. Zabar.

(Prima gloſſa ſummat, diuidit, & ſoluit duo dubia.)

¶ Religioſi.] Ponit quattuor caſus, in quibus religioſi grauantes, vel fraudantes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos, quorū intereſt, nō deſiſtūt intra menſem, vel de vſurpatis, vel retentis intra duos menſes non fecerit emendam, ſuſpenſi ſunt ab officijs, adminiſtrationibus, & beneficijs: & talia nō habentes

ſunt

ſunt excõmunicati. Secundus, tertius, & quartus caſus ibi, [Seu qui.] Et primo ponit conſtitutionem, cum ſuis pœnis, quã ſecundo moderatur: ibi, [Cæterum.] Et per hoc uerbum, religioſi, patet in ſæcularibus clericis uel laicis qui in hoc delinquerent, non eſſe locum his pœnis. concord. ĩ. ea. cõpil. de teſta cap. vnico. ĩ. de priuil. c. 1. & facit quod inf. dicam in caſu ſecundo. & poteſt eſſe ratio: quia communius religioſi delinquebant in his: & quia ambire & cõcupiſcere aliena reprobabilius eſt in religioſo. de electione, quorundam. lib 6 ſi. mi. de hæreticis accuſatus. in ſi eod. lib. In religioſo trãſlato ad eccleſiam ſæcularem (licet forte non fuerit de mente) videtur has pœnas locum habere per verbum uniuerſale, quod ſequitur & facit quod no. de elect. quorundam. lib. 6 in glo. penult.

quicunque, [a] qui noualium [b] aut alias decimas eccleſiis [c] debitas [d] ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes, [e] appropriare [f] ſibi præſumpſerint, aut exquiſitis fraudibus ſiue coloribus [g] vſurpare. Seu qui de animalibus [h] familiarium [i] & paſtorũ [k] ſuorum, vel aliorum etiam animalia ipſa eorum gregibus [l] immiſcentium: [m] Seu qui de animalibus, quæ in fraudẽ eccleſiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt uẽditoribus, vel alijs ab ipſis tenenda: [n] Seu qui de terris, quas tradũt alijs excolendas [o] decimam ſolui eccleſijs non permiſerint, [p] aut prohibuerint: [q] niſi poſt requiſitionem per eos, quorum intererit, [r] ſuper hoc eis factam [s]

Fœmininũ cõprehẽditur per maſculinum.

a ¶ Quicunque.] etiam Hoſpitalarios & Ciſtercienſes includit. de quibus eo ti. ex par. 1. Et comprehendit etiã feminas. de hoc de elect generali. lib. 6. in gl. 3.

b ¶ Noualium.] quid ſit nouale, habetur de ver. ſig. c. 1. & c. quid per nouale. de priuil. c. vlt.

[Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem, quando debentur priuatis.]

c ¶ Eccleſiis.] per hoc puto conſtitutionem locum nõ habere, quando illæ decimæ deberentur priuatis, puta per antiquum feudum. de ijs quæ fi. à præla. cum Apoſtolica vel priuilegium. facit ĩ c prox. agant ergo tunc via ordinaria iſta enim conſtitutio illis noluit ſubuenire. facit eo. ti. tua. 1.

d ¶ Debitas.] de iure communi uel ſingulari: eſt autem debitum quod exigitur ab inuito. ff. de uerb. ſig. l. debitor. facit. 14 q. 1. quod debetur. Io. And.

e ¶ Spectantes.] tunc ergo ceſſat conſtitutio, & merito: quia nemini facit iniuriam qui iure ſuo utitur, vt ſup. de elect cum eccleſia cum concor.

f ¶ Appropriare.] infra dicit, vſurpare, & de his infra dicam.

g ¶ Coloribus.] concor. de elect auaritiæ. lib. 6. & inf. ti. 2. c 1 § quia vero.

[Glo. ſeq no. pro Ægidio.]

h ¶ Animalibus.] per hunc uerb. & ſeq. approbata uidetur lectura Ægidij dicentis, de eccle. ædifi. cum dicat, ꝙ priuilegium leproſorum de non ſoluendis decimis, de nutrimentis animalium intelligitur, ideſt, de animalib. quæ nutriunt. ſic enim adaptantur fraudes quæ ſequũtur. ſic ergo videtur intelligenda decr. ex par. 1 ĩ. eo ti. Licet autem religioſi facientes has duas fraudes ligentur his pœnis, leproſi non: ſi aliàs religioſi non ſint, ut dixi in 1 gl. Io. And.

1 Vide Abbatem in c. 2. extra de foro comp.

i ¶ Familiarium.] famulantium [1] ſcilicet: in hoc tamẽ non eſt uis per id quod ſequitur, intelligitur tamen de non plene oblatis, vt in ſi. & eſt ſi. de priuil. auctoritate. in ſi. lib. 6.

k ¶ Paſtorum.] qui tenentur de cuſtodia. de hoc de regu. iur. quamuis. Io. And.

l ¶ Gregibus.] licet ſtricte grex differat ab armẽto, quod eſt maiorum animalium, vt equorum & boum: grex uero minorum, ut porcorum, caprarum, & ouium: hic tamen large ſumitur pro maioribus & minoribus, quæ gregantur. & facit ff. de abigeis l. fin. Cui vero eccleſiæ debeatur decima de fructu gregis. no 13. q 1. §. 2. & eo. ti. ad Apoſtolicæ. Io. And.

[Glo. ſeq arguit & reſpondet.]

m ¶ Immiſcentium.] hic iunge litteram inf. decimam ſolui, &c. ex hac miſtura uidetur, ꝙ deberẽt perdere priuilegium etiam circa propria animalia, vt ſic inutile adiectum vitiaret quod erat utile. de off deleg. cum ſuper. ſed hic iſta ſunt ſeparabilia. ff. de aqua quotid. & æſti. l. 1. §. Trebatius. de quo dic ut no. de reg. iu. utile. lib. 6.

n ¶ Tenenda.] ſicut ergo priuilegium de decimis laborum nõ extenditur ad terras, quas colendas tradunt, vt ſequitur: ita priuilegium de nutrimentis animaliũ, non extenditur ad animalia, quæ tradũt alijs nutrienda.

[Gloſ. ſeq. primo dicit in priuilegiis duo requiri, ſecundo tractat de quibus colonis intelligatur: tertio, an coloni teneantur ad decimas.]

o ¶ Excolendas.] in priuilegio enim de decimis laborũ hæc duo requiruntur, ꝙ prædia ſint propria. eo. ti. dilecti. & ꝙ illa laborẽt propriis manibus vel ſumptibus. [2] eo. ti. licet. & intelligo hoc non ſolum de colonis cenſualibus, ſed etiã partiarijs. de utriſque no. e. ti. tua. 2. [3] Dicebant tamen quidam ex his priuilegiatis ſuper decimis laborum, ꝙ includebãtur terræ datæ colonis partiarijs: quia ſumptibus ipſorum coluntur propter partem, ſcilicet fructuum, propter quã habẽt ex cultura coloni. ſed ut dixi in prædicta decr. tua. & c. cũ ſint homines. pars talis coloni potius eſt fructus q̃ lucrum: ſubmittit enim illam fortunæ, & diuinæ miſericordiæ. qñ igitur conducunt operarios, dant certum pretium uel certos corbes pro cultura: dato ꝙ nil proueniat ex prædio, tunc ſuis ſumptibus colunt. [4] Sed nunquid coloni partiales uel cẽſuales priuilegiatorũ, ſimpliciter ſuper decimis non ſoluẽdis tenentur ad decimas? Puto ponderanda uerba priuilegiorum. facit de priu. porro. quæ ſi eximunt terras ipſorum ab hoc onere. coloni colentes illas priuilegio participant: ſi vero eximunt perſonas, tunc licet illi de ſua parte non ſoluant, coloni non exempti de ſua ſoluent. [5] facit eo. ti. à nobis. & 16 q. 1. queſti. de priu. per exemptionem. lib. 6.

2 Idẽ doct. Font.

3 Idẽ doct. placet Pet. de Anch. & Imol. cummendantibus glo. & faciunt hic dicta Bart. in l. ſi merces. § vis maior. ff. locati. c. tua ca. cũ ſit F. eo.

4 Idẽ Imo. & Petr. de Anch.

5 Quia ſeparatotum eſt ſeparata ratio. not. Arch. 11 q. 1. c. clericũ. ſicut fruct⁹ eccleſiæ ad firmam dati aut uenditi immo ſi portãtur ad uendendum, dicit Pet. de Ancha. nõ gaudent priuilegio eccleſiæ. facit. l. licitatio. §. vlt. ff. de publ. c. pen. de cẽſib. lib. 6.

p ¶ Non permiſerint.] facto.

[Glo. ſeq addit tertium caſum, de quo quærit. arguit pro, contrarium ſoluit.]

q ¶ Prohibuerint.] verbo. In tribus ergo ultimis caſib. punit hæc cõſtitutio non permittentem vel prohibentem: in primo, appropriantem vel uſurpantem. Sed dubitatur an liget non ſoluẽtem, quod uidetur per uerbũ quod ſequitur, retinere? Non puto ꝙ hoc ſit de mẽte, ꝙ religioſi non ſoluentes decimas incurrant has pœnas: aliud enim eſt appropriare vel uſurpare, aliud non ſoluere, & uerbum retinere, quod ſequitur, reſpicit illas appropriatas uel uſurpatas. vbi ergo ex aliquo feudo ſibi rite donato, vel per priuilegium percipiunt decimas intra certos limites, quos excedunt, vel certa quota illis debetur, quam excedunt uel non permittunt, uel prohibent colonos ſuos decimas ſoluere in caſibus in quibus debentur, locus eſt his pœnis.

r ¶ Intererit.] ſcilicet per prælatos & miniſtros illarum eccleſiarum, quibus debentur.

[Glo. ſequen. alleg. concor. notat differentiam, & tres caſus.]

s ¶ Factam.] concordat de off. ord. ſi canonici. lib. 6. ſufficit autem quomodocunque de hac requiſitione legitime conſtet. non ſic in caſu decre. 1. de ſen. excom. lib. 6. vbi oportet conſtare per publicum inſtrumentum uel ſigillum authenticum, & eſt ſpeciale, vt ibi no. Et ex

illo

illo & iſto cap. & ex decre. 1. ȷ. de priui. not. caſus in quibus requiſitio partis etiam vnica conſtituit quem contumacem: etiam quo ad incurrendas ſuſpenſionis & excommunicationis pœnas.

a ¶ Præmiſſis.] prohibitione, fraudulenta emptione, & immiſtione.

à præmiſsis a deſtiterint intra menſem, b aut ſi de ijs quæ contra præmiſſa vſurpare vel retinere præſumpſerint, intra duos c menſes damnificatis eccleſijs emēdam non fecerint competentem: & ſint & tādiu maneāt ab officijs, d adminiſtrationibus, & beneficijs ſuis ſuſpenſi, donec e deſtiterint & ſatiſfecerint, vt ſuperius eſt expreſſum. Quòd ſi religioſi huiuſmodi adminiſtrationes vel beneficia non f habeāt, eo caſu quo alij ſupradicti ſuſpenſionis, ipſi ſententiam excommunicationis incurrant, ante ſatisfactionem condignam nullatenus abſoluendi: priuilegijs non obſtantibus quibuſcunque. g

¶ Cæterum præmiſſa h extendi nolumus ad animalia, quæ per religioſorum ipſorum donatos, ſeu oblatos i tenentur, dumtamen illi religioſis eiſdem cum effectu k donauerint, aut obtulerint ſe l & ſua.

¶ Idem in eodem.

¶ *Decima beneficiorum alicui conceſſa, ſibi debetur ſecūdum taxationem, & de moneta currente. Nec poſſunt collectores propter hoc diſtrahere vel occupare ornamenta diuinis officiis deputata. hoc dicit. Io. And.*

CAP. II.

SI beneficiorū m deci-

b ¶ Menſem.] quot dies habere debeat, not. de elect. quam ſit, lib. 6.

[Glo. ſeq. ponit diuerſitatis rationem, & dubium ſoluit.]

c ¶ Duos menſes.] ȷ. dat vnum menſem tantum, quia ſufficit deſiſtere: hic vero requiritur emenda, q̄ durius eſt facere, & ideo datur maius tēpus. & videtur ꝙ iſti duo menſes currunt ab vſurpatione vel retentione, licet ſuperior currat à requiſitione. ſimile de ſepu. c. 1. in fi. li. 6. ſed puto de mente ꝙ requiſitio reſpiciat vtrumque caſum.

[Glo. ſeq. declarat, petit dubium quod aperit.]

d ¶ Officijs.] 1 declarari debuiſſet, an intelligeret de diuinis, an de alijs officijs, puta quia ſacriſta, cellarius, camerarius, eleemoſynarius, vel his ſimiles. & pro hac littera, & lectura facit de ſolu. cap. 2. reg. iur. in pœnis, lib. 6. pro prima facit: quia infra non reperit de officijs.

[Gl ſeq dubiū ſoluit, & opi. ponit quā determinat.]

e ¶ Donec.] ſic ſuſpenſi indigent abſolutione: quia de ſatisfactione dubitari poſſet, non ſic in ſuſpenſis ad tēpus determinatum, puta mēſem vel annum ſecundum Inno. qui hoc not. de æta. & qual. cum bonæ. Satis crederem, ꝙ ſufficiat iudicis declaratio ſuper ſatisfactione ſine alia abſolutione. In excommunicatis vero neceſſaria eſt abſolutio poſt ſatisfactionem, vt infra patet.

f ¶ Non habeant.] ſimilis diſtinctio ȷ. ea. compi. de vita & hone cler. quoniam, in princ. & circa ſi. & ȷ. de ſta. monac. ne in agro. § ſi quis & ȷ. de pœn. multorum.

g ¶ Quibuſcunque.] per quæ poſſent prædictæ ſententiæ impediri: priuilegia enim ſuper decimis illis conceſſa, tollere non intendit quod patet ex principio.

h ¶ Præmiſſa.] ȷ. ſecundo & tertio caſu. Io. And.

i ¶ Oblatos.] de his 28. q. 1. vt lex continentiæ vbi no. an tales conuerſi, & oblati intelligantur renunciaſſe proprijs, & continentiam vouiſſe. Io. And.

k ¶ Cum effectu.] tollit hoc verbum fictiones & fraudes. Item conditiones & pacta, quæ ſuſpenſum tenerent talium oblationum effectum.

[Glo. ſeq declarat, & obiectionem ſoluit.]

l ¶ Se & ſua.] non ſufficit ergo, ꝙ bona dānaſſent manentes in ſæculo, ipſorum fructu retento: non obſtat de priuilegijs, vt priuilegia. tales enim confratres ſunt, & in aliquibus priuilegiati, vt ibi, ſed plene oblati non ſunt, vt hic.

SI beneficiorū.] Duæ ſunt partes principales, prout duo ſunt dicta: primo enim declarat ſm quam taxationem, & ſecundum quam monetam ſolui debet decima beneficiorum alicui conceſſa. Secundo prohibet propter illam occupari vel diſtrahi ornamenta diuinis deputata. ſecūda ibi, in ver. [Nec per collectores.] Imo.

CASVS. Certis ex cauſis Papa donauit Regi Francorū decimam omnium beneficiorum exiſtentium in ſuo regno: Ponamus, ꝙ aliqua abbatia eſt taxata ad mille aureos, & tū valet plus vel minus. quæritur vtrū rex debeat habere decimā ſecundum antiquam taxam, vel ſecundum valorē ipſius beneficij: Et vtrū quis poſſit ſoluere decimā in moneta loci in loco beneficij: puta ſi collectores decimæ volunt, ꝙ ſoluat in ſua moneta, & nō in moneta loci beneficij? Dicit Clemens, ꝙ debet ſolui in moneta loci beneficij. Sed q̄ritur vtrū collectores poſſint capere calices & alia ornamenta eccleſię deputata ad ſeruitium Dei? Dicit Clemens, quòd non, ſed ſi eccleſia habeat alia bona, illa debent capi. Not. quòd Papa ab omnibus eccleſijs orbis, id eſt ab eccleſijs ſibi ſubditis poteſt decimam petere, tamen iſtud non facit niſi cum magna neceſſitate. Not. ꝙ Papa illam decimam poteſt donare principi ſæculari. Not. quòd cum illa decima eſt data alicui, tunc ipſa eſt ſoluenda ſecundum taxationem antiquā, & non ſecundum valorem beneficij. Not. ꝙ ſicut pro executione rei iudicatæ non capiuntur illa, quibus vitam quis ſibi quærit; multo fortius non debent capi illa bona, quæ ſunt deputata cultui diuino: ſed ſi eccleſia habeat aliqua bona ſuperflua, tunc poſſunt illa capi. No. de taxatione beneficiorum conſueta, quæ attenditur: ſic & aliàs attenditur ſtatus beneficij conſuetus, de præb. cum de beneficio, lib 6 & dic, taxationem, i. terminationem. ſic ff de vi. trit. & oleo leg. cum certus. Not. ꝙ attenditur moneta currens cenſualis, & in tali facienda eſt ſolutio etiam ſi nō exprimatur. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. § ſi de reg. iu. ſemper in ſtipulationibus. de cenſi. c. pen. Zab.

[Prima gl. ſummat: diuidit, notat ad rubricam, quærit de quinque & ſol.]

m ¶ Si beneficiorum.] Decima beneficiorū alicui conceſſa ſibi debetur ſecundum taxationem, & de moneta currēte. Nec poſſunt collectores propter hoc diſtrahere vel occupare ornamenta diuinis officijs deputata, ſecūda: ibi, [Nec per.] Et nota ſub rubrica de decimis. ponit de decimis beneficiorum, quas Papa 1 ſæpe impoſuit ſibi vel alijs ſoluendas ex cauſa & ad tēpus. facit de iu dæ. ad liberandā. de vo. c. fi. & an in his locum habeat conſtitutio, diſpendioſam. ȷ. ea. compil. de iud. dixi ſup verbo, decimis. Item per hoc quod dicit, beneficiorū, quęritur de quinque. Primo an includantur hoſpitalia, xenodochia, & loca ſimilia. Secūdo, de fabricis. Tertio, de ijs qui habent Prioratus, domos, grangias, pēſiones, vel redditus à monaſterijs, vel eccleſijs. Quarto, de quotidianis diſtributionibus, quæ dantur ſolum intereſſentibus horis, & de minutis oblationibus, an veniant decimandę. Quinto, quid de capellanis vel beneficis altarium. Et ſciendum ꝙ tempore Clementis quarti & Honorij emanauerunt declarationes ſuper ſolutione decimarum

1 Dicūt hic Pe. de Anc. & Imo. ꝙ habēs exercere diuina officia, & ēt alia de quibus in glo. hic ab illis ſuſpēditur. ſi āt habeat ſolū diuina officia exercere: benignius eſt, ꝙ ab illis ſuſpenſus dicatur poti⁹ q̄ excōicatus, cum excōicatio ſit nimis magna pœna. c. feramus. 24. q. 1. cū §. ꝙ ſi. vē dicere, ꝙ ſi excōicat⁹, nec curauit repetere officia, quaſi ſola ſuſpenſio ab illis eſſet nimis parua pœna. & hoc crederē. Panor. nil dicit Pe. Anc. & Imo. glo. non ſatis exemplificat. Vide ſi qd boni dicat Zab. Fon:

1 Vide Abbat. in c. nouū genus. eo. tit.

¹ Vide Decium conſ. 156.

decimarum, quas reperitas tempore Bonifacij octaui vidi ſub bulla. De primo videtur, ꝙ non ¹ includantur. ī. ea. compil. de præben per litteras. pro & contra ī. de relig. do. quia contingit. §. vt aût Expeditum eſt in prædictis declarationibus in principio, vbi ſic dicitur, de redditibus, & prouentibus leproſariarum, domorum Dei, & hoſpitalium pauperum, qui in vſus infirmorum, & pauperum conuertuntur, decimæ non ſoluentur. Secundum etiam expeditur ibi in fine, vbi dicitur, quòd de redditibus eccleſiaſticis deputatis ad fabricam eccleſiarum decima perſoluetur. ſubmittit demum, ꝙ de oblationibus, & eleemoſynis, quæ dantur ad opus fabricæ, non debetur decima. Tertium etiam ibi eſt expeditum, ꝙ ſi habentes prædicta habent illa in beneficium, vel ex mera gratia, ipſi tenentur ad decimam. Si autem habent illa ex contractu conductionis ad firmam, vel emptionis fructuum, vel pro mercede, vel remuneratione ſui laboris, tunc illi quorum eſt proprietas, illa decimare debebunt. Quartum etiam ibi expeditur, ꝙ de minutiſſimis oblationibus, quas recipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarum pro ſepulturis & dandis pœnitentijs & diſtributionibus, ſoluetur decima. De quinto nihil ibi dicitur, ſed videtur quòd non includantur, ſicut nec includebantur in reſeruatione fructuum, quam ſibi fecit Dominus noſter. Tu dic contra: quia conſtat illa eſſe beneficia eccleſiaſtica ex quo ſic ſunt per epiſcopum ordinata. 1. q. 3. quæſitum. & cap. penul. de præbend. ſignificatum. quod dicitur de reſeruatione fructuum, facit pro: quia niſi fuiſſent excepta, intelligerentur incluſa.

† Vide Geminia. conſ. 137. & Alber. Brunũ conſ. 98.

; De poteſtate collectorum, & ſubcollectorũ, & an debeat conſtare per litteras, vide Rotam deciſ. 266. in nouis.

: An habẽs penſionẽ teneatur pro rata, vide Belenz. in tract. de charitatiuo ſubſidio. q. 37. & Dec. conſ. 155. inci. ſtatutũ. & Fel. in c. de quarta ext. de præſcri.

ma cuiuis ᵃ ſimpliciter ᵇ concedatur ad ᶜ tempus: ſecundum taxationem ᵈ decimæ in illis partibus, in quibus fiet conceſſio, conſuetam, ᵉ & ad monetam ᶠ currentem ᵍ cõmuniter ipſa decima leuari poterit, & debebit. Nec per collectores, ; leuatores, ſiue exactores ipſius decimæ, eccleſiarum calices, ʰ libros, & alia ornamenta diuinis officijs deputata, ⁱ ex cauſa pignoris, vel diſtractionis capi, ᵏ vel recipi volumus, nec diſtrahi, ſeu quomodolibet occupari.

TITVLVS IX.

De regularibus & tranſeuntibus ad religionẽ.

ᵃ ¶ Cuiuis.] prælato, principi vel alteri. In regno Franciæ ſæpe practicatur iſte caſus.

ᵇ ¶ Simpliciter.] ſi ergo aliquid certum exprimat Papa, illud ſeruabitur.

ᶜ ¶ Ad tempus.] hoc dicit: quia perpetua curia non fecit per tempora, nec facere intendit. facit de reſcript. cap. fin lib. 6.

[Glo. ſeq. declarat duas diuerſas conſuetudines.]

ᵈ ¶ Taxationem.] In quibuſdam partibus ſunt beneficia taxata ; in communi æſtimatione prouentuum, vt ſi taxatum ſit in centum, ſoluat decem: & ſi haberet mille, non plus ſoluet; & ſi haberet ſolum quinquaginta, tantum ſoluet: & hoc voluit reſeruatio fructuum beneficiorum, quam nunc fecit Papa, qui dat collectoribus electionem, an velint recipere fructus ſecundum taxationẽ decimæ, an velint illud relinquere bñficiato & recipere reſiduum. In multis tamen partibus nulla eſt taxatio, ſed ſingulis annis prout plus vel minus recipit bñficiatus, plus vel minus ſoluit. patet hoc in extraua. Io. quæ incipit, ſuſcepti. ex quo ergo habet cõſuetudo, ꝙ plus vel minus ſingulis annis ſoluitur ſecundum quantitatem fructuum, & illud reſeruabitur. Et quę ex penſæ deducantur, & de quibus fructibus ſoluatur, patet in declarationibus prædictis. Nam inter cętera deducuntur expenſæ factæ pro fructibus, & ſine quibus fructus haberi non poterant, quod non eſt in communibus decimis. ī. eo. cum ſint homines.

; In impetratione beneficij valor illius eſt exprimendus, ſecundum cõem curſum, nõ ſm taxationẽ decimæ, vide Ro. deciſ. 292. in nouis.

[Glo. ſeq. alium caſum per hunc ſoluit.]

ᵉ ¶ Conſuetam.] hic iunge litteram, ipſa decima, &c. & quod hic dicitur, locum habet etiam cum Papa mandat alicui pro uideri de beneficio vſque ad ſummã tot librarum paruarum Turonenſium ad taxationem decimæ: inſpicitur enim illarum partium conſuetudo in taxatione, vt hic, & ſi non currunt ibi Turonen. monetæ currentis ad taxationem Turonen. fiet computatio, vel comparatio iuxta põdus, & conſuetudinẽ cambij, quæ communiter eſſe ſolet, non iuxta caſualem cariſtiam vel vtilitatem, quæ propter caſum accideret.

ᶠ ¶ Monetam.] in pecunia enim, & non in ipſis rebus debet fieri ſolutio decimæ, vt in declarationibus.

[Gloſſa ſequens alleg. concord. declarat, & notat.]

ᵍ ¶ Currentem.] facit de maleſi. c. 2. cũ forte currerent ibi Turoñ. Bonon. vel Sterlingi, collectores volebãt ꝙ fieret ſolutio in florenis, vel ſoluentes volebant ſoluere in Turoñ. vel florenis, cum illa moneta ibi non curreret, hoc prohibet, & hoc dicebatur in illis declarationibus, ꝙ ſoluentes pecuniam cambire non tenebantur. Et nota, ꝙ dummodo moneta communiter currat, licet & alia currat, in illa fieri poterit ſolutio, per hanc litteram, & ſic erit electio ſoluentis. de reg. iu in alternatiuis, lib. 6.

ₐ Qualis nũmus fuerit ſterlingus, vide Coua. tract. de collatione veterũ numiſmatum, c. 2.

ʰ ¶ Calices. concor. de pig. c. 1.

ⁱ ¶ Deputata.] In alijs ergo non habet locum hęc prohibitio, vt ſi extant ciphi argentei, libri iuris, vel artium vel romãcij, ornamẽta, mẽſalia, lectiſternia, vel ſimilia.

ᵏ ¶ Capi.] dicitur in declarationibus, ꝙ non ſoluentes per ſæcularem poteſtatem cogi non debent, niſi nõ ſoluentis tanta fuerit rebellio, ꝙ propter eccleſiaſticæ cenſuræ contemptum inuocandum ſit contra ipſum brachium ſæculare.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Profeſſi ordinum Mendicantium, & licite tranſeuntes ad non Mendicantes, licet adminiſtrationes habeant, non habent vocẽ in capitulo, etiam ſi alij de capitulo id concedant, nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, prioratus, vel officia, etiam tamquam vicarij, nec pro ſe vel alijs animarum curam gerere: & irritat contra factum. vltimo ponit caſum exceptum. Io. And.*

CAP. I.

ET profeſſo-

DE REGVLARIBVS, &c.

¶ Quia clericorũ duo ſunt genera, quidam enim ſunt ſæculares, alij religioſi. De primo genere dictum eſt in titulis præcedentibus, nunc dicendum eſt de alio genere clericorum, videlicet de regularibus.]

Continuatio.

ET profeſſores.] CASVS Eſt aliquis religioſus de ordine Mendicantiũ, qui tractu temporis de licentia Papæ tranſiuit ad ordinem non Mendicantium, videlicet ad ordinem ſancti Benedicti, vel ſancti Auguſtini: quæritur an in huiuſmodi ordine poſſit obtinere aliquem Prioratum, vel aliam adminiſtrationem, vel etiam aliquod beneficium: vel an cogatur remanere ſimplex monachus clauſtralis? Dicit Clemens, ſi tũ

tempus

tempus huiuſmodi conſtitutionis talis tranſiens ad ordinem non Mendicantium habeat aliqua officia vel adminiſtrationem: illa officia vel adminiſtrationes debēt ſibi remanere; ſed tamen non habebit vocem in capitulo, etiam ſi alij monachi cōſentiant. Sed quid ſi aliquis Mendicans poſt illā conſtitutionem velit tranſire ad ordinem non Mendicantium: quæritur, vtrū poſſit obtinere illa officia, & adminiſtrationes? Dicit, ꝙ non, nec etiā poſſunt eſſe vicarij pro alijs: ratio eſt in principio. c. Sed ponamus, ꝙ erat religioſus de ordine non approbato: vtrú iſta conſtitutio comprehendat ipſum? Dicit, ꝙ non. [c] Colligo aliqua notabilia. Primo, ex prin. c. ꝙ quilibet dēt eſſe contentus ea vocatione qua vocatus eſt, niſi vellet dimittere primā religionem, & tranſire ad frugē melioris vitæ. c. licet eo. tit. in ant. Not. ſecūdo, ꝙ ordines Mendicantiū appellantur ordines paupertatis: nā tales neoin cōi, nec in particulari quid debent hr̄e. Alij vero religioſi etiā nihil debent habere in particulari, ſed bene in cōi. Tertio, ꝙ religioſus Mendicans de licentia ſedis Apoſtolicæ poteſt tranſire ad ordinem non Mendicantem, ēt ad ordinem laxiorē: ſed talis tunc Mendicans non habebit vocē in capitulo ēt ſi ab alijs religioſis ſibi concederetur: ſed tales debēt eſſe ſimplices monachi clauſtrales. Not. ꝙ cōſtitutio iſta incipiebat ibi: [Sacro concilio.] & principium Clementinæ, videlicet, Vt profeſſores. eſt cauſa ſeu motiuum quare iſta conſtitutio fuit facta. Vide diuiſionē glo. & maxime gl. in verbo, inibi. quia glo. vr̄ tenere, ꝙ debemus punctare noſtrū tex. poſt aduerbiū, [inibi.] & non ante, videlicet ibi. [obtineant.] Not. iterum iſtam conſtitutionem, videlicet, ꝙ profeſſi ordinum Mendicantium, & licite tranſeuntes ad non Mendicantes, licet adminiſtrationem habeant, non habent vocem in capitulo, ēt ſi alij de capitulo id concedant, nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, prioratus, vel officia, etiam tamquā vicarij, nec pro ſe, nec pro alijs animarum curam gerere: & irritat ꝯ factum, & vltimo ponit caſum exceptum. Et ratio totius iſtius notabilis eſt, vt profeſſores & religioſi, ēt cuiuſcunque ordinis melius maneant in ſuis religionibus: quia ſi tranſeundo de vno ordine in alium, haberent in alio in quo ſecundo intrant, tantam auctoritatem, præeminentiam, vel maiorē vt alij: ipſi numquam vel vix ſtarent in vno ordine per annū: ſed quolibet anno ipſi exirent, & ingrederentur nouū ordinem: ideo conſtitutum eſt, ꝙ tales ſic tranſeuntes, de cætero non poſſent obtinere aliquas adminiſtrationes, prioratus, vel officia; immo oportet, ꝙ ſint ſimplices religioſi. Item propter iſtam rationem, quæ ſequitur, fuit edita iſta conſtitutio: quia ſi tales qui tranſeūt forſan de ordine Mendicantium ad ordinem non Mendicantium, poſſent habere beneficia, adminiſtrationes, &c. multæ orirentur diſcordiæ, multa ſchiſmata, id eſt, multæ diuiſiones, quæ ſæpe producunt & generant ambitionem. Nam religioſi, qui primo intrauerunt ordinem, ſi viderent iſtos religioſos. qui venerunt de alia religione, aſſumere beneficia, vel adminiſtrationes, ipſi ſibi inuiderēt, & ex illa inuidia orirent multa alia inconuenientia, vt apparet bene inſpicienti: quare Clemens fuit motus facere hanc conſtitutionem, & iſta ratio habetur in textu in primo capitulo, vſque: ibi, [Sacro.] Not. ꝙ idē eſt dicere ordo paupertatis, quod ordo Mendicantium. & dicit Lau. Mendicātes dici, à mene, quod eſt defectus: ideo luna dr̄ mene propter defectus, quos patitur. No. caſum in quo non poſſunt illi de collegio alij cōicare vocem. de hoc in gl. de capitulo. Zabar.

[Prima gloſſa ſummat, diuidit docens quid ſingulæ partes contineant, & quæſtionem ſoluit.]

res [a] cuiuſuis paupertatis [b] ordines eo [c] libentius in qua vocati ſunt vocatione [d] perſiſtere, [e] tranſeunteſq; ad non Mendicantium ordinē in eodem conuerſari quietius ſtudeant, quò [f] in ipſis [g] diſcordiarum, [h] & ſchiſmatum productiua ambitio [i] reprimetur: † Sacro concilio approbante ſtatuimus [k] Mendicantes quoſlibet, [l] qui ad non Mēdicantium [m] ordines, etiā auctoritate Apoſtolica [n]

† Al. reprimatur.

[a] ¶ Vt profeſſores.] profeſſi ordinum Mendicantium etiam licite tranſeuntes ad non Mendicātes, licet adminiſtrationes habeant, non habent vocem in capitulo, etiamſi alij de capitulo id concedant: nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, prioratus, vel officia, etiam tamquam vicarij: nec pro ſe, vel alijs animarum curam gerere: & irritat ꝯ factum vltimo ponit caſum exceptum. Et primo ponitur conſtitutionis cauſa. Secūdo cōſtitutio: ibi, [Sacro.] Tertio ipſius moderatio: ibi, [Ad illarum.] Secundo tria facit. Primo prouidet circa vocē. & locū capituli. Secundo circa futuras adminiſtrationes, vel officia: ibi, [Ad prioratus.] Tertio decretum apponit. ibi, [Quicquid.] Et per hanc litteram, [Profeſſores.] & qđ infra ſequitur [Mendicantes quoſlibet,] dico decre. non hr̄e locū in illo qui infra xv. ſuæ ætatis annum vel aliàs intra annum probationis fecit † profeſſionē in ordine Mendicantiū ſi intra ipſum annū exiuit, & tranſiuit ad nō Mendicantes cū illa profeſſio nō adſtrinxerit eū ordini in ſpecie, ſed religioni in genere eo tit. c. 1. & c. non ſolum. & c. conſtitutionē, lib. 6

† Quoto ætatis anno debeat fieri ꝓfeſſio, ad hoc vt ſit valida, vide of no concil. Trid. ſeſ. 25 tit. de regularib. c. 15.

[b] ¶ Paupertatis.] vide quod dixi de ſtatu monachorum, recolentes. in ſi.

[c] ¶ Eo.] ideſt, intantum. Io. Andr.

[d] ¶ Vocatione.] ideſt, religione.

[e] ¶ Perſiſtere.] ſtudeant. quod eſt ī. & habetur hoc. 1. ad Corin. vij. 21. q. 1. c. 1. eo. tit. licet, in principio.

[f] ¶ Quo.] ideſt, inquantum.

[g] ¶ In ipſis.] Mendicantibus, manentibus, vel tranſeuntibus & hic iunge verbum, reprimetur: & redeas retrograde.

[h] ¶ Diſcordiarum.] facit ī. ea. compi. de ſepul. dudum. poſt princ.

[Gl. ſeq. contra ambitioſos duo iura & tres rationes inducit.]

[i] ¶ Ambitio.] concor. de elec. auaritiæ in princ. & cap. quorundam. in princ. lib. 6. dixit ille Statius Poeta.

Ambitus impatiens, & ſummo dulcius vnum
Stare loco, ſocijſq; comes diſcordia regnis.

Et Seneca epiſt. 78. Ambitioſis, aliàs ambitioni, non tam iucundum eſt multos videre poſt ſe, quàm graue aliquem ante ſe.

[k] ¶ Statuimus.] conſtat, ꝙ aliqui ordines Mēdicantes habebant quædam ex his per priuilegium, quod modo in multis ampliatur, & ſit ius cōe. ſimile de offi. leg. ꝙ tranſlationem. de ſent. excom. cap. vlt. lib. 6.

[Gloſſa ſequens caſus differentiales colligit. & dubium ſoluit.]

[l] ¶ Quoſlibet.] Prædicatores, Minores, Eremitas ſancti Auguſtini. & Carmelitas de elect. quorundam. de religio. c. vnico. lib. 6. & ibi habetur qui dicantur ordines Mendicantes & ex illis iuribus & hoc c. e. tit. nō ſolū. & c. conſtitutionem, lib. 6. de ſta. reg. c. vnico. §. ſane. eo. lib. de excel. præla. c. vnico eo lib. & ī de pœnis. cupiētes. in prin. collige differentias Mendicantium ad non Mendicantes, & adde quod dicam ī. de ſentent. excom. c. 1. & per prædi. §. ſane. dico hanc conſtitutionem locum habere, etiam in fœminis ordinum Mendicantiū, ſi tranſeant ad non Mendicantes. facit quod not. de elect. generali. in prin. lib. 6.

[m] ¶ Non Mendicantium.] ceſſat ergo conſtitutio, cū Mendicans tranſit ad alium ordinem Mendicantem vel cum ille qui tranſit, eſt non Mendicans: ſiue tranſeant ad Mendicantem, ſiue ad non Mendicantem, vt ſic ex quattuor caſibus vnum ſolum includat.

[n] ¶ Apoſtolica.] ab hoc excipit. in ſi.

a ¶ Tran-

transibunt in poſterum, quive hactenus tranſiuerunt, [a] quamuis nunc prioratus, adminiſtrationes, vel officia, aut curam animarũ vel regimen quodcunque obtineant inibi, [b] vocem aut locum [c] in capitulo non habere, etiam ſi hoc ſibi ab alijs [d] libere concedatur.

¶ Ad † prioratus quoque, adminiſtrationes, aut quæcunque in antea non aſſumi officia, [e] etiam tãquam vicarios [f] ſeu miniſtros, vel locum aliorum [g] tenẽtes: quodque animarum curam & regimen, nec pro ſe poſſint, nec pro alijs exercere. [h] Quicquid autem in contrarium attentatum fuerit, ſit irritum [i] ipſo iure, quouis priuilegio [k] non obſtante.

¶ Ad illorum autem Mendicantium ordines, [l] quos Apoſtolica ſedes eo modo ſubſiſtere † voluit, vt eorum profeſſoribus ita in illis remanere liceret, † quòd nullum extunc ad-

† In manuſcripto vetuſto ſatis & emẽdato ita: Ad prioratusquoſlibet adminiſtrationes, aut quæcunque ẽt annua officia nõ aſſumi, & tãquã vicarios, ſeu miniſtros, vel loca aliorum tenẽtes, &c.

al. ſuſtinere.

† al. liceat.

a ¶ Tranſiuerunt.] repete, etiam auctoritate Apoſtolicã & vide quod dixi ſ. ead. compil. de ætate & qual. vt hi qui. ſuper ver. in poſterum.

[Glo. ſeq. præmiſſo dicto Ouidij, ponit duas lecturas obiicit, ponit, ſolu. quam impugnat demum ſoluit, & huic litteræ tripliciter reſpondet, & remittit.]

b ¶ Inibi.] aduerbiũ ex in & ibi compoſitum. Ouidius fecit librum, quem intitulat in Ibim, ideſt, contra Ibim. Aduerſarium enim ſuum & corriualem, quia cum vxore ſua mœchabatur, vituperare volens. vocat illum Ibim, ab ibis, ibidis, quæ dicitur ciconia, auis vituperabilis, quia immunda ex cauſa quam taceo: aliàs tñ auis commendabilis: quia pia in parentes ſenes. quod proſequitur Ambro. in Hexameron. v. dixit ergo ibi Ouidius.

Ibidis interea tu quoque nomen habe.

Sed Iſtud inibi difficilius exponitur, nã clarius formari debuiſſet. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ hic eſt duplex punctatio: Prima poſt hoc aduerbium: & tunc exponitur inibi, ſcilicet in ordinibus non Mendicantibus: & iũgitur ibi: quãuis nunc inibi obtineant prioratus, &c. & ſic legendo non prohibet hanc vocem habere in ſæculari eccleſia collegata, ſi ibidem adminiſtrationem haberent. Sed ſi punctuatur prius, ideſt ante hoc aduerbium, reſultat contrarius intellectus, & exponit inibi, ſcilicet in eccleſijs, in quibus obtinẽt prioratus, adminiſtrationes, &c. Credo tamen, ꝙ prima punctuatio ſit de mente. Sed videtur admittendũ quo ad prius tranſeũtes, & prælatos, ꝙ remaneant prælati, & in capitulo vocem non habeant. Et ſi dicis, capitulum expediret negotia ſine tali prælato, ac ſi vacaret ſedes: Reſpondeo, ꝙ in vacatione eſt iſtud expreſſum quoad quædam. Item vacatio præſumitur eſſe breuis propter tempora à iure limitata, de quibus not. de elect. ſi electio lib. 6. in glo. penul. & facit ſ. ea. compil. de ele. ne Romani. in ſi ſed prælatus iſte vltra quadraginta annos viuere poſſet: quare non puto hoc fuiſſe de mente, ꝙ ſi talis eſt abbas vel principalis prælatus monaſterij, quod in tractandis negotijs monaſterij vnà cum capitulo vocem nõ habeat, Vnde poteſt intelligi littera de voce habenda in capitulo generali vel prouinciali. de ſtatu monacho. in ſingulis ſ. titu. 1. ca. 1. in ſi. talis enim abbas vel prior in illis capitulis vocem non habebit cum alijs abbatibus vel prioribus: & hoc ſonat littera, aut locum. ſolẽt enim tales in talibus capitulis ſibi vendicare certum locum in numero, puta ſecũdum vel quartum. facit de priuileg. ex ore. Vel intelligatur [1] de prioribus, & alijs adminiſtrationem habentibus in monaſterijs, qui tamen non ſunt principales prælati monaſterij, & illi in capitulo etiam ſpeciali ipſius monaſterij vocem non habebunt. vnde nec de abbatibus expreſſit littera. Et licet quædã monaſteria regantur per priores, de illis tamen non intellexit: tamen illud verbũ, regimen quodcunque, multum eſt generale. [2] ſed cum excludat à voce capituli, & capitulum ſit quid diuerſum à principali prælato. [3] non puto, ꝙ ipſum excludat, vt not. ead. compil de ætate, & quali vt hi qui. in glo. cathedralibus. vt ibi vide.

c ¶ Locũ.] hoc plus ponit quàm præd decr vt hi qui. forte propter illud quod proxime dixi: & licet prohibeat locũ capituli, non prohibet ſtallum chori. vt ibi dixi.

1 Idẽ Pan. Imo. & Pet. Anc. expreſſe, quia poſſet euenire caſus, quo nihil ſine principali liceret de re. eccl. non alien. dudũ, lib 6. Font.

2 Reſtringe tñ ad ſimilia a præcedentibus l. ſi ff de vino trit. & oleo lega. itẽ hic tex. eſt pœnalis. ergo. Font.

3 Facit rubrum & nigrum de ijs quæ ſi à prę la ſine conſenſu c. iſta vox ſtricta ſignificatione dicit Ancha. cõprehendit mẽbra non caput ſed larga ſignificatione ẽt caput. de ijs quæ fiunt. nouit. Fon.

d ¶ Ab alijs.] de capitulo. & concor. prædict. decr. vt hi qui & de elect. conſtitutis.

[Gloſſa ſequens exemplificat, & opponit, declarationem poſcens. Secundo, quærit. arguit pro: contrarium ſoluit, & allegatis reſpondet.]

e ¶ Officia.] ergo nõ poterunt ſacriſtæ, camerarij, caſtaldi, œconomi, ſyndici, vel his ſimiles. & egerent hæc etiam declaratione. videtur enim includere ſolum officia ſubiecta eccleſiaſticæ regulæ. pro & contra. 1. quæſt. 3. ſaluator. circa medium. Sed vidi dubitari an poſſint prædicare? & videtur, quòd ſic: quia verbum Dei non debet eſſe alligatum. 2. ad Timoth. 2. & Apoſtolus ad Philipp. 1. ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur, in hoc gaudeo. ad idem 19. diſtinct. ſecundum. vbi dicitur. quòd non refert quis prædicet, ſed qualia prædicet. Contrarium puto, cum prædicare ſit officium curæ: & officium & cura ſint eis hic prohibita, nec etiam pro alijs exerceant. Primum probatur de officio ordin inter cætera. ſ. ead. compi de ſepul. dudum. §. huiuſmodi. de hære. cum ex iniuncto. & cap. excommunicamus, §. quia vero. & quod ibi dixi, & capit. ſicut. ſi de Iudæis quàm ſit. Auctoritates Apoſtoli intelliguntur de ijs, quibus competit. 42. diſtinctio. quieſcamus. qui licet propter vanam gloriam vel temporale commodum prædicent, gaudet Apoſtolus de prædicatione, licet non de ipſorum motiuo. Ad cap. ſecundum reſpondet, vt ibi not & vide quod not. 92. diſtinct. in ſancta. 16 quæſt 1. adijcimus. Fateor tamen, ꝙ in hoc inferior pœna non competit, vt infra dicam. ſed ad hoc valet iſtud ſcire, quia poſſunt prohiberi, & hoc facientes puniri.

f ¶ Vicarios.] prouidet ergo contra fraudem, qua tales procuraſſent amicos præfici adminiſtrationibus vel curæ animarum, per quos feciſſent ſe conſtitui vicarios. & facit de reg. iu. quod alicui, lib. 6.

g ¶ Locum aliorum.] plura ponit, vt omnem fraudem quæ in nomine fieri poſſet, excludat. facit in authent. vt nulli iu. li. ha. lo. ſerua. in princ. coll. 9. de elect. auaritiæ. & c. fundamenta. lib. 6 cum ſimilibus. & forte hoc dictum propter id quod not. Hoſt. de offic. vic. c. clericos. vbi dicit, quòd vicarius non ſubſtituit alium in vicaria, ex cauſa tamen ad modicum tempus ponit alium loco ſui.

h ¶ Exercere.] repete, ſtatuimus.

[Glo. ſeq. in hoc decreto diſtinguit.]

i ¶ Irritum.] irritat ergo ſuffragiũ vocis, & promotionem fiendam contra hanc conſtitutionem: illa enim cadunt in decretũ iſtud, quæ ſunt retractabilia. Sunt enim quędam de officio curæ, quæ ſi exercuiſſent, non eſſent irrita, vt baptizare, Euchariſtiam dare, & his ſimilia. Item quædam quæ conſiſtunt in facto, & nequeunt non fuiſſe, ſicut prædicare. de quo prædixi, Caſtaldi, & ſimilia, & vide quod dicam infra, de hær. c. 1. ver. duro.

k ¶ Priuilegio.] prius conceſſo, tamen iam cępit curia tales priuilegiare contra hanc conſtitutionem. nec voluit [4] nec potuit Papa legem indicere ſucceſſori, de elect. innotuit cum concor.

l ¶ Ordines.] approbatos per ſedem Apoſtolicam, tamen poſt concilium generale.

4 Vide Fel. in c. nonnulli. ver. 6. amplia. extra, de reſcript.

a ¶ Admitterent.] ita, ꝙ oportet, ꝙ deſinant in ſeipſis.

b ¶ Approbatos.] etiam minoris religionis.

c ¶ Tranſeundi.] ſingulariter, non collegialiter, vt patet de religi. dot. cap. vnico. in fi. lib. 6. In his ergo ceſſat ratio inducta in princ. cap. quia non expedit in ea vocatione manere, in qua vocati ſunt.

mitterent [a] ad profeſſionē eorum, quibuſque conceſſit licentiam generalē ad approbatos [b] alios ordines tranſeundi, [c] præſentem nolumus conſtitutionem extendi.

¶ Idem.

¶ Pubes per annum deferens habitum nouitiorū non patenter diſtinctum ab habitu profeſſorum, intelligitur profeſſus. Io. An.

CAP. II.

EOs [d] qui deinceps [e] in diſcretionis conſti-

EOs qui.] Se ſummat. Præſupponendum eſt primo, ꝙ duplex eſt profeſſio, per quam quis obligatur religioni: Quædam eſt expreſſa, quæ ſit per iſta verba: Promitto Deo, & tali ſancto, puta ſancto Benedicto (ſi ſit in ordine ſancti Benedicti) & tibi abbati obedientiam, & reuerentiam, & caſtitatem: & iſte talis obligatur irreuocabiliter, dum tamen aliquod impedimentū nō obſtet. Alia eſt profeſſio tacita, quę inducitur pluribus modis: Aliquando inducitur quando nouitius immiſcet ſe actibus profeſſorum: Aliquando inducitur aſſumptione habitus profeſſorū, & perſeuerat triduo profeſſor. Aliquando inducitur talis profeſſio tacita ex delatione habitus religionis: i. portando habitum religionis per annum integrum. & iſta eſt materia huius capituli. Secundo præſupponēdum eſt, ꝙ inter habitus religioſorum profeſſorum eſt aliqn̄ differentia latens, i. non apparens: aliqn̄ eſt differentia patens, & apparens. Differentia habituū profeſſorū dicitur latens, qn̄ non eſt differētia in colore, ſciſſura, & figura: ſed eſt alia differentia, forte quia habitus profeſſorum benedicūtur, habitus autem nouitiorum nō benedicuntur. Vel nulla eſt alia differentia inter habitus profeſſorū, & habitus nouitiorum, niſi quia habitus profeſſorū dantur in capitulo, vel ante magnū altare: habitus vero nouitiorū dantur in alio loco. Vel forſan talis eſt differentia, quia habitus profeſſorū dantur per abbatem, & habitus nouitiorum dantur per aliū, forſan per priorē vel alium officiarium ſeu religioſum. Alia eſt differentia inter habitus profeſſorum, & nouitiorum, quę eſt patēs, & omnibus nota, quæ eſt in colore, vt habitus nouitiorū ſunt alterius coloris ab habitu profeſſorum. Eſt etiam differentia patens in ſciſſura, ſicut in nomine fratrum Minorum, quia nouitij non habent caputium ſutum cū ſuo habitu: profeſſores vero habent. eſt etiam differētia in figura, quia nouitij habent habitum breuiorem in aliqua parte habitus, quàm habeant profeſſi.

CASVS Titius intrauit religionem approbatam, recepit habitū: tñ voluit experiri, & tētare aſperitates, & labores illius: ēt monaſteriū voluit experiri mores illius Titij: Ipſe Titius portauit habitū per lapſum vnius anni, non proclamauit nec proteſtatus fuit, vtrum per delationē habitus videatur feciſſe tacitam profeſſionē? Diſtinguit: aut habitus nouitiorum non ſunt diſtincti ab habitibus profeſſorum, & tunc dicitur feciſſe tacitā profeſſionē, & inducitur profeſſio per lapſum anni, etiā ſi maneret in monaſterio per xx. annos in tali habitu nouitiorum: Si autem habitus nouitiorū, & profeſſorum ſunt diſtincti in colore, in ſciſſura, & in forma, ſiue figura, & non accipit alium habitum, niſi habitum nouitiorū, tunc per lapſum anni nō dicitur profeſſus. Not. ꝙ quis obligatur religioni, etiam per tacitam profeſſionē. & quia gl. 2. vſ. iuuenibus intricata propter diuerſitatem caſuum, pono aliquas concluſiones. Prima eſt: Delatio habitus manifeſte diſtincti, vt in colore, ſciſſura, vel forma ſeu figura, quantocunque tempore non inducit profeſſionē. hoc probatur hic in fine textus iſti͂ cta glo. fi. Secunda concluſio. Delatio habitus indiſtincti tunc per modū, de quo in c. 1. eo. tit. lib 6. vt quia nō ſolum profeſſi, & monachi illo vtūtur, ſed etiā gerētes vitam cōmunem cū eis: nō inducit profeſſionē in eo, ꝗ in pupillari ætate eū aſſumpſit, quātocunque tp̄e deferatur, vt probatur in d. c. 1. eo. tit. lib. 6. nec hodie corrigitur per iſtum tex. vt not. hic in glo. ſuper verbo portauerit. ſecus autem in eo qui eum habitum aſſumpſit in pubertate: inducit enim in eo tacitam profeſſionem poſt annum, vt probatur in d. c. 1. §. qui vero. lib. 6 Tertia cōcluſio: Delatio habitus extra religionem quātocunque tēpore nō inducit profeſſionem. Hoc voluit tacite iſte tex. in ver. in aliqua religione. argumēto iſto ſumpto per ꝯtrium, & expreſſius tenet hic glo. in ver. aliqua. quam ſingulariter notabis. facit c. vt clerici. de reg. Quarta concluſio: Delatio habitus indiſtincti, vt eſt ille quo vtuntur pariter monachi, & conuerſi, inducit intra annum poſt pubertatē profeſſionem tacitā in c. 1. eo. lib. 6. Quinta concluſio: Delatio habitus diſtincti latenter, puta per benedictionem, inducit per annū profeſſionem in illo monaſterio, in quo habitus delatus fuit. Hęc concluſio ſingulariter probatur per iſtum tex. aſſumptio autem habitus profeſſorum inducit profeſſionem ī genere, ſi datur perſeuerātia tridui. de quo tñ dicendū vt habetur in c. conſtitutionē. eod. tit. lib. 6. in fi. etiam ſi talis habitus patenter diſtinguatur ab habitu profeſſi, vt probatur in d. c. 1. in fi. nec in hoc ille tex. mutatur ꝑ iſtū, quia loqtur in alio caſu, ad quē littera iſta reſtringit, vt notat hic in gl. magna. in verbo, hodie vero quo ad hunc caſum. Ex ꝓdictis, & ex magna gl. in verſ. ex his nota triplicem habitum nouitiorum. Et ꝙ ad profeſſionem faciendam tacite vel expreſſe requiritur pubertas, ita, ꝙ maſculus debet eſſe xiiij. annorum, femina vero xij. nec ſufficit ad iſtum effectum, ꝙ prudentia vel malitia ſuppleat ætatem, & hoc voluit gl. in verſi. ætate Nota de habitu nouitiorū. & quo ad hoc dicitur nouitius quicunque non profeſſus. aliter accipitur hoc verbum ī. in cle. proxi. §. ſane 1. vbi de hoc. in gl. 1. ſcholaſticis. Nota de profeſſione quæ obligat ſpeciali religioni in genere. de hoc in gl. licet igitur. Zaba.

[f] De materia vide omnino Abbatem, & doctores poſt gloſſam, in c. ex parte. extra, de regularib. & doctores in cap. 1. §. diſtinctos de regularib⁹, lib. 6.

[Gloſſa prima dicit quid determinat.]

d ¶ Eos qui.] Se ſummat determinās decr. ex parte. e. tit. & quod ibi not. Ber. & Innoc. & ipſe Innoc. & Hoſt. eo. tit. c. 2. & Abb. eo. tit. conſulti & decre. 1. e. tit. lib. 6.

[Gl. ſeq probat, ꝙ ius nouū continet, dicens quid de iure veteri, & quomodo capitulum ſuum caſum nō excedit, diſtinguens triplicem habitum.]

e ¶ Deinceps.] per hoc patet, & ꝑ verbum infra, decernimus, ꝙ hæc conſtitutio ius nouum ſtatuit, & præterita non reſpicit. Dicebamus enim olim, ꝙ tunc delatio habitus per annū inducebat profeſſionē tacitā, qñ erāt habitus indiſtincti: & ſic intelligebatur decre. ex parte. eo. tit. vt ibi not. in fi. vlt. gl. Si vero erant diſtincti. ſecus, qualiſcunque foret diſtinctio. eod. tit. ſtatuimus. & apertius. eo. tit. c. 1. in fi. li. 6. Hodie vero quo ad hūc caſum diſtinguimus qualis ſit diſtinctio habitus, an patens altero de tribus modis hic expreſſis: an latēs, puta per benedictionem veſtium, perſonam dantē, locū vel formā dationis. ex duab. enī cappis quarū altera benedicta vel data ꝑ prouincialē vel in capitulo, altera non, primā à ſecūda diſcernere neſcis. Primo caſu delatio talis habitus, ēt vltra annū nō inducit tacitā, ſecundo ſic. Ideo aūt dixi quo ad hūc caſum: q̄a quo ad alios caſus ad huc ſtamus iuri antiquo, vt ſufficiat qualiſcunq; diſtinctio: Vnde adhuc hodie maior qui ſcienter & ſpōte recipit habitum diſtinctum per modum, quē ſ. dixi latentem, ſi perſeuerat triduo, profeſſus eſt, quod dic vt eo. tit. conſtitutionem. lib 6. Ex his not. triplicem habitum nouitiorum, diſtinctum, indiſtinctum. & indiſtinctiſſimum. Item primus, ſcilicet diſtinctus duplex, habens

Habitus diſtinctio qñ que eſt patens, quandoque vero latens.

Nouitiorū habitus triplex.

habens ſcilicet diſtinctionem latentem & patentem, vt hic. In habitu ergo nouitiorum latenter diſtincto, vel indiſtincto, vel indiſtinctiſſimo, dūmodo receptus fuerit ab adulto, delatio per annum inducit tacitā, & hoc indubitatum. Delatio vero habitus nouitiorum patenter diſtincti, vel indiſtincti, vel indiſtinctiſſimi, vbi receptus fuerit ab impubere, per lapſum anni non inducit tacitam, & in his caſibus adhuc verum eſſet quod no. Inno. in decre. ex parte & Abbas in decre. cōſului. qui dicebāt, ꝙ delatio habitus nouitiorum diſtincti quantocunque tēpore, non inducit profeſſionem. Et Abbas dicebat, quòd vidit literam Papalem abſolutoriam conceſſam illi, qui talem habitū detulerat fere per xx. annos. hæc probantur ſup. e. ex parte 1. & c. ſtatuimus. & eo. ti. c. 1. lib. 6. & hic. Dubitatur tamē ne decretalis iſta intendat corrigere quod vltimo dixi de habitu indiſtinctiſſimo recepto ab impubere, ut ī. dicam.

[a] ¶ Inhibentes.] hic addit fortiorem expreſſionem inhibitionis: Scripſerat enim Alexander diœceſano, quòd prouideret, q nullū, &c. Clemens quartus ſtatuerat, & mandauerat conſtitutionem inuiolabiliter obſeruari, hic Clemens quintus inhibuit diſtricte ſub obteſtatione, &c. Sed quæro quid ſi contra hanc inhibitionē diœceſanus admittit præſentatum aſſignatione non facta? Videtur q valeat. de præb. dilectus. 2. de conceſ. præb. ſi ſoli. in princ. & facit quod not. de off. ord. Romana. ad fi. lib. 6. & eo. lib de immu. eccle. decet ad fi. ex quo non apponitur decretū, vt ibi. & facit de deſpon impu. ad diſſoluendum. in fi. Item cum hæc principaliter fauorem epiſcopi & inſtituendi recipiant, vt ſ. in princ. poſſunt ſuo renūciare fauori. de regula. ad Apoſtolicā. C. de legi. quod fauore. & facit ff. de noui ope. nuncia. l. 1. §. & poſt operis. Contra de elec. prouida. li. 6 vbi nō valet confirmatio facta, illa requiſitione omiſſa, quæ præmitti debebat: ita nec hic valeat non præmiſſa hac aſſignatione. ad idem eo. tit. c. fi. vbi omiſſio citationis vitiat confirmationem. Item contra hoc eo. tit. cum dilectus. vbi non valet collatio poſt inhibitionem legati. Ad idem prædi. decret. ſi ſoli. ver. aut, vbi inhibitio executoris ad cōpellendū afficit ēt ſine decreto: nam plus operatur expreſſa inhibitio quàm mandatum. [1] vt ibi patet. & ſic reſpondetur ad principium ipſius decreta, & decr. dilectus in contrarium allegatarum. Item non obſtat, q hic non apponitur decretum: quia ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, &c. C. de leg. non dubium de reg iu. quæ contra, lib. 6 cum concor. Nec eſt verum, q hic verſetur ſolum fauor inſtituentis, & inſtituti, immo vertatur fauor eccleſiarum, & ſalus animarum, vt patet in decre. 1. de præb. & ſic renunciare non potuerunt. facit quod dixi poſt Inn. & Hoſt. Comp. de reſcri. cum dilecta. ſuper 4. glo. Per hoc videtur q inſtitutio vel confirmatio non valeat, puta q cum diœceſanus non recipiat poteſtatem confirmandi ab hac cōſtitutione, ſed det conſtitutio iuriſdictionem habenti certum modum ſine decreto, q confirmatio contra hanc inhibitionē facta valeat: [2] & q hoc ſit de mente, colligo per verbū præcedens, ſub obteſtatione, &c Fateor tn̄, q puniēdus eſt faciens, vt in decr. ſi ſoli. cū concor. facit j. de iudæ. c. vnico. Ad decr. prouida. reſpondeo, q

[1] Actus cō tra mandatum an teneat, & an cōtra decretum, vide p Decium in ca. cauſam matrimonij. in 4. colum. in fi. đ off. dele.

[2] Vide ad iſtam gloſ. Decium in c. de cauſis. de offi. delega. & limita illam vt per Perusinum in c. qua fronte. de appe. ad de Fely. in c. ex parte. de cōſti. & in c. cum dilecta. de reſcrip.

ibi ordinarius recuperat iuriſdictionē per cōſtitutionē Gregorij, quamuis eo. tit. ſed modificatam. ſi ergo modum non ſeruet, deficit iuriſdictio. facit ff. de tranſact. cum hi. §. ſi prætor & de reb. eo. qui ſub tut. vel cur. l. magis. § ſi æs alienum. Ad decre. vlt. eo. tit. dico, q ex vi decreti non valet ibi confirmatio, quæ aliàs valuiſſet. In decre. cū dilectus & decre. ſi ſoli. ver. aut. erat ius alteri acquiſitum pro quo ſcribebatur. Lex, non dubium, loquitur in his, quæ habent perpetuam prohibitionis cauſam, vt not. de ſpon. duorum rua quæ hic ceſſat: nam etiam poſt inſtitutionem aſſignatio fieri poteſt, vt ſequitur. & ad hoc adde quod dixi ī ea. compil. de ſequeſt. poſ. ca. vnico. ver. à qua.

[b] ¶ Præſentatum.] inſtituendum ad regimen eccleſiæ, vel curam populi.

[c] ¶ Ius præſentandi.] non nudum, ſed vnà cum dominio temporalium, vt j. §. ſane. aliàs non fieret aſſignatio iſta: quia rector totum haberet. ſuper quo vide qđ ſcripſi de præben de monachis, ſuper ſi vlt. glo.

[d] ¶ Competentem.] de elect. c. 1. de appel. cum ſit.

[e] ¶ Coram.] vide quod ſuper hac dictione no. de elec. vt circa lib 6.

[f] ¶ Terminum ipſum.] à diœceſano ſtatutum.

[g] ¶ Noceat.] facit de elect publicato. & ad ea, q̄ ibi ſcripſi in 10 q.

[h] ¶ Extunc.] i. lapſo termino. & extremum tempus deſignat. ff de condi. & demon. l. 4. in fine.

[Glo. ſeq. ponderat litteram per id quæſtionem ſoluens: ſecundo quærit, & ſoluit]

[i] ¶ Et in pœnam.] non dicit, & poſtea in pœnam, nec ſupra proxi. dixit, prius debeant per quod dico quòd dummodo lapſus ſit terminus non attento ordine huius litteræ, ſicut aſſignatio patronorum præcedit inſtitutionem, ſic & diœceſani prius poterunt aſſignare, & poſtmodum inſtituere. faciunt not de reſcrip cum dilecta in 4 glo. & ſic illud, ex tunc, quòd præcedit, determinat verbum, debeant, & verbum, deuoluatur. Sed in quo eſt hic pœna, cum nihil videatur referre, an per ipſos, an per epiſcopum hoc fiat, ex quo modus non exceditur? Solu. aſſignabit forte epiſcopus tale prædium quod ſibi tenere voluiſſent: perditio ergo electionis eſt hic pœna. facit de præben. ſi pluribus. in fi. lib. 6. ff. de leg. 2 ſtatu liberum. § Stichum. & eſt ſimile de ſup. neg. præla. c. vnico. ea. compil.

[Glo. ſeq ponit duas opiniones hic deciſas.]

[k] ¶ Deuoluatur.] Tan. Goff Inno. & Hoſtien. dicebāt de præbend. de monachis. quòd ſi monachi aſſignare nollēt hanc portionem, epiſcopus elapſis ſex menſibus ordinaret eccleſiam, per decre. ſicut. de ſupplen. neglig. præla. Sed Archid. in decre. 1. de præb. lib. 6. dicit decre. ſic loqui in defectu præſentati, non in defectu prouentuum, quare dixit, epiſcopum hoc caſu non poſſe eccleſiam ordinare, ſed coget illos ad aſſignationem faciendam hodie melius prouiſum eſt per hanc litteram.

[Glo. ſeq. allegat duaſ concor. & dubium ſoluit]

[l] ¶ Oneramus.] concord. ſ. de voto cap. fin. vbi conc. de hoc ſ. ti. proxi. cap vlt. § ut autem. in fi. j. de hæret. cap. 1. poſt princip. Et per hanc litteram, & ea quæ not. de reſcrip ſtatutum § aſſeſſorem. lib. 6. videtur quòd p patronos, vel presbyteros nō poſſit epiſcopo quæſtio referri.

referri, & ꝙ ſi appellarent patroni, dicentes ꝙ exceſſit vel presbyter, dicens ꝙ portio non ſufficit, eps non deferret: fateor tamē ꝙ ſuperior ad quem appellatū eſt, emendaret quod male factum eſſet. ī. de appel. paſtoralis. in prin. Idem puto cum ante lapſum termini eſt contentio inter patronos, qui dicunt portionē antiquam uel auctam per ipſos ſufficere & epiſcopum hoc negantem.

de æta. & qualit. vt hi qui. ad finem.

o ¶ Circa præmiſſa.] In alijs ergo non læduntur priuilegia. ſic ī. ti. 1. c. vlt. verſi. nullo. Io. And.

P ¶ Lures.] Se ſummat, tria dicens. Secunda ibi, [Et vt facilius.] Tertia ibi: [Quibus.]

¶ al. penſionis

moderationem [a] portionis † ipſius debite faciāt, nec odio, [b] vel fauore, vel aliàs [c] in pluri vel minori [d] circa illam ſcienter excedant.

¶ Sane [e] in prioratuum vel aliorum tam regularium quàm ſæcularium locorum eccleſijs, in quibus religioſi vel alii ad quos eorum redditus pertinere noſcuntur, prædicta conſueuerunt onera ſupportare: præmiſſa nullatenus obſeruentur: [f] ſed onera omnia, quæ eccleſiarum ipſarum perpetuis [g] presbyteris, aut uicarijs [h] incumberent, ſi dicta eis aſſignatio facta eſſet, religioſi & alij ſupradicti plene ſubire, [i] ac presbyteros, ſeu vicarios ipſos decenter [k] tractare, necnon ſuſtentationem eis præſtare [l] ſufficientem, [m] & congruam teneantur.

¶ Ad quæ omnia integraliter adimplenda, & nihilominus ad obſeruationē [n] debitam aſſignationis per diœceſanum in caſu alio [o] (ut præmittitur) faciendæ, religioſos prædictos & alios quoslibet à diœceſanis eiſdem eccleſiaſtica † uolumus cenſura cōpelli: Non obſtantibus exemptionibus, aut aliis quibuslibet priuilegiis, conſuetudinibus, [p] vel ſtatutis, quæ circa præmiſſa [q] vel eorum aliquod religioſis ipſis, aut aliis in nullo volumus ſuffragari.

In quodā manuſcripto ita: Eccleſiaſtica, volumus cēſura cōpelli nulla pactione ſeu conuentione in contrarium habita, valitura: non obſtantib. &c.

¶ Idem.

¶ In plures hæredes vnius ex pluribus patronis tranſit iuſpatronatus per ſtirpes. hoc dicit Zab.

CAP. II.

PLures [a] †

Moderatio ſapit diminutionem.

a ¶ Moderationē.] id eſt, moderatam taxationem. hoc dico, quia moderationis verbum diminutionem ſapit. de uerbo. ſign. c. fin. & eſt huic ſimile de elect. cupiētes. poſt prin. lib. 6.

b ¶ Odio vel fauore.] præſentati, vel præſentantium.

c ¶ Vel aliàs.] puta præmio vel timore. 11. q. 3. quattuor. de re iudi. cum æterni. li. 6. ī. de hære. c. 1.

d ¶ Vel minori.] cō cor. de off. cuſto. c. 1. & qđ ibi no. in 3. gl.

e ¶ Sane.] hic declarat prædicta omnia, vt ī. dicam.

[Glo ſeq. rationē reddit, infert, ſed tenet contrarium.]

f ¶ Obſeruentur.] ex quo enim præſentati & inſtituti non ſuſtinent onera, ſed ꝓcurationē, cathedraticū, & alia iura epiſcopalia, & hoſpitalitatis onera & his ſimilia ſubeunt patroni, non fiet aſſignatio prędicta ēt pro ſuſtentatione rectoris, vt ſequitur. Si ergo aliqua onera, puta procurationum ſubeunt patroni, reliqua ſubit presbyter, vř ꝙ aſſignatio fieri debeat ſufficiēs pro his oneribus tātum, quæ ſubit presbyter. facit de præſcr. accedentes. de ſta. mon. in ſing. de deci. tua 2. puto enim hoc eſſe de mente horum iurium, ꝙ aut omnia ſubeant patroni, aut omnia presbyter. facit de conſe. diſt. 2. comperimus. ff. de admin. tut. cum quæritur. Nā particularis exactio multa habet incōmoda. ff. fam. erciſ. l. plane. facit de exerc. act. l. 2. ſup. de cenſi. cum inſtantia. & hoc probat ſeq. littera.

Exactio particularis multa habet incōmoda.

g ¶ Perpetuis.] de capel. mona. c. vnico. lib. 6.

h ¶ Vicarijs.] repete perpetuis. de offi. uica. ad hæc.

i ¶ Subire.] teneantur, quod ſequitur.

k ¶ Decenter.] hoc reſpicit honeſtatem de uo. magnę. honeſte ergo locabuntur in ſede. de exceſſ. prał. c. 1. de ma. & obe. ſolitæ. & honorabitur in eis ſacerdotale officiū. de hære. cū ex iniūcto. verb. licet aūt 95. diſt. eſto.

l ¶ Præſtare.] hic patet ꝙ etiam pro ſuſtentatione rectoris non fiet aſſignatio.

m ¶ Sufficientem.] vide quod no. 21. q. 1. c. 1. de reſcr. cum adeo. in glo. 2.

n ¶ Ad obſeruationem.] non poterunt ergo tollere vel minuere portionem per epiſcopum aſſignatam: facit de præb. auaritiæ.

o ¶ Alio.] ſcilicet cum rector uel uicarius ſuſtinet onera, & intra tempus per diœceſanum ſtatutum aſſignatio per patronos facta non fuit.

p ¶ Conſuetudinibus.] concor. vide ſup. ead. compil.

CASVS. Frater meꝰ & ego habebamus ius patronatus in aliqua eccleſia, volumus pręſentare perſonā idoneam: certum eſt ꝙ ſi patroni diſſentiāt, tunc præſentatus à maiori parte debet inſtitui. c. quoniam. eo. titu. in antiq. Sed quæritur, vtrum filij fratris mei habebunt quilibet ſuā uocem, vel utrum ipſi ſimul habeant unā uocē? Dicit ꝙ ſolum habēt vnā uocem. quia iuſ patronatus competit per ſtirpes, non per capita. Sed quæritur, vtrū poſſumus cōuenire inter nos vt præſentemus epō aliquē clericum alternis vicibus? Dicit ꝙ ſic, ut facilius prouideatur eccleſijs. Sed utrum laicus poſſit præſentare tres clericos ſub conditione, vt eps eligat quem uoluerit? Dicit ꝙ ſic, quia pōt laicus patronus uariare: ſecus ſi eſſet patronus clericus.

¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ plures hæredes non habent niſi unam uocem, quia ſi defunctus uiueret, ipſe nō haberet niſi unam uocem. Nota, ꝙ patroni poſſunt conuenire inter ſe, vt præſentent alternatis uicibus. No. ꝙ patroni plurium eccleſiarum inter ſe poſſunt illa iura diuidere, vt ſcilicet unus ſit patronus in una, alius in alia, licet ſit ſecus in patronatu libertorum: talis enim patronatus inter patronos diuidi non poteſt, licet alimentorum præſtationes diuidere poſſint. ff famil. erciſ. l. quædam. Et primo ideo quia fortius eſt ius patronatus libertorum, quàm eccleſiarum: vnde illud non alienatur, iſtud autem ſic. Item illud trāſit in ſuos ēt non hæredes, vt ff. de iurepatro. l. filij. iſtud non. hoc, vult gl. in uerſi. libere. No. dicitur, patronis eccleſiæ, & dic eccleſiæ: quia ſunt & alij patroni, de quibus in gl. habemus. No. in §. [Quibus.] de uerbo [permittimus,] ex quo inducitur nouum ius, vt probatur hic iuncta glo. in hoc uerbo, quod no. ſingulariter Zab.

De intellectu uide Lambertinum de iure patro. ar. 11. q. 1. p. 1 nu. 5.

[Glo. prima primo dicit quid prima pars determinet, recitans duas opiniones contrarias, & tertiam mediam, quam impugnat. ſecundo pro opinione reprobata inducit tres æquitates, & tria ſimilia, & unam decre. & intricationem, quæ inſurgit ex opinione hic approbata, quam explicat. tertio, ſubdit dictum Goffr. quarto inducit pro opinione approbata duo iura, & æquitatem, propter quam indicat quid uidetur faciendum.]

a ¶ Plures.] Se ſummat tria dicens: & partes, quarum prima pars determinat no. 16. q. vlt. pię mentis plenius ea. q. ſi plures. & eod. ti. c. 1. per quæ patet hic reprobari opinionem, quæ placere videbatur Alan. Hug. Lau. Io.

Ius patronatus tranſit ad hæredes per ſtirpes.

Tancr. Vinc. Bernat. & Goff. quæ mihi etiam placebat. Et approbatur opinio Inno. & Hoſt. dicẽtium in pręd. c. 1. ꝙ in iure patronatus ſucceſſio fit per ſtirpes, non per capita cum hoc eſſe debeat in linea deſcendenti. in ſtitu de hæred. quæ ab inteſta. deſe. §. & quia placuit. vt ſic plures vni ſuccedentes, loco unius habeantur. ff. de cond. & demonſt. cui fundus. & dicebat Innoc. hanc æquitatem præferendam ſubtilitati contrarię. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in fi. ff. de inſt. l. 2. his concor. Roffredus Beneuen. in libello ſuo, eo. ti. §. nunc de vltimo. Primi contra. ad quod inducebat Vinc. ꝙ patroni veniunt ad ſucceſſionẽ liberti per capita, non per ſtirpes. inſt. de ſucceſ. liber. §. ſed noſtra. aliàs incipit, multis. facit ad hoc: quia ſtipulationes indiuiduæ non diuiduntur inter hæredes. ff. de uer. obl. l. 2. & l. eadem. §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. Archid. in præd. c. ſi plures. concordare voluit opiniones, dicens opinionẽ Innocentij eſſe veram in his, qui ex diuerſis cauſis ſũt patroni Et ita ponebat Roſ. vt ſi vnus ex fundo, alter ex dote: Omnes. n. ex altero deſcendentes loco unius habentur: qñ vero unicus fuit patronus, tunc locum habeat opinio contraria, vt ſic inſpiciamus initium. Sed licet hoc aliquantulum mulceat aures, cui nec videtur hæc decr. obſtare: quæ ponit plures patronos, & unum ex pluribus, non unum ſolum: tñ non uideo rationẽ, quare aliud in duobus patronis ex diuerſa cauſa, quàm ex eadem, ut ſi duo dederint dotem Itẽ nec video quare magis inſpiciamus ſtirpem primo gradu, quàm ſecũdo, uel vlterioribus Cum igitur in hoc omnes concordent, ꝙ hoc ius eſt ſimplex & indiuiſibile: Item cõcordent ꝙ in hæredes & in æqualibus partibus æqualiter tranſit, licet forſan vt dicebat Inno. pinguior ſit uox illius, qui plus habet in hæreditate: Item cum omnes concordent eũ qui aliquid in dote poſuit, ita patronũ eſſe, ſicut eum qui plus poſuit, & de omnib. his ſcripſi eo. ti. c. 1. mihi placebat opinio hic reprobata, quæ licet in parte haberet contrariam æquitatem, tñ expediens mihi uidebatur eccleſijs, vt ſicut patronis per capita debetur ius proceſſionis, ius alimentorum, & ius defenſionis: ita per capita debeatur ius præſentationis: ſcilicet vt quot ſunt capita patronorum, tot ſint ſuffragia vocum, & non plura. ad hoc facit eo. ti. c. 3. quod loquitur ẽt de hæredib. fundatorum in pluri, & tñ dicit præficiendum illum qui plurimorum approbatur aſſenſu: & non plura dixit, vt ſcilicet ſi patronus ſit hæres compatroni, ſolum unam uocẽ habeat, cuius ꝯ̃rium innuit hæc littera, vt ſcilicet ſi ſit de hæredibus trium patronorum, in tribus uocibus partem habeat, vel ſi ſolus eſſet hæres trium, habeat tres uoces. facit de re iud. cũ olim.

Stipulationes indiuiduæ inter hęredes nõ diuidũtur.

Patrono duo iura debentur.

Ius patronatus quæſtiones inextricabiles producere põt ex hæredum multitudine ad quos tranſit.

Et ex opinione hic approbata timeo ꝙ naſcentur inextricabiles quæſtiones. Pone ꝙ A. patronus, cuius hæredes haberi debẽt pro una voce, habuit tres filios, quorum primus. B. nomine, habuit duos filios, ſecũdus C. nomine habuit quatuor, tertius D. nomine habuit ſex, quo iure oẽs iſti habent vnam vocem, eo iure habent duo filij B. tertiam illius vocis, quattuor filii C. aliã tertiam: ſex filij D. aliam tertiam. Si ergo ad aperiendum intellectum dicendorum, hanc vocem reducamus ad vnũ as, ideſt ad xij. vncias, & faciamus ꝙ quęlibet vncia in voce ſit Bonoñ. groſſus, & q̃libet groſſus valeat xij. Bonoñ. paruos, quælibet ſtirps habebit quatuor vncias: quid erit ergo ſi unus ex duobus, tres ex quatuor & duo ex ſex, præſentãt Titiũ: & reliqui, ſcilicet vnus ex duobus, vnus ex quatuor, & quatuor ex ſex præſentant Seium, de numero perſonarum, patet, de uncijs ẽt patet: quia præſentatores Titij habent ſex vncias & quatuor denarios, præſentatores Seij habent quinque vncias & octo denarios: ſed explica ſtirpem. Item deſcendendo ad termini gradum: ſi vnus ex illis duob. filijs B. habeat unum ſolum filium, qui clericus eſt, alter octo, quorum duo etiam ſunt clerici, ille ſolus habebit duas uncias, & illi octo diuident alias duas, & ſic quilibet ex illis octo habebit tres denarios. Itẽ ſi quilibet ex quatuor filijs C. habuit filios: primus quatuor, quorum vnus clericus: ſecundus tres, quorum duo clerici: tertius duos clericos: quartus unũ, quatuor filij primi habẽt unciam, & ſic quilibet tres denarios, tres filij ſecundi unciam, & ſic quilibet quatuor denarios: duo filij tertij vnciã aliã, & ſic quilibet ſex denarios, & ſolus filius quarti habet integram vnciã. Item ſi ex tertia ſtirpe, ſcilicet ex ſex filijs D. quilibet habet filios: pone quilibet ex tribus duos, & ſic ſex: quorum unus ſolus eſt clericus, & quilibet ex alijs tribus quatuor, & ſic duodecim, quorum octo ſunt clerici, quilibet ex parentibus habebit octo denarios: quilibet ergo ex duobus filijs primorum trium habebit quatuor denarios: & quilibet ex quatuor filiis ſecundorum trium habebit duos denarios. Habemus ergo ſm prædicta triginta ſeptem pronepotes ex duodecim nepotib. natis ex tribus filijs patroni: Finge ꝙ vacat eccleſia, & iſti triginta ſeptem diſcordãt, viginti laici ex eis præſentant vnum, decem & ſeptẽ quos dixi clericos, alium: Tu qui dicis per ſtirpes deberi voces patronorum, extrica mihi caſum iſtũ, quo iure etenim ponderas ſtirpem in primo gradu, eo iure & in vlterioribus, vt prædixi, ĩ uncijs bene põt explicari: q̃a pars clericorũ habet ſex uncias & vnum denarium, pars laicorum ſex uncias minus uno denario. adhuc fortior intricatio, vbi ponit alium cõpatronum habuiſſe totidẽ deſcendentes, quorum aliqui cõcordant cum clericis prædictis, alii cũ laicis. Et ſcias ꝙ ſi in prædicto cõputo fuiſſem vltra ternarium vſus impari numero: vt v. vij. vel ix. adhuc fortior eſſet intricatio. Itẽ ſi eſſet intricatio tãta in pronepotibus, quanto amplior in filijs pronepotũ, uel ulterioribus? quod eſt dicere, ſi hæc intricatio eſt in tertio gradu, quanto maior in quarto, quinto, & vlterioribus. Item ſi intricatio eſt in caſu ſic explicite, & certitudinaliter poſito, quãto maior in eo poſt ꝓbationes certificãdo? Pro tãto terreor de hac approbatione: nec ſine terreor de eo ꝙ ſcripſi poſt Inno. & Hoſt de elect. ſcriptũ. ſuper verbo propoſiti: vbi dico ꝙ prælatus poſſit habere tertiã electionis, capitulum tertiã, clericus tertiã: q̃a fateor vt ibi ſcripſi, ꝙ poſſit eſſe intricatio in calculo, non tñ tanta vt hic: & hoc ꝑꝑ ſucceſſiuas ſtirpes. Dicebat ergo Gof. e. ti. c. 1. ꝙ cõſuetudo per q̃ in quibuſdã partibus, vt Neapoli, ius patronatus diuiditur per uncias, poſſit excuſari, ut fiat diuiſio nõ reſpectu iuris patronatus, ꝙ eſt indiuiſibile, ſed reſpectu portionũ ſm quas hęredes ſucceſſerunt patrono vni, vel pluribus, & non reſpectu portionum, quas cõtulerunt ædificando, vel dotãdo & põt eſſe utilitas harum diuiſionũ, vt eccleſia in alẽdo & in honoribus magis teneatur ei à quo plus receperit, ſed actus pręſentandi cõis ſit omnibus. Poſſet ẽt circa gratificationẽ (quæ aliquando facienda eſt. eo. ti. cũ autem.) vox illius præferri, qui plus contulit, & hoc dictum mihi placebat. Sed ut dixi, opinio hic approbata pro qua facit de reſcr. paſtoralis. in prin. de teſta. licet ex quadam. ibi, non utique, uno, &c. in tãto. habet æquitatem: quia abſurdum erat, patronum inſtituendo decẽ hęredes, forſan ad hunc finẽ, vt defraudare poſſet cõpatronum actu pręſentandi, quod eſſet ſi iſti haberent decẽ voces, & ille unam. & quia hoc ita poſſet contingere in ſecundo gradu, tertio, & ulterioribus, ſicut in primo, non vr̃ habere rationem opinio Archidiaconi. & ꝑꝑ hanc fraudem uel iniquitatem, multotiens cogitaueram, ꝙ bonum eſſet ſtatuere, ꝙ extantibus deſcẽdentibus hæredibus ſanguinis ex aliquo patronorum, ius iſtud non poſſet tranſmitti in extraneos. In hæredes vero ſanguinis tranſiret per capita ẽt quo ad actũ præſentationis: & tunc non conqueratur patronus de cõpatrono, ſed de Deo creante, ſi plures deſcendentes prębuit compatrono, q̃ ſibi. Deficientibus uero compatronis, tunc patronus deſcẽdentes non habens, poſſet trãſmittere in extraneos: quibus ẽt ſuccederent ſoli deſcẽdentes ſanguinis, & per capita. Et forſan non eſſet abſurdũ ſtatuere, ꝙ nullo caſu in extraneos id eſt, non deſcẽdentes poſſet tranſmitti, vt ſic facilius liberarentur eccleſiæ ab hoc iure. facit de deci. prohibemus. & c. ſi.

Ius patronatus ꝑ uncias Neapoli diuiditur.

Glo.

[Gloſſa ſecunda quærit, & ſoluit.]

a ¶ Plures.] quotcunque, cũ ſit eadem ratio, ſed ad minus duos comprehendit. de reg. iur. pluralis. lib. 6. cum concor. & dic plures etiam ſingulares: in collegiatis eñ minus eſt dubium. de ijs quæ ſi. à præla. c. ea noſcitur.

a ¶ Ab vno.] ergo ſecus ſi plures à pluribus, vel vnus à pluribus, vt dixi in magna glo.

Patroni ſũt triplices.

b ¶ Patronis eccleſiæ.] habemus patronos libertorum, & patronos cauſarum, de quibus dixi eo. tit. ſuper rubrica.

[Glo. ſequens dubium ſoluit.]

c ¶ Relicti.] licet verbum, relicti, ad viui tabulas nõ pertineat. ff. de tab. exhi l. 1. ad fi. facit de foro cõpe. conqueſtus idem tñ puto, ſi inter viuos transferat vendendo pluribus vniuerſitatem, vel permutando cum pluribus, vel pluribus donando, qui ſunt modi transferendi, vt not. eo. tit. cum ſæculum. donationem tamen nõ poſſet facere priuatis ſine conſenſu epiſcopi, vt plene ſcripſi eo. tit. illud.

Ius patronat' multipliciter trãſfertur.

ab vno a ex patronis b eccleſiæ relicti c hæredes, d vocem dumtaxat vnius habebunt in præſentatione rectoris. e Et vt f facilius g prouideatur eccleſijs, non inconueniens reputamus, patronos h ipſos inter ſe poſſe libere i conuenire, de rectore ab eis alternis k vicibus præſentando: Quibus l etiam ex eadem m cauſa permittimus, n vt plures o ad vacantem eccleſiam poſſint eo modo præſentare p perſonas, q quòd vna ex eis eligi per epiſcopum r valeat, & admitti.

TITVLVS XIII.

De cenſibus, exactionib. & procurationibus.

¶ Clemens quintus in concilio Vien.

¶ *Religioſi ſubire tenentur onera, quæ incumbebant eccleſiis per eos ante hoc concilium acquiſitis, niſi priuilegio, exemptione, vel alia iuſta cauſa inueniatur: quæ priuilegia vel exemptiones nõ iuuant in eccleſiis poſt concilium acquirendis. h. d. Ioan. And.*

CAP. I.

Vm

d ¶ Hæredes.] ſui vel extranei, cum non diſtinguat. de hoc 16. quæſt. 7. conſiderandum, & dixi eod. titu. cum ſæculum.

e ¶ Rectoris.] & clerici cum eadẽ ſit ratio. eſt tamẽ in hoc opinio, an patronus præſentet clericum: tenet tamẽ quod not. eo. tit. poſtulaſti.

[Glo. ſeq. docet de tribus opi. primam approbatam, & duas aliàs reprobatas.]

f ¶ Et vt.] circa hunc ver. erat triplex opinio. Prima, ꝙ hoc fieri poſſet: Secunda, ꝙ nõ poſſet: Tertia, ꝙ poſſet de auctoritate epiſcopi, aliàs non. hic reprobat ſecũda, quam tenebat Inno. e. tit. c. 1. & tertia, quam ipſe idem tenebat eo. tit. querimoniam. & approbat primam, quã tenebat Ber. eo. tit. c. 1. in fi. 1. gloſſæ. & apertius ibi Tã. quod placebat Vin. Phli. & Gofr. inducebant. l. quotiẽs ff. de vſufr. & ff. de ſer. l. via. in fi. ad idem ff. communi diui. l. communi diuidundo. §. cum de vſufructu.

g ¶ Facilius.] optarem hanc rationem ponderatã fuiſſe ĩ. proxi. reſponſio.

h ¶ Patronos.] omnes. facit quod not. de ele. quia pp. verſi. vel ſaltem. aliàs iure communi, &c. de reg. iur. in re communi. lib. 6.

[Glo. ſeq. dupliciter litteram exponit, & contrarium ſoluit: ſecundo ſoluit quæſtionem contra ſol. alleg. tria iura, quibus reſpondet & ſolutionem iuſtificat.]

i ¶ Libere.] id eſt ſine ſuperioris auctoritate. & ſic improbat quod no. Inno. in decr. querimoniam. Item dic libere, etiam ſi non vacet eccleſia. facit de dona. conſultationibus. ĩ. ea. comp. de reb. eccle. non alie. ſi vna. hoc probat plurale, alternis vicibus: certum eſt enim, ꝙ vna vice non concurrit duplex vacatio. Non obſtat de cõce. præben. c. fi. quia illud fiebat in fraudem vacaturæ, hoc autem fit ad tollendam diſcordiam, & ad faciliorẽ prouiſionem eccleſiæ. Et eadẽ ratione videretur patronos plurium eccleſiarum poſſe inter ſe diuidere: ſcilicet vt vnus ſit patronus in vna, & alius in alia, vt not. Vin. eo. titu. cap. 1 & c. ex inſinuatione. Sed contra. ff. fami. erc. l. quædam. ff. de ali. leg. l. 3. ff. de iure pat. l. fi. per quæ patet, patronatum libertorum inter patronos diuidi non poſſe, licet alimentorum præſtationes diuidere poſſint. Sed dici poſſet, ꝙ fortius eſt iuſpatronatus liberorum, quàm eccleſiarum, vnde illud non alienatur, iſtud ſic: illud tranſit in ſuos etiam non hæredes. ff. de iure pa. filij. ff. de lib. le. Aurelius. §. Caius. iſtud non, vt ſcripſi poſt Inno. eo. tit. cum ſæculum. Item vt ibi not. permutatur patronatus cum patronatu quare ergo pars patronatus vnius eccleſiæ cum parte quã habet compatronus in alia, non poterit permutari, vt quod iuris de toto, &c. de offi. deleg. paſtoralis. § 1. ff de rei ven. quæ de tota.

Patroni plurium eccleſiarum poſſunt inter ſe facere, ꝙ vnus ſit patron' in vna, & alius in alia.

k ¶ Alternis vicib'.] i. quòd vnus prima vice qua occurreret vacatio, alter ſecunda, alter tertia, has etiam viciſſitudines quandoque ſeruant ſingulares perſonæ collegiorum in collationibus ſpectãtibus ad collegia. de præb. c. vlt. lib. 6.

Collationes qñque fiunt per vices.

l ¶ Quibus etiam.] tertium dictum inducens ius nouum, & æquiſſimum. quod intelligo de laicis, vt ĩ. dicam.

m ¶ Ex eadem cauſa.] facilioris prouiſionis eccleſiarũ.

n ¶ Permittimus.] olim ergo hoc non licebat: bene eñ poterat laicus præſentato vno. alium præſentare. eo. ti. quod autem. & c. cum autem & potior erat cõditio inſtituti ab epiſcopo, vt ibi, videbatur tamẽ epiſcopus primo teneri: quod intellige vt dixi eo. tit. paſtoralis. Si ergo licebat ſic ſucceſſiue accumulare, honeſtum eſt, vt liceat etiam ſic præſentare.

o ¶ Plures.] quotcunque, vt dixi in prin. cap.

p ¶ Præſentare.] ſimul vel ſucceſſiue, licet enim cum olim laicus præſentabat ſecundum, daretur optio epiſcopo, ipſe tamẽ laicus inſtabat pro ſecũdo: modo vero põt relinquere hoc epiſcopi optioni. Et ſic not. ꝙ licet electiones non poſſint fieri alternatiue. de ele. c. 2. li. 6. præſentationes ſic, vt hic. quod de laicis intelligo vel clericis præſentãtibus ex patrimonio, in quibus locum habebat quod dixi ſupra.

Electiones nõ poſſunt alternatiue fieri.

q ¶ Perſonas.] etiam in minoribus cõſtitutas. quod dic vt de inſti. c. 2. lib. 6. Ioan. And.

r ¶ Per epiſcopum.] vel alium inſtituentem, cum eadẽ ſit ratio.

DE CENSIBVS, EXACTIONIB. &c.

¶ Viſum eſt ſupra de iure pa. verum quia patronus aliquando in fundatione, & etiam dotatione retinet aliquem cenſum auctoritate epiſcopi, & aliquas procurationes ſeu comeſſationes: ideo annectit rubricam, de cenſibus, &c.

Continuatio.

Vm ſit.] duæ ſunt partes: quia primo, rõne præmiſſa ponit ſtatutum ſuum cum exceptione. Secundo, exceptionem limitat, & declarat: ibi, ¶ Priuilegia.] Imol.

CASVS. Papa alicui loco religioſo eccleſiã Pictaueñ. vel Bituriceñ. diœceſis donauit, vel forte ipſe epiſcopus cum conſenſu ſui capituli, à qua eccleſia epiſcopus conſueuerat habere iura ep̃alia, puta exigere procurationem ratione viſitationis: quæritur vtrum p̃ iſtam donationem eccleſia ſit exẽpta ab omnibus oneribus

fit[a] naturæ[b] conſonum illos non recuſare onera, qui rerum commoda com plectuntur: Hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, vt religioſi[c] quicunq; pro monaſterijs, & eccleſiis, quæ ad eos quocunque ſunt titulo deuoluta, procurationes legatorum ſedis Apoſtolicæ, ac iura epiſcopalia,[f] & alia præſtari pro ipſis antequam ad eos perueniſſent, ſolita,[g] prompte ſoluere ſtudeant: niſi forſan ſedis Apoſtolicæ priuilegio,[h] exēptione,[i] vel alia cauſa legitima[k] ab his ſe valeant excuſare. Priuilegia vero ſeu exemptiones[l] huiuſmodi ad monaſteria, ſeu eccleſias, quæ ad eos obuenire con tinget, in poſterum[m] volumus[n] non extendi.

Idem.

Ponit quadam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis, præcipue Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet, ſtatuēs quòd epiſcopi, qui in monaſteriis Ciſtercienſis ordinis charitatiue procurantur ſint contenti cibarijs, quæ per illos ſibi miniſtrantur. Si vero procurantur ex debito, ipſis volētibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterii, vel ſaltem extra portam, quæ dicitur Regularis. Ipſorū etiā eleemoſynariis fragmenta menſarum poſſunt pauperibus erogare. hoc dicit. Ioan. And.

ribus, & iuribus ēpalibus, vel vtrum religioſi illa onera teneātur ſoluere? Dicit Clemēs, ꝙ tenentur ſupportare huiuſmodi onera; niſi velint aſſignari congruam penſionem vicario, vt poſſit illa onera ſupportare: & hoc verum niſi iuuarentur priuilegio exemptionis, vel alia cauſa legitima, tamē priuilegium vel exēptio (ſi qua competat) non proficit in eccleſijs poſt concilium acquirendis. No. ꝙ qui ſentit commodum, non debet onus recuſare vulgariter: Qui ſentit onus, ſentire debet, & commodum Et ſumpta ſunt hęc. ff. de re. iur. tamen melius diceretur, ꝙ ſumuntur à iuribus vnde ſumitur regula. l. 2. ff. de reg. iur. No. magis ſpecifice cum eccleſia datur loco religioſo ex donatione epiſcopi, Papæ, vel legati, tunc datur cum omnibus oneribus ſuis, & hoc niſi donarent penſionem vicario, vt ſuſtineret huiuſmodi onera. No. iuncta glo. quòd Papa poteſt priuilegiare aliquem, vt non teneatur ad procurationem Apoſtolicæ ſedis, vel vt non teneatur ad iura epiſcopalia. Et ſic princeps pōt priuilegiare aliquem à ſolutione talliarum, vt ille priuilegiatus non teneatur ſoluere talliam: tamen ſecundum doctores illā portionem non debet imponere alijs, aliàs peccat. Not. ꝙ vicarij conſtituti in beneficijs ſpectantibus ad monachos, non tenentur ad onera, ſed ipſi monachi. Not. ꝙ priuilegia ſunt reſtringenda. pro hoc hæc littera in fi. ibi, [Non extendi.] & de reſcrip. c. vlt. lib. 6. de deci. c. 2. eo. lib. Zabarella.

[Gloſſa prima ſummat. & diuidit.]

a ¶ Cum ſit.] religioſi ſubire tenentur onera, quę incūbebant eccleſijs per eos ante hoc cōciliū acquiſitis: niſi priuilegio, exēptione, vel iuſta cauſa iuuentur: quæ priuilegia vel exemptiones nō iuuant in eccleſijs poſt concilium acquirendis. Secunda: ibi, [priuilegia.]

[Glo. ſeq. dubium ſoluit inducens duo ſimilia.]

b ¶ Naturæ.] ſumptum de regula formata per modū conuerſum. ff. de reg. iu. ſecundum naturam. & vide de reg. iur qui ſentit. lib. 6 & dicit lex, ꝙ non eſt ferendus qui lucrum amplectitur, &c. C. de cadu. toll. l. vnica. §. pro ſecundo, in fine.

c ¶ Religioſi.] in alijs ergo locum non habet inquantum inducit ius nouum. ſimile ī. compil. de deci. c. 1. de teſta. cap. 1.

[Gl. ſeq. tria exempla approbat, & tria reprobat.]

Titulo multiplici poſſunt eccleſiæ ad religioſos pertinere.

d ¶ Titulo.] vt donatione. de do. conſultationibus. permutatione, de re. permu. ad quęſtiones vel pſcriptione. de iure pa. cur. titulo vero emptionis haberi nō poteſt. de ſim. querelā. de iure pa. de iure. & an tranſeat cū vniuerſitate, ſcripſi eo. tit. ex litteris. titulus etiam ædificationis vel fundationis non adaptatur huic caſui.

e ¶ Sedis Apoſtolicæ.] de iureiur. ego N. de cenſi. cum inſtantia.

[Gloſſa ſequens quæſtiones ſoluit.]

f ¶ Iura epiſcopalia.] de quibus de offi. ord. conqueſtē te. ī. tit. 1. c. 1. Et uides, ꝙ procuratio legatorum, & iura epiſcopalia ponūtur, ut diuerſa: per quod patet, ꝙ qui ex pacto tenentur ad iura epiſcopalia, non per id tenentur ad procurationem prædictam.

[Glo. ſeq. tria ponit exempla.

g ¶ Solita.] vel ex impoſitione facta tempore fundationis. 18. q. 2. Eleutherius. eo. titu. quanto. de iure pa. præterea 2. vel ex antiquo vſu. de hoc eo. tit. peruenit. vel quia res aliqua habens onus annexum, peruenit ad eccleſiā, in quam tranſiuit cū ſuo onere. 16. q. 1. ſi quis laicus, de deci. paſtoralis de pig. c. ex litteris. ff. de contrahen. emp. alienatio.

h ¶ Priuilegio.] hoc iuuat quo ad omnia prædicta.

i ¶ Exemptione.] ſi intelligas ab epiſcopali iuriſdictione, hoc non iuuat quo ad procurationes legatorū ſedis Apoſtolicæ, ad quas exempti tenentur. non obſtat eo. tit. cum inſtantia. qđ expone vt ibi dixi. contra illas ēt non valet præſcriptio. de præſcrip. accedentes.

[Glo. ſeq. ponit tria exempla. in primo & tertio diſtinguit, ſecundo quærit, & ſoluit.]

k ¶ Legitima.] puta cōpoſitione. ſ. c. prox. verſ. nec cōpoſitiones, qđ intellige quo ad illa in quibus valeret cōpoſitio, de hoc eo. tit. cum venerabilis. vel res iudicata. de re iudi. cum inter. & not. de præſcrip. cum ex officij. in vlt. glo. Præſcriptio nō vr̄ hic adaptari, cū loquatur textus de his q̄ præſtari ſolebant: noua vero pręſcriptio poſt acquiſitionē illarū bene poſſet adaptari in his iuribus, quæ ſunt præſcriptibilia. de præſcrip. de quarta. Sed nūquid erit legitima cauſa ſi dicatur indebita fuiſſe? Sol. puto de mēte huius conſtitutionis, ꝙ percipiēs in poſſeſſione defendatur donec probetur indebitum. eo. tit peruenit. facit de elect. querelam. ad finem. & qđ ibi not. de offi. ord. duo ſimul in 3. glo.

l ¶ Exemptiones huiuſmodi.] intelligo generales, vel à prædictis iuribus.

[Gl. ſeq. alleg. 2. cōcor. ponit tempus concilij: quærit & ſoluit.]

m ¶ In poſterū.] cōcor. de deci. nup. ſimile ī. ea cōpi đ reſcr. litteras. Vides ergo, ꝙ priuilegia vel exemptiones, quas habebāt religioſi, ēt circa eccleſias acquirendas nō habēt locū niſi in acquiſitis ante conciliū Viennēn. De religioſis dixi; qa circa ſæculares nil immutat iſta cōſtitutio. Et ſcias, ꝙ cōciliū inchoauit anno dñi M. cccxj. die cal. Octobris, & teminatum fuit anno ſequēti 6. die Aprilis, & ſic durauit vltra ſex mēſes. Scito ergo qñ acquiſiuerint, ſcias ante cōciliū vel poſt. Quid de acquiſitis durāte cōcilio, vel poſt conciliū ant q̄ cōſtitutiones ligarēt; de quo ſatis dixi in prooemio, & quū viderei, ꝙ acquiſitę antequam ligarent conſtitutiones, priuilegijs & exemptionibus gaudeant per ea quæ ibi dixi.

Clemētinę qñ fuerunt factæ.

[Gl. ſeq. obiectionē ſoluit, & allegat quatuor ſimilia.]

Voluntas quādoque eſt pro ratione.

n ¶ Volumus.] ſit pro ratione voluntas, cum aliàs de-

ceat

cem priuilegium principis eſſe manſurum. de reg. iur. decet. li. 6 cum concor. & eſt ſi. ī. ead. compi. de ſepul. dudum. §. pen. in fi. & ī. tit. 1 c. 2. in fi. de reſcri. cap. vlt. de deci cap. 2. lib. 6. fuit tamen motiuum, quia priuilegium tēdebat ad noxam. de deci. ſuggeſtū. vbi de hoc.

4 Vide cap. cum Apoſtolus. ext. de cenſib. & c. 1 2. & 3. eo. ti li 6. & omnino conc. Trid. ſeſ. 24 de reform. c. 3. vbi plene de materia viſitationis.

Ad noſtrum.]ρ̄ ſupponendum eſt, φ aliquando patroni faciunt ordinari per epiſcopum, vt tali die illa eccleſia teneatur dare vnā procurationem, i. comeſtionem.

CAP. II.

Ad † noſtrum [a] (quod dolēt es [b] referimus) peruenit auditum, quòd eccleſiarum prælati ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis accedentes, licet ab eis charitatiue recipiantur, & eis curialiter neceſſaria miniſtrentur; cibis tamen regularibus [c] non contenti contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eiſdem fiant eleemoſynæ competenter: ipſi tamen prælati ipſis religioſis inuitis [d] alias elemoſynas faciunt etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent de conſuetudine, vel de iure. Pro equitaturis quoq; ferrādis licet ferris [e] non egeant, & coci eorum ſui officij [f] ratione pecuniam exigunt & extorquent: Nec compoſitiones [g] ſuper procurationibus inter prælatos

CASVS. A nonnullis in concilio Vienenſi fuit expoſitum φ epiſcopi in fundatione ordinis Ciſtercienſis, qui ordo eſt exemptus à diœceſanis, petebant procurationes, ſiue comeſtiones, quas monaſteria tenebantur ſoluere: iſti epiſcopi non erant contenti cibis vel epulis regularibus, & communibus ipſis ſecundum regulam ſuam, ſed petebant carnes, & etiam illas petebant adminiſtrari ſibi intra ſepta monaſteriorum, quod eſt contra ipſorum regulam. Et cum ipſi Ciſtercienſes non velint ſibi dare procurationes. vt ipſi epī petūt, ipſi rapiunt violenter, & faciunt quàm plures eleemoſynas de bonis religioſorum, quamuis ēt ipſi religioſi ſufficientes eleemoſynas faciant, & etiam epiſcopi iſtas procurationes accipiunt in pluribus locis, in quibus non debent habere de iure vel conſuetudine. Item epiſcopi vt magis grauarent monaſteria Ciſterciē. faciebant ferrari equos ſuos, quamuis non indigerent. Item coci epiſcoporū dicebāt, date mihi pecunias, ego feci coquinā & paraui cibaria veſtra domino meo, ego nō teneor ſibi parare tempore viſitationis, immo monaſteria tenētur mihi ſoluere, & ſic iſte cocus exigebat vnam quantitatē pecuniæ. Item iſti epiſcopi non approbabant cōpoſitiones factas inter prælatos ſuper procurationibus recipiendis, immo exiſtebant graues, & rebelles, ſic, φ multa bona monaſteriorū dilaniabant, & conſumebāt in modico tempore, & adhuc nō erant contenti de procurationibus ſuarum perſonarum, ſed etiā habebant magnos, & paruos canes venaticos, quibus neceſſe erat procurationes dari. Item habebāt aues venaticas, vt accipitres, & quamplurima alia onera inferebant: Nam ſi religioſi non ſatisfaciebant voluntati ipſorum epōrum, ipſi vel ſeruitores frangebant portas monaſteriorum. Item ipſi recipiūt plures procurationes in die: qꝛ accipiunt pecuniam loco procurationum, & non viſitant quæ viſitare debēt, immo ommittunt viſitare accepta pecunia pro procurationibus, & ſic ipſi prælati accipiunt, & exigunt ab ipſis religioſis illa, ad quæ ipſi non tenentur. Item ſunt aliqui prælati qui quando vident φ Papa mittit aliquos nuntios in diœceſim ipſorū, ipſi exigunt pecuniam pro procuratione illorum nuntiorum, & illam exigunt: ſaltem exigunt maiorem partem à locis exemptis, & alijs locis religioſis, & hoc faciunt vt ipſi non tantum grauent presbyteros ſuos, ſed etiam vt ipſi ſeipſos liberent. Et illi qui iſta expoſuerunt in concilio, dicebant, φ iſti prælati grauabant monaſteria exempta in multis alijs, quare iſti exponentes quærunt à Romano Pontifice quid fiendum de iſtis; Et dicit Clemens, φ ſi iſti prælati epī veniant ad iſta monaſteria exempta nō cauſa viſitationis, ſed charitatiue, & gratia hoſpitalitatis: tunc ipſi debent eſſe cōtenti, & debent recipere victualia regularia, & iſta cibaria bebeat illis tradi intra ſepta ipſorum religioſorum, nō tamen intra portam quam regularem appellant, & hoc maxime ſi illa cibaria non ſint conſueta nec ſecundum regulam ipſorum religioſorum. Et ad hoc quod ſupra dixi, φ iſti faciebant eleemoſynas, quamuis religioſi ſufficienter facerent: Reſpondet, φ ipſi poſſunt facere elemoſynas de fragmentis menſæ, hoc eſt, de reſiduo eorum quæ reſtāt ex menſa. Et ſi de cætero iſti prælati velint euitare indignationem ſedis Apoſtolicæ, docet eos quieſcere ab iſtis grauaminibus ſuperius expreſſis. Nota, φ epiſcopus non debet recipere eadem die plures procurationes, niſi hoc haberet ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ: ideo dicit textus, pluresque procurationes recipiunt vna die ſedis Apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti. Nota iuncta gloſſa, quòd poteſt fieri compoſitio de, & ſuper modo procurādi, & numero procurandorum, ſi contentio, & controuerſia fuerint inter procurandum, & illum qui debet procurare: puta epiſcopus poteſt facere talem compoſitionem, totiens quotiens ego veniam charitatiue vos viſitando, dabitis procurationem, i. alimenta pro me, & & ſex de meis ſeruitoribus, vel quatuor, vel plus, vel minus. Nota, φ epiſcopi cum viſitant, non debent habere canes venaticos, nec aues: immo etiam non debent habere dum non viſitant: quia omnia iſta ſunt prohibita clericis etiam ſæcularibus. Nota: ibi, [Sunt nonnulli.] φ tam exempti q̄ non exempti tenentur conferre ad procurationem legati ſeu nuntij ſedis apoſtolicæ. Not. ibi, [Charitatiue recipiantur.] φ monaſteria tenentur ad recipiendos hoſpites. ſic, & alij clerici. de præbē. de monachis. de emp & vendi. c. 1. Et dicit Lau. φ ad hoc poſſunt per excommunicationem compelli. 44 diſt. §. hinc etiam. Nota de cibis regularibus. & de hoc in gl. 3. & ſunt oua, caſeus, & piſces. Zabarellla.

[Prima gloſſa ſummat & diuidit.]

a ¶ Ad noſtrum.] Ponit quædam grauamina, quę prælati inferebant exemptis, pręcipue Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet, ſtatuēs, φ epiſcopi, qui in monaſterijs Ciſterciē. ordinis charitatiue procurantur, ſint contenti cibarijs, quæ per illos miniſtrantur. Si vero procurantur ex debito, ipſis valentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterij, vel ſaltem extra portam, quę dr̄ Regularis. Ipſorum etiam eleemoſynarij fragmenta menſarum poſſunt pauperibus erogare. Prima pars ponit grauamina, ſecunda prouidet. ibi, Nos igitur.]

b ¶ Dolentes.] ſ. ead compil. de ſtatu. mona. ca 2. ver. viſitatores. & ibi concor.

c ¶ Regularibus.] de quibus in regula B. Bn̄dicti. 39. c.

d ¶ Inuitis.] non erat ergo dicenda eleemoſyna, q̄ de rapina fiebat. 1. q. 1. non eſt putanda.

e ¶ Ferris.] vide quod not. eod tit. exigit. in gl. 1. lib. 6.

f ¶ Officij.] ſ. id eo. tit. Romana § procurationes. lib. 6.

[Gloſ. ſeq obiectionem ſoluit.]

g ¶ Compoſitiones.] compoſitio 1 per quam tollatur procuratio debita viſitanti, non valet: ſicut enim viſitatio per compoſitionem tolli non poſſet, ita nec procuratio quę debetur iure anexionis, ſicut de pręſcriptione dr̄. de præſcrip. cū ex officij. ſed erāt cōpoſitiones. ſuper modo procurandi vel numero procurandorū, q̄ ſeruādæ erant facit quod not. 16. q. 6. quicunque; ſicut

1 Procuratio viſitanti debita tolli non pōt per compoſitionem, vide plene Abbat. in c. cū ex officij. de præſcri.

etiam ſuper decimis ſit cõpoſitio. de deci. ex multiplici.

a ¶ Ipſis.] prælatis.

b ¶ Conſumit.] contra id eo. tit. cum Apoſtolus. Refert Suetonius lib. 2. quòd Tiberius præſidibus ſuadentibus prouincias onerari tributo reſcripſit: boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglutire. ACCVRSIO. Vel potius deglubere, id eſt, pilos euellere: ita debet eſſe: qui aliter legit, non intelligit.

Paſtoris boni officiũ.

ipſos, & eos initas eis ſeruant: ipſis [a] etiam in recipiendis procurationibus ita graues exiſtunt, quòd ipſis in eorum monaſterijs & eccleſijs procurationes recipientibus longi temporis victum breuis hora conſumit: [b] & dum procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones, & accipitres ſecum habent: [c] Et niſi voluntati ſatisfiat eorum, valuæ [d] monaſteriorum ſeu eccleſiarum per violentiam ſæpe franguntur, [e] & ornamenta eccleſiæ exportantur, [f] pluresque procurationes recipiũt vna, [g] die ſedis Apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti: interdum in pecunia numerata, viſitationis etiam officio non impenſo, [h] & occaſione dictarum procurationum ijdem prælati ab ipſis frequenter exigunt, quæ illis ſoluere non tenentur, intolerabilia eiſdem grauamina cumulantes: Sunt, † [i] & nonnulli, qui procurationes nunciorum Apoſtolicæ ſedis, aliaque extraordinaria onera exemptis, & alijs religioſis pro maiori parte imponunt: vt ſe ac preſbyteros liberent ſæculares religioſos ad ordinandum huiuſmodi onerum diſtributionem minime aſſumentes: [k] In multis etiam alijs præfati prælati, exempta monaſteria; & ipſorum eccleſias vtroque [l] illis iure ſubiectas, grauant in procurationibus recipiendis, & oneribus inſolitis imponendis. ¶ Nos igitur ſuper his volentes de oportuno remedio prouidere, ſacri approbatione concilij duximus ſtatuendum, vt ſi epiſcopi non cauſa viſitationis, ſed charitatiue hoſpitalitatis, ad monaſteria venerint ſupradicta, [m] victualia gratioſe [n] recipiãt, quæ charitatis gratia eis fuerint miniſtrata. Ipſis autem epiſcopis ad monaſteria venientibus ſupradicta, & procurationes ibidem recipientibus ſibi debitas de iure communi, conſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali, [o] in domibus ipſorum [p] monaſteriorum, extra tamen ſepta ipſorum exiſtentibus, ſi quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin [q] intra ſepta ipſa non tamen intra portam, quam regularem [r] appellant, carnium pro congruentia temporis ſi voluerint [s] (priuilegio non obſtante quocunque) cibaria miniſtrentur. Nec inconueniens reputamus ſi fragmenta, [t] quæ de menſis ipſorum epiſcoporum, & ſuorum familiarium [u] colliguntur, [x] per ipſorum epiſcoporum eleemoſynarios ibidem [y] pauperibus erogentur. Ab

c ¶ Habent.] contra id eodem titulo cum apoſtolus. de clericis venat. cap. 1 & 2.

d ¶ Valuæ.] de ſpon. conſultationi in principio.

e ¶ Franguntur.] an hæc liceant etiam habenti iuſtam cauſam & poſſidenti, cui denegatur pẽſio vel hoſpitium, vel procuratio: plene ſcripſi poſt Inno. de immu. eccl. cap. 1. [*]

[*] Vide ibidem Panor mit.

f ¶ Exportantur.] hoc non poſſunt etiam collectores decimarum ĩ. ead. compil. de deci. ſi beneficiorum.

g ¶ Vna die.] cum tamen numerus procurationum non debeat excedere numerum dierum eod. tit. procurationes. quod locum habet etiam in viſitante plura loca, quorum quilibet ad procurationẽ ſufficiat eodem tit. fœlicis, lib. 6.

Procuratio nũ numerus dierum numerũ nõ excedat.

† al. Sunt etiam, &c.

h ¶ Impenſo.] contra id eod tit. procurationes. & c. exigit, lib. 6 eod. lib. de offi. ord. ſi epiſcopus.

i ¶ Aſſumentes.] contra id de reg iur. ꝙ omnes, lib 6.

k ¶ Alijs.] de quibus de exceſ. prælat. frequens.

l ¶ Vtroque.] de priuil. quoniam.

m ¶ Supradicta.] ſcilicet Ciſtercienſis ordinis, tamen & de alijs idem videretur, ab identitate rationis. & ſupra proximo generaliter loquitur de exemptis.

n ¶ Gratioſe.] dicit prouerbium Italicorum, non reſpiciendum dentem equi donati [vnde quidam. Quadrupedis dentes donati cernere noli] cui conuenit ff. de ædi edic. ad res donatas.

o ¶ Speciali.] puta pacto vel onere impoſito fundationis tempore, vt dixi ĩ. c prox.

p ¶ Ipſorum.] ergo non aliorum priuatorum, vel eccleſiarum, etiam ſi domus eſſent ad hoc aptæ, niſi ipſi prælati conſentirent ibi procurari.

q ¶ Alioquin.] idem ſi extra ſepta non fuerint domus monaſterij ad hoc aptæ.

[Gloſſa ſeq. allega. vnam concord quærit, & ſoluit, & ſolutionem determinat.]

r ¶ Regularem.] licet ergo in vna parte domus qđ in alia parte non licet. de ſtatu monach. cum ad monaſterium. Sed quid ſi extra portam illam non eſt locus aptus? Satis videtur, quòd propter neceſſitatem, quæ ſic arctat poſſint tunc intra portam illam miniſtrari, vt ſicut propter neceſſitatem tempore prohibito licet carnes comedere, ſic liceat ex eadem cauſa etiam in loco prohibito. de obſerua. ieiun. conſilium in fine. de regu. iur. quod non eſt. facit de cuſtod. Euchar. capit. ſecundo. Poſſet tamen dici, ꝙ cum priuilegium iſtorum non tollatur intra portam, quòd tunc epiſcopus ſecundum formam priuilegij cibis regularibus debeat cõtentari: vbi vero non haberent priuilegium contrariũ, ſit locus ei quod prius dixi.

Carnes licet comedere tempore prohibito propter neceſſitatem.

s ¶ Si voluerint.] honeſte facere epiſcopi declinando ibidẽ ſexta feria vel ſabbato, vel die qua cibaria regularia conuenirent: tamen ſi alio die declinant, ſubditi ſuperiori inuito legem cibariorum non dabunt. 41 diſtinct. non cogantur. & concor. de cen. cum inſtantia. in ſi.

t ¶ Fragmenta.] dicta à frango, gis panes ergo integros, ꝙ de menſa leuantur, inuitis monachis. nõ dabit eleemoſynariꝰ, vel capones integros, vel ſimilia.

u ¶ Familiarium.] cum epiſcopo, vel poſt comedentium.

x ¶ Colliguntur.] in procuratione quæ datur ex debito, hoc eſt certum: ſed in illa quæ datur gratuito, non videtur id inuitis monachis fieri poſſe, & forſan auctor de vtraque intendit, quaſi fragmenta videantur eſſe largita.

y ¶ Ibidem.] ad alium ergo locum mittere non poſſet diſtribuenda illis inuitis.

z ¶ Eui-

aliis autem grauaminibus expreſſis ſuperius, prçlati diligenter † abſtineant, ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem voluerint euitare.[a]

¶ Idem in eodem.

¶ Diœceſani (quibus hoc conſtat) illos qui exigendo à clericis pedagia vel guidagia excõmunicati ſunt vel interdicti, publicare debent. Io. And.

CAP. III.

PRæſenti[b] † conſtitutione iubemus,[c] vt locorum diœceſani contra eos, qui ab eccleſiis, vel perſonis[d] eccleſiaſticis pro earum rebus[e] propriis,[f] quas non negotiandi[g] cauſa deferunt, aut deferri faciunt, vel tranſmittũt, pedagia,[h] vel guidagia ſuo, vel alieno[i] nomine exigunt, vel extorquent[k] in animarum ſuarum periculum, & eorum à quibus ea exigunt prçiudiciũ, & grauamen excommunicationis[l] & interdicti[m] ſentẽtias à iure[n] prolatas, poſtquam de † his ipſis cõſtiterit,[o] omnino publicent, vel à ſuis ſubditis[p] tamdiu faciant publicari, donec[q] illi ſic exacta † reſtituerint,[r] & de tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerint[s] competenter.

TITVLVS XIIII.

De celebratione † Miſſarum, & alijs diuinis officijs.

¶ Clemens quintus in concilio Vien.

¶ Prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentibus ſuperiores ipſorum debent eſſe ſolliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis eccleſiis Horæ canonicæ deuote pſallantur, & quòd in eccleſiis aliis celebretur conuenienter,

a ¶ Euitare.] vide quod dixi infra de ſent. excom. c. 1. in glo. Mendicantes. in fine.

n ¶ Reuelatum.] hoc nõ creditur ſimpliciter aſſerenti. de hæret. cum ex iniuncto: Mihi autem reuelatur, quòd hoc feſtum

memoriam, quam de ipſo facit Eccleſia, ſolemnior & ſpecialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc deſignantes & deſcribentes diem, videlicet feriam [a] quintam [b] proximam poſt octauā [c] Pentecoſtes: [d] vt in ipſa quinta feria deuotæ turbæ fidelium propter hoc ad eccleſias affectuoſe concurrant, & tam clerici, quàm populi gaudentes in cantica [e] laudum ſurgant: tunc enim omnium corda, & vota, ora, & labia, hymnos [f] perſoluant lętitiæ ſalutaris: tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat, [g] iubilet [h] chorus, puritas iocundetur: tunc ſinguli alacri animo pronaque voluntate conueniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo tanti feſti ſolemnia celebrantes: & vtinam ad Chriſti ſeruitium ſic eius fideles ardor inflammet, vt per hæc, & alia proficientibus ipſis meritorum cumulis apud eum, qui ſe ſe dedit pro eis in pretium [i] tribuitq; ſe ipſis in pabulum, tandem poſt huius vitæ decurſum eis ſe in præmium [k] largiatur. ¶ Ideoque vniuerſitatē veſtram monemus, & hortamur in Domino, & per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientię diſtricte præcipiendo mandamus, in remiſſionē peccaminū iniungentes, quatenus tam excelſum, & tam glorioſum feſtum, prædicta quinta feria ſingulis annis deuote ac ſolemniter celebretis, & faciatis ſtudioſe per vniuerſas eccleſias ciuitatum veſtrarum, & diœceſum celebrari, ſubditos veſtros in Dominica, dictā quintam feriam proxime præcedentē, ſalutaribus monitis ſollicite per vos & per alios exhortantes, vt per veram, & puram confeſſionem, eleemoſynarum largitionem, [l] attentas, [m] & ſedulas orationes, [n] & alia deuotionis & pietatis opera, taliter ſe ſtudeant præparare, quòd huius pretioſiſſimi ſacramenti mereantur fieri participes illa die, poſſintque ipſum ſuſci-

ſtum adiungetur ad alia feſta: de quibus in decret. vlt. de ſentent. excommunic. libro ſexto. & tunc eadem conſtitutione notabilia ipſius conſtitutionis dubia ſupplico declarari.

Feria quid ſignificet, & vnde dicatur.

[a] ¶ Feriam quintam.] ſcilicet diem Iouis. & licet proprie feria ſumatur pro feſto: tamen omnem diem vocamus feriam, vel à fando: quia qualibet die fabatur Deus, Gen. 1. vel quia ſingulis diebus fari poſſumus in diuinis vel humanis. ſimile de verborum ſignificatione. forus.

[b] ¶ Proximam.] intelligebatur. ff. de verborum obligatione, cum qui calendis.

[Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.]

[c] ¶ Octauam,] contra de ferijs, capellanus. illud quo ad officij celebrationē, hoc quo ad dierum numerum. & concord. eod. tit. c. 2. de reſtitut. in integr. coram, in fine.

Pentecoſte quid eſt, & vnde dicitur.

[d] ¶ Pentecoſtes.] ſic dicitur à pente quod eſt quinque (facit de decim. cap. primo in fine. & quod ibi not) & coſte decem, quia quinquies decem dies ſunt inter feſtum Reſurrectionis, & Pentecoſtes, copulato vtroque feſto, & quidam declinant Pentecoſte Pentecoſtes: alij vero hoc Pentecoſte indeclinabile.

[e] ¶ Cantica.] ad Epheſios 5.

Hymni, & threni differunt.

[f] ¶ Hymnos.] hi ſunt cantica laudis, ſicut Threni cantica lamentationis, vt ſcripſi de immu. eccle. non minus.

[g] ¶ Plaudat] quaſi minus iungat.

Iubilus qd eſt.

[h] ¶ Iubilet.] quod eſt cantare voce quadam confuſa præ gaudio. vnde dicunt quidam quòd iubilus eſt gaudium quod verbis explicari non poteſt, nec tamen penitus reticeri.

[i] ¶ In pretium.] 1. Corint. 6. in fi. ibi, Empti enim eſtis pretio magno.

[k] ¶ In præmium.] Thobiæ 4. poſt princ.

Eleemoſyna eſt triplex.

[l] ¶ Largitionem.] 86. diſt. fratrem. de triplici eleemoſyna 45. diſt. tria. ſed aliter per Hoſt. in ſumma, de pęn. §. quis ſit effectus. ver. eleemoſyna. de tēp. or. § & cui. ſub § ſeptima.

[m] ¶ Attentas, & ſedulas.] i. continuas vel aſſiduas,

[Gloſ. ſeq. de oratione. primo remittit. ſecundo format ſummam, quærens de nouem. in fi. glo. prolixitatē excuſat. Ad primum membrum ſummę quadrupliciter rūdet. Ad ſecundū datur miſta etymologia. Ad tertium vnica diuiſio. Ad quartum & ad incidens prouerbium reſpondet, & obiectionē ſoluit. Ad quintum reſpondet & incidenter quærit, an peccatorum oratio exaudiatur, arguit pro, & contra, & ſoluit. Ad ſextum reſpondet, & reſponſum determinat. De ſeptimo remittit ad plura: ſed quattuor proſequitur, incidenter quærens an oratio debeat eſſe vocalis. alleg. pro & contra. & ſoluit. Circa octauum tria proſequitur. Circa nonum & vlt. ponit duplicem effectum: ſecūdum probans iuribus, quinque auctoritatibus, & tribus exemplis, de pluribus remittens.]

[n] ¶ Orationes.] De oratione [1] tractauit Hoſtien. in ſum. de pœnit. §. quis ſit effectus. ver. carnis autem maceratio. Sed plenius per modum ſummæ videamus, quid ſit oratio: vnde dicatur, quæ ſit eius diuiſio, ad quem ſit porrigenda, per quē, ad quid, qualiter, vbi, & quis ſit eius effectus. De primo, oratio ſecundum Auguſtinum lib. de verbis Domini, eſt quędam petitio. Alibi dicit, ꝙ eſt pius mentis affectus directus in Deum, & plerumque ne pigritetur in vocē prorumpens: & colligitur de conſec. diſtin. 1. qū autem. Vel oratio eſt congeries vocum in Deum tendentium ad aliquid impetrandum. Et ſm Damaſcenū eſt aſcenſus intellectus in Deum, vel petitio ducētium ad Deum, vel petitio deſcendentium à Deo 20. diſt. cap. fi. Ad ſecundum dic, ꝙ dicitur ſecundum Caſſianum, Iſidorum, & Bernardum quaſi oris ratio: vt ſcilicet, rationabile petatur: aliàs non eſſet oratio: ſimile de rebus eccle non alie. c fi. & per hoc videtur, ꝙ debeat eſſe vocalis: de quo dicam ſub ſeptimo mēbro. De tertio ſciendum, ꝙ Caſſianus [2] poſt Apoſtolum 1. ad Timo. 2. hanc diuidit in quattuor ſpecies: In obſecrationem, qua quis compunctus pro commiſſis veniam deprecatur: Orationem, per quam fit aſcenſus intellectus in Deū, vel per quā aliquid Deo vouetur, vel offertur: Poſtulationem, quam conſtitutus in ſpiritus feruore pro alijs ſolet emittere: Gratiarum actionem, quam mens Deo refert per exceſſum ineffabilem recolendo præterita Dei beneficia, vel contēplando præſentia, vel proſpiciendo futura iā præparata dilectis. B. Bernardus in quodā ſermone dicit, ꝙ obſecrationes fiunt affectu verecundo, orōnes puro, poſtulationes amplo, gratiarum actiones deuoto. De quarto dic, ꝙ porrigenda eſt ad Deum, Matt. 6. Cum oraueritis, dicite: Pater noſter, &c. Ad Sanctos autem porrigi poteſt non tamquam per ipſos implenda, ſed vt precibus & merius

[1] De materia huius gloſſæ vide pleniſſime B. Tho. 2. 2. q. 83. per totam qōnē.

[2] In collationibus patrū. coll. 9. cap. 11. 12. & 13.

Oratio ad quē porrigi debeat.

meritis ipſorũ exaudiat à Deo, patet hoc ex modo orandi, quo vtitur Eccleſia: ad Chriſtum enim nõ dicit, ora pro nobis: ſed audi nos, vel miſerere nobis: ad Sanctũ dicit, ora pro nobis. Et tenẽt theologi, quòd Sancti orationes noſtras cognoſcunt: vnuſquiſq; enim beatus tantum in eſſentia Dei videt quantum perfectio beatitudinis requirit: hoc autem requiritur ad perfectionẽ beatitudinis, vt homo habeat quicquid velit, nec velit aliquid inordinatũ: ſed recta volũtate quilibet cognoſcere vult quę ad eum pertinẽt: ergo etiã Sancti (cũ eis nulla rectitudo deſit) hoc volunt: oportet igitur, ꝙ vota hominũ, orationes, & deuotiones in verbo cognoſcant: Nam ad eorum gloriã pertinet, ꝙ auxilium egentibus prębeant ad ſalutem: Sic enim Dei cooperatores efficiũtur. Et ſi dicis, ſolus Deus cognitor eſt cordiũ: de ſimo. tua. in fi. cum concor. ſed oratio conſiſtit in corde: ergo, &c. Reſpondeo, ꝙ cordium cogitationes ſolus Deus nouit per ſeipſum, ſed tãtum alij cognoſcere poſſunt quantũ eis reuelatur, vel per viſionem verbi, vel alio modo. Fatendum ergo, ꝙ orationes, quas ad Sãctos verbo vel corde dirigimus, Deo manifeſtante cognoſcunt. De quinto dic, ꝙ porrigenda eſt per bene diſpoſitum, contritum, & pęnitentem: quia cũ is qui diſplicet, & c. 3. q. 7. iudicet. 49 diſtin. §. 1. vbi etiam not. an orationes malorum proſint ijs pro quibus orant. Competit autem orare etiam ſumme perfectis, vt dicam ĩ. de hæret. ad noſtrum. verſic. 2. De hoc autem dubitatur, an exaudiat Deus peccatores orantes. Arg ꝙ ſic. 1 q 1. ipſi. contra ead. q. ſi quis inquit. ver ad hæc omnia. & c. Sacroſancta. Dicit Thomas [1] ꝙ ſi peccator petit aliquid in quantum peccator, id eſt ſecundum deſiderium peccati, nõ auditur à Deo ex miſericordia: ſed qñque exauditur ad vindictam, dũ permittitur amplius ruere in peccata. Vnde ſecundum Auguſt. [2] Deus quædam negat propitius, quæ cõcedit iratus. Sed ſi peccatoris oratio procedit ex deſiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, non quaſi ex iuſtitia: quia talis non meretur: ſed ex pura miſericordia: ſi tamẽ alia in oratione concurrant, de quibus ĩ. dicetur. De ſexto dicendũ, ꝙ orare debemus principalr ſalutifera, Matt. 6. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. & licet Valerius lib. 7. c. 2. dicat ꝙ Socrates quaſi quoddã humanæ ſapientæ terreſtre oraculum nil vltra petenda à dijs immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent: patet tñ ex oratione Dñica, ꝙ etiam aliquid determinate petere poſſumus. vnde Augu. ad Probam, [3] dicit, ꝙ ad Deum id licet orare, quod licet deſiderare: dicens, ꝙ oratio Dominica oſtendit ẽt temporalia à Deo peti poſſe. dum dicit: Panem noſtrũ quotidianum, &c. Tenent ergo Theologi, ꝙ tempora à Deo orando petere poſſumus, nõ vt finẽ conſtituamus in illis, ſed vt ſint adminicula beatitudinis cõſequendæ: vt ſcilicet quaſi inſtrumentaliter nobis deſeruiant ad ſuſtentationẽ vitæ corpoalis exercendæ ad actus virtuoſos. facit 1. q. 3. ſi quis obiecerit. & quod dixi de regula. Io. in oppo. 2. De ſeptimo ſcias, ꝙ Hoſt. in prædi. ver. ponit xiiij. quæ requirũtur in orõne: ſ. quod ſit fidelis, ſecura, humilis, diſcreta, deuota, verecunda, ſecreta, pura, lachrymoſa, attenta, cõis, feruida, operoſa, & aſſidua. Sed in quantũ ad præſens membrũ pertinet, breuiter dic ꝙ modus orandi requirit humiliationem corporis, deuotionem cordis, attentionem, & breuiloquium. de 1. Eccleſ. 35. Oratio humiliantis ſe, penetrabit nubes. de elect. vbi periculum. §. pen. li 6. & Cyprianus lib. de oratione Dominica. Sit orantibus ſermo cum diſciplina quietẽ continens & pudorem: incuruatio tamen, vel corporis humiliatio, non refectionis, ſed deuotionis obtentu fieri dẽt: vt dicit Caſſianus. & facit 8. q. 1. ſciendum. C. de ijs qui ſpor. mu. ſub. l. 1. & 2. Et de ſecũdo probatur de vo. magnæ. circa fin. & prædic. decr. vbi periculũ § pen. Et Aug. Quid prodeſt ſtrepitus labiorum ſi mutũ eſt cor? & Greg. in moral. Veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus, non verba cõpoſita reſonare. Et ibidem: Animarũ verba ſunt ipſa deſideria, in quibus tanto quis minus clamat, quãto minus deſiderat. De tertio patet hic, de conſecra. diſtinct. 5. numquam, in princ. & Cyprianus: Nil aliud cogitet animus, quàm id ſolum quod precatur. de conſe. diſt. 1. qñ autem & dicit Greg. ꝙ illam orationẽ Deus non audit, cui ille qui orat non attendit. Dicunt tamen theologi [4] hoc intelligendum qñ attentio nullo modo orationi coniungitur; non enim requiritur, ꝙ attentio ſemper maneat in oratione per actus eſſentiam. unde Pſal 37. Cor meũ dereliquit me. ſatis enim eſt, ꝙ maneat per uirtutẽ: quod eſt qñ cum bona intentione quis ad orationem accedit, etſi in proſecutione mens ad alia rapiatur. Semper enim primæ intentionis uis permanet: niſi tanta ſit euagatio ꝙ attẽtio omnino depereat, & tunc locus eſſet ei quod dicit Cyprianus li. de oratione Dominica: Quomodo à Deo audiri te poſtulãs, cum ipſe te nõ audias? & Beatus Bernardus: Cauſamur nobis deeſſe gratiã: ſed iuſtius ipſa gratia conqueritur nonnullos deeſſe ſibi. & Caſſianus: Numquam orat quiſquis etiam flexis genibus, ſi vagatione diſtrahitur: & facit quod de officijs ſcripſi de celeb. Miſ. dolentes. De quarto [5] Matth 6. Cũ oraueritis, nolite multum loqui, & c. facit de conſecr. diſt. 5. non mediocriter. & vide quod not. de ętа. & quali. cap. pen. in ult. gl. Nec tamen putes breuiloquium eſſe de neceſſitate orationis: nam oratio non ſolum ſecundum ſuã cauſam, quæ eſt deſiderium charitatis: ſed etiam ſecundũ ſeipſam poteſt eſſe diuturna: nã & de Chriſto legimus, ꝙ pernoctauit orãdo, Lucę 6. & qđ prolixius orauit, Lucæ 22. Itẽ dicitur Luc. 18. in prin. Oportet ſemper orare, & nõ deficere. facit 76. diſt. noſſe ibi: orationi pernoctanter inſiſtimus. Sed quia vt dicit Aug ad Probã: Multum loqui in orando, eſt rem neceſſariã ſuperfluis agere uerbis, cũ plerũque hoc negotiũ plus gemitibus q̃ ſermonibus agatur: ideo monemur ad breuiloquiũ: nã ut dñt Sancti, frequens, & breuis dẽt eſſe oratio: ne immorantibus nobis aliud cordi noſtro inſerat inimicus Sed dubitatur an oratio debeat eſſe uocalis: [6] qđ uidetur Pſalm. 3. & 73. Voce mea ad Dominũ clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum. Contra, oratio Deo porrigitur, vt dictum: ſed Deus cordis locutionẽ cognoſcit; fruſtra igitur uox oris adiungitur. facit 38. diſt. ſedulo. Dicunt theologi, ꝙ cõis oratio, quæ fit per miniſtros eccleſiæ 12. q. 1. duo ſunt. in princ. in perſonam totius populi, ut innoteſcat ei pro quo fit, merito ex inſtitutione debet eſſe vocalis: Sed ſingularis, quam quis pro ſe uel alio porrigit, de neceſſitate non eſt vocalis: adiungitur tamen vox triplici ratione: Primo ad excitandum interiorem deuotionẽ: verbis enim & ſignis nos ipſos interius excitamus ad ſanctum deſideriũ augendum. ut dicit Augu. ad Probam. [7] Secundo ad redditionem debiti, ſcilicet vt ſeruit orans Deo, ſecundum ſe totum, ſcilicet corde & corpore. de conſecra. diſtin. 5. numquã. Tertio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex uehementi affectione. unde Pſal. 15. Lętatũ eſt cor meum, & exultauit lingua mea. De octauo patet Matth 6 Cum oraueris intra cubiculum tuũ, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Et ut dicit Caſſianus, intra cubiculum oramus, cum à cogitationum & ſollicitudinũ ſtrepitu corde remoto, ſecrete & familiariter preces noſtras ſoli Deo reſeramus. & facit quod not. 41. diſt. parſimoniam. & Augu. de ſermone Domini: Videri ab hominibus no eſt nefas, ſed id agere ut ab hominibus videaris: recipit enim ille mercedem ſuã. de pœn. diſt. 3. cauendum. Orationes enim principaliter ſunt in Eccleſia faciendæ. de pur. poſt par. c. unico. de immun. eccle. decet. lib. 6. ſupra ea. compi. de celebr. Miſ. cap. 1. Sed vt dicit beatus Bernar. li. meditationũ, Vbicumque fueris, intra teipſum ora, ſi longe fueris ab oratorio, non quæras locum, quoniam ipſe locus eſt. Vr̃ quibuſdam ꝙ fieri debeat ad Orientem: ſed cum Deus ſit vbique, ad omnem partem poſſumus ad eum orare: æque tamen oramus, & Miſſæ ſacrificium facimus verſus Oriẽtem. de hoc 11 di. eccleſiaſticarum. De vltimo dicendum, ꝙ orationis effectus [8] eſt duplex: habet enim virtutem merendi, & impetrandi. primum dupliciter.

Primo,

[1] Id habet B. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 16.

[2] Tract. 73. in Io. & de verbis Dñi ſerm. 53.

[3] Epiſt. 121. c. 4. 5. & 12.

[4] Vide B. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 13.

[5] B. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 14.

[6] Oro an debeat eſſe uocalis, B. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 12.

[7] Epiſt. 121. cap. 9.

[8] B. Tho. 2. 2. q. 83. articulo 15.

pere reuerenter, ac eius virtute augmentum conſequi gratiarum. Nos enim Christi fideles ad colendum tantum feſtum & celebrandum donis uolentes ſpiritalibus animare, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, [a] qui Matutinali officio feſti eiuſdem in eccleſia [b] in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum: [c] Qui vero Miſſæ, totidem: Qui autem in primis [d] ipſius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter centum: Qui vero in ſecundis: totidem: [e] Illis vero qui Primæ Tertię & Sextę, Nonę, ac Completorij officijs interfuerint, pro qualibet Horarum ipſarũ quadraginta: [f] Illis autem qui per octauas † illius feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ ac prædictarum Horarum officijs [g] interfuerint, centum dies ſingulis octauarum ipſarũ diebus de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli auctoritate confiſi, de iniunctis [h] ſibi pœnitentijs relaxamus.

† al. octauam

TITVLVS XVII.

De immunitate eccleſiarum.

¶ Clemens quintus in concilio Viennen.

¶ *Reuocat & pro infectis vult haberi decretalem, clericis. eodem tit. lib. 6. cum ſuis declarationibus. Ioan. Andr.*

CAP. VNICVM.

QVo-

Primo, quia vitatur per eam tentatio. Hieronym. ſuper Matth. 14. In tentationem intrat, qui orare negligit. Et Aug. oratio eſt orantí præſidiũ, aduerſario incendium, angelis ſolatium, Deo gratum ſacrificium. Nam principaliter ualet ꝙ vitia ſpiritalia. vnde Hiero. ſuper Matt. c. 17. ibi. Hoc genus dæmoniorum nõ eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. quod et habetur Matt. 9. di est ſic: Nõ ſanat oculum quod ſanat calcaneum: Ieiunio ſanantur peſtes corporis: oratione uero ſanantur peſtes mẽtis. Secundo quia procedit ex radice charitatis, penes quã conſiſtit omne meritum, & eſt fons viuus, & c. de pœn. diſt. 2. charitas 1. de regulá. licet. in ſi. De virtute impetrãdi probatur 23. q. 8. in qualibet. ĩ. ead. cõpil. de ele. ne Romani in ſi. Matt. 11. Quodcũque orantes petitis credite quia accipietis. Vnde per orationẽ reuelãtur ſecreta diuina. 8. q. 1. ſi ergo. Boetius dicit: non fruſtra in Deo ſpes ponitur: preces enim quæ recte ſiũt, inefficaces eſſe non poſſunt, & B. Bernardus li. meditationũ: Ex duobus unum indubitãter ſperare debemus: aut dabit nobis quod petimus, aut quod nouit eſſe vtilius. Et Aug. in lib ſen. Proſperi ꝛ dicit orãs miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur. Quid enim infirmo ſit vtile, magis nouit medicus quàm ægrotus. De his Valerius lib. 7. c. 2. dicit, ꝙ votis ſæpe expetimus quod non impetraſſe melius foret. & ponit exẽpla, dicens: Diuitias appetis, quæ multis fuerunt exitio: honores cõcupiſcis, qui quamplures peſſundederunt: regna tecũ ipſa voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernũtur: ſplendidis coniugijs manus inijcis ad hoc ut aliquãte illuſtrent, iſta nonnumquam funditus domos euertunt. Suadet ergo cęleſti arbitrio nos ſubmitti: ꝫ Effectũ orationis ſumus in Italia nuper experti: quã enim cum uerſibus illis: Exurgat Deus, & c. cœpit Eccleſia contra rebelles orare: perempti & exterminati ſunt quaſi ſubito qui cenſura eccleſiaſtica & armis bellicis iam dudum domari nõ potuere. bene facit 36. diſt. c. vl. vbi dicitur, ꝙ orante Moyſe vincebat Populus: vincebatur aũt dum dimittebat manus & vide Hoſt. in ſum. de remiſſ. §. ad quid ualent. verſ. fateor. vbi ponit exempla de Daniele, Moyſe, & Dauid orantibus. Sed qui leget tripartitam hiſtoriam Hug. Horacen. Helimãdum, Rufinum & hiſtoriographos, inueniet ꝙ Theodoſius Imperator ſenior ſuis orationibus miraculoſam uictoriam obtinuit contra Eugenium & Arbogaſten, quorũ exercitus iacula vehemẽtiſſimus uẽtus retorquebat in ipſos, & iacula partis Theodoſij cũ maiori fortitudine vltra menſurã humani ictus impingebat ĩ illos, & hoc voluit ipſe Claudianus Poeta, qui tũc florebat dicens:

O nimium dilecte Deo, cui militat ether:
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

ꝛ cap. 212.

Valerij digniſſima ſẽtentia.

ꝫ Nõ tamẽ hinc ĩferas nõ eſſe orãdum: ſed ita orandũ, vt ipſe, qui omnia nouit, liberet nos à malo.

Claudiani verſus.

Hoc autem obtinuit ipſius Theodoſij oratio quæ talis fuiſſe legitur: Omnipotens Deus, tu noſti ꝙ in nomine Christi filij tui vltionis iuſtæ, vt puto, prælia ſuſcepi: ſin aliter, in me uindica. ſi vero cũ iuſta cauſa, & in te cõfiſus huc ueni, porrige dexterã tuis: ne forte dicãt gẽtes, vbi eſt Deus eorum. concor. huic ſi de vo. magnę poſt prin. Et huic gl ſit ſinis: de cuius prolixitate ſum excuſabilis tum quia in orationis ſuffragio ſperãs, ſum effectũ illius expertus in aſſequẽdis proſperis & euitandis vel ſaltẽ tẽperandis aduerſis: tum quia ſecundum materiam deberem eſſe prolixior: & ſi per iſta nõ ſatiſfeci, excuſet eos quæſtio textualis, de hoc de immun. eccle. decet. lib. 6. per Arch. 1. q. 1. dictum.]

Oratio Theodoſij.

[a] ¶ Confeſſis.] Quis eſt hic, & laudabimꝰ illum? Eccleſ. 31. has ergo remiſſiones quibus pauci participãt, amarè interpretari nec decet nec expedit. vt dixi de pœnit. & remiſſ. ꝙ autem.

Remiſſiones feſti corporis Chriſti pauci participãt.

[b] ¶ In Eccleſia.] per hanc litterã, quæ habetur etiã ſupra parte proxi. in ſi. patet ꝙ non ſufficit intereſſe Horis extra eccleſiam. quod intelligo etiam ſi dicantur in priuato oratorio. de quo de conſecr. diſt. 1. concedimus. & c. vnicuique. & c. ſi quis, extra, de cenſib. c. ſi.

[c] ¶ Centum.] dies. quod eſt inſ.

[d] ¶ In primis.] facit ad no. de ſent excom. c. vlt. §. in feſtiuitatibus. lib. 6 in 1. glo. & quod de completorio ſequitur facit contra.

[Glo. ſeq. arguit ad duo.]

[e] ¶ Totidem.] argue pro æquandis diſtributionibus in his tribus Horis: Matutino, Miſſa, & Veſpere. Item argue ꝙ vbi in illis Horis dantur decem, in alijs dari debent quattuor. vide quod dixi ĩ. ea. compil. de æta. & qualitat. vt hi qui. ad fin.

[f] ¶ Quadraginta.] & ſic ducentos.

[Glo. ſequens dubium ſoluit.]

[g] ¶ Officijs] omnibus quo ad dies octauę nec puto ꝙ hic fiat diſtributio, vt partẽ habeat qui certis intereſt.

[h] ¶ De iniunctis.] vide quod ſcripſi, de pœniten. & remiſſ. cum ex eo.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

¶ Viſum eſt ſ. de eccleſijs & reb us ipſarũ: verum quia res eccleſiæ gaudent immunitate eccleſiarũ: ideo, & c.

QVoniam.] Primo præmittit cauſam & reuocationem conſtitutionis. c. clericis laicos. ſupra eodem lib 6. Secũdo illam reuocat. Tertio ſeruari præcipit ius antiquum ante prędictam conſtitutionem. Secũda ibi, [Nos.] Tertia ibi. [Volentes.] Imol. ¶ Præſupponendum eſt illud quod habetur in c. non minus: & in c. aduerſus. eo. ti. in antiq. dicitur in c. non minus. ꝙ cle-

rici pro rebus ſuis non debent ſoluere tallias, nec aliqua onera, ad quæ laici adſtringuntur: Et ſi domini temporales compellant eos ad ſoluendum huiuſmodi onera de rebus eccleſiarum ſuarum, etiam de rebus proprijs, tales domini temporales ſunt monendi ut nō cōpellant: & ſi non deſiſtant, ſunt excommunicandi: tū dicitur ꝙ clerici poſſunt dare per modū eleemoſynæ de conſenſu prælati aliquid laicis Et dicitur in cap. clericis. eod. ti. lib. 6. quod etiā clerici de conſenſu prælati nō poſſunt dare laicis: immo dicitur ꝙ recipientes huiuſmodi dona etiam gratis, ſunt excommunicati ipſo facto: & poſitū fuit illud ca. clericis. in odium Philippi regis Franciæ, qui conferebat beneficia in ſuo regno: vnde Papa indignatus fecit illam conſtitutionem, clericis & ex illa conſtitutione fuerunt orta multa ſcandala: vnde Clemens Papa uoluit ꝙ antiqua iura ſeruarentur, & non illa conſtitutio, clericis. eo. ti. in 6. vide diuiſionem glo. No. ꝙ laudatur celeritas. de hoc in glo. concor.

No. ſuccurrendum eſſe magnis periculis & incōmodis grauib. de dolo. finē. de off. ord. vt litigātes. lib 6 de ſtatu Regul vt periculoſa. lib. 6.

al. præſumuntur

In vetuſto codice manuſcripto ita: ac omnia, & ſingula contenta in eis penit[9], &c.

pœnas extendi ſolum ad exigentes, vel dantes in exigendo auxilium, conſilium, vel fauorem: ita ꝙ pœnæ locum non haberent in ſoluentibus, nel recipientibus à ſponte ſoluentibus.

d ¶ Declarationibus.] dicebantur & aliæ proceſſiſſe: & ideo ad omne dubium tollendum plurali utitur.

…niam [a] ex conſtitutione Bonifacij Papæ octaui prędeceſſoris noſtri, quæ incipit, Clericis laicos. & ex declaratione ſeu declarationib. ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonnulla ſcandala, magna pericula, & incommoda grauia ſunt ſecuta, & ampliora ſequi (niſi celeri [e] remedio ſuccurratur) præſumitur [f] veriſimiliter in futurum: Nos de conſilio fratrum noſtrorum conſtitutionem & declarationē ſeu declarationes prædictas, & [g] quicquid ex eis ſecutum eſt, vel ob [f] eas, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis: [g] Volentes & firmiter ſtatuentes illud [h] (contra quoſcunque [i] laicos exigentes ſeu extorquentes ab eccleſiis eccleſiaſticiſque perſonis tallias, ſeu collectas, aut exactiones quaſcunque, [k] & contra dantes [l] ad id faciendum conſilium, auxilium, uel fauorem: [m] necnon & circa præſtandas ſubuentiones laicis ab eccleſiarum Prælatis, ac aliis uiris eccleſiaſticis) inuiolabiliter obſeruari, quod ſuper his à prædeceſſoribus [n] noſtris in Lateranen. & generali concilijs, [o] quæ nos ſub obteſtatione diuini iudicij præcipimus obſeruari diſtricte, ſalubriter eſt prouiſum.

(Prima glo. ſummat & diuidit, ponit tempus editionis, & cauſam conſtitutionis.)

a ¶ Quoniam ex conſtitutione.] Caſus reuocat, & pro infectis vult haberi decr. clericis. eod. ti. lib. 6 cum ſuis declarationibus, & præmittit reuocationis cauſam. Secundo reuocat ibi: [Nos.] Tertio ſeruari præcipit ius antiquum ibi. [Volentes.] Et fuit iſta de primis conſtitutionibus Clementis editis à principio promotionis ſuæ, & incipiebat; Paſtoralis. cuius decidit exordium, poſt quod ſequebatur, ſane quoniam, &c Et Rex Franciæ, qui fuit paſſiua cauſa cōſtitutionis, fuit actiua cauſa reuocationis, vt ſic conueniat. de reg. iur. c. 1.

b ¶ Clericis.] eo. ti. lib 6.

c ¶ Declaratione.] declarauerat enim Benedictus in ſua extrauag. quæ incipit: Quod olim illam quo ad ſui

e ¶ Celeri.] concor. de accu. cap. ſi. ſupra ea. compil. de iureiu. Romani. in prin.

ADDITIO. De reſcrip. ad hęc. Et caſus in quibus deſideratur celeritas, no. Archid 93. diſt. cap. 1. & illos in quibus non deſideratur, no. 23. diſtin. cōis. & de hoc de ele. c. ſi. lib. 6. Cardinalis.

f ¶ Ob eas.] concor. de elect. qualiter. in fine.

g ¶ Pro infectis.] ꝑ hoc puto ꝙ excōmunicatus ex uiribus illius cōſtitutionis abſolutione non egeat. Et vide quāta eſt papalis poteſtas circa ea quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo quia reuocat illa, ut ex tūc. & facit ad ea, quæ ſcripſi, qui ſi ſint legit. per venerabilem, glo. 2.

h ¶ Illud.] Inuiolabiliter obſeruari: quod eſt infra.

i ¶ Contra quoſcunque, &c.] quod ſuper his & c. vſque ad fin.

k ¶ Quaſcunque.] vide quod no. & dixi eo. ti. non minus. to. Aud.

l ¶ Dantes] dicebat conſtitutio Bonifacij publice vel occulte: per quod probatur, quòd excommunicatio canonis ligat etiam occulta [2] delicta: vt inf. dicam de hæret. multorum. ad fin.

m ¶ Fauorem.] vide quod dicam inf. de pœnit. ſi quis. in princ.

n ¶ Prædeceſſoribus.] Alex. iij. eod. titu. non minus. Innoc. iij. eo. ti. aduerſus.

o ¶ Concilijs.] vtrumque generale, & Lateranen. ſed Alexandrinum uocamus Lateranēſe: Innocentianum vocamus generale. de hoc de c. monach. c. fin.

1 Vide Turrecrematā in ſumma de Eccleſia lib. 2. c. 52. ver. nono, plenitudo Romani Pōtificis.

2 Vide ſingularem diſtinctionē Caietani apud B. Thomam 2. 2. q. 113. & Alfonſum Caſtr. lib. 2. de iuſta hęret. punit. c. 13.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.

DE CONSANGVINITATE, &c.

Continuatio.

¶ Viſum eſt ſupra de actibus clericis competentibus: nunc videndum eſt de actibus laicis conuenientibus: ideo, &c.

EOs qui.] ¶ Primo ponit ſtatutũ pœnale. Secũdo illud aggrauat. Tertio proteſtatur. Secunda: ibi. [Præcipiẽtes.] Tertia: ibi. [Per prædicta.] Imo.

¶ Habemus in iure, quod cõtrahẽtes inceſtas nuptias, graues pœnas ſuſtinent: videlicet ꝙ ſunt infames, & ꝙ bona ipſorum confiſcantur, & plures alias pęnas ſuſtinent: de quibus in authen. inceſtas. C. de inceſt. & inutilibus nuptijs. quæritur, vtrum de iure canonico, incurrant alias pœnas Dicit Clemens, ꝙ ſic Et dicit. Contrahens cum cõſanguinea ſua, incurrit ſententiam excommunicationis ipſo facto. Idem ſi cum moniali. Idem ſi clericus in ſacris conſtitutus contrahat matrimoniũ. Idem ſi monachus profeſſus contrahat, poſito, ꝙ matrimoniũ non fuerit conſummatum. hoc dicit. H. R. Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ ratione conſanguinitatis vel affinitatis matrimonium eſt prohibitum vſque ad quartum gradum. c. non debet. eod. tit. in antiq. Not. ſecundo, ꝙ non ſolum contrahentes in caſibus prohibitis in lege canonica, debent ſuſtinere pœnas hic contentas: immo etiam contrahentes in caſibus prohibitis in lege diuina. Not. ꝙ contrahens cum conſanguinea vel affine ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis, nec ipſa excommunicatio eſt relaxanda, niſi ſatisfactione habita. Not. ꝙ ſi ſint alia iura imponentia pœnam ſic contrahentibus, ꝙ ipſe Clemens non intendit illis iuribus per hanc Clementinam derogare.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De conſanguinitate [a] & affinitate.

¶ Clemens v. in conc. Viẽ.

¶ *Scienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatus eſt ipſo iure, & publicari debet & vitari. Idem in profeſſo & profeſſa vel conſtituto in ſacris. Io. And.*

CAP. VNIC.

EOs [b] † qui diuino timore [c] poſtpoſito, in ſuarum periculum animarum ſcienter [d] in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis conſtitutione canonica [e] interdictis, [f] aut cum Monialibus contrahere [g] matrimonialiter [h] non

[Gloſ. ſuper Rubrica notat varietatem.]

a ¶ Rubrica de conſanguinitate, & affinitate.] ita venit ſub bulla: ſed vidi quoſdam hic habere rubricam de ſponſalibus. Ioan. And.

[Prima gloſ. ſummat, & duas quæſtiones ſoluit.]

b ¶ Eos qui.] Scienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cũ Moniali, excommunicatus eſt ipſo iure: & publicari debet, & vitari, idẽ in profeſſo, & profeſſa, vel conſtituto in ſacris. Et incipe conſtructum ibi. [Cupientes.] Et nota: ꝙ in ſex caſibus hic expreſſis tantum locum habet hęc conſtitutio, & eius pœna: vnde ſi contrahat quis cũ habente maritum, vel cum Iudæa, vel cum Pagana, vel cum cognata ſpiritualiter vel legaliter, vel contra impedimentum publicæ honeſtatis, licet non teneant matrimonia: tñ non eſt locus huic pœnæ, quę in ijs caſibus vel ſimilibus expreſſa nõ eſt. Itẽ in his ſex caſibus tunc demũ eſt locus pœnæ, quando illicite contrahuntur. Si enim illicite, vt ex diſpẽſatione Papę: nunc ceſſat culpa ergo & pœna. de conſti. c. 2. de qua diſpenſatione not. de reſt. ſpol. litteras. in prin. de ſta. mona cum ad monaſterium. & ſcripſi de vo. c. 1.

† Hãc gloſ. ſuo more explicat hic Io. Imola, eã videto.

c ¶ Timore.] concor. de elect. cum in cunctis, ad finẽ.

[Glo. ſeq. primo not. à contrario. & illud determinat & incidens dubium ſoluit: ſecundo quærit, arguit: pro contrario ſoluit: tertio quærit, & remittit.]

d ¶ Scienter.] Ignorantes [*] ergo non ligat conſtitutio quod intelligo in ignorantia facti probabili, & non affectata, ſcilicet quia ignorabant ſe conſanguineos, vel affines. Si vero ignorabant ius, neſcientes gradũ in quo erant, eſſe prohibitum: ex quo enim ſciebant gradũ, ligat conſtitutio. de re. iur. ignorantia. lib. 6. cum ſuis concord. Si vero alter ſolus ſciebat, ille ſolus ligatur. facit 34. q. 2. nõ ſatis. & c. in lectum. de ſimo. de ſimoniace. C. ſoluto matri. ſi ignorans. Sed quid ſi contraxit ignorans: poſt tempora ſciuit, & cohabitauit conſanguineæ? vr̃ ligari. argu. 1. q. 1. eos. in fi. de ſim ſicut tuis. C. de inceſt. nupt. cũ ancillis. Contrarium credo cũ iſta conſtitutio nõ puniat cohabitationem vel inceſtum, ſed contractũ, vt ĩ. dicam. facit ff. de ijs qui not. infamia. qd ergo. in prin. C de vſuca. transfor. l. 1 ad fi. ff. de vſu. qui ſcit. in fi. & ff. de bo. lib. qui cum maior. & de minori l. 3. §. ſcio. ſicut qui ignoranter eligit indignũ, licet poſtea ſciat, non incurrit pœnam concilij, cum in cunctis. de elect. cũ in hoc ponderetur initium. eod. tit. dudum. probatur hæc ſolutio ex eo: quia ſine iudicio Eccleſiæ ab illa diuertere non poſſet. dẽ diuor. porro. cum ſuis conc. fateor tamen, ꝙ peccat cognoſcendo: & ſic loquũtur contraria. de ſenten. excom. inquiſitioni Quid ſi contraxi cum illa, quam credebam eſſe conſanguineam, affinem, vel Monialem, ſed in veritate non erat? Solue per not. de ſent. excom ſi vero 1. & c. in audientia 2.

[*] Vide Tra poſitũ in c. non debet. extra de cõſang. & affi. circa fi. nu. 21. verſ. pro complemẽto quarto.

† Vide concilium Tri. ſeſ. 24. de refor. matr. c. 5. & de intellectu B. Anto. tract. de excõicatione. c. 34. adde Coua. lib. 4. Decr. p. 2. c. 3. §. 8. nu. 8.

e ¶ Canonica.] nedum diuina.

f ¶ Interdictis. ſcilicet in quarto vel citeriori gradu cõſanguinitatis vel affinitatis primi gñis. eo. tit. nõ debet.

[Glo ſeq. notat, quærit allegat duo iura pro: ſoluit contrarium, & ad illa iura reſpondet.]

g ¶ Contrahere.] non punit ergo inceſtũ vel coitũ, ſed contractũ: vt ſic cõtrahens ligetur, licet nõ cõſummet. Quid ſi non contraxit matrimoniũ, ſed ſponſalia tantum? Arg. ꝙ ligetur. ff de ſpon. oratio. vbi prohibitio nuptiarum includit ſponſalia. Ad idem, de eo qui duxit in matrimoniũ c. cum haberet. vbi æquiparantur ſponſalia, & matrimoniũ. Non puto ligari, cũ conſtitutio ſit pęnalis, & verba hoc non importent: qđ verũ puto niſi conſummauerunt per copulã carnalem: quia tũc ligaĩ quaſi tunc contraxiſſe videatur. de ſponſa veniens. &c. is qui. Contrarium non obſtat: quia licet fatear, ꝙ vbi prohibetur matrimoniũ, prohibentur ſponſalia: non ſequitur, ꝙ contrahenti ſponſalia ſit eadem pœna, quæ contrahenti matrimonium. bene facit de elect. perpetuo. lib. 6. In decre. cum haberet. ſponſalia cum adulterio inducunt impedimentum matrimonij, ſicut inducunt publicam honeſtatem. de ſpon. c. vnico. lib. 6.

[Gl. ſeq. arguit & illud determinat in vno mẽbro: in alia alleg. pro: ſoluit contrarium, & allegatis reſpõdet.]

h ¶ Matrimonialiter.] per hanc litteram, & per litteram ĩ. eo. matrimonia contrahentes. videtur, ꝙ coactus ad cõtrahendum non incurrat hãc pœnam. Et ſi de abſoluta coactione loquimur, hoc eſt certum. quod met. cauſ. facris. ſed ſi de conditionali, licet tali, quę debuerit cadere in conſtantẽ virum. vr̃ ligari per eam decretalẽ: ſed cum non ſit matrimonium deficiente conſenſu, ita ꝙ non inducit publicam honeſtatem, de ſpon. c. vnico. lib. 6. de ęquitate videtur talis non ligari. facit. de ſent.

uerentur: Necnon religioſos a & Moniales b ac clericos in ſacris c ordinibus conſtitutos matrimonia † contrahentes, d refrænare metu pœnæ ab huiuſmodi eorum temeritatis audacia cupientes: Ipſos excõmunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubiacere: Præcipientes eccleſiarum prælatis, vt illos quos eis conſtiterit e taliter contraxiſſe, excommunicatos publice tamdiu nuncient, ſeu à ſuis ſubditis faciant nunciari, donec ſuum humiliter recognoſcentes errorem, ſeparentur f † ab inuicem, & abſolutionis obtinere g beneficium mereantur. Per prędicta quoque iuribus, h quæ ſic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus derogari.

excom. ſignificauit. In decre. ſacris punitur communio, quæ ibi interuenit, licet per metum.

a ¶ Religioſos.] ſcilicet profeſſos, tacite vel expreſſe religionem approbatam. de vo. c. vnico, lib. 6. quod intelligo etiam ſi profeſſio illa tacita vel expreſſa non obligat illi religioni, ſed religioni in genere. pone exemplum de reg. non ſolum. & cap. ſeq. lib. 6.

b ¶ Et Moniales.] quia ſupra iam nominauerat contrahentem cum Moniali, & hic repetit de Moniali: videtur hic probari, quòd communicans in illo actu pro quo quis excommunicationem incurrit, excommunicatus non eſt. de hoc ſcripſi de ſenten. excommun. contingit. 1. Poſſet tamen dici, quod ſupra punit ſcienter contrahentem cum Moniali: hic vero punit Monialem contrahentem etiam eo caſu, quo cum ea contrahens non ligatur: vt quia hoc ignorat.

c ¶ In ſacris.] ſtricte hoc dico, propter not. 32. diſt. in ſumma.

[Glo ſeq. dicit quare non repetit ſcienter, & dictum illud determinat.]

d ¶ Contrahentes.] nõ repetit ſcienter: quia licet ignoranter poſſet quis contrahere cum conſanguinea, affine, vel monacha: non tamen in monachum, monacham, vel conſtitutum in ſacris contrahentem cadit ignorantia. facit de reſcrip. ab excommunicato. C de hæret. inſti. l. fin. Puto tamen, quod vbi eſſet probabilis ignorantia, vt in ordinato ad ſacros in amentia vel dormitione: etiam eo caſu quo character imprimitur. de bap. maiores. in fin. vel intra pubertatem, de cleri. per ſal. promo. c. vnico, non eſſet locus huic pœnæ.

e ¶ Conſtiterit.] etiã ex officio & nemine deferente. de diuor. porro. 2. reſpon. & vide quod dixi ſupra eadem compi. de cenſi. cap. fi.

f ¶ Separentur.] Præcedit ſatisfactio ſicut in manifeſta offenſa. de ſent. excom. venerabilibus, lib. 6.

g ¶ Obtinere.] per epiſcopum. de ſent. excom. nuper. & hic patet, quod non ſufficit ſatisfactio, niſi ſequatur abſolutio. eo. ti. cum deſideres. in fine.

[Glo. ſeq. ponit triplicem ſpeciem iurium.]

h ¶ Iuribus.] de clandeſt. deſpon. c. fi. C. de inceſt. nup. qui contra. Inſtit. de nupt. §. ſi aduerſus. de hæret. cum ſecundum. in princ. lib. 6. & hic. Quo ad primum, de cõſanguineis. & affinib. de hoc de dona. inter virum & vxor. & ſi neceſſe. Quo ad ſecundũ, de profeſſis. 27. diſt. c. 3. & c. ſeq. 27. q. 1. per totum. 26. q. 2. ſi quis non dicam. Quo ad tertium, de conſtitutis in ſacris. 28 diſt presbyterum. 15. q. vlt. cum multæ. de cleri. coniug. c. 1. & c. ſane. 2. qui cler. vel vo. c. 1. & 2. cum ſim.

a Quis dicatur religioſus vide p Doct. in Rubrica de relig. do. & in c. eccl. S. Mariæ. de conſti & in c. 1. devoto li. 6 adde Fel. in cap. non dubiũ. de ſen. excõ. lib. 6.

† In vetuſto codice manuſcripto ita: mrĩmonia contrahẽtes, & inter eos ſcienter eadẽ celebrãtes, refrænare, &c.

Satisfactio præcedit in manifeſta offenſa.

† In eodem vetuſto codice manuſcripto ita: ſeparent ab inuicem, & tam ipſi quam celebrantes prędicti abſolutionis beneficium obtinere, &c.

FINIS LIBRI QVARTI.

c ¶ Perpeti.] quaſi perpetua, continua, vel aſſidua, & eſt infinitiuum huius verbi perpetior: & ponitur pro diu tolerare, vel valde pati.

d ¶ Inducere. 45. diſt. tria ſunt. de ſpon. inter opera.

LIBER QVINTVS.

DE MAGISTRIS: ET NE ALIQ. &c.

Continuatio domini Heliæ.

¶ Continua ſic rubricam. Viſum eſt ſupra de eccleſijs & rebus ipſarum: verum quia eccleſia ad ſui regimen indiget magiſtris: ideo annectit rubricam de magiſtris, &c.

INter.] Iſtud c. dicit, quod in ciuitate Romana, in ciuitate Pariſien. Oxonienſi, Bononienſi, & Salamantina: vbi eſt vniuerſitas generalis, debent eſſe duo magiſtri, qui ſciant loqui idiomata de quibus in textu, & quod valeant docere & erudire infideles, & errantes ibi exiſtentes, qui diuerſarum linguarum exiſtunt: & iſti magiſtri in vniuerſitate Pariſiẽſi debent inſtitui per regem Franciæ: In Oxonienſi debẽt inſtitui per regem Angliæ: & ſic de alijs: vt in littera. h. d. H. R.

Vide Ludo. Gome i regula cancellariæ de idiomate, vbi plene d materia linguarum.

Nota, quod in hac cle. primo ponit exordium: in quo facit duo. Primo ponit intentionem ſuam generalem. Secũdo ſpecialem: ibi, [Non ambigimus.] Et dic, nõ ambigimus, id eſt dubitamus. de ambigo, gis, quod idem eſt quod dubito dubitas. ſecunda: ibi, [Vt igitur vide glo. Not. quod Papa debet eſſe ſollicitus, vt errantes reducat ad viam veritatis de hoc in glo. 2. 3. & 4. Nota quòd commendatur vigilia cũ ſtudioſa diligentia. Zabarel.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De magiſtris: & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

¶ Clemens quintus in concilio Vien.

¶ *In ſtudiis Romanæ curiæ, Pariſien. Oxonien. Bononien. & Salamantino, debent eſſe magiſtri catholici ſcholas regentes in linguis Hebraica Arabica & Chaldæa, duo ſcilicet pro qualibet lingua. Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendiis & ſumptibus prouideri.*

CAP. I.

INter [a] † ſollicitudines [b] noſtris humeris incũbentes perpeti [c] cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis inducere, [d] ipſoſq; lucrifacere Deo ſua nobis cooperante [e] gratia, valeamus: hoc eſt quod profectò deſideranter exquirimus, ad [f] id noſtræ mentis ſedulo deſtinamus affectum, ac circa iſtud diligenti ſtudio, & ſtudioſa diligentia vigilamus.

¶ Non ambigimus autem, quin ad huiuſmodi noſtrũ deſiderium aſſequendum diuinorum eloquiorum ſit expoſitio congrua, ipſorumque fidelis prædicatio admodum [g] opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi [h] noſcantur inaniter, [i] vacuaque redire, ſi auribus linguam loquentis ignorantium proferantur: [k] Ideoque illius cuius vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per vniuerſum mundum ad Euangelizandum Apoſtolos, in omni linguarum genere fore voluit [l] eruditos, viris catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus vtuntur infideles præcipue, abundare ſanctam affectamus eccleſiã, qui [m] infideles ipſos ſciant, & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, chriſticolarumq; collegio per doctrinam Chriſtianæ fidei, ac ſuſceptionem ſacri baptiſmatis aggregare.

¶ Vt igitur peritia linguarum huiuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtineri: [n] Hoc ſacro approbante cõcilio ſcholas in ſubſcriptarum linguarum gene-

aliàs exequendum.

[Gloſſa ſequens exponit, & de gratia duas opi. ponit: quibus inducit duo ſimilia.

e ¶ Cooperante gratia.] per quam cognoſcitur quid agendum ſit, & quid vitandum, & adiuuamur, ad faciendum. de conſecra. diſtin. 4. gratia. & tribus vltimis capitulis. Eſt autẽ gratia operans, & cooperans: prima præparat hominis voluntatem vt velit bonum: Secunda adiuuat ne fruſtra velit. videtur tamẽ quibuſdam, quòd eadem ſit gratia, idem donum, vel eadem virtus operans & cooperans: ſed propter diuerſos affectus diſtinguuntur in verbo. Gratia enim quæ parat hominis voluntatem ad bonum, cum non ſit otioſa, vt augeatur, & aucta perficiatur, coadiuuat ne fruſtra velit, ſed perducat ad opus: quodcunque recipias coaptabitur hæc littera. Huic altercationi Theologorum eſt ſimilis altercatio Canoniſtarum. an ſit vna fides coniugij, an ſint duæ, de qua 27. q. 2. coniuges. Item altercatio Legiſtarum, an ſint duæ poſſeſſiones differentes ſpecie, an vna tantum diuerſificata per accidentia. de qua ſatis patet per Dynum de regu. iur. in tertia reg. li. 6. Et an ſit vnicum intereſſe, an triplex, de quo etiam ſatis per eum eod. tit. mora. Io. And.

De hac gratiæ diuiſione vide omnino B. Thom. 1. 2. q. 3. art. 2.

[Prima glo. ſummat, & diuidit.]

a ¶ Inter.] In ſtudijs Romanæ curiæ, Pariſien. Oxonien. Bononien. & Salmantino debent eſſe magiſtri catholici ſcholas regentes in linguis Hebraica, & Arabica, & Chaldæa, duo ſcilicet pro qualibet lingua. Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendijs, & ſumptibus prouideri. Et ponitur primo exordium, in quo duo facit, primo ponit intentionem ſuam generalem, Secundo ſpecialem: ibi, [Non ambigimus.] In ſecunda: ibi, [Vt igitur.] ponitur conſtitutio primo prouidens circa loca magiſtrorum: ſecundo circa expenſas: ibi, [Quibus]

b ¶ Sollicitudines.] concor. de purga. can. inter. vbi ponitur alia, ſcilicet de vulpeculis capiendis.

f ¶ Ad id.] ſcilicet ad inducendum errantes ad veritatis viam.

g ¶ Admodum.] pro valde. concor. vide ĩ. ad comp. de iureiur. Romani. ver. nos itaque.

h ¶ Promi.] id eſt proferri, vel promulgari & habetur hoc verbũ, de iudi. nouit. ver. quicunque. 23. q. 4. non poteſt. in fi. ponitur enim promere pro proferre, manifeſtare, aperire, ore dicere.

Promo quid ſignificat.

i ¶ Inaniter.] quaſi in uanum uel inutiliter.

k ¶ Proferantur.] ſimile de offi. ord. quoniam.

l ¶ Voluit.] Actuum 2. in pri. & de uarietate linguarũ. 16. diſt. ſeptuaginta.] in fine.

m ¶ Qui.] viri catholici.

n ¶ Obtineri.] ſimile eod. tit. c. finali.

a ¶ Romanam curiam.] quæ habet ſtudium generale, & priuilegia ſtudij. de priuig. cap. 2. lib 6.

b ¶ Reſidere.] quod dic vt s. ead. compi. de elect. ne Romani § ſane.

[Glo ſequens ponit etymologiam tractans de ordine litteræ. & de tempore huius ſtudij.]

c ¶ Bononien.] dicitur Bononia, quaſi ſuper omnia bona, vel bonorum notitia nimis amabilis. non puto ꝙ ordo iſte procedat ex ordine ſtudiorum, ſed ex gratificatione prouinciarum. & hoc quia dicebat Romanam curiã præmitti, quæ vltimo ſtudium habuit à tẽpore Inn. iiij. vt præ dict. decre. 2. de priui leg. lib. 6. Quicquid ſit, hoc conſtat, ꝙ Bononien. habuit priuilegia ſtudij à Theodoſio: de minore tamẽ intelligo, qui regnare cœpit (prout ex Chronicis, quas veriores puto, percipio) anno Dñi ccccxxv. & regnauit annis xxvij. quo tamen anno ſui imperij hæc conceſſerit, non percipio. currentib' aũt cccclij. ſucceſſit Martianus.

d ¶ Sufficientem.] non dicit eminentẽ. concor. de elect. cum nobis olim. de præb. c. penul.

e ¶ Hebraicæ.] in originali habuimus Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, &c. & illud, Græcæ, in ipſo originali erat cancellatum: & forte propter litteram, quæ eſt ſupra, quibus vtuntur infideles, & c. cancellata fuit, cum Græci fideles ſint, & olim ſub obedientia Eccleſiæ. de baptiſ. licet. & facit quod not. de iuramen. tri. c. 1. li. 6. tamen hodie ſchiſmatici ſunt, nec recognoſcunt caput Romanæ eccleſiæ: & forte eſſet expedientior ſuæ linguæ doctrina, quàm aliarum. Iudæi autem habent litteram Hebraicam: ſed linguam ſpecialem in vulgari non habent: habemus enim, ꝙ euanuit ipſorũ lingua vulgaris. Arabica littera eſt Sarracenorum Chaldæa Chaldeorum. de qua 37 diſt § hinc etiã. & c. turbat. & c de quibuſdam. & tamen fertur, ꝙ hæc littera hodie non habeatur.

f ¶ Per ſedem Apoſtolicam.] in ſtipendijs competẽtibus, & ſumptibus volumus prouideri, quod ſequitur.

g ¶ Vualiæ.] ſcribitur per duplex u, vt dixi. de temp. ord. cap. 2.

h ¶ Rectores.] alios bñficiatos non videtur excludere

† al. continget.

† al. ita: vt in locorum ipſorum ſtudijs, &c.

† In aliquibus antiquioribus codicibus ita: Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldææ, &c. vide gloſſam hic, ĩ verbo, Hebraicæ.

† al. regentibus.

ribus vbicunque Romanam [a] curiam reſidere [b] contigerit, † necnon in Pariſien. & Oxonien. Bononien. [c] & Salamantino ſtudijs prouidimus erigendas: Statuentes, vt † in quolibet locorum ipſorum, teneantur viri catholici ſufficientẽ [d] habentes Hebraicæ, [e] † Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiam: duo videlicet vniuſcuiuſque linguæ periti, qui ſcholas regant † inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſollicite doceant, earumque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: vt inſtructi, & edocti ſufficienter in linguis huiuſmodi, fructum ſperatum poſſint (Deo auctore) producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. quibus equidem in Romana curia legentibus per ſedem Apoſtolicam, [f] in ſtudijs vero Pariſien per regem Franciæ, in Oxonien. Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, ac Vualiæ, [g] in Bononien per Italiæ, in Salamantino per Hiſpaniæ prælatos, monaſteria, capitula, conuentus, collegia exempta, & non exempta, & eccleſiarum rectores [h] in ſtipendijs competentibus, & ſumptibus volumus [i] prouideri: contributionis onere ſingulis iuxta facultatum [k] exigentiam imponendo: Priuilegijs, & exemptionibus quibuſcunque contrarijs nequaquam obſtãtibus: quibus tamen nolumus quo ad [l] alia præiudicium generari.

¶ Idem.

¶ Is ad quem ſpectat magiſterium vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat iuramentum quòd in ſolemnitate ſua non expendet vltra ſummam trium millium Turonen. argenteorũ; Quod ſi non fecerit, etiam ſi ſit epiſcopus per ſex menſes a collatione magiſterij eſt ſuſpenſus. hoc dicit. Ioan. And.

C A P. II.

CVm † ſit [m] nimis abſurdum, vt quis cum vanitate, & imperitia ad honorem aſcendat peritiæ litterarum, nõ ſine turbatione miramur illum apud ſcholaſticos [n] inualuiſſe abuſum, quòd plerique eorum, qui quauis ſcientia ad doctoratus [o] vel magiſterij aſſumun-

i ¶ Volumus.] hæc voluntas in ſuis manet terminis: quia non fuit de executore prouiſum.

k ¶ Facultatum.] de cen. ſopitæ. cum ſuis concord. & infra c prox.

l ¶ Ad alia.] concor. ſ. ead. compi. de ſtatu mona. c. 2. de relig. do. c. 2.

CVm ſit.] Quia nonnulli doctorũ ſiue magiſteriũ aſſumentes, conſiderantes, ꝙ non erant perfecti in ſcientia, faciebant magnum feſtum in aſſumptione ipſius gradus, vnde multotiens redibant ad ſuas partes vacui, & nihil poſſidentes, & etiam multis creditoribus obnoxij, i. obligati; propter quod oriebatur magnum ſcandalum, ideo Papa Clemens in concilio Viennenſi ſtatuit, ꝙ nullo modo tales recipiantur ab ijs, qui ſibi dant auctoritatem magiſterij, niſi primo iurauerint nõ expendere vltra ſummam ducentorum quinquaginta aureorum.

[Prima gloſ. ſummat, & diuidit.]

m ¶ Cum ſit.] Is ad quem ſpectat magiſterium, vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat iuramentum, quòd in ſolẽnitate ſua non expendet vltra ſummam trium millium Turonen. argenteorum: quod ſi non fecerit, etiam ſi ſit eps, per ſex menſes à collatione magiſterij eſt ſuſpenſus. partes patent. In prima exordium ponens conſtitutionis cauſam. In ſecunda conſtitutionem: ibi, [Volentes,] In tertia punitionem tranſgreſſorum: ibi, [Si quis.]

n ¶ Scholaſticos.] idem verbum. 38. diſtin. ſedulo. in princ. de hæret. cum ex iniuncto. § licet. de reſtit. ſpoliat. frequens. lib 6.

[Gloſ. ſequens ponit differentiam, quam improbat. & diuinationem ſubdit.]

o ¶ Doctoratus vel magiſterij.] ſic 37. diſt. de quibuſdã. Et dicunt quidam, ꝙ doctores in iure canonico vel ciuili, magiſtri dicũtur in theologia vel artibus: & qui docent ſeptem liberales artes, ſatis per Hoſtien. in ſumma huius tit. § 4. facit ad primum, procemium li. 6. circa medium. ad ſecundum eod. tit. cap. penult. & vlt. & hoc recipitur apud Italicos. Sed vltramontani cõiter vocant magiſtros. Nec debet alicui hæc denominatio

fore

† Not. primo principium, ꝙ nimis abſurdum eſt, vt quis cum vanitate vel ĩperitia aſcẽdat ad honorem peritiæ litterarum: pro hoc, quia aſcenſus dẽt eſſe per gradum virtutum non vitiorum. de pœn. diſt. 2. dum ſanctã, in ſi. Not. ſecũdo, ꝙ prohibetur exceſſus expẽſarum. de hoc in gloſ. in ver. excedunt. Zab.

tur honorem,[a] cum ſua ſolemniter principia[b] faciunt, aut ſui recipiunt inſignia[c] doctoratus, circa cibos, veſtes, & alia ſic in expenſis excedunt,[d] quòd & ipſi tranſeunte expenſarum huiuſmodi vanitate vacui[e] plerumque remaneant, & grauati:[f] Et cæteri, qui vel nolunt, vel nequeunt ſimiles expenſas ſubire, hac occaſione frequenter à receptione honoris huiuſmodi retrahuntur.

¶ Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio prouidere, illis ad quos vbilibet pertinet honoré tribuere memoratum, diſtricte pręcipimus, vt quoſcunque ab eis de cætero dictum recipientes honoré, iuramento[g] prius aſtringant, ne vltra tria millia Turonen. argenteorum[h] in ſolemnitate, circa huiuſmodi doctoratum[i] aut magiſterium quomodolibet adhibenda, expendãt: Ipſos † nihilominus (niſi forſan notabilis conditionis extiterint) vt infra ſummam prædictam huiuſmodi moderentur expenſæ, efficaciter exhortantes: ac ſi hoc illorum congruere ſtatui viderint, iuramentum exigentes ab eis, quòd certos infra ſummam præfatam taxandos[k] ab ipſis expenſarum terminos non excedant.

¶ Si quis autem pontificali[l] etiam † dignitate pręfulgens, non recepto prius iuramento pręfato, honorem cuiquam tribuerit ſupradictum: à collatione magiſterij, ſeu doctoratus cuiuſlibet[m] per ſex menſes ſequentes[n] eo ipſo nouerit ſe ſuſpenſum.[o]

TITVLVS II.

De Iudæis & Sarracenis.

¶ Clemens quintus in concilio Vien.

¶ *Principes Chriſtiani cõpeſcere debent Sarracenos ſibi ſubiectos ab inuocatione publica nominis Machometi, & à peregrinatione, quam facere ſolent ad ſepulchrum ipſius. hoc dicit. Io. And.*

fore moleſta, cum Chriſtus ſic à diſcipulis vocaretur. Ioan 3. quod ipſe acceptabat Io 12. dicens. Vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis; ſum etenim. Et dr̃ magiſter quaſi maior in ſtatione: ſicut miniſter quaſi minor. ibidem ĩ. tit. 2. c. 1. §. ſine dr̃ etiã à monendo vel à mõſtrando. & de his per Hoſt. in ſum. eod. tit. §. 1.

a ¶ Honorem.] hunc honorem ſine peccato quis poſtulat in quacunque ſcientia, ſi eſt dignus. 8. q. 1. in ſcripturis. ver. ecce ego. eo. ti. quanto. Ratio: quia p̃ hoc petit opportunitatem communicandi quod habet, & quod laudabile eſt, & ad charitatem pertinens. In indigo vero eſt peccatum præſumptionis. de hoc per Archidia. 48 diſt. c. 1.

b ¶ Principia.] ita loquuntur quidam in ſtudijs quibuſdam vltramontanis.

c ¶ Inſignia doctoratus.] ita loquimur nos. & iſta inſignia ſunt cathedra, birretum: apud aliquos liber, annulus, oſculũ.

d ¶ Excedunt.] ſicut quandoque imperfectum ſcientię ſupplet perfectio charitatis. de renunc. niſi. §. pro defectu. ſic quandoque in talibus imperfectum ſcientiæ ſupplet perfectio expenſarum.

e ¶ Vacui.] prius habitis & conſumptis.

f ¶ Grauati.] onere debitorum. Io. And.

g ¶ Iuramento.] ſimile de Iudæ. ſignificauit, ſupra eadem compi. de reli. dom. quia. ver. illi etiam & infra tit. 1. c. 1. §. porro. De multis iuramentorum formis expreſſis in iure, vide in Spec. de iureiur. §. 1. ver. illud. ad quas addas iſtas.

h ¶ Argenteorum.] aſcendunt † ad monetam Bononien. quinquaginta lib. Bononenorum paruulorum: ponendo Turon. pro duobus Venetis vel 40. Bonon. paruis, vt valere conſueuerant.

i ¶ Doctoratum.] expenſas priuati examinis non videtur includere.

k ¶ Taxandos,] ſimile ĩ. de vſu. quamquam. ver. cæterum, lib. 6.

l ¶ Pontificali.] aliàs non includeretur. de ſent. excom. quia periculoſum. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi, lib. 6.

m ¶ Cuiuſlibet.] non illius ſcientiæ tantum, cuius doctoratum contulit, non recepto iuramento. & eſt ſimile de tempo. ordin. vel non eſt.

[Gloſſa ſequens quærit, ſoluit, & remittit. Iterum quærit, & remittit.]

n ¶ Sequentes.] immediate ſi autẽ pendente primo ſemeſtri iterum violet hanc conſtitutionem, an ſtatim currat ſecundum ſemeſtre, an tunc cum finitum fuerit primũ, dubitatur, & cõiter tenetur q̃ non ſit duplicatio totius: ſed ſtatim poſt ſecundam tranſgreſſionem, inchoat ſecundum ſemeſtre, per leges ff. ad leg. Aqui. ita vulneratus. & ad Turpi. l. in ſenatus. in fi. ad Carbo. l. Carbonianum. §. fi. & l. ſeq. & facit ĩ. de priui. c. 1. ver. ſi qui vero. de hoc ſatis ſcripſi de elect. cum in cunctis. in fi. Sed nunquid ſuſpenſione pẽdente valet collatio doctoratus facta per ſuſpenſum? conſtat, q̃ iſte non eſt caſus, quo imprimatur character: Item nec datur hoc officium ex impreſſo charactere, ſed ex poteſtate officij: & eſt quædam auctorizatio, & declaratio, quę declarat illum dignum ad officium doctrinæ, & dat auctoritatem vt doceat: puto igitur, q̃ ſi ſuſpenſio erat occulta, hanc auctoritatis dationẽ non ſit neceſſe iterari: ſecus ſi eſſet publica: facit de re iud. ad probandum. & quod ibi not. & vide quod dixi de hær. ſi aduerſus, & quod not. in Specu. de inſtru. edi. §. reſtat. verſic. quid ſi tabellio.

[Gloſſa ſeq. primo ſoluit dubium. Secũdo mouet aliud dubium, & ſoluit tertio quærit, & ſoluit.]

o ¶ Suſpenſum.] violans hanc ſuſpenſionem, irregularis non eſt. de ſen. exc. is qui. li 6. & dixi de exceſ. præl. c. fin. declarari debuiſſet ad quem tunc ſpectaret collatio: ſicut factũ fuit ĩ. ead. compil. de ſtatu mo. c. 1. ver. abbate. Et ſciendum, q̃ aliqui conferunt auctoritate Apoſtolica, vt Archidiaconus Bononienſis, aliqui de conſuetudine, aliqui de iure communi, ſecundum Hoſtien. qui not. in ſum. eod. tit. §. penul. in princ. quòd vbi aliud non apparet, epiſcopus cum capitulo hoc faciet. allega. eod. titu. quia. ver. verum. parum facit & maxime ponderata decre. 2. eodem tit. & ipſius ſuperſcriptione: puto q̃ in ſtudio iſto, cum ex priuilegio Apoſtolico dato ab Honorio iij. Archidiaconus hoc faciat, deuolueretur ad Papam. de conceſſ. præben. quia diuerſitatem. ſed quia per aliud priuilegium Apoſtolicum mortuo vel abſente Archidiacono epiſcopus, & capitulum exercent officium, ipſi ſuccederent. & idem eſſet vbi Archidiaconus, vel alius conferret de conſuetudine, vel de iure: quia ſuperior ſuppleret. eod. tit. c. 2. in reſponſo. Quid de officiali Archidiaconi? Dico, quòd ipſe ſuſpenſus eſt, non Archidiaconus, niſi ratum habuiſſet. de elec. ſi compromiſſarius. § porro, libro ſexto.

Magiſter vñ dicatur.

Doctoratus & magiſterium ſine peccato poſtulari poſſunt.

Scientiæ imperfectũ expenſarũ perfectione qñque ſuppletur.

† al. argẽti.

† al. Ipſoſque.

† al. nobilis.

Iuramentorum formæ multa ſũt.

† Vide Conarr. tracta. de veterum numiſmatũ collatione c. 3. §. 2.

† Dictio, etiam, deeſt in antiquioribus exemplaribus & impreſſis.

Doctoratus & alij gradus à quib. ꝯferri pñt.

DE IVDÆIS ET SARRACENIS.

Cedit.] Iſta clemētina iubet principibus, vt ipſi compeſcant Sarracenos ſibi ſubditos ab inuocatione Machometi: & prohibet ipſis principibus ne patiantur eos ire ad ſepulcrum ipſius. Figura ſic caſum: Sunt aliqui principes Chriſtiani in pluribus mundi partibus, qui propter eorum auaritiam, vt accipiant tributum à Iudæis, & Sarracenis, in ſuis partibus tolerant, & patiuntur eſſe, & morari: aliquotiens patiuntur eos eſſe ſeorſum, id eſt diuiſos à Chriſtianis: aliquotiens patiuntur, & tolerant eſſe mixtos cū Chriſtianis in eadem ciuitate, in eodem vico: qui quidem Sarraceni conueniunt in vnum, id eſt ſimul in Meſquitis, ideſt templis eorum: & ibi faciunt inuocationem Machometi. Item quid vltra faciunt? Certe ſciatis, ꝙ ipſi faciunt talia: Eſt vnus qui aliàs fuit ſepultus in quodam ſepulchro, & iſtum tamquam ſanctum in lege eorum habent, & annis ſingulis, & diebus vadunt ad peregrinationem ad illud ſepulchrum: quare graue ſcandalū in cordibus fideliū generatur. Quare quæro à vobis ſancte pater, an tales principes bene faciant? Et reſpondet, ꝙ non: quia illud quod Deo diſplicet, non eſt tolerandum: quare inhibemus, & prohibemus vniuerſis, & ſingulis principibus catholicis, ſub quorū dñio iſti Sarraceni morātur, ꝙ de terris ſuis omnimodo dictos Iudæos, & Sarracenos auferāt, depellāt & procurēt auferri à ſubditis ſuis. Et inhibemus & prohibemus expreſſe, ne præfata inuocatio Machometi, ſeu profeſſio ſui nominis publice valeat ab aliquo Sarracenorum ſubditorum inuocari: quòd ſi qui contrarium fecerint, caſtigentur, i. puniantur ob diuinam reuerentiam, vt alij perterriti exemplo, talia facere non præſumant. videatis textum. Not. ꝙ aliqui puniuntur vt cæteri capiant exemplum. ſimile in clemen. vt clericorum, ī. de offic. ordin. Note, ꝙ cauenda eſt Dei offenſa, & per ſuperiorem non eſt diſſimulanda, vt dicit glo. 2. Nota de modo quo Sarraceni conueniunt ad ſuas Meſquitas. de hoc in gloſ. audiui. Zabarella.

CAP. VNIC.

Cedit quidem [a] inoffenſam [b] diuini nominis, & opprobrium fidei Chriſtianæ, quòd in quibuſdam mundi partibus principibus Chriſtianis ſubiectis, in quibus interdum ſeorſum, [c] interdum vero permiſtim [d] cum Chriſtianis habitant Sarraceni, [e] ſacerdotes eorum Zabazala [f] vulgariter nuncupati, in templis ſeu Meſquitis [g] ſuis, ad quæ ijdem Sarraceni conueniunt, [h] vt ibidem adorent perfidum Machometum. [i] diebus ſingulis, certis horis in loco aliquo eminenti eiuſdem Machometi nomen, Chriſtianis, & Sarracenis audientibus, alta voce inuocant, & extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publice profitentur. Ad locum [k] inſuper vbi olim quidam ſepultus extitit Sarracenus, [l] quem vt ſanctum Sarraceni a-

[Prima gloſſa ſummat, & diuidit.]

a ¶ Cedit quidem.] Principes Chriſtiani compeſcere dēnt Sarracenos ſibi ſubiectos ab inuocatione publica Machometi, & à peregrinatione, quam facere ſolent ad ſepulchrū ipſius. Et prima pars ponit duplicem Sarracenorum exceſſum, quem ſecūda corrigi præcipit: ibi, [Cum autem]

b ¶ Offenſam.] quæ diſſimulanda non eſt. eodem titulo in nonnullis.

c ¶ Seorſum.] puta quia totam vnam terram, villam, vel populationem tenent ſub principe Chriſtiano: vel habent vnam extremitatem terræ vel parochiæ.

d ¶ Permiſtim.] quia in qualibet parte ciuitatis cohabitant Chriſtiani: quodlibet iſtorum fertur eſſe in Aragonia, & diuerſis terris Hiſpaniæ.

e ¶ Sarraceni.] qui debent à Chriſtianis publice diſtingui per habitum. eod. tit. in nonnullis.

[Gloſſa ſequens de ſacerdotibus Sarracenorum ponit duas ſpecies. Item ponit de ipſorum miniſterijs, & eorum officijs. Item de horis ipſorum.]

f ¶ Zabazala,] habui à reuerendo viro antiquo domino Ioanne theſaurario regis Franciæ, qui fuit captiuus eorum per quadriennium, ꝙ erratum eſt in vocabulo: quia duo habent genera ſacerdotum. Primi in ſingulari vocantur Foqui: in plurali vocantur Foca: & iſti ſunt vxorati: & manent in Meſquitis. Secundi vocantur Alhages: & iſti communiter non ſunt vxorati, & relinquunt mundum, & ſic diuerſi ſunt à primis in habitu, & alijs: ſicut apud nos religioſi à ſecularibus clericis: & iſti ſemel accedunt à ſepulchrum Machometi: & quælibet meſquita habet vnum ſacerdotem de primis, & vnum miniſtrum, qui vocatur Muerdem, quod ſonat preco, qui ſupplet defectū campanarum, quas licet Sarraceni multū commendēt: quia tñ Chriſtiani in eis habendis puenerunt, nolunt eis vti. Illius preconis officiū eſt: quia horis de quibus ī. dicetur, aſcendit turrim Meſquitæ quadratam, in qualibet parte ſui feneſtram magnam habentē: & ad illarum quamlibet clamat alta voce obturatis auribus cum digitis, vt vox fortius reſonet in ſua lingua, verba hæc ſonantia: nil aliud poſſe, niſi Deus, & Machometus eius nuncius: venite ad orationem faciendam in releuationem peccatorum veſtrorum: & poſtea ſubmittit: Legalip ilie Halla: quod eſt dicere, non eſt alius victor, niſi ſolus Deus. & hæc verba omnes milites Sarraceni portant in ſcutis ſuis: & adhuc ſubmittit: Deus eſt omnipotens. Horæ autem quibus hoc facit (de quibus infra ſequitur) Sunt quinque. Prima eſt in aurora, quã vacant Zalarozob, quod eſt dicere oratio matutinalis. Et forte hæc fuit cauſa erroris huius verbis ſecundum eum male recepti, cum ab illo precone profertur. Secūda hora eſt in tertijs. Tertia, in veſperis. Quarta, in completorio, quæ reſonat in cœnam. Quinta, in crepuſculo, noctis, quæ ſua lingua reſonat in tenebris: & qualibet iſtarum horarum Sarraceni faciunt certas genuflexiones: ſicut de ſero nos facimus ad laudem Virginis.

Sarraceni duo genera ſacerdotum habent.

Sarraceni cāpanis nō vtuntur.

Sarraceni quinque horas obſeruant.

g ¶ Meſquitis.] quod nos vocamus baſilicas, vel eccleſias: ipſi vocant Meſquitas, Iudæi ſynagogas eodem titulo, Iudæi. & cap. conſuluit.

Baſilicę, Meſquitæ, ſynagogæ differunt.

h ¶ Conueniunt.) audiui, ꝙ feminæ conueniunt ibi cum maribus, & quādo intrant, hoc faciunt nudis, & lotis pedibus, & cum certa deuotione.

i ¶ Machometum.] in hiſtoria eccleſiaſtica legitur Machometum 1 nutritum fuiſſe à quodam clerico nobili Romano: qui cū tempore Bonifacij Papæ quarti quædam petita impetrare non potuiſſet apoſtatauit à fide, & nutriuit illum cum quadam columba alba, quæ recipiebat grana de aure eius: & ſic erudita per hoc quod quando volebat Machometus, illa ponebat in publico os ad aurem: & ſic dicebat quòd ſpiritus ſanctus alloquebatur, & inſtruebat illum: iſte poſtmodum dedit legem Sarracenis, vt hęc in hiſtorijs eccleſiaſticis plenius reperiri poſſunt.

1 De Machometi initijs, incremento, & nefaria, ac impia ſecta conſule bonorum auctorum hiſtorias.

k ¶ Ad locum.] qui dicitur Mecha.

l ¶ Sarracenus.] communiter habemus, ꝙ fuerit Machometus, de quo præmittit.

Machometus legem Sarracenis dedit.

a ¶ Alij.]

a ¶ Alij.] qui non cohabitant Chriſtianis.
b ¶ Principibus.] ad quos ſpectat coercere tales: cum enim non ſint creaturæ eccleſiæ illos eccleſia non coercet, de diuor. gaudemus. Io. And.
c ¶ Perterriti.] ſupra eadem compil. de offic. ordinar. cap. primo, cum concordan.

Multorũ.] Iſta Clementina eſt longa cape diuiſionem gloſſæ, & proſequere text. Et dicit querela multorum pulſauit auditum ſedis Apoſtolicæ: ac ſi diceret Papa: fuerunt nonnulli, qui conquerebantur de tali re vel tali. Not. quòd querelæ multorum mouent principem. de hoc in glo. ſecunda, & dicit Paulus eum moueri, quando querelantes mouentur bono zelo, vt hic, & de accuſa. qualiter 2. aliàs ſecus, vt in cap cum in iuuentute. de purg. cano. Not. quòd non debemus excedere metas noſtras de hoc in gloſſ. 3. & pro hoc fines mandati ſunt diligenter ſeruandi. de reſcrip. cum dilecta. de offic. delegat. cum venerabili. Zabarella.

[Prima gloſſa ſimul diuidit, & ſummat]

d ¶ Multorum.] Primo præmittit conſtitutionis cauſam. Secundo: ibi, [Propter quod.] ponit conſtitutionem de officio inquiſitionis exercẽdo per diœceſanos, & inquiſitores. Primo ponens quinque, quæ poteſt alter ſine altero. Secundo tria, quæ non poteſt: & decretum apponit: ſubmittens quo modo impeditus, vel intereſſe nolens committit alij vel conſentit. Tertio: ibi [Sane.] prouidet circa muros. vel carceres hæreticorum ipſorũ claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Quarto: ibi, [Porro] ponit iuramẽtum cuſtodum, miniſtrorũ ſuorum notariorum, & aliorum officialiũ. Quinto: ibi, [Verum.] punit epiſcopos, inquiſitores. & eorum ſubſtitutos, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio. Sexto: ibi, [Alia] confirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia. Io. And.

† Dictio, in, deeſt in antiquioribus codicibus etiam impreſſis.

† In antiquiorib. & impreſſiſcõſtanter legitur, obnixius.

lij [a] venerantur & colunt magna Sarracenorum earundem partium, & etiam aliarum confluit publice multitudo: ex quibus noſtræ fidei non modicum detrahitur, & graue in cordibus fidelium ſcandalum generatur.

Cum autem hæc in † diuinæ maieſtatis diſplicentia non ſint vllatenus toleranda, ſacro approbante concilio, ipſa in terris Chriſtianorum diſtrictius fieri deinceps inhibemus: vniuerſis, & ſingulis principibus [b] catholicis, ſub quorum dominio dicti Sarraceni morantur, & fiunt prædicta ſub obteſtatione diuini iudicij obnoxius † iniungentes quatenus ipſi tamquam veri catholici, & Chriſtianæ fidei ſeduli zelatores, opprobrium, quod tam ipſis quàm cęteris Chriſticolis per præmiſſa ingeritur debita conſideratione penſantes: ipſum (vt proinde æternæ beatitudinis præmium aſſequantur) de terris ſuis omnino auferant, & à ſuis ſubditis auferri procurent: inhibendo expreſſe, ne præfata inuocatio, ſeu profeſſio nominis ipſius ſacrilegi Machometi publice, aut peregrinatio prælibata ab aliquo in eorum exiſtente dominio audeat attentari de cætero, vel quomodolibet ſuſtineri. Hi vero qui ſecus præſumpſerint, taliter ob diuinam reuerentiam caſtigentur ab ipſis, quòd alij eorum exemplo perterriti [c] à præſumptione ſimili arceantur.

TITVLVS III.

De hæreticis.

¶ Clemens v. in conc. Viẽ.

¶ *Præmittit conſtitutionis cauſam. Io. And.*

CAP. I.

Multorum [d] † querela ſedis Apoſtolicæ pulſauit [e] auditum, quòd nonnulli inquiſitores per ſedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati, metas [f] ſibi traditas excedentes, [g] ſic interdum extendunt † ſuæ poteſtatis officium, vt quòd in augumentũ fidei per circumſpectam eiuſdem ſedis vigilantiam ſalubriter eſt prouiſum (dũ ſub pietatis [h] ſpecie grauantur innoxij [i]) cedat in fidelium detrimentum. [k]

¶ *Ponit conſtitutionem de officio inquiſitionis exercendo per diœceſanos & inquiſitores: primo ponens quinque, quæ poteſt alter ſine altero. Secundo tria, quæ non poteſt; & decretũ apponit ſubmittens, quomodo impeditus vel intereſſe nolens committit alijs vel conſentit. Io. And.*

¶ Propter quod ad Dei gloriam & augmentũ eiuſdem fidei, vt negotium inquiſitionis huiuſmodi eò proſperetur felicius, quò deinceps eiuſdem labis indago [l] ſolemnius, diligentius, & cautius peragetur: ipſum tam per dięceſanos epiſcopos, quàm per inquiſitores à ſede Apoſtolica deputatos [m] (omni carnali amore, [n] odio, vel timo

e ¶ Pulſauit.] talis pulſatio communiter princeps mouet, vt hic: quandoq; etiam non mouet ex cauſa. de purga. canon. cum in iuuentute.

f ¶ Metas.] dicitur à metior metiris: & eſt finis vel terminus agri, vel cuiuſcunque rei: habemus meto metis, quod ponitur pro collectione meſſium. de pœn. & remiſſio. cum ex eo. poſt princ. inde dixit quidam, [Dum tua rura metis, vicinis parcito metis.] Has vero metas non licet tranſgredi. de ſepul. c. 1. vbi de hoc.

g ¶ Excedentes.] aliàs, extendentes.

h ¶ Pietatis ſpecie.] concor. 30. q. 1. noſſe. cum ſuis concor. eodem titulo excommunicamus. §. quis vero. de ſimon. ad Apoſtolicam. infra cap. fin. verſic. nonnulla.

i ¶ Innoxij.] quod eſſe nõ debet. de ſen. excom. Romana. in ſi. lib. 6.

k ¶ Detrimentum.] quod eſſe non debet. de pœnis, in quibuſdam. de appel. c. 3. & cap. ſuggeſtum. de offic. ordin. irrefragabili.

l ¶ Indago.] quaſi indagatio, inquiſitio, vel inueſtigatio, de iureiuran. quanto, poſt princ. de offi. delegat. cap. 1. & vlt. lib. 6.

m ¶ Deputatos.] generaliter. ſupra eod. titu. per hoc. libro ſexto. & vide quod ibi notatur in prima gloſſa.

n ¶ Amore.] quattuor modos † exprimit, quibus peruerti ſolet humanum iudicium. 11. q. 3. quattuor. de re iudi. cum æterni, lib. 6. Et iſti quattuor modi poſſunt his verſibus cõprehendi:

Quattuor iſta: metus, odium, dilectio, cenſus.

† De materia, & intellectu vide doctores in ca. vt commiſſi & ca. per hoc. de hær lib 6. Mora quid eſt, vide l. cũ delanionis. ff. d fundo. inſtru. vel inſt. le. & ca. fin. de off. archi.

† al. excedunt.

† Vide alios modos quibus peruertitur humanum iudicium per gloſſam & Turrecr. in c. quattuor, & c. quicunque. 11. q. 3.

Sæpe

Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

a ¶ Citare.] hoc eſt primũ de quinque, de quibus dixi.

b ¶ Capere.] ſecundum quod differt à ſequenti. ſæpe etenim capitur qui non incarceratur, de ſenten. excommu. ſi clericos. lib. 6. infra de exceſ. præla. frequen. in princip. & poſt principium.

c ¶ Mancipare.] tertium.

d ¶ Ponendo.] quartum.

Manicæ & cõpedes sũt vincula.

e ¶ Manicis.] ſicut compedes ſunt catenæ vel vincula circa pedes: ita manicæ catenæ vel vincula circa manus. de vtroque Pſal. penul. [1] Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ioan. And.

1 Pſal. 149. incip. Cantate Domino canticũ nouum.

f ¶ Oneramus.] concordan. ſupra eadem compil. de iure patr. c. 1. & ibi dedi concor. de hoc.

g ¶ Inquirere.] quintum.

h ¶ Duro.] poſuit quinque alteri ſoli permiſſa: nunc ponit tria prohibita: & ecce primum.

i ¶ Ad pœnam.] de pœnis quamuis. lib. 6. de verb. ſig. nouimus. de apoſta. cap. penul.

[Glo. ſeq. de tormentis remittit, & dubium ſoluit.]

k ¶ Tormentis.] ſecundum. De tormentis teſtium actoris, & rei notatur 15. q. 6. in ſumma. facit 5. q. 5. illi qui. de regul. iur. cum in contemplatione. Puto autem ꝙ ieiunia, quæ inquiſitores ad veritatem eruendam ſolent indicere, ſint tormenta: ita, ꝙ alter hoc non poſſit ſine altero: per hanc litteram. Nam quæſtionis verbo, intelligimus tormenta corporis, dolores, & malam manſionem. ff. de iniu. item apud § quæſtionem. & §. quæſtionis. & ff. ad Syllania l. 1 §. quæſtionem. item patet per etymologiam, qua dicitur tormentum, quaſi torquens mentem. Ioan. And.

Queſtio qd comprehendit.

Tormẽtum torquet mẽtem.

l ¶ Ad ſententiam.] tertium, Olim autem quando alter ſolus procedebat, ſolus ſententiabat. Si ambo procedebant licet diuiſim, communicabant ſibi proceſſus in fine, cum non reſtabat niſi ferre ſententiam. eod. tit. per hoc. lib. 6. & in extrauag. Benedicti, ex eo quod tamen adhuc hodie ſeruabitur: quod dicit decretalis per hoc vt ſi diſcordent in ſententia, conſulatur Papa.

[Gloſ. ſeq. quærit an ſolus abſoluat, ſoluit quod ſic.]

m ¶ Contra eos.] ſed nunquid pro eis: poſſet alter ſine altero definire? videtur, ꝙ ſic: quia à iure veteri non recedimus, niſi inquantum inuenitur expreſſum. Sed ita eſt, ꝙ olim, & hodie alter ſolus põt inquirere, & de iure veteri, cum ſolus procedit ſolus pronũciat, vt dixi in glo. proxima, quod hodie immutatũ eſt ſi condemnat per hãc litteram: ergo ſi abſoluit, remanet ius antiquum. facit de elect. ſtatutum lib. 6 & eſt ſimile quod notatur 12. diſt. præceptis. 3. quæſt. 6. accuſatus.

3 De materia gloſſæ, & an rei poſſint abſolui ab inquiſitore ſine epiſcopo, & cæt. contra, vide Zãchi. in tract. de hæret. c 15. nu. 2. Fel. in c. 3. de ſen & re iudic. Dec. in l ne, mo. ff. de regu iur.

[Gloſſa ſequens ad duos caſus prorogat.]

n ¶ Sede vacante.] vel quaſi vacante, vt in caſu decretalis ſi epiſcopus. de ſupplen. negli præla. lib 6. Item intelligo ſedem vacare quo ad hunc caſum iuriſdictionis capituli: etiam quando prouiſum eſt, ſed prouiſus, adminiſtrare non poteſt: quia nondum habet litteras per conſtit. Bonifacij iniunctas. facit de tranſla. cap. 2.

[Glo. ſequens ad quæſtionem, an capitulum viſitet, arguit pro, & contra. ponit opinionem Ioan. Monac. & contrariam: & declarationem expoſcit, & opiniones concordat.]

re, ac cuiuslibet commodi temporalis affectione ſemotis) decernimus exerceri: Sic quòd quilibet de prædictis ſine alio citare [a] poſſit, & arreſtare ſiue capere, [b] ac tute cuſtodiæ mancipare, [c] ponendo [d] etiam in compedibus vel manicis [e] ferreis, ſi ei viſum fuerit faciendum: ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus, [f] necnon inquirere [g] contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio, ſecundũ Deũ, & iuſtitiã viderit expedire: Duro [h] tamen tradere carceri, ſiue arcto, qui magis ad [i] pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis [k] exponere illos, aut ad ſententiam [l] procedere contra [m] eos, epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine epiſcopo diœceſano, aut eius officiali, vel epiſcopali ſede [n] vacante capituli [o] ſuper hoc delegato, ſi ſui adinuicem copiam habere valeant intra octo dierum ſpatium, poſtquam ſe inuicem requiſierint, [p] non valebit. Et ſi ſecus præſumptũ fuerit, nullum ſit, & irritum ipſo [q] iure. ¶ Verũ ſi epiſcopus, vel eius capituli

o ¶ Capituli.] hæc littera infra pluries repetita: & decretalis infra proxima faciunt ad quæſtionem, an capitulum ſede vacante [3] poſſit viſitare, & debeat procurari: de quo per Ioã. Monach. de ſupplen. negligen. prælat. eccleſiæ. & per Archid. eodem titulo ſi epiſcopus, & quòd poſſit, alleg. quia epiſcopus hoc poteſt: & eſt iuriſdictionis. in qua ſuccedit capitulum. de maio. & obed. his quæ, & cap. cum olim. eo. tit. capitu. 1. lib. 6. de inſti. capitulo primo. eodem libr. ergo hoc poterit: aliàs tempore vacationis remanebunt crimina incorrecta. allega. etiam prædictam decretalem, eccleſiæ. vbi viſitator datus à metropolitano à quo certus caſus excipitur, in alijs videtur poteſtatem habere: quaſi per exceptionem firmetur regula. ff. de fun. inſtr. quæſitum. §. denique Neratius. 32. q. 7. dominus. Cum autem metropolitanus nil habeat niſi de iure transfuſo de capitulo in metropolitanum: ergo capitulum hoc habet. faciunt notata per Inno. de hær. ad abolendam. In contrarium hoc nõ eſt iure expreſſum, ergo nec attribuendum: licet enim capitulum conſeruet iura epiſcopatus 12. q. 2. charitatem. & cap. illud. & ius reddat agentibus, accuſantibus, & denuntiantibus; non tamen viſitat: ſed is qui datur à Papa 61. diſt. obitum. vbi probatur, quòd vacans Eccleſia deſtituitur viſitatione. Sed ſecundum Archidia. dici poſſet, ꝙ illud deſtitutæ nõ reſpicit viſitationis operam, ſed eccleſiæ vacationem: ſicut de elect. eccleſia 1. & 2. in prin. Item capitulum [4] eſt neceſſarius, non voluntarius adminiſtrator. ergo nõ poterit quod adminiſtrationi neceſſario non incumbit. Et hoc tenet Ioan. Monac. ſed Archidia. non eligit: uidetur tamen plus accedere primo dicto, pro quo facit: quia iſte non eſt actus per quem præiudicetur epiſcopo: ſicut beneficiorum collatio, & alienatio perſonarum, & rerum. de quibus de maioritate, & obe. cap. 1. 71. diſt. fraternitatem. 12. q 2. ſi qua de rebus. egeret declaratione non ſolum in hoc, ſed in pluribus alijs articulis hoc quod dicitur, capitulum ſuccedere in iuriſdictione vacante ſede. Volens tenere opinionem Ioan. poſſet dicere illam veram in generali viſitatione ciuitatis, & diœceſis, contrariam in ſpeciali viſitatione vel inquiſitione contra certas perſonas vel loca.

3 Capitulũ vtrum ſede vacante poſſit viſitare, & procurationem exigere, vide Io de Lign. & Abba. in ca. cũ olim. extra de maior. & obe.

4 Vidẽ Abb. in c. verum. de fo. compe. & Fel in c. cum oẽs. de conſti. & dec. Ro. 32. in nouis.

[Gloſ. ſeq. notat, & remittit, & duo dubia ſoluit.]

p ¶ Requiſierint.] requirit ergo par parem. de hoc de offic. deleg. cum cauſæ, in 1. gl. & puto ſufficere vnã [5] requiſitionem, & facit quod notatur 18 diſtin. ſi epiſcopus in vlt glo. & quod dixi de iureiurando, ego N. & in requiſitione non eſt neceſſe terminum exprimi, ſed ipſo iure ſtatim currit. ſic de except. pia. lib. 6. & 3. eadem compilatione de deci. cap. 1. & hic adde quod ibi dixi Io. And.

5 Vide Fel. in c. ex litteris, de conſtit. Panor. ca. ego eñ. de iureiur. Rom. conſi. 426. Alc. cõſi. 81. li. 6.

q ¶ Ipſo iure.] quo ad iuris effectũ [6] ſi enim de facto tortus eſt, vel dure carceratus, hoc nequit non fuiſſe. ff. de capti. & poſtliminio reuer l. in bello. § factę, & facit quod dixi de appella. vt noſtrum. Sed ſi interlocutoria

6 De materia glo vide Corſetũ in ſuis ſing. in verbo confeſſio. & in verbo appellatio. & Zãchinũ in tracta. de hæ. c. 29.

ſede vacāte delegatus, cū inquiſitore, aut inquiſitor cum altero eorundē propter præmiſſa nequeat, aut nolit[a] perſonaliter cōuenire: poſſit epiſcopus vel eius ſeu capituli ſede vacante delegatus, inquiſitori,[b] & inquiſitor epiſcopo vel eius delegato, ſeu ſede vacante illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus, ſuper[c] illis committere uices ſuas, vel ſuum ſignificare per[d] litteras conſilium, & conſenſum.[e]

¶ *Prouidet circa muros vel carceres hæreticorum, ipſorum claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Ioannes Andr.*

¶ Sane, quia circa cuſtodiam carcerum hæreticalium, qui muri[f] in quibuſdam partibus vulgariter[g] nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos† volentes ſuper hoc prouidere: ſtatuimus, vt quilibet talis carcer uel murus, quem de cætero epiſcopo, & inquiſitori prædictis uolumus fore communem, duos[h] cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtrios, & fideles: vnum quem volet epiſcopus, & prouidebit[i] eidem; aliū, de quo voluerit inquiſitor, cui etiam[k] prouidebit: & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe aliū bonum, & fidum poterit habere miniſtrum.[l] In quolibet etiam cōclaui[m] eiuſdem carceris, ſiue muri, erunt duæ claues diuerſæ:[n] quarum unam vnus, aliam alius tenebit prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi, quæ incarceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere vel ſubdelegate[o] miniſtro.

¶ *Ponit iuramentum cuſtodum, miniſtrorum ſuorum, & notariorum, & aliorum officialium. Ioannes Andr.*

¶ Porro coram epiſcopo vel capitulo ſede uacante & inquiſitore prædictis, vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradicti, antequam ſuum officium exequantur, iurabunt[p] ad ſancta Dei Euangelia corporaliter à ſe tacta,[q] quòd in cuſtodia immuratorum, & aliorum pro crimine ſupradicto in ſua

toria ſolum lata eſſet ſuper carcere vel tortura, illa nulla eſſet: & lex permittit tunc appellare: quia grauamē tolli non poſſet per appellationem interponēdam poſtmodum à definitiua. de appellat, ſuper eo 2. 1. reſpon. 2. quæſtio. 6. ante ſententiam. ff. de appellat. recip. uel non. l. 2.

a ¶ Nolit.] ſimile de reſcr. ſciſcitatus in fi.

b ¶ Inquiſitori.] hic iunge finem, ſuper illis, &c.

c ¶ Super illis.] carceratione, tortura, & ſententia.

d ¶ Per litteras.] cōcord 61. diſt. c. 1. & 2. de temp. ord. nec epiſcopi.

[Glo. ſeq ponit diuerſitatem & rationē diſiunctæ.]

e ¶ Conſenſum.] ſufficit ergo ꝙ committat vel conſentiat illum procedere: quæ ſunt diuerſa. facit qđ ſcripſi de foro compet. ſignificaſti. ſuper glo fin. de eccle ędif. ad audientiam 2. ſuper 1 gl. vnde in electione licet primum, & non ſecundum. de elect. ca. penult. in fi. lib. 6. ita hic delegatus epiſcopi vel capituli poteſt ſecūdum & non primum: qđ forte fuit cauſa huius diſiunctæ: alterum vero iſtorum hic eſt neceſſarium intra octo dies poſt requiſitionē. poſt octo vero dies neutrum eſt neceſſarium, vt ſupra.

f ¶ Muri.] eod. ti. vt commiſſi. lib. 6. ver. & illorum.

g ¶ Vulgariter.] ſimile ſ. ead. compil. de relig dom. cap. 1. in prin & ibi concor.

[Glo. ſeq. in quæſtionem allegat pro, & ſoluit contrariū.]

h ¶ Duos.] niſi de vno concordarent: in caſu enim diſcordiæ manaſſe videtur hæc prouiſio. facit de appel. cum ſpeciali. puto contrarium, ſcilicet quod de uno conuenire non poſſint: ſed neceſſarij ſint duo: nec eſt hoc prouiſum ꝓpter diſcordiam, ſed ad ſecuriorem cuſtodiam: quod ſatis ſonant verba. facit optime. ff. de cuſto. reor. l. ult. in princ ibi, nec vni. ſed duobus cuſtodia committenda eſt. & idem dicimus de miniſtris, de quibus ſequitur.

i ¶ Prouidebit eidem.] de ſuis redditibus, non de parte prouentuum inquiſitionis officio deputata, vt in extrauag. Benedicti, ex eo quòd §. uerum quia.

k ¶ Etiam prouidebit.] inquiſitor, ſcilicet de prouentibus deputatis officio.

l ¶ Miniſtrum.] ſimile de fil presb. propoſuit. in fi facit quod dixi ſuper rubrica, de offi cuſt. Io. And.

m ¶ Conclaui.] concordat de electio. vbi periculum. §. in eodem, cum ſuis concor. lib. 6.

n ¶ Diuerſæ.] ne vnus cuſtos ſine altero poſſit aperire. interdum enim in eadem ſera habent plures ſocij plures claues, vt quilibet per ſe & aperire & claudere poſſit cuius contrarium hic intendit.

o ¶ Subdelegare.] quod aliàs non poſſet: cum ſibi miniſterium demandetur ſine iuriſdictione, in quo uidetur electa induſtria perſonæ, de offi deleg c. fi. & puto per hanc litteram, quod in aſſumendo miniſtro non requiretur conſenſus epiſcopi uel inquiſitoris.

p ¶ Iurabunt.] ſimile ſup. ead. compil de relig. domi. ca. 2. ver. illi etiam, de magiſt. ca. 2. ſed in illis nihil dicitur de corporali tactu.

[Glo. ſeq. de corporali iuramēto remittit, & opinionem ponit, cuius rationem determinat, ponit dictum Innocētij: ſubdit quadruplicē formam iurandi, & conſuetudinis interpretationem, quam determinat.]

q ¶ Tacta.] vt no. de elect. vt circa. ver. coram. lib. 6. in glo. 2. in corporali iuramento non ſufficit præſentia, ſed requiritur tactura Euangeliorum. Quidam dicunt, ꝙ corporale iuramentum ſatis eſt, quòd habeat corporis ſenſum, vt uiſum. facit 35. quæſtio. 6. epiſcopus per id quod de poſſeſſione dicitur, ꝙ ibi requiritur actus corporalis, & cū viſu transfertur. ff. de acquir. poſ. leg. quod meo §. ſi per uenditorem & l. 1 §. penul. & no. de conſue. c. 2. ſed illud uerum, cum tradens & accipiens hoc intendunt. ſecus ſi poſſeſſio erat uacua, ut ibi no. Vt ego ſcripſi poſt Innocen. de iureiur. etſi Chriſtus verſicu. quod autem. iuramenta, quæ præcipiuntur à iure, ſicut teſtis, calumniæ, veritatis, vel quæ à iure, iudicē, vel parte ex neceſſitate deferuntur, debent fieri tactis Euangelijs: aliàs fieri poſſunt ſine tactura. & uide quod not. 22. quæſtio. 1. in ſumma. Sed uidetur ꝙ plus obliget corporale. facit 2. quæſt. 5. quanto. & c. ſequen. C. ſi minor ſe maio. dix. l. ſi alterius. Quædam autem iura dicunt ſimpliciter iurari, quædam corporaliter, quædam ſuper ſancta Dei Euangelia, quædam addunt ipſorum tacturam, vt hic, & 1. quæſt. 7. quoties. & ſup. ead compil. de iureiur. Romani. ver. porro. de frigid. & malefi. laudab. Item. Patet de primo, de iureiur. eod. tit.

per

† De materia iſtius §. vide Zanchi. tracta. de hæret. c. 8. & 10. Gōdiſaluum, tract. de hæreſi q. 11. Sylueſt. ī verb. hæreſis 2.

Iuramenta an ſemper præſtari debeāt tactis Euāgeliis, vide abbatē in c. etſi Chriſtus. de iureiurā. & in c. fraternitatis. de teſtib. Anchar. in ca. vt circa. de elect lib 6. & Felyn in c. 1. de fide inſtr.

per totum. lib. 6. de teſtibus præſentium. & cap. penult. de excep. paſtoralis. qui ma. accu. poſſ. cum in tua. de ſent. excom. ex tenore. De ſecundo, de hære. ad abolendam. §. ſtatuimus. de ſenten excommu. venerabilibus. de elect. vbi periculum, §. ſuper his. & cap. vt circa. & ca. procurator. lib. 6. De tertio, De purga. cano. quotiens. Apud Italicos interpretatur conſuetudo, quod ſufficit quẽ libet librum vel quã libet ſcripturam affigere: quod ſatis puto procedere, etiam vbi de corporali iuramento exprimitur. non ſic ubi de tactura Euangeliorum, vt hic, & in concord.

non tamen in ſuo carcere, ſed epiſcopali tales tenebat ſede vacante.

h ¶ Notarij.] qui poſſunt eſſe conſtituti in ſacris & religioſi: quod dic ut eodem titu. ut officium. §. ad conſcribendas. lib. 6.

cuſtodia poſitorum & ponendorum,[a] omnem diligentiam & ſollicitudinẽ, quam poterunt,[b] fideliter adhibebunt: Et quod alicui incarcerato nihil vnus in ſecreto[c †] loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos. Et quòd prouiſionem, quam incarcerati recipiunt ex ordinatione cõmuni, & illud quod à parentibus & amicis, vel aliis perſonis fidelibus offerretur eiſdem (niſi epiſcopi, & inquiſitoris uel ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur) ipſis fideliter & abſque[d] diminutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum, & coram[e] eiſdem perſonis miniſtri cuſtodum, priuſquã ſuum exerceant officium exhibebunt. Et quia ſæpe contingit epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis inquiſitoribus non communes: volumus & diſtrictè præcipimus, vt cuſtodes ad incarceratorum prodicto crimine[f] cuſtodiam per epiſcopos, vel ſede uacante per capitulum deputandi,[g] & eorum miniſtri coram dictis inquiſitoribus vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile iuramentum. Notarij[h †] quoque inquiſitionis coram epiſcopo & inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis, iurabunt[i] ſuum officium fideliter exercere. Et idem fiet de aliis perſonis[k] neceſſarijs ad prędictum officium exequendum.

¶ *Punit epiſcopos, inquiſitores, & eorum ſubſtitutes, qui faciendo vel omittendo delinquunt in officio. hoc dicit.*

¶ Verum, quia nimis eſt graue ad exterminationẽ prauitatis prędictæ non agere[l] quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: graue eſt quoque & damnatione digniſſimum[m] malitioſe in ſontibus eandem imponere prauitatem: epiſcopo, & inquiſitori prædictis, ac alijs ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt ſic diſcrete, & prompte contra ſuſpectos vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedãt, quòd malitioſe aut fraudulenter[n] tantam labem, ſeu quòd ipſos in executione officij inquiſitionis impediat, falſo alicui non imponant. Quòd ſi odij, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu,[o] contra iuſtitiam, & conſcientiam[p] ſuam omiſerint, contra quenquam procedere vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, aut obtentu eodem[q] prauitatem ipſam vel impedimentum officij ſui alicui imponendo, eum ſuper hoc præſumpſerint quoquo modo uexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eiſdem) epiſcopus aut ſuperior ſuſpenſionis ab officio per triennium, alii vero[r] excommunicationis ſententias eo ipſo[s] incurrant: A qua quidem

† Vide Archid. in ca. clericus. 81. diſt. & in c. ſi peccauerit. 2. q. 1 & Io. And. in c. ult. de hæret.

a ¶ Ponendorum.] vbi hoc exprimitur, iuratur ſuper futuris: & ſic non obſtat de iureiuran. cap penult.

b ¶ Poterunt.] 22. q. 2. faciat.

c ¶ Secreto.] ſimile de elect. vbi periculum. §. nulli. lib 6. cum ſuis concord. & de ſecreto habetur. infra capit. proxi. de pœniten. diſtin. 1. §. hoc ergo. in princip. & ver. filiam. & de hæret. capit. vlt. lib. ſexto, nec ſumitur tam amarè hoc verbum, quin alter cuſtos in abſentia alterius captiuum allo qui poſſit, de non ſecretis ipſis incarceratis.

Miniſtri q̃dã ſunt infideles dñis ſuis.

d ¶ Abſque diminutione.] non ſicut infideles ſeruientes: vel miniſtri, qui ſemper de eo quod dominis datur, decimã, vel aliam quotam ſubtrahunt, ut notatur prima quæſtio. prima. Chriſtus. 13. quæſtio. 1. §. ſecundo. ver. ſed videte.

† De iuramento notariorum. Hoſt. & doctores in c. vt officiũ. §. ad cõſcribendas. de hęret lib. 6. & ĩ c. ſicut. ne cler. vel mona.

e ¶ Coram eiſdem.] epiſcopo, vel capitulo, & inquiſitore vel ſubſtitutis ab illis.

f ¶ Pro dicto crimine.] de incarcerandis ergo pro alijs criminibus non iurant inquiſitori.

g ¶ Deputandi.] dato ergo quòd capitulum haberet iuriſdictionẽ & carcerem:

i ¶ Iurabunt.] ſpeciale[1] eſt propter magnitudinem criminis, & fauorem fidei: aliàs ſufficere deberet iuramentum in creatione præſtitum. de præſcript. ad audientiam. de cuius forma ſcripſi. ne cler. uel monac. ſicut te. [& Specu. de fide inſtrumen. §. reſtat. uer. ſed quæro.]

1 Vide Aretlatanum de hæret. notab. 36. Bernardũ in lucerna, ver. notarius primo.

k ¶ Perſonis.] officialibus nuncijs ad citationes faciendas, & apparitoribus, de quibus inf. c. prox.

l ¶ Non agere.] con cor. de ſimo. nemo. & quod ibi no.

m ¶ Digniſſimum.] idem uerbum 81. diſtin. c. 1. in fi.

n ¶ Fraudulenter.] falſo alicui non imponant quod ſequitur.

o ¶ Obtentu.] vbi ergo non propter alterum prædictorũ: ſed forte timore, vel propter uitandum ſcandalum hoc omitterent, non eſt locus pęnæ.

p ¶ Et cõſcientiam.] Nota, &, quòd copulat concord. de re iudicata, cum æterni. lib. 6.

2 Et, copulat. l. ea rñ adiectio ff. de lega. 3 l. hęredi. §. Caio. ff. de fundo inſt.

q ¶ Eodem.] odij, gratiæ, &c. ut ſup.

r ¶ Alij vero.] ſcilicet Inquiſitores, uel ſubſtituti ab eis, uel ab epiſcopis, vel capitulis uacante ſede.

[Glo. ſeq. inducit hoc computato, xx. iura, q̄ conſtitutio eccleſiæ liget ad pœnam omnino occultam: dicens per hoc indubiam quæſtionẽ de dubio hæretice. In qua recitat opinionem. In contrarium inducit xiij iura: ſubdit duas opiniones, & prius dictum approbat.

Crimina occulta an ligentur per conſtitutionem eccleſiæ militantis. Vide doctores inf. citatos.

s ¶ Eo ipſo incurrant.] hic patet aperte, q̄ conſtitutio eccleſiæ militãtis ligat crimen omnino occultum

excommunicationis[a] ſententia, qui eandem incurrerint, niſi per Romanum Pontificem nequeant, præterquam in mortis[b] articulo, † & tūc[c] ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio ſuffragante.

¶ *Confirmat antiqua iura huic constitutioni non obuia. Io. And.*

¶ Alia ſane, quæ circa præmiſſum inquiſitionis officium à nōſtris ſunt prædēceſſoribus inſtituta (quatenus præſenti decreto nō obuiant) ſacri approbatione concilij roborata in ſua volumus firmitate manere.[d]

¶ Idem in eodem.

¶ *Primo, ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorum. Secundo, punit inquiſitores, qui prætextu officii pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum eccleſiarum bona confiſcant. Tertio, præcipit notariis, officialibus, & ſociis, vt hoc facientes reprehendant, & ſuperioribus denuncient, ſi probare poſſunt. Quarto, prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem official. ū. hoc dicit. Io. And.*

CAP. II.

NOlentes[e] ſplendorem ſolitum negotij fidei per actus indiſcretos & improbos[f] quorumuis inquiſitorum hæreti-

culum quo ad pœnaſ ſuſpenſionis, & excommunicationis. ad idem ſ. ead. compil. de ſtatu monach. c. 2. §. quia vero. infra de pœnis. c. cupientes. §. qui vero. Nec turbentur aliqui: nā hoc idem probatur de ſchiſma. c. 1. ver. omnē. lib. 6 & eo. lib. de ele. vbi periculū. ver. nulli. & c. fundamēta. §. ꝙ ſi ſecus. & c. quia ſæpe. facit eod. tit. ſciant. & c ſequen. & ca. indemnitatibus. §. poſtremo. de offi. deleg c. ſi. §. pars vero. de offic. ord. c. vlt. de iudi. c. 2. ver. prouiſo. de re iudic. c. 2. & 2. ad fin. de homici. pro humani. ver. ſacri. Ad idem an'i qua iura de ſent. ex com. porro. & c. cum non ab homine. de temp. ordin. c. vlt. patebat idem de immunitate eccleſiæ, clericis. lib. 6. ver. necnō, Et ex his videtur indubitatū, ꝙ Archid. habebat pro dubio; & diſputationi relinquebat in decretali, cum quis, de ſent. ex com. lib. 6. an hæreticus omnino occultus ſit excommunicatus, Ioan. tenet ꝙ ſic 24. q. 1. in ſumma, & in glo. ſeq. de pœni. diſt. 1. cogitationis. Placet etiam Gof. & Ray. in ſumma, de hære. Ad cōtrarium inducitur. 32. diſt erubeſcant. & quod ibi notatur. 33. diſt. habuiſſe. 50. diſt. §. ſed illud. in ſi. 2. q. 1. nomen. & q. 5. conſuluiſti. & 6. q. 1. ſi omnia. 15. q. 6 c 1. ver nō poteſt. 30. q. vlt. §. his. ita. & c. ſeq. 32. q 5. c. vlt. de ſimo. ſicut tuis, in ſi. & c. ſeq. Facit ad hoc: quia ex voluntate, quę non procedit in actum, non ſcandalizatur Eccleſia. 14. q. 3. Deus quibus. Sunt qui nolunt fateri per clauem Eccleſiæ ligari poſſe omnino occulta, niſi illa ſint expreſſe lege diuina damnata: vt vſura, in qua damnatur ſpes occulta. de vſu. cōſuluit. Alij dicunt, ꝙ ſi factū eſt publicum, ſed occultum quis fecerit, ligari pōt per Eccleſiam. 5. q. 1. quidam. de offi. ordi ſi ſacerdos. Si vero & factum, & faciens ſunt occulta; ſecus, vt in ꝯtijs. Sed vtrique dicto obuiant iura allegata in prin. gloſſæ; quare de plano fateamur, ꝙ coſtitutio militantis Eccleſiæ ligat omnino occulta. non tamen nominatim de illis iudicat tribunal Eccleſiæ, immo ipſa Eccleſia inquātum per hominem iudicat hominem nominatim, & inquantum eſt collectio fideliū, ligatos ſic occultos habet pro ſolutis. de ſent. excom. à nobis 2. & ſic loquuntur contraria.

[Gloſſa ſequens in quęſtione alleg. affirmatiue, & ſoluit contrarium. format incidentem quæſtionem, quam ſoluit.]

a ¶ Excommunicationis ſententia.] de ſuſpenſione a nil dicit, quare vr̄, ꝙ ab illa ſuperior poſſit abſoluere. Dic, ꝟ & ratio illius omiſſionis fuit, quia tempus habet determinatum; & vbi ſic determinatum eſt, vr̄ ꝙ non poſſit ſuperior abſoluere, vt no. de electione. cupiētes. §. cęterum. in glo. eſt ergo. Sed quid ſi tempus determinatum non eſſet? Vr̄ ꝙ poſſit ex quo ſuperior non reſeruat, de ſent excom. nuper. nec prohibet, ut ỹ. de priuileg. c. 1. uer. ſi qui. facit quod not. de regu. non ſolum. in ſi. lib. 6. & quod dixi de ſolu. c. 2. in ſi. ſecus ſi reſeruaſſet. de teſti. tam litteris. in ſi.

b ¶ Mortis articulo.] qui caſus ſemper excipitur. inf. c. prox. de offi. ord. paſtoralis. & vide quod ibi not.

c ¶ Et tunc.] ſcilicet quādo in mortis articulo per epm vel presbyterum abſoluuntur; & hoc intelligo ſi facultas eſt ſatisfaciendi, & tempus hoc patitur; aliàs abſoluetur cum cautione facit ỹ. c. prox. de ſepult. c. vlt. de ſen ten. excom. à nobis.

d ¶ Manere.] concor. eo. tit. c. vlt. in ſi. lib. 6.

NOlentes.] Diuiditur in quattuor partes, vt patet in rubro. Secunda ibi, [Inquiſitoribus.] Tertia ibi, [Notarij.] Quarta ibi, [Porro.] Imola. ¶ Pro caſu nota ꝙ Inquiſitor hæreticæ prauitatis non eſt aliquis deputandus, niſi habeat quadrageſimum annum. Et ſic eſt caſus ſpecialis contra c. cum vice ſimum. de officio, & poteſtate iudicis de leg. in antiq. Et iſtud ſit, quia agitur de magno ſcandalo. Nota, ꝙ inquiſitor vel eius commiſſarij ſub vmbra ſui officij facientes illicitas exactiones, eſt ipſo facto excommunicatus, à qua excommunicatione non abſoluitur niſi ſatisfactione plenarie facta: niſi in articulo mortis. Nota, ꝙ pro delicto prælati bona Eccleſiæ non confiſcantur. & hoc verum, quando ſolus Prælatus deliquit. ſecus ſi Prælatus, & capitulum deliquerunt habita deliberatione, tunc enim bona Eccleſiæ confiſcarentur. l. iubemus. de ſacroſanct. eccl. C. vbi nauis eccleſiæ fuit confiſcata Imperatori. Nota, ꝙ ſi in conſtitutione ponatur verbum, extunc, incipit ipſa conſtitutio obligare à tempore ipſius publicationis: non expectato lapſu duorum menſium, qui aliàs regulariter præfigitur: quod intelligo quo ad hoc vt econtra factum non valeat: non autem quo ad hoc vt contra facientes, hoc ignorantes obligati ſint ad culpam: vt no. glo. notabilis in verbo, exnunc. Pro clara intelligentia huius Clementinæ accipe diuiſionem gloſſæ, & illam proſequere. Nota, de ſplendore fidei Et dicit Lauren. quod talia, quæ ſunt fidei, in luce & ſplendore tractari debent. Nota, ꝙ improbi actus vitandi ſunt. de hoc in glo. 2. Zabar.

[Prima glo. ſimul diuidit, & ſummat.]

e ¶ Nolentes.] Caſus. Primo, ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorū: Secundo, punit inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum Eccleſiarum bona confiſcant. Tertio, præcipit notarijs, officialibus, & ſocijs, vt hæc facientes reprehendant, & ſuperioribus denuncient ſi probare poſſunt. Quarto, prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem officialium. partes patent.

f ¶ Improbos.] qui dederunt cauſam, & merito huic conſtitutioni, & pręcedenti.

ADDITIO. 49. diſt. huic etenim. Zabar.

† In mortis articulo nulla eſt caſuū reſeruatio: atque ideo omnes ſacerdotes quælibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſūt ita conciliū Trid. ſeſ. 14 ca. 7. de caſuum reſeruatione.

1. Hæreticus omnino occultus, an ſit excōicatus, de quo vide oīno Alfonſum Caſtr. li. 2. c. 18 de iuſta hære. punit. & Caiet. apud B. Tho. 2. 2. q. 11 art. 3.

Eccleſię bona: propter delictū prælati nō confiſcantur.

a Vide Abbat. in c. in litteris, de teſtibus.

a § Cali-

a ¶ Caliginę.] Eſaiæ 5. in fin. Lux obtenebrata eſt in caliginæ.

[Gloſſa ſequens duas lecturas ponit.]

b ¶ Extunc.] ac ſi dicat, deinceps. vel forſan [c] voluit Papa per hoc, ꝙ hæc pars conſtitutionis ſtatim ligaret à tempore promulgationis, non expectato lapſu duorum menſium de quo dixi in prooemio: non quo ad hoc, ꝙ contra facientes hoc ignorantes obligati eſſent ad culpam: ſed quo ad hoc vt contra factum non valeret: prius vero datos afficere non intendit.

[c] Vidē Abb. Fel. & doct. in cap. 2. de conſtit.

c ¶ Quadrageſimum.] concor. 20. quæſt. 1. ſanctimoniales. Et [b] eſt mirandum, ꝙ in Inquiſitore maior ætas requiritur, quàm in epiſcopo, qui tamen inquiſitor eſt. & eſt. ſimile de elect. nemo deinceps. lib. 6. & hoc eſt de arbitrarijs, de quibus non cogimur reddere rationem, vt ſcripſi de reſcrip. ſi quando.

[b] Inquiſitor dēt eſſe antiquior epiſcopo. Vide Conradum Brun. de hær. li. 4. c. 1.

...cæ prauitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine [a] obfuſcari: hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus nullis extunc, [b] niſi qui quadrageſimum [c] ætatis annum attigerint, officium inquiſitionis prædictæ committi [d] inquiſitoribus. Et tam ipſorum, [e] quàm epiſcoporum ſeu capitulorum, ſede vacante ſuper hoc deputatis commiſſarijs, [f] quibuſcunque diſtrictius iniungentes, ne prætextu [g] officij [h] inquiſitionis quibuſuis modis illicitis [i] ab aliquibus pecuniam [k] extorqueant: nec ſcienter [l] attentent eccleſiarum [m] bona ob clericorum delictum [n] † prædicti occaſione officij fiſco etiam eccleſiæ [o] applicare. [p] Quòd ſi ſecus in his [q] vel eorum altero fecerint, excommunicationis ſententiæ eos ſubiacere decernimus ipſo facto. A qua non poſſint abſolui [r] præterquã in mortis [s] articulo, donec illis à quibus extorſerint, plene ſatisfecerint [t] de pecunia ſic extorta: Nullis priuilegijs, pactis, aut remiſſionibus [u]

f ¶ Commiſſarijs.] de epiſcopis loqui non videtur: & & ideo licet etiam ipſi ab his debeant abſtinere; pœna tamen quæ ſequitur non habet locum in illis. concor. infra ver. notarij. voluit ergo dignitati deferre. de offic. deleg. c. 2. lib. 6.

g ¶ Prętextu.] vbi ergo non eo prætextu illicite exigit, licet male faciat, non tamen eſt locus pœnæ.

h ¶ Officij.] & ſic cõmittit crimen concuſſionis, de quo. 1. q. 1. ad fin. 23. q. 1. c. 2. in fi. & c. militare. & de immu. eccleſ. quia plerique. tñ tales abſolui permittit infra reſtituendo ſimplum tantum: cum tamen concuſſor ſoluat quadruplum. 18. diſtinct. quoniam. in fin.

† Delictum prælati quã noceat eccleſijs, vide Fel. in c. ad audiẽtiam. de reſcri. & Alex. conſi. 23. lib. 1.

i ¶ Illicitis.] pœnas pecuniarias applicandas officio non prohibet imponi, & exigi., ſed illicitas. exactiones fieri. ff. de offic. præſid. illicitas.

[c] Vide glo. in c. licet, de pœn. Io. And. in c. 1. de homi. in 6. Anch. cõſil. 12. & Zãchi. tract. de hær. c. 19.

tionem, vt ſcripſi de reſcrip. ſi quando.

[Glo. ſeq dicit per quos. ſecundo quęrit, ſoluit. & remittit.]

d ¶ Committi.] ꝑ prælatos prouinciales, vel Miniſtros illorum ordinum, quibus deputatio talium à ſede Apoſtolica eſt commiſſa. Idem puto de inquiſitoribus ab epiſcopis vel capitulis ſede vacãte: vt ij quibus committũt, habere debeant hanc ætatem. Sed q̃d ſi contra fiat? certũ eſt, ꝙ puniendi ſunt committẽtes, tranſgredientes hoc præceptũ. & vide quod no. de ele. generali. §. illos in vlt. gloſ. lib. 6. & licet hic non apponatur decretum: videtur tamen, ꝙ non valeat commiſſio. pro & cõtra de elect. licet canon. lib. 6 & vide quod ibi not. in gloſ. 2.

[Glo. ſeq. dicit hic quæſtionem ſolui, contra quam allegat. deinde illud fortificat, & cõtrario reſpondet.]

e ¶ Ipſorum.] commiſſarijs, quod eſt infra. Et per hoc, & per cap. ſ. proxim. ſoluitur quod olim dubitabatur, an Inquiſitores poſſent committere vices ſuas, & videbatur quod non: quia decretalis vt commiſſi. in princ. eo tit. lib. 6 permittit vt committant citationes, & ſententiarum denunciationes: vltra illa ergo permiſſa cõmittere non poterant. de tranſla. c. 2. facit de offic. de lega. cap. vlt. §. vices quoque. vbi etiam conſeruator non committit niſi illa duo. videtur enim electa induſtria perſonæ. de offic. deleg. cap. vltimo, & cap. is cui. lib. 6. Contra: quia ſiue ordinariam, ſiue delegatam iuriſdictionem inquiſitor habeat, committere poteſt. Primum patet. Secundũ ſcilicet cum dicitur, delegatus: ꝙ videtur verius per decretalem, per hoc. eo. tit. lib. 6. pro & contra eod. tit. ne aliqui. eſt tamen delegatus principis, & cum iuriſdictione, non cũ miniſterio tantũ: ergo committit. ita ſeruatur. dant ergo inquiſitores commiſſarios, quos vocamus vicarios vel ſubſtitutos. ſ. eo. ca. proxi. § porro. & § notarij. & § verum. Ad decretalem vt commiſſi reſpondetur quòd non loquitur negatiue, ſicut illa quæ loquitur de cõſeruatore, ſcilicet quòd non poſſint niſi illa duo committere, ſed loquitur affirmatiue, [m] ſcilicet quòd illa duo committere poſſint. & de illis forte dubitabatur quaſi ante citationem nõ eſſet perpetua iuriſdictio: & per definitiuã eſſet functus ſuo officio. Ad primum, de offi. deleg. paſtoralis. § 1. Ad ſecundum, eod. tit. in litteris. Ioan. And.

Inquiſitores hæreticorũ an poſſint alijs vices ſuas cõmittere, vide Dec. in ca. cauſam. de app. Gõdiſaluũ de hæret. q. 7. Zanc. de hę re. c. 39.

[m] Vide Fel. in c. nonne. de præſumptio.

in principio. de ſimo. intantum. & cap. audiuimus. & cap. ſequen.

k ¶ Pecuniam.] intelligo large. 1. q. 3. per totum.

l ¶ Scienter.] ignoranter ergo non tenet hæc pœna. ſimil. q̃ ſ. ead. compi. de conſan. & affin. c. vnico.

[Glo. ſequens not. à contrario: & ſoluit quæſtionem de monacho.]

m ¶ Eccleſiarum.] de bonis ergo clericorũ proprijs nõ prohibet. Et per hoc dico, ꝙ ſi monachus præeſſet Eccleſiæ, ꝙ etiam eorum, quæ acquiſiuit intuitu perſonę, applicatio iſta fieri non poſſet. cum enim impediente profeſſione ſibi non poſſit acquirere: & ſic acquiſita poſt poſſeſſionem adeptam ſint Eccleſiæ. 18. q. 1. c. vnico. de priuileg. cum olim 2. ergo etiam in illis eſt locus ei quod hic dicitur. quod tamen in quodam inquiſitoris conſilio ante hanc conſtitutionem clamare non profuit.

Monachus ſibi acquirere non poteſt.

n ¶ Delictum.] de reg. iur. delictum. cum ſuis concor. lib. 6.

o ¶ Eccleſiæ.] multo minus ſibi ipſis, vel officialibus vel fiſco ſæculari, cui alias applicata ſunt ipſo iure bona laicorum damnatorum. de hære. eod. tit cum ſecundum. lib. 6. Et vide quod not. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. & quod ibi dixi ſuper gloſſa antepenult.

p ¶ Applicare.] idem verbum, de præb. c. 3. probatur autem hoc eod tit. excommunicamus in prin. vbi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter Eccleſias, à quibus beneficiati ſunt.

q ¶ In his.] duobus proxime dictis, ſcilicet de pecunia extorquenda. & de bonis Eccleſiæ confiſcandis. primum enim caſum, ſcilicet de ætate, includi non puto. quod patet per ſequentia: ibi, donec illis, &c.

r ¶ Abſolui.] per ordinarios, cum ſibi non reſeruet. de ſenten. excom. nuper.

ſ ¶ In mortis articulo.] ſ. c. proxi. in fi.

t ¶ Satisfecerint.] ſi habent vnde: alias vero paupertas excuſat. de vſu. cum tu. de rap. c. 2. & vide quod not. de verb. ſignific. ex parte 1. in fin. 4 gloſ.

u ¶ Remiſſionibus.] concor. de cenſi. exigit. ad fi. de reſcrip. ſtatutum. circa finem. lib. 6. & adde quod ibi not.

a ¶ Con-

ſuper hoc valituris. Notàrij vero & officiales dicti officij, necnon fratres & ſocij inquiſitorum, & commiſſariorum ipſorum, qui dictos inquiſitores, aut commiſſarios [a] ſecrete nouerint talia [b] commiſiſſe (ſi indignationem Dei, & Apoſtolicæ ſedis vitare voluerint, & offenſam) ipſos grauiter arguere & corrigere [c] ſtudeant in ſecreto. Quòd ſi taliliter ea ſciuerint, vt ea probare valeant, [e] ſi ſit opus, hæc prælatis inquiſitorum & commiſſariorum earũdem, ad quos id pertinebit, nunciare ſollicite debeant. Qui equidem prælati, inquiſitores, & commiſſarios prædictos reos inde repertos ab officijs amouere, [f] & amotos aliàs punire debite, ſeu corrigere teneantur. Prælatis autem inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia nunciari per prædictos [h] locorum ordinarios volumus: quibus, [i] vt ea in Apoſtolicæ ſedis notitiam perferant, [k] in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, & mandamus.

¶ Porro inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſſione [l] portationis armorum, † nec officiales, niſi ſibi neceſſarios habeant, tales, qui ſe conferant ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda. [m]

¶ Idem in eodem.

¶ Damnat ſectam Beguardorum, & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans diœceſanorum & inquiſitorum officium contra illos. h. d. Io. Andr.

CAP. III.

AD † noſtrum [n] (qui deſideranter in votis gerimus, vt fides catholica noſtra proſperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fidelium extirpetur) non ſine diſplicentia [o] grandi peruenit auditum, quòd ſecta [p] quædam abominabilis, quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinæ [q] vulgariter appellantur in regno Alemaniæ (procurante ſatore [r] malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens & aſſerens doctrina ſua ſacrilega, & peruerſa inferius deſignatos errores. Primo [s] videlicet, quòd homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum [t] poteſt acquirere, quod red-

a ¶ Commiſſarios.] nil dicit de epiſcopis, vt etiam ſ. & facit ĩ. verbum, prælatis.

b ¶ Talia.] in alijs ergo non habet locum quod ſequitur.

c ¶ Corrigere.] quantum in eis eſt: vel, ideſt corripere. quod poſſunt, ſed nõ corrigere: manus cõprimere poſſunt, ſed non animum mutare 47 diſt. §. neceſſe. in fi. Io. And.

Corrigere & corripere differũt.

d ¶ Secreto.] 2. q. 1. ſi peccauerit.

e ¶ Valeant.] aliàs, teneantur. 2. q. 7. plerumque. Io. And.

f ¶ Amouere.] licet Prælatus inquiſitoris, ſcilicet prouincialis illum ab officio remouere poſſit, vt hic patet: iuriſdictio tamen inquiſitoris non ab ipſo prælato, ſed à Papa immediate dependet: vt ſolus actus committendi, vel remouendi pendeat penes illum. & hæc patent in priuilegijs officij: ex quo ſequitur, q corrigere vel alterare non poſſet facta per illum virtute officij: ſed illum amotũ puniat, vt hic.

† Inquiſitor hæreticæ prauitatis an poſſit remoueri ab eo qui ſibi iuriſdictionẽ non dedit. vide notata p doctores in c. ſi de reſcri. & Cynũ in Authẽ. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor.

g ¶ Teneantur.] non dicit, poſſint.

h ¶ Prædictos.] notarios, officiales, & ſocios. Io. And.

i ¶ Quibus.] ordinarijs locorum.

k ¶ Perferant.] de ſtatu reg. c. vlt. de cleri. ægro. c. vnico. §. ſi autem, lib 6.

l ¶ Conceſſione.] facta per priuilegia officij, vt hĩc poſſint officiales armatos.

m ¶ Exequenda.] ſint enim tales, q velint & poſſint officio deſeruire. ſi. de præb. ſuper inordinata. de cleric. non reſidend. capit. 3. & 4.

AD noſtrum.] A nõnullis in concilio Viennenſi fuit expoſitum, q erat quædam ſecta hominum, qui homines vulgariter appellantur Beguardi: & quædam mulieres nuncupatæ Beguinæ: quæ ſub vmbra cuiuſdam ſanctitatis ſeminabant multos errores: de quibus ponuntur octo in textu: tunc concilium reprobauit illam ſectam, & errores ſuos: & præcepit eis vt deſiſterent à tali ſecta: & ſimiliter præcepit epiſcopis vt illos non admitterent: & imponit pœnam ſi perſeuerauerint in ſua ſecta. Nota de verbo, [Secta,] quòd accipitur hic in malum, alibi in bonum. de hoc in gloſſ. 3. Nota, q diabolus dicitur ſator malorum de hoc in glo. in ver. ſatore. de ſepul. clemen. dudum ver ab olim Zabar.

† Vide Gõdiſaluũ de hær. q. 11.

[Prima glo. ſummat, & diuidit.]

n ¶ Ad noſtrum.] Caſus. Damnat ſectã Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans diœceſanorũ, & inquiſitorum offm̃, contra illos, & Primo ponit ſectam & errores. Secundo: ibi, [Cum autem.] illam damnat. Tertio excitat: ibi, [Porro.]

o ¶ Diſplicentia.] ſimile ĩ. ead. compi. de cenſi. ad noſtrum.

[Glo. ſeq. ponit differentiam.]

p ¶ Secta] ſcribitur per c, & non per p, & dicitur à ſeco ſecas. alij q à ſequor ſequeris: & eſt proprie habitus animorum, & propoſitum in malo circa falſam diſciplinam. inde tales dicuntur ſecti, ideſt ſeparati & diuiſi ab vnitate fidei & eccleſiæ: tamen interdum ſumitur in bona parte. C. de pactis. l. vlt. in fi. Per p, ſcripta deſignat clauſuram. ſupra eadem compi. de ſtatu monach. ne in agro. poſt princ.

* De ſecta, & erroribus Beguardorum, vide Clemen. 1. ĩ de rel. do. & extraua. Io. xxij. incipi. ſancta Romana. de relig. do. & extrau. eiuſdem Ioãnis xxij. incip. Ratio recta. eo. tit. de reli. do. inter cões. adde Guid. Carmelitan. in ſum. de hæreſib. Beguinorum, & Eymericũ ĩ Directorio inquiſitorũ p. 2. q. 15.

ADDITIO. Scribitur etiam ſeta ſine c, & p, & ſignificat pilum durum cum quo poteſt trahi filum. de pœniten. diſtinct. 2. ſicut ſeta. Zabar.

q ¶ Beguinæ.] de quibus ĩ. ead. compi. de relig. do. c. 1.

r ¶ Satore.] ideſt ſeminatore diabolo. ſupra, de elect. licet de euitanda. in princ. & ſupra eadem compil. de ſepultu. dudum. poſt princ.

s ¶ Primo videlicet.] ſcio, q expedit textũ cuicunque facultatũ conueniat per gloſſam aperiri. Item puto dicere, q in declarandis infraſcriptis erroribus loquar apertius mere canoniſta: quia in ſacra pagina licet modicum ſtudui ſub ipſo excellentiſſimo doctore magiſtro Ioan. de Parma, ordinis Prædicatorum, per cuius doctrinam Deo duce iſta clareſcent: hoc dixi, vt prolixitati parcatur.

t ¶ Gradũ.] vide quod not. de pœn. diſt. 2. radicata. §. hæc quæ de charitate, in 1. & 2. glo. & 47. diſt. omnes. in fi.

[Glo. ſeq. ponit duos intellectus, quorum primus catholicus, ſecundus hæreticus. ad auctoritatem quæ facit pro ſecundo, remittendo reſpondet.]

u ¶ Impec-

detur penitus impeccabilis, [a] & amplius in gratia proficere non valebit: [b] nam (vt dicũt) ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior [c] inueniri. Secundo, [d] quòd ieiunare non oportet hominem, nec orare [e] poſtquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas [f] eſt ita perfecte ſpiritui, & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt libere corpori concedere quicquid placet. [g] Tertio, quòd illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt humanę ſubiecti obedientię, [h] nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ [i] obligantur: quia

Impeccabilis an poſſit aliquis fieri.

a ¶ Impeccabilis] ſi hóc intelligeretur de Dei potẽtia abſoluta, catholice dictum eſſet, per eam reddi poſſe quem impeccabilem & hoc priuilegium glorioſæ Virgini Mariæ creditur datum eſſe diuinitus: dicere autẽ hominem hoc poſſe ſecũdum legem communem, qua Deus ſanctis dona gratiæ ſuę diſpenſat, hoc eſt hæreticum. Nam ſecundum legẽ communem nullus poteſt impeccabilis fieri, niſi per Dei beatificam viſionem qualis ſolum poſt hanc vitam datur beatis, vt infra dicetur. & etiam dicit Beatus Thomas parte prima, quæſt. 100. art. 2. Forte mouebãtur iſti auctoritate Ioan. in epiſtola prima, capitu. 3. ibi. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. Sed Hieronymus contra Iouinianum plene huic auctoritati reſpondet. de pęnit. diſt. 2. ſi enim, inquit, probans multis auctoritatibus, hominem etiam perfectum in via, aut in hac vita peccare poſſe: illud idem probans exemplis Dauidis, Salomonis, Ioſuæ, Petri, & aliorum prælectorum, qui in via peccauerunt. Ioan. And.

Charitas perfectiſſima in hac vita haberi non poteſt.

b ¶ Non valebit.] Auguſtinus ad Hieronymum contradicens, quòd charitas in quibuſdam eſt perfecta, in quibuſdam imperfecta, ſed perfectiſſima in hac vita haberi non poteſt. de pœn. diſt. 2. charitas in quibuſdam. facit ead. diſt. ſi quis tantam. dicebat enim Pſalmiſta [1] Ambulabũt de virtute in virtutẽ. & Apoſtoli Lucæ 17. in princ. Auge nobis fidem. quæ plene videas de pœni. diſt. 2. cum ſanctam.

1 Pſalm. 83.

[Glo. ſeq. arguit. reſpondet per rationem, quam per ſimile probat, & concludit.]

c ¶ Perfectior.] hoc eſt falſum: minus enim per augmẽtum poteſt peruenire ad quantitatẽ maioris in ijs quæ habent quantitatem vnius rationis. & facit de priuil. ex ore. verſi. porro. ſed gratia alterius hominis ſe habet ad gratiam Chriſti, ſicut virtus particularis ad vniuerſalem. vñ ſicut virtus ignis quantumcumque creſcat, non poteſt æquari virtuti Solis: ita gratia hominis quãtumcumque perfecti, non poteſt æquari virtuti, & gratiæ Chriſti: vt etiam dicit Tho. 3. parte. q. 7. art. 11. in fi. non eſt ergo facienda ęquatio finiti ad infinitum. facit de ſum. tri. damnamus. ver. cum ergo. in fi.

[Gl. ſeq. primo hoc dictũ improbat ratione: & exẽplo. Secundo allegat pro illo dicto auctoritatem Euangelij: & tripliciter reſpondet.]

Ieiunare tenentur etiã perfecti.

d ¶ Secundo. quòd ieiunare.] hoc eſt hæreticum. conſtat enim quòd perfectio quantumcunque magna in hac vita ordinem Eccleſiæ non ſubuertit, ſed perficit: ſed quamdiu manet ordo Eccleſiæ, manet obedientia inferiorum ad ſuperiores: ſic ſcilicet quòd eorũ præceptis obedire tenentur 93 diſt. per totum. de maio. & obed. per totum. ergo per nullum gradũ perfectionis abſoluitur à præcepto ieiunij vel alijs præceptis Eccleſię, vt dicam infra verſi. proxi. Qui tamen teneantur ad ieiunia Eccleſiæ, ſcripſi de obſer. ieiu. ſuper rubrica, & c. 2. in fi. Paulus ergo, qui perfectiſſimus fuit, per ieiunia, & corporalia exercitia caſtigabat corpus ſuum, dicens: Caſtigo corpus meum, &c. 1. ad Corint. c. 9. in fi. & de pœni. diſt. 2. ſi enim. verſi. Paulus. Sed pro iſtis faciebat Lucæ 5. ibi, Non poſſunt filij ſponſi ieiunare quamdiu cum ipſis eſt ſpõſus. Sed ſponſus eſt cum perfectis, ſpiritualiter illos inhabitans, Matthæi vlt. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi: ergo perfecti ad ieiunia Eccleſiæ non obligantur. Sed ad hoc reſpõdetur tripliciter. Primo ſecundum Chryſoſt. illud intelligitur de diſcipulis, qui adhuc imbecilles in corporali præſentia Chriſti, magis erãt fouendi dulcedine, quàm exercendi auſteritate ieiunij. Vel ſecundum Hieronymum, illud de ieiunio veterum obſeruantium, quaſi per id innuat Dominus Apoſtolos non detinendos in veteribus obſeruantijs, quos perfundi oportebat gratiæ nouitate. vel tertio ſecundum Auguſtinum illud intelligitur de ieiunio quod pertinet ad humilitatem tribulationis. vnde vbi Lucas dixit filios ſponſi ieiunare, Matt. 9. capitu. dixit lugere. hoc non conuenit perfectis, quibus conuenit ieiunium cum gaudio mentis in ſpiritualia ſuſpenſæ. & de hoc Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. in fine.

[Gl. ſeq. probat duplicem orationem conuenire cuique perfecto, & de vtraque remittit.]

Orare tenẽtur etiam perfecti.

e ¶ Nec orare] hoc eſt falſum: nam homo quantumcunque in ſtatu vię perfectus, habet orare: vt diuina virtute perſeueret in illa perfectione, ad quam perſeuerantiam virtus propria non ſufficit. vnde omnibus viatoribus quantumcunque perfectis dicere incumbit ex Dei præcepto, Matt. 6. Et ne nos inducas in tentationem: & reliqua contenta in oratione Dominica. h. d. Auguſtinus. in lib. de perſeuerantia. conſtat etiam, quòd multis datur gratia, quibus non datur perſeuerantia in gratia: nec neges per hoc. illam gratiam. habebant enim per illam, quòd perſeuerare poterant: Item in illa inchoata eſt quantum ad mentem, ſed non conſumata quantum ad carnem, quod prius erit in patria, vbi non ſolum perſeuerare poterit, immo non perſeuerare non poterit hoc per Tho. 1. ſecundæ, q. 109. ar. vl. Item quantumcunque in vita perfectus habet orare pro beatitudinis adeptione, quam nondum habet, ſicut Pſalmiſta. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Vnde Chriſtus inquantum homo orauit pro corporis gloria, & ſimilibus dicens, Io. xvij. Clarifica filium tuum, &c. & de hoc etiam quomodo Chriſto conueniebat oratio, Thom. parte 3. quæſt. 21. artic. 3. de oratione autem ſatis ſcripſi ſ. ad compi. de reli. cap. vnico. ad finem.

Senſualitas quid eſt.

f ¶ Senſualitas.] quæ eſt vis animæ appetens deſiderabilia corpori: & refutans nociua: & hanc dicimus animam ſenſitiuam: de qua ſatis dixi ſ. ea compil. de ſum. trini. c. vnico 2. reſponſo.

g ¶ Placet.] dicunt iſti licere quodlibet. 4. diſt. deniq;. in fin. Alexander ad Didymum. Ea quæ voluntas ſibi vendicat, honeſtate plerunq; negamus admittere: dedit nobis multas natura blanditias, quas plerũque virtus cohibet. Ouidius in epiſtolis.

Ouidij dictum ſingulare.

Eſt virtus, placitis abſtinuiſſe bonis.

facit 11. q. 1. aliud. & q. 3. quid ergo.

Papæ contemnẽs obedire, paganitatẽ incurrit.

h ¶ Tertio. quòd &c. obedientiæ.] reprobatur. de renuntia. niſi. ver. ſed dices. de regu. licet. & peccatum paganitatis incurrit qui cum Chriſtianum ſe aſſerat, ſedi Apoſtolicæ obedire cõtemnit. 81. diſt. ſi qui ſunt. in fi. quod intellige vt not. 19. diſt. nulli fas. & de elect. generali. §. illos. lib. 6.

[Gloſſa ſequens improbat dictum per auctoritatem & ſimilitudinem Eccleſiæ trimphantis, & per naturalem rationem.]

Eccleſia quare eſt vna.

i ¶ Eccleſiæ.] hæc ſunt omnino hæretica, & contraria illi articulo fidei, vnam ſanctam catholicã Eccleſiam: Conſtat enim Eccleſiam ideo vnam, quia in vniuerſali Eccleſia eſt vnum caput ſupremũ, cui omnes de Eccle-

ſia

ſia obedire tenētur, ſcilicet Papæ. hoc illo ſtatuēte per quem reges regnant, & legū conditores iuſta decernūt. Prou. 8. aliàs 3. Eſt enim Eccleſia militans exemplata diuinitus à triumphante, dicente Ioan. in Apoc. 21. in prin. vidi Hieruſalem ſanctam nouam deſcendentem de cęlo, &c. Et Moyſi dictum eſt Exo. 25. in fi. ꝙ omnia faceret ſ͠m exemplar ſibi monſtratum in monte. cum igitur in Eccleſia triumphāte ſit vnus princeps ſupremus, cuius obedientiæ tota ipſa Eccleſia perfectiſſime eſt ſubiecta, ſcilicet Deꝰ: neceſſario ſequitur toti militanti unum ſupremū Principem præſidere, ſcilicet Papam, cuius præceptis omnes obedire tenentur: & hoc eſt de neceſſitate ſalutis, vt in extrauag. Bonifacij, vnam ſanctam. & fortius in iis qui ſunt perfecti 22. quæſt. 2. ne quis. Inde prædictum fuit, Oſeæ 1. Congregabuntur filij Iudæ, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibi caput vnum. & Io. 10. Fiet unum ouile & vnus paſtor. de bapt. licet. & inf. de ſent. excō. c. 1. cum concord. Hanc obedientiam probat naturalis ratio: ſicut enim operationes rerum naturalium procedūt ex naturalibus potentijs, ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate oportuit autem in naturalibus vt ſuperiora mouerēt inferiora ad ſuas actiones per excellētiā naturalis uirtutis collatę diuinitus: ſic oportet in rebus humanis ꝙ ſuperiores moueant inferiores per ſuam uoluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ, vt ſatis probat Tho. 2. 2. q. 104. ar. 1. Iſtorum autem ſuperiorum mouentium vnus eſt ſupremus, vt prædixi. Omnes igitur ſunt ſubiecti motioni illius: & ſunt in illo quaſi membra de membro, & c. de elect. ſignificaſti. quod allegant iſti, non obſtat ut ſtatim dicam.

Obedire Papę eſt de neceſſitate ſalutis.

(vt aſſerunt) vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.[a] Quarto, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem, ſecundum omnem gradū perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata.[b] Quinto, quòd quęlibet intellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata: quòdque anima non indiget [c] lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruēdum. Sexto, quòd ſe in actibus exercere uirtutum eſt hominis imperfecti,[d] & perfecta anima licentiat à ſe uirtutes. Se--

[Glo. ſeq. reſpondet auctoritati Apoſtoli.

Seruitus eſt duplex.

a ¶ Libertas.] 2. ad Corin. 3. 19. q. 2. duæ ſunt, in fi. & hoc intelligitur de libertate à ſeruitute peccati: non à ſeruitute qua viri quantumcunque perfecti ſunt adſtricti Prælatis Eccleſiæ uel ſæcularibus principibus: nam virtus qua homo ſubijcitur homini ad corpus pertinet, non ad animam, quæ manet libera: licet ergo in via per Chriſti gratiam a defectibus animæ liberemur non tamen a defectibus corporis: quod patet per Apoſtolum ad Rom. 7. Filij ergo Dei per gratiam licet ſint liberi à ſpirituali ſeruitute peccati, non tamen à corporali, qua eccleſiaſticis vel temporalibus dominis ſunt adſtricti: vt dicit glo. ſuper 1. ad Timoth. 6. illi quicumque ſub iugo, &c.

[Gl. ſeq. improbat primo hoc dictum per rationem: de qua remittit. Secundo diſtinguit abſolutam Dei potentiam & legem communem. Item beatitudinem accidentalem & eſſentialem.]

b ¶ Quarto, quod homo, &c. Beata.] Hoc eſt falſum. quia ut ſupra dixi, in via huius peregrinationis charitas quantumcumque perfecta deleri poteſt, ſed non in patria & vide quod notaui de pœn. diſt. 2. in ſumma. & diſt. 4. ſi ex bono. circa medium in glo. vnde Ouidius. & facit Prou. 24. de pœn. diſt. 3. ſepties. vnde Apoſt. 1. ad Cor. 13. in fi. Videmus nūc per ſpeculum in ænigmate, tunc aūt facie ad faciē. Circa hoc aūt ſciendum ꝙ homo mortalē uitā agens, ēt per Dei potentiā abſolutam non v͠r poſſe obtinere omnē gradum perfectionis beatificæ, loquendo de beatitudine accidentali. Ratio: quia ad illius beatitudinis perfectionē pertinet perfecta impaſſibilitas & glorificatio, quæ ꝓpter ꝯdictoriū cū eius paſſibilitate ſtare nō poteſt: ſecundum etiā legē cōem qua Deus beatificat homines, nullus pot. eleuari a Deo ad ſuæ eſſentiæ beatificā viſionē, niſi totaliter moriatur, ſicut cōiter eſt de animabus nūc beatis. vnde Exo. 33. Nō uidebit me homo, & uiuet: vel niſi ſic abſtrahatur à ſenſibus corporis, ꝙ neſciat an ſit in corpore, vel extra corpus ſicut accidit Paulo, vt ĩ. dicam. & de hoc D. Th. p̄ 1. q. 12. ar. 11. Sed dicere hominem per Dei potentiā abſolutam, & ipſius priuilegiū ſpeciale poſſe finalem beatitudinem conſequi ſecundum omnem gradū beatificæ perfectionis, quantum ad eſſentialē beatitudinē, quæ cōſiſtit in perfecta viſione diuinæ eſſentiæ: & ſecundum quoſdam in perfecta Dei dilectione & fruitione, ſecundum doctorē meum catholicum eſt: & inducit illud Augu. 12. ſuper Geneſim ad litteram: & in lib. de videndo Deum ad Paulinā dicentis, ꝙ Moyſes ex Dei priuilegio ſpeciali adhuc mortalem vitā agēs, Deū per eſſentiā uidit tanquā futurus Iudæorū doctor. vnde Num. 12. de ipſo, palam vidit Deū & nō per ænigmata: & facie ad faciem allocutus eſt eum, Exo. 33. 8. q. 1. Moyſes. vbi de hoc, & Paulus idem priuilegium habuit tāquam futurus doctor gentium. vnde dicit 2. ad Cor. 12. ſe raptū in paradiſum Dei. conſtat autem intelligentibus ſecundum eum, ꝙ omnem perfectionem beatificæ viſionis & fruitionis puræ creaturæ poſſibilem potuiſſet Deus eis conferre & communicare per ſuam potētiam abſolutam. alleg. Tho. 4. ſent. diſt. 46. ar. 7.

Perfectionis beatificæ omnem gratiam an quis in hoc ſæculo poſſit obtinere.

[Glo. ſeq. errorem litteræ oſtendit per canonem, auctoritatem, & rationem.]

c ¶ Quinto quòd, &c. Non indiget.] quaſi hoc poſſit ſua naturali virtute. Hoc expreſſe eſt hæreticum & reprobatum. de conſ. diſt. 4. c. vlt. & ibi ſoluitur, quod opponitur de libertate arbitrij: & eſt contra doctrinam Apoſtoli ad Rom. 6. Gratia Dei uita æterna, id eſt beatitudo perfecta. Huius ratio eſt: quia illud quod eſt propriū ſuperioris naturæ, non poteſt natura inferior aſſequi: niſi per actionē ſuperioris naturæ, cuius illud eſt proprium: ſicut nec aqua poteſt fieri calida, niſi per actionem ignis. videre aūt Deum per eſſentiā (in quo perfecta beatitudo conſiſtit) ſoli Deo eſt proprium: nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre, niſi Deo hoc faciente: propter quod Dominus Io. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligā eum, & manifeſtabo ei meipſum. & vide quod dixi ſupra ex. compilatio. de magiſt. c. 1. in princ. in glo. per quam.

Deum videre per eſſentiā nulla intellectualis natura poteſt.

[Glo. ſeq. ponit duplex ſignificatum imperfecti. ſcilicet pro non habente ſummam perfectionem, & pro vitioſo. ponit etiā duas ſpecies virtutum purgatorias, & animi purgati: per hæc concludens hæreum. in fine oſtendit inſaniam.]

d ¶ Sexto quòd ſe, &c. Imperfecti.] Ad huius intelligētiā ſciendū ꝙ Macrobius ſuper ſecundo de ſomno Scipionis dicit, ꝙ Plotinus inter philoſophiæ profeſſores cum Platone maxime diſtinguebat duo genera moralium uirtutum, quā diſtinctionē approbāt Theologi. quædam enim ſunt modificatiuæ paſſionū inſurgētiū in ſenſualitate hominis, vel actionū occurrentiū homini, ſicut temperantiā modificat delectationes exiſtētes in cibis & venereis: fortitudo timores & audacias, quę ſunt circa pericula mortis, & ſic de alijs. & iſtæ dicuntur purgatoriæ: quia ſunt hominū nondū purgatorū à paſſionū inſultibus, & per cōſequēs nō ſumme perfectorum, ſed ad id toto conatu tēdentiū. Alię ſunt nō regulātes paſſiones ſenſualitatis, ſed ſolū tenētes animā hominis in Deo & in ſumma perfectione, vt ſi tempe-

Virtutū moralium duo ſunt genera.

rantia terrenas concupiſcẽtias ignoret, fortitudo paſſiones neſciat, prudẽtia ſolis diuinis intendat, iuſtitia mẽtem cum Deo perpetuo fœdere teneat: & hæ virtutes dicuntur animi purgati, quia ſunt ſolum hominũ totaliter purgatorum à paſſionũ moleſtijs, quod eſt ſolum beatorum vel pauciſſimorum in hac uita perfectiſſimorũ. huic conuenit quod dicit Auguſt. 12. de Trin. quod nunc agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudẽtia in præcauendis inſidijs, quod fortitudo in perferẽdis moleſtijs, quod temperantia in coercendis delectationib. prauis, ibi non erit ubi nil mali erit: ſed iuſtitiæ erit, Deo regenti ſubditum eſſe: prudentiæ, nullum bonũ Deo præponere vel æquare: fortitudinis, ei firmiſſime cohærere: temperantiæ, nullo affectu noxio delectari. Et per hoc patet, hoc ſuſtineri poſſe, ꝙ anima perfecta perfectione patriæ vel ſumma perfectione, quã pauciſſimi habuerunt in via, licentiat uirtutes has quantum ad actum; quia habent alios actus ſpecie ab ijs, qui in viatoribus inueniuntur; ſed non licentiat quo ad habitum: immo tunc perfectiſſime illas habet: nam habet charitatem in ſummo: & per conſequens omnes habitus virtutum moralium. Vnde Apoſtolus 1. Corin. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. & facit de pœn. diſt. 2. charitas 2. Hoc viſo, ſciendũ eſt, ꝙ dicere imperfecti hominis eſſe ſe exercere in actibus virtutum moraliũ reprimendo ſcilicet impetum paſſionũ per iudiciũ rationis, & imperiũ uolũtatis, hoc eſt bene dictũ: ſi ſumamus imperfectum pro nondum habente ſummã perfectionẽ, vt prius dixi, qualem ſcilicet habẽt beati in patria: & qualem habuerunt pauciſſimi in hac vita, ſcilicet Chriſtus, B. Virgo, primi Parentes in ſtatu innocentiæ, & forſan alij ex priuilegio ſpeciali. Sed ſi ſumamus imperfectũ pro vitioſo, vel carẽte perfectione neceſſaria ad ſalutẽ, hoc eſt hæreticum. Apoſtolus enim qui perfectiſſimus fuit in via, reprimebat inſultus carnalium paſſionũ. unde dicit 1. Corin. 9 in fi. Sic pugno, nõ quaſi aerẽ verberans: ſed caſtigo corpus meum, ſcilicet motus carnis illicitos reprimendo, ſm Auguſt. & in ſeruitutẽ redigo, ſ. carnem ſpiritui ſeruire cogendo, ſecundũ eum ad idẽ ad Ro. 7. Video aliã legem, &c. & 2. ad Cor. 12. Ne magnitudo reuelationũ me extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis. Item Hiere. & Io. Bap. q fuerunt ſanctificati in vtero, ſecundum Theologos habuerunt fomitẽ inclinantem ad venialia, licet non ad mortalia: & ꝯ tales inſultus bellauerũt. vnde cantat Eccleſia de Io. Baptiſta: Antra deſerti teneris ſub annis, Ciuium turmas fugiens petiſti, Ne leui ſaltẽ maculare vitã Famine poſſes. Beatus Martinus legitur ꝙ carnẽ ſpiritui ſeruire cogebat. De beato Benedicto Gregorius dicit 2. dialogo. ꝙ inſultus carnalis tentationis repreſſit proijcẽdo ſe inter vrticas & ſpinas, vt per vulnera corporis educeret ab anima vulnus mẽtis. Ex quib. patet ꝙ perfecti perfectione neceſſaria ad ſalutẽ non licentiant à ſe virtutes ẽt in actu: immo ſe exercent in actibus uirtutũ moralium. vnde ipſe Apoſt. ad Phil. 4. Quæcũque ſunt vera, quæcũque pudica, quæcumque iuſta, quæcumque amabilia, quæcũque bonæ famæ: ſi qua uirtus, ſi qua laus diſciplinę hoc cogitate, quę accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. De hæreſi uidimus. De inſania ẽt huius opinionis patet: quis enim ſciat ſe perfectũ vt licentiare poſſit virtutũ actus; certe nullus. de pœn. di. 2. ſi enim. verſi. nos autem iuxta. & de purg. can. c. vlt. ver. ſed hoc. & quod ibi dixi. Io. And.

Exercere ſe in actib. virtutum moralium, an ſit hominis imperfecti.

Io. Bapt. & Hieremias fuerunt in vtero ſanctificati.

[Glo. ſequens diſtinguendo duplex mortale, ſcilicet ſecundum ſpeciem, & ſecundum cauſam: concludit hęreſim & negat rationem, in fine oſtendit inſaniam, dato quod ratio eſſet vera.]

[Se]ptimo, [a] quòd mulieris oſculum (cum ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatum: Actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non [b] eſt, maxime cum tentatur [c] exercens. Octauo, quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti, non debent aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere: [d] aſſerentes quòd eſſet im-

[a] ¶ Septimo, ꝙ mulieris oſculum.] Et eſt ſciendum, ꝙ peccatum mortale dicitur dupliciter. Vno modo ſecundum ſuam ſpeciem, vt furtum, adulterium, periurium. de iureiur. etſi Chriſtus. ver. quædã. & hoc modo oſcula, amplexus, vel tactus, non ſunt mortalia, cum poſſint abſque libidine fieri, vel ex conſuetudine regionis, uel propter pacem, vel aliã neceſſariã uel rationabilẽ cauſam. Alio modo dicitur mortale, procedens ex inordinata, & mala cauſa: vnde peccat mortaliter dans eleemoſynam pauperi, vt illum inducat ad hęreſim. Cum ergo non ſolum deliberatus conſenſus in actũ peccati mortalis, ſed etiam in delectationem ei annexam (ſecundũ Auguſtinum & Theologos) ſit peccatum mortale: & per conſequens conſenſus deliberatus in actum luxuriæ & delectationis ei annexæ, vt probant doctores, ſit mortale: oſcula autem libidinoſa, amplexus, & tactus ſi fiant propter delectationem huiuſmodi, ſi enim ſolũ libidinoſa cenſentur, manifeſtum eſt propter hanc cauſam libidinoſa oſcula fore mortalia: & hoc tenet Tho. 2. 2. q. 154. ar. 4. nec mirum, cum id dicatur etiam de libidinoſo aſpectu 32. q. 5. nec ſolo. & c. ſeq. Et falſa eſt ratio, ꝙ natura nõ inclinet ad illa, cum ad illa ordinentur ad actum carnalem conſummatum ſicut ad finem: ſicut autem natura inclinat aliquid in proprium finẽ, ita inclinat in omnia de ſe ordinata in illum finem. ſicut enim grauitas rei grauis naturaliter inclinat illam ad eſſe deorſum; ita ad deſcendendum deorſum. Item dato quod ratio eſſet uera: non tamen concludit. ſi enim aliquid eſſet mortale, quia natura non inclinat: ergo ieiunare & peregrinari, & alia pœnalia facere: credere Deum trinum & unum, & alia quæ ſidei ſunt, ad quæ non inclinat natura, eſſent mortalia: quod eſt inſanum.

Peccatũ dicitur mortale dupliciter.

Oſcula libidinoſa ſunt mortalia.

[Glo. ſeq. reprobat id per canonem, & quinque auctoritates: & de ratione remittit.]

[b] ¶ Non eſt.] hoc reprobatur etiam in ſimplici fornicatione: 5. diſt. §. aliàs ea demum. 22. q. 1. prædicandũ. 32. q. 4. meretrices. Hoc probat Apoſtolus ad Gal. 5. vbi præmiſſa fornicatione, & alijs uitijs ſubmittit, Qui talia agũt, regnum Dei non poſſidebunt. ſolum aũt mortale excludit à regno Dei: ergo, &c. ad idem Thob. 4. ibi. Attende tibi ab omni fornicatione: & præter uxorem tuam non patieris crimen ſcire: ſed crimen importat mortale. 81. diſt. c. 1. ad idẽ de pœn. & remiſſ. Deus qui. Item eſt præceptum decalogi, Non mœchaberis. Exo. 20. 32. q. 6. nõ mœchaberis. Ad idem Deut. 23 ibi, Non erit meretrix, &c. & 1. ad Cor. 6. Fugite fornicationem, &c. hoc idem ratione concluditur, quam plene Tho. proſequitur quæſtione, quam proxima glo. allegaui in ſecundo articulo.

Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale.

[c] ¶ Cum tentatur.] tunc eſt reſiſtendum, & actu uirtutis vtendum, vt dixi ſupra uerſi. prox. non ferro. de corpo. viti. ſignificauit.

[Glo. ſeq. reprobat hoc dictum per auctoritates, canones, & per rationes, in fine oſtendens illorum rationem eſſe inſaniam.]

[d] ¶ Octauo quod, &c. Exhibere.] cum tamen ſcribatur ad Phil. 2. ꝙ in nomine Ieſu omne genu flectatur. & de immu. eccl. decet. lib. 6. reprobatur etiam hoc de celeb. miſſ. ſane. de cõſec. diſt. 2. nihil. Nam etiam cum Euangelium legitur, curuari debemus. de cõſec. diſt. 1. Apoſtolica ad idem 50. diſt. in capite. Hęreſis autem & inſania huius dicti patet, quia contradicit doctrinæ vtriuſque teſtamenti. præcipit enim Propheta etiam perfectis in Pſalm. 97. Dominus regnauit, iraſcantur populi: ibi, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt: quod de Chriſti humanitate, & ſpecialiter

de

Digitized by Google

de Chriſti carne exponit Auguſtinus : ſic etiam dicit Apoſtolus ad Hebr. 1. Introducit primogenitum in orbem terræ, & adorent eum omnes angeli Dei. Conſtat etiam non ſolum per præceptum Eccleſiæ. de pœnit & remiſſ. omnis. ſed etiam per præceptum Chriſti, ꝙ omnes, quantumcúque perfecti, tenentur determinato tempore ſumere corpus Chriſti. Io. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & bibetitis eius ſanguinē, &c. de conſec. diſt. 2. prima, & Lu. 22. Apoſtolis ſumme perfectis, dixit: Hoc facite in meā commemorationem. ī. ead. cōpi. de reliq. & ven. ſi dūm. poſt princ. Sed qua ratione tenetur quis corpus Chriſti ſumere, & ſpiritualiter manducare, eadem ratione tenetur ipſum adorare, etiam latriæ adoratione, vt probat Auguſtinus ſuper Pſal. prædi. & probat Th. 3. p. q. 25. art. 1. & 2. Ratio autem iſtorū quę ſequitur eſt inſania, ſm quam Virgo beata, Euangeliſtæ, Apoſtoli: item patriarchæ, Prophetæ fuiſſent ſumme imperfecti cū ex geſtis, & verbis ipſorum appareat, ꝙ circa hoc iugiter cogitabant plus: quia oēs beati de imperfectione notarentur, qui in diuina eſſentia vident quotidie omnia ſacramenta humanitatis Chriſti, & illa liquidiſſime contemplantur.

Collatis eis qui ſucceſſerūt tāquā fundameta totius Eccleſiæ.

a ¶ Sanctitatis.] vide quod ſuper eodē verſi. dixi. ea. compi. de relig. dom. cap. 1. Tullius li. 1. de Offi. Totius iniuſtitię nulla capitalior, q̄ eorū qui cum maxime fallāt, id agunt, vt boni viri videātur.

b ¶ Propagentur.] eſt propago propaginis vitis extenſa ſub terra. Item alicuius progenies vel proſapia, eſt propago propagas, quod reſpicit producentem vel procreantem. inde dixit quidam :

Propago ē æquiuocū.

Vitem propago, bibet inde futura propago.

c ¶ Commorantur. vide eod. tit. vt commiſſi, lib. 6. ver. contra illos.

d ¶ Vltionem.] eo. tit. ad abolendam. & c. excōicamus.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, vel caſuali.

Continuatio.

¶ Viſum eſt ſuperius de crimine hæreſis, quòd eſt grauiſſimum crimen: nunc videndum eſt de alio crimine, videlicet de homicidio. Et quia homicidium aliquando committitur voluntarie cum deliberatione, aliquando caſualiter, ideo annectitur præſens rubrica, de homicidio voluntario vel caſuali.

perfectionis eiſdem, ſi à puritate, & altitudine ſuæ contemplationis tantū deſcenderent, quòd circa miniſterium, ſeu ſacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſſionē humanitatis Chriſti aliqua cogitarent: Nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis a ſpecie dicunt, & faciunt, & committunt, quæ oculos diuinę maieſtatis offendunt, & graue in ſe continent periculum animarum.

¶ Cum autem ex debito commiſſi nobis officij huiuſmodi ſectam deteſtabilem, & pręmiſſos ipſius execrandos errores (ne propagentur b vlterius, & per eos corda fidelium dānabiliter corrumpantur) extirpare ab eccleſia catholica neceſſario habeamus: Nos ſacro approbante concilio, ſectam ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus, & reprobamus omnino, inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos de cætero teneat, approbet, vel defendat: Eos autem, qui ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos.

¶ Porro diœceſani, & illarum partium inquiſitores hæreticæ prauitatis, in quibus Beguardi, & Beguinæ huiuſmodi commorantur c ſuum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita, & conuerſatione ipſorum, qualiterve ſentiant de articulis fidei & Eccleſiæ ſacramentis. In illos vero, quos culpabiles reppererint (niſi abiuratis ſponte prædictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant vltionem. d

TITVLVS IIII.

De homicidio voluntario, vel caſuali.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Furioſus, infans, vel dormiens hominem mutilans vel occidens, non efficitur irregularis: nec etiam ille qui aliter mortem vitare nequiens, ſuum inuaſorem occidit, vel mutilat. hoc dicit.*

CAP. VNICVM.

SI † furioſus.] Se ſummat habens duo dicta. in quorum primo determinat tres caſus: in ſecundo, quartū. Præſupponendū eſt, ꝙ ſi quis hominem occiderit, vel hominis membrum mutilauerit, id eſt ſeparauerit, talis efficitur irregularis: adeo ꝙ ſi tēpore homicidij non ſit promotus ad ſacros ordines, non poterit promoueri. Si vero ſit promotus, non poterit miniſtrare in ordinibus ſuſceptis, niſi cum eo diſpenſetur. Et licet dicant quidam, ꝙ nullo modo poſſit diſpenſari cum talibus: quia ſunt irregulares de iure diuino per illa verba ad Dauid regem: Nō ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es: tamen cōmunis opinio eſt, ꝙ poſſit diſpenſari: ſed Papa non conſueuit diſpenſare cū talib. CASVS. Quidam furioſus incidit in furiam, adeo ꝙ erat mente alienatus: iſte non fuit poſitus ſub cuſtodia à ſuis parentibus: quod fieri debebat, per l. diuus, ff. de offi. præſi. iſte furioſus occidit aliquē vel mutilauit membrum hominis: poſtea fuit à furore liberatus: Quæritur, an poſſit ī ordinibus ſuſceptis miniſtrare: Dicit Clemēs, ꝙ ſic. Idem dicendū eſt de infante. Idem de illo qui dormiendo aliquem occidit. Idē de illo qui occidit aggreſſorem, cū non poſſit aliàs mortem euitare, adeo ꝙ iſte ſic inuaſus poſſet ſe defendere. h. d. H R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ mutilatio fit per ſeparationē membri: ſed debilitatio eſt qn̄ non fit ſeparatio, ſed redditur corpus debile. Nota ꝙ furioſus ex homicidio nō incurrit irregularitatē Nota ꝙ furioſus proprie nō delinquit, quia delictū non fit ſine animo delinquendi. Nota ꝙ ex homicidio, vel mutilatione incurritur irregularitas. Nota ꝙ idem dicendum eſt de infante, ſicut dictum eſt de furioſo: ſecus de impubere proximo pubertati: quia in eo cadit omne delictum præter carnis, niſi malitia & vigor naturalis ſuppleant ætatem.: quia etiam talis impubes poteſt contrahere matrimonium. Nota ex quibus quis incurrit irregularitatem, ſcilicet ex homicidio & mutilatione, & re

† Hāc Clemen. latiſſime repetiuit Didac⁹ Couarr. eū videto.

rioſus, [a] aut infans [b] ſeu dormiens [c] hominem mutilet, [d] vel occidat, nullam [e] ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem [f] de illo cenſemus, qui mortem [g] aliter vitare non [h] valens, ſuum occidit, [k] vel mutilat inuaſorem.

TITVLVS V.

De vſuris.

¶ Clemens quintus in concilio Vien.

¶ Officiales communitatū facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituendis, vel iudicantes ſecundum illa, vel non delentes illa (ſi poſſunt) intra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruantes, excommunicati ſunt. Io. And.

quiritur, quòd ſit membrum principale: ideo clericus mutilando digitum, non efficitur irregularis, quia digitus non eſt membrum, ſed officium membri. l. hermaphroditus. ff. de ſtatu homi. Nota ꝙ licet ſit licitum alicui vim illatam repellere, ita quòd non teneantur fugere, cum eſſet honeſta perſona, cui non eſſet honeſtū fugere ſi reſiſtēdo occidat; incurrit irregularitatē, licet nō veniat puniendus in foro ſeculari. Nota ꝙ mutilare, & occidere æquiparantur quo ad contrahendam irregularitatem. de hoc in gl. no. quo ad irregularitatem. Nota ꝙ multiplex eſt irregularitas, quod videtur velle littera ibi: [Nullā irregularitatem.] eſt enim quædam, quæ tantum impedit promouendum: quædam deijcit etiam iam promotum, ut no. 50. diſt. de his de homi. ſicut.

[Prima glo dicit quid determinat.]

a ¶ Si furioſus.] ſe ſummat habens duo dicta, in quorum primo determinat tres caſus: in ſecundo quartū. Et primum determinat quæ habentur 15 q. 1. §. de furioſis. vſque ad finem quæſtionis. & quæ not. ead. q. in ſumma. & c. merito.

[Glo ſeq. per ſeptem ſimilia, & per rationem coadiuuat textum.]

Furioſus iniuriā facere non pōt.

a ¶ Furioſus] iſte ſiue continuo furore laboret, ſiue p intervalla: quamdiu furit, pati poteſt iniuriam, ſed non facere, ff. de iniu. illud canonizata 15. q. 1. illud. & quod per eum fit, habetur perinde, ac ſi caſu aliquo accidiſſet ſine facto perſonæ. ff de admini. tuto. l. vlt. in fi. vnde ſi damnum dat, non tenetur Aquil. ſed eſt perinde ac ſi quadrupes feciſſet, vel tegula cecidiſſet, ff ad leg Aqui. ſed & ſi quæcūq; §. 2. Et idem ibi dr, de infante: & alibi dr, qđ infans vel furioſus pdidit vel corrupit, impunitum eſt ff de rei vendi. qđ infans. & ratione reddit lex, quæ de homicidio loquitur. ff. ad leg. Corn. de ſica. l. infans. vbi dr: infans vel furioſus ſi hoīem occiderit, lege Cornelia non tenetur, cum alterum innocētia conſilij, alterum fati infęlicitas excuſet. ſatis ergo ſuo furore punitur ff ad leg. Pomp. de paric. l. penult in fi ff. de offic. pręſi diuus. 1. reſpon. & afflicto nō eſt addēda afflictio. 7 q 1. cum percuſſio. de cler. ægro c. penul. C. de epiſco. audien. tam dementis. in fi. Sicut ergo furioſus non teſtatur. C. qui teſta. fac. poſſ furioſum. de ſucce. ab inteſ. c. ſi. nec religionem profitetur. 17. q. 1. Gonſaldus de regula. ſicut tenor. nec matrimonium contrahit. de ſpon. dilectus. nec baptizat de hoc 1. q. 1. §. ecce. quando nec baptiſmum recipit niſi in caſu. de bapt maiores. ita nec occidendo irregularitatē cōtrahit, vt hic. & facit 3. q 9. indicas. & quis probet, ibi not. & in præd. decre. cum dilectus. in gl. hoc ideo. & quomodo probetur, ibi ſcripſi. & facit quod not. 46 diſt. c 1.

Furioſus teſtari nō poteſt, nec religionē profiteri, &c.

[Glo. ſeq. rationem reddit, quam fortificat. Secundo ponit opi Hoſt. hic reprobatam.]

b ¶ Infans] minor ſeptēnio C de iure delib. l. ſi infanti. de ſpon. impu. c. vnico. in princip. lib. 6. & eſt ratio (de qua ſupra dixi) quia ætas illa ignorat quod videt. C. de tal. mo. l. 1. inde eſt, ꝙ ex talium ſponſalibus non contrahitur publica honeſtas. de deſpon. imp. litteras. & c. acceſſit. Sed Hoſt in decr. illa de delictis puerorū, dicebat, ꝙ puer non doli capax, ſi proijciendo lapidem vel cultellum occidit aliquem, irregularis eſt, licet nō habuerit animum occidendi: quia in lege promotionis non voluntās, ſed factū attenditur: dicebat tamen tale homicidium diſpenſatione dignum, cum cenſeatur quaſi caſuale non habita diſtinctione, ex quo non diſcernit an dederit operam rei licitæ, vel adhibuerit diligentiam. hoc hic reprobatur.

Puer nō doli capax aliquem occidens, an ſit irregularis.

c ¶ Dormiens.] de iſto habetur, de bapti. maiores. l. verum, ff. de acqui. poſ. l. 1. §. furioſus ſicut aliqui dormiendo loquuntur, ita ſunt, qui agunt ēt dormiendo.

Dormiēdo aliqua agi poſſunt.

[Glo. ſeq. æquiparationem probat per alia nouem iura.]

d ¶ Mutilet.] not. quo ad irregularitatē mutilationem homicidio comparari. ad idem 51. diſt. aliquantos. & c. ſi quis poſt. & c. qui in aliquo. 54 diſt. ſi Euangelica. ne cler. vel monachi. clericis & c. ſentētiam. de rapt. in archiepiſcopatu. de cler. pug. in duel. cap. 1. in fi eod. tit. is qui, lib. 6.

e ¶ Nullam.] hoc tollit victum illorum, qui dicebant tales quo ad ordines ſuſcipiēdos irregulares eſſe, ſed nō quo ad ſuſceptos: quod videbatur placere Gratiano 15. q. 1. in fi. Item illorum, qui diſtinguebant diſpenſabilē ab indiſpenſabili, vt dixi in glo. minor. in fine.

[Glo. ſeq dicit quid determinat ſecunda pars, & tres opin ponit]

f ¶ Et idem.] determinat not. 50. diſt. de his ꝗ. e. ti c. 2. & c. ſicut dignum. in fi. magnæ. glo. per quæ patet, ꝙ triplex in hoc erat opinio: Prima, Hug. ꝙ talis erat irregularis Secunda, Io. & Gof. ꝙ quo ad ſuſcipiendos irregularis eſſet, ſed diſpenſabilis: ſed in ſuſceptis licite miniſtraret. Tertia hic approbata fuit. Bart. Brixien in pdicto cap de his. & in quæſtione quæ incipit: Aliquis repellēdo violentiam, quam tenebat Hoſtien. in prædi. decre. 2. & in decre. ſicut, dicens quòd Clemens quartus & curia ſic tenebat.

g ¶ Mortem.] propriam, vt ſequitur,

[Glo. ſeq. exemplificat, & dubium ſoluit.]

h ¶ Non valēs.] Iiangulatus erat, vel ſic arctatus, ꝙ fugere nō poterat [1] nec ſe iuuare clamore, vel aliter. Si de hoc dubitatur, in foro contētioſo non crederetur ſibi: ſed per circunſtantias apparētes oporteret hoc iudicari. in foro pœnitentiali crederetur hoc aſſerenti. eod. ti. ſignificaſti 2. de ſpon. tua.

[1] Vide Alexand conſi. 109 lib 1. incip Viſis, & vt oportet cōſideratis. & Aret. conſil. 80.

[Glo. ſeq. not. à contrario, & id approbat, & obiectioni reſpondet.]

i ¶ Suum.] hæc littera innuit ſecus in illo qui occiderit volentem occidere patrem, filium, coniugem, vel perſonam coniunctam, quam aliter iuuare no poterat: quod verum puto, quaſi caſus ille non includatur ſub neceſſitate ineuitabili, ſed euitabili. Et hoc dico, dato ꝙ verum ſit quod not. Inno. de ſent. excom ſi vero 1. vbi tenet, ꝙ eo caſu percutiens clericum non eſt excommunicatus, vt ibi ſcripſi. irregularitas enim illa cōtrahitur ſine culpa etiam ex merito, vt in iudice iuſte occidente 51. diſtin. cap. 1. & dixi de ſpon. inter opera. ſed illa excommunicatio non: immo oportet quòd præcedat diabolica ſuaſio circa clericum percutiendum. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

k ¶ Occidit.] etiam vibrando, nec reſtringas ad exemplum, quod ponit glo. penult. Ber. in decre. ſicut.

DE VSVRIS.

¶ Viſum eſt ſupra de quibuſdam delictis: verum quia crimen vſurarum eſt graue: ideo videndum eſt de vſuris.

Continuatio.

CAP. VNIC.

EX † graui [a] ad nos inſinuatione peruenit, quòd quorundam communitates locorum in offenſam Dei & proximi, [b] ac contra iura [c] diuina pariter, & humana [d] vſurariam approbantes quodã modo prauitatem, per ſtatuta ſua iuramento [e] quandoque firmata, vſuras exigi, & ſolui nedum concedunt, ſed † ad ſoluendas eas debitores ſcienter compellunt, ac † iuxta ipſorum continentiam ſtatutorum grauia imponendo plerũque vſuras repetentibus onera, [f] alijſque vtendo ſuper his diuerſis coloribus, & fraudibus exquiſitis [g] repetitionem impediunt earundem. ¶ Nos igitur pernicioſis his auſibus obuiare volentes, ſacro approbante concilio ſtatuimus: vt quicunque communitatum ipſarum Poteſtates, capitanei, rectores, conſules, iudices, conſiliarij, aut alij quiuis officiales ſtatuta huiuſmodi de cætero [h] facere, [i] ſcribere, vel dictare, [k] aut quòd ſoluantur vſuræ, vel quòd ſolutæ cum repetuntur non reſtituantur plene ac libere ſcienter iudicare [l] præſumpſerint, ſententiam excõmunicationis incurrant: [m] Eandem etiam ſententiã incurſuri, niſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita de libris communitatum ipſarum (ſi ſuper hoc poteſtatem [n] ha-

† Pro materiæ intellectu vide B. Tho. 2.2 q. 78. per totã quæſt.

†al. ſed, & ad ſoluendum eaſdẽ, &c.

†al. aut.

EX graui.] Tres ſunt partes principales. In prima parte præmittit abuſum circa vſurarum ſolutionem, & repetitionem, & conſtitutionem, per quam excommunicat ipſo facto fauentes vſurarijs in ſex caſibus hic poſitis. In ſecunda præmiſſa ratione ſtatuit librum ſeu codicem rationum vſurarij debere exhiberi: ibi, Cæterum.] In tertia parte declarat hæreticum eſſe aſſerere pertinaciter exercere vſuras non eſſe peccatum: & contra ſuſpectos de hoc vel diffamatos de hoc velut de hæreſi poſſe procedere: tertia ibi, [Sane.] Imola. ¶ In concilio generali in ciuitate Viennenſi celebrato, plures iudices ciuitatum in fraudem concilij Lateranenſis, de quo in capitulo quia fruſtra. eodem titu. in antiq. faciebant ſtatuta de vſuris non repetendis, & non ſoluendis: & per ſua ſtatuta cogebant debitores ad illas vſuras ſoluendas indirecte, ſi videlicet, cum bene ſcirent, quòd vſuras non poſſent habere à ſuis debitoribus, ipſi mutuabant pecunias, & conueniebant ſimul dicentes: Ego mutuabo tibi centum vſque ad decem annos, & tu in termino ſolues mihi illa centum: Et iterum dabis mihi nomine mutui totidem. hoc eſt, iterum te obligabis in centum: & iſtud erat magis graue debitoribus, quàm ſi ſoluerent vſuras. Concilium ordinauit quòd talia ſtatuentes, & etiam dictantes ſtatuta illa, & etiam ſucceſſores eorum vtentes illis ſtatutis ſunt excommunicati. Sed quid ſi ſolui vſuras, & illas volo repetere, ad probandum ſolutionem vſurarum, peto mihi edi librum rationum: vtrum teneatur creditor mihi edere, ideſt mõſtrare, & oſtendere librum rationum? Videtur, ꝙ non: quia eſt inſtrumentum priuatum, & inſtrumenta priuata non debent edi: Dicit, ꝙ immo debet edi: & hoc eſt ſpeciale in odium vſurarum. Colligo aliqua notabilia Primo, ꝙ facientes ſtatuta impedientia repetitionem vſurarum, vel compellentia debitores ad ſolutionem vſurarũ, ipſo facto ſunt excõicati. Idẽ de ſcribẽtibus vel dictantibus illa ſtatuta. Not. ꝙ licet regulariter reus nõ teneatur edere inſtrumenta ad fundandum intentionẽ actoris l. qui accuſare. C de eden. fallit in vſurarijs. & hoc in odium vſurarum vt ipſe teneatur edere, id eſt monſtrare inſtrumentum ad fundandam intentionem actoris. Not. ꝙ aſſerens, ideſt affirmans exercere vſurã non eſſe peccatum, poteſt vt hæreticus puniri ſi pertinaciter aſſerat, & peccat contra articulum, In vnam ſanctã eccleſiam catholicam. Not. ꝙ in offenſam Dei eſt quicquid ſtatuit in fauorem vſurarum, & dicit Stephanus, ꝙ eſt in offenſam: quia per hoc ei animas furãtur. 14. q. 5. pœnale. Not. contra ſtatuta iniqua: & facit Iſa. 10 Væ vobis qui conditis leges iniquas Zabar.

[Prima gloſſa ſimul ſummat, & diuidit.]

a ¶ Ex graui.] Caſus. Officiales cõitatũ facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituendis: vel iudicantes ſecundum illa, vel non delentes illa ſi poſſunt infra tres menſes de libris communitatum: vel illa ſeruantes, excommunicati ſunt. hoc 1. Fœneratores in cauſis vſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum. hoc ſecũdo. Pertinaciter aſſerens exercere vſuras nõ eſſe peccatum, hæreticus eſt. hoc tertio. partes patent.

[Gloſſa ſequẽs in quæſtione remittit.]

CASVS. Archiepiſcopus Bituricenſis faciens tranſitum per prouinciam Lemouicorum, certum eſt, quòd poteſt facere portari crucem añ ſe in ſua particulari diœceſi: Sed quid ſi intret locum exemptum: quæritur vtrum poſſit facere portari crucem? Dicit, ꝙ ſic: & etiam celebrare Miſſam in põtificalibus. Item poteſt dicere benedictionem ſolemnem: non tamen per hoc fit præiudicium illis locis exemptis ꝙ poſſit dicere illa loca ſibi ſubiecta. Not. ꝙ archiepiſcopus tranſiens vel declinans ad locum exẽptum ſuæ prouinciæ. poteſt ibidem benedicere populũ etiam ſolemniter per illa verba: Sit nomen domini benedictum. Et idem in epiſcopo quo ad loca exempta ſuæ diœceſis, vt glo. in verbo, benedicat. Et not. ex textu quinque, quæ poteſt facere archiepiſcopus in locis exẽptis ſuæ prouinciæ: & epiſcopus in eiſdem locis ſuæ diœceſis, præter crucis delationem, quæ non competit epiſcopo, ſed archiepiſcopo.

† Vide not. per doct. in c. 1. vt li. pẽden. & in c. antiqua. de priuil.

[Gloſſa prima ſummat, & diuidit.]

c ¶ Archiepiſcopo.] Archiepiſcopi per loca exẽpta prouinciæ ſuæ faciunt crucem ante ſe deferri: ipſi etiam, & diœceſani ibi benedicunt: audiunt diuina, & illa celebrant, & faciunt celebrari: per hoc tamen exemptis vel priuilegiatis in alijs nullum fit præiudicium. Secunda: ibi, [Simili.] Tertia: ibi, [Sic tamen.]

d ¶ Exempta.] hoc decernitur per ea, quæ habentur eod. tit. ſi Papa, lib. 6.

e ¶ Declinanti.] de præſcrip. cum ex officij. Et hic iunge litteram, ſacro approbante concilio præſentis conſtitutionis ſerie duximus concedendum. Ioan. And.

f ¶ Vt crucem.] de hac e. tit. antiqua. & vt lit. pen. c. 1.

g ¶ Benedicat.] ſolemniter per illa verba: Sit nomẽ Domini benedictum. & vide quod not. de conſecra. diſt. 1. cum ad celebrandas. 26 q 6. miniſtrare. 95. diſt. ecce. & quod not. de priuile. abbates. lib. 6.

Benedictio ſolemnis per quæ verba fiat.

h ¶ Pontificalibus.] intelligo etiam cum pallio, quod eſt pontificale archiepiſcopi: diebus tamen permiſſis, qui not. de vſu. pal. ad honorem. & infra eccleſiam. e. tit. cap. 1.

i ¶ Sine pontificalibus.] ergo epũs non poſſet ibi facere in pontificalibus celebrari: quod intellige, niſi eſſet diœceſanus, cui hoc competit ſuo iure, vt ĩ. dicam. facit pro Innoc. hęc littera.

k ¶ Celebrari.] ponit hic duo vt diuerſa: vnde aliud eſt celebrare: aliud quaſi auctorizando ſibi facere celebrari: aliud ſimpliciter audire. In primo & ſecundo caſu excommunicatus irregularitatem incurrit. & ſic loquitur de cleric. excom. illud. in fin. In tertio non. de hoc ſcripſi de exceſ. prælat. cap. finali.

l ¶ Eiſdem. ſcilicet exemptis, vel circa hoc priuilegiatis,

[Gloſſa ſequẽs ponit dictum Innoc. & contrarium Hoſtien. pro vtroque alleg. & illa diſtinguendo cõcordat.]

m ¶ Etiam celebrare.] in pontificalibus. Per illud quod dicit, ſimili modo ſcias qđ not. Inno. de vſu pal. c. fin. ꝙ epi in diœceſibus alienis, etiam ſi de licentia diœceſanorum celebrent, non vtuntur pontificalibus, niſi ſuper hoc ſint priuilegiati allegat de renun. ad ſupplicationem. Sed Hoſt. ibi dicit, ꝙ etiã in pontificalibus, & ſine licentia poterunt celebrare, ſicut ſeruat generalis conſuetudo, & etiam prædicare, niſi ſpecialiter prohibeantur, remittens ad not. extra de hæret. cum ex iniuncto. Iſta littera videtur facere pro Hoſti. in quantũ in locis exemptis his vtitur. In ꝯ̃trium facit pro Inno. in quantum littera dicit, ꝙ archiepũs ſibi celebrare facit ſine pontificalibus, fortiter facit. Item quia hic dicit littera vſum pontificalium competere archiepiſcopo intra prouinciã: epõ intra diœceſim, facit eod. tit. abbates. & c. vt Apoſtolicæ. lib. 6 Poſſet dici dictum Ho. procedere quando põtificalibus vtitur ſine † iuriſdictionis exercitio, vt Miſſam celebrando, & prædicando facit eo. tit. c. vlt. lib 6 & quod not. 6 q 3 c. 1. Sed obſtat ĩ proxi. reſpon. vt prædixi. Dici poſſet ꝙ archiepiſcopus non committit epo vſum pontificalium extra ſuam diœceſim: ſed ſuo iure epũs celebrans vtitur illo: qđ (vt dixi) approbat conſuetudo. Sed ſi iuriſdictione vel officio vti vellent: puta ordinãdo, degradãdo, chriſmãdo, vel ſimilia faciẽdo: tũc ſine licẽtia epi id non poterũt 9 q. 3. per totum. ſi tamen circa illorum exercitium habeat licentiam epi: puto, ꝙ vti poterunt pontificalibus & in hoc differunt pontificalia à pallio, quo non vteretur archiepũs in aliena prouincia: etiam de licentia illius ad quẽ ſpectat, niſi ſuper hoc eſſet priuilegiatus. de vſu. pal. ex tuarum, ſtrictior eſt enim vſus pallij, quàm pontificalium, vt ibi patet. & eod. tit. ad honorem &. c. 1 & 2.

Epiſcopi in diœceſibus alienis celebrantes, an poſſint vti pontificalibus.

† Gl placet Card. & eã extollit, vt ſing. Barb. in c. excommunicatis. de offi. leg. Font.

Pallio archiepũs vti non poteſt in aliena prouincia.

n ¶ Facere celebrari.] Sine pontificalibus, vt ſupra.

o ¶ Iuriſdictionem.] facit 18. q 2. lum. (?) de offi. ordi. cum epiſcopus. lib. 6.

a ¶ Gene-

a ¶ Generetur.] concor.ī. ea. compil. de fo. compet. quamuis.in fine.

b ¶ Acquiratur.] concor.ī.eo.tit quia intentionis.

exerceat, † nec perſonis exemptis vel priuilegiatis moleſtiam inferat, † vel grauamen, nullumque † exemptioni vel priuilegijs eorundem aliud præiudicium generetur, a nec ipſis archiepiſcopo vel epiſcopo ius aliud quomodolibet acquiratur, b

† al. exerceant.

† al. inferant.

† al. ita: nullumq; exẽptioni corũ vel priuilegijs aliàs p̄iudiciũ generetur.

TITVLVS VIII.

De pœnis.

¶ Clemens v. in conc Viē.

¶ *Percutiens epiſcopum, capiens, & banniens, vel hoc mandans vel ratificans, ſocius, conſiliarius, fautor, & defenſor cum ſuis poſteris, ciuitas in hoc delinquens, & eius officiales, pœnis varijs per concilium puniuntur. Io. And.*

CAP. I.

Si quis † ſuadente c diabolo d in hoc e ſacrilegij genus proruperit, quòd quemuis f pontificem iniurioſe vel temere g percuſſerit, aut ceperit, ſeu banniuerit, h vel hæc mãdauerit i fieri, aut facta ab alijs rata k habuerit, vel ſocius in his fuerit facientis, aut conſilium in his dederit, aut fauorem, ſeu ſcienter l defenſaue-

† De intellectu huius Clemen vide Io. Lupũ in tract de libertate Eccleſiaſtica, par. 2. q. 1.

DE POENIS.

c Viſum eſt ſimpliciter, & diuiſim de pœnis: verum quia non eſt nouum, vt aliquibus ſpecialiter enumeratis ſubijciatur verbum generale. Vel ſic, Viſum eſt de pœnis in ſpecie, nunc videndum eſt in genere.

Si qs ſuadente.] CASVS. Aliquis fuit ita temerarius, q iniurioſe, ideſt non iure, vel animo iniuriãdi manus iniecit in epiſcopum: vel ipſum inuitũ detinuit in carcere: vel illum tamquam bannitum expulit à terra: vel ſi non fecit, tamen id mandauit fieri, vel fuit factum ſine mandato eius: & poſtea ratum habuit: vel etiam fuit particeps, & prębuit auxilium: Quæritur, quas pœnas talis incurrit? Dicit Clemens, q ipſo facto, i. eo ipſo, & ita cito, q fecit illud factum, ipſe incurrit ſententiam excommunicationis: ět in caſibus in quibus olim non incurrebat excõicationem: ět in caſibus de quibus in littera. Item ſi talis talia faciens obtinebat res ab eccleſia ad locationẽ vel in emphyteuſim, perdit illas ipſo facto: & filij eius ſunt inhabiles ad obtinendũ beneficia in illa diœceſi. Itẽ terra illius delinquentis, ſi non contineat vltra vnã diœceſim, eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico: Si vero contineat vltra vnã diœceſim: tunc terra principalis domicilij vel ciuitas eſt ſuppoſita interdicto. Itẽ ꝯſiliarij illius ſunt excõicati ipſo facto. Poſtea remouet vnũ dubiũ, q nõ eſt mirãdũ ſi pro iſto delicto impoſuerit tantas pœnas: q̄a illud delictũ adhuc req̄rit maiores. No. primo, q Chr̄s dictus eſt primo pontifex, quaſi pontem faciẽs quo imus ad regnum cęleſte: poſtea fuit appellatus Papa vicarius Chriſti: poſtea epiſcopi qui faciũt nobis põtem dando indulgentias peccatorum. Not. q ſi Papa ſcribat epiſcopo, dicit: dilecto fratri, ſi aliter ſcriberet, litteræ eſſent ſurreptitiæ. Si vero ſcribat laicis vel abbatibus: dicit dilecto filio. No. ex principio tex. q inijciẽs manus violentas in ep̄m, dr̄ ſacrilegus: quia violat rẽ ſacrã. Idẽ de ſacerdotibus. l. ſi quis, C. de epiſc. & cler. No. q talis inijciens manus in ep̄m vel præbens auxiliũ ad illud faciẽdũ, incurrit ſententiã excõicationis ipſo facto: à qua non põt abſolui niſi à Papa, præterquam in mortis articulo: tñ recepta ſanitate tenetur adire Papã ſuper ſatisfactione: aliàs incideret in eandẽ excõicationem. Not. q talis violator perdit ipſo iure emphyteuſim, & locationes, quas habet ab eccleſia ipſius ep̄i. Nota caſum in quo filius punitur pro delicto patris. & ſic aliquis eſt habilis ad obtinenda beneficia in vno loco & non in alio. Not. q terra illius violatoris ſupponitur interdicto. cuius interdicti effectus eſt iſte, q ibi ſacramenta non miniſtrentur: exceptis neceſſarijs, ſcilicet ſacramento baptiſmi, & pęnitentiæ ſiue confeſſionis. Nota, q diuerſa ſunt genera ſacrilegiorũ: quod innuit littera ibi, in hoc ſacrilegij genus, & ſic ora ſupponit, q ſit & aliud genus. de hoc in glo ſunt enim. Not. q anathema dicitur mucro. Et quid dicatur anathema, notatur de iudi. cum non ab homine. Zabarella.

[Prima gloſſa ſimul ſummat, & diuidit.]

c ¶ Si quis ſuadente.] percutiens epiſcopum, capiens, banniens, vel hoc mandans, vel ratificans, ſocius, conſiliarius, fautor, & defenſator, cum ſuis poſteris, ciuitas in hoc delinquens, & eius officiales pœnis varijs per concilium puniũtur. Secũdo: ibi, [Nec ſuper hoc.] excuſat rigorem dicens, q grauiores pœnæ deberent imponi, Tertio: ibi, [Sane.] repetit ius antiquum de abſolutis in mortis articulo, qui ſanati reincidunt, ſi non ſatisfaciant.

d ¶ Diabolo.] conco. 17. q. 4. ſi quis ſuadente diabolo. & facit ad caſum ea. q. ſi quis deinceps. 2 q. 2. in primis. verſ. de p̄ſona Ianuarij. C. de epiſc. & cler. ſi quis in hoc.

e ¶ In hoc.] ſunt enim diuerſa genera ſacrilegiorum. de quibus 17. q. 4 §. ſacrilegiũ. & c. ſeq. & de hoc, & de ipſius varijs pœnis not. ea. q. ſacrilegium.

[Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.]

f ¶ Quemuis pontificem.] illos ergo q̄ renuntiauerũt loco non ordini vr̄ includere. de or. ab epiſcopo. c. 1. ſed tũc non erit locus pœnę, de qua ĩ. ver. à feudis. & ver. ipſius filij. electos vero nondum conſecratos, qui pontifices, i. epiſcopi non ſunt, non videtur includere.

g ¶ Vel temere.] ille igitur, qui percuteret ſe defendẽdo non ligabitur his pœnis facit eod. tit in quibuſdam & quod ibi not. & eo. tit. fęlicis. in princ. lib. 6.

h ¶ Bãniuerit.] concor. de iniurijs, olim. Et not. q plus habet decr. fęlicis. eo. tit. lib. 6. quàm iſta in eo quòd punit hoſtiliter inſequentem, iſta ſola percutientem: capientem, vel bãnientem, habet tamen plus iſta in eo quod punit bannientem, quod illa non facit.

[Gloſſa ſequens notat ſpeciale, quòd impugnat, quia durum.]

i ¶ Mandauerit] Nota caſum quo punitur ſolum mãdatum: & eſt maleficiũ perfectum. concor. de hom. pro humani. ad fi. lib. 6. & vt ibi not. pœnitentia, & reuocatio hoc caſu non prodeſt. Sed quia hoc durum vr̄, quẽ ex ſolo mandato maleficio non ſecuto, tot pęnis inuolui: & quia regulariter verba cum effectu recipiũtur. de cle. non reſid. relatum. cum concor. ideo põt exponi: vel hæc, ſcilicet percuſſiones, captiones, vel banna iã facta. facit eo. ti fęlicis. in prin. de ſen. exc. quicunq; li. 6

Mandatum ſolum quandoque punitur.

k ¶ Rata habuerit.] oportet ergo, q hæc facta fuerint. ipſius contemplatione. aliàs ratum habere non poſſet. de reg. iur. ratum quis. lib. 6. & eod. lib de ſen. excom. cum quis. & not. eo. tit. fę licis, in princ. lib 6.

l ¶ Scienter.] qui hoc allegat, hoc probet. quod dic vt de reg. iur. præſumitur. lib. 6.

[Glo. ſeq. quattuor proſequitur, quæ ponit littera, & primo de ſocio, ſecundũ deriuationes, deinde ſcd̄m iuriſtas ponit ſex ſocietates. De ſecunda ſcilicet criminis ponit triplicẽ modũ: & ſm primum dicit hoc intelligi. ſ. de cooperãte. De cõſiliario dat quattuor remiſſiones.

De

Digitized by Google

De fauente dat triplicē modum: & de ſecundo remittit. De defenſore ponderat litteram diſtinguendo duplicem defenſionē in facto, & poſt: & in ſecūdo diſtinguit tres ſpecies: & de tertia remittit.]

rit [a] eundem: in illis caſibus de prædictis, [b] in quibus excommunicationem per iam editos canones [c] non ſubiret, ſit huius noſtræ conſtitutionis auctoritate (non obſtante quacunque [d] conſuetudine, quam reputamus approbante ſacro concilio potius corruptelam) anathematis mucrone percuſſus, à quo nequeat, niſi per ſummum † Pontificem [e] (præterquam in articulo mortis †) abſolui, A feudis inſuper, locationibus, officijs, & beneficijs ſpiritualibus ſiue temporalibus, quæ ab eccleſia, cui ſic offenſus præeſt epiſcopus, obtinet, cadat hoc ipſo ac ad eandem eccleſiam libere reuertantur. [f] Ipſius filij per maſculinam [g] deſcendentes lineam vſque ad generationem [h] ſecundam (omni ſpe diſpenſationis adempta) reddantur ipſo facto inhabiles ad eccleſiaſtica beneficia in ciuitate, [i] & diœceſi, in quibus idem epiſcopus præſidet, obtinenda. [k] Terra quoque ipſius (dum tamen vltra vnam diœceſim non contineat) vſque ad condignam ſatisfactionem eiuſdem: Necnon † locus aut loca in quibus captus epiſcopus detinebitur, [l] quamdiu detentio ipſa in eiſdem durauerit, eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Quòd ſi terra eiuſdē duas diœceſes, vel vltra contineat, diœceſis domicilij principalis ipſius; & † illa etiam in qua fuerit de-

[a] ¶ Defenſauerit.] quia littera iſta de his quattuor tractat, ſcilicet de ſocio, conſiliario, fauorem dante, & defenſante: de ſingulis videamus. Circa primum ſciendum eſt, q̄ ſocij [1] proprie dicuntur ſecundum deriuatores propter periculi vel operis ſocietatem: & dicitur ſocius à ſequor ſequeris: vnde dicunt, q̄ ſocius proprie in periculo, collega in officio, comes in itinere, conſors in præmio, ſodalis in menſa vel in ſede. Sed nos iuriſtæ dicimus ſocium in crimine. 22. q. 1. ſi ad peccatum. 26. q. 2. illud, in fi. In eccleſia de off. del. cum R. de ſent. excom. ex tenore. In ordine de confeſſis. ca. 1. in fin. In via. de vo capi. 2. In coniugio 27. q. 2. cum ſocietas. In lucro. de ſpon. c. 2 de ſepul ca. 1. De ſocio criminis, de quo ad propoſitum: & quem quandoque vocamus conſortem. de hæret. cum ſecundum. lib. 6. Dicit canon, quem malis tripliciter ſociari, committendo, fauendo, non corripiendo. 23. q. 4. ita plane. & ideo nō caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, & c. 80. diſt. facientis. 2. q. 7 negligere de homi ſicut. §. 2. Hic tamen puto ſtricte ſocium ſumi pro agente, qui aliquid cooperatur ad actum percuſſionis, captionis, vel banni. Et licet in delinquendo ſint quandoq; plures ſocij, quorū nullus eſt principalior: & tales includūtur ſub agentibus, de quibus præmiſit: quādoq; tamen vnus eſt principalis, alter cooperās: & ſic ſumitur hic ſocius; quod patet: quia de faciente præmiſerat. & eſt ſimilis diſtinctio circa vnionem not. ne ſede vacan. c. 1. Circa ſecundum de conſiliario, [2] non inſiſto. ſed vide quod not. de reg. iur. nullus ex conſilio. lib. 6. ff. de ver. ſig. ſæpe. in fin. ff. manda. l. 2. in fi inſti. de obl. quæ ex delic. §. ope. Circa tertium de fauore, vel fauente, ſciēdum eſt, q̄ eſt ſimplex fauor qui nil adijcit ad peccandum. de quo eod. tit. fęlicis. §. illud. lib. 6. & de tali non videtur hic intelligendū per id quod dicit in his: vt ſtatim dicam. Item ſciendū, q̄ canon dicit illum impietati fauere, qui obuiare poteſt, & non obuiat. 23. q. 3. qui poteſt. 83. diſt. error. de ſent. excom. quantæ. ſed de hoc dic, vt ibi. Et quia littera hic dicit, in his, ſcilicet percuſſione, captione, vel banno: patet, q̄ fauens huic delinquenti poſt delictum præter defenſorem de quo ſequitur, non incurrit hanc pœnam. In materia hęreticorum latius recipiuntur fautores. [3] de quibus de hęreticis, excōmunicamus. § credentes. et ut c. 2. & c. contra Chriſtianos. lib. 6. vt ligentur ibi et poſt delictum, & poſt ſententiam fauentes. de quo per Hoſtienſem in ſumma de hæret. §. penul. & dixi in prędi. §. credentes. & facit de hęret. accuſatus. § pen. lib. 6. Circa quartum de defenſore, eſt aduertēdum, q̄ littera nō repetit in his quod prædixit in tribus proximis caſibus: per quod puto, q̄ etiam defenſorem poſt maleficium punire intendit. Eſt ergo quidam defenſor vel auctorizator delicti: & talis grauius punitur, quàm agens. 11. q. 3. qui cōſentit. 24. q. 3. qui aliorum. & not. 2. q. 1. notum. de offi. deleg. c. 1. Eſt alius defenſor, qui etiā delictum defendit, puta impediendo ne delinquens ad manus iudicis veniat examinandus, 27. q. 1. ſi cuſtos. facit 21. q. 5. per totū. vel ne fiat executio. de offic. delega. ex litteris. & hunc etiam intendit includere. & probatur eodem titulo fęlicis. lib. 6. poſt prin. ibi, poſtea receptauerit, vel defenſauerit, &c. Non tamen puto, quòd is qui talem defenderet ne lædatur à priuato: nedum tertio: ſed illo offenſo, puta epiſcopo vel eius conſanguineis vindicare volentibus, includatur hac pœna: cum illa ſit iniuria, ad quā etiam propulſandam à ſocio quis tenetur. de ſenten. excommu. dilecto, cum ſuis concordan. lib. 6. De illo qui defendit in iudicio patrocinando, vide quod dixi poſt Hoſtien. de cle. excommunic propoſuit. ſuper ver. fautorem.

[b] ¶ De prædictis.] vt in banniente, vel id mandante, vel id ratum habente, ſocio, & c. & hęc littera probat, quod in his caſibus quibus per antiqua iura contrahebatur excommunicatio: non iteratur per hanc conſtitutionem.

[c] ¶ Canones.] 17. q. 4. ſi quis ſuadente. de ſen. excom. nuper & c. quicunque. Ioan. And.

[d] ¶ Conſuetudine.] quæ forſan habebat tales capi vel banniri per reges, vel principes. concor. de iudi. clerici.

[e] ¶ Pontificem.] concor. de ſent. excom. c. 1.

[f] ¶ Reuertantur.] concor. eod. titu. ad aures. & ca. in quibuſdam.

[g] ¶ Maſculinā.] intelligebatur etiam ſi non fuiſſet appoſitum. eod. titu. vbicunque. lib. 6

[Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit, diuerſitatem caſuum exprimens.]

[h] ¶ Generationem ſecundam.] decret. in quibuſdam. eo. ti. punit quartam: ſed illa in homicidio vel mutilatione, & quo ad perſonas ibi expreſſas: ſcilicet patronos, aduocatos, vicedominos, feudatarios & beneficiatos: & priuat quartam generationem, etiā à clericorum collegio. iſta latius loquitur quo ad perſonas: ſtrictius quo ad deſcēdentes: & pœnam inhabilitatis beneficiorum in illis diœceſibus tantum.

[i] ¶ In ciuitate.] No. inhabilitatem beneficij in vno loco. non in alio. concor. de exceſ. præla. illud. & facit q̄d not. de appel. paſtoralis. in vlt. gloſ. & eſt ſimile de ele. ſi compromiſſarius. §. pen. lib. 6.

[k] ¶ Obtinenda.] non priuat obtentis: credo tamen quod illa permutare nō poſſet cum alio beneficio illius diœceſis.

[l] ¶ Detinebitur.] concor. de ſpo. non eſt vobis & vide quod ibi not.

[1] Vide Alexan cōſ 40. inci proſpectus, lib. 4.

† al. ſupremum.

† In articulo mortis nulla eſt caſuū reſeruatio. atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitētes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt. ita cōcilium Tri. ſeſ. 14. c. 7. de caſuū reſeruatione.

[2] De materia vide plene Phil. Decium in c. 1. de off dele.

[3] De his vide Eymericum in Direct. inquiſitorum. p. 2. q. 53 & Zāchi. trac. de hær. c. 5.

† al. ita: Necnon locus, aut loca alia, in q̃bus, &c.

† al. ita: & illa etiā terra, in qua, &c.

lictum commiſſum, ſi ſua [a] ſit, & duæ aliæ, quæ ſub ipſo ſint eidem loco magis vicinæ, [b] interdicto ſubiaceant ſupradicto. Et quia eo maior erit ipſius confuſio, quo ſua fuerit culpa patentior: quouſque dignam † ſatisfactionem præſtiterit, per omnes illius loci, in quo commiſſum eſt facinus, necnon ciuitatum & diœceſum vicinarum eccleſias, quibuſlibet diebus Dominicis, & feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accenſis [c] excommunicatus publice nuncietur. Et cum abſoluendus fuerit, ſufficienter & idonee caueat, quòd inferendæ pœnæ parebit, & auxiliante Domino pœnitentiam peraget iniungendam. [d] Ciuitas autem, quę præmiſſa, vel eorum aliquod in epiſcopum ſuum commiſerit, interdicto [e] donec [f] ſatisfecerit, ſubiaceat memorato. Poteſtas vero, conſiliarij, balliuus, [g] ſcabini, [h] aduocati, conſules, rectores, & officiales ipſius, quocunque nomine cenſeantur, in præmiſſis culpabiles exiſtentes, ſimiliter excommunicationis ſententiæ, à qua (niſi vt præmittitur [i]) non valeant abſolutionis obtinere beneficium, ſint ſubiecti. Quæ † omnia tanto [k] magis in epiſcoporum interfectoribus ſunt ſeruanda, quanto in eos ſeuerior quàm in præfatos pęna debet exurgere, & grauioris indignationis aculeus deſæuire. [l]

¶ Excuſat rigorem dicens quòd grauiores pœna deberent imponi. Ioannes Andreas.

¶ Nec ſuper hæc quiſquã miretur, quòd præmiſſa perpetrantibus pœnas nõ inferimus grauiores: licet enim (quòd dicere pudet) hæc, proh dolor, [m] frequenter occurrant: multis quę graſſantibus [n] opus eſſet exemplo, [o] & ex dignitate offenſi [p] pœnam metiri deceat offendentis: Epiſcopi enim dicuntur ſanctiſſimi, [q] Chriſti legati [r] exiſtunt, ſpirituales ſunt patres [s] noſtriq; fratres, [t] & coepiſcopi, [u] columnæ [x] comprobantur eccleſiæ: quare grauem oporteret eſſe pœnam [y] culpæ violantis dignitatẽ tantæ præeminentiæ adæquandam: Volumus tamen ad præſens in pœnarum exaggeratione temperare rigorẽ: ad pœnas alias proceſſuri, ſi proteruitatem [z] delinquentium hoc expoſcere videamus.

¶ Repetit ius antiquum de abſolutis in mortis articulo: qui ſanati reincidunt, ſi non ſatisfaciant. Io. Andr.

¶ Sane ſi quis in aliquo caſuum prædictorum fuerit ab excommunicationis ſententia in mortis articulo abſolutus, niſi poſtquam priſtinæ reſtitutus fuerit ſanitati, quamcito commode poterit [a] conſpectui Romani Pontificis ſe præſentare curauerit, eius mandatum † humiliter recepturus, prout iuſtitia ſuadebit: in eandẽ excõicationis ſententiam

† al. condignam.

Balliuus, qualis dictio, & quid ſignificet.

† alias ita: Quæ etiam tanto magis, &c.

Abſolutus in infirmitate ab inferiori, quã debet ſe repræſentare ſuperiori.

† al. mandata.

a ¶ Si ſua ſit.] vide quod not. & dixi de poſtul. prælat. cap. 1.

b ¶ Vicinæ.] concord. de priuil. cap. ſuper ſpecul cum ſuis concord.

c ¶ Accenſis.] extinctis, & pedibus conculcatis. 11. quæſt. 3. debent.

d ¶ Iniungendã.] cõcor. eod. tit. fęlicis, §. cum autem, lib 6.

e ¶ Interdicto.] concor eo tit. fęlicis. in fi. de elec. vbi periculum, § ciuitas, lib 6.

f ¶ Donec.] vide qđ ſuper eodem verbo dixi ĩ ead. compi. de deci. c. 1.

g ¶ Balliuus.] vulgare Prouincialium. de ſent. excom. dilecto, lib. 6. in Francia dicũtur præpoſiti. de ver. ſig. ex parte 1.

h ¶ Scabini.] vulgare Gallicorum. concor đ ali. iu. mu. cau. fac. c 2. de immu. eccle c. 1. lib. 6.

i ¶ Vt præmittitur.] ſcilicet per ſedem Apoſtolicam in mortis articulo.

k ¶ Tanto magis.] arguit à minori. de hoc de elect. cum in cunctis.

l ¶ Deſæuire.] concor. eo. tit fęlicis, §. ſi quis vero, lib. 6.

m ¶ Proh dolor.] interiectio dolentis: cũ aliquis in dolore loquitur. aliqui dicunt ꝙ ſunt duę partes, & duobus accẽtibus debent legi.

n ¶ Graſſantibus.] quaſi crudeliter gradientibus. 2. Reg. vlt. Ceſſet interfectio, aliàs indignatio, quæ graſſatur in populo. ad idem 23. q. 1. militare, ff. e. capitalium, vltra medium. & §. finali.

o ¶ Exemplo.] ff. de pęnis. aut facta § fi.

p ¶ Offenſi.] de ſen. excom. cum illorũ. & vide quod not. de calum. c. 1. in glo. 2. de æta. & qual. cum bonæ. in 1 glo.

q ¶ Sanctiſſimi.] in Authen. de ſan. epiſ. coll 9.

r ¶ Legati.] 2. q. 7 accuſatio quoque. in fi. & 21. diſt. in nouo.

s ¶ Patres.] 2. q. 7. qualis.

t ¶ Fratres.] de crimi. fal. quàm graui.

u ¶ Coepiſcopi.] 24. quæſt. 1. quotiens. de accu. licet. in fine.

x ¶ Columnæ] 2. q 7 accuſatio. de accuſ. qualiter. 2.

y ¶ Pœnam] adæquandam culpæ violantis dignitatem tantæ præeminentiæ. quod ſequitur.

z ¶ Proteruitatem] vt lite non conteſta. quoniam. in fi. de iudic. cum non ab homine.

[Glo. ſeq. aliæ concor. & ſimilis litteræ ponit glo. Hoſt. & ex his quæſtionem ſoluit: & ſolutionis obiectioni reſpondet.]

a ¶ Quamcito commode poterit.] idem verbum de ſent. exc. eos qui. 1. & 2. reſpõ. lib 6. decre. de cætero eo. vbi dicit quàm citius opportunitatẽ habuerit. quod exponit ibi Hoſtien. idest, ceſſante impedimento, & aliquo modico tẽpore indulto, quo ſibi de neceſſarijs valeat prouidere. allegat, ff. ex qui. cau. maio. l. ab hoſtibus, § fi. per hoc patet, ꝙ non crederetur circa hoc abſoluto: ſed iudex habebit hoc arbitrari. facit de electio. quàm ſit. in princ. & quod ibi not. & eo. tit. cupientes, § cæterum, lib. 6. aliàs ipſe abſolutus ex friuolis excuſationibus frigoris, & caloris, & his ſimilibus conſtitutionem eluderet. facit de do. & contu. cum olim. de accuſa. veniens. Nec obſtat, ꝙ de occultare & de animæ periculo quæritur, & ſic ſibi credẽdum. de homi. ſignificaſti 2. de ſententia excom. ſi vero 2. fateor id verum in foro pœnitentiali. de ſponſalibus, tua. & quo ad vinculum occulte contrahendum vnde ex quo ſcientiã habet de mora, ſcire debet ſe excõicatũ: iudex tamen eũ non denũciabit, niſi prius eo vocato per coniecturas viderit illum eſſe moroſum, cognitione ſuper hoc ſummaria præmiſſa. ĩ. tit. prox. in fine. & facit ad ea, quæ not. ĩ. ead. compi. de hæc. c. 1. ad fi.

a ¶ Ali-

a ¶Alibi.] de ſent.excom.eos qui.lib 6.
b ¶Excuſare.] ſimile de loca cap.1.in ſi. de ſimo.quoniam.in ſi.de pœnit.& remiſſ.omnis.

ecleſiaſticas] quieto & proſpero ſtatu.& exponit Zenz. [quieto] ab actibus humanis.ne cler.vel mona. per totum. [proſpero,] quo ad actus ſpirituales inducendos. 23.q.8.conueſtior. No. ꝙ in pœnis ponendis diſtinguitur inter maiores & minores, de hoc in glo.ſimilis. & pro hoc de accuſ.inquiſitionis in princ. & ca.qualiter 2. §.licet. Zabar.

MVltorum.] Caſus. Cum haberem titulum canonicum, ideſt, iuſtum & æquum in beneficio, fui à poſſeſſione expulſus per aduerſarium meum: vel aduerſarius meus procurauit, vt incarceraret donec renunciaſſem meo iuri in manib. collatoris. vt ſibi conferret beneficiũ. Non eſt dubium, vel ſaltem nemo debet dubitare, quin capiẽs & procurans ſint ipſo facto excommunicati: Sed quæro non ne incurrũt ipſi aliàs pœnas? Dicit ꝙ ſic: vnde ſi ſint prælati, ſunt ſuſpenſi à beneficijs per tres annos: ſi non ſint, tunc ipſo facto perdunt omnia ſua beneficia: Idem de illis qui capiunt citatum ad curiã Romanam, ne ad diem aſſignationis compareat. Idem eſt de citato, qui procurat capi, ne poſſit comparere ad diem ſuæ aſſignationis. Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ conſtitutio pœnalis de clericis diſponens, non extenditur ad laicos, licet in eis videatur ratio eadem: tamen conſtitutio pœnalis diſponens contra obtinens dominium temporale certis caſibus, extenditur etiam ad perſonas eccleſiaſticas dominium temporale obtinentes, vt dicit gloſſa in verbo, dominium. iuncto tex. in verbo, eccleſiaſticos. Nota ꝙ quamuis lex vel canon imponat priuationem omnium beneficiorum obtentorum: non tamen propter hoc uidetur inhabilitare ad obtinenda, vt glo.in verbo, obtentis. Idem eſt in caſu conuerſo: inhabilitatus enim circa obtinenda non cenſetur priuatus obtẽtis, vt in clem.ſi quis ſuadente.ẽ.co.ti.iuncta gl.in ver. obtinenda. No. ꝙ ſæcularis capiens clericum, licet non animo iniuriandi ſeu iniuriam faciendi, ne citatus vadat ad curiam Romanam, incidit in excommunicationem: quia manus ſua læua & iniurioſa eſt ſedi Apoſtolicæ, & toti ordini clericali, vt i gl.in verbo, ſeculari, No. ꝙ procurans ſuã captionẽ ne citatus ipſe uadat ad curiam Romanam, incidit non ſolũ in pœnam hic cõtentam: ſed cũ de hoc conſtiterit ꝯ ipſum procedetur tamquam contumacem, vt in glo. in verbo, procurauit. No. ꝙ reſignatio beneficiorum facta per intruſum in carcerem, ad illũ effectũ reſignationis cõſequendę, eſt ipſo iure nulla, ẽt quo ad ipſum reſignantẽ: quàquam à reſignantiũ ipſorum prælatis recepta vel rata habita ſit, vt dicit gl.in ver.nullius. Et no.hic duos caſus, quibus aliquis ipſo facto incurrit ſententiam excõicationis. No. ꝙ ad Papam pertinet conſeruare perſonas ecleſiaſticas in quieto & proſpero ſtatu.

dat ipſo facto. Quamuis enim ſuper hoc ſatis plene in iure alibi [a] ſit prouiſum: ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia iuris ſe ſatagat excuſare, [b] hoc expreſſe præmiſſis duximus annectendum.

¶ Idem.

¶ Procurantes capi viros eccleſiaſticos, vt renunttent beneficiis, vel vt citati non vadant ad curiã: præter pœnam excommunicationis, quam per canones antiquos incurrunt, ſi ſint prælati, à perceptione fructuum per triennium ſunt ſuſpenſi: inferiores vero beneficiis ſunt priuati. Eandem pœnam incurrunt ipſi citati, qui ſe capi procurant. Reſignatio etiam ſic facta non tenet, etiam ſi per prælatos recepta fuerit vel ratificata. hoc dicit. Io. And.

CAP. II.

MVltorum [c] ad nos grauis querela deduxit, quòd nonnulli obtinentes temporale dominium [d] viros ſæpe eccleſiaſticos [e] capere, captoſque [f] donec ſua reſignẽt beneficia, aut ne citati ad Apoſtolicam [g] ſedem ab homine [h] vel à iure [i] venire ad ipſam valeant, auſu detinere ſacrilego non verentur: citatos eoſdem in exitu eorum † diſtrictuum, vt plurimum capientes.

¶ Conſiderãtes igitur quãtum ex his tam noſtro, & Apoſtolicæ ſedis honori, [k] quàm perſonarum eccleſiaſticarum quieto & proſpero ſtatui, non ſine damnanda exempli pernicie derogetur: ſacro approbante concilio ſtatuimus, vt præter ſententiam canonis, [l] quam facientes, & fieri procurantes præmiſſas [m] † incurrere dignoſcuntur: procurantes ipſi perſonæ eccleſiaſticæ [n] exiſtentes, à perceptione fructuum eccleſiarum ſuarum ſi fuerint prælati, [o] triennio ſint ſu-

[Prima glo. ſummat, & diuidit.]

c ¶Multorum.] procurantes capi uiros eccleſiaſticos, vt renuncient beneficijs, vel ut citati non vadant ad curiam, præter pœnam excommunicationis, quam ꝑ canones antiquos incurrunt, ſi ſint prælati, à ꝑceptione fructuum per trienniũ ſunt ſuſpẽſi: inferiores uero beneficiis ſunt priuati. Eãdem pœnã incurrunt ipſi citati, qui ſe capi procurant, Reſignatio etiam ſic facta nõ tenet, etiam ſi per prælatos recepta fuerit, vel ratificata. Et primo ponit exceſſum. Secundo ibi, [Conſiderantes.] prouidet, ſtatuendo pœnam. Tertio ibi, [Locorum.] prouidet circa ipſius publicationẽ, & executionem.

d ¶Dominium.] qđ quàdoque etiam habent clerici: quẽ caſum etiam uidetur includere. ne cleri. vel mona. capit. ult. lib.6.

[Glo. ſeq. notat à contrario.]

e ¶Eccleſiaſticos.] in laicis ergo ſi caperentur ad impediendam citationem ipſis factam ad curiam, non eſt locus pœnæ.

[Glo.ſeq.dubium ſoluit.]

f ¶Captoſque.] hic iunge litteram, auſu detinere ſacrilego non verentur: & per hanc copulam dico, ꝙ procurans capi clericum non ad reſignationem beneficij uel ad citationem impediendam: licet excommunicationem incurrat, non tamen alias pœnas hic inſertas.

g ¶Ad Apoſtolicam ſedem.] ſi citati eſſent per alium, non eſt locus huic pœnæ.

h ¶Ab homine.] de do.& contu.cum dilecti.de accuſ. veniens.

i ¶A iure.] de ele.c.1.& c.cupientes. de offi.ord.quãnis.de appel c.1 lib.6.

k ¶Honori.] quem Papa negligere non debuit.de vſu pal. niſi. de immu eccl quoniam.lib.6.

l ¶Canoniſ.] 17 q 4 ſi quis ſuadẽte.de ſen.exc.nuper.

m ¶Præmiſſas.] captiones ſcilicet & detentiones ob cauſas prædictas.

n ¶Eccleſiaſticæ.] laicos non punit, nec ſunt capaces huius pœnæ.

o ¶Prælati.] non curo ſiue ſint ad quorum collationẽ ſpectant beneficia, de quorũ renunciatione quæritur,

† al. ita: ſuorum diſtrictuum, &c.

† In antiquiorib. codicibus etiã impreſſis cõſtanter legitur, præmiſſa.

vel alij: cum generaliter loquatur. & fortius hoc quo ad ſecundum caſum de impedienda citatione.

a ¶ Suſpenſi.] vide quod no. de elect. cum Vintoñ. in gl. no. quòd. in fi.

¶ Gl. ſeq. alleg 3. concor. & ex his infert, & remittit.]

ſpenſi. [a] Quòd ſi inferiores [b] extiterint, eo ipſo obtentis [c] beneficiis ſint priuati. Illis pœnam incurſuris eandem, [d] qui ne citati (vt præmittitur) ad ſedem Apoſtolicam veniant, ſed vt ſe ſub obtentu huiuſmodi à veniendo excuſent, à poteſtate ſæculari [e] ſe capi, (vt interdum cõtigiſſe audiuimus) procurarint. [f] Sane reſignationes beneficiorum modo [g] ſupradicto extortas (licet à reſignantium ipſorũ prælatis receptę, [h] aut ratæ [i] habitæ fuerint) nullius [k] omnino decernimus [†] eſſe firmitatis: Locorum ordinarijs iniungentes, vt poſtquam eis conſtiterit [l] aliquos ſibi ſubiectos pœnam, & ſententiam incurriſſe præmiſſas, ipſas publicare [m] non differant, executionique debitæ, prout ad eos pertinuerit, demandare.

b ¶ Inferiores.] ſimilis diſtinctio ĩ. ead. compi devi. & hone. ele. quoniã. in prin. & circa fin. de deci. cap 1. de ſtatu mon. ne in agro. §. ſi quis. Et ſic patet, ꝙ in pœnis defertur dignitati, de offi. delega. c. 1. lib 6. de hoc de tranſactio. cap. vlt. in vlt. gloſſ. de iureiur. cũ quidam.

c ¶ Obtentis] in obtinendis non videtur impedire: contra ĩ. cap. proximo, ver. ipſius filii.

d ¶ Eandem.] ſuſpenſionis à perceptione fructuũ per trienniũ. ſi ſint prælati, & priuationis beneficiorũ quo ad inferiores.

e ¶ Sæculari.] nõ eſt ergo locus pœnę, cũ per poteſtatem eccleſiaſticam ſe capi procurant. Et ſcias ꝙ ſęcularis poteſtas hoc faciens, canonis excommunicationẽ incurrit, etiam ſi clerico non intendat iniuriari: manus enim eſt ſæua & iniurioſa ſedi Apoſtolicæ, & ordini clericali. de ſent. excom. contingit. Io. Andr.

¶ Singularis text. ad hoc quod no. in 1. no. quia aliàs, vt notãt de Imo. in gl. nullus. & Anch. geſta per metum tenent ipſo iure. ca. abbas. quod met. cau. & dicit hic Imo. generaliter actus qui fiunt cũ incarcerato non valere. l. qui in carcerem. ff. ꝙ me. cau. Fõ.

f ¶ Procurarint.] & tales non ſolum hanc pœnam incurrunt: ſed etiã, ſi de hoc conſtiterit, procedetur contra ipſos, vt contra contumaces, vt lit non conteſt. quoniã. poſt prin. ĩ. ea compil. de iud. dudum, ff. ſi quis cau l. 2. in fi cum concord. & huic eſt ſimile, de off deleg. paſtoralis. in fi.

g ¶ Modo ſupradicto.] ſcilicet per captionem & detentionem ſæcularium poteſtatum. & facit quod no. quod metus cau. abbas. & c. ſeq.

h ¶ Receptæ.] à principio.

i ¶ Ratæ habitæ.] ex poſt facto.

[Gl. ſeq. exponit, arguit, quærit, remittit & ſoluit.]

k ¶ Nullius omnino.] ita ꝙ non valeant etiam quo ad renũciantẽ. & facit ad ea quę notaui & ſcripſi de renũ. ꝙ in dubijs. Quid ſi interuenerit iuramentũ? vide qđ no. de iureiu. ſi uero. & tene quod habes eo. ti. uerum.

l ¶ Conſtuerit.] parte uocata. & uide quod no. ĩ. ead. compil. de offic. deleg. c. vnico.

m ¶ Publicare.] non requiritur ſententia, quam incurrunt ipſo facto, ſed ſufficit publicatio, concord. de homi pro humani. in fi. lib. 6 ſup. ea. compil. de cenſ. præſenti. de priuil. c. 1. in prin.

Cupientes.] Tres ſunt partes principales. ſecunda ibi, [Illos.] tertia ibi, [Sane.] Imola.

CASVS Dicitur in c. 1. de exceſ. præl. in 6. ꝙ religioſi Mendicantes nõ acquirãt aliqua loca de nouo, Romano Pontifice incõſulto: nec loca donata à laicis recipiant, nec aliquas domos permutẽt ipſo Romano Pontifice inconſulto, & ignorante: Ponamus ꝙ quidam religioſi fecerunt totum contrarium, quia acquiſiuerũt res hæreditarias, domos ſuas permutauerunt, & ſine conſilio Romani Pontificis; quæritur quam pœnam tales incurrunt? Dicit Clemens, ꝙ vltra pœnas cõtentas in cap. illo primo, de exceſ. prælat. in 6 ipſi incurrunt ſentẽtiam excõmunicationis. Item multi erant religioſi, qui in ſermonibus ſuis ſubtrahebant parochianos à ſolutione decimarũ. Item in confeſſionibus dicebãt populo, ne decimas ſoluerent ſuæ eccleſię parochiali: & ꝙ non ſoluẽdo non peccabant. Dicit Clemẽs Pontifex Romanus, ꝙ tales ipſo facto ſunt excommunicati: immo mãdat ipſe Pontifex Romanus, ꝙ ipſi religioſi commoneant populum, ut ſoluant decimas locis quibus debentur, & contrafacientes vltra pœnam illius capituli incurrunt ſententiam excõicationis. h. d. H. R.

¶ Idem.

¶ Excommunicat religioſos Mendicantes trãſgreſſores conſtitutionis Bonifacii de exceſſibus prælat. c. vnico. lib. 6. Item omnes religioſos, qui in ſermonibus vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant à ſolutione decimarum, quarum ſolutionem certis diebus, & in confeſſionibus ſuadere tenentur ſub certis pœnis, quas incurrunt: Niſi ſint tales, quorum monaſteriis vel eccleſiis competat percipere decimas. Ioan. Andr.

CAP. III.

Cupientes [n] eos, quos ad obſeruantiam iurium virtutum [o] præmia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione [p] pœnarum, quàm adijciendarum de nouo formidine [q] à temerariis auſibus refrænare, tranſgreſſores conſtitutionis [r]

Collige aliqua notabilia, & primo ꝙ conſtitutio diſponẽs contra mendicantes, non includit alios religioſos non mendicantes: ſecus ſi conſtitutio diſponat cõtra religioſos in genere: tunc enim cõprehenduntur Mendicantes & non Mendicantes, vt dicit glo. in verbo religioſus. No. diuiſionem glo. & ſumarium, & ſecundum illam lege tex. & facilem reperies. No. ꝙ virtutibus præmia tribuenda ſunt. de hoc in gl. 2. & pro hoc 12 q. 2. eccleſiaſticis. vnde in Pſal. Beati qui faciunt iuſtitiam in omni tempore. No. ꝙ qui non poſſunt per præmia induci ad obſeruantiam iuris: debent per pœnas coerceri. pro hoc, quia quos Dei timor, & c de elec. cum in cunctis. §. clerici. & de hoc in glo. 4. Zab.

[Prima gl. dicit quid faciat.]

n ¶ Cupientes.] Excõicat religioſos Mendicantes trãſgreſſores conſtitutionis Bonifacij de exceſſibus præla. c. vno, lib. 6. Item omnes religioſos, qui in ſermonibus vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant à ſolutione decimarum: quarum ſolutionem certis diebus & in confeſſionibus ſuadere tenentur ſub certis pœnis, quas incurrunt: niſi ſint tales, quorum monaſterijs uel eccleſiis competat percipere decimas. Vltimo ibi, [Sane.] excommunicat uiolatores decr. 1. de ſepul. lib. 6 & abſolutiones Papæ reſeruat.

o ¶ Virtutum præmia.] facit C. de ſta. & ima. l. vlt. in prin. ff. de iuſt. & iur. leg. 1. poſt prin.

p ¶ Exaggeratione.] id eſt, aggrauatione.

q ¶ Formidine.] de elect. cum in cunctis. in 6. cum ſuis concordan. & de præb. cum qui. 2. reſpon. lib. 6. [adde no. de offi ord. irrefragabili. in vlt. gl.

¶ Conſtitutionis.] Bonifacij de exceſſ. præla. c. unico. lib 6.

¶ Men-

a ¶ Mendicantibus.] qui ſint hi, habetur de relig. do. c. vnico lib. 6. ſic & alibi differunt mendicantes à nõ mẽdicantibus, de elect. quorundam, li 6 de regu. non ſolum. & c. conſtitutionem de ſta. regu. c. vnico. §. ſane. eod. lib. & facit quod dicam infra, de ſent. excommu. cap. 1.

quæ religioſis mendicantibus [a] domos ad habitandum, vel loca quæcunque de nouo recipere, recepta hucuſque mutare, vel ea transferre in alios cuiuſuis alienationis titulo interdicit: Illos † etiam religioſos, [b] qui aliqua vt audientes à decimarum eccleſijs debitarum ſolutione retrahant, in ſermonibus ſuis, vel alibi proferre præſumunt: excõmunicationis ſubiacere ſententiæ decernimus ipſo facto. ¶ Et quia niſi fiat quod bonum eſt, à malo abſtinere non ſufficit: [c] religioſis omnibus iniungimus ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vt quotiens populo [d] prædicabunt in prima [e] Dominica, quarta, & vltima Quadrageſimæ, & in feſtis aſcenſionis Dominicæ, Pentecoſtes, [f] natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ, aſſumptionis, & natiuitatis beatiſſimæ virginis Mariæ matris Dei, audientes expreſſe [g] ſtudeant informare, ſi ab eccleſiarũ rectoribus vel vicarijs, aut loca tenentibus eorundem requiſiti [h] fuerint: Necnon, & his, quorũ confeſſiones audient, conſcientiam facere, quòd decimas ſoluere non omittãt. Quòd ſi forte in prædicationibus hoc ipſum ſupradictis diebus ſuadere ſcienter omiſerint, per ſuperiores eorum grauiter arguantur. [i] Quibus etiam ſuperioribus in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, vt contra taliter omittentes ſtatuta pœnalia faciant: [k] ſecundum quæ ſic acriter puniant tranſgreſſores, quòd pœna eorum ſit cæteris in exemplũ: Conſtitutione bonæ memoriæ Gregorij [l] Papæ decimi † prædeceſſoris noſtri, circa hæc edita in ſuo nihilominus robore duratura. Qui verò ſciẽter poſtpoſuerint confitentibus conſcientiam facere de ſoluendis huiuſmodi decimis, ab officio prędicationis tamdiu maneant ipſo facto ſuſpenſi, [m] donec confitentibus ipſis (ſi hoc ipſum ſi-

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. de reformat. c. 12.

b ¶ Religioſos.] Mendicantes vel alios facit ſ. ver. proxi. ſæculares ergo clericos vel laicos non arctat hæc pœna. concordantias dabo infra, de ſent. excom. c. 1.

c ¶ Non ſufficit.] Pſal. 33. Benedicã Dominum, ibi. declina. aliàs diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, &c. & 22. q. 5 de forma. 12. q. 1. duo. in fi. de pœni. diſt. 2. ſi n. ibi, ſcienti bonum, & non facienti illud peccatum eſt. quod fuit verbũ Iaco. c. 4. in fine.

d ¶ Populo.] cum ſermocinantur, ad clerum non videntur adſtringi.

[Glo. ſequens quæſtionem ſoluit.]

e ¶ In prima.] octo feſta enumerat quibus voluit hoc prædicari, fuit autem de arbitrarijs. & facit quod dixi de reſcript. ſi quando, & ſic non cogimur aliter reſpondere. quare non dixerit de feſto Natiuitatis Domini. & Reſurrectionis.

f ¶ Pentecoſtes.] vide quod dixi ſ. ea. compil. de reliq. & vener. ſanctorum. c. vnico; circa finem.

g ¶ Expreſſe.] ſatis exprimunt, ſed parum informant.

h ¶ Requiſiti.] aliàs non tenentur de iureiur. breui. de ſent. excom. c. 1. cum concor. lib. 6.

i ¶ Arguantur.] hoc ſpectat ad prælatorum officium. diſt. 45. cap. 1. & cap. cum beatus, in princip. de accuſa. qualiter 2. ver. licet autem.

k ¶ Faciant.] Nota, ꝙ religioſi correctio primo ſpectat ad ſuum prælatum. de hoc de offic. ord. quanto.

l ¶ Gregorij.] de deci. cap 1 lib 6. quæ dirigitur ſolis Prædicatoribus, & Minoribus. & loquitur non ſolum de decimis, ſed de alijs rebus eccleſijs debitis: hic ſolum de decimis.

[Gloſ. ſeq. primo remittens de varietate pœnarum, de ſuſpenſionis pœna proſequitur ponens xxv. ſuſpenſionis ſpecies, cum ſuis diuiſionibus. ſecundo infert ſuſpẽſum ab officio nõ ſuſpẽſum a bñficio, ponẽs circa id quinq; opiniones, quarũ tres vltimas dicit cõiũgẽdas.]

Pœnarum ſpecies, variæ ſunt iure ſtatutæ.

m ¶ Suſpenſi.] Nota nouam ſpeciem ſuſpenſionis. Ad cuius euidentiam ſciendum, varias ſpecies pœnarum à iure ſtatutas. de offic. ordi. ad reprimendam. & ibi de his in gloſ. 2. plenius per Hoſtien. in ſumma, de pœnis. §. quot ſint ſpecies. Inter quas eſt pœna ſuſpenſionis, de qua proſequendo ſciendum eſt, ꝙ de ſuſpenſione multiplici tractant iura: eſt enim ſuſpenſio à communione fratrum ſimplex. 18. diſt. ſi quis autem. determinata ad duos menſes. ead. diſt. cap. fin. Quandoque ad fratres non ſuæ eccleſiæ. ea. diſt. placuit. 58. diſt. c. fin. Et etiam ſuſpenſio à communione Euchariſtię donec pœniteat. de elec. Oſius, de his quæ fiunt à ma. p. cap. c. primo, in fi. Item ab oblatione altaris. 17. q 4. miror. Item à perceptione ſacramentorum. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli. & c. ſequẽtibus de cleri. excom. mini. c. fi. Item à conſecratione epiſcoporum ſimpliciter. de tranſlat. c. 2. & determinata ad annum. de elect. prouida. lib. 6. Item à collatione ordinũ omnium, & ſimpliciter. de temp. ordi. vel non eſt. & c. dilectus. & cum determinatione anni. eod. titu. cos qui, lib. 6 & triennij, de ſimo. cap pen. Quandoque cæterorum ordinum tantum. eod. tit. litteras. Quandoque clericalis tonſuræ tantum. eodem titu. nullus. lib. 6. Item ab ipſorum executione quãdoque ſimpliciter. e. tit. nullus. li. 6. Quandoque certi ordinis tantum ſimpliciter. eod. titu. litteras. vel ad tempus, eo. tit. vel non eſt, de ſimon. cap. pen. Quandoque à pontificalibus tantum. de tranſla. ca. 2. Quandoque ab officio ſacerdotali. de off. deleg. ſane, 2. eod. tit c. 2. lib. 6. Quandoque nõ à toto ſacerdotali officio, ſed ſolũ à celebratione Miſſę Quandoque per duos menſes. de cle. percuſ. præterea. Quandoque per annum 55. diſt. nullus. de conſecra. diſt. 2. relatum. Quandoque per duos annos de cler. percuſ. pręſentium. Item eſt ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ quandoque ſimplex. 17 q. 4 nullus. & c. ſi quis deinceps. de pœnit. & remiſ. omnis. de offi. deleg. c. 2 lib. 6. Quandoque determinata ad menſem. de ſent. excom ſacro. Quandoque quouſque ſatisfecerit de cenſi. exigit. lib. 6. Quãdoque ſuſpenditur quis ab ingreſſu, & diuinis per menſem. de ſent. excom. c. 1 lib. 6. Et quid importet ſuſpenſio ab ingreſſu, habetur de ſent exco. is cui. lib. 6 Item eſt ſuſpenſio ab officio quandoque ſimplex. de vſur. quia in omnibus. in fi. & ſ. ea. compil de reb. eccl. non alie c. 1. Quandoque per annum. de of deleg. c. vlt. §. vt autem. lib 6. de re iud. cum æterni eo. lib. Quandoq; per trienniũ de cland deſpon. c. ſi ad fi. & ſ. ead. cõpil de hære. c. 1. ad fin. Item eſt ſuſpenſio à voce capituli donec quis ordinetur. ſ. ea. compil. de æta. & quali. vt hi qui. 2. reſ.

Suſpenſio eſt multiplex.

† In manuſcripto codice legitur noni. Iam conſtitutio, cuius hic fit mentio, quæ habetur in c. 1. de decimis, lib. 6. in omnibus exemplaribus tã manuſcriptis, quàm etiã impreſſis, quæ videre licuit, tribuitur Gregorio nono.

bi dicendi [a] commode facultatem habuerint) conſcientiam fecerint: Exinde [b] excommunicationis incurſuri ſententiam ipſo facto, ſi prædicare præſumpſerint prædicta negligentia (vt præmittitur) non purgata. Ad [†] religioſos tamen monaſteriorum vel rectores eccleſiarum decimas percipientium [c] nolumus hoc extendi. [d]

¶ *Excommunicat violatores decre. 1. de ſepul. lib. ſexto & abſolutiones Papæ, reſeruat. hoc dicit. Io. And.*

¶ Sane temerarios violatores conſtitutionis [e] illius, quæ religioſis, & clericis ſæcularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum inducant, vt ſepulturam apud eorum eccleſias eligant, vel iam electam vlterius non immutent: ſimilem [f] ſententiam (pœna in dicta conſtitutione contenta [g] in ſuo perdurante robore) incurrere volumus ipſo facto: ab alio quàm à ſede Apoſtolica (præterquam in mortis [†] articulo) nullatenus

Item à beneficio habito ſimplex de elec. nihil eſt determinata ad menſes, & annum. ĩ. ea. compil. de vita, & honeſta. cleri c. 1. Ad triennium. de rebus eccle nõ alie. c. 2 lib 6. de elect. cum in cunctis. eo. tit. c. 1. & c. cupientes. §. cæterum. lib. 6 Ad tempus incertum, ſcilicet quandiu tacuerit de electio. generali li. 6 determinata etiam quo ad partem diſtributionum, vt in prædict. decre. vt hi qui. 2. reſpon. Suſpenditur etiam quis à beneficio obtinendo per ſex menſes, & per annum, vt in prædi. decre. 2. de vita & hone. cleri. Quandoque per annum, & biennium. de ſtatu mona. ne in agro. §. ſi quis. Item eſt ſuſpenſio ab officio, & beneficio ſimplex de teſti. tam litteris. in fin. de ſecund. nupt. cap. 1. de priuilegijs. tuarum. Quandoque determinata ad tempus ſatisfactionis vel reſtitutionis, de electio. quis ſæpe. de cenſi. exigit, libro ſexto. & quandoque hæc ſuſpenſio dicitur ab ordine, & dignitate de ſchiſmati. cap. 1. in fin. & quandoque fit alternatiue, de vita, & honeſta. cleric. à crapula. Item ſuſpenditur quis ab adminiſtratione ſimpliciter. de ſolu. cap. 2. & cum determinatione triennij. de reb. eccl. non alien. cap. 2. Et interdum ſuſpenditur ab officio, adminiſtratione, & beneficio vſque ad ſatisfactionem. ĩ. ea. compi. de deci. c. 1. Item ſuſpenditur quis à priuilegio clericali quandoque in perſona, quandoque in rebus. de vita, & honeſtate cleric. cap. vlt & ĩ. ead. compil. eod. titu. cap. 1. Item ſuſpenditur quis à collatione beneficiorum ſimpliciter. de præbend. graue. ne ſede vacante. ca. vnico. lib 6 & cum determinatione anni vel biennij. ĩ. ead. compil. de ſtatu mona. ne in agro. §. ſi quis. Item ſuſpenditur quis à confirmatione epiſcoporum ſimpliciter. de tranſlatio. c. 2. quandoque per annum. de elect. prouida. lib. 6. & quandoque à confirmatione inferiorum. de elect. nihil eſt. Item ſuſpenditur prælatus regularis à receptione profeſſionis. de regular. non ſolum, in fi. lib. 6. Item ſupenditur officium minoris legati præſente legato de latere. de offic. lega. volentes Item ſuſpenditur ſtatus canonicarum Alemaniæ. de elect indemnitatibus. § penult. lib. 6. & ĩ. ead. compilatione. de ſtatu regul. attendentes. § illas quoque. Item ſuſpenditur quis ab officio aduocationis, & notariæ de hæret. ſi aduerſus. Item à collatione magiſterij ĩ. ead. compilatione. de magiſt cũ ſit. Item ab officio prædicandi, vt hic. Et quia ſupra poſui, vt diuerſa ſuſpenſionem officij, & beneficij, videtur, ꝙ ſuſpenſus ab officio, non per hoc ſit ſuſpenſus à beneficio: aliàs ſuperflue adderetur ſecunda, ſi includeretur ſub prima. & hoc putabat Hoſtienſis: verum in ſuſpenſione iuris, vt not poſt eum de iud. cum æterni. lib 6 cui concor. Archid ibi, vt ſic ſtatutum iuris pœnale reſtringatur. de elect. ſtatutum. lib. 6. facit de deci. ad audientiam. cum concor. Secus dicunt ibi in ſuſpenſione hominis de cleric. coniuga. diuerſis, & cap. Ioannes. de præbend. cum ſecundum. de ætate, & quali. cum bonæ. de appel paſtoralis. de excep. Apoſtolicæ & ſic dixit Hoſtienſis intelligendum quod not in ſumma de verb. ſignifi. §. vlt. verſi. in fin. not. & ſeq. Ad hoc facit quod dicatur mitius agi cũ lege quàm cum miniſtro legis. ff. de arbi. l Celſus. nec debet iudex eſſe clementior lege. in Auth. de iudic. §. oportet. colla. 6. In contrarium 81. diſt. ſi quis ſacerdotum. & cap. eos & quod ibi not. de conſue. cum dilectus. in gloſ. ſuſpenſus. circa medium. & de cleri. excom. mini. latores. nam beneficium datur propter officiũ. de reſcri. cap ſi. lib 6. & videtur expreſſum. 32. diſt. præter hoc. & ibi directe contradicit Ioannes. ſupradictæ diſtinctioni Hoſtienſis, vt ſcilicet ſuſpenſus ab officio à iure, ſit ſuſpenſus à beneficio: ſi ab homine, non: niſi in ſententia exprimatur. & ibi vide. Tancre. & Vinc. dicebant de ætate. & quali. cum bonæ. vt ibi dixi ſuper gloſ. 2. tunc demum ſuſpenſo ſubtrahi beneficium, cum eſt in mora petendi abſolutionem; aliàs non: allegant de electio. c. vlt. 2. q. 5. ſuper cauſa facit ne ſede vaca. cap. vnico. §. cum vero. lib 6. Abbas in decreta. à crapula. de vita, & hone. cleri. vt ibi dixi, ſuper gl. 2. diſtinguebat ſuſpenſum ab officio pro crimine, vel pro infamia tantum, vel facto, de quo dubitetur an ſit mortale, vt primo caſu ſit ſuſpenſus à beneficio: ſecundo, non facit ſecunda. q. 5. presbyter. de purg. cano. c. 2. & ca. inter. hoc forſan habuit à Goffr. qui not. de appel. paſtoralis. in vlt. gloſſa quòd. cum plerumque ſuſpenſio fiat ex leui cauſa, vt propter infamiam vel ſcandalum: vt prædicto capitulo presbyter. non ſubtrahetur per id beneficium, quod ſine magna cauſa ſubtrahi non debet. 16. q. 7. inuentum: quia nec ſunt ſubtrahenda ſtipendia quamdiu, &c. C. de execu. rei iu l. ſtipendia. ſecus vbi ſuſpenſio ſit ex magna cauſa de pur. can. cũ inter. vel ſi ſuſpenſus contemnit ſuſpenſionem. de ætate, & qual. cum bonæ. Videntur iſtæ tres vltimæ opiniones coniungendæ, & ſequendæ: niſi aliud pro vel contra in ſententia iuris vel hominis exprimatur.

a ¶ Dicendi.] Nota contraria contrarijs purgari. ad idem de purg. can. inter. &c. cum in iuuentute. de hæret. c. 2 in princ. lib. 6 peccatum ergo tacendi dicendo purgatur 43. diſt. ſit rector.

b ¶ Exinde.] poſſet exponi. ideſt poſt ſuſpenſionem, vel id eſt, poſtquam omiſerint: cum potuerint conſciẽtiam confitentibus facere, de qua præmiſit. Ioan. And.

c ¶ Percipientium.] ſoli enim non percipientes ſolent in his delinquere.

d ¶ Hoc extendi.] in originali littera hæc, per quod videtur reſpicere etiam verſic. illos etiam, vt ſcilicet religioſi tales aſſerentes aliqua, quæ retrahant à ſolutione decimarum, excommunicati non ſint.

e ¶ Conſtitutionis.] de ſepul. c. 2. lib. 6.

f ¶ Similem ſententiam.] excommunicationis, de qua dixit vltimo, & illam ſupra vocauit ſententiam. reliquæ ſunt pœnæ.

g ¶ Contenta.] punit illa conſtitutio eligentes. vt quo ad ſepulturam inteſtati decedant. Item allicientes, vt ſi eos ſepelierint reſtituere teneantur corpora, ſi petãtur, & omnia quæ peruenerant ad eos ratione ſepulturæ intra decem dies, aliàs ipſorum eccleſiæ vbi ſepulti fuerint, & ipſarum cœmeteria ſunt interdicta.

† In antiquioribus codicibus etiam impreſſis conſtanter legitur ita: Ad religioſos tamẽ monaſteriorum vel eccleſiarũ decimas percipientium, &c.

Suppliciũ leuius datur, quàm iura miniſtrans.

† In articulo mortis nulla eſt caſuum reſeruatio, atq; ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt. ita cõcilium Trident. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

Beneficium ſine magna cauſa non eſt ſubtrahendum.

a ¶ Abſol-

a ¶ Abſoluendos.] hoc reſpicit vltimum caſum tñ & ſeparatũ ab alijs: à ſuperioribus ergo excõicationibus abſoluent ordinarij. de ſententia excommu. nuper.

e ¶ Pęnitentiæ.] nec Euchariſtiæ eo.tit. quod in te & hoc ſatis dixi. de cele. Miſ ſane. & de ſepultura patet in prin. 2 vlt. 13. q vlt. no. Hoſt. de ſepult. ex parte 2. ꝙ ſuſpenſus non deponetur ſine licentia : iudicis, quã tamen petitam facile concedere debet. ff de cad. pu. l. 1. & 2. & 3. & ſi poſtea fuerit pœnitẽs, ſepelietur, vt in præ di c. vlt.

DE POENITENTIIS ET REMISS.

Viſum eſt ſupra de pœnis in foro contentioſo, ſeu litigioſo: nunc videndũ eſt de pœnis in foro pœnitentiali. Et quia in remiſſionem, vel diminutionem pœnæ ſolent concedi indulgentiæ: ideo, &c.

Cvm ſecundũ.] CASVS. In concilio Viẽnen. fuit a nonnullis expoſitum, ꝙ licet in ſtatutis canonicis ſit cautum, ꝙ condemnatis nõ debet denegari ſacramẽtum pęnitentiæ, & Euchariſtiæ: tamen plures iudices temporales cõdemnatis hoc denegabant, & ad ſuã executionẽ allegabant conſuetudinem: Cõcilium primo dãnauit illam conſuetudinem, quę potius abuſus dicitur, & mandat ordinarijs locorum, vt moneant iudices, vt non faciant denegari illa ſacramenta condemnatis: & ſi recuſauerint obedire, illos compellãt cenſura eccleſiaſtica, ideſt, excõicatione, & interdicto, quod continetur nõie cenſuræ. h. d. H R. Colligo aliqua notabilia.

† Vide not. per doct. in c. 1. extra de furtis.

abſoluendos: [a] nullis priuilegijs, aut ſtatutis cuiuſcũque tenoris exiſtant, ſuper his valituris.

TITVLVS IX.

De pœnitentijs, & remiſſionibus.

¶ Clemens quintus in concilio Viennen.

¶ *Damnatis ad mortem hoc petentibus pœnitentia concedi debet, nec valet contraria conſuetudo. Secundo locorum ordinarios ad hoc exequendum excitat: ibi, Locorum. hoc dicit. Io. And.*

CAP. I.

Cvm [b] ſecundum [b] ſtatuta canonica [c] vltimo deputandis ſupplicio, negari (ſi petant [d]) non debeat pęnitentiæ [e] ſacramentum: abuſum damnabilem in quibuſdam partibus contra hoc introductum aboleri omnino volentes, iuſtitiarios omnes, & dominos temporales, vt ab huiuſmodi deſiſtant abuſu hortamur in Domino, & obſecramus per viſcera miſericordiæ [f] Ieſu Chriſti: Locorum ordinarijs nihilominus iniungentes, vt eos ad hoc cum primum commode [g] poterunt diligenter monere, & ſi neceſſe [h] fuerit, eccleſiaſtica cenſura [i] compellere non omittant.

¶ Idem.

¶ *Repetit concilium generale de quæſtoribus non admittendis ſine litteris Apoſtolicis, vel diœceſanorum. Et addit per diœceſanos litteras Apoſtolicas prius examinari. hoc dicit. Io. Andr.*

CAP. II.

Abuſionibus, [k] † quas nonnulli eleemoſynarum quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, vt ſimplices deci-

f ¶ Miſericordiæ.] cui nec mẽſura poni põ, nec eius tempora poſſunt definiri. 26 q 6. is qui. de pœni. diſt. 1. multiplex.

g ¶ Commode poterunt.] ſimile de ele. quàm ſit, & c. cupientes, § cæterum, lib. 6.

h ¶ Neceſſe.] ga monitioni non patent.

i ¶ Cenſura.] de ver. ſig. quærenti.

† Vide Ant. Gom. to. 3. varia. reſol. c. 14 nu. 8. vbi pulchre agit de materia huius gloſſæ.

Abuſionibus.] Tres ſunt partes principales, q̃ patent. CASVS. Fuit in concilio Viennẽ. expoſitum, ꝙ nonnulli, id eſt, aliqui quęſtores eleemoſynarum plures abuſus perpetrabant, vt ſubtraherent pecunias à populo. Concilium decreuit vt nullus quæſtor admittatur, niſi oſtendat litteras domini Papæ, vel diœceſani, per quas ſit ei conceſſa facultas, & licentia faciendi quæſtũ: & niſi etiã declaret cauſam ſuam aduentus, & debet litteras ſuas oſtendere diœceſano, in cuius diœceſi vult facere quęſtum. Et ſi diœceſanus timet de abuſu, non debet illos admittere, niſi conſtet de approbatione ſedis Apoſtolicę. Poſtea in verſi. [Ad hęc.] recitat Clemens abuſus, quos perpetrabant & faciebant iſti quæſtores, & mandat vt ab ipſis abſtineant. hoc dicit. H R. Colligo aliqua notabilia. Primo, ex principio cap. ꝙ quæſtores nõ ſunt permittendi prædicare, ſed ſolum declarare cõtenta in ſuis indulgentijs Nota, ꝙ quæſtores non ſunt recipiendi, niſi exhibeant, id eſt, niſi oſtendant litteras ſuæ facultatis, & poteſtatis. Nota iuncta gl. ꝙ minores epiſcopis non poſſunt ſua auctoritate concedere indulgẽtias Not. ex fine, ꝙ quæſtores in huiuſmodi officio ſubijciuntur ordinarijs: non obſtante priuilegio exemptionis. Nota, ꝙ abuſio eſt euitãda: vnde priuilegium perdit qui abutitur. 11. q. 3. priuilegium. damnatur etiam abuſus clauium. 11. q. 3. ipſe. Not. ꝙ ſimplices nõ ſunt decipiendi. & videtur hic excuſari ſimplicitas. & quo ad hoc ſimplices dicuntur qui de facili credũt. 22. q. 4. innocens Zabarella.

† Quęſtorũ nomen, & vſum oĩno aboleuit cõci. Trident. ſeſſio. 21. de refor. 9.

Primo, ꝙ ſacr̃m pœnitentiæ condẽnatis ad mortem nõ debet denegari. Idem de Euchariſtia, quamuis non loquatur textus Clemen formaliter, nec valet conſuetudo contraria. Nota, ꝙ aliquando verba exhortatiua, & deprecatiua imponunt neceſſitatẽ: quia habemus conſilium reuerentiæ, quod obligat ſicut præceptum, quando materia eſt neceſſaria, ſcilicet ob reuerentiam perſonarum, quibus Papa ſcribit verbis deprecatiuis, & exhortatiuis, vt hic. Nota quòd diœceſanus poteſt monere, & excommunicare dominum temporalem. Nota modum obſecrãdi per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti. concord. de electio. vbi periculum § cęterum. lib 6. Nota, ꝙ qui miſericordiã facere recuſat, Chriſtum qui eſt miſericordia, negat, 7. q. 1. omnis. de pœni. diſt. 1. ſerpens. Zabarella.

[Prima gloſſa ſummat, & diuidit.]

b ¶ Cum ſecundum.] Damnatis ad mortem hoc petẽtibus pęnitentia concedi debet, nec valet contraria conſuetudo. Secundo locorum ordinarios ad hoc exequendum excitat: ibi, Locorum.

c ¶ Canonica.] 1 q. vlt. c. penult. de furtis. c. 1.

d ¶ Si petant.] facit de eo qui dux. in matrim. c. ſignificaſti. in fine. & quod ibi not.

[Prima gloſſa dicit quid facit, & diuidit.]

k ¶ Abuſionibus.] repetit concilium generale de quæſtoribus nõ admittẽdis ſine litteris Apoſtolicis, vel diœceſanorũ. Et addit per diœceſanos litteras Apoſtolicas prius examinari. Ponit ſecũdo octo reprehẽſibiles act⁹

piant, & aurum ſubtili vel fallaci potius ingenio [a] extorqueant ab eiſdem: cum in animarum cedat † periculum & ſcandalum plurimorum, viam, prout eſt nobis poſſibile, [b] præcludere cupientes, iuxta ſtatuta ‡ concilij generalis [c] duximus prohibendum diſtricte, ne quæſtores [d] aliqui (niſi Apoſtolicas, vel diœceſani epiſcopi litteris exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur. [e] Cum ſolum ipſis competat [f] indulgentias ſibi conceſſas inſinuare populo, & charitatiua poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem) vllatenus ipſi populo prædicare, nec [g] aliud exponere, quàm quod in litteris continebitur ſupradictis: Litteras [h] quoque Apoſtolicas diœceſani epiſcopi (ne quid fraudis committi valeat per eaſdem) antequam admittant quæſtores ipſos examinent diligenter.

¶ *Ponit octo reprehenſibiles actus quæſtorum, quos fieri prohibet, & contraria priuilegia reuocat. Io. Andr.*

¶ Adhæc, cum aliqui ex huiuſmodi quæſtoribus, ſicut ad noſtram audientiam eſt perlatum, non ſine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu ſuo proprio de facto [i] concedant, ſuper votis [k] diſpenſent, à periurijs, homicidijs, & peccatis alijs ſibi confitentes abſoluant: male ablata incerta [l] (data ſibi aliqua pecuniæ quantitate) remittant; tertiã, ‡ aut quartam [m] partem de pœnitentijs iniunctis relaxent; animas tres vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemoſynas eis conferunt, de purgatorio (vt aſſerunt mendaciter [n]) extrahant, & ad gaudia paradiſi perducant; benefactoribus locorum, quorum quæſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipſis eos à pœna [o] & à culpa (vt eorum verbis vtamur [p]) abſoluant: Nos abuſus huiuſmodi, per quos cenſura vileſcit eccleſiaſtica, & clauium eccleſiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodo aboleri volentes: Ea per quoſcunque quæſtores fieri, vel attentari de cętero diſtrictius inhibemus: Omnia & ſingula priuilegia, ſi qua ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo ſint aliquibus locis, ordinibus vel perſonis [q] quęſtorũ huiuſmodi quomodocumque † conceſſa (ne ipſorum prætextu ſit eis materia talia vlterius pręſumendi) auctoritate Apoſtolica quantum ad præmiſſa penitus, reuocantes.

¶ *Delinquentes quæſtores per epiſcopos puniri præcipit, non obſtantibus priuilegiis. hoc dicit. Ioannes And.*

¶ Quæſtores autem, qui deinceps in pręmiſſis vel aliquo pręmiſſorum deliquerint, vel aliàs etiam quibuſcumque ſuis priuilegijs abuſi fuerint, ſic per locorum epiſcopos puniri [r] volumus (nullo prorſus eiſdem quæſtoribus in hac parte priuilegio ſuffragante) quòd à ſuis temerarijs auſibus, qui vbique, vt communis habet aſſertio, nimium excreuerunt, pœnę formidine propenſius [ſ] compeſcantur.

quæſtorum, quos fieri prohibet: & contraria priuilegia reuocat. Tertio delinquẽtes per epiſcopos puniri præcipit non obſtantibus priuilegijs. Secunda: ibi, [Adhæc.] Tertia: ibi, [Quæſtores.]

† al. cedãt.

‡ al. ſtatutũ

a ¶ Ingenio.] ſumptum. C. de commer. & mer. l. 2. facit 14. q. 5. dixit.

b ¶ Poſſibile.] de elec. vt circa. in princ. lib. 6. infra, de verb. ſig. ſæpe.

c ¶ Generalis.] eo. ti. c. cum ex eo.

d ¶ Quæſtores.] eleemoſynarum. de quibus. de priuileg. tuarum. in princ. habemus enim quæſtores iudiciorum. de quibus. de verbor. ſignif. forus. & de his quæſtoribus pecuniarum & ærariorum, vide quod not. ff. de offic. quæſto. l. vnica.

e ¶ Nec permittantur.] vllatenus ipſi populo prædicare, quod ſequitur.

f ¶ Competat.] concord. de hære. vt officium. §. compeſcendi, lib. 6.

g ¶ Nec.] repete, permittantur.

h ¶ Litteras.] hoc addit concilium generale.

i ¶ De facto.] Hoc enim eſt epiſcoporũ, & non inferiorum. de exceſ. præla. accedentibus. & quo ad proprios ſubditos, non quo ad extraneos. eod. tit. quod autem.

k ¶ Votis.] hoc etiam eſt epiſcoporũ. quod dic, vt dixi de vo. c. 1.

l ¶ Incerta.] vide quod dixi ſ. ead. compil. de priuil. c. 1. ver. nec legata.

m ¶ Quartam.] idẽ puto de alia quota.

n ¶ Mendaciter.] cũ ſint Dei iudicio reſeruatæ. 25. diſtinct. qualis. proſunt tamen ſuffragia, ‡ de quibus 14. quæſt. ſecunda, animæ defunctorum. & vide quod dixi ſ. eo. tit. ꝙ autem. & quod not. Hoſtiẽ. in ſumma. de remiſ. §. quibus proſint. & §. vlt.

‡ Viđ Theologos ſcholaſticos lib. 4. ſent. diſt. 45. & Ioan. Roffenſem contra Lutherũ. ar. 19. & aliquot ſequentib.

‡ al. ita: tertiam, aut quartã partem alijs de pœnitentijs, &c.

o ¶ A pęna & culpa.] iſta eſt illa pleniſſima peccatorum remiſſio, quæ conceditur cruce ſignatis pro ſubſidio vltramarino. de qua ſcripſi poſt Hoſtien. de Iudæ. ad liberandam. quæ datur in anno centenario ‡ in Extrauaganti Bonifacij: Antiquorum habet. quam ſolus Papa concedit.

‡ Vide alias extrauagantes aliorum pontificum tit. de pęn. & remiſ. in cõibus. vbi annus centeſimus ad minus tempus reducitur.

p ¶ Vtamur.] concord. ſupra ead. compilat. de priuil. c. 1. in princ.

q ¶ Vel perſonis.] quandoque hęc differunt. de priui. ne aliqui. lib. 6.

[Gloſ. ſeq. ponit quattuor ſpecies iuriſdictionis, quas per Clement. habent ordinarij in exemptos.

r ¶ Puniri.] per has Clementinas quandoque ordinarius punit exemptos, vt hic, & ſupra, de teſta. c. 1. de ſtat. reg. cap. 2. de relig. dom. c. 2. de iure patr. c. 1. quandoque non punit, ſed pœnam iuris publicat. ſup. de priui. c. 1. quandoque non punit, ſed abſoluit. de ſepul. c. 1. quandoque ſolum circa loca datur iuriſdictio. de ſupplen. negl. præla. c. vnico. de priuileg. cap. 2. generaliter datur iuriſdictio contra eos. de priuil. cap. primo, lib. 6.

Exẽpti quandoque puniuntur per ordinarium.

† al. quoquomodo.

ſ ¶ Propenſius.] idẽ verbum ſ. ead. compil. de ætate & qualitate. vt hi qui. & ibi expoſui.

DE

DE SENTENTIA EXCOMMVNICAtionis, ſuſpenſionis, & interdicti.

Viſum eſt ſupra, per diſcurſum titulorum de pluribus delictis: verum quia pro delictis homines incurrunt ſententiam excommunicationis: ideo videndum eſt de ſententia excommunicationis: Vel ſic poteſt continuari ad rubricam præcedentē, videlicet, de pęnitentijs, &c. Viſum de ſacramento pœnitētię, cuius ſacramenti excōicati ſunt incapaces: idcirco videndū eſt de ſententia excommunicationis.

TITVLVS X.

De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

Clemens quintus in concilio Viennenſi.

Religioſi etiam exempti violantes interdictum poſitum per ſedem Apoſtolicā, vel ordinarium loci, vel generalem ceſſationem diuinorum factam per prouinciale concilium, vel eum qui hoc poſſit, ſeruatam per cathedralem vel matricem eccleſiam loci, excommunicati ſunt ipſo facto: Non obſtantibus priuilegijs, conuentionibus, conſuetudinibus, & ſtatutis: & reſpicit pendentia. hoc dicit. Io. And.

CAP. I.

EX frequentibus[a] † prælatorumque relis[b] accepimus, & nos ipſi experientia[c] certa probauimus in minoribus conſtituti, ꝙ plerumque religioſi nunc patenter excuſationibus fucatis[d] & friuolis innitentes, nunc latenter eccleſiarum ſuarum ianuis perforatis, aut in eis factis feneſtris, ſeu modis alijs exquiſitis non abſque damno cathedralium & parochialum eccleſiarum, & ſcandalo plurimorū, dirumpendo neruum[e] eccleſiaſticæ diſciplinæ, ciuitatum, terrarū, & aliorum locorum generalia[f] interdicta præſumptione damnabili violare præſumunt.

Nos igitur in ſancta Dei Eccleſia, cui diſponente Domino pręſidemus, quę quidem vnica eſt, & vnū Deum prædicat atque colit, vnam[g] fidem firmiter & ſimpliciter confitetur, vniformitatem (quantum commode poſſumus) conſeruare uolentes: circa interdictorum obſeruantiam prædictorum auctoritate ſedis[h] Apoſtolicę, vel à locorum ordinarijs poſitorum, de fratrum noſtrorum conſilio diſtricte pręcipiendo mandamus: quatenus religioſi[i] quicumque tam exem-

EX frequentibus.] CASVS ſic figuratur. Concilio generali in ſpiritu ſancto legitime celebrato, fuit à nōnullis prælatis expoſitū, ꝙ plures religioſi, maxime exēpti tā Mendicantes, quàm non Mendicātes violabāt interdictū generale celebratum in aliqua prouincia, & iſtud faciebant latenter, & ſecrete ſeu colorando facta ſua: Cum enim prohibitum ſit omnibus clericis celebrare diuinū officium quotiens interdictum eſt poſitum. Item cū ſit prohibitum, vt nulli accedant ad Eccleſiā, vt valeant audire Miſſam, vel aliud diuinū officiū: Iſti religioſi faciebant foramina in ianuis ſuis, & in parietibus ſuis, vt populus audiret diuinum officiū: ex quo eccleſiæ cathedrali graue generabatur ſcandalum, propter quod ordinauit concilium. vt poſtquam interdictum generale erit celebratum, ꝙ nulli ſint tam audaces vt faciāt de cętero, & amodo, ſeu deinceps talia, foramina in ianuis ſuis vel parietibus ſuis, aliàs ipſo facto incurrunt ſententiam excommunicationis, vt in cap. alma. lib. 6. hoc dicit. H. R. No. ꝙ vnica eccleſia eſt, licet ipſius plura ſint membra. Et dicitur eccleſia congregatio fidelium in ea exiſtentium: quia Sarraceni, & Turcæ nō ſunt de eccleſia. Not. ꝙ vniformitas eccleſiæ eſt ſeruanda. No. ꝙ religioſi exempti debent ſeruare interdictum celebratū in eccleſia matrice vel cathedrali. Not. ꝙ non ſolum in legem committit qui offendit verba: ſed etiam ille qui offendit mentem legis. No. ꝙ tempore interdicti in tātum dębet ianuis clauſis celebrari, vt nec per foramina vel feneſtras laici reſpiciant. Not. ꝙ ſententia cēſuræ eſt neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. de hoc in glo. 5 Zabarella.

† Not. ex verbo, frequentibus, quòd iura adaptantur ad ea, quæ frequenter emergunt. de hoc de deſpon. im pub. litteras. Zabarella.

[Prima gloſſa ſummat, diuidit, & in fine remittit de tempore huius reſtitutionis.]

a ¶ Ex frequentibus.] Caſus. Religioſi etiam exempti violantes interdictum poſitum per ſedem Apoſtolicam, vel ordinarium loci, vel generalem ceſſationem diuinorum factam per prouinciale concilium, vel eum, qui hoc poſſit; ſeruatam per cathedralem, vel matricem eccleſiam loci, excommunicati ſunt ipſo facto: non obſtantibus priuilegijs, conuentionibus, conſuetudinibus, & ſtatutis. Et reſpicit pendentia. Et primo ponit religioſorum exceſſum: qui fuit conſtitutionis cauſa. Secundo: ibi, [Nos igitur.] prouiſionem circa obſeruationem interdictorum, & ceſſationum cum ſui pœna, quam tertio: ibi, [Porro.] prorogat ad pendētia, & tollit obſtantia. Et vt in proœmio dixi, hæc decretalis præceſſit concilium: & hæc probat ſequens.

b ¶ Querelis.] ſimile de priuileg. epiſcoporum. lib. 6.

c ¶ Experientia.] quę eſt rerum magiſtra. de elect. quàm ſit. in princip. lib. 6. vbi de hoc.

d ¶ Fucatis.] quaſi tinctis vel coloratis. & habetur hoc verbum de conſecr. diſtinct. 5. fucare. vbi not. verſus.

Si vitium frontis alicuius fucus inauret, &c.

Fucatus qd ſignificat.

e ¶ Neruum.] de cōſue. cum inter.] Et expone neruum, id eſt vigorem. Panor.]

f ¶ Generalia interdicta.] de verb. ſign. cum in partibus.

g ¶ Vnam fidem.] ad Epheſ. 4. ſup. eadem compil. de ſum. trin. c. vnico. §. ad hæc. de exceſ. præl. frequens. ad fin. Vide quod de multiplici vnitate ſcripſi de ſum. trin. damnamus. ſuper verbo, collectiuam.

Vnitas eſt multiplex.

h ¶ Sedis Apoſtolicæ.] per hoc videtur comprehendere interdictum iuris. exemplum ſupra ea. compi. de pęnis. ſi quis ſuadente. §. ciuitas. cum concor.

[Gloſſa ſequens præter iſtam ponit decem clementinas, quæ ligant ſolos religioſos, & quattuor, diuerſimode tamen ligant mendicantes, & duas eis fauentes, & ipſorum querelam.]

i ¶ Religioſi quicumque.] mendicantes vel non. Et ꝑ hoc patet, ꝙ clericos ſæculares nō ſeruantes interdictū, vel ceſſationem, q̄ ſeruat matrix Eccleſia, non ligat hæc conſtitutio. Et multos tales caſus quibus per has clemētinas ligantur religioſi tantum, collige ſ. de elect. c. in pleriſque. ver. nullus. de ſup. neg. præl. c. vnico. de rebus eccle. non aliena. c. 1. de teſta. c. vnico. de dec. c. 1. de ſta. mo. c. 1. de reli. do. c. 1. ver. prædictis. de cenſi c. 1. de priui. §. 1. de pœnis, cupientes. ver. illos etiam. & ver. ſeq.

Religioſi ꝑ multas clementinas ligantur.

Specialiter contra mendicantes, qui tranſeunt ad non mendicantes, prouidet decr. 1. de regul. Generaliter § mendicantes prædi. decre. cupientes. in prin. de pœnis. Specialiter contra prædicatores, & minores decre. dudum. de ſepul ſpecialius contra minores. j. eod. cum ex eo. pro religioſis emanauit. de cenſibus, capitulo 2 & exceſ. prælа. frequens. conqueruntur tamen religioſi, quòd conſtitutiones, quæ fauorem ipſorum reſpiciunt, ſunt ſine pœna: ſed contra ipſos editæ ſunt pœnales.

¶ Hæc duo verba: ſeu parochialē, deſunt in antiquioribus exemplaribus ēt impreſſis.

a ¶ Exempti.] quomodo per diuerſas conſtitutiones Clementinas probatur non expedire priuilegiatis vel exemptis, ꝙ fiant generalia concilia, dixi. s. ead. compil. de ſepult. dudum. in principio.

pti, a quàm non exempti cuiuſcumque ordinis, & conditionis exiſtant, cum cathedralem vel matricē b [ſeu parochialem 1] loci eccleſiam illa viderint, aut ſciuerint c obſeruare d (non obſtantibus quibuſcumque appellationibus e antea etiam ad eandem ſedem, vel alium, ſeu alios interiectis, & alijs obiectibus quibuſcumque f) abſque dolo & fraude cū moderatione tamen decretalis Alma. g inuiolabiliter 1 conſeruent: Alioquin non ſeruantes excommunicationis ſententiæ h hoc ipſo volumus ſubiacere. i

¶ Quod etiam in interdi-

[Gl. ſeq. primo exponit quæ ſit matrix, & quare de ea dictum. & dubiū ſoluit Secundo quęrit miſtim de duobus, & ſoluit. Tertio quærit de metropolitana. Arguit pro, ſoluit contrarium. Quarto quærit, quæſtionem ſpecificat, & ſoluit illam, & ſimilem.]

b ¶ Matricem.] ideſt maiorem, & baptiſmalem, quæ dicitur matrix: quia ſicut mater generat, ſic & illa regenerat per baptiſmum ſic ſumitur de præſcrip. c. 1. & c. ex tranſmiſſa. de tranſac. præterea 2. igitur interdicuntur quęque loca non habentia intra ſe eccleſiā cathedralē, habent tñ matricē, ideo hoc expreſſit. & dico hoc locū habere etiam cum illa matrix eccleſia religioſis nō ſeruantibus ſubeſt quo ad pręſentationem, collationem, vel quia ſit ipſorum vicaria, cum hic generaliter loquatur. Sed quid dices hic eccleſiam, an epiſcopū vel prælatum tantū, vel capitulū tantum, vel vtrūq; miſtum? Et quid ſi vacat eccleſia cathedralis, & pars capituli ſeruat: & pars non ſeruat, & partes forte ſunt æquales? in omnibus his caſibus puto eccleſiam ſumi pro ipſa materiali eccleſia, & ipſius eccleſiæ parietibus. de hoc ne præl. vic. ſuas. c. vlt. cū concor. & ꝙ ex quo in eccleſia celebreē cōtinue ianuis apertis, &c. ſiue per plātū, ſiue per capitulū totū, vel per partem, ſiue per alios clericos eccleſiæ, non ſit locus huic pœnæ; licet pœnę irregularitatis, & aliæ, de quibus infra dicam, poſſent locū habere, vt ſit mens litterę, ꝙ ex quo in matrice eccleſia ſeruaē & in alijs obſeruerur. Sæpiſſime videmus, ꝙ in cathedralibus, & matricibus eccleſijs inferiores clerici, manſionarij, & capellani, vl plurimum ēt ſine plato, & canonicis officiant eccleſias ipſas. Sed nunquid quo ad interdictū prouinciæ dicetur eccleſia metropolitana matrix, ita, ꝙ illa ſeruante interdictū, religioſi totius prouinciæ non ſeruantes ligati ſint hac pœna: & de ſcientibus lōquor. Vr, ꝙ ſic de poſt c. 1 ver ſed inde. 12. diſt. de his. Ꝯtrium puto per hāc litterā, quæ dicit, cathedralem vel matricem loci. Conſtat autem, ꝙ metropolitana eccleſia, pone Rauennas, non eſt matrix vel cathedralis ciuitatis Bonoñ. vel Mutiñ. de offic. ord. paſtoralis 9 q. 3. ſi autem. & c. nullus. ligabuntur ergo religioſi diœceſis Rauennę tantum. Item quid ſi interdicta eſt villa, vel caſtrum, non habens incluſam terram eccleſiam cathedralem vel matricem, quod eſſe poſſet: puta quia matrix eccleſia eſt in alia terra non interdicta, vel quia plures ſunt eccleſiæ in villa vel caſtro, & nulla principalior quia quælibet baptizat ſuos parochianos, & forte ex illis eccleſijs aliquæ ſeruāt interdictum, aliquæ non. Puto quòd tunc non ſit locus huic cōſtitutioni: deficiunt enim mens, & verba ſicut nec locum haberent quando in loco ſingulariter interdicto nulla eccleſia eſſet, niſi illa religioſorum non ſeruantium. Habeant ergo nunc locorum iura antiqua, vt dicam j. in gloſ. additur.

Matrix eſt eccleſia baptiſmalis.

Eccleſia qd comprehendit, in cle. 2. de ſentē. excom.

Eccleſia metropolitana an dicatur matrix quo ad interdictum prouinciæ.

c ¶ Sciuerint.] alio ſenſu quàm per viſum: de quo præmiſit. probabiliter ergo ignorantes talem obſeruantiam, non ligat hæc pœna.

[Gl. ſeq. q̄ſtionē ſoluit, quinq; rationes inducens.]

d ¶ Obſeruare.] Not. quia non obſeruando non dicit, quòd ſe conformēt: addere enim intendit hæc conſtitutio non diminuere ad obſeruantiam interdictorum, vt patet in principio s. ead. compil de præb cap. 1. in fine. Et ſtatutum hic factum ad pœnam, non debet trahi ad gratiam. de tranſlat. cap. 2. vltra medium. Et argumentum à contrario cenſu ceſſat: vbi illius argumenti contrarium reperitur in iure, vt ſatis ſcripſi de elect. publicato. ſuper vltima glo. Item contrariorum non eſt eadem diſciplina, vbi verba, & mens reſiſtunt. de verb. ſignific. c. fin de offi. lega. ſtuduiſti. Exceſſus ergo clericorum matricis eccleſiæ non dabit religioſis materiam delinquendi de priuileg. peſtis. intelligo autem illos ſeruare quando abſtinet animo obſeruādi. & facit quod ibi dixi ſuper verbo, violauerint.

1 al. ita: inuiolabiliter ea ſeruent.

Argumentum à contrario quādoq; ceſſat.

Contrariorū non ſemper eſt eadem diſciplina.

[Gloſſa ſequens ſoluit contrarium.]

e ¶ Appellationibus.] non dicit, ꝙ præcedens appellatio non vitiet interdictum ne corrigat. de appell. ad hoc quoniam. & c. dilectis cū ſimilibus. Sed dicit, ꝙ quamuis interdictum ſit nullum, propter pręcedentem appellationem vel aliam cauſam, ex quo tamen matrix eccleſia illud ſeruat, religioſi violantes ſunt excōmunicati.

f ¶ Quibuſcunque.] quibus allegarent nullitatem ſententiæ, quod poteſt eſſe multis modis. not. eod. tit. præſenti. lib. 6.

g ¶ Alma.] eo. tit. lib. 6.

[Glo. ſeq. enumerat 52. caſus quibus excommunicant clementinæ: quorum 16 ſunt reſeruati.]

h ¶ Excommunicationis ſententiæ.] eſt ſciendum, ꝙ per 18. conſtitutiones clementinas comprehenſi ſunt quinquaginta caſus, quorum 16 ſunt reſeruati Papæ, quibus quis ipſo iure excōicationē incurrit expreſſe, & per alias duo tacite. Et eſt præmittendū quòd Hoſtien. colligit triginta tales caſus iuris veteris in ſum. eo. tit. §. 3. in princip. ego collegi 32. lib. 6. eod. tit. eos qui. Nūc exprimā hos nouiſſimos. primus eſt de ſeque. poſ. c. 1. Quatuor de ſepul c. 1. Alij quatuor, de deci. c. 1. Duo de ſtatu mona. c. 1. §. quia vero. Duodecimus, eo. tit. c. 2. in fin. Tertiuſdecimus, & 14. de relig. do. c. 1. Alij ſex, & ſic 20. de conſangui. & affin. c. 1. Tres, & ſic 23. & ſunt Apoſtolicæ ſedi reſeruati. de hæret. c. 1. ad finem. Duo, & ſic 25. eo. ti. c. 2. Septem, & ſic 32. de vſu. c. 1. Alij 6 & ſic 38. & ſunt etiam Apoſtolici, de priuil. c. 1. ſtringamus ſub duobus caſibus, qui ſunt etiam Apoſtolici. s. de pœnis c. 1. in princip. & verſic. poteſtas. Duo, & ſic 42. eo. tit. cupientes. in princip. 43. eo. tit. §. qui vero. 44. eo. c. in fi & eſt Apoſtolicus. 45. hic quatuor etiam Apoſtolici, & ſic 49 j. c. prox. Quinquageſimus j. eo. cum ex eo. Duos autem caſus tacitos habemus de ſum. tri. c. vnico. § porro. de vſu. ex graui. in fi.

Excōicatur quis ipſo facto p clementinas I 52. caſibus.

[Glo. ſeq diſtinguit quatruor caſus diuerſos.]

i ¶ Subiacere.] additur hæc pœna ad alias, quæ habentur de exceſ. præl. c. fi. de priu. auctoritate. & c. epōrū. li. 6. eo. tit. is qui. eo. lib. Poſſet tñ caſus eſſe in quo iſta pœna ſine illis ligaret, & econtra. Pone, ꝙ ſententia interdicti vere non ligat impediente appellatione vel alia nullitate, tñ matrix eccleſia illam ſeruat, ligantur religioſi hac pœna, ſed non illis. Econtra bene ligat ſnīa cū matrix eccleſia non ſeruat illā: tunc ligātur illis & non iſta. Qñ vero tenet, & ſeruaē p matricē tunc locū habet

quod

ctis, & in ceſſationibus [a] à diuinis indictis per prouincialium conciliorum ſtatuta, vel ipſorum auctoritate (cum maius ſit prouinciale concilium, quàm ſingularis prælati prouinciæ, ac iudicium integrum, quod plurimorum ſententijs comprobatur) [b] volumus obſeruari.

¶ In ceſſationibus vero generalibus [c] à diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel aliàs capitula, collegia, vel conuentus ſæcularium, aut regularium eccleſiarum ſibi vendicant (quia ipſos hoc vnico [d] lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus nec debemus) idem intelligimus obſeruandū. Ipſi vero ſint diligenter attenti, vt ſtatuta Romanorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper his edita, [e] diligenter obſeruent.

¶ Porro hanc † ſanctionem ad pendentia [f] trahimus, non † obſtantibus priuilegijs, cōuentionibus, [g] ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſlibet, quæ contra præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum religioſis ipſis in nullo volumus ſuffragari.

† al. ita: porro hanc etiā ſanctionem, &c.

† al. ita: nō obſtātibus priuilegijs cōceſſis eis, & ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſlibet, quæ ſuper præmiſſa, &c.

¶ Idem.

¶ *Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent ne publice excommunicati vel interdicti ſuper hoc per illos, qui Miſſas celebrant, moniti eccleſias exeant, & ipſi nominatim moniti qui non exeunt, excommunicati ſunt, & per Papam abſoluendi. hoc dicit. Ioannes And.*

CAP. II.

GRauis [h] ad nos prælatorum querela perduxit, quòd nobiles [†] quidam, domini temporales [i] (terris eorum eccle-

† Nobiles qui dicātur & cur ita vocentur, late docet Tiraquel. tract. de nobilitate, c. 2.

quod prius dixi, quòd ligantur vtriſque: quāque non tenet nec ſeruatur per matricem, & tunc neutris ligantur.

a ¶ Ceſſationibus.] generalibus, vt ſequitur.

b ¶ Comprobatur.] 20. diſt. de quibus. de off. dele. prudentiā. poſt princ. Prouer. 14. Ibi ſalus vbi multa conſilia, & 15. Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium. & vbi ſunt plures conſiliarij, confirmantur.

c ¶ Generalib.] ſpeciales enim ſeruātur ſolum in eccleſijs, in quibus ſunt inductę, de appel. dilectis.

d ¶ Vnico lumine.] ſumptum, ff de offi. præſi. illicitas, §. ne tenuis.

e ¶ Edita.] de off. or. irrefragabili, §. cæterum. eo. ti. ſi canonici. & c. quamuis. lib. ſexto. & ibi vide in vlt. glo.

f ¶ Pendentia] concor. ī. ead. compi. de iudi. diſpendioſam. cum ſuis concor.

g ¶ Cōuētionibus.] ſic ī. eadem compila. de ſepul. dudum. circa finem.

GRauis.] Præſuponendum eſt illud quod dicitur in c. alma, lib. 6. eo ti. quòd ſi interdictum ſit celebratum in aliquo loco, canonici poſſunt celebrare diuinum officium: ſed hoc debent facere voce ſubmiſſa & baſſa, & ianuis clauſis, & quòd nullus admittatur ad diuinum officium audiendum: aliàs ſi quem admittant, ſeu recipiant, ipſo facto ſunt excommunicati.

CASVS ſic figuratur. Concilio generali in ſpiritu ſancto legitime celebrato fuit expoſitum, quòd plures domini temporales, reges, & barones in contemptum eccleſiæ cogebant presbyteros tempore interdicti in omnibus eccleſijs celebrare diuina, & cū non poterant hr̄e facultatem campanarum, faciebant populū per præconem cum ſono tubæ conuocari, vt veniret ipſe populus, & omnes de populo ad diuinum officium. Et iſtud non ſolum faciebant in ſuis capellis, quæ capellæ ſunt in domibus ipſorum, ſeu in caſtris, ſed hoc faciebant in eccleſijs cathedralibus, & matricibus, & aliquando vocabant aliquos, vt venirent ad diuinum officium, aliqñ alios. & ſi venire ad diuinum officium nolebant, illos compellebant, quod eſt peius: Aliquando iſti domini temporales conuocabant aliquos excōmunicatos, vt venirent ad diuinum officium, & dum clerici videbant illos excommunicatos, nolebant finire nec perficere diuinum officium, & ſic remanebat inexpletum & imperfectum: propter quos exceſſus oriebatur ſcandalum in clero, & populo: Vnde conſtituit concilium, vt de cætero talia non faciant ipſi domini temporales; Et quòd excommunicati moniti, vt exeant ab eccleſia, immediate recedant ab ea: quod ſi ſecus fecerint. id eſt, ſi contrarium fecerint, ipſi ſint excommunicati, nec abſolui poterunt niſi per Romanū Pontificem. Nota primo, quòd tempore interdicti generalis, puta quia tota vna diœceſis eſt ſuppoſita interdicto, non ſunt diuina officia celebranda. Nota pœnam principū, qui compellunt celebrare clericos tempore interdicti: nam ipſo facto incurrunt ſententiam excōicationis. Not. quòd quis non debet celebrare in præſentia excōicati, quem ſcit publice excommunicatum: aliàs ipſe ſuſpenditur à ſuis beneficijs. Not. ex tex. iuxta gl. quòd licet ſacerdos inceperit celebrare Miſſam, ſi ſuperueniat excōicatus, debet ipſe ſacerdos ceſſare à celebratione Miſſæ. Et ſi ipſe excōicatus monitus noluerit exire, ipſe ſacerdos debet illum realiter extrahere ab eccleſia: & ſi non poſſit, debet vocare præſentes in auxilium. Not. quòd excōicatus poteſt iterum excōicari, tamē ſecunda excommunicatio non habebit effectum, niſi effectū retentionis: quia retinebit eū extra gremium eccleſię, quamuis fuerit reconciliatus de prima excōicatione: tamen retinetur adhuc vt expulſus à gremio ipſius eccleſiæ, donec reconcilietur ſecundo. Not. ibi, [Nobiles.] quòd dicuntur nobiles etiam ſi delinquant, vt hic. & hoc quia hic dicuntur nobiles à coruſcatione clari ſanguinis, ſecundum Laur. Nota de locis inſignibus. de hoc in verbo, inſignium in glo. & in Spec. de citatione, §. 1. ver. ſed quæ loca. Zabar.

[Prima glo. ſummat & diuidit.]

h ¶ Grauis.] Caſus Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari. vel prohibent ne publice excommunicati, vel interdicti ſuper hoc per illos, qui Miſſas celebrant moniti eccleſias exeant, & ipſi nominatim moniti, qui non exeunt excommunicati ſunt, & per Papam abſoluendi. Et primo narrat, ſecundo pœnam imponit ibi, [Ne igitur.]

i ¶ Temporales.] etiam ſi ſint epiſcopi vel eccleſiarum prælati videtur locum habere quod hic dicitur. ne cler. vel mon. c. vlt. lib. 6. facit de exceſ. præl. tanta. & facit quod dixi ea. compi. de pœnis, multorum.

[Glo. ſeq. notat ad quæſtionem pro qua alleg. duo iura: & regulam, & opin. diſtinguentem alleg. duo iura in contrarium ad quæ pro ipſorum reſponſione remittit, & prouiſionem petit.]

k ¶ Sup-

a ¶ Suppoſitis.] ab homine vel à iure. & hæc littera ſacit ad quæſtionem de illo, qui ſcit locum interdictum ab homine vel à iure: tamen denunciatio eius non eſt facta, an illud ſeruare teneatur: ſatis enim eſt locum eſſe interdicto ſuppoſitum vt hic, licet non ſit publicatum facit eod. titu. cum non ab homine. & quod ibi not. eod. titu. cum deſideres. 1. reſpon. in fine. Qui enim ſciuit, certiorari non debuit. de reg. iur. eum qui. lib. 6. cum concor. & hoc placet Archid eod. tit. is qui. lib 6 Illa etiam ratione: quia celebrare dependet à voluntate agentis: Vnde in culpa eſt agendo rem illicitam, propter ſuperioris prohibitionem, & loci inhabilitatem. alleg. de conſe. diſt. 1. ſicut. quod verum intelligit niſi factum eſſet occultum. 6. q. 2. ſi tantum. & prædi. decre. cum non ab homine. & facit quod j. dicam in gloſ. contra. ī. cap. proxi. à contrario ibi ſolutur in gloſ. not. Forſan expediret [1] per conſtitutionem prouideri clericos nō teneri ad obſeruationem interdictorum latorum à iure. niſi prius fiat illorum declaratio ſimile de hæret. cum ſecundum. lib. 6. Ad quod dicendum multum mouet de cenſi. quamquam. lib. 6. & ī. ea. compil. eo. tit. præſenti cuius etiā littera ſatis huic dicto conuenit.

Interdictū nondū denunciatum an quis illud ſciens ſeruare teneatur.

† al. ita: & alia diuina officia, & quandoque publice ac ſolemniter; &c.

1 Vide Felynum in capitu. Rodulphus, extra, de reſcr.

ſiaſtico ſuppoſitis [a] interdicto) nedum in locorum ſuorum capellis, [b] ſed, & in collegiatis, & alijs inſignium [c] locorum eccleſijs, Miſſas, & † alia diuina officia publice, & ſolemniter faciunt celebrari. Ad officia eædem celebranda, nunc hos, nunc [d] illos vocantes, [e] & interdum (quod eſt deterius) compellentes: hiſque non contenti exceſſibus, [f] per campanarum, [g] non ſolum pulſationem, ſed, & voce præconia [h] populos etiam interdictos, vt (interdicti non obſtante ſententia) ad audiendas Miſſas huiuſmodi veniant, faciunt euocari. Nonnulli quoque ipſorum ſuis plerumque ſubiectis, ne (licet excommunicationis, vel interdicti ſententia publice [k] ſint innodati) de eccleſijs dum in ipſis Miſſarum celebrantur ſolemnia inſtantibus etiam celebrantibus exeant, præcipere non verentur: Ex quo frequenter contingit, quòd non ſine Dei offenſa, clerique ac populi ſcandalo, ipſa Miſſarum ſolemnia remanent inexpleta. [l]

¶ Ne igitur exceſſus ſic graues excedentium impunitate trahantur ab alijs in exemplum, [m] præſumptores præfatos, qui locis interdicto ſuppoſitis quemquam de cetero diuina celebrare officia quomodolibet [n] cogere: [o] Aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præſertim vel interdicti ligatos ſententia reuocare: [p] Seu qui ne excōmunicati publice [q] aut interdicti de eccleſijs, dum in ipſis Miſſarum [r] aguntur ſolemnia, à celebrantibus moniti, [s] vt exeant, prohibere: [t] † Necnon excommunicatos publice, & interdictos, qui in ipſis eccleſijs nominatim [u] à celebrantibus, vt exeant moniti, remanere [x] præſumpſerint: excommunicationis [y] ſententia (à qua per ſedem dumtaxat Apoſtolicam poſſint abſolui) ſacro approbante concilio innodamus.

¶ Idem.

¶ *Fratres Minores ſi tempore interdicti recipiunt in ſuis eccleſiis ad diuina fratres, & ſorores*

i ¶ Subiectis.] præcipere non verentur. quod eſt infra.

k ¶ Publice.] occultum [2] enim excoicatum non vitamus in publico. 6. q 2. c. 2. eo. tit. cum non ab homine, vnde dicit Ray. in ſum. huius titu. §. item quæritur. ꝙ ille qui ſcit occultum excommunicatum etiam in eccleſia, caute ſi poterit exibit, ſi autem id non poſſet ſine ſcandalo, non debet exire, per iura prædicta, & ne ſit proditor. 2. q. 1. ſi peccauerit.

2 De articulo huius gloſſæ plene Felynus in ca. Rodulphus, extra, de reſcrip. num. 39. cum videto.

l ¶ Inexpleta.] debet enim ſacerdos dimittere officium Miſſæ propter præſentiam excommunicati, niſi iam incepiſſet canonem Miſſæ. de quo ſcripſi poſt modernos. eod. titu. cap nuper. & facit 7. q 1. illud. &c. nihil. & quod nota 11. quæſt. 3. ſicut Apoſtoli.

m ¶ In exemplum.] quia ſi ea, quæ male vſurpantur, &c. 94. diſtinct. peruenit 2. facit 23. q. 1. paratus. in fin.

n ¶ Quomodolibet.] omnem modum compulſionis realem, per ſonalem, directum, & indirectum comprehendit, vt ſi res ipſorum occupant, conſanguineos grauant [1] perſonis vel rebus. facit, de elect. ſciant cuncti. eo. tit. quicunque, lib 6.

Compulſio eſt multiplex.

1 In manu ſcripto ita: prohibere, vel etiā impedire: nec non, &c.

o ¶ Cogere.] præſumpſerint, quod eſt infra, & hoc eſt primum.

p ¶ Euocare.] præſumpſerint, quod ſequitur: & eſt ſecundum.

q ¶ Publice.] cōcor. ī. ead. compil. de ſepul. c. 1. & ibi videas.

b ¶ Capellis.] nō intendit, ꝙ in talibus capellis ſitis in loco interdicto hoc liceat: ſed dicit vt aggrauet contemptum: quaſi dicat, malum eſſet hoc facere in capellis, ſed grauius in talibus eccleſijs.

c ¶ Inſignium.] de reſcri. ſtatutum. poſt prin. lib. 6.

d ¶ Nunc illos.] concor. de ſta. mo. cum ad monaſteriorum. ver. ſed nec.

e ¶ Vocantes.] licet de vocatione narret, ſolam coactionem punit.

f ¶ Exceſſibus.] tolle litteram infra, faciunt euocari nō ſolum per campanarum, &c.

g ¶ Campanarum.] de offic. cuſto. cap. 1. cum concor. & ibi dixi de diuerſis campanarum officijs.

[Glo. ſeq. obiectionem ſoluit.]

h ¶ Voce præconia.] vt dicitur in authen. de litig. §. omnem. collat. 8. vox præconis quandoque paucis innoteſcit: & hoc reſpectu fortior videtur vocatio per campanam: ſed quia præco loquitur, & edictum ponit ex parte mandantis, ideo maior eſt contemptus.

r ¶ Miſſarum.] in alijs ergo diuinis officijs non eſt locus pœnæ.

s ¶ Moniti.] non dicit nominatim, vt ī. proxi. verſi. per quod patet, ꝙ ad prohibentes ſufficit generalis monitio, puta monet, ꝙ omnes excommunicati, & interdicti, exeant, ille præcipit, vt non exeant.

t ¶ Prohibere.] præſumpſerint, quod ſequitur: & eſt tertium.

u ¶ Nominatim.] ex generali ergo monitione nullus ligatur ex eo quod remanet. ſoli ergo nominatim moniti remanentes ligabuntur. concord. eod. tit. conſtitutionem. lib. 6. & ī. ead. compil. de vita, & honeſta. cleric. cap. 1.

x ¶ Remanere.] intellige etiam ſi ipſi temporales domini hoc non mandent.

y ¶ Excommunicationis.] excommunicatus ergo iterum excommunicatur. de hoc 3. q. 4. Engeltrudam. de Iudæis. ita quorundam.

Cum

CVm ex eo.] Primo præmiſſa ratione ponit ſtatutum ſuum: ſecundo contra facientes punit: ibi, [Quod ſi.] Imola. Præſupponendum primo eſt illud quod habetur ſup. in c. 1. uidelicet, ꝙ religioſi cuiuſcũque ſtatus vel præeminentiæ exiſtant violantes ſeu nõ ſeruantes interdictũ, quod debuit ſeruari ab eccleſia cathedrali ſeu matrice, hoc eſt parochiali, ſunt excõmunicati. Et dicitur eccleſia matrix quaſi mater ſuorum parochianorum. Præſuppono vlterius illud ꝙ habetur in gl. poſita in ver. Tertio. videlicet, ꝙ tres ſunt ordines Minorum: Primus fuit Fratrum Minorum viuẽtium ſecundum regulam beati Franciſci: quorum ordo eſt multũ arctus, & ſtrictus, & non poſſunt habere proprium nec in particulari nec in cõmuni. Eſt ſecundus ordo ſanctæ Claræ, & talis non eſt ita arctus: quia poſſunt aliquid habere in cõi. Tertius eſt ordo, in quo ſunt homines q̃ dicũtur cõtinentes.

¶ Caſus ſic figuratur. Nos uidimus in c. præcedenti. ſ. eod. ti. ſeu rubrica, ꝙ religioſi cuiuſcũque ſtatus exiſtant non ſeruantes interdictum ſeu uiolantes ꝙ celebratur in eccleſia cathedrali uel matrice, ſunt ipſo facto excõicati. Sed quæro, an fratres Minores, qui ſunt de primo ordine, poſſint admittere, & recipere homines continentes ſeu de pœnitentia, qui ſunt de tertio ordine ſancti Franciſci? Et reſpondet Papa ꝙ non, quod ſi fecerint, ſunt ipſo facto excõicati, nec poterũt abſolui niſi per ſummum Pontificem. hoc dicit. H. R. Colligo aliqua notabilia, primo ex princ. c. iuncta glo ꝙ beatus Franciſcus tres ordines inſtituit. Primo ordinem fratrum Minorum: & iſte ordo eſt arctiſſimus & ſtrictiſſimus, quia ipſi non debẽt habere granaria, ſed debent uiuere ex incerta penſione. Item non debent habere duas ueſtes. Eſt alius ordo, quẽ inſtituit beatus Franciſcus, qui dicitur ordo ſanctæ Claræ: & talis ordo nõ eſt ita arctus, nec ſtrictus: quia bene poſſunt habere aliquid in cõi. Alius eſt ordo, cuius profeſſores vocãtur cõtinentes: & iſte non eſt proprie uerus ordo: quia nõ vouerũt tria neceſſaria, quæ ſunt in profeſſione. No. ꝙ licet tertius ordo fuerit inſtitutus à B. Franciſco ſicut ordo Minorũ, & ſit aliqua cõio: tñ Minores nõ poſſunt illos admittere ſeu recipere ad diuinũ officiũ ac ſi eſſent extranei: & ſi de facto admittãt ſunt ipſo facto ex cõicati, & nõ poſſunt abſolui niſi per Romanum Pont. No. ꝙ mulieres de tertio ordine B. Franciſci dicuntur ſorores. Ex hoc infert gl. 2. ꝙ non ſunt Beguinæ, & infert hoc ex eo: quia ſunt ſub obediẽtia ſm traditiones tertij ordinis: Beguinæ vero non ſunt ſub obediẽtia. remittit glo. de relig. do. cle. 1. vbi de hoc in glo. uide.

†No. ꝙ iſta conſtitutio eſt particularis, quia ſolum concernit Fratres Minores & eorũ eccleſias, vnde non concernit alios Mendicantes. Bonifacius de Vitalinis.

tertii ordinis, excommunicati ſunt, nec priuilegia iuuant. hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. III.

CVm [a] ex eo [b] quod religioſi viri fratres Minores in ſuis recipiunt eccleſijs ad audienda diuina officia tempore interdicti, fratres & ſorores [c] de ordine tertio (quem beatus Franciſcus inſtituit) exiſtentes, qui continentes, [d] ſeu de pœnitentia nuncupantur, ſcandalum [e] aliorum, qui ab his excluduntur, mentibus generetur, cenſura vileſcat [f] eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur: Eiſdem fratribus minoribus [g] diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquem vel aliquos prædictorum (etiam ſi ſuper hoc hi, [h] vel illi [i] priuilegijs quibuſcunque muniti extiterint, quæ ipſis in nullo prorſus quo ad hoc volumus ſuffragari) ad diuina i ſuis eccleſiis [k] tempore interdicti quoquomodo admittant. [l] Quod ſi fecerint, eo ipſo excommunicationis ſentẽtiæ ſe nouerint ſubiacere: [m] à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, vel ſatisfactione præmiſſa per locorum epiſcopos (quos auctoritate Apoſtolica [n] fungi uolumus in hac parte) abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

¶ Idem.

¶ Si Papa etiam ſcienter excõmunicato participat, illum per hoc non abſoluit, niſi exprimat hoc ſe velle. Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Io. Andr.

CAP. IIII.

SI ſum-

No. caſum in quo ordinarij ſunt delegati Apoſtolici. ſimile de hær. ad abolendam. de ſuppl. negl. prael. clem. vnica. de ſta. mo. cle. vlt. Zab.

[Prima glo. ſummat.]

a ¶ Cum ex eo.] Fratres Minores ſi tempore interdicti recipiunt in ſuis eccleſiis ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis, excõicati ſunt, nec priuilegia iuuant.

b ¶ Sorores.] illæ igitur non ſunt Beguinæ, vt dixi ſ. ea. cõp. de reli. do. c. 1.

[Glo. ſeq. declarat tres ordines Beati Franciſci, & in quo differant.]

c ¶ Tertio.] Primus fuit fratrum Minorum, qui eſt arctiſſimus, & caret proprio ẽt in cõi: de hoc ſatis ſ. ti. 1. c. 1. Secundus fuit ſanctæ Claræ, q differt à primo, quia ordo ille licet etiã fęminis arctiſſimus, habet tñ propriũ in cõi. Sed iſte tertius [1] ẽt pro uiuentibus in coniugio maribus & fęminis adinuẽtus eſt: & habent profeſſi proprium in ſingulari: & potius eſt modus viuendi, quàm proprie dicatur regula: eſt tamẽ approbatus per Nicolaum tertiũ & hoc conſtat.

Ordo ſancti Franciſci eſt triplex.

1 Vide glo. cle. 1. ſuper ver. obediẽtiã. ſup. de relig. dom. Fons.

[Gl. ſeq. obiectionem ſoluit.]

d ¶ Continentes.] non promittunt continentiam, immo viuũt in coniugio, vt pędixi, tamen & ſecundum modum uiuendi eis datum certis diebus qualibet ſeptimana abſtinent à thoro, ſicut & ſeptimana vicis ſuæ abſtinebant ſacerdotes veteris teſtamenti. 81. diſt. plurimos.

e ¶ Scandalũ.] vitãdum. ꝙ dic vt no. de no. op. nun. c. 2.

f ¶ Vileſcat.] ad hoc & ad id quod ſequitur. concord. ſup. ea. compil. de pœnit. & remiſſ. c. 2.

g ¶ Minoribus.] alios non ligat conſtitutio.

h ¶ Hi.] fratres Minores.

i ¶ vel illi.] fratres & ſorores tertij ordinis, & eſt mirabile: quia eo caſu in aliis recipi poſſent, ſi priuilegium eſt generale.

k ¶ Suis eccleſijs.] per hoc uerbum, quod ẽt ſup. præmiſit, dico ꝙ ſi in alienis eccleſiis hoc facerent, ceſſat hæc pœna: poſſet tamẽ habere locum alia pœna cõis. & eſt ſimile quod dixi ſ. hoc ti. c. 1. in gl. additur.

l ¶ Admittant.] niſi inquantum illis & alijs permittitur. per decr. vlt. eo. ti. lib 6.

m ¶ Subiacere.] ſi aliàs bene ſeruant interdictũ, quod ſeruat matrix eccleſia, non ligantur pœna illius decre. ſup. c. 1. ſed iſta tantum. facit de iudi. at ſi clerici. in fi. cum ſuis concord.

n ¶ Auctoritate Apoſtolica.] [a] hoc dicit propter exẽptionem, & quia deliquerant in locis exemptis.

a Sing. gl. ſecundũ Panor. hic, & in c. cum tẽpore, ſupra de arbit. ad hoc ꝙ exẽptus nõ poteſt renũciare priuilegio ſuæ exemptionis, etiam ſe ſubiciẽdo ordinario. Fẽ.

SI ſummus.] Primo ponit unum dictum. ſecundo, aliud illi ſimile: ibi, [Similiter.] Imola. Pro declara-

claratione huius c. ſciendum eſt, φ iſtud ca. emanauit ad declarationem c. ſi aliquando. eo. ti. in antiq. Et præſuppono, regulariter cum aliquis excommmunicatur, oportet φ abſoluatur in forma Eccleſiæ, videlicet φ præſtet cautionem de parendo iuri. Præſuppono etiã φ imperator ſiue rex nõ eſt ſubditus legibus ſuis. Caſus ſic figuratur: Ponamus φ ego ſum excõmunicatus iuſte, forte pro contumacia uel aliàs: Papa ſciẽs me eſſe excommunicatũ habuit mecum communionem: quia forte miſit mihi litteras in quibus dabat mihi benedictionẽ, & bene me excommunicatum ſciebat: vel forte tradidit mihi oſculum, vel alio modo habuit mecum cõmunicare Quæritur, vtrum Papa ex hoc videatur mihi impendiſſe beneficium abſolutionis? Rñdet φ non, niſi ipſe Papa expreſſe dicat, volo te abſolutum eſſe, & tibi beneficiũ abſolutionis impendo. Sed ponamus, φ eram intruſus in aliquo beneficio, ita φ non habebam titulum, & Papa ſcripſit mihi litteras, in quibus appellauit me epiſcopum illius loci, quem obtinebam ſine titulo: Vel ponamus quod illud beneficium vacabat, & nullus obtinebat, & ipſe in litteris ſuis appellauit me epiſcopum illius loci; an per hoc videatur mihi ius tribuere in illo beneficio? Reſpondet Clemens Papa, φ non. hoc dicit. H. R. Not φ non ſolum ſufficit non loqui cum excommunicato, ſed etiam non debent ſibi mitti litteræ. No. φ ſcribens litteras excommunicato, incurrit minorem. de hoc in glo. arg. Idem dicit Lau. ſi mittit ei nũcium: quia hæc ſunt paria. de electio. vbi periculum. § nulli. lib. 6. & de hoc ibi. No. φ multis modis communicari dicitur excommunicato. de hoc in glo. vt in conuiuio. Zabarella.

a Ratio decidendi in hac clemẽ. põt eſſe illa, quam affert glo in c. 1. extra de ſchiſma. in ver. diſpenſatum. qa diſpenſatio debet eſſe expreſſa ad de Decium in c. ſi quãdo. in 3. no. de reſcr.

b Vide Felynũ in rubr. proœmij Gregoriani & in ca. cũ vigeſimũ. de off. dele.

Si ſummus a † Pontifex ſcienter b etiam excommunicato participet c litteris, d verbo, vel oſculo, e ſeu alio quouis f modo: ipſum per hoc abſoluere nulla ratione cenſetur, niſi ſe velle g forſitan exprimat illum ex hoc pro abſoluto haberi.

Similiter quoque ſi quẽ ſub titulo cuiuſlibet dignitatis, h ex certa etiã ſcientia verbo, conſtitutione, vel litteris nominet, i † honoret, ſeu quouis alio modo tractet, k per hoc in dignitate illa ipſum approbare l non intelligitur, m aut quicquã ei tribuere noui n iuris.

{Gl. prima ſummat, & dicit quare emanauit, & quid prima pars determinat.}

a ¶ Si ſummus.] ſi Papa etiam ſcienter excõmunicato participat, illum per hoc nõ abſoluit, niſi exprimat hoc ſe velle. Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquẽ nominet, vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Creditur φ propter dominum Fredericum de Sicilia emanauerit hæc decre. Pars prima determinat no. 93. diſt. ſi inimicus. & eo. ti. ſi aliquando. per Goffr. in proœm. compil. Greg per Inno. & Hoſt. de priuil. cũ olim, 1. Et facit hoc c. pro ibi no. per Innoc. & Hoſt. vt ſicut per participium Papa non abſoluit, ita nec per euitationem excommunicat: vnde non incurrit minorem qui participat illi, quem Papa vitat. & c. ſi inimicus, loquitur de illo quem vitat, & vitari præcipit.

b ¶ Scienter.] etiam ſi ignoranter. nõ erat dubium per præcedentem decr. ſi aliquando.

c ¶ Participet.] quo participio non ligatur minori, vt no. in iuribus alleg. in 1. gl. eo. ti. nulli.

d ¶ Litteris.] argue quod ſcribens excommunicato incurrit minorem. de hoc eod. tit. conſtitutionem. lib. 6. in 3. glo.

e ¶ Oſculo.] formatur ab os oris, nec debet ſcribi per h.

f ¶ Quouis modo.] vt in conuiuio, oratione, vel itinerando, vel conſedendo.

g ¶ Velle.] eſt ſibi pro ratione voluntas inſti. de iure natu. §. ſed & φ principi. ſic & princeps ſola uolũtate manumittit. ff. de manu. apud eum. C. de fideic. lib. ſi voluntate. in inferioribus à Papa non haberet hoc locum. eo. ti. cum deſideres.

h ¶ Dignitatis.] eccleſiaſticæ vel ſæcularis, cum eadem ſit ratio.

i ¶ Nominet.] contrariũ uidebatur notari 99. diſtin. dominus. & uide quod nota. 11. q. 1. ſacerdotib. qui fil. ſint legit. per tuas. cum concor.

k ¶ Tractet.] vocans illos qui ſunt eiuſdẽ dignitatis, vocat illũ.

{Glo. ſeq. notat ad opinionem.}

l ¶ Approbare.] facit ad no. per Innoc. & Hoſt. de fil. presb. reniens. ubi tenent, φ ſi epiſcopus Miſſam audiat, vel procurationem recipiat à male ordinato vel inſtituto, φ per hoc non diſpenſat cum illo, dato quod ſit caſus quo diſpenſare poſſet, & ibi ſcripſi.

{Glo. ſeq. obiectionem ſoluit.}

m ¶ Non intelligitur.] non obſtat ſup. ead. compil. de proba. c. vnico. illud enim intelligitur cum Papa narrat factum proprium, & ſuper eo fundatur ipſius intẽtio, vt ibi no. in gl. quid ſi talia.

n ¶ Noui iuris.] ſimile de her. præſidẽtes. in ſ. li. 6. & intellige niſi hoc exprimat ſe velle, vt ſ. prox. reſponſo.

Eccleſiaſtici 24.

Io. And. cuius ſunt gloſſæ in clem. nihil ſcripſit ſuper hac Clement. cauſam tradũt Anchar. Zabar. & alij. gloſſę vero quæ apponuntur ex commentariis Zabarellæ ſunt deſumptæ.

Epiſcopus audiẽs Miſſam à male ordinato, non diſpẽſat cum eo.

Continuatio.

TITVLVS XI.

De verborum ſignificatione.

¶ Clemens quintus in concilio Vien.

¶ Declaratur in aliquibus capit. Exiit. eod. titu. lib. 6. præſertim an fratres Minores teneantur ad obſeruationem eorum omnium, quæ in regula ſub verbis imperatiui modi ponuntur: deinde multa inſeruntur, ad quæ fratres ipſi obligantur. Et conſequenter eorum nouem exceſſibus prolixe diſcuſſis, de electione miniſtri ipſorum luculentiſſime tractatur.

CAP. I.

Exiui a de paradiſo, dixi, rigabo hortum plã-

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

¶ Viſum eſt ſupra per diſcurſum titulorum de ſingulis partibus iuris: uerum quia in iure multæ dubitationes oriuntur circa verborum ſignificationem: ideo præſens annectitur rubrica.

Exiui.] Gloſſa & alij ſcribentes quã plures nihil hic ſcripſere: forte quia Nicolaus iij. eo. ti. lib 6 (quod cap. etiam exponit regulam ſancti Franciſci) excommunicauit gloſſantes illud cap. & in gloſſando inducentes cõtrarietates, concordantias, ſeu opiniones diuerſas vel aduerſas: quia tamen permiſit gloſſas fieri per quas verbũ, vel verbi ſenſus, ſeu coſtructio quaſi grammaticaliter ad litterã vel intelligibilius exponatẽ. & quia ẽt pœnas illius cap. ſuſpendit Io. 22. in extrau. Quia nonnumquã & quia licet illa conſtitutio prohibita fuerit gloſſari, non ſic iſta. Item quia dimittendo hanc ſine expoſitione, inducuntur legentes ad omittẽdam ipſam, vnde cauſatur eius ignorãtia, cũ tñ ipſe Nicolaus præceperit ut illud c. Exijt. ſicut cæteræ decretales legerentur in ſcholis, ideo aliqua breuia hic ſcribo.

Quoniam

Diuiſio materiam reddit faciliorem.

Quoniam autem per diuiſionem res melius intelligitur: Inſtit. de leg. §. ſed non vſque. not. ff. de do. except. l. prima, glo. prima. Ideo diuide: quia primo exordiũ: ſecundo narratio, & petitio: ibi, [Quia vero dictæ.] tertio, exauditio: ibi, [Nos igitur.] Et ibi primo declarat non omnia euangelica conſilia eſſe præcepti quo ad fratres, declarãs quæ obligent eos ex præcepto. Secundo, in §. [Cæterum.] determinat quid ſeruandum quo ad bona ingredientium. Tertio, in §. [Præterea, de veſtibus, & calceamẽtis fratrum. Quarto, in §. [Deinde.] de ieiunijs eorum. Quinto in §. [Porro.] de non recipienda per eos pecunia. Sexto, in §. [Proinde.] de paupertate & humilitate ipſorum. & enumerat 11. exceſſus qui ſunt contra paupertatem, & humilitatem, quibus prouidet. Septimo, in §. [Ex præmiſſis.] ſoluit dubium oriens ex his quæ de paupertate dicta ſunt. Octauo, in §. [Dicere.] remouet quendam errorem. Nono, in §. [Demum.] determinat de electione, vel inſtitutione miniſtri prouincialis. Decimo, in §. [In deſtitutione.] determinat de ipſorum miniſtrorum prouincialium deſtitutione. Vndecimo, in §. [Cæterum.] determinat, quod fratribus carentibus miniſtro generali ſuppleat vicarius ordinis vices eius. Duodecimo in §. [Porro.] apponit decretum in his quæ dicta ſunt de prouinciali miniſtro, ſi aliter fiat.

a ¶ Plantationum.] Eccleſiaſtici 24.

b ¶ Agricola.] Chriſtus.

† Al. ita: exẽplar ſequendo cęleſtis, &c.

† al. contuitu.

tationum, [a] ait ille cœleſtis agricola, [b] qui vere fons ſapientiæ verbum Dei, à patre in patre manens, genitum ab æterno, nouiſſime diebus iſtis (fabricante ſancto ſpiritu) in vtero Virginis caro factum, exiuit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum: exemplar † ſe dando cęleſtis vitæ, præbens hominibus ſemetipſum. Verum, quia plerumque mortalis vitæ ſollicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris huiuſmodi intuitu † diuertebat: verus noſter Salomon [c] in ſolio militantis eccleſiæ hortum [d] voluptatis inter cæteros quẽdam fecit à procelloſis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius, ac ſecurius vacaretur contemplandis ſeruandiſque huiuſmodi operibus exemplaris in hunc mundum introiuit ipſe, vt rigaret ipſum fœcundis aquis ſpiritualis gratiæ, & doctrinæ. Hic hortus [e] ſi quidem eſt fratrum Minorum ſancta religio, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo adornatur abunde nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pœnitentiæ myrrham metit [f] cum aromatibus, [g] quæ ſuauitate mira vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circunfundunt. Hæc eſt illa cœleſtis vitæ forma & regula, quam deſcripſit ille confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus: ac ſeruandã à ſuis filijs verbo docuit pariter & exemplo.

¶ Quia vero dictæ ſanctæ regulæ profeſſores, ac æmulatores deuoti, vt & alumni, & veri filij tanti patris affectabant, ſicut & feruenter affectant, ad purum, & ad plenum præmiſſam regulam firmiter obſeruare: Attendentes quædam, quæ dubium poterant afferre ſenſum in ipſius regulæ ſerie contineri pro ipſorum declaratione habenda recurrerũt prudenter olim ad apicem Apoſtolicæ dignitatis, † vt certificati per ipſam, cuius pedibus etiam per ipſam regulam ſunt ſubiecti, poſſent Domino (pulſis cunctis dubijs) cum plena charitate conſcientiæ deſeruire. Horum autem pijs, ac iuſtis ſupplicationibus plures prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ſucceſſiue (ſicut dignum erat) applicantes aures, & animum, declarauerunt ea quæ dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua conceſſerunt, ſicut expedire videbant fratrum cõſcientijs, ac purę obſeruantiæ ſtatus requirere. Verum quia plerumque vbi culpa non eſt, [h] eam timere ſolent conſcientiæ timoratæ, quæ in via Dei quodcumque deuium expaueſcunt, non ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conſcientię quietatæ, quin circa aliqua ad regulam ipſorumq́; ſtatum pertinentia, dubitationum in ipſis fluctus aliqui generentur, & oriantur, ſicut ad aures noſtras pluries, & de quampluribus in publicis, & priuatis conſiſtorijs eſt perlatum. Quapropter per ipſos fratres nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus prædictis dubijs, quæ occurrerunt, & quæ poſſunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia, de benignitate ſedis Apoſtolicæ curaremus.

¶ Nos igitur (cuius animus ab ætate tenera pia deuotione efferbuit ad huiuſmodi profeſſores regulæ, & ad ordinem ipſum totum; nunc autem ex communi cura paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fouendos dulcius, & attentius gratioſis fauoribus proſequendos tanto prouocamur ardentius, quanto frequentius intenta mente reuoluimus fructus vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalutari doctrina toti vniuerſali Eccleſiæ continue cernimus prouenire) tam

c ¶ Salomon.] Chriſtus, de quo Matth. 12. Ecce plus quam Salomon hic.

d ¶ Hortum voluptatis.] vitam Chriſti. ipſe enim cœpit facere & docere, Actuum 1.

e ¶ Hic hortus.] deſcendit ad ſpeciem, & applicat quæ dixit ad propoſitum.

f ¶ Metit.] aliàs meſſuit.

g ¶ Aromatibus.] Cant. 5. & per myrrham intelligit pœnitentiam: per aromata fructum exempli inde prouenientem.

h ¶ Timoratæ.] quinta diſt. ad eius.

† ca. exiit. §. pen. eod. tit. lib. 6. F.

a ¶ In

tam pia ſupplicantium intentione commoti, ad peragendum diligenter quod petitur, ſtudia noſtra duximus conuertenda: ipſaq; dubia per plures archiepiſcopos, & epiſcopos, & in Theologia magiſtros, & alios litteratos prouidos, & diſcretos examinari fecimus diligenter.

¶ Cum igitur † in primis ex eo quod in dictæ regulæ principio habetur: Regula & vita fratrum Minorum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, in obedientia [a] viuendo ſine proprio, & in caſtitate. Item infra: Finito vero anno probationis † recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & regulam obſeruare. Item circa finem regulæ: Paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus: Fuit hæſitatum, an fratres eiuſdem ordinis ad omnia, tã præcepta, quàm conſilia Euangelij, ex profeſſione ſuæ regulæ teneantur: Quibuſdam dicentibus, quòd ad omnia: alijs autem aſſerentibus, quòd ad ſola illa tria conſilia, videlicet, viuere in obedientia, in caſtitate, & ſine proprio, & ad ea quæ ſub verbis obligatorijs ponuntur in regula, obligantur. Nos circa hunc articulum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, ipſumque articulum quo ad aliquid clarius proſequentes, dictæ hæſitationi duximus reſpõdendum: quod cum votum determinatum † cuiuſlibet habeat cadere ſub certo, vouens regulã non poteſt dici teneri ex vi voti huiuſmodi ad ea conſilia Euangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem beati Franciſci conditoris regulæ hæc probatur fuiſſe intentio, ex hoc quòd quædam Euangelica conſilia in regula poſuit, alijs prætermiſſis. Si enim per illud verbum: Regula & vita fratrum Minorum hęc eſt, & cætera. intendiſſet eos ad omnia conſilia Euangelica obligare, ſuperflue, & nugatoriæ quędam eorum, ſuppreſſis cęteris, in regula expreſſiſſet. Cum autem [b] natura termini reſtrictiui hoc habeat, quòd ſic excludit ab ipſo extranea, quòd cuncta ad ipſum pertinentia concludit: † Declaramus & dicimus, quòd dicti fratres non ſolum ad illa tria vota nude, & abſolute accepta ex profeſſione ſuæ regulę obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quę ſunt pertinentia ad hęc tria prędicta, quę regula ipſa ponit. Nam ſi ad hęc tria prędicta tantum prçciſe & nude promittentes ſe ſeruare regulam viuendo in obedientia, caſtitate, & ſine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula, quę hęc tria modificant, arctarentur, pro nihilo & vane proferrentur hęc verba: Promitto ſemper hanc regulam obſeruare: ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur. Nec tamen putandum eſt, quòd beatus Franciſcus profeſſores huius regulę, quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa, intenderit ęqualiter eſſe obligatos; quin potius aperte diſcreuit, quòd quo ad quędam ipſorum ex vi verbi tranſgreſſio eſt mortalis, & quo ad quędam alia non cum ad quędam ipſorum verbum apponat pręcepti, vel ęquipollentis eidem, & quo ad aliqua verbis alijs ſit contentus.

¶ Item [c] quia præter ea, quæ expreſſe verbo præcepti, ac exhortationis, ſeu monitionis ponuntur in regula: nonnulla verbo imperatiui modi negatiue, vel affirmatiue appoſito inſeruntur, hactenus extitit dubitatum, an tenerentur ad iſta, vt ad habentia vim præcepti. Et quia vt intelleximus, non minuitur hoc dubium, ſed augetur ex eo, quòd fęlicis recordationis Nicolaus Papa tertius † prædeceſſor noſter noſcitur declaraſſe, quòd fratres ipſi ex profeſſione ſuæ regulæ ſunt adſtricti ad ea conſilia Euangelica, quæ in ipſa regula præceptorie vel inhibitorie, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur, & nihilominus ad eorum omnium obſeruantiam, quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatorijs indicuntur; ſupplicauerunt prædicti fratres, vt ad

[a] ¶ In obedientia.] ſine proprio, & in caſtitate: tria ſubſtantialia religionis. de ſtatu monacho. cum ad monaſteriũ. Not. ibi (Superflue, & nugatorie.) quòd ſuperfluitas, & nugatio reprobantur in procemio Gregor. §. ſane.

[b] ¶ Cum autem.] Nota de natura termini reſtrictiui: q̃ per excluſionem aliquorum cætera includit, & hoc idem eſt dicere quòd aliàs dicimus, quòd exceptio firmat regulam, ff. de milita. teſtam. tribunus, §. fin. 32. quæſtio. 7. dominus. not. Dynus de regulis iuris. ſuper rubr. in fine, lib. 6. Secundo not. ibi, (Pœnitentia.) ꝙ id quod diſponitur de aliquo, intelligitur etiam de illo quod ad aliud pertinet. de offic. delegat. cap. 1. & cap. præterea. Tertio not. ibi, (Pro nihilo, & vane.) quòd verba debent poni cum miniſterio. de priui. in his. & eod. tit. ſi Papa, lib. ſexto. Quarto not. quòd de æquipollentijs idem iudicium hic, vt inf. proximo §. & ff man da. l. fin. de verbo. ſignifi. in his. de conſang. tua. & facit de iudic. cap. 1. Quinto not. ibi, (Quo ad aliqua.) ꝙ id quod de vno dicitur, de alio excluditur, ff. de iudic. cum prætor. de præſum nonne.

[c] ¶ Item quia.] Not. ꝙ in his quæ animę ſalutem reſpiciunt, pars ſecurior tenenda eſt 68. diſt. presbyter. de ſponſal iuuenis. not. de ſcru. in or. fac. c. vnico. in gl. fin. Secundo not. ꝙ non omnia quę imperantur, important neceſſitatem. 28. q. 1. ſic enim. not. glo. 14. q. 1. quod præcipitur. regulariter contra, dicto cap. quòd præcipitur.

† Vide cõcilium Tri. ſeſſ. 25. tit. de Regularibus & Monialib. c. 1.

† Vide concilium Tri. ſeſſ. 25. tit. de Regularibus, & Monialibus. c. 85.

† Vide B. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 1. 2. & 3.

† Per l. obæra. C. de p̃di. min. ibi Sal. Bart. l. ſerui nomine, ff de vſuca. et ſi conſtitutio eſſet pęna. gl. Sal. l. fin. C. d̃ reuo. do. aut ũ ſolũ eſſent pertinentia. de conſuetudine. Bar. l. viros, C. de diuer. off. li. 12. vñ conceſſo tibi, ꝙ capias, mutuo vſq; ad centum, tñ potes capere ad cãbium: quia ita conſuetũ eſt: Pontanus conſi. 114. Fõt.

† In codicibus antiquioribus etiam impreſſis cõſtantes legitur ita: Nicolaus Papa quartus. Et decretalis, Exijt. d̃ qua loqtur iſte textus, quę hr̃ eod. tit. lib. 6 & tribuit Nicolao quarto in antiquioribus, & emendatiorib⁹ exẽplaribus, ſicut in hac editione obſeruatũ eſt.

a ¶ Hac

ad ipſorum conſcientias ſeruandas † declarare, quæ horum cenſeri debeant præceptis æquipollentia, ac obligatoria dignaremur. Nos itaque, qui in ſynceris horum conſcientijs delectamur, attendentes quòd in his, quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graues remorſus conſcientiæ pars ſecurior eſt tenenda: † dicimus, quòd licet fratres non ad omnium, quæ ſub verbis imperatiui modi ponuntur in regula, ſicut ad præceptorum, ſeu præceptis æquipollentiũ obſeruantiam teneantur: Expedit tamen ipſis fratribus ad obſeruandam puritatem regulæ, & rigorem, quòd ad ea ſicut ad æquipollentia præceptis ſe nouerint obligatos, quę hic inferius annotantur. Vt autem hęc quæ videri poſſunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ de qua agitur, ſeu ex utroque ſub compendio habeantur: Declaramus, quòd illud quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas, quàm vnam cum caputio, & aliam ſine caputio: Item de non portandis calceamentis, & de nõ equitando extra caſum neceſſitatis: Itẽ quòd fratres vilibus induantur: Item ꝙ ieiunare à feſto omnium ſanctorum vſque ad natale Domini, & in ſextis ferijs teneantur: Item quòd clerici faciant diuinum officium ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Item quòd Miniſtri, & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & fratribus induẽdis ſollicitam curam gerant: Item quòd ſi quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debent ei ſeruire: Item quòd fratres non prædicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: Item quòd nullus audeat penitus populo prædicare, niſi à Generali Miniſtro, vel alijs, quibus ſecundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc inſtitutus. Item quòd fratres qui cognoſcerent ſe non poſſe præmiſſam regulam ſpecialiter obſeruare, debeant & poſſint ad ſuos Miniſtros recurrere: Item quòd omnia quæ ponuntur in regula ad formam habitus tam nouitiorũ, quàm etiam profeſſorum: necnon ad receptionis modum ac profeſſionem ſpectantia, niſi recipientibus quo ad habitum nouitiorum (ſicut dicit regula) ſecundum Deum aliter videatur: Hæc, inquam, [a] omnia ſunt à fratribus tamquam obligatoria obſeruanda: Item [b] ordo communiter ſenſit, tenet, & tenuit ab antiquo, quòd vbicumque ponitur in regula hoc vocabulum, teneantur, obtinet vim præcepti: & obſeruari debet à fratribus ſicut tale.

¶ Cæterum [c] quia Chriſti confeſſor prædictus agendorum ac ſeruandorum circa recipiẽdos ad ordinem Miniſtris, & fratribus modũ præbens, dixit in regula, quòd caueant fratres, & eorum Miniſtri, ne ſint ſolliciti de rebus ſuis temporalibus, vt libere faciant de eis quicquid ipſis à Domino fuerit inſpiratum: licentiam tamen habeãt ipſi Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deum timentes ſi conſilium requiratur, quorum conſilio ſua bona pauperibus erogentur: Dubitauerunt & dubitant multi fratrum, an liceat ipſis de bonis ingredientiũ quicquam recipere ſi donetur: & ſi ad dandum perſonis, & conuentionibus poſſint eos inducere ſine culpa: ſi etiam ad diſponendum de diſtributione rerum talium debeant ipſi miniſtri, ſeu fratres dare conſilium, ad conſulendum alii quàm ex ipſis ad quos ingreſſuri mittantur, poſſint idonei inueniri. Nos autem conſiderantes attente intendiſſe ſanctum Franciſcum ſuæ regulæ profeſſores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipſorum ingredientium per dicta verba ſpecialiter, & totaliter elongare, vt quantum eſt ex parte fratrum ipſorum, receptio ad ordinem ſancta, & puriſſima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, ſed ad ipſos tantum diuino ſeruitio mancipandos: Dicimus † de cætero debere tam miniſtros quàm fratres cæteros, à dictis inductionibus ad ſibi dandum & ſuaſionibus, necnon & dandis circa diſtributionem conſiliis abſtinere, cum per hoc ad timentes Deum ſtatus alterius mitti debeant, non ad fratres: vt vere cunctis pateant eſſe tam ſalubris inſtituti paterni ſtudioſi zelatores ſeduli, & perfecti.

a ¶ Hæc inquam.] omnia repetit vt clarior ſit oratio, & poteſt dici color rhetoricus, qui dicitur repetitio.

b ¶ Item ordo.] not. ꝙ antiqua interpretatio habet vim iuris: minime enim mutanda ſunt, &c. ff. de legi. minime. de conſuetu. cum dilectus.

c ¶ Cæterum.] ſecunda tertiæ vbi de bonis ingredientium. Not. ibi, [Maxima paupertate.] ꝙ ordo Minorum fundatus eſt in maxima paupertate. de ex. præla. nimis 2. vbi de ipſis, & Prædicatoribus dicitur, quòd in altiſſima paupertate Chriſto pauperi famulantur. & dicitur maximum quod principalem gradum tenet. ff. de verb. oblig. vbi autem. in princ. nam ſuperlatiuum vni ſoli conuenit, 63. diſt. metropolitano. vbi gl. Quomodo autem paupertas conueniat religioni, dixi, de regula. ſane. q. 14. & per ibi notata patet, quòd in paupertate non eſt perfectio ſimpliciter ſed in ſequela Chriſti: paupertas autem eſt inſtrumentum perfectionis: & hoc vario modo prout variæ ſunt religiones. de hoc ibi, & per Thomam 2. 2. q. pen. art. 7. & ſ. 4. proinde. Secundo not. ibi, [Cunctis pateant.] ꝙ curandum eſt de bono teſtimonio, & opinione. de ſacra vnct. c. vnico. §. ad exhibendum.

a ¶ Cum

† al. ſerenãdas i. claſificandas. ſiue ad ſerenitatem, & tranquillitatem deducendas.

† Cap. conſiliũ, & ibi glo. de obſer. ieiu. ca. iuuenis, de ſpon. c. in lectũ. 24. q. 1. facit ſingulare Hippolyti 151. ibi allegat Fel. cap. audiris. antepen. de præſcrip. Gradus ſuperlatiuus vni ſoli conuenit.

† al. ita, Dicimus omno debere tam miniſtros, &c.

fecti. Cum vero [a] facere de rebus ſuis quod Dominus inſpirabit, ipſamet regula ingredientibus liberum velit eſſe, non videtur quin liceat eis recipere, conſideratis ſcilicet eorum neceſſitatibus, & moderaminibus declarationis iam dictæ, ſi quid de bonis ſuis intrans ſicut, & cæteris pauperibus per modum eleemoſynæ libere velit dare. Cauere tamen in acceptatione oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili, præſumi poſſit ſiniſter oculus contra ipſos. ¶ Præterea [b] cum dicatur in regula, quòd illi qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui habere voluerint: Item quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: Noſque prædicta verba declarauerimus æquipollere præceptis: Volentes hæc determininari plenius; dicimus, quantum ad numerum tunicarum quòd pluribus vti non licet, niſi in neceſſitatibus quæ haberi poſſunt ex regula, ſecundum quod hunc paſſum memoratus prædeceſſor noſter plenius declarauit. Vilitatem [c] autem veſtium tam habitus, quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ ſecundum conſuetudinem vel conditionem patriæ, debeat quantum ad colorem panni, & pretium, vilitas merito reputari: non enim quo ad regiones omnes poteſt determinatus vnus modus in talibus aſſignari. Huiuſmodi etiam vilitatis iudicium Miniſtris, & Cuſtodibus ſeu Gardianis duximus committendum, eorum ſuper hoc conſcientias onerantes: ita tamen quòd ſeruent in veſtibus vilitatem. Quorum [d] etiam miniſtrorum, cuſtodum & gardianorum iudicio eodem modo relinquimus, pro qua neceſſitate poſſint ipſi fratres calceamenta portare. ¶ Deinde [e] cum duobus temporibus annotatis in regula, ſcilicet, à feſto omnium Sanctorum vſque ad natiuitatem Domini, & maximæ Quadrageſimæ, in quibus ieiunare tenentur, inſeratur in eadem regula: Alijs autem temporibus non teneantur niſi ſexta feria ieiunare: & ex hoc voluerunt aliqui dicere, quòd dicti ordinis fratres non tenentur niſi ex concedentia ad alia ieiunia, quam ad iſta: Declaramus debere intelligi eos non teneri ad ieiunium alijs temporibus, prçterquã in ieiunijs ab Eccleſia conſtitutis: non eſt enim veriſimile, ꝙ vel inſtitutor regulæ, vel etiam confirmator abſoluere ipſos intẽderit à ſeruandis illis ieiunijs, ad quæ de commu-

Prçſumitur ex futuris circa præterita.

a ¶ Cum vero.] hic de eadem declaratione Nicolai iij. ſ.§ item quia. Nota ꝙ quantitas notabilis facit illicitũ quod aliàs licet. ſic de reſcri. ſtatutũ. §. inſuper, lib. 6. Secundo not. ꝙ ex futuris præſumitur circa præteritum: nam hic vetat accipi notabilem quantitatem etiam gratis; ne præſumatur, quòd moti fuerint ad recipiendum iſtum: quia oculum habuerunt ad eius bona tẽporalia. ſic 33 q. 2. cum per bellicam. in fi. vbi glo. de multiplici præſumptione ſcribam in gloſ. fin. Quæro, quia hic & in §. præcedenti dicitur, quòd fratres non ſint ſolliciti de bonis temporalibus eius qui recipitur ad ordinem, licet poſſit ipſe dare fratribus de ſuis bonis per modum eleemoſynæ: quid ſi ingreditur non facta diſpoſitione de bonis ſuis? Sol. Quicquid ſit de alijs Mendicantibus, de quo not. de proba. in præſentia. quo ad fratres Minores dic, ꝙ nihil habebunt fratres; dicitur enim in regula, quòd volentibus ingredi, dicatur quòd vendant omnia ſua, & ſtudeant pauperibus erogare: & ſic fuit intentio beati Franciſci, quòd non recipiantur niſi prius diſpoſito de bonis ſuis: quod ſi non fuit factum, dic ꝙ tranſeant bona ad venientes ab inteſtato: nam ſolus vnus modus ꝑmittitur fratribus habẽdi de bonis illius, ſcilicet ſi ille contulit per modum eleemoſynæ, vt hic: ergo alij prohibentur, ff. de iudic. cum prætor. de præſump. nonne. pro hoc quod dico infra §. proinde. q. 2.

Religionẽ ſi quis ingreditur nõ diſpoſito d̃ bonis, quid ſiet de illis?

b ¶ Præterea.] hic de veſtibus fratrum declarauit in d. c. exiit. §. licet autem. ibi dicitur, ꝙ de licentia Miniſtrorum, & Cuſtodum coniunctim, & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis poſſint fratres vti pluribus: ipſi aũt Miniſtri, & Cuſtodes licentiam concedant cũ eis videbitur, penſatis neceſſitatibus, & alijs circunſtantijs, quæ ſm Deũ, & regulam attendendæ videntur. pro hoc j. §. prox. vbi vilitas attenditur ſecundum conſuetudinem patriç, & arbitrium Miniſtrorum & Cuſtodum.

c ¶ Vilitatem.] de eodem nota, ꝙ vilitas rei conſideratur ex pluribus. in eo autem dicit, vilitatem attendi ſecundum conſuetudinem patriæ. pro hoc 93. diſtinct. legimus. vltra medium. ibi, Priuilegium, &c.] Secundo, not. quòd in iudicando vilitatem attenditur reputatio. de hoc ſupra in proxi. notabili. ſic etiam in æſtimando pretium rei attenditur reputatio non ſingulorum, ſed communis, ff. ad leg. Falcid. pretia. in principio. Tertio not. quòd quandoque ſpecialiter oneratur conſciẽtia commiſſarij, vt hic. Et an hoc caſu poſſit committere vices ſuas, dixi ſ. de cõceſ. præb. cler. vnica. in princ. q. 6. Quarto no. ꝙ hoc de vilitate veſtium non indiſtincte committitur Miniſtris, & Cuſtodibus: quia nõ poſſunt concedere, ꝙ vtantur non vilibus, ſed habent declarare, quæ cenſeantur viles: tñ ſi declarent cẽſeri viles eas, quæ eſſent manifeſte pretioſç, talis declaratio non excuſaret fratres talibus vtẽtes. ſic nec præceptũ iniuſtum excuſat. de temp. ord. ad aures. immo nec compulſio ſuperioris. de exceſ. prçla. tãta. 32. q 5. itane. & quod hic de vilitate relinquit arbitrio Minorum, & Cuſtodũ, extenditur per exuag. Io. xxij. quorũdam. ad longitudinẽ, latitudinem, groſſitiem, & ſubtilitatem, & quo ad formam, & figuram, & ſimilia accidentia, quæ omnia relinquũtur arbitrio prædictorum.

Vilitas habitus cordĩ gerorũ committitur arbitrio Miniſtrorum.

d ¶ Quorum.] hic de calceamentis.

e ¶ Deinde.] hic de ieiunijs eorum. Nota ibi, [Sexta feria.] ꝙ licet exceptio vnius aliorum ſit incluſio: quia exceptio firmat regulã, vt dixi ſ.§ cum autẽ. in primo notabili, tñ ſi per alia iura de illo erat diſpoſitum, non tollitur illa diſpoſitio: licet enim hic dicat, & alijs temporibus, quàm à feſto omnium ſanctorum vſque ad natiuitatem, vel in

Exceptio firmat regulam.

Facit c. litteras, & ibi Pan. de reſt. ſpolia. vide Dec. in l. 1. ff. de reg. iu. & ſcribentes reputãt iſtũ tex. hic ſingularẽ. Font.

Qua-

ni ſtatuto Eccleſiæ obligantur cæteri Chriſtiani. ¶ Porro [a] cum dictus ſanctus volés fratres ſuos ſuper omnia à denarijs, ſeu pecunia eſſe totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam: iſtumque articulum declarans idem prędeceſſor noſter, caſus, & modos poſuerit, [b] quibus ſeruatis à fratribus non poſſint dici, nec debent per ſe, vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel ſui ordinis puritatem: Dicimus, fratres teneri cauere ſummopere, quod pro alijs cauſis, & ſub modis alijs, quam ponat dicti prædeceſſoris noſtri declaratio ad dátes pecunias, ſiue deputatos nuncios non recurrant: ne (ſi ſecus ab ipſis attentatum fuerit) tranſgreſſores præcepti, & regulæ merito poſſint dici. nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſſe non conceditur, intelligitur denegatum. Quocirca quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationũ pecuniarum receptio in eccleſia, vel alibi, cippi, [c] vel trunci ordinati ad offerétium, ſeu donantium pecunias reponédas: necnon & quicunque recurſus alius ad pecunias, ſeu habétes ipſas, qui per declarationem prædictam non conceditur: hæc inquam omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta. Cũ [d] etiã recurſus ad amicos ſpeciales expreſſe tantum in duobus caſibus ſecundum regulam cócedatur: videlicet, pro neceſſitatibus infirmorum, & fatribus induendis: idque pie, & rationabiliter conſiderata neceſſitate vitæ ad alias neceſsitates fratrum pro tempore occurrentes, [e] ceſſantibus eleemoſynis, ſeu etiam ingruentes ſępedictus prædeceſſor noſter duxerit [f] extendendũ: Attendant fratres præfati, quod pro nullis cauſis alijs quam prædictis, vel ſimilibus, [g] in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiuſmodi, ſiue ſint dantes pecunias, ſeu deputati per ipſos, ſiue nuncij, vel depoſitarij, ſeu alio quouis nomine appellentur: etiam ſi conceſsi per eandẽ declarationem modi [h] circa pecuniã integre ſeruarẽtur. Denique cum idem confeſſor ſumme affectauerit ſuę regulę profeſſores totaliter [i] eſſe abſtractos ab affectu, & deſiderio ter-

Quadrageſima fratres non tenentur ieiunare, niſi feria ſexta, non per hoc includitur, ꝙ poſſint non ieiunare in ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis: eſt ergo tantum ſenſus, ꝙ ad ieiunia alia extra ſextam feriam non tenentur ex pręcepto regulæ, & ſic non plus quam alij: ſed ad ieiunium ſextæ feriæ tenentur plus quã alij. de obſer. ieiu. c. fi. Secundo, no. argu. à veriſimili. ff. qđ met. cau. non eſt veriſimile. de prob. cũ de æta. de teſti. ob car men. §. fi. de reg. iur. l. in obſcuris. de præſump. qa veriſimile. Tertio, no. ꝙ inductũ ad augendum nõ debet operari diminutioné: & idem è conuerſo. ff. de adimen. lega. legata inutiliter. de condi. & demon. cũ tale. §. fin. qa idem non operatur contrarios effectus, de iureiurando intellecto. regula, quod ob gratiam, lib. 6. Quarto, no. ꝙ ad ieiunia indicta ab Eccleſia, omnes Chriſtiani obligantur. de obſerua. ieiun. conſilium. §. cum autem. quod declaro ibi. quæſtio. 1. & 2. & dixi ſ. de hære. ad noſtrum. §. 2. q. 1.

a ¶ Porro.] hic de non recipienda per eos pecunia.

b ¶ Poſuerit.] dicto cap. exiji. §. cæterum. vbi determinat, ꝙ nõ licet eis mutuũ contrahere, ſed ſi quis vult ſuccurrere, poſſunt ſe offerre, ꝙ volunt fideliter laborare, vt ei ſatisfiat. & hoc male ſeruatur: qa ſæpe contrahunt mutuum, declaratur ibi, & quædam alia, ſed præcipuum eſt, ꝙ fratres nõ recipiant ipſi pecuniam: ſed tamen quod dare poſſunt aliquem eis notum, cui per eum qui vult eis facere eleemoſynam cõmittatur executio: dominium tamen, ac proprietas, ac poſſeſſio pecuniæ remanet penes dantem, cum libera poteſtate reuocandi vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatam. & dic plenius in dicto cap. & duobus ſequentibus.

c ¶ Cippi, vel trunci.] vel, pro, ideſt: & eſt cippus lignum inornatum, & magnum, & perforatur vt cedat loco capſæ. hæc tamen male ſeruant fratres. nota differentiam inter denarios, & pecuniam: quia denarius eſt qui pro decem nummis olim computabatur: pecunia vero proprie eſt ſubſtantia de pecoribus proueniens: tamen hoc hodie communiter hic accipitur pro eodem, & ideo expone litteram ibi, denarios, vel pecuniam, vel, pro, ideſt: & hic nomine denariorum continetur omnis moneta magna, vel parua, aurea, vel argentea, vel alterius generis. & hoc quia fauorabile eſt ſic intelligi, & quia indiſtincte loquitur, licet nummis legatis veniant exiguiores tantum. ff. de legat. 3. nummis. Secundo, nota, quod id, quod per me non licet, nec per interpoſitam perſonam. regula, qui per alium. lib. 6 Tertio, nota, quod in ijs, quę generaliter prohibentur, omnia intelligũtur prohibita, quę nõ inueniuntur conceſſa. de hoc de transla. c. 2. ver. ſed neque. in glo. argumentum, vt ibi dixi.

Pecunia, & denarius differunt.

d ¶ Cum etiam.] de eodem cũ pręcedẽti.

e ¶ Occurrẽtes.] pro quibus ſubuentum fuit ab aliquo, cui habent fratres procurare, vt reddatur pecunia, & ſic dicuntur neceſſitates non ingruẽtes, ideſt, imminentes de præſenti, ſed iam præteritæ: tamen quo ad hoc, qđ hic dicitur, idem in vtriſque, vt probat quod ſequitur.

f ¶ Duxerit.] eo. cap. exiji. §. porro. in fine.

g ¶ Vel ſimilibus.] neceſſarijs, nõ voluntarijs. declaratur autem in dicto §. porro, quod in ijs, quę ſunt neceſſaria ad victum, veſtitum, diuinũ cultum, & ſpirituale ſtudium, conceſſus eſt fratribus vſus neceſſariarum rerum. & hæ cauſæ videntur generaliter oẽs neceſſitates comprehẽdere: tñ quia quædã etiam ſunt eis neceſſaria, q̃ nõ pręciſe cócernunt cauſas præmiſſas immediate: ideo hic adiecit, ꝙ etiã hoc eis liceat ꝓ cauſis ſimilibus, vt ſi dum tranſeant de loco ad locũ ex cauſa ordinis, non permittuntur in certo loco tranſire, niſi ſoluant pedagium: licet enim nõ debeant ad hoc cogi, tamen ex quo de facto coguntur, licitum eſt eis acquirere per eleemoſynam, vt ſoluant, ne impediãtur pro hoc quod in via ſequitur, &c.

h ¶ Modi.] vt ꝙ ipſi nõ recipiant, nec adminiſtrent. pro hoc qđ dixi ſ. §. porro. ſuper littera. & j. §. proximo.

i ¶ Totaliter.] nam hic ordo fundatus eſt in maxima paupertate, ſ. §. cæterum.

renorum, & ſpecialiter à pecunia, & eius vſu totaliter inexpertos, ſicut probat prohibitio de recipiẽda pecunia in regula ſæpius repetita: [a] curare fratres vigilãter neceſſe eſt, quod cũ ex cauſis prædictis, & modis ad habẽtes pecunias deputatas pro ipſorũ neceſſitatibus recurrere oportebit ad tenẽtes ipſas, quicunq; hi fuerint principales, vel nũtij in omnibus ſic ſe gerant, quod ſe cunctis oſtẽdant in dictis pecunijs, (ſicut nec habent. [b]) penitus nil habere. Quapropter [c] prę cipere quod & qualiter pecunia expendatur, cõputumque exigere de expenſa, eã quomodocunq; repetere, ſiue deponere, aut deponi facere capſulã pecuniæ, vel eius clauẽ deferre, hos actus, & conſimiles ſibi fratres illicitos eſſe ſciant: Prædicta enim facere ad ſolos dominos pertinet, qui dederunt, & eos quos ipſi deputauerũt ad hoc ipſũ.

¶ Proinde [d] cum vir ſanctus paupertatis præmiſſæ in regula modũ exprimẽs dixerit in eadem: Fratres nihil ſibi approprięt, nec domum, nec locum, nec aliquã rem: ſed tamquam peregrini, & aduenæ in hoc ſæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter: Sicque declaratum extitit per nonnullos prędeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali, quam etiam in communi, propter quod & rerum omnium conceſſarum, oblatarum, & donatarum fratribus (quas & quarum vſum facti, ſcilicet ordini, vel † ipſius fratribus licet habere) proprietatem, & dominium in ſe, & Romana Eccleſia receperunt, dimiſſo ipſis fratribus in eis tantummodo vſu facti ſim-

† al. ita; vel ipſis

a ¶ [Repetita.] ſup. 2. §. proximis.

b ¶ Nec habent.] vnde contra tales non habent actionem, nec perſecutionem in iudicio, nec extra. dicto cap. exiij. §. cæterum. & j. proxi. §.

Poſſeſſio in pecunia non eſt à dominio ſeparata.

c ¶ Quapropter.] No. ſingulariter, q̃ in pecunia non eſt dare poſſeſſionem ſeparatam à dominio, quod probat litera in eo, quod dicit, ad ſolos dominos, vel eorum commiſſarios ſpectare hæc, quę hic enumerantur, & eſt ratio, quia pecunia facile fit noſtra: vnde etiã aliena mihi mutuata p̃ non dominũ p̃ cõmiſſionem cum mea fit mea, ſi bona fide accepi. ff. de ſolu. ſi alieni. quod eſt ſingulare. & eſt hoc propter ſingularia præcepta pecuniæ numeratæ. ff. ſi cert. peta. l. ſingularia.

d ¶ Proinde.] hic de paupertate, & humilitate ipſorũ. Et numeratis nouem exceſſib⁹ prouidet; de primo: deinde prouidet de alijs in §. ſeq. Nota, q̃ fratres Minores non habẽt propriũ, nec in ſpeciali, nec in communi. & hoc non videtur ſpeciale in eis, ſed locũ habet etiam in alijs mendicantibus, vt in Prædicatoribus, & ſimilibus, q̃ ex regula nõ licet habere reddit⁹, aut poſſeſſiones, ſed p̃ quęſtũ publicũ victũ tribuere ſolet incerta mendicitas. de relig. dom. cap. vnico. li. 6. tamen nõ in omnibus æquiparantur. Nam prædicatores habent aliqua in communi quo ad proprietatem, vt in extrauagan. Ioan. xxij. quia quorundam. §. prętere a hic autem dicitur generaliter, quod fratres Minores nihil ſibi approprient: & quod hæc expropriatio intelligitur tam in ſpeciali, quam in communi. differunt & in alijs, quod dic plenius, vt infra, quæſtione prima, in ſolutione tertiæ rationis. Secundo not. in verſiculo, cum enim. quod ex exterioribus actibus repræſentatur mentis diſpoſitio. de præſump. ex ſtudijs. quod tamen proprie non colligitur hic, ſed potius colligitur, quod is, qui vult eſſe rectus in mente, hoc indicet ex operibus: nam ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Matth. 8. de regul. iur. cap. 2. Tertio no. quod fratres Minores non ſunt capaces ſucceſſionum, ſeu legatorum ſic: niſi hat in fraudem. de hoc j. q. 2. Quarto in eo, q̃ dixi in primo no. q̃ fratres Minores non habent proprium, nec in ſpeciali, nec in communi: An hoc procedat quo ad omnia? Antequam veniam ad argumenta, ſciendum eſt, q̃ hæc quæſtio ſcrupuloſa eſt, & peperit in Eccleſia Dei pernicioſos effectus, præcipue tempore Ioannis Papæ xxij. quia nonnulli magiſtri ſacræ paginæ verbis, & ſcriptis, niſi ſunt oſtendere, quod fratres prædicti etiam in rebus vſu conſumptibilibus habent tantum ſimplicem vſum facti: & quod hæc eſt altiſſima paupertas, in qua ſunt fundati, & quod hæc etiam fuit vita Chriſti, & Apoſtolorum, dicentes, quod perfectioni vitæ Chriſti, & aliorum perfectorum non eſt cõſonum aliquid habere proprium, ſed ſolum facti vſum: & inter illos fuit Marſilius de Menandrino Paduanus, de quo memoraui, de elect. venerabilẽ. verſ. verũ. qui multis rationibus, & auctoritatibus prædicta confirmat in libris quos allegaui in d. ver. verũ. Ipſe autem Ioan. xxij. in extrauag. cũ inter nõnullos. declarauit, q̃ aſſerere pertinaciter, q̃ redemptor noſter, & eius Apoſtoli nõ habuerũt ius vtendi in ijs, quæ ſacra ſcriptura eos habuiſſe commemorat, & illa vendendi, ſeu donandi, aut ex ipſis alia acquirendi, eſt hæreticum. & idẽ Ioan. xxij. in extrauagan. quia quorundã. late proſequitur hæc, reſpondendo rationibus, quas tenentes ↄ̃trarium adducebant: & in eadem extrauag. dicitur, q̃ in ijs, quæ ſunt vſu conſumptibilia, fratres Minores habent ius vtendi. & idem dicitur in extrauag. eiuſdẽ Ioã. ad conditorem. quia non eſt poſſibile, q̃ ſit vſus facti licitus ſine iure vtendi: & quia illi magiſtri, q̃ tenuerunt contrariũ, vſi ſunt rationibus apparẽtibus, habuerunt ſequaces multos: vnde ſecutum eſt, q̃ adhuc hodie eſt magna multitudo, quæ dicitur Fraticellorum, qui ex hoc errore lapſi ſunt in alios, dicentes, quod à tempore illius Ioan. xxij. quem damnant propter prædictas extrauagantes tamquam hæreticum, non fuit aliquis verus Pontifex: & alia multa nefaria dogmatizant: & in his ſi comprehenduntur per epiſcopos, perſiſtunt, etiam permittentes ſe comburi, vt vidi Florentiæ. vnde ſæpe cogitaui, q̃ vtile eſſet, q̃ Eccleſia Romana permitteret libere de hoc diſputari, an Chriſtus habuerit, vel non habuerit, vel habere potuerit propriũ, vel non potuerit: & ſimiliter de vita fratrũ Minorum, an poſſint aliquid habere propriũ, cum in hoc non verſentur articuli fidei: ex tali enim libertate occurreretur eorũ erroribus, qui forte de facili corrigerentur in alijs. nec per hoc etiã ſi diceretur, q̃ Chriſtus non habuerit propriũ, aliquid inferri poſſit ↄ̃ proprietatem Eccleſiæ Romanæ. cũ multa ſint, & in alijs immutata, prout viſum fuit ſanctis patribus ſecundum exigentiam temporum. Sed interea ſtantibus illis extrauagãtibus, & hac conſtitutione, & cõſtitutione cap. Exiji. videamus aliqua de quæſtione: Et videtur, q̃ Fratres habeant quo ad omnia ſolum ſimplicem vſum facti. per c. exiji. §. porro. vbi dicitur, q̃ in rebus temporalibus eſt conſiderare proprietatem, poſſeſſionem, vſumfructum,

Fratres Minores an aliquid proprij poſſint habere.

Fraticellorũ error.

ius

plicis. Ad noſtrum fuerunt deducta examé, quę in ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto voto, & puritati ordinis repugnare: videlicet, vt ea proſequamur ex ipſis, q̃ remedio credimus indigere, quòd ſe inſtitui hęredes non ſolum ſuſtinent, ſed procurant: Item quòd reditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quòd conuentus habentes totaliter inde viuunt. Item quòd cum ipſorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curijs agitantur, aſſiſtūt aduocatis, & procuratoribus, & ad inueſtigandum eoſdem ſe ibidé perſonaliter repræſentant: Item quod executiones vltimarum ſuſcipiunt † voluntatum, & gerunt, ſeque intromittunt, quãdoq; de vſurarū vel male ablatorum diſpoſitionibus, ſeu reſtitutionibus faciendis: Item ꝙ alicubi non ſolum exceſſiuos hortos, ſed etiã vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quàm de vino multum colligitur ad vendendum: Item quod tēporibus meſſium, vel vindemiarum ſic copioſe granum, & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur à fratribus, & in cellarijs, & granarijs recondūtur, quòd per anni reſiduum, & abſque eorum mēdicatione poſſunt trãſigere vitam ſuã: Item quod eccleſias, vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate, & curioſitate figuræ, & formæ, ac ſūptuoſitate notabiliter exceſſiua, ſic quod non videntur habitacula pauperum, ſed magnatum: Paramenta etiam eccleſiaſtica in pleriſq; locis tam multa habent, & tam notabiliter pretioſa, quod excedunt in his magnas eccleſias cathedrales: Equos inſuper, & arma eis oblata in funeralibus recipiunt indiſtinctè: Tamen cōitas fratrum, & ſpecialiter rectores ipſius ordinis aſſerebant, ꝙ prædicta, ſeu plura ex ipſis in ordine non fiebant, ꝙ & ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigide puniuntur; necnon contra talia ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multum ſtricta. Cupientes igitur nos ipſorum fratrum prouidere cōſcientijs, & cuncta dubia, (quãtum poſſibile nobis eſt) de ipſorum pectoribus remouere, ad prędicta, modo qui ſequitur, reſpondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem, & habitum repræſentet; neceſſe habent fratres, qui de expropriatione tanta à temporalibus abſtraxe-

Subaudi formaliter facienda, & etiam confirmanda, canonice aliter caſſanda. fallit in quinque caſibus, & qualiter cauſæ beneficiales, quæ ad curiam Romanam deuoluuntur, per appellationes proſequi debeant.

Cap. 1. {De renunciatione.}

Subaudi vt facta canonice admittatur, & teneat: niſi cum procuratoris ad renunciandum reuocatio intimatur ſuperiori, &c.

Cap. 1. {De ſupplenda neglig. prælat.}

Subaudi auctoritate Apoſtolica per ſuperiores & ordinarios circa collationes prioratuum regularium, vt non applicentur menſæ.

Cap. 3. {De ætate & qualit. ordinand.}

Subaudi neceſſario requiſita, & ad conſequenda beneficia iuxta canones. & de promotione canonicorum ad ſacros ordines obſeruanda, iuxta eccleſiæ conſuetudinem generalem.

Cap. 1. {De officio vicar.}

Subaudi perpetui, vt etiam aſſimiletur alijs ſacerdotibus curatis in iure.

Cap. 1. {De officio deleg.}

Subaudi & executoris apoſtolici cum poteſtate ſubdelegandi certum articulum.

Cap. 2. {De officio ordin.}

Subaudi & eius poteſtate, & iuriſdictione plena ſibi competente, & collatione beneficiorum etiam per legatos facta.

Cap. 4. {De procurat.}

Subaudi vt eorum mandata generalia, vel ſpecialia ad iudicia, vel negotia exequi debeant, etiam probari per litteras: fallit in quatuor caſibus, de quibus hic.

Cap. 1. {De in integr. reſtitut.}

Subaudi concedenda eccleſiæ læſionem probandi intra quadriennium continuum, &c.

Lib. ij. {De iudicijs.}

Cap. 1. Subaudi ordinarijs & quandoque ſummarijs, & citatione, & alijs eorum partibus: & in toto iudiciali proceſſu canonice procedendo: & de citatione per edictũ.

Cap. 1. {De foro compet.}

Subaudi, vt ſcilicet forum rei actor quilibet ſequatur. fallit in caſu de quo ibi.

Cap. 1. {De cauſa poſſeſſio. & propriet.}

Subaudi ſcilicet ſimul eodem iudicio tractanda: niſi ſuſpendatur poſſeſſorium, etiam in ſecunda inſtantia

Cap. 1. alterius partis.

{De dolo & contum.}

Subaudi ſcilicet canonice puniẽda: vt ſcilicet abſque alia citatione procedi poſſit ad definitiuam contra friuole appellantem.

{Vt lite pendente nil innou.} Cap. 2.

Subaudi ſcilicet neque per iudicem, neque per actorem, neque per alium quemcumque etiam poſt citationem intimatam partem plene informantem.

{De ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.} Cap. 1.

Subaudi quandoque permiſſa, ſcilicet poſt primam ſententiam latam in Romana curia in poſſeſſorio, vel petitorio.

{De probationib.} Cap. 1.

Subaudi quibuſcunque regulariter admittendis, ſcilicet ex verbis Papæ renunciatiuis de facto proprio, vel alieno, in quo fundat intentionem.

{De teſtibus.} Cap. 2.

Subaudi & atteſtationibus regulariter admittendis, etiam Chriſtianis contra Iudæos, & Sarracenos etiam in criminalibus: non tamen poſt publicationem, & in cauſa appellationis ſuper eiſdem vel directo contrarijs articulis.

{De iureiurando.} Cap. 1.

Subaudi regulariter præſtando, & obligatorio, & obſeruando: & per Imperatores, & reges Romanæ fidelitatis in forma, de qua hic.

{De exceptionibus.} Cap. 1.

Subaudi, excommunicationis & alijs regulariter admittendis tam dilatorijs, quàm peremptorijs.

{De ſententia & re iudic.} Cap. 2.

Subaudi ferenda canonice, & exequenda, & confirmanda.

{De appellationibus.} Cap. 7.

Subaudi iudicialiter & extraiudicialiter regulariter admittendis, & temporibus earum.

{De vita & honeſtate clericorum.} Lib. iij.

Subaudi moraliter obſeruanda iuxta canones. Cap. 2.

{De præbendis.} Cap. 6.

Subaudi canonice impetrandis per quarum impetrationem etiam motu proprio vacant priora beneficia incompatibilia, nec in ea veniunt dignitates curatę, eleemoſynariæ, nec hoſpitalia.

{Ce conceſſione præben. & eccleſiæ non vacantis.} Cap. 1.

Subaudi & mandato de prouidendo, cum afficiente decreto, ne ad id compellantur, aliàs puniantur ordinarij ante conditionis incertæ euentum ſine temporis adiectione currenti, ex quo publice in loco eſt nota vacatio.

{De rebus eccleſię non alienandis.} Cap. 1.

Subaudi niſi ex neceſſitate ſeruatis ſeruandis: & vnione earum menſæ epiſcopi non facienda.

{De rerum permutatione.} Cap. 1.

Subaudi & beneficiorum aliàs quàm permutantibus non conferendorum.

{De teſtamentis & vltimis voluntatibus.} Cap. 1.

Subaudi & eorum executione: ad cuius rationem reddendam religioſi etiam exempti ſunt compellendi.

{De ſepulturis.} Cap. 2.

Subaudi eccleſiaſticis regulariter prohibitis tempore interdicti eccleſiaſtici, aliàs exempti contrafacientes eo ipſo ſunt excommunicati.

[De

Cap. 1. [De decimis.]

Subaudi nō vſurpandis, & approbandis per religioſos: & de decimis beneficiorum ſecundum taxam, & monetam, locis exigendis abſque occupatione ornamentorum eccleſiaſticorum.

Cap. 2. [De regularibus.]

Subaudi mendicantibus, ſcilicet etiam licite ad non mendicantes tranſlatis, non aſſumendis regulariter ad locum, nec vocem capitulo, nec ad prioratus, & tacite per annum profeſſis cum habitu profeſſorum.

Cap. 1. [De ſtatu monachorum.]

Subaudi nigrorum & alborum moderando in veſtibus, cibo, potu, & ſacramentis: vagatione, & armis, & monaſterijs monialium viſitandis annis ſingulis.

Cap. 2. [De religioſis domibus, vt epiſcopo ſint ſubiectæ.]

Subaudi Beguinis abolitis, &c. & pijs locis, vt eorum cura non poſtponatur.

Cap. 2. [De iurepatronatus.]

Subaudi vt patroni per diœceſanum compellantur ad aſſignandum congruam portionem præſentatis, &c. & vt eorum plures hæredes vocem vnius tantum habeant.

Cap. 3. [De cenſibus.]

Subaudi, & procurationibus per religioſos regulariter ſoluendis, viſitantibus in temporibus à iure ſtatutis. Et pedagijs, & guidagijs non exigendis ab eccleſiaſticis vel eccleſijs.

Cap. 2. [De celebratione miſſarum.]

Subaudi, & diuinis officijs debite celebrandis in cathedralibus, & collgiatis, &c. in quibus cōmenſales Cardinalium. & epiſcoporum poſſunt ſe illis coaptare.

Cap. 1. [De baptiſmo.]

Subaudi in eccleſijs, & fontibus deputatis faciendo: ſalua neceſſitate, & poteſtate deferendi principibus: aliàs præſumentes caſtigentur.

Cap. 1. [De reliquijs, & veneratione ſanctorum.]

Subaudi in quibus Dominus laudari: iubetur, & de feſto ſacri corporis Chriſti cum indulgentia.

Cap. 1. [De immunitate eccleſiarum.]

Subaudi regulariter ſeruanda iuxta concilium generale, & Lateranē. reuocato capitulo, clericis. e. tit. in 6.

Lib. iiij. [De conſanguinitate, & affinitate.]

Cap. 1. Subaudi regulariter non contrahenda in gradibus prohibitis, neque aliàs per clericos vel religioſos: aliàs eoipſo ſunt excommunicati ſæpius nuntiandi.

Lib. v. [De magiſtris.]

Cap. 1. Subaudi deputandis ad linguam Hebraicam, Arabicam, & Chaldæam docendam. Et de moderatione expenſarum circa doctoratum.

Cap. 1. [De Iudæis, & Sarracenis.]

Subaudi quibus Machometi nominis prohibetur inuocatio. & ad veneranda corpora ſuorum deuotorum peregrinatio.

Cap. 3. [De hæreticis.]

Subaudi per diœceſanum, & inquiſitorē ſimul condemnandis, &c. & de octo erroribus Beguinarum vel Beguinorum.

Cap. 1. [De homicidio voluntario, & caſuali.]

Subaudi commiſſo per furioſum, infantem, vel arctatum vt non inducat irregularitatem.

Cap. 1. [De vſuris.]

Subaudi ſuper quibus ſtatuentes, aut ſtatuta non reuocantes, aut iudicantes quod ſoluantur, aut ſolutæ nō repetantur, ſunt excommunicati: & ꝙ eorum libri edantur, & pro hæreticis habeantur negantes eas exigere non eſſe peccatum.

Cap. 1. [De exceſſibus prælatorum.]

Subaudi non committendis, & puniendis ſcilicet ſi ſuis iuribus non contenti alijs iniuriantur.

Cap. 2. [De priuilegiis.]

Subaudi miniſtrandi ſacramenta prohibitis religioſis: aliàs ipſo facto ſint excommunicati Et quòd liceat archiepiſcopis crucem ante ſe deferre etiam per loca exempta.

Cap. 3. [De pœnis]

Subaudi offendentium epiſcopos, & filiorum, & capientium eccleſiaſticos, vt propterea renuntient beneficijs: & excommunicantur etiam religioſi prohibentes decimas ſolui.

Cap. 2. [De pœnitentijs.]

Subaudi non iniungendis per queſtores: aliàs puniūtur per ordinarium.

Cap. 4. [De ſententia excommunicationis]

Subaudi ipſo facto incurrenda à religioſis, & dominis temporalibus, & eorum ſubditis violantibus interdictum: & vt ſorores ſcilicet tertij ordinis tunc ad diuina non admittantur.

Cap. 2. [De verborum ſignificatione.]

Subaudi videlicet illius clauſulæ, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura, &c. Et regulæ Mēdicātiū.

FINIS.

Digitized by Google

EXTRAVAGANTES
TVM VIGINTI
D. IOANNIS PAPAE XXII.
TVM COMMVNES
SVAE INTEGRITATI.

VNA CVM GLOSSIS RESTITVTÆ.

VENETIIS, Apud Iuntas.

M D X C V.

IOANNES Papa XXII. natione Gallus, patria Caturcenſis ex prouincia Aquitania, anno MCCCXVI. Rom. Pontif. creatus eſt. Is præter conſtitutiones Clementis V. prædeceſſoris, multas quoq; ſuas publicauit.

Ad quas Zenzelinus de Caſſanis, quem alij Genzelinum vocant, vberes compoſuit commentarios.

TABVLA EXTRAVAGANTIVM TVM viginti Ioannis xxij. tum etiam titulorum, & capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem diſtincta.

Tabula Extrauagantium viginti Ioannis xxij. ſecundum ordinem alphabeti.

A

AD apoſtolatus. titu. iiij. de conceſ. præben. & eccle. non vacantis. pag. 37
Ad noſtri apoſtolatus. tit. xj. de priuilegijs. 59
Ad conditorem. titu. xiiij. de verbo. ſignificatione. 87
Ad onus tit. j. de elect. & elect. poteſtate. 3
Antiquæ. tit. vj. de voto, & vo. redemptione. 46

C

COpioſus in miſericordia. titu. viij. de Iudæi, & Sarracenis. 52
Cum ad Sacroſanctæ. tit. xiij. de ſenten. excômu. ſuſpen. & interdicti. 67
Cum inter nonnullos. titu. xiiij. de verbo. ſignifi. 101

D

DIerum creſcente malitia. tit. xij. de pœnis. 61

E

ECcleſiæ Romanæ. tit. ij. de maior. & obed. 13
Execrabilis. tit. iij. de præb. & dignitatib. 16

P

PRodiens quaſi. tit. x. de crimine falſi. 57

Q

QVia in futurorum. tit. ix. de torneamentis. 54
Quia nonnunquam. titu. xiiij. de verborum ſignificatione. 84
Quia quorundam. titu. xiiij. de verborum ſignificatione. 73

S

SAncta Romana. tit. vij. de religioſis domib. 48
Sedes Apoſtolica. tit. iiij. de conceſ. præben. & eccleſiæ non vacantis. 34
Si fratrum. tit. v. ne ſede vacan. aliq. innouetur. 38
Suſcepti regiminis. tit. j. de elect. & elect. poteſtate. 5

Tabula titulorum quinque librorum Extrauagantium communium ſecundum ordinem alphabeti.

A

AVctoritate, & vſupallij. lib. j. 132

C

CElebratione miſſarum. lib. iij. 225
Cenſibus, exactionibus, & procurationibus. lib. iij. 217
Conſuetudine. lib. j. 127
Crimine falſi. lib. v. 238

D

DEcimis. lib. iij. 210
Dilationibus. lib. ij. 159
Dolo, & contumacia. lib. ij. 160

E

ELectione. lib. j. 128
Emptione, & venditione. lib. iij. 197

F

FVrtis. lib. v.

H

HÆreticis. lib. v. 230

I

IMmunitate eccleſiarum. lib. 3. 228
Iudicijs. lib. ij. 156
Iudæis. lib. v. 231

M

MAioritate, & obedientia. lib. j. 141

N

NE ſede vacante aliquid innouetur. lib. iij. 189

O

OFficio cuſtodis. lib. j. 133
Officio delegati lib. j. 133
Officio iudicis ordinarij. lib. j. 139

P

POenitentijs, & remiſſionibus. lib. v. 246
Pœnis. lib. v. 245
Poſtulatione prælatorum. lib. j. 127
Præbendis, & dignitatibus. lib. iij. 165
Priuilegijs. lib. v. 238

R

REbus eccleſiæ non alienandis. lib. iij. 196
Regularibus, & tranſeuntib. ad religio. lib. iij. 214
Religioſis domibus. lib. iij. 216
Reliquijs, & veneratione ſanctorum. lib. iij. 226

S

SChiſmaticis. lib. v. 235
Sententia excommunicationis. lib. v. 258
Sepulturis. lib. iij. 200
Simonia. lib. 5. 229

T

TReuga, & pace. lib. j. 151

V

VIta, & honeſtate clericorum. lib. iij. 164

Tabula omnium capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem.

A

AD certitudinem. de ſenten. excom. 262
Ad cuiuslibet. de præb. & dignit. 183
Ad noſtrum. de regul. & tranſeuntib. ad religionem. 215
Ad regimen. de præb. & dignitatib. 186
Ad Romani. de præb. & dignit. 187
Ad vniuerſalis. de treu. & pa. 151
Ambitioſæ. de reb. eccl. non alie. 196
Antiquorum. de pœn. & remiſſ. 247

C

CVm deteſtabile. de ſimonia. 230
Cum Matthæus. de hæreticis. 234
Cum nonnullæ. j de præb. & dignit. 185
Cum nonnullæ. ij. de præb. & dignit. 186
Cum præexcelſa. de rel. & ven. ſanc. 226

D

DEbent ſuperioribus. de offi. iud ord. 139
Declarationes. de decimis. 211
Deteſtandæ. de ſepulturis. 200
Dignum arbitrantes. de Iudæis. 232
Diſpendijs. de poſtul. præl. 127
Diſcipulorum. de celebr. miſſ. 225
Diuina de priuil. 243
Diuinis de pœnis. 245

Docta

Tabula capitulorum Extrauagantium communium.

Docta Sanctorum.de vita,& hone.cler. 164
Dudum bonæ.de ſchiſmaticis. 255

E

ET ſi Dominici.1.de pœn.& remiſ. 254
Et ſi Dominici.2.de pœn.& remiſ. 256
Et ſi deceat.de maior.& obed. 150
Et ſi in temporalium.de præb.& dignit. 166
Excommunicamus.de ſent.excom. 258
Ex debito.de elect. 231
Execrabilis.de præb.& dignit. 167
Ex eo.de hæreticis. 232
Exhibita.de priuileg. 224
Ex ſupernæ.de præb.& dignit. 165

F

FRequentes.de iudicijs. 256

G

GRaue nimis.de reliq.& ven.ſanct. 227

I

IN delictorum.de dilatio. 259
Infidelis.de furtis. 237
Iniunctæ.de elect. 128
Inter cunctas.de priuil. 238

M

MAlitijs.de auctor.& vſu pallij. 132
Meruit.de priuil. 243
Multa mentis.de Iudæis. 231

N

NVper.1.de præb.& dignit. 181
Nuper.2.de præb.& dignit. 182
Nuper.3.de præb.& dignit. 182

P

PAſtoralis.de immun.eccl. 229
Piæ ſollicitudinis.de præb.& dignit. 168
Poſtulaſti.de præb.& dignit. 184
Prouide.de ſent.excom. 260

Q

QVemadmodum.de pœn.& remiſ. 255
Quia cunctos.de offi.cuſt. 133
Quia nonnulli.de ſent.excom. 261
Quod olim.de immun.eccl. 228

R

RAtio recta.de religioſis dom. 216
Regimini.1.de empt.& vend. 197
Regimini.2.de emp.& vend. 199
Rem non nouam.de dolo,& contum. 260

S

SAluator.de præb.& dignit. 179
Sancta Romana.de elect. 130
Sane in vinea.de ſimonia. 229
Sedes Apoſtolica.de offi.deleg. 134
Si religioſus.de elect. 130
Spondent.de crimi.falſi. 258
Super cathedram.de ſepult. 202
Super gentes.de conſue. 127
Suſcepti.ne ſede vacante. 189

V

VAs electionis.de cenſi. 218
Vas electionis.de hæret. 233
Viam ambitioſæ.de regular.& tranſ.ad relig. 214
Vices illius.de treuga,& pace. 154
Vnam Sanctam.de maior.& obed. 142
Vnigenitus.de pœnit.& remiſ. 252
Vt prælatorum.de maior.& obed. 149
Vt quos.de offi.iud.ord. 141

F I N I S.

Diuini ac humani Iuris conſulti, & cauſarum ſacri Palatij Auditoris, D. Ioannis Franciſci de Pauinis, ad Extrauagantium, Regularum cancellariæ, & Deciſionum Rotæ notitiam, vtile præludium.

QVINTVS Mutius verſus Seruiũ Sulpitium illo fuit vſus ſermone: Turpe eſt patritio & nobili viro ius in quo verſatur ignorare, ſed longe magis in pleroſque noſtra ætate hæc ſententia retorquenda eſt, qui Extrauagantium ſanctiones, Pontificum iura enucleata, deſidia aut ignauia cõtemnere videntur: cum omnes magiſtratus, præſertim eccleſiaſtici, in dicendis ſententijs, & cæteri iuriſperiti, quibus interpretandi conſulendique tribuitur facultas, reſponſa ſua, iuxta illarum deciſiones ſint prolaturi, ſi ipſis Extrauagantibus adſint requiſita, quæ epiſtola Inn.iij. ad Helien. epiſcopum depoſcit. Quare ad ipſarum lectionem iterum atque iterum hortor, moneoque, ne cũ Sulpitio iure obiurgemur, immo illum imitemur, qui poſt reprehenſionem adeo iuri operam dedit, ut inter iuriſconſultos merito palmam fuerit aſſecutus. Verum ipſis Extrauagantibus parem uim pene regulę Cancellariæ uiuente earum conditore, & non medio crem deciſiones Rotæ uti prudentium reſponſa auctoritatẽ habere cenſentur. ſicut enim illis interpretandi ius ciuile & prætorum edicta poteſtas ſumma erat: ita & auditoribus Rotæ in ſummorum Pontificum leges impertitum eſt ab ipſo principe ſummum arbitrium. Igitur circa tria hęc breuem & perutilem ſubieci notam.

Loquitur, de c. paſtoralis. extra de fi. inſtr.

NOtandum eſt, ꝙ ſententia lata contra Extrauagantem publicatam & indubitatam, eſt ipſo iure nulla: ante publicationem vero ſecus, vt no. in proœmio Clementinarum, in verbo, de cætero. & in cle. nolentes. de hæret. Sed ſi eſt publicata & indubitata, ſentẽtia contra eam lata eſt ipſo iure nulla, vt dictum eſt tãquam lata contra legem ſcriptam, vt no. Bald. in l. 2. C. quando prouo. nõ eſt neceſ. & Butr. in c. 1. & c. cum inter. de re iud. & probatur in l. 1. §. item cum contra ſacras. ff. quę ſen. ſine appel. reſcin. exemplum in Extrauaganti, execrabilis. ſecundum Abbatem in c. paſtoralis. de fide inſtr. idem de Extrauaganti, ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 349. incipit, item ſi mandatur. Secus autem ſi de ea dubitatur, per c. paſtoralis, de fide inſtru. & l. cum prolatis ff. de re iud. ſecundum vnam lecturam. ideo ſuper ea Papa eſt conſulendus: & ſi reperitur in archiuio publico, dicitur indubitata, per authenticam, ad hæc, C. de fide inſtru & l. Celſus. ff. de proba. ſecundum vnam lecturam. facit c. ad audientiã, de præſcr. & idẽ præſumitur qñ reperitur inter Extrauagantes. 20. q. 1. c. quoniam progenitorum. maxime ſi reperitur gloſſata per doctorẽ famoſum: ſicut Zenz. Lau. & Io. Mo. & alios: per no. in d. c. paſtoralis, probatur, l. 1 in ſi. C. de nouo codi. com. & quod no. in l 3. C. de legi. vel ſi fuit diu obſeruata, vt no. Bar. in glo. ſi. ſuper Extrauagãti, qui ſint rebelles. de quibus plenius per Bar. in l. cum prolatis. pręalle. & Butr. & Abbatem, & modernos in d. c. paſtoralis. vbi ſecundum Boati. poteſt de ea dubitari ad inſtar eius quod no. in ca. nemo, de elect. in 6. de quibus etiam per Ludou. in conſ. 250. quod incipit, in Chriſti nomine in propoſito caſu. vbi etiam ſubdit ꝙ ſi fuiſſet temporalis, per declarationẽ ſucceſſoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ, etiam ad petitionẽ ſingularis perſonæ facta ad legem vel ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem conſtituit ad omnes: per l. fin C. de legib. & no. in c. in cauſis, de re iud. quod facit ad id quod dicam ſuper Extrauaganti, ad onus, & Extrauaganti, iniũctę. & ad Apoſtolatus, &c. Ex quibus idem dicit Bald in ſtatutis in ſuo peculio, in uer. ſtatutũ. licet non ſic, &c. Item non eſt neceſſe quòd conſtet de datis, ſecundum Bar. in dicta data, qui ſint rebelles. Præmiſſa intelligo de Extrauagantibus emanatis poſt compilationem, lib. 6. ſecundum Io. And. in proęmio, lib. 6 ad ſi. & in c. ſi. de hæret. eo. lib. Et ſi contradicant iuri ſcripto, dic vt plene per Io. And. Io. de Ligna. Io. de Sandæis, & Dominicum poſt Io. Mon. in c. 1. in prin. de conſt. lib. 6. & per Arch. poſt Hug. 19. diſt. c. 1. ſi Romanorum, & in ſumma. Adde Bal. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg. & in c. ſi in laicis. 30. diſt. Nec eſt de ſubſtantia ut redigatur in ſcriptis. de quo plenius per Io. And. in reg. nemo poteſt. de reg. iu. in mer. lib. 6. & in deciſionibus Rotæ, deciſ. 238. per glo. in l. 1. C. de legi. probatur in c. 1. de renun. lib. 6. & per Abbatem in c. 1. de poſtul. præla. qui dicit ꝙ de hoc uidetur communis opinio.

Sententia contra extrauagantẽ lata, an teneat.

Scriptum non eſt de ſubſtantia extrauagantium.

Debent autem Extrauagantes quando de eis dubitatur, per allegantem in forma authentica produci ſub plumbo ſi extra curiam ſunt producendę: vel ſub ſigneto viceeancellarij, ſi in curia ſunt producendæ: & hoc de illis, quæ ſunt deſcriptæ in libro cancellariæ: illæ autem, quæ ſunt deſcriptæ in camera Apoſtolica, ſignantur cum ſigneto camerarij, uel ſub plumbo, &c. Et ita ſeruatur in curia Romana. Et idem ſcilicet ꝙ in forma authentica debeat produci, dicimus in ſtatuto non contento in volumine ſtatutorum, ſecundum Bar. in l. omnes populi, ad ſin. ff. de iu. & iur. & modernos in dicto c. 1. de conſt. lib. 6. & in d. c. paſtoralis: forma autem authentica habetur in regulis & ſtylo cancellariæ. Quid autem de ſententia principis diffinitiua vel interlocutoria? Dic vt in c. in cauſis. de re iud. & 16 q. 3. licet. & ff. quod met. cau. l. metum. §. ſed ꝙ ait prętor. Et præſumitur quæſtio determinata pro illa parte & opinione pro qua fuit vltima collatio facta, vbi aliter non conſtat de expreſſa deciſione, ſecundum Bal. in l. bona fides. ff. depoſi. Et no. Domi. in c. ſi. de hæret li. 6. ꝙ ordinationes & mandata Papæ habent eandẽ vim, quã habent conſtitutiones, per no. in cap. à nobis 1. de ſent. exc. per l. 1. & ſi. C. commina. vel epiſt. Item ꝙ reſponſa Papæ ad conſulationem inferiorum ſunt pro iure ſeruanda, alleg. 3. diſt. in ſumma.

Extrauagãtes qualiter & vbi debeãt produci, ſi de eis dubitatur.

Mãdatum Papę habet vim conſtitutionis.

De interpretatione autem doctorum & communi opinione, dic vt per Abbatem in c. 1. de poſtu. prælato. vbi gl. & no. in c. vnico, eo. ti. li. 6. & in l. 1. C. de profeſ. qui in vrbe Conſtantinopolitana, &c. de cõmuni opin. notatur 3. q. 7. §. tria, & an excuſet à dolo, no. deciſio Rotæ 279. & Oldr. in l. quæſitũ. ff. de fun. inſtru. Et an ſit ſtandũ vltimę opinioni gl. & Inno. &c no. Io. And. de pœnis, c. 1. & de ſent. excom. c. 1 lib. 6 in nouella. & no. in l. qui ſilium. ff. ad Treb & per Bal. in l. ſi mater. §. tua. ne de ſtatu defuncto & in l 1. ff de conſt. principum, & in ti. apud quem. controuerſia feudi determi. in vſibus feu. faciunt no. in c. capellanus. de fer. De his tamen plenius tractat Matthæ. de Matthæſilanis in ſuo tractatu de electione opinionum: qui incipit, quidam tractatellus. Et de opinione gloſſæ præferenda, dic ut per Iac. But. & alios in l. 1. C. qui pro ſua iuriſ. & Lapum alleg 38. incipit, magiſter Hoſpitalis.

Regulæ cancellariæ ſapiunt naturã legis, vt no. in c. à nobis, de ſent. excom. & in cle. 1. de vi. & hone. cler.

Regulæ cancellariæ quã vi habeant.

de quo per But. in proœmio Clementinarum, vbi uidetur aliter ſentire: quia non ſunt perpetuæ. no. Io. And. in regula, nemo poteſt. in vlt. col. in nouella, & quale ius faciant, no. per Pet. de Anch in conſi. 296. & 298. in quibus vult ꝙ non cenſeantur conſtitutiones generales, ſed derogatoriæ voluntatis Papæ edentis, & expirant morte, &c. de quo tamen dic vt in deciſ 349. quæ incipit, Item ſi mandatur. Quædam vero ex eis ſunt de dandis, & iſtæ ut fidem faciant extra curiā dantur ſub plumbo in forma aliarum bullarum: Aliquæ autē dantur cum ſubſcriptione duorum officialium de Parco maiori, & ſigneto viceeancellarij: & iſtæ fidem faciunt ſolum in Romana curia ſi producantur in Rota, vel apud alios officiales & cōmiſſarios curiæ Romanę. Et productæ ſemel corā vno auditore, poſſunt poſtea reproduci coram omnibus alijs, habita de hoc fide à notario producente. Illæ vero quæ non ſunt de dandis, non faciunt fidem extra cancellariam, quaſi dent normam ſolis officialibus cancellariæ: & ſi non eſſent ſeruatæ in confectione litterarum, remittentur litteræ ad cancellarium corrigendæ, &c. vel de ſpeciali mandato Papæ, vel per auditorem, aut alios commiſſarios coram quibus cauſæ penderent.

Deciſiones Rotæ nō faciunt ius.

Deciſiones Rotæ non faciunt ius, nec iudex ſecundum eas tenetur iudicare: ſed habentur pro deciſionibus magiſtralibus, per no. per glo. de poſtu prælа. c. 1. in gl. no. quod, &c. Et ſæpe Rota iudicat contra ipſas, vt dicit Card. in c. paſtoralis. de fide inſtrum. in vlt. q. quod intellige, niſi ſecundum eas ſæpius reperiatur iudicatum: adeo ꝙ introductus ſit ſtylus vel conſuetudo, per l. ſi de interpretatione, & l. nam Imperator, ff. de legi & no. in l. nemo iudex, C de ſenten. Et ſi reperiantur contrariæ adeo ꝙ per diſtinctionem non poſſunt concordari, tunc ſtabitur ultimis, ſecundum doctores in ſimili. in c. 1. de conſt. lib 6. & in c. contingit, de iureiur. eod lib. Et ꝙ deciſiones faciant ius, probat tex. in c. ſicut, de re iud. vbi Papa allegat ſtylum ſapientum. facit quod no. in c. ſi. 20. diſt. No. tamē ꝙ Card & Pet. de Anch. & Dom. conſuluerunt contra deciſionē Rotæ no. 184. incipit, itē ſi vnus. inquantum approbat opinionem Archid. ut refert idem Dom. cap. duob. de reſcr. lib. 6 Et (cum pace eorum) minus bene: quoniā ad auditores principaliter ſpectat interpretari verba, & mentem Papæ in reſcriptis, & cum cauſæ cognitione, & pleno examine, &c. & ſunt in hac quaſi poſſeſſione ſciente & patiente, immo volente & mandante Papa. arg. eius quod no. Io. And. poſt Hoſt. in ca. 1. de poſtul. prælа. quòd non eſt dubitandum in curia Romana propter earum obſeruantiam continuam, quòd clemen. 2. vt lit. pend. non habet locum in curia Romana. deciſ. 275. incipit, item quòd cle. 2. Similiter c. oblatæ, de appel. vt patet in deciſ 99. incipit: item no. ꝙ c. oblatæ. Similiter, ꝙ cap nonnulli. de reſcr. & c. ipſo iure. eo. ti. lib. 6 non habent locum in Romana curia, vt patet in deciſ 167. incipit. item quòd commiſſio. Quod patet etiam determinatum expreſſe per deciſiones in nouis 35. incipit, item legitimus. vbi reprobatur opinio Io. Mon. & Io. And. item deciſio. 65. quæ approbat opin. Io. Mona. c. 1. de offi. vica. Approbant etiam & allegāt opiniones doctorum, vt patet in opinione Io. Andr. in c. duobus. de reſcr. in 6. per deciſionem 48. quæ incipit, item uoluerunt, & idem in deciſ. 213. incipit, item ſi qs dicit. vbi patet, quod color probandus eſt per ſpoliatū petentem ſe reſtitui in beneficialibus, & no. in cle. 1. de cau. poſſ & propriet. & per Ioan. And. in additione Spe. de reſtit. ſpo. in princ. & in multis alijs ſimilibus. ad idem deciſ 364. incipit, item ſi in forma cōmuni, &c. & in deciſionibus antiquis. 316. & idem cle. 1. cum in multis, de reſcr. lib. 6. & in deciſionibus antiquis. incipit, item cum actor, & patet in deciſione 96. incipit, item omnes Domini. Item deciſio in nouis 359. quæ incipit, item ſi mandatur mihi prouideri. Item deciſio in nouis 258. quæ incipit, item in religioſa. quæ cōcludit contra communem ſententiam doctorum. Item in noſtris cōſtitutionibus approbatur opinio Io. And. in c. ſi. de conſue. lib 6 ꝙ motus proprius cum clauſulis generalibus apponi conſuetis in bullis, tollat ſtatuta, & conſuetudines de optando. Ex quibus patet, ꝙ ſaltem deciſiones in curia Romana faciunt ius ad inſtar ſtyli, per no. in c. ex litteris, de conſuetudine, & in cle. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. & quod no. Lap. allegatione 48. c. fraternitatis, de frigidis. & no. in clem. 1. de ſenten excom. & c quàm graui. de crim. falſi, & c pen. de confir. vtl. vel inuti. & c. ad audientiam 1. de reſcrip. Et extra curiam tāquam reſponſa prudentum. inſti. de iure natu. gen & ciui. §. reſponſa prudentum. velut electiua diſcrepantium opinionum doctorum, quibus reuelat præcipuam ſanctus ſpiritus veritatem in medio illorum conſtitutus, tam in Miſſa, quàm in peculiari eorum oratione inuocatus. 20. d. c. ſi. & Matt. 17. cap.

Nota bene.

F I N I S.

CONSTITVTIONES XX. IOANNIS PAPAE XXII.

Cum familiari apparatu D. Zenzelini de Caſſanis, adiectis patentibus ſummarijs, dataq; ſingulis apta ſituatione, nec prætermiſſa gloſſarum vtili explicatione.

TITVLVS I.

De electione & electi poteſtate.

¶ *Electi qui pro ſuarum electionum negotio ad curiam venire tenentur: etiã ſede vacanten, on tenentur de neceſſitate in ipſa curia moram trahere: & licet alij morentur, nullum eis præiudicium generatur. facit Clem. ne Romani. §. fi. eodem titulo.*

CAP. I.

AD onus [a] Apoſtolicæ [b] ſeruitutis ſuperna diſpoſitione [c] vocati, ambiguitates [d] ex quibus poſſent eccleſiis [e] damnoſa prouenire diſpendia tollere cupientes, [f] de poteſtatis plenitudine, [g] ac fratrum [h] noſtrorum cõſilio [i] ordinamus, [k]

REuerendiſſimo in Chriſto patri domino, domino ſuo Arnoldo Dei gratia ſancti Euſtachij diacono Cardinali Zenzelinus de Caſſanis vtriuſque iuris doctor minimus cum recommendatione ſui ad intellectus acumen deducens præſens opus. Deus ab æterno præuidens, & humanæ naturę ad malum procliuis miſericorditer proſpiciens, vicarium ſuum in terris inſtituit vniuerſalis Eccleſiæ regimini præſidentem: qui ex varietate cauſarum, perſonarum, locorum, & temporum, nunc per nouorum editionem iurium, nunc antiquorum declaratione, modificatione, correctione, necnon & rebellium debita coertione, ad ea quæ medentis ſunt, manum apponat. Cum igitur inſtructor peruigil humani generis verbo pariter, & exemplo, videlicet ſanctiſſimus pater dominus Ioannes digna Dei prouidentia Papa xxij. nonnullas conſtitutiones per ſe nouiter editas promulgauit: mũdo proſpicere cupiens vniuerſo, quæ quidem propter intellectus ſimplicium ruditatem in eruditionem aliquam dirigendam, expoſitionem, interpretationem, elucidationem, in aliquibus expoſcere dignoſcuntur: ea propter ad honorem illius, cuius opera ſunt inſeparabilia, ſanctæ ſcilicet, & indiuiduæ Trinitatis, ad etiam matris vnigeniti Dei filij incarnati in eius vtero virginali, & vniuerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, ſuique vicarij generalis veri paſtoris & gregis Dominici directoris, ac etiam noſtri decus, licet hebes, & ingenio rudis, & imbecillis in iurium intellectu, confiſus de omnipotentis Dei gratia, releuando ſibi viam meam, & ſperans in eo vt ipſe faciat, iuxta verbum Prophetæ, audaciam ſumpſi (vtinam ad vtilitatem publicam) aliqua per modum commenti in ſcriptis redigere ſuper conſtitutionibus ante dictis, eadem veſtrę paternitatis ſalubri correctioni more ſoluto commendando.

Diuiſio.

AD onus.] Hæc extrauagans licet propter ſtyli connexitatem commode diuiſionem non recipiat: tamen non inepte dici poteſt, quod habet duas partes. In prima parte conſtitutio iuris electorum conſeruatiua ponitur. In ſecunda obſtaculum huic obuians tollitur: ibi, Non obſtantibus.

a ¶ Ad onus.] Nota reputari onus in Apoſtolica ſede ſeruire. Multæ enim, & innumerabiles ſunt ei pręſidentis ſollicitudines extra, de purg can. c. inter ſollicitudines, & de mag. inter ſollicitudines. cle. §. p quas ad morũ correctionẽ, & vitiorum extirpationem adſtringitur attendere, ne ſanguis ſubditorũ de ſuis manibus requiratur. 43. diſt. c. Epheſijs. extra, de offi. ord. c. irrefragabili. cum, & ſecundum B. Hieronymum non ſit facile ſtare in loco Petri, & Pauli. 40. diſt. cap. non eſt. & ad hoc adde quod dixi in decret. ſuſcepti. in ver. ſollicitat. licet autem iſtis reſpectibus dicatur onus, nihilominus tamen honor eſt ſummus, cum dicatur apex dignitatis, omnes, qui ad eam eriguntur, illuſtrãs. 40. diſtin. cap. non vos.

b ¶ Seruitutis.] à ſeruiendo reipublicæ dictæ, ff. rem pu. ſal. fo. l. 2. ff. de adopt. l. non aliter, C. eo. tit. l. 2. & hoc reſpectu Papa ſe uocat ſeruum ſeruorum quod dic, vt no. 1. q. 7. c. quoties cordis non autem à ſeruando de qua loquitur lex inſti. de iure perſo. §. ſerui. illa n. eſt, quæ impedit ad honorem prouehi, C. ſi ſeruus, aut libertus ad decu. aſp l. 1. & 2. lib. 10. extra, de ſer. non ord. c. 1. 54. diſt. quaſi per totum.

Papa ſe vocat ſeruũ à ſeruiendo.

c ¶ Superna diſpoſitione.] hoc dicit, q a non debet ſibi quiſquam honorem aſſumere, niſi qui vocatus à Deo tamquam Aaron ad Hebræ. 5. 8 q. 1. in ſcripturis. & extra de elect. qualiter poſt obitum, C. de epiſco. & cler. l. ſi quẽquam. potiſſime autem in tanti honoris faſtigio hoc præcauendum, cum vniuerſitas fidelium ex illius incolumitate animaduertat ſe pendere perpenſius 40. diſtin. cap. ſi Papa. iuxta illud: Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum. 61. diſt. miramur. in corpo. auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. coll. 2.

d ¶ Ambiguitates.] id eſt, dubitationes. ſimile C. de vſufru. l. ambiguitatem. de teſti. l. ambiguitates.

e ¶ Eccleſijs.] Ad hoc videas quod not. in c. ſuſcepti, ſuper ver. eccleſijs.

f ¶ Cupientes.] attende principem Eccleſiæ cupere, & deſiderare, vt tollantur ab eccleſijs damnoſa, ſollicitando, remedijs inuigilat ſubiectorum, vt quietem etiam eis præparet, labores voluntarios appetendo. in corpo. authen. vt diuinæ iuſſiones. in princ. coll 8. & in proœmio ſexti libri.

g ¶ Plenitudine.] qua ſolus princeps eccleſiæ gaudere reperitur: cæteri enim in partẽ ſollicitudinis ſunt vocati. 2. q. 6. c. decreto. & c. qui ſe. extra de vſu pal. c. ad honorẽ de elect. illa. de iſta enim plenitudine [1] poteſtatis non oportet ſermonẽ effundere: quia ſuperfluũ eſt ſolẽ facibus adiuuare 6. q. 1. ſi c iã & ſuper hoc videre potes quod not Ber. extra, de tranſl. epiſco. c quanto & Hoſt. plenius de conceſ. præb. propoſuit. de vo. & vo redẽ. c. magnæ. Quibus aũt rationibus fulciri põt talis plenitudo, vide quod not. per Hoſt. extra qui filij ſint legi. c. per venerabilem. circa fi. in verbo, plenitudine poteſtatis.

[1] De plenitudine poteſtatis Romani Pontificis vide olno Turre cre. in ſum. de eccleſia, lib. 2. c. 52. & 53.

h ¶ Fratrum.] hic videas quod dicam in decr. execrabilis. in ver. fratribus. & in decre. quia quorundam.

i ¶ Conſilio.] & hic ſi placet, attende quod dicam in decre. execrabilis.

k ¶ Ordinamus.] non dicit, declaramus, vt denotet quod ĩ. ſequitur, eſſe ius nouum non antiquum, cum forte ſecundum hoc eſſet contrarium eius quod hic ſtatuitur, vt infra ſubijcietur.

quòd quibuſcunq;[a] electis,[b] qui ad ſedē[c] Apoſtolicā venire[d] vel mittere[e] tenebātur,[f] ac ipſorū electionum inſtructoribus,[g] qui in ueniēdo ad ſedē[h] ipſam, & ſe præſentando[i] ipſa ſede uacante, uel nō uacante ſeruauerunt[k] tempora à canonibus[l] inſtituta, (dummodo præſentialiter[m] adſint[n] in ciuitate[o] Lugduñ. uel fuerint Auinione in Calendis[p] Octobris) ubicūq;[q] ſede uacāte moram traxerint, nullū[r] ipſis,[s] ſeu eorū[t] iuri præiudiciū ex mora interim facta ubilibet[u]

[a] ¶ Quibuſcūque.] Nota verbum vniuerſale, vt omnes electos venire adſtrictos vel mittere comprehendat, ſiue ſint exēpti, ſiue nō ad cathedrales, vel regulares, vel collegiatas eccleſias electi. arg. ff. de hære inſti. l. hoc articulo. extra, de maio. & obe. c. ſolitæ. 19. diſt. ſi Romanorū ſic ſentit Car. de elec. cupientes. in ver. cathedralium. & ibi dixi, licet Guliel. ibi contra ſentire videatur.

[b] ¶ Electis.] ſubaudi vel prouiſis: à quorū prouiſione appellatur ad Papā, cū in illis ſit eadē ratio, & penitus ſimilis: vnde cōſtitutio illa, cupientes. licet pœnalis loquens tantū de electis, in caſu penitus ſimili idem ſtatuiſſe videtur. arg. ff. de adult. l. ſi poſtulauerint, §. ratio, de eden. l. quædam. verbo, nummularios. & colligitur ex decret. cupientes. iuncta ad illam decre. ſi poſtquam, §. vlt. de elect. lib. 6. & ex decret. licet canon. eod tit. iuncta cū decret. vnica. de offic. deleg. clem. 6. ſic ſentit Card. dicto cap. cupientes. in ver. omnes electi. & Accur. in corpo. authen. vt hi qui. obli. ſe ha. perhi. res minorū, §. 1. vbi lex pęnalis inducta cōtra creditorē ſuſcipientē curā ſui debitoris, extenditur, vel inducta, cenſet contra ſuſcipiētē tutelā ꝑ ꝑ identitatis rationē, vt ibidē not. glo. quæ incipit. Nūquid idem. de hoc ſcripſi plenius de reſcript. abbates. cle. 5. in glo. ſed gratia huius. Item intellige, electis per quorū mortem vacare dicuntur eccleſiæ. arg. de elect. ne pro defectu. & ſic electus in magiſtrū maiorē Hoſpitalis vt quōdam Templi, non aſtringitur dicta conſtitutione, cupiētes. cū per eorū mortē vacare eccleſiæ non dicantur cū iuris ſpiritualis, & eccleſiaſtici non ſint capaces, vtpote in pluribus laici, vel illi etiā qui eliguntur ad dignitates, quæ ſubſunt alijs, puta ad præpoſituras, ac archidiaconatus, vel ſimiles. ſic no. Car. dicto c. cupiētes. in ver. oēs electi. & in ver. cathedralium. Item qđ dicit, electis debet intelligi de maſculis, ſecus de feminis. In illis. n. cōſtitutio, cupientes. non vendicat in omnibus ſibi locū ob ſextus fragilitatem. extra, de elect. c. indemnitatibus, §. ſed cum eis. li. 6. & antea idē not. Car. in dicto c. cupientes. in glo. 1. epiſcopalium.

Cōſtitutio pœnalis ꝓpter identitatē rationis eſt prorogabilis. [i] Vide qđ ego ibi nota. in gl. ſi. & in gl. Ita liæ. c. 1. de temp. ord. lib. 6. & uide Euerardū doctorē Louanienſem in loco à ratione legis larga. ver. tertio caſu prīcipali. quo remige ſecure nauigabis illud periculoſū mare extenſonū. Fon.

[c] ¶ Sedem Apoſtolicam.] intellige etiā vacantē per iura noua. de elect. ne Romani, §. vlt. clem. 5. & ſic ſentire videbatur Card. licet ex falſa cauſa. dicto c. cupiētes. in ver. corā nobis. in ver. canon. Guliel. autem contrariū ibi tenebat, cuius opinio hodie ſuccumbit.

[d] ¶ Venire.] perſonaliter.

[e] ¶ Mittere.] procuratores ſufficienter inſtructos.

[f] ¶ Tenebantur.] exempla pone de his per decret. ſtatuimus. cupientes. indemnitatibus, §. ſed cū eas. lib. 6.

[g] ¶ Inſtructoribus.] de iſtis habes dicto c. cupientes, §. ad hoc, & §. ſi vero.

[h] ¶ Ad ſedem ipſam.] vacantem, ad quā ſicut ad non vacantem tenetur hodie venire, vt ſ. dixi.

[i] ¶ Præſentando.] ſcilicet perſonaliter. & hoc ſi poſſent, aliàs ſufficeret hoc publice ꝓteſtari. ar. ff. de nau. fœno. l. 2. ſed an vnica proteſtatio eis ſufficeret, vide qđ not. Card. dicto c. cupientes. in ver. prædictos.

[k] ¶ Seruauerunt.] In illis igitur qui non ſeruauerunt, nō habet locum quod infra ſequitur, nec būficio huius cōſtitutionis gaudent, Tū quia quod de certis ſtatuitur contra ius cōmune, de alijs denegatū videtur, ff. de iudi. l. cū prætor. extra, de præſum. nonne. Tum quia ſi de omnibus conditor idem ſtatuere voluiſſet, hoc vtique expreſſiſſet. arg. extra, de deci. ad audientiā. C. de cadu. tollen. l. 1. §. ſin aūt ad deficientis. Tū etiam quia in ſeruantibus tempora diuerſa, ratio iura diuerſa inducere facit, C. de tranſact. l. interpoſita, ff. de legi. l. ꝙ vero omnes. extra, de reg. iur. quæ à iure. lib. 6. quia ipſi nullā diligentiam adhibuiſſe reperiuntur, ſed ſeruātes ſic, tam in veniendo quàm in præſentando.

[l] ¶ A canonibus inſtituta.] extra de elect. ſtatuimus. & c. cupientes. lib. 6.

[m] ¶ Pręſentialiter.] non ergo ſufficeret ꝑ aliū ibi eſſe, cū opus ſit præſentia perſonali. arg. C. de ꝓcur. l. vlt. ſi min. ſe maio. di. l. 2. extra, de iud. c. 1. de elect. vt circa. lib. 6.

[n] ¶ Adſint.] ſcilicet de pręſenti tempore huius conſtitutionis verbum enim, quod de ſe præſentis temporis eſt, nec ad præteritum, nec ad futurum proprie trahi poteſt, arg. ff. de iniu. & rui. teſta. l. cum in ſeruo. ſi cer. pet. cum quid præſens.

[o] ¶ Ciuitate Lugdun.] in qua fuit creatus in Papam dominus noſter Ioan. Papa xxij. Sed qualiter intelligas iſtos præſentes in ciuitate, an illos, qui ſunt infra muros, vel etiam qui ſunt in ſuburbijs? Videtur, ꝙ illi qui ſunt infra muros tantum, arg. ff. de verb. ſig. l. verbis. extra de ſent. excom. c. ſi ciuitas, lib. 6. Sed contrarium credo, cum hic agatur de pœna vitanda: cuius vitiatio eſt fauorabilis, & ſic extendenda, ff. de lib. & poſthu. l. cū quidam. extra, de reg. iu. odia. li. 6. & quia ſatis cenſetur præſens in ciuitate, qui in ſuburbijs eſt, ff. de verb. ſig. l. qui in continentibus. & l. ædificia. & l. pupillus, § incola. & de penu leg. l. namque liquide, §. item ſi ita. ad mu. l. qui ex vico. de procu. l. præſens. C. de epi. & cle. nulli, §. ꝙ ſi in vico. de nat. li. l. ſi qui ſeu liber. extra, de elec. vbi maius, §. porro, lib. 6. ad idem 63. diſt. c. ego Ludouicus. cum ibi not. & per Guli. extra, de reſcr. ſta. utum. in ver ciuitatibus. Quid enim ſi electi eſſent tot numero, ꝙ cum alijs curialib. non poſſent intra muros ciuitatis commode recipi? eos non reputari fuiſſe præſentes videtur fore abſonum & iniquum.

Præſens in ciuitate eſt qui in ſuburbijs eſt.

[p] ¶ In Calendis Octobris.] ſed de proximis calendis poſt huius conſtitutionis publicationem debet intelligi, ff. de ver. obl. l. eum qui calendis. & hoc ſi à tempore publicationis huius conſtitutionis reſtabat tantum de tempore, ꝙ in calendis Octobris poſſet cōmode apud Auinionem, peruenire, aliàs non de proximis primis, ſed alijs ſubſequentibus haberet intelligi, arg. de ver. oblig. l. interdum. de eo quod cer. lo. l. non vtique, §. ſi quis ita. Sed ſi in die ipſarum calendarum fuiſſet huius conſtitutionis facta publicatio, de ſequentibus videretur intelligendum, vt d. l. eum qui.

Calendæ ſunt de proximis intelligendæ.

[q] ¶ Vbicumque.] in hoc inducit ius nouū hæc conſtitutio, nā alia primæua iura arctantia electos ad veniendum, & ſe perſonaliter pręſentandū videbātur expoſcere, ꝙ ipſi ſede vacante in curia haberent moram trahere: cum nec ab ea ſine licentia poſſint diſcedere donec eccleſiæ eſſet de paſtore prouiſum. extra, de elect. c. cupientes iuncta decr. ſi poſtquam, §. ſin. eo. tit. li. 6. & c. ne Romani, §. vlt. cle. 5. ad quid enim arctarentur electi venire ſede vacante ad curiam, vt ibi dixi, niſi & venientes expectarent creationem noui paſtoris? certe fruſtra: potiſſime cum ſpes ſit de proxima eius creatione, vt ibidem. & adde quod dixi ſ. in glo. intellige.

[r] ¶ Nullum.] præiudicium, quod ſtatim ſequitur.

[s] ¶ Ipſis.] ſcilicet electis.

[t] ¶ Eorum iuri.] ideſt, eis per electionem quæſito. quod & quale ſit illud, dic, vt not. 63. diſt. quanto.

[u] ¶ Vbilibet.] ex hoc verbo & alio ſimili vbicunque, quod eſt ſ. intelligā, ſiue in loco proximo ad curiā, ſiue remoto electi moram traxerint, cum hæc duo verba ſingula

quia per ſe loci vacationẽ de ſui natura denotent. extra de priuil. antiqua, §. dominicæ. & eod. tit. c vlt. lib. 6. ſicut, & temporis, ff. de interro. actio. l. vbicunque. extra, de pœnis. c. vbicunque, lib. 6.

generetur:[a] ſed[b] eorũ iura circa electiones huiuſmodi hoc[c] non obſtãte perinde ſeruentur illæſa, ac ſi apud ſedem Apoſtolicã[d] morã contraxiſſent.[e] Nõ[f] obſtantibus prædeceſſorũ[g] noſtrorũ conſtitutionibus quibuſcunque: quibus tamen quo ad alia nullum uolumus[h] præiudicium generari. Nulli[i] ergo, &c. noſtræ ordinationis infringere, &c. Datum[k] Lugduni viii. Idus Septẽbris, anno I.

a ¶ Generetur.] quod ante hanc decre. generandũ videbat, ſcilicet priuationis ipſo iure ab omni iure ſibi p electionẽ acquiſito. dicto c. cupientes, §. inſuper, & cap. ſi poſtquã, §. 1. de ele. lib. 6.

b ¶ Sed eorũ iura.] Ideſt, eis per electionem quæſita.

c ¶ Hoc non obſtante.] ſcilicet, ꝙ ſede vacante vbilibet alibi moram traxerint.

Sedes Apoſtolica vbi dicatur eſſe cum vacat.

d ¶ Sedem Apoſtolicam.] Sed vbi reputabis eſſe ſedem Apoſtolicã cũ vacat: Põt dici, ꝙ ſicut ſedes reputatur eſſe vbi Papa viuens morã trahit, arg. extra, de p̃b. c. p̃ſenti, §. loca. li. 6. cum cathedra ſacerdotẽ nõ faciat, ſed ſacerdos cathedrã: nec locus ſanctificat hominẽ, ſed homo locũ. 40. diſt. c. multi. de quo plenius dic in c. execrabilis. in ver. Romanæ Eccleſiæ. ſic & ipſa remanere dicetur in ciuitate, in qua vel in cuius territorio ipſum mori cõtingit, cũ ibi ſucceſſoris ſit regulariter electio celebranda. extra de ele. vbi maius, §. 1. & §. porro. lib. 6. & eo. tit. ne Romani. §. ſane. cle 6 Et quia per mortẽ Papæ ſedes vacare dicit̃, alibi niſi vbi eſt, mori nõ poteſt: ergo ibi erit ſedes vacans, vbi mors eius contingit. Niſi diceres Papa moriẽte in certo loco cauſarũ, & litterarũ Apoſtolicarum audientiã alibi remanſiſſe, nec per Papã viuentẽ ordinatum fuiſſe de ipſa alibi transferenda: in illo enim caſu ſedes vacãs remanere diceretur forte vbi audientia remanſerat, cũ ibidem ſit ſucceſſoris paſtoris electio celebranda, vt dicto §. ſane. & in ſede vacante ſi commode fieri poteſt. ſit electio facienda. 23. diſt. in nomine Domini. extra, de elect. quod ſicut.

e ¶ Morã contraxiſſent.] ſed quare Papa ſic voluit iſtis electis iura ſua ſeruari ac ſi ſtatuta canonum obſeruaſſent, quæ tamen non ſeruauerunt, immo illa cõtempſerunt alibi q̃ apud ſedem ipſam morã trahẽdo? Ad hoc poteſt dici, ꝙ quia per creationẽ de ſe factã ad apicem ſummi Pontificatus de puro homine primæuo factus fuit Chriſti vicarius, & ſic quo ad poteſtatẽ clauiũ nouus homo factus, arg. ff. de adi. leg. l. ſi ſeruus. igitur ob tam iucundã creationẽ exuberare ſuã munificentiã voluit. ar. C. de fer. l. omnes dies. circa fi. ibi, noſtris etiam diebus, &c & extra de priuil. c. vt priuiegia, §. illud. Vel põt aliter ad hoc dici, ꝙ Papæ ſic diſponere placuit, qa cũ ſede vacante ante ſui creationẽ dñi Cardinales ad quos ſpectat futuri paſtoris electio, eſſent ĩ multis partibus, & locis diſperſi, vt experiẽtia facti manifeſtauit. quorũ aliquos electi, & alij alios ſequebãtur, forte pro ſuarũ electionũ expeditione in futurũ fructuoſius conſequenda: vel forte ad eos inducendum, vt ſe cógregare vellẽt ſimul pro futuri electione paſtoris, & ſic in totũ deſides forte nõ erant in procurãdo quantũ in eis erat honorẽ, & cõmodũ vniuerſalis eccleſiæ, & ſuorũ membrorum: merito ergo remuneratione aliqua digni fuerunt, maxime cũ ſupponatur ſtatuta canonum tam in veniendo q̃ in ſe præſentando legitime obſeruaſſe: nec enim ad alios huius cõſtitutionis bñficiũ ſe extendit, vt ĩ. in ver. ſeruauerũt quaſi etiã in ſatis leui culpa dicantur fuiſſe, ſi cõtinue apud ſedẽ vacantẽ morã traxiſſet, cũ tũc ſuarũ electionũ expeditionẽ obtinere minime potuiſſent à cætu dñorũ Cardinaliũ ſede vacãte iuriſdictionẽ aliquã nõ habẽte. de ele. ne Romani. cle. §. licet Gat. contrariũ notaret, in c. cupientes, ar. ff. ſi qs in ius vo. non ie. l. 2. §. vlt. & eorũ quæ not. in ſimili p Ber. extra de do. & contu c. vl. & eo. tit. c. actor. lib. 6. quare talis culpa de facili potuit, & debuit remitti. argum. extra. de accu c. cum dilecti, ff de ven. inſpic. l. 1. § vlt. Vel dicas quòd Papę ſic placuit ordinare, reuocando in hoc ſuorũ prædeceſſorum ſtatuta, vt ſequitur de ſuæ plenitudine poteſtatis, vt ĩ. dicitur. Sed cũ ibi ſubiungitur, ꝙ de fratrũ conſilio ſic ordinauit, & non ſit veriſimile Papã conſulentẽ, & fratres cõſilium dantes motos fuiſſe ſuper hoc ſine cauſa. arg. C. de legi. l humanum. potiſſime cum in rebus nouis conſtituendis, &c. ff. de cõſt. prin. l. in rebus. extra, de cõſue. conſuetudinis. quod prius dixi magis placet. Per hoc aũt quod dicit textus perinde ſeruentur illæſa ac ſi, &c. apparet. ꝙ ſi iſti electi venerunt ad curiam ſine munimentis, & actis factum electionum ſuarum concernentibus, non ſeruantur indemnes vel illæſi in hoc. ꝙ poſſint obtinere remiſſionem pro illis exhibẽdis alibi q̃ in curia, niſi ex cauſa, vt in decret. cupientes, § inſuper. ver. electos. cum nec ob hoc ſeruentur immunes illi, qui apud ſedem continue reſediſſent, & iſti ex beneficio cõſtitutionis huius habentur ſolum perinde ac ſi continuam traxiſſent ibidem moram vt hic dicitur.

An Cardinalium cœtus ſede vacante iuriſdictionẽ habeat.

Papa cum Cardinalibus nihil facit ſine cauſa.

¶ *Beneficio vacãte, cuius fructus ad certum tempus debentur alicui annalia habenti, vel alii qualiter debeant fructus ipſi diuidi inter ipſum annalia habentem, & beneficiatum, & diuiſione facta cuius ſit electio, hac declarat conſtitutio. Et potuiſſet poni ſub titulo, de reſcr. vel, ne ſede vacan. vel, vt eccleſ. beneficia. vel. de verbor. ſignific.*

C A P. II.

SVſcepti † regimi-

Hæc extra vagans reperitur inter communes ſub tit. ne ſede va. cũ glo. Domini Guli. de Monte Lauduno. Et vide extrauagantẽ Pij V. incipien Durũ nimis.

f ¶ Non obſtantibus.] attẽde, ꝙ Papa hic in ordinatione ſua cõtraria primæuis iuribus facit mentionẽ de illis vt illa reuocet: ſed hoc facit ex abundanti: quia iſta ordinatio ſua vltima ius inducẽs, quo ad electos, de quibus ſit hic mẽtio, reuocaret priora iura ſibi cõtraria, licet de illis nõ faceret mentionẽ, extra, d' cõſt. c. licet Romanus. lib. 6 de cog. ſpi. c. 1. ff. de leg. l. ſed, & poſteriores. Vel forte ideo hoc facit, quia iura prædeceſſorũ expreſſe nõ ſtatuebãt electos apud ſedẽ vacantem debere cõtinuã morã facere, licet ex illorũ mente, & ſententia hoc colligeretur: vt ergo illa quoad eorũ mentẽ reuocaret, quantũ ad iſtos electos de iſtis facere voluit mẽtionem. vel quia quo ad iſtos electos fuit indulgẽtia ſpecialis, vt innui vſ ĩ. cum dr̃, de poteſtatis plenitudine, q̃ haberet de iure cõi contrario facere mentionẽ. extra d' capel. mo. ex parte: licet illa poſſit intelligi de indulgentia ſingulari. Vel dic, vt ĩ. in glo. ſed quare.

Cõſtitutio ſecunda primam reuocat etiã nõ facta mentione primæ.

g ¶ Prædeceſſorũ.] ſcilicet Nicolai iiij. qui cõdidit c. cupientes. & Bonifacij viij qui fecit decr. ſi poſtquam. de elec. lib. 6. & Clementis v. qui promulgauit decr. ne Romani. eo. tit.

h ¶ Volumus.] quia quod nõ mutatur, &c. C. de app. præcipimus. & de teſta. lancimus. in corp. auth de admi. offic. circa fi. coll. 3. & ſic conſtitutio in vno articulo reuocata, in alijs firma remanet, vt hic.

i ¶ Nulli ergo.] ſuper hac clauſula, q̃ ſequit̃, vide quod plene not. in decre. execrabilis, vbi eſt ſimilis clauſula.

k ¶ Datũ.] & hic recita quę dixi in d. c. execrabilis. Zen.

SVſcepti.] Diuide conſtitutionẽ in partes ſeptem In prima præmittitur harenga, & conſtitutionis ratio,

In ſecunda ſubiungit̃ facti dantis cauſam cõſtitutioni recitatio: ibi, Cum itaque. In tertia annectitur ipſa cõſtitutio: ibi, Nos de illo, &c. In quarta ſubinfertur cõſtitutionis determinatio ſeu declaratio: ibi, Et hoc in eccleſijs. In quinta determinationẽ non ſeruantis punitio: ibi, Quod ſi alter, &c. In ſexta conſtitutionis præſentis trãſgreſſorum pœnæ inflictio: ibi, Et ſi quiquam, &c. In ſeptima priuilegiorũ & cæterorũ conſtitutioni obuiantium reuocatio: ibi, Non obſtantibus, &c.

nis [a] nos cura [b] ſollicitat, vt quæ in eccleſijs [c] non abſque diſpendio [d] miniſtrorum, & cultus [e] detrimento diuini ſeruari viderimus, per appoſitionem congrui moderaminis [f] in melius reformemus. [g] ¶ Cum [h] itaque in [i] nonnullis eccleſiis obſeruetur, & à longis retro temporibus fuerit obſeruatum, quòd fructus primi vel ſecundi, aut alterius cuiuſcunque ſequentis [k] anni beneficiorũ vacantium in eiſdẽ defuncto, [l] vel fabricæ, [m] aut eccleſiis, [n] vel [o] perſonis habẽtibus annalia † [p] de cõſuetudine, priuilegio, [q] vel ſta-

a ¶ Regiminis.] id eſt, gregis Dominici & vniuerſalis Eccleſiæ Petro Apoſtolorum principi regendæ commiſſæ, Lucæ 22. c. 21. diſt. §. 1. extra, de elect. ſignificaſti. & in eius perſonã omnibus ſuis ſucceſſoribus. extra, de re iud. c. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque. lib. 6. 40. diſt. c. non nos.

b ¶ Cura ſollicitat.] Hoc dicit conſtitutionis præſentis conditor, attendens nõ eſſe facile ſtare in loco Petri, & Pauli, tenere cathedrã regnantiũ cũ Chriſto: non enim ſanctorũ ſunt filij, qui loca tenent ſanctorum, ſed qui exercent opera ſanctorũ. 40. diſt. c. nõ eſt. 37. diſ. c. eccleſiæ. curã ergo ſollicitã non refugit in ſummi Pontificatus regimine ad mentẽ reducẽs verbũ B. Gregorij, Tanto quis eſſe humilior atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quãto obligationem ſe conſpicit in reddẽda ratione, volenſq; vitare negligentiæ, quę in p̃lato frequenter mortale peccatum inducit. 81. diſt. c. dictum. extra, de reg. iur. quamuis. de offic. archid. c. ea quæ. in quibus de hoc.

Filii ſanctorũ nõ ſunt q loca ſanctorum tenent, ſed q exercẽt opera ſanctorum.

c ¶ Eccleſijs.] verbũ, Eccleſia, [1] multipliciter ſumitur, vt plene not. extra ne pl. vic. ſuas. c. vlt. & proprie eccleſia dicitur cõgregatio fideliũ. de conſ. diſt. 1. c. eccleſia. quæ vna tantum eſt, vt in ſymbolo Apoſtolorum: & vnam ſanctã eccleſiã. de quo habetur, 15. diſt. c. canones & ꝙ ſit vna, patet extra, de ſum. tri. c. firmiter, §. vna de exceſ. prę l. c. frequens, §. vtrũ. Cle. Papę v. in plura tamẽ membra diſperſa. 7. q. 1. Nouatianus. de quibus membris vniuerſalis eccleſiæ hic loquitur.

[1] De multiplici ſignificatiõe huius verbi, Eccleſia latè Turrecremata, ĩ ſumma, de Eccleſia, li. 1. cap. 2.

d ¶ Diſpendio.] id eſt, damno, quod vitandum eſt, de reſcript. diſpendia. lib. 6 licet ibi aliter hoc verbum per alios exponi conſueuerit.

e ¶ Cultus detrimẽto diuini.] quis potius augeri quàm minui deſiderandus eſt. extra. de conſti. ex parte. de reſcript. quia per ambitioſam. lib. 6. Sed in quo eſt detrimentũ cultus diuini diſpendiũ miniſtrorũ? Reſpõdeo quia ſublata ſufficientia victus ipſis miniſtris, neceſſe eſt ſummoueri cultũ diuinũ, cũ corporalis eccleſia ſine rebus corporalibus in nullo proficiat: ſicut nec anima ſine corpore exercendo ſenſus corporeos viuit 1. q. 7. ſi quis obiecerit.

f ¶ Moderaminis.] Nam nouis morbis noua cõuenit antidota præparari. extra, de iura. calu. cæterũ, & rei nouæ, eſt nouũ conſilium, & remediũ ſuggerendum, ff. de ven. inſpi. l. 1. nã quod medicamenta morbis exhibent. hoc exhibent iura negotijs. in corp. auth. hæc conſtitutio innouat. coll. 8. extra, de reſcrip. ad hoc. & exprimenta morborũ nos cogunt multas adinuenire medicinas 50. diſt. vt conſtitueretur. not. dicto c. cæterum.

Nouæ rei nouũ ſuggeratur remedium.

g ¶ Reformemus.] ad hoc præſidentis officium debet eſſe attentũ, in procœmio domini noſtri Io. Papæ xxij. clementinarum conſtit. § hæc ſane. & arg. 22. q. 4. c. magnæ. ff de coll. bo. l. nonnumquam.

h ¶ Cum itaque.] Secunda pars.

i ¶ In nonnullis.] id eſt, aliquibus, duabus negatiuis affirmatiuæ æquipollentibus, ff. de verbo. ſign. l. duobus, & dixi plenius in decre. cum inter nonnullos.

k ¶ Sequentis anni.] puta tertij, & vlterioris.

l ¶ Defuncto.] i. expendenti pro redemptione animæ defuncti, vel in cęteros modos liberandi animã à purgatorio, qui ſunt multi, vel eleemoſynę largitio. 13. q. 2. c. animæ defunctorum. & c. tempus. 82. diſt. c. presbyter. aliter enim defuncto applicari nõ poſſent. argu. ff. de ope. lib. l. qui libertus, §. poſthumus. 20. diſt. c. qualis. cum mors omnia ſoluat. in corp. auth. de nupt. §. deinceps. coll. 3.

m ¶ Fabricę.] ſcilicet piæ, puta hoſpitalis, pontis vel eccleſię, ſimile de reſcrip. ſi propter. lib. 6.

† Aliàs annualia.

n ¶ Eccleſijs.] quibus forte applicabantur tales fructus conuertendi in ornamenta ipſarum, vel aliam iuſtã cauſam, vt ad exonerationem æris alieni, vel ſimile. arg. ad hoc extra, de teſti. c. vlt. vt eccleſ. benefi. c. vnico.

o ¶ Vel perſonis.] Si intelligas de eccleſiaſticis, planũ eſt, ꝙ ad eas fructus tales ſpectare poſſunt de conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, cũ ipſi viri eccleſiaſtici ſint capaces, extra, de fo. comp. cũ contingat. not. Inn. de reſti. ſpol. c. olim inter. Si intelligas de ſæcularibus, poterunt ne tales fructus, & ipſorũ perceptio ad ipſos pertinere? Dic, ꝙ ſic ſpeciali priuilegio Papæ: nam frequenter viſum eſt de regibus, & alijs mũdi magnatibus, quibus Papa ipſos per priuilegiũ concedebat. arg. 63. diſt. Hadrianus. & c. ſeq. cũ excõicare clericũ poſſint de ſpeciali Papæ cõmiſſione. arg. 96. diſt. c. bonæ. & ibi not. & 32. diſt. §. verũ quidem. per Guli. extra, de offic. deleg. c. ab arbitris. lib. 6. Sed vtrũ de cõſuetudine taliũ fructuũ perceptio poſſit ad tales ſpectare perſonas? Videt̃, ꝙ ſic: quia quod põt pactũ, põt præſcriptio. arg. ff. de pact. nõ impoſſibile, vt not. de fun. pa. l. vlt. lib. 12. ſed per pactũ tempore fundationis appoſitum poteſt ſibi laicus tales fructus retinere beneficij cum vacabit. 18. q. 2. Eleutherius. ergo, & per præſcriptionem. Sed ꝯtrium dicas, cum nec iura eccleſiaſtica tractare vel ſpiritualia ſibi poſſidere, & ſic nec præſcribere põt ius ipſum talia percipiẽdi. arg. extra, de elect. Maſſana, & c. ſacroſanctã. de iudi. decernimus, & c. quanto. de arbi. c. contingit. de reb. eccle. non alie. c. cũ laicis. de præſcr. c. cauſam quæ. 66. diſt. bene quidem. cũ ſim. & quia talis conſuetudo reputari poſſet eccleſijs oneroſa, & ſic inualida. extra de conſu. c. 1. quia laici clericis oppido ſunt infeſti. 2. q. 7. c. laici. extra, de immun. eccl. clericis. lib. 6. Nec obſtat quid dictũ eſt de fundatore laico: quia illud eſt ſpecialiter introductum in patrono, vt per pactum fructus tales ſibi poſſit retinere in ſuæ liberalitatis fauorem vt ſic quilibet laicus citius inducatur ad fundandũ vel dotandum eccleſias, & ne à tali exercenda liberalitate detrahãtur. arg. ad hoc. C. de bon. quę lib. l. 2. ff. de ope. pu. l. 2. & iſta ratione de ſola gratia nõ de mero iure laico tali ex fundatione, ſeu donatione, ſeu cõſtructione de iure permittitur iuſpatronatus. arg. 19. q. 2. c. ſi quis epiſcoporum. extra de iure patro. c. quoniam, & ibi not. per Hoſt. iſta etiam ratione eccleſia patronalis nõ poteſt erigi in collegiatam per ordinarium inuito patrono, ſecundũ Ber. notantem extra, de iurepat. c. nobis.

Excommunicare poteſt laicus ex Papæ cõmiſſione.

Ius patronatus quare laicis cõcedatur.

p ¶ Annalia.] ſic vulgariter dicta, quia per annũ emolumenta talium beneficiorũ percipiebantur: & ſic ad vulgi denominationẽ reſpectus habetur. arg. ff. de fun. l. 2. §. 1. de fun. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam.

q ¶ Priuilegio.] intellige per Papam conceſſo, quo ad perſonas ſæculares: illis enim ab alio tale priuilegium cõcedi non poſſet, iuxta not. ſ. in glo. ſi intelligas, & ſu

per

per hoc vide quæ not. per Inno. & Hoſt. extra, de arbi. contingit.

a ¶ In totum.] & male. extra, de præb. c. de monachis. & eod. tit. c. vlt. conſtitutio. Clem. Papæ V.

b ¶ Canonice obtineat.] hoc dicit quia aliter obtineri beneficia non poſſunt. extra, de inſt. c. ex frequentibus. de reg. iur. lib. 6. c. beneficium. & argu. ff. de decur. Herẽnius. Vade ad titulum beneficij exhibendum beneficiatus poſſidens poteſt cogi ex officio ordinarij abſque libello, reiecta omni recuſatione, licet nõ ad partis inſtantiam: vt not. Hoſt. extra de ſimo. cap. licet Hely. & Clarius Compoſt. ſ. de reſcrip. capitulum. in gloſ. magna ſuper verbo. ſed ſecundum hoc.

c ¶ Aliàs.] ſcilicet deficienti tali conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto.

tur. ar. ne quid in flu. pu. l. 1. §. ſunt qui putant. de leg. 3. l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem.

q ¶ Non fraudentur.] ſimile de appel. peruenit de elec. cũ in eo. li. 6. fraudarent aũt ipſorũ rectoribus reſidere non potentibus, ob temporaliũ defectũ, vt ſ. dixi in gl. qui potius.

r ¶ Statuimus.] per hoc videtur conſtitutio fore noui iuris editiua.

s ¶ De fratrum.] qđ hæc clauſula operetur, dixi in decreta. Execrabilis, § nos.

t ¶ Integre.] ideſt in totũ, vt ſ. dixi: & ſic nulla parte ſaltẽ modica beneficiatis reſeruata. Pone igitur ꝙ ipſi beneficiati percipiebant portionem paruulam de fructibus, toto reſiduo habentibus annalia applicato: habet ne hoc caſu locum quod ſequitur? vr. ꝙ non: cũ in hoc caſu non loquatur, & ad caſum omiſſum prouiſio ſe extendere non videtur argu. ff. de lib. & poſthu. l. commodiſſime. ſol. mat. l. ſi cum dotem. cum ſi. l. n ꝯrium videtur attenta mente præſentis conſtõnis prouidentis ne eccleſiæ debitis fraudentur ſeruitijs, quibus fraudarent ſi beneficiati ita modicum perciperẽt de fructibus ex quib. nõ poſſent ſuſtẽtari perinde ac ſi nihil perciperent. arg. ad hoc ff. de admi. tu. l. ita autem. de admi. re. ad ciui. perti. l. legatã & deriſoria poſſet eſſe talis perceptio, vnde debet haberi pro nulla arg. ff. de iure do. l. cũ poſſet, §. igitur. ar. de leg. 1. l. legato. cũ no. in eis. & quo ad hoc modicum, & nihil æquiparantur. de præb. c. de monachis. & c. auaritiæ. & eo. tit. c. ſuſcepti. lib. 6. de appel. c. peruenit. quaſi illi hoc caſu videãtur integros fructus percipere, qui modicũ beneficiatis relinquunt. ar. de cõſe. d. ſt. 2. c. re vera. ff. de iu. l. ſed, & ſi ſuſceperit, §. ſed, & ſi proponas. & alibi paria vidẽtur, quẽ eſſe ſpoliatũ oĩbus bonis ſuis, vel maiori ipſorum parte. extra, de reſti. ſpo. frequens. li. 6. vel pati litẽ in oĩbus bonis ſuis vel maiori ipſorũ parte, ff. de excu. tu. l. pp litẽ inſt. eo. tit. §. ite pp & minus debito dare, & nihil dare paria cẽſeri vñr ff. de trib. act. l. illud quoq; §. minus. de ver. ſi. l. verbũ amplius, & l. minus, & talis mens cõſtitutionis cortici ſuperficiali verborũ pferenda eſt, ff. de exc. tut. l. credendũ. ext. de elect ſi poſtquã, §. 1. li. 6. de iureiur. c. Romani, §. verũ. cl. 5. ff. de le. l. ſcire. nã, & à propria, & ſtricta verborũ ſignificatione diſceditur vbi mẽs aliàs ſalua eſſe nõ põt, C. de lib. præt. l. 3. ff. de iur. pat. adigere, §. quãuis. & ciuili modo, non calumnioſo verba ſũt intelligenda, ff de ſerui. l. ſi cui. ad exhiben. l. pen. de lega. 2. l. debitor, §. vlt.

r al. ſibi.

tuto applicantur in a totum: ita quòd illi, qui huiuſmodi beneficia canonice b obtinent, & ad quos aliàs c de iure fructus ipſi ſpectare deberent d nihil inde percipiunt: e vnde illud inconueniens f ſequitur, quòd commode g nequeunt ad impendendum ſeruitium h debitum reſidere i in eccleſiis, in quibus k beneficiati exiſtunt: Nos l † de illo ſuper his remedio prouidere volentes, m per quod hi, n & illi o in fructuum prædictorũ perceptione participent, p & eccleſię debitis ſeruitiis non q fraudentur: Pręſenti decreto ſtatuimus r de fratrum s noſtrorũ conſilio, quòd illi qui fructus prędictos ibi † hactenus integre t vendicabãt u ex priuilegio conſuetudine vel ſtatuto, nihil x exinde vltra ſũmam, pro qua vnũquodque beneficiorũ ipſorũ conſueuit in ſolutione y decimę taxari,

† Ego ex hoc §. noto ꝙ princeps modificare põt aliorũ priuilegia, ſiue à ſe cõceſſa. l. fundos. & doc. ibi, C. de oĩ agr. deſer. l. 11. ſiue ab aliis. c. quãto & ibi Petr. de Anc. de cẽſi. Fõ.

d ¶ Deberent.] argu. efficax videtur hic ſumi poſſe, ꝙ beneficiatus fructus beneficij ſuos 1 faciat. ad idem ext. de fideiuſ. peruenit. de cle. non reſi. c. vnico. §. qui vero. lib. 6. & hanc opinionem amplectitur Hoſt. extra, de præb. de multa. in verbo, de ſuis, & Io. 12. q. 1. c. duo ſunt gña. ipſe tñ ꝯ not. ea. q. c. res Eccleſiæ. quod proſequere vt plene not. Guli. extra, de reſcri. ſtatutum, §. aſſeſſorem lib. 6. Et huic textui põt colorate rñderi, ꝙ ad beneficiatum ſpectent, ſcilicet percipiendi, & cuſtodiendi, & in ſuas neceſſitates conuertendi, & fideliter inter pauperes diſtribuendi.

1 Beneficiatus an fructus beneficij faciat ſuos. Et vide de hac qõne Conar. in c. cũ in officijs. extra, de teſtam.

e ¶ Percipiunt.] vnde ſcrupuloſo corde moueri poſſunt. 21. q. 7. decimas. ex multis. quæ textualiter leguntur. 13. q. 1. §. quia ergo.

f ¶ Inconueniens ſequitur.] quod vitandum eſt per ea quæ notaui, ſ. in gl. qui potius.

g ¶ Commode nequeunt.] vnde non pro potentibus habẽtur, ff. de verb. ſign. l. nepos, & argu. de pe. liber. l. eius. & l. hoc n. 22. q. 1. c. faciat homo & per ea quæ plene not. in decr. Execrabilis. in verbo, mendicant.

h ¶ Seruitium.] occaſione cuius datur beneficium. de reſcrip. quia per ambitioſam lib. 6. 31. diſt. c. eos.

i ¶ Reſidere.] Sed in quo beneficio quis reſidere tenetur? Dicas, ꝙ in quocunque in dubio: cum omne beneficium reſidentiam exigat, niſi de contrario conſtet: vt not. Inno. de cle. non reſi. cap. vlt.

Beneficiũ quodlibet reſidentiã exigit.

k ¶ In quibus.] ſubaudi, vel ad quas. proprie. n. loquendo aliud eſt beneficiari in eccleſia, & aliud ipſam eccleſiam aſſequi, vt de æta. & qualt. c. vt hic. Cle. v.

l ¶ Nos de illo.] Tertia pars.

m ¶ Volentes.] ſalutare, & æquũ fuit hoc remediũ, cũ per ipſum habentes fructus percipere in totũ non fruſtrẽtur effectu cõſuetudinis vel ſtatuto. argu. ad hoc decre. Execrabilis, § nos itaque. & bñficiati onus ſeruitij ſiue fructus ſe ſubire nõ lugeãt. ar. 13. q. 1. §. quia ergo. 12. q. 2. c. hæc huius placiti. & c. charitatẽ. & c. eccleſiaſticis. de reg. iur. c. q. ſentit. lib. 6. de don. l. Aquilius. in corpore auth. de iud. §. ne aũt. coll. 6. C. de aſſeſ. l. 1. cũ ſim.

2 Nota ꝙ modificare & minuere priuilegiũ non eſt ipſum tollere. Font.

n ¶ Hi.] ſ. bñficiati: de quibus immediate pdixerat, vt ſic ad proxima fiat relatio. arg. ff. de iuriſ. om. iu. ſi idẽ.

o ¶ Et illi.] ſcilicet habentes fructus percipere, vt ſ.

p ¶ Participent.] talis participatio ſeruat conſuetudinẽ priuilegiũ. & ſtatutum, ne totali careãt effectu, 2 & ne beneficiati, & ipſa beneficia à ſuo iure in toto priuentur.

Spoliari omnibus bonis, & maiori parte bonorũ, paria ſunt.

Verba ciuiliter ſũt intelligenda.

u ¶ Vendicabant.] ideſt, ſibi appropriabant, vel applicabãt. ſimile verbũ, & ſimilis expoſitio extra de ele. c. generali, § verum, lib. 6. cum ſimilibus.

x ¶ Nihil.] intellige etiam modicũ: tum quia dicit, nihil, qđ verbũ de ſui natura nihil includit: ſicut per cõtrarium vniuerſale affirmatiuũ nihil excludit, extra de ma. & obe. c. ſolitæ. de priuil. quia circa, ff de hær. inſti. l. hoc articulo. tum quia dicit vltra percipi, diceretur ẽt pro modico, ff. de offi. præfec. præto. l. 1. § in initio. de verb. ſign. l. collegarum, § qui extra. tum quia ĩ dicit, nullo modo, & duntaxat. & ſint omnino contenti, & totali, &c.

y ¶ In ſolutione.] ſcilicet decimæ. ſi non habes in textu, & ĩ. colligitur.

prætextu cuiuſuis priuilegij, [a] conſuetudinis [b] vel ſtatuti quouis modo [c] percipiant: ſed ipſius ſummæ [d] perceptione duntaxat [e] ſint omnino [f] contenti, totali [g] reſiduo prędicta obtinentibus beneficia remanſuro: [h] niſi forſan [i] illi qui fructus [k] eoſdem ſoliti fuerant (vt [l] præfertur cum integritate percipere, pro ſe, [m] mallent ipſum habere reſiduum, [n] & obtinentibus ipſa beneficia ſummam [o] dimittere memoratã: quo [p] caſu percipiendi quod maluerint illis [q] relinquimus optionem: [r] ſic quod infra decẽ [s] dies poſtquam [t] ſciuerint bñficia ipſa vacare, ii quibus annalia [u] ipſa debentur ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, vel ipſorum annalium [x] collectores quam partem habere voluerint, an ſcilicet decimæ [y] taxationem, [z] vel illa dimiſſa reſiduũ [a] nulla [b] ſubhaſtatione

Priuilegiũ quãque in totum euacuatur.

a ¶ Priuilegij.] ſic vides ꝙ priuilegiũ alicui conceſſũ reſtringitur & limitatur, niſi aliàs foret enormiter iuri alterius derogatiuum. nec mireris de hoc: cũ aliàs cõtingat ex hac cauſa ipſum totali effectu vacuari, extra de dec. ſuggeſtũ, & c. dilecti. de verb. ſig. l. quid per nouale.

b ¶ Cõſuetudinis vel ſtatuti.] collige etiã effectũ conſuetudinis vel ſtatuti in partem tolli ob vitandũ enorme alterius detrimẽtũ. nec de hoc etiam eſt admirandũ, cum & ſtatuta iuris cõis ex tempore & loco & ex cauſa ſæpe mutationem recipiant. 29. diſt. ſciendum. extra, de conſan. c. non debet. cum ſi.

Ius cõmune quãque mutatur.

c ¶ Quouis modo.] quaſi dicat. ſiue in ipſiſmet fructibus, ſiue in ipſorum æſtimatione.

d ¶ Summæ.] i. taxationis decimæ.

e ¶ Dũtaxat.] i. tm̃. hoc. n. verbum limitationem & taxationẽ denotat, arg. ff. de tri. vi. & ole. leg. cum certus. de contrah. emp. l. ſi debitor, §. veriſimile.

f ¶ Omnino.] i. in totum, vt plus petere non poſſint. ſimile de reſcrip. duobus. circa fi. lib. 6.

g ¶ Totali reſiduo.] i. reſtanti vltra ſummam taxationis decimæ.

h ¶ Remanſuro.] conſiderato iure communi ſecundũ quod ad eos fructuum perceptio pertinebat, vt ſupra.

i ¶ Niſi forſan.] exceptionẽ ponit ad proximũ dictũ.

k ¶ Fructus eoſdem.] ſcilicet vacantium beneficiorum primi vel ſecundi, vel vlterioris anni.

l ¶ Vt præfertur.] ſcilicet prætextu conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti.

m ¶ Pro ſe.] ideſt, pro ſuo commodo vel vtilitate.

n ¶ Reſiduum.] ideſt, quod reſtat detracta ſumma taxationis decimæ.

o ¶ Summam.] ſcilicet taxationem decimæ.

p ¶ Quo caſu.] ſcilicet vbi magis volunt reſiduum ſummæ, quàm ipſam ſummam habere.

q ¶ Illis.] ſ. qui ſoliti erant fructus integre percipere.

r ¶ Optionem.] i. electionem. arg. ad hoc, ff. de manũ. vin. l. pater.

s ¶ Decem dies.] ſimilis decem dierum dilatio ad optãdũ datur de præb. ſi pluribus, lib. 6 & alibi, ff. de conſti. pe. l. promiſſor. & in corpore auth. de appel. § 1. coll. 4. Et ſi quæras quare talis dilatio ad hoc datur, non maior vel minor? Reſpondeo, quia ſic iuris conditori placuit: nam in talibus iuribus poſitiuis eſt pro rõne voluntas. inſti. de iure nat. §. ſed & ꝙ principi, ff. de conſt. l. 1. & habet locum quod dr̃, non omnium quæ à maioribus ſtatuta ſunt rõ reddi poteſt, ff. de leg. l. non oĩum, 23. q. 4. Nabuchodo. § de Tyrijs. & pro hoc faci. quod not. extra, de reſcri. ſi qñ. Si ẽt quæras à me, an talis terminus vel dilatio poſſit minui vel augeri: dico, ꝙ non: tum quia talis eſt, cuius lapſus ius aufert vni eligendi & in aliũ transfert, vt ſequitur, arg. C. de dila. l. 1. ſicut nec terminus x. dierũ ad appellandũ vel anni ad appellationẽ proſequendam: vt not. C. de lit. cont. auth. offeratur. tum ẽt quia à Papa arbitrarie ſtatutus eſt. arg. extra, de offi. deleg. de cauſis. de iudi. cum veniſſent, C. de temp. in integ. reſti. l. ſuperuacuam. & arg. eorum quæ not. extra, de accu. cum. F. in glo. vlt. de ſorti. c. 3.

Volũtas in iuribus poſitiuis eſt pro ratione.

Terminus ad appellandum, non poteſt augeri, nec diminui.

t ¶ Poſtquã ſciuerint.] nõ ergo prorſus ignorãti currit tale tp̃s, arg. extra, de conceſ. præb. c. quia diuerſitatẽ. C. quõ & qñ iud. l. ab eo. cum. n. præſcriptio de ſe ꝯ negligentẽ currat, arg. C. de an. excep. l. vlt. & ignorans negligẽs dici nõ poſſit: ſibi igitur nec curret, ne iuſta ignorantia feriat, C. de tab. gñali, li. 10. Sed qualẽ reputabis vel p̃ſumes ſcientẽ? Forte illũ qui vere ſcit, vel iuris interpretatione, iuxta c. cũ ei quẽ. in fi. de cõceſ. præb. cle. 5. & arg. ff. de inſtit. l. ſed & ſi pupillus, §. p̃ſcribere. Sed dicas hic arbitrarie cõſiderãdum iuxta locorũ diſtantiã, vel vicinitatẽ, & bñficij qualitatẽ & famã ſup hoc exortã. arg. extra de præſum. c. quoſdam. qui mat accu. poſ. cũ in tua. & p ea q̃ not. Hoſt. extra, de cõceſ. præb. ex parte. in gl. quaſi archiep̃s. Non obſtat ca. cũ ei, tum quia loquitur de impetrãte litteras ad beneficiũ, in quibus vt pote ambitioſis ſtricta ſit interpretatio. extra, de reſcri. ſi gratioſe. de p̃b. quãuis, lib. 6. Hic aũt agitur de mero priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, quæ vel ex ſuperioris liberalitate, vel conſenſu illorũ, quibus p̃iudicant, ſunt inducta, quare nõ ſic ambitioſa dici pñt. arg. de præb. c. ſi cui nulla, li. 6. C. de bo. va. l. ſi qñ, li. 10. tum quia periculũ diuturnæ vacationis, & vitatio fraudis ibi præſumptam ſcientiã introducunt, quod periculũ hic non ſubeſt, cũ infra tp̃s à iure ſtatutũ beneficiũ vacans hr̃et conferri, licet illius fructus ad tp̃s ad alium ſpectent: vt not. Ber. extra de magi. c. quia nonnulli. in gl. vlt. & Hoſt. de ver. ſig. c. tua. & aliàs dixi de præb. c. ſi tibi conceſſio, li. 6. tum ẽt quia ibi fingitur ineſſe ſcientia in certo, quæ fictio ad caſum non expreſſum non extenditur, cum ſit contra ius cõe, pręſumens ignorantiã vbi ſcientia non probatur, ff. de proba. l. verius. extra, de re. iu. li. 6. c. q̃ à iure, & c. præſumitur, ff. de le. l. quod vero. & hunc intellectum innuit fi. c. cum dicit, impetrantem interpretamur habere. & ſic loquitur in certo caſu, arg. ad hoc extra, de rer. permu. c. 1. lib. 6.

Ignorans non dr̃ negligens.

†al. annualia.

†al. annualium.

Fictio non extenditur ad caſũ nõ expreſſum.

u ¶ Annalia ipſa.] hoc expone vt dixi in parte præced.

x ¶ Collectores.] qui frequenter per Papã vel reges vel alios, quibus tale datur priuilegium, ad hoc præficiuntur. Sed pone ꝙ tales collectores non eligunt, vt hic ſtatuitur infra x. dies: nocebit ne regi vel alteri qui tales præpoſuit? Poteſt dici ꝙ ſic: nam negligentia talium nocere vr̃ præponenti eoſdem, arg. C. de acq. poſ. l. ex libertis, § 1. ff. loca. l. videamus. & l. cum plures. §. ſeruũ. de neg. geſt. l. nã & ſeruus, §. vlt. imputatur enim talium negligentium electio præponenti eoſdem, arg. ff. de mino. l. 3. §. vlt. & l. cum mandato. de inſtit. act. l. ſed & ſi quis, §. fi. & arg. extra, de elect. c. generali, lib. 6.

Decimarũ collectores à quibus dr̃ putentur.

y ¶ Decimæ.] cuius perceptio per Papam qñque conceditur regibus, vel aliis: quo caſu qualiter ſeruari poſſit colligitur, de deci. c. ſi beneficiorum, clem. 5.

z ¶ Taxationẽ.] illa deficiente quid iuris ſit, dr̃ in §. ſeq.

a ¶ Reſiduum.] expone, vt ſupra.

b ¶ Nulla ſubhaſtatione.] ideſt, proclamatione vel pręconizatione, per quam appareat fructus beneficiorum fore æſtimandos, & plus offerenti dandos, arg. C. de ſacroſan. eccl. auth. hoc ius porrectum: & talis proclamatio vel ſubhaſtatio alibi appellatur haſtarum ſolemnitas, quæ deficiens in venditione rerũ debitoris fiſci reuocari facit eã. & ſic ſumitur C. de fi. inſtru. & iure haſtæ fiſca. l. 1. & 2. & vlt. lib. 10. vbi talis expoſitio colligitur. & qui in tali ſubhaſtatione in plus offerendo aliũ ſuperat, ipſum licitãdo vincere dr̃, ff. de publ. l. licitatio

Si.

præmiſſa eligere teneantur: [a] Quã electionem [b] ſi intra dictos decem dies non fecerint, (vt dictum eſt) extunc [c] ad eum cuius [d] eſt beneficium huius optio [e] vel electio [f] tranſeat [g] ipſo iure. Et hoc [h] in eccleſiis & partibus [i] illis, in quibus beneficia maiora, [k] & alia quæ ad ſolutionem decimæ ſunt taxata, [l] volumus obſeruari. In illis

Si quæras quare talis ſubhaſtatio hic prohibeatur: põt dici, ꝙ cũ eſſet facienda nõ ob neceſſitatẽ beneficij, ſed ſolum ad cõmodum habentis fructus percipere prohibetur, ne qualitercunque dehoneſtari dicatur ſtatus & qualitas beneficij, detegẽdus per talem ſubhaſtationẽ, arg. ff. ad legẽ Aquil. ſi quis teſtamentum, C. de ali. pup præſtã. l. 2. & accedat quod agitur: quid enim tã durum, tã inhumanũ eſt, quàm publicatione pompaq; rerũ familiarium & paupertatis detegi vilitatẽ, & inuidiæ patere diuitias? C. quãdo & à quib. quarta pars. l. 2 in ver. mobiles aũt res, &c li. 10. & ne per talem ſubhaſtationẽ oblata licitatione in dubium de facto reuocetur quid vtilius ſit, vel recipere taxationem, vel reſiduum, vel vt ſic beneficiati citius certi reddantur, quid eis fuerit remanſurũ. Sed huius gratia quæro, nunquid beneficiatis ſit licitũ fructus horũ beneficiorũ ſuorũ præmiſſa ſubhaſtatione vendere? Vr ꝙ nõ, per iã dicta. Sed ↄ̃triũ credo: tũ quia prohibitũ nõ reperitur, quare permiſſum dẽt intelligi, ar. C de reli. l. ſtatuas, ff. qui. ex cau. ma. l. necnon, §. ꝙ eis. 30. q 4 illud. 1. q. 4. ſpiritalẽ. tum quia ſubhaſtatio de ſe eſt fraudis vitatiua, cũ fiat publice, arg. ff. de ri. nup. l. vlt. de admi. tu. l. non æſtimo inducit frequenter vtilitatẽ beneficiati, & per conſequens beneficij per pluris oblationẽ & licitationẽ: vt d. l. licitatio. tũ quia permiſſum eſt indiſtincte beneficiatis beneficiorũ fructus vẽdere, illos ad firmã concedere libere, meliorẽ ſuã conditionẽ faciendo. ex̃ de loca. c. veſtra. ne præl. vit. ſu. c. vlt. ſicut vſufructuario ꝑmittitur, ff. de vſufr. l. arborib. §. vſufructuarius.

[a] ¶ Teneantur.] ſimile de præben. ſi pluribus, lib. 6. in decre. execrabilis. §. vos.

[b] ¶ Quã electionẽ.] ſ. de taxatione decimæ, vel reſidui.

[c] ¶ Extunc.] hoc verbum temporis extremitatem denotat, vt ante lapſum decem dierum talis optio in beneficiatum non tranſeat, arg. ff. de leg 2. liberum, §. Stichus. iuncta l. 4 ff. de condi. & demonſt.

[d] ¶ Cuius eſt.] facit in arg. ꝙ res & iura beneficij ſint ipſius bñficiati. ſuper hoc vide quod not. de cau. poſ. c. cũ ſuper. & Hoſt. de pecu. cle. c. vlt. & Gar. de reb. eccl. nõ alie. c. hoc conſultiſſimo, li. 6. & 10ã. 12. q. 1. expedit.

[e] ¶ Optio.] ſcilicet retentionis, taxationis, decimæ, vel reſidui, vt ſupra.

[f] ¶ Vel electio.] pro eodẽ ſumi uidentur hæc duo verba: vt hic colligitur, & de conceſ. prẹb. q̃a cunctis, §. pe. & fi. li. 6. ff. de opt. leg. l. 2. in prin. & §. 1. & l. cũ optio. cũ ſim. quia hic non copulatur per copulatiuam, quæ de ſui natura cõiungit diuerſa, ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. de hære. inſti. ſi hæredi plures. Sed diſiunctiuam, vt innuat non referre an dicatur optio vel electio.

Copulatiua cõiungit diuerſa.

[g] ¶ Tranſeat ipſo iure.] q. d. abſque miniſterio, & tranſlatione hominis. ſimile de reſcri. ipſo iure. de elec. q̃ ſit. de hæret. c. cum ſecundum lib. 6. in corpore authen. de rap. mu. §. vlt. coll. 9. ff. de pub. vec & commiſ. l. commiſſa de iu. fiſ. l. 1. §. an bona. cum ſi. Et per hoc collige, ꝙ vbi ille cui datur electio infra certum tempus facienda, negligit eligere: ad alium poteſtas deuoluitur eligendi: ſiue detur electio ab homine, vt ff. de leg. 2. ſtatu liberum, §. Stichum. ſiue à lege, vt hic, & de præb. c. ſi pluribus, lib. 6. de elect. ne pro defectu, lib. 6 cum ſi. Vnde facit ad deciſionem quæſtionis, quæ fieri poſſet. vtrũ mora in hoc caſu tẽpore lapſo purgari poſſit? Et dicas, ꝙ non: quia cum per lapſum eius ad alium eligendi poteſtas ſit tranſlata, in eius præiudiciũ alius conſiliũ mutare nequibit, ff. de reg. iu. nemo poteſt. & eo. tit. c. mutare, li. 6. & arg. de elec. c. conſtitutionẽ, §. inſuper, cle. 5. & vr̃ expreſſum, ff. de fideicõ. li. l. Thais ancilla, § infra. & ſuper hoc vide quod plene not. de conceſ. præb. c. cũ ei quem, cle. 5. pro hoc ẽt facit quod not. Card. d. c. quàm ſit. Sed pone, ꝙ ille qui poterat optare, eligit vnũ, puta taxationẽ decimæ, poſt adhuc exiſtens intra decẽ dies vult variare, & eligere reſiduum, vel econtra: poterit ne? Vr ꝙ ſic, arg. ff. de act. emp. & ven. l. ſi ſterilis, §. vlt. de li. leg. Aurelius, §. pen. de procur. c. licet, lib. 6 cum ſi. Sed ↄ̃trium dicas: quia per electionẽ de vno ex his factã ſemel ius in alio alteri q̃ſitum remanet: quare non eſt locus variationi, vt ſ. prox. dixi. & probat̃, ff. de op. leg. l. apud. & leg. 1. ſm. de elect. c. nulli. & c. ab eo. li. 6. & quia quod ſemel placuit, &c. ff. de neg. geſt. l. Põponius. de reg. iu. qđ ſemel, li. 6. 8. q. 2. dilectiſſimi. cũ ſi. ad hoc ẽt facit quod not. per Cõp. de reſcr. capitulum in glo. magna, § ſed quid ſi ↄ̃ beneficia. Et hoc verũ intelligas: niſi eligens in eligendo fuiſſet deceptus: puta perſuaſo ſibi ꝙ taxatio decimæ erat maior, & illam elegit, vel perſuaſo ſibi ꝙ reſiduũ maius erat, cũ eſſet minus, & illico elegit: quia adhuc eligere poterit. ar. ad hoc ff. de adul. l. ſi maritus, § vlt. de opt. le. l. 2. extra, de pręſum. quia veriſimile. ſic ſentit Hoſ. in ſi: de conceſ. præb. quia cũctis. circa ſi. in ver. extantib. Supradicta aũt vera dicas, vbi ius eligendi cõpetit de pñti. vt hic: ſecus ſi in tẽpus mortis alicuius ſit collatum: quia tũc variare põt habens eligere. Sic non obſtat ff. de le. 2. l. vnũ ex familia. & l. cum pr, § à filia. Et ad arg. in ↄ̃triũ allegata patẽs eſt rñſio: quia in l. ſi ſterilis. obligatus alternatiue ad habitationẽ domus emptæ præſtandã, vel decẽ ſingulis annis, ſemel vel pluries: vnũ de illis pręſtãdo eligens in reliquo non tranſtulit ius eligendi in creditorẽ: quare variare põt, & aliud ſoluere: naturæ obligationis alternatiuæ ſatisfaciens, q̃ variantẽ admittit, ff. de ver. obl. l. cũ qui certarũ cũ in alternatiuis ſit electio debitoris, ff. de ↄ̃hen. emp. l. ſi emptione, §. ſi emptio. de iure do. l. plerũque, §. vlt. extra de reſcr. c. inter cætera. de reg. iu. c. in alternatiuis, lib. 6. hic aũt ſecus: quia ſemel vnũ eligendo, reliquũ fecit aduerſario effectualiter applicari, l. Aurelius, § pen. non obſtat. ibi. n. non agitur de ſemel eligente variare volente: ſed de teſt. pro parte approbante vel pro parte nõ approbante: quare potius caſus eſt diſſimilis quàm ↄ̃trius c. licet, non obſtat: quia ibi variatio admittitur: q̃a ſit ſine alterius præiudicio, & in illo prima voluntate manente, hic aũt non ita. Vel potes ad hæc ↄ̃tria & ſimilia reſpondere ſi vis. vt not. per Dynum de reg. iu c. mutare. & c. quod ſemel, lib. 6.

al. ita: cuius eſt beneficium huiuſmodi, optio, &c.

Mora purgari nõ põt ab eo qui intra tempus non elegit taxationẽ decimæ vel reſiduum.

Eligere habens taxationem decimæ vel reſiduũ intra decẽ dies: ſi vnum elegerit, licet adhuc intra tempus exiſtat, variare nõ poterit.

[h] ¶ Et hoc.] quarta pars, & expone, hoc ſcilicet quod dictum eſt, vt habentes annalia poſſint vel taxationem decimæ, vel reſiduum eligere infra decem dies, & quòd aliàs in beneficiatum electio tranſeat ipſo iure.

[i] ¶ Et partibus.] ideſt, regionibus.

[k] ¶ Maiora.] beneficia maiora dicuntur ep̃atus, vel archiep̃atus, vel patriarchatus. aliter reſpectiue minora dicuntur ſic not. Hoſt. de præb. c. maioribus.

[l] ¶ Taxata.] ſed an ſemel taxatio facta augmentum, vel diminutionem recipiat ex fructuum augmento, vel diminutione? Vide ſi placet quod not. de deci. c. ſi beneficiorum, clem. 5. Pone igitur, ꝙ maiora beneficia reperiuntur taxata, non minora, vel eↄ̃: vel reperiuntur aliqua minora taxata, non tñ omnia: hẽt ne locũ quod dr̃ in parte præcedenti, & hic ſeruari mandatur? Vr ꝙ non: cũ hic textus ad hoc vt ſeruetur, in §. præcedenti videatur exigere, ꝙ maiora, & minora beneficia ſint taxata ob copulatiuã, quæ de ſui natura expoſcit oĩum copulatorũ exiſtentiam, ff. de cond. inſti. l. ſi hæredi. de ver. obl. ſi quis ita ſtipulatus. extra, de reſcri. ex parte. S. Sed contra dicas: quia ſufficit ꝙ illud beneficiũ de cuius fructuũ perceptione agitur, ſit taxatũ, licet non alia. & expone, maiora, & alia, ſcilicet de quorũ fructuũ perceptione

Copulatiua oĩum copulatorũ exiſtentiam expoſcit.

ceptione contendatur. & hanc credo fuiſſe mentē cōditoris huius capituli prouidere volentis habentibus fructus percipere, & ipſi beneficiato: aliàs ſequeretur abſurditas, ꝙ propter vnū modicum beneficiū quod in regione reperiretur nō taxatū, in alijs taxatis prouiſio huius decre. foret inualida. & expones textū, vt dixi. vel expones, &, pro vel: nec eſt hoc nouū: quia ſæpe coniuncta pro diſiuncta, & ecōtra ponitur, ff. de ver ſig. l. ſæpe, C. de inſtit & ſubſti. generaliter. vel dicas, ꝙ hæc copulatiua non expoſcit omnium copulatorum exiſtentiam: cum alterum ex eis tantum ſufficiat ad rem de qua agitur explicandam.

Coniuncta pro diſiuncta ponit, & econtra.

† al. quos.

vero eccleſiis, & partibus, in quibus decimarum taxatio nō eſt facta, ſeruetur quòd fructus [a] & obuentiones beneficii tunc [b] vacantis quod [c] † decimam ſoluere [d] conſueuit, per medium [e] diuidantur: quorum medietatem habeat is, cui annalium † per alterū de prędictis [f] modis perceptio eſt cōceſſa: Reliquā vero medietatem percipiat ille, cui beneficium eſt conceſſum pro ſuſtentatione [g] ſua, & aliis [h] eccleſię oneribus ſup-

[a] ¶ Fructus & obuentiones.] denotare vr̄ differentiam inter fructus & obuentiones: cū per copulam, & coniūgantur, quæ de ſui natura diuerſa copulat, ff de leg. 3. l. ea tū adiectio. de hære. inſtit. ſi ita quis. Vnde poteſt non incolorate dici, ꝙ licet in fructu cedāt regulariter oīum, quæ ex terra naſcuntur, vel ipſa alimentantur, ff. de vſu. l. in pecudum. & l. fructus. obuentiones tū dici poſſunt, quæ ex facto hominis proueniūt: vt puta oblationes, funeralia, & ex ſigillo, vel alio emolumento curiæ, beneficij, & ſimilia proueniunt, extra de elec. vbi periculum maius, §. prouiſioni, li. 6 & eo. tit. ſtatutum, cle. 5. & ff de verb. ſig. l. lege obuenire. cum ſim.

Et, de ſui natura copulat diuerſa.

[b] ¶ Tunc vacantis.] ideſt, quod vacare tunc continget, cum de perceptione fructuum eius tractabitur.

[c] ¶ Quod.] ſcilicet beneficiū aliàs eſt in littera, quos; & expones, quos, ſcilicet fructus & obuentiones.

[d] ¶ Soluere conſueuit.] ſiue habeas quod, ſiue quos, eſt ſenſus, ꝙ diuiſio ſolum fiat de fructibus conſuetis decimari, vel fiat de fructibus beneficij, quod ī decima dari pro fructibus conſueuit. Quid ergo erit ſi bñficiū vacans nihil dare in decima conſueuit de aliquibus fructibus: vel quid ſi de certis cōſueuit, & non de aliis: fiet ne tunc nulla, vel de non cōſuetis aliqualis diuiſi? Videtur, ꝙ nulla: ſumpto argumento à contrario ſenſu in iure fortiſſimo reputato. 15. q. 3. ex eo. extra, de his quæ fi. à præl. cū Apoſtolica. in fi. ff. de teſta. l. qui teſtamento, §. mulier cum ſi. potiſſime, quia ī. in parte penulti. punitur percipiens vltra hæc ſtatuta. Sed ſi hoc ſit verum, ſummā iniquitatem videtur continere in hoc iſta conſtitutio, ꝙ conſuetudo, ſtatutum vel priuilegium ex rationabili cauſa inducta pro fructibus applicandis alicui perſonæ vel vſui, ad tēpus beneficiorum vacantium ſit caritura effectu abſq; culpa illius, ſaltē in beneficijs, quæ nihil pro decima ſoluere conſueuerunt, vel in illis fructibus de quibus decima per beneficiū ſolui non cōſueuit: & conſtitutio principis dēt eſſe rationabilis nō iniqua, iuris alieni non ſublatiua. 4. diſt. erit autem lex. & quæ conſuetudinem vel ſtatutum pro alio inductam non videtur tollere, niſi hoc ſpecialiter exprimat. de cōſtit c. licet, lib 6. quod hic non facit, vt di. ā in parte vlti ma: quare dicam hic ceſſare debere argumentū à contrario ſenſu, vt euitetur iniquitas, abſurditas, & iuriū contrarietas, C de epiſc. & cler. l. conuenticulam. not. ex de fo comp c. ſignificaſti. vel ſubaudiri debere ad textū verbum, maxime, vt maxime fiat diuiſio fructuum beneficij conſuetorum decimari, & conſueti decimā ſoluere. idem tū de alijs & alio. & ꝙ ideo de talibus fructibus & de tali beneficio quod hic dicitur, fuerit introductum ad tollendum dubium, quod fieri poſſet, an annalia percepturus poſſet illam decimam eligere vel totum reſiduum, arg. § præcedentis. Sed cōtrarium eſt vt hic vides: & poteſt eſſe rō, propter defectū taxationis. Si quæras à me qui ſunt fructus de quibus nō cōſueuit

Cōſtō principis nō dēt eſſe ſublatiua alieni iuris.

decimā ſoluere beneficiū, tamen facto ipſo diſcernas: nam tibi ſuper incerto à iure nō determinato quærenti certum nequeo dare reſponſum. extra de ſpon. c. de muliere, C de tranſa. vt reſponſum. Sed ſi quæras, qui ſunt fructus de quibus eccleſia non tenetur ſoluere decimam? Reſpondeo, ꝙ illi, qui ex iuribus ſequentibus & ſimilibus colligūtur. extra de deci. c. nouum genus. & c. ex parte, 16. q. 1. c. queſti. & hæc de decima, quæ debetur ex præcepto eccleſijs parochialibus. Sed de decima, quæ debetur Papæ, ſi quæras qui fructus ab illa ſunt liberi: poteſt non improbabiliter dici, ꝙ omnes illi, qui ſpectant ad locum, qui non cadit in nomen beneficij, vt colligitur de pręb c. per litteras. de reli. do. quia contingit, cle. 5. & eſt ratio: quia in vſus quotidianos perſonarum miſerabilium habent expendi. Et eadem ratione forte idem de fructibus, qui dantur pro quotidianis diſtributionibus, arg. extra, de magiſtr. c. vlt. in fi. vel pro quibus non poſſet canonica portio exigi. extra. de teſt. c. de his de ſepul. in noſtra.

Rñſum certum ſuper incerto dari nequit.

† al. annualium.

[e] ¶ Per medium.] attende hic æqualem diſtributionē factam. conditor enim canonis volens habentem fructus vel annalia percipere, fore ipſorum participem, ne effectu priuaretur conſuetudinis, priuilegij vel ſtatuti: & beneficiatis prouidere volens, vt eccleſiæ debitis ſeruitijs non fraudentur; non ſic æqualem participationem potens facere in beneficijs non taxatis, mediam adinuenire, & ſtatuere curauit, arg. ff. de vſufr. l. etiam partis. de verb. ſig. l. nomen filiarum, §. portionis. & de pet. hære. ſed & ſi lege commiſſoria, §. adeo. & §. quod autem. ſi pars hære. pe. l. antiqui. inſti. quib. ex cau. ma. non licet, §. cum ergo.

[f] ¶ De prædictis modis.] ſcilicet conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti.

[g] ¶ Pro ſuſtentatione ſua] ſubaudi, & ſuorum. 50. diſ, c. ſtudeat. in fi. extra, de reſcrip. cum adeo. cum ibi not. & arg. ff. de admi. tut. cum plures, §. cum tutor cum ſi.

[h] ¶ Alijs eccleſiæ oneribus.] Puta onerū epiſcopalium ſoluendorum, & hoſpitalitatis tenendæ. de ſup. negli. prælat. ſicut. de præb. de monachis. & cenſus eccleſiaſtici exoluendi. de cenſi c. 1 & ſimilium. Sed hic quęro, vtrū alia pars dimidia, quæ applicatur habenti percipere annalia, penes eū reſt ancat abſque onere aliquo? Vr̄ ꝙ non: quaſi illa dimidia fructuum ſola intelligatur, quæ reſtat deductis oneribus ex eadem. extra de offic. ordin. c. præſenti, § porro, lib. 6. & arg C. de fruct. & lit. expen. l. nam qui ſentit commodum, ſentire debet & onus. de reg. iur. qui ſentit, lib. 6 & ff eod. titu. l. ſecundum naturam. non enim ferendus eſt qui lucrum amplectitur, onus aūt ſubire recuſat, C de cadu. tol. l. vnica, § pro ſecundo. In contrarium autem expreſſe videtur per hunc textum, per quem dimidia fructuum expreſſe beneficiato dimittitur pro ſuſtentatione ſua, & pro alijs oneribus ſupportandis: quaſi ad illa videatur ſolum beneficiatum adſtringere: & per conſequens aliā dimidiam habentē percipere, releuare, ff. de leg. 1. l. turpia, §. vlt. & l. ſi hæredes, de leg. 2. l. ſi pluribus, §. 1. & l. legatorum petitio, §. 1. ad Treb. l. quotiens. & l. nonnūquam. Et poteſt ratio huius 1 quia cum ante hanc decr. ille integraliter ſibi fructus appropriaret: & nunc dimidiam perdit: in hoc quoque grauatus, videatur ab oneribus releuatus, arg. ff. de iurein. l. cum qui, C. de cu preſ. ex lu. daph. l. 2. lib. 11 Si enim ad alia decr. conditor. illum pro parte conſtringere voluiſſet, hoc vtique expreſſiſſet. arg. extra, de deci. ad audientiā, C. de cadu. tol. l. vnica, § ſin autem ad deficientis. Qualiter ergo ſe-

1 Iſta ratio eſt bona quia principis cōſtō interpretāda eſt, vt minus lędat ius aliorum. ca. nunc vero. 9 q. 3. opti. gl. in c. audiat. de reſtit. ſpol. Sc tex. in l. 2. §. ſi quis à principe, ff. ne quid in lo. pub. Fō.

cundum

portandis. ¶Quòd [a] ſi alter de prædictis [b] præfata [c] medietate noluerit [d] eſſe contentus, altero contentari uolente, [e] pars nolentis tranſeat ad [f] volentem: [g] & uolens fructus & obuentiones illius beneficii percipiet uniuerſos, eidem beneficio congrue [h] faciens deſeruiri, ac eius ſupportans onera [i] conſueta: [k] Et [l] ſi quicquam aliquis prę dictorum [m] ultra [n] præmiſſa perceperit, [o] illudque [p] his ad quos [q] pertinebit infra [r] menſem non reſtituerit [ſ]

cundum hoc reſpondebis iuribus in ɔ̃trium allegatis? Dicas, ꝙ decr. præſenti. §. porro. & iura ſimilia non obſtant. loquuntur enim vbi quis in totũ ſibi fructus applicabat ex aliqua cauſa, vt intelligantur deductis oneribus: cum non reperiatur alius ad ſupportanda onera adſtrictus pro aliqua parte emolumenti, q̃ percipiat: hic aũt ſecus. arg. ad hoc ff. de vſufru. leg. l. vlt. Alia iura non obſtant, de quibus colligitur habentem emolumentũ ſentire debere & onus: quia hoc verũ, niſi ex diſpoſitione iuris vel hominis alius ad ſupportandã onera ſit adſtrictus, ſicut eſt hic, vt patet ꝑ iura allegata, & argu. ad hoc ff. man. l. ſi hæreditatẽ. §. 1. C. de inoff. teſt. l. quoniã in prioribus. Quid ergo in § præcedẽti, vbi nec habẽs annalia, nec beneficiatus expreſſe adſtricti reperiuntur ad ſupportãda onera: dices ne ꝙ habens annalia pro taxatione decimæ vel pro reſiduo, q̃ uel quod habere eligit, teneatur onera ſubire? Videtur ꝙ ſic, per iura allegata pro iſta parte in quæſtione præcedenti. Sed forte contrarium verum eſt: nam cum ipſe prius integros fructus reciperet antequam hæc decr. eſſet cõdita, quo caſu ad onera tenebatur per §. porro. & ꝓbatur per §. qui ſequitur, ſublata ſibi per hanc decr. integritate fructuũ, ſubducta videtur ab eo onera. arg. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. & cõtra tabulas. de leg. 3. l. vlt. §. ſi. quia ſi ipſe dimidiã fructuum facit ſuam, non tenetur ad onera. arg. huius textus & aliorum iurium. ĩ. prox. alleg. eadem ratione non tenetur ubi taxationem decimæ vel reſiduum eligit: vt prædicto §. cum illa. vel illud minor vel minus eſſe poſſint iſta dimidia. & licet ibi maior vel maius poſſit eſſe, adhuc videtur idem dicendum: cum enim taxationem decimæ poſſit eligere certum eſt, vt uidetur ꝙ decima debetur abſque omni onere, & apud eligẽtes illam abſque onere remanebit. Et ſi dicas, quare vbi reſiduum eligit, pro illo ad onera non tenetur ſaltem pro rata. cum ſi omnes integros fructus perciperet, ad omnia teneretur, maxime ſi ſupponatur reſiduum decimæ plus ualere, quàm iſta dimidia? Poteſt dici ꝙ ideo, quia ex beneficio huius canonis poteſt illud eligere quod ab omni diminutione debet eſſe extraneum, in corpore auth. conſt. quæ de dig. §. illud. coll. 6. & quia ius habet conſtitui uniforme: vnde ſi pro decima electa non tenetur. ergo nec pro reſiduo, vt uidetur. arg. C. de temp. in integ. reſt. l. ſuperna cuã. aliàs ſi contra diceres, poſſet cõtingere priuilegiũ, conſuetudinem vel ſtatutum eſſe deriſoria, & omni carere effectu: quia tanta poſſent eſſe [t] onera, quæ præponderarent fructibus pro taxatione decimæ vel pro reſiduo ad tempus tantummodo percipiendis: quæ quidem onera, totum ſtatum perpetuum beneficij, & per conſequens ipſum beneficium concernunt, ſecundum præmiſſa, ſi bene attendas effectus dicti §. porro. per hoc c. videtur hodie ſublatus, & vtinam ſuper hoc maior declaratio foret facta.

a ¶Quòd ſi alter.] Quinta pars.

b ¶De prædictis.] ſcilicet habenti percipere annalia vel beneficiato.

c ¶Præfata medietate.] fructuum ſcilicet & obuentionum beneficij.

d ¶Noluerit.] contra diſpoſitionẽ & diſtributionem æqualem. §. præcedente.

e ¶Volente.] pœna ergo conſequens locum habet, cũ vnus non vult, & alter vult: vbi ergo uterque nollet dimidia fore contentus, pœna non vendicat ſibi locum, puta ſi ſuper maiori vel minori parte cõuenirent. argu. ad hoc. ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. & poſt.

f ¶Ad volentem.] per hoc patet effectũ cõſuetudinis priuilegij vel cõſtituti totaliter quo ad fructus annales tolli ex non obſeruãtia ſeu trãſgreſſione diſpoſitionis huius decr. quaſi non debeant illorum gaudere beneficio, qui contemnendã legẽ cenſuerũt. argu. C. de iure delib. l. vlt. §. ſi vero poſtquã. & aliàs priuilegium vel ſtatutũ tollitur ꝑ abuſum uel non vſũ. extra de conſt. cũ accessiſſent. de præben. pro illorum. ff. de nũdi. l. 1. no. extra, de deci. ſuggeſtũ. Sed hic quæro, vtrũ pęna hic appoſita locũ habeat contra illum, qui diſpoſitionẽ factam in §. pręcedente nõ ſeruat, ut q̃ habẽs annalia percipere, nõ vult cõtentari taxatione decimæ, nec reſiduo? Vr̃ ꝙ ſic, quaſi utrobique ſit eadem ratio. Sed ɔ̃trium dicas, cum quia hæc pœna ſtatuitur mero caſu ɔ̃ nolentem eſſe contentum dimidia, vt patet per hunc textũ: ergo ad caſum alium non extendam. arg. de elect. ſtatutum. lib 6 ff de pœn. lege interpretatione. [u] Tum quia in caſu §. præcedentis ɔ̃ non ſeruantem eius diſpoſitionẽ eſt certa pœna ibidẽ inducta: igitur iſta non erit cumulanda, cum illa per ſe ſufficiat. arg. ad hoc extra de iud. at ſi clerici. 81. diſt. c. presbyter aut diaconus. & quia ſemel afflicto, & c. 7. q. 1. cum percuſſio. C. de epiſc. aud. l. tã dementis. & quia contenti debemus eſſe pœnis legibus comprehenſis. ff. de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatus.

g ¶Vniuerſos.] & ſic uides emolumentum abdicatũ à non obtemperanti applicari obedienti, & hoc inducit malum inobedientiæ, & uirtus obtemperantiæ. ar. extra de poſtu. præl. ad hoc. ff. de re mil. l. 3. §. in bello.

h ¶Congrue.] quaſi dicat debite, iuxta morem & qualitatem & facultates beneficij. arg. ad hoc. ff de ali. leg. l. cum alimenta. extra de æta. & qual. c. ex ratione. de appella. peruenit. de elect. cum ex eo. §. porro. lib. 6.

i ¶Onera.] de quibus dixi in parte præcedenti.

k ¶Conſueta.] intellige conſueta iuxta morem dudũ rationabiliter obſeruatum, vel ab initio inſtitutum. extra de cenſi. c. 1. & c. peruenit. cum ibi no. 18. q. 2. Eleutherius. vel intellige, conſueta, ſcilicet de iure. vel intellige ſcilicet de iure imponi, licet aliàs non fuerint pręſtita, puta pro procuratione ratione viſitationis uel de legatorum, ſeu nuntiorum ſedis Apoſtolicę occaſione debita. extra de cenſi. cum inſtantia. de pręſcr. cũ ex officij. ad inſolita ergo vel ratione inſtitutionis uel tẽporis iure, iſte non tenebitur, ſicut nec alius beneficiatus. extra de cenſi. prohibemus. & c. præterea.

l ¶Etſi quicquam.] Sexta pars.

m ¶Prædictorum.] ſcilicet habentis annalia percipere vel beneficiati.

n ¶Vltra præmiſſa.] ideſt, vltra taxationem decimę vel reſidui ĩ beneficijs pro decima taxatis, ut in §. & hoc.

o ¶Perceperit.] ſcire debet quod ſuum non eſt, ad aliũ pertinere. C. vnde vi. l. cum quærebatur.

p ¶Illudque.] ſcilicet præceptum vltra præmiſſa, uel eo non obſtante æſtimationem. arg. ff. de cond. fur. l. in re furtiua. extra de tranſact. veniens.

q ¶Ad quos pertinebit.] iuxta diſpoſitionem dicti §. nos. & §. & hoc.

r ¶Infra menſem.] intellige ut in calendario computandum. extra, de ſup. negl. præl. licet. & ſi qui dies de illo lapſi erant, ſupplebuntur de ſequenti, vt no. Gar. in ſimili de elect. cupientes. & c. quàm ſit. lib. 6.

ſ ¶Non reſtituerit.] ſcilicet quãtum in eo eſt ſi enim per ipſum non ſteterit quominus reſtituerit, tunc pro reſtituẽte habendus eſt. arg. ff. de cõd. & demon. l. iure ciuili.

[Margin notes:]

Et ſic videtur, ꝙ portio accreſcat perſonæ, cum tamen Legiſtæ dicãt portionem non perſonæ, ſed portioni accedere. l. ſi totã. ff. de acqui. hęred. l. hæc ſcriptura. §. fin. ff. de cond. & demon. Font.

No. ꝙ portio accreſcens tranſit cum ſuo onere. l. unica ſupra alleg. ibi Bal. tractat materiam iuris accreſcẽdi. & Lud. Rom. ſubtiliter in l. 1. C. quã non pe. par. pe. accreſ. Fon.

Addo §. pœnæ. de pęn. diſt. 1. facit l. cum quidam. ff. de libe. & poſth. l. fin. C. de interdi. ma. glo. c. 1. de tẽp. ordi. lib. 6. licet allegetur in contrarium, & male, ut patet ex fine ipſius gl. & vide q̃ ibi dixi. Fon.

Sunt enĩ aliquando conſideranda quę contingere poſſunt. l. ſeruo. ff. de adi. lega. §. libertas. inſt. de ſing. reb. per fideic. re. Font.

cum [a] effectu: eo ipſo ſi epiſcopus uel ſuperior [b] prelatus fuerit, à †pontificalibus [c] & ingreſſu [d] eccleſiæ ſit ſuſpenſus: Si autem capitulum, [e] vniuerſitas, vel collegium, interdicto [f] ſe nouerint (donec [g] prædicta cum integritate reſtituerint) ſubiacere. [h] Si uero aliqua [i] ſingularis perſona eccleſiaſtica vel mun dana id fecerit: [k] excommunicationis [l] incurrat ſententiam ipſo facto, à qua ſine reſtitutione [m] premiſſa preterquam in mortis articulo [n] minime abſoluatur: [o] Non obſtantibus [p] quibuſcunque [q] priuilegijs vel indulgentijs, aut contrarijs conſuetudinibus, & ſtatutis, iuramento, [r] con-

ciuili. de re iud. l. in iure. C. de inſ. & ſubſt. l. 2. extra de eo qui mit. in poſſ. c. 2. de regu. iur. cum non ſtat. & c. imputari. lib. 6.

Volũtas ſola non ſufficit, vbi factum requiritur.

[a] ¶ Cum effectu.] quaſi realiter, vt innuat ꝙ non ſufficeret obligatio verbalis facta de reſtituendo: quia ubi opus eſt facto, ſola voluntas nõ ſufficit. extra de eo qui mit. in poſ. ca. 1. & ibi no. vt li. non cont. c. quũ. §. in alijs. ad hoc. ff. de re iu. l. 4. §. ait prætor, quib. mod. pign. vel hypo. ſol. l. ſicuti. §. ſi uoluntate. cum ſimilibus. Et uerba accipienda ſunt cum effectu. ff ne quis eũ qui ĩ ius l. ſi per aliũ. §. docere. quod quiſque iur. l. 1. §. hæc aũt verba. extra de cler. non reſid. c. relatum. & hoc ẽt bene denotat uerbũ, reſtituat, quod de ſui natura plenam habet ſignificationẽ, ff de vſu. l. uideamus. §. in Flauiana, de vero. ſig. l. reſtituere.

† al. ita: à pontificali honore, & ingreſſu eccleſię nouerit ſe ſuſpẽſum.

[b] ¶ Superior prælatus.] vt archiepiſcopus vel patriarcha. & ſic vides ꝙ in paritate delicti, in pœnis mitius agitur cum epiſcopo vel ſuperiore, q̃ cum alijs, & hoc propter dignitatẽ pontificalis officij. de off. deleg. c. qa pontificali lib 6. & quia in pœnis infligendis deferendũ eſt, &c. extra de off deleg. paſtoralis. & ſuper hoc ui de ꝙ no. 40. diſt. c. homo Chriſtianus. & clarius extra de iureiur. c. cum quidã. vbi no. Bernar. ꝙ in pœnis pecuniarijs plus punitur maior quàm minor: ſed vltimũ cõfundi videtur per l. quædam, ff. de pœn. vbi militi artem ludicram exercenti, aut ſe vendi tanquam ſeruũ patienti, pœna capitalis imponitur, quæ pagano talia facienti minime imponeretur, vt ibi. Sed illud ſpeciale poteſt dici in odium militis tale quid ꝑpetrantis, per quod ab exercitio militari, & ſic à defenſione reipublicæ habet abdicari, ob quam ſe morti exponere, & mortem non vitare tenebatur. ff. ex quib. cau. maior. l. pen. cũ ibi no. & in corpore auth. de mand. princ. §. vlt. coll. 3. & ob quam pater filium, & filius patrem poteſt interficere ſine pœna. ff. de reli. l. minime.

[c] ¶ A pontificalibus] ideſt, ab illis quibus põt dici põtifex: & ſic celebrare Miſſam cũ mitra & baculo non poterit: nam ſuſpenſus ab iſtis prohibetur ab his quę ſunt ſibi aliàs vt pontifici permiſſa, & dependentibus ab eis, puta ab ordinũ celebratione, frontis chriſmatione, baſilicarum ſeu virginũ conſecratione, & ſimilibus: non aũt ab alijs, puta à Miſſæ celebratione ſine ornamẽtis pontificalibus, baptizare, pęnitẽtias dare & alia, quæ cõpetunt ratione ſacerdotalis officij. ſic ſentit Cõpoſt. de conſuetud. cũ dilectus. & Ber. de offic. delega. ſane 2. aliqñ tamen ſuſpenditur à ſacerdotali officio, vt dicto c. ſane. & tunc nec iſta poſſet facere, niſi in pęnæ impoſitione ſibi permitterentur. de corpore vitiato, c. 2. ſignificauit. Sed pone aliquem ſuſpenſum ab officio ſacerdotali: poterit ne vti põtificali, & alibi quã in Miſſa? Videretur ꝙ non: quia interdicto vno, omnia interdicta ſibi cenſentur, quæ ſine illo explicare non poſſet. de reg. iur. c. cum quid prohibetur. lib. 6. ſed ſine ſacerdotali officio impleri non poteſt pontificale. de ex ceſſ. præla. ex litteris. circa fin.

[d] ¶ Et ingreſſu eccleſię.] à qb. videaĩ ꝓhibitus, cui talis ingreſſus interdicitur, habes de ſen. exc. c. is cui. li. 6. & vide ſuꝑ hoc ꝙ no. per Inn. & Hoſt. de ſent. excõ. ſacro. & per Gul. de off. deleg. quia pontificali. lib. 6.

Capitulum caret aĩa, & excommunicari non poteſt.

tempus (vt præſcribitur) limitatum,[a] verbo[b] & facto[c] ac ſine[d] fraude coram[e] ordinario ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod ſi[f] non fecerint, etiam illo[g] ſint ipſo[h] iure priuati, in quo ius eis aliàs competebat, & inhabiles penitus ad quæcumque[i] obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeantur. Qui vero[k] deinceps[l] receperint[m] dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium animarum curam habens[n] annexam, ſi antea ſimile[o] beneficiũ obtinebant, illud (quo ipſo[p] iure poſtquam ſecundi poſſeſſionem[q] habuerint,[r] vel per eos omni dolo, & fraude ceſſantibus[s] quominus habeant ſteterit, priuati noſcuntur) abſque[t] moræ diſpendio in ordinariorum[u] manibus dimittere[x] debeant pari[y] modo: Alioquin[z] extunc[a] ſint ipſo[b] iure ſecundo priuati, & nedum ad ſacros[c] ſuſcipiendos ordines,

1 Hinc eſt ꝙ poſterior emptor cui primo res ẽ tradita, præfertur primo emptori, cui res tradita non eſt, l. quoties, C. de rei vend. de qua l. vide Hippo. in l. q. duob. ff. de fal. & ad iſtam gl. faciunt no. in c. ſi tibi abſenti. de p̃ben. li. 6. & Inn. in c. inter cætera. de præb. & vide quę notaui ad finẽ c. de cõceſ. præb lib. 6. Font.

Vide q̃ ibi notaui ad tex. Fõ.

Beneficiũ de facto tãtum obtinens, ab epiſcopo expelli poteſt.

1 Circa iſtud pũctũ vide ibi Pa. not. Font.

¶ Quod

quin etiam ad habēdum quodcumque [a] beneficium eccleſiaſticum inhabiles reputentur. Quæ omnia & ſingula beneficia vacatura [b] (vt [c] præmittitur) vel dimiſſa, [d] noſtræ [e] & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni de ipſorum fratrū conſilio reſeruamus. [f] Inhibētes: [g] ne quis præter Romanum Pōtificē [h] quacūque [i] ſit ſup hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi [k] beneficijs diſponere, [l]

a ¶ Quodcunque.] de hoc dic, vt dixi ſ. pr. §. in gl. vlt.

b ¶ Vacatura.] ſcilicet ipſo iure ex diſpoſitione huius conſtitutionis.

c ¶ Vt præmittitur.] ſcilicet præcedente diſpenſatione electis duobus vno cū cura, alio ſine cura, vel illis non electis, vel cęteris nō dimiſſis vel dimiſſis, ſi ad alia qs ſine noua collatione redierit, vt ſ. in §. nos itaque. vel nulla p̄cedēte diſpenſatione retētis pluribus, illisq; nō dimiſſis, retētio vltimo rite collato. iuxta §. porro. vel ſecundo ſimili ſuſcepto, & primo non dimiſſo, iuxta iſtum §. in his enim inducitur vacatio per hanc conſtitutionē, in oībus. in §. nos in vltimo receptis, in §. porro. & in iſto. & hunc intellectum innuit § ſequens cum dicit, vt præmittitur p̄dictis. niſi enim ſic intelligas, videretur hic innui, ꝙ etiā beneficia in futurū vacatura per ſuſceptionē ſimiliū eſſent hic collationi Papæ reſeruata: & ſup eis ſublata poteſtas ordinarijs vel legatis ſedis Apoſtolicę Cardinalibus ꝯferendi. qđ eſt expreſſe contra decr. de multa. §. his quoque. & ſ decr cum ſingula. §. ſtatuentes ēt de præb & haberet dici neceſſario, ꝙ illa iura cum ſuis ſimilibus ſint correcta & non eſt veriſimile conditorem huius canonis hoc ſenſiſſe. argu de elect. c eccleſia 2. § denique, C. de inoff. teſt. l. ſi qn nam iurium correctio vitanda eſt. de elect. cū expediat, lib. 6. in corpore auth. de admi. off in fin. coll. 3 nec voluiſſe intantū reſtringere poteſtatē ordinariorū in beneficijs conferendis, in magnū forte periculū diutinæ vacationis, arg. ex de priui. paſtoralis de p̄b. ſtatutū, li 6 vr̄ ergo intelligendū hic reſeruationē factā eſſe de beneficijs, q̄ per hanc conſtōnem vacare cenſentur, & quæ aliàs non vacarent: vt ſic in hoc intelligatur inquantū minus derogare dicetur alijs iuribus cōibus, arg. de reſcr. c. cām quæ de conſue. cū dilectus, ff de legi. l. ſed & poſteriores, iuxta id quod alibi ſtatuitur: quotiens enim ſermo duas ſignificationes exprimit, ea potiſſime recipiatur, q̄ rei agendæ aptior eſt i. iuri cōi non contraria, ff. de reg. iu. l. quotiens idē ſermo. & alibi legitur, quotiens ſine captione nihil inueſtigari poteſt, eligendū eſt quod minus habet iniquitatis, vt eo. tit. l. quotiens nihil. & opinor hanc mentem fuiſſe conditoris huius capituli.

Iuriū correctio vitāda eſt.

d ¶ Vel dimiſſa.] intellige prætextu diſpēſationis ſublatæ, vt ſtatuitur ſ. in §. nos itaque. quid ergo ſi nulla ſint dimiſſa, iuxta illum §. ſed habens diſpenſationem ſuper pluribus, omnia de facto retinuit contra hanc decre. quæ & qualia tamquam dimiſſa dices hic reſeruata? Videtur ꝙ nulla, ſed dic, ꝙ ſaltem cenſebuntur reſeruata tāquam pro dimiſſis habenda, vel tāquam vacatura, vt dixi in glo. præcedente. Non ſic aūt de obtentis pluribus ſine diſpenſatione, iuxta §. porro. illa enim tāquam vacatura per lapſum menſis non poſſunt dici reſeruata, cū tp̄e huius conſtitutionis editæ vacarent: ſed nec tāquam dimiſſa vbi dimiſſa non fuerant, niſi diceres ipſa pro dimiſſis fore habenda. Sed ſi ponas ipſa dimiſſa, cenſebuntur ne ipſa reſeruata? Videtur ꝙ non: ſicut nec dimiſſa prætextu adeptorum ſecundorum ſimilium: cum hic videatur Papa reſeruaſſe ſolum illa, q̄ per hanc conſtitutionem ipſo iure dicuntur vacare, vt dixi in glo. præcedenti, vel quæ ſunt dimittenda ex diſpoſitione huius conſtitutionis, non autem alterius.

e ¶ Noſtra & ſedis Apoſtolicæ.] differentiam collige inter iſta. de reſcri. c ſi gratioſe, li. 6. ff. loca. l 4. ſed in caſu præſenti quo ad effectū reſeruationis nulla vr̄ differentia: quia licet hæc reſeruata per conditorē huius cōſtitutionis non cōferentur: remanerent conferenda per ſucceſſorē, cum nedū ſibi reſeruauerit, ſed & ſedi ipſi, quæ non moritur, vt d. c. ſi gratioſe. & arg. in corpore auth. quomodo opor. epi. §. licentiam. collat. 1. 12. q. 1. cap. liberti.

f ¶ Reſeruamus.] ſed ſuppoſita plenitudine poteſtatis iuxta quam Papæ dici non poteſt, domine cur ita facis? de pęnit diſt. 3. §. ex perſona. ſi quæras à me quæ potuit eſſe cauſa rationabilis, ꝙ ipſe talia beneficia ad ſe reuocauerit conferenda, poſſum reſpondere, ꝙ cum ſollicitudo onerosa Pontificalis officij Papæ impoſita, vt in extrauaganti eiuſdem dn̄i Papæ, quæ īcipit: Ad onus multis indigeat miniſtris: cum meſſis quidē multa, operarij vero pauci. 21. diſt. c. in nouo. vocandis per eū in partē ſollicitudinis 2. q. 6. c. qui ſe extra, d' vſu. pal. c ad honorē. quos remunerare tenetur; necnon illos qui ſuis anteceſſoribus ſeruierūt. 12. q 2. c. hoc huiuſmodi & c. charitatem. & c. eccleſiaſticis. & ad eius ſedē confluunt vndecūque clerici indigentes, quibus paterna prouiſione ſubuenire tenetur, maxime ne in cleri opprobrium mendicare cogantur. 93. diſt. c. diaconi. extra, de cenu. c. ad ſupplicationem habeatq; multis mūdi magnatibus, illis potiſſime, qui Dei eccleſiam in multis dotauerunt, vel illorū anteceſſores: & qui Eccleſiæ Dei fuerunt deuoti filij, & defenſores, ſe fauorabilem exhibere. de reſcri ſedes Apoſtolica, in beneficijs conferendis ad eorum inſtantiam, vt ad ſubſidium Eccleſiæ pro tempore citius inducātur: & ne aliàs ab eo retrahātur, arg. C de bo. quę lib. l. 2. ff. de ope. pub. l. 3. iuſtū fuit & æquū adinuenire modum per quem Papa poſſit de multis beneficijs prouidere, vt per eū iuſta fiat diſtributio de eiſdem, vt in prin. huius capituli, potiſſime cum in eo donandi immenſitas menſura dicatur, in corpore auth. de non alie. aut permu. re. eccl §. ſi minus. coll 2. & iſta poteſt dici ratio quare beneficia vacātia per aliū quàm per eum regulariter conferri non poſſunt. de præb. licet eccleſiarum, lib. 6. & ibi de hoc dixi.

Papa multa beneficia ſibi reſeruat, cum multis prouidere habeat.

g ¶ Inhibentes.] poſt talem inhibitionem vel reſeruationem ligatæ ſunt manus ordinarij, vt tunc conferre non poſſit, arg. de reſcr. tibi qui gratiā. de conceſ. præb. c. executor. & c. ſi capitulo, lib 6. cum ſim.

h ¶ Romanum Pontificem.] ſubaudi, vel alium ab eo ſuper hoc poteſtatem habentem, de præben. licet, lib 6. tunc enim per alium faciens, hoc ipſe facere cenſetur. de reg. iu. c. qui per alium, lib. 6. omnia enim noſtra facimus, &c. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. ſed neque. extra, de præb. c. ſi Apoſtolicæ, lib. 6.

i ¶ Quacumque.] ēt legationis Cardinalis, cū ſic indeterminate, & vniuerſaliter loquatur, & nihil excipiat, arg. de ma. & obe. c. ſolitæ. circa fi. de hære. inſti. l. hoc articulo. & extra de præb c. licet, li 6. vbi ſunt verba ſimilia, & magis ſpecificata, q̄ hic, licet aliàs ex virtute legationis ſuæ poſſet conferre beneficia, etiam ad collationē ſedis Apoſtolicę deuoluta. de præb. c. venerabilis.

k ¶ Huiuſmodi beneficijs.] ſcilicet diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruatis.

l ¶ Diſponere.] puta illa cōferendo, vel ad ipſa aliquē eligendo, vel de eis prouidendo. An aūt per hoc videaē laico patrono interdicta poteſtas præſentandi ad talia beneficia: Sētire vr̄ Gul. ꝙ non, de præb. c licet. cum de iure præſentandi non fiat mentio. Itē quia qui præſentat aliquē ad beneficiū, nihil diſponit de ipſo, cū per p̄ſentationē aliquod ius in eo nō quæratur de re iud. cū Bertholdus & ibi not. in 3. gl. ſed textus huius indefinitas, & vniuerſalitas ꝯtrium innuit, potiſſime cum ſtatim ſubiungat, vel aliàs innouare quoquomodo præſumat. nulli autem venire debet in dubium, quin per præſentationem aliquid in beneficio innouari dicatur, cum alteri quàm præſentato de iure conferri non poſſit, ſal-

Præſentato ius ex præſentatione non quæritur.

tem

tem durãte præſentatione, & agi põt vt præſentatio ad mittatur. d. c. cũ Bertholdus. cum ibi not. maxime ſi ſit facta à clerico, cum illa vim electionis habeat. not. Inn. de iure pa. cum autẽ. nec ille variare poſſit, vt ibi, & eo. tit. c. paſtoralis. & ſi præmiſſa vera ſint, vr̃ hic patrono, ẽt laico, ſublata præſentandi poteſtas, qđ fieri bene poteſt per Papam, cum de ſola gratia iuſpatronatus in laico toleretũ. 16. q. 5. ſi quis epiſcoporum. extra de iurepat. quoniam. & quo ad illud ſit de foro Eccleſię. extra de iu. quãto. de hoc etiam notari conſueuit extra de iurepa. c. cum dilectus.

a ¶ Permutationis.] Igitur permutatio de talibus etiã vacaturis hic eſt inhibita tamquam per reſeruationem, inhibitionem, decreti interpoſitionem affectis arg. extra de conceſ. præb. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. lib. 6.

vel circa illa per viam permutationis,[a] vel aliàs[b] innouare quoquo modo præſumat, Nos enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, irritũ[c] decernimus, & inane. ¶ Cæterum[d] ordinarios intelligimus in caſibus[e] ſupradictis epiſcopos,[f] in quorum ciuitatibus[g] vel diœceſibus conſiſtunt beneficia ſeu aliquod eorum, quæ debent ſecundum[h] præmiſſa dimitti, aut ipſi, qui ea debent dimittere commorãtur,[i] uel eccleſijs cathedralibus[k] uacantibus[l] capitula eorũdem:[m] & hi[n] de beneficijs tam dimiſſis, quàm (ut præmittitur[o]) perditis,[p] nos[q] uel Apoſtolicam ſedem[r] certificare ſtudeant quãprimum[s] cõmode poterunt indilate,[t] ut de illis ſalubriter diſponere ualeamus.[u] ¶ Quan

b ¶ Vel aliàs.] puta tranſlationis de aliquo bñficio ad alia faciendæ: vel forte illa alteri vniendo, vel alia diuidendo, vel alia ſubmittendo, vel cenſum eis imponẽdo, vel ſimilia faciendo, cum hic generaliter dicatur innouare quoquo modo. Vel põt dici aliàs innouare, puta ad illa aliquem præſentando, vt dixi ſ̃ proxi.

c ¶ Irritum. hæc clauſula ligat penitus etiam ignorãtes de præb ſi poſtquã &c dudum. de reſer. c. ubi. li. 6.

d ¶ Cæterum.] Quinta pars.

e ¶ In caſibus ſupraſcriptis.] In §. nos itaque & §. porro. & §. qui vero. & per hæc verba innuit, & denotat, ꝙ aliàs ſint vel eſſe poſſint alij ordinarij quàm epiſcopi, vt ſ̃. notaui in §. nos itaque. in verbo coram ordinario.

f ¶ Epiſcopos.] intellige etiam talium beneficiorũ collationẽ non habentes, cum generaliter loquatur. & hoc innuit textus ſequẽs de capitulis eccleſiarum cathedralium mentionem faciens, ad quæ certum eſt de iure cõmuni beneficiorum collationes non ſpectare. extra ne ſede va. cap. illa. cum ſimilibus.

g ¶ Ciuitatibus vel diœceſibus,] diſiunctiue ponitur hæc duo, quaſi vnum non ſit reliquum. de reſcrip. cap. Rodulphus.

h ¶ Secundum præmiſſa.] ſcilicet in §. nos itaque. & in §. porro. & §. qui vero.

Epiſcopus eſt triplex, ſcilicet originis, domicilij, & beneficij.

i ¶ Commorantur.] eps̃ igitur beneficij, & eps̃ domicilij hic ordinarij quo ad hoc ſunt cenſendi. ſimile extra de temp. or. c. cũ nullus. lib. 6. Si q̃ras quare hic cõditor canonis non reputauit ſuperiorem ordinariũ epm̃ originis ſicut ibi? Poteſt dici, ꝙ ex cã ibi de illo, & alijs ſit mẽtio, vt liberius, & facilius poſſit quis ad ordines promoueri ab alieno ep̃o, cũ à pluribus poſſit licentiã obtinere. & hoc denotatur ibi cum dr̃, hoc caſu: hic autẽ non curauit cõditor de originario ep̃o facere mentionem, cũ facilius corã ordinario domicilij (cum ibi commoretur beneficiatus) poſſit beneficia dimittere, vel ſaltem corã ordinario beneficij, cum ſub illo in dubio p̃ſumatur beneficiatus domicilium habere, vt notat Inn. de priui. ex ore. quàm coram ordinario originis, qui beneficia dimittenda in ſua diœceſi forte non habet, nec perſonam habentem illa dimittere ſaltem quo ad forũ vt not. ff ad municipa. l. aſſumptio, §. 1. Sed cum in loco originis dicatur quis habere domicilium regulariter, & quo ad honores, & quo ad munera ff. ad municip. l. ordine, §. vlt. de mun. & hono. l. & qui originẽ. non videtͣ probabilis ratio, quare non ſic talia poſſeat dimitti beneficia coram ordinario originis ſicut coram ordinario domicilij vel beneficij, cum ille ſicut iſte Papã certificare poſſit de beneficijs dimiſſis coram eo. Sed cum textus ordinarios tantum reputat ep̃os beneficij vel domicilij vel capitula eccleſiarũ cathedralium eorundẽ & nihil de ordinario originis dicat, nõ audeo dicere, ꝙ coram illo dimittendo quis beneficia ſatisfaceret huic cõſtitutioni: vnde ex quo ſic ſcripta eſt, ſeruanda eſt. 6. q. 3. ſcriptũ eſt. 19 diſt. in memoriã ff. qui, & à qui. l. proſpexit. & in dubio verbis conſtitutionis habet ſtari. ff. de exerc. act. l. 1. §. ſi is qui. ver. in re igit. ad muni. l. cõſtitutionibus. vt pœnæ hic impoſitæ euitentur. Ratio aũt quare ſic ſcripta eſt, poteſt reddi: quia ep̃i illi, & maxime ep̃s beneficij plenius Papã certificare poterũt de dimiſſione beneficiorum potiſſime reali, quàm epiſcopi originis. arg. extra de præſumpt. c. quoſdam. & c. quanto, C. de reſcin. ven. l. quiſquis.

k ¶ Cathedralibus.] ideſt epiſcopalibus, ob honorem cathedræ ſic dictis. arg. de offic. ordi. conquerente. de dona. paſtoralis.

Vacatio multipliciter contingit.

l ¶ Vacantibus.] intelligo qualitercunque ſiue morte, ſiue renuntiatione, depoſitione, tranſlatione, vel aliàs quoquo modo, cum indiſtincte loquatur. arg. 7. q. 1. §. ecce quibus, ff. de bono. poſſeſ. contra tab. l. 1. §. vlt. pro ſocio l. actione, § publicatione. Et quia vtrobique eſt eadem ratio: hoc igitur caſu capitulum cathedralis eccleſiæ vices ſuſtinet epiſcopi quo ad beneficiorum dimiſſionem recipiendam, licet ipſa vel alia de ſe non conferant. ne ſede va. illa.

m ¶ Eorundem.] ſcilicet epiſcoporum beneficij, & domicilij, vt ſupra.

n ¶ Et hi.] ſcilicet epiſcopi: vel eis deficientibus, capitulum.

o ¶ Vt præmittitur.] ſupra in tribus proximis §.

p ¶ Perditis.] ſed de quibus perditis hoc intelliges? dices ne loqui de perditis illis, q̃ retineri poterãt: q̃a alia nõ dimittũtur iuxta præcedentes, §. vt eorũ collatio ſpectet ad Papã dicas, ꝙ ſic: mẽs enim fuit cõditoris huius canonis ſuæ collationi reſeruare omnia beneficia, quæ ipſo iure p̃ hãc cõſtitutionẽ vacare cenſentur, vt ſ̃. dixi.

q ¶ Nos.] ſcilicet viuentes.

r ¶ Vel Apoſtolicam ſedem.] ſcilicet, nobis ad æternæ ſalutis gaudium euocatis. Vel potes dicere ſedem Apoſtolicam, etiam nobis viuentibus; cum vbi ſit Papa ibi ſedes Apoſtolica, vt notaui ſ̃. in §. nos itaque in ver. Romanæ Eccleſiæ.

s ¶ Quam primum commode.] ſcilicet arbitrarie, iuxta regionum longinquos. vel propinquos viarũ diſcurſus. arg. de elect. c. cupientes. & c. q̃ ſit, lib. 6. de appel. cũ ſit Romana. C. eod. tit. l. cum poſt. & eſt ſimile huic de cle. ægro. c. vnico, §. ſi autem epiſcopus, lib. 6.

t ¶ Indilate.] ideſt, abſq; torpore, mora, vel negligẽtia.

u ¶ Valeamus.] non dicit, de perditis aliquid quod de illis valeat diſponere tamquã per hanc conſtitutionẽ reſeruatis: quare facit pro hoc qđ dixi in verbo, perditis. ſed cum quantum ad certificationem Papæ faciendã, hic æquiparari videantur dimiſſa, & perdita, vr̃ ꝙ ſicut illa ſunt hic reſeruata, ita, & perdita. Sed ad hoc poteſt dici, ꝙ licet de hoc ſit Papa certificandus, vt valeat de illis diſponere: nõ ex hoc ſequitur, quòd de oĩbus vt ſ̃

ſeleç-

tum [a] autem ad modificationem attinet ante factam: [b] illa dumtaxat & non alia beneficia eccleſiaſtica [c] quocunque nomine [d] nuncupentur, curam animarum habere cenſemus, quæ parochias [e] habent, in quibus eſt animarum cura, non per uicarios [f] perpetuos, ſed per rectores aut miniſtros beneficiorum ipſorum, uel illorum temporales [g] uicarios exercenda: necnon, & illa, quorum miniſtris ratione beneficiorum huiuſmodi competit uiſitare. [h] inquirere, [i] procurationes [k] recipere, ſuſpendere, [l] excommunicare [m] ſeu ab excommunicationis, & ſuſpenſionis ſententijs abſolue-

reſeruatis diſponat vel diſponere velit, aliàs hęc reſeruatio iuris cōis ſublatiua, poteſtati ordinariorū derogatiua, & ſi odioſa ampliaret, & extēderetur ad caſus nō expreſſos, quod de iure tolerabile non videtur. per hoc aūt qđ dicit, ſalubriter diſponere valeamus: videi innui ꝙ Papa ſit certificandus de talibus beneficijs, & eorū qualitatibus: quia illarū expreſſio aperire, & parare poteſt viā ſalubri diſpoſitiōi Papę.

a ¶ Quantum autem.] Sexta pars.

b ¶ Ante factam.] ſ. §. nos itaque ſcilicet ꝙ quis vnā dignitatē perſonatum, officiū, prioratū, eccleſiā vel aliud beneficiū cū cura poſſit cum aliquo vel alio ſimili ſine cura licite retinere.

c ¶ Eccleſiaſtica.] qualia ſunt illa propriè quæ clerico tantum conceduntur in perpetuum, i. ad vitam, quę reſidentiā expoſcunt, quā exigit omne beneficium, niſi de contrario conſtet, vt not. per Inno. de cle. non reſi. clericos. de talibus dr, ꝙ ſine canonica inſtitutione detineri non poſſunt. de inſti. ex frequentibus. de reg iur. c. 1 lib 6 ad differentiam illorum quæ cōferuntur etiam laico tamquam bene merito. 16. q 1. c. poſſeſſiones. & q. 6. c. illud. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. 12. q 2. quicunque ſuffragio. vel cauſa pietatis. 12. q. 1. quia tua. 22 diſt. c ſi qui vero.

d ¶ Nomine.] de nomine enim curandum non eſt, ex quo conſtat de corpore argum. extra de procura. petitio ff. de hære. inſti. l. quotiens. cum ſimilibus.

e ¶ Parochias.] ſed quæ beneficia hr̄e dices parochias? Dic vt not per Gar. & Guido de elect licet canon. lib. 6.

Curā in ſolidum poſſunt plures in eadē eccleſia habere.

f ¶ Vicarios perpetuos.] beneficia igitur in quibus inſtituuntur vicarij perpetui, non dicuntur quo ad hanc modificationē habere curā, quin cū alio curato poſſint retineri, vt hic, & de præb. ſuper e. lib. 6 de ſe tn̄ curata ſunt quo ad vicarios ipſos, vt not. Ber. de offic. vica. ex parte Sed an rector principalis nihilominus dicatur curam habere: Dicas, ꝙ ſic: quia cum ſpiritualem iuriſdictionem ſuper vicarium, & alios habeat, vt d. ca. ſuper eo. curam habere dicetur. de elec. dudum. & ī. ſtatim ſequitur. ſic ſentit Hoſt. de præb. expoſuiſti. de ſi. presby. cōſtitutus. in verbo, perpetuus. & in c. ad hoc ſuper verbo, præ fuerunt. Non enim eſt inconueniens, ꝙ in eadē eccleſia ſint plures curam in ſolidum habentes vno ſuper alio exiſtenti. not. Inno. de præb. cum non ignores. ad hoc facit in arg efficax iſte textus: quia cū tātū quo ad modificationem præfatam tales eccleſiæ habētes vicarios, non dicantur habere curam quo ad rectorē principalē, vt hic: ergo aliàs cēſentur quo ad illū curā habere: aliàs quo ad modificationem iſtam nihil ſpecialitatis induceretur per hanc decr. arg. ad hoc de præb. li. 6. pręſenti. §. loca. de rerū permuta. c. 1. Itē quia ſtatutum in certo caſu ſingulariter, in alio effectum ſuum non extendit arg. ff. de lega 3. l. hęres meus, §. 1. de au. & ar. lega. l. 1. §. item ſi duæ.

Vicarius tēporalis curam ſuo nomine non exercet: qđ tamen facit perpetuus.

g ¶ Temporales vicarios.] ideo ſic dictos: quia ad tempus, non in perpetuū duratura eſt eorum vicaria: puta ceſſante cauſa vel lapſo tempore, ob quam, & vſque ad quod talis vicaria conceſſa eſt extra de appel. peruenit. de æta. & qual. c. ex ratione. de elect. cū ex eo. §. porro. lib. 6. & talibus committenda eſt cura per ordinariū, vt in dictis iuribus, & de offic. arch. cū ſatis. Si q̄ras quare illa beneficia, quę reguntur per vicarios tēporales nō dicuntur incurata, ſicut illa quæ reguntur per perpetuos? Reſpondeo, quia rector principalis per temporalem vicarium deſeruiendo, per ſeipſum deſeruire, & curam exercere cenſetur: cū ille iure ſuo hoc nō faciat arg. extra de reſtit. ſpol. cum veniſſet. ff de acq poſſeſ. l. quod meo. ſecus autem eſt in perpetuo, qui nomine, & iure ſuo curā exercet, & pro illo iure agere, & defendere ſe poteſt. de iud. cū deputati, de proba. ex litteris. cum beneficium proprium dicatur habere. de reſcrip poſtulaſti.

Inquiſitio an poſſit fieri infamia non præcedente.

h ¶ Viſitare.] Iſta quę ſequuntur reddunt beneficium curatū, vt hic, & de elect dudum. & ad quid teneatur ille qui viſitat faciendum viſitationis tempore: Dic, vt legitur, & not. de off. ord. inter cætera 10. q 1. decernimus. & c. epiſcopū & c. placuit

i ¶ Inquirere.] de inquiſitione, quæ fit parte inſtante vel ex mero officio, qualiter, & quibus pręcedentibus habeat fieri, vide quod legitur de accuſ. qualiter. tam per ordinariam, & extraordi gloſ. & per Inno. de ſimo. licet Heli vbi not. ꝙ inquiſitio quę fit ex mero officio iudicis, fieri poteſt etiam publica infamia non præcedente, & per hoc tolerari poſſe videntur inquiſitiones, quæ fiunt per iudices moderni temporis tam eccleſiaſticos, quàm temporales. & pro hoc facit extra vt eccleſ. bene. ſi. cap. vt noſtrum.

Procuratio an poſſit tolli præſcriptione.

k ¶ Procurationes recipere.] q̄ recipiendæ ſunt iuxta formam, c. cum Apoſtolus. de cenſibus, & contra talem procurationem, quæ debetur ratione viſitationis de iure communi non currit præſcriptio ex parte illius, qui ad eam tenetur, licet alius in eo poſſit eam præſcribere ſecus autem ſi debetur procuratio conſuetudinis ratione: tunc enim per habentem etiam illam præſtare, præſcribi poteſt, extra de præſcrip. cum ex officij cum not. ibidem In quibus aūt, & de quibus rebus procuratio ſit præſtanda, vide quod not. Inno. de cenſi. Romana.

Suſpenſus ab officio, an intelligatur ſuſpēſus à beneficio.

¶ Suſpendere.] ſuſpenſio eſt multiplex. de quo vide quod not per Compoſt de conſue. cum dilectus. per Inno de exce. præla. tanta per Ber. de cle exco. latores Sed iuxta hoc quæro, ſi quis eſt ſuſpenſus ab officio, an intelligatur ſuſpenſus à beneficio? De hoc dic per. Io. An. extra de pœnis. c. fi. in glo. quæ incipit, nota nouam ſpeciem, circa fi. cuius opinionem approbo, quando dicit in fi. illius gloſ. videntur iſtæ tres opiniones iungendæ & ſequendæ, &c. Dic breuiter, ꝙ aut ſuſpenſio inducitur ab homine propter crimen, quod conſtat fore commiſſum, & tunc extenditur ad beneficiū, niſi ex cauſa illud ſibi retineatur, vt not. dicto c. latores. & de cle. pug. in duello, Henricus, & ad hoc facit de purg. cano. c. 2 & c. inter ſollicitudines cum ibi not. per Hoſt. ſecus inducitur à canone, quia ſuſpenſus ab officio, ſuſpenſus nō vr̄ à beneficio, niſi à iure exprimatur. ſic not Hoſt. & Gul. poſt eū, de re iu. c. cū æterni. & Io 33. diſt. c. pręter hoc. licet in ſuſpenſo ab homine ibi notet idem, ſed male.

¶ Excommunicare.] excōmunicationis diuerſi ſunt modi ſecūdum leges, & ſecundū canones: dicitur enim quis excommunicari ſecūdum leges à perceptione corporis Dominici, in corpore authen. de ſan. epi. § omnibus autem epiſcopis. coll. 9. ibi not. de iſta excommunicatione poteſt intelligi c. extra de vſu. quia in omnibus. quandoque à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, C. de ſa. ſan. ec. l. placet. & ibi not. quandoque ab ingreſſu eccleſiæ. in tempore authen. de interdi. collegi. hære. circa fi. coll. 8. C de ſum. tri. l. 2. quandoque à cōione fidelium. ſicut eſt banniri. in 10 col. in tit. hic finitur lex. circa princ. De alijs ſpeciebus, & modis excommunicationis ſecun-

re [a] de conſuetudine [b] vel de iure: [c] iuribus [d] alijs de animarum cura loquentibus in ſuo robore quo [e] ad cætera permanſuris [f]. Nulli [g] ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum moderationis, ſtatutorum, conſtitutionum, reſeruationis, inhibitionis, & volūtatum infringere, [h] vel [i] auſu [k] temerario contraire. Si quis autem hoc attentare [l] præſumpſerit, indignationem [m] omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli [n] Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. [o] Datum [p] Auinione xiij. Calend. Decembris, anno ſecundo.

ſecundum canoniſtas, & ipſarum effectibus, die vt not. per Hoſt. in ſum. de ſent. excom. §. quot ſunt ſpecies. & §. quis ſit effectus.

[a] ¶ Abſoluere.] talis abſolutio competit ratione iuriſdictionis, non officij, vnde eam ſimpliciter impendens tempore interdicti, non eſſet irregularis: ſecus ſi aliàs eam impenderet officiando, vt nót. Inno. & Hoſt. de exceſ. præla. tanta.

[b] ¶ De conſuetudine.] collige hic talia de quibus præmittitur poſſe quæri per conſuetudinem. de electio. dudum, §. ſed eum iure. cum ſimilib. & hoc indubitabile videtur de illis, qui talia habent facere ratione ſuorum beneficiorum. Sed nunquid alicui priuato clerico per conſuetudinē quęri poſſet, vt alium poſſet excommunicare? videtur, quòd non. argumen. ff. de offic. archidia. cum ſatis. & iſtam opinionem ſequitur Hoſtien. de foro competen. cum contingat. Innoc. autem contrarium [*] tenet. de reſti. ſpo. cum olim inter. & Hoſti. ibidem in hanc ſententiam declinare videtur.

[c] ¶ De iure.] ad quos de iure communi excommunicare & abſoluere ſpectat, vide quod legitur 2. q. 1. nemo. extra, de offic. ordi. cum eccleſiarum prælatis. & in ſumma per Hoſti. de ſent. excommu. §. quis poſſit excommunicare.

[d] ¶ Iuribus alijs.] de quibus dixi ſupra in glo. beneficia igitur. vel dic, alijs, vt in decret. licet canon. de elec. li. 6. & de præb. de multa. & de eo. tit. cum ſingula. li. 6. de æta. & qual. c. ex ratione. cum ſim.

[e] ¶ Quo ad cætera.] ſcilicet præterquam ad modificationem hic poſitam.

[f] ¶ Permanſuris.] ſic not. quòd detractione facta ſuper certo articulo iuri antiquo per nóuum, in cæteris remanet non correctum, quia quod non mutatur, &c. C. de teſta. l. ſancimus. de app. præcipimus.

[g] Nulli ergo.] hic poſſet pars ſeptima aſſignari.

[h] ¶ Infringere.] cum enim principis conſtitutio quēcunque arcter etiam inuitum, omnis homo ad eius obſeruantiam tenetur, C. de legi. l. 3. & l. leges ſacratiſſimæ. 25. q. 1. c. generali. extra de conſtit. c. 1. etiam ſi aliàs videretur dura vel iniqua. 19. diſt. in memoriam, ff. qui & à quibus, l. proſpexit.

[i] ¶ Vel ei.] ſcilicet paginæ.

[k] ¶ Auſu temerario.] hoc dicit, quia ex cauſa rationabili, & ſecundum iura alia confirmata, non eſt prohibitum contra verba huius conſtitutionis ire, vt mens ſeruetur conditoris: permiſſum eſt enim verba legis offendere ſeruata mente, ff. qui petant tu. l. credendum. de excu. tut. l. ſcire, §. aliud. extra, de verb. ſig. c. intelligentia. ſic no. ff. de legi. l. contra. & dixi de reg. iu. cap. inſpicimus, lib. 6. & ideo permiſſum eſt doctori interpretari verba legis, C. de prof. qui in vrbe Conſtan. l. vnica, lib. 12. not. extra de poſtula. prælato. c. 1. C. de legi. l. 1.

[*] Pro quo facit glo. in d. c. cū contingat, quā Io. And. referente Maria. Soc. ibi non legit alibi. & examinat ibi Mar. an dñs poſſit corrigere familiam, & pater filium. & addit ibi Bar. Soc. q̄ iudex dēt filium à patre ſibi traditum puniꝛe ſm voluntaté patris, l. 3. C. d̄ pa. poteſt. non pœna mortis, l. milites, 2. §. ſi. ff. de re mili. Cępolla in caut. ſua 1. alleg. l. qui cum vno, §. filium, eo. tit. Font. Legis verba licet offendere ſeruata mente.

[l] ¶ Attentare præſumpſerit.] ſcilicet infringere, vel auſu temerario contra iſtam conſtitutionem venire.

[m] ¶ Indignationem.] humano more loquimur. ſimile extra, de rebus eccle. non alien. ſi quis presbyterorum. 24 quæſt. 1. odi. & proieci. extra, de exceſ. præla. clerici. in corpore authent. vt non luxuri. contra natu. §. primo, collat. 6. propriè enim loquendo Deus numquam indignari poteſt, cum ſit incommutabilis. de hoc etiam per Hoſti. d. c. ſi quis.

[n] ¶ Petri & Pauli.] de iſtis Apoſtolis ſingulariter dicit, quia alios Apoſtolos quadam prærogatiua pręcellunt. 2. quæſtio. 7. cap. beati. & qui vrbem Romanam parili conſortio glorioſo cruore martyrij conſecrarunt. de electio. fundamenta, lib. 6.

[o] ¶ Incurſurum.] ſed qualiter hęc intelliges, & verba ſimilia in litteris gratioſis Papæ apponi conſueta, quòd infringens conſtitutionem, vel mandatum temerarie, talem indignationem incurrat. Poteſt dici non improbabiliter, quòd ſi talis infringat, vel non ſeruet Papæ conſtitutionem, credens ipſam conſtitutionem facere non potuiſſe, hæreticus eſt cenſendus. 15. quæſtio. prima, violatores. & multis cap. ſeqq. 19. diſtinct. cap. nulli fas. quare hoc caſu non immeritò talis per hoc errans in poteſtate clauium, Petro & in eius perſona ſuis ſucceſſoribus datarum, Matth. 16. cap. 24. q. 1. quodcunque. extra, de re iudi. cap. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque. indignationem Dei & Apoſtolorum incurrere dicitur, cum ſit ibi extra fidem: Sed ſi aliàs credat Papam conſtitutionem facere potuiſſe, ſed aliter eam ſeruare contemnit, vel eam infringit, non eſt per hoc cenſendus hæreticus, ſed grauiter peccat, ſic quòd pœnam depoſitionis meretur. 4. diſt. §. vltimo, ſic ſentit Ioan. dicto cap. nulli fas. & clarius Gar. extra, de electio. cap. generali, libro ſexto. nam & ſecundum legem ciuilem tranſgrediens principis conſtitutionem, pœna ſacrilegij tenetur, C. de ero. mili. anno. l. lege repetita, lib. 12. & hoc caſu etiam cum talis peccare dicatur, & quantum in ſe eſt, principi obtemperare nolit contra verbum Domini. 1. Petri. cap. 2. extra, de maio. & obe. cap. ſolitæ. indignationem Dei & Apoſtolorum non immeritò incurrere dicitur.

[*] De materia hui⁹ gl. uide notata per doctores in c. 1. de ſepulturis, lib. 6.

[p] ¶ Datū Auinioni.] Arg. in inſtrumentis contractuum vel procurationum fore apponendum locum contractus. ſic ſentit Accur. C. de tabu. l. generali, lib. 10. & Ioan. And. extra de re iudi. cap. abbate, §. pen. & Hoſt. plenius proſequens extra de fide inſtr. c. inter dilectos, §. 1. in verbo, facilius. pro quorum opinione facit in corpore authen. quib. mod. natu. effi. legi. §. quantum, coll. 6. Sed ſi tanti viri intelligere voluerunt, quòd loci appoſitio ſit de ſubſtantiali eſſentia inſtrumenti, hoc non reputo penitus expeditum. Zenzel.

Loci appoſitio an ſit de ſubſtantia ꝯtus.

TITVLVS IIII.

De conceſſione prębendæ, & Eccleſiæ non vacantis.

¶ *Executores gratiarum, & iudices cauſarum à ſede Apoſtolica deputati, in diœceſibus iam diuiſis procedere poſſunt ſicut ante diuiſionem poterant. Et congrue ponitur ſub hoc titulo, cum loquatur de executoribus, de quibus frequens mentio habetur in titulo de conceſſio. præben. libro ſexto. patet in capit. executor. capit. ſi capitulo. & capit. ſi ſoli. Et potuiſſet ſituari ſub titulo, de reſcri. vel de offic. deleg. vel de paroch.*

SEdes Apoſtolica.] In quattuor partes eſt diuiſibilis præſens conſtitutio. In prima enim arenga, ſeu præfatio præmittitur. In ſecunda, facti recitatio ſubiungitur ibi, Sane pridē. In tertia expectantibus beneficia ex virtute litterarum Apoſtolicarum declaratio annectitur: ibi, Verum quia, &c. In quarta ad litteras iuſtitiæ eadem declaratio extenditur: ibi, Idem etiam, &c.

† Hæc extrauag. hr̄ inter cōes ſub tit. de offi. deleg. cū gl. Gul. de Monte Lauduno.

CAP. I.

SEdes[a] † Apoſtolica in ſuis actib9 veritatem[c] proſequens,[d] lucem[e] amans, libenter euitat[f] nodoſæ[g] ambiguitatis inuolucrum,[h] illamque ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam[i] intendit,[k] vt de illis[l] ita proueniat commodum, quòd aliis non immineat detrimentum.[m] ¶ Sane[n] pridem ad diuini cultus augmentum,[o] & ad ſalutem[p] populi, quem in nonnullis[q] ciuitatibus ac diœceſibus ſic multiplicauit[r] Altiſſimus, quòd in earum[s] ſingulis ſingulorum[t] vultus[u] nequibat, vt eum decet[x] vnicus[y] paſtor inſpicere aut alias[z] partes boni

a ¶ Sedes.] quæ cenſetur eſſe vbi Papa eſt, vt dixi plene in decr. Execrabilis. & in cap. Ad onus.

b ¶ In ſuis actibus.] Actus ſedis Apoſtolicæ confirmandi ſunt iuxta poſſibilitatem actibus diuinis: omnis em̄ Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. 2.q.1. Deus omnipotens. 81. diſt. c. legitur. potiſſime per virtutem humanitatis & clementiæ, per quam ſola Dei ſeruatur imitatio, & quæ ſola Deo nos æquat. in corpore auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. itaque, colla. 2. C. de nup. l. imperialis. de dona inter vir & vxo. l. vlt. iuxta illud: Imitatores Dei eſtote ſicut filij chariſſimi. & ad hoc facit 40. diſt. cap. non nos. & multis c. ſeqq.

Chriſti actio noſtra eſt inſtructio.

c ¶ Veritatem.] quid eſt veritas? Rn̄deo, ipſe Deus, qui de ſe ipſo dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. Io. 14. c. & legitur. 11 q. 3. c. exiſtimant. & c. Imperatores. & c. abijt. de pœn. diſt. 2. c. ſi enim inquit, §. qui dicit. 8. diſt. ſi conſuetudinem. Sed veritas in quantū eſt creatura humana, poteſt dici indubitata rei certitudo, maxime per viſum. inſti. de gra. cogna. §. hactenus. & in corpore authen. de ſi. inſtr. circa princ. coll. 6 vnde veritati omnis opinio habet ſuccumbere. 8. diſt. c. veritate, ff. quando actio de pecu. eſt annalis, l. 1. §. vlt. aliàs eſt ibi lex, quæſitum. & ad leg. Aqui. l. inde Neratius, §. vlt.

† Veritas quid eſt? & vide B. Th. p. 1. q. 16. artic. 1.

Veritas opinioni præfertur.

d ¶ Proſequens.] intantum ꝙ ſententiam per ſe latam commutat in melius ex cauſa veritate cōperta 35. q. 9. c. ſententiam. extra, de re iudi. c. cum olim. de pur. vulg. c. ſignificationibus, ff. quando actio de pecu. eſt annalis, l. quæſitum. aliàs eſt ibi §. ſub l. 1.

e ¶ Lucem amans.] Nota principē, qui lex eſt animata in terris. in corpore auth. de conſul. § vlt. coll. 4 lucis & claritatis amicū fore: nā nihil proprius eſt legū quàm claritas. in corpore auth. de teſt. imperfect. § nos igitur. coll. 8 & ſimplicitas magis quàm difficultas placet legi. Inſti. de fideicom. hær. §. ſed quia. Nec mirum, quia qui in tenebris ambulat, neſcit quo vadat. iuxta verbū Dn̄i, Matth. 15. 38. diſt. c. quę ipſis. de æta. & qual. c. cum ſit. & ideo alibi legitur: Qui male agit, odit lucem, arg. Inſti. de ob. quæ ex delict. naſc. §. furtum. nam tenebræ aptæ ſunt ad malum, ff. de ven. inſpi. l. 1. §. mulier.

Claritas eſt propria legibus.

Tenebræ multis officiunt.

f ¶ Euitat.] nec mirum, cum ad eam & ad eius onus ſpectet iuris dubia declarare. extra qui fil. ſint legi. c. per venerabilem, §. rationibus. cum eius ſit interpretari cuius fuit & condere, C. de legi. l. vlt. 12. q. 1. §. ex his omnibus. extra, de ſent. excom. inter alia.

g ¶ Nodoſæ.] ideſt perplexæ & inuolutæ ad inſtar nodi inextricabilis. ſimile extra, de verb. ſi. cum olim. Inſt. de fideicom. hære. §. ſed quia.

h ¶ Inuolucrum.] i. inuolutionem, & perplexitatem.

i ¶ Cautelam.] eius cautela magna debet nobis eſſe inſtructio. 81. diſt. legitur.

k ¶ Intendit.] ſcilicet in dubio.

l ¶ De illis.] ſcilicet ordinationibus.

m ¶ Detrimentum.] hoc dicit, quia non debet vni eſſe alterius iniuria ſubueniri. 22. q. 2. c. primum. 15. q. 5. denique, C. de emanc. lib. l. nec auus. vnde in dubio Papa per ſuam ordinationem nō intendit iuri alterius derogare, ff. ne quid in lo. pub. fi. l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe. 99 diſtinct. nullus. & c. ecce. de offi. deleg. ex parte 2. & c. ſuper eo. de teſt. ſpo. audita. cum ſim. Ratio huius eſt, quia omnibus ſubditis æqualis defenſio iuris eſt per l. debita, ff. de pœnis, l. capitalium, § ad ſtatuas. & per cōſequens per principem, cum ipſe obtinere velit quod ſuæ leges volunt, in corpore authent. de iudic. §. omnis autem. collat 6. ne alias inde videantur naſci iniuriæ, vnde iura naſcuntur, C. vnde vi. l. meminerint. extra de accuſ. qualiter 1.

Princeps & leges cunctos defendere debēt.

n ¶ Sane pridem.] Secunda pars. & ſume verbum, ſalubriter intendentes. quod eſt infra.

o ¶ Augmentum.] deſiderium eſt enim, & eſſe debet cuiuſlibet fidelis, & potiſſime vicarij Chriſti augmentare cultum diuinum, vt hic, & extra, de conſti. ex parte. de reſcri. quia per ambitioſam, lib. 6.

p ¶ Salutem populi.] ſcilicet Chriſtiani indigentis per maxime pabulo verbi Dei Matth. 4. c. 44. diſt. ſit rector. extra, de offi. ord. c. inter cætera.

q ¶ Nonnullis.] ideſt aliquibus: duobus enim verbis negatiuis magis affirmari quàm negari videtur, ff. de verb. ſi. l. duobus. ſimile de reſcri. quia nonnulli. de hoc plenius in decr. cum inter nonnullos.

r ¶ Multiplicauit Altiſſimus.] Deus ergo multiplicare ſuum populum dicitur, cum ſine ipſo fiat nihil. Ioā. 1. C. de veteri iure enucl. l. 1. 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor. in verbo, non ergo. aliàs eſt ibi §.

Nihil fit ſine Deo.

s ¶ Earum.] ſcilicet ciuitatum, vel diœceſum.

t ¶ Singulorum.] ſcilicet de populo.

u ¶ Vultus.] hoc verbū ſumi pōt large pro actu extrinſeco: & tunc expones, vultus, i. actus exteriores, ſeu intrinſecos, ex quibus de extrinſecis præſumatur bonum vel malum. 41 diſt. § vl. 32. q. 5. qui viderint. de præſum. ex ſtudijs. Inſti. de rerū diui. §. ceruos. in corpore auth. de mona. §. cogitandum. coll. 1. vnde verſus:

Intima per mores cognoſcimus exteriores.

Poteſt etiam accipi ſtricte pro aſpectu faciei, & expone tunc, vultus, ideſt facies, quas epiſcopus confeſſionis tēpore in confitentes ſibi debet inſpicere, vt diſcernat quanto rubore, ſeu tremore, vel erubeſcentia quis peccata confiteatur, vt ſecundum hoc pœnitentiam moderetur, arg. ad hoc ff. de quęſt. de minore, §. tormenta. cautela eſt tamen adhibenda, ne ex aſpectu concupiſcentia inhoneſta poſſit ſubſequi, puta ex aſpectu faciei mulierbris: ſuper quo vide quod plene not. Hoſti. in ſum. de pœnis, §. qualiter ſacerdos.

Vultus dupliciter ſumitur.

x ¶ Vt eum deceat.] hoc dicitur, quia epiſcopus curam habere dicitur omnium, & ſingulorum de diœceſi. 10. q. 1. regenda. 25. diſtin. perlectis. & ipſorum animæ de eius manibus requiruntur. extra, de offi. ord. irrefragabili. de reg. iur. quamuis.

y ¶ Vnicus paſtor inſpicere.] quare ob multitudinem meſſis credentium dignum fuit, vt mitterentur alij operarij ad tantam meſſem recolligendā. 22. diſt. in nouo.

z ¶ Aut alias. puta ſcilicet prædicationibus, ſacramentorum collationibus, & ſimile. de off. ord. inter cætera.

a ¶ Par-

paſtoris [a] implere, ſalubriter intendentes, in ipſis diœceſibus (quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures diœceſes duximus [b] diuidendas) certas ciuitates, [c] & eccleſias ereximus cathedrales, [d] quarum ſingulis proprias, diſtinctas, & limitatas [e] diœceſes [f] iuſſimus aſſignari. Verum [g] quia plures ante [h] ordinationẽ ſeu diuiſionem noſtram huiuſmodi tam à nobis quàm à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Apoſtolicas obtinuerunt litteras [i] ſuper beneficijs eccleſiaſticis in [k] ipſis tunc [l] integris diœceſibus vacaturis, [m] quarum [n] nonnullæ [o] reſtant adhuc [p] executioni [q] mandandæ: Nos amouere volentes [r] cuiuſuis dubitationis ſcrupulum, [s] qui circa executionem gratiarum ſuper huiuſmodi beneficiis conceſſarum poſſet [t] forſan incidere, & prouide [u] conſiderantes attentius, quòd per ordinationẽ ſeu diuiſionem noſtrã prędictam [x] ius [y] ad rem expectantibus dicta beneficia antea competens ex ratione [z] mutari [a] non debet, quin adeo efficax in diuiſis diœceſibus maneat [b]

Epatus Papa ſolus diuidit.

a ¶ Partes boni paſtoris.] quales debeant eius eſſe, vide quod not. 44. diſt. ſit rector. & 45. diſt. diſciplina.

b ¶ Duximus diuidẽdas.] diuiſio, & vnio epiſcopatuũ ad ſolũ Papam noſcitur pertinere. 16. q. 1. præcipimus, & c ſicut. extra de exceſ. præla. ſicut vnire.

c ¶ Ciuitates.] Not. ciuitatem dici antequã ibi ſit ſedes epãlis: non ergo talis ſedes conſtituit ciuitatem ad idem 3. q. 2. audiuimus. 80. diſt. cap. 1. extra de priui leg. c. 1. vbi de hoc. per Pet. de Sampo. Quid autem dicatur ciuitas videre potes quod ſuper hoc recitat Guil. de reſcri. ſtatutum. in verbo, ciuitatibus, lib. 6.

d ¶ Cathedrales.] id eſt, Epiſcopales.

e ¶ Limitatas.] taliũ diœceſũ limites præſcribi nõ pñt 16. q. 3. cap. licet in regulis.

f ¶ Diœceſes] à quo loco diœceſis incipiat computari, an à fine ciuitatis, quæ murorũ ambitu clauditur, an à fine ſuburbiorum ciuitatis, vide quod not. Vin. de reſcript. Rodulphus. & Guliel. in c. ſtatutum. ſuper ver. in ciuitatibus, lib. 6.

g ¶ Verum] Tertia pars.

h ¶ Ante ordinationem.] de obtinẽtibus enim litteras poſt talem ordinationem, & diuiſionẽ non eſſet dubitatio, cum litteræ de vna diœceſi mentionem facientes, ad aliam ſuum effectum non extenderent.

Litteræ Apoſtolicæ, an ſint impetrãtibus pro titulo.

i ¶ Litteras.] tales litteræ vtpote ambitioſæ sũt reſtringendæ non relaxandæ. extra de præb. cum olim. & eo. tit. c. quamuis. lib. 6 & de talibus litteris conſueuit per aliquos dici, ꝙ in beneficialibus ſunt loco tit. vt not. Compo. de reſcript. c. ſuper litteris circa fi. Sed in cõtrarium vr̃, ꝙ gratia, quę ſine litteris fieri poteſt, ſemper litteras præuenit, vt not. Inno. de reſcri. conſtitutus. nam ſola verbalis collatio facta conſentienti, dat ius in beneficio, de præb. ſi tibi abſenti. de conceſ. præb. cap. vlt. lib. 6 & argu C. de dona. l. ſancimus. §. exceptis, & not. Inno. de reſcript. c. litteris. vnde poteſt dicere, ꝙ littera Apoſtolica eſt loco tituli quo ad probationẽ iuris quæſiti per collationem pręcedentem, non autem eſt pro titulo quo ad iuris acquiſitionem, cum ſine ea ſit iã quęſitum. Aliqui tñ dicunt, ꝙ littera eſt pro titulo in collatione facienda, non autem in iã facta, vel eſt titulus remotus nõ immediatus. ſic vr̃ ſentire Guli. de lit. conte. c. exceptionis. in glo. 1. ad principale. lib. 6 Sed aliter, & forte verius poteſt dici, ꝙ etiã in facienda non ſit titulus; quia ſicut in iã facta verbalis collatio eſt titulus iure quæſitus abſq; alia traditione. arg. extra de accuſ. accedens, & not. Compoſt. de conſt. cũ M & Inn. de pręb. cum inter. ita, & in faciendo, mandatum verbale factũ cõferẽdo, eſt titulus, cuius vigore competit imploratio officij mandatarij pro facienda collatione, qua facta, aſſequitur quis ius in re, ante vero ius ad rem. licet nõ in re. de præb. c. quodam. de conceſ. præb. c. vlt. li. 6. Sed littera Apoſtolica erit probatio illius tituli, ſicut alia ſcriptura q̃ fit de titulo, non eſt titulus, cum frequẽter ſolo conſenſu perficiatur, ff. de actio. & oblig. l. ex conſenſu. Inſti. de obl. quę ex conſ. cum ſimilibus. ſed eius probatio. ff. de pign. l. contrahitur. Et ad iſta potes videre quod Guli. pro & contra plene proſequitur in proœmio. lib. 6. & quòd aliàs dixi ad iſtam materiam de reſcrip. cap. litteras. clem. 5.

k ¶ In ipſis.] ſcilicet ciuitatibus.

l ¶ Tunc.] ſcilicet tẽpore diuiſionis per nos factæ.

Papa ſolus ius in vacaturis confert.

m ¶ Vacaturis.] in quibus ſolus Papa, non alius ius conferre poteſt. de conceſ. præb. propoſuit.

n ¶ Quarum.] ſcilicet litterarum.

o ¶ Nonnullæ.] i. aliquæ ſeu multę.

p ¶ Adhuc.] ſcilicet poſt factam prædictam diuiſionem.

q ¶ Executioni.] quę non debet tardari prætextu obiecti criminis, ſcilicet quoad miſſionem in poſſeſſionẽ, niſi contra publice diffamatũ. de accuſ. accedens. vnde litteræ executorię cõſueuerunt de curia emanare. An autem per eas ius, & quale quęratur, vide quod not. p Ber. & Inn. de reſcrip. conſtitutis.

r ¶ Volẽtes.] dic vt dixi ſ. in verbo, euitar.

s ¶ Scrupulum.] ideſt, ſollicitudinem ſeu curioſitatem, ſimile de ſimonia, per tuas 2.

t ¶ Poſſet forſan incidere.] hoc dicit, quia nihil ſic indubitatum eſt inter homines, quin poſſet, licet aliàs ſit deciſum, quandam ſollicitam dubitationem ſuſpicere. in corpore auth. de tabel. §. & non fingant. coll. 4.

u ¶ Prouide conſiderantes.] prouida ſecundum ius fuit conſideratio conditoris huius capituli per ea quæ not. ſupra in verbo, detrimentum.

x ¶ Prædictam.] ſcilicet factam de vna diœceſi in duas vel in plures.

Ius ad rem & ius in re differunt.

y ¶ Ius ad rem.] i. ad petendum beneficium competens, & illud eſt conditio ex canone. vel officiũ iudicis, vt not. Inn. de conſti. cum M. in glo. pen. & de præb. inter cætera. in gl. ſcilicet collatio. Et iſtud ius petenti cõpetit ex mandato Papę facto de prouidendo, aliter de beneficio vacaturo, vt dixi ſ. in glo. tales litteræ. Et eſt ius in re, quod ex collatione quæſitum eſt, vt ibi dixi.

1 Vide B. Thomam 1. 2. q. 96. art. 5.

Poteſtas ordinata & ſoluta in principe reperiuntur.

z ¶ Ex ratione.] ſcilicet iuris. ſecundum quã princeps licet ſolutus legibus profitetur ſe velle viuere, C. de legi. l. digna vox. nec vult, à iuris tramite deuiare. extra de proba. licet. de excep. cum inter de accuſ. licet, §. ne autem. aliàs immo vult obtinere qđ ſuæ leges volunt. in corpore auth. de iud. § omnis autẽ. & talis voluntas in eo appellatur poteſtas ordinata: ex voluntate autem illa, ſolutaque poteſtate, qua cunctis præeminet, talis mutatio de qua ſequitur fieri potuiſſet, de reſcrip. quia per ambitioſam. lib. 6 & arg. de pœni. diſt. 3. §. in perſona. tunc enim ſufficeret ſibi pro rõne voluntas Inſt. de iure nat. §. ſed & qđ princi. ff. de conſt. princ. l. 1. quæ in dubio ſãcta, & iuſta pſumit. 40. diſt. c. nõ nos & ibi no.

Diuiſio nõ tollit legatum nec pignoris obligationem, &c.

a ¶ Mutari non debet] facit. ff. de in rem actuq; pri. l. nec enim, C. de admi. tut. l. ſancimus. extra de reg. iur. cap. factum legitime, lib 6.

b ¶ Maneat.] ſcilicet ius ad rem competens. Simile poteſt induci de legato vel fideicõmiſſo relicto, quod efficax remanet ſicut prius, licet diuiſio interueniat, ff de

ſicut prius [a] erat: auctoritate præſentium declaramus, [b] quòd omnes, & ſingulæ gratiæ [c] ſuper beneficijs vacaturis [d] ante diuiſionem huiuſmodi [e] in ipſis quondam integris [f] diœceſibus à nobis vel prædictis prædeceſſoribus perſonis quibuſcunque [g] conceſſæ [h] tam in ipſis [i] nunc [k] diuiſis, quàm in aliis [l] diœceſibus deciſis ab illis, [m] eiſdem modo, [n] & forma poſſint ſuo [o] ordine † per [p] executores inde datos, & alios ad quos id pertinebit, [q] ad debitam [r] executionē adduci, quibus [s] ante diuiſiones ſæpefatas poterant, [t] & debebant. Idem etiam declaramus [x] quo ad litteras Apoſtolicas iuſtitiam [y] continentes: vt videlicet iudices dati per [z] illas in cauſis quarumlibet [a] perſonarum, quæ nunc [b] de huiuſmodi diœceſibus diuiſis exiſtunt, [d] poſſint iuxta earum tenorem [e]

]e.2.l.Titia,§.Lucia.de pignoris obligatione, quę firma remanet, licet res obligata diuidatur. C.cōia vtri.iud.l. ſi factis. & de ſeruitute, quę ſolida debetur, licet fundus ſeruiens ad plures deuenerit. ff. ſi ſerui.vend.l.loci corpus,§.ſi fundus. & ff.fam.erciſ.l.hæredes,§.an ea. & §. contra ſi promiſſori. & de iuriſdictione ſeu viſitatione, quæ in totum debetur ſicut prius poſt talem diuiſionem, vt in extrauag.domini Ioan. Papæ xxij.quæ incipit, ad Apoſtolatus.

[a] ¶ Prius erat.] ratio huis eſt, quia ex diuiſione ſecuta conditio oblationis ex gratioſis litteris ortum habens, mutari de iure non poteſt.argu. ff.de verb. obliga.l.2.§.1.de prætor.ſtipu.l.prætoriæ,§.incertam. fam. erciſc.l.hæredes,§.contra ſi promiſſor.cum ſimilibus.

[b] ¶ Declaramus.] non vř ergo hęc cōſtitutio iuris noui editiua, ſed antiqui declaratiua, cuius iuris antiqui meps obligatur ex iuribus in glo. proxi.allegatis.

[c] ¶ Gratiæ.] cum dicat, omnes, & ſingulæ, intelligendū eſt quod hic dicitur, nedum de conceſſis in forma ſpeciali, immo in forma communi, puta pauperum: quia licet in illis ſecundum alios litteræ tales dicantur de iuſtitia, nihilominus gratioſæ dicuntur, cum omni lege humana Papa ſit ſolutus 9.q.3.cuncta per mundum. ff. de legi. l.princeps. vel alio reſpectu ſunt gratioſæ in hoc, quod magis vni quàm alij conceduntur. extra de præb. relatum. cum ibi not. arg. ff. ad ſenatuſconſul. Sylla.l.3.§.ſicut omnes.de reli.glo.vlt.extra de iure pa. cum autem.cum ſimilibus.& hunc intellectum denotat verbum, quibuſcunque.quod eſt infra.

[d] ¶ Vacaturis.] de conceſſis igitur ad iam vacantia beneficia hic non loquitur, cum in illis facta gratia ſtatim poſſit ſuum effectū conſequi.nec ex diuiſione ſubſequenti poſſit in illis alicuius probabilis dubitationis ſcrupulum ſuboriri, contra quod præſens conſtitutio prouiſionem inducit declaratoriam.

[e] ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet diœceſum.

[f] ¶ Integris.] ideſt, non diuiſis.

[g] ¶ Quibuſcunque.] iſtius verbi vniuerſalitas expreſſe deſignat, ꝙ etiam de gratijs in forma communi conceſſis quod hic dicitur intelligatur.arg. ff.de hære. inſt. hoc articulo.extra de maio.& obe.c.ſolitæ.iuxta finem. quia in eis fauorabilior eſt cauſa non mutandi ius ad rem cōpetēs ex talibus diuiſionibus, quàm in cęteris, vt not.Compoſt.de reſcript.c.capitulum.in glo.quia quæſtiones.§.itē quęritur an executor.verſi.ſed poſt dictū.

[h] ¶ Conceſſæ.] ſed de quibus conceſſis intelliges quod hic dicitur, an de conceſſis proprio motu Papæ, vel ad preces, vel ſupplicationem? Dic, ꝙ de omnibus, cum dicat textus oēs, & ſingulæ: & dicat, quibuſcunque: non diſtinguendo inſtantibus aliquibus vel non.arg.de leg. præſtan.l.1.§.generaliter.19 diſt.ſi Romanorum. extra de priuil.quia circa. & quia in omnibus eadem eſt ratio: ergo idem ius, ff.de fonte.l.1.§.hoc interdictum.extra de confir.vti.cum dilectā.cum ſimilibus, & quia diuerſitatis ratio reddi non poteſt, idem ius eſſe in omnibus inductum videtur, ff.de iniu.teſta.l.poſthumi.§.1. de verb.oblig l à Titio.C.de lib.præteri.l.1.

[i] ¶ In ipſis.] ſcilicet diœceſibus.

[k] ¶ Nunc diuiſis.] ſcilicet in duas vel in plures, vt ſupra prius integris, & antiquis.

[l] ¶ Alijs diœceſibus.] ſcilicet nouiter creatis, & erectis.

[m] ¶ Ab illis.] ſcilicet antiq̄s, & ante diuiſionē integris.

[n] ¶ Modo, & forma.] vt ſecundum mandatum de prouidendo executores prouideant, & per mandatum de compellendo compellāt, iuxta capitulum, ſi capitulo. & c.ſi ſoli. & c.quia cunctis.de cōceſ.præb.lib.6. cum ſua materia.

[o] ¶ Suo ordine.] quaſi dicat iuxta prioritatem præſentationis, circumſcriptis dolo, & negligentia notabili, de reſcript. tibi qui.& c.duobus. lib.6.

[p] ¶ Per executores.] executor ad gratias procedere poteſt cauſa non cognita, vt not.Inno.de pręſum. dudum. de conceſ. præb. propoſuit. & Compoſtel. de reſcrip.capitulum, & Guliel.eod.titu.cap.ſtatutum.lib.6. etiam aliquo non citato.not.per Inno.de tranſl.epiſ.c. vlt.Sed an executor datus ad prouidendum, debeat admittere oppoſitores vel excipientes, vide quod not.per Inno.de deſpon.impub.c.ad diſſoluendum.

[q] ¶ Id pertinebit.] ſed qui ſunt illi? Reſpondeo ſubexecutores dati ꝑ principales executores, vel ordinarij habentes promiſſiones vel collationem facere ad inſtantiam executorum datorum ad compellendum. extra c. ſi ſoli.de conceſ.præben.lib 6.

[r] ¶ Debitam executionem.] quaſi dicat, ſeruata forma reſcripti prouidēdo de beneficio quod cadit in gratia, non de alio.de præben.cui de non ſacerdotali.lib.6. & arg.ad hoc C.quorū appel.non recipi.l.ab executione.

[s] ¶ Quibus.] ſcilicet modo, & forma.

[t] ¶ Poterant.] ſcilicet ex mandato ſibi facto de prouidēdo, vel compellendo, vel alio.

[u] ¶ Idem etiam.] Quarta pars. & expone idem ſcilicet quod dictum eſt ſupra proxi.de litteris gratiæ.

[x] ¶ Declaramus.] hic dic, vt dixi in parte præcedenti in verbo ſimili, declaramus.

[y] ¶ Iuſtitiam continentes.] vt ſunt illæ, per quas mandatur de iure partium debite cognoſci, & negotium debito fine decidi.

[z] ¶ Per illas.] intellige tales, quæ iuriſdictionis fuerint attributiuæ. in alijs enim ſecus: puta ſi eſſent ab excōmunicato obtentæ in alio articulo, quàm appellationis vel abſolutionis.de reſcri.ipſo iure. lib.6.

[a] ¶ Quarumlibet perſonarum.] non ergo refert per quācunque perſonam, aliàs tamen habilem, & contra quemcumque litteræ fuerint impetratæ, ob textus vniuerſalitatem.arg.de maio.& obe.c.ſolitę 19.diſt.c.ſi Romanorū.ff.de hære.inſti.l.hoc articulo.& de leg.præſt. l.1.§.generaliter. Sane tū intelligas ſi litteræ ſint ita impetratæ, ꝙ ex ſui forma quaſcunque perſonas poſſint apprehendere: aliàs ſecus.de reſcrip.ſedes Apoſtolica.

[b] ¶ Nunc.] ſcilicet tempore editionis huius decret.

[c] ¶ Diuiſis.] ſcilicet ab illis diœceſibus, de quibus in litteris ſit mentio.

[d] ¶ Exiſtunt.] ſcilicet ratione domicilij, vel ratione reī ibidem poſſeſſæ: ſuper quo vide ſi placet quòd aliàs plene not.de reſcript.c.ſtatutum.lib.6.licet aliqui ibidem contra notent.

[e] ¶ Tenorem.] hoc dicit, quia forma mandati, & tenor eſt exe-

Præſul Romanus eſt omni lege ſolutus. & vide B. Thom.1.2. quæſt. 96. art.5. ad 3. argum.

† Not.ordinem diligēter ſeruandum, & forte non ſolū in præſentatione, vt glo.hic, ſed etiā in alijs qualitatibꝰ, vt not. tibi qui. de reg. lib.6. & vltra iura vulgaria quæ de ordine dicunt, addo tibi tex. & gl. in tit. de defenſ. ciu.§. quæ igitur. col.3. vide Cla. Cantiunculam in loco ab ordine. Imol. Nic. Euer.

Executor ad gratias, qualiter ꝓcedere poteſt.

Mādati ſormam iudex ſeruare tenetur.

eſt exacta diligentia obſeruandus. de reſcr. cum dilecta. de reſti. ſpo. Piſani, ff. man. l. diligenter. aliàs proceſſus non valeret iudicialis, ſed partialis, ideſt, per partes habitus & factus, puta ipſarum confeſſiones forte valerent. per cap. Piſanis. vbi ſic not. Pet. de Samp.

ſciale obtinentibus. extra de reſcrip. ex parte S. perſonæ. de offi. ord. ad hoc ſi perſona.

k ¶ Eccleſiarum.] ſcilicet cathedralium antiquarum.

l ¶ Supradictæ eccleſiæ.] ſcilicet erectæ nouiter in cathedrales.

a ¶ Prouide.] puta diſcretione præuia, quæ mater cęterarum virtutum dicitur. de off. cuſto. c. 1. de re iud. paſtoralis, §. verum. clem 5. 1. q. 5. præſentium. nam & contra

Iudex mulia in litteris non expreſſa pōt.

multa iudices dati iuriſdictionem ſortiuntur, etiam in litteris non expreſſa, maxime contra illa ſine quibus cauſa cōmiſſa ad effectum perduci non poſſit. de offi. deleg. c. 1. & c. præterea. vt lit. non conte. quoniam frequēter, §. vlt. ff. de iuriſd. om. iudic. l. 2. & arg. ff. de procu. l. ad rem. & l. ad legatum.

b ¶ Integræ.] i. non diuiſæ, vel aliæ ab illis non deciſæ.

c ¶ Remanſiſſent.] & ſic per conſequens computabātur olim duæ dietæ, iuxta cap. nonnulli. de reſcrip. hodie vna. iuxta cap. ſtatutum. eo. tit. li. 6. à fine diœceſis, perinde ac ſi non fuiſſet diuiſa, reſpectu non habito ad diœceſim nouam, ideſt, de alia deciſam, de qua conueniēdus exiſtit. Ratio huius poteſt eſſe, quia impetranti reſcriptum nihil poteſt imputari, nec ex ſuperuenienti tali deciſione, vel diuiſione dięceſum, ius illi quæſitū ex reſcripto ad conueniendum aduerſarium tolli debet, arg. extra de reſti. ſpol. audita. de elect. c. conſtitutionem, § inſuper. cle. 5. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe. & in c. dilecto. de ver. ſig. c. ex parte. & c. ſuper eo. de offi. deleg. & firmat Compoſt. in c. cauſam. de reſcri. & in §. ī. prox. præcedenti. Zenzel.

prouide [a] procedere, ac ſi dictæ dięceſes de quibus mentio in litteris eiſdē habetur, integrę [b] remanſiſſent. [c] Nulli, &c.

¶ *Nullus impediat capitula, archidiaconos, & alias perſonas in iuribus, quæ ſibi competebant in eccleſiis integris, quin illa iura percipiant poſt diuiſionem ipſarum ſicut ante ſoliti erant percipere: quoniam in beneficiis diuiſis habet quis eadem iura, quæ habebat in integris. Et hoc cap. ſub hoc titulo fuit poſitum quoniam declarat præcedens, vt clare patet. Concor. cap. quia monaſterium. de relig. domi. in antiquis.*

CAP. II.

AD Apoſtolatus noſtri peruenit auditum, quòd aliquarum [d] eccleſiarum per nos ab aliis eccleſiis [e] ex certis [f] cauſis, quæ ad hoc [g] noſtrum animum induxerunt, auctoritate [h] Apoſtolica diuiſorum, prælati, & ſubditi capitulis, archidiaconis, & aliis [i] perſonis eccleſiarum, [k] à quibus ſupradictæ [l] eccleſiæ ſunt diuiſæ, multipliciter iniuriari [m] præſumunt, non [n] permittentes eos vti iuriſdictionibus, & iuribus [o] ſuis, ſicut ante diuiſionem huiuſmodi vtebantur. Quia [p], igitur intentionis [q] noſtræ non extitit, nec exiſtit, per diuiſionem epiſcopatuum [r] eccleſiarum, [s] a quibus diuiſiones factæ [t] ſunt, capitulis, archidiaconis, vel aliis perſonis velle aliquatenus derogare, niſi quatenus in diuiſionum huiuſmodi litteris Apoſtolicis continetur [v] expreſſe:

m ¶ Iniuriari.] non ſumitur hic iniuriari ſpecialiter pro cōtumeliam facere: ſed generaliter pro eo quod non iure fit, ff. de iniu. l. 1. ad legē Aquil. l. ſed ſi quacunque, § iniuriam.

n ¶ Non permittentes.] & malefaciētes alijs, quod ab eis ſibi fieri nollent. 1. diſt. in prin. extra, de maio. & obed. c. dilecti. ne quiſquam impediri debeat vti iure ſuo, ff. de iti. actuq; pri. l. ſi deuia. ſi à paren. quis manu. fuer. l. non vſque. aliàs eccleſiaſticus ordo confundi dicitur, ſua vnicuique ſi iuriſdictio non ſeruetur. 11. q. 1. peruenit.

o ¶ Iuribus ſuis.] puta viſitationibus ſuis, & procurationibus, & ſimilibus, vt patet ī. Suis autem ideo dicit: quia licet iura beneficiorū non ſunt proprie beneficiatorum: pro ipſis tamen nomine ſuo, & agere, & defendere poſſunt, ſi fuerint ſæculares. extra de iu di. c. cum deputati. & de proba. ex litteris. not. Compoſt. de reſcri. c. edoceri.

Diuiſio textualis.

AD Apoſtolatus.] Diuide iſtam decret. in quatuor partes. In prima facti præmittitur recitatio. In ſecunda ſuper diuiſione epiſcopatuum ſubiungitur Papalis intentio: ibi, Quia igitur. In tertia annectitur ipſa conſtitutio: ibi, Nos præſentis, &c. In quarta ſubinfertur tranſgreſſus comminatio: ibi, Si enim aliqui.

d ¶ Aliquarum eccleſiarum.] ſcilicet nouiter in cathedrales erectarum.

e ¶ Eccleſijs.] ſcilicet antiquis cathedralibus.

f ¶ Ex certis cauſis.] ſcilicet ad diuini cultus augmentum, & ſalutem populi Chriſtiani.

Ep̄atus diuidere nullus pōt præter Papam. Perſona dicitur aliqs perſonatū habens.

g ¶ Ad hoc.] ideſt, ad diuiſionem de ipſis faciendam.

h ¶ Auctoritate Apoſtolica diuiſarum.] vt in decr. ſedes Apoſtolica. & bene dicit. Apoſtolica. ad nullum enim inferiorem ſpectat epiſcopatuum diuiſio. 16. q. 1. c. præcipimus. & §. ſicut not. extra de exceſ. præl. c. ſicut vnire. de offi. leg. c. quòd tranſlationem.

i ¶ Alijs perſonis.] ideſt perſonatū vel aliud ius bene-

p ¶ Quia igitur.] Secunda pars.

q ¶ Intentionis noſtræ.] not. ad intentionem facientis ſicut & mandantis fore recurrendum. extra de offi. deleg. ſuper eo. de præb. c. cum cauſam. & c. cum olim. de arbi. c. expoſita, ff de leg. 1. ſi ſeruus plurium, §. vlt. de cond. & demon. l. In conditionibus. de execu. tut. l. ſcire, §. illud. qui pet. tut. l. credendum. cum ſim.

r ¶ Epiſcopatuū.] ſ. nouiter creatorū & erectorum.

s ¶ Eccleſiarum.] ſcilicet antiquarum.

t ¶ Factæ ſunt.] ſcilicet epiſcopatuum nouorum.

¶ Aliquatenus derogare.] collige hic vulgatū notabile, quia princeps per factū ſuū iuri alterius derogare nō intendit, niſi inquantū exprimit extra de offi. deleg. c. ſuper eo. de vſu pal. ex tuarū. de priu. paſtoralis, ff. ne q d in lo. pub. l. 2 § merito. & §. ſi quis à principe, C. de emācip. lib. l. nec auus. ne aliàs naſcātur iniurię, vñ iura naſci debent. ex̄ de accu qualiter, C. vñ vi, l. meminerint.

Princeps alterius iuri derogare ñ intendit.

v ¶ Continetur expreſſe., Vbi ergo hoc exprimeretur, ſeruandum eſſet. 19. diſt. in memoriā. ff. qui, & à quib. l. proſpexit. quia licet inferiores prælati iura vnius eccleſiæ in aliam ſine certa ſolemnitate transferre non poſſunt, extra de reb eccl. non alie. c. 1. Papa tñ gaudet plenitudine poteſtatis. 2 q. 6. c. decreto. extra de vſu pal c. ad honorē, 9 q. vlt. c. cuncta per mundum & c per principalē hoc facere poteſt, nec eſt qui audeat dicere, Dñe cur ita facis? de pœnit. diſt. 3. §. perſona. cum in ijs quæ

Papæ nullus audeat dicere, dñe cur ita facis?

de iure ſunt poſitiuo poſſit pro libito ſuper his diſpenſare extra de conceſ. præb. c. propoſuit.

¶ Nos præſentis.] Tertia pars.

¶ Statuti.] hoc ſtatutum cũ vniuerſis ſit directũ, ius cõe continet: nam & vim ſententiæ, & rem perfectã noſcitur obtinere. extra de verb. ſig. c. in his.

¶ Eccleſiarum.] ſcilicet nouarum.

¶ Præcipimus.] tale præceptũ ſeruãdum eſt, aliàs nõ ſeruãs puniri dẽt, quia quod p̃cipitur, & c. 14 q. 1. qđ præcipitur. extra de verb. ſig. in his. qui n. poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.

¶ Ne capitula.] ſume verba, impediant quoquo modo, quæ ſunt infra.

¶ Primarijs eccleſijs.] ideſt primæuis, & antiquis, à quibus aliæ ſunt diuiſæ.

¶ Procurationes recipiant.] ſuper hoc vide quod notaui in c. execrabilis.

¶ Archidiaconalia.] q̃ ſunt iura archidiacono de iure cõi competentia, vide qđ not. 25. diſt. c. pleſtis. eã, de reſt. ſp. litteras. & melius per Inn. & Hoſt. de off. archidia. cap. ad hoc. & c. cum ſatis.

¶ Prædictis deciſis.] ſcilicet nouiter ab alijs antiquis.

Ordo litteræ.

¶ Obtinebant.] p̃ diuiſionẽ igitur talẽ factã juriſdictio alijs cõpetẽs vel eius exercitiũ non tollit. Sic in lege cauet, ꝙ diuiſis adminiſtrationibꝰ, & mutatis ab antiquo ſchemate, adminiſtrabũt officiales primæui ſicut prius. in corpore auth. de admin. offi. in fac. ap. circa fi. 2 collat. & §. illud tñ ſancimus. col. 3. ex cuius legis mente fuit ſumptum quod hic ſtatuitur: ſicut non tollitur ius competens ex litteris ad beneficia, vel ad lites primitus impetratis ex tali diuiſione, vt in decret. ſedes Apoſtolica. & dic vt ibi dixi.

¶ Quoquo modo.] ſcilicet facto, vel verbo, per ſe, vel per alium, publice, vel occulte.

n ¶ Ordinatum.] tunc enim ordinatio ſua eſſet in omnibus obſeruanda, vt ſupra dixi.

o ¶ Si enim.] Quarta pars.

o ¶ Agere.] verbo, vel re ipſa.

p ¶ Facere.] re ipſa, vel facto, ff. de verb. ſig. l. Labeo.

q ¶ Digna.] ſcilicet arbitrarie, iuxta culpæ qualitatem & proteruitatem excedentium imponenda. extra de [illegible] nit ſi quis ſuadente. clem. 5. ff. eo. tit. l. aut facta. cum ſimilibus. Zenzelinus.

Nos præſentis auctoritate ſtatuimus vniuerſis prælatis, capitulis, & aliis quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis eccleſiarum deciſarum, & in cathedrales eccleſias per nos auctoritate Apoſtolica erectarum, præcipimus & mandamus, ne capitula, archidiaconos, & alios perſonatus, uel dignitates, officia, ſeu beneficia in prædictis primariis eccleſiis obtinentes, quo minus uiſitationes exerceant, procurationes recipiant, iuriſdictiones, & iura archidiaconalia & alia bona obtineant in prædictis deciſis diœceſibus, ſicut ante diuiſionem huiuſmodi obtinebant, niſi quantum in diuiſionum huiuſmodi litteris Apoſtolicis caueatur expreſſe impediant quoquo modo, quouſque per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. Si enim aliqui contra præſens præceptum agere vel facere præſumpſerint, nos præſumptores tales digna curabimus animaduerſione punire. Nulli, &c. noſtrorum præcepti, & mandati infringere. &c. Datum Auinione quinto Calend. Octobris, anno quinto.

TITVLVS V.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶ *Vacante ſede Imperiali, cum iuriſdictio ad Papam deuoluatur, ſub pœna excommunicationis hic prohibetur, quòd nullus tunc nomen vicarii Imperatoris, vel alterius cuiuſcunque officii retineat, aſſumat, vel reſumat, nulluſq́; ei obediet, vel auxilium præbeat: aliàs excommunicatio in perſonas, & interdictum in terras (niſi intra duos menſes reſipuerint) profertur. Tandem modus huius proceſſus publicandi exprimitur. hoc dicit.*

CAP. VNICVM.

SI fratrum & coepiſcoporum noſtrorum & aliorũ quorumlibet

r SI fratrum.] Hæc decreta. congrue poteſt diuidi in quinque partes. In prima conſtitutionis occaſio, ſeu ratio præmittitur. In ſecunda facti recitatio de vſurpantibus iura vacantis imperij ſubiungitur: ibi, Sane in noſtram, &c. In tertia: contra ipſos eiſque adhærentes, ſeu fauentes monitio ſub pœna, & in contẽnentes lata ſententia annectitur: ibi, Quia igitur, &c. In quarta omnis eiſdem vſurpantibus facta ſuper hoc obligatio diſſoluitur: ibi, Et vt quibuſlibet, &c. In quinta, de litteris, ſeu proceſſu contra tales factis faciendã publicationem pollicetur: ibi, Cæterũ vt homi.

Diuiſio textualis.

ſ ¶ Fratrum.] epiſcopos: & ſuperiores p̃latos Papa fratres, cæteros vero oẽs eccleſiaſticos vel ſæculares appellat filios: aliàs litteræ ſuæ falſæ præſumuntur. extra de crim. fal. c. quàm graui.

t ¶ Coepiſcoporũ.] vocat ergo hic Papa ep̃os ſuos coep̃os: ſicut, & Imperator appellat milites ſuos cõmilitones, ff. de milit. teſta. l. 1. dicuntur autem coep̃i quaſi ſimul ep̃i: vnde cæteri epiſcopi, quo ad ea, q̃ ſunt de efficacia conſecrationis vel ordinis tanta gaudent poteſtate, quãta gaudet Papa, licet quo ad alia ep̃i pares non poſſint dici, cũ dicantur vocati in partem ſollicitudinis: ipſe vero ſolus in plenitudinem poteſtatis. 2. q. 6. de cætero. & cap. ſeq. extra, de vſu pal. ca. ad honorem.

Ep̃i tãtum põt quantũ Papa quo ad ea quæ ſunt de conſecrationis efficacia.

u ¶ Aliorum quorũlibet.] nedũ Chriſtianorum, immo etiam Iudeorum, cum & illis iura ſua illæſa ſeruari mandentur, C. de Iudæ. l. Iudæi, & l. nemo exterus. & l. nullus. & l. die ſabbato. extra eod. tit. c. Iudæi ſiue Sarraceni. Et quid de iuribus aliorum, puta Paganorum vel Sarracenorum, vel aliorum quibus bellum per eccleſiam eſt indictum. vel per ep̃os eccleſiæ: nunquid illa ſeruanda ſunt illæſa? Videretur, ꝙ ſic, cũ ſic indefinite & vniuerſaliter loquatur, Quorũlibet, quod verbum de ſui natura tam bonos q̃ malos comprehendit, ar. ff. de hære. inſti. hoc articulo. extra, de ma. & obed. c. ſolitæ, in fi. Sed contrarium eſt dicendum, cũ bona talium occupanti concedantur ex cauſa, ff. de acq. rer. dom. l. naturaliter, §. vlt. inſti. de re. diui. §. itẽ ea. 23. q. 4. dicat aliquis. ſicut & bona hæreticorũ confiſcari iubentur, C. de hæret. Auth. Gazaros. extra eo. ti. c. ver-

r Ad hanc gl. vide Old. cõſ. 264. & Petr. de Anc. c. quãto. de vſu. Brunellum doc. Aurel. in cap. 1. de homi. in 4. p. conclu. 5. Iudæus factus Sarracenus anponiatur ponit idem.

iura illibata [a] ſeruari, & ab omni fore diſpendio [b] diminutionis [c] extranea cupimus, & ad illud libenter noſtræ ſollicitudinis ſtudium [d] adhibemus: multo fortius [e] equidem pro noſtris, & Romanæ eccleſiæ ſponſæ [f] noſtræ iuribus & honoribus conſeruandis, [g] ex iniuncto [h] nobis officij debito, Apoſtolicæ prouiſionis partes teneamur [i] impendere, ne temporibus noſtris vſurpationis [k] iniuriam ſubeant, aut detrimentum cuiuſuis derogationis incurrant. [l] ¶ Sane [m] in noſtram, & fratrum [n] noſtrorum deductum eſt (fama diuulgante) notitiam, [o] quòd licet de iure ſit liquidum, [p] & ab olim fuerit inconcuſſe [q] ſeruatum, quòd vacante imperio, ſicut & nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacaſſe dignoſcitur, cum in illo [r] ad ſæcularem iudicem nequeat haberi recurſus, [ſ] ad ſummum Pontificem, cui in [t] perſona beati Petri terreni [u] ſimul & cœleſtis [x] imperij iura Deus ipſe commiſit, [y] imperij prædicti [z] iuriſdictio, regimen, & diſpoſitio deuoluuntur, & ea ipſe (durante ipſius vacatione imperij) per ſe, uel alium, ſeu alios exercuiſſe noſcitur in imperio memorato: nonnulli tamen in Italiæ partibus poteſtatis, & dignitatis faſti--

Old. cōſ. 51. Cuius rōes ſequit Lu. Rom. ſing. 603. licet ibi dicat rōnes Old. nō valere, & qua pœna punitur Iudęus cognoſcens Chriſtianā, uide Oldr. conſ. 333 ibi, Pādono Iudęo fuerūt exeſta uirilia. & de pęna infligenda Iudęis no. Fel. in c. poſtulaſti. de Iudęis. Fō.

e. vergentis. & porrantiū arma inimicis fidei. ſimile extra de Iudæ. ita quorundam. & cōmittentiū crimen læſæ maieſt. C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. extra, de pœnis. fęlicis, li. 6. 5. q 1 § verum. verſi. ſi quis ex militibus. Vel breuius potes dicere, ꝙ quibuſlibet iura ſua illęſa dicantur ſeruanda, niſi ex culpa propria priuationem talium iurium incurrerint, vel incurrere debeāt. Et expones illud, aliorū quorumlibet, ſcilicet merentium, & de ſe habilium ad iura aliqua acquirenda: & ſic verbum vniuerſale limitabitur, & reſtringetur, ſicut & alibi, C. de ſacroſan. eccle. l. 1. & 2. diſtin. ca omnes leges. extra de priui. cap. vt priuilegia, §. illud. de ſen. excom. ſi vero.

a ¶ Illibata.] ideſt intacta vel illæſa.

b ¶ Diſpendio.] i. damno. ſimile de reſcrip. ſtipendia, lib. 6. de iudi. c. diſpendioſam. clem. 5. Auth de coll. §. ſuper hoc cenſemus. coll. 9.

c ¶ Diminutionis extranea.] quaſi dicat diminutionē neſcientia. ſimile in corpore auth. conſtitutio. quę de dignitatibus, §. illud. collat. 6. ex quo § ſumptum fuit hoc verbum.

d ¶ Studium adhibemus.] expediendo conſilia, & ad tollenda ſubditorum diſpendia pernoctantes. in corpore auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. in princ. colla. 2. & adde quod dixi in c. ad onus, in verbo, cupienti.

1 Vide omnino B Th. 2. 2. q 26. art. 4.

e ¶ Multo fortius.] hoc dicit, quia quiſque ſe ipſum [1] & ſua plus diligere tenetur ꝙ aliena, vñ dici conſueuit:

Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum.

nā prima charitas incipit à ſe ipſa, C. de ſerui. & aqua. l præſes. & ibi not. quare etiam legitur, ꝙ eam non habens in ſe, in alio præſumitur non habere. 23. q. 5. c. ſi non licet, ff. de bo. eorum, qui mortem ſibi conſci. l. vlt. §. ſic autem. de ędil. edi l. cum autem. § excipitur.

f ¶ Sponſæ noſtræ.] ſcilicet ſpirituali, cui matrimonij ſpiritualis vinculo alligatus Papa dicitur vt quicunque alius epiſcopus. 21. q. 2. c. ſicut in vna. 7. q. 1. ſicut alterius. extra, de teſta. c. requiſiſti.

g ¶ Conſeruandis.] ſuper hoc alibi ſcribitur, iuſtitiam noſtram & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ nolumus negligere, qui alios in ſua iuſtitia confouemus. extra, de immu. eccle. c. quoniam, lib 6. de ſup. negl. prælа. licet.

h ¶ Ex iniuncto.] ſimile extra de hære. cū ex iniuncto.

i ¶ Teneamur impendere.] ad hoc 27. diſt. c. eccleſiæ. extra, de confir. vti. c. cum dilecta.

Vſurpatio ſ malā & bonam partē ſumitur.

k ¶ Vſurpationis iniuriā.] hic vſurpatio in mala parte ſumitur, puta pro illicita inuaſione, vel occupatione, vt alibi, 23. diſt. c. illud. 16. q 3. licet, C. de fun. re priua. vſus aquæ, lib. 11. arg. ſumitur in bona parte: vſurpatū, i. in vſum vel conſuetudinē inductū, ff. ſol. mat. l. ſi ꝯſtante, §. quotiens. in fi. de vſuc. l. 2. de mu. l. iniuriarum, §. vlt.

l ¶ Incurrant.] ſimile dicit lex in tutore, qui pati non debet iura pupilli ſui tolli vel perire, C. de admini. tut. lex quæ, §. nec vero domum.

m ¶ Sane.] Secunda pars.

n ¶ Fratrum noſtrorum.] ſcilicet Cardinalium, & ſic per hoc vide quod not. in decr. Execrabilis.

o ¶ Notitiam.] hoc enim ſcire dicimur quod ab aliis audiuimus. 22. q. 5. c. hoc videtur. & ad hoc extra de ſen. excom. cum deſideres, §. ſecundæ, ff de peti. hęred. l. item veniūt, §. petitam. & § à quo, de admi. tuto. l. quidam. §. ex quo.

p ¶ Sit liquidum.] vt extra de re iud. paſtoralis, § vlt. clem. 5 de foro compet. c. licet. vbi de hoc per Inn. & Hoſt & arg. eſt de homi. pro humani, li. 6.

q ¶ Inconcuſſe ſeruatum.] q. d. abſque alia interpretatione: & ſic per talem obſeruantiam potuit conſuetudo ius tribuens introduci. extra de ver. ſig. abbate, C. de edi. priu. l. an in totū. de emanci. lib. l. 1. de appar. iudic. l. viros. lib. 12. extra de appe. bonæ memoriæ.

r ¶ Cum in illo.] ſ. vacanti imperio.

ſ ¶ Recurſus.] ſimile de fo. compe. licet. cum in temporalibus nullus citra Papam ſit Imperatore quo ad iura imperij ſuperior. argum 26. diſtin. duo ſunt. 7. q. 1. in apibus.

t ¶ In perſona B. Petri.] ad hoc extra, de re iudic. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque, lib. 6 40 diſt. §. non nos.

u ¶ Terreni.] ideſt, laicorum, ſecundum Lauren.

x ¶ Cœleſtis.] i. clericorum, ſecundū eum. Vel poteſt exponi proprie terreni, ideſt, temporalis, quo ad forum contentioſum; cęleſtis, ideſt, ſpiritualis quo ad forum animæ: iuxta illud, Quodcunque ligaueris, &c. 24. q. 1. quodcumque, & q. 2. c. legitur.

y ¶ Commiſit.] Matt. 16 22. diſt. omnes. vbi reperies iſta verba: Qualiter autem Deus videatur in perſonam Petri ſuis ſucceſſoribus iura vtriuſque imperij commiſiſſe, & modum per quem hoc probatur, vide prout no. per Inn. & Hoſt. de foro comp c. licet. Sed an iſtam commiſſionem Chriſtus feciſſe videatur nedum ſuper catholicos, & fideles: an etiam ſuper non catholicos, & infideles? Dic, ꝙ ſic. & ſuper hoc vide quod not. Hoſt. extra de vot. & vo. redemp. c. ꝙ ſuper his, in glo. magiſ. Item facit tex. in arg ꝙ Papa habeat vtrumque gladiū. & ſuper hoc vide quod not. per Ber. & Hoſt. extra qui filij ſint legi. cauſam quę. & per Ioan. 10 diſt. plenius per Hoſt. in ſumma, qui ſi. ſint legi. §. & à quo.

Imperium cōmiſſum eſt à Chriſto et ſuper infideles. Papa habet vtrumque gladium.

z ¶ Prędicti.] ſcilicet vacantis.

¶ Deuoluuntur.] ſic iuriſdictio prelaturę epalis vacātis, deuoluitur ad capitulū, extra de hęr. ad abolendā. de maio. & obe his quę. & c cum olim. eo. tit c. 1. li 6.

¶ Et ea.] ſcilicet iuriſdōnē, regimē, & diſpoſitionem.

¶ Ipſe.] ſcilicet ſummus Pontifex.

¶ Exercuiſſe.] ſcilicet inconcuſſe. vt ſupra.

¶ Et dignitatis.] ſcilicet imperialis, quæ non immerito dignitas dicitur, cum etiam regalis poteſtas dignitas

gium illicite ambientes, in noſtrum & Romanæ ſanctæ matris Eccleſiæ (quantum in eis eſt) præiudicium euidens, ac diminutionem honoris & iuris, vicariatus, ſeu alterius cuiuſcũque nomen officii, quod ipſo Imperatore viuente ex ipſius cõmiſſione gerebãt in certis terris, territorijs ſiue locis poſt deceſſum ipſius abſque noſtra uel Apoſtolicæ ſedis petita uel obtenta licentia retinere ſibi, & nonnulli etiam de nouo aſſumere quod non geſſerant, aut geſtum antea poſteaq; dimiſſum reſumere temerariis auſibus præſumpſerunt, quo uel quibus adhuc non uerētur abuti, & ſub eius uel eorum colore multa facere & feciſſe noſcuntur, quæ in noſtrã & Eccleſiæ p̃dictæ iniuriã aperte redundant, nõ abhorrentes per id uariis

appelletur. extra de off. deleg. c. hac. conſtitutione, lib. 6.

¶ Faſtigium.] i. altitudinem, ſeu præeminentiam. ſimile 48. diſt. c. ſicut Neophytus.

¶ Illicite.] volentes forte magis præeſſe q̃ prodeſſe.

¶ Ambientes.] & ſic per conſequens caſum appetentes d. c. ſicut Neophytus.

¶ Matris eccleſiæ.] 21. diſt non licet. & c. præceptis. cum ſim.

¶ Quantum in eis eſt.] hoc dicit, quia vere per factũ eorum potiſſime cũ ſit vſurpatiuum Romanæ eccleſiæ non præiudicatur, argu. C. de fun. rei priu. l. vſus aquæ, li. 11. 93. diſt. c. illud.

¶ Honoris.] ad cuius conſeruationem ſicut, & iuris attendendum eſt per prælatum, vt in §. ſeq. & dic, vt dixi in decret. ad conditorem, §. rurſus.

¶ Alterius cuiuſcũque.] puta œconomatus, vicedominatus, & aduocationis, caſteldionatus, vel ſimilis: argu. extra, de iure patr. præterita. de elect. auaritiæ, lib. 6.

¶ Commiſſione.] poteſt ergo Imperator viuens certum officium committere in aliqua terra imperio ſubdita, vt hic. ad idem in corpore auth. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus. coll. 9 de admi. offic. in ſacris appel. coll. 3. cum ſim. Sed nunquid per talem poſſunt per eũ conſtitui iudices ordinarij? Dicas ꝙ ſic. in corpore authen. de defen ciui. §. nos igitur. coll. 3. Item cum per legem ſcriptam iuriſdictio ordinaria tribuatur, ff. de iuriſdi. om. iu. l. & quia. ſic & per principem qui eſt lex animata in terris. in corpore auth. de conſue circa ſi. coll. 4. & ita not. extra, ne præl. vic. ſu. c. 1. Sed hic quæro, an talis commiſſa iuriſdictio per principem reuocetur per eius mortem? Vr̃ ꝙ ſic, ad inſtar iuriſdictionis delegatæ, quæ morte mandatoris re integra expirat. extra de offic. deleg. gratum. & c. relatum. Sed contrarium verũ eſt, vt probatur in corpore auth. vt nulli iudic. §. & hoc vero iubemus. ver. ſi vero & præcepta. coll. 9. & hoc ſic ſentit expreſſe Hoſt. de offi. dele. quoniam abbas.

Iuriſdõ ordinaria tribuitur per legem mortuã, & per legẽ viuam.

¶ Territorijs.] à terrendo dictis, quod dic, vt legitur, ff de verb. obl. l. pupillus, §. territorium. De iſto territorio habes 16. q. 7. omnes baſilicæ. extra de elect vbi maius, §. præterea, lib. 6. C. de epiſc. & cler. l. nulli, §. ꝙ ſi in vico. de nat lib. ſi quis. de omni agro. deſer. l. quicũ que, §. illud, lib. 11. ff. de iur. om. iud. l. vlt. de interdi. & releg. l. relegatorum, § ſoler præterea, 63. diſt. ego Ludouicus.

Territoriũ à terrendo dicitur.

¶ Ipſius.] ſcilicet Imperatoris.

¶ Abſque noſtra.] ſcilicet dũ fuerimus in humanis.

¶ Vel Apoſtolicæ ſedis.] ſcilicet poſt mortem noſtram. Et quod dicit, Apoſtolicæ ſedis, expone, ideſt, ſucceſſorum noſtrorum ſedi Apoſtolicæ præſidentiũ, à quibus petita & obtenta licentia, à ſede ipſa obtenta cenſetur, cum vbi Papa, ibi ſedes dicatur, vt dixi in c. ad onus. in verbo, ſedem Apoſtolicam & in c Execrabilis. in verbo, Romanæ Eccleſiæ. & iſto reſpectu cum dicit textus, vel, poteſt exponi vel, pro, ideſt.

Sedes Apoſtolica eſt vbi ẽ Papa.

¶ Vel obtenta.] Sed qualiter intelliges diſiunctiuẽ, vel; ſufficeret ne talem licentiam petere, niſi obtineretur? Videtur, ꝙ ſic, ob naturam diſiunctiuę, ad cuius verificationem ſufficit alteram partem fore veram, ff. de cond. & demon. l. cum pupillus, §. diſiunctiuo, de cond. inſti. ſi hęredi. de verbo. obl. l ita quis. extra de reſcrip. inter cæteras. Sed contrarium credo, ꝙ nõ ſufficeret

Diſiũctiua ꝑ parte vera, eſt tota vera.

Item vbi

eam petere niſi & obtineret. arg. extra, de elec. ſi religioſus. & c. quàm ſit. ne cle. vel mona. c. vt periculoſa Nam cum diminutio iuris, & honoris Eccleſiæ Romanæ hic verſetur, aſſenſus & voluntas eius ſponſi requiruntur. arg. ff. de aqua plu. arc. l. in concedendo. & l. in diem, C. de omni agro deſer. l. quicunque. in fine, lib. 11. aliàs ſequeretur abſurditas, quòd quicunque vellet iura vacantis imperij vſurpare, licentiam peteret, & eam obtinere nõ expectaret: & ſic iſta conſtitutio deluſoria abſque fructu remaneret. contra iura, ff. ne quid in loco publ. l. vlt. de iudic. l. ſi prætor, C. de bon. quæ lib. l. vlt. §. vbi autem. & impoſita magis verbis, q̃ rebus videret, quod non eſt ſentiendum, C. cõmunia. de leg. l. 2. extra, de elect. commiſſa, §. porro. Et ſic expones, vel, pro &, aut pro ideſt, vt prædixi. nec eſt hoc nouum, vt mens rei agendæ ſeruetur, ff. de verb. ſign. l. ſæpe, C. de verb. ſig. l. vlt cum alterum tantum, i. licentiam petere per ſe non ſufficeret, vt iam dixi: & ideo vtrũque etiam diſiunctim poſitorum exigitur, vt concurrat. not. extra de reſcri. ex parte 1. Vel potes aliter dicere, vt ad textum, cũ dicit petita, ſubaudias, & petenti conceſſa: & quod ſequitur. ſcilicet, vel obtenta mera liberalitate abſque aliqua facta petitione, arg. de præb. c. ſi motu. & c. ſi pluribus, lib. 6. & eod. tit. ſi Romanus. cle. 5. & hanc forte conſiderationem habuit canonis huius conditor ſic diſiunctim loquendo.

agiſ de pœna infligẽda appellatione ſimplicium nõ venit miſſũ, c. ſtatutũ. de elect. lib. 6. l. 2. ff. de ver. obl. gl. in prooemio inſtit. de act. Fõt.

Vel, pro &, quandoque ſumitur.

Vide hic glo. in verbo, & figura, in ſi. cle. ſæpe.

¶ Retinere ſibi.] quod prius ex commiſſione gerebant, vt ſupra.

¶ De nouo.] ſcilicet per mortem Imperatoris.

¶ Non geſſerant.] ſcilicet eo viuente.

¶ Antea.] ſcilicet in vita Imperatoris.

¶ Dimiſſum.] ſcilicet adhuc Imperatore viuente.

¶ Reſumere.] ſcilicet eo mortuo.

¶ Temerarijs.] quia à iure improbatis. arg. 2. q. 7. ſi qui ſunt. extra ne cler. vel mona. c. 2. lib. 6.

¶ Quo.] ſcilicet nomine.

¶ Vel quibus.] ſcilicet nominibus.

¶ Abuti.] hoc dicit, quia in vſurpatis proprie non eſt vſus, arg. 33. q. 5. cap. quod Deo. extra de teſta. c. quia ingredientibus, C. de fun. rei priua. l. vſus aquæ, lib 6.

¶ Colore.] ideſt prætextu. ſimile de elect. auaritiæ, lib. 6. C. de ſacroſan. eccl. l. qui ſub prętextu.

¶ Facere.] de præſenti, vt differat à verbo ſequẽti. & quia infinitiuus modus quæ de præſenti ſunt, denotat, niſi ſubiungatur verbum futuri temporis, ff. de verbo. obl. l. ſi ſtipulatus fuerim, §. 1. & l. ſi à colono. & l. cum ſtipulatus ſim.

Infinitiuus quæ ſunt præſentia ſignat.

¶ Feciſſe.] ſcilicet in præteritum.

¶ Iniuriam.] illatam iniuriam Eccleſiæ Papa non poſſet remittere de iure communi. 63. diſt. cap. Salonitanæ 23. quæſt. 4. ſi is qui. ſed ſuæ perſonæ illatam bene poſſet remittere, & rancorem relaxare ex corde tenetur: non tamen ſatisfactionem debitam, niſi velit, de pœnit. diſtinct. 5. cap. vlt. 90. diſtinct. ſi quis contriſtatus. not. de hoc extra, de maleſic. cap. primo, de pœnit. Romana, lib. 6.

Iniuriã Eccleſiæ factã Papa remittere negat.

¶ Per id.] ſcilicet, ꝙ qualecũque officium vel officij nomen ſuper imperio vacanti ſine licẽtia ſedis Apoſtolicæ retinere, aſſumere, vel reſumere præſumpſerint.

¶ Inuo-

inuolui a criminibus, nec diuinæ maieſtatis formidantes offenſam. b c Quia c igitur error, cui non reſiſtitur, approbari d videtur, & latum e pandit f delinquentibus ſinum, qui eorum per uerſis conatibus non reſiſtit: h Nos volentes noſtris, & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ iuribus, & honoribus in hac parte proſpicere, i & malis ac k ſcandalis, quæ ex retentione, aſſumptione, ſeu reſumptione huiuſmodi l orta ſunt hactenus, & quę periculoſe poſſent in antea ſuboriri celeriter m obuiare, n necnon periculis o animarum huiuſmodi retinentium, aſſumentium, ſeu reſumentium nomina, p & eis abutentium (vt præfertur) ſalubriter q occurrere cupientes, præſentium auctoritate monemus r ſub excommonicationis ſ pœna omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, præeminentię, dignitatis, aut conditionis exiſtant, t etiam ſi Patriarchali vel quauis alia u ſuperiori, ſiue epiſcopali x vel regia, ſeu alia y quacunque præfulgeant dignitate, qui poſt vacationem z imperii abſquę

Magiſtratus & officia ſibi falſo nomine aſſumentes, varijs pœnis reſtringuntur.

a ¶ Inuolui criminibus.] ſed quæ & qualia ſunt crimina, quibus ſe innoluere dicuntur? Ex præmiſſis poteſt dici, ꝙ tales qui falſo nomine ſibi magiſtratus aſſumunt, pœna criminis falſi reſtringuntur, ff. ad legem Corn. de fal. l. qui nomine. & l. falſi. & l. eos, §. qui ſe. C. eod. tit. l. maiorem Item pœna criminis læſæ maieſtatis, ff. ad leg. Iul. maie. l. 3. §. vlt. Item proſcriptionis titulo ſubiacentes, bonorum omnium amiſſione mulctantur. C. de appel. iudic. probatorias. lib. 12. Item crimine inuaſionis, iuxta l. cum quęrebatur. C. vñ vi. Item alijs forte quæ ſollicitudini ſtudioſi relinquo.

b ¶ Offenſam.] quam incurrit immiſcendo ſe rei ad ſe non pertinenti, ſcientes, vel ſaltem ſcire debentes quod ſuum non eſt, ad alium pertinere. C. vnde vi. l. cũ quærebatur. non contenti profeſſione ſua res alienas inuadendo. 93. diſt. diaconi.

c ¶ Quia igitur.] Tertia pars.

d ¶ Approbari videtur.] 83. diſt. c. error. tenetur ergo quis reſiſtere errori proximi. Sed an hoc quo ad omnes, ſit præcepti, vide quod legitur, & notatur extra de hæret. c. qui alios. & c. cum ex iniuncto, §. pen. de ſentent. excomm. quantæ. 2. q. 1. ſi peccauit. Et poteſt dici, quod à peccato committendo quilibet proximũ ex debito corrigere tenetur: & idem de commiſſo ſi ſit iterabile. extra de cog. ſpi. tua. In alio peccato quo ad illos, qui ſupra alios habent iuriſdictionem vel correctionem iure permiſſam, eſt præcepti: in cæteris autem non, vt colligitur ex notatis in dictis iuribus.

Peccantes corrigere, an ſit præceptio quo ad omnes, vide beatũ Thomam 2. 2. q. 33. ar. 2.

e ¶ Latum.] ideſt largum vel amplum.

f ¶ Pandit.] ideſt patefacit vel aperit.

g ¶ Sinum.] ideſt locum vel inceſſum. ſimile, ff. de proba. l. qui teſtamentum.

h ¶ Nõ reſiſtit.] ideo enim lex prodita eſt, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur: in proœmio decr. in §. denique. Et dic, nõ reſiſtit per prohibitionẽ, vnde lex dr̃ prohibitio nõ faciendorũ, ff. de leg. lex eſt. & ꝑ pęnarũ impoſitionẽ, ff. de iuſti & iu. l. 1. Eſt enim lex delictorũ collectio. ff. de le. l. 2. & à Deo propter vindictam noxiorũ poteſtas gladij eſt permiſſa. 23. q. 4. c. quæſitũ. q̃ cum timetur, & mali coercentur, & boni inter malos quieti viuunt, vt eod. c. quæſitum. & c. non fruſtra.

Gladij poteſtas eſt vtilis.

i ¶ Proſpicere.] præſidentis enim Eccleſiæ regimini incumbit officio, vt non ſolum de animarum ſalute: verum etiam de extrinſeca vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitos. 39 diſt. Petrus. 86. diſt. c. fratrem.

k ¶ Ac ſcandalis.] ad hoc extra de præſc. nihil, & in proœmio. lib. 6. §. 1. in corpore auth. de quęſt. in prin. col. 6.

l ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet vicariatus ſeu alterius cuiuſcunque officij.

m ¶ Celeriter.] ad hoc extra de accuſ. c. prælatorum.

n ¶ Obuiare.] futura enim præcauenda ſunt prout poſſunt, ff. loca. ſi quis demum, §. 1. extra de elect. c. licet. de ſer. non ord. c. 1. vbi de hoc. 23. diſt. in nomine Domini. nam, & exempla præſentia nos cauere præmonent in futurũ. 82. diſt. c. plurimos. in fi. Vel dic, ꝙ de præſenti quid faciendum eſt, ne malum inſurgat quod in futuro poſſet inſurgere: aliàs autem humanæ naturæ non eſt an futurum bonum vel malum contingat: ſcriptum eſt enim: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta &c. cum nec per humanam cuſtodiam conſequi poſſit, ne damnum vel malum euenire poſſit, ff. locati, l. ſed damno. quia ſolius Dei eſt præſcire futura. 26. q. 5. ꝙ autem.

Futura nõ ſunt in cognitione humana.

o ¶ Periculis animarum.] iſtis ſpecialiter occurrendũ eſt. argu. extra de ſepul. c. animarum. lib. 6. qui nimis emungit, ſanguinem elicit. 4. diſtinct. denique. extra de renun. niſi cum pridẽ. §. propter malitiam. cum ipſæ ſint rebus quibuſcunq; præferendæ, C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. in fine.

Sanguinem elicit qui nimis emungit.

p ¶ Nomina.] ſcilicet vicariatus vel alterius cuiuſcunque officij.

q ¶ Salubriter.] hoc dicit, quia nimia increpatio nec correctionem recipit, nec ſalutem, & leuiter caſtigatus de facili reuerentiam exhibet caſtiganti. 45. diſt. cum beatus, ff. ad legem Aquil. l. nam nimia. iuxta illud.

Correctio ſit moderata.

Qui nimis emungit, ſolet extorquere cruorem.
Immoderata fecit correctio deteriorem:
Sed moderata ſatis, correctio gignit amorem.

r ¶ Monemus.] hoc ideo, quia vindictam habet monitio præcedere. 11. q. 3. indigne. extra de ſen. exc. ſacro.

ſ ¶ Sub excommunicationis pœna.] comminationis, non ſententiæ ſunt hæc verba in hoc caſu.

t ¶ Exiſtant.] ſimile extra de elect. c. generali. & c. fundamenta, §. vt autem. de immu. eccle. c. clericis, §. nos igitur. lib. 6. cum ſimilibus.

u ¶ Alia ſuperiori.] quæ hæc ſit dignitas ſuperior patriarchali, non occurrit, niſi dicas de dignitate Cardinalatus, & ſecundum hoc eſt iſte textus, & ſequens in argumentum, ꝙ dignitas Cardinalatus eſt maior Pontificali, licet per aliquos dici conſueuerit, ꝙ epiſcopalis dignitas ſit maior quàm dignitas Cardinalatus.

Cardinalatus an ſit maior pontificatu.

x ¶ Siue epiſcopali.] aliàs pontificali, præmittit dignitates eccleſiaſticas temporalibus, de quibus ſequitur, vt denotet ipſas digniores eſſe tẽporalibus. arg. de tranſl. epiſc. inter corporalia. & de maio. & obed. c. ſolitæ. 16. diſt. duo ſunt. nam ex ordine tex. ſumi argumentatio conſueuit. in corpore authen. de hære. & fal. §. inordinatum. coll. 9. C. de nouo Co. fac. §. pen. ver. ſeruus quidam, &c. cum multis ſimilibus.

Dignitates eccleſiaſticæ ſunt temporalibus digniores.

y ¶ Alia quacunque.] quæ multiplex poteſt eſſe, vt patet de elect. fundamenta, §. vt autem. de immu. eccle. c. clericis, §. nos igitur. lib. 6.

z ¶ Vacationem imperij.] de retinentibus. ergo vel aſſumentibus, vel reſumentibus nomen alicuius officij ſuper imperio non vacanti, non habet locum hæc conſtitutio, cũ tunc ſit Imperator, qui tales poteſt cohibere: nec tunc Eccleſia Romana in iure ſuo lædi dicatur, cum tunc regimen imperij ad eam non ſpectet, pro cuius conſeruatione fuit edita principaliter præſens conſtitutio, vt patet in hoc §. & etiam præcedenti.

a ¶ Noſtra

noſtra vel ſedis prædictę licentia huiuſmodi vicarij ſeu cuiuſuis alterius officii nomen vbilibet retinuerunt, aſſumpſerunt, ſeu reſumpſerunt, & retinent: & qui aſſument, vel reſument forſaſſis in poſterum, & ſub talis donationis pallio abuſi ſunt, & abutuntur, vel etiam abutentur poteſtate, uel iuriſdictione quacũque ſeu eius exercitio publice uel occulte, quatenus de cętero etiam à denominatione hmõi ſeu cuiuſcũque aſſumptione, reſumptione ac retẽtione p̃dictis, necnon vſu, poteſtate, & exercitio ſupradictis prorſus abſtineant, & omnino deſiſtant: Inhibentes inſuper ſub pœna p̃dicta omnibus, & ſingulis patriarchis, pręlatis, & ẽt aliis ſuperioribus ac regibus, ciuitatibus, comitatibus uniuerſitatibus, capitaneis, ptãtibus, rectorib. comitibus, uicecomitibus, baronibus, & aliis omnibus cuiuſcunque ſint dignitatis, conditionis aut ſtatus; ne prędictũ hmõi nomen ſeu aliud quodlibet in eodem imperio retinentes (ut pfertur) aut aſſumentes, uel eorum aliqui ſub denominatione uel titulo hmõi nominũ, ſeu procuratores, commiſſarios, iudices, aut uices eorũ gerẽtes quocunque colore q̃ſito recipiant uel admittant: nec ut uicariis ſeu uicario, aut officialibus imperii pareant, uel intendant, aut pareri, uel intendi faciant uel permittant, nec in his eis uel ei qũolibet p̃ſtẽt auxilium, cõſiliũ, uel fauorẽ: Alioquin in oẽs, & ſingulos patriarchas, pręlatos, & ſuperiores, & inferiores reges, & cęteros denominationem prędictam (ut pręmiſſum eſt) retinentes, aſſumentes, ſeu reſumentes, ac illius prætextu exercentes quęcunque officia, poteſtates, ſeu iuriſdictiones, & recipientes eos ut uicarios uel officiales imperii, aut cõmiſſarios eorũ, ut

a ¶ Noſtra vel ſedis.] eadem videtur eſſe licentia Papæ & ſedis Apoſtolicæ, vt ſupra dixi, ꝙ vbi ipſe, ibi ſit & ſedes, vt dixi in c. ad onus. & plenius in c. execrabilis. licet per aliam factam adiectionẽ, ſ. beneplaciti vel voluntatis inducat differentiam inter iſta, vt colligitur ff. loca. l. locatio precarij. extra de reſcrip. c. ſi gratioſe. lib. 6.

b ¶ Vbilibet.] id eſt, vbicunque. hoc enim aduerbium eſt loci deſignatiuum, vt dixi in c. ad onus. in verbo, vbilibet.

c ¶ Pallio.] id eſt velamine ſeu colore, vt in parte præcedenti.

d ¶ Quacunque.] denotat hoc verbum abuſum.

e ¶ Exercitio.] meri vel miſti imperij, vel ſimplicis iuriſdictionis. arg. ff. de iuriſd. om. iud. l. imperium.

f ¶ De cætero.] reſpicit futurum tempus, non præteritum. ſuper quo vide quod notanter dicit Hoſtien. extra de ſponſ. duo. c. vlt.

g ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet officij.

h ¶ Cuiuſcunque.] aſſumptione ſuper hoc verbo eſt ſequenda expoſitio, quam feci ſupra proxi. §.

i ¶ Prorſus.] hoc verbum, & ſequens omnino denotant, ꝙ totaliter & in totum à prædictis abſtineant.

k ¶ Inhibentes.] poſt tales inhibitiones dignũ eſt detrimentum vetitos ſuſtinere. extra de conſtit. c. 2. Et ſuper tali inhibitione vide qđ not. 30. diſt. c. nulli fas extra de elec. c. gñali. lib. 6.

l ¶ Pœna prædicta.] ſcilicet excommunicationis.

m ¶ Ciuitatibus.] talis inhibitio facta ciuitatibus, & alijs de quibus ſequitur, facta cẽſetur ipſis ciuibus, vel cõitatem aut vniuerſitatẽ conſtituẽtibus. arg ff. de le. 1. l. ſi hæres, §. vicis. & l. ciuitatibus. de vſufr. leg. l. legatum ciuitati. iuncta l. 2. de reb. dub. nam ciuitas, communitas, vniuerſitas de ſe (cum ſit quid inanimatum) alicuius inhibitionis vel cenſuræ eccleſiaſticæ capaces non ſunt. arg. de ſent. excom. c. ſi ſententia, §. cum vero, li. 6. & not. de excel. præl. c. tanta. & arg ff. de condi. & dem. l. municipibus. vnde ea quę in facto conſiſtunt, per eos expediri nequeunt: quare per ipſarum membra habent expediri. arg. ad hoc, C. de appa. præf. præt. l. corniculariij, lib 12. de execu mun. l. maximatum, lib. 10. de aduo. diuer. iudi. l. reſtituendo. ſic ſentit Inno. de ſen. excom. c. Romana. circa finem.

n ¶ Aut ſtatus.] ſimile de cenſi. c. fęlicis, §. 1. lib. 6.

o ¶ Imperio.] ſcilicet vacante, vt ſupra.

p ¶ Vt præfertur.] ſcilicet ſine licẽtia ſedis Apoſtolicæ.

q ¶ Denominatione.] id eſt appellatione tantum, & nuncupatione.

r ¶ Quæſito.] ſimile de elect. c. auaritiæ, lib. 6.

s ¶ Pareant.] id eſt obediant.

t ¶ Faciant.] quia tunc perinde videtur ac ſi per ſe facerent. arg. ff. de vi, & vi arm. l. 1. §. deieciſſe, de admi. tut. l. ita autem. §. geſſiſſe. de reg. iur. c. p. qui per alium.

u ¶ Permittant.] Videtur ergo, ꝙ communitas vel vniuerſitas ſe ſuper hoc debeat opponere: & hoc poteſt dici verum contra illos, quos cohibere poteſt. & ſuper hoc vide quod nota. ff. de regu. iur. l. culpa caret.

x ¶ Nec in his.] ſcilicet cuiuſque nominis, officij aſſumptione, retentione, reſumptione, vel aliàs iuriſdictione, imperij vacantis exercitio, vt ſupra.

y ¶ Vel fauorem.] qualiter in talibus vel ſimilibus fauor præſtari dicatur, vide quod not. Guliel. de hære. quicunque, lib. 6.

z ¶ Illius.] ſcilicet denominationis.

¶ Exercentes.] per ſolam denominationem prædictam non incurritur pœna ſequens, cum ſola denominatione non ita ſit Eccleſiæ Romanæ præiudicialis, ſicut cũ ad tale exercitium peruenitur: nec per exercitium etiam incurritur, niſi prætextu talis denominationis fiat, vt patet per hunc tex. vnde ſi ſuo iure proprio, puta ex titulo ab Imperatore viuente obtento quis exerceret aliquod exercitium, non incurreret pœnam ſequentem, cum ratione vacantis imperij nihil exerceat, quod iſte textus expoſcit: & pœna non eſt in dubio exaggeranda. arg de pœnit. diſt. 1. c. pœnæ, ff. de pœn. l. interpretatione.

¶ Poteſtates.] hoc verbum in perſona magiſtratus imperium denotat, ff. de verb. ſig. l. poteſtatis. de iuriſd. om. iud. l. imperium. vnde in quibuſdam regionibus, vt in Italia, iuriſdictioni præſidentes Poteſtates appellantur. ſimile reperies de electio. fundamenta. §. vt autem, lib 6.

¶ Vt vicarios.] per hoc verbum dicas, ꝙ recipientes tales non vt officiales imperij vacantis, ſed vt alios, nõ incurrerent pœnam quæ ſequitur per hunc textum, & per ea quæ ſupra proxi. dixi.

¶ Eorum.] ſcilicet exercẽtium iura vacantis imperij.

¶ Vt talium.] igitur commiſſarij ipſorum non vt talium,

Vbilibet, locum deſignat.

Videtur contra mentem iſtius conſtitutionis: neque debet aliquis ſibi vſurpare nomen dignitatis, quam nec habere, nec exercere põt iuribus allega. in gloſ. in verbo, inuolui. Fonta.

Iſtud videtur contra text. in §. ſane. & §. quia igitur vbi dicit, ꝙ totalis diſpoſitio omnium iurium imperij, p mortẽ Imperatoris deuoluitur ad Papã, & officia per viuẽtẽ imperatorẽ cõmiſſa non poſſunt eo mortuo geri ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, tamen glo. in ver. commiſſione. allegat bona iura in contrariũ. Fonta.

ſtum, ſed vt aliorum, puta iure ſuo vtẽtium pœnæ inſra politæ non ſubijciuntur: ceſſante tamen in his præcedentibus fraude, quia fraus patrocinari cuiquam nõ debet. arg. ff. de rei vendi. l. in fundo. extra de priuileg. quanto. & c. ex parte. cum ſimilibus.

clem. 5. & clarius ad hoc de poſtul. præla. c. 1. eſt ibi noua gl. quæ incipit, bona fuit interpretatio.

talium, & in parentes ſeu obedientes eis, ut talibus, aut pręſtantes in hoc ſibi conſilium, auxilium, uel fauorem, niſi intra duorum menſium ſpatium à die datę pręſentiũ numerandum penitus reſipuerint, uel ſe licentia ſedis Apoſtolicę ſuper hoc oſtenderint communitos, excõicationis in ſingulares perſonas, & in terras, & loca ipſorum & quaslibet communitates, uniuerſitates, ciuitates, aut uillas, interdicti ſñias de fratrum noſtrorũ conſilio publice promulgamus: Contra eos nihilominus ſpiritualiter, & temporaliter grauius proceſſuri, prout inobedientia eorum exegerit, qualitas facti ſuaſerit, & uiderimus expedire.

Et ut q̃buslibet parendi talibus tollatur occaſio, oẽs, & ſingulos, qui huiuſmodi uicariatus

a ¶ Vt talibus.] ſecus ergo vt alijs.

b ¶ In hoc.] ſcilicet exercitio iuris imperij vacantis.

c ¶ A die datæ.] currunt ergo hi duo mẽſes à tempore talis datæ, quia forte eadem die fuit præſentis conſtitutionis facta publicatio, vt ſic iuri communi conueniat quod hic dicitur, quo cauetur conſtitutionem principis à tempore publicationis poſt duos menſes quem ligare, in corpore auth. vt factæ nouæ conſtitutiones coll. 5. ſi enim aliter diceres, tunc ſequeretur, ꝙ ante quis ligaretur ex plenitudine poteſtatis principis, alleg. de iud. c. 1. clem. 5. Vel ꝙ forte iſta ignorantia feratur contra iura, C. de tabul. l. generali, lib. 10. extra de conſti. c. cognoſcentes.

d ¶ Reſipuerint.] referendum eſt iſtud verbum tam ad ipſos exercentes, quàm ad eos vt tales recipientes, quàm commiſſarios eorum, vt talium, q̃ etiam in parentes eiſdem vt talibus, vel pręſtantes in hoc ſibi auxiliũ, &c. & dic reſipuerint, i. abſtinuerint ſeu deſtiterint.

e ¶ Communitos.] illi ergo cõmuniti à pœna ſequenti ſunt liberi, ne aliàs principali auctoritate circumſcripti videantur, quod eſſe non debet. C. de his qui veniam impetrauerunt, l. 1. & ne aliàs inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur, C. vnde vi, l. meminerint. extra de accuſ. qualiter. Sed pone, ꝙ de tali communione non fuiſſet hic facta mentio, & eſſent aliqui hic prohibita facientes, ſedis tamen Apoſtolicæ licentia communiti; incurrerent ne iſtam pœnam quę ſequitur? Credo ꝙ non, quia aut habuiſſent talem licentiam ante hanc conſtitutionem, & tunc per eam tuti ſunt, cum de illis hic non eſſet facta mentio. arg. extra de capel. mona. ex parte. & quia talis licentia durare videtur donec ſic reuocata. arg. 25. q. 2. c. 1. 2. & 3. C. de præſcrip. l. falſo. Si vero poſt, idem: quia huius imp. conditor ſibi vel ſucceſſoribus ſuis manus non ligauit per hanc conſtitutionem, quin talem poſſet licentiam concedere. argu. extra de elect. innotuit. de præben. dudum, lib. 6. ff. de leg. 3. l. ſi quis, in princ.

f ¶ Excommunicationis.] ſcilicet maioris: illa enim in dubio inflicta videtur. de ſent. excom. c. ſi quem.

Excommunicatio non fertur in locum.

g ¶ Singulares perſonas.] in ſingulos igitur fertur ſententia excommunicationis, quæ de ſui natura animas percutit. extra de reb. eccle. non alie. ſi quis preſbyterorum. Et ideo in locum vel vniuerſitatem non fertur, cum anima careant. de ſenten. excom. Romana. §. cum vero. lib 6.

h ¶ Loca ipſorum.] Nota igitur ob alicuius delictũ terram vel loca ſuæ iuriſdictioni ſubdita interdicto eccleſiaſtico ſubijci poſſe. ſimile de offi. deleg. ſane quia. de ſpon. c. non eſt. & ſic vnus pro alio punitur. ſuper quo vide qđ plene not. 1. q. 4. in ſumma. & plenius p Car. de vſur. c. vſurarũ. lib. 6. Intellige tamen hic terras vel loca ipſorum reputari, non ratione plenæ proprietatis tãtũ, ſed ſuperioritatis iuriſdictionalis. argu. extra de vita, & hone. cler. ex litteris, de Iudæ. cap. cedit, §. cum autem,

Punitus vnus pro alio.

i ¶ Communitates.] Inſuper hoc verbo, & ſequenti dic vt dixi ſupra in verbo, ciuitatibus.

k ¶ Publice.] ad tollendam omnis ignorantiæ excuſationem. arg. ff. de inſtitu. act. l. ſed, & ſi quis, §. proſcribere. extra, qui mat. accuſ. poſ. c. vlt. de Iudæ. quorundam. & c. in nonnullis. cum ſimi. & ex quo talia ſiunt, non eſt neceſſarium ea ſingulorum auribus inculcari. 16. diſt. c. quod dicitis. extra de poſtulat. capitu. 1. Vel dic publice, ad tollendum omnis ſuſpicionis ſcrupulum. arg. ff. de ritu nup. l. vlt. de admin. tut. l. non exiſtimo. extra de clan. deſpon. cum inhibitio. vt eccleſ. bene c. 1. & ſuper hoc vide quod not. 32. q. 4. c. nemo.

l ¶ Contra eos.] ſcilicet tam ſingulos, de quibus præmiſit, quàm vniuerſitates.

m ¶ Proceſſuri.] hoc dicit ad denotandum, ꝙ prælatus vtroque gladio poteſt Eccleſiæ ſuæ iura tueri. extra de ſent. excom. lib. 6.

Eccleſiam gladio prælatus vtroque tuetur.

n ¶ Exegerit.] Nam creſcente contumacia, creſcere debet, & pœna. extra vt lit. non conteſt. qm̃ frequenter. §. vlt. ipſaq; cumulari facit pœnam. ff. de pœn. relegati.

o ¶ Qualitas facti.] quæ de ſe maiorem non minorem pœnam infligit. facit ff. de pœa. l. aut facta. §. qualitate. de pœnit. diſt. 1. aut facta, §. qualitate.

p ¶ Viderimus expedire.] ſe licet arbitrarie. cum idem exceſſus magis ſit in vno quàm in alio puniendus, attentis multis, quæ recitantur extra de homi. ſicut dignum, ff. de incen. rui. nau. l. Pedius, §. 2. de pœn. l. reſpiciendum. §. delinquit.

q ¶ Et vt quibuſlibet.] Quarta pars.

r ¶ Parendi.] ideſt, obediendi.

ſ ¶ Talibus.] ſcilicet iura imperij vacantis exercentibus ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.

t ¶ Tollatur occaſio.] Nota tollẽdã occaſionẽ in malũ.

u ¶ Vicariatus nomẽ.] Quid igitur ſi quis ſit adſtrictus per iurm̃ fidelitatis retinendi, aſſumendi, vel reſumẽdi aliud nomen officij q̃ vicariatum: nũquid videtur abſolutus hic à tali iuro? Videtur, ꝙ non, cum de hoc mẽtio hic non fiat, nec aliud nomen officij repetatur, nec etiam attenta mente conditoris volentis conſeruationi iuris Romanæ eccleſiæ prouidere, & tollere occaſionẽ parendi talibus. Credo contrarium, cum textus dicat, talibus, & ĩ. expreſſum fuerat, qualecunq; nomen officij exercentibus: aliàs niſi ſic dicas, videretur hic talis parendi occaſio imperfecte ſublata, ſi quis remaneret ligatus tali iuramẽto, aliud nomen allegantibus quàm vicariatus: inde principis cõſtitutio videretur quid imperfectum continere: contra legem, ſi quis ſeruum, C. qui mi. non poſ. lib. 12. & eſſet in poteſtate volẽtis exercere officium imperio vacante, mutato nomine vicariatus, illud ſub alio nomine retinere: & ſic hæc conſtitutio deluſoria redderetur, contra iura, ff. ne quid in loc. publ. fiat. l. vlt. de iud. l. ſi p̃tor, C. de bo. quæ li. l. vlt. §. vbi autẽ. Non obſtat expreſſio hic facta de iſto vicariatu: quia aliud quodcunq; nomẽ officij ſuperius expreſſum, hic debet intelligi repetitum. argu. ff. de verb. obli. l. Titia, § idem reſpõdeo, de leg. 1. l. talis ſcriptura. §. vltimo, vel expreſſo hoc nomine vicariatus, omnia

Lex non debet eſſe deluſoria.

alia

alia in quibus eſt eadem penitus ratio, pro expreſſis, & comprehenſis haberi debent. Sicut, & nomen procuratoris, comprehendit ſub ſe omnia nomina, per quæ quis alienæ adminiſtrationi ſe poterit ingerere. 1. q. 3. Saluator. Sicut, & nomen curatoris comprehendit tutorem etiam in pœnalibus, in caſu vbi eſt eadẽ ratio. in corpore auth. vt hi qui obli. ſe ha. perhibeant res mino. §. 1. & ibi not. coll. 6. & hũc intellectum innuit textus cũ dicit, vicarijs vel officialibus.

Procuratoris nomen multa comprehendit.

quanto. & eod. tit. c. contingit, §. quia non lib. 6.

r ¶ Cæterum.] Quinta pars.

s ¶ Omnium.] qui confluere ad Eccleſiam, de qua ſequitur, conſueuerint. argu. ad hoc extra, de elect. cauſam. cle. 5.

a ¶ Iuramento fidelitatis.] ad quæ capitula adſtrictus reputetur quis ex tali iuramento, legitur in lib. Feudorum. in tit. de forma fidelitatis. & 22. q. 5. c. de forma. & illa capitula plene reperies proſecuta per Hoſt. in ſumma de feud. §. quid ſit fidelitas.

b ¶ Quantũ ad hoc.] ſcilicet quo ad non parendũ talibus: non ergo quo ad alia tali iuramẽto quis videtur abſolutus, vt dixi aliàs in ſimili verbo, in c. ſuſcepti. §. vlti.

c ¶ Abſoluentes.] poteſt igitur ex cauſa Papa quem à iuramẽto abſoluere 15. q. 6. c. nos ſanctorum. & c. auctoritatem. extra de iureiur. c. quanto. in lib. Feud. hic finitur lex. circa princ. ſuper quo vide quod not. dicto c. quanto. & c. auctoritatem. per Inno. & Hoſtien. & de dolo, & contuma. cap. veritatis.

nomen retinentibus, aſſumentibus, ſeu reſumentibus iuramento [a] fidelitatis tenentur adſtricti, à iuramento huiuſmodi, quantum [b] ad hoc, de poteſtatis plenitudine abſoluentes, [c] auctoritate Apoſtolica firmiter inhibemus eiſdem, [d] ne talibus, [e] vt vicarijs [f] vel officialibus imperii aliquatenus pateant vel intendant. Et inſuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes, [g] & colligationes, à quibuſcunque ſuper [h] hoc quomodolibet [i] initas, iuramento vel quacunque [k] firmitate vallatas omnino diſſoluimus, viribus vacuamus, irritantes, & quatenus de facto proceſſerint, reuocamus: [l] Ac huiuſmodi, [m] & quęlibet alia iuramenta quibuslibet [n] ſuper [o] his præſtita, per quæ poſſet in prędictis [p] noſtris & Eccleſię noſtrę prędictę iuribus derogari, pręſertim cum iuramentum vinculum iniquitatis eſſe non [q] debeat, relaxamus. ¶ Cęterum [r] vt huiuſmodi proceſſus verius ad communem omnium [s] notitiam deducatur, chartas [t] ſeu membranas proceſſum continentes eundem [u] in eccleſia [x] Auinionẽſi appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus [y] faciemus, quę [z] proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro [a] pręconio [b] & patenti [c] iudicio publicabunt: [d] Ita quòd omnes & ſinguli, quos proceſſus ipſe contingit, & cõtingere [e] poteſt, nullam [f] poſtea poſſint excuſationẽ prętendere, quòd ad eos talis proceſſus non peruenerit: uel quòd ignorauerint eundem: cum non [g] ſit veriſimile remanere quo ad ip-

t ¶ Chartas ſeu mẽbranas.] quaſi dicat de pellibus animalium, & ipſorum mẽbris. ſimile, ff. de bo. poſſ. ſecundum tab. l. 1. & l. chartæ.

u ¶ Eundem.] id eſt expreſſum § venientes officio aliquo imperij vacantis, & contra parentes eiſdem, vt talibus.

x ¶ Eccleſia Auinionenſi.] non exprimit de qua intelligitur, cum ibi multæ ſint eccleſiæ. Dicas, ꝙ de cathedrali: cum nulla alia vocetur Auinionenſis, ſed omnes aliæ aliquo nomine peculiari nuncupentur, & facit ad hoc in corpore auth. de eccleſ. tit. §. ſi quis vniuerſorum. in fi. ff. de con di. & demon. l. quæ conditio §. 1.

y ¶ Superliminaribus.] ſcilicet officiorum.

z ¶ Quæ.] ſcilicet chartę vel mẽbranæ.

a ¶ Sonoro.] id eſt ſonitum in auribus reddenti.

b ¶ Pręconio.] quia ſicut vox pręconis audientibus innoteſcit, in corpore auth. deliti § omnem. col. 8. ſic iſte proceſſus patens in membranis, omnibus innoteſcit.

d ¶ Eiſdem.] ſcilicet iuramento fidelitatis adſtrictis.

e ¶ Talibus.] expone, vt ſupra.

f ¶ Vt vicarijs.] & hoc dicas vt ſuperius dixi in parte præcedenti.

g ¶ Cõfœderationes.] in mala parte ſumitur hic iſtud verbum.

h ¶ Super hoc.] ſcilicet, talibus parendo, vt officialibus imperij.

i ¶ Quomodolibet.] puta verbo, nutu, vel ſigno, in ſcriptis, per nuncium, vel epiſtolam, vel pactum, vel ſtipulationem, vel aliàs qualitercunque, cum dicat, quomodolibet. ſimile de reſcri. ſtatutum. §. in nullo. lib. 6.

k ¶ Quacunque firmitate.] puta pœnali, fideiuſſoria, pignoratitia, vel obſidiali.

l ¶ Reuocamus.] ſimile huic extra de elect. vbi maius §. cæterum. de conceſ. præb. deteſtanda. lib. 6. cum ſimilibus.

m ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet ſacramenta fidelitatis.

n ¶ Quibuſlibet.] ſcilicet vaſallis talium, vel alijs quibuſcunque.

o ¶ Super his.] ſcilicet officijs imperij vacantis: vel ſuper his, ſcilicet parendo officialibus talibus.

p ¶ In prędictis.] ſcilicet officijs.

q ¶ Non debeat.] 23. q. 4. inter cætera. extra de iureiu.

c ¶ Patenti.] aliàs patulo. id eſt patenter, publice.

d ¶ Publicabunt.] iuris præſumptione, per ea quę dixi ſupra in parte tertia in verbo, publice. Vel dic, publicabunt, id eſt, publicare poterunt iuris præſumptione, vt extunc non ſit tolerabilis ignorantia, arg. ff. de iuris, & fac. igno. l. regula. §. ſed facti. extra de præſum. quanto, & c. quædam, ff. de verb. ſigni. l. latæ culpæ.

e ¶ Contingere poteſt.] qui iſti ſint, colligitur ex præcedentibus. §.

f ¶ Nullam.] ſcilicet probabilem.

g ¶ Non ſit veriſimile.] ſcilicet iuris præſumptione contra quam & aliàs admitti poſſit probatio. 72. diſt. c. propoſuiſti, extra, qui matri. accu. poſ. cum in tua. ff. quod met. cau. l. non eſt. de proba. quæ teſtamentum. vbi tamen iuris pręſumptio tranſit in violentam, vt quia eſt iuris, vel de iure, non eſt ita: quia tunc magis dicitur fictio. arg. C. de probat. l. ſiue poſſidetis cum ibi not. & talis poteſt dici iſta de qua hic dicitur: cum iſtorum proceſſuum publicatio facta fuerit per modum conſtitutionis ius inducentis contra quoſcunque hic prohibita facientes, & ius commune publicatum arctet quemcunque poſt duos menſes, vt dixi ſupra in glo. currunt ergo, & arg. de conceſ. pręb. cum ei. circa fi. Clem. 5.

Præſumptio an admittat probationẽ in contrariũ.

a ¶ Publi-

a ¶ Publicatur.] ſimile, ff. de inſtit. act. l. ſed & ſi pupillus, §. proſcribere. & alijs iuribus alleg. ī. in glo. ſcilicet iuris præſumptione. Zenzelinus.

ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. [a] Datum Auinione in domo Epiſcopali, ij. Calend. Aprilis, anno primo.

TITVLVS VI.

De voto, & voti redemptione.

¶ *Votum per ſuſceptionem ſacri ordinis ſolemnizatum, licet impediat matrimonium ſequens, non tamen præcedens, etiam ſi nondum eſſet per carnis copulam conſummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum conſummato, nullus præſumat accipere aliquem de ſacris ordinibus: quod ſi fecerit diſſoluto etiam matrimonio, nec in illo miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere poterit, niſi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, & eius regulam expreſſe vel tacite profiteatur. Eſt autem talis coniungatus ſic ordinatus per diœceſanum monendus, vt religionem ingrediatur; ſi matrimonium nondum eſt conſummatum: quod ſi renuerit, & vxor inſtiterit, compellitur per excommunicationem ad matrimonii conſummationē. hoc dicit. Et eſt caſus notabilis: & qui ſatis efferri non poſſet.*

CAP. VNIC.

Antiquę concertationi [b] finem cupientes imponere, [c] ac animarum [d] periculis inde prouenientibus [e] ſalubriter prouidere, de fratrum noſtrorum conſilio præſenti declaramus [f] edicto, quòd licet votum ſolemnizatum [g] per ſacri [h] ſuſceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum, [i] ac ad dirimendum, ſi [k] poſt contractum fuerit, ſecundum ſtatuta [l] canonum ſit efficax [m] reputandum: ad diſſoluen-

Diuiſio. Antiquæ concertationi.] Primo digniſſima præmittitur declaratio. Secundo poſt matrimonii contractum proponitur ſacri ordinis ſuſceptio: ibi, auctoritate Apoſtolica. Tertio, contra facientes ſequitur punitio: ibi, Quod ſi ſecus, & cætera.

b ¶ Concertationi.] ſimile de appel. cap. concertationi. lib. 6. hæc autem concertatio non modica, immo magna erat inter doctores, & notatores antiquos: dicebāt enim aliqui matrimonium contractum per verba de præſenti per ſuſceptionem ſacri ordinis diſſolui: ſicut, & per ingreſſum religionis ante carnalem copulam. Alij vero contra ſentiebant, vt plene diſcuſſum, & pro vtraque parte allegatum reperies in ſumma Hoſt. de coniug. §. fratrum. verb. ſed quid ſi maritus. Vltima vero opinio vera eſſe hodie declaratur per iſtam conſtitutionem: & iſtāmet opinionē prius amplexabar tamquā veram: vt notaui extra de vot. & vo. red. lib. 6.

c ¶ Imponere.] Talem finem imponere ſpectat ad Papam, cū ad eius ſedem ſit ſuper difficultate, & ambiguitate iurium recurrendum, extra qui fi. ſint legi. c. per venerabilem, §. rationibus. & arg. C. de legi. l. 1. & vlti.

d ¶ Animarum periculis.] quibus obuiandum eſt. de ſepul. c. animarum. ne cler. vel mona. c. vt periculoſa. lib 6. cum ſimilibus.

e ¶ Prouenientibus.] tam in ſuſcipiente ſacrum ordinem; cum ex virtute contracti matrimonij teneretur ad reddendum debitum coniugi. extra de ſpon veniēs. cum multis ſimilibus. ex virtute vero ſuſcepti ſacri ordinis tenebatur ad continentiam obſeruandam, quàm tacite vouiſſe videtur illum ſuſcipiendo. 23. diſt. diaconi not. extra, de cle. coniug. c. cum olim. quàm etiam in muliere, forte ad carnis lubricum prona ob iuuentutis feruorem. extra de eo qui cogn. conſan. vxo. c. Iordanæ. & cum alio matrimonium contrahere nō potente, ſi ille ſuus verus remanebat maritus, prout vere remanet, vt infra dicitur.

f ¶ Declaramus.] non videtur ergo hæc decre. in hoc quod ſequitur iuris modi editiua; ſed antiqui potius declaratiua. ſuper quo vide quod dixi in decreta. cum inter nonnullos. ſuper verbo, deinceps.

g ¶ Solemnizatum.] quod votum ſolemne, [1] quod ſimplex dicatur, vide qđ not. extra qui cle. vel vo. c. rurſus.

h ¶ Sacri ſuſceptionem ordinis.] ſuſceptio igitur ſacri ordinis votū reddit ſolemne, vt hic, & 84. diſt. c. cum in præterito. 28. diſtin. diaconi. Sacer autem ordo eſt hodie etiam ſubdiaconalis, licet olim eſſet ſecus, [2] extra de æta. & qual. c. à multis. 40. diſt. nullus. 32. diſt. c. erubeſcant.

i ¶ Contrahendum.] de contrahendo impediendo non erat tātum dubium, cum & multa minora illud impediant, quæ tamen non dirimunt iam contractum. extra de cogna. ſpiri. c. contracto. & eodem tit. ca. per cathechiſmum. lib. 6.

k ¶ Si poſt.] ſcilicet ſuſceptionem ſacri ordinis.

l ¶ Statuta canonum.] 31. diſt. c. quoniam. & c. aliter. 84. diſt. cum in præterito. & c. quorundam. extra, de cle. coniug. cum olim. de vot. & vo. red. c. 1. lib. 6. cum multis ſimilibus.

m ¶ Efficax reputandum.] admiranda res videtur eſſe iſta: cum enim ſacramentum matrimonij à Deo ipſo fuerit inſtitutum in ſtatu innocentiæ ante peccatum: ſed poſt in ſubſidium fragilitatis humanæ. 22. q. 2. in ſumma. & §. his ita. quomodo voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ inducta. extra de voto. ca. 1. lib. 6. poteſt ſacramentum à Deo inſtitutum tollere, vel aliquatenus impedire? non videtur. 21. diſt. c. inferior. extra de ma. & obe c. cū inferior. ff. ad Treb. l. ille à quo §. tempeſtiuum, ff. de arbi. l. nam magiſtratus. & quod Dominus prohibet, dicens: quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: omnino fieri non licet. 28. q. 1. c. iam nunc. & per multa iura & rationes, quæ ad idē poſſunt allegari. quod ſi placet, proſequi poterit, vt plene dixi extra de reg. iur c. poſſeſſor. lib. 6. Ad hoc breuiter poteſt dici, quod iſtud ſit per conſtitutionem Eccleſiæ conditam per vicarium Chriſti: & ſic non per purū hominem ex poteſtate clauiū, quodcunq; ſolueris, quodcunque ligaueris, &c. vt in Euangelio, Matth. 16. c. & 24. q. 1. quodcunque. ex quibus magna attributa eſt eidem poteſtas, etiam circa ſacramenta, ſuper quo vide quod not. per Inn. extra, de regular. porrectum. vnde talis diſſolutio vel impedimentum matrimonij non inducitur à puro homine, ſed à Deo ipſo, ſuo vicario auctorita-

[1] Vide b. Thomā, & ibidem Caietanū 2. 2. q. 87. art. 7.

[2] Immo etiam olim ſubdiaconatus ordo ſacer erat, licet non reputaretur ſacer, vt ait glo. in c. à multis, extra de ætate, & quali. verbo, ſolos. adde nota in c. 2. extra de bigamis. in verbo: ſacros. in hac editione.

dum tamē prius[a] contractū,[b] etiam ſi per carnis copulam non fuerit conſummatum[c] cū nec iure[d] diuino, nec per ſacros reperiamus canones hoc ſtatutū[e] inualidū eſt cenſendum[f] Auctoritate Apoſtolica[g] diſtrictius inhibentes, ne quiſpiam durāte[h] matrimonio nondū etiam conſummato,[i] aliquē[k] de ſacris ordinibus præſumat ſuſcipere, niſi prout ſacris canonibus nouerit[l] conuenire. Quod[m] ſi ſecus à quoquam forſitan attentatum fuerit, ordinamus, quòd nec[n]

ctoritatem faciēdi talis committente: omnia enim noſtra facimus, & c. C. de vet. iur. enu. l 1. §. ſed neque. ver. omnia enim. extra de præb. c. ſi Apoſtolicæ, lib. 6.

a ¶ Prius.] ſcilicet quàm ſacer ordo foret ſuſceptus.

b ¶ Contractum.] intellige per legitimum viri, & mulieris conſenſum. extra, de ſpon. tua. & debet intelligi legitimum, quo ad ætatē, & liberi arbitrij motum. eod. tit. c. Gemma. de deſpō. impu. de illis. tantus enim poſſet eſſe defectus ætatis vel liberi conſenſus, ꝙ non eſſet matrimoniū, & ideo tunc fruſtra de ipſius diſſolutione diſputaretur.

c ¶ Conſummatū.] hoc inducebat dubium: ſicut enim matrimonium non conſummatum per carnis copulam, per religionis ingreſſum diſſoluitur, extra de conuer. coniug. c. verum in corpore. authen. de ſan. epiſc. §. ſi vero. aſtante colla. 9 ſic videbatur diſſolui per ſuſceptionem ſacri ordinis ſed contrarium verum eſt, vt ſequitur. & quæ ſit ratio, infra ſubijcietur.

d ¶ Iure diuino.] illo iure talis diſſolutio non eſt inducta, immo potius videtur prohibita: quia quos Deus cōiunxit, & cętera.

e ¶ Statutum.] quare cenſetur prohibitum. de tranſla. epiſc. inter corporalia. §. ſed neque, de verb. ſig. c. exiui. §. porro. Cle. 5. Et per hoc colligere potes bonum modū formæ argumentandi, & dicendi: non eſt ita, quia iure cautum non reperitur, vt hic. ad idē in corpore authē. de non eligen. ſecūdo nube. §. optimum itaque ibi, nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens. col. 1. C. de repu. l. diſſentientis, de colla. l. illam, extra ne ſede va. c. illa. de ſup. neg. præl. c. Romana. lib. 6. & alibi. dicitur, erubeſcimus cum ſine lege loquimur. in corpore authent. de trien & ſemiſ. §. conſideremus. coll. 4.

Argumentum valet, ſi dicitur, non eſt ita: quia iure cautū non reperitur.

f ¶ Eſt cenſendum.] ſed quæ poteſt eſſe ratio eius? cōtrarium enim videbatur per multa iura, & argumenta & rationes recitatas, vt ſupra dixi in ſum. Hoſt. de conuer. coniug. §. & vtrum. quas recitare hic cauſa breuitatis omitto. Rñdeo hoc eſſe: tum quia nō reperitur in iure cauta talis diſſolutio, vt hic: quare cenſetur prohibita, vt dixi in glo. præcedenti: Tū quia diſſolutio matrimonij inter viuētes pœna eſt. not. de diuor. c. porro. quare non debet infligi, niſi reperiretur de iure infligēda ff. de reli. l. at ſi quis. §. generaliter. de ſepul. vio. l. 3. §. non perpetuę. cōtenti enim eſſe debemus pœnis legibus cōprehenſis. ff de verb obli. l. ſi ita ſtipulatio. & pœna nō eſt infligēda niſi per iudicem. 33. q. 2. §. de hoc. iudex aliàs no eſſet, niſi iuſtitiā redderet. extra de ver. ſig. forus, §. in omni. ad hoc facit qđ not de iure pat. c. vlt. Tū etiā per multa alia iura, rationes, & argumenta, quæ pro parte iſta d. § & vtrū. reperies allegata. Sed omittere volo, & rñſum dare ad aliqua argumēta facta in dicto §. quæ pro parte contraria multa prima facie vidētur argumētantia. primo, cum dicitur, ſic ſolemnizatur votū, & facilius ꝑ ordinis ſacri ſuſceptionē, ſicut ꝑ religionis profeſſionē: nā maius bonū ſequit̄ ex profeſſione per quā inducitur bonū obediētiæ, quæ illæſa ſeruata, eſt iuſta, & meritoria, vt i decr. quorundā, § pe. liberi arbitrij, & volūtatis priuatio. de elect. quorūdā. & c. ſi religioſus. de teſta. c. ſi. de ſepul. c. vlt lib 6. Item proprietatis temporalium abdicatio. 12. q. 1 nō dicatis. extra de ſta mo. cū ad monaſteriū, §. vlt. & multa alia quæ colliguntur, & not. 16 q 1. c. de monachis. quæ tñ ex ſuſceptione ſacri ordinis minime inducuntur: quare poteſt dici, ꝙ alia ratio in illa pactū reformat, iuxta l. interpoſitas, C. de tran. & diſſimilis ratio diſſimilia debet inducere: & quod in vno dicitur, de reli quo prohibitum vr ff. de iudi. l. cum prætor. 25. diſt. qualis, extra de præſum. nonne. Poteſt etiam dici ad id quod ſecundo pro parte alia fortiter videtur induci: cura animarū quē à religione reuocat, & religio quem reuocat à matrimonio: ergo, & cura ad quā cum ſacro ordine quis aſſumitur, debet quē à matrimonio reuocare: nā reuocatio per religionem à matrimonio inducitur ex cauſis, quæ deficiunt in ſacri ordinis ſuſceptione, vt prædixi. nec ſequitur, ꝙ ſi cura animarum quē ex cauſa reuocat à religione, ꝙ hæc eū reuocat à matrimonio, quia in cura animarū eſt, ideo propter publicā vtilitatē, quæ prefertur priuatę: quæ publica vtilitas nō ſic inſurgit ex ſola ordinis ſuſceptione. Poteſt etiā dici, ꝙ dictus modus argumentandi per argumentū à minori vel maiori ceſſat in pœnalibus identitatis rationē in ſe nō habentibus, cum & ceſſat in ambitioſis de ſe nō pœnalibus. arg. extra de præb. c. cui de non ſacerdotali, lib. 6. & not. hoc de reſcrip. poſtulaſti. in glo. pen. circa fi. Ad alia quæ inducuntur in d. §. pro parte contraria, ſubtilis perſcrutator reſponſum de facili inuenire poterit.

Matrimonium nondum conſummatum quare diſſolui non poteſt per ſacri ordinis ſuſceptionem.

Profeſſio multa bona inducit.

g ¶ Auctoritate Apoſtolica.] Secunda pars.

h ¶ Durante.] hoc dicit: quia eo ſoluto liber remanēs à lege coniugis poſſet ſacrum ordinem ſuſcipere, ſicut, & matrimonium cum alia contrahere. 31. q. 1. ꝙ ſi dormierit. extra de ſecun. nup. cap. pen. & fin.

i ¶ Conſummato.] matrimoniū conſummari dicit̄ per carnis commiſtionem, vt hic, & extra de diuor. quanto. ratificari autem dicitur per conſenſum mutuum de præſenti: initiari vero per ſponſalia not. ext. de tranſla. epiſco. cap. licet.

k ¶ Aliquē de ſacris.] q. ſunt tres, presbyteratus diaconatus, & hodie ſubdiaconatus, vt dixi ſ. i gl. ſuſceptio.

Subdiaconatus ſemper fuit ſacer ordo, vt notatū eſt paulo ante, in gloſſa in verbo: ſacri ſuſceptionē ordinis.

l ¶ Nouerit conuenire.] puta de licentia coniugis religionē ingredientis, vel etiam in ſęculo remanentis, potiſſime abſq; ſuſpicione incontinentiæ, & votū caſtitatis emittentis. 32. diſt. ſeriatim. 77. diſt. c. ep̄s benedictionē extra de cōuer. cōiug. c. cōiugatus. vbi cōiunx in ſeculo remanens eſſet ſuſpecta de incōtinentia vir non poſſet religionē ingredi, niſi & ipſa ſimiliter conuertetur: vt ibi not. Ratio diuerſitatis reddi conſueuit: quia vbi vir in ſęculo remanet ad ſacros ordines promotus de licentia vxoris votum continentiæ emittentis, eidē tenetur in neceſſarijs prouidere. 31. diſt. c. oīno. & ſic ſibi materia incōtinētiæ prætextu defectus neceſſariorum incurrendę aufertur. arg ad hoc, ff de ritu nup. l. palam, § non eſt hoc ignoſcendum. & eam in ſe peccātem in vinculis detinere, & ad ieiunia, non tamen mortifera cogere. 33. q. 2. placuit. & q. 5. c. hæc imago. & no. extra de iureiu. in c. quemadmodum. in glo. vlti. quæ omnia ceſſant facienda per virum ingreſſum religionē carentem proprio, & libero arbitrio.

m ¶ Quod ſi ſecus.] Tertia pars, ſcilicet, quòd matrimonio durante; etiā non conſummato, quis ſacrū ordinem ſuſcepit.

n ¶ Nec matrimonio ſoluto.] quaſi dicat, nedum eo cōſtante: & dic ſoluto, puta per mortem vel ingreſſum religionis ante carnalē copulā: vel aliàs qualitercunq; cū indiſtincte loquatur. arg. 19. diſt ſi Romanorū. extra de p. iuſt. quia circa, ff. de leg præſtan l 1 §. & generaliter. . u ſimi Quid ergo dices ſi matrimoniū contractū de ſe ab initio foret nullum, puta ob gradū prohibitū conſanguinitatis, vel aliā cauſam, & per ſententiam declaretur nullū fuiſſe: habebit ne locū qđ hic dī? Videt, ꝙ non:

matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto [a] ordine miniſtrare, nec [b] ad ſuperiores ordines prouehi, nec [c] ad aliquod beneficium vel officium [d] eccleſiaſticum valeat promoueri: Niſi aliquam de religionibus approbatis [e] (quarum profeſſio ad caſtitatis [f] cuſtodiam, & abdicationem [g] temporalium, & ſui ſuperioris obedientiam [h] ſuos profeſſores adſtringat) ipſum canonice [i] contigerit ingredi, ac eius [k] regulam expreſſe vel [l] tacite ꝓfiteri: quo [m] caſu diœceſanus [n] ſuper præmiſſis, & ſingulis [o] præmiſſorum cum [p] eo diſpenſare valeat, niſi ſit aliud canonicum quod [q] obſiſtat. Ad [r] ingreſſum hmôi ſic [s] ordinatum, ſi matrimonium conſummatum [t] non fuerit, per diœceſanum inſtãter moneri præcipimus [u] & induci: quod ſi forſan renuerit [x] adimplere, ipſum

non: cum nullum vinculum reperiatur virum alligaſſe quominus liber remaneret ad ſuſceptionẽ ordinũ: vel cuius prætextu cogi potuerit ad fidem coniugi conſeruandam. Sed in contrarium põt dici: quia aut vir cum contraxit, ſciebat impedimentum: & ſic quantum in ſe fuit, mulierem decepit, & fidem matrimonij violauit: & legitimum erat quo ad mulierem ob ſuã bonam fidem. extra qui fil. ſint legi. cap. ex tenore. & tunc ex ſua perfidia non debet commodum reportare. argumen. extra de eo qui dux. in matrim. quam pollu. per adul. c. 1. C. de inceſt. nupt. l. qui contra. & non debet illo caſu melioris conditionis (quia ſtultus fuit) exiſtere, ff. quod vi aut clam, l. Seruius. extra de præben. cap. eum qui, libro ſexto. Aut ignorabat: & tunc antequam aliquid faceret per quod à concubitu coniugis ſegregaretur, & debuit hoc caſu, & etiam vbi ſciuit iudicium Eccleſiæ ſuper diſſoluendo matrimonio expectare. extra, de diuor. porro. nam aliter quantum in ſe fuit, fidem promiſſam violaſſe videtur: quæ violato, & ſcandalum ex ea potens inſurgere, inter cætera dare cauſam potuit pœnis, quæ tali promoto per hanc conſtitutionem imponuntur: & ſic ſecundum hoc verbum ſoluto, referri poterit ad diſſolutionem iuris vel facti. Sed ſi ſupponas ipſum, & mulierem impedimentum ab initio ſciuiſſe, tunc forte ſecus eſſet: cum ſuſcipiendo ſacrum ordinem non videatur coniugi fidem aliquam violaſſe: cum ei ſciens ad nullam fidem ſeruandam teneretur. extra de eo qui dux. in matrimo. quam pollu. per adulter. c. 1. de conuer. coniug. c. 1. cum ibi not. per Pet. de Samp. & C. de inceſt. nupt. l. qui contra. non enim videtur debuiſſe præſtare impedimentum ſuſceptioni ſacri ordinis matrimonium quo ad vtrumque coniugum, de ſe nullum. argu. de elect. auditis. de iure patro. c. illud. de reg. iur. c. non præſtat, lib. 6. ff. de opt. leg. l. 2. & 3. quando dies lega. ced. l. quod pupillæ.

a ¶ In ſic ſuſcepto.] ſcilicet matrimonio durante.

b ¶ Nec ad ſuperiores.] & ſic ſuſceptio vnius ordinis in ſtatu indebito facta in alijs pœnam induci facit.

c ¶ Nec ad aliquod.] intelligebam etiam modicum ſine cura. tum quia indiſtincte, & vniuerſaliter loquitur: tum quia appellatione beneficij maius & minus beneficium continetur. extra, de verb. ſig. tua.

d ¶ Officium eccleſiaſticum.] & ita nec ad acolythatus officiũ vel alterius minoris ordinis eſt talis promouibilis, nec ad aliud officium regiminis eccleſiaſtici puta officialatus vel alterius. arg. 1. q. 1. c ſi quis epſ & q. 3. ſaluator. extra de ſimo. c. cõſulere. cũ ibi not ſimile huic de pen. c. fœlicis, §. nulli præterea, li. 6 de hære. excommunicamus, §. credentes, C. eo tit. auth. credentes.

Religio nõ approbata î grediẽtem nõ obligat.

e ¶ Approbatis.] Ingredi ergo aliam non prodeſſet, cũ alię ſint prohibitę, & penitus reuocatæ. extra, de rel. do. c. 1 li. 6. & in extrauag. ſancta Romana, nec ingredientẽ obligant. no. Hoſt. extra, de reg. is qui. ſimile extra de voto. c 1. li. 6 de rel. do. c ne nimia. & d. c. ſancta Rom.

f ¶ Caſtitatis cuſtodiã.] non videtur ergo prodeſſe hoc caſu ingredi religionẽ iuxta quam permittitur cõcubitus vxoralis, vt eſt reperire in tertio ordine ſancti Franciſci: vel in ordine vulgariter nuncupato ſanctæ Mariæ in partibus Italicis, vt audiui: licet enim largo modo dicatur caſte viuere cum vxore: ſtricte tamen quo ad obſeruationem continentiæ in promotis in eccleſia occidentali ſecus eſt, vt dixi ſupra.

g ¶ Abdicationem temporalium.] cum indiſtincte loquitur textus intelligam in ſpeciali vel in communi: & ſic talis habebit ingredi aliquam de approbatis. aliam igitur ingredi non prodeſt, puta canonicorum regularium ſancti Auguſtini, vel monachorum Ciſterciẽ. vel Cluniacen. ordinis, vel Hoſpitalariorum, vel ſimilium, quibus licitum eſt habere aliqua ſaltem in communi. argumen. ad hoc extra, de reg. cap. conſtitutionem, libro ſexto. aliàs fruſtra dixiſſet textus, quarum profeſſores, & cætera.

h ¶ Obedientiam.] ad iſtud, & ad duo præcedentia regularem dicas adſtrictũ. extra, de ſtatu mona. cum ad monaſterium, §. abbas, & §. vltimo.

i ¶ Canonice.] iuxta decret. is qui. & c. non ſolum. de reg lib. 6. vel canonice, i. non habens in ſe aliquod impedimentum, quo minus religioni poſſit adſtringi.

k ¶ Eius.] ſcilicet religionis.

l ¶ Vel tacite.] puta per lapſum anni, vel alio modo, vt colligitur, de regu. is qui. lib 6.

m ¶ Quo caſu.] ſcilicet cum ingreſſus fuerit vnam de dictis religionibus, & in ea profeſſus fuerit.

n ¶ Diœceſanus.] id eſt epiſcopus diœceſis, in qua eſt talem religionem ingreſſus, qui per hanc decre. cum talibus etiam exemptis poterit diſpenſare. huius enim capituli conditor bene ſciebat iſtas religiones, vel aliquas de ipſis fore exemptas.

o ¶ Singulis præmiſſorũ.] ſcilicet vt poſſit in iam ſuſcepto ordine miniſtrare, & ad altiores prouehi, & ad beneficium, & officium eccleſiaſticum promoueri.

p ¶ Cum eo.] ſcilicet taliter ingreſſo.

q ¶ Quod obſiſtat.] puta irregularitatis vel delictum. de æta. & qual. c. vlt. de renun. niſi cum pridem. de accu. inquiſitionis. cum ſim.

r ¶ Ad ingreſſum.] ſcilicet faciendum.

ſ ¶ Sic ordinatum.] ſ. ad aliquem de ſacris ordinibus. in promoto ergo ad minorem ordinem vel aliquem de minoribus, non eſt neceſſaria inductio, quæ facienda præcipitur: rõ huius põt eſſe: quia talis ordo in ſe non hẽt votũ caſtitatis annexũ: quare non põt effectũ matrimonij impedire. extra de cle. coniu. c. 1. & eo. tit. lib. 6.

t ¶ Conſummatum non fuerit.] illo enim conſummato ingreſſus etiam religionem eam dimittere eſt cogendus. de conuer. coniug. c. 1.

u ¶ Præcipimus.] neceſſitatis eſt ergo talis monitio per epiſcopum facienda: aliàs prætermiſſa in eo peccatum induceret. de offi. archi. ea quæ. cum ibi not. & per Hoſt. de offi. ord. inter cætera, §. vlt. de treu. & pa. c. 1. & aliàs dixi de æta. & qual. c. 1. cle. 5.

x ¶ Renuerit adimplere.] ſupponit expreſſe, ꝙ poſſit renuere, vt in ſeruo dr̃, qui licet iuſſus per dñm poteſt nolle hæreditatẽ adire, C. de hære. inſti. l. cũ proponas. quia voluntariũ ſeruitorẽ Deus ſibi quærit, nõ coactũ. 15. q. 1. cap. non eſt. & per hoc dicitur reprobata opinio Hoſt. notata d. §. & vtrum. dicentis talem fore cogendũ ad ingreſſum religionis, cum ad hoc cogatur quandoque propter delictum 33. diſtinct. cap. fraternitatis. ad

idem

idem in corpore auth. vt nulli iud. §.adulteram. coll.9.

a ¶ Inſtiterit.] non ergo aliter matrimonium cogitur conſummare cum eſſet promotus: ſed poſſent aliàs vir & vxor continentiam vouere. 32.q.5. qui Deo pari. Poſt conſummatum autem matrimonium ingreſſum religionem poſſet epiſcopus ex ſuo officio reuocare ex cauſa. extra de conuer. coniu. cap.1. & not. 33.q.6. mulier.

b ¶ Per cenſuram eccleſiaſticam.] ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti. de verb. ſig. quærenti. Alibi reperitur quem per ſeueritatẽ canonicam, alibi per eccleſiaſticam animaduerſionem fore coercendum & puniendum. quod proſequere, vt not. Hoſtien. de pœn. cap. in quibuſdam.

c ¶ Conſummare.] ſcilicet per carnalem concubitum, vt ſ. dixi. viciſſim enim quo ad hoc ſibi ſunt coniuges debitores. 22. q.2. § his ita. nec vir dicitur habere poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: nec contra. Sed licet iſte cogatur muliere inſtante matrimonium coſummare: nunquid ipſe poterit ab illa debitum exigere? Dicas, quòd non, cum adhuc quo ad ſe voto continentiæ ſit ligatus. no. de conuer. coniu c. quidam. & c. accedens. 27.q.2. c. Agathoſa. in glo. ſed nunquid. & not. Guil. extra de vo. c.1. lib.6. & ibi dixi. Zenzelinus.

Vir non habet poteſtatem ſui corporis, & e conuerſo.

ſi ſponſa eius inſtiterit, a per b cenſuram eccleſiaſticam compellendum decernimus contractũ matrimonium conſummare. c Nulli &c. noſtrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti, & conſtitutionis infringere. Datum Auinione Calen. Decembris, anno vii.

TITVLVS VII.

De religioſis domibus.

¶ *Secta & religio fratricellorum ſiue beguinorum qui ſe dicebant de tertio ordine beati Franciſci caſſatur, quoniam inter cæteros errores eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciebant: Et ſic pœna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli de cætero talem ritum aſſumant, & ne epiſcopi ipſum concedere præſumant. vide cap. fin. eod. tit. in antiq. & c.1. eod. tit. libro ſexto.*

CAP. VNIC.

Sancta d e Romana atque vniuerſalis f Eccleſia, cui auctore g Domino h licet immeriti i præſidemus, ſicut religioſa j & pia uota benigno fauore k proſequitur, l ſic ſuperſtitioſos m conatus inſolentium n hominum o deteſtatur, videlicet ne ſub ouina p pelle gregem Dominicum q truculentia r lupi s rapacis t inuadat, ſub pietatis u imagine x virus y hæreticæ prauitatis obrepat, z & ſub prætextu cõuerſationis angelicæ

ctum eſt nihil. Ioan. c.1. C. de vete. iur. enu. l.1.

h ¶ Immeriti.] hoc ex humilitate dicit, vt alibi extra, de magiſtris, c. inter ſolicitudines. circa princ. cle. 5. de re iudi. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque, lib.6. vel vocat ſe immeritum conditor canonis præſentis, propter ea quę dixi in c. ſuſcepti. in prin. ſuper verbo cura ſollicitat. Quo autem ad omnes vniuerſos Chriſticolas nedum benemeritus, immo & ſanctus habendus eſt, quẽ apex tantæ dignitatis attollit, vt 40. diſt. cap. non nos.

i ¶ Religioſa.] vel religione fidei. de quibus loquitur lex, C. de epiſ. audi. l. nemo. Vel religioſa, quo ad habitum & profeſſionem, vt infra colligitur.

† De Beguinorũ ſecta, & errorib. vide Guid. Carmelitã in ſum de hæreſibus, tit. de hæreſibus Beguinorũ, & Nicolaum Eymericum I Direct. inquiſit. p.2. q.15.

k ¶ Fauore.] nam ſumma eſt ratio, quę pro religione facit, ff. de reli. l. ſunt perſonæ.

l ¶ Proſequitur.] exemplũ poteſt multiplex de hoc dari ꝑ iura C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. & l. vltima. extra, de fil. presbyt. c. primo, de apoſta. cap. ex litterarum. 66. diſtinct. c.1. cum multis ſimilibus, quę diſquirere magis laborioſum reputo, quàm ſubtile.

m ¶ Superſtitioſos.] Hoc verbum expone vt in decre. quorundam.

n ¶ Inſolentium.] exponi poteſt, id eſt inſolita adinuenientium. Alibi aliter ſumitur de reſcri. quia per ambitioſam, lib.6.

o ¶ Deteſtatur.] ſimile de conceſ. pꝛb. c. deteſtanda, li.6.

p ¶ Ouina pelle.] id eſt, ſimplici, non aſtuta.

q ¶ Gregem Dominicũ.] id eſt, populum Chriſtianũ.

r ¶ Truculentia.] id eſt, aſtutia, vel malitia.

s ¶ Lupi rapacis.] exponi poteſt, id eſt, diaboli, qui inimicus hominis alibi appellatur. extra de elect. c. licet de vitanda. Vel poteſt exponi, lupi rapacis, id eſt hæretici: ſicut aliàs, 25. q.1. cum ſunt quidam. in fi. multis etiam aliis modis ſumitur lupus, vt no. Gul. de hære. c. vt officium. in verbo, lupum, lib.6.

t ¶ Inuadat.] ſimile extra de elect. ne pro defectu. vnde ſumitur quod hic dr̃. Et alibi ſcribitur, ꝙ aliqui ſub agni ſpecie gerunt lupũ, de hære. c. vt officium, lib.6.

u ¶ Sub pietatis.] ſe extrinſecus exhibentis, interius autem minime ſubſiſtentis.

x ¶ Imagine.] id eſt, ſimulatione, ſeu velamine.

y ¶ Virus.] inficiens animam, ſicut exterius ſumptum occidit corpus: quod atrocius reputatur, quàm gladio hominem occidere, C. de maleſi. & mathema. l.1. ff. ad leg. Cor. de ſica. l. eiuſdem.

z ¶ Obrepat.] id eſt latenter ſubintret: Sæpe enim vitia ſe eſſe virtutes mentiuntur. 48. diſt. c. ſæpe vitia.

& ¶ Angelicæ.] accedit ad hoc quod alibi legitur, angelus ſathanæ frequẽter in lucis angelum ſe transformat. 20. q.5. nec mirum. extra de regula. licet, §. ſi vero.

† Qui, vt dicit hic textus. & gl. epiſtolæ. Iuſtini, C. de ſum. trini. ſub ſpecie agni, & ſub crede mihi. de quo per gl. in l. qui ſub conditione, ff. de condi. inſt. l. non erit, §. diuus, ff. ꝗ iureiu. & ꝑtextu boni & æquĩ multis nocent, cõtra l. dudũ, C. de ꝓh. & cõmit. ſtipul. ideo nõ eſt eis parcendũ, l. q ſub prætextu, C. de ſacroſan. eccle. l. quidã ignauiæ, C. de decu. li. 10. cle. 1. de relig. do. Fon.

Diuiſio textualis.

Sancta Romana.] Hæc decret. diuiſibilis eſt in partes quatuor. In prima cauſa, ſeu ratio cõſtitutionis præmittitur. In ſecunda, facti dãnationi ſubijciendi recitatio ſubiungitur. ibi, Nonnulli tamen, &c. In tertia eiuſdem facti ſub certis pœnis damnatio annectitur: ibi, Cum itaque &c. In quarta prælatis eidem facto conſenſum præbentibus pœna infligitur: ibi, Epiſcopos quoque, &c.

Eccleſia Romana dicitur ſancta, & ſacroſancta.

d ¶ Sancta Romana.] Eccleſia Romana quandoque appellatur ſancta, vt hic, & 12. diſt. præceptis. 15 diſt. cap. ſancta. 19. diſ. c. in memoriam. quandoque ſacroſancta: vt in proœ. lib.6. & hoc ideo, quia ſacro cruore Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrata. de elect. fundamenta. de reli. & vene. ſanct. c.1. lib.6. 23. diſt. c. quamuis.

e ¶ Vniuerſalis Eccleſia.] hic dicas, vt dixi in c. ſuſcepti. in verbo, eccleſijs. & in c. execrabilis. in verbo, vniuerſalis Eccleſiæ.

f ¶ Auctore.] id eſt, cauſam originalem dante. ſimile, ff. de excep. do. l. apud Celſum, §. auctoritas. & §. auctoris. de diuer. & temp. præſcr. l. in vſucapione, §. acceſſio. cum ſimilibus.

g ¶ Domino.] ſcilicet Ieſu Chriſto. & proprie dicit auctore: quia nihil boni ſine eius gratia. 23. q.4. nũc ergo. aliàs, §. verſus. in c. Nabuchodonoſor. cum ſine ipſo factum eſt nihil. Ioan. c.1. C. de vete. iur. enu. l.1.

Spi-

a ¶ Spiritus malignus.] ſcilicet diabolus.

b ¶ Illudat.] ſub velamine enim latēs prodit ſe dum ea confingit per quæ perſonas fallere nititur. & ſuper hoc vide quod legitur 25. q. 5. nec mirum.

c ¶ Canonibus.] extra de reli. do. c. ne nimia. & eo. tit. cap. religionū. lib. 6.

... extra de elect. nullus. de hoc plenius dixi in c. Eccleſiæ Romanæ.

q ¶ Aut nominibus alijs appellant.] puta præpoſitos, priores, magiſtros, & ſic de alijs.

r ¶ Recipere.] & in hoc male, cum etiam in religione approbata Mendicantiū prohibeatur talis receptio, ſaltem ad profeſſionem faciendā: niſi cū certo moderamine, & cū certa determinatione. extra de regula. non ſolum. lib. 6.

incautis mentibus ſpiritus [a] malignus illudat: [b] cuius rei gratia ſacris canonibus [c] eſt interdictum, ne aliquis nouum ordinē aut religionem inueniat, [d] uel habitū nouæ religionis aſſumat: ſed quicunque ad religionem uenire uoluerit, ingrediatur unam de religionibus approbatis. [e] Nonnulli [f] tamen profanæ [g] multitudinis [h] uiri, qui uulgariter [i] Fraticelli ſeu fratres de paupere uita, Bizochi ſiue Beguini, uel alijs nominibus nuncupantur in [k] partibus Italię, necnon in inſula [l] Sicilienſi, comitatu prouincię Narbonenſis & Tholoſanenſis ciuitatibus, & diœceſibus, & prouincijs, aliiſque diuerſis ciſmarinis, [m] & ultramarinis partibus contra dictos canones habitum nouę religionis aſſumere, [n] congregationes, & conuenticulas [o] facere, & ſuperiores ſibi ipſis eligere, [p] quos miniſtros, ſeu cuſtodes, vel Guardianos, aut nominibus [q] aliis appellant: plurimos ad eorum ſectā recipere, [r] & loca de nouo conſtruere, [s] ſeu conſtructa [t] recipere, [u] in quibus habitant [x] in communi, publice [y] mendicare (quaſi [z] eorū ſecta foret una de religionibus [a] per ſedē Apoſtolicam approbatis) temeritate [b] damnabili præſumpſerunt, [c] & præſumunt etiam inceſſanter. [d] Et vt ipſorum error [e] ueritas, [f] & impietas religio repute-

d ¶ Inueniat.] ſicut nec nouum collegiū debet quis per ſe inſtituere, ff. de collegi. illici. l. 3.

e ¶ Approbatis.] per ingreſſum aliarum non videretur quis ligatus: ſic ſentire videtur Hoſtien. extra de regula. is qui monaſteriū. & dixi extra, de voto. c. ꝙ votum, lib 6.

f ¶ Nonnulli tamē.] Secunda pars.

g ¶ Profanæ.] ideſt, abominandæ. alibi ſumitur aliter iſtud verbum, ff. de re. diui. l. ſacra, §. proprie.

h ¶ Multitudinis.] iſto caſu multitudini nō parcitur: quia vī deſeri bonum vitæ. arg. de voto. c. magnæ, §. igitur. de reg. iur. cap. qui ſcandalizauerit. & dic, vt ibi not. de temp. ord. ſane. 59. diſt. vt conſtitueretur.

i ¶ Vulgariter.] habetur igitur reſpectus ad communem vulgi denominationem, ff. de flumi. l. 1. §. 1. de fun. inſtru. l. cum de lanionis, §. aſinam. de pœnis, l. capitalium, §. ſolet. vbi de hoc.

k ¶ In partibus Italiæ.] i. locis in Italia conſtitutis. ar. ff. de iud. l. inſulæ. de ver. ſig. l. notionē § cōtinentes.

l ¶ Inſula Sicilienſi.] quæ de proprio patrimonio beati Petri exiſtit. 10. q. 3. relatum. 94. diſt. c. valde neceſſarium.

m ¶ Ciſmarinis.] ideſt circa mare conſtitutis: aliàs eſt citramarinis.

n ¶ Aſſumere.] & male: cum hoc fieret contra canones prohibitionem expreſſam continentes, quod inducit pœnam depoſitionis. 4. diſt. §. vlti.

Conuenticulas facere an liceat.

o ¶ Conuenticulas facere.] ipſas ad malum fieri per iura prohibitum eſt. C. de epiſ. & cle. cōuenticulam. ff. de collegi. illi. l. 1. & arg. 11. q. 1. coniurationū. & c. cōſpirationem. 89. diſt. ſi quis propter. Ad bonū autem fieri cōgregationes permittitur. arg. dictæ l. 1. §. ſi religionis. ſicut, & confœderationes, & cōſpirationes in bonū sūt permiſſæ. in corpore auth. vt cum. de app. cog. §. ſi quis de parentibus. cū ibi not. C. de pœnis, l. q̄ ſententiā, de profeſ. & med. l. magiſtros. lib. 10 & ibi no. & arg. eorū quæ not. per Ber. de vi. & ho. cle. c. cū decorē. & per In. & Hoſt. de ſchiſ. c. 1. de exce. præla. dilecta. per Hoſt. de iud. exhibita. & per eum in ſum. de iureiur. §. vlt. & plene per Gul. de ver. ſig. c. conſtitutionem. lib. 6.

p ¶ Eligere.] talium ſuperiorū electio in hoc caſu eſt inhibita, cum congregationes factæ ſupponātur in malū: aliàs quælibet congregatio licitā exercens profeſſionem vel negotiationē, aliquē ſuperiorē ſibi eligere pōt. C. de iur. om. iud. l. per iniquū. 16. q. vlt. c. congregatio.

s ¶ Conſtruere.] hoc regulariter prohibitū eſt, ſaltē ī locis diuino cultui dedicandis ſine licentia epiſcopi. in corpore authen. vt nullus fabricet orato. do. coll. 5. 18. quæſt. 2. c. quàm ſit. &c. quibuſdam. licet vnicuique fideli ſit permiſſum ſimpliciter oratoriū habere. de conſecr. diſt. 1. c. vnicuique.

t ¶ Conſtructa.] ſcilicet per alios.

u ¶ Recipere.] iſtud religioſis mendicantis ordinis, licet aliàs approbati, expreſſe inhibitū eſt, extra de exceſ. præla. c. cū ex eo. lib. 6.

x ¶ Habitāt in cōi.] habitare in communi religioſis approbatę profeſſionis nedū permittitur, immo, & iniungitur: vt mutuæ conuerſationis, & honeſtatis ſibi teſtes exiſtant: niſi ex cauſa de ſuperiorum licentia aliud inducatur, in corpore authen. de mino. § cogitandū. col. 1. extra de exce. præla. cum ex eo. de verb. ſig. c. priuilegium. lib. 6.

y ¶ Publice mēdicare.] taliter. n. licite mendicantibus quæſtus publicus tribuere victū ſolet. extra de relig. do. c. 1. § cōfirmatos. lib. 6 C. de mend. vali. l. vnica. lib. 11.

Quaſi, qualiter accipiatur:

z ¶ Quaſi.] pro tamquam expone. non eſt hic expreſſiuum veritatis, ſicut eſt alibi in euang. Io. 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti, & c. & alibi, ff. de ſena. l. emancipatum. cum ſimilibus.

a ¶ Religionibus.] ſcilicet ordinis mendicantis.

b ¶ Temeritate dānabili.] ſic dicta, quia à iure dānata & improbata: vel damnabili, i. animas talium dānante pp inobedientiæ notā, per q̄ mortale peccatū incurrut, extra de ma. & obe. c. ſi quis. & c. illud. 4. diſt. §. vlt.

c ¶ Præſumpſerunt.] ſcilicet dudū, vel vſquequaque.

d ¶ Inceſſanter.] huic malo occurrendum fuit ne tales nedum ſui, ſed etiam plurimorū poſſint eſſe perditio. extra de iudi. cum non ab homine. nam ſæpe malorū conſortium corrumpit etiam alios de ſe bonos. 28. q. 1. c. ſæpe malorum. iuxta illud. Vna ouis morbida inficit totum gregem ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. 40. diſt. c. ſed aliud, extra de ſta. reg. ea quæ. Vnde verſus.

Corrumpit iuſtos homines comitiua malorum.

Morbida ſola pecus, inficit omne pecus.

e ¶ Error.] errare eſt aliud pro alio putare. 22. q. 2. c. in quibus rebus, ff. de lib. & poſthu. l. ſi poſthumus, §. vlti. approbare falſum, erroris eſſe proprium dicitur. 38. diſt. quamuis.

f ¶ Veritas.] de iſta dicitur, ꝙ erroribus geſtorū mini

tur, [a] plurimi eorum [b] regulam, ſeu ordinem fratrum Minorum, quē ſanctus Franciſcus inſtituit, [c] ſe profiteri ad litteram [d] conſeruare confingunt: [e] quamquam in obedientia Generalis, vel prouincialium miniſtrorum ipſius ordinis non morentur, [f] prætendentes [g] ſe à ſanctę memoriæ Cęleſtino Papa V. prædeceſſore noſtro huius ſtatus ſeu vitæ priuilegium habuiſſe: quod tamen etſi oſtenderent, non valeret: cum bonæ memoriæ Bonifacius Papa viii. prædeceſſor noſter ex certis cauſis rationabilibus omnia ab ipſo Cœleſtino prædeceſſore noſtro conceſſa, quę per ipſum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit, [h] dictumque vitę priuilegium non inueniatur per eundem Bonifacium approbatū. [i] Quidam autem eorum dictum habitum, [k] & viuendi ritum [l] à quibuſdam epiſcopis ſeu eorum ſuperioribus, uel aliis eccleſiarum prǽlatis habuiſſe profitentur, quos [m] nec [n] eis concedere licuit contra formā concilii [o] generalis. Nonnulli etiam ex ipſis aſſerentes [p] ſe eſſe de tertio ordine [q] beati Franciſci pęnitentium uocato, prædictum ſtatum, & ritum eorum ſub uelamine talis [r] nominis ſatagunt palliare: cum tamen in regula ipſius tertii ordinis talis uiuendi ritus nullatenus ſit [s] conceſſus. Et quia in errorum barathrum [t] faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrū definitionib. anteponunt: [u] ipſorum quamplurimi (ſicut fide digna relatione percepimus) à ueritate catholicę fidei deuiantes [x] eccleſiaſtica ſacramenta [y] deſpiciunt, ac errores alios ſtudent multipliciter ſeminare. [z] [a] Cū itaque talium damnanda [b] temeritas in eiuſdē

me viuatur, ff. de offi. pſi. illicitas, §. veritas. rei manifeſtatæ cedere habet error. 8. diſt. c. veritas, ff. quando act. de pec. eſt anna. l. quæſitum, aliàs eſt ibi. §. ſub l. 1. vnde extra, de purg. vul. c. ſignificantibus. Quid autem ſit veritas, not. in decret. ſedes Apoſtolica.

a ¶ Reputetur.] ſæpe enim vitia ſe eſſe virtutes mentiūtur, 42. diſt. c. ſæpe. vt ſ. dixi.

b ¶ Eorum.] ſcilicet nouæ religionis habitum aſſumentium, vt ſupra.

c ¶ Inſtituit.] vt in decr. quorundam.

d ¶ Ad litteram.] quaſi dicat abſque aliqua tranſgreſſione illius regulæ.

e ¶ Confingunt.] id eſt ſimul fingūt ſub cuiuſdam vmbræ palliatione, cum veritas in eis regulæ nō ſubſiſtat. arg. extra de cō ſue. c. quanto. Vel expone confingunt, id eſt ſimulāt exterius: cuius contrariū latet intrinſecus: quæ fictio, & ſimulatio prohibita eſt, ff. de iuſti. & iur. l. 1. C. plus valere quod agitur: licet aliquoties in bonum ſimulatio ſit permiſſa. quod dic, vt not. Ber. extra, de his q̄ vi metuve cau. fi. c. 1.

f ¶ Non morentur.] hoc eſt contra veram regulam ordinis Minorum, vt probatur. c. quorundam. vnde tales ſub nullius veri prælati obedientia exiſtētes, tamquā accephali pro religioſis habendi non ſunt arg. 93. diſt. cap. nulla ratione.

Accephali ſūt qui nulli prælato ſubſunt.

g ¶ Prætendentes.] falſo tamē, vt ſeqtur.

h ¶ Vacuauerit.] & ſic extunc tali priuilegio, & etiam reperto conceſſo, vtēdum nō fuit, tamquam ſublato: aliàs pœna falſi incurreretur, C. de no. codi. confirman. §. hunc igitur. origine enim rei ſublata, non eſt imago ad effectum aliquē relinquenda, C. de iati. liber. tol. l. 1. circa prin. & arg. ad hoc, ff. ad leg. Corn. de fal. l. vlti. ad inſtar eius quod dicitur: falſus procurator eſt, q verus prius fuit, ſed poſt extitit reuocatus, C. de fur. l. falſus. extra de reſcrip. ex parte decani. legis tamen licet abrogatę notitia eſt neceſſaria, vt cauſa editionis eiuſdem ſciatur. 6. diſt. Moyſes. 7. diſt. c. fuerunt. extra de iudi. nouit.

Legis &t abrogatę notitia eſt neceſſaria.

i ¶ Approbatū.] omni igitur tempore habet dici viribus vacuatum, ex quo non reperitur approbatum: ſicut aliàs dicitur, quod generaliter prohibitum, expreſſe poſtea non cōceſſum, omni tempore intelligitur denegatum. extra de verb. ſignifi. c. exiui de paradiſo, §. cum dictus. Clemen. 5. de tranſla. epiſc. inter corporalia, §. ſed neque. ff. de poſthu. l. 2. §. ait prætor, quod cuiuſq; vniuer nomine. l. nulli.

k ¶ Habitum.] ſcilicet nouæ religionis Fratricellorū vel Beguinorum, vt ſupra.

l ¶ Ritum.] id eſt, modum. ſimile verbum, C. de Iudæ. l. Iudæos.

m ¶ Quos.] ſcilicet habitum, & viuendi ritum.

n ¶ Nec eis.] ſcilicet fraticellis vel alijs (vt ſupra) nominibus appellatis, vnde pro nō conceſſo debet haberi cōceſſum ab illis, qui ius concedendi non habuerunt, ff. de offi. procon. l. obſeruare. §. vlti. extra, de intepetro. c. q autem. 1. quæſtio. 7. Daibertū. cum ſimilibus.

o ¶ Concilij generalis.] extra, de reli. do. cap. ne nimia. Non licet igitur epiſcopis contra inhibitionē generalis canonis facere, cū ſint adſtricti ad obſeruātiam canonum. extra, de æta. & quali. cap. cū Eccleſiæ Clemen. 5. vbi de hoc dixi.

Epiſcopi ſunt ad canonum obſeruantiam diſtricti.

p ¶ Aſſerentes.] falſo tamen.

q ¶ De tertio ordine.] de quo habes in decre. cum ex eo. de ſentent. excommu. Clem. 5.

r ¶ Talis nominis.] ſcilicet tertij ordinis ſancti Franciſci: tale tamen velamen eis non prodeſt, vt ſequitur: & dixi in verbo, confingunt.

s ¶ Nullatenus ſit cōceſſus.] ergo intelligendus eſt prohibitus: vt dixi ſupra in glo. omni igitur.

t ¶ Barathrum.] id eſt īferni profundū.

u ¶ Anteponunt.] ſcilicet ſuæ volentes prudentiæ, immo potius fatuitati, contra dictum ſapientis extra de conſtitut. cap. ne innitaris. Vnde de talibus ſcribitur, quòd qui non ad propheticas voces, non ad Apoſtolicas litteras non ad Euangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrūt, magiſtri erroris exiſtunt: quia veritatis diſcipuli non fuerunt. 24. quæſtio. vltim. cap. quid autem iniquius. de hoc plenius dixi in c. cum inter nonnullos.

Erroris magiſtri qui dicantur.

x ¶ Deuiantes.] ad ipſa deuiantes hæretici ſunt cenſendi, C. de hæret. l. 2. 25. q. 1. cap. prima ſalus. cū ſimilibus multis.

y ¶ Sacramenta.] de & ſuper quibus firmiter credendum eſt quod ſancta Romana prædicat Eccleſia: aliàs macula hæreſis incurritur. extra de hæreti. ad abolendam.

z ¶ Seminare.] quibus reſiſtendum eſt muro inexpugnabili bellatorum. extra ne cle. vel monac. ſuper ſpecula, §. vlti. 10. coll. de ſtatutis, conſuetudinibus contra liber. eccle. §. ſtatuimus.

a ¶ Cum itaque.] Tertia pars.

b ¶ Damnanda.] id eſt damnatione digna.

a ¶ Fidei

fidei [a] detrimentum, fidelium ſcandalū, [b] præfati Minorum & aliorum ordinum [c] opprobrium, [d] & etiam ſuarum aliarum animarum perniciem redundare noſcatur, [e] ſectam, ritum, & ſtatum [f] huiuſmodi non obſtantibus præmiſſis [g] eorum excuſationibus, quas friuolas reputamus, [h] & quicquid per [i] eos communiter uel diuiſim ſub religionis, conuentus, collegii, ſeu congregationis [k] nomine vel colore attentatum [l] extitit vel exiſtit, de [m] fratrum ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica nullius fuiſſe, & eſſe decernimus firmitatis: [n] & quatenus de facto proceſſerunt de conſilio & auctoritate præmiſſis reuocamus [o] omnino, ac perpetuæ prohibitioni ſubiicimus, [p] & ab eccleſia Dei penitus abolemus. [q] Eiſdem perſonis & aliis quibuſcunque ſub pœna excommunicationis, quā eas (ſi ſecus fecerint) incurrere volumus [r] ipſo facto, iniungentes [s] expreſſe, ne ſtatum ſiue ſectam [t] & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptum [u] ſectentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere quoquo modo p̄ſumant.

¶ Epiſcopos [x] quoque & eorum ſuperiores, & etiā alios prælatos quoſcunque, qui prædictis perſonis vel aliis ritum viuendi & habitum ſupradictos [y] pręter ſpecialem Apoſtolicæ ſedis auctoritatem [z] deinceps [a] conceſſerint, prędictæ excommunicationis pœnę ipſo [b] iure decernimus ſubiacere. [c] Dignū eſt enim vt adulterinas [d]

a ¶ Fidei detrimentum.] cuius eſt potius proſperitas procuranda. extra, de hæret. ad noſtram, Cle. 5.

b ¶ Scandalum.] quod vitandum eſt. extra, de præſcr. nihil. de noui ope. nuncia. cum ex iniuncto.

c ¶ Ordinum.] ſcilicet approbatorum.

d ¶ Opprobrium.] nam opprobriū facit religioni, qui religioſus non exiſtens habitum illum religioni conuenientē portat: ſimile C. de epiſ. aud. l. minime. & contra talē lex imponit pœnam corporalis ſupplicij, & nihilominus exilij, in corpore authen. de ſan. epiſco. ſ. pen, coll. 9.

e ¶ Noſcatur.] ſuper hoc dicas, vt dixi in parte præcedenti in glo. huic malo occurrendum.

niatur: cum ſcriptum ſit lege diuina: non portabit iniquitatē patris filius, nec econtra. 1. q. 4. c. 1. & 2. Item lege humana canonica & ciuili ſcriptū eſt, peccata ſuos auctores, nō alienos tenere debere. C. de pę. l. ſancimus extra, de his quæ fi à ma. par. c. quæſitū. Itē expreſſum vſ, ꝙ crimen paternū vel pœna paterna nullam maculā filio infligit. ff. de pœ l. crimen. Ad hoc dicas, ꝙ atrocitas delicti aliquando pœnā facit infligi alijs ob delicta parentum vt hic, & extra de pœn. c. fœlicis. C. ad leg. Iul. maieſta. l. quiſquis. Sed per hoc adhuc non reſpondetur cōtrarijs? Dicas ſic: ꝙ ideo filij puniuntur, quia ī eis paterni criminis exēpla metuūtur, vt dicta l. q ſquis. Sed iſta rōne conſiderata videtur quod ex quocumque publico crimine pœna paterna deberet filiū afficere: ſed hoc non eſt verum, vt in contrarijs. Potes igitur meo iudicio probabilius reſpondere, ꝙ hoc contingit non ut principaliter puniatur filius propter crimen patris, cum ſit in nocens: ſed cum pater terreatur ob affectum paternum in pœna filij magis quā in ſua, vel quàm ipſe filius. ff. quod met. cau l. iſti quidem. ad plus puniendum patrem nedum in ſeipſo, ſed & in filio, in certis criminibus ſic ſtatuitur: licet occaſionaliter filius puniatur, vt & pater arceatur à talibus criminibus committendis, cogitans de pœna nedum ſibi, ſed & ſuis filiis infligenda: Sic eſt videre de ſentētia interdicti, quæ ob culpam domini tēporalis fertur in ſubditos, vt nedū in ſe, ſed in ſubditis ad quos tenetur affici, ſentiat ſe punitum, & vt citius à tali culpa cōmittenda propter hoc arceatur. extra de offic. deleg. ſane quia. de ſpon. non eſt. Reliqua dic ut no. 1. q. 3. in ſumma. & per Gar. extra de vſur. c. vſurarum. lib. 6.

Vide Alfonſum Caſtrū. lib. 2. de iuſta hæreticorū punitione, c. 10 & 12.

tatibus[a] & etiam immunitatibus realibus,[b] & perſonalibus, priuilegiis & indulgentiis quibuſcunque ſub quacunque forma verborum ab[c] Apoſtolica ſede conceſſis ex tunc[d] penitus careāt: Vaſalli[e] & homines à iuramento fidelitatis, & alia quauis obligatione, quibus tenentur eidem ſint penitus abſoluti.[f] Feuda[g] quoque, iura, honores ac officia & alia quæcumque bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ & alibi vbicunque à prædicta Romana[h] obtinent Eccleſia, ſint eoipſo[i] penitus[k] confiſcata:[l] Aliis[m] vero feudis, iuribus, honoribus, officiis, & bonis immobilibus; quæ à quibuſcunque aliis[n] tenent eccleſiis, ſint eo ipſo[o] priuati: quæ ſic ad eaſdem eccleſias libere[p] reuertantur, quòd de illis earum rectores pro ſua voluntate[q] diſponant:[r] mobilia[s] vero bona ipſius[t] concedimus fidelibus occupanda.[u] Illud[x] nihilominus adiicientes noſtræ huiuſmodi ſanctioni,[y] vt ſic[z] delinquens excommu-

a ¶ Libertatibus.] Duodecima pœna.

b ¶ Realibus.] ideſt rebus conceſſis ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. permittitur, de cenſi. l. ætatem. §. rebus. & tales libertates ſummouentur iſto caſu, licet aliàs duraturæ forent de ſui natura, etiam perſona extincta, vt in dictis iuribus, cum ſuis ſim.

c ¶ Ab Apoſtolica ſede.] ſed pone ꝙ ab alia ſede tales libertates vel priuilegia fuiſſent iſti conceſſæ, videbuntur ne hic ſublatæ? Videretur ꝙ non, vt in ſimili dixi ſupra in glo. per hæc uerba. & in glo. octauus modus. niſi in quantum diceres, talē fore priuatum omnibus honoribus, quos ab alijs eccleſijs obtinebat. infra in verſu, alijs vero.

d ¶ Extunc.] poſtquam ſcilicet aliquem de prædictis offenſæ modis commiſerit.

e ¶ Vaſalli.] Decimatertia pœna.

f ¶ Abſoluti.] concor. ad hoc c. ſi fratrum. §. pen. & dic vt ibi dixi ad idem in lib. feu. titu. hic finitur lex. circa prin. 15. q. 6. c. nos ſanctorum. vbi de hoc. & extra de hęre. c. vlt. Et hic videre potes quæ no. Inno. & Hoſt. de dolo & contu, c. veritatis.

g ¶ Feuda.] Decimaquarta pœna.

h ¶ Romana obtinente Eccleſia.] vel ab alijs, vt ſtatim ſequitur.

i ¶ Eoipſo.] ſ. ꝙ aliquid de pręmiſſis cōmiſſum fuerit.

k ¶ Penitus.] ideſt, in totum.

l ¶ Confiſcata.] talis confiſcatio bonorū confiſcatorū dominium transfert in fiſcū abſque aliqua traditione, vt & aliàs. ff. de publ. vecti. & cōmiſſis. l. cōmiſſa. ff. de inceſt. nup. l. cū ancillis. in corpore auth. co. ti. §. 1 coll. 3. de rap mulie. §. vlt. coll. 9. extra de hære. c. cum ſecundum leges. cum ſimil. Quod autem de honoribus & officijs dicitur, ꝙ ſint confiſcata, intellige de talibus honoribus & officijs, qui, vel quæ ſecundū forte communem vſum loquendi patriæ iura patrimonialia cēſentur: ſi aūt de illis honoribus & officijs intelligas, dices ipſa cōfiſcata, ideſt, ad fiſcū eccleſiæ deuoluta, vt de illis in perſonis aliorū diſponere poſſit. arg. tex. ſeq.

m ¶ Alijs.] Decimaquinta pœna.

n ¶ Alijs.] ſcilicet ab Eccleſiis Romana, quę dicuntur vniuerſalis Eccleſiæ fore membra. 7. q. 1. Nouatianus.

o ¶ Eo ipſo priuati.] abſque alia hominis ſententia priuatoria, vt dixi ſ. in glo. & ſic non erit & concordat ad hoc, de elec. cap. vbi maius, §. ipſos inſuper. & c. fundamenta, §. quod ſi ſecus. de pœn. c. fœlicis, lib. 6. & eod. tit. cap. in quibuſdam.

p ¶ Libere.] quaſi dicat, abſque aliqua contradictione illius. de elect. vbi maius, §. ipſos inſuper.

q ¶ Voluntate.] quaſi dicat, illo etiam non vocato. arg. de præb. c. licet.

r ¶ Diſponant.] ſed hoc qualiter intelligas, poterit ne talis de poſſeſſione talium bonorum deijci per viam executionis vel occupationis bonorum abſque aliqua alia ſententia declaratoria, ꝙ crimen fuerit per illum commiſſum? Dicas ꝙ non, C. de iure fiſci, l. vlt. li. 10. extra, de hære. c. cum ſecundum leges. ſed tali ſententia declaratoria promulgata, non eſt ſententia hominis neceſſaria priuatoria, vt prædixi: quia tunc ſtatim ſuccedit, & locum habet ſententia iuris: & ſic intelliguntur iura dicentia quem incurrere ipſo facto bonorum confiſcationem. de homic. pro humani, §. vlt. lib. 6. & in iuribus allegatis in glo. talis confiſcatio. Et ſi quæras quid ergo prodeſt quem ipſo iure fore priuatum prius bonorum ſuorum dominio? Reſpondeo propter fructus medio tempore perceptos, quos reſtituere compelletur, ff. de his quib. vt indig. l. cum qui, & ita not. in corpore auth. de inceſt. nupt. §. ſancimus. coll. 3.

s ¶ Mobilia.] ſubaudi vel mouentia: quia de illis idem eſt iudicium, ff. de verb. ſig. l. mouentium.

t ¶ Ipſius.] ſcilicet qui aliquid de præmiſſis cōmiſerit.

u ¶ Fidelibus occupanda.] nō ergo alijs. & ſic vide bona alicuius ob ſua demerita concedi per eccleſiā alteri occupanda, cū & aliqñ nedum bonorū, & ſed & perſonæ talis occupatio concedatur. extra, de Iudæ. c. ita quorundā. & ſtatim occupanti dñium bonorū occupatorū acquiritur, vt aliàs, inſti. de re. diui. §. item ea quæ ab hoſtibus, ff. de acqui. rerū do. l. naturalem, §. vlt. cum ſim.

x ¶ Illud nihilominus.] Quarta pars.

y ¶ Sanctioni.] i. pœnali conſtitutioni, quæ proprie ſanctio appellatur. not. 3. diſt. in ſumma.

z ¶ Sic delinquens.] ſ. altero de modis ſ. expreſſis.

a ¶ Excom-

nicationis [a] ſententiæ, Vniuerſitas [b] vero ſeu cõmunitas, quę deliquerit [c] in prædictis, eiuſque territoriũ, & diſtrictus interdicto [d] eccleſiaſtico ſubiaceant ipſo [e] facto: A qua quidẽ excommunicationis ſententia nullus ab alio quàm à Romano [f] pontifice poſſit abſolutionis beneficium obtinere, niſi dumtaxat in mortis articulo [g] † conſtitutus. Per [h] hoc autem non adimimus ſæcularibus Poteſtatibus [i] facultatẽ vtendi legibus [k] contra talem, quas aduerſus ſic [l] delinquentem catholici principes ediderunt. [m] Dignum etenim eſt, vt quos timor Dei à malo non reuocat, pęnarum [n] moles in eos exaggerata compeſcat, [o] Nulli &c. noſtrę functionis, & ſanctionis inſuper, &c. Datum Auinion. viij. Kalend. Septemb. anno tertio.

TITVLVS XIII.

De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶ *Taxatio gratiarum ſedis Apoſtolicæ impetratarum tam cum clauſulis conſuetis, quàm non conſuetis, hic continetur. Et quot litteras, quotque dictiones linea complecti debeat, declaratur, ad paupertatem reſpectus habetur: Contra tranſgreſſores pœna ſuſpenſionis ab officio vſque ad ſex menſes, & quandoque priuationis imponitur, & vltra illam Abbreuiatoribus ſententiam excommunicationis Papa comminatur.*

CAP. VNIC.

CVm ad ſacroſanctę [p] Romanæ Eccleſię ſinum [q] velut [r] ad matris vbera referta dulcedine, [s] ac Romani pontificis Chriſti vicarii ſucceſſoriſque [t] Petri clementiam tam-

Vniuerſitas delinquere poteſt.

a ¶ Excommunicationis.] ſcilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur. de ſententia excom. c. ſi quem. & eſt xvj. pœna.

b ¶ Vniuerſitas.] hic dicas vt dixi in c. ſi fratrũ. in verbo, ciuitatibus. & not. extra de exceſ. prælat. c. tanta.

c ¶ Quę deliquerit.] põt ergo vniuerſitas delinquere, vt hic, & de pœnis, ſi quis ſuadente, §. ciuitas. Clemens v. de pœnis. c. fęlicis, §. vlt. lib. 6. ff. quod met. cau l. metum. §. animaduertendum. licet non de facili, ff. de dolo, l. ſed, & ſi ex dolo, §. 1. in quibus de hoc: cum de facili nõ conſentiant, ff. de lib. vniuer. l. 1. & de hoc not. de ſimon. dilectus. per Ber. & Inn. & plenius per Hoſt. & de ſent. excomm. grauem. per Inno & Hoſt. poſt eum.

Interdictũ varias hẽt ſpecies.

d ¶ Interdicto eccleſiaſtico.] xvij. pœna. Et ſignanter dicit eccleſiaſtico, vt denotetur, ꝙ quandoque ſubijcitur quis alij interdicto, puta quando tibi certum officium vel miniſterium interdicitur. ff. de pœnis, l. more, §. ſolet. & l vl. C. de poſtu. l. 1. ff. eo. ti. Imperator. quandoque interdicitur ſolus ingreſſus eccleſiæ. extra de ſen. exc. c. is q. de priu. c. epiſcorũ. lib. 6. quandoq; vero interdicitur, & ingreſſus alterius loci territorij vel diſtrictus. ff de interdi. & rele. l. relegatorũ §. dubitatum. & §. ſequẽti.

† Quia in mortis articulo nulla eſt caſuum reſeruatio, vide conci. Trid ſeſ. 14 c. 7. de caſuum reſeruatione.

e ¶ Ipſo facto] & ſic eſt canon latæ ſnīæ non ferendæ. ſimile de pœnis, fęlicis. lib 6. cum ſimi.

f ¶ Romano Pontifice.] ſubaudi vel alio per ipſum deputato. de ſenten excom. ad eminentiam.

g ¶ Mortis articulo.] iſte caſus ſemper intelligitur exceptus. de ſenten. excom. non dubium.

h ¶ Per hoc autem.] Quinta pars. Et expone per hoc ſcilicet, ꝙ ſic, vt ſ. puniri volumus taliter delinquentes.

1 Iudex ſæcularis punire poteſt iam punitũ per iudicem eccleſiaſticum. Et de hoc articulo vide plene Ant. Gom. tomo 3. variar. reſol. c. 1. nu. 40.

i ¶ Poteſtatibus.] pro præſidentibus iuriſdictioni ſumitur iſtud verbum: vt in c. ſi fratrum. &c. Eccleſiæ Romanæ, ff de ver. ſig l poteſtatis.

k ¶ Legibus.] ideſt, pœnis per leges inductis.

l ¶ Sic delinquentem.] ſcilicet vt ſupra præmittitur in §. nos igitur.

m ¶ Ediderunt.] ſuper hoc curioſe lector conſidera ſingulos modos offenſæ ſupra expreſſos, & contra eorũ quemlibet pęnas in iure inductas iuxta facti varietatẽ reperies & per hoc patet, ꝙ punitus per iudicẽ eccleſiaſticum, adhuc pro eodem delicto puniri poterit per iudicem ſæcularem. ſic extra de pœn. c. fœlicis, § per hoc quoque. 16 q. 1. c. placet. in fi. licet laicorum punitio primo ſpectet hoc caſu ad iudicem ſecularem. 17. q. 4. de presbiterorum. & not. 90. diſt. c. placuit. in glo. vlt. 23. q 5. c ſunt quidam. Sed hoc principi eccleſiæ ſic diſponere forte placuit ob horrorem criminis, & dehoneſtationẽ factã Eccleſiæ in perſonis, vt ſ. dixi in gl. quãtum eſt in illis, vel quia tales ſatis puniti non erant, illæ pœnæ potuerunt ſuperaddi, iuxta not. extra de iud. c at ſi clerici. in gloſ. penul. de hoc etiam dixi dicto c. fęlicis.

n ¶ Pœnarum moles.] id eſt multitudo, vel accumulatio.

o ¶ Compeſcat.] ſimile extra de vita, & hone. cleri vt clericorum. C. de emenda. propin. l. 1. Zenzel.

Diuiſio textualis.

CVm ad ſacroſanctę. Potes iſtã conſtitutione diuidere in partes ſeptem. In prima per modum cuiuſdam harengæ ſeu præludij ratio conſtitutionis edendæ pręmittiť. In ſecunda ipſa conſtitutio ſuper taxatione litterarum Apoſtolicarum conſuetis clauſulis conceſſarum ſubiungitur: ibi, [Qua de re, &c.] In tertia clauſularum inſolitarum in litteris appoſitarum certa taxatio cũ moderamine tã pro ſcriptura quàm pro regiſtro, quàm pro Abbreuiatoribus anectitur: ibi, [Si vero eiſdem, &c.] In quarta litterarum in forma communi pauperum obtentarum, taxatio ſubinfertur ibi. [Hoc licet, &c.] In quinta quid de taxatione litterarum iuſtitiæ faciendum ſit ſtatuitur: ibi, [Citra taxationem, &c.] In ſexta ad ipſam conſtitutionem certum quid adijcitur: ibi, [Ad hæc prædictæ, &c.] In ſeptima tranſgreſſoribus conſtitutionis pœna infligitur: ibi, [Cæterum vt prædicta.]

p ¶ Sacroſanctæ.] hic dicas vt dixi in c. ſancta Romana.

q ¶ Sinum.] ideſt, refugium vel ſecretum. ſimile verbum, ff. de proba. l. quoniam teſtamentum. 2.

r ¶ Velut.] pro tamquam, ponitur.

s ¶ Dulcedine.] ſimilitudinarie loquitur, ſicut enim infans ſuggendo vbera in ſinu matris repleta dulcedinẽ reperit. ſic quicunq; ad matris ſpiritualis Eccleſiæ ſinũ recurrit, dulcedinẽ ex cõfidẽtia reperire ſperat, vt eius vberib. nutriatur, & eius auctoritate defendať, & a ſuis oppreſſionibus releuetur: quia nõ poteſt, nec debet mater filium ſuum obliuiſci. 2. q. 6. c. ad Romanam 2.

t ¶ Succeſſoriſque Petri.] ſimile 40 diſt. ſi vos. extra de tranſlat. c inter corporalia. & c. quanto, & de ſe iud. ad Apoſtolicæ, § nos autem. lib 6.

quam ad patris [a] plenam prouidentia pietatem, [b] orbis [c] terrarum, & qui [d] habitant in eo gratiarum [e] ſpe [f] aſſidue confluant uniuerſi; indignum credimus noſtris fore temporibus, [g] ut quibus nos, & Eccleſia ipſa exuberamus in gratiis, deficiamus in [h] donis, ne murmurandi inde præſtetur occaſio, [i] unde gratitudine [k] neceſſitas [l] aderat collaudandi: neve [m] ſcriptura [n] reddat onuſtum, [o] quod liberalitas [p] fecerat gratioſum. Qua de re [q] circa litterarum [r] noſtrarum ſcripturas, regiſtri [s] quoque noſtri, necnon Abbreuiatorum Romanę curię notas, illam taxando uolumus moderationem [t] apponi, qua [u] perſonæ, quibus gratiæ huiuſmodi cōceduntur, ſe gratias ipſas ab Apoſtolica ſede liberaliter [x] ſentiant conſecutas, ac litterarum ipſarum ſcriptoribus, regiſtri etiam noſtri notariorumque Abbreuiatoribus antedictis, qui interdum in eis etiam multo labore [y] deſudant, de ſuo labore congrue ſatisfiat. [z] ¶ Ad tollendos igitur exceſſus, [a] difficultates, [b] circuitus, [c] & anfractus, qui poſſent ex uariis litterarum Apoſtolicarū taxationibus [d] prouenire: ſancimus, [e] ut modus ſubſcriptus in

a ¶ Patris.] conſilium ſalutare pro liberis capientis. ff. de adulte. l. nec in ea, §. ius occidendi.

b ¶ Pietatem.] multiplex eſt vinculum quo homines adinuicem alligantur: Primum eſt pietas inter patrem & filium ſpiritualem, vt hic, 2. q. 6. ad Romanam. 2. extra, de exce. pra. lib. 6. illud idem poteſt dici eſſe in patrē, & filium carnalem, procedens à parente in filiū, C. de ne. geſt. l. 1. ff. d adul. l. nec in ea. circa fi. 5. q. 5. nō oſculatur. vel procedēs à filio in parentem, ff. de cur. fur. l. furioſę, C. d pa. po. l. ſi filius. Secundum eſt inter eos amor ſeu dilectio ſingularis. C. de cur. fur. l. vlt. ff. quod me. cau. l. iſti quidem. & dicto c. non oſculatur. Tertiū eſt inter hominē, & hominis officium, ff de ſeruis expo. l. ſeruus qui. C. de neg. geſt. officio. extra de teſta. c. cum in officijs. Quartum eſt obſequiū inter libertum, & patronū. ff. & C. d obſ. in rub. & dicta, l. officio, C. qui pe. tut. l. patroni. Quintū eſt pietas inter ſanguine coniunctos, C. de ſuſpe. tu. l. pietatis. Sextū eſt reuerentia inter inferiorem, & ſuperiorē, C. de of. rec. prouinciæ. l. potioris. de of. diuer. iu. l. ſciāt principes. extra de off. deleg. cap. 1. lib. 6 Septimum eſt illa eadem reuerentia vel honor inter iuniorem, & ſeniorem, ff. de iur. immu. l. ſemper. 15. q. 1. c. contra ſtatuta. 93. diſt. c. à ſubdiacono. Octauum eſt obedientia inter ſubditum, & ꝑlatū. 2. q. 6. c. qui ſe. extra de ma. & obe. c. 2. & c. omnes. Nonū eſt fidelitas inter vaſallū, & dominū. in lib. feu. d forma fidelitatis, & ꝑ quos fiat inueſtitura, circa fi. 22. q. 5. c. de forma. Decimū eſt diſciplina ſeu correctio inter diſcipulū, & magiſtrū ff. ad l. Aquil. l. ſed & ſi quēcū que, §. vlt. extra de ſen. excom. cū voluntate, § fi. Vndecimū eſt būficiū inter homines, ff. commo. l. in cōmodato, §. ſicut. extra, eod. tit. c. 1. Duodecimū vero eſt religio inter Deū, & hominem, ff de iuſt. & iur. l. veluti. De his etiā notaui extra, de reg. iu. c. non eſt ſine culpa. lib. 6.

Vinculo multiplici hoīes ſunt adinuicem alligati.

c ¶ Orbis terrarum.] ideſt viuentes, & in eo habitantes: mundus enim de ſe quid inanimatum exiſtens, cōfluere nō poteſt, & expones verbum, & quod ſequitur pro, ideſt, ſimile in c. dierum. & ibi dixi.

d ¶ Qui habitant in eo.] ſumitur ex pſal. Dñi eſt terra.

e ¶ Gratiarum.] ſcilicet conſequendarum.

f ¶ Spe.] ſperant igitur vniuerſi à principe gratiā conſequi, vt hic. ſimile, C. de offi. præfe. præto. in nomine Domini. §. penul.

g ¶ Temporibus.] cum ipſe princeps potentibus ſe exhibere conſueuit liberalem. extra, de reſcrip. ſedes Apoſtolica. & ſibi in donando immenſitas eſt. in corpore authent. de non alie. aut permu. reb. eccl. §. ſi minus. coll. 2.

h ¶ In donis.] hanc enim ſi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere ſe quod ſponte tribuit exiſtimet, & niſi in beneficijs creuerit, ſcilicet ipſa multiplicando, nihil ſe præſtitiſſe putet. extra, de dona. c. 1.

i ¶ Occaſio.] ad quam frequenter impinguntur qui ſcrupuloſo corde ſine cauſa mouētur. 16. q. 7. c. decimas.

k ¶ Gratitudine.] exponi poteſt, ideſt gratiæ factione: gratia enim facta eam recipientem impellit ad laudum relationem: cum facientis eam debitor exiſtat ad antidora. ff. de fur. l. ſi pignore. §. 1. de peti. hære. l. ſed & ſi lege cōmiſſoria. §. conſuluit. & arg. ff. man. l. ſi vero non remunerandi, §. idem Papinianus. Vel dic, gratitudine, id eſt, gratiarum redditione.

l ¶ Neceſſitas adderat.] ex inſtinctu naturæ prouenit iſta neceſſitas, vt benefaciēti benefacere quis cogatur, vt iuribus ſ. in glo prox. allegatis. ex hoc dici conſueuit, ꝙ eſt beatius dare q̄ accipere. 16 q. 1. c. ꝑdicator. extra de celeb. Miſ. cū Marthæ.

m ¶ Neve.] expone, ve, pro vel.

n ¶ Scriptura.] ſcilicet recipienda ad probationem gratię prius factæ.

o ¶ Onuſtum.] ideſt oneroſum. ſimile de elect. vbi periculum maius. in prin. lib. 6.

p ¶ Liberalitas.] ſcilicet conferentis.

q ¶ Qua de re.] Secunda pars.

r ¶ Litterarum noſtrarum ſcriptura.] ideſt quæ fiunt de litteris noſtris.

s ¶ Regiſtri.] in quæ omnes litteræ gratioſæ regiſtrantur, vt ad ipſum publicam fidem facturum recurſus habeatur, ſi principales litteræ deficiant, vel eſſe falſæ dicantur arg. extra de præſcr. ad audientiam, C. de fi. inſtr. authen. ad hoc.

Regiſtrum facere vtile eſt.

t ¶ Moderationem.] reſtrictionem denotat iſtud verbum, non laxationem. extra de ver. ſign. c. vlt.

u ¶ Qua.] ideſt, per quam.

x ¶ Liberaliter.] quaſi dicat nihilo dato pro illis: aliàs enim gratia ſi non gratis datur vel accipitur, gratia non eſt. 1. q. 1. c. gratias.

Gratia gratis dari, & accipi dēt.

y ¶ Labore deſudāt.] vnde remuneratione digni ſunt. in corpore auth. de iudi. § ne autem. coll. 6. 12. q. 2. eccleſiaſticos, C. de offi. præfe. præto. l. in nomine domi. §. pen. de prin. agen. in re. l. agentes, lib. 12.

z ¶ Satisfiat.] Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua. iuxta verbum Euangelij, & in corpore authent. de iudi. §. ne autem. nec fraudari denario diurno debent in vinea Domini operantes. extra, de magi. cap. ſuper ſpecula.

Mercenarius mercede dignus eſt.

a ¶ Exceſſus.] qui per ſcriptores metas rationis excedentes, in exigendo ſalario pro ſcripturis frequenter committuntur. de reſcri. ſtatutum, §. notarium, lib. 6. C. de iure fiſ. l. facultas. lib. 10.

b ¶ Difficultates.] quia forte gratiā obtinentes de difficili cum illis ſuper petito ſalario conuenirent.

c ¶ Circuitus.] ſimile, ff. de condi. indeb. l. dominus in teſtamento.

d ¶ Taxationibus.] quæ quandoque maiores fieri conſueuerunt pro vnis litteris quàm pro alijs, iuxta factæ gratiæ qualitatem.

e ¶ Sancimus.] ideſt ſub certa pœna ſtatuimus. Sanctio enim proprie dicitur penalis conſtitutio. 3. diſt. in ſumma, cum ibi not.

Sanctio eſt pœnalis cōſtitutio.

a ¶ Littera

a ¶ Littera gratiæ.] ideſt, quæ fit de gratia, ipſa tamen gratia fit verbo: ſed littera fit ad eius probationẽ: quod ſi places proſequere vt dixi in c. ſedes Apoſtolica, §. verbum. in verbo, litteras. de reſcri. c. litteras. cle. 5.

b ¶ Conſuetis.] iuxta morem, & ſtylum curiæ Romanæ.

m ¶ Non communes.] id eſt non conſuetæ communiter apponi.

n ¶ Apponantur.] vel quia in ſupplicatione manu propria ſignata. vel in ſua gratia proprio motu facta, erant inſertæ clauſulæ tales.

huiuſmodi taxationibus obſeruetur: videlicet, quòd littera [a] gratiæ cũ clauſulis conſuetis [b] ſuper canonicatu, & præbenda, & alio beneficio eccleſiaſtico, cum cura vel ſine cura, vacante vel vacaturo: etiam ſi dignitas, officium, vel perſonatus exiſtat, decem Turoneñ. [c] groſſis, & non [d] vltra taxetur: executio [e] vero eiuſdem [f] duodecim [g] Turonenſibus, & non vltra taxetur: & idem in [h] ſimilibus litteris beneficialibus gratioſis, puta ſuper prioratu aliquo, adminiſtratione, & [i] huiuſmodi, ac executoriis earundem ſeruari debebit. [k] Si [l] vero eiſdem litteris gratiæ, & executorijs earundem (vt ſupra) aliquę clauſulę nõ [m] communes vel inſolitæ apponantur, circa taxationem [o] clauſularum huiuſmodi cõgrue poterit ſic diſtingui, videlicet quòd non habeatur conſideratio in eiſdem [p] maioris uel minoris gratię eius [q] quod conceditur, nec quòd ipſius [r] ſint maiores uel pauciores fructus, redditus, & prouentus, & ex hoc plus minus ve taxetur, [ſ] ſed habeatur in taxando illa conſideratio ad [t] laborem, ut ſcilicet longior ſcriptura magis, [u] & minus [x] breuior [y] ęſtimetur: [z] hoc tamen circa huiuſmodi clauſulas apponendas addito moderamine in taxando, ut ſi ſcriptura clauſulæ appoſitæ [a] nõ faciat [b] lineam, nec ipſa clauſula [c] litterę taxationẽ augmẽtet. [d] Si uero per [e] ſe, uel ſaltẽ aliis [f] addita clauſulis faciat lineam [g] in quarta parte Turoneñ. groſ. taxetur, [h] & ſic pro qualibet [i] linea huiuſmodi additæ clauſulæ

c ¶ Turonẽſibus groſſis.] ſcilicet argenti ſic vulgariter appellatis ad differentiam Turoneñ. paruorum.

d ¶ Non vltra.] non prohibet quin ad minorem numerũ Turonenſium poſſit taxari: ſed ꝙ vltra non fiat: ſic aliàs eſt videre in ſimili, C. de dila. l. 1. & hoc ſi partes cõueniant de minori. argumen. ff de noui oper nun. l. prima, §. inde quæritur. ſed ſi non conueniant, ad minus debetur iſta taxatio curiæ.

e ¶ Executio.] ideſt littera executoria, quę ſcilicet executoribus gratię dirigitur.

f ¶ Eiuſdem.] gratiæ.

g ¶ Duodecim Turonen.] Plus ergo littera executoria taxatur, quàm gratioſa, cum plus de littera ſit in illa quàm in iſta: cum gratioſa de verbo ad verbũ inſeri cõſueuerit in effectu l executoria: quare pro maiori labore ſcripturæ maior fuit taxatio faciẽda. Quid igitur ſi litteræ tales ſiant curia exiſtente in regione, in qua talis moneta curſum non habet? Vel quid ſi ipſa in vſu curſum habere deſijt ob voluntatẽ regis Francorũ eam facientis: de qua moneta fiet tunc taxatio? Dicas, ꝙ de moneta currenti fiet taxatio, iuxta valorem, & numerum Turoneñ. groſſorum. [z] argu. de cenſi. c. olim cum canonicis. & pro hoc facit quod not. ff. de pig. act. l. eleganter, §. qui reprobos. & quod dixi extra, de mag cum ſit minus. in verbo, Turonenſium. Et ſi à me quæras quare decre. conditor. talem numerum Turonenſium præfixit pro iſta taxatione, non ampliorem vel pauciorem? Reſpondeo quia ſic ſibi placuit: vnde eſt pro ratione voluntas ff. de conſti. princ. l. 1. & talem numerum pro labore ratus eſt ſufficere argum. C. de temp. in integ. reſti. l. ſuperuacuam, nam maiorem numerum vel pauciorem ſtatuere potuiſſet: vnde hic certa ratio reddi non poteſt, ſicut nec in alijs iuribus poſitiuis, ff. de legi. l. non omnium.

h ¶ In ſimilibus.] nam de ſimilibus idem eſt iudiciũ. 10 col de pace iura. fir. §. vlt. extra de confir. vti. cum dilecti cum ſimilibus.

i ¶ Et huiuſmodi.] puta obedientia, perſonatu, vel officio, & ſimilibus forte conſuetis regularibus aſſignari.

k ¶ Debebit.] ſcilicet, vt litteræ gratiæ x. executorię x. Turoneñ. & non vltra taxentur.

l ¶ Si vero.] Tertia pars,

z Bñ dicit. vide Gui. Papæ in deciſi. ſuis. q. 492. allegãtem Bar. in l. Paulus. ff. de ſol. ego addo. Pe. de Anchar. in cle. ſi. de decimis. § ex prędictis. ver. in caſu, quẽ vidẽ. & Bar. Alexan de Imo. col. 3. 4. l. cũ qd, ff. ſi cer. pe. Doc. c. quãto. de iure iur. de pœna expendentis falſam monetam. vide Bar. l. lege. Corn. ff de fal. Font.

o ¶ Taxationẽ clauſularum.] non dicit litterarum: quia illa remanet taxata per textum præcedentẽ: & vltra taxationem illarũ reſtat amplior facienda taxatio inſolitarum clauſularum: per hunc textũ ſequentem.

p ¶ In eiſdem:] ſcilicet taxandis clauſulis.

q ¶ Eius quod conceditur.] i. ſiue maius ſiue minus ſit hoc quod conceditur: cũ per eius maioritatẽ vel minoritatem ſcribens vel dictans clauſulã, plus minus non laboret.

r ¶ Ipſius.] ſcilicet quos conceditur.

ſ ¶ Taxetur.] cũ maioritas vel minoritas prouentuum maioritatem vel minoritatem laboris non inducat.

t ¶ Ad laborem.] ſcilicet toleratum pro ſcriptura vel dictamine clauſularum.

u ¶ Magis.] ideſt maioris laboris.

x ¶ Minus.] ideſt, minoris laboris.

y ¶ Breuior.] ſcilicet ſcriptura.

z ¶ Æſtimetur.] cum naturaliter maior labor in prolixiori ſubeatur.

a ¶ Appoſitæ.] ſcilicet non communis vel inſolitæ, vt ſupra.

b ¶ Non faciat lineam.] ſcilicet completam.

c ¶ Clauſula.] ſcilicet non communis, ſed inſolita.

d ¶ Augmentet.] apparet ergo vltra taxationem litterarum, ꝙ habeatur reſpectus de facienda taxatione vel non facienda clauſularum, vt ſ. dixi.

e ¶ Per ſe.] ſcilicet ſolam.

f ¶ Alijs.] intelligendum videtur communibus, cũ indefinite loquatur.

g ¶ Lineam.] ſcilicet integram.

h ¶ Taxetur.] & illius chartæ taxatæ forte fit ſolutio de moneta minuta, non quòd quarta pars Turoñ. diuiſi ſoluatur, quia forte deſineret curſum publicum habere: mutata enim forma publica in Turonenſi groſſo appoſita, iuxta legem primam, ff de contrahen. empt. & ven. ipſa ſubſtantia Turoñ. mutata cenſetur, ff ad exhib. l. Iulianus, §. ſi quis. & ſic extũc reprobus reputatus nõ liberaret ſoluentem, ff. de pign. act. l. eleganter, §. qui reprobos.

Forma pecuniæ mutata, cenſetur mutari eius ſubſtantia.

i ¶ Pro qualibet linea.] quaſi velit dicere, ſi per lineæ talis partem additam alij illa reddatur completa. & per aliam partem ſui alia completa reddatur, quælibet ea ſic completa pro quarta parte Turoneñ. taxabitur.

in taxando quarta pars groſ. Turonen̄. addatur, & ſi [a] quid ſuperfuerit, [b] & minus linea, illud ſuperfluum nec taxationem immutet, [c] Lineam [d] autē quæ centū [e] & quinquaginta litteras, ſeu xxv. cōtinet dictiones, intelligi volumus in [f] hoc caſu, & vt taxatio huiuſmodi (dū [g] exēpla ponūtur) quodam modo procedat, inſerta illa [h] clauſula, verum ne ſub eo prætextu, & cęteraque quatuor [i] continet lineas, vno Turon̄. groſſo taxetur, [k] Illa etiā clauſula, [l] prębendā vero ac dignitatem, quæ cū [m] acceptatione reſeruat, [n] quæ quattuor, & paulo [o] plus cōtinet [p] lineas, vno Turonen. groſſo taxetur: & in ſimilibus [q] clauſulis additis ſecundū linearum numerū idē [r] fiat. Eandē [s] taxationē cū moderamine [t] antedicto quo ad præfatas litteras [u] in regiſtro noſtro ſeruari [x] volumus cum fuerint regiſtrādæ. Eandē etiā taxationē quoad præfatarū litterarū notas, ſcilicet gratiæ cum antedicto numero Abbreuiatores obſeruēt. De executorijs uero huiuſmodi gratiarū Abbreuiatores ipſi, etiā ſi clauſulæ nō cōmunes uel inſolitæ apponātur [z] eiſdem, duos [a] tantū recipiant Turon̄. ¶ Hoc [b] licet ſic [c] in taxatione p̄dictarū [d] litterarū obſeruari uelimus, in forma tamē pauperū deferri uolumus paupertati, [e] & noſtram taxationē in [f] illa, uidelicet octo Turonen̄. [g] groſ. inuiolabiliter [h] obſeruari: nā beatū fore uirum, qui ſuper pauperem, & egenū [i] intelligit, [k] uerbis propheticis [l] edocemur. [m] ¶ Circa [n] taxatio

a ¶ Si quid.] ideſt aliquid.

b ¶ Superfuit.] vltra litteras per illam additā cōpleta s.

c ¶ Immutet.] quaſi dicat, illo ſuperfluo reputato modico pro ipſo nec plus nec minus. argum. de conſec. diſtin. 2. c. reuera. ff. de in integ. reſt. l. ſcio.

d ¶ Lineam.] ſcilicet per quam ſolam vel alijs redditā fit vltra taxationē litterarum alia taxatio.

e ¶ Centum, & quinquaginta litteras.] ſed hoc qualiter eſſe poteſt cum in alphabeto vel alibi non reperiantur tot diuerſæ litterę? Dicas forte intelligendum de litteris alphabeti, quæ reiteratæ complere poterunt talem numerum.

f ¶ In hoc caſu.] iſtud ſic fuit inductū ad vitandas multas fraudes, quæ per ſcriptores vel dictatores committi poſſent ſcribentes vel dictantes in pergameno ſtricto, vt ſic clauſula per ſe lineam faceret vel alijs addita illas compleret. Quid igitur erit ſi linea propter membranæ ſtricturam non cōtinet iſtū litterarum numerum, nec etiam dictionū fiet aliqua taxatio de illa, vel nulla? Credo ipſam faciendā de multis lineis coadunatis illū numerū apprehendentibus, & nō vltra aliàs labor ſcribētis, vel dictātis ſine mercede remaneret: qđ eſſet ꝯ mentē huius conſtitutionis, vt ſ. dixi. & gratiā obtinens de alieno labore rideret, quod eſſet contra omnem ęquitatem, & pręſtat ad hoc argu. extra de cenſi. c. procuratores.

Labor non debet eſſe ſine mercede.

g ¶ Dum exempla ponuntur.] per poſita enim exempla facti, cum pateant oculatis, veritas oculata fide magis quàm per aures animis hominum infigitur. inſtit. de gra. cog. § vlt.

h ¶ Illa clauſula.] quæ quandoque in litteris Apoſtolicis appponitur.

i ¶ Quatuor contineat lineas.] ideſt continere poteſt probabiliter, & veriſimiliter iuxta cōmunem ſcribendi modum: aliàs enim de tam gracili littera poſſet eſſe ſcripta, vel in tam amplo, & extēſo pergameno, ꝙ ipſas quatuor lineas non contineret, niſi tu diceres habendū fore reſpectū ad litterarū vel dictionū numerū ſ. proxime deſignatū: vnde facit iſte text. ad id quod ibi dixi.

k ¶ Taxetur.] vt ſic qualibet linea. de quattuor pro quarta parte Turonenſis taxationem recipiat, vt ſupra dicitur.

l ¶ Clauſula.] quæ quandoque etiam in litteris Apoſtolicis apponitur.

m ¶ Cum acceptatione.] i. cum poteſtate acceptandi.

n ¶ Reſeruat.] ſcilicet beneficium conferendum illi, cui gratia fit.

o ¶ Paulo plus.] de quo nulla taxatio fit, vt ſupra.

p ¶ Continet lineas.] hoc dicere potes, vt ſ. proximè ſuper hoc dixi.

q ¶ Similibus clauſulis.] alijs ab illis proxime expreſſis gratia exempli.

r ¶ Idem fiat.] vt pro qualibet linea fiat taxatio quartę partis vnius Turon̄. pro modico aūt plus taxatio nō mutetur.

s ¶ Eandem taxationem.] ſcilicet, quæ facta eſt tam de litteris gratioſis, quam executorijs. ſ. in §. quade re.

t ¶ Moderamine antedicto.] ſ. in verbo, hoc tamen.

u ¶ Litteras.] ſcilicet gratioſas, & executorias.

x ¶ Seruari volumus] ſcilicet vt litteræ gratiæ vltra decem, executorię vero vltra Turonen̄. xij. nō taxent.

y ¶ Obſeruent.] ſcilicet vt litteræ gratiæ vltra x. Turon̄. nō taxentur vltra eam taxationē clauſularum inſolitarū iuxta dictum moderamen.

z ¶ Apponantur eiſdem.] in ſalario ergo percipiendo per Abbreuiatores de litteris executorijs nō diſtinguitur, an ipſæ clauſulas ſolitas continent: ratio huius poteſt eſſe: quia cum taxationem habeant de litteris gratiæ, & vltra pro clauſula inſolita appoſita amplius ſuper hoc in executorijs laborare non habent ſuper nouo dictamine abbreuiationis faciendæ.

Pſalm. 40.

a ¶ Duos tantum.] non ergo plures.

b ¶ Hoc licet.] Quarta pars.

c ¶ Sic.] vt dictum eſt in §. præcedenti. ſi vero.

d ¶ Prædictarum litterarum.] ſcilicet gratiæ.

e ¶ Paupertati.] Not. ratione paupertatis haberi in taxatione ſalarij, ſicut, & alibi in taxatione procuratoris. ex̄, de cēſi. cū inſtātia. & c. ꝓcurationes. & in exactione mulctæ pecuniariæ. ff. de off. præſ. l. illicitas. §. vlt. & in examinatione iudiciali facienda de eius cā, in corpore aut. de mā. prin. §. ſic tibi coll. 3. & l. appellatiōe ꝑ eū in ſcriptis emittēda ff. mādati. l. ſi ꝓcurat. §. ſi ignorantes. & i multis alijs q̄ ſollicit⁹ indagator ꝑ ſe poterit īuenir̄.

Paupertatis ratio in multis eſt habenda.

f ¶ In illa.] ſcilicet forma.

g ¶ Octo Turonen̄.] hic potes dicere qđ dixi in parte ſecunda ſuper taxatione decem vel duodecim Turonen̄.

h ¶ Inuiolabiliter.] quaſi dicat vltra aliquatenus taxatio nulla fiat.

i ¶ Et egenum.] ſcilicet releuandū, potiſſime ne fame pereat, alià s non releuans ipſum necare dicitur quo ad Deum. 86. diſt. c. paſce, ff. de lib. agno. l. necare 47. diſtin. c. ſicut hi.

k ¶ Intelligit.] ideſt, intendit, & operam dat.

l ¶ Propheticis.] ſcilicet prophetæ Dauid.

m ¶ Edocemur.] in pſalmo. Beatus qui intelligit.

n ¶ Circa taxationem.] Quinta pars.

a ¶ Litte-

nem autem litterarum, [a] quæ per audientiam tranſeunt, nihil ad præſens aliud duximus ordinandum, ſed rationabilis [b] modus obſeruatur in illis, qui ſolitus eſt hactenus obſeruari, maxime [c] ſecundum taxationem litterarum ipſarum, quæ in libro [d] Prouinciali inuenitur eſſe conſcripta. In quarum taxationibus litterarum [e] ex cauſis rationabilibus [f] ſubſtinemus, vt Turonen. groſ. quamdiu ſcilicet Romana curia extiterit citra montes, Romanino [g] ſuccedat. Cæterum vbicunque [h] de Turonen. groſ. in taxationibus prælibatis fit mentio, intelligi volumus quamdiu curia [i] fuerit citra [k] montes. Si vero vltra montes Romæ ſcilicet, vel in alijs locis, vel Italiæ partibus curia ipſa conſtiterit, in taxationibus antedictis Romaninus pro Turonen. ponatur. [l] ¶ Ad [m] hæc prædictæ noſtræ adiicimus [n] ſanctioni, vt ſi forſan (quod quandoque [o] contingit) eueniat, uidelicet quod non culpa, [p] negligentia, [q] vel defectu ſcriptoris, vel ex ignorantiæ [r] cæcitate, aut torpore deſi-

a ¶ Litterarum.] ſcilicet de iuſtitia.

b ¶ Rationabilis.] q.d. non exceſſiuus, & oneroſus, nec nimis etiam modicus, ſeu delicatus. iuxta illud: Nec oneroſus creditor, nec delicatus debitor audiẽdus eſt, ff. de pig. act. l. ſi ſeruos. in fi. Vel dic melius rationabilẽ illum dici, q ſolitus eſt obſeruari, vt ſequitur: vñ facit per hoc in arg. ꝙ in talibus ſi multibus taxationibus ſtandum ſit ei quod ſolitum eſt ſeruari. ad hoc extra. de offi. ord. dilectus. de ſent. excomm. venerabilibus, §. denique, li. 6. C. de vec. vniuer. ff. de decr. ab or. fa. l. vl. ad munic. l. de iure. cum ibi not. de adm. tut. l. fine herede. §. Lucius. de elec. l. ſi fundus. ſicut in alijs ſtylus, & conſuetudo curiarum locorũ ſingulorũ ſeruandi ſunt circa proceſſus, argu. optimum ad hoc C. de ve. iu. enu. l. 1. §. ſed & ſi quæ leges. extra, de conſt. ex litteris. vbi de hoc per Hoſti. de crim. fal. c. quam graui. & per Inn. de offic. leg. c. ꝙ tranſlationem.

c ¶ Maxime.] innuit per hoc ꝙ ſeruanda eſſet ſolita taxatio etiam in litteris, quarum taxatio ſcripta non reperitur in libro Prouinciali.

Salaria ſcriptorũ ſunt in lib. Prouinciali cõprehenſa.

d ¶ In libro Prouinciali.] in quo libro contineri vidi verba quæ ſequuntur: Circa ſalariũ ſcriptorũ duximus prouidendum, ꝙ ſcriptores pro litteris quas ſcripſerint vltra taxationem intraſcriptam nil exigant, vel ẽt ſponte oblatũ recipiant: & ſi quis cõtra fecerit, dans & recipiens excõicationis ſententia ſunt adſtricti. Taxatio aũt pro litteris ſcribendis talis eſt: Pro litteris ſimplicibus ſcilicet ſuper terris, & rebus alijs, &c. ſuper vſuris, ſuper iniectione manuũ, ſuper reuocandis alienatis, ſuper monachatum ſex denarios vſualis monetæ: pro litteris in quibus conſueuit poni, prætera, vel ijdem quoque, vel alias, nouẽ denarios. pro litteris ſuper defectu natalium ix. denarios: pro ſimplici cõfirmatione vel protectione, quæ bullanda eſt cũ ſerico xij denarios: pro confirmatione & protectione in vna littera, xviii. denarios: pro littera ſuper abſolutione monachorum, xviij. denarios: pro littera, qm̃ vt ait Apoſtolus, danda cathedralibus eccleſijs, & alijs magiſtris collegijs, quę cũ maiori diligentia eſt ſcribenda, ij. ſolidos: pro priuilegijs, x ſolidos: Alias aũt in quibus certa, & generalis taxatio in ſcriptis redigi non pot, ꝑꝑ diuerſitatem ipſarũ, diſtributores, qui pro tp̃e fuerunt, habita conſideratione ad alias taxatas prout eis melius videbit, melius taxare ſtudebunt: & taxationẽ ipſarum tã impetratores q̃ ſcriptores ſub pœna eiuſdẽ ſnię obſeruabunt ſcriptores q reſcribendas gratis, gratis non reſcripſerint anteq̃ alias incipiãt ſcribere, eadẽ excõicationis ſñia ſint ligati: ſcriptores q litteras curiæ non ſcripſerint antequã alias incipiant ſcribere, per ſeptẽ dies à ſcripturæ officio ſint ſuſpẽſi. Verũ ſi lr̃æ curiales, & reſcribendæ gratis ſcribendæ ſimul occurrat, negotiũ ſemper curiæ p̃feratur: petitionarij vero vltra x. ſolidos nihil exigant ꝓ aliqua petitione formanda. Sed & infra quantitatem eãdem, prout negotij exegerit qualitas, & labor expoſcerit, ſalario ſint contenti: ſi vero negotium multum fuerit intricatum, ad cuius expeditionem labor, & peruigil diligẽtia requirantur, tunc vltra dictam quantitatẽ infra tantũ xx. ſolidos taxetur ſalariũ arbitrio notarij, quẽ impetrans duxerit eligendum. Facit aũt iſte textus in arg. ꝙ ſcriptura antiquorũ librorũ facit fidem. & ſuper hoc vide quod no. tam per ordinarios, quàm ꝑ extraordinarios gloſſatores, extra, de probat. cum cauſam.

e ¶ Litterarum.] ſ. q̃ per audientiam tranſeunt, quæ ꝑꝑ lega. non conſueuerunt.

f ¶ Rationabilibus.] forte ideo, quia Romaninus in tanta abundantia non reperitur in loco curiæ citra montes exiſtentis ſicut Turoñ. groſſus. Vel quia forte nõ ſic publicum curſum hẽt ſicut Turoñ. groſſus, & forte diffícilius eẽt litteras obtinentibus Romaninum ſoluere propter ſui raritatem q̃ Turoñ. groſſum, cum oẽ ratum dicatur carum, in auth. de conſul. §. quantũcunque in fi. coll. 4. 59 diſt. c. ſi officia. in fi. 14. diſ. cap. legimus.

Ratum eſt carum.

g ¶ Romanino.] id eſt, pro Romanino Turonen. groſſus ponatur.

h ¶ Vbicunque.] vt eſt videre in taxationibus litterarum gratiæ, & executoriarum. ĩ. in §. qua de re. vel in taxatione clauſularum ſolitarum, vt ſupra, in § ſi vero. vel in taxatione regiſtri vel Abbreuiatorum, vt in eodem, §. ver. eandem. vel in taxatione litterarum in forma communi, vt ſupra §. proxima.

i ¶ Curia fuerit.] quæ vbi videatur eſſe, videas quod not. in c. Execrabilis. in verbo, Romanæ Eccleſiæ. & in c. Ad onus.

k ¶ Citra montes.] ſicut nunc de præſenti exiſtit.

l ¶ Pro Turonenſi ponatur.] forte quia ibi Turoñ. non ſic publicum curſum habet ſicut Romanus, vel forte ex alijs cauſis, quas dixi ſtatim in gloſ. forte ideo.

m ¶ Ad hæc.] Sexta pars.

n ¶ Adiicimus ſanctioni.] ſimile de vita & hone. cle. c. quoniam, §. vlt. clem. 5.

o ¶ Quandoque contingit.] vnde ad hoc ius aptandum fuit in corpore authent. vt debi. ma. & credi. §. quia vero. collat. 7. ff. de legib. l. nam ad ea. de lib. lega. l. legaui.

p ¶ Non culpa.] vbi ergo culpa vel aliquod de ſequentibus interueniſſet in perſonam ſcriptoris: expenſis eiuſdem, non Abbreuiatoris eſſet littera reſcribenda.

q ¶ Negligentia.] nouerca eruditionis dicta 83 diſt. c. nihil. vtpote cuncta lædente, in corpore auth. de quæſtio. §. hæc omnia. coll. 6.

r ¶ Ignorantiæ cæcitate.] Nota ignorantem dici cæcũ: vnde & ſcribitur: quoniam quidam ignorantiæ nubilo turpiter excęcati: nec mirum: quia ignorantia mater dicitur cunctorum errorum. 38. diſt. c. ignorantia. & ſcripturarum ignorantia Chriſti dr̃ ignorantia, vt 100 diſt. c. qui iuxta & qui ea quę Dei ſunt, neſciunt, à Domino neſciuntur: iuxta illud, ignorans ignorabitur 100 diſt. c. qui ea. & hæc vera de illis qui habent à quo diſcerẽt, ſed dare operam noluerunt: in alijs enim ſecus 36 diſtin. §. verũ. & arg ff. de bo. poſ. l. in bonorũ, quis ordo

Ignorãs cęcus dicitur.

in bonorū poſſeſſione ſeruet. l. vtile. & §. vl. de iti. & fac. igno. l. regula. §. ſed iure, C. de ingen. manu. l. ſi ania tua.

a ¶ Deſidiæ.] id eſt pigritiæ non adhibita circumſpectione vel diligentia.

b ¶ Occupatione.] ſ. nimia aliorum negotiorū, quæ frequenter neutrum de agibilibus bene agi permittit, C. de aſſeſſo. l. nemo. 15. q. 1. pſ byteros. de ſimili occupatione habes in corpore authen. de tabellio. § & non ſiagant. coll. 4. extra de ſenten. excommu. ſi aliquando.

c ¶ Diſtractione.] ſ. aliqua ad alios cogitatus, perdit enim memoriam bene agendorum mens alienis diſtracta cogitatib. ar. 83. diſt. c. nihil, ff. de cap. & poſtlimi. reuer. l. nihil. nec ſufficit aliquid legere niſi adſit & intelligere, vt dixi in decr. quia quorūdam, § nos autem. Vel dic, diſtractione animo abbreuiandi, ſicut dici cōſueuit quem fore diſtractum ab actu conſueto vel exercitio, puta lecturæ, vel alterius operis explicandi, quod ſicut per exercitium ſuſcipit incrementum, C. de re mil. l. milites, lib. 12. ff. de leg. 3. legatis ſeruis. §. ornatricibus. ſic & per contrariū ſuſcipit detrimentum, arg. ff. de iure fiſ. l. non intelligitur, §. diui fratres.

Lectura & exercitium ſuſcipit incrementū.

tas eſt multorum, ff. de pœn. l. capitalium, §. famoſos, C. ad l. Iul. repe. l. 1. & in extrauag dierum.

x ¶ Notarum ipſarum.] ex quibus litteræ gloſſandæ procedunt. vt in §. præcedenti. & ſume ī. prædictas taxationes obſeruent.

diæ vel ex occupatione, diſtractione, aut alia quauis occaſione Abbreuiatoris, qui notā ex qua littera groſſa procedit inepte formauerat, eadem groſſa litteris gratis fuerit reſcribenda: hoc ipſi ſcriptori, vel illi cuius littera huiuſmodi fuerit reſcribenda non noceat, ſed abbreuiatori debeat imputari, intantum, vt eidem ſcriptori Abbreuiator ipſe ſatisfaciat integre, iuxta taxationem eiuſdem groſſę litteræ reſcribendæ.

¶ Cæterum vt prædicta, quæ à nobis pro vtilitate publica ſunt inſtituta ſalubriter, eo diligentiores ſui obſeruatores inueniant, quo tranſgreſſores ipſorum maiori nouerint ſe pœna percelli: ſtatuimus, vt præfati omnes & ſinguli, tam litterarū noſtrarum, quàm regiſtri noſtri ſcriptores, quā Abbreuiatores notarū ipſarum (quibus etiam Abbreuiatoribus ſpecialiter ultra infraſcriptas pœnas quatenus prędictas taxationes obſeruent ſub excommunicationis pœna mandamus) qui contra præmiſſa fecerint, plus ſcilicet præfatas noſtras beneficiales litteras uel notas ipſarum uel earundem in dicto regiſtro ſcripturas taxando, exigendo, uel recipiendo pro ipſis, quàm ſuperius ſit taxatum, uſque ad ſemeſtre tempus officio in quo ſic deliquerint, ſint eoipſo ſuſpēſi: Et ſi ſecundo delique-

y ¶ Abbreuiatoribus.] ſolum iſtis fit comminatiuū mandatū ſub pęna excōicationis, & non alijs. Sed hoc forte ideo: quia ab eis prius quā à ſcriptoribus procedit taxatio, & exactio, quam factā frequēter indebite ſcriptores de facili ſequuntur, quare ipſis, vtpote huius mali auctoribus, fit iſta comminatio. arg 86. diſt. c. tanta. 24. q. vlt. c. qui aliorum. extra, de cler. excom. c. latores, ff. de ter. cor. l. in hoc iudicium, C. ad l. Iul. de vi publi. l. quoniā multa. cū ſi.

z ¶ Prædictas taxationes.] factas ſupra in §. qua de re. & ſequenti.

a ¶ Sub excommunicationis pœna. comminatio eſt, non ſententia, C. comminationes vel epiſt. l. interlocutio no. extra, de ſimo. c. ſicut.

b ¶ Beneficiales.] i. ad aſſequenda beneficia concedendas.

c ¶ Notas ipſarum.] quæ in vulgari appellari conſueuerunt minutæ.

Cap. ſtatutū. §. notariū. de re ſcri. lib. 6. ibi vide gl. fi. quando dicit. mag. vbi dicit Phi. contra Anch. ꝙ de legatus poteſt miniſtris cū effectu prouidere de ſalarijs. Et ſ̄ ſalarijs aduocatorum not. Alex ī apoſtil. ad Bart. l. 1. §. aduocationis, ff. de variis & extraor. cog. & vide do. meū Stellā docto. Aurelianēſem reſolutiſſimū, in l. 1. C. de ſuffr. Font.

d ¶ Occaſione.] forte dolo, malitia, odio, vel corruptiōe.

e ¶ Groſſa.] i. in groſſum vel mundum redacta.

f ¶ Procedit] ad inſtar publici inſtrumenti ex protocollo, nihil addito nilque remoto procedere habentis in corpore auth. de tabel. § illud quoque. coll. 4.

g ¶ Inepte formauerat.] iuxta ſtylum Cancellariæ, vel conſiderata qualitate negotij in groſſam redigendi.

h ¶ Gratis.] id eſt nihilo exacto ab habente litteram Apoſtolicam obtinere.

i ¶ Fuerit reſcribenda.] ad arbitrium Vicecancellarij, & correctorum curiæ, qui ad hoc ſunt prępoſiti.

k ¶ Scriptori.] cui nihil imputari poteſt, ſi prout in nota reperitur, illam ſcripſit.

l ¶ Cuius.] id eſt ad cuius commodum.

m ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet inepte formata.

n ¶ Non noceat.] quia nec ſcriptor expenſis proprijs, nec ille cuius eſt pro reſcribenda ipſa aliquid dare tenebitur, vt ſtatim innuitur.

o ¶ Abbreuiatori.] ex cuius culpa vel facto apparet littera reſcribenda.

p ¶ Satiſfaciat.] ſcilicet de ſuo.

q ¶ Taxationē.] de qua vidiſti. ī. in §. de qua re. & ſeq.

r ¶ Cæterum.] Septima pars.

ſ ¶ Publica.] vtilitati ſingularium de ſe præferenda, in corpore auth. de reſt. & ea quæ parit. §. quamobrem. coll. 4. extra de poſtu. præla. bonæ, 2. cum ſimilibus.

t ¶ Sui.] ſcilicet inſtitutorum.

u ¶ Pœna percelli.] id eſt puniri, pęna enim vnius me-

d ¶ Earundem.] ſcilicet litterarum.

e ¶ Exigendo.] Exigere proprie eſt ab inuito extorquere, ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa, § ſi rem. & quæ in fraucre. leg. pupillus.

f ¶ Recipiendo.] videtur intelligendum etiam à ſponte ſoluente, vt differat à verbo præcedenti. & argu. ad hoc extra, de cenſi. c. exigit. de reſcri. ſtatutum, §. ſi quid autem, lib. 6. conſiderata potiſſime vtilitate publica ob quam præſens conſtitutio emanauit: vt ī. & eſt expreſſum in libro Prouinciali, de quo ī. eſt facta mentio ſuperius in §. qua de re. & ſequenti.

g ¶ Semeſtre.] i. ſex menſium. de ſup neg. præl. licet.

h ¶ Sic.] ſcilicet plus taxando. exigendo, recipiendo quàm debeant.

i ¶ Eoipſo.] eſt ergo ſententia ſuſpenſionis iuris. ſimile, de elect. quàm ſit, lib. 6. in corpore auth. de rap. mul. § pen. coll. 9. cum ſim.

k ¶ Secundo.] nota plus puniri peccatum iteratum, C. ad leg. Iul. de vi publ. l ſeruos. de ſer. fugi. l. quicunque, ff. de iurepa l. 1. de pęn. l. capitalium, §. ſolent. & l. aut damnum. § quiſquis. extra, vt li. non conteſtata, quoniam frequenter, §. vlt. de teſti. cog. c. 2. de maled. c. ſtatuimus. 34 diſt. c. quorundam 26. diſt. vna tantum. contumacia enim facit cumulari pœnam, ff. de pœnis, l. relegati. & remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel cōmiſſa, non habent. C. de epiſco. audi. nemo. deterior namque dolus eius agnoſcitur, qui iterato committit, quàm qui ſemel delinquit, in corpore auth. litt. §. omnino circa ſi. coll. 8. vbi de hoc not.

Peccatū iteratum plus punitur.

a ¶ Eodem

rint in eodem, ipſo facto eodem [a] officio (quod quantum in ipſis fuerat maculare [b] conati ſunt) perpetuo ſe priuatos [c] agnoſcant. Nulli [d] ergo liceat, &c. Datum Auinion. iiii. idus Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

TITVL. XIIII.

De verborum ſignificatione.

¶ *Cum fratres Minores indumentis vilibus ſecundum eorum regulam debeant indui, de qua vilitate ſit intelligendum, hoc relinquit iudicio ſuperiorum, præcipiens ſub pœna excommunicationis illis obediri, & reprehendens fratres, qui pro arbitrio ſuo habitus curtos, ſtrictos, & nouitatis plenos portabant; qui tranſgreſſores regulæ nõ dicentur, ſi in hoc ſuperioribus obſequuntur. Superiores etiã arbitrari poterunt, an habenda ſint granaria, & cellaria pro neceſſarijs ad victũ colligendis. Tandem fratres ipſos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati & caſtitati eſſe præferendam. h. d. & eſt valde notabilis. Concor. c. Exiit qui ſeminat. eod. tit. lib. 6. & Clementina, Exiui de paradiſo. eod. tit.*

CAP. I.

QVorundam exigit cœcę ſcrupuloſitatis [e] ambiguum, [f] ac ipſorum quodammodo indocta [g] ſcientia, (ne dixerimus [h] quòd irreligioſa [i] horum ſit uana [k] & in hoc ſuperſtitioſa [l] religio [m]) vt dum ſuis [n] mauult [o] temere [p] ſub conſcientiæ [q] uelamento [r] conceptibus, quam prælatorum ordinis ſui cum obedientiæ [ſ] merito [t] prouide [u] inhærere ſententiis: nos poſt prædeceſſorum noſtrorum, & præſertim fęlicis recordationis Nicolai [x] iiij. ac piæ memoriæ Clementis [y] V. Romanorũ Pontificum ſuper intellectu, & obſeruantia regulæ [z] ordinis fratrum Minorum, declarationes [a]

---

a ¶ Eodem officio.] ſcilicet Scriptoris, Abbreuiatoris, Regiſtratoris, & ſic de alijs.

Officiũ maculat, qui in eo delinquit.

b ¶ Maculare.] Nota officium aliàs de ſe licitum maculari, vel vituperari dici per delinquentem in eo.

c ¶ Priuatos agnoſcant.] in hac decre. ſententiam iure priuatoriam inducit. ſimile in c. dierũ. & de pęnis. c. fęlicis, lib 6.

d ¶ Nulli ergo.] ſuper hac clauſula dic, vt plene dixi in cap. Execrabilis. Zenzel.

Diuiſio textualis.

QVorundam.] Diuide hanc decret. in partes quinque principales In prima, cauſa, & occaſio multiplex præmittitur. In ſecunda parte; quorũdam fratrum Minorum à ſui communitate ordinis diſcrepantiũ allegatio multifaria ſubiungitur: ibi, in §. Qua propter. In tertia conſtitutio ipſa in aliquibus declaratiua admittitur: ibi, in §. Quocirca. In quarta, eius conſtitutionis cum alijs declaratæ continuatio ſubinfertur: ibi, in §. Eodem modo, &c. In quinta, omnis formidinis ſuſpicio remouetur: ibi, prope fi. in §. Nec formident.

e ¶ Scrupuloſitatis.] Ideſt credulitatis nõ ex cauſis probabilibus ortum habentis. ſic exponit hoc verbum per Hoſtien. extra de ſimo. per tuas, 2. quare talis credulitas hic cæca appellatur.

f ¶ Ambiguum.] id eſt dubium. ſimile C. de vſufruct. l. ambiguitatem. de teſta. l. ambiguitates. de acquiren. poſſeſ. l. nemo ambigit.

g ¶ Indocta ſcientia.] ſic forte dicta, quia à ſeipſis ipſam didicerint, non à voce magiſtra, contra conſilium Hieronymi 16. q. 1. c. ſi clericatus. in fi. quæ non ſecundum ſenſum proprium, ſed ſecundum patrum traditionem addiſcenda & docenda, & ab eo, & per eum qui eam à maioribus ſm veritatẽ ſibi creditã ſeruat. 37. diſ. relatum. & arg. C. de excu. artificum, l. 1. li. 10. ff. de donat. l Aquilius, aliter enim ſcientia adulterina tradi & adipiſci dicitur in proœ. digeſt. §. hoc autem tria.

h ¶ Ne dixerimus.] quaſi dicat de illorum malis hic dixiſſe ſufficiat, vt per hoc plura dentur intelligi. argu. ff ad Maced. l. 1. in corpore auth. quib. mod. na. effi. leg. §. & quidam. coll 6. cum not. in eis. Vel dicit ſe non dicere, quod tamen dicit, vt alibi de reſtit. ſpo. litteras. §. nos autem, C. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam.

k ¶ Pertinere.] eius enim eſt ſua vel anteceſſorum ſtatuta in melius reformare. de reſcrip. c. ſtatutum. de ſen. excom c. alma. lib 6. de re iud. cum olim.
l ¶ Obeſſe.] ideſt, nocere.
m ¶ Potius quàm prodeſſe.] hoc frequenter contingit ex variatione perſonarum, cauſarum, temporum, & locorum. 19 diſt. c. ſciendum. 61. diſt. §. his omnibus. 35. q 9. c. ſententiam. extra de conſangui. & affi. c. non debet. in corpore auth. de nup. §. nos autem. coll. 4.
n ¶ Obeſſe valeant.] præcauenda igitur ſunt futura in malis, vt hic. 60. diſtinct. cū Hadrianus. 27. diſtinct. in nomine Domini. extra de ſeruis nō ord. c. 1. ff. loca. l. ſi quis domum. §. 1. ad Trebel. l. Lucius. §. penult. de dam. infec. l. qui bona. §. cū prætor.
o ¶ Prouidere.] concor. ad hoc in corpore auth. de nupt. §. 1. coll 4. 22. q. 2. cap. magnæ. ſic enim eſt in cęleſti hierarchia, ꝗ ſuam ex cā reperitur ſniam immutaſſe. ea dem cauſa & q. c. incommutabili. & cap. vnuſquiſque.
p ¶ Dudum.] Secunda pars.
q ¶ Fęlici.] ſimile de cenſibus, fęlicis. li. 6.
r ¶ Neque domum.] quę indefinite ſub inuolucro denotauerat per verbū, nihil. hic magis ſpecificate declarat, aliàs videretur hic vna negatio ſuꝑflua: ſuper quo vide quod not. in decret. cum inter nonnullos, in 2. glo.

Allegatio indeterminata eſt admittenda.

ſ ¶ Fuerat declaratum.] non dicit, vbi. & ſic not. argum. pro indeterminata allegatione, quòd ſit admittenda. ad hoc de cohabi. cleri. & mulie. c. veſtra. qui filij ſint legit. per venerabilem. §. vlt. de vita & honeſt. cler. cum ab omni. C. de ſumma trini. l. 1. & in epiſtola, inter claras. hoc per Hoſtien. de ſeruis non ord. ca. conſuluit. & per Petrum de Samp. d. c. veſtra.
t ¶ Hoc.] ſcilicet quòd profeſſores ordinis ſancti Franciſci nihil ſibi approprient.
u ¶ In communi.] ſuper hoc verbo & præcedenti dic vt dixi in c. cum inter nōnullos. ſuper eiſdē verbis.
x ¶ Detrahere.] & male. detrahentem enim proximo Deus perſequitur. 23. q. 4. qui peccat. nam vna ſpecies homicidij eſt proximo detrahere: nam quātum in detractore eſt, priuat animam proximi (quæ melior eſt pars hominis) omni virtute, per quam anima viuit. Detrahere enim eſt bona, quæ alicui à Deo collata ſunt, negare, vel inuertere. arg. ff. de iniur. l. item apud. §. hoc autem fere. de pęnit. diſtinct. 1. cap. homicidiorum. & ibi not.

Qualiter homicidiū cōmittere dicatur, qui ꝓximo detrahit.

 ſ ¶ Im-

gentes [a] eiſdem, quòd regulam, & declarationes [b] huiuſmodi non obſeruabant, pieque conſiderans ora contra præmiſſos fratres oblatrantium [c] claudere, [d] ac profeſſorum [e] ipſorum conſcientiis [f] prouidere, inter alia ordinauit, & ſanxit, [g] omnium vtenſilium [h] & librorum, [i] rerumque mobilium, [k] & præſentium & etiam futurorum, eccleſiarum quoque & oratoriorum, ac cœmeteriorum tã præſentium, quàm etiam futurorum, necnon & aliarum emptarum, & eleemoſynis diuinis oblatarum, ſeu conceſſarum dictis Fratribus (in quibus tamen offerẽtes, ſeu concedentes ipſa, nihil in ipſis ſibi ducerent reſeruandum [l]) proprietatem & dominium plene [m] ac libere [n] ad ſe, & Romanam Eccleſiam pertinere, ipſa [o] in [p] ſe recipiens, ac antedictam [q] Eccleſiam, ſimplici [r] uſu facti duntaxat in rebus & bonis huiuſmodi reſeruato Fratribus antedictis. Et quia nonnumquam [s] libros & alia mobilia ſupradicta uendi [t] expedit, ſeu etiam commutari: Fratribus ipſis in eadem ordinatione conceſſit, [u] ut res [x] ipſas cum rebus aliis, quarum uſum habere [y] licet ipſis Fratribus (dummodo Generalis, & Prouincialium Miniſtrorum coniunctim uel diuiſim [z] auctoritas intercederet) poſſent libere commutare. Sed & quia Fratribus ipſis pecuniam per ſe, uel per alium recipere ipſorum regula diſtrictius interdicit, uoluit & conceſſit, [a] quòd ſi uendi contingeret res mobiles antedictas pretio [b] æſtimatio, quòd huiuſmodi pretium per procuratorem deberet recipi à præfata ſede, uel Cardinali gubernatore [c] eiuſdem ordinis deputandum, per procuratorem eundem in rem licitam, cuius uſus eſſet permiſſus eiuſdem ordinis Fratribus expendendum: hoc [d] adiectio

a ¶ Impingentes.] ideſt imponentes.

b ¶ Declarationes huiuſmodi.] ſcilicet factas per Gregorium, & ſuos prædeceſſores.

c ¶ Oblatrantium.] ideſt obloquentium in malum.

d ¶ Claudere.] ne aliàs ex hoc contra ipſos fratres inſurgat infamia.

e ¶ Profeſſorum ipſorum.] ſcilicet religionis ſancti Franciſci.

f ¶ Conſcientijs.] quas fore ſcrupuloſas habebant ſemper habendo proprium.

g ¶ Et ſanxit.] ſcilicet Nicolaus iij. aliàs iiij. extra, de verb. ſi. Exijt, §. ad hæc cum fratres.

h ¶ Vtenſilium.] id eſt, paratorum ad vſum, arg ff. de ſupell. leg. l. 3. de leg. 3. hoc legatum.

i ¶ Librorum.] quid librorum appellatione comprehendatur, colligitur ff. de leg. 3. librorum.

k ¶ Mobilium.] vel ſe mouentium, quæ idem cẽſentur, ff. de verb. ſign. l mouentium. iuxta quod ibi dẽ per gloſſam quæritur, an nomina vel actiones nomine immobilium comprehendantur. Et primo ſentire videtur, ꝙ ſic, tum quia moueri non poſſunt: tum quia poſt alia immobilia ſit in eis ſententiæ executio, poſt tamen ſentit, quòd cenſeantur mobilia. Sed ſuper hoc verius probabiliter poteſt dici, quòd aut nomina vel actiones competunt pro immobilibus: tũc appellatione immobilium ideo comprehenduntur, quia actionem habens ad rem, ipſam habere videtur, ff. de regu. iur. qui actionem. & argumen. ad hoc, C. de prædijs minorum, l ſi ad reſoluendam. vbi minor remittens actionem reſtituitur, ac ſi rem immobilem alienaret. Aut competunt pro rebus immobilibus, ſiquidẽ annuatim præſtandis: tunc idem, quia propter perpetuitatẽ præſtationis immobilium appellatione continentur, C. de ſacroſan. eccle l iubemus. in corpore auth. de non alie. aut permu. reb. eccl. §. hoc ergo. coll. 2. Sed ſi competunt pro mobilibus ſimpliciter debitis, tunc mobilium appellatione comprehendi poſſunt. arg ff. de reg. iur. l. minus. & l. qui actionem. & d. l. ſi ad reſoluendam. & C. de quadrien. præſcri. l. 2. & ſic poteſt intelligi quod not dicta l. mouentium. ad præmiſſa faciunt in arg. ff. de ſupell. lega. l. 3. de leg. 3. hoc legatum. de verbor. ſignifi. l. princeps. & l. bonorum. de iure fiſci. l. eum qui. ad ſenatuſconſultum Syllan. l. cum fiſco. Non obſtat quod dicitur, quòd poſtremo ſit executio ſententiæ in nominibus, ff. de re iud. l. à diuo Pio. hoc ideo eſt, ne impediatur executio ſententię, quę prompta debet eſſe, ne aliàs lites ex litibus oriri contingat: quod eſſet, ſi contra debitores condemnati agi primitus oporteret. arg. de tranſactio. l. fratris.

Actiones an noĩe immobiliũ cõprehendantur.

Executio ſniæ prompta debet eſſe.

l ¶ Reſeruãdum.] in illis ergo in quibus concedentes vel offerentes aliquid iuris retinuerunt, quod facere potuerunt. 18. quæſt. 2. cap. Eleutherius, ff. de pact. l. in traditionibus. non videtur per Papam Nicolaum proprietas eccleſię Romanæ retenta.

m ¶ Plene.] quaſi dicat totum & integraliter, ff. de vſu. l. videamus, §. in Fauiana. de verbor. ſignif. l. plus eſt in reſtitutione.

n ¶ Libere.] ideſt abſque cuiuſquã contradictione. ar. extra de elect. cum ex eo. de præben. cap. ſi beneficia, lib. 6. in quibus verbum ſimile reperitur.

o ¶ Ipſa.] vtenſilia, & alia ſupra nominata.

p ¶ In ſe.] ſcilicet Nicolaum Papam.

q ¶ Antedictam Eccleſiam.] ſcilicet Romanam.

r ¶ Simplici vſu facti.] hæc verba occaſionẽ dederunt principaliter editioni huius decre. vt patet ex §. ſequen.

s ¶ Nonnunquam.] ideſt, aliquando. ſimile ff. de condit. & demonſt. l. nonnunquam.

t ¶ Vendi expedit.] ff. de contrah. empt. l. 1. C. de admin. tut. lex quę.

u ¶ Conceſſit.] ſcilicet Nicolaus iiij.

x ¶ Res ipſas.] ſupra proxime expreſſim numeratas.

y ¶ Habere licet.] non ergo cum alijs.

z ¶ Vel diuiſim.] niſi fuiſſet hoc verbum adiectum, quòd Generalis & Prouincialis Miniſtri eſſet inſimul auctoritas expoſcenda: ob copulatiuam de ſui natura requirentem concurſum illorum, quæ copulat, ff. de legat. 3. l. ea tamen. de conditio. inſtitutio. l. ſi hæredi plures. extra, de reſcriptis. ex parte, vbi de hoc.

Copulatiua requirit concurſum copulatorum.

a ¶ Conceſſit.] ſcilicet Nicolaus tertius, aliàs quartus, vt ſupra.

b ¶ Pretio æſtimato.] ſine quo venditio procedere non poteſt, ff. de contrah. empt. & vend. l. 1. & 2. §. fine. inſti. eod. tit §. pretium.

Vẽditio nõ procedit ſine pretio.

c ¶ Gubernatore.] qui aliàs protector vel conſeruator appellari conſueuit, iuxta priuilegia multis ordinibus conceſſa.

d ¶ Hoc adiecto.] ideſt, addito.

a ¶ De-

quòd poſſent de [a] uilibus rebus mobilibus [b] uel parum ualentibus Fratres ipſi pietatis, [c] ſeu deuotionis [d] intuitu, uel pro [e] alia honeſta cauſa, & rationabili [f] (obtenta [g] tamen ſuper hoc ſuperiorum [h] ſuorum licentia) intra uel extra dictum [i] ordinem ordinare.

¶ Quamquam [k] autem pia cõſideratione motus prędeceſſor noſter ordinauit ſupradicta [l] illa dicto ordini exiſtimãs pro futura: ipſa tamen attento [m] modo vtendi Fratrum ipſorum ac dictæ Eccleſiæ ſubſecuta patientia [n] circa [o] ipſum non profuiſſe, ſed potius tam ipſis Fratribus, quàm multis [p] alijs obfuiſſe ſubſequens magiſtra rerum experientia [q] noſcitur declaraſſe. Ipſis quidẽ Fratribus quantum ad ſtatum [s] perfectionis nequaquam profuit reſeruatio: [r] dominij ſupradicta: cum enim perfectio vitæ Chriſtianæ principaliter, & eſſentialiter [t] in charitate conſiſtat; quæ ab Apoſtolo perfectionis vinculum dicitur: [u] & quæ [x] vnit, ſeu iungit aliqualiter in via [y] hominem ſuo [z] fini: ad quam [a] per contemptum bonorum temporalium, & ipſorum expropriationem [b] via diſponitur per hoc præcipue, quòd ſollicitudo [c] quam temporalia in acquirendo, conſeruando, & diſpenſando exigunt, [d] quæ [e] plerumque ab actu charitatis retrahit, [f] amputetur: [g] reſtat quòd ſi ſollicitudo eadem poſt expropriationem huiuſmodi, [h] quæ [i] ante [k] ipſam inerat, perſeueret, [l] ad perfectionem [m] huiuſmodi talis [n] expro-

a ¶ De vilibus.] iſta vilitas conſiderari poteſt aliter quàm ob pretij paruitatem, per hoc quod ſequitur, vel parum valentibus, ipſa vilitas referatur ad ipſarum rerum naturam. in corpore authen. de mand. princip. § ſi tibi. cum ibi not. collat. 3.

Immobilia non reputãtur vilia.

b ¶ Mobilibus.] hoc dicit: quia res immobiles, vtpote periculo continuo non ſubiacentes, viles reputari non conſueuerunt. arg. C. quando, & qui. quar. pars, l. 1. lib. 10 ff. ad leg. Falc. l. ſi hæres.

c ¶ Pietatis.] puta eleemoſynæ.

d ¶ Deuotionis.] puta peregrinationis.

e ¶ Pro alia.] puta commutationis voti, vel pęnitentiæ.

f ¶ Rationabili.] arbitrarie cõſideranda.

g ¶ Obtenta.] non ergo ſufficeret hoc caſu licentiam petere niſi obtineretur, vt aliàs extra, de ele. c. quàm ſit. & c. ſi religioſus. ne cleric. vel mona. cap. vt periculoſa, lib. 6.

h ¶ Superiorum ſuorum.] intellige immediatorum, vt aliàs dixi de teſta. religioſus, lib. 6. de vita & honeſt. cleric. c. quoniam. de procur. cap. religioſus Clemens Papa v.

i ¶ Dictũ ordinem.] ideſt, perſonas dicti ordinis, vel intellige ordinem, vt iacet, id eſt, communitatem ordinis.

k ¶ Quamquam.] Tertia pars.

l ¶ Supradicta.] ſcilicet § prox. ſupra.

m ¶ Attento modo.] per quem non ad ſimplicẽ vſum, ſed ad conſumptionem res ipſæ deducebantur.

n ¶ Patientia.] quæ frequenter tolerat multa, quæ in iudicium deducta minime tolerat. extra, de præb. cum iamdudum. & arg. in corpore authen. in medio litis ſacras iuſſiones non fieri, §. eam autem, coll. 8. C. de tempo appel. l. vlt. §. illud.

Patientia multa tolerat.

o ¶ Circa ipſum.] ſcilicet modum vtendi.

p ¶ Multis alijs.] qui lædebantur ex tali vſu.

q ¶ Experientia.] quæ magiſtra rerum dr̃, vt hic: cum per vſum ſcientiam tribuat in operatione, C. de iudi. l. certi. de nou Cod. confir. §. 1. in procemio Inſti. §. cumque. Et nedum ſimpliciter rerum magiſta dicitur, immo efficax appellatur. extra, de elect. quàm ſit quia docet & probat. de reſcri. ſtatutum. de elec. vbi maius, §. 1. lib. 6. C. vt in poſſeſſionem legatorum, l. ipſis rerum. & ex parte fidẽ adhiberi vult. in corpore auth. de nõ alie. aut permu. reb eccl. § quod cũt. coll. 2. C de re mili. l. ſemel, lib. 12. 50 diſt. c. vt conſtitueretur & ex præteritis vel pręſentibus quẽ inſtruit in futurũ. in corpore auth. quib. mod. na. effi. ſui. § illud. coll. 7 82. diſ. c. plurimos. iuxta ſi. in corpore auth. hæc conſtit innouat. in prima columna, coll. 8. extra, de teſta c. licet ex quadam.

Experiẽtia eſt rerum magiſtra.

s ¶ Ad ſtatum perfectionis.] ſecundum quem omnia abijcienda ſunt pauperibus eroganda. iuxta illud: Si vis perfectus eſſe, &c. 14 q. 1. in ſumma. & c. quiſquis. not. extra, de æta. & qual. ad aures.

r ¶ Reſeruatio.] ſcilicet facta Eccleſiæ Romanæ.

t ¶ Eſſentialiter.] hoc dicit, quia ſine charitate virtutes cęteræ nihil ſunt. de pœni. diſt. 2. §. cui denter. & diſt. 3. c. ſi quid autem.

Virtutes ſine charitate nihil ſũt.

u ¶ Dicitur.] in epiſtola ad Rom.

x ¶ Et qua.] ſcilicet charitas.

y ¶ In via.] ſcilicet ſalutis conſequẽdæ: in præſenti enim vita quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus, ſecundum B. Gregorium.

z ¶ Suo fini.] ideſt, gloriæ æternæ.

a ¶ Ad quam.] ſcilicet perfectionem.

b ¶ Expropriationem.] ſyllaba, ex, hic priuatiue ponitur, vt aliàs de vſur. cap. vſurarum, lib. 6. alibi autem non priuat, ſed ponit. Inſtitu. vi bon. rapt. § ſane.

Ex, quandoque priuat, quãdoque ponit.

c ¶ Sollicitudo.] id eſt, curioſitas & diligentia in temporalibus, quæ interueniẽs pretia rerum ampliat & deficiens minuit, ff. de iure fiſci, l. non intelligitur, §. diui fratres. negligentia enim cuncta lædere dicitur. in corpore authent. de quæſt. §. hæc omnia. colla. 6. iuxta illud quod ſcribitur, ſicut autem artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia. 83. diſtinct. cap. nihil.

Negligẽtia eſt eruditionis nouerca.

d ¶ Exigunt.] nam ſine his temporalia periculo ſubiacent, ad quod ff. de pet. hæred. l. ſi quid poſſeſſor. § ſicut. & l. ſi ad non, §. fructus.

e ¶ Quæ.] ſcilicet ſollicitudo.

f ¶ Retrahit.] nam ſecundum Gregorium, cum mens concepta deſideria ſequitur, ſeruire rebus conuincitur quarum amore ſuperatur. 14. q. 1. § 1. quare ad vitandã nimiam ſollicitudinem, & mentis nimiam applicationem, Chriſtus præcepit non eſſe de craſtino cogitandum, 12. q. 1. habebat Dominus. iuxta verbum Pſalmiſtæ: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Sollicitudo nimia eſt vitanda.

g ¶ Amputetur.] ideſt, tollatur, & ſubmoueatur.

h ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet temporalium.

i ¶ Quæ.] ſcilicet ſollicitudo.

k ¶ Ante ipſam.] ſ. expropriationem temporalium.

l ¶ Perſeueret.] durante enim vitio, virtus numquam aſciſcitur, ſed demum illi renunciato 32. q. 8. cum renunciatur.

m ¶ Ad perfectionem huiuſmodi.] ſcilicet quæ inducitur & diſponitur per contemptum, & expropriationem temporalium.

n ¶ Talis expropriatio.] ſcilicet poſtquam remanet ſollicitudo ſicut prius.

o ¶ Ordi-

priatio valeat nil conferre: conſtat autem quòd poſt ordinationem [a] prædictam non fuerint in acquirendis ac conſeruandis bonis [b] prædictis in judicio, & extra minus [c] ſolliciti quàm ante illam fuerant Fratres [d] ipſi, quamquam ſint religioſi Mendicantes alii [e] habentes aliqua in communi. [f] Adhuc nec vtique profuit dictis Fratribus ordinatio [g] ſupradicta, quantum ad hoc quòd propter carentiam talis [h] proprii, ſe pauperiores dicere valeant, quàm ſi res [i] ipſas cum illo (quo carere ſe dicunt) dominio obtinerent. [k] Licet etiam prædeceſſor noſter prædictus [l] dominium earum rerum, quæ ipſis fratribus offerri, ſeu conferri, [m] aut aliàs obuenire [n] contigerit, quarum tamen vſum facti dumtaxat habere licet [o] ordini vel fratribus antedictis (vſu facti [p] ſimplici prædictis fratribus reſeruato) in ſe, Romanamque Eccleſiam recipiendum duxerit, ac libere pertinere [q] decreuerit, vt ſuperius eſt expreſſum: [r] attento tamen ipſorum fratrum vtendi modo, & eius [s] effectu, ac patientia circa modum ipſum Romanæ Eccleſiæ ſubſecuta, [t] non ipſe vſus fratrum dici [u] debet, ſed potius Romanæ Eccleſiæ dominium [x] eſſe ſimplex. [y] Quis enim [z] ſimplicem [a] vſuarium dicere poterit, cui rem vſuariá licet [b] permutare, [c] vendere, [d] ac donare? [e] proculdubio hæc [f] naturæ repugnare noſcuntur, nec ad vſuarium pertinere, [g] quæ [h] tamen de rebus mobilibus antedictis [i] faciunt [k] fratres ipſi. Quòd autem dominium Romanæ Eccleſiæ reſeruatum [l] ſimplex cenſeri [m] debeat, ex hoc patet, quòd ex illo [n] nullum eidem [o] Eccleſiæ temporale obuenit [p] hactenus [q] commodum, nec ſperatur, quòd [r] obuenire debeat in futurum, cum nec [s] intentio reſer

Vſuarius rē in qua hēt vſum non transfer in alium.

Permutatio non contrahitur in re aliena.

a ¶ Ordinationem prædictam.] ſcilicet factam per Nicolaum iij. aliàs iiij.

b ¶ Bonis prædictis.] de quibus mentio facta eſt ſupra, §. proxi.

c ¶ Minus ſolliciti.] & ſic per hoc à ſtatu perfectionis retrahebantur, vt ſupra prox. dicitur.

d ¶ Fratres ipſi.] ſentientes vtilitatem in rebus talibus inani nomine dominij Romanæ Eccleſiæ reſeruato.

e ¶ Alij.] vt ſunt Prędicatores.

f ¶ In communi.] & ſic in alijs rebus prædictis ſe ſimplicem vſum habere dicebant: re tamen ipſa plusquàm ſimplex vſuarius in rebus ipſis habebant.

g ¶ Ordinatio ſupradicta.] ſcilicet Nicolai iiij.

h ¶ Talis proprij.] ſcilicet Romanæ Eccleſię reſeruati.

i ¶ Res ipſas.] de quibus ſit mentio ſ. prox. §.

k ¶ Obtinerent.] & hoc probatur per ſequentia, licet etiam, & cæt.

l ¶ Prædictus.] ſcilicet Nicolaus quartus.

m ¶ Conferri.] ſ. inter viuos.

n ¶ Obuenire.] puta ex vltima alicuius voluntate, licet contra poſſet exponi.

o ¶ Licet.] ideſt, licitum eſt.

p ¶ Vſu facti ſimplici.] qualiter hoc ſit intelligendum, inferius declaratur.

q ¶ Pertinere.] ſcilicet ad Eccleſiam Romanam.

r ¶ Eſt expreſſum.] §. proxi.

s ¶ Eius effectu.] qui frequenter res ipſas ad totalem à fratribus abdicationem deducit: & talis effectus in eis potius videtur attendendus, quàm inanis demonſtratio ſimplicis vſus facti, arg. C. ſi minor ab hęred. ſe abſtineat, l. 1. de do. l. vlt.

t ¶ Subſecuta.] hic dic, vt ſ. dixi eo. § in verbo, patientia. talis enim patientia, vbi aliàs nullum ſubeſſet iuris impedimentum, pro approbatione tacita haberetur. extra, de cogna. ſpiri. c. ſuper eo & ibi not.

u ¶ Dici debet.] ſimplex, quod eſt ſtatim.

x ¶ Dominium.] ſcilicet in dictis rebus reſeruatum eſſe.

y ¶ Simplex.] repete, dici debet.

z ¶ Quis enim.] probat quòd vſus fratrum non debeat dici ſimplex.

a ¶ Simplicem vſuarium.] id eſt, habentem ſimplicem vſum.

b ¶ Licet.] ideſt, licitum eſt.

c ¶ Permutare.] ſcilicet cum alia.

d ¶ Vendere.] pro aliquo pretio.

e ¶ Donare.] ſcilicet liberaliter.

f ¶ Hæc.] ſcilicet poſſe rem vſuariam permutare, vendere, vel donare.

g ¶ Pertinere.] Vſuarius enim rem in qua vſum habet, aliquo titulo in alium transferre non poteſt, tum quia dominium eius non habet: cum vſus inquantum eſt ſeruitus de ſui natura in aliena, non propria fundatur: quia res propria nulli ſeruit iure ſeruitutis, ff. ſi vſusfruct. peta. l. vti frui de ſeruit. vrba. præd. iure communi. de iur. dot. l. cum in fundo. & quia iure alieno conſtituitur, ff. de vſu & habi. l. prima, & l. plenum. Inſtitut. eodem titulo, §. 1. cum ijſdem modis conſtituatur, quibus vſuſfructus, vt ibi. Et vſusfructus eſt ius vtendi in rebus alienis, ff. de vſu, l. prima. Si igitur dominium non habet, ergo per aliquem titulum illud in alium transferre nō poteſt, ff de regulis iuris, l. nemo plus iuris. de acquiren. rerum domin. l. traditio. extra, de donat. inter virum & vxo. cap. nuper. 1. quæſt. 1. gratia. & quæſt. 7. cap. Daibertum. quod exigitur in titulo permutationis: nam rem alienam permutans permutationem non contrahit, ff. de rerum permuta. l. 1. §. vltimo.

h ¶ Quæ tamen.] ſcilicet permutare, uendere, donare.

i ¶ Antedictis.] ſ. quibus uti licet eiſdem.

k ¶ Faciunt.] i. facere poſſunt: iuxta ordinationem Nicolai: vel faciunt, ſcilicet de facto: quia hoc eis permittitur per illius ordinationem.

l ¶ Reſeruatum.] ſcilicet in rebus prædictis.

m ¶ Simplex cenſeri debeat.] ſcilicet potius quàm ipſe vſus fratrum, vt ſupra.

n ¶ Illo.] ſcilicet dominio.

o ¶ Eidem Eccleſiæ.] ſcilicet Romanæ.

p ¶ Obuenit.] præteriti temporis.

q ¶ Hactenus.] ideſt, vſque nunc: licet alibi aliter exponatur, ff de vſufru. l hactenus.

r ¶ Quod obuenire debeat.] & per hoc dominium vel proprietas conſueuit reddi inutilis, vt infra patebit.

s ¶ Nec intentio.] intentionis talis defectus impedit tranſlationem commodi vel emolumenti, cum & impediat tranſlationem dominij, ff. de acquir. rerum dom. l. ex man-

ex mandato, C. de his qui à non do. manumit. l. 2. & ibi not. ff de dona. l. qui mihi donatum. Intentio enim prę omnibus attenditur, ſiue in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus, ff. de contrah. empt. l. ſed Celſus, §. ſi ſuis. de condit. & demonſtrat. l. in conditionibus. de lega. 2. l. ſi ſeruus plurium, §. vlt. cum ſimilibus.

Intētio eſt attendēda.

y ¶ Vſuarij.] ſcilicet ſimplices.

z ¶ Rebus.] ſcilicet vſu conſumptibilibus.

a ¶ Repugnat.] cum habens in talibus vſum, earum dominium cenſeatur habere, ff. de vſufr. earum rerum, quæ vſu conſumūtur, l. ſed de pecunia. & l. ſi tibi. inſti. de vſufr. §. conſtituitur. & ſeq. & in talibus rebus habere vſum, tantum eſt, ſicut habere vſumfructū, vt dicto tit. ff. l. hoc ſenatus, §. vlt. & l. quoniam, §. primo. In alijs autem rebus non eſt ita: quia in illis plus eſt in vſufructu quàm in vſu, ff de vſu & habit. l. ſi habitatio, §. ſi vſus. & l. plenum. Inſtit. de vſu & habi. §. minus cum ſim.

uantis, [a] nec fratrum ipſorum fuerit, quòd ad quemcūq; alium quam ad Fratres dictarum rerum perueniret compendium: [b] quod [c] proculdubio modus vtendi fratrum ipſorum, & Romanæ eccleſiæ ſubſecuta patientia euidenter declarauit. [d] Et quòd talis intentio [e] fuerit ordinantis, [f] & ex hoc patet, quòd illarum rerum ſibi, & Eccleſiæ Romanæ dominium dūtaxat [g] retinuit, quarum vſum facti liceret [h] habere ordini, vel fratribus antedictis: talis autem dominij [i] carentia [k] re [l] in præſenti, [m] ac ſpe [n] in futurum omnimodo denudati, quo ad paupertatem temporalem, quā [o] altiorem (præ Mendicantibus alijs [p] in communi habentibus [q]) ſibi [r] vendicant dicti [s] fratres, pauperiorem non efficit [t] non habentem. Quòd [u] autem † quo ad res quę vſu [x] conſumuntur, non ſint cenſendi vſuarij [y] fratres ipſi, ex ſequentibus liquet ſatis: dicere ſiquidem, quòd in talibus rebus [z] vſus iuris vel facti ſeparatus à proprietate rei, ſeu dominio, poſſit conſtitui, repugnat [a] iuri, & obuiat [b] rationi: nec prædeceſſoris noſtri prædicta fuiſſe videtur [c] intentio [d] Romanæ Eccleſiæ talium [e] bonorum dominium reſeruare. Quis enim ſanæ mentis credere poterit, quòd intentio fuerit tanti [f] patris, vnius oui, ſeu caſei, aut fruſti panis, & aliorum vſu conſumptibilium, quæ ſæpe fratribus ipſis ad conſumendum eueſtigio [g] conferuntur, dominium Romanæ Eccleſiæ, & vſum fratribus retinere? profecto probabile non videtur, [h] præſertim cum illorum bonorum dumtaxat [i] dominium pręfatæ Eccleſiæ reſeruauerit, quorū [k] ſimplex vſus facti pertinere poteſt ad fratres dicti ordinis: quod [l] nequaquam poteſt in rebus vſu conſumptibilibus [m] reperiri, in quibus nec ius vtendi, nec vſus facti ſeparata à rei proprietate, ſeu [n] dominio, poſſunt conſtitui vel haberi. [o] Et

a ¶ Reſeruantis.] ſcilicet Papæ Nicolai quarti.

b ¶ Compendium.] ideſt vtilitas, vel cōmodum.

c ¶ Quod.] ſcilicet ꝙ ad fratres, & non ad alium illarum rerum perueniret compendium.

d ¶ Declarauit.] quaſi dicat, ipſis rerum experimētis hoc clare cognitum eſt, C. vt in poſ. leg. l. ipſis rerum.

e ¶ Et quòd talis intentio] ſcilicet ꝙ ad ipſos fratres, & nō ad alium dicta rerum vtilitas proueniret.

f ¶ Ordinantis.] ſcilicet Papæ Nicolai, vt ſupra.

g ¶ Dumtaxat.] quaſi dicat: nō aliarum.

h ¶ Liceret.] licitum foret.

i ¶ Dominij.] ſcilicet Romanæ Eccleſiæ reſeruati.

k ¶ Carentia.] ſcilicet quo ad fratres ipſos.

l ¶ Re.] ſcilicet ipſa.

m ¶ In præſenti.] ſcilicet tempore.

n ¶ Spe.] conſequendi commodum.

o ¶ Quam.] ſcilicet paupertatem.

p ¶ Alijs.] vt Prædicatoribus.

q ¶ Habentibus.] ſubaudi aliqua, ſi nō habes in textu.

r ¶ Sibi vendicant.] ideſt attribuunt.

ſ ¶ Dicti fratres.] ſcilicet Minores.

t ¶ Non efficit.] hoc ideo: quia habere dominium quod nullo tempore poſſet commodum illi cuius eſt, reportare, nihil diminuit de commodo, quod penes alium reperitur: quare pauperiorem ex hoc dicere ſe non poteſt: cum paupertas ex ſolo non habere commodum inducatur. 12. q 3. cap. pauper. immo ex hoc tale dominium inutile penitus reputatur, C. de vſufru. l. antiquitas. Inſtit. eod. tit. §. ne tamen. magis non haberi, quàm haberi fortè expediens, argu. ff. de ædil. edic. l. bouem, §. aliquando.

†Vide gloſſam poſitā in Cle. Exiui, § proinde verſ. ſolutio, videtur dicendū.

u ¶ Quod autem.] Quarta pars.

x ¶ Vſu conſumuntur.] vt ſunt res ad victum humanum neceſſariæ. Inſtit. de vſufr. § conſtituitur, ff. de vſu fruct. earum rerum, quæ vſu conſumuntur, l. ſi tibi vinū, & de verb. ſig. l. verbo victus.

b ¶ Obuiat rationi.] eſt igitur extirpandum neceſſario, cum ratione careat. 68. diſtinct. cap. chorepiſcopi.

c ¶ Videtur.] id eſt præſumitur.

d ¶ Intentio.] ad quam eſt præ omnibus recurrendum. extra, de præben. cum olim. & eodem tit. quia ſæpe, lib. 6. de conceſ. præb. auctoritate Martini.

e ¶ Talium bonorum] ſcilicet vſu cōſumptibilium.

f ¶ Tanti patris.] quia non ſolum purus 1 homo, ſed & vicarius Chriſti fuit. extra de transla. epiſc. c. inter. de re iud. ad Apoſtolicæ, § nos, lib. 6.

1 Accipe ſano modo: hoc enim dicit gl. hęc ad oſtendēdā ampliſſimam Romani Pontificis poteſtatē, ſicut notatū eſt ſuper gl. in procœ. Cle. in verbo Papa, ī hac editione.

g ¶ Eueſtigio.] ideſt de proximo. argu. ff. de offic. præſi. l. plebiſcito. de reſcri. ſtatutum, §. inſuper, libro 6. de ſta. monac. cap. periculoſo, §. verum. eod. lib.

h ¶ Non videtur.] cum per tantum patrem de tam modicis curandum veriſimiliter non fuerit, arg. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit, §. ſed & ſi proponas. extra, de ſimo. etſi quæſtiones. cum ſimilibus. Et ſuper hoc videre potes ea quæ aliàs ſuper hoc plene dixi in decret. Execrabilis. in glo. quòd redundare.

i ¶ Dumtaxat.] quaſi dicat, non aliorum.

k ¶ Quorum.] ſcilicet bonorum.

l ¶ Quod.] ſcilicet ad fratres dicti ordinis pertinere ſimplicem vſum facti.

m ¶ Conſumptibilibus.] ideſt quæ per vſum conſumuntur.

n ¶ Seu dominio.] ideſt exiſtenti ſine proprietate, & dominio.

o ¶ Vel haberi.] hoc infra multis rationibus comprobatur.

a ¶ De

quòd de [a] talibus rebus non intellexerit, [b] euidenter oſtendit, dum reſpondet [c] legi [d] dicenti, non poſſe vſumfructum à dominio perpetuo ſeparari, ne dominium dominis, ſemper abſcedente [e] vſu, inutile, [f] redderetur. quæ quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes vnum vſus rei, & penes alium dominium poſſit (licet [g] inutile) remanere, [h] quod [i] nequaquam in rebus vſu cõſumptibilibus poteſt eſſe, cum in illis per vſum vel abuſum [k] vſurarii ſubſtantia talis rei eſſe [l] deſinat, & per conſequens proprietas etiam inutilis non ſubſiſtat. [m] Cum enim uſusfructus prout eſt in re [n] conſtitutus, qui ſeruitus dicitur perſonalis, [o] & pro [p] quo reales [q] competunt actiones, nihil ſit aliud quàm ius utendi, nec uſus, qui etiam perſonalis [r] eſt ſeruitus, ſit aliud quàm ius tantum utendi rebus [s] alienis, ſalua [t] rei ſubſtantia, id eſt, [u] ius percipiendi fructus, & utilitatem [x] aliam in to-

a ¶ De talibus rebus.] ſcilicet vſu conſumptilibus: & quarum vſus poteſt ad ipſos fratres pertinere.

b ¶ Non intellexerit.] ſcilicet Papa Nicolaus.

c ¶ Dum reſpondet.] in dicto c. Exijt.

d ¶ Legi.] iſtam legem habes, ff. de vſuf. l. omnium, §. conſtituitur. Inſt. e. tit. §. conſtituitur, C. eod. tit. l. antiquitas.

e ¶ Abſcedente.] id eſt, ſeparato exiſtente: ſic exponitur dicto §. conſtituitur.

f ¶ Inutile redderetur.] Not. rem dici penitus inutilem, cuius vſus, & commoditas perpetuo ſubmouetur, vt hic, & in 1. lege, ſ. proxime allegatis. huius ratio poteſt dici: quia omniũ rerum ſubſiſtentiam vel exiſtentiam natura naturans, id eſt Deus comparauit, vt ex eis humana natura fructus perciperet. inſti. de rerum diui. §. in pecudum. quæcunque enim in terris facta ſunt, ad ſeruitium hominis facta ſunt, cum ſit digniſſima creaturarum, ff. de ædi. edi. l. iuſtiſſime.

Hominis ſeruitio cũcta ſunt deputata.

g ¶ Licet inutile.] quo ad commoditatem vſus.

h ¶ Remanere.] ſcilicet de ipſarum rerum ſubſiſtenti natura.

i ¶ Quod.] ſcilicet, ꝙ vſus penes vnũ, & proprietas inutilis penes alium valeat remanere.

Abuſus in bonam, & malã partẽ ſumitur.

k ¶ Vel abuſum.] licet aliàs abuſus in mala parte ſumi conſueuerit, vt dixi in decr. cũ inter nonnullos. hic tñ in bona ſumit: quia in talibus rebus vſus, & abuſus idẽ ſunt, ff de vſufr. ea. rerum quæ vſu conſu. l. hoc ſenatus, §. 1. & vlt. cũ ſimilibus: & ideo appellatur abuſus quia ꝑ vſum in talibus reb9 res ipſę ad totalẽ exinantionẽ deducunt: & de eſſe ad non eſſe reducuntur, vt hic.

l ¶ Eſſe deſinat.] qualiter talium rerum ſubſtantia habet per vſum tolli, vel in parte minui, dicitur, ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſu. l. 1.

m ¶ Non ſubſiſtat.] eius enim quod non eſt, nulla eſt ſubſtantia de præſenti, ff. de leg. 1. leg. ꝙ in rerũ de ver. obl. l. interdum. inſt. de inuti. ſtip. 2. reſponſo.

n ¶ In re conſtitutus.] vel inter viuos per pactum vel iudicialem adiudicationem, vel per vltimam voluntatem, ff. de vſufru. pluribus, §. 1. inſti. eo. tit. §. 1. Et dicitur in re conſtitutus, i. in certo corpore, quo ſublato & ipſum vſumfructum tolli neceſſe eſt, ff de vſufr. l. 2. inſt. eo. tit. in prin. & §. finitur, ff. quib. mo. vſufr. tol. l. repeti. §. rei. dicitur, & in re cõſtitui: quia rem ipſam afficit ſicut cæteræ ſeruitutes.

Vſusfruct9 quare dicitur perſonalis ſeruitus.

o ¶ Perſonalis.] quia perſonæ conſtituitur etiã prędiũ non habenti: quod non eſt in ſeruitutibus realibus, & prædialibus, ff. de ſer. l. 1. cõia. præd. l. 1. & cum perſona finitur, ff quib. mo. vſusfru. amittatur, l. ſicut. §. morte. nec à perſona abdicatur. immo ſi in alium per commercium transferatur. ſtatim rei dño applicatur, ff. de iure do. l. vſus fructus, & d. § finitur. licet commoditas fructuũ percipiendorũ per cõmercium in alium trãſferri poſſit. & ita intelligitur lex quæ aliàs contrarium diceret, ff. de vſuf. l. arboribus, §. vſufructuarius. de per. & cõmo. rei venditæ. l. neceſſario. §. vl. aliàs eſt ſub l. ꝙ ſi pendente. & de nouatio. l. 4. arg. etiam ad hoc extra de loca. c. veſtra.

p ¶ Et pro quo.] ſcilicet petendo tamquam agẽti competenti: vel negando alicui competere.

q ¶ Reales competunt actiones.] ſcilicet confeſſoria, & negatoria, ff. ſi vſufru. petatur. l. 1. & l. vti frui, §. vtrũ, & §. ſi patris. ſi ſeruitus vendicetur, l. loci corpus, §. in confeſſoria. In rem confeſſoria competit aſſerenti ſibi deberi ſeruitutem: negatoria illi qui negat alteri fore debitam. e. tit. l. 2. Dicuntur autem reales actiones confeſſoria, & negatoria, ab impoſitione talium nominum: non autem ex hoc prout aliqui dixerunt, quia confeſſoria verbis affirmatiuis: negatoria verbis proponitur negatiuis: nam & qñque cõfeſſoria verbis negatiuis: negatoria affirmatiuis proponi reperitur: vt in ſeruitute altius non tollendi eſt videre, ff. de no. ope. nunc. l. ſi priuſquam. Inſti. de actio, §. æque. & ibi no. & dicta, l. 2. Dicas etiam, ꝙ iſtæ reales actiones quæ pro iuribus incorporalibus competunt, dantur etiam illi qui poſſidet, vel quaſi, ipſum ius corporale, ꝙ quaſi poſſideri videtur, quamdiu in contrarium per alium factum nõ eſt, ff. ſi ſeruitus ven. l. ſi forte, §. ſciendum, & l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. Secus autẽ in actionibus realibus competẽtibus pro corporalibus, quę non dantur poſſidenti, & detinenti: nam poſſidenti non eſt prodita in rem actio, ff. vti poſ. l. 1. §. interdictũ, inſtitu. de act. § ſic itaque. licet poſſidenti, ſed non detinenti detur, ff. de rei ven. l. officium. no. de hoc extra de iud. c. examinata. Si quæras quæ ſit ratio quare realis actio poſſidenti, & detinenti nõ detur pro re corporalĩ ſed pro re incorporali? Reſpondeo: rei vendicatio non datur ad alium effectum, niſi, ꝙ poſſeſſio corporalis penes conuentum exiſtens, in actorem transferatur. de rei ven. l. qui reſtituere, C. de alie. iudic. l. 1. cum igitur actor illã quam petit, penes ſeipſum excludit. quia qđ petit, intus habet: ſufficit enim ſibi quòd effectualiter poſſideat. dicto §. interdum. Sed realis actio pro incorporalibus competens, non datur ad illum effectum tãtum: ſed vt ille qui debet ſeruitutem, nihil faciat, nullumque impedimentum pręſtet: ſed patiatur illum cui debetur pacifice illa vti, ff. de vſufru. l. 3. §. 1. de ſeruitu. l. quotiens. de ſeruitu. ruſti. prædi. l. 1. in fin. cum ſimilibus expedit igitur, ꝙ ipſi poſſidenti detur actio, ſubmotionem impedimenti aduerſarij, & eius potentiam cõſequatur: cum aliter iure etiam ſuo vti libere, & plene non poſſet.

Vſufructus quibus actionib9 peti poteſt.

Actio realis an poſſit dari poſſidenti.

Actio realis non datur poſſidẽti ꝑ re corporali, ſed bene pro re incorporali.

r ¶ Perſonalis eſt ſeruitus.] ff. de ſerui. l. 2. & quare dicatur perſonalis: dic vt dixi de ſeruitute vſusfructus. ſ. in gl. quia perſonæ.

s ¶ Rebus alienis.] hoc dicit quia res propriæ nulli ſeruire poſſunt iure ſeruitutis, vt dixi ſ. in gl. vſuarius.

Seruit nemini ſua res.

t ¶ Salua rei ſubſtantia.] id eſt, ne in totum pereat rei ſubſtantia, ff. de vſufru. l. 1. & ita ibi nota.

u ¶ Id eſt.] exponit illa verba, ius vtendi, poſita in deſinitione vel deſcriptione vſusfructus vel vſus.

x ¶ Vtilitatem aliam.] puta deambulandi, geſtandi, id eſt, ſolatiandi in fundo vſufructuario vel vſuario ff. de vſu, & habi. l. plenum.

a ¶ In

tum [a] vel pro parte [b] ſuo nomine, [c] qui poſſunt ex re in qua vſusfructus, ſeu vſus conſtituitur, prouenire, [d] propter [e] quod proprietas reputatatur inutilis, a qua perpetuo abſcedit [f] vſusfructus, ſeu vſus conſtitutus rebus ex quibus ipſis ſtantibus [g] vſufructuario, ſeu vſuario nulla poſſit vtilitas [h] prouenire: patet quòd ad hoc quòd talis vſusfructus, vel vſus in re aliqua conſtitui ualeat, requiritur [i] quòd ex re illa poſſint fructus, vel vtilitas (ſalua ipſius rei ſubſtantia) ad fructuarium vel uſuarium peruenire. Quòd ſi nulla ad ipſos poſſet ex re ipſa vtilitas (ſalua rei ſubſtantia) peruenire, quales res conſtat eſſe vſu [k] conſumptibiles, nequaquam poſſet in rebus ipſis cuiquam vſusfructus, vel vſus conſtitui, vel à [l] quoquam haberi. Adhuc [m] nec ius utendi, quod nec eſt ius in re, nec [n] ſeruitus perſonalis, ſed [o] mere ius perſonale, pro quo reales [p] actiones non [q] competunt, in rebus talibus, [r] vel rebus ipſis utendi poteſt conſtitui, uel haberi, cum & ius tale [s] exigat, quod ex re ipſa, quæ ad vtendum conceditur [t] tali modo ad vſuarium peruenire poſſet vtilitas [u] aliqua, ac cum uſu permanere uſuarii ſubſtantia [x] ſalua rei, quod [y] nequaquam poteſt (ſicut ad [z] ſenſum poteſt percipi) in rebus uſu conſumptibilibus reperiri. [a] Rurſus nec ſimplex [b] vſus, qui nec [c] eſt ſeruitus, nec [d] pro illo competit ius [e] vtendi, in talibus [f] rebus poteſt conſtitui vel haberi: cum enim vti re aliqua, nihil ſit aliud proprie, quàm fructus rei ſiue vtilitatem [g] aliam in ſolidum vel pro parte recipere, qui [h] ex ea poſſunt (ſalua rei ſubſtantia) prouenire, reſtat quod re illa vti [i] quis nequeat, ex qua (eius ſalua ſubſtantia) nulla ſibi prouenire poteſt vtilitas, quales res vſu conſumptibiles

a ¶ In totum.] hoc referas ad vſufructuarium, qui omnes fructus rei ſuos facit, ff de vſufru. l. vſufructu legato. in fi. & l. item ſi fundi.

b ¶ Pro parte.] hoc ad vſuarium referendum eſt, qui fructus rei in totum ſuos nõ facit, ſed illos ſolum qui ſibi ad vſum ſufficiunt. Inſti. de vſu & habi. §. minus, ff. eodem titulo, l. ſi habitatio, §. ſi vſus. & l. plenum. & l. fundi.

c ¶ Suo nomine.] quaſi dicat iure ſuo, non alieno.

d ¶ Prouenire.] intellige vel artificialiter, vel naturaliter, vt colligitur ex iuribus, ſupra glo. prox. allegatis.

e ¶ Propter quod.] ſcilicet, quia vſufructuarius, & vſuarius omnes rei fructus, vel partem recipiunt iure ſuo.

f ¶ Abſcedit.] ideſt ſeparatur. & quæ ſit huius ratio, dic vt dixi ſupra in glo. notem dici.

g ¶ Ipſis ſtantibus.] ideſt, in ſua eſſentiali ſubſtantia perſeuerantibus.

h ¶ Vtilitas prouenire.] exemplum poteſt poni per iura. ff. de vſufruct. l. ſtatuæ. à contrario ſenſu, de oper. ſeruor. l. vltima cum enim vſusfructus, & vſus ſint ius tantum, quo quis poteſtatem aſſequitur rei fructus, & vtilitates alias conſequendi ſublata & non exiſtente tali vtilitate, videtur non exiſtere ius ad illas tantum indultum, ff. de vſuf. uc. l. 2. inſti. eodem tit. in princ. ſicut ſublata re ſine culpa, ſubmouetur ius ad illam petendam competens, ff. de condict. furti. l. in re furtiua. & argumen. ff. de leg. 3. l. mortuo boue.

i ¶ Requiritur.] ratio eſt, quàm dixi in gloſ. prox. pręcedenti.

k ¶ Vſu conſumptibiles.] illis enim in ſua ſubſtantia remanentibus, nulla inducitur vtilitas: cum ipſa non inſurgat nec proueniat, niſi ex talium rerum conſumptione, inſti. de vſufruc. §. conſtituitur.

l ¶ A quoquam haberi.] ratio eſt, quàm dixi ſ. proxi. In gl. exemplum.

m ¶ Adhuc.] probat vlterius. ꝙ in rebus conſumptibilibus ſimplex haberi nequeat vſus facti.

Seruitus perſonalis eſt triplex.

n ¶ Nec ſeruitus perſonalis.] quæ eſt triplex ſcilicet vſusfructus, vſus & habitatio. aliæ dicuntur reales ſeu prædiales, ff. de ſerui. l. 1. de vſufr. l. ſi quis binas. & ibi not. ratione ſeruitutis perſonalis dr̃ quis in re ius habere: cum contra quemlibet rei poſſeſſorem peti poſſit, ff ſi vſufruct. pet. l. vti frui, §. vtitur. Ius autem vtendi iure ſeu ſeruitute, poteſt dici illud quod ſuperficiario in re ſuperficiaria competit vel emphyteutæ, vel feudatario, ff. ſi ager vectigalis, l. prima, & ſecunda, de ſuperficie. l. 1. §. vlt.

o ¶ Sed mere.] quaſi dicat, non iure competens, nec rem afficiens, ſed tãtum perſonæ cohærens, rei poſſeſſorem non ſequens, ff. ad Treb. l. 1 §. ſi hæres.

p ¶ Reales actiones.] l. confeſſoria, & negatoria.

q ¶ Non competunt.] ſed actio perſonalis ex pacto, argumen. ff. de ſeru. l. vt pomum. de ſerui. ruſti. prædio, l. pi̧toris. cum ibi no. de vſufruct. ſi quis binas.

r ¶ In rebus talibus.] ſcilicet vſu conſumptibilibus.

s ¶ Ius tale.] ſcilicet mere perſonale.

t ¶ Conceditur.] vt eſt videre in commodatario, cui ad certum vſum res cõceditur, ff. commodati, l. in commodato, §. ſicut. extra eodem titulo, c. 1. vel creditori, vel depoſitario, quibus vſus rei obligatæ, vel depoſitæ permiſſus eſt: expreſſe in creditore, vel tacite in depoſitario, ff. depoſiti l. die, §. primo, & C. eodem ti. ſi depoſiti.

u ¶ Vtilitas aliqua.] conſideranda iuxta rei ad vtendum conceſſę qualitatem.

x ¶ Subſtantia ſalua rei.] ſublata enim re, nullius in ea vſus poteſt ſubſiſtere.

y ¶ Quod.] ſ. ius vtendi ſubſtantia ſalua rei.

z ¶ Ad ſenſum.] ſcilicet viſus, per quem oculata fide veritas magis quàm per alium ſenſum animis hominum infigitur. inſti. de gra cogna. § vlt.

a ¶ Reperiri.] cum ipſæ per vſum conſumptioni totali ſubijciantur, & de eſſe ad non eſſe redigantur.

b ¶ Rurſus nec ſimplex.] ſcilicet ſine dominio exiſtẽs.

c ¶ Nec eſt ſeruitus.] & ſic per conſequens ius in re non imponens.

d ¶ Nec pro illo.] ſcilicet ſimplici vſu facti.

e ¶ Ius vtendi.] ſcilicet qualitercunque quæſitum.

f ¶ Talibus rebus.] ſcilicet vſu conſumptibilibus.

g ¶ Vtilitatem aliam.] quæ conſiderari poteſt iuxta rei vtilibus qualitatem, ff. de vſufruct. l. nummmatum. & l ſi cuius, §. vlt. aliàs eſt ſub l. æquiſſimum.

h ¶ Qui.] ſcilicet fructus, vel alia vtilitas.

i ¶ Vti quis nequeat.] ſ. durabili vſu perſeuerante & aliàs

eſſe [a] conſtat. Ex [b] quibus patet, quòd nec vſus qui eſt ſeruitus [c] perſonalis, nec ius utendi, quod non eſt ſeruitus, ſed mere ius [d] perſonale, nec actus ipſe utendi ſine iure [e] aliquo poſſunt in rebus uſu conſumptibilibus conſtitui, uel haberi, cum quodlibet præmiſſorum [f] exigat, quòd ex re ipſa (ſalua rei ſubſtantia [g]) poſſit habenti ius utendi, ſeu [h] utenti ex re ipſa utilitas aliqua prouenire: quod utique in rebus nequit uſu conſumptibilibus reperiri. [i]

¶ Nec [k] obuiat ſupradictis, [l] quòd idem [m] prædeceſſor noſter in ordinatione prędicta etiam illorum [n] quæ ad uitæ ſuſtentationẽ pertinent; ſibi & Romanæ Eccleſiæ dominium reſeruarit: hoc enim [o] de rebus illis dumtaxat [p] debet intelligi, quæ uſu non ſunt [q] conſumptibiles, ſine quibus humana uita non eſt [r] ſuſtentabilis, quæ utique non ſunt pauca. [s] Licet [t] autem in rebus uſu conſumptibilibus, nec ius utendi, [u] nec ipſum [x] uti poſſit conſtitui uel haberi, ipſis [y] tamen poterit ius abuti. Abuti autem (dum tractatur de rebus uſu conſumptibilibus) pro rei conſumptione ſumitur, [z] quod ei opponitur, quod eſt [a] uti. Vti quidem præſupponit quòd cum uſu, ſalua rei ſubſtantia, maneat: [b] ſed abuti exigit, [c] quòd cum actu huiuſmodi rei ſubſtantia conſumatur: [d] cum abuti nihil aliud quàm contra naturam uſus uti [f] in hac [g] materia proprie poſſit dici. Licet autem [h] quis re uiſibili [i] abſque iure utendi aliquo uti poſſit, ipſum [l] tamen uti ẽt in re [m] tali abſque iure utendi ſeparato à dominio, uel coniuncto, nec ab aliquo poteſt [n] conſtitui, nec [o] à quoquam haberi. Et quòd [p] talis uſus conſtitui nequeat, ex hoc patet, quòd dare uel conſtituere quod ſuum non [q] eſt, nec ad ſe [r] pertinet, nemo [s] poteſt; licet interdum illud [t] dare poſſit aliter quàm ſit [u] ſuum. Actus autem ipſe uten-

aliàs momentaneum dicitur, vt infra ſequitur.

a ¶ Eſſe conſtat.] cum (vt ſupra dixi) per vſum eſſe penitus deſinant.

b ¶ Ex quibus.] ſupradictis, verſi. ꝙ autem. huc uſque.

c ¶ Seruitus perſonalis.] ff. de ſerui. l. 1.

d ¶ Ius perſonale.] dic vt ſ. prox. dixi in ver. ſed mere.

e ¶ Sine iure aliquo] hoc inferius latius explicabitur.

f ¶ Præmiſſorum.] ſcilicet vſus, qui ſit ſeruitus perſonalis: vel qui ſit ius mere perſonale: vel actus vtendi aliquo iure.

g ¶ Subſtantia.] aliàs deſinit in ea omnis vſus, vt ſupra dixi.

h ¶ Seu vtenti.] ſcilicet ſine aliquo iure.

i ¶ Reperiri.] quia per vſum totaliter eſſe deſinunt, vt prædixi.

k ¶ Nec obuiat.] quinta pars.

l ¶ Supradictis.] ſcilicet in parte præcedenti: & maxime in verſi. ꝙ autem.

m ¶ Idem prædeceſſor noſter.] ſcilicet Nicolaus quartus.

n ¶ Illorum.] ſcilicet bonorum.

o ¶ Hoc enim.] ſcilicet quòd dominium taliũ bonorum ſibi reſeruauerit.

p ¶ Dumtaxat.] q. d. non de alijs: per ea quæ dicta ſunt. ſ. proxi.

q ¶ Non ſunt conſumptibiles.] ſubaudi, ſed durabiles.

r ¶ Non eſt ſuſtentabilis.] ſcilicet commode.

s ¶ Nõ ſunt pauca.] ſubaudi, immo multa: ſicut eſt habitatio, ſtratus ſiue lectus & ſimila. ff. de verb. ſign. l. quos nos §. viuere. de au. & ar. leg. l. veſtis, §. virilia. & §. familiaria. cum ſimilibus.

t ¶ Licet autem.] Sexta pars.

u ¶ Nec ius vtendi.] quod eſſe debet ſalua rerum ſubſtantia.

x ¶ Nec ipſum vti.] ſcilicet durabile.

y ¶ Ipſis.] ſcilicet rebus conſumptibilibus.

z ¶ Sumitur.] probatur hoc ff. de vſufr. earum rerum quæ vſu conſu. l. hoc ſenatus, §. 1. & ſeq. nam abuſus in rebus talibus pro aſſumptione, ideſt conſumptione accipitur, vt ibidem dicitur.

a ¶ Quod eſt vti.] cum de ſe non ſit ei conſumptibile, ſed conſeruabile, ff. de vſufr. l. 1. inſti. eod. tit. in princ. & ſtatim ſequitur.

b ¶ Maneat.] vt in iuribus ſ. prox. alleg. & ff. de vſu & habi. l. plenum.

c ¶ Exigit.] ſcilicet neceſſario.

d ¶ Conſumatur.] cum ſine conſumptione in talibus rebus non ſit vſus: vnde quaſi aſſidua permutatione extingui dicuntur. Inſti. de vſufr §. conſtituitur.

e ¶ Cum abuti.] ſcilicet de ſe rei conſumptibilis.

f ¶ Vti.] de ſui natura rei conuerſabilis.

g ¶ In hac materia.] hoc dicit quia in alia materia abuſus in alia parte ſumitur, & ideo reprobatus. quod dic, vt ſupra in glo. licet aliàs.

h ¶ Licet autem.] adhuc probat ꝙ vſus facti abſque alio iure haberi non poſſit.

i ¶ Re viſibili.] ideſt apta ad vtendum.

k ¶ Vti poſſit.] ſcilicet de facto. vt eſt videre in fure, prædone, raptore, & ſimili.

l ¶ Ipſum tamen.] id eſt ipſa poteſtas vtendi.

m ¶ In re tali.] ſcilicet vſibili.

n ¶ Poteſt cõſtitui.] cum regulariter quis alteri nequeat conſtituere quod non habeat: vt dixi in parte præcedenti, in gloſ. vſuarius enim. & ſtatim ſequitur.

o ¶ Nec à quoquam haberi.] cum enim haberi proprie cum effectu debeat intelligi, ff. de verbor. ſignific. l. nomen filiarum, §. habere. ſequitur, ꝙ uti re vſibili abſque aliquo iure vtendi, non ſit vſum habere: cum ex hoc illud appareat alienum, arg. 14. quæſt. 4. quid dicam. 93. diſt. illud. 16. quæſt. 4. licet, C. de fund. rei priua. l. vſus aquæ, libro 11.

p ¶ Et quod talis vſus.] ſcilicet abſque aliquo iure vtendi.

q ¶ Suum non eſt.] ſcilicet quo ad dominium.

r ¶ Nec ad ſe pertinet.] ſcilicet aliàs quàm iure dominij. Et hoc dicit. quia aliquando quis id quod ad ſe pertinet ſine dominio alteri conſtituit: vt inquilinus, qui domum conductam alteri locãdo eius vſum transfert, C. commodati, l. nemo prohibetur. Et vſufructuarius qui non eſt dominus, vſumfructum transfert, ff. de vſufru. arboribus, §. vſufructuarius.

Vſufructuarius vſumfructũ trãſfert.

s ¶ Nemo poteſt.] niſi ex vi pacti, iuris, vel iudicis auctoritate aliud contingat, extra, de do. inter vir. & vxor. c. nuper, ff. de reg. iur. nemo plus iuris. in quibus de hoc. cum ſimil.

t ¶ Illud.] ſcilicet quod ſuum eſt, uel ad ſe pertinet.

u ¶ Quàm ſit ſuum.] hoc dicit propter dominum proprietatis, qui in ipſa habet vſumfructum cauſalem: & tamen

Vſusfructus formalis differt à cauſali.

tamen non illum cauſaliter, ſed formaliter alteri cōſtituit: licet ipſum taliter, ideſt formaliter nō habeat. arg. ff. ſi vſusfru. peta. l. vti frui. & ideo pactionibus dicitur poſſe conſtitui, ff. de vſufru. l. 3. inſti. eo. tit. §. 1. codic. l. quidam referunt. extra, de eccle. ædi. c. ad audiētiam 2. ſicut quod in rerum natura non eſt, in ſtipulationem deduci non poteſt. inſt. de inue. ſtip. circa prin. & per alia quæ dixi in c. cum inter nonnullos.

Libertatis definitio.

a ¶ Dominus dicitur.] vnde legitur, ꝙ libertas eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi quod vi aut iure prohibetur, ff. de ſta. ho. l. libertas, & ideo ſcribitur, ꝙ vis animæ non infertur 21. q. 5. § 1. Licet autem quis ſuorum actuum dicatur dominus per naturalem libertatem arbitrij, non autem mēbrorum ſuorum dominus dicitur, vt illorum æſtimationē facere poſſit, ff. ad leg. Aquil. liber homo. cum illam æſtimationem non recipiant. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicatur, l. ex hoc. de ijs qui deiec. vel. effu. l. vlt.

Membrorum dominus proprium nemo videtur.

di ad vtentem pertinet inquantum quis ſuorum actuum per liberum arbitrium, & voluntatem dominus dicitur, [a] cum per [b] hoc illos non exercere valeat, vel etiam exercere: non autem actus ipſe vtendi ad eum [c] pertinet, qui concedit alii, quod in re ſua actum illum valeat exercere: quod vtique nihil eſt aliud, quàm quòd actum ſuum ad rem cōcedentis ad actum ſuum vtens valeat applicare. Sicut [e] qui equum ſuum alicui commodat, non actum equitandi concedit [f] commodatario, ſed quòd actum illum in equo ſuo valeat exercere: quod non eſt vtique actum vtendi ſimplicem concedere ſine [h] iure, cum hæc concedere nihil ſit aliud quàm concedere ius vtendi: quod quidem ius [i] vtendi ſeparatum à proprietate, ſeu dominio in rebus, quæ vſu conſumuntur, nequit [k] conſtitui: vt patet manifeſtius ex prædictis. Præterea [l] quòd ſimplex vſus, ideſt, ſine iure vtendi à proprietate, ſeu dominio ſeparatus, etiam in re vſibili haberi nequeat, ſic probatur: Si enim poſſit haberi vſus [m] talis; aut ante actum ipſum, aut in ipſo actu, aut poſt completum actum huiuſmodi haberetur. [n] Quòd autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet, quod non eſt, nequaquam [o] haberi poteſt: patet autem, quòd actus ipſe antequam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut poſtquam perfectus eſt, in rerum natura non eſt, ex quo ſequitur quòd haberi minime poteſt: licet enim, & ante actum ipſum quis facultatem illam habeat exercendi: per [p] hoc tamen actus ipſe in rerum natura niſi in [q] potentia, non [r] exiſtit: cum autem actus eſt in fieri, [s] nec adhuc quòd ipſe actus in rerum natura ſit, poteſt [t] dici, licet pro eo, quòd ſit in fieri, [u] dici poſſit: quod enim de actu [x] qui eſt in fieri, [y] præterijt, uel futurum eſt, iam non eſt in rerum [z] natura, ſed in [a] memoria, uel [b] apprehenſione tantum eſt: quare, niſi prout in

b ¶ Cum per hoc.] ſcilicet liberum arbitrium.

c ¶ Ad eū pertinet.] ratio huius eſt: quia actus vel opera vnius non eſt alterius, ff. de condi. indeb. l. ſi non ſortem, §. libertus.

d ¶ Quod.] ſcilicet concedere alteri in re ſua actum aliquem exercere.

e ¶ Sicut.] exemplificat.

f ¶ Concedit commodatario.] cum illum per ſe habere noſcatur.

g ¶ Actum illum.] ſcilicet equitandi.

h ¶ Sine iure.] ſcilicet vtendi: immo cū iure vtendi ſit talis conceſſio.

i ¶ Ius vtendi.] in tātum, ꝙ non eſt reuocabile, niſi actu cōpleto, ff. cōmodati, l. in commodato. §. ſicut. extra eo. tit. c. 1.

k ¶ Nequit conſtitui.] cum in rebus talibus habens vſum, proprietatem cenſeatur habere: vt pluries dixi in parte præcedenti.

l ¶ Præterea.] probat adhuc ſimplicē vſum facti abſq; aliquo iure eſſe non poſſe.

m ¶ Vſus talis.] ſcilicet abſque aliquo iure.

n ¶ Haberetur.] vltra iſta nullum tēpus eſt dare: quia omne tempus vel in præteritum, vel in præſens, vel futurum diuiditur, ff. de iniuſto teſta. l. cum in ſecundo inſti. de verb. oblig. §. conditiones, ff. ſi cer. pet. l. cum ad præſens. cum legibus ſequentibus.

o ¶ Nequaquam haberi poteſt.] comprobatur hoc per iura, ff. com. præd. l. ſi ſeruitutis. § futuro. ſicut, & perſona quæ nondum eſt, re aliqua vti non poteſt, ff. de iure

p ¶ Per hoc tamen.] ſcilicet, ꝙ habet facultatē illum exercendi.

q ¶ Niſi in potētia.] talis potētia aliàs appellatur aptitudo. extra de bap. maiores. § cæterū. ſicut de iuſtitia inquantum eſt humana creatura, dicitur, ꝙ eſt conſtans, & perpetua voluntas, in potētia videlicet vel aptitudine: quia in actu frequenter eſt contrarium, ff. de iuſ. & iu. l. iuſtitia. & de matrimonio quod eſt coniunctio maris, & fœminæ, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, ſcilicet aptitudine vel propoſito: licet non actu. Inſti. de iure perſona. circa princi. 27. q. 7. § 1. & de poſſeſſione momentanea. C. momenta. poſ. l. 1. qui legitimam perſonam, l. momentaneę.

Matrimonij definitio, & explicatio.

r ¶ Non exiſtit.] opus eſt facto: quod quidem ſola voluntas vel facultas non inducit, ſed operatio facti, ff. de conſt. pec. l. promiſſorum, §. cōſtituto. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſi voluntate. de re iud. l. 4. §. ait prætor. de pig. act. l. non eſt mirum. extra de offi. ord. paſtoralis, §. vlt. vt lit. non conte. quoniam, §. in alijs. cum ibi not. de eo qui mit. in poſ. c. 1. in fin. de hoc de re iu. cum aliquibus.

s ¶ In fieri.] id eſt, exercitio ipſo facti.

t ¶ Poteſt dici.] quia actus aliquis antequam completus ſit, eſſe completus dici non poteſt: ſicut de illo qui eſt in via eundi ad ſanctum Iacobum, dici non poteſt, ꝙ iuerit, donec intentionem ſuam compleuerit. arg. ad hoc ff. de cond. ob cau. l. ſi pecuniam. de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatus eſſem. de fur. ſiue igitur. inſtit. de obl. quæ ex deli. naſc. §. manifeſtus, C. de poſthu. hære. inſt. l. pen. ad Syllania. l. penult.

u ¶ In fieri.] expone, vt ſ. proxi.

x ¶ De actu.] ſcilicet inchoato.

y ¶ In fieri.] ſcilicet completo.

z ¶ In rerum natura.] hoc referri ad præteritum, & futurum poteſt.

a ¶ In memoria.] ſcilicet præteriti.

b ¶ Vel apprehenſione,] ſcilicet futuri.

a ¶ Habe-

memoria, vel apprehenſione tantum eſt, haberi [a] nequaquam poteſt. Quod autem in præſenti fit, momentaneum [b] vel inſtantaneum [c] eſt: quod vtique magis intellectu quàm ſenſu percipi poteſt: [d] vnde nec poteſt haberi pro tũc, [e] niſi pro momento illo ſeu inſtanti, in quo cum fit, [f] poteſt dici actum poſt actum completum: licet ſi ex facto ipſo producta res aliqua fuerit, res ipſa aliqua facta haberi [g] valeat: factum tamen ipſum quod iam tranſit, niſi in memoria (prout ſupra dictum eſt) non habetur, [h] Præterea [i] ſi ſimplex vſus abſque iure vtendi haberi poſſit ab aliquo, conſtat quòd non iuſtus eſſet actus vtendi huiuſmodi reputandus; [k] cum ille vſus fuerit cui ius non competebat vtendi: talis autem vſus non iuſtus ad perfectionis ſtatum nequaquam [l] pertinet, nec perfectioni aliquid [m] adijcit, ſed ſibi repugnare potius ac detrahere [n] noſcitur manifeſte. Quod autem vſum non iuſtum conditor [o] canonis fratribus ipſis intellexerit reſeruare, nequaquã debet aliquis ſapiens æſtimare: [p] immo quòd de iuſto [q] intellexerit, ex eo poteſt euidentius apparere, quòd in eadem ordinatione curauit adiicere, quòd illarum rerum dumtaxat in ſe, & Eccleſiã Romanam recipiebat dominium, quarum vſum facti liceret [r] habere fratribus ſeu ordini antedictis: ſubiungens [ſ] nihilominus, quòd non rerum [t] omnium vſum habere debeant fratres ipſi: quantum autem ad vſum facti ſimplicem abſque omni iure vtendi attinet, nulla rerum quo ad fratres differentia eſt cenſenda: ſic enim vti de facto [u] poſſunt prohibitis ut permiſſis, [x] quare præmiſſa rerum [y] diſtinctio [z] ad illum vſum facti potius [&] eſt referenda, pro

Princeps in terris, eſt dictus lex animata.

Nunc, & nil aliud de tẽpore conſtat haberi.

a ¶ Haberi.] ſcilicet de præſenti.

b ¶ Momentaneum.] idem per momentum durans. arg. C. ſi de momen. poſ. fue. appellatũ. l. 1. qui legi. perſonam, &c. l. momentaneæ.

c ¶ Inſtantaneum.] ideſt, in inſtanti faciendum.

d ¶ Percipi poteſt.] ſimile, ff. de ſol. ratũ rem ratam haberi. l. quo enim, §. Iulianus. extra, de dona. Apoſtolicæ.

e ¶ Pro tunc.] ſcilicet præſenti.

f ¶ Cum ſit, poteſt dici actum.] cum ſtatim vel in momento eſſe deſinat. argu. ad hoc ff. de cõd. ob cau. l. qui ſe. 2. reſponſio. de dona. inter virum & vxo. l. 2. §. vlti. de iure do. l. licet, § quotiens. de ſolu. l. ſi pecuniam.

g ¶ Haberi.] cum effectu intelligitur, ff. de verb. ſig. l. nomen, §. habere. immo aliàs tale habere in momento deſinens, eſſet deriſorium. arg. ff. de iure do. l. cum poſt, §. gener. cum ibi not. & de leg. primo, leg. legato generaliter.

h ¶ Non habetur.] illud enĩ qđ iam factum eſt, cũ in inſtãti nõ ſit, de p̃ſenti nõ habet̃, quia ſe nõ põt habere ad eſſe vel nõ eſſe p̃ſens. arg. ff. ſi cer. pet. cum ad præſens. & iniuſto teſt. l. cum ſecũdo. inſti. de verb oblig. § cõditiones. & qđ iam factũ eſt, ꝓ nõ facto haberi nõ põt. ff. de capt. & poſtl reuer. in bello, §. factę, in corpore auth. de æqua. do. §. 1. col. 7. 32. q. 5. ſi Paulus, nec ipſum factũ amplius eſſe põt. ar. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. arg 63. diſt §. pariter. quare conſueuit dici, ꝙ de tempore non habemus niſi nunc. Et ſuper hoc quod hic dicitur de tempore præterito, præſenti, vel futuro, vide quod plene tractat Auguſtinus lib. 11. confeſſionum.

i ¶ Præterea.] adhuc probare nititur, ſimplicem vſum facti ſine aliquo iure non poſſe ſubſiſtere.

k ¶ Reputandus.] hoc probatur clare per ea quæ dixi in decret. cum inter nonnullos in gl. ſed vnde.

l ¶ Nequaquam pertinet.] cum perfecti ſit nulli nocere, quod faceret vſum non iuſtum habendo: omnibus autem velle prodeſſe. 14. q 5. in c. denique.

m ¶ Aliquid adijcit:] cum ad perfectum ſpectat omnia contemnere. 14. q. 1 §. 1.

n ¶ Detrahere noſcitur.] quia cum perfecti ſit (vt dixi) nihil etiã iuſte habere velle, ſed omnia contemnere: iniuſtum vſum habendo ſe in repugnãtiam deducit arg. C. de mune. pa. l. profeſſio. lib. 10. ff. de vaca. muner. l. in honoribus, §. philoſophis. de variis, & extraor. cogni. l. 1. § & an philoſophis. 12. q. 2. c. gloria epiſcopi. in ver. Socrates.

o ¶ Conditor canonis.] ſcilicet Nicolaus.

p ¶ Æſtimare.] cum enim ipſe ſit Chriſti vicarius. de trãſla. epi. c. quanto. de re iud. ad Apoſtolicæ. § nos. li. 6. & lex animata in terris in corpore auth. de cõſue. circa ſi. coll. 4. nihil iniuſtum in dubio permittere videtur. ar. 21. diſt 1. nũc autem. 40. diſt. c. non nos cum ipſemet ꝓfiteatur ſe velle obſeruare qđ ſuæ volunt leges. in corpore authent. de iud. § omnis, coll. 6 nec vult à iuris tramite declinare. extra de prob. licet, §. 1. & arg. de excep. cap. cum inter. & ne aliàs iniuſtitia vel iniuria oriatur vnde iura naſci debent, C. vnde vi l meminerint. extra de accu. l. qualiter. & ne ſua conſtitutio aliquid imperfectum, aliquidve iniuſtũ continere dicatur, contra l. ſi quis ſeruum, C. qui mili. nõ poſ lib. 12. de his quib. vt ind. l. cũ Syllanianum. cũ & ipſe ſua reſcripta contra ius elicita p̃cipiat ab omnibus refutari, C. de preci. impe. offe. l. reſcripta. 25. q. 2. c. nec damnoſa & cap. ſeq. immo auferẽda ſunt de manibus portantis, & principi referẽda, C de paga. ſacrifi. & re. eo. l ſicut. not extra de ſi. inſtr. paſtoralis. Itẽ ſi priuatus aliquid iniuſtum vel iniurioſum alteri in dubio permittere non videtur. ff. de his quæ in frau. cre. l. ſi pater. de cond. ind. l. ſi procurator. §. Celſus. multo minus princeps, in corpore authen. vt differentes iudices, § ſi tamen contingit. coll. 9.

q ¶ De iuſto.] ſcilicet vſu.

r ¶ Liceret.] ideſt licitum eſſet: per hoc excludẽs vſum non iuſtum. argu. 14. q 4 c quid dicam. 23. q. 7. c. 1. ff. de condi. inſtitu. l. filius.

ſ ¶ Subiungens.] dictum c Exiit, §. præterea loca.

t ¶ Non rerum.] omnium, puta pecuniæ.

u ¶ De facto.] ex quo ſupponitur abſque omni iure.

x ¶ Vt permiſſis.] in quibus cenſetur vſus non iuſtus, ex quo eſt abſque iure vtendi, vt ſupra.

y ¶ Rerum.] quarum vſum licet vel non licet habere fratribus ipſis.

z ¶ Diſtinctio.] facta per Papam Nicolaum.

& ¶ Potius eſt referenda.] ſi quæras quare hoc; Reſpõdeo: quia ad illum relata magis iuri communi conue-

ali:

quo ipſis competit fratribus ius [a] vtendi: quarundam [b] enim rerum vſus fratribus ipſis prohibitus noſcitur, & quarundam [c] permiſſus: ex quo [d] ſequitur, quòd uſus facti, de quo ordinatio [e] loquitur, [f] de tali [g] intelligi debeat, qui iuſtus ſit, ideſt, [h] pro quo competat ius utendi: & hoc conditor ipſe [i] canonis exprimit euidenter, cum in eadem ordinatione adiecerit, quòd moderatus [k] vſus in expreſſis [l] prius rebus ipſis fratribus eſt conceſſus. [m] Præterea [n] ſi in rebus cōſumptibilibus poſſit vſus conſtitui vel haberi, nequaquam ſimplex [o] nec à rei ſubſtantia, proprietate, ſeu dominio ſeparatus vſus huiuſmodi poſſet [p] dici: cum per talem uſum, id eſt utendi actum & in ipſo actu, & cum ipſo actu res conſumatur huiuſmodi, ac in ipſius rei exerceatur ſubſtantia, nec ſine rei ipſius conſumptione eſſe [q] valeat vſus talis: ex quo patet, quòd vſus talis nec ſimplex nec ſeparatus [r] à dominio poteſt dici.

[s] Rurſus [†] nedum fratribus ipſis ordinatio [t] prædicta non profuit, ſed etiam occaſionaliter honori [u] ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non [x] leuiter detrahit & detraxit. Nunquid non prefatæ Eccleſiæ derogatur honori, ſi ipſam oporteat nunc in foro eccleſiaſtico, [y] nunc in ſeculari, [z] interdum quoque coram pedaneis [a] iudicibus, & plerumque pro rebus paruis [b] & uilibus [c] continue [d] litigare? Hoc [e] autem notū [f] eſt fieri: cum occaſione retentionis [g] dicti dominij, omnes cauſæ occurrentes agendo uel defendendo pro bonis huiuſmodi nomine Romanæ Eccleſiæ virtute cuiuſ-

ale: & per conſequens rei agēdæ utilior eſt: quare ipſa potius eſt ſuſcipienda. arg. ff. de reg. iur. l. quoties idem ſermo. & minus per hoc habet iniquitatis, quare potius eſt eligenda. argu. eod. titu. l. quotiēs nihil. nam verba ſunt in dubio interpretanda, vt iuri communi non obuient. arg extra de reſcrip. cauſam quę. de cōſue. cum dilectus. &(quod plus eſt) verba ad extraneum ſenſum trahenda ſunt, vbi res de qua agitur, aliter falſa eſſe nō poſſet. C. de libe. pręterit. l. 4. & not. extra de ver. ſig. c. intelligentia.

Verba quandoque ad extraneū ſenſum trahūtur.

a ¶ Ius vtendi.] ſaltem perſonale.

b ¶ Quarundam enim rerum.] vt pecuniæ.

c ¶ Quarundam.] vt duarum tunicarum breuium, & ſimilium: vt in dicto c. Exiit, § licet autem.

d ¶ Ex quo.] ſcilicet, quia quarundam rerum vſus eſt prohibitus, & quarundā permiſſus.

e ¶ Ordinatio.] ſcilicet Nicolai.

f ¶ Loquitur.] ſcilicet ipſe Nicolaus per ordinationē: nam ipſa ordinatio cum de ſe ſit inanimata, non loquitur. ſecundum enim modum loquēdi ſcriptura loqui dicitur, id eſt Deus vel homo per ſcripturā. C. de ſum. tri. epiſtola, inter claras. circa prin. & ibi no.

Scriptura loqui dicitur.

g ¶ De tali.] ſcilicet vſu.

h ¶ Id eſt.] congrua eſt hæc expoſitio, cū ſine iure utendi omnis vſus iniuſtus cenſeatur: vt ſup. & plene probaui in c. cum inter nonnullos. ad quod ſuper hoc te remiſi.

i ¶ Ipſe.] ſcilicet Nicolaus.

k ¶ Moderatus vſus.] per hoc denotare volens vſum competere cum iure in rebus permiſſis: cum immoderatio à iure reprimi dicatur, vt in præ. decr. & de verb. ſig. c. vlt. & arg. C. vnde vi. l. 1. ff. de teſti. l. 1.

l ¶ Expreſſis prius.] dicto c. Exiit. §. in alio. & §. quia vero.

m ¶ Eſt conceſſus.] ex hoc cōcluditur manifeſte vſum competere cum iure vtendi prouenienti ex conceſſione principis tale ius inducentis. arg. 8. diſt. quo iure. l. iniuriarum. § 1.

n ¶ Præterea.] adhuc probat in rebus conſumptibilibus ſimplicem vſum non cadere.

o ¶ Simplex.] ſcilicet ab omni iure.

p ¶ Poſſet dici.] ratio eſt quæ ſequitur, &c.

q ¶ Eſſe valeat.] hoc ſup. pluries probatum eſt, quare non eſt iterandum.

r ¶ Nec ſeparatus à dñio.] cum habens in talibus reb. vſum, habere dicatur dominium, vt ſ pluries probaui.

ſ ¶ Rurſus.] Septima pars.

t ¶ Ordinatio prædicta.] ſcilicet Nicolai.

u ¶ Honori.] qui ſeruādus eſt, cum enim ex præcepto Chriſti, matri carnali ſit honor exhibendus, & etiā ex iuris diſpoſitione. ff. de obſ. à li. l. 1. §. 1. & l. liberto. cū ſim. multis: multo fortius matri ſpirituali, qualis eſt Eccleſia Romana, mater omnium fideliū & magiſtra. 12. diſt. c. non decet. extra de ſum. tri. damnamus. ad ſi. de foro compe. c. vlt. 2 q 6. c. ad Romanā. 2. & de tali honore dici cōſueuit, quod eſt quibuſcunque diuitijs præferendus. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. Iulianus. & argu. ff. de au. & arg. lega. l. ueſtes, §. muliebria.

Mater eſt honorāda.

: Vide Bar. lib. 2. Minoric. 8. diſt. dicentē cōſtitutionē Martini nō prorſus correctā. adde Baldū relatum per Petrū de Anchar. in clemē. Exiui.

x ¶ Nō leuiter.] quaſi dicat, immo grauiter.

y ¶ Foro eccleſiaſtico.] ſcilicet cōtra clericū, vel laicum pro iure eccleſiaſtico, ſpirituali, vel ei annexo. extra de iud. quā to. vel aliàs tēporali iuriſdictioni eccleſię ſubditō. de fo. comp. licet, cum ſim.

z ¶ Seculari.] cui cū rei ſunt ſubditi, actor forum eorum ſequi tenetur. de fo. cōp. c. ſi clericus. 11. q. 1. experientię. C. de iuriſd. om. iud. l. in criminali. cum ſim.

Actor forū rei ſequi debet.

a ¶ Pedaneis iudicibus.] quales ſunt qui humiliora & uiliora negotia diſceptāt. C. de peda. iud. per totum. & maxime in l. vlt.

Iudices pedanei qui ſint.

b ¶ Paruis.] paruæ dici poſſunt reſpectu habito ad qualitatem potentis arg. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed proponas. extra de ſimo. & ſi quæſtiones. & plene dixi in c. Execrabilis.

c ¶ Vilibus.] hic uidere potes quod no. in corpore authen. de man. prin. §. ſi tibi. coll. 3.

d ¶ Continue litigare.] quaſi dicat, certe detrahitur: cū epiſcopus ſe litigioſum non debeat exhibere: cum ex hoc ordinari etiam prohibeatur 40 di. §. 1. & c 1. & ſeruum Dei litigare non deceat: quare dicitur quod verecūdia non eſt uituperanda, ſed laudanda, ff de trib. act. l. illud, § quid tamē. de alienat. iudicij. l. item ſi res, §. poteſt. In hoc autem potiſſime detrahitur, cum Eccleſia litigando partem cum alio faciens, habeat ad præſentiā iudicis infimi uenire, C. de epiſc. & cle. l. iubemus, & ipſa ſit illa ad quam undecunque omnis oppreſſus recurſum habiturus eſt, vt ad matrem, 2. q. 6. c. ad Romanam, & c. omnis oppreſſus.

Epiſcopus non ſit litigioſus.

Verecūdia eſt laudanda.

e ¶ Hoc autem.] ſcilicet litigare, etiam coram pedaneis iudicibus.

f ¶ Notum.] quod probatione non eget. 2. q. 1. de manifeſta. extra de iureiuran. ad noſtram. C. de accuſa. ea quidem.

g ¶ Retentionis.] ſcilicet factæ per Nicolaum Papam,

dam priuilegij à fęlicis recordationis Martino Papa Quarto, prædeceſſore noſtro conceſſi, ſuper hoc agitentur, [a] & (quod grauius eſt cenſendum) procuratores cauſarũ huiuſmodi multos vexare [b] dicuntur indebite, licet poteſtas attributa procuratoribus talibus per priuilegium antedictum quo ad adminiſtrationem bonorum [c] prçmiſſorum dudum ſeruata non fuerit, nec [d] ſeruetur: quæ [e] omnia in notam [f] & iniuriam [g] ſanctæ Romanæ Eccleſiæ non eſt dubium redundare. Adhuc ordinatio antedicta [h] eccleſiarum prælatis, & rectoribus [i] grauis exiſtere nimium & moleſta [k] monſtratur. Numquid non graue prçmiſsis [l] poteſt exiſtere, quòd ipſos oporteat ſe opponere [m] ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ipſorum [n] caput noſcitur, [o] & magiſtra, [p] ac cum ea agendo vel defendendo litigare [q] aſsidue, vel cedere iuri [r] ſuo? hoc [s] tamen oportet illos [t] facere, cum in multis dicti fratres prçdictis [u] exiſtere dicantur iniurij, [x] ſicut multorum prçlatorum & rectorum diuerſarum prouinciarum adhuc in curia exiſtentium habet inſinuatio, [y] qui quidem fratres facta [z] ſua per procuratores nitũtur defendere [a] antedictos.

¶ Nos [b] itaque qui ueritatem tenemur colere, [c] velut ille, qui illius, [d] qui veritas [e] noſcitur, [f] licet [g] immeriti, uicem teneamus [h] in terris, illa volentes in ſancta Dei Eccleſia, quæ non verbo obtinent tantum, ſed quære potius obſeruari: [i] premiſsis [k] in ſcrutinio rectæ conſiderationis adductis, [l] ac delibera-

a ¶ Agitentur.] ideſt agitari habeant coram certis iudicibus uel conſeruatoribus deputatis.

b ¶ Vexare indebite.] quod per eccleſiam alijs prohibetur. de reſcr. nonnulli. & c. quia non nulli. cum ſim. ergo ab hoc debet Eccleſia abſtinere. extra de na. ex libe ven. c. 1. arg. ff de fideiuſ. tutor. ſi ſeruitus vendicetur, in l. alius. de cõd. indeb. l. frater à fratre. 11. q. 1 Sylueſter. 25. diſt. c. vlt.

c ¶ Bonorum præmiſſorum.] quorum dominiũ fuit Eccleſiæ Romanæ per Nicolaum Papam retentum.

d ¶ Nec ſeruetur.] quare ex hoc dici poſſet aliqualiter abrogata. arg 4. diſt. § leget. & arg. c. quæ no. in fi. in corpore authen. de man. prin. §. patrocinio. coll 3. de tabel. §. illud quoque coll. 4. Vel dic ꝙ poteſtas licita per priuilegium illud procuratoribus conceſſa per eos abutentes illo nõ fuit ſeruata: quare ꝑ hoc priuilegiũ amittere debuerũt. 84. diſtin. c. vbi iſta. 11. q 4. priuilegiũ. extra de priuil. tuarum.

e ¶ Quæ omnia.] ſcilicet litigare, & per priuilegiũ alios vexare indebite, vt ſupra.

f ¶ Notam.] id eſt diffamationem.

g ¶ Iniuriã.] quę põt dici inſurgere hoc caſu ex indebita, prætextu priuilegij facta de aliquo, vexatione. argum. extra de foro compet. c. nullus.

Copula cõiũgit diuerſa.

h ¶ Antedicta.] ſcilicet prædicti dominij retentiua.

i ¶ Et rectoribus.] quocunque nomine cenſeantur. argum. 1. quæſt. 3. ſaluator. & per iſtam copulatiuam, Et, videtur hic innui, quod ſimplices eccleſiarum rectores non dicantur prælati: cum de ſui natura copula coniungat diuerſa. ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. Sed de hoc dic, vt no. extra de iud. decernimus. de offic. ord. c. cum ab eccleſiarum. & hoc uerbum, prçlatis, denotat eccleſiæ prælatos maiores. argu. dicto cap. decernimus.

k ¶ Et moleſta.] quare ex hoc merito tollenda. argu. 4. diſt. c. erit autem lex.

l ¶ Præmiſſis.] ſcilicet prælatis, & rectoribus.

m ¶ Opponere.] ſcilicet litigando.

n ¶ Ipſorum.] ſcilicet prælatorum & rectorum.

o ¶ Caput noſcitur.] 12. diſt. c. non decet.

p ¶ Et magiſtra.] extra de priuileg. antiqua.

q ¶ Litigare.] certe negari non poteſt quin hoc eis ſit graue: cum Eccleſia perſonam parentis repræſentans, ſancta & honeſta ſemper uideri debet prælatis & rectoribus. argu. ff. de obſe. à libe l. liberto.

r ¶ Cedere iuri ſuo.] quod eſſet contra. l. illud. ff. de pet. hæred.

s ¶ Hoc tamen.] ſcilicet litigare, vel iuri ſuo cedere.

t ¶ Illos.] ſcilicet prælatos & rectores.

u ¶ Prædictis.] ſcilicet prælatis & rectoribus.

x ¶ Iniurij.] ideſt iniurioſi ſeu contumelioſi. arg. ff. de iniu. l. item apud. §. conuitium. cum ſimilibus.

y ¶ Inſinuatio.] ideſt patefactio & aſſertio. ſimile extra de appel. ex inſinuatione.

z ¶ Facta ſua.] ſcilicet cõuitioſa ſeu iniurioſa, vel aliis uexationẽ inducentia, vt ſupra.

a ¶ Defendere.] & male, quia per aliũ talia facere perinde eſt ac ſi facerẽt per ſe ipſos. argu. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deieciſſe. de iniu. l. non ſolum. §. mandato. & §. Proculus. Et talium procuratorũ habentiũ à fratribus plenã & liberã poteſtatem facta ipſis fratribus nocent. ff. de trib. act. l. procuratoris. C. de excoctio. & tranſla. mili an. l. in excoctione. lib. 12.

b ¶ Nos itaque.] Octaua pars.

c ¶ Colere.] per approbationem: veritati enim manifeſte cedit opinio. 8. diſt. c. veritate. extra de purg. vulg. c. ſignificantib. ff. quando act. de pecu. eſt anna. l. quæſitum. aliàs eſt §. vlt. l. 1. cum ſim. & hoc verum, niſi ubi inducitur præſumptio iuris & de iure, vel fictio: quia illi habet præciſe ſtari. no. de ſpon. is qui. ff. quod metus cau. l. vlt. C. de proba. l. ſine poſſidetis. 50. diſtinct. cap. ferrum.

Veritas pręfertur opinioni.

d ¶ Illius.] ſcilicet Dei.

e ¶ Veritas.] ſubaudi eſſe.

Deus eſt via, veritas & vita.

f ¶ Noſcitur.] vnde uere dicitur via, veritas & vita: via, in exemplo non errans: veritas, in promiſſo non fallens: vita in præmio, ſcilicet æterno non moriens. de pœnit. diſt. 2. c. ſi enim inquit. ver. qui dicit 11. q. 3. exiſtimant. & c. imperatores. no. de hoc in corpore authen de fi. inſtru. circa prin. coll. 6.

Natura humana prona eſt ad peccandũ.

g ¶ Licet immeriti.] hoc dicit propter humilitatem, vel propter pronitatem humanæ naturæ ad peccandũ. 12. quæſt. 1. omnis ætas. in corpore authen. de mon. §. ſi quis igitur. circa fin. coll. 1. aliàs nullus eum ſanctum dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit. 11. diſtin. non nos.

h ¶ Teneamus in terris.] ſimile extra de tranſla. epiſ. c. quanto. vt eccl. benefi. c. 1. de re iud. ad Apoſtolicæ. §. nos autem. lib. 6.

i ¶ Obſeruari.] C. plus ualere quod agitur. per totum. & dixi §. eo. in uerbo, colore.

k ¶ Præmiſſis.] ſ. in hac decr. recitatis.

l ¶ Adductis.] per hunc modum hominis actus ad finem proſperum deducitur. arg. C. de legi. humanum. de repu. l. dubium non eſt. 11. q. 3. ſummopere.

a ¶ Dili-

tione cum fratribus noſtris, & multis aliis præhabita diligenti, [a] dignum arbitrantes, & congruum, profeſſores dicti ordinis [b] non verbis [c] tantum, non ſimulatis [d] actibus, ſed operibus [e] claris, veritate [f] ſuffultis perfectioris ſtatus, ac altioris paupertatis ſibi prærogatiuam præ alijs Mendicantibus vendicare, ac nihilominus honori [g] ſacroſanctę Romanæ Ecclesiæ, (cuius obnubilari [h] poſſet gloria, ſi tam peruerſæ [i] ſimulationi, quæ profecto & ipſis ſimulantibus officit, [k] & alijs ſcandali [l] materiam ſubminiſtrat, diſſimulando illi occurrere conſentiret [m]) ac inſuper volentes indemnitati prælatorum & rectorum [n] ſalubriter ſuper hoc prouidere, nolentes in poſterum ſub prætextu, ſeu pallio [o] talis dominij temporalis verbalis, [p] nudi, [q] ac ænigmatici, [r] tanta bona quanta dicti Fratres faciunt infici, [s] ac fomentum [t] tantis malis, quanta [u] procedunt ex ſimulatione huiuſmodi miniſtrare: [x] De fratrum [y] noſtrorum conſilio, hoc edicto in perpetuum valituro ſancimus, quòd in bonis, quæ in [z] poſterum conferentur [a] vel offerentur, [b] aut aliàs quomodolibet [c] obuenire continget Fratribus, ſeu ordini ſupradictis (exceptis [d] eccleſijs, [e] oratorijs, [f] officinis [g] & habitationibus, ac vaſis, libris, & veſtimentis diuinis officijs dedicatis [h]

a ¶ Diligenti.] ſimile C. ne filius pro patre auth. habita. quis quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur. 20. diſt. c. in quibus, C. de inge. manu. l. ſi auiam. de fideicom lib. l. vlt ff. de bon. poſ. l. in bonorum. cum ſim.

b ¶ Dicti ordinis.] ſcilicet fratrum Minorum.

c ¶ Non verbis tantum.] ad hoc facit 26 q. 1. ſi cupis, C de epiſco. & cler. l. decernimus.

Simulatio eſt & bona & mala.

d ¶ Simulatis actibus.] ſimulatio hic in malã partẽ ſumitur, quare infra peruerſa appellatur: aliàs in bona accipitur: ſuper quo vide quod not. de his quæ vi metuſve cau. fiunt, cap 1. ad tales autem actus dominus reſpectum nõ habet: cor enim ſyncerum, non manum interrogat. 13. q. 5. c. ſi quid inueniſti. & plus reſpicit cogitationes q̃ actus. 15. q. 6 c. ſi ſacerdotibus. ad fi.

Chriſti opera fuerunt patentia.

e ¶ Operibus claris.] quaſi dicat, patentibus non occultis, ad inſtar operũ Chriſti, quæ patentia non clãdeſtina fuerunt: iuxta per eum dicta, Ego palam locutus ſum mundo, &c & iuxta id: Qui male agit, odit lucem. & argu. ad hoc, ff. de admin. tut. l. non exiſtimo. de ritu nup. l. vlt. C. de repud. l. vxor. cum ſimilibus. Vel dic claris, ideſt non implicitis, ſed explicitis: non obfuſcatis, ſed dilucidis: claritas enim in agibilibus à iure approbatur, ff de inſtitu. act. l. ſed & ſi. §. proſcribere. in corpore auth. de teſt. imperfect. §. nos igitur. coll. 8.

f ¶ Veritate ſuffultis.] quaſi dicat non fictione, vel ſimulatione. ſimulata enim pro infectis habenda ſunt.

g ¶ Honori.] de tali honore ſcribitur, ꝙ præferendus eſt honor proprius alieno, ff. mand. l Quintus Mutius. de procu l. quæ omnia. & arg. extra de vſu pal. cap. niſi. 12. q. 1 c. nolo.

h ¶ Obnubilari.] ideſt obfuſcari, quaſi tenebroſi fumi caligine. de hære c. nolentes. Clem Papa v.

i ¶ Peruerſæ ſimulationi.] hic potes dicere, vt dixi ſ. in verbo, ſimulatis actibus.

k ¶ Officit.] vtpote in his ſub agni ſpecie lupum gerentibus, arg. extra, de hæret c vt officium, §. 1. lib. 6.

Pelle ſub agnina latitat mens ſæpe lupina.

l ¶ Scandali materiam.] quæ vitanda eſt extra de præſcript. c. nihil de no. oper. nunc. c. cum ex iniuncto. cum ſimilibus.

m ¶ Conſentiret.] iuxta id: Error cui non reſiſtitur, approbari videtur. Et conſentire videtur erranti qui ad reſecanda quæ corrigi debent, non occurrit. 83. diſtin. c. error & c conſentire. & arg. extra de hæret. c. 2.

n ¶ Rectorum.] qui ob præmiſſa moleſtabantur & grauabantur, vt in parte præcedenti dicitur.

o ¶ Pallio.] id eſt velamento, arg. C. de poſtulando, l. velamento.

p ¶ Verbalis.] quaſi dicat, non in effectu realis.

q ¶ Nudi.] ideſt ab omni emolumento denudati.

r ¶ Ænigmatici.] quaſi dicat, ſine fructu ſubſiſtentis.

s ¶ Infici.] ſcilicet quantum in eis eſt ex ſuis actibus ſimulatis: aliàs enim vere loquendo ipſa bona de ſe infecta dici non poſſunt.

t ¶ Ac fomentum.] ideſt nutrimentum.

u ¶ Quanta procedunt.] quæ colligi poſſunt. ſ prox §.

x ¶ Miniſtrare.] quod potius tenemur vitare, argu. de offi. ord. irrefragabili. de accu. qualiter. cum ſim.

y ¶ De fratrũ.] quid operetur hæc clauſula, dixi in cap. Execrabilis.

z ¶ In poſterũ.] per hoc videtur ꝙ in collatis ante hanc conſtitutionem nihil per eam quo ad dominij retentionem immutetur: nam & ſtatuendo ſuper futuris præterita priſtinæ diſpoſitioni reliquiſſe videtur. argu. in lib. feud. de feud. cogni. circa fin. & argum. extra, de præſumpt. nonne. de decimis, ad audientiam, C. de cadu. tollen. l. prima, §. ſin autem. ad deficientis.

a ¶ Conferentur.] titulo donationis vel legati. quod donationem ſapit, ff de leg. 1. l. legatum.

b ¶ Offerentur.] ſimplici oblatione, quæ conſueuit in Eccleſia potiſſime fieri.

c ¶ Quomodolibet.] puta per ſpeciem aliquam, vel modum ſupremæ voluntatis, vel inter viuos.

d ¶ Exceptis.] ponit exceptionem de multis rebus à ſtatuto. quod infra ſequitur.

e ¶ Eccleſijs.] Eccleſia [1] in iure multipliciter ſumitur. ſuper quo vide quod not. per Bern. extra ne præla. vices ſuas. cap 6.

1 De varijs ſignificationibus Eccleſiæ vid Turrecr. in ſumma de eccleſia lib. 1. cap. 2.

f ¶ Oratorijs.] talia oratoria non ſacra, tamen ad deuotionem vnicuique fidelium licet habere de iure communi: ſupra autem non ſine contentu epiſcopi. de conſec. diſt. 1. vnicuique. & c. nemo, 18. q. 2. c. quidam in corpore authen. vt nullus fabricet orator. domos, § ſancimus igitur, coll. 5. Sicut & quilibet priuatus poteſt domum certam deputare pro colligendis pauperibus: non tamen ꝙ per hoc dicatur locus religioſus extra, de rel. dom. c. ad hæc, vbi de hoc per Inno. & hoſpitali futuro religioſo certa dos aſſignanda eſt, ſicut eccleſiæ not. per Inno. extra, de reſti. ſpol cum ad ſedem.

Oratoria an liceat vnicuique habere.

g ¶ Officinis.] ideſt locis iuxta morem religionis ſic appellatis: vt ſacriſtia, refectorium, lauacrum pedũ, & ſimilia: ſic dicta, quia ad certos actus ſunt deputata, arg. ff de vſufr. l. ſi cuius, § vlt. aliàs eſt ſub l. æquiſſimũ. & de au. & arg l pediculus, § argento. & trib. §. §. ſeq cũ ſi.

h ¶ Dedicatis.] hoc verbum referri poteſt ad omnia præcedentia, vel proxima, ſcilicet vaſa, libros & veſtimẽta: & relatum ad omnia denotat, ꝙ non tantum Eccleſiæ oratoria. de quibus non eſt dubiũ, ſed & officina & habitatiões ſunt ꝑ diuinis officijs large dedicata, quaſi ſine illis cõmode diuinis opera dari nõ poſſit, ar. 1. q. 1.

vel dedicandis, quæ ad ipſos [a] obuenient in futurum, ad quæ [b] ſe non extendunt adeo [c] inconuenientia ſupradicta, [d] propter [e] quod conſtitutionem iſtam ad illa extendi nolumus [f]) nullũ ius, ſeu dominium aliquod occaſione ordinationis [g] prædictæ, ſeu cuiuſuis alterius à quocunque prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc ſpecialiter editæ, Romanæ Eccleſiæ acquiratur, ſed quo [h] ad hoc habeantur prorſus ordinationes [i] huiuſmodi pro non factis. Per [k] hoc autem in his quæ abſque dictis ordinationibus [l] in bonis prædictis [m] ad dictam Eccleſiam [n] prouenire vel pertinere quomodolibet [o] poterant vel debebant, nullum eidem [p] parari præiudicium volumus, ſed illa ſibi expreſſius [q] intacta & inuiolata ſeruamus. Et quia præfatum Martini Papę prædeceſſoris noſtri priuilegium [r] dudum ſeruatum quo ad adminiſtrationem bonorum præmiſſorum non extitit, nec ſeruatur, [ſ] ac ipſorum procuratorum officium, qui nominantur à miniſtris & cuſtodibus dicti ordinis, Eccleſiæ Romanę iniurioſum, ac multis aliis moleſtum noſcitur, & etiam oneroſum; [t] diſtrictius inhibemus, [u] ne deinceps, [x] pro recipiendis, [y] petendis, [z] extorquendis, [a] defendendis, [b] ſeu adminiſtrãdis [c] bonis, quæ in poſterum fratribus vel ordini prædictis offerri, vel conferri, ſeu aliàs obuenire continget, quiſquam [d] nominetur à quoquam, ſeu conſtituatur amodo nomine ſanctæ Romanæ Eccleſię [e] procurator: Nec occaſione cuiuſuis [f] priuilegii quicunque adminiſtrationem quorumcumque bonorum, quę obuenire fratribus ipſis, vel ordini continget in poſterum in iudicio, vel extra, agendo, vel defendendo, ſupplicando, vel aliàs quomodolibet [g] aſſumere, vel exercere dictæ Eccleſiæ nomine audeat, niſi de ſedis Apoſtolicę licentia ſpeciali: decernentes [h] irritum, & inane ſi ſecus à quoquam in poſterum contigerit attentari: Non obſtantibus [i] quibuſcunque priuilegiis à Martino Papa prædicto, vel aliis prædeceſſoribus noſtris ipſis fratribus, vel ordini ſub quacunque forma

ſi quis obiecerit. & dic dedicatis, ſcilicet iam, vel dedicandis in futurum.

a ¶ Ad ipſos.] ſcilicet fratres, vel ordinem.

b ¶ Ad quæ.] ſcilicet eccleſias. & alia. ſ. proxi. expreſſa.

c ¶ Adeo.] ideſt, intantum.

d ¶ Supradicta.] ſ. proxi. §. in aliis præcedentibus, §. ratio autem quare ad illa prædicta inconueniẽtia ſe adeo ſicut ad alia non extendunt: quia cum talia ſunt deputata ad vſus cõmunes ſeruitii diuini, nullus in eis contendere poteſt ſe ſingulariter habere vſũ facti: nec pro illo in iudicio contendere, nec alium vexare. argum. inſtit. de re. diu. §. vniuerſitatis, C. quan. & quibus quarta pars, l. 2. lib. 10. 12 q. 2. ca. qui manumittitur.

e ¶ Propter quod.] ſcilicet, quia ad illa ſæpedicta inconuenientia non extendunt.

f ¶ Nolumus.] No. principis conſtitutionem editam ex certa ratione ſeu cauſa, nõ eſſe extendendam ad illa, in quibus ceſſat illa ratio ſiue cauſa: cum defectus cauſæ conſtitutionem ceſſare faciat, ff. de iure patro. leg. adigere, §. quãuis, 63. diſt. §. his omnibus. Et rationis diſſimilitudo diſſimilia iura induci facit, ff. de ſucceſ. edic. l. 1 §. largius, C. de codicil. l. vlt. de tranſac. interpoſitas. qui potiores in pig. habeantur, l. aſſiduis. in fine.

Iura diſſimilia rõnis diſſimilitudo inducit.

g ¶ Ordinationis prędictæ.] ſcilicet factæ per Nicolaum, dicto cap. Exiit.

h ¶ Quo ad hoc.] ſcilicet acquiſitionem iuris vel dominii.

i ¶ Ordinationes.] ſ. Nicolai, & aliorum prędeceſſorum.

k ¶ Per hoc autem.] modificat vel declarat præmiſſa. Et expone, per hoc, ſcilicet quòd in talibus prohibemus ius aliquod vel dominium Romanæ Eccleſiæ acquiri.

l ¶ Ordinationibus.] retinentibus Romanæ Eccleſiæ dominium vſu facti fratribus reſeruato in rebus talib.

m ¶ Prædictis.] ſcilicet ordini vel fratribus Minoribus obuenientibus.

n ¶ Eccleſiam.] ſcilicet Romanam.

o ¶ Quomodolibet.] cum ſic indefinitè loquatur, intelligam qualitercunque, vel ex pactione, vel ex vltima voluntate.

p ¶ Eidem.] ſcilicet Romanæ Eccleſiæ.

q ¶ Expreſſius.] id eſt, expreſſe, vel expreſſius quàm ante.

r ¶ Priuilegium.] de quo mentio in parte præcedenti.

ſ ¶ Nec ſeruatur.] hic dic, vt ſuper hoc dixi in parte præcedenti.

t ¶ Oneroſum.] & ſuper hoc dic, vt in parte præcedenti dixi.

u ¶ Inhibemus.] talis diſtricta inhibitio in contemptorem, vt pote peccantem, pœnã inducit. 4. diſt. §. vlt. & aliàs ſæpe dixi.

x ¶ Deinceps.] ad præterita ergo non refertur quod ſequitur.

y ¶ Recipiendis.] à ſponte ſoluere vel tradere ea volẽtibus extra iudicium, vt differat à ſequentibus.

z ¶ Petendis.] in iudicio ex parte actoris.

a ¶ Extorquendis.] ab inuito, ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi rem.

b ¶ Defendendis.] ex parte rea.

c ¶ Adminiſtrandis.] extra iudicium.

d ¶ Quiſquam.] laicus, clericus, religioſus, ob verbum iſtud indefinitum, argu. ff. de hære. inſtit. l. hoc articulo, cum ſim.

e ¶ Romanæ Eccleſiæ.] alterius ergo eccleſiæ non prohibetur nominari vel conſtitui procurator. ar. ff. de iudic. cum prætor, extra de præſum. nonne.

f ¶ Cuiuſuis priuilegii.] ſcilicet dudum conceſſi.

g ¶ Quomodolibet.] puta litteras, vel iudices impetrando.

h ¶ Decernentes.] tale decretum ligat manus cuiuſcunque etiam ignorantis. de præb. poſtquam. cap. dudum, lib. 6. cum ſim.

i ¶ Non obſtantibus.] Nota ſucceſſores reuocare maxime ex cauſa priuilegia per ſuos anteceſſores cõceſſa: quia non habet imperium par in parem, ff. ad Trebel. leg. à quo, §. tempeſtiuum. extra de elect. innotuit. ſimile huic, de exceſ. prælat. cum ex eod. lib. 6. de pœnis. cupientes, in ſi. de pœnis, abuſionibus. de ſent. excom. frequentibus. in ſi. clem. 5.

vel expreſſione verborũ conceſſis. Per hoc a autem dicti ordinis regulæ in aliquo non intendimus derogare, nec priuilegijs fratribus ipſis, ſeu eorum ordini ab Apoſtolica ſede conceſſis (niſi dumtaxat quo ad præmiſſa b & iſta c tangentia) præiudicium aliquod generare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, inhibitionis, conſtitutionis, & intentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, &cæt. Datum Auinion. vj. Idus Decembr. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

¶ Opinio quæ aſſerit Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe, & in his quæ habuerunt nullum ius eis fuiſſe, erronea eſt & hæretica. Hæc extrauagans eſt valde notabilis, & gloſſas habet profundas, quæ ſunt ex ſacra ſcriptura fontibus hauſtæ. Si diligenter extrauagantem præcedentem & ſequentem inſpexeris, locum huic aptũ fuiſſe aſſignatum mea opinione dixeris.

CAP. IIII.

Cum † inter nonnullos d viros ſcholaſticos e ſæpe contingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter f affirmare redemptorem g noſtrum ac Dominum Ieſum Chriſtum, h eiuſque Apoſtolos i in k ſpeciali non habuiſ-

a ¶ Per hoc autem.] Nona pars proteſtatur de conſeruandis priuilegiis.

b ¶ Præmiſſa.] quæ colligi poſſunt ex parte præcedẽti.

Not. gl. & vide de materia, Anc. in reg. acceſſorium. li. 6. quem Panor. in c. de immun. eccl. vocat excellẽtiſſimum doct. Font.

c ¶ Et iſta tangentia.], per hoc videtur ꝙ priuilegiũ reuocatum quo ad certa principalia, reuocatum cenſeatur quo ad alia dependentia ex eiſdẽ, arg. ff. de fun. inſtru. l. fundi inſtrumento, § fi. cum ibi not. Zenzelinus.

Cum inter nõnullos.] Hanc decr. diuide in duas partes. In prima enim pertinax aſſertio, ꝙ Chriſtus & eius Apoſtoli in ſpeciali, vel cõi aliquid non habuerunt, erronea & hæretica declaratur. In ſecunda parte pertinax affirmatio, ꝙ Chriſtus & Apoſtoli in his, quę tenuerunt ius non habuerunt, erronea iudicatur: ibi, Rurſus, &c.

Affirmatiuum geminata negatio ponit.

d ¶ Nonnullos.] Hæ duæ negatiões ſimul iunctæ æquipollent affirmatiuę, ff. de verbo. ſig. l. duobus, vt & aliàs, ff de coll. bon. l. nonnumquam. de fun. inſtru l. quæſitũ. de adop. l. nonnumquam extra, de reſcr. nonnulli. & ca. quia de ſent. excom ſolet, lib. 6. expone igitur, nonnullos, id eſt aliquos: quandoque tamen contingit, quòd duæ negationes non affirmant, ſed vna habetur pro ſuperflua: & ideo alia negatio remanet in ſuo effectu, vbi mens eius quod agitur, aliàs ſalua eſſe non poſſet, ff. de verb. oblig. l. 1. §. ſi quis. de acquir. poſ. l. qui pignoris. de damn. infec. l. fluminum. §. 1 in corpore auth. de hęre. & fal. inordinatum, coll. 1. de his qui ingred. ad appel. §. ſi vero, coll. 5. C. de ſer. fugi. l. 1. cum ſimilibus.

e ¶ Scholaſticos.] à ſchola dictos. arg. C. de offi. magi. offic. ſcholarium. de priuileg. ſchola. l. 2. & 3. lib. 10 de ipſis etiam ſignanter dicit: quia amore ſcientiæ conſequendæ dubitare de multis conſueuerunt per modum diſputationis, per quam veritas eluceſcit frequenter, ff. de muner. & hono. l. munerum, §. miſto. & in extrauagan. quia nonnumquam, § nos autem. Idem tamen dicas, ſi inter alios contingeret id quod ſequitur, in dubium reuocari: cum in omnibus ſit eadem ratio & ad hoc adde quod dixi d. c. quia nonnumquam, §. nos autem. in verbo ſcholaſticæ.

Veritas per diſputationem eluceſcit.

f ¶ Pertinaciter.] iſtud verbum in malum ſonat: ſicut alibi de ſum. tri. & fide cath. §. porro. de vſu. cap. ex graui, §. ſane clem. 5. C. de condu. & procu. prædi. fiſ. & domus Aug. l. conductores, li. 11. Gratia cuius hic quæro, quis dicatur pertinaciter aliquid affirmare, aſſerere, defendere, vel tenere: quia de his verbis fit hic mentio: & in dictis iuribus. Ad hoc breuiter poteſt dici, quòd qui correctionẽ paratus eſt ſuſcipere pro tali aſſertione, vt hæreticus nullatenus eſt habendus. 24 q. 3. cap. hæc eſt fides & c. ſchiſma. & q. vlt. cap. dixit Apoſtolus. & ibi not. aliàs aũt pertinax vt videtur, poterit reputari qui contra prohibitionem ſuperioris, quaſi ex contemptu ſcienter vel ſtudioſe affirmat talia, vel defendit, vt colligitur. 11. q. 3. excellentiſſimus. extra, de pœnis. cap. grauem. de cle. excom. minist. c. 2. & c. ſi celebrat. in fi. cum ibi not. vel qui animoſitate vel auſu incorrigibili ipſa defendit vel aſſerit. dicto cap. dixit Apoſtolus. vel qui falſas opiniones gignit aut ſequitur, cũ & talis hæreticus cenſeatur. 24 q. vlt. hæreticus. vel ille qui animo ſuperbiẽti diſpoſitionem ſedis Apoſtolicæ articulos fidei non infringentis ſeruare, & ei obedire contemnit, cum peccatum ariolandi ſit nõ obedire, & ſcelus idololatriæ non acquieſcere: vitium paganitatis, contemnere obedire. 81. diſt. ſi qui ſunt. 8 q. 1. ſciendum. & per hoc mori ſpiritualiter quis præcipitur. extra, qui fil. ſint legi. c. per venerabilem, §. pen. & arg. ff. de re mili. l. 3. §. in bello. vel ille q animo detrahenti vel irreuerẽti temerarie talia defendit vel affirmat. extra, de maledi. cap. 2. cum ibi not. & arg. C ſi quis imperat. male. l. 1. ff. de re mili. omne delictum, §. qui manus. l. milites, §. irreuerens. vel ille qui ſtatutum ſummi Pontificis iuſtum venerabiliter non recipit, ſed de ipſo etiam ad vnum iota diſputare contendit. 24. q. vlt. cap. hæc eſt fides. 15. diſt. c. ſancta Romana. ver. item opuſcula beati Leonis cum per hoc anathema fieri iubeatur, vt ibi: quod quaſi ſeparationem à Deo ſignificans. 24 q. vlt. c. certum eſt in pertinacem profertur dicto cap. ſi celebrat. Vel ille pertinax poteſt dici ſicut & obſtinax. qui monita ſuperioris deſpicit. extra, de re iud. c. ad Apoſtolicæ §. ſed licet. & arg. ff. de pœn. l. legati. vel ille qui id quod per ſedem Apoſtolicam approbatum eſt, non admittit, vel ab ipſa reprobatum non repellit. 19 diſt. Romanorum. 93. diſt. c. miratus & d. c. hæc eſt fides. & arg. extra, de re iudi. in cauſis, C. de cri. ſacr. l. 2 de domeſt. & protec. l. 1. li. 12. vel ille qui ſuæ innitens prudentiæ, contra dictum ſapientis, & contra decretalem extrauagantem, ſancta Romana. ver. nonnulli. etiam ſapientioribus doctoribus non credens, ad ſemetipſum, & ſenſum proprium recurrit, non ad ſacræ ſcripturæ verum intellectum: quia ex hoc magiſter erroris dicitur 24. q. vlt. c. quid autem iniquius 16. q. 1. c. ſi clericatus. 27. diſt. relatum. & arg. ff de iurepat. l. diui fratres. & argu. in procœmio Digeſt. §. hoc autem.

Pertinax quis dicatur eſſe.

† Vide B. Antoninũ p. 4. tit. 11. c. 4. §. 23. & Turrecre. in ſumma de Eccleſia lib. 2. c. 112. ad 10. arg.

g ¶ Redemptorem noſtrum.] ſimile extra, de reliq. & vene. ſanct. c. glorioſus, lib 6.

h ¶ Ieſum Chriſtum.] hoc nomen eſt ſupra omne nomen: in quo omne genu flectatur, & flectendum eſt, ſecundum Apoſtolum ad Philip. c. 2. & probatur extra, de immu. eccl. decet domum, lib. 6.

i ¶ Apoſtolos.] numero duodeno contentos. extra, de reliq. & vener. ſanct. glorioſus, lib. 6.

k ¶ In ſpeciali.] & in ſingulari, vt quilibet poſſit dice-

re, hoc meũ, hoc tuũ, aut hoc alterius. ſic enĩ in ſpeciali quid haberi dr̃. 8. diſt. quo iure. 12. q. 1. dilectiſſimis. Inſtit. de rer. diui. §. ſingulorum, ff. eo. tit. l. 1. §. hoc autem.

a ¶ Non habuiſſe.] etiam quo ad proprietatẽ intellige.

b ¶ In cõmuni.] quaſi ad ipſos vt ad vniuerſos, nõ vt ad ſingulos ſpectã tia, ff de rer. diui. l. in tantum, §. vniuerſitatis. de in ius voc. l. ſed ſi hac lege, §. qui manumittitur. aliàs eſt ſub l. patronum. 12. q. 2. epiſcopus. §. qui manumittitur. 12. q. 1. c. res Eccleſię. & cap. expedit. vt per hoc uideatur notari differentia inter commune & proprium & ſingulare, quaſi per hoc innui videatur, quòd commune non ſit proprium: & hoc verum de illo quod commune eſt pluribus, vt vniuerſis, vt in dictis iuribus: ſed commune pluribus vt ſingulis, ſingulorum dici poteſt, arg. ff. de pecu. leg. l. dominus ſeruum, §. dominus. de ritu nupt. l. illud. de ſerui. ruſtic. prædio. l. per fundum. de condi. inſtit. l. 2. cum ſimilibus. licet forte non proprie. arg. ff. de verb. ſig. l. pupillus, §. vlt. de auro & arg. leg. l. Quintus, § argento, & l. ſcribit.

¶ Ad hanc gloſſam vide Iaſ. in l. ſerui electione, §. Labeo, ff. de leg. 1.

ſe[a] aliqua, nec in communi[b] etiam hæreticũ[c] ſit cenſendum, diuerſa & aduerſa etiam ſententibus[d] circa illud: Nos huic concertationi[e] finẽ imponere cupientes,[f] aſſertionem huiuſmodi pertinacem,[g] cum ſcripturæ[h] ſacræ, quæ in pleriſque locis ipſos[i] nõnulla[k] habuiſſe[l] aſſerit,[m]

c ¶ Hæreticũ.] quaſi intelligatur ſcriptura aliter quàm Spiritus ſanctus flagitat, à quo ſcripta eſt. 24. quæſt. vlt. cap. hæreſis.

d ¶ Sentientibus.] quia quot capita, tot ſententiæ. de conſecr. diſtin. 4. ſicut in ſacramentis, ff. de arb. l. item ſi vnus, §. principaliter. & variæ ſunt hominum voluntates, ff. ad Trebel. quia poterat. & diuerſitatem corporum, &c. ff. de lib. vniuerſitatis, l. 1. extra, de conceſ. præben. quia diuerſitatem.

e ¶ Concertationi.] ſimile de appel. c. concertationi. lib. 6. & in c. antiquæ concertationi. dñi Papæ Io. xxij.

f ¶ Cupientes.] tamquam illi ad quem non ad alium ſpectat ſuper dubijs fidei electionem vel conſtitutionẽ facere. 24. q. 1. quoties. & c. hæc eſt fides. & c. quoniam vetus. & arg. extra qui fil. ſint legi. c. per venerabilem, §. rationibus, C. de ſum. tri. l. 1.

g ¶ Pertinacem.] ſume verbum quod eſt infra. deinceps erroneam, &c vſque ad §. rurſus.

h ¶ Scripturæ ſacræ.] de qua dubitari, vel diſceptari non poteſt, an verum vel rectum exiſtat quicquid in ea ſcriptum conſtiterit. 9 diſt. c. quis neſciat. licet de ipſa poſſit ad maiorem intelligentiam diſputari. 96. diſt. c. ſatis euidenter. not. d. c. quis neſciat.

i ¶ Ipſos.] ſcilicet Chriſtum & Apoſtolos.

k ¶ Nonnulla.] expone, affirmando, ideſt aliqua, vt dixi ſupra in glo. hæ duę.

l ¶ Habuiſſe.] non ad ſimplicem vſum facti tantum, prout aliqui aſſerunt, ſed etiam quo ad ius & proprietatem, vt dicitur in glo. ſeq.

m ¶ Aſſerit.] ¶ ſcripturæ ſacræ aſſertio iſta reperitur in Euangelio Matth. 2. c. vbi Magi obtulerunt Chriſto aurum, thus, & myrrhã, per quod denotatur oblatorum dominium fuiſſe quæſitum, cum rei oblatæ dominiũ quæratur Eccleſiæ cui offertur: ergo & Chriſto, qui eſt ipſa Eccleſia arg. de conſec. diſt. 1. c. omnis Chriſtianus. 16. q. 1. ſtatuimus. iuncta ad hoc l. vlt. C. de ſacroſan. eccle. vbi res legatæ vel donatæ Eccleſiæ dominiũ transfertur vbi interuenit traditio, ſicut in oblatione facta Chriſto contingit. No obſtat his ff. de pollicita. l. ſi quis rem. vbi ſimplex votum dominium non transfert, licet pſona vouẽtis obligetur: quia ibi conſenſus ſolũ vnius ſcilicet vouentis ab initio interuenit, vt ibi not. ſecus aũt in oblatione, quæ de ſui natura ſupponit conſenſum, & offerentis, & oblationem recipientis, arg. 2. q. 1. duo ſunt genera. circa fi. Item reperitur Matth. 8. c. Petrum Apoſtolum domum habuiſſe. Itẽ Matth. 14 & 16. c. Apoſtolos panes habuiſſe. Itẽ Matth. 17. legitur Chriſtum habuiſſe veſtimẽta dealbata, & Petro præcepiſſe, vt didrachma, vel ſtaterẽ pro Chriſto daret recipientibus tributum. Ad idem 23. q. vlt. tributũ. per quod probatur Chriſtum didrachmatis dominium habuiſſe, cũ enim præceperit illud dare tributum recipientibus: ergo voluit, ꝙ dominium eius illorum fieret, & eis dominiũ quæreretur: quia dare eſt accipientis facere, ff. de verb. ob. l. vbi autem non apparet. §. vl. de contrahen. empt. & vend. l. ſi ita, §. 1. Inſtit. de act. §. ſic itaque, ff. de reg. iur. l. non videntur data. ſupponitur ergo neceſſario illud dominium fuiſſe penes Chriſtum, aliàs illud transferri non potuiſſet, ff. de acquir. rerum domin. l. traditio. extra, de donat. inter vir. & vxo. cap. nuper. 1. q. 7. c. Daibertum, ff. de reg. iur. l. nemo plus iuris & l. nemo plus cõmodi. Item Matth. 27. Chriſtum habuiſſe veſtimenta, & illa ſorte fuiſſe diuiſa. In Euangelio Matth. legitur 9 c. quòd Matthæus domum habebat, in qua cum Chriſto multi diſcumbebant, cum quibus Chriſtus, & ſui diſcipuli comedebant & bibebant. Item in Euangelio Lucæ 9. c. ſcribitur Dominum dixiſſe Apoſtolis, vt darent pauperibus manducare: ex quo ſupponitur, ꝙ ipſi habebãt vnde darent, & hoc manifeſtius ibi declaratur ex ipſorum Apoſtolorum reſponſione cum dixerunt, habẽtes quinque panes & duos piſces euntes emamus denarijs ducentis panes, & dabimus eis manducare: ex quo euidenter datur intelligi ipſos Apoſtolos denarios habuiſſe, ẽt quo ad proprietatem vel dominiũ: ſi enim ipſi ſe empturos offerebant panes cum denarijs: ergo illos pro pꝛtio panum dare volebant, quorũ dominiũ tenebantur in venditores trãsferre licet enim venditor dominiũ rei venditæ transferre. Licet enim vẽditor dominiũ rei cõtrahen empt. l. ſi ita, §. 1. emptor tamen dominiũ pretij pecuniarij transferre in venditorẽ tenetur, ff. de act. emp. & ven. l. ex emp. quare cõcluditur, ꝙ illius Apoſtoli dominium habuiſſe, alias ipſum minime transferre poſſent. Legitur etiam Mat. 8. c. ipſos ſeptem panes, & paucos piſces habuiſſe. Itẽ legitur Matth. 17. Chriſtum veſtimenta dealbata habuiſſe. & 27. ca. ipſum veſtimenta habuiſſe. Scribitur etiam Luc. 9. c. Chriſtũ dixiſſe Apoſtolis, date pauperibus manducare, & illi dixerunt, Nõ ſunt nobis plus quàm quinque panes, & duo piſces, niſi forte nos emamus in omnem hanc turbã eſcam: ex quo concluditur, vt ſupra dixi. In Euangelio etiam Ioannis legitur 12. & 13. c. loculos habebat Iudas: & ea q̃ mittebantur, portabat. Item primæ ad Corin. 16. legitur: Vnuſquiſque autem noſtrum apud ſe reponat, recondens ex collectis quod ei bene placuerit. in quibus denotatur Apoſtolos aliqua habuiſſe. Item Act. 4. c. dr̃, ꝙ erant illis omnia cõia. Item Actuum 20. legitur Paulum dixiſſe: argentum, aurum, aut veſtem nullius concupiui: ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecũ ſunt, miniſtrarunt manus iſtæ. Ex quibus euidenter elicitur Apoſtolos in ſpeciali, vel in cõi aliqua habuiſſe. Adhuc euidenter ſic dicendum fore concluditur per auctoritatem Auguſtini dicentis: Habebat Dominus loculos, à fidelibus oblata cõſeruans, ¶ & ſuorũ neceſſitatibus & alijs indigentibus tribuebat: tunc primũ Eccleſiæ pecuniæ forma eſt inſtituta, ut intelligeremus, qđ præcepit non eſſe cogitandũ de craſtino, non adhoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruaretur à ſanctis: ſed vt Deo per iſta non ſeruiatur, & per inopiæ timorẽ iuſtitia deſeratur. ſic legitur 12. q. 1. c. habebat Dñs. Cuius quidẽ auctoritatis, & aliarum ſupra inductarum mens & verba nullo modo referri põt ad ſimplicem vſum facti ſeparatum, & ſegregatum ab omni proprietate vel dñio, & ab oĩ iure vtendi, prout aliqui ſuo ſenſu ducti, & ſuæ innitentes prudentiæ vel potius temeritati erroneæ, ſatagunt affirmare, vt colligitur

¶ Vide Zabar. in cle. Exiui, § Proinde, ꝺ ver. ſig.

¶ Vide Zabar. clemẽ. Exiui, §. Proinde, ver. ad illud. Eon.

ex

ex rationibus inconuincibilibus in decret. Ad conditorem. inſertis, & ibi latius dixi. Et hoc luce clarius denotatur in auctoritate Auguſtini prædicta, cũ dicit, habebat Dominus: intelligam, habebat, ſcilicet cũ effectu: hoc enim denotat verbum, habere, de ſua propria ſignificatione ff. de verb. ſign. l. nomen filiarũ. §. habere. ſicut, & verbum, prouenire. verbum, capere, vt e. tit. l. aliud eſt capere. & ſi aliter verbum, habere, in iure ſumi reperiatur, hoc eſt de impropria ſui ſignificatione, vt colligitur, ff. de verb. ſigni. ſtipulatio iſta. in princi & §. habere. ſicut de verbo, capere, dici conſueuit, ff. de re iud. l. non videtur quiſquam. & de verbo, prouenire, vt not. dicta l aliud. In dubio autem ad propriam verbi ſignificationem, non autem ad impropriam vel abuſiuam ſanus referendus eſt intellectus, ff. de leg. 3. l. non aliter, § 1. de verb. ſig. l. nepos Proculo. quod non fieret, ſi habere, ad ſimplicem vſum facti referretur, vt in decret. Ad conditorem. colligitur, & ibi notaui. Et cũ dicit, loculos, debet vel poteſt exponi, id eſt burſas plenas. ſic exponitur iſtud verbum, ff. de pecu leg. dominus Sticho, § teſtamento, vel exponitur, loculos, ideſt bona, vel diuitias. ita ſumitur extra, de dep. c 1. Oblata, hoc verbum in auctoritate poſitũ denotat rerum oblatarum dominiũ in Chriſtũ fuiſſe tranſlatũ, vt ſupra probaui. Conſeruans iſtud verbum ibidem ſubiunctum expreſſe cõfundere videtur opinionem aſſerentium, Chriſtum, & Apoſtolos habuiſſe aliqua tantũ quo ad ſimplicem vſum facti. conſeruatio enim de ſe ſupponit conſeruati exiſtentiam abſque vſu conſumptibili facti, vt colligitur ff. de mi. l. & ſi ſine. § quæſitũ, C. de admini. tut. l lex quæ. §. vlt. & C quan. decre. opus non eſt l. vlt extra, de elect. quia ſæpe. de offi ord. cap. præſenti. lib 6 12. q. 2. hęc huius placiti cum ſimilibus. Ipſa igitur conſeruatione durante, nullatenus poteſt dici Chriſtũ oblata habuiſſe abſq; aliquo iure vtẽdi dñio vel proprietate: Nam, & dato, ꝙ illa habuerit, vt ſuo tẽpore indigentibus largiretur: interim tamẽ abſque omni vſu conſumptibili vt propria habebat, aliàs ſequeretur, ꝙ ſuũ habere, chimerinum, id eſt in rerum natura non exiſtẽs, diceretur, & iniuſtũ: qđ dicere nefas eſt, vt infra in §. rurſus, & ibi dicam. Sequeretur etiam, ꝙ illa pauperibus erogaſſet de non ſuo, & ſic per conſequens de alieno eleemoſynam largiretur: quod tamen ipſiuſmet Dei prohibitio, & iuris cõis diſpoſitio minime patiuntur. 14. q 5. c eleemoſyna. cũ multis c ſeqq. & præ. 1. § 1. c. nõ eſt putanda. extra, de deci. ex tranſmiſſa. ſpecies enim iniuſti lucri eſt ex alieno largiri, & beneficio ſibi acquirere debitorẽ. vnde ex his furti tenet, q ideo rem amouet, vt eam alij donet. ff de fur. l. ſi pignore, § 1. Iſtũ ſenſum adhuc denotãt verba auctoritatis præmiſſæ Auguſtini, cum in ea dr̃, non fuiſſe præceptũ ne pecunia ſeruaretur à ſanctis. Per quod patet ex iam dictis, ſãctos Dei abſque vſu ſimplici facti poſſe pecuniã habere recta tamen intentione, vt eadem auctoritate ſubiungitur, & infra latius dicetur.

contradicat [a] expreſſe, ipſamque ſcripturam ſacram, per quam vtique fidei orthodoxæ [b] probantur [c] articuli, quo [d] ad præmiſſa fermentũ [e] aperte ſupponat continere mẽdacij, [f] ac per [g] conſequens quantum [h] in ea eſt, eius [i] in totũ [k] fidem [l] euacuans, [m] fidem catholicam [n] reddat, [o] eius [p] probationẽ [q] adimens, dubiam, [r] & incertam, deinceps [ſ] erroneam fore cenſendã

a ¶ Contradicat expreſſe.] cum ſcriptura ſacra aſſerat eos aliqua habuiſſe: illi autem aſſerant eos non habuiſſe, & certum eſt, quòd habere, & nõ habere, tamquam affirmatio, & negatio ſibi expreſſe contradicunt. in corpore authen. de manda. princ. §. ſed neque. coll. 3. ff. de inſtit. actio. l ſed etiam ſi pupillus §. ſi inſtitoria ex, de iureiu. & ſi Chriſtus. & ad poſitionem vnius ſequitur remotio alterius, ff. de his q ſunt ſui vel alie iu. l. 1. inſti. eo. tit. in prin. de tute. 1. reſpon de pęn diſt. 2. c. ſi enim inquit. 30. q. 1. c. cum renuntiatur. cum ſimilibus.

b ¶ Orthodoxæ.] i. catholicæ. ſimile, C. de hære. l. quicunque. & l. cognouimus. cum multis ſimilibus.

c ¶ Probantur articuli.] vt in ſymbolo: Credo in vnũ Deũ: ibi, Et reſurrexit tertia die ſecũdũ ſcripturas. 15. diſt. c. canones. 27. q 1. cum multis cap. ſeq.

d ¶ Quo ad præmiſſa.] ſcilicet ꝙ Chriſtus, & Apoſtoli habuerunt aliqua in ſpeciali vel cõi.

e ¶ Fermentum.] in malum vel in vitium ſonat hoc verbum, iuxta illud Apoſtoli. In fermento veteri, &c. & iuxta illud: Modicum fermenti totam maſſam corrumpit. 9. diſt. c. ſi ad ſcripturas. 3. q 9 c. pura.

f ¶ Mendacij.] quod dicere nefas eſt. 23. q. 5. quid ergo 9 diſt. c quis neſciat.

g ¶ Per conſequens.] ſed vnde ſequitur iſtud conſequens? Dicas, ꝙ cum ſcriptura ſacra aſſerat Chriſtũ, & Apoſtolos aliqua habuiſſe: aſſertio cõtrarium aſtruẽs ex ſe dicit ſcripturam ſacram mentiri: & ſic per mendaciũ quod illa impingit, ſidẽ eius tollit. arg. extra de verbo. ſignifi. forus, §. vlt. & ſic fidei (ſi negaretur) probationem reddit dubiam, cum fides niſi per ſcripturam ſacram [i] probari penes homines non poſſit. arg. de pęn. diſt. 4. c. in domo. & de conſecr. diſt. 4. c. ne iuſti.

i Vide omnino Turrecrematã in ſumma de Eccleſia lib. 4. par. 2. cap. 9.

h ¶ Quantum in ea eſt.] ſcilicet aſſertione: & propterea dicit, quantum in ea eſt: nam veræ ſcripturæ ſacræ teſtimonia euacuari nõ poſſunt. 9. di. c. palã, & c. pręcepiis.

i ¶ Eius.] ſcilicet ſcripturæ ſacræ.

k ¶ In totum.] hoc dicit, quia per mendacium quod in ſcriptura reperitur eius fides euacuari dicitur. 16. diſt. c. canones. 9 diſt c. ſi ad ſcripturas. & ar. 3. q. 9. c. pura. de conſec. diſt 3 c. non liceat, C de vet. iur. enuc l. 2. §. eandem, ff. quemad. teſt. ape. l. 2. § fin. Super quo vide quod no per Inn. extra, de hære. fraternitatis, & de off. dele cum in iure. & per Accur. C de tranſact. l. ſi ex falſis, & per Hoſti. extra, de fide inſtrument. ex litteris.

l ¶ Fidem.] ideſt, auctoritatem, vel probationem: multis enim modis ſumitur fides, vt not. extra, de ſumma. tri. in rubica.

m ¶ Euacuans.] ideſt, tollens vel ſummouens.

n ¶ Fidem. catholicam.] quæ dicitur articulorũ collectio. 24. q. 1. c. hęc eſt fides. & ĩ ſymbolo Athanaſij, Quicunque vult. ſic not. extra de ſumma trini. in rubrica.

o ¶ Reddat.] ſume verba illa, dubiam, & incertam, quę ſunt infra.

p ¶ Eius.] ſcilicet fidei catholicæ.

q ¶ Probationem adimens.] Ex hoc collige illud effici dubium, & incertum, cuius probatio adimitur. Ad hoc facit, ff. de colla. bono. l. 1. § ſed cum poſſint. de Carb. edi. l. 3. §. duæ autem, C. de proba. l. ſi de poſſeſſione. de lati. lib. tol. l. 1. §. illa autem nouiſſimis, ff. quod metus cauſa, l. iſti quidem, § 1.

r ¶ Dubiam.] quæ ſimpliciter confitenda, firmiter vero credenda eſt, extra, de ſum. trini. firmiter. 24. diſt. c. qũ eps, & in ſymbolo Athanaſij, Quicunque vult. vñ in illa dubitans, infidelis cenſetur extra, de hęr. c. dubius. quare in illa nullus titubare debet, 24 q 1. c. ante.

Fides eſt firmiter credenda.

ſ ¶ Deinceps.] iſtud verbum denotare vr̃, ꝙ ante hanc decret. talis aſſertio non eſſet cenſenda erronea vel hæretica. arg. ad hoc de ſum. trini c. fidei, §. porro. vbi ſimile verbum etiam in ſimili materia ponitur: ſicut, & verbum, de cętero, refertur ad futurum, non ad præteritũ, vt in prooemio. 6 lib. & in prooemio conſtitutionũ Clementinarum. & extra de ſponſ duorum. c. tuas. de hære. cũ Chriſtus. cũ, & regulariter cõſtitutio nouiter edita futura, nõ pręterita cõplectatur, niſi aliud caueatur in c extra, de conſt quoniam, C de legi. l. leges, & cõſtitutiones. 31. diſt. c. ante triennium. In contrariũ facit verbum, declaramus, quod ſtatim ſequitur. ꝙ vr̃ iuris anti

Cõſtitutio nouiter edita reſpicit futura.

& hęreticā [a] de fratrū [b] noſtrorum conſilio hoc perpetuo declaramus [c] edicto. [d] ¶ Rurſus [e] in poſterū [f] pertinaciter [g] affirmare, quòd redemptori noſtro prædicto [h] eiuſque Apoſtolis ijs [i] quæ ipſos [k] habuiſſe ſcriptura ſacra teſtatur; [l] nequaquam ius ipſis [m] vtēdi competierit, [n] nec illa vendendi, ſeu donandi ius [o] habuerint: aut ex ipſis alia acquirendi, quæ tamen [p] ipſos de præmiſſis [q] feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur, [r] ſeu ipſos [s] potuiſſe facere ſupponit [t] expreſſe: [x] cum talis aſſertio ipſorū [y] vſum, & geſta [z] euidenter includat, in [a] præmiſſis [b] non iuſta

qui declaratiuū, nō noui editiuū. arg. ff. de acq. re. dom. l. ſicuti, §. ſed ſi quærat alibi reperitur, de ele. ſtatutū, de iureiu. Romani, §. verū. de re iud. paſtoralis, §. vlt. de pb. c. ſi Romanus clem. 5. cū conſtitutio iuris naturalis, id eſt, diuini, etiam ad præterita trahatur. extra de vſu. cū tu not. p Inno. & Cō poſt. extra, de conſti. c. 2. & per Hoſti. eo. titu. c. vi. maxime cū talis aſſertio dicatur expreſſe ſacrę ſcripturæ contradicere, & quantum in ea eſt, fidem catholicam dubiam, & incertā reddere, vt hic, ſed ſic sētire videtur durum, cum aſſertio talis, q Chriſtus, & Apoſtoli nihil habuerunt in ſpeciali vel in cōi videretur ante expreſſe comprobari per decreta. Nicolai iij. Exijt, §. porro, de ver. ſign. lib. 6. quę facta per vicarium Chriſti potentem declarare articulos fidei cauſam probabilem ſic aſſerendi dare potuit excuſantem. arg. 2. q. 3. c. Paulum extra de ſent. excom. c. ſacro. de electio. ſtatuimus in fi. lib 6 vt aliàs cauſa probabilis erroris litigantem excuſat. ff. de leg. 2 l. qui ſolidum, §. etiam. ad Maced. ſena. conſul. l. Iulianus. Et opinio doctoris magni inducit cauſam probabilē erroris. arg. C. de vet. iur. en. l. 1. §. his ita. 19 diſt. c. ſic omnis 20 diſt. c. de libellis. 37. diſt. §. vlt. extra de reſti. ſpol. c. litteras, §. nos autem. not. per Petrum de Samp. de appel. vt debitus. ad hoc præſtat efficax argumentum 23. q. 2. cap. in quibus rebus. Quid enim peccauit antiquitas huius conſtitutionis inſcia priſtinam ſecuta obſeruationem? nihil, vt videt, C de teſt. l. iubemus. Pro hac opinione facit quod not. Alanus extra, de hęre. cum Chriſtus, & recitat Gu. 15. diſt. canones. Et ſecundum hoc dices, q verbum, declaramus, expreſſe denotat ante hanc decret. etiam tenendum fuiſſe, q Chriſtus, & Apoſtoli aliqua habuerunt, nō autem, q aliter tenere hæreticum cenſeretur: & licet in veritate ſacræ ſcripturæ contradiceret, tamē alia interpretatio ſumenda videri poterat per decret. Exijt. ab hæreſi quem excuſans ante hanc decret. aliàs fruſtra eſſet hic appoſitū iſtud verbum, deinceps, contra iura. 19 diſt. ſi Romanorum extra de priuil. ſi Papa. lib. 6. de conceſ. præb. c. cum ei. §. ſecus. cle. 5 ff. de leg. 1. ſi quando. de viu. ſi ſtipulatus an autem hodie excuſaret dicetur §. proxi.

[a] ¶ Hęreticam.] id eſt à fide ſeparatam. not Hoſti. in ſumma. de hæret. §. & ſic per conſequens damnandā & fugiendā. extra de ſum. tri. damnamus, C. de hære. l. damnato, extra e. ti. c. fraternitatis. 24. q. vlt. clericus. & c. præcedenti, & ſequenti 10. colla. de ſtatu. & conſu. & contra liberta. Eccleſiæ, §. ſtatuimus. cum ſimilibus.

[b] ¶ De fratrū.] quid hæc clauſula operetur, vide quod no. de re iu. ad Apoſtol. ex. & dixi in decr. Execrabilis.

[c] ¶ Declaramus.] collige hic principē Eccleſiæ, Chriſtique vicarium poſſe etiam ſuper fide catholica declarationem facere, vt dixi ſupra in glo. tamquam poteſt [1] etiam articulum fidei facere ſi ſumatur articulus non proprie, ſed large pro illo qđ credere oporteat cū prius ex precepto Eccleſię neceſſario nō oporteret, patet exēplum in hac decre. & de ſum. tri. c. fidei, §. porro. cl. 5. & per aliquos inducitur in exemplum, licet non videatur mihi proprium. extra, de hær. cum Chriſtus. vbi Papa interdici mandat, ne quis de cętero audeat dicere Chriſtum nō eſſe aliquid ſecundum, q homo: cuius ɔtrium ante dicere licebat, cū non eſſet prohibitū ſecundū aliquorum opinionem, quæ per dictum capitulum cōfunditur. ſic Alanum notaſſe ibidem recitat Guido 15. diſ. c. 1. Per iam dicta vero non credas Papam poſſe facere nouum articulum, per quem noua fides inducatur, aut veritati fidei detrahatur aliquid vel accreſcat quo ad ſubſtantiam. 26. q. 1. ſunt quidam. & c. ſeq. & c. ſi eam deſtruerem, & c. quæ ad perpetuam.

[1] Articulus nouus fidei an per Papam poſſit fieri? & vide beatum Thomā 2. 2. q. 1. ar. 10.

[d] ¶ Edicto.] per hoc verbum patet hanc decret. continere hodie ius cōe generale, cum ſit vnum de ſignis legis generalis, C. de legi. l. 3.

[e] ¶ Rurſus.] Secunda pars.

[f] ¶ In poſterum.] hic potes recitare quę dixi in parte præcedenti. in verbo, deinceps.

[g] ¶ Pertinaciter.] in malū ſonat hoc verbum, vt patet ex his quæ notaui in parte præcedenti in verbo, pertinaciter. & colligitur C. de hæret. cum ibi not.

[h] ¶ Prædicto.] ſcilicet Ieſu Chriſto.

[i] ¶ Ijs.] ablatiui pluralis numeri eſt iſtud pronomē, & expone, ijs, ſcilicet bonis.

[k] ¶ Ipſos.] ſcilicet Chriſtū redemptorē, & Apoſtolos.

[l] ¶ Teſtatur.] hic dicas vt notaui in parte præcedenti, in gloſſa, ſcripturæ.

[m] ¶ Ipſis.] ſcilicet quę habuiſſe eos ſcriptura teſtatur.

[n] ¶ Competierit.] dicebant enim aliqui, Chriſtum, & Apoſtolos in ijs quæ habuerunt, habuiſſe ſimplicē tantummodo vſum facti abſque dńio, proprietate, vſufructu, & abſque iure vtendi: moti potiſſime ex verbis decre. Exijt, §. porro. de verb. ſigni. lib 6 quæ fuit Nicolai iij. qui tñ vſus vel facti, prout illi intelligunt, reperitur nuſquam abſque aliquo iure ſaltem perſonali, quod cōpetit ad vtendum, licet poſſe reperiri abſque iure, ſcilicet tali, q ſit ſeruitus. & ſic ſana mēte debet intelligi decr. Exijt. vt expreſſe colligitur ex decr. Ad conditorē & ex ijs quæ ibi dixi.

[o] ¶ Ius habuerint.] hoc aſſerere temerarium, & fatuū erat, & ante hanc conſtitutionem, vt colligi poteſt per ſane intelligentem ex auctoritatibus ſacræ ſcripturę in iuribus allegatis, ſ. in glo. ſcripturæ.

[p] ¶ Quæ tamen.] ſcilicet habuiſſe ius vendendi, donandi, & alia acquirendi.

[q] ¶ De præmiſſis.] ſcilicet Chriſtus, & Apoſtoli habuiſſe reperiuntur.

[r] ¶ Teſtatur.] ſed vbiſ vide quod notaui in dicta glo. ſcripturæ.

[s] ¶ Ipſos.] ſcilicet Chriſtum, & Apoſtolos.

[t] ¶ Potuiſſe facere.] ſcilicet tamquam vere ſuis.

[u] ¶ Supponit.] ſcilicet ſcriptura ſacra.

[x] ¶ Expreſſe.] hic ſume litteram, quæ eſt infra. aſſertionem, ipſam, &c. vſque in finem decre. & verbum, cū, quod ſequitur, eſt ratio declarationis, quæ infra ſubiungitur.

[y] ¶ Ipſorum.] Chriſti, & Apoſtolorum.

[z] ¶ Geſta.] id eſt facta: nam licet quædā ſubtilis differentia notari videatur inter facta, & geſta, nihil tamen inter ipſa intereſt, ff. de verb. ſig. l. licet, & l. Labeo. § geſtum. proprie autem geſtum ſine verbis dicitur, vt ibi: licet per interpretationem largius ſumatur, ff. de min. l. ait prætor. & ſic poteſt hic ſumi.

Geſta, & facta non differunt.

[a] ¶ In præmiſſis.] ſcilicet quæ ſcriptura ſacra teſtatur Chriſtum, & Apoſtolos habuiſſe.

[b] ¶ Non iuſta.] ſed vnde poteſt dici prouenire vel ſequi iſta euidens incluſio? Reſpondeo, quia cum nullus rectus vel iuſtus vſus ſeu poſſeſſio poſſit eſſe, niſi aut iure diuino vel humano vires ſumat. 23. q. 7. quicunque. neceſſario cōcluditur omnē cuiuſcunq; rei vſum iniuriſum

ſum, & iniuſtũ eſſe, qui haberi dr̃ abſque aliquo iure. ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quemcunque, §. iniuriam, & de iniur. l. 1. Sicut in ſimili dr̃, omne quod non eſt ex fide, ideſt, conſcientia, peccatum eſt. de pœnit. diſtin. 2. §. illud. 28. q. 1. §. ex his. extra, de præſcript. c. quoniam

quod [a] vtique de vſu, geſtis ſeu factis redemptoris noſtri Dei filij ſentire [b] nefas [c] eſt, ſacræ ſcripturæ [d] contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicũ: [e] aſſertionem [f] ipſam pertinacẽ [g] de fratrum noſtrorum conſilio deinceps [h] erroneam fore cenſendam merito ac hæreticam declaramus. [i] Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum infringere, vel auſu ei temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Auinion. ſecundo Idus Nouembris, anno ſeptimo.

omne & quicquid à lege diſcrepat, legi contrarium cenſetur, C. de Iudæ. l. cælicolarum. A lege autem, & ſic à iure expreſſe diſcrepat vſum in aliqua re habere ſine aliquo iure, cum ſine iure vſus non ipſius vtentis, ſed alienus cenſeatur 14. q. 4. c. quid dicã. ſcire enim quiſque debet quod ſuum non eſt ad alium pertinere, C. vnde vi. l. cum quærebatur, & argum. ff. de manumiſ. l. 4. 13 q. 1. §. quibus. ver. item præcepit. Suum autem dici non poteſt niſi aliquo iure mediante, ff. de verb. ſig. l. alienare, & l. verbis, 8. diſt. c. quo iure. vnde talis vſus ſine aliquo iure dici nõ meretur vſus, ſed abuſus. arg. ff. de vſu, & habi. l. plenũ. vel vſurpatio. q̃ de ſe præſcriptionẽ impediũt, C. de aquæd. l. diligẽter. de fundo rei priua. l. vſus aquę lib. 11. 93 diſt. c. illud. 16. q. 3. c. ſicut. extra, de teſt. c. quia ingredientibus. vbi de hoc. vnde ver.

Vſus cuiuſque rei abſque iure ẽ abuſus.

Tempus longæuum te non excuſat in æuum:
Cum male ſit vſus, quia non præſcribit abuſus.

a ¶ Quod.] ſcilicet in iudere vſum, & geſta iniuſta.

b ¶ Sentire.] id eſt credere.

c ¶ Nefas eſt.] ſimile 24. q. 5. quid ergo.

d ¶ Sacræ ſcripturæ] qua clamatur voce prophetica: Non eſt inuẽta in ipſo iniquitas, nec in ore eius dolus: & iuſtitia de cœlo proſpexit.

e ¶ Inimicum] & ſic per conſequens erroneum: cum enim Chriſtus ſit ſapiẽtia, veritas, iuſtitia, charitas, fortitudo. 11. q. 3. c. æſtimant adſcribere Chriſto vſum talem iniuſtum, & iuſtitię contrarium, ipſum negare dr̃, vt ibi: & cum iniuſte re aliqua vti ſit peccatũ. 93. diſt. diaconi & 14 q 3 c. quid dicã. impingere Chriſto talẽ vſum, eſt ſibi peccatum impingere, contra verbum prophetę Eſa 53 c & Petri Apoſtoli, 1. Petri 2. c. Qui peccatũ non fecit, &c. & quia impotens eſt ad peccandũ. Nã ſecundum Auguſtinum poſſe peccare non eſt aliquid poſſe, immo aliquid non poſſe. vnde ille ſolus vocatur omnipotens qui hoc non poteſt: quia omnia põt quæ poſſe eſt aliquid poſſe, de pœn. diſt. 2. c. principium. circa fi. Nam, & ſi in quocunq; iuſtitia, & iniquitas, peccatum, & bona opera minime ſe compatiuntur, multo minus in Chriſto. de pę. diſtin. 2. c. ſi enim inquit. Sed quid ſi cenſeatur, q̃ talẽ vſum iniuſtũ Apoſtoli habuerint, reputabitur hoc nefas, vel fidei inimicũ? Dicas, q̃ ſic: nã vſus rerũ cõceſſus fuit per Chriſtũ Apoſtolis, vt patet ex auctoritatibus inductis. ſ. in gl. ſcripturę. vnde non vr̃ conceſſiſſe ipſum iniuſtum: ſi enim ipſum iniuſtum, vel illicitum reputaret, ipſum vtiq; prohibuiſſet. 28. q. 1. c. ſic enim. vltra medium, aliàs diceretur auctor & commiſſor illiciti, quod hæreticum eſt ſentire.

Peccatũ eſt iniuſte re aliqua vti.

f ¶ Aſſertionẽ ipſam.] de qua in hoc §. ſupra dictũ eſt.

g ¶ Pertinacẽ.] dic vt dixi ſupra in verbo, ptinaciter.

h ¶ Deinceps] hic recitare potes quæ notaui in parte præcedenti in verbo ſimili, deinceps.

i ¶ Declaramus.] mirabile continere vr̃ præſens cõſtitutio in duobus: Primo in hoc, q̃ dicit, ptinaciter aſſerere Chriſtum, & Apoſtolos nõ habuiſſe aliqua in ſpeciali vel cõi hæreticum, & erroneum fore cenſendum, cum decretalis, Exiji [i] §. porro expreſſe contrariũ innuat, dicẽdo, q̃ abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quàm in cõi propter Deum, ſit merito

[i] Pro conciliatione horum contrariorum vide omnino B. Ant. p. 4. ti. 12. c. 4. §. 23. & Turrecr. in ſum. de Eccleſia, li. 2. c. 112. in ſolutione ad 10 arg.

ria, & ſancta, quod & Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit, & exemplo etiam firmauit: quod Apoſtoli inquantum fuerunt profeſſores paupertatis Eccleſiæ, & volentes perfecte viuere per doctrinæ ac vitæ ipſorum alueos deriuauerunt: qualis enim, & quę pertinax aſſertio poteſt dici, ſi aſſeratur quod conditor canonis Chriſti vicarius aſſerit? certe nulla, vt videtur, arg. 16 di. c. ſancta. 19. diſt. ſi Romanorum. 93. diſ. c. miratus. Secundo per eandem viam in hoc, quod in præſenti, §. rurſus. dicitur, q̃ pertinaciter aſſirmare Chriſto. & Apoſtolis non competiiſſe ius vtendi, & cap. nam dictus §. porro, dicere videtur expreſſe, ipſos habuiſſe ſimplicem vſum facti abſq; proprietate, dominio, vſufructu, & abſq; iure vtendi, cũ præpoſitio, abſque, ſicut præpoſitio, ſine, priuationẽ inducat, ar. ff. de exercitio. act. l. 1. §. ſi plures. de admin. tut. l. Titium. de inſti act. l. ſed & ſi. §. cõditio. de acqui. hære. ſi quis mihi bona, §. ſi corã. cum not. in his. Ad hoc poteſt ſaluo meliori iudicio nõ improbabiliter dici, q̃ abdicationẽ proprietatis vt meritoriam, & ſanctam Chriſtus verbo docuit, & exẽplo firmauit: & Apoſtoli etiam volentes perfecte viuere, p vitæ, & per doctrinæ alueos deriuauerunt. ſcilicet principaliter quo ad animi inordinatam affectionem, & in temporalibus auidam mentis implicationẽ: recta enim interior abdicationis talis intentio quo ad effectum eſt formaliter, & principaliter pfectio: q̃ abiectio exterior [illegible] quo ad effectum non eſt eſſentialiter perfectio, ſed perfectionis eſt via, & inſtrumentum, vt dicit abbas Moyſes in collationibus patrum, & Auguſtinus in lib. de moribus Eccleſiæ. cap. 19 loquens de beato Iob dicit, Amiſit ille oẽs diuitias factus repẽte pauperrimus: tam inconcuſſum animum tenuit, & infixum Deo, vt ſatis monſtraret non illas ſibi fuiſſe magnas, ſed ſe illis: ſibi aũt Dñm: Quo animo ſi eſſent noſtri tẽporis homines, non magnopere ab iſtorũ poſſeſſione prohiberemur, vt perfecti eſſe poſſemus, iuxta hoc eſt verbũ profetę, Diuitię ſi affluãt, nolite cor apponere: diuites enim cũ iuſtitia, & bonis operibus nõ abijcimus 30. diſt. c. item hęc ſcriptio. & iuxta auctoritatẽ Augu. ſupra inductam, habebat Dñs loculos, dicentis, quod Chriſtus pręcepit non eſſe cogitandũ de craſtino, non ad hoc fuiſſe præceptum, ne pecunia ſeruaretur à ſanctis, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & propter inopię timorem iuſtitia deſeratur, niſi ſanctis, qui de ſe perfecti ſunt, pecuniæ conſeruatio non eſt prohibita, cũ ſine impedimento perfectionis poſſint ſaltem in cõi aliqua poſſideri. 12. q. 1. expedit. Cõprobatur eſſe hoc idẽ per multiplices auctoritates ſcripturæ ſacræ, ad hoc ſupra inductas. Hũc etiam intellectum denotat dictus §. porro. opponẽs de hoc quod legitur, q̃ Dñs loculos habuit: & reſpõdet q̃ hoc habuit condeſcendẽs infirmis: mẽte enim ſana debet intelligi q̃ Dominus loculos habuit proprios in ſpeciali, vel cõi: aliter enim inepta, & impropria fuiſſet facta ibidẽ oppoſitio de loculis p Chriſtũ habitis, niſi intelligerẽtur iuxta naturã cõformẽ, vel identitatẽ illius dicti, ad quod ſit oppoſitio, ſcilicet abdicationis proprietatis. Sicut dici per iuriſtas ĩ ſimili conſueuit, q̃ exceptio habet eſſe de eodẽ de quo eſt regula, aliàs inepta eſſet exceptio, vt ſi diceret, Omnis homo currit pręter aſinum, nõ eſt bona exceptio. quia aſinus non eſt de illo & eodem ſubiecto, ſ. humano, de quo locuta fuerat regula, ſeu propoſitio. & hoc colligitur, ff. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. idem reſpõdit domo.

Proprietatis abdicatio eſt duplex, ſ. interior, & exterior.

Exceptio eſt de eo, de quo regula.

domo inſtructa. in corpore auth. de non alie. aut permu. reb. eccle. §. vt autem. coll. 2 ad id autem quod opponitur contra, §. iſtum rurſus. de dicto, §. porro. ꝙ Chriſtus, & Apoſtoli habuerant vſum abſque iure vtẽdi: dico fore intelligendum abſq; iure vtendi, ſcilicet ſeruitutis: non autem abſque iure vtendi perſonæ cohærenti competenti ad vtendum, aliàs ſupponeretur vſus in Chriſto, & Apoſtolis fuiſſe iniuſtus: quod dicere eſt abſurdum, vt hic, & clarius ſuperius probaui. & patet per decr. Ad conditorem & hoc etiam ſane intelligi denotatur per illam decr. ẽt dicentem, Fratres Minores poſſe vti rebus ordini Minorum conceſſis, ſupponenté per hoc aliquod ius eis cõpetere conceſſum ad vtendũ: niſi enim ſic dicta decretalis intelligatur, de ſe eſſet impoſſibilis in hoc qđ dicit de vſu facti, ſi diceretur eſſe abſq; omni iure, cũ talis vſus de ſe ſit impoſſibilis, vt in decr. Ad conditorem, & ibidẽ, & ſ̃ clare probaui. intelligere aũt illã ſuper impoſſibili eſſet expreſſe contra capitulũ, erit autem lex 4. diſt. vbi lex habet eſſe clara, & poſſibilis. Ex p̃miſſis deliberata mente pẽſatis confundi dr̃ opinio nonnullorum plura volentiũ ſapere q̃ expediat, diſtinguentium triplicem modum habendi. Primum quo ad ſimplicẽ vſum facti: ſi enim intelligant vſum abſque omni iure vtendi, prout ſupponere, & ſentire videntur, cum talis vſus nulla lege diuina vel humana reperiatur inductus, erubeſcere debent loquentes ſuper hoc ſine lege. in corpore authen. de trien & ſemiſ. §. conſideremus. col. 3. cum in eis dici poſſit, nullus eſt talis vſus: quia lege aliqua non cauetur. in corpore auth de non eligen. ſecũdo nube, § optimum itaque. coll. 1. C. de repu. l. diſſentientis. de coll. l. illã extra de temp. ord c. dilectus. ne ſede vac. c. illa. de ſup. neg. præl Romana. lib 6 55. diſt. ſi Euangelica. cum ſimilibus. potiſſime cum talis vſus de ſe ſit impoſſibilis & iniuſtus, qui in Chriſtũ & Apoſtolos cadere nõ potuit, vt prædixi. Secundũ modum habendi aſſerunt iſti eſſe quantum ad ius adminiſtrationis, & diſpenſationis: & ſi ſecundum iſtum modũ dicunt Chriſtũ. & Apoſtolos aliqñ loculos habuiſſe, minus bñ dicere videtur: licet enim Chriſtus, & Apoſtoli reperiantur pauperibus aliqua diſpenſaſſe: de Chriſto autem dici non poteſt. eũ iure prælationis vel adminiſtrationis humano miniſterio aſſecutus aliquid habuiſſe Ioan. 6. c. cũ ipſe à nemine ſit electus, vt ipſemet teſtatur, cũ dicit, Io. 15. Non vos elegiſtis me: ſed ego elegi vos. Apoſtoli etiã antequam adminiſtratores vel prædicatores cõſtituerentur, & poſt, reperti ſunt aliqua habuiſſe, vt in auctoritatibus ſ̃. inductis plene patet. Quamuis autem Chriſtus non ſit electus, & Pontifex factus ab homine tñ à Deo iureiurando factus eſt Pontifex, vt dicit Apoſtolus ad Hæbreos 7. cap. Vnde ſecundum Auguſtinũ per Ioannẽ, Chriſtus ad hoc loculos habuit, vt ſuis, & ſuorũ pauperũ neceſſitatibus prouideret. & in hoc exẽplum (prælatis inquit Auguſtinus) Dñi accipite, cũ omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio. 2. q. 1. Deus omnipotẽs 81. diſt. c. legit, extra de ſepul. c. 1. vnde ſi Chriſtus, & Apoſtoli iure prælationis loculos habuerũt, vt illi etiam fatentur: cũ ſtatus prælationis videatur poſſe dici maior quàm ſtatus religioſorum profitentium paupertatem, cum de ſtatu religionis tranſeãt ad ſtatũ prælationis põtificalis. extra, de elect. nullus lib 6. & e. tit. cum rationi. cle. 5. quod Eccleſia non permitteret, ſi ſtatus prælationis minoris eſſet perfectionis quàm religionis, cum de minori ad maius, non econtra, ſit tranſitus. 93. di. c. legimus, C. quemamo. ciui. munera. ind. l. maioribus. lib. 10. de mun. act. & char. lib. 12. ff. de mune. & hon. l. vt gradatim. vr̃, ꝙ habere loculos nõ ſit imperfectionis etiã in prælatis, & longe minus in religioſis. Tertium modum habendi aſſerũt quo ad proprietatem, & dominium, & hoc dupliciter: Primo de iure diuino: & ſecundum hunc modum dicunt oblata eſſe Eccleſiæ, & decimas eſſe in dominio Chriſti, & in corpore eius, quod eſt Eccleſia: dicunt etiã ſecundũ hunc modũ Chriſtũ loculos habuiſſe, & hoc de iure diuino

Chriſtus ad quid loculos habuit.

dicunt Apoſtolis, & eorũ vitã ſequentibus cõpetiiſſe & cõpetere tempore neceſſitatis emere, & vendere. In hoc autẽ ſic dicendo, ſi ſecundum iura loquantur, errare videntur: nã de iure diuino, quo omnia dicũtur cõia, licet propriũ haberi poſſit: ipſe tñ modus habendi nõ eſt de iure diuino, ſed humano. 8 diſ. c. quo iure. & ibi not. per Hug. & Guli. poſt eũ: & patet 23. q 7 c. 1. & quia rerũ dominia de iure gentiũ ſunt diſtincta, ff. de iuſti. & iu. l. ex hoc iure. vnde nõ vr̃ ex hoc poſſe dici, ꝙ illo iure diuino Dñs in particulari loculos habuerit cum ipſe modus particularis habẽdi puta per oblationem, emptionem, & ſimiles modos, nõ ſit de iure diuino, vt prædixi. Et per eandem viam non poteſt dici, ꝙ de iure diuino Apoſtolis competierit emere, & vendere, cũ talia, & ſimilia ſint de iure diuino incognita, vt prædixi. Secundario dicunt eſſe dominium, & proprietatem, ſcilicet de iure poſitiuo imperatorum, quod per iniquitatem ſecundum eos extitit introductum, ſcilicet vt homines dicant hoc meum proprium, & in iudicio de illo contendunt, allegantes ad hoc 8 diſt. c. quo iure, 12. q. 1 dilectiſſimis. & ſecundũ hunc modum bene dicũt Chriſtũ, & Apoſtolos non habuiſſe proprietatem rerũ vel dominium in ſpeciali vel cõi, dicẽtes de tali modo habendi fore intelligẽdam decretalẽ, Exijt § porro. de quo præſens decr. nullam facit mentionem: quare per prædictam modorum habendi diſtinctionẽ iſta ſic generaliter loquens erit trahenda, & exponenda ſecundũ illam, vt illa per hanc non corrigatur, nec iſta illi obuiet. Vtinam autem in his dicendis ſaniorem mentis & cõſiderationis intuitũ habuiſſent: cũ enim certo certius ſit Chriſtũ, & Apoſtolos aliqua habuiſſe, vt per auctoritates ſacræ ſcripturę inconuincibiles eſt probatũ, & illa nõ habuerint quo ad ſimplicẽ vſum facti abſq; aliquo iure, vt in decret. Ad conditorem & ibidem, vt ſupra plene probauj: nec illa etiam ſolum iure prælationis vel diſpenſationis habuerũt, vt ſuperius eſt probatum, nec illa poſſint dici per aliquos modos habẽdi habuiſſe iure diuino, vt ſtatim proxime plene dixi; neceſſario relinquitur, ꝙ illa habuerint per aliquẽ modũ habendi de iure poſitiuo inductum, vt clare patere poteſt ex præmiſſis veraciter intuenti. Et talem modũ habendi iure poſitiuo Chriſtus deſignaſſe vr̃, iubẽdo reddi Cæſari quæ ſunt Cæſaris, Matth. c. 22. 23 q 8 §. econtra, & c. ſeq. extra, de cleri. coniug. ex parte cui, & ipſe pro ſe tributum ſolui voluit, 11. q. 1. magnum. 24. q. vl. in tributum Non videntur etiam recte ſapere in hoc, ꝙ dicunt, iura imperatorum, quibus dicitur aliquid proprium fore, per inquitatẽ introducta, adhęrentes corticì litteræ dicti capituli, dilectiſſimis. non ſenſum, nõ mentem, non virtutem eius amplectentes, contra iura expreſſe contrariũ ſtatuentia, ff. de excu. tu. l. ſcire, §. aliud. de re mili. l. milites. extra, de verb. ſigni. c. intelligentia. & c. propterea. de elect. ſi poſtquam. §. 1. li. 6. de iureiur. c. Romani, §. verum. cle. 5. 1. q 1. c. Marcion. C. de lib. præte. l. ſi quis filiũ. de dona l. vlt. ſi mi. ſe ab hære. abſti. l. 1. cũ ſimilibus. cũ enim lex imperialis ſit pręceptrix faciendorum, prohibitrix non faciendorum, ff. de legib. l. 3. & per quam docemur declinare inhibita, & ſectari permiſſa, C. eo. tit. l. leges ſacratiſſimæ. Et deſcribi magiſtraliter, & verifice conſueuit, ꝙ lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria, ff de legi. l. 1. & e. tit. l. 2. cui etiam omnes homines obedire debẽt, propter multa: maxime autẽ quia eſt adinuẽtio & donum Dei, vt dicta l. 2. quæ etiã eſt delictorũ ſponte vel ignorantia commiſſorum correctio, dicta l. 1. vnde ſcribitur, ꝙ Deus imperium propterea de cęlo conſtituit, vt difficilibus imponat quæ apud eũ ſunt bona, & legẽ aptet ſecũdũ naturę varietatẽ. in corpore authen. de fide inſtr. §. quia igitur. coll. 6. quare lex dicitur prodita ſecundũ formam cœlitus datã, C de mutil. gu l. ſi quis ex corpore lib. 11. ex diuino quodam nutu, C. de præſcr. long. tẽp. l. vlt. & alibi legit, ꝙ venerãdę Romanæ leges diuinitus ſunt p ora principũ promulgatæ. 16. q. 3. c. nemo. & ipſa iura humana p imperatores

Iura aliqđ propriũ fore dicentia, non ſunt p iniquitatẽ introducta.

& reges

¶ Reprobatur opinio illorũ detractorũ, qui præſumunt impugnare conſtitutiones Ioan. xxii. Ad conditorem canonum. & , Cum inter nonnullos. ſupra immediate præcedentes. Et præmiſſis reſponſionibus ad oẽs eorum obiectiones, tandem declarantur tanquam hæretici, & Romanæ Eccleſiæ rebelles: ab omnibus euitandi, ſi deinceps ſcienter verbo, vel ſcripto aliquid defendere, vel approbare cõtra illas præſumpſerint. Hinc habetur ſub parte ſecunda & tertia de clauium materia prolixa, & vtilis diſputatio.

CAP. V.

QVia quorũdam mentes ſic pater[a] mendacii dicitur excæcaſſe,[b] quod noſtris[c] conſtitutionibus, quarum una incipit, Ad conditorem canonum. alia uero, Cum inter nonnullos. utique tam cum fratribus[d] noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalib',[e] quã cum multis archiepiſcopis & epiſcopis, aliiſque eccleſiarum prælatis, nec non & compluribus ſacræ Theologiæ magiſtris, ac utriuſque iuris profeſſoribus deliberatione præhabita[f] diligenti digeſtis,[g] ac de præmiſſorũ fratrum noſtrorũ conſilio promulgatis: non abſque multa temeritate[h] plectibili niſi[i] ſunt detrahere, & nituntur[k] ueritatem, quam[l] conti-

& reges ſæculi Deus humano generi diſtribuit. 8. diſt. quo iure. & quia cor regis in manu Dei eſt. C. de ſum. trin. l. inter claras. ipſa etiam veritas, quæ eſt Deus, per cor regis multa fieri iuſſit. 11. q. 3. Imperatores. diſponẽs omnem creaturam principibus legem cõdentibus fore ſubiectam. 1. Petri. 2. extra de maio. & obedi. c. ſolitæ. de cenſi. omnis anima, deſipere videntur ſentientes, ꝙ lex fuerit per iniquitatem inducta. Cũ enim auctorem habuerit omnis iniquitatis inſcium, & extorrẽ, ſcilicet Deũ, non alia debet dici, quàm eius auctor fuerit, iuxta illud: Qualis es tu, talia ſunt opera tua. & argu. 18. q. 1. cap. ſunt enim. vltra medium. extra de præſumptio. cap. ex ſtudijs. nam lex & diuinas, & humanas res bñ diſponit, & omnem iniquitatem expellit, C. de vet. iure enu. l. 1. circa princ. Non obſtat d. c. dilectiſſimis. innuens prima facie ꝙ per iniquitatem aliquis dicat hoc meũ, alius hoc ſuum: quia exponitur & exponi debet per iniquitatẽ, ideſt propterea quia fuit iniquitas, ideſt peccatum, lex inducit hoc meum eſſe, hoc alterius, non ꝙ ipſa lex fuerit de ſe iniqua hoc ad inueniens ex cauſa rationabili, vt quiſque ſuo contentus non inuaderet alienum, 93 diſtin. diaconi, C. de ſuffra. l. 1. vnde vi. l. cum quærebatur. Et ſi in lege aliquid ſingulare contra [1] rationem ſit ſtatutum, hoc non eſt ſine cauſa probabili introductum, ff. de legi. l. ius ſingulare. Videtur etiam ex prædictis ab incauta aſſertione, ſeu affirmatione, & de iure non probabili reputata excuſari non poſſe illos qui ſecundum præmiſſam modorũ habendi diſtinctionem nituntur nodum præſentis cõſtitutionis euadere: ex quo enim per decre. Ad conditorẽ, reprobatus eſt & confuſus ſimplex vſus facti abſque aliquo iure vtendi ſubſiſtens in perſona Chriſti, & Apoſtolorum. & in c. Ad conditorem. ſtatutum eſt, ꝙ decre. Exijt, § porro. de tali vſu facti debet intelligi, quì cõpetat rõe alicuius iuris ſaltem perſonalis: aſſerere ex tunc ꝯtrium qualiter quẽ ab imperitia poterit excuſare non vr̃, cum (vt s̃. dixi) peccatum ariolandi ſit nõ obedire, & ſcelus idololatriæ non acquieſcere. 81. diſt. ſi qui ſunt. 8. q. 1. ſciendum. 11. q. 3. c. qui reſiſtit. Credere aũt Dñm Deum noſtrũ Papã conditorẽ dictę decr. & iſtius, ſic non potuiſſe ſtatuere prout ſtatuit, hæreticum cenſeretur, 99 diſt. c. nulli fas. & ibi not. & per Gar. extra, de elec. c. generali. li. 6. cũ hodie ẽt per iſtam decr. ſit declaratum, pertinaciter aſſerere Chriſtũ & Apoſtolos nõ habuiſſe aliquid in ſpeciali vel in cõi, fore hæreticum: adinuenire membra diſtinguendi ſuper modis habẽdi iure non ſuffultis, vt ſuperius probaui, & iuxta illos ſcienter aliter aſſerere, quomodo aliquis à iuris ignorantia poterit excuſari non videtur. argu. extra, de cler. excom. ſi celebrat. 24. q. vlt. cap. hæretico. & per ea quæ dixi ſupra in verbo, pertinaciter. In his [2] autem correctionem ſanctæ matris Eccleſię ſponſiq; Chriſti vicarij ſuſcipere ſum paratus, ſi in præmiſſis, vel in aliquo præmiſſorum contingeret me errare. Zenz.

[1] Expone ſino modo ꝯ rationẽ, ſcilicet ciuilem; vel ꝯ rõnem, i. cõtra curſum iuris cõis.

[2] Via gloſſatoris proteſtatio.

QVia quorumdam.] Hæc decretalis diuiſibilis eſt in partes vndecim. In prima cũ ratione condendi contra temeritatem detrahentium decretalibus, Ad cõditorem. &, Cum inter nonnullos. præmittitur pollicita prouiſio. In parte ſecunda modorum detractionis ſubiũgitur recitatio: ibi, Ad impugnandas autem, &c. In tertia dictorũ modorum detractionis annectitur reprobatio: ibi, Quòd autem quod in ratione, &c. In quarta ad auctoritates per detractores inductas datur reſpõſio: ibi, Quòd autem ſubſequenter, &c. In quinta auctoritatis Nicolai tertij per illos inductæ ſpecialiter fit excluſio: ibi, Adhuc licet declaratio, &c. In ſexta quibuſdam verbis auctoritatis Nicolai datur rñſio, & certa interpretatio: ibi, Quòd autem dicitur, &c. In ſeptima cuiuſdã conſtitutionis per dictos detractores inductæ ſubinfertur repugnatio: ibi, Rurſus impugnatores, &c. In octaua aſſertionis alterius ipſorum detractorum fit improbatio: ibi, Rurſus aſſeruiſſe, &c. In nona cuidam concluſioni per detractores factæ reſponſiua fit impugnatio: ibi, Ex præmiſſis autem, &c. In decima modorum detractionis noua fit improbatio: ibi, Præterea dicant nobis &c. In vndecima & vltima, Papalis intentio: ibi, Nos itaque, &c.

Textualis diuiſio in vndecĩ partes.

a ¶ Pater mendacij.] ſcilicet diabolus, cuius mendacij multiplex eſt ſpecies. 22. q. 2. c. primum eſt.

b ¶ Excæcaſſe.] ipſorum corda obnubilando, vt viam veritatis non agnoſcant.

c ¶ Noſtris.] ideſt per nos editis ſiue factis.

d ¶ Fratribus noſtris.] loquendo de Cardinalibus in genere, omnes fratres appellat, vt hic, & extra, de elec. in Geneſi. in fi. & cap. eccleſia, 1. in fi. Sed in ſpecie eos ſemper vocat filios, quando non ſunt epiſcopi. de ſupplen. negl. prælat. dilecto. de electio. coram. de teſtam. Raynaldus. ſic etiam not. Hoſtien. extra de Iudæis, ita quorumdam. Quæ autem ſit ratio quare loquendo de ipſis in genere omnes fratres appellat, vide in c. Execrabilis ſuper verbo, cum fratribus noſtris.

e ¶ Cardinalibus.] quare ſic dicantur, vide quod notaui in c. Execrabilis. in verbo, Cardinalibus.

f ¶ Præhabita diligenti.] ſimile C. ne filius pro patre. authen. habita. & plenius dixi in cap. Ad conditorem. § nos itaque.

g ¶ Digeſtis.] ideſt decidenda & diſſoluenda dubia factis. in proœ. inſti. § igitur poſt libros.

h ¶ Temeritate plectibili.] ideſt punibili cum non obediens decreto principis morti præcipiatur. 3. Reg. 2. c. extra, de maio. & obed. c. ſi quis.

i ¶ Niſi ſunt.] ideſt conati ſunt in præteritum.

k ¶ Nituntur.] ſcilicet de præſenti.

l ¶ Quam continent.] ſ. dictæ noſtræ conſtitutiones.

a ¶ Fal-

nent, per falſas a inſanias b obfuſcare: c Nos tam pernicioſis auſibus, ne eorum doctrina peſtifera d ſimplicium e animos labefacere, f ac in ſui erroris deuium g deducere ualeat: de eorundem fratrum conſilio decernimus ſuper hoc ſalubriter (ut ſequitur) prouidere. Ad h impugnandas autem conſtitutiones prædictas i ſubſcripta ratione k tam verbo quàm ſcripto, uſi ſunt publice l ſicut fertur: Illud, inquiunt, quod per clauem m ſcientiæ in fide n ac moribus o ſemel definierunt Romani Pontifices adeo immutabile p perſeuerat, quod illud q ſucceſſori reuocare non r licet in dubium, nec contrarium affirmare: licet de ijs quæ per clauem ſ poteſtatis ordinauerint, aſſerant ſecus eſſe. t In confirmatione autem regulæ ordinis fratrum Minorum, Honorij tertij, Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexãdri quarti, Nicolai quarti, prędeceſſorum noſtrorum ſummorum Pontificum, hæc u uerba aſſerunt cõtineri: Hæc x eſt regula Euangelica Chriſti & Apoſtolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet y proprium uel commune, ſed in rebus quibus utuntur, z habent ſimplicem uſum facti: a his addere præſumentes b præfatos c ſummos Pontifices, & multa concilia generalia per clauem ſcientiæ diffiniſſe paupertatem Chriſti, & Apoſtolorum conſtitiſſe perfecte in expropriatione d cuiuslibet tẽporalis dominij ciuilis e & mundani, & ſuſtentationem eorum f in ſolo & nudo uſu facti g etiam conſtitiſſe: ex quibus nituntur h concludere, non i licuiſſe nec licere k ipſorum ſucceſſoribus contra l prẹmiſſa aliquid immutare.

a ¶ Falſas:] ideſt non veras: falſitas enim nihil aliud eſt quã immutatio veritatis in corpore authẽ. de fide inſtru. circa princip. coll. 6. ad leg. Cornel. de falſis. quid falſum.

b ¶ Inſanias.] ideſt non ſanas opiniones, immo à veritate alienas, vt patet infra.

c ¶ Obfuſcare.] ideſt obſcurare ſeu obnubilare quãtum in eis eſt.

d ¶ Peſtifera.] ideſt peſtis ſpiritualis animæ inductiua.

e ¶ Simplicium.] ideſt doli uel fraudis carẽtium. ſimile in c. prodiens. ff. de prob. l. cũ de indebito. § ſin autem. de quibus dici conſueuit, ꝙ propter ſui innocentiã omni verbo credũt. 22. q. 4. cap. innocens. Gratia cuius ſcire debes, ꝙ quædam eſt in homine ſimplicitas, ideſt animi puritas, quæ eſt dolo & machinationi contraria, & talis ſimplicitas etiam iure approbatur. 6 q. 1. cap. ex merito plebis. 16. q. 1. ſi cupis. & amica legis dicitur. inſt. de fideic. hære. §. ſed quia, & nemini debet eſſe damnoſa. ff. de dolo. l. 1. Eſt alia ſimplicitas, quæ dicitur eſſe aduerſa diſcretioni: & talis cum potius dicatur fatuitas, non approbatur. 39 diſtin. cap. Petrus. 40 diſtin. cap. de Petro. 74. diſtin. c. epiſcoporum. ff. de poſtu. l. 1. § vlt. cum l. ſeq. de cura. furio. l. 2. inſt. de cura. §. ſed & curator. in fi.

Simplicitas eſt duplex.

f ¶ Labefacere.] ideſt labi, vel ruere facere.

g ¶ Deuium.] in mala parte ſumitur, vt aliàs. C. de vet. iur. enucl. l. tanta. § ergo prima. ver. aliæ. extra de præſumpt. c. tertio loco.

h ¶ Ad impugnandas.] Secunda pars.

i ¶ Prædictas.] ſcilicet Ad conditorem. & cum inter nonnullos.

k ¶ Ratione.] ideſt inductione, ſeu allegatione.

l ¶ Publice.] ex hoc magis peccabant propter maioris mali exempli perniciem. arg. ff. vi bon. rap. l. 2. §. ſi in re depoſita. inſti. de oblig. quæ ex delic. naſc. §. pœna 11. q. 3. præcipue. extra, de exceſ. præla. cap. quàm ſit graue. no. 32. q. 4. c. nemo.

De materia huius gloſſæ teneas quod docet Beatus Thom. lib. 4. ſent. diſt. 19 q. 2. art. 1. quæſtiũcula 3. adde Sotũ eod. lib. diſtin. 20. q. 2. art. 1.

m ¶ Clauem ſcientiæ.] hanc clauem ſcientiæ, iſti ex capite proprio ſiue phantaſia adinuentam ſunt moliti, cum à nulla lege diuina uel humana originem ſumpſiſſe reperiatur, ſaltem quantum ad hoc, ad quod ipſam inducunt, vt infra in §. præterea dicant nobis.

n ¶ In fide.] ſcilicet catholica.

o ¶ Moribus.] ſcilicet reformandis.

p ¶ Immutabile.] hoc forte dicũt ad inſtar iuris naturalis, quod de ſe immutabile eſt. inſti. de legit. agnat. tut. §. vlt. de iure natur. §. ſed naturalia quidem iura. 5. diſt. § primo.

q ¶ Illud.] ſcilicet in fide ac moribus definitum.

r ¶ Non licet.] ſed qua frõte hoc dicere auſi ſunt, non video, cum & Dominus per ſe ordinata in veteri teſtamẽto, aliquãdo reperiatur mutaſſe in nouo, 22. q. 4. incõmutabilis. 23 q. 8 occidit. extra de diuor. gaudemus. & de cõſec. diſtin. 3. peruenit. & definita per Romanos Pontifices ipſi ijdem & eorum ſucceſſores mutaſſe reperti ſunt, extra de conſang. ca. non debet, & dixi in c. quia in futurorũ. & cap. quia nonnunquam.

Vide Turrecrematã in ſumma de Eccleſia lib 3. c. 55.

ſ ¶ Clauem poteſtatis.] hoc impugnatur vt patebit infra.

t ¶ Secus eſſe.] quia definitum per illam immutari poteſt, & eius contrarium affirmari.

u ¶ Hęc verba.] ſcilicet proxime ſequentia, quæ tamen probant id ad quod inducuntur, vt infra in §. quod autem ſubſequitur.

x ¶ Hæc eſt regula.] verba ſunt prædictorum ſummorũ Pontificum confirmatoria (ſecundum iſtos) Regulæ ordinis Minorum.

y ¶ Habet propriũ.] ideſt ſecũdum quam nihil licet fratribus habere proprium vel commune: de ipſa enim regula (cum de ſe ſit inanimata) certum eſt quòd nihil habere poteſt.

z ¶ Vtuntur.] ſcilicet fratres dicti ordinis.

a ¶ Simplicem vſum facti.] ex his moti fuerunt iſti ad detrahendum prædictis conſtitutionibus, non ſane intelligentes iſtum ſimplicem vſum facti, vt patet infra. & in decret. Ad conditorem. & c. cum inter nonnullos.

b ¶ Præſumentes.] & male, patebit infra.

c ¶ Præfatos.] ſupra proxime.

d ¶ Expropriatione.] priuatiue ponitur ſyllaba, ex. vnde expone expropriatione, ideſt carentia vel abdicatione.

e ¶ Ciuilis & mundani.] de dominio competenti, de iure diuino contrarium ſentiebant, vt dixi in cap. cum inter nonnullos.

f ¶ Eorum.] ſcilicet Chriſti & Apoſtolorum.

g ¶ Vſu facti.] abſque aliquo iure ſecũdum iſtos: quod tamen verum non eſt.

h ¶ Nituntur concludere.] falſo tamen, vt infra patet in § ex præmiſſis. & ſeq.

i ¶ Non licuiſſe.] ſcilicet dudum, vel in præteritum.

k ¶ Nec licere.] ſcilicet de præſenti.

l ¶ Contra præmiſſa.] ſcilicet ſic definita, ſecũdũ iſtos.

a ¶ Ideo-

a ¶ Ideoque.] ſcilicet quia contra præmiſſa non licet ſucceſſoribus aliqua immutare.

b ¶ Sed ius faciendi.] ideſt ipſis rebus vtendi & donandi, & ex his aliqua acquirendi, vt in decret. cum inter, §. rurſus: & verba quæ ſequuntur expone, vt ibi dixi.

Ideoque [a] cum conſtitutio noſtra in ratione prædicta, contra diffinitiones prædictorum prędeceſſorum noſtrorum (ſicut aſſerunt) diffinierit Chriſtum, & Apoſtolos in iis quæ habuerunt, habuiſſe non tantum ſimplicem vſum facti, ſed [b] ius faciendi de ipſis: eoſque ipſos feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur: pertinacem aſſertionem dicentium ipſos ius huiuſmodi minime habuiſſe, cum actus illorum fuiſſe concludant non iuſtos, quod de Chriſto nefas eſt dicere, hæreticam declarando; concludere ſatagunt, licet [z] falſo, nobis non licuiſſe declarare, vel ſtatuere ſupradicta. [d] Item quia conſtitutio, Ad conditorem canonum. contra diffinitiones prędictas fratres Minores aſſerit non poſſe habere in re aliqua ſimplicem vſum facti: nituntur ſimiliter concludere contra ipſam. [c] Quòd [f] autem quod in ratione prædicta præmittitur: videlicet, [g] quòd illa, quę per clauem ſcientię in fide ac moribus à ſummis Pontificibus ſemel ſunt diffinita, eorum ſucceſſoribus reuocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet ſecus ſit (ſicut dicunt) in iis quę per clauem poteſtatis per ſummos Pontifices ordinantur, prorſus ſit contrarium [h] veritati, patet ex ſequentibus euidenter: primo quidem ſecundum [i] illos, qui [k] tenent clauem [l] ſpiritualem nequaquā [m] eſſe ſcientiam, ſed ligandi atque ſoluendi poteſtatem: [n] patet aſſertores prædictos ponendo eſſe [o] ſcientiam, errauiſſe: [p] pro quibus [q] facit clauis diffinitio, [r] quę à doctoribus [s] datur: Clauis eſt ſpecialis poteſtas [t] ligandi atque ſoluendi, [u]

z ¶ Licet falſo.] iſtorum falſa concluſio clarius patebit per ea quæ dicentur infra §. proxi.

d ¶ Supradicta.] ſcilicet quòd Chriſto & Apoſtolis non ſolum ſimplex vſus facti in habitis competierit, ſed & ius de ipſis aliqua faciendi.

c ¶ Contra ipſam.] ſcilicet quòd nobis per eam non licuerit aliquid declarare vel ſtatuere, prout in ea continetur.

f ¶ Quòd autem quod in ratione.] Tertia pars.

g ¶ Videlicet.] verba quæ ſequuntur expone: & ſuper his dic, vt dixi in parte præcedenti.

h ¶ Contrarium veritati.] quare dicas illud non fore tenendum, immo penitus reprobandum, cum omnis aſſertio veritati, quæ Deus eſt, contraria vetuſtas erroris exiſtat. 8. diſtin. c. conſuetudo. & ideo veritati neceſſario reddere habet. ea. diſtin. c. veritate. & c. præcedenti & ſequenti. & argum. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius, §. vlti. quando actio de pecu. eſt anna. l. quæſitum. aliàs eſt §. vlt. ſub lege prima. extra, de purgat. vulg. cap. ſignificantibus. & ſcriptum eſt, quòd veracium, id eſt, veritatem aſſerentium ſumus tantummodo amatores. in corpore authent. vt in priua. dom. ſacra myſteria non fiant. vltra medium. collat. 5. & alibi dicitur, Nos enim qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in noſtris legibus quæ ipſa re obtinent, C. de dedititia lib. tol. l. vnica.

Veraces ſunt amandi.

i ¶ Secundum illos.] ſcilicet doctores & magiſtros.

k ¶ Qui tenent.] ſcilicet quod ſequitur affirmando. ſimile verbum. & ſimilis huius verbi expoſitio fieri conſueuit extra, de foro comp. c. ſi diligenti.

Clauis ſpiritualis quid eſt.

l ¶ Clauem ſpiritualem.] quæ ad inſtar clauis materialis eſt inducta: ſicut enim clauis materialis dicitur inſtrumentū, ſeu miniſteriū, quo clauſum oſtium aperitur: ſic illa poteſtas, quæ attributa eſt diſpenſatoribus ſacramentorum, clauis dicitur, nam oſtium cœli licet de ſe apertum exiſtat, Apocalypſis 4. c. vbi dicitur. & ecce oſtium apertum in cęlo, quod eſt Chriſtus: clauſum tamen dicitur propter impedimentū peccati originalis, vel actualis impedientis humanam creaturam cęlū & Dei gloriam ingredi: & quia per talem poteſtatem in virtute paſſionis Chriſti illud impedimentum tollitur, ex

Cœlum de ſe apertum quandoque clauditur.

Cœli apertio legalibus exemplis declaratur.

hoc porta cœli aperiri & reſerari dicitur. de conſe. diſt. 4. c. proprie exemplū. de bapt. maiores. §. caute tamen. Sicut aliàs contingit quòd per ſublationem impedimenti via præparari & aperiri dicitur ad aliquid, vt eſt videre in pacto facto vltimo de petendo, per quod tollitur impedimentum exceptionis ortæ ex pacto de non petendo præcedenti: & ex hoc aperitur via efficax ad agendum, ff. de pact. l. ſi vnus, §. pactus. & ſublato impedimento exhæredationis per querelā inofficioſi teſtamenti aperitur & paratur etiam via efficax ad agendum, ff. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo. Et ſublato impedimento præteritionis per petitā bonorum poſſeſſionem contra tabulas, aperitur via augmenti, vel diminutionis legatorum ab impubere relictorum, ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. l & contra tabulas. de leg. 3. l. vlti. §. ſi. multa ſimilia alia exempla ſuper hoc dari poſſent.

m ¶ Nequaquam eſſe ſcientiam.] clauis enim talis ſpiritualis ſuſcipitur per ſuſceptionem ordinis ſacerdotalis, vt infra ſequitur, abſque alia anguſtia ſeu labore. Scientia autem cum à natura non inſit, ab euentu eſt, & cum diligētia acquiritur. in corpore authent. de quæſtio. §. hęc omnia. coll. 6. 16 q. 1. ſic viue. C. de excuſ. artific. l. 1. lib. 10. ff. de ædil. edic. l. præcipiunt ædiles, cum ſcientia requirat ſtudium, & exercitum ſtudij expoſcat vſum librorum. extra, de verb. ſignific. cap. Exiit, §. porro. circa ſi. lib. 6. & de hoc per Guli. de elect. ſi poſtquam, lib. 6.

Scientia ab euentu eſt.

n ¶ Poteſtatem.] in tali poteſtate conſiſtit tota uis clauium per Chriſtum Petro conceſſarum. Matth. 16. c. 24. q. 1. quodcunque.

o ¶ Eſſe ſcientiam.] cum non ſit.

p ¶ Errauiſſe.] aliud pro alio putando: hic enim eſt proprie error. 22. q. 2. cap. in his 38. cap. quamuis, C. de caſtren. pecu. militum, l. errat, lib. 12.

Errat qui aliud pro alio putat.

q ¶ Pro quibus.] ſ. tenentibus clauem eſſe ſcientiam.

r ¶ Diffinitio.] ideſt, [1] magiſtralis, ſeu doctoralis deſcriptio.

bellum, & dicta magiſtrorum aſſerētium dictam[a] paupertatem, & vitā dictorum fratrum[b] non eſſe Euāgelicam, & Apoſtolicā, ſummi Pontifices damnauerunt,[c] diſtrictius per Apoſtolicas litteras inhibentes,[d] ne quiſquam pręmiſſa,[e] vel aliquid præmiſſorū contumaciter adſtruere,[f] ſeu quomodolibet præſumeret defenſare:[g] ſtatuentes, quod præſumens contrarium tamquam contumax Eccleſiæ Romanæ rebellis,[h] ac vt hęreticus[i] haberetur. Ad quod[k] dicimus aſſertionē[l] huiuſmodi falſam eſſe: non enim continetur in ſententia ſupradicta, quod contra faciens vt hæreticus haberetur: quæ quidem quo ad hoc continet[m] quæ ſequuntur: Nos enim nihilominus auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quiſquam præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum pertinaciter[n] aſſerere, vel quomodolibet defenſare præſumat: quicunque vero hoc[o] præſumpſerit, tamquā contumax, & Eccleſiæ Romanæ rebellis ab omnibus fidelibus habeatur: non fuit adiectum, ꝙ vt[p] hæreticus † haberetur, vt patet in ſerie ſententiæ[q] condemnationis prædictæ.

¶ Rurſus[r] aſſeruiſſe dicūtur publice[s] huiuſmodi aſſertores, quod abdicatio[t] iuris in cuiuſcunque[u] rei proprietate, & in vſu eius eſt[x] ſancta, & meritoria propter Deum, & à Chriſto in ſeipſo ſeruata,[y] Apoſtolis impoſita, & ab ipſis ſub voto aſſumpta: nec propter hoc vſus facti ad ſuſtentationem naturæ in Chriſto, & ☞ Apoſtolis conuincitur eſſe non[z] iuſtus, ſed tanto iuſtior, atque perfectior, & Deo[a] acceptior, & mundo exemplatior, quanto plenius renunciatum fuerit omni iuri, per quod poteſt ſic vtens pro vſu huiuſmodi quomodolibet contendere, vel in iudicio litigare. Quæ quidē aſſertio continet multa[b] falſa: cum neq; Chriſtū expropriationē[c] prædictā omnis iuris in cuiuſcunque rei proprietate, & in eiꝰ vſu in ſe ſeruaſſe, nec eam impoſuiſſe Apoſtolis, neque ſub voto ab ipſis fuiſſe receptā Euāgelica, ſeu Apoſtolica doceat[d]

d ¶ Inhibentes.] tali inhibitioni, ſi facta fuiſſet, obtemperari debuiſſet. 4.diſt. denique. 11.q.3. qui reſiſtit extra de maio. & obe. ſi quis. ff. de reg. iur. l. non videtur dolo. §. qui iuſſu.

e ¶ Præmiſſa.] ſcilicet, dictam paupertatem, & vitam fratrū non eſſe Euāgelicam, & Apoſtolicam.

f ¶ Adſtruere.] id eſt, affirmare. ſimi. extra de cauſa poſ. cū Eccleſia. §. nos igitur.

g ¶ Defendere.] ſi per dictos ſummos Pontifices præmiſſa fuiſſent damnata, & inhibita, extunc ipſa defendentes damnabiliores cęteris forent cēſendi. 24.q. vlt. qui aliorum.

h ¶ Eccleſiæ Romanæ rebellis.] cuius pęna magna eſt, vt colligitur. 11.q.3. qui reſiſtit. ext. qui fil. ſint legiti. per venerabilem. & cap. penult. & dicetur latius. ǐ. eod. cap. in fi.

i ¶ Hæreticus haberetur.] hic videre potes, quod dixi in cap. cum inter nōnullos.

k ¶ Ad qđ dicimus] hic incipit impugnare cōſtitutionē p impugnatores aſſertam.

l ¶ Aſſertionē huiuſmodi falſam eſſe.] vnde hic allegantes viderentur falſi criminis ſe reos feciſſe: vt dixi ſup. in §. quod autem ſubſequenter. in glo. vnde falſo.

m ¶ Cōtinet, quę ſequunt.] ponit tenorē ſententię, vt per eius recitationē aperiat aſſertionē prędictā fore falſam.

n ¶ Pertinaciter.] hic poſſes recitare, quæ dixi in cap. cum inter nonnullos. in verbo, pertinaciter.

o ¶ Hoc ꝓpræſumpſerit.] ſ. prædicta, vel aliquod de præmiſſis pertinaciter aſſerere.

p ¶ Vt hæreticus haberetur.] patet hic manifeſte, ꝙ non omnis contumax, vel rebellis Eccleſiæ Romanæ hæreticus eſt cenſendus.

Eccleſię Romanæ rebellis nō ſemper eſt hęreticus.

r ¶ Rurſus aſſeruiſſe.] octaua pars.

s ¶ Publice.] hic dicere potes, quod not. ǐ. proxi. §. in ſimi. verbo, publice.

t ¶ Abdicatio iuris.] hoc verbum, iuris, ſecūdum intentionem iſtorum aſſertorū habet exponi etiam perſonalis, vel perſonæ cohærentis.

u ¶ Cuiuſcunq; rei.] etiam vſu cōſumptibilis ſecundū iſtos, cū dicat, cuiuſcunque.

x ¶ Et ſancta.] pro talibus aſſertoribus facit conſtitutio Nicolai tertij, Exijt. §. porro. ſed illa non ſic debet intelligi, vt patet in decre. Ad conditorem. & ǐ. dicetur.

y ¶ Seruata.] hoc de Chriſto, & Apoſtolis ex ſenſu ꝓprio, abſq; auctoritate aliqua ſacræ ſcripturæ moti ſunt ad dicendum, vt ǐ ſequitur.

z ¶ Eſſe non iuſtus.] ☞ hoc etiam male dicebant, vt inf. patebit.

a ¶ Deo acceptior.] prout talibus aſſertoribus viſum eſt: ſed deſipiunt, vt inf. colligitur.

b ¶ Multa falſa.] propter quę in cæteris nihil, vel ſaltem minus auctoritatis remanere videtur. arg. 16. diſ. canones. 3.q.9. cap. pen. de conſecra. diſtin. 3. non liceat. 9. diſt. cap. ſi ad ſcripturas. ff. de ædil. edic. l. cum eiuſdem. & de hoc not. C. de tranſac. l. ſi ex falſis. & plenius per Hoſtien. ext. de fide inſtru. ex litteris. & per Innoc. de hæret. fraternitatis.

c ¶ Expropriationem.] id eſt, abdicationem.

d ¶ Doceat hiſtoria.] vnde erubeſcere debent tales loquentes ſuper hoc abſq; ſcripturę auctoritate. in corpore. Authen. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus, coll. 3. vnde ſi

¶ No. ter. bene, & quis dicatur hæreticus: vide glo. cle. 1. de vſu. ca. hæreticus. 24.q.3. & Io. de Turrecre. lib. 4. par. 1. c. 1. Fons.

illi

illi in dicendo hoc aſſerant reperiri in ſcriptura ſacra, non procul erunt à pœna criminis falſi, vt dixi ꝫ. in gl. vn de falſo.

a ¶ Manifeſtat.] ſuper hoc vide, quod notaui in ca. cum inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ.

l ¶ Quàm ſit iuſtus.] hoc autem nullatenus dici, nec eſſe poteſt: omnis enim actus iniuſti Deus aſpernator eſt: & ideo Cain munera non reſpexit. 14. q. 5. cap. ſcriptum eſt. alias ſequeretur, quòd quis male faciendo, vel peruerſe viuendo, ſuam conditionem meliorem faceret, contra iura. ff. de fur. l. inficiando. §. infans: & melioris eſſet cõditionis ſtultus, quàm peritus, contra l. Seruius. ff. quod vi, aut clam. extra de præbend. cum qui. lib. 6.

Stultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm peritus.

hiſtoria: ſed cõtrarium euidétius manifeſtat.[a] Quod autem in prædicta aſſertione adijcitur, quòd per abdicationẽ iuris[b] prædicti, videlicet proprietatis, is vſus facti ad ſuſtẽtationem[c] naturæ in Chriſto, & Apoſtolis non conuincitur eſſe non iuſtus, ſed tanto iuſtior, & cætera: impoſſibilitatem[d] includit, & errorem[e] dictum huiuſmodi euidenter. Impoſſibile[f] enim eſt actum humanum extrinſecum eſſe iuſtũ, ſi exercẽs actum ipſum nullum ius habeat illud exercendi: immo non iuſtus, ſed iniuſtus neceſſario[g] cõuincitur talis vſus. Itẽ[h] eſt abſurdum, & erroneum, quòd actus alicuius non habentis ius actum huiuſmodi faciẽdi ſit iuſtior, & Deo[i] acceptior, quàm habentis, cum concludat actum[k] iniuſtum iuſtiorem, & Deo acceptiorem exiſtere, quàm[l] ſit iuſtus. ¶ Ex[m] pręmiſſis autem inferre nituntur,[n] (vt fertur,) quòd prædictorum ſummorum Pontificum diffinitio, quam diffinierunt de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, ac fratrum Minorum prædictorum regula, (prout ſuperius expreſſerũt[o]) per nos non potuit mutari: proculdubio falſa aſſerunt dicendo prædeceſſores noſtros diffiniuiſſe talia, vt ſuperius eſt probatũ:[p] & adhuc ſic loquẽtes dum[q] per talia conſtitutiones[r] noſtras impugnare ſatagunt, conſtitutiones illas[s] quibus ſe adiuuant oſtendunt, (ſi eorum falſæ aſſertiones veræ[t] exiſterent) fore inualidas, erroneas, & infirmas. Si enim nobis non licuit contra conſtitutionem[u] Nicolai quarti prędeceſſoris noſtri, in qua ſe fundant, præcipue aliquid[x] ſtatuere commune, nec ſibi[y] licuit cõtra[z] ſtatuta Gregorij, Innocentij, & Alexãdri prędictorum ſtatuere, aut aliquid declarare, quod tñ ipsũ[a] feciſſe[b] (ſecundum eorum aſſertionem) noſcitur[c] euidenter. Cum enim illi[d] declarauerint, ꝙ ordo Minorum habet vſum earũ rerum, quas licet[e] eis habere, quod[f] ad vſum iuris eſt referẽdum neceſſario,[g] vt ſuperius eſt probatũ, ſ ipſe[h] vero ſecundum[i] ipſos ſtatuit, ꝙ

b ¶ Iuris prædicti.] ſcilicet perſonalis etiam, vel perſonæ cohærentis.

c ¶ Suſtentationem.] quam à ſe nulla pfeſſio poteſt excludere, vt in cap. Exijt. §. porro. ver. ne autem.

Impoſſibilitas non eſt tolerabilis in iure.

d ¶ Impoſſibilitatem includit.] quæ tolerabilis non eſt in iure. arg. ff. de act. & oblig. non ſolum. in ſi. inſti. de inut. ſti. circa prin. 4. diſt. cap. erit autem lex.

e ¶ Et errorẽ.] ex hoc tale dictum damnabile eſt de iure. arg. C. de caſtren. pecu. mili. l. ex ſtat. lib. 11. C. de diuerſis reſcrip. l. falſo. de pact. l. ſi pacto. de iud. cap. 1.

Impoſſibilitas iuris, & naturę ęquiparantur.

f ¶ Impoſſibile enim eſt.] ſcilicet de iure, cuius impoſſibilitas, & naturę ęquiparari conſueuerunt. ff. de cond. inſti. l. conditiones. & l. filius. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur. l. vlti. & ibi not. & argu. extra de iureiur. cap. contingit. lib. 6. 22. q. 4. inter cætera.

g ¶ Neceſſario cõuincitur.] qualiter hæc per iura probetur euidenter, vide quod dixi in cap. cum inter nonnullos. in glo. ſed vnde.

h ¶ Item eſt abſurdum.] collige per hoc bonum fore modum argumentandi per reductionem abſurditatum. ar. extra de exce. cum inter. & de præb. dudum. §. nos igitur. li. 6. ff. ſol. matrim. l. diuortio.

i ¶ Et Deo acceptior.] iſtud enim nullo modo poteſt eſſe: omnis enim vſus ſine iure vtendi ſubſiſtens iniuſtus, & iniurioſus eſt, vt probaui plene in c. cum inter. in gl. ſed vnde. quare de tali iniuſto vſu nihil Deo acceptum offerri poteſt 14. q. 5. c. 1. & in multis cap. ſeq. 1. q. 1. non eſt putanda. extra de de. 1. ex tranſmiſſa. & argu. ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. ſocium vniuerſa. alias eſt in l. ſi fratres.

k ¶ Actum iniuſtum.] qualis eſt quicunq; ſine iure vtẽdi exiſtens, vt prædixi.

m ¶ Ex præmiſſis.] Nona pars.

n ¶ Nituntur.] ſcilicet dicti doctores.

o ¶ Expreſſerunt.] vt ſupra in par. 2. & ſequentibus duabus collationibus.

p ¶ Eſt probatum.] ꝫ. in §. quod autem ſubſequenter.

q ¶ Dum per talia.] ſcilicet, quæ dicunt, definita per noſtros anteceſſores, & per nos immutari non potuiſſe.

r ¶ Conſtitutiones noſtras.] ſcilicet, Ad conditorem. & Cum inter nonnullos.

ſ ¶ Illas.] Honorij tertij, ſcilicet, Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexandri quarti, Nicolai tertij, vt ſupra in parte ſecunda.

t ¶ Verę exiſterent.] ſ. quod definita per alios nobis nõ licuiſſet mutare.

u ¶ Cõſtitutionem.] ſcilicet, Exijt, qui ſeminat.

x ¶ Aliqd ſtatuere.] prout illi aſſerunt.

y ¶ Nec ſibi.] ſcilicet Nicolao.

z ¶ Contra ſtatuta.] de quibus vidiſti ꝫ. in §. quod autem ſubſequenter.

a ¶ Ipſum.] ſcilicet Nicolaum.

b ¶ Feciſſe.] ſ. aliqua ſtatuendo, vel declarando contra ſtatuta prędeceſſorum.

c ¶ Noſcitur euidenter.] d. cap. Exijt. §. porro. & recitatur ꝫ. in §. adhuc licet.

d ¶ Illi.] ſcilicet Gregorius, Innocentius, & Alexander.

e ¶ Licet.] id eſt, licitum eſt.

f ¶ Quod.] ſcilicet res ad vſum habere.

g ¶ Eſt probatum.] ꝫ. in §. quod autem dicitur.

h ¶ Ipſe vero.] ſcilicet Nicolaus.

i ¶ Secundum ipſos.] ſcilicet detractores.

h 4 a ¶ Vſum

a ¶ Vſus facti.] qui de ſe non eſt poſſibilis abſq; iure, vt in cap ad conditorem. & ſupra in §. quod autem dicitur.

b ¶ Statuit.] ſcilicet Nicolaus iij. ſecundum eos.

c ¶ Duntaxat.] hoc verbum relatum ad præcedentia, inducit ſenſum, quod ſua ordinatio, & declaratio, non aũt prædeceſſorum, ſit à fratribus obſeruanda.

d ¶ Ordinauerit.] ſ. quod fratres ius vtendi non habeant, ſed ſolũ ſimplicem vſum facti.

e ¶ Sed ipſum] ſ. Nicolaum.

f ¶ illas.] ſcilicet declarationes prædeceſſorum.

g ¶ Continet.] ſcilicet ſuper abdicatione ꝓprietatis, & iure vtendi, & ſuper ſimplici vſu facti.

h ¶ Reuocaſſe.) volẽdo ſuam cõſtitutionẽ tñ fore per fratres obſeruandam, vel reuocaſſe aliter, ſcilicet per ſuam conſtitutionem non alijs præcedentibus contrariam, extra de cogna. ſpiri. c. 1. & de conſti. licet Romanus. li 6.

i ¶ Ipſe quoque prædeceſſor.] ſcilicet Nicolaus iiij.

k ¶ Subiunxit.] dicto c. Exijt qui. § vlt.

l ¶ Declarauerat.] dicto c. Exiit.

m ¶ In prædictis.] ſ. ꝑ ſe ordinatis.

n ¶ Deducatur.] ſim. 24. q. 1. rogamus.

o ¶ Sua.] ſcilicet ſedis Apoſtolicæ.

p ¶ In his.] quæ facta Chriſti, & Apoſtolorum, & per cõſequens fidei concernunt.

q ¶ Declarare.] ad ſolum ergo ſedem Apoſtolicam ſpectat ſuper fide, aliqua diſponere, vel etiam declarare, vt hic. & 24. q. 1. c. quotiens. & c. hæc eſt fides. & d cap. Exijt. §. nos igitur. cle §. ſicut, & cæteræ maiores cauſæ ad eam referũtur. ead. cauſa, & q. cap. rogamus. extra de app. vt debitus in fi.

r ¶ Aſſertores.] In hoc enim quod dicũt, ſtatuta prædeceſſorum ꝑ ſucceſſores mutari nõ poſſe, vel in dubiũ reuocari, rubore confundi deberent: cum Nicolaus iiij. in cuius conſtitutione principaliter ſe fundant, contrarium aſſerat: vnde ex ſuiſmet codicibus cõuincuntur. arg. 37. di. c. ſi quid. verſ. potiſſime; cũ tanta gaudeat poteſtate ſucceſſor, quanta gauiſus extitit anteceſſor: nec habeat imperium par in parem. extra de elec. Innotuit. & d. c. Exijt. §. cæterum ſanctum. ff. ad Treb. l. ille, à quo. §. tempeſtiuum.

ſ ¶ Patet.] id eſt, apparet.

Statuta ꝓdeceſſorum ꝑ ſucceſſores mutari pſſt.

nec ordo, nec fratres ius vtendi habeant, ſed tantummodo ſimplicẽ vſum[a] facti; & inſuper ordinauit, decreuit, & ſtatuit[b] huiuſmodi cõſtitutionem, ordinationem, & declarationem ſuam duntaxat[c] à fratribus ipſis præciſe, & inuiolabiliter perpetuis temporibus obſeruandam: conſtat non ſolum, quòd contra declarationes prędeceſſorum prædictorum ordinauerit:[d] ſed[e] ipſum illas,[f] quantum ad ea, quæ ſua declaratio continet,[g] etiam reuocaſſe.[h] Ipſe[i] quoque prædeceſſor noſter in ſua declaratione ſubiunxit,[k] ad ſedis Apoſtolicæ declarationem, & ordinationem eorũ, & circa ea, quæ ipſe declarauerat,[l] pertinere, ſic dicens: ſiquid in prædictis[m] ambiguitatis emerſerit, hoc ad culmen ſedis Apoſtolicæ deducatur;[n] vt ex auctoritate Apoſtolica ſuæ[o] in hoc manifeſtetur intentio, cui ſolum conceſſum eſt in[p] his ſtatuta condere, & condita declarare:[q] cuius tamen contrarium aſſerunt huiuſmodi aſſertores.[r] Adhuc patet,[ſ] quod[t] aſſerunt eſſe falſum: licet enim Innocentius tertius prædictus in generali concilio interdixiſſet[u] nouas religiones inſtitui: tamen ſucceſſores ipſius (non obſtante interdicto huiuſmodi) plures leguntur ordines confirmaſſe, qui[x] etiam (aliquibus exceptis) fuerunt poſtea per Gregorium nonũ prædeceſſorem noſtrũ diſſoluti certo modo in concilio generali.[y] Si igitur poſt interdictum generalis[z] concilij licuit ſummis Pontificibus[a] non confirmatos ordines cõfirmare, &[b] eorũ ſucceſſoribus ſic confirmatos in totum diſſoluere,[c] non eſt mirum, ſi quod declarat circa regulas ordinũ[d] ſolus[e] ſummus Pontifex, vel ordinat, liceat eius ſucceſſoribus declarare, ſeu aliàs immutare.[f] Patet autẽ, quòd neque Honorij cõfirmatio, neque Gregorij, neq; Alexandri, neque Nicolai prędictorum facta fuerit in concilio generali, cum per nullum ipſorum fuerit generale concilium celebratum,[g] licet Innocẽtius iiij. celebrauit concilium generale, tamen in illo,[h] nec auctoritate alicuius cõcilij facta fuit[i] ipſius declaratio

t ¶ Quod aſſerunt.] ſ. definita per prędeceſſores mutari, vel in dubiũ reuocari nõ poſſe per ſucceſſorem.

u ¶ Interdixiſſet.] extra de reli do. ne nimia.

x ¶ Qui etiam] ſ. ordines per ſucceſſores cõfirmati.

y ¶ In cõcilio gñali.] extra de relig. do. c. religionum. li. 6

z ¶ Generalis cõcilij.] ſ. Innocentij iij.

a ¶ Summis Pontificibus.] ſucceſſoribus Innocentij interdicentis.

b ¶ Et eorum.] ſ. confirmantium.

c ¶ Diſſoluere.] vt d. c. religionum.

d ¶ Ordinum.] ſcilicet minorum. & idem ſi aliorum.

e ¶ Solus.] quaſi dicat ſine concilio generali, vt probant ſequentia. & argu. C. de leg. l. vlt. in fi.

f ¶ Immutare.] Argumentatur à minori: ſi enim Papa immutat ſtatuta generalis concilij, de quibus minus videbatur, quod poſſet, vt puta cũ plena, & magna maturitate diſpoſita. multo fortius poterit immutare, vel declarare ſtatuta per ſolũ prędeceſſorem ſine cõcilio edita. extra de ele. cũ in cunctis. cum ibi no. Vel põt dici, quod hic ſumatur idẽ argumẽtum alio modo: ſi enĩ licuit ſucceſſorib. confirmatos ordines per anteceſſores in totum diſſoluere, qđ eſt plus: multo fortius licet eis illorũ regulam declarare, qđ eſt minus. ff. de reg. iu. l. non debet cui. extra eo. ti. c. cui licet. li. 6.

g ¶ Celebratũ.] & ſic quilibet ex eis confirmationẽ ꝓdictã ſolus fecit: & ſic ſucceſſori eorũ licuit ſup regula declarationem facere, licet per eos confirmata: cum etiam liceret ſi per eos fuiſſet in generali cõcilio confirmata, vt ſupra.

h ¶ In illo.] ſcilicet generali concilio.

i ¶ Facta fuit.] ſubaudi, per eum ſolum.

a ¶ Supra-

ſupradicta.[a] Nicolaus autem iiij. nec celebrauit generale cōcilium, nec aliquid circa dictā regulam declarauit.[b] Gregorius autem nonus prædictus, nec confirmauit, nec declarauit dictā regulam: ſed in generali[c] concilio, vbi caſſati fuerunt nonnulli Mēdicantium ordines, dictorū fratrum Minorum, & Prædicatorum ordines non caſſauit, ſed aſſeruit approbatos,[d] ſic dicens:[e] ad eos, quos euidēs ex eis vtilitas Eccleſiæ vniuerſali proueniens perhibet approbatos, præſentem non patimur conſtitutionem extendi.

¶ Præterea[f] dicant nobis, vbi[g] legūt aſſertiones[h] huiuſmodi, quòd ad[i] fidem, vel[k] mores pertineat, Chriſtum, & Apoſtolos nō habuiſſe in his, quæ habuerunt, niſi ſimplicem vſum[l] facti? profecto directe hoc ad fidem non pertinet, cum de hoc[m] articulus non[n] ſit aliquis, nec ſub[o] quo valeat comprehēdi, vt patet in[p] ſymbolis, in quibus articuli fidei continentur; nec etiam reducte: neq; quaſi[q] hoc ſacra ſcriptura contineat, quo negato tota ſcriptura ſacra redditur dubia:[r] & per conſequens[s] articuli fidei, qui habent per ſcripturā ſacram probari, redduntur dubij, & incerti: hoc[t] enim in ſcriptura ſacra nō poterit, ſed contrarium[u] reperiri. De fratribus autem Minoribus prædictis[x] conſtat,[y] quòd de ipſorum paupertate, & ſimplici vſu[z] facti, ſeu de dominio eorum, quæ[a] ipſis offeruntur, quòd ſummus Pontifex illud ſibi, & Romanæ Eccleſiæ reſeruauerit,[b] vel potuerit reſeruare, nec quòd illud reſeruatum[c] ſucceſſori abijcere[d] non liceat, ſi hoc expedire[e] viderit, ſeu quòd procuratores conſtitutos auctoritate ſummi Pontificis[f] pro negotijs ordinis prædicti ſucceſſor reuocare non valet, in[g] prædictis ſymbolis, Euangelio,[h] neque actibus Apoſtolorū, & Epiſtolis mentio aliqua non[i] habetur. Vnde non

al. nec

a ¶ Supradicta.] de qua fit mentio ſ. in parte 2.

b ¶ Declarauit.] falſo igitur ſua confirmatio ſuper hoc allegatur, vt aliàs ē dixi.

c ¶ Generali concilio] Lugduni celebrato.

d ¶ Approbatos.] extra de exceſſ. prælа. c. nimis iniquę. & c. nimis praua.

e ¶ Sic dicens.] extra de reli. do. cap. religionum diuerſitatem. §. ſane, li. 6.

f ¶ Preterea.] decima pars.

g ¶ Vbi legunt.] ſi enim nō legunt: quia nec legere poſſunt, vt ſequitur, oportet eos ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, ne dum peregrinis ſermonibus ſtudent, caput inſtitutionis videantur amittere. 11. diſtinct. cap. quis neſciat.

h ¶ Aſſertiones huiuſmodi.] ſ. definita per clauem ſcientiæ in fide, & moribus per Romanos Pontifices, non poſſe: per ſucceſſores reuocari, vt ſ. in parte 2.

i ¶ Ad fidem.] ideſt, fidei articulos.

k ¶ Vel omnes.] ſcilicet reformandos, vel reformatos conſeruādos.

l ¶ Vſum facti.] abſq; omni iure vtendi, ſecundum eos.

m ¶ Cum de hoc.] ſ. ſimplici vſu facti.

n ¶ Articulus non ſit aliquis.] ſcilicet principalis.

o ¶ Sub quo.] ſcilicet articulo.

p ¶ In ſymbolis.] ſymbolis, dicit in plurali: quia vnum primo fuit factum per Apoſtolos, Credo in Deū. Aliud fuit factum in Nicęna ſynodo, Credo in vnū Deū. Aliud per Athanaſium. Quicunque vult. Et quare dicitur ſymbolum? vide quod no. 15. diſt. c. canones.

Vide omnino S. Th. p. 1. q. 36. ar. 2 ad 1. ar. & B. Antoninum p. 4. ti. 8. c. 4. §. 4.

q ¶ Quaſi hoc.] ſ. q. Chriſtus, & Apoſtoli in his, quæ habuerunt, non habuerunt niſi ſimplicem vſum facti.

r ¶ Dubia.] per negationem, vt hic, & arg. ff. de col bo. l. 1. §. ſed cum prohibet. quibus ad liberta. proclamare non licet. l. 3. per illam enim res dubia fieri dr, vt dictis iuribus. & C. de acqui. poſſ. l. nemo. de fi. inſtr. l. plures, & hoc verum de negatione tali; quæ de ſe poteſt eſſe probabilis: per improbabilem enim negationem, puta quæ fieret contra aduerſarium fundantem intētionem ſuam de iure communi, non dicitur effici res dubia. ſic not. Inn. extra de ver. ſign. ex parte.

Negatio facit rem dubiā.

s ¶ Per conſequens.] ſed vnde prouenit illa conſequentia? Videas quod dixi in c. cum inter nonnullos. in glo. ſed vnde ſequitur.

t ¶ Hoc enim.] ſ. q. Chriſtus, & Apoſtoli in his, quæ habuerunt, ſimplicem vſum facti habuerunt.

u ¶ Contrarium reperiri.] ſed vbi? Vide quod dixi in c. cum inter nōnullos. in gl. ſcripturæ ſacræ.

x ¶ Prædictis.] i. in hac decre.

y ¶ Conſtat.] hic ſume litteram, quæ eſt ſ. & conſtrue, mentio aliqua non habetur in prædictis ſymbolis, Euangelio, actibus Apoſtolorū, & Epiſtolis de ipſorum paupertate, &c.

z ¶ Vſu facti.] quē ſolum abſq; omni iure vtēdi prædicti aſſerūt ſe habere.

a ¶ Quæ ipſis offeruntur.] per talem oblationem acquireretur ipſis fratribus dominium eorum, quę offeruntur, ſi ipſi proprietatis forent capaces, vt dixi in c. cum inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ.

b ¶ Reſeruauerit.] d. c. Exiijt. §. ad hæc cum fratres.

c ¶ Reſeruatum.] ſ. Romanæ Eccleſiæ ex diſpoſitione dicti c. per miniſterium ipſorum fratrum: ſicut per miniſteriū filij patri acquiritur, per ſeruum dño, per monachum monaſterio, vt dicto §. ad hæc.

Monachus monaſterio acquirit.

d ¶ Abijcere.] i. abdicare, ſeu repellere.

e ¶ Expedire viderit.] ex cauſa: & quæ illa eſſe poſſit? colligitur ex decr. Ad conditorem. §. quamquā. & §. rurſus nedum.

f ¶ Sūmi Pontificis.] vt contingit de Martino Papa iiij. dicto §. rurſus.

g ¶ In prædictis ſymbolis.] Credo in Deū. Credo in vnum Deū, & Quicunque vult. vt ſ. proxi. dixi.

h ¶ Euangelio.] ſcilicet aliquo.

i ¶ Non habetur.] relinquitur ergo diſpoſitioni iuris. arg. in lib. feu. de feu. cogni. c. 1. in fi. ff. quib. ex cau. ma. l. necnon. § q. eis ius aūt eſt, vt ſucceſſor ſtatuta per prædeceſſorem, maxime ex cauſa, valeat reuocare, vt ſ. circa prin. decr. in gl. ſed qua fronte. potiſſime cū prędeceſſori non licuerit in talibus ſucceſſoribus legem aliquā imponere pari poſt eum, vel potius eadem ptāte functuris. extra de elect. innotuit. & d. c. Exijt. §. cæterum. cum & ſcriptum ſit ſniam Romanæ ſedis poſſe in melius commutari. 35. q 9. c. ſententiam. & c. graue. extra de re iud. cum olim. in corpore. Au. ſi. de nup. §. 1. coll. 4.

Sententia Papę in melius mutari pōt.

e ¶ Ex

poſſunt ex prædictis [a] concludere niſi falſo, quin contra ordinata per ſummos Pontifices circa talia [b] valeat ſucceſſor aliud ordinare: [c] quod [d] Nicolaus præfatus expreſſe in ſua declaratione inſeruit, [e] vt ſuperius plenius continetur. [f] ¶ Nos itaque [g] ne fabricatores mēdaciorum [h] huiuſmodi, ac etiam aſſertores, [i] de tam peſtifera, [k] erronea, [l] & damnata [m] doctrina, confutatione, [n] ac confuſione vtiq; omni digna gloriari [o] valeant, & alios trahere in errorem [p] cum auſu arreptando, ac petulantia [q] improba auſi [r] defendere publice fuerint damnatam per conſtitutionem prædictam [s] hæreſim, ac etiam probare, videlicet, [t] quòd Chriſtus, & eiꝰ Apoſtoli in ijs, quæ habuiſſe legūtur, tantū habuerint abſque iure aliquo ſimplicem vſum facti, ex quo (ſi verum eſſet) ſequeretur [u] vſum Chriſti fuiſſe non iuſtum, quod profecto blaſphemiā continet, & catholicæ fidei inimicū, [x] cū hoc de pertinaci [y] animoſitate, ac erronea [z] nō ſit dubium proceſſiſſe, omnes, & ſingulos, qui verbo, ac ſcripto per ſe, vel aliū, ſeu alios talia [a] publice prȩſumpſerunt. ipſos quoque, qui eos docuerunt [b] in talibus, & vt præmiſſa facerent in damnatam [c] incidiſſe hæreſim, ac vt hȩreticos [d] euitandos [e] fore de fratrum [f] noſtrorum conſilio declaramus. [g] Si quis autem damnatas per conſtitutionem: Cum inter, prædictā, hæreſes, [h] vel ipſarum alteram deinceps [i] ſcienter [k] verbo, [l] vel ſcripto defendere, vel approbare præſumpſerit, de fratrum eorundem conſilio decer

Gloriari in peccato eſt deteſtabile.

a ¶ Ex prædictis.] quæ colligitur ex §. ad impugnandas.

b ¶ Circa talia.] ſcilicet regulam fratrum Minorum concernentia.

c ¶ Aliud ordinare.] cum & poſſet eorum Minorum ordinem tollere, vt dixi in c. quorundam. in gl. proprie.

d ¶ Quod.] ſ. vt ſucceſſor contra ſtatuta poſſi: ordinare.

e ¶ Inſeruit.] dicto c. Exijt §. vlt.

f ¶ Continetur.] ſ. in §. ex pręmiſſis. ver. ipſe quoque.

g ¶ Nos itaque.] Vndecima pars

h ¶ Mendaciorū.] huiuſmodi, quæ recitantur ſ. in parte 2.

i ¶ Aſſertores.] & per cōſequens ſuę animæ occiſores, teſtante ſacra ſcriptura, homo qui mentitur, occidit animam.

k ¶ Peſtifera.] id eſt peſtem inducenti.

l ¶ Erronea.] & ſic per conſequens vitanda. 12. diſt. ca. nolite errare. C. de caſtrē. pecu militum. l. errat. lib. 12.

m ¶ Damnata doctrina.] vt puta quem in errorem poteſtatis clauium impellens, & ſic per cōſequens abominanda. arg. C. de hęre. l. dānato. ext. de ſum. tri. damnamus.

n ¶ Confutatione.] id eſt refutatione, ſeu abominatione.

o ¶ Gloriari valeant.] in hoc enim eſt deteſtabile: iuxta verbum pſalmographi. Quid gloriaris in malitia, &c. & iuxta verbum prophetæ Hieremiæ: Non glorietur diues, &c. Hiere. 2. c. nam, & hoc graue crimen maxime in perſonis eccleſiaſticis reputatur. extra de exceſſ. præla. quàm ſit graue. cum per hoc ſuum delictum publicent, & per hoc grauius peccent. ff. vi bo. rapt. l. 2. §. ſi te depoſita. & aliàs ſ. dixi in gl. ex hoc magis.

p ¶ In errorem.] iſtud multum vitandum eſt. 28. q. 1. c. ſæpe malorum. & de hoc dixi in cap. dierum circa principium.

q ¶ Petulantia.] id eſt temeritate, vel pertinacia. ſimile verbum ff. de re mil. l. omne delictum. §. qui manus. C. ſi quis impe. maledix. l. vni.

r ¶ Auſi defendere.] per hoc deteriores cæteris forent cenſendi. 24 q. vlt. qui aliorum. 11. q. 3. qui conſentit. not. extra de offi. deleg. c. 1.

s ¶ Prædictam.] ſcilicet: cum inter nonnullos.

t ¶ Videlicet.] ſpecificat hæreſim damnatam.

u ¶ Sequeretur.] vnde autem proueniat hæc conſequentia, vide quod not. in cap. cum inter nonnullos. in gl. ſed vnde.

x ¶ inimicum.] hic dicas, vt dixi in d. c. cum inter. ſuper verbo ſimili. inimicum.

y ¶ Pertinaci.] potes ſuper hoc videre, quæ not. dicto ca. cum inter. in verbo, pertinaciter.

z ¶ Erronea.] ſcilicet in fide.

a ¶ Talia publice præſumpſerunt.] ſupple aſſerere, ſi nō habes in textu.

b ¶ Docuerunt.] docentes ergo, & facientes pœna eadem puniuntur culpa, enim ſimilis eſt prohibita diſcere, & docere. C. de mathema. l. culpa.

c ¶ In damnatam.] ſ. per dictam decr. cum inter.

d ¶ Vt hæreticos.] vt, p tamquam expone.

e ¶ Euitandos.] igitur vitandi ſunt hæretici: vt nec in domo, vel terra foueantur, nec negotiatio cum eis exerceatur. extra de hæret. c. ſicut. & eis dicendum eſt, non nomimus vos. 93. diſt. dia coni.

f ¶ De fratrum.] ſuper iſta clauſula, dic vt dixi in c. Execrabilis. §. nos. in glo. collige hic, & ſeq.

g ¶ Declaramus.] non inducitur ergo hic iuris noui editio. ſed antiqui declaratio, & ſuper hoc vide, quod dixi in ca. cum inter. in verbo, declaramus. & in glo. vlt. eiuſdem capituli.

h ¶ Hæreſes.] ſcilicet Chriſtum, eiuſq; Apoſtolos non habuiſſe aliqua in ſpeciali, vel in communi, & quòd in ijs, quæ habuiſſe leguntur, ius non habuerunt.

i ¶ Deinceps.] videas hoc, quod dixi in cap. cum inter. not. in verbo ſimili, deinceps. vnde per hoc verbum videretur, quòd ante hanc decret. præmiſſa defendere, vel approbare non eſſet hæreticum: dicas tamen contrarium ex quo fuit publicata decre. cum inter. cum extunc alia, tamquam hæretica ibidem ſint damnata, vt ibi dixi & hoc verbum, deinceps, habet effectum ſuum, quo ad viſitationem de talibus, tamquam de vere hæreticis faciendam.

k ¶ Scienter.] i. certa ſcientia, vel propoſito: ſecus autem cauſa diſputationis ad maiorem veritatis indaginē. arg. c. quia nonnumquam. §. nos: vel ſecus ſi non ex certa ſcientia, vel forte mente alienata talia fierent: tunc. n. nō imputaretur facienti, cum ſatis ipſa mentis alienatione puniatur. arg. ff. de off. præſi. l. diuus. ad leg. Cor. de ſica. l. in factum. cum multis ſimilibus: vel ſecus ſi talia defenderentur, vel approbarentur ignoranter forte per talem, qui aliqua in ſcriptis redacta ignoraret eſſe talia. arg. ff. de leg. 2. l. Titia. §. Lucia. C. plus valere, quod agitur. l. vlt. de dona. l. nec ignorans.

l ¶ Verbo, vel ſcripto.] Æquiparantur ergo iſta duo, verbo aliquid proferri, vel ſcripto, vt alias 63. diſt. cap. 1. extra de elect. vbi maius. §. nulli. lib. 6. Vnde facit argu. q ſicut eſt excommunicatus participans ſcienter excommunicatum

municatum

nimus, vt tamquam hæreticus ab omnibus euidenter habeatur. Adhuc quod conſtitutionem noſtram, Ad conditorem canonum. ſupradictam inſano [a] auſu impugnare niſi [b] ſunt (ſicut fertur) diſtrictius de eorundem fratrum conſilio inhibemus, [c] ne quiſquam cōtra diffinita, ordinata, ſeu ſancta per [d] ipſam verbo, vel ſcripto ſcienter [e] approbet aliquid, [f] vel defendat. Si quis vero contra prçſumpſerit, tamquam contumax, [g] & rebellis [h] Romanæ Eccleſię ab omnibus habeatur. Nulli [i] ergo, &c. Data Auinioñ. quarto idus Nouembris, Pontificatus noſtri, anno nono.

Excommunicat° eſt ſcribens ad excōicatum.

municato cum eo loquendo: ſic ſibi literam mittendo. ita ſentit Gar. arg. ext. de ſent. excommu. cap. conſtitutionem. lib. 6.

a ¶ Inſano.] id eſt, non ſano, ſed potius veſano.

b ¶ Niſi ſunt.] id eſt, conati ſunt.

c ¶ Inhibemus.] vt aliās ſæpe dixi poſt talem inhibitionē contrafaciens peccaret mortaliter. 4. diſtinct. denique. & pœna dignum ſe redderet. extra de conſti. cap. cognoſcentes. cum ſimilibus.

d ¶ Per ipſam.] ſcilicet conſtitutionem, Ad conditorem.

e ¶ Scienter approbet.] hic repete, quæ ſupra dixi proxime in glo. 1. ex certa ſciētia.

f ¶ Aliquid.] ex hoc videtur, quod in vno defendens, vel approbans contradictam conſtitutionem, pœnam contumacis, & rebellis pati debeat.

Contumax qualiter puniri debet.

g ¶ Contumax.] in contemnendo ſtatuta Eccleſiæ, vtpote, vel inobedientiæ notam, & tranſgreſſionis incurrens infamem ſe reddit. extra de electio. dudum. 2. circa princip. de maio. & obed. illud. 6. q. 1. infames. & peccatum mortale committit, cum ex hoc poſſit excommunicari. ext. de maio. & obed. ſi quis. 11. q. 3. ſi autem nobis. & cap. ſeq. & deponi etiam meretur ex tranſgreſſione ſtatuti præceptum, vel prohibitionem continentis, 4. diſtinctio. denique. & argu. ff. de re milit. l. 3. §. in bello.

h ¶ Rebellis.] ex tali rebellione inobtemperans non credens Papam ſic conſtituere potuiſſe, vt ſtatuit, hæreticus iudicaretur. 19. diſt. nulli fas. & ibi not. & per Gar. extra de elect. c. generali. lib. 6. Sanctiones enim ſedis Apoſtolicę accipiēdę ſunt tamquam ipſius diuina voce Petri firmatæ. 19. diſt. ca. ſit omnis. licet in corpore canonum nō ſint redactæ. ead. diſt. ſi Romanorum. nam poteſtates ſæculi ſuas conſtitutiones eccleſiaſticis debent ſubijcere, non præferre. 10 diſt. c. certum. 96. diſt. ca. ſi imperator. cum lex Chriſti ſacerdotali quoſcumq; ſubiecerit poteſtati. 10 diſt. cap. ſuſcipitis. quare cum per rebellionem menſura cœleſtis diſpenſationis exceditur, iri dicitur in contumeliam diſponentis, dicto cap certum eſt. in ſi.

i ¶ Nulli ergo.] ſub hac clauſula, dic, vt plene dixi in ca. Execrabilis.

[Zenzelinus ſe ſubmittit Eccleſiæ Romanæ.]

¶ In notatis per me ſuper materia huius conſtitutionis, & aliarum ſibi ſimilium, & in omnibus alijs vbicunque per me dictis, vel ſcriptis ſubmitto me correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſi qualitercunque me erraſſe contigerit in eiſdem.

Finis Extrauagantium Ioannis xxij. vnà cum eleganti apparatu domini ZenZelini de Caſſanis, vtriuſque iuris profeſſoris.

APOSTILLÆ AD EXTRAVAGANTES IOANNIS XXII.

Diuini, ac humani Iuriſconſulti, & ſacri Palatij cauſarum Auditoris domini Ioannis Franciſci de Pauinis apoſtillæ ad ſupraſcriptas Extrauagantes, quas idem dominus cum gloſſis Gulielmi de monte Lauduno in ſuo tractatu, quem De viſitatione intitulauit, inſeruit: hic vero eius induſtria cum gloſſis Zenzelini fuere deſcriptæ.

AD onus.] Electi ſede vacante, vbicunq; moram traxerint, ſibi non præiudicant.

Secunda.

¶ Suſcepti.] Diuiſio fructuum inter habentes annalia, & beneficiatos. hanc allegat Io. And. in Mercu. nemo poteſt. ad fin. de reg. iur. lib. 6. eandem alleg. glo. in clem. cum ei quem. in ver. nota erit. de conceſ. præb. adde conſilium Calder. in tit. de ſen. excom. quod incipit, Collector Papalis. Item conſilium eiuſdem 11. tit. de priuileg. quod incipit, habet ordo ſanctæ Claræ. adde deciſionem in antiquis, quæ incipit, Vrbanus. hanc etiam decretalem allegat glo. in cle. 1. deci. & deciſio Rotæ, in antiquis. 87. quæ incipit, item nota, q. vbi alicui fit gratia, &c. & glo. in cap. præſenti. de offi. ordi. lib. 6. in fi. ſuper ver. ſupereſſe. & ibi Ioan. And. in nouella. & idem in addi. ad Spec. in titu. de locato. §. nunc tractemus. & per hanc decret. Rota, & curia Romana hodie interpretatur, & tenet, quod gratia expectatiua ad ſummam 80. duca. extendat ſe ad beneficium veri valoris centum ducatorum, vbi beneficium non eſt taxatum, & in gratia dicitur, ſecundum taxationem decimæ: aliàs attenditur verus valor: iuxta ea, quæ habentur per Ioan. And. in addi. Spec. in rubrica de conceſ. præben. 8. col. & per Pet. de Ancha. in cle. 1. de conceſ. præb. in penul. charta. & Oldra. in conſi. 132. & deciſio in antiquis, quæ incipit, item nota, q. vbi alicui fit gratia, &c. Et vendicat locum iſta decretalis in præſtimonijs, & præſtimonialibus portionibus: quia ſunt beneficia eccleſiaſtica, & perpetua, vt concludit Oldr. in conſi. 93. quod incipit, in eccleſia Calaguritana. & ibi pulchre declarat iſtam conſtitutionem. & de his præſtimonijs facit mentionem tex. in cap. fi. de conceſ. præb. lib. 6. confert ad materiam huius text. conſi. Petri de Ancha. 129. quod incip. circa iſtam perceptionem. & conſil. 108. quod incipit, contra fratres. Item conſilium Ludo. 458. An autem per iſtam conſtitutionem reuocetur ſtatutum eccleſiæ diſponens, q. nouus canonicus nihil percipiet vſque ad quadriennium? vide Oldra. in conſi. 171. quod incip. ſuppoſita conſuetudine iurata. & an legatus poſſit mutare taxam procurationis factæ cum clerico prouinciæ, & ſic obſeruare? Calderi. q. ſic in conſi. 6. in tit. de offic. leg. & videnda eſt deciſio in antiquis. 66. quæ incip. item nota, q. vbi beneficium eſt ſemel taxatum. aliàs eſt ſub titu. de præb. cum ſeq.

In textu ibi, [Sciuerint.] ſcire autem dicuntur ex quo ipſorum vocatio in loco, vel eccleſia publice nota erat. argum. in clem. cum ei quem. in fi. de conceſ. præben. & ibi, [Subhaſtatione,] ideſt, præconizatione, quæ fit publice in loco publico, de qua not. Specu. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. ver. his quoque. & not. in l. licitatio ff. de publi. & in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca. lib. 10.

in §. [Si vero.] ibi, [Abſoluatur.] quia iſte textus dat formam abſoluendi, vt ſcilicet prius præcedat ſatisfactio: ſi non ſeruetur forma tradita, non valebit abſolutio per not. in cap. prouida de electio. lib. 6. Nam non tribuit hic ordinario ſimpliciter poteſtatem abſoluendi, ſed ſub certo modo, & forma. Clauſula ſequens, quæ tollit iura diſponentia in contrarium præmiſ. per quod non obſtat. cap. venerabilibus. in contrarium allegatum, vt dicit hic Zenzelinus, hæc clauſula ad omnia ſupradicta extenditur. Ioan. Fran.

Tertia.

¶ Eccleſiæ Romanæ.] Contra officiales dominium aſſumentes in patrimonio Eccleſię Romanæ.

Quarta.

¶ Execrabilis.] Hęc conſtitutio practicabilis eſt: & addis ad decre. de multa. de præben. in antiquis.

Quinta.

¶ Sedes Apoſtolica.] Diuiſio diœceſum poteſtatem non tollit executoribus, & iudicibus. Hanc conſtitutionem allegat deciſio in antiquis. Ioan. de Imo. ſub titu. de priuileg. quę incipit, Suppoſito, &c. reperitur etiam in alijs deciſionibus antiquis ſub titu. de ſepultu. & vide Calde. conſi. 8. ſub titu. de priuileg. quod incipit, Concilium eſt priuilegium. adde deciſionem in antiquis, quę incipit, Suppoſito de Antonianis. Et ad materiam huius decret. vide not. per Archid. 13. q. 1. in princ. vide in cap. ſignificauit. & cap. Rodulphus. de reſcrip. & debet in ordine ſcripturę pręcedere conſtitutionem, Execrabilis. vt patet ex earũdem datis. Ad pręſentis extrauagantis declarationem idem Pontifex fecit vnam aliam extrauagantem declaratoriam, quam reperies hic gloſſatam per Zenzelinum, quę incipit, Ad Apoſtolatus noſtri. per quam declarat ſuę intentionis non fuiſſe, quod per diuiſionem epiſcopatuum, & eccleſiarum, à quibus diuiſiones erant factæ capitulis, archidiaconis, vel alijs perſonis, vellet aliquatenus derogare, niſi quatenus in diuiſionem huiuſmodi litteris Apoſtolicis contineretur expreſſe: vnde vniuerſis pręlatis, & alijs quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, & eccleſiarum deciſarum, & in cathedrales erectarum, mandauit ne capitula, archidiaconatus, & alios perſonatus, vel dignitates, officia, ſeu beneficia in pręd ictis primarijs eccleſijs obtinentes quominus viſitationes exerceant, procurationes recipiant, ac alia bona, & iura archidiaconalia obtineant in pręd ictis deciſis diœceſibus, ſicut ante diuiſionem huiuſmodi obtinebant, niſi quantum in diuiſione huiuſmodi litteris Apoſtolicis caueatur expreſſe, impediant quoquomodo: quouſque per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum: alias comminatur contrafacientibus animaduerſionem condignam, &c. Et hęc ſumpta eſt ex textu in Authen. de admi. offic. in ſacris appel. circa fin. 2. colla. & in §. illud tamen ſancimus. colla. 3. pro diuerſis adminiſtrationibus ab antiquo ſeruatis adminiſtrabunt officiales primæui ſicut prius. Adde ad materiam, quod ſi epiſcopus Tholoſanus deputatus conſeruator alicuius, poſtea erecta eccleſia Tholoſana in metropolitanam poterit exercere iuriſdictionem conſeruatoriæ, ſecundum Oldra. in conſi. 222. quod incipit, bonæ memorię. Et ſi erigatur prioratus in eccleſiam cathedralem, an tollantur priuilegia, quę ante erectionem habebat prioratus:

vide

vide eundem Oldr. in conſi. 174. quod incipit, dño epo. Adde eundẽ in conſi. quod incipit, ſi milite bonę memorię. Adde deciſ. in antiq. 193. quæ incipit, ſuperpoſito, q ex priuilegio Antonianorum. in quo allegabatur iſta cõſtitutio in gl. in verbo, ordinationem. ibi, [Dic cõtra.] imo conſilium tenet Io. de Lignano, & Io. Fran. & Ioã. de Imo. & alij plures in c. cum in illis, hic allegato: vbi vide Domi. licet aliàs Calixtus in publico conſiſtorio declarauit glo. iſtam. nos autem tranſimus cum opinione contraria tamquam communi, Io. Fran.

Sexta.

¶ Ad Apoſtolatus.] In beneficijs diuiſis habet quis ea lita, quæ habebat in integris.

Septima.

¶ Si fratrum.] Imperio vacante nullus nomen vicarij Imperatoris retineat, aſſument, vel reſumatur.

Octaua.

¶ Antiquæ.] Notabilis valde eſt iſta, inhibens ne coniugati aſſumant ordines ſacros, quorum ſuſceptione nõ poſſunt matrimonium etiam nondum conſummatum diſſoluere. Hanc allegat Io. And. in c. 1. de voto. lib. 6. in glo. ſuper verbo, ſacri ordinis.

Nona.

¶ Sancta Romana, atq; vniuerſalis.] Contra Fratricellos. Adde extrauagantem eiuſdem, quæ incipit, Glorioſam Eccleſiam. in qua ſingulariter confundit omnes errores iſtorum Fratricellorum.

Decima.

¶ Copioſus.] Contra portantes infidelibus arma vetita, & alijs prohibita.

Vndecima.

¶ Quia in futurorum.] Hæc extrauagans loquitur de duellis, & torneamentis: hanc allegat Henricus Boich. in cap. canonum ſtatuta. ad fi. propter glo. Zenze. ſuper ver. torneamenta. Adde Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de reſcrip. puta. §. item ratione. ver. item quod obtentum eſt ab imperatore nondum coronato. & in c. 1. de cleri. peregrinis.

Duodecima.

¶ Prodiens quaſi ex adipe.] Contra cudentes falſam monetam. Adde extrauag. eiuſdem, quæ incipit, ſpondent, quas non hñt contra alchimiſtas. & conſi. Oldr. quod incipit, & conſilium Bal. in vſib. feu. in ti. quæ ſint regalia. Adde deci. in antiquis. quæ incipit, caſus talis eſt.

Decimatertia.

¶ Ad noſtri Apoſtolatus.] Circa bannitos Campaniæ, & Maritimæ.

Decimaquarta.

¶ Dierum creſcente.] Contra homines Marchię, qui ſuos rectores, & officiales occidebant. hanc allegat Henricus Boich. in c. canonum ſtatuta. de conſti. propter glo. Zenzelini. in ver. mundanis.

Decimaquinta.

¶ Cum ad ſacroſanctæ.] Super taxis hanc extrauagãtem allegat Io. And. in c. ſtatutum §. notarium. de reſcrip. li. 7. in nouella. & in addi. Spe. in fi. proœmij ad intellectum algoriſmi. Adde extrauagantem Martini, quæ incipit, in Apoſtolicæ dignitatis ſpecula. in qua ponuntur oẽs taxæ officialium curiæ Romanæ. Similiter vide extrauag. Benedicti xij. quæ incipit, rõ iuris exigit. §. cæterum. in qua taxam facit eorum, quæ poſſunt recipere notarij Rotę, & Cardinalium, & auditorum cameræ, & Metaſtalli ¶ Romanæ curiæ, & aliorum quorumcumq; audientium cauſas in Romana curia auctoritate Apoſtolica. Adde extrauag. Benedicti xij. quæ incipit, decens, & neceſſarium. in §. in ſalarijs. Datam Auinioni vj. Calend. Nouemb. Pontificatus ſui, anno vj. in qua taxauit ſalaria aduocatorum, & procuratorum Romanæ curiæ, quæ omnia confirmauit Greg. ix. in ſua extrauaganti, quæ incipit, in Apoſtolicæ quamuis à Felicis. & Martinus v. in dicta extrauaganti, quæ incipit, in Apoſtolicæ, & in alia, quæ incipit, Romani Pontificis prouidentia.

¶ Metaſtalli. aliàs mareſcali.

Decimaſexta.

¶ Quorundam.] An fratres Minores indumenta vilia, curta, & ſtricta pro arbitrio ferre poſſint.

Decimaſeptima.

¶ Quia nonnumquam.] Suſpenditur excommunicatio, quam incurrebant gloſſantes decretalem, Exijt qui ſeminat. de verb. ſig. li. 6.

Decimaoctaua.

¶ Ad conditorem.] Refutat Papa dominium rerum fratribus Minoribus obuenientium.

Decimanona.

¶ Cum inter nonnullos.] Contra errorem Bohemorum, qui dicebant Chriſtum, & eius diſcipulos nihil habuiſſe proprium, &c.

Vigeſima.

¶ Quia quorundam mentes.] Contra detractores extrauagantium, Ad conditorem. &, Cum inter nonnullos. hanc conſtitutionem alleg. Io. And. in c. 1. de ſumm. tri. ſuper ver. claue. ad declarationem poteſtatis clauium, & Bal. in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccl. in 6. colla. & idem Io. And. in c. cum ſatis. de offi. archid. ad declarandum, quid importet cura animarum.

Finis Apoſtillarum Domini Franciſci de Pauinis, in quibus breuiuſculo ſermone effectum cuiuslibet Extrauagantis habes, ſecundum ordinem quo ſituatæ ſunt, atq; multa notatu digniſſima, quæ ſe cunctis luculenter offerunt.

Hieronymi Clarij Brixiani iuris vtriuſque doctoris Protonotarij, & Comitis Apoſtolici in Extrauagantes Decretales breue præludium.

Cum omnes Magiſtratus, præſertim Eccleſiaſtici decidendas cauſas, & cæteri Iuriſperiti, quibus interpretandi cõſulendiq; tribuitur facultas, reſponſa ſua, iuxta conſtitutiones Romanorum Pontificum, nõ ſolum, quæ in corpore iuris clauſæ reperiuntur, verumetiam ſecundum Extrauagantium diſpoſitionem ſint prolaturi, ſi modo ipſis Extrauagantibus adſint requiſita, quæ epiſtola Innocentij tertij ad Helień. epiſcopũ depoſcit: ipſarum lectionem non negligendam cenſeo: Quippe ſententia lata contra Extrauagãtem publicatam, & indubitatã, eſt ipſo iure nulla: ante publicationem vero ſecus, vt no. in proœm. Clemẽtinarum in verbo, de cętero. & in Clem. nolẽtes. de hæreti. Sed ſi eſt publicata, & indubitata, eſt ipſo iure nulla, tamq̃ lata contra legem ſcriptam. no. Bal. in l. 2. C. qñ prouo. nõ eſt neceſſe. & Butrig. in c. 1. & c. cum inter. de re iud. & probatur in l. 1. §. item cũ contra ſacras. ff. quæ ſen. ſine appell. reſcin. Exemplum in Extrauagãti, Execrabilis, ſecundũ Abbatem in c. Paſtoralis. de fi. inſtru. Item de Extrauagãti, Ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 349. incipit: Item ſi mãdatur. Secus aũt ſi de ea dubitatur, per ca. paſtoralis. de fi. inſt. & l. cum prolatis. ff. de re iud. ſecundum vnam lecturam. Ideo ſuper ea Papa eſt conſulendus: & ſi reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata. per auten. ad hæc. C. de fi. inſtr. & l. Celſus. ff. de probationib. ſecundum vnam lecturã. Facit c. Ad audientiam. de præſcri. & idẽ pręſumitur, qñ reperitur inter Extrauagãtes, 20. q. 1. c. qm̃ progenitorum. maxime ſi reperitur gloſſata per Doct. famoſum, ſicut Zenzelinum, Laurentium, Ioannem Monachum, Gulielmum de mõte Lauduno, & alios: & per not. in d. c. paſtoralis. probatur l. 1. in fi. C. de nouo Codi. cõponendo. & quod no. in l. 3. C. de legib. vel ſi fuit diu obſeruata, vt not. Bar. in l. fi. ſuper Extrauagã. qui ſint rebelles. de quibus plenius per Bar. in l. cum prolatis. præall. & Butrig. Abbat. & modernos in d. c. paſtoralis. ¶ Vbi ſecundum Boat. poteſt de ea dubitari ad inſtar eius, quod notatur in c. nemo. de electio. in 6. de quibus etiam per Ludo. in conſilio 250. quod incipit, In Chriſti nomine: In propoſito caſu. Vbi etiam ſubdit, quòd ſi fuiſſet temporalis, per declarationẽ ſucceſſoris efficitur perpetua; quia declaratio Papæ etiam ad petitionem ſingularis perſonæ facta ad legem, vel ad ordinationem aliquam præcedentem, legem generalẽ conſtituit ad omnes per l. fi. C. de legib. & not. in c. in cauſis. de re iudi. Item non eſt neceſſe, quòd conſtet de datis, ſecundum Barto. in dicta data, qui ſint rebelles. Præmiſſa intelligo de extrauagãtibus emanatis poſt compilationem libri Sexti, ſecũdũ Ioan. And. in proœmio libri Sexti, ad finẽ. & c. fin. de hære. eo. li. Et ſi contradicant iuri ſcripto? dic vt plene per Io. And. Io. de Lignano, & Dominicum in c. 1. in prin. de conſtitutio. lib. 6. &c. per Archidiac. poſt Hug. 19. diſ. c. ſi Romanorũ. & in ſumma. Adde Bal. in lege, leges ſacratiſſimæ. C. de legibus, & notatur in c. ſi in laicis. 30. diſt. Nec eſt de ſubſtantia, vt redigatur in ſcriptis, de quo plene per Io. And. in regula, nemo poteſt. de reg. iu. in Mercurialibus, lib. 6. & in deciſionibus Roma. 238. per gl. in l. 1. C. de legib. probatur in c. 1. de renuntiationibus, li. 6. per Abbatem in c. 1. de poſtula. præla. qui dicit, ꝙ de hoc videtur cõmunis opinio. Debent autem Extrauagantes, quando de eis dubitatur, per allegantem in forma auth. produci ſub plũbo, ſi extra curiam ſunt producendæ, vel ſub ſigno Vicecãcellarij, ſi in curia ſunt producẽdæ. Et hoc de illis, quæ ſunt deſcriptæ in lib. Cãcellariæ. Illæ autem, quæ ſunt deſcriptæ in Camera Apoſtolica, ſumentur cũ ſigno Camerarij in curia, vel ſub plumbo extra curiã. Et ita ſeruatur in curia Rom. De his aũt plenius tractat ſupremus Doctor Dñs Franciſ. de Pauinis in prin. Extrau. Io. xxij.

Sententia cõtra extrauagantem lata, an valeat.

Extrauagans quãdo dicit indubitata.

Scriptura nõ eſt de ſubſtãtia Extrauagantis.

Extrauagantes qualiter ſunt producendæ.

EXTRAVAGANTES DECRETALES,

Quæ à diuerſis Romanis Pontificibus poſt Sextum, emanauerunt: Quarum aliquæ Gloſſis Ioannis Monachi Picardi Cardinalis, aliquæ Commentarijs Gulielmi de Monte Lauduno, & Ioannis Franciſci de Pauinis illuſtrantur.

LIBER PRIMVS.

De conſuetudine.

¶ Ioannes xxij.

¶ Conſuetudo impediens ne legati ſedis Apoſtolicæ recipiantur, non valet: & illa non obſtante legati ipſi ſunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipſo facto excommunicationem incurrunt, & eorum terra eccleſiaſtico ſubijciuntur interdicto.

CAP. VNICVM.

SVper gentes, & regna Romanus Pontifex à Domino conſtitutus, cũ perſonaliter ſingulas regiones circuire nõ poſſit, nec circa gregem ſibi creditum curam paſtoralis ſolicitudinis exercere: neceſſe habet interdum ex debito impoſitæ ſeruitutis, ſuos ad diuerſas mundi partes, (prout neceſſitates emerſerint) deſtinare legatos, qui vices ipſius ſupplendo errata corrigãt, aſpera in plana conuertant, & commiſſis ſibi populis ſalutis incrementa miniſtrẽt. Verumtamen aliqui huiuſmodi officium, & poteſtatem ipſius Romani Pontificis, quam non ab homine, ſed à Deo recepit, ſub ſuo arbitrio redigere molientes, legatos ipſos, niſi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorũ tranſmiſſi, ſibi terras ſubiectas, (dicentes hoc eis de conſuetudine cõpetere,) ingredi non permittunt. ¶ Nos huiuſmodi conſuetudinem non tam irrationabilem, quã nõnunquam animarum ſaluti contrariam, detrahentemq; Apoſtolicę poteſtati, auctoritate Apoſtolica penitus reprobantes, legatos ipſos ab omnibus, cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus fuerint, debere admitti decreuimus: nec eos prætextu cuiuſuis conſuetudinis impediri poſſe à quoquam Chriſtiano nomine gloriante, quominus regna, prouincias, & terras quaſlibet, ad quæ ipſos deſtinari contigerit, ingrediantur libere, ac commiſſæ ſibi legationis officium exerceant in eiſdem. ¶ Qui vero de cętero ſuper prędictis dictos legatos, aut etiam nuntios, quos ad quaſcunque partes pro cauſis quibuſlibet ſedes ipſa tranſmiſerit, præſumpſerint impedire, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ, & loca quælibet ſubiecta eiſdem, tamdiu ſint eo ipſo eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, quamdiu in huiuſmodi contumacia duxerint perſiſtendũ. Non obſtantibus quibuſlibet indulgentijs, aut priuilegijs, Imperatoribus, ac Regibus, ſeu quibuſcunque alijs ſub quibuſcunque modis, tenoribus, & formis à ſede ipſa conceſſis, quæ contra præmiſſa nulli volumus ſuffragari.

Legati ſedis Apoſtolicæ quid facere debent.

Conſuetudo animarũ ſaluti cõtraria eſt reprobanda.

De poſtulatione prælatorum.

¶ Ioannes xxij.

¶ Minores xxvij. annis ſæculares, & Mendicantes religioſi ad certas eccleſias prohibentur poſtulari: & puniuntur tam poſtulantes quam poſtulati.

CAP. VNICVM.

DIſpendijs, & periculis varijs, quę ex ſubſcriptis poſtulationibus poſſent eccleſijs euenire, & vacationum diuturnitatibus, quæ conſueuerunt nonnunquã ex poſtulationibus irrationabilibus prouenire, ac diſpendijs, quę inde frequenter eccleſię incurrũt, ad futuram rei memoriã obſiſtere cupiẽtes: illum qui viceſimum ſeptimum non attigerit annũ, ad cathedralem, [a] necnon profeſſorem cuiuſuis Mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus eccleſias monaſteria extra ſuos ordines poſtu-

[a] ¶ Cathedralem.] aliqui habent ſic, Ad cathedralẽ, aut, quãuis ſæcularem nõ cathedralem eccleſiam. quod an bonum ſit, relinquo peritiæ legentium.

[b] ¶ Poſtu-

lari edicto ꝑpetuo prohibemus. ¶ Quod ſi ſecus poſtulatū fuerit, & attentatum, irritum, ac nullius penitus ſit momenti. Et qui ſcienter proceſſerint ad eandem, ea vice poſtulãdi, ac eligendi poteſtate priuatos, ac beneficijs, quę in ipſa obtinebunt eccleſia, ad quam poſtulationem huiuſmodi fecerint, per triennium nouerint ſe ſuſpenſos. ¶ Poſtulatos [a] vero, qui poſtulationis de ſe factæ negotium fuerint per ſe, vel per alium in Romana curia proſecuti, illud ibi proponi in publico, vel priuato conſiſtorio facientes, etiam ſe dumtaxat diſpoſitioni ſedis Apoſtolicę committendo, ſi ſe annum xxvij. non attigiſſe ſciuerint, vt præfertur vſque ad xxxv. annū. Cęteros vero ſæculares, & religioſos extra ſuorum adminiſtrationes ordinū perpetuo ineligibiles, ac impoſtulabiles eſſe decernimus: ac prorſus inhabiles ad quaſcunq; dignitates eccleſiaſticas, & beneficia quęlibet obtinenda.

De electione.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Multis probat argumentis promotos in curia nō debere ad propria redire ſine litteris ſuæ promotionis. Qui ſi ſecus fecerint; pro prælatis non ſunt habendi, pœnaſque incurrant hic expreſſas. Et de iſta Extrauaganti facit mentionem Panormitanus in cap. qualiter. de elect. dicens, quod nullus antequam habeat litteras Apoſtolicas ſuper ſua promotione, debet adminiſtrare, nec debet recipi ab eccleſia tamquam prælatus: aliàs recipientes, & receptus incurrant pœnam, de qua hic.*

C A P. I.

INiunctæ nobis debitum ſeruitutis expoſcit, vt qui ad reformandos in clero mores, & actus (prout nobis ex alto permittitur) ſolertius intendimus: ibi præcipue reformationis accommodatę remedium apponamus, vbi maius reſpicimus periculum imminere. [b] ¶ Sane quam periculoſum exiſtat, quod aliquis in officio, dignitate, vel gradu fore ſe aſſerat, & pro tali etiam habeatur, niſi prius ipſe quod aſſerit legitimis oſtenderint documentis: tam ex ciuilibus, quam ex canonicis inſtitutis colligitur euidenter. Aſſerenti namq; cum mandatis principis ſe veniſſe, credendum nõ eſt, niſi hoc ſcriptis probauerit: [c] Nec ſimiliter creditur ſe aſſerenti legatum. Numquam enim Apoſtolicæ ſedis moris fuit abſque ſignatis apicibus vndecunque legationē ſuſcipere. [d] Sed nec dicenti ſe delegatum ſedis eiuſdem creditur, vel intenditur, niſi de mandato Apoſtolico fide doceat [e] oculatam. Similiter clerici ad alienam diœceſim ſine ſuorum ordinariorum litteris venientes, nec in ſuis recipiantur ordinibus, nec ad ſuperiores aſcendant. [f] Clerici quoque & monachi, qui de ſuis ciuitatibus ad alienam vrbem proficiſcuntur, (niſi muniti veniant ſuorum litteris prælatorum,) non ſunt clerici, vel monachi reputandi. [g] Si quis præterea in clerum electum ſe dicat, ſi ſacerdotem ſeſe nominet, hoc ſcrutandum eſt: quia non ſine periculo eſt in talibus communicatio indiſcuſſa. [h] Quod autem in illis, qui ſe epiſcopos, vel ſuperiores prælatos, aut etiam abbates, priores, ſeu alios monaſteriorum rectores quocunque nomine cenſeantur, [i] appellant, ſit diſcuſſio celebris, & diligens facienda, luculenter apparet: ſi ſcandala, & pericula grauia, (quę ipſorū pareret poſſet communicatio indiſcuſſa,) diligentius

a ¶ Poſtulatos vero.] hæc clauſula breuior eſt in aliquib⁹ libris, in quibus ſic habetur: Poſtulatos vero, qui poſtulationē huiuſmodi de ſe factam proſecuti fuerūt, eam ſe, &c.

INiūctæ.] Hæc docet. habet ſex dicta. Primo ꝑmiſſo proœmio ad dicenda, factum intentum in genere ponit. Secundo ver. [Aſſerenti,] ad factum poſitū per multa media arguit. Tertio ver. [Quod autem.] dicta argumenta applicando ad caſum ſpecialiter intentum deſcendit. Quarto verſic. [Præſenti.] ſuper dicto caſu ſtatuit: & inhibitiones conſequenter adijcit. Quinto ver. [Quod ſi forſan.] facientes cõtra huiuſmodi ſtatutum punit. Sexto verſi. [Similiter.] dictum ſtatutum ad caſum alium extendit. Ioan. Monachus.

b ¶ Imminere.] ext. 6. lib. de elect. & elec. pot. cap. vbi periculū. Io. Monachus.

c ¶ Probauerit.] C. de mand. prin. l. vna.

d ¶ Suſcipere.] 98. diſtin. nobiliſſimus. Io. Monachus.

e ¶ Doceat.] extra de offi. deleg. ca. cum in iure.

f ¶ Aſcendant.] ext. de cler. peregri. c. 1. & 2. & 98. diſt. per totū.

g ¶ Reputandi.] C. de epiſ. & cler. ſi qua per calumniam. §. prętere. 71. diſt. hortamur.

h ¶ Indiſcuſſa.] 42. diſt. quieſcamus. Ioã. Monachus.

i ¶ Cenſeantur.] vt cū di Prior, vel ꝑpoſitus talis monaſterij per Priorē. ſeu ꝑpoſitū ſolitū gubernari. hæc n. adiectio h: ꝑ ſtylū cãcellariæ, qñ ſcribit priori, vel ꝑpoſito alicuius monaſterij: aliàs ſi ſimpliciter ſine dicta adiectione, non ſcriberetur pdi[illegible]tis, vt [illegible]

a ¶ Atten-

attendantur. [a] Hinc nos euidens euocat ratio, vt cum præmiſſis alijs caſibus, qui minoris exiſtunt periculi, ſit ex conſtitutionibus editis iam prouiſum, hunc vltimũ, qui pericula grauiora minatur, nequaquam ſine prouiſionis opportunę remedio relinquamus. ¶ Præſenti itaq; perpetuo valitura conſtitutione ſancimus, vt epiſcopi, & alij prælati ſuperiores, necnon abbates, priores, & cæteri monaſteriorum regimina exercentes, quocunque nomine cenſeantur, [b] qui apud dictam ſedem promouentur, [c] aut confirmationis, [d] conſecrationis, [e] vel benedictionis [f] munus recipiunt, ad commiſſas [g] eis eccleſias, & monaſteria abſque dictę ſedis litteris [h] huiuſmodi eorũ promotionem, cõfirmationem, conſecrationem, ſeu benedictionem continentibus accedere, vel bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non [i] præſumant: nullique eos abſque dictarum litterarum oſtenſione recipiant, [k] aut eis pareant, vel intendant. ¶ Quod ſi [l] forſan contra præſumptum fuerit: quod per epiſcopos, prælatos, abbates, priores, & alios monaſteriorum regimina exercẽtes prędictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur: nec quicquam interim ijdem epiſcopi, vel prælati, abbates, priores, vel regimina exercentes, de eccleſiarum, vel monaſteriorum prouentibus percipiant eorundem. ¶ Capitula [m] vero, conuentus, [n] eccleſiarũ, & monaſteriorum ipſorum, & alij quicunque ipſos abſque huiuſmodi dictæ ſedis litteris recipientes, vel obedientes eiſdẽ, tamdiu ſint à beneficiorum ſuorum perceptione ſuſpenſi, [o] donec ſuper hoc eiuſdem ſedis gratiam meruerint obtinere. [p] ¶ Similiter quo-

a ¶ Attendantur.] 11.q.3.nolite. Ioan.Mona.
b ¶ Cenſeantur.] 2.q.1.legum. Ioan.Mona.
c ¶ Promouentur.] ex prouiſione Papæ, vel ex officio ſuperioris.ext.6.lib.de elect.ſi poſtquam.in fi.
d ¶ Confirmationis.] via iuſtitiæ. Ioan.Mona.

Prælatorum aliqui conſecrantur, alij benedicunt.

e ¶ Conſecrationis.] vt electi in epiſcopos, & ſuperiores prælatos. Io.Mona.
f ¶ Benedictionis.] vt abbates, priores, & præpoſiti prædicti.
g ¶ Ad commiſſas.] ſtatutum præmiſit, nũc inhibitionẽ duo capita continentem ſubiungit.

Probatio quæ de neceſſitate per ſcripturam fieri debet.

h ¶ Litteris.] No probationem in ſcriptis. ſimiles caſus not.ext.lib.6.de cenſi. Romana.§.poſtquam.
i ¶ Non præſumãt.] ſed qualiter adminiſtratio acquiſita per ſolã confirmationem aufertur? extra de elect. tranſmiſſam. & not. 62. diſt. quanto. Sol. ſi eſt conſuetum, quod primo inſtalletur abbas antequam adminiſtret: hoc poteſt fieri, vt ius adminiſtrandi differatur cõſuetudine.ext.de offi. archid. ad hoc. §. in quadam. & c. vt noſtrum. ſic poteſt fieri iure inhibẽte, vt hic. Sed nũquid quod hic dicitur, habet locum in inferioribus Papa confirmantibus? Videtur, quod ſic, extra de re iudi. in cauſis. Dic contra, quia cum hæc conſtitutio ſit pœnalis, & cõtra ius cõmune, eandem non extendam, ſicut nec iura ſpecialia contra regulam ad conſequentiam ſunt trahenda. ext. 6. lib. de regul. iur. quæ à iure. Io.Mona. Sed pone, cõſecratus, vel benedictus litteras Papales habere non potuit propter Papæ obitum: nunquid tenebitur multo tempore in curia remanere? Credo, quod non: quia hic Papa damnat præſumptionem temerariam recedere volentis abſque litteris, propter quod illum, & recipientes eundem, vt infra ſequitur, punit. Sed neceſſitatem nõ excludit, & vbi non eſt culpa, nec pœna debet infligi.ext.lib.6. de reg. iur. ſine culpa. Vnde temeraria præſumptio hic reprobata ad caſum alium non debet extendi: nec prohibitio generalis excludit caſum aliàs licitum. extra de verb.ſign. ſuper quibuſdam. Item ſtatuta, & priuilegia cum trahuntur ad iniqua, ſunt reuocanda. extra 6.lib. de ſenten.excommu.cap.vlt.in princip. 60.diſt. §.verum. ff.de vulg.& pupil.ſubſt. ex facto. §.1.& 2. extra de deci. ſuggeſtum.

Constitutio pœnalis non eſt extendenda.

Pœna nõ debet infligi ſine culpa.

k ¶ Recipiant.] ſed nunquid oportebit me prælatũ ſemper oſtendere litteras? Dic, hic loquitur in principio dum accedit prælatus ad prælaturam: non quando diu in poſſeſſione ſtetit. not. ſimile extra 6.lib.de ſenten.excom. c. iudex.
l ¶ Quod ſi.] ſicut præmiſit duplicem inhibitionem videlicet quo ad prælatos, & ſubditos, ſic hic quo ad eoſdẽ cõtra inhibitionẽ veniẽtes pœnã annectit: primo duplicem cõtra prælatos, ſecundo vero capitulo contra ſubditos.
m ¶ Capitula.] ſcilicet cathedralium, vel ſæcularium.
n ¶ Conuentus.] ſcilicet regularium. Io Monachus.
o ¶ Suſpenſi.] video pœnam iſtam locum habere in ſæcularibus, qui habent beneficia diſtincta. Quid in regularibus, nunquid fame morientur, cum nõ habeant aliud beneficium diſtinctum, niſi neceſſaria vitæ? Dicunt quidam, ſibi imputẽt, qui ſua culpa inciderunt in hanc pœnã.ext.de æta.& qua. ord.ca.1. & ff.depoſi. bona fides. & quærãt victũ manibus.91.diſtin. clericus victum. Vidi in facto Sagien. eccleſiæ, quod regularis exiſtit, cũ quidã canonicus illius eccleſiæ electo ibidẽ euidentẽ defectũ ſcientię obieciſſet, & defeciſſet, nec potuiſſet pęna iſta puniri, quæ habetur ext. 6 lib. de elect. ſtatuimus. §.ſi vero. & ca.ſi forte. Papa decreuit (cũ nõ poſſet ſibi denegari victus) vt eſſet i eccleſia ſua vltimus in choro, capitulo, & refectorio, nunquam ad dignitatem in eccl ſia ſua promouendus. ſic dico hic arctũ victũ dandum donec iſti gratiam ſedis Apoſtolicæ, vt ſequitur, meruerint obtinere, vt C.de ord cog ſi quis.ver. nam ſi tales. vbi exiſtẽti in poſſeſſione ſeruitutis, qui adminiſtrare non põt, ſumptus litis, & alimonia miniſtrantur, quantũ moderato iudicis arbitrio fuerit æſtimatũ. Sic damnato in metallũ, & etiã ſeruo pœnæ alimenta relinquuntur, licet alia ſubtrahantur. ff.de alim.leg.l.ſi cui.& l.ſeruos. ff. de ijs, quæ pro non ſcrip.hab.l.3. Et alias mutatur pœna, cũ ordinata per ius locũ habere non poſſunt. ff.de iuriſd.om. iud. l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. 14 q. 6. ſi res. ff. de in ius voc.l.ſin. Sed quis adminiſtrabit bona interim? Dico, quod ſuperior dabit adminiſtratorem.ext.6 lib.de ſup negl.præla.eccleſiæ. de appel peruenit. vel dabitur curator bonis, ſicut illis, qui adminiſtrare non poſſunt. ff.de cura.bo.dan. per totum. C de aſſer.tol.l.1.§.ſuper peculio. Io.Mona.

Pęna vna in aliã quãdoq; mutatur.

p ¶ Obtinere.] ex quo Papa ſibi reſeruauit hunc caſum, inferiores de eo ſe intromittere nequeunt. extra 6. lib.

i de

que epiſcopi, prælati, abbates, priores, & alij monaſteriorum regimina exercentes prædicti ſolito fidelitatis, & obedientię iuraméto [a] non præſtito. [b] Illi etiã pontifices, quos apud prædictam ſedem palliũ continget recipere, abſque litteris traditionis ipſius pallij nequaquam ab eadem diſcedant: diſcedentes vero (quouſque huiuſmodi iuramétum præſtiterint, & litteras obtinuerint,) nihil de ipſarum eccleſiarum, & monaſteriorum prouentibus percipiant: & quicquid interim per eos, (vt de alijs prędicitur,) actũ fuerit, viribus non ſubſiſtat. [c]

¶ Benedictus xj.

¶ Si religioſus electus non petierit ipſe, vel eius electores licentiam cõſentiendi intra tempus moderandum pro præſentia, vel abſentia ſuperioris, eſt eo ipſo priuatus iure ſibi ex electione quæſito, & poſſunt electores alium eligere. hoc dicit. addit ad cap. quam ſit. de elec. in 6.

CAP. II.

SI religioſus, qui abſq; ſui ſuperioris licẽtia electioni de ſe factę conſentire non poteſt, illam poſt electionem ſibi pręſentatam, vel eius electores intra tempus pro eiuſdem ſuperioris pręſentia, vel abſentia moderandum, nequaquam obtineat, dat generale concilium [d] Lugdunenſe electoribus extunc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verum quia frequenter dubitatum eſt, an etiam ſit eo ipſo iure, (ſi quod ei competebat ex huiuſmodi electione,) priuatus: Statuimus, illo eum hoc ipſo fore priuatum. [e]

¶ Idem.

¶ Quattuor patriarchalibus eccleſiis vacantibus, ſtatuitur illis nõ poſſe prouideri Romano Pontifice inconſulto: quod ſi ſecus factum fuerit, irritum decernitur.

CAP. III.

SAncta †Romana Eccleſia, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinarię poteſtatis obtinet principatum à Deo, vtpote mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra, [f] quattuor patriarchales ſedes inſtituit, inter quas poſt ipſam Romanam Eccleſiam Conſtantinopolitanam primum, Alexandrinam ſecundum, Antiochenam tertium, & Hieroſolymitanam quartum locum voluit obtinere, ipſaſque multis prærogatiuis, & honoribus ac priuilegijs decorauit: [g] de quarum prouiſionibus cum eas vacare contingit, tanto eſt accuratius cogitandum, & attentius prouidendum, quanto maioris eminent altitudine dignitatis, & periculoſe [h] erraretur in prouiſionibus earundem. ¶ Super hoc igitur cum fratribus noſtris habita deliberatione matura, inter alia noſtræ conſiderationi occurrit, quod omnes (prohdolor) prædictarum ſedium patriarchalium ciuitates, aut ſunt deſtructæ, aut occupatæ ab infidelibus, vel à ſchiſmaticis detinentur, ipſarum capitulis, ſeu continentibus, & canonicis diſperſis vndique extra ciuitates ipſas, per alias regiones, ſeu loca à ciuitatibus ipſis remota. Ex quo contingit, (ſicut experientia nuper nos docuit,) quod vacante Conſtantinopolitana eccleſia per mortem bonę memorię Petri Pathiarchæ, ſolum per vnum dumtaxat eius canonicum fuit de nouo paſtore electio

celebrata

de ſent. excom. cum medicinalis. in fi. & ext. de præben. inter cætera. aliàs poſſent. ext. de ſent. excom. nuper.

a ¶ Iuramento.] de quo habetur ext. de iureiurando, ego N.

b ¶ Non pręſtito.] ca pe infra, nequaquam ab eadem diſcedant.

c ¶ Non ſubſiſtat.] nũquid pœnæ in primo caſu poſitæ contra recipientes, & obedientes prælatis, habebunt hic locum? vſ q; ſic propter verbum, qđ præcedit, ſ. vt de alijs. Dic cõtra, & hoc caſu puniuntur prælati, vt in primo. Nec verbum, de alijs, refertur ad ſubditos, ſed ƥlatos. Nec mirũ ſi pœna hoc caſu ſecũdo nõ repetatur: quia plus delinquitur recipiẽdo contra primũ, q̃ ſecũdũ, nec pœnã nõ expreſſam extendã. de pœn. diſt. 1. pœnæ.

Pœnæ non ſunt extendendæ.

ADDITIO Ad intellectũ huius decret. & cap. nihil de elect. adde conſi. Oldradi, nume. ſ 1. quod incipit: Poſito ſine præiudicio. vbi concludit, q; dominus Brochar. q eſt immediate ſedi Apoſtolicę ſubiectus, diſtans à Romana curia vltra xxx. dietas ad magnam inſtantiam ſui capituli, & propter eccleſiæ neceſſitatem vrgentem nondũ obtenta cõfirmatione à ſede Apoſtolica adminiſtrans, & bonorũ eccleſię adminiſtrationi ſe immiſcens, non incurrit dictas pęnas. Io. Fran.

SI religioſus.] Hoc decretum eſt notatum ext. 6. lib. de electio. quam ſit. Et primo hæc conſtitutio narrat Lugdun. concil. ſecundo ver. [Verum.] ſuper eo, quod poſtea in eo dubitatil, dat ſtatutum.

d ¶ Concilium Lugdunenſe.] vt dicto ca. quam ſit.

e ¶ Priuatũ.] nam ex quo dictũ concilium dabat electorib⁹ liberam eligẽdi poteſtatẽ. eoipſo ius adimebat electio. arg. ff. de leg. 1. plane. 1. reſponſo. ff. de adimen. lega. & ſi transferam. ff. de his quibus vt indig. cum quidam. propter quæ iſta conſtitutio videtur ſuperflua.

SAncta.] Primo proœmium ad dicenda præmittit. Secũdo ver. [Sup hoc.] cauſam impulſiuam ſuę cõſtitutionis ſubijcit. Tertio ver. [Ideoque.] ſuper pręmiſſis ſtatuit. Quarto ver. [Nos enim.] ſtatuit hmõi per decretũ, & non obſtan. munit.

f ¶ Magiſtra.] extra li. 6. in proœmio. 1. reſponſo.

g ¶ Decorauit.] ext. de priuileg. antiqua.

h ¶ Periculoſe erraretur.] extra 6 lib, de elect. vbi periculum. 1. reſponſo.

¶ Vide nott. per Docto. in cap. antiqua. ext. de priuil.

Ex debito.] [a] ¶ Bonifacij octaui.] cap. præſenti. de præb. in 6. [b] ¶ Clementis.] ca. 1. de præb. in 6. [c] ¶ Tenoribus.] aliàs tenoribus, & alias temporibus.

celebrata, alijs canonicis ſuis agentibus in remotis: dictus tn̄ electus iuri, ſi quod ſibi ex electione huiuſmodi competebat, in noſtris manibus ſponte, ac libere reſignauit. ¶ Ideoq; de eorundem fratrum cõſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, vt quãdiu ciuitates ipſæ ſchiſmaticorum, aut infidelium ſubſunt, aut ſuberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarũ patriarchalium ſedium, cum eas, vel ipſarum aliquã, ſeu aliquas vacare contigerit, ad electionẽ, poſtulationẽ, ſeu quãuis prouiſionem de præficiendo ſibi patriarcha, vel paſtore nullo modo procedant, quouſque ad Apoſtolicæ ſedis notitiam deducatur. Nos enim à data pręſentiũ, decernimus irritũ, & inane, ſi ſecus per prędicta capitula, conuẽtus, vel canonicos, aut quemuis alium, vel alios ſciẽter, vel ignorãter fuerit attentatum: non obſtãtibus quibuſcunq; ipſarũ eccleſiarum, vel alicuius earum conſuetudinibus, vel ſtatutis, iuramento, confirmatione dictæ ſedis, uel quacunq; alia firmitate vallatis, ſeu cõſtitutionibus, priuilegijs, vel indulgentijs ſedis eiuſdem, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quõlibet, vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbũ in noſtris litteris habenda eſſet mentio ſpecialis. Nulli ergo, &c. Datа Lateraň. x. Calen. Ianua. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

¶ Ioannes xxij.

¶ Cum beneficia apud ſedem Apoſtolicã vacantia ſint ſoli Papæ reſeruata, oſtendit quæ, & quorum apud ſedem vacare dicantur eadem. Et primo loquitur de reſeruationibus, ſecundo de penſionibus.

C A P. IIII.

Animarum periculis occurrere debent prælati.

Ex debito paſtoralis officij, nobis quãquam immeritis ſuperna diſpoſitione cõmiſſi, periculis animarum, & eccleſiarum, ac monaſteriorum diſpendijs, quę ob ipſorum vacationes diutinas ipſis ſolẽt frequentius prouenire, congruis remedijs (quantum nobis ex alto conceditur) ſalubriter occurrere intendentes, vt celerius, & vtilius prouideatur eccleſijs, ac monaſterijs antedictis, & vt Romanæ Eccleſiæ, quæ ſuper ipſas eccleſias, ac monaſteria ex diuina ꝓuiſione obtinere dinoſcitur principatum, honor debitus impendatur, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Põtificũ (præſertim felicis recordationis Bonifacij viij. [a] qui dignitates, perſonatus, eccleſias, & alia eccleſiaſtica beneficia, & Clementis [b] quinti, qui tam huiuſmodi dignitates, perſonatus, eccleſias, beneficia, quàm cathedrales eccleſias quaslibet, monaſteria, prioratus, adminiſtrationes, & officia quęcunque, quę apud ſedẽ Apoſtolicam uacarent, prouiſioni Apoſtolicæ ſub certis tenoribus [c] reſeruauerunt) veſtigijs inhærentes. Nos ex cauſis rationabilibus, quæ ad id noſtrum animum induxerunt, de fratrum noſtrorum conſilio nonnulla detrahendo, aliqua declarãdo, & quædam addendo de nouo, epiſcopales, & earum ſuperiores ſedes, monaſteria, & regulares eccleſias, ad quæ hi, qui eis pro tẽpore pręficiendi ſunt, etiam per electionem canonicam aſſumuntur, prioratus, officia, vel adminiſtrationes eorundem, dignitates, perſonatus, præbẽdas, aliaque eccleſiaſtica beneficia cum cura, vel ſine cura, quocunque nomine cenſeantur, quæ apud prædictam ſedem vacant ad præſens, & ex nunc in antea (donec Chriſti dignatio nos dignabitur vniuerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ regimini præſidere) vacare contigerit apud eã, prouiſioni noſtræ de fratrum noſtrorum cõſilio auctoritate Apoſtolica reſeruam⁹.

Eccleſiæ vniuerſalis regimini Papa præſidet.

¶ Huiuſmodi autem ſedes, monaſteria, eccleſias, & alia præfata beneficia eccleſiaſtica per mortem, uel depoſitionem, ac priuationem eorum, qui ea obtinerent, per electionum caſſationem, poſtulationum repulſionem, renũtiationẽ quorumlibet, prouiſionem tranſlationem, ſiue per ſucceſſionem muneris conſecrationis, aut benedictionis dudum à dicto Clemente prędeceſſore noſtro promotis impenſi, niſi de ipſis diſpoſuerit prædeceſſor, & à nobis, ſiue auctoritate noſtra promouẽdis impendendi apud ſedem ipſam, vel ẽt vbicunq;, aut quouis alio modo canonice vacare apud ſedem intelligimus prælibatã. Epiſcopales inſuper, vel alias dignitates, eccleſias, monaſteria, & alia prædicta fratrũ noſtro-

Beneficia multis modis vacare pñt.

a ¶ Penſiones.] tolle infra ſub edicto prædicto, nolumus aliquatenus comprehendi, &c.

Cardinales dicuntur fratres Papæ.

rum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium apud dictam ſedem per eorum obitum vacare cenſemus, ſiue inibi, ſiue alibi, vbicunque ipſos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idẽ in dignitatibus, & beneficijs, quibuslibet, (vt de alijs præmittitur) officialium noſtrorum, videlicet ⌐ vicecancellarij, eiuſdem Eccleſiæ camerarij, notariorum, auditoris cõtradictarũ, correctorum, ſcriptorum litterarũ, ac pœnitentiariorum noſtrorum, necnon abbreuiatorum curiæ Romanæ ſibi ⌐ volumus vendicare. ¶ Rurſus huius noſtræ reſeruationis edictum ad dignitates, & alia iam dicta capellanorum noſtrorum commenſalium, & quorũlibet aliorum rõne officij, ⌐ vel ex cauſa legitima in dicta curia morantium, qñ à nobis pro noſtris, & eiuſdẽ ſedis negotijs proſequendis de ipſa curia quocũq; modo pręmiſſi, vel aliqui eorum tranſmiſſi, aut legati, vel nuntij fuerint, & eos vbilibet ante ipſorum ad præfatam curiam reditum (durante legatione, ſeu proſecutione ipſorum negotiorum) rebus eximi contigerit ab humanis, duximus extendendum. Et idipſum etiam eſſe volumus in hmõi capellanis commenſalibus, ẽt ſi (vt præmittitur) nunc tranſmiſſi fuerint, vbicunq;, & ipſos rebus eximi contigerit ab humanis. ¶ Cæterum edictum ipſum trahimus ad ſedes, monaſteria, & alia ſupradicta, quæ viuente adhuc dicto Clemẽte prædeceſſore noſtro, vſq; ad eius obitũ, niſi de ipſis per eum fuerit ordinatum, & deinde vſq; ad datam præſentium apud ſedem vacauerint eandem, illaq; vacare decernimus apud ipſam, dũmodo in eis ius in re licet ad rem non ſit aliquibus acquiſitum. Decernentes extunc irritum, & inane ſi ſecus in prædictis, & ſingulis eorum ſcienter, vel ignoranter per quemcunque, ſeu quoſcunq; Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate attentatum fuerit, vel contigerit in poſterum attentari. Non obſtantibus piæ memorię Gregorij x. ac Bonifacij viij. & aliorum Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus ſuper hoc editis, quatenus edicto eſſent, & ſunt contrariæ memorato. Cęteris in ipſis conſtitutionibus contentis in ſuo robore duraturis. ¶ Penſiones a inſuper annuas ab epĩs, & eorum ſuperioribus, alijſq; pręlatis inferioribus, necnon quibuſcunq; capellanis, conuentibus, collegijs, vel ſingularibus perſonis factas, & faciendas perſonaliter aliquibus ex eiſdem Cardinalibus, ſeu quibuſuis alijs ex prænominatis perſonis, & penſiones ꝑterea, ſeu aſſignationes quantitatum quarumlibet ſuper certis prouincijs, dięceſibus, eccleſijs, monaſterijs, vel alijs eccleſiaſticis locis, aut ordinibus, etiam à quibuſuis prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus factas ꝓmiſſis perſonis, ſiue alicui earũdem, vel monaſteria, prioratus, adminiſtrationes quaslibet, beneficia regularia, vel alia quęlibet quocunque nomine cenſeantur, non conſueta ab olim clericis ſęcularibus aſſignari, hmõi perſonis, vel alicui earumdem collata, ſiue cõceſſa in cõmendam, vel alio quouis titulo ab eiſdem prædeceſſoribus, ſeu alijs epiſcopis, vel ſuperioribus pręlatis, capitulis, aut conuentibus, vel collegijs ſub edicto prędicto nolumus aliquatenus cõprehendi, quominus eis cedentibus, vel decedentibus, ſiue illa, quouis alio modo dimittentibus, monaſteria ipſa, prioratus, adminiſtrationes, beneficia, ac loca hmõi ad eccleſias, & monaſteria, ſiue alia loca religioſa, vel alia eccleſiaſtica, eorumq; prælatos, ſiue perſonas, ad quas antea eorum diſpoſitio pertinebat, ſeu quibus immediate ſubeſſe noſcuntur, libere reuertantur. niſi eis quid canonicum obſtiterit, vel de ipſis aliter duxerimus diſponendum.

Ius in re vilius eſt, quã ius ad rem.

De auctoritate, & vſu pallij.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Pallij traditio per obiectum criminis, vel defectus retardari non debet, niſi obijciens præmiſſo iuramento de obiectis promptam fidem faciat. Et quid ſit promptam fidem facere declarat.*

CAP. VNICVM.

Malitijs hominum eſt obuiandũ.

Malitijs hominum, quę ſæpe circa impediendam pallij dationẽ cõmittuntur, volẽtes ſalubriter obuiare: Hac in ꝑpetuũ valitura cõſtitutione ſancimus, vt deinceps per obiectum

cuiuſuis

Quia cunctos.] a ¶ Campanæ.] No. campanæ vſum ad multa valere, vt patet in his verſibus, in quibus de ſe ipſa loqui campana inducitur:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum:

Defunctos ploro, peſtem fugo, feſta decoro.

Sedes

cuiuſuis criminis, ſeu defectus traditio pallij facienda his, qui ad metropolitanarũ eccleſiarum, ſeu aliarum regimen aſſumuntur, non impediatur in aliquo, nec retardetur, niſi obijcientes firment corporali præſtito iuramento ſe id malitioſe non agere, ſed obiecta vera eſſe ſe credere, ac de obiectis offerant facere promptam fidem; & nihilominus ad pęnam talionis, ſeu extraordinariam ſe obligent arbitrio præſidentis. Promptam vero fidẽ intelligimus in hoc caſu, ſi intra bimeſtris temporis ſpatiũ numerandum à die collationis in antea, probauerint legitime quod opponunt. Quod ſi non fecerint, eorum obiectibus nequaquam obſtantibus ad ipſius traditionem pallij procedatur. Per traditionem autem huiuſmodi, viæ accuſationis, denuntiationis, vel inquiſitionis, nullum volumus præiudicium generari.

De officio cuſtodis.

¶ Ioannes xxij.

¶ In religioſorum Mendicantium conuentibus plures campanæ eſſe non poſſunt ſine ſpeciali Papæ licentia: plures autem campanulas in refectorijs, capitulis, & alibi, licite poſſunt ipſi religioſi Mendicantes habere. hoc dicit. Et eſt Extrauagans notabilis: & quia pulſare campanas eſt cuſtodis officium, vt patet eod.titu.cap.1.in antiq. ideo hic non ab re collocata eſt.

CAP. VNICVM.

Quia cunctos orthodoxæ fidei profeſſores, & viros pręſertim eccleſiaſticos ſic hortamur adinuicem, & quo ad alios etiã cõuerſari, quod ex ipſorum geſtis nullius offendatur iuſtitia, nec cuiquam ſcandali materia præparetur: Aduertentes, quod eo, quod nonnulli Mendicantium ordinum profeſſores in nonnullis ſuis conuentibus plures campanas obtinent, & in poſterum ſatagunt obtinere: cathedrales, ac eccleſię aliæ ſuæ quæruntur propterea iuſtitiæ detrahi, & exinde ciuitatibus locorum interdum afferri diuinis officijs impedimentum, videturque inter ipſos litigijs, & ſcandalis via aperiri: Nos præmiſſis obuiare cupientes periculis, pacemque deſiderantes inter ipſos (ſine qua bene pacis auctor non colitur) obſeruari: de fratrum noſtrorum conſilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quod religioſi dictorum ordinum Mendicantium in nullo conuentu ſuo, ſeu loco, plures campanas habeant ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſed vna tantummodo pro loco quolibet ſint contenti. ¶ Quod ſi forſan communitas, ſeu vniuerſitas aliqua eccleſiaſtica, vel mundana, ſeu ijdem religioſi pro illis in aliquo ipſorum locorum campanam [a] aliam habuerint, vel nunc habent: non illam, ſed aliam ſolam eorum ſpecialiter vſibus deputatam pulſare valeant horis diurnis, & nocturnis, Miſſis, & alijs conſuetis. ¶ Cæterum religioſis eiſdem permittimus, quod vbi hactenus plures campanas ſine lite, & contradictione qualibet in vſus dumtaxat proprios habuerint, & nunc habent, illis etiam deinceps libere vti poſſint. Alijs quibuſcunque per eos habitis intra trium menſium ſpatium de ſuis locis, ſeu campanilibus deponendis, & nullatenus iterum reponendis. Verum campanulas, quæ in refectorijs, ſacriſtijs, capitulis, & alijs forſan officinis religioſorum ipſorum conſueuerunt habere, ſub iſta noſtra ordinatione nolumus comprehendi. Nulli ergo, &c. Datum ſecundo Nouembris, Pontificatus noſtri anno octauo.

De officio delegati.

¶ Ioãnes xxij. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ Litteræ Apoſtolicæ impetratæ ad gratias, ſeu ad lites in aliquibus ciuitatibus, ſeu diœceſibus dum erant integræ, non obſtante diuiſione facta de ipſis in duas, ſeu plures ciuitates, ſeu diœceſes, quæ diuiſio facta propter diuini cultus augmentum, & populi incrementum, & etiam executores, ſeu iudices earundem, habeant ſub eiſdem modo, & forma illum vigorem in ſic diuiſis, quem habebant in illis dum integræ remanebant.

Eidē promptam facere quid ſit.

Sedes Apoſtolica.] Hæc poteſt intitulari ſub tit. de præſcrip. vel offic. deleg. vel ſub tit. de cōceſ. pręb. & eccl. nō vac. vel de parochijs. Et diuiditur in quattuor partes. In prima præfatio pręmittit. In ſecunda factū inſeritur. In tertia cōſtitutio edit. In quarta ad ipſum addit. Secūda, [Sane.] Tertia, [Nos amouere] Quarta, [Idē, &c.] Huiuſmodi cōſtitutiōis duplex eſt ratio. Prima, vt alteri: per alterū iniqua cōditio nō afferatur, ne quis cū alterius locupletetur iactura, vt res tranſeat cū onere ſuo. & ſic hęc ſumpta eſt ex rōne illorū iurisū, ī. de pœn. ſuā, de reſcrip. eam te. & cap. ſi eo tempore. lib. 6. de præb. dilectus.

Hęc extrauagās habetur inter xx. Ioā. xxij. ſub titu. de cōceſ. pb. cū glo. domi. Zenzę hęc vero glo. eſt Guliel de Lauduno.

CAP. VNICVM.

Sedes [a] Apoſtolica in ſuis actibus veritatem [b] proſequens, lucem [c] amans libenter euitat nodoſę [d] ambiguitatis [e] inuolucrum: [f] illamque [g] ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam intendit, [h] vt de illis [i] ita proueniant cōmoda, quod alijs nō immineat detrimentum. [k] ¶ Sane [l] pridē ad diuini cultus augmētum, [m] & ad ſalutem [n] populi, quem in nōnullis ciuitatibus, & diœceſibus ſic multiplicarat [o] altiſſimus, quod in earū ſingulis ſingulorū [p] vultus nequibat, vt deceret,

[a] ¶ Sedes.] ſimile ſupra de reſcrip. ſedes.

Veritate fortius eſt nihil.

[b] ¶ Veritatem.] hæc fortior res de mūdo eſt, ſecundum Eſdrā, quæ valet, & inualeſcit in æternū, & viuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum. 8. diſt. conſuetudo. & merito, cū veritas ſit Deus. ead. diſt. ſi cōſuetudinem. hanc cauſam neſciunt aliqui prælati noſtri temporis, qui volentes plus placere hominibus, quam Deo, infinita ſine complemento promittunt: vnde hanc ignorant: & ideo interrogant cum Pilato: Quid eſt veritas? Ioan. 18. in fi.

Lucem odit, q male agit.

[c] ¶ Lucem amans.] bene agentes hanc diligunt: ſed contrarium eius peruerſi. ī. de offi. deleg. conſuluit. de hęret. cum ex iniuncto. C. de epiſc. & cler. conuenticulam. de pœnit. diſt. 1. item vt Chriſtus.

[d] ¶ Nodoſæ.] ideſt, intricatæ. ſup. de verbo. ſignifica. cum olim.

[e] ¶ Ambiguitatis.] de triplici ambiguitate, ſ. iuris, & facti, & perſonæ, dic vt 33. diſt. habuiſſe. in glo.

[f] ¶ Inuolucrum.] ideſt, inuolutionem.

[g] ¶ Illamque.] verſiculus.

Pacis auctor ſine pace nō bene colitur.

[h] ¶ Intendit.] bene dicit, intendit, quia extra intentionem ſuam frequenter facit Papa, vt ſ. vt eccl. benefi. vt noſtrum. tamen non tenet, quod contra intentionem eius fit, dumtamen de hoc conſtet, vt ī. de reſcrip. ſuper litteris. in fi. & c. cum dilecta.

[i] ¶ De illis.] ſcilicet, ordinationibus.

[k] ¶ Detrimentum.] non debet enim aliquis cum alterius iactura ditari, ī. de pœn. ſuam. nec ridere de fletibus aliorum. ī. de priuil. petiſtis. hoc eſt pro perſonis, & eccleſijs, quarum bona occupata ſunt in toto, vel in parte pro iſtis nouis eccleſijs, ſeu in collegijs de nouo per iſtum Papam creatis, vt fiat eis aliqua recompenſatio, ne ab ipſis ſit miſeris ex toto, exceptum ſit præmium gaudiorum contra legem. C. lib. 12. in fi ipſius libri, quæ recompenſatio debet fieri, vt ſit. ī. de maio. & obe. cum inferior. Quid ergo facient archidiaconi eccleſiæ Tholoſanæ, qui omnes procurationes, & fere omnia iura archidiaconatuū ſuorum habent hodie in alijs ciuitatibus, & diœceſibus ab ea diuiſis; nunquid ipſi vel potius archidiaconi, qui de nouo creati ſunt in alijs nouis ciuitatibus iura archidiaconalia in illis diœceſibus exercebunt? Item quid faciet abbas Cluniaceñ. de prioratu ſancti Flori, qui epiſcopatus factus eſt, nulla emenda facta monachis, vel de ſimilibus? Item quid facient plures clerici, qui aſſerunt ſe ex hoc ſuis beneficijs aliàs adeptis canonice priuatos? Item quid erit de epiſcopo Pictauienſi, & Albinenſi, ſeu ſimilibus, qui multa de menſa tam de emolumento ſigillorum, quam de alijs amiſerunt: nunquid iſtis, & ſimilibus ad detrimentum poterit reputari? Non videtur, cum totius eccleſiæ vniuerſalis, quæ eſt vnita, & bonorum eiuſdem plenaria diſpoſitio, Papæ eſſe noſcatur, vt ſupra de præben. licet. lib. 6. de exceſ. præla. ſi quis. concil. Vienneñ. §. verum. & ideo ipſe nedum potuit, immo debuit nedum imminente multiplicatione populi, de quo infra proxi. augmentare operarios, & ſedes ipſis congruas collocare, ac de ſtipendijs ſufficiētibus miniſtrare. argu. 31. diſt. in nouo. ſup. de offic. ordi. quoniam. etiam cum detrimēto aliorum, vt ſic minor vtilitas cedat maiori, & priuata communi. ī. de poſtula. præla. bonæ. 1. 7. q. 1. ſient. ī. de maio. & obe. cum inferior. Nunquid ergo archidiaconus eccleſiæ Tholoſanæ erit oculus epiſcopi Lombarieñ. & in ordinationibus clericorum, & in alijs in quibus tenetur archidiacon⁹ aſſiſtere ſuo epiſcopo, vt ſup. de offic. archidia. ad hæc. & de ſcrutinio. cap. 1. ipſe aderit ſibi, quia facti, & de facto eſt ei, ſuperſedeo quo ad præſens.

[l] ¶ Sane.] Secunda pars.

[m] ¶ Augmentum.] Hæc eſt cauſa prima. ad hæc enim tenentur principaliter nedum eccleſiaſticæ perſonæ, & bona ipſarum, immo etiam quilibet Chriſtianus, vt 21. diſt. §. 1. de conſti. ex parte. de celebra. Miſſ. graui. concilium Vienneñ. Et hæc cauſa excuſat coitum coniugalem à quolibet peccato etiam veniali: ſi intentione ſcilicet habendæ prolis, quæ diuino cultui applicetur in baptiſmo, fiat coniunctio, vt legitur, & not. 33. q. 5. vir cum propria. licet Hug. ibi contra.

[n] ¶ Et ad ſalutem.] ecce ſecundum. huic enim ſaluti per quam neceſſarium eſt pabulum Dei, vt ī. de offi. ordi. inter cætera. & ipſo multiplicato debuerunt prædicatores, & miniſtri plures poni, vt 21. diſt. in nouo. in fi.

[o] ¶ Multiplicarat.] iſta multiplicatio eſt ſufficiens cauſa erigendi nouos epiſcopatus, dum tamen ſolemnibus, & frequentioribus locis fiant, ne vileſcat epiſcopalis dignitas, vt 16. q. 1. pręcipimus. ſup. de priuileg. cap. 1. 80. diſtin. epiſcopi.

[p] ¶ Singulorum vultus.] debet enim bonus paſtor cognoſcere vultum cuiuſlibet corporis ſui, vt legitur Eccle. 32. c. vnde hoc ſumptum fuit. Hęc enim eſt vna ratio, quam allegant curati contra Prædicatores, & Minores, quod etiam ſemel ad minus in anno quilibet parochianus habeat ſuo rectori proprio cōfiteri omnia peccata ſua, licet etiam ſit eis confeſſus. Secunda eſt neceſſitas illius canonis, omnis. ī. de pœnit. & remiſ. quæ non eſt ſublata propter voluntariam conſtitutionem, ſuper cathedram. vbi plene de hoc dixi. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quod licet Papa ordinauerit in dicto concilio, omnis. ſemel in anno confitendum eſſe proprio ſacerdoti: non tamen alligauit poteſtatem ſuorum ſucceſſorum, quin poſſint ſubrogare, vel adiungere ſocios, & dare coadiutores ipſis ſacerdotibus in illo caſu, qui ſimili poteſtate vterentur in huiuſmodi cum illis. quod & fecerunt, ſcilicet fratres in alio concilio, ſcilicet Vienneñ. & ſic cum ambo concilia ſint eiuſdem auctoritatis, merito per poſterius primo derogatum eſt, licet de ipſo non faciat mētionem: & ſic neceſſitas, quæ fuerat confitendi vni, ſ. proprio ſacerdoti: & vt in c. omnis dilatata eſt, & ampliata ad plures, vt in c. ſuper. hoc dico per iura. ī. de conſtitu. licet. lib. 6. de offic. deleg. ſuper quæſtionum. in prin. 50. diſt. dño ſancto. ī. de elect. innotuit. de pręb. dudum. lib. 6. Et ſic cū habeāt plures odio ſup hoc quo ad confeſſionē ſuos curatos: merito illis plus expedit oſtendere fratribus, quam ſacerdotibus

vultum

Curati, ut plurimū non ſunt ita litterati, ut religioſi.

vultum ſuum, qui licet eadem poteſtate fungantur cū alijs, tñ ſcientia, & diſcretione alijs præferūtur, ſicut ſunt fratres, in quibus, vt plurimum plus, quàm in rectorib. ſcientiæ clauis viget: & ſic plus proficient, q̃ alij in vultus inſpectione. arg. 10. diſt. per totum. ꝟ. de æta. & qualit. cum ſicut. ars. de renun. niſi. §. pro defectu. Sed nunquid illi, qui confeſſi ſunt proprio epo, vel archipresbytero, vel illi, de quo per pœnitentiarios Papæ dictū eſt in litis ſuis, ꝙ poſſit ad triennium ſibi eligere confeſſorē idoneum, neceſſario teneantur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti? Vr, ꝙ ſic per ſupradictam rationem per rectores cōtra fratres ſuperius allegatam. Contrarium tamē ſit quotidie, id eſt, non curant confiteri ſuis ſacerdotibus, ex quo aliqui de iſtis ſunt ſemel confeſſi.

Vnicus paſtor inſpicere, aut alias partes [a] boni paſtoris implere: ſalubriter intendentes in ipſis diœceſibus, quarum nōnullas in duas, & aliquas in plures [b] diœceſes [c] duximus diuidendas, certas earum ciuitates, ac eccleſias ereximus [d] cathedrales, quarū ſingulis proprias, diſtinctas, & limitatas [e] iuſſimus aſſignari. Verū [f] quoniā plures ante ordinationem, ſeu diuiſionē noſtrā huiuſmodi, tam à nobis, quàm à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Apoſtolicas obtinuerunt litteras ſuper beneficijs eccleſiaſticis, in ipſis tunc [g] integris diœceſibus Vacaturis: quarū nonnullę reſtant adhuc executioni mandandæ: [h] Nos amouere [i] uolētes cuiuſuis dubitationis ſcrupulū, [k] qui circa executionem gratiarū ſuper huiuſmodi beneficijs conceſſarum poſſet [l] forſan incidere, conſiderantes attētius, quòd per ordinationē, [m] ſeu diuiſionem noſtram prædictam ius

a ¶ Alias partes.] id eſt alia diuerſa onera, quæ incumbunt bono paſtori circa ſui gregis vigilias exercēdas. ꝟ. de off. ord. inter cæteꝛa. de cenſi. cum Apoſtolus, & ſequentibus c. 16. q. 1. Prædicatorum ꝯ.

b ¶ Plures.] & ſic plus continet vltra duo: nec duorum numero eſt contentum. ſim. ff. de opt. leg. l. 1. quod eſt cōtra iura. ꝟ. de reg. iu. pluralis. & de præb. is cui. in fi. lib. 6. quandoq; tamen ad vnum reſtringitur, vt ꝟ. de priuil. vt priuilegia, in fi. Dic hoc debere intelligi ſecundum pręcedentia, & ſubſequentia, iuxta materiam in qua ponūtur, cum ſecundum illam, exquirantur ſermones. 45. diſt. diſciplina. ꝟ. de cle. excom. min. latores. vnde frequenter talia ampliantur, & reſtringuntur propter fraudes, & odia. & propter abſurditates, quæ inde ſequerentur, vt in dicta l. & c. vt priuilegia. de hoc etiam dicitur in extrauag. Execrabilis.

Diœceſis fines non præſcribuntur.

c ¶ Diœceſes.] id eſt territorium. 2. q. 5. §. ad hoc. debet n. quælibet diœceſis habere ſuos limites certos, & proprios: & tales ex quo indubitata fide certi ſunt conſtituti, præſcribi non poſſunt: nec ea, quæ ipſis adhærent, ne cōfundantur ipſi limites, vt ꝟ. de paroch. ſuper eo. 16. q. 4. quicunq;. cum multis ibi poſitis.

d ¶ Ereximus.] ſic not. ꝙ Papa de vna diœceſi poteſt facere diuiſas, & diuerſas: ſic imperator diuidit ꝓuincias. ff. de offi. aſſeſ. ſi eadem. tamen propter diuiſionem Imperatoris non erunt plures metropoles apud eccleſiā, cum non debeat commutari ad mobilitatem neceſſitatū mundanarum. 10. diſt. lege. Sed quid erit ſi interſit Imperatoris, vel alterius principis, ſeu perſonæ ſæcularis (puta, qa ſunt patroni, ſeu defenſores) non mutari ſtatum talium eccleſiarum, ſeu ciuitatum, vel diœceſum: nunquid poterunt ſe opponere cum effectu? Et vř, ꝙ ſic, quia nihil cū ſcandalo, vel damno alicuius eſt faciendum, ſeu attentādum. ꝟ. de præſcr. nihil. & ꝟ. eo. c. in prin. vnde dictum eſt: Niſi ipſe ex hoc ius patronatus, & alia commoda ſine culpa amittat, cum iura imperialia etiam in bonis eccleſiaſticorum ſemper remanſerunt ſalua. 11. q. 2. ſi tributum. cum ſeq. In contrarium vř, ꝙ propter maius bonum, qs iure ſuo priuatur: & etiam ſine culpa punitur. 22. diſt. de Conſtantinopolitana. ꝟ. de elec. ſacroſancta. de poſtu. prela. bonæ. 1. in ipſa etenim fundatione hoc euenire poſſe proſpicere debuerunt, & ſibi cauere. arg. ff. loca, ſi quis domum. §. 1. 23. diſt. in nomine Domini. quod credo verum: ita tamen quod fiat cum omni minori præiudicio eorum quo poterit.

e ¶ Limitatas.] diœceſes, i. limitata territoria: nam limes dicitur finis. Vnde verſus:

Limes erat poſitus, &c.

ꝟ. de ver. ſig. forus.

f ¶ Verum.] verſiculus.

g ¶ Tunc.] i. tpe datæ earum, & ſic tps datæ reſpicitur in talibus, vt ſupra de reſcri. eam te. & c. ſi eo tempore. lib. 6.

h ¶ Mandādæ.] quaſi dicat de ijs litis, quæ iā mandatæ ſunt executioni qualitercunque, ex quo ius acquiſitum eſt in re, non intromittimus nos, cū præſens conſtitutio futura ꝯ dumtaxat reſpiciat, vt ſupra de conſtit. quoniam. Vel dic, quod immo reſpicit præterita, vt patet infra ſuper verbo, declaramus.

i ¶ Nos amouere.] Tertia pars.

k ¶ Scrupulū.] id eſt moleſtiam, ſollicitudinem, vel anxietatem animi: Et dicitur a ſcrupo, qui eſt lapis modicus, qui ſicut frequenter lędit pedem, ſic ſcrupulus animum neſcientem ſoluere difficiles quæſtiones, ſecundum Hug. Et ſic not. ꝙ ignorantia, ex qua quis redditur dubius, affligit hominem, & moleſtat. arg. 20. diſt. ſi decreta. 16. q. 1. §. 1.

Ignorantia affligit.

l ¶ Poſſet.] & ſic expedit in talibus ante tempus occurrere, & præuidere ea, quæ venire poſſunt. C. in quib. cau. l. vlt. in fi. ff. loca. ſi quis domum. §. 1. & hæc eſt prouiſio ſibi aduerſus futurum periculum præcauere, vt ſupra de procura. 1. in fi.

m ¶ Ordinationem.] hoc verbum, ordinare, & iſte actus, qui ordinatio dicitur, eſt multum generalis, comprehendens quemuis modum, quo quis habet de re propria diſponere iure ſuo. Et ideo ſi aliquis impetrauerit beneficium ſpectans ad ordinationem alicuius, poterit petere beneficium ſpectans ad collationem, præſentationem ꝯ, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem talis, vt probatur ſupra de offic. deleg. ſuper eo. & de iure patro. eam te. in fi. facit ſupra de offic. ordin. ordinarij. Sed nunquid fieret præiudicium epiſcopo, qui habet inſtitutionem, ſi tali prouideretur de beneficio ſpectante ad ſolam præſentationem illius, contra quem impetratum eſt? Et videtur, ꝙ ſic, nam cum magis habeat in collatione eps, quam in præſentatione patronus, vt ꝟ. de offic. leg. dilectus. non videtur, ꝙ Papa velit præiudicare epo, niſi expreſſe hoc innuat: quod faceret ſi diceret, ad pręſentationem talis; quia tunc ſatis exprimeret Papa, ꝙ penes alium erat inſtitutio, cui quantū ad hoc derogare intendebat: ſed per hoc verbum, ordinationem, nec vř velle derogare, niſi illi dumtaxat contra quem ſcribit: & hæc eſt ratio illius textus. ꝟ. de præben. cum in illis. §. cum autem. lib. 6. Dic contrarium, cum in nullo quantum ad hoc præiudicetur inſtituenti, qui ad motum ſuum, nunquam diſponit de tali beneficio: & ſi in aliquo præiudicetur, in modico tamen. arg. ꝟ. de reſcr. auditor. ſed patrono dumtaxat. patronus vero motu ſuo mouetur ad pręſentandum quem voluerit, aliàs idoneum: vnde ſoli illi, quorum principaliter intereſt, audirentur contradicentes talibus impetrantibus, & non alij. arg. ꝟ. de ele. cum inter R. de teſtib. veniens.

ad rem [a] expectantibus dicta beneficia ante [b] competens ex ratione immutari [c] non debet, quin adeo efficax in diuiſis diœceſibus maneat, ſicut in ipſis quondam integris: [d] auctoritate pręſentium declaramus, quòd omnes, & ſingulæ gratiæ ſuper beneficijs vacaturis ante diuiſionem huiuſmodi in ipſis quondam integris diœceſibus à nobis, vel prædictis prædeceſſoribus noſtris perſonis, quibuſcunq; conceſſę, tam in ipſis nunc diuiſis, quàm in alijs

veniens. de excep. cum eccleſiaſticæ. de præb. pro illorum. cum ſimilibus. Nec obſtat dict. c. dilectus: quia non dicit de inſtitutione, quæ ſemiplenum ius denotat: ſed de conceſſione, quæ plenum ius dicit: vnde nō eſt dubium quin plenior ſit poteſtas cōcedendi inſolidum beneficia vacātia, quàm ſolum in eis præſentandi. Vel ſi vellemus ibi cōceſſionem recipere ꝓ inſtitutione, diceremus, plus habet, ideſt, plus iuris cōfert eṗs in inſtitutione illi, qui recipit beneficiū, quia ius adminiſtrandi, q̄ patronus in præſentatione, ex qua parum acquiritur præſentato, maxime ſi præſentans ſit laicus, cui variare licet, vt ſ. de iure patrona paſtoralis. ſed ex hoc non ſequitur, quin liberius, quem vult præſentet patronus, quàm inſtituat epiſcopus.

a ¶ Ius ad rem.] & ſic non in re, & ſic eſt indebitum ſi, quare talis non beneficiatus poteſt dici, vt ſ. de conceſſ. præb. c. quoniam ex conſtitutione. lib. 6. Simile eſt de filio, qui eſt viuente patre dominus rei paternæ ſpe, & non re, & vxor in bonis dotalibus conſtante matrimonio. Ex quo ſequitur, q̄ tali eſt ius ad rem, quod aliqui vocant, decretum: quia ſub decreto Papæ appoſitū, vt communiter ſit in gratia ibi, decernentes, &c. conſeruatur, vt ſ. de conceſſ. præb. quia cunctis. lib. 6. nec poteſt commutari cum alio, nec priora beneficia ſibi incompatibilia facit vacare, nec ſuper ipſo quaſi pro certo titulo poterit ordines recipere. ſ. de reſcrip. in noſtra. & extrauagan. domini Ioannis, Execrabilis. §. per hoc. Quid ſi canonicus per Papam effectus fuerit in aliqua cathedrali eccleſia ſub expectatione præbendæ: nunquid poterit in delegatum iudicem impetrari, & eandem exercere iuriſdictionem? Vī, q̄ non, cum non habeat ius in re, ſed ad rem, vt ſ. de conceſſ. præb. qm̄ ex conſtitutione. lib. 6. Contrarium credo, cum omnia, quę ad iura canonicatus pertinent ſibi debeantur: licet nondum ſit ibi præbendatus, niſi conſuetudo refragetur per iura. ſ. de elect. in Geneſi. de renun. c. 1. Nec decret. ſtatutum. ſ. de reſcrip. dicit præbendatum, ſed canonicum tantum. Quid ſi ergo ſic expectans cum vacaret in altera diœceſi quędam Eccleſia, feci mihi prouideri de ea: deinde mota lite ſuper ipſa contra me, in limine poſſeſſionis adipiſcendæ acceptē ſecundam in alia diœceſi, ſuper qua modo eodē lite mota, faciam mihi in tertia diœceſi de tertia prouideri, & ſic facio de pluribus: nunquid poſſum? Vidi de quodā, qui decem præbendas in Eccleſia B. Mariæ Pictauis fecit ſibi iſto modo prouideri: vbi eſt ſtatutum, q̄ fructus pręmbendæ litigioſæ nunquam aſſignantur alicui, ſed per capitulum obtinenti ſententialem victoriam reſeruantur: quod ſtatutum ſatis innititur ęquitati illius c. ſ. de ſequeſtra. ad compeſcendas. in ſi. concil. Vien. nunquid ergo talis multiplicatio, & narratio pōt tolerari de iure? Vī, q̄ non, per ea, quæ no. Inn ſ. de reſcrip. in noſtra. vbi dicit, q̄ ſi pendente quæſtione ſuper eccleſia curata, cuius poſſeſſionē non habet, accipiat poſſeſſionem ſecundæ, ſimilē curam habentis, hoc ipſo vī renuntiare liti motæ ſuper eccleſia prima, & eſt rō, quia aut recipiendo ſecundam intendebat renuntiare, & tunc habetur propoſitum: aut non intendebat renuntiare, ſed intendebat, ſi obtineret in cauſa primæ, dimittere ſecundam, & accipere primā: & ſic vī ipſam ſecundam recipere ad tempus ſub conditione: quod totū reprobatur in beneficijs Eccleſiaſticis, quæ debent eſſe perpetua: nec cadit in ipſis conditio; q̄a in ea vacatione, &c. 70. diſt. c. 1. ſ. de elect. in electionibus. lib. 6. 1. q. 2. quàm pio, quæ procedunt, vt credo, vbi ſecūdum cum proteſtatione recipit, vel aliàs conſtat de intentione eius, per quam non intendit renuntiare primæ, vel liti eius, ſimpliciter admittendo poſſeſſionem ſecundæ non litigioſæ, primæ eo ipſo renuntiat, vt ſ de præb. de multa. in caſu vero noſtro, quē poſui ſ. credo contrariū: ſ. q̄ ſemper poſſim mihi facere prouideri de omnibus, quotquot vacabunt, cum proteſtatione, ſi non habeā ius in iam receptis, & in illis, quę nunc recipio ius mihi competat, & non aliàs; quia tales conditiones, quæ de iure inſunt, non faciunt rem conditionalem, quamuis exprimantur, vt ſ. de elect. ſignificaſti. cum ibi not. 17. q. 2. Eleutherius. recipiendo tamē corporalem, & pacificā poſſeſſionem vnius, omnibus alijs, & litibus ſuper eis motis renuntio. & ſic intelligit Inno. ſ. ſed ante pacificam poſſeſſionem ſecus, vt ſ. de elect. commiſſa. lib. 6. & in hoc ſatis concordant ea, quæ not. Hoſt in d. c. in noſtra. Sed quid ſi impetrans, qui fecit ſibi de Eccleſia certa prouideri in quæſtione ſuper illa Eccleſia inter duos mota: vel inter ordinarium, & alium impetrantem, & ſic litigioſam, quod tamen ignorabat tempore ſuę prouiſionis: nunquid hoc declarato per ſuum executorem poterit illa dimiſſa de alia ſibi facere prouideri: hoc ſolo, quia litigioſe cœpit, per c. ſ. vt lite pen. ſi hi contra. lib. 6. Item nunquid valebit declaratio primi executoris non vocatis ordinarijs aliarum Eccleſiarum, vel cæteris impetrantibus, quos hoc tangere videtur? Hoc vidi de facto. Et vī, q̄ executor poſſit errorem ſuum corrigere, vbi errauit in facto, ſecundum Innōc. & Hoſtien. & etiam vbi in iure, ſecundum Hoſt. prout not. per eos. ſ. de renun. c. 1. de offic. deleg. in litteris. de reſcrip. cum in multis. in ſi. lib. 6. Et q̄ propter litem non poſſit dimitti, videtur, quia non agebatur de dominio eccleſiæ: cum non ſit apud aliquem. inſti. de re. diui. §. ſacræ. quod requiritur: ſcilicet, q̄ litigetur de dominio, ad hoc, q̄ res litigioſa dicatur. C. de liti. auth. litigioſa. Dic contra per c. ſi hi contra. Nec obſtat dictus §. ſacræ. quia intelligitur nullius, ſcilicet perſonæ ſecularis: ſed eccleſiaſticæ bene ſic not. Innoc. ſ. de eo, qui mit. in poſſ. cap. 1. videtur, quòd ſi in illa de quā eſt ſibi prouiſum, impetrans habebat ius, licet non poſſit habere poſſeſſionem facti, vlterius non poterit ſibi de alia prouideri, aliàs ſequeretur, q̄ ex vna gratia poſſet duo, vel plura beneficia conſequi. de quo per Inno. ſ. de offi. delega. in litteris. Sed quid ſi litigium erat tantum ſuper poſſeſſione? Idem crederem per cap. ſi hi contra: quod indiſtincte loquitur: maxime cum de matrimonio carnali, vel ſpirituali non poſſit ita ſimpliciter agi poſſeſſorio, quin aliquid de proprietate habeat immiſceri, vt legitur, & no. ſ. de reſt. ſpo. ex tranſmiſſa. De declaratione executoris dicetur infra.

b ¶ Ante.] ideſt, tempore datæ, vt de reſcri. eam te. & c. ſi eo tempore. li. 6.

c ¶ Immutari.] & ſic non debent damnis commendari præterita. ſ. de conſti. cognoſcentes. Vnde eſt hic argu. q̄ per conſtitutionem principis, quantumcunque publicè, vel ſolemniter editam, etiam licet omnes de mundo non obſtantias contineat: non tolluntur ſpecialia priuilegia, ſtatuta, vel conſuetudines, quæ non obſtantiæ tantum intendunt ad tollendam ſurreptionem, non ad talia iura ſpecialia perimenda: quod eſt verum, niſi nominatim, ſpecialiter, & expreſſe talia per ipſam tollantur. ſ. de reſcrip. cum ordinem. ſ. de do. & contuma. ex litteris. de conſti. licet. de reſcrip. ſi propter. de elect. quia ſæpe. lib. 6. De hoc dixi plene de ſepul. ſuper cathedram. in fine.

d ¶ Integris.] Not. ius dominorum non debere diminui propter

Conditio, q̄ de iure ineſt non facit rē conditionalem.

Filius viuente patre eſt dominus.

Canonicus creatus per Papam in Eccleſia cathedrali, an poſſit in iudicē delegari.

Eccleſiæ dominiū apud perſonas eccleſiaſticas tantum eſt.

Conſtitutio principis cōtinens oēs nō obſtātias de mundo, an tollat priuilegia, ſtatuta, vel conſuetudines.

dioeceſibus deciſis ab illis, eiſdem modo, & forma poſſint ſuo ordine [a] per executores, [b] de

propter diuiſiones, quas emphyteutę inter ſe faciunt, vel vaſalli, de quo dicetur ℥. in fi.

a ¶ Suo ordine.] i. quæ prius impetrauerit, pri[o] obtineat. ℥. de reſcr. capitulum. & c. tibi, qui gratiam. de conceſ. pb. auctoritate. li. 6. quod eſt verum, niſi pp defectũ, vel crimen primi impetrantis, ſeu negligentiam, vel auctoritatis poſterioritatem, vel anticipationẽ tpis, ordo debitus ſubuertatur, vt ℥. de prę b. ſi clericus. in fi. & c. ij qui. de reſcr. duobus li. 6.

Executores ſũt duplices.

b ¶ Executores.] executor eſt is, qui gratiam à principe factam, vel iuſſam fieri, ad effectum deducit. Et dr̃ de exequor, quaſi exceſſiue, id eſt, viriliter exequi. Tertio, ſi quæras quot ſint genera: duo, nam quidam dãtur ad prouidendum: quidam ad compellendum, vt legitur. & no. ℥. de reſcr. abbatem. & de conceſſ. præb. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. li. 6. & talis dr̃ habere literas auctoritatis, quandoq; dr̃ quis habere literas facultatis, vt quando datur poteſtas ordinario, q aliquem poſſit recipere, vt ſupra de reſcrip. cum aliquibus. & dicto cap. ſi ſoli. Quarto, quem ordinem habeat iſte executor ſeruare. Dic, q (dum tamen non excedat fines mandati, nec nimis feſtinet) ſine aliqua alia cauſæ cognitione, etiam ſummarie poteſt in executione prouiſionis, vel compulſionis procedere, cum ſit verus executor: & ideo quotidie tales executores ſuos proceſſus faciunt in abſentia partium: & eis non vocatis, vbicunque, & quomodocunque eis placet, vt ℥. de re iudi. de cætero, & c. quòd ad conſultationem, in fi. tamen ſi aliqua proponuntur, non ad recuſandum perſonam eius, cum hoc fieri non poſſit, vt ſ. de appel. nouit. ſed ad probandum reſcriptum ſurreptitium, vel falſum, bene põt admittere, & cognoſcere, ſi voluerit, vt ℥. de offi. deleg. paſtoralis. §. quia vero; vel ſuo ſuperiori intimare, vt in dicto. c. de cętero. poterit tamen procedere executor ad prouidendum, & prouidere ſi voluerit, non obſtante cõtradictione alicuius, appellatione, ſeu propoſita exceptione: quia ex hoc, q non admittit exceptionem probabilem, non poterit appellari: niſi aliàs conſtaret de veritate eius licet aliud ſit in iudice. ſ. de appel. interpoſita. in prin. ar. ℥. de appel. nouit. Quod ſic probo, pari, vel maiori poteſtate confert Papa per ſe, vel per alium beneficia vacantia totius mundi, quàm ordinarius illa ſuæ dioeceſis. vt ſ. de præb. licet. & c. hi qui. lib. 6. ſed ordinarius propter aliquã contradictionem, ſeu appellationem non omittet conferre beneficium, ſi quod vacat: cum ſine cauſæ cognitione non debeat ſpoliari ſua quaſi poſſeſſione, in qua eſt, conferendi ſua beneficia, vt ſ. de elect. cum inter canonicos. §. de ſupp. negl. prælа. c. fi. de in integ. reſti. ca. 1. ℥. de iure pa. conſultationibus. multominus executor. arg. dicto ca. hi qui. In extraiudicialibus autem appellatio, ſeu partialis ꝯdictio non impediunt alicui poſſeſſionẽ, vel quaſi, in qua eſt: nec attentata poſt ſe reuocare faciunt, donec prius de veritate conſtet, vt d. c. inter. & ℥. de appel. bonæ, per Inn. hoc fallit in caſu illius c. ℥. de accu. accedens. & in caſibus alijs, qui not. ℥. de re iud. quod ad conſultationem. in gl. & per Inn. & Hoſt. Si tñ conſtet, q exceptio propoſita coram eo fuerit probata vera. & legitima: reuocabitur, quod per ipſum factum fuerit, ſi ex hoc fuerit appellatum, vt in c. cum inter. non tñ reuocabitur ex hoc tantum, quia non fuit admiſſa, quantumcunq; eſſet de ſe probabilis, niſi probata fuerit prius vera: & ſic nõ vendicat ſibi locum in executore principium illius cap. ſupra de appellatio. interpoſita. in princip. vt ſupra dixi. Sed nunquid iſte executor habebit expectare caſſationẽ collationis factæ per alium executorem, ſeu ordinarium de illo beneficio, de quo ſuo impetranti prouidere intẽdit? Non credo dubiũ, q non: dumtñ executor tpe primæ collationis ius transferendi haberet p ea, q̃ ſupra dixi. Et idem de electione, ſi duæ ſiant vno contextu, vt ſupra de elect. congregato: ſi aũt ex interuallo, diſtingue; quia aut prima eſt nulla, vel annullãda: vnde ſi eſt nulla, & cauſa nullitatis eſt notoria; tunc poterit fieri ſecunda prima non caſſata. ſ. de ele. audita in alijs omnibus non, vt ſ. de elect. conſiderauimus: & dic, vt ibi per Inno & Hoſt. ſ. & per Compoſt. de reſcri. capitulum. Item ſi velit prouidere impetranti de beneficio, quod vacat de iure, non tamen de facto, quod poteſt: tunc debet præmittere cognitionem ſaltem ſummariã, & vocare poſſidentem: & ſi inueniat ipſum non habere ius, non feret ſententiam, ſed coget detentorem de facto dimittere, ſicut de facto tenebat, & reſignare poſſeſſionem facti, & poſt exequatur mandatum: aliàs ſi iſtum ordinem in hoc omitteret, caſſaretur eius proceſſus: de quo per Innocẽ. ſ. de conceſſ. præb. propoſuit. ſuper verbo, executorem eius. facit ſ de præb. licet epi. lib. 6. Ex quibus ſoluta vr̃ q̃ſtio facta ſ. eo. ſuper verbo, ius ad rem. ſ. q executor talis in corrigendo errorem ſuum, & ſic prouidendo de ſecũdo declarato primo, q prouiſio facta per eum prius non tenuit; vel etiam declarato prius tale beneficium poſſe cadere ſub gratia, in qua datus eſt executor, non habebit neceſſario partes vocare: nec aliàs iuris ordinem obſeruare, debuit tamen audire partes, ſi aliqua rationabilia propoſuerunt cõtra ipſum, vt ſuperius dictum eſt. Quinto quæro, quæ perſonæ poterunt deputari executores? planum eſt, quòd illæ, quæ poſſunt conſtitui delegati. de quibus ℥. de reſcrip. ſtatutum, lib. 6. & etiam rectores ſimplicium beneficiorum: & clerici in minoribus beneficijs conſtituti: ſicut fit quotidie in talibus executoribus gratiarum, & ſententiarum, in quibus non vendicat ſibi locum dicta decre. ſtatutum, vt ibi notatur. Non tamẽ credo, q laicus, vel bigami, ſeu aliàs carentes priuilegio clericali poſſint eſſe executores, vt ſupra de iudi. decernimus. de arbi. contingit. 96. diſt. bene quidem. 89. diſt. indicatum licet ſit arg. contra. ℥. de procu. non indiſcrete. lib. 6. nec religioſi ſine licentia ſuorum prælatorum, vt ſ. de teſta. religioſus. lib. 6. & de procu. religioſus. concil. Viennen. de re iudic. cum I. & A. i. à iure, & c. niſi cum diſtinctione illius c. de reſcrip. & ſi principalis. Contrarium videtur per illud cap. nam ex quo vicecancellarius ipſum talem inſtituit, perſonam eius quantum ad hoc emancipare videtur à poteſtate prælati. & ſic intelligitur illud cap. ſupra de priuileg. cum olim 2. ſcilicet, quòd non requiritur certa ſcientia Papæ, ſecundum quòd aliqui intelligebant illud. cap. cum olim. Nam non poteſt negari, quin Prior conuentualis, licet religioſus poſſit ſine certa ſcientia Papæ iudex conſtitui delegatus: & tamen non eſt dubium, quin ſit ſub poteſtate ſui abbatis, & imperio: ſicut ſunt cæteri ſimplices religioſi, vt ſupra de ſtatu regu. cum ad monaſterium. §. tales. & ſupra de ſupp. negli. pręla. quia regulares. §. penult. Non obſtant dicta cap. religioſus. & religioſus; quia aliud poteſt princeps, vel ille, qui ſpecialiter ſuper hoc gerit vices eius, fauore rei priuatæ maxime, quod non poſſet priuatus. argum. 17. q. 3. §. quod autem. Teneas, quod volueris. Sed pone, q requiratur licentia proprij prælati, ſicut in illo c. religioſus. nunquid oportet, q præcedat ipſa licentia conſtitutionem procuratorij, vel executoris: vel habebit in ipſo actu interuenire, ſeu ſufficit, q ſubſequatur? Et vr̃, q habeat præcedere, cum oporteat petere, & obtinere; vt dicit illud cap. de teſta. religioſus. ff. de acqui. hære. ſi quis. §. iuſſum. vbi habeat iuſſus præcedere. Vel dic, q videtur, q habeat concurrere cum conſtitutione. arg. Inſti. de aucto. tut. §. tutor. & ff. eo. l. obligari. ℥. de reb. eccle. non alie. dudum. lib. 6. vbi de hoc per Inno. 12. q. 2. ſine exceptione. immo videtur, q ſufficiat ſubſequi, vt ℥. de pact. quotiens, de ijs, quæ ſi. a præla. cum nos iam pridem. vbi de hoc. Credo ad hoc, q poſſet conſtitui per quemcunque, nec ſit neceſſe, tunc licentiam eſſe petitam, nec obtentã; quia in hoc nihil agit ipſe religioſus; nec perſona eius eſt penitus inepta, vel infecta, ſeu inhabilis de iure naturali ad talia ſuſcipienda: immo bene eſt ſuſceptiua de iure naturali talium, ſicut electionum, & ſimilium. ſupra de elect. quàm ſit eccleſijs. li. 6. licet de iure poſitiuo ſit inepta, ſicut

Beneficij collatio nõ impeditur p appellationẽ.

Executionis officiũ quib. perſonis põt committi.

Licẽtia ſuperioris. qñ requiritur an præcedere debeat.

mandatos, & alios,[a] ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci: quibus ante di-

Religioſi pro na electionū, & multorū aliorum eſt ſuſceptiua.

cut dicimus de milite. ff. de procu. filiusfam. §. veterani. vnde non conſtitutio, ſed ſuſceptio, & exercitum procuratorij ſine licentia prohibetur: vt patet in d. cap. de procu. religioſus. nec deputare tales executores eſt prohibitum, etiam ſine licentia: ſed quòd ſic deputati poſſint ſuſcipere, vel exequi officium eis deputatum ſine licentia, hoc bene prohibetur, vt in c. religioſus. de teſtamen. ſi autem ipſe ſine licentia ſubſtituerit aliquem ſuſcipiendo procuratorium, vel aliquid aliud fecerit: hoc non poterit per ſubſequentem licentiam ratificari, cum ab initio non tenuerit. ſ. de regu. iur. non firmatur. lib. 6. Sic dicimus de ſeruo, & monacho; qui licet poſſint inſtitui hæredes per quemcunque: non tamen præſtare conſenſum, niſi prius iuſſi fuerint; vt in dicta l. obligari. Non obſtant iura in contrarium allegata; quia loquuntur de illis caſibus, qui requirunt deliberationem, & tractatum auctorizantium in limine ipſius actus: ſicut eſt in alienationibus minorum, vel rerum eccleſiaſticarum, & ſimilibus. Item, & quia aliud eſt licentia, de qua hic loquimur: & aliud auctoritas, de qua loquuntur dicta iura ſupra allegata. Sed cum tales executores gratiarū admittendo rationabiles exceptiones propoſitas contra reſcripta, ſeu gratias: & cognoſcendo de ipſis quaſi iudices cauſæ eſſent: & iuriſdictionem contentioſam habere incipiant: quod poſſunt iuxta §. ſupra de offi. dele. paſtoralis. §. præterea. vbi de hoc in glo. nunquid hoc poterunt, quamuis ſint rectores ſimplices clerici: & ſic alij ab ipſis, quos ordinat dicta decre. ſtatutum. lib. 6. ſ. de reſcr. & nunquid etiam citare poterunt, & pro tribunali ſedere, vel alijs committere quantum ad hoc extra ciuitatē, & diœceſim, in quibus ſunt deputati contra decretalem prædictam? Quotidie hoc faciunt: ſed quo iure non video: niſi quia frequenter licet acceſſorie, quod principaliter non liceret. ſicut video de eccleſia curata annexa præbendæ, quam etiam multiplicatam, licet alicui citra ſacerdotium, & reſidentiam poſſidere acceſſorie, quod principaliter non liceret: vt ſ. de præb. de multa. per Inn. & c. exdo ſuiſti. & c. ſuper eo. lib. 6. C. de iud. quotiens. & ſic fallit in hoc caſu dicta conſtitutio, ſtatutum: & etiam in illo caſu, quando iudices cum conuenientia in audientia impetrantur: quia tunc non poteſt excipi de loco, vel de conditione perſonarum iudicum. vt ibi not. facit. ſ. de offi. deleg. cum olim 2. vnde proprie non eſt iuriſdictio, quam exercent tales executores, ſed potius acceſſorie, tamquam miſſi exercent, vt in dicto §. præterea. cum potius reſpiciatur in eis, quod eſt principale, & vt tales iudicantur. arg. ſ. de reg. iur. acceſſorium. li. 6. tamen licet ſint principales habito reſpectu ad executionem: acceſſorij ſunt habito reſpectu ad gratiam, ſuper qua dati ſunt, vt ſ. de offi. deleg. ſuper eo. lib. 6. Alia ratio eſt: nam cum iſti ex ſpontanea contradictione illius, contra quem dati ſunt, vel contra quem gratiam exequuntur: & ad eius inſtantiam, & de conſenſu ipſius proponentis corā eis ſuas exceptiones voluntarie hanc iuriſdictionem aſſumant: & quicunque, contra quem impetratum eſt reſcriptum, poſſit renuntiare quantum ad hoc dictæ conſtitutioni, ſtatutum. merito de conſenſu illius contradictoris, poterit iſte quāuis ſimplex partes iudicis aſſumere, & vbicunque exercere eandem: per rōnem ſ. immediate poſitam. Sed nunquid ille ordinarius, qui ſuccedit talibus executoribus, quorum officium pp negligentiam impetrantis perijt, reputabitur p oīa, vt ordinarius, vel potius, vt delegatus, vel vt merus potius executor. de quo ſ. de præb. ſi clericus. in fine? Vī, vt ordinarius, cum ſit adminiſtrator iuris cōis. & ille impetrator ipſam grām petat, vt de iure communi ſibi debitam, vt dicit ibi tex. & ſic eſt excitatiua iuris cōis tm. arg. ſ. de offi. ord. licet. quare poterit ad archiepm appellari ab eo: vñ vī, q vt ſpecialis delegatus, ſeu executor Papæ hoc faciat. & ſic ad Papam eſſet appellandū. cū ex collatione Papæ canonicatū obtineat: vigore cuius, & non aliàs conſequitur præbendam, vt ſic vbi vnum pp alterū vtrobiq; tantum vnum. 1. q. 1. ſi quis. quo facit. ſ. de offi. ordi. irrefragabili. §. cæterum. Si quæras an tales executores poſſint inuocare brachium ſeculare? Dic, vt dixi plene ſ. de offi. deleg. iudices. cōcil. Vien. Si vis plenius ſcire de iſtis executoribus, quære per Inn. & Hoſt. ſ. de offic. delega. in literis. de re iudi. c. 1. de conceſ. præben. propoſuit. & cap. cum noſtris. & ca. literas. de deſponſa. impube. ad diſſoluendum. de exceſſ. præla. inter dilectos. & per Compoſt. ſ. de reſcrip. capitulum. & c. mandatum. in glo. ordina. ſ. de offi. dele. paſtoralis.

ADDITIO. Si mādatum eſt alicui, quod faciat alicui prouideri, & ſcripſit in vna eccleſia de prouiſione alicuius, q anteq̄ ibi recipiatur, poteſt mandare, q in alia recipiatur. nec obſtat ſ. de reſcri. in noſtra; quia loquitur, qñ plures literæ ſuper vnius prouiſione impetrātur in fraudem. Si autem per primas litteras ſit receptus: tunc vlterius non habet prouiſor, quid faciat; quia plene executus eſt mandatum Apoſtolicum: & ideo non tenet ſcda prouiſio. arg. ſ. co. venerabili fratri. de offi. & poteſta. iudi. dele. idem videtur ſi mandatum eſt alicui, q puideat alicui: nam ſi prouidit ita, q prouiſio teneat de iure, licet de facto non habeat poſſeſſionē, vlterius nō tenet ſecūda prouiſio: quia ſi contrarium dr, ſequitur abſurdum, ſ. q per vnum mandatum conſequatur non ſolum duas, ſed multas prouiſiones, & omnes valebunt: aliqui tamē contradicunt. Innoc.

a ¶ Et alios, ad quos id pertinebit.] puta ſubexecutores: ſed ipſi idem ſunt cum executoribus, vt ſ. de off. deleg. cū olim. Vel dic, alios, ſ. iudices delegatos, ſeu auditores, ad quos per appellationem, vel ſimplicem querelam in Romana curia, vel alibi negotium commiſſum fuit p iura. ſ. de offi. deleg. paſtoralis §. præterea. ibi, reuocato, & c. ſ. de reſcr. auditor. de elect. conſtōnem. §. inſuper. in clem. Sed quid erit in caſu illius c. ſ. de præb. ſi clericus. in fi. vel in gratijs ſub forma pauperum impetratis: in quibus, vt frequentius diœceſani conſtituuntur executores: nunquid archiepiſcopus Tholoſanus, qui epō Tholoſano in honore, & onere immediate ſuccedit, in alijs diœceſibus, vel propria eorum diœceſi potius gratias illius, quæ ſunt in fieri, exequentur? Credo, q de illo c. ſi clericus, in fine, non ſit dubium quin ordinarius illius beneficij hoc habeat facere, prout dicit d. decre. ſi clericus. in fine. de gratijs vero ſub forma pauperum, & alijs epō Tholoſano; qui tunc erat, vt diœceſanus, exequendis commiſſis, videretur, q cum ordinata iuriſdō dependeat ab adminiſtratione, ſeu territorio: & iſtæ executiones ſic commiſſæ ſint diœceſanis, vt ordinarijs, qui adminiſtratores iuris exiſtunt, vt ſ. de ſen. excomm. nuper. & de iure debeatur pauperibus clericis victus de patrimonio crucifixi, vt ſ. de præb. cum ſecundum. in prin. bene ſequitur, q diuiſa adminiſtratione, ſeu territorio, quamlibet partem ſequitur omne illud, quod ex ipſa dependeret: & ſic quilibet diœceſanus habebit executionem, & exercitium omniū cauſarum ſuæ diœceſis: & etiam prius ante diuiſionē inceptarum, & pendentium: & nedū proprie ordinariarū: immo etiam commiſſarum delegationum tamen diœce. vt ordinarijs, vt in caſu noſtro. arg. 96. diſt. Conſtantinus. palea eſt. ſ. de offi. deleg. qm abbas. & c. præterea. ſecus autem eſt, vbi vt ſimplici commiſſario delegato, vel eſſet ipſis diœce. commiſſa. Vel dic idem eſſe in vtroq; caſu: tā vbi, vt delegatis etiam ſimpliciter, quàm etiam vt ordinarijs: ex quo ſunt commiſſa dignitati, non perſonæ, per c. quoniam abbas. cum quo ad partes ſibi ſubtractas, & ſic quo ad alias diœc. Tholoſanus deſierit eſſe prælatus: quare ſibi ſuccedentes fungentur eius vice, ac ſi ipſe eſſet mortuus, vel tranſlatus: ſuccedit enim res rei, vel dignitas dignitati, ſicut perſona perſonæ: & ideo debet fungi vice eius per omnia, vt ſupra vt lite pend. eccleſia, cum ſimilibus. Ratio tamen huius decr. eſt in contrarium: ibi dum ſequitur, quibus ante diuiſiones, & c. ſed poteſt dici,

Acceſſorie aliqua licēt, quę principaliter non licent.

quòd

uiſiones ſæpe factas poterant, & debebant. ¶ Idem [a] etiam declaramus [b] quo ad litteras Apoſtolicas iuſtitiam [c] continentes, vt videlicet iudices [d] dati per illas in cauſis quarumlibet perſonarum, quæ nunc de eiſdem diœceſibus diuiſis exiſtunt, poſſint iuxta earũ tenorem perinde procedere, ac ſi dictæ diœceſes de quibus mentio in eiſdem litteris habetur, integræ remanſiſſent. [e] ¶ Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ei⁹ ſe nouerit incurſurũ. Datum Auinioñ. iiij. Kalen. Nouembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

De officio iudicis ordinarij.

¶ Bonifacius viij.

¶ Epiſcopus monaſteriũ viſitans non tenetur accipere monachos illius monaſterij pro tabellionibus: etiam ſi hoc haberet conſuetudo: nec in actu viſitationis debet eſſe ſolus, ſed duos, vel tres clericos cum notario, qui ſimiliter ſit clericus, ſecum aſſumat. hoc dicit.

CAP. I.

DEbent ſuperiorib⁹ ſuis reuerentiã ſubditi: & dum ſalubriter ab eis pro culpis correctionem velut curantium medicamenta recipiunt, obedientiam exhibere tenentur. Rurſus oportet præpoſitos cum charitate † corrigere: decet eos inferre humiliter, quod docent, & paterna ſubiectos dilectione fouere: Sic debitor delicatus effugitur: ſic oneroſus creditor minime [f] reperitur. ¶ Sane dudum venerabili fratre noſtro A. epiſcopus Dulmeñ. ad viſitandum capitulũ ſuæ eccleſiæ Dulmeñ. quæ regularis ordinis ſancti Benedicti fore noſcitur, deſcendente: [g] Prior, & capitulum ipſius eccleſiæ excipientes, ꝙ de conſuetudine erat eccleſiæ ſupradictæ, à tempore cuius non erat memoria [h] inconcuſſe ſeruata, quod epiſcopi Dulmeñ. qui fuerunt pro tẽpore,

---

quod hic loquitur de ſimplicibus executoribus, ſeu delegatis à ſede Apoſtolica conſtitutis.

a ¶ Idem etiam.] Quarta pars.

b ¶ Declaramus.] & ſic tota iſta decret. eſt declaratiua iuris antiqui, non conſtitutiua iuris noui, vt patet etiam ſ. eod. §. proximo. in verbo, declaramus. quare non eſt neceſſe hic reſpicere ei⁹ editionem, ſeu publicationẽ: cum oĩa quantumcũque longe ante pterita, ſeu inchoata reſpiciat, vt ſ. de conſti. quoniã. & de vſuris, cum tu. de electio. cũ in cunctis. §. pen.

c ¶ Iuſtitiam.] & ſic eſt duplex littera Apoſtolica: quædã gratioſa, de qua ſ. dictũ eſt. quędam iuſtitiæ, de qua hic. ſimile ſ. de fal. accedens. prima conſueuit bullari cum filo de ſerico: ſecunda cum filo canapis. argum. ſ. de fal. licet. Item prima nõ tranſit regulariter ſine lectione, ſed ſine contradictione bene: ſecũda tranſit ſine lectione, ſed nõ tranſit ſine contradictione, & ideo in procuratorijs contradictarum conſueuit illa clauſula apponi, Conſtituit talẽ procuratorem ad impetrandũ, & contradicendum litteras ſimplices, & legẽdas: ſine qua nõ eſſet ſufficiens procurator in audientia cõtradictarũ, quantũcunq; aliàs haberet plenũ mãdatum. & iſta ſola ſine alio mãdato nõ eſſet ſufficiens in palatio auditorum, vt ſ. de renun. veniens.

Littera Apoſtolica eſt duplex.

d ¶ Iudices.] & ſic not. ꝙ alius eſt iudex, vt hic: alius auditor, vt ſ. de offi. deleg. ſuper quæſtionũ. §. porro. in ſ. de reſcrip. auditor. cõcil. Vienneñ. alius conſeruator, vt ſup. de offic. deleg. ſtatuimus. li. 6. alius arbiter iuris. ſ. eod. cap. ſuſpicionis. & cap. ab arbitris. lib. 6. Item ali⁹ executor mixtus, de quo ſ. §. proxi. dictum eſt. alius merus, de quo ſ. de appella. nouit. de quibus plene dicitur ſ. de re iudi. q̃d ad conſultationem. per glo. Innoc. & Hoſt. alius referendarius, ſcilicet ad certum articulum cauſæ referendum datur, vt ſ. de offic. deleg. iudices. concil. Vienneñ. & in d. cap. ſuper quæſtionum. omnes iſti, & ſimiles ſunt ordinati ad cauſas Apoſtolicas expediendas in curia Romana, & extra. Vnde iudex delegatus eſt proprie is, qui mandatam ſibi iuriſdictionem vice delegantis exercet, dictus à delego, gas, quod idem eſt, quod mando: quare rubrica. ſ. dicit de eo cui mandata eſt iuriſdictio.

Iudex, auditor, conſeruator, & arbiter differunt.

Executor eſt duplex.

Referendarius quis eſt.

e ¶ Remanſiſſent.] Nota, ꝙ diuiſio facta de aliqua re, operatur tantum illum effectũ pro quo facta eſt, nec ad alios ſe extendit, nec in alijs caſibus præbet præiudicium alicui, ſeu iuuamen, 10. diſt. lege, q̃d præſtat. argum. ꝙ diuiſio rei emphyteuticę, vel feudalis, ſeu debitorum, inter hæredes facta, non noceat dominis, vel creditoribus ſuper integra ſolutione penſionis, vel debiti eis facienda, vt prius: cum particularis actio, ſeu ſolutio non modica habeat incommoda. ff. famil. erciſcun. plane. Guliel. de mõte Lauduno.

Solutio particularis multa habet incommoda.

DEbent.] Hęc cõſtitutio habet quattuor partes. Primo pręmittit proœmium ad dicenda. Secundo verſ. Sane. factũ viſitationis intentæ, & conſuetudinis contra hoc propoſitę narrat. Tertiæ verſ. Propoſito. dictam conſuetudinẽ multis rationibus præmiſſis reprobat. Quarto verſicu. Sed ne tir. numerum perſonarum viſitanti aſſiſtentium taxat. In primo ordinem, quem debent habere ſubditi ad ſuperiores, & econtra ponit. In primo non ſeruato eſt inobediẽtia punienda: in ſecundo eſt tyrannia, vel negligentia reprobanda. Secundo verſ. Sic debitor. horum rationem ſubiungit: licet enim inter hos ſit relatio ſuperpoſitionis, & ſuppoſitionis: hæc tamen corrumpũtur ab exceſſu. 11. q. 5. de forma. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. 1. in ſ. & 1. ſeq.

Diuiſio.

† Vide cõcil. Trid. ſeſſ. 13. de refor. c. 1.

f ¶ Minime reperitur.] ff. de pigno. actio. ſi ſeruos pignoratos in fine.

g ¶ Deſcendente.] prout põt, & tenetur. ext. 6. lib. de cenſib. Romana. 1. reſpon. ext. de offi. ordi. irretiagabili.

h ¶ Memoria.] hoc non prodeſt in delictis. extra de conſue.

conſue. cum tanto. ext. de ſimo. cum in eccleſiæ. & male conſueta ipſe non firmantur. Auth. vt nulli iudi. lic. ha. lo. ſerua. §. 1. coll. 9. & idem vbicunq; à iure reprobatur conſuetudo, vt hic, & extra 6. lib. de conſue. cap. 1. & 2. eod. lib. de elect. quia ſæpe. & eod. lib. de pœnit. & remiſ. epiſcopus. in fine.

cap. cum nuntius. de iureiuran. & ſi Chriſtus. in ſi. etiam in cauſa viſitationis, & reformationis. ext. 6. lib. de offic. ordi. quia. Item ex quo ſunt ſuſpecti, teſtes eſſe non poſſunt. ff. de teſti. l. 3. circa princip. ibi verſi. Nam ſi careant. ext. de teſti. ſuper eo. 2. in princ. Sol. In præmiſſis caſibus monachi teſtes eſſe poſſunt, ſed non cum præciſione: hoc eſt ipſi, & non alij: quod hic negatur: vnde ſine grandi hic conſiderata Papa hoc voluit, vt plenior fieret probatio, vt veritas plenius eluceſceret. C. de tẽp. appel. per hanc. in ſi.

per ſe ſolos abſque alijs religioſis ſibi adiunctis, vel clericis, vel laicis ſæcularibus quibuſcunque aſſumptis ſibi loco notarij monacho, ſeu monachis capituli memorati, viſitationem ſuam hactenus præfato impenderunt capitulo ſupplicarunt eidem epiſcopo, vt omnes tam clericos, quam laicos religioſos, & ſæculares (antequam viſitationem actualiter exerceret) à capitulo præciperet amoueri: quibus amotis, parati erant ipſum admittere ad viſitationem huiuſmodi peragendam. Et quia dictus epiſcopus eos ſuper hoc non audiuit, [a] quamquam proteſtaretur ſe velle oẽs clericos ſuos, & alios, (præter tres, vel quattuor, & notarium,) remouere: & ſic ſuam viſitationem incipere, & cõplere, idem prior, & capitulum ad ſedem Apoſtolicã appellarunt. ¶ Propoſito itaq; huiuſmodi negotio coram nobis, & auditis, & intellectis, quæ partes dicere voluerunt: nos conſiderantes, quod cõſuetudo prędicta contra communem vtilitatem, facultatem probationum, (quæ non eſt anguſtanda, [b]) reſtringit, propter quod etiam vt ſalua ſcilicet ſit rerum probatio, [c] quia publice intereſt ne veritas occultetur, [d] cautũ eſt iure, vt curent magiſtratus teſtari, ideſt, teſtificari volentibus, ſeipſos & alios teſtes, vel ſignatores præbere. [e] Et ſtatuit generale cõcilium, vt à iudicibus adhibeatur perſona publica, vel duo viri idonei, qui acta cõſcribant: [f] Quos quidem monachos [g] ad prędicta, tum propter eorũ profeſſionem, quæ illorum vocem facit funeſtam, [h] & ipſos arcet à iudicijs, & publicis, ſiue ciuilibus actibus, [i] nec patitur, (prout conſtitutio [k] nouella declarat,) niſi in inquiſitionis hæreticæ prauitatis cauſa, tabellionis, (cuius vicem in hac parte duo viri per ſupradictum concilium obtinent,) officium exercere: tum quia ſuſpecti [l] nec contra [m] prioré, aut capitulum, quibus ſubſunt, [n] quæ corrigenda inuenirentur, fideliter, & recte conſcriberent, conſtat nõ eſſe idoneos: Attendẽtes quoq; quod id [o] epiſcopali non modicum detrahit dignitati, ſi ab epiſcopo, qui dignitatem propriam ſuo ingenio augere [p] debet, comites honoris ſui cauſa adhibiti abducãtur, [q] ſeque ſolum ſuſpectis, [r] quandoq; forſitan quos viſitat, cõmittere compellatur: [s] Dictam conſuetudinem, per quam

a ¶ Non audiuit.] formam iuris iſti bene ſeruauerunt quia exceptionem propoſuerunt: & pp eam nõ admiſſam appellarunt: vel poteſt appellari pp eam neglectã iudice ad alia pcedente, quę nõ poterãt ſe compati cũ primo propoſito. ext. de appel. dilecto. & c. ex parte M. Sed hic fuit defectus in materia: qa exceptio non erat legitima, vt infra ſequitur. & ob hoc appellãs in iuriſdictione prioris iudicis remanſit: & ſic tenuit eius proceſſus: ſecus ſi materia erat legitima, & forma debita. no. ext. de offi. deleg. cũ contingat. in prin.

b ¶ Non eſt anguſtanda.] C. de hæret. quoniam. in fine.

c ¶ Probatio.] C. de furtiur. in bonę fidei. C. de iure delib. l. fin. §. ſi vero, & ipſe.

d ¶ Occultetur.] ſed potius eruatur. ff. de teſti. ſerui.

e ¶ Præbere.] ff. de teſti. curent.

f ¶ Conſcribant.] extra de proba. quoniam contra. in prin.

g ¶ Monachos.] accipe. ſ. cõſtat nõ eſſe, ſcilicet, ad prædicta idoneos, & tunc reſume, tum propter, &c.

Monachi ſunt mũdo mortui.

h ¶ Funeſtam.] id eſt, luctuoſam, vel mortalem: quia lugere habent, & mortui ſunt mũdo. 2. q. 7. placuit. & cap. ſeq. 16. q. 1. placuit. 25. q. 2. ita nos. C. qui accuſ. non poſ. l. ſi quis.

i ¶ Actibus.] ext. ne cler. vel mona. ſæcu. ne. ſe immiſ. cap. 1. & cap. ſed nec procuratores. & ca. clericis. & c. ſententiam.

k ¶ Conſtitutio.] extra 6. lib. de hæret. vt officium inquiſitionis. §. ad conſcribendas.

m ¶ Nec contra.] C. de teſti. omnibus. & ff. de teſti. nullus.

n ¶ Subſunt.] propter quod eorum teſtimonium eſt ſuſpectum. C. de teſtib. parentes. & l. ſeruos. & ff. de teſtib. idonei. Io. Mona.

o ¶ Quod id.] ſcilicet, q. epũs nullis alijs ſibi adiunctis, niſi de capitulo, viſitet.

p ¶ Augere debet.] ff. de offi. proconſu. & l. obſeruandum. in ſi. Io. Mona.

q ¶ Abducantur.] ff. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. comitem. Sed quomodo detrahitur huic dignitati, ſi caput ſtet cum membris. ext. de præſcrip. cum non liceat. & ſic non eſt iniurioſa abductio, ſed debita coniunctio: ſicut inter caput, & membra, & inter patrem, filium. C. de curato. furio. l. fin. in princip. 30. q. 3. ita diligere. Item inhumanum eſt publicatione paupertatis detegere viſitatem. C. quãdo, & qui. quarta pars in bo. de. l. 2. circa mediũ. Dic, vt prius. Præciſio hic reprobatur: & fuit hæc ordinatio æquitatis propter congruitates hic tactas, & neceſſitates quo ad perſonã tabellionis, vel duorum virorum pro eo. Io. Mona.

r ¶ Suſpectis.] ex cauſis prædictis. Io. Monachus.

s ¶ Compellatur.] qđ eſſe non debet. arg. C. de iudi. apertiſſimi. & l. fin.

Monachi, an poſſint eſſe teſtes.

l ¶ Suſpecti.] contra, quia monachi in cauſis monaſterij teſtes eſſe poſſunt. ext. de teſti. inſuper. & cap. tuis. & l. fin. Item iſti Monachi ſi tabellionis loco duarum perſonarum locum tenerent, ſ. aſſiſtentium viſitandi ad

proban-

Officio dupli ci, quẽ fungi iure vetatur.

probandũ, quod eſſet actum, forſan eędem perſonæ eſſent per viſitatorem corrigẽdæ. Et fungi duplici officio, præſertim ſuſpecto, & aduerſo, vt hic, eſt merito reprobandũ. C. de aſſeſ. nemo. extra de cleri. non reſi. quia nonnulli. & extra 6. lib. de præben. cum ſingula. Ioã Monachus.

a ¶ Reprobamus.] ex quibus cauſis conſuetudo reprobetur, not. extra 6. lib. de conſue. in ſum. Io. Mon.

b ¶ Oneroſus.] ſed quomodo eſt hic eps oneroſus, qui habet, quod petit? Dic, q eſt oneroſus, quo ad intentum aduerſariorũ dicẽtium epiſcopum velle viſitare, & intrare capitulum cũ pluribus, & contra eorum cõſuetudinem, quam prætendebant. Ioann. Mona.

Eps cum eccleſia cathedrali habet coniunctionẽ maiorẽ, q̃ cum alijs.

c ¶ Religioſa.] contra extra de offi. ordi. vt iuxta. Dic, caſus eſt diuerſus, non aduerſus, nam ibi loquitur, vbi prælatus viſitat alium locum à capitulo ſuo: hic quando viſitat proprium capitulum, cuius perſonas pp coniunctionẽ maiorẽm, quam habet ad ſuam eccleſiam p̃ cęteris eccleſijs ſibi ſubiectis extra de teſt. requiſiti. §. pẽ. eſt veriſimilius, vt eaſdem perſonas melius noſcat. Vel dic, q hic determinat illam taxãdo hoc dictum indeterminatum: ibi, ne ſubditi nimium aggrauẽtur: & decet perſonas religioſas in tali articulo aſſumi. arg. ext. de ſta. reg. in ſingulis. circa prin. Io. Mona.

d ¶ Nõ obſtante.] Sed quare tollit hic cõſuetudinem, & compoſitiones quaſlibet; quia licet viſitationi non pſcribatur, nec pcurationi, quæ debetur ratione viſitationis: pręſcribi tñ põt quotidiani procuratoris. no. extra de præſcr. cum ex officij. extra de cẽſi. cum venerabilis. Sic videtur, q præſcribi poſſit

prælibati prior, & capitulum videntur nimium delicati, tamquam non rationabilem reprobamus. [a] Sed ne ſit epiſcopus oneroſus, [b] decernimus noſtrorum prædeceſſorũ veſtigijs inhærentes, vt cum ad viſitationem de cætero faciendam in eccleſia memorata deſcenderit, in viſitationis actu duas, vel tres honeſtas perſonas clericali charactere inſignitas, quarum vna ad minus ſit religioſa, [c] ordinis ſupradicti, & vnum notarium clericum ſecum habeat, & non plures. Conſuetudine aliqua obtenta, & compoſitione qualibet inter partes ipſas ſuper hoc in contrariũ facta hactenus, non obſtante. [d] Nulli ergo liceat hãc paginam noſtrarũ reprobationis, [e] cõſtitutionis, [f] &c. Datum Auin. x. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Beneficia plura incompatibilia obtinens ſine diſpenſatione, debet illa præter vltimum in manu ordinarij intra duos menſes dimittere: aliàs pœnas incurrit hic poſitas. Et debet ordinarius tales plura beneficia obtinẽtes compellere ad oſtendendam diſpenſationem: quod ſi non fecerit, ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenditur. vide cap. ordinarij. eo. ti. lib. 6. quod ſi diligenter notetur hæc extrauagãs, ſub hoc titulo rectè collocata dicetur.*

CAP. II.

VT [†] quos virtutis amor à vitio ambitionis execrandæ, & auaritię cęcitate non retrahit, ſaltẽ rigor coerceat diſciplinæ: Statuimus, vt quicunque plures dignitates, vel perſonatus, aut parochiales eccleſias: aut dignitatẽ, vel perſonatum, cum alio beneficio curam animarum habente, ſimul ſine diſpẽſatione canonica detinens, illa omnia, & ſingula (illo dũtaxat excepto, quod vltimo receperit, quòd poſſit, ſi tamen in eo ex collatione canonica ius ſibi competat retinere) intra duos menſes à die notitię huiuſmodi noſtræ conſtitutionis continue numerandos efficaciter verbo, & facto, abſque fraude aliqua in manu ordinarij dimittere teneatur, per eũ, vel per eos, ad quẽ, vel ad quos eorum diſpoſitio ſpectabit, ea vice libere diſponenda. Quod ſi non fecerit, ẽt illo ſit ipſo iure priuatus, in quo ius competebat eidem: & inhabilis ad quæcunque beneficia obtinenda penitus cenſeatur. ¶ Qui [g] vero deinceps receperit dignitatem, vel perſonatum, aut beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius ſimile beneficium obtinebat, primum quo poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerit, vel per eum (omni dolo, & fraude ceſſantibus,) quo minus habeat, ſteterit, priuatus noſcitur ipſo iure, abſque morę diſpendio in manu ordinarij omnino ſimiliter dimittere teneatur, per eum, vel eos, ad quem, ſeu quos collatio,

quotidiani aſſiſtentium viſitanti arg. ff. de vſu. qui ſemiſſes. 1. reſpon. & ff. quemadmodum vſusfru. amit. l. is qui. licet conſuetudo hic narrata per hæc allegata non ſit præſcriptibilis. Dic tamen, q hæc conſtitutio in alijs facit gratiã: quia ſi iſta verba non ponerentur, remanerent compoſitio, & conſuetudo non reprobatæ. extra 6. lib. de conſti. ca. 1. Nec eſt inconueniens, q eadem decretalis contineat ius in vna parte, & gratiã in altera. extra de cõceſſ. præb. conſtitutus. Et forſan Papa fuit motus ad prędicta caſſanda propter grauem litem, q̃ fuerat inter partes: ne recidiuũ nouæ litis prætextu conſuetudinis alterius; vel compoſitionis ſubintraret.

Viſitationi an poſſit p̃ſcribi.

e ¶ Reprobationis.] ſ. eo. in verbo reprobamus.

f ¶ Conſtitutionis.] ſ. eo. in verbo, decernimus.

VT quos virtutis.]

† Vide cõci. Tri. ſeſſ. 7 de refor c. 1. & 4. & ſeſſ. 24. de refor. cap. 17.

g ¶ Qui vero.] Iſtum §. aliqui libri non habent, vſq; ad §. vt aũt. & tenorem huius habes in extrauaganti, Execrabilis, q̃ eſt vna de xx gloſſatis per Zẽzelinum in ti. de præben. & ibi vide. Habes etiam eam. ĩ. in tit. de præb. cum gloſſa dñi Guliel de Monte Lauduno.

Vnam

ſeu ordinatio ſpectauerit, diſponendum; quod niſi fecerit, ex tunc ſecundo ſit ipſo iure priuatus, & inhabilis ad ſacros ordines, & ad quodcunq, beneficium eccleſiaſticum obtinendum. ¶ Vt autem pręmiſſorum fructus facilius ſubſequatur, omnibus, & ſingulis ordinarijs in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, quam eos (ſi in exequendis ſubſequentibus negligentes fuerint) incurrere volumus ipſo facto, diſtricte pręcipimus, & mandamus, vt ſub certa, & formidabili pœna eorũ arbitrio infligenda, (ſubditis ſuis plures dignitates, & perſonatus, aut eccleſias, quibus cura imminet animarũ, aut dignitatem, vel perſonatum cum alio beneficio, cui cura ſimilis ſit annexa, obtinentibus, iniungere debeãt, quòd diſpenſationes, auctoritate quarum huiuſmodi Eccleſias, pſonatus, vel dignitates obtinent, ſi quas habent, necnon, & titulos Eccleſiarum, dignitatum, vel perſonatuũ eorundem intra tempus pro facti qualitate ipſorum ordinariorum moderãdum arbitrio, ordinarijs ipſis, vel ijs, quem, vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurẽt: De proceſſibus habendis ſuper his exhibitis, propoſitis, & pductis, reddituri abſque moræ diſpendio per ſcripta publica conficienda ſuper his ſedem Apoſtolicam certiorem.

De maioritate, & obedientia.

¶ Bonifacius viij.

¶ *Omnes Chriſti fideles de neceſſitate ſalutis ſubſunt Romano Pontifici, qui vtrunq; gladium habet, & omnes iudicat, à nemine autem iudicatur. Hac tamen extrauagans regem Franciæ, & regnicolas non amplius ſubijcit Eccleſiæ Romanæ, quàm prius erant: vt patet infra de priuile. meruit.*

CAP. I.

VNam ſanctam Eccleſiam catholicam, & ipſam Apoſtolicam vrgente fide credere cogimur, &

VNam ſanctam Eccleſiam.] Ponatur ſic caſus, q erant dubitantes quidam, aut forte credentes, vel etiam aſſerentes, non eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici: quod quidem, vel verbo fieri poterat: quia forte ſic dicebant: vel facto, quia talia agebant, & operabantur, ac ſi non eſſet de neceſſitate ſalutis: Huic aũt morbo peſtifero obuiare volens ſanctiſſimus pater dominus, dñs Bonifaci⁹ Papa viij. hanc decre. edidit, vbi hoc pleniſſime declaratur. Intentio itaq; huius decretalis eſt inducere rationes, exempla, & auctoritates, ſubeſſe ſũmo Pontifici eſſe de neceſſitate ſalutis: quod tripliciter hic probatur. Primo, per quaſdam condõnes gñales, quæ ipſi eccleſię cõgruunt. Secundo, per quaſdã adaptationes ſpirituales, quæ ad ipſam Eccleſiam adaptantur. Tertio, per gladios, q in ipſa Eccleſia continentur. Tota igit̃ hæc decr. diuidit̃ in quattuor partes; quia primo ponuntur prætatę condõnes gñales congruentes Eccleſiæ, per quas probari poteſt, q ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis. Secundo adducuntur quædam adaptationes ſpirituales, per quas pbatur hoc idem. Tertio agitur de ipſis gladijs, qui ſunt in Eccleſia, per quos declaratur hoc idem. Quarto, & vltimo, concluſio tot modis inueſtigata, videlicet, q ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, infertur ex omnib. antedictis. Secunda: ibi, [Vna nẽpe fuit.] Tertia: ibi, [In hac eiuſque poteſtate] Quarta: ibi, [Porro ſubeſſe.] Propter primum ſciendũ quidem, q numerare poſſumus ſex cõditiones generales congruẽtes Eccleſię: ex quibus poſſunt ſumi ſex rõnes, q Eccleſia habet vnum caput: & q ſubeſſe illi capiti eſt de neceſſitate ſalutis: vt ſit prima conditio, q Eccleſia eſt vna; ſecunda, q eſt ſancta: tertia, q eſt catholica: quarta, q eſt Apoſtolica: quinta, q extra non eſt ſalus: ſexta, & vltima, quia extra ipſam nõ eſt remiſſio peccatorum. Itaque in prima parte, in qua agitur de iſtis conditionibus Eccleſiæ congruẽtibus, dominus Papa tria facit; quia primo iſtas conditiones narrat: ſecundo eas declarat; tertio eas corroborat, & confirmat. ſecunda ibi, [Sponſo in Cãticis.] tertia ibi, [in qua vnus.] Dic ergo Eccleſiam eſſe vnam, quæ fuit conditio prima: ſanctam, quæ fuit ſecunda. catholicam, quæ fuit tertia. & ipſam Apoſtolicam, quæ fuit quarta. extra quam non eſt ſalus, quæ fuit cõditio quinta. nec remiſſio peccatorum, quæ fuit ſexta. [Noſque hanc,] id eſt Eccleſiam, eſſe ſic vnam, ſic ſanctam, &c. vel hanc, id eſt, hanc fidem de Eccleſia, q ſit vna, firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur. ¶ Notandum autem eſt, q ex iſtis ſex conditionibus Eccleſię cõgruentib⁹, (vt ſupra tetigimus) ſumi poſſunt ſex rationes, q ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis. Vt ſit prima ratio, quia Eccleſia eſt vna, ſiue eſt vnum corpus: ſed vni corpori non competit niſi vnum caput; quia aliter eſſet mõſtrum. Arguatur ergo ſic: Omnia membra, quæ ſunt in vno corpore, nõ ſaluantur, niſi coniuncta ill⁹ corpori, & ſubdita vni capiti, à quo infundit̃ eis motus, & ſenſus: ſed omnes Chriſtiani ſunt membra vnius corporis; qa ſunt membra Eccleſiæ, quæ eſt vna, & vnum corpus: ergo omnes huiuſmodi Chriſtiani ſaluantur, vt coniuncti Eccleſiæ, & vt coniuncti vni capiti, ideſt ſummo Pontifici. Secunda ratio ad hoc idem ſumitur ex ſecunda conditione. videlicet, q Eccleſia nõ ſolum eſt vna, ſed etiam eſt ſancta, id eſt, ſancita, & firmata in [illegible]: ſi enim Eccleſia vacillaret quantum ad vnitatem: quia aliquando eſſet vna, aliquãdo nõ eſſet vna: & per conſequens aliquando haberet vnũ caput, aliqñ haberet plura capita: poſſet quis dicere non eſſe de neceſſitate ſalutis, ſubeſſe huic capiti; quia forte poſſet ſaluari ſub alio capite. Sed cum Eccleſia ſit vna, & ſit ſancta, id eſt ſic in vnitate fulcita, q non poſſet habere, niſi vnũ ſupremum caput: ſubeſſe illi capiti erit de neceſſitate ſalutis. Quod ſi dicatur, q ſanctum dicit: quid putamus dicemus

Eccleſia eſt vna.

Chriſtiani oẽs ſunt mẽbra vni⁹ corporis.

Eccleſia eſt ſancta.

tenere. Noſq; hanc firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur: extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, ſponſo [a] in Canticis proclamante. Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ: quæ vnum corpus myſticum repræſentat, cuius caput Chriſtus: Chriſti vero Deus. In qua [b] vnus Dñs, vna fides, vnum baptiſma.

☞ Infirmitas in corpore vnde ſurgit.

dicemus ex hoc etiam, quod dicit quid firmam: quia firmitas eſt ex puritate; infirmitas, ex impuritate: nam & in corpore ſurgit infirmitas ex impuritate, vt quia oriuntur in eo immunditiæ corporales, & mali humores: & ſic in anima etiam ſurgit infirmitas ex impuritate, vt quia oriûtur in ea immunditiæ ſpirituales, & malæ cogitationes. Formetur autem ſic ratio: Quicquid eſt vnum & ſanctum, ideſt, ſic in vnitate ſanctum, ꝙ non poteſt eſſe, niſi vnum corpus, & habere vnum caput, membra non poterunt ſaluari, niſi coniuncta illi corpori, & ſubdita illi capiti: Eccleſia eſt huiuſmodi, ergo, &c. Membra quidem ex hoc ſaluantur, & viuunt, quia mouentur, & ſentiunt, & motus, & ſenſus eis infunduntur à capite: ſi non ſunt ſubdita capiti, non mouentur, nec ſentiunt, propter quod viuere, & ſaluari non poterunt. Tertia ratio ſumitur ex tertia conditione: quia Eccleſia eſt catholica, & vniuerſalis, ſiue generalis, ſic enim ait Iſidorus: quia catholicus vniuerſalis, ſiue generalis interpretatur: nam Græci, (vt dicitur,) vniuerſale catholicon vocant. Si ergo fides, quam tenet Eccleſia, vel ipſa Eccleſia eſſet particularis, continens vnam gentem, vel vnum populum, ſicut ſunt multæ gentes, & multi populi: ſic forte eſſent multæ Eccleſiæ, & multa capita. Sed cum ſit catholica, & vniuerſalis, quia omnes obligantur, (ſi volunt eſſe in ſtatu ſalutis,) ad credendum, & tenendum, quod credit, & tenet Eccleſia: ideo ſicut nô poteſt eſſe, niſi vnum vniuerſum, quod omnia comprehendat: ita quantum ad ſtatum ſalutis non poteſt eſſe, niſi vna Eccleſia, eo, ꝙ Eccleſia comprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis. Formetur autem ſic ratio, illud quod eſt catholicum, & vniuerſale, & comprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis, non poteſt eſſe, niſi vnum, & habere vnum caput, cui oportet eſſe ſubditos omnes volentes eſſe in ſtatu ſalutis: Eccleſia eſt huiuſmodi, ergo, &c. Quarta ratio ſumitur ex quarta conditione: quia Eccleſia eſt Apoſtolica: tenet illam fidem, quam Apoſtoli tradiderunt, & docuerunt, de quibus poteſt intelligi, quod dicitur in Pſal. ꝙ in omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum, vt nullus poſſit ſe excuſare ſe non ſubeſſe Eccleſiæ: omnes enim Apoſtoli fidem prædicauerunt, & docuerunt. Vnde Apoſtolus ait ad Galat. 2. Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum illis, ideſt, cum alijs Apoſtolis, Euangelium, quod prædico gentibus: & ſubdit cauſam, ne forte in vanum curverem, aut cucurriſſem. Ne ergo vana eſſet prædicatio ſua: & ne videretur gentibus, vel alijs, quod prædicaret aliud, quam alij Apoſtoli, voluit Apoſtolus de Euangelio, quod prædicabat, conferre cum illis. Item Eccleſia eſt Apoſtolica: quia illam fidem tenet, & docet, quam concorditer prædicauerunt, & docuerunt Apoſtoli. Formetur ergo ſic ratio, illud quod eſt Apoſtolicum, & tenet illam eandem fidem, quam Apoſtoli docuerunt, non pôt eſſe, niſi quid vnum, & vnum corpus habere, & vnû caput, cui oportet eſſe ſubdita oîa membra, ſi volunt eſſe in ſtatu ſalutis: huiuſmodi autem Eccleſia eſt, ergo, &c. Quinta autem, & ſexta ratio ſumitur ex quinta, & ſexta conditione: videlicet, ꝙ extra Eccleſiâ non eſt ſalus, ideſt, non acquiritur beatitudo, quæ eſt per gratiâ conſummatam: nec extra ipſam eſt remiſſio peccatorum, quę poteſt eſſe per gratiam initiatam: ita ꝙ nec gratia conſummata, quæ eſt ſalus, & beatitudo noſtra: nec gratia initiata, per quam remittuntur peccata, poteſt eſſe niſi per Eccleſiam. Si ergo Eccleſia eſt vna, & habet vnum caput: omnes volentes recedere a peccatis, & adipiſci ſalutem, oportet eſſe ſub capite Eccleſiæ, ideſt, ſub ſummo Pontifice, ratio autem per ſe patere poteſt. Notandum autem, ꝙ omnes illæ ſex conditiones continentur in Symbolo: vbi dicitur, ꝙ credimus in Eccleſiam vnam, quantû ad conditionem primam: ſanctam, quantum ad conditionem ſecundam: catholicam, quantum ad tertiam: & Apoſtolicam, quantum ad quartam: & ꝙ confitemur vnum baptiſma in remiſſionê peccatorû, quantû ad gratiâ initiatam: & ꝙ expectamus reſurrectionê mortuorû, & vitâ venturi ſæculi, quantum ad gratiam conſummatam: ideo impingere contra hoc, eſt impingere contra Symbolum.

☞ Canti. 6.

☞ Eccleſia eſt catholica.

☞ Eccleſia quare dicitur Apoſtolica.

a ¶ Sponſo in Canticis, &c.] Hic illas ſex rationes concluſionis præfatæ, ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, declarat, & manifeſtat per ea, quæ habentur in Canticis: & per ea, quæ ait Apoſtolus dicens, ſponſo proclamante in Canticis, ſupple de ſua ſponſa, ideſt, de Eccleſia, quæ vna eſt columba mea, vna eſt matri ſuę, electa genitri ſuæ: quæ ſcribuntur Canticorum 6. & ſubdit, quæ ſcilicet columba mea, ſic vna, ſic perfecta, ſic electa, vnum corpus myſticum, ideſt, vnam Eccleſiam repræſentat: & addit, quod huius corporis caput eſt Chriſtus, Chriſti vero Deus. No. autem, ꝙ hic tanguntur ſex, per quæ declarantur ſex conditiones: videlicet, quod corpus myſticum, ideſt, Eccleſia, eſt vna, quantum ad conditionem primam: eſt columba, ideſt, innocens, & ſine felle, & ſancta, quantum ad conditionem ſecundam: eſt perfecta, ideſt, catholica quantum ad conditionem tertiam. Nam ſecundum Philoſophum, totum, & perfectû idem, vel proximum ſecundum naturam. Nam illud eſt perfectum, quod totum habet, & nihil ei deficit: & illud etiam totum eſt, quod omnia habet. Et quod dicit Philoſophus totum, & perfectum idem: poſſumus nos dicere catholicum, & perfectum idem, vel proximum ſecundum naturam. Nam catholicum idem eſt, quod generale, & vniuerſale, quod omnia comprehendit, & etiam perfectum eſt cui nihil deficit, & omnia comprehendit. Iſta etiam Eccleſia eſt vna matri ſuæ: electa genitrici ſuæ, quantum ad conditionem quartam. Apoſtoli ſiquidem vnam fidem prædicauerunt, vnam fidem elegerunt: quam tenens Eccleſia dici poteſt Apoſtolica. Huiuſmodi autem Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, qui eſt agnus Dei tollens peccata mundi: cuius caput eſt Deus pater, à quo eſt genitus, quem videre eſt ſalus noſtra. iuxta illud: Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Ergo ſicut per hoc, ꝙ Eccleſia eſt vna; columba, ideſt, ſancta: perfecta, ideſt, catholica: vna matri ſuæ, & electa genitrici ſuæ, ideſt, Apoſtolica, declaratæ ſunt quattuor conditiones. ſic per hoc, ꝙ eius caput eſt Chriſtus, qui eſt agnus tollens peccata noſtra, & caput Chriſti Deus, qui eſt ſalus noſtra, declarantur aliæ duæ conditiones, videlicet, quod per Eccleſiam eſt peccatorum remiſſio, & ſalutis adeptio.

☞ Totum, & perfectû idê.

☞ Catholicum quid eſt.

☞ Salus noſtra eſt videre Deum.

b ¶ in qua vnus.] hic illas ſex conditiones, quas primo narrauit, & poſtea declarauit, roborat, & confirmat. ſic enim iacet textus ad Epheſ. 4. vnde illa verba ſunt ſumpta, vnum corpus, & vnus ſpiritus. & ſubditur, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium. Eccleſia eſt ergo vnum corpus, per quod eſt vna, & vnica, quæ fit conditio prima. Eſt in ea vnus ſpiritus, per quem eſt ſancta, quæ fit ſecunda. Eſt in ea vnus Dominus, per quem eſt vniuerſalis, & catholica, quæ fuit tertia. Eſt in ea vna fides, per quam eſt Apoſtolica: quia tenet illam fidem, quam prædicauerunt Apoſtoli. quæ fuit côditio quarta. Eſt in ea vnum baptiſma, per quod eſt peccatorum remiſſio, quæ fuit quinta. Eſt in ea vnus Deus, & pater omnium, per quem eſt ſa-

lutis

¶ Vna nempe [a] fuit diluuij tẽpore arca Noe, vnam Eccleſiam præfigurans, quæ in vno cubito cõſummata, vnum (Noe videlicet) gubernatorem habuit, & rectorem, extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe delata. Hanc autem [b] veneramur, & vnicam: dicẽte Domino in propheta: Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicã meã. pro anima enim, ideſt, pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore: quod corpus vnicam ſcilicet Eccleſiam nominauit, propter ſponſi fidei ſacramentorum, & charitatis Eccleſiæ

Pſal. 21.

lutis adeptio quæ fuit ſexta. Aduertendum eſt, quod dominus Papa noluit omnia verba iſta ponere, ne legentibus tædium generaret, ſed voluit breuius pertranſire: & non niſi tria nominauit: videlicet, quod in Eccleſia eſt vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma: per quæ tria omnes illæ ſex conditiones roborãtur, & confirmantur: Nam quia in Eccleſia vnus Dominus, ideo ipſa eſt vna, & catholica, id eſt, generalis: quia vero in ea vna eſt fides, ideo ipſa eſt ſancta, & Apoſtolica: eſt enim per fidem ſanctam, ideſt, ſancita, dicente Hugone, quod nihil eſt certius homini ſua fide. per hoc eſt et Apoſtolica, quod illam fidem tenet Eccleſia, quam Apoſtoli docuerunt. Sed quia in Eccleſia vnum eſt baptiſma, dicitur in ea eſſe peccatorum remiſſio, & ſalutis adeptio: nam per hoc, quod baptizamur, nobis peccata remittuntur, & cœleſtis ianua aperitur.

Baptiſmus quid facit.

a ¶ Vna nempe fuit.] poſtquam ſunt poſitæ illæ ſex conditiones, per quas ſumi poſſunt ſex rationes, quod eſt de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici: ponuntur quędam aliæ adaptationes, per quas concludi poteſt hoc idẽ. Circa quod quattuor facit, ſecundum quod quattuor huiuſmodi adaptationes ibi traduntur, vt ſit prima adaptatio per hoc, quod Eccleſia figurata eſt per arcam Noe. Secunda, per hoc, quod propheta in perſona Chriſti orat, quod Deus eruat a frameæ animam ſuam, & de manu canis vnicam ſuam. Tertia, per hoc, quod Eccleſia figurata eſt per tunicam Domini inconſutilem, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Quarta, per hoc, quod Chriſtus dixit Petro, Paſce oues meas. Secunda eſt ibi: Hanc autem veneramur. Tertia ibi: Hæc eſt tunica. Quarta ibi: Igitur Eccleſiæ. Dicit ergo: vna nempe fuit diluuij tempore arca Noe, vnam Eccleſiam præfigurans. Hæc vna arca fuit in vno cubito conſummata, vnum habuit rectorem, & gubernatorem Noe: extra eam omnia exiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe delata. Aduertendum autem, quod illa arca Noe, Dei Eccleſiam figurabat, quod ſex modis Auguſtinus declarat. 15. de ciui. Dei. & 16. Primo ex eius vacillatione: nam ſicut illa arca ferebatur ſuper aquas fluctuantes: ſic Eccleſia militans in hoc ſæculo, non ſine fluctuationibus requieſcit. Secundo hoc idem patet ex illius arcæ materia. Nam ſicut ex ligno fabricata eſt arca, & per lignum ibi ſaluatæ ſunt animæ: ſic ex ligno crucis dependet ſalus Eccleſiæ. Tertio, hoc idem patet ex illius arcæ proportione: nam (vt Auguſtinus ait) proportio illius arcæ erat, vt proportio corporis humani: erat enim ſexcies, ſiue ſex vicibus magis longa, quam lata: & decies longa, quam alta. trecentorum enim cubitorum erat longitudo. 50 latitudo, & 30. altitudo eius. ſic & corpus humanum diſpoſitum eſt, vt ſit decies longum, quam groſſum: & ſexcies longum, quam latum. & ex hoc figurabat Eccleſiam, cuius redemptor factus homo ad ſaluandum homines venit. Et hæc omnia clareſcunt his verſibus:

Eccleſia eſt arcę Noe cõparata.

Arca Noe quantæ fuit altitudinis, lõgitudinis, & latitudinis.

Ter denis alta cubitis, & longa trecentis,
Et decies quinis lata ſit arca Noe:
Sex vicibus longum latum tranſcendit, & altum
Denis, humani corporis inſtar habens.

Quarto, arca figurat Eccleſiam, ſi bene cõſideremus eius oſtium, quod poſitum fuit ex latere, nam & Chriſto in cruce latus fuit apertum, vnde fluxerunt ſacramenta: per quæ dicitur Eccleſia eſſe formata. Quinto, arca ſignificabat Eccleſiam, ſi conſideremus eius compoſitionem: fuit enim compoſita ex lignis quadratis: quod ad ſtabilitatem Eccleſiæ pertinet. Corpus enim quadratum, cuiuſmodi eſt taxillus: ex quacunque parte vertatur, ſtat. Sexto, arca illa ſignificat Eccleſiam, ſi conſideremus diſtinctionem eius: erat enim arca illa bicamerata. ſecundum enim cõmunem modum ponendi bicamerata erat inferius, tricamerata ſuperius. duæ autem erant cameræ inferiores, vna apothecaria, & alia ſentinaria, vbi ſtabant immunditię. tres autem erant cameræ ſuperiores, in quarũ vna erant animalia mitia, in alia, immitia: in media vero hoies, & aues. Sic & Eccleſia, (vt Aug. ibidem tradit,) eſt bicamerata: quia compoſita ex Iudæis, & Gentibus, ſiue ex Iudęis, & Gręcis, vt noie Græcorum intelligamus Gentes. Eſt tricamerata, quia ex tribus filijs Noe omnes homines ſunt reparati, ex quibus facta eſt Eccleſia iſta. Itaque arca, quæ (vt patuit) ſex modis Eccleſiam figurabat: inferius erat ampla, ſuperius ſtricta, in vno cubito cõſummata, per vnum rectorem gubernata. Ex quibus poſſunt ſumi duæ rationes, eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici. nam Eccleſia inferius eſt magnæ latitudinis: quia multi ſunt prælati inferiores. ſuperius reſtringitur: quia pauciores ſunt prælati ſuperiores. Vel inferius eſt magnæ latitudinis, quia multi ſunt laici. ſuperius reſtringitur, quia pauciores ſunt prælati. & in vno cubito conſummatur, quia in vno ſummo Pontifice terminatur. Sicut ergo tota illa arca ſtabat ſub vno cubito, ſic tota Eccleſia ſtat ſub ſummo Pontifice. Et ſicut extra arcam non erat ſalus, & quicquid ſaluabatur erat ſub illo cubito: ſic extra Eccleſiam non eſt ſalus. & quicquid ſaluatur, eſt ſub ſummo Pontifice. Secunda ratio ad hoc idem ſumitur, non ſolum ſi conſideremus vnitatem cubiti, ſed etiam ſi conſideremus vnitatem rectoris: nam ſicut totius arcæ erat rector vnus Noe: & nihil ſaluabatur niſi ſub eo: ſic totius Eccleſiæ rector eſt vnus ſummus Pontifex, & nihil ſaluatur niſi ſub ipſo.

Taxillus eſt corpus quadratum.

Prçlati ſuperiores pauciores ſunt, quã inferiores.

b ¶ Hanc autem veneramur, &c.] hic proſequitur adaptationem ſecundam ex eo, quod propheta in perſona Chriſti orat dicens: Erue à framea Deus animã meam. pro anima enim Chriſtus, ideſt, pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore: quod corpus vnicam ſcilicet Eccleſiam nominauit. & hoc propter quattuor quantum ad præſens ſpectat, propter vnitatem ſponſi, fidei, & ſacramentorum, & charitatis. Aduertendum ergo, quod in omnibus his quattuor ſummus Pontifex quandam principalitatem dicitur obtinere: nam ſi conſideremus vnitatem ſponſi, ipſe eſt vnius ſponſi vnus principalis vicarius. Vnde glo. ſuper illo verbo Matthæi 16. Tibi dabo, &c. vult quod hoc ſpecialiter Petro conceſſit, vt ad vnitatem nos inuitaret: & ſubdit, ideo enim eum principalem Apoſtolorum conſtituit, vt Eccleſia vnum principalem Chriſti haberet vicarium. Rurſus ſi conſideremus vnitatem fidei: ſummus Pontifex eſt huius fidei principalis doctor, & definitor: nam & concilia generalia vbi talia ſunt definita, & vbi ſymboli ſunt compoſiti, non niſi auctoritate ſummi Pontificis poterant aggregari. Tertio, ſi conſideremus vnitatem ſacramentorum, ſummus Pontifex, vt eſt Chriſti principalis vicarius, eſt eorum principalis diſpenſator. Quarto, ſi conſideremus vnitatem charitatis, quam habent membra ad Chriſtum, & ad eius vicarium, ſummus Pontifex eam cum quadam principalitate habet. Ergo ſi Eccleſia ex his eſt vna, & ex his eſt ſalus, & in his ſummus

Concilium generale nõ fit ſine Papa.

Pontifex

vnitatem. Hæc [a] eſt tunica illa Domini inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Igitur [b] Eccleſiæ vnius, & vnicæ, vnum corpus, vnum caput, nõ duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor: Dicente [c] Domino ipſi Petro, Paſce oues meas: meas, inquit, & generaliter, non ſingulariter has, vel illas: per quod commiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas. Siue ergo Græci, [d] ſiue alij ſe dicant Petro, eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe ſe de ouibus Chriſti non eſſe:

Pontifex principalitatẽ hẽt: nõ niſi ſub ſũmo Põtifice ſaluari poterim⁹. ſibi itaq; ſubeſſe erit de neceſſitate ſalutis.

a ¶ Hæc eſt tunica, &c.] Hic proſequitur adaptationem tertiam, quia Eccleſia figurata eſt per tunicam Domini inconſutilem, quę ſciſſa nõ fuit: ſed ſorte prouenit. Sciendum ergo, ꝙ veſtes Dñi fuerunt quadripartitæ, quattuor militibus tributæ: inter quas fuit vna tunica inconſutilis deſuper contexta per totum: quæ non fuit diuiſa, ſed per ſortẽ habita: vt patet Io. 19. c. Sciẽdũ enim ꝙ ſecũdum Aug. vtrunq; ſignificat Eccleſiam tam veſtis quadripartita, ꝙ̃ tunica ſortita: aliter tñ, & aliter. Nam veſtis Dñi quadripartita ſignificat Eccleſiã quattuor ſcilicet partibus in orbe diffuſam: & eiuſdẽ æqualiter, ideſt, concorditer diſtributam. Tunica vero illa ſortita ſignificat Eccleſiam, quantum ad vnitatem charitatis, quæ charitas eſt deſuper: quia habet ſupereminentiorem vitam: & eſt contexta per totum, quia eſt catholica: quod idem eſt, qđ generalis, & totalis. Eſt inconſutilis, vt non diuidatur, ſed vna permaneat, & omnes in vnum colligat. Sorte eſt habita, in qua diuina gratia commendatur: quia cum ſors mittitur, non perſonæ, ſed occulto Dei iudicio ceditur. quę omnia ſunt verba Auguſtini exponentis dictum textum Euangelij. Ex hac autem adaptatione patere poteſt, quod ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis: non enim eſſet tunica Domini, ideſt, eccleſia inconſutilis, & contexta per totum, niſi eſſet ſub vno capite colligata. volentes ergo ſe à capite ſubtrahere, volunt hãc tunicam ſcindere: ſed ſi conſideratur veritas eam non ſcindunt, quia ſcindi non poteſt. Itaque ſe ſubtrahentes ab vnitate capitis, non dicuntur Eccleſiam ſcindere, vel tunicam Domini diuidere: ſed dicuntur extunc ad huiuſmodi tunicam, vel ad Eccleſiam minime pertinere: vt tales exiſtentes tunc ad ſalutem nequeant promoueri.

Eccleſia per veſtes Chriſti cõgrue ſignificatur.

Eccleſiã non ſcindunt, qui ab vnitate capitis ſe ſubtrahunt.

b ¶ Igitur Eccleſiæ vnius.] Hic proſequitur adaptationem quartam ex eo, ꝙ omnes oues, ideſt, ipſi Chriſtiani cõmiſſi ſunt ipſi Petro. Circa quod tria facit, ſecundum ꝙ hoc tripliciter probat. Primo, ex vnitate corporis, & capitis. Secundo, ex vnitate commiſſionis ouium. Tertio, ex vnitate ouilis, & paſtoris. Secunda ibi, [Dicente Domino.] Tertia ibi, [Siue ergo Græci.] Prima ratio talis eſt: vbi eſt vnum corpus, & vnũ caput, non duo capita, quaſi monſtrum: quia eſt ibi Chriſtus, eſt Chriſti vicarius Petrus, Petriq; ſucceſſor: ibi, ſupple, nullus ſaluatur, niſi ſubſit Chriſto, Chriſtiq; vicario Petro, Petriq; ſucceſſori: Sed vnius, & vnicæ Eccleſiæ eſt vnum corpus, & vnũ caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus, Chriſtiq; vicarius Petrus, Petriq; ſucceſſor. ergo in Eccleſia nullus ſaluatur, niſi ſubſit, &c. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij, videlicet, quod vnius, & vnicæ Eccleſiæ eſt vnum corpus, & vnum caput. Notandum autem, ꝙ quaſi inferendo dicit, igitur Eccleſiæ vnius, & vnicæ vnum corpus, & vnum caput, &c. quia licet hoc ſit propoſitum principale, ꝙ nullus ſaluatur, niſi ſubſit Chriſto capiti, & eius vicario: tamen inferendo, & concludendo iſta dicit: quia oĩa hęc ex præmiſſis ſequuntur, & cõcluduntur. Si enim vna fuit arca Noe Eccleſiam figurans: & ꝙ Chriſtus vnum caput orauit pro vnica Eccleſia ſua, & vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis: aperte ex præmiſſis poſſumus inferre, & dicere. Igitur vnius, & vnicę Eccleſia, vnum corpus, vnum caput, &c. vbi ſupplendũ eſt, ꝙ ſi Chriſto capiti, & eius vicario ſubeſſe nolumus, ſalutem non poterimus adipiſci. Notandum etiam, ꝙ dicit, vnius, & vnicæ: Nam plus vř importare vnicum, quam vnum. Nam tunc quis habet vnum, qñ habet aliud. Sed tunc dř habere vnicum, quando non habet aliud, nec ſperat vlterius habere aliud: nec habet in quod aſpectum dirigat. vnde Greg. ſuper illo verbo Lucæ 7. Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri ſuæ: & hæc erat vidua. Vult ꝙ ideo erat vnicus filius: quia mater eius erat vidua: & nõ ſperabat vlterius filios procreare: nec habebat in quẽ aſpectum dirigeret. Vere itaque Eccleſia eſt vna ſponſa Chriſti, & vnica: quia Chriſtus nõ habet aliam ſponſam: nec ſperat vlterius habere aliam ſponſam, nec dirigit ſuũ aſpectum, nec ſuam affectionẽ ad aliam ſponſam. ideo nullus confidat de alia ſponſa, vel de alia Eccleſia, & ſub nullo credat ſaluari, niſi ſub ſponſo, vel ſub capite ipſius Eccleſiæ Chriſto, Chriſtiq; vicario Petro, Petriq; ſucceſſore.

Vnus, & vnicus differũt.

Ioan. 19.

c ¶ Dicente Dño ipſi Petro, Paſce oues meas, &c.] Hic probat hoc idem ex vnitate commiſſionis: non enim tactę ſunt plures cõmiſſiones principales: ſed facta eſt vna principalis cõmiſſio: & omnes oues vni, & eidem Petro, & eius ſucceſſoribus principaliter, & vniuerſaliter ſunt commiſſæ. Formetur autem ſic ratio: Cuicunq; Dñs commiſit oues ſuas, non has, vel illas, intelligitur ſibi vniuerſaliter commiſiſſe, & ex hoc intelligitur nõ eſſe ſalutem alicuius ouis, niſi ſub eo, & ſub eius ſucceſſoribus, cui omnes oues generaliter ſunt commiſſæ. Sed dicente Dño ipſi Petro, Paſce oues meas: quia non inquit ſingulariter, paſce has, vel illas: ſibi commiſiſſe intelligitur generaliter vniuerſas: & per conſequens non intelligitur ſaluari aliqua ouis, niſi ſub Petro, & ſucceſſoribus eius, ita quod ſubeſſe ſibi eſt de neceſſitate ſalutis, quæ eſt noſtra concluſio principalis. De hac autem ratione ponit virtutem medij, vt patet ex litera.

d ¶ Siue ergo Græci, &c.] Hic probat hoc idem ex vnitate ouilis, & paſtoris. Formetur autem ſic ratio: Vbicunque eſt vnum ouile, & vnicus paſtor, ſiue Græci, ſiue alij dicant ſe non eſſe ſub ipſo paſtore, vel ſub eius vicario, vel ſub ſucceſſoribus ſuis, dicunt ſe non eſſe de illis ouibus, nec ad ouile huius pertinere, & per conſequens dicunt ſe non eſſe in ſtatu ſalutis. Sed dicente Domino in Ioanne, vt habetur Ioan. 10. Conſtat vnum ouile, & vnicum eſſe paſtorem: ſiue ergo Græci, ſiue alij dicant ſe Petro, eiuſq; ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, neceſſe eſt, quod fateantur ſe non eſſe de ouibus Chriſti, nec pertinere ad ouile Chriſti: & per conſequens fatentur ſe quoque tales non eſſe in ſtatu ſalutis. De hac autem ratione ponit virtutem medij, vt patet ex littera. Notandum autem hanc decretalem ſic ordinate procedere, ꝙ ex omnibus fere verbis habetur cõcluſio principalis, quæ ponitur in fine decret. quod ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis. Nam ſi conſiderentur conditiones ſuperius generales, quod Eccleſia eſt vna, ſancta, &c. Si conſiderentur adaptationes ſuperadditæ, quod fuit vna arca figurans Eccleſiam: quod vnica eſt Eccleſia, pro qua Chriſtus orauit: quod vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis: quod Eccleſia eſt vnum corpus habens vnum caput: quod vna facta fuit Petro de omnibus ouibus commiſſio principalis: quod Eccleſia eſt vnum ouile habens vnum paſtorem. omnia iſta clamant contra eos, qui ſaluari volunt, niſi ſubſint ſummo Pontifici: omnia iſta proteſtantur, quod ſic ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.

Eccleſia eſt vnum ouile.

I 7. 10. dicente Domino in Ioāne, Vnum ouile, & vnicum eſſe paſtorem.

¶In hac [a]eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet, & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur. Nam [b]dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic: in Eccleſia ſcilicet, cum Apoſtoli loquerentur, nō reſpondit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certe, [c]qui in poteſtate Petri, temporalem gladium eſſe negat, male verbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque [d]ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille vero ab Eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, is manu regum, & militum, ſed ad nutum, & patientiam ſacerdotis. Oportet [e]

a In hac eiuſq; poteſtate.] Hic ponitur tertia pars principalis huiuſmodi decre. in qua poſtquam dominus Papa ex conditionibus generalibus congruentibus Eccleſiæ probauit, quod ſibi ſubeſſe, eſt de neceſſitate ſalutis. Et poſtea probauit hoc idem ex quibuſdam adaptationibus ſpecialib⁹ ad Eccleſiā adaptatis. Hic tertio vult hoc idem probare ex ipſis gladijs, qui ſunt in Eccleſia. Circa qđ duo facit: quia primo agit de iſtorum duorum gladiorum pluralitate, poteſtate, & vſu. Secundo agit de eorū ordine, ibi: [Oportet autem.] Circa primum duo facit: quia proponit primo quod intendit, ſecūdo probat, quod dixerat, ibi: [Nam dicentibus.] Dicit ergo in hac, ideſt, in Eccleſia, eiuſq; poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet, & temporalem Euāgelicis dictis inſtruimur.

b Nam dicentibus.] Probat, quod dixerat: ſed dixerat duos gladios in Eccleſia, & eos eſſe in poteſtate Eccleſię: & quia non eodem modo iſti gladij ſunt in poteſtate Eccleſiæ, nec eodem modo pertinent ad vſum Eccleſiæ; ideo tria facit, quia primo dicit duos tantum eſſe gladios in Eccleſia. Secundo oſtendit eos ambos eſſe in poteſtate Eccleſiæ. Tertio declarat non eodem modo eos in poteſtate Eccleſiæ: ſed alterum ad vſum, alterum ad patientiam, & nutū. Secunda ibi: [Conuerte.] Tertia ibi: [Vterque ergo.] Dicit igitur: nam dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic, ideſt, in Eccleſia, cum Apoſtoli loquerentur: & quia ipſi Apoſtoli repræſentabant Eccleſiam, ſi inter ipſos Apoſtolos erant duo gladij, conſequens eſt, q; in ipſa Eccleſia ſint duo gladij; dicentibus itaq; Apoſtolis duos gladios eſſe ibi, non reſpondit nimis eſſe, ſed ſatis. Notandum ergo, q; ſi eſſent plures gladij, quam duo, non dixiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed parum eſt. Et ſi eſſent pauciores, non dixiſſet, ſatis eſt, ſed, nimis eſt; ex ipſis itaque verbis Domini dicentis, ſatis eſt: datur intelligi duos gladios in Eccleſia, non plures, nec pauciores.

Gladij duo ſunt in Eccleſia.

c Certe, qui in poteſtate.] Hic oſtendit hos duos gladios eſſe in poteſtate Eccleſiæ: dixerat enim in hac, ideſt, in Eccleſia, eiuſq; poteſtate duos eſſe gladios: & quia probauerat duos gladios eſſe in Eccleſia, vult probare hos duos eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ſed quia nullus dubitat ſpiritualem gladium eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ideo dñs Papa probat hoc de gladio temporali dicens: certe qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, male verbum attendit Dñi proferentis: Conuerte gladiū tuum in vaginā. Notandum autem, q; ſm vnum modū adaptandi duo gladij erant inter Apoſtolos: & ſm hoc duo gladij ſunt in Eccleſia: quia Apoſtoli locum tenebant Eccleſiæ: vnus autem illorum erat viſibilis: quia fuit extractus, & ſignificabat gladium temporalem, ſiue materialem: quia reſpicit corpora, & facit læſionem viſibilem: alius autem ſtabat inuiſibilis: quia non fuit extractus, & ſignificare poterit gladium ſpiritualem, qui ferit animas, & facit læſionem inuiſibilem. Ergo ſi de gladio extracto, & viſibili, qui ſignificat gladium materialem, dixit Petro, conuerte gladium tuum in vaginam: liquide patet, q; gladius materialis eſt Petri, & eſt in poteſtate Petri: conſequens eſt igitur, q; vterq; gladius ſit Eccleſiæ, & in poteſtate Eccleſiæ. Notandum etiam, quod iſtam ſententiam tenet Bernardus ad Eugenium iiij. dicens: Aggredere eos, ideſt, malos Chriſtianos, nō ferro, ſed verbo: innuens eſſe duos gladios, vnum ſpiritualem, qui ferit verbo, & alium materialem, qui ferit ferro. & ſubdit de materiali gladio: Quid tu denuo vſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es reponere in vaginam? quia ergo dicit Dominus Petro de materiali gladio, conuerte gladiū tuum in vaginā: ſumm⁹ Pōtifex, quamuis ille gladius ſit ſuus, & quāuis ſit in poteſtate ſua, non debet tamen illo gladio vti, vel ferire. Notādum etiā gladium materialem eſſe ſummi Pontificis, & eſſe in poteſtate eius: oſtēdit idē Bern. ibidem loquens ſummo Pontifici dicens: videlicet, quē materialem gladium, qui tuū negat: non ſatis mihi vr attendere verbū Dñi dicentis, Cōuerte gladium tuū in vaginā.

Gladiorum alter viſibilis, alter inuiſibilis.

Matth. 26.

d Vterq; ergo eſt.] q̄a oſtenderat vtrūq; gladiū eſſe in Eccleſia, & vtrunq; in poteſtate Eccleſiæ eſſe. Hic vult oſtendere non eodem modo vtrunq; gladium ad Eccleſiam pertinere: ideo ait, q; vterq; eſt in poteſtate Eccleſiæ: ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis: nō tamen eodem modo, is quidem, i. materialis pro Eccleſia: ille vero, i. ſpiritualis ab Eccleſia exercendus. Ille, ideſt, ſpiritualis, ſacerdotis manu. Is, ideſt, materialis, manu regum, & militum: ſed ad nutum, & patientiam ſacerdotis. Notandum autem vtrunq; gladium eſſe in Eccleſia, & in poteſtate Eccleſiæ, ſed non eodem modo: quia ſpiritualis eſt in Eccleſia, & in poteſtate Eccleſiæ ad vſum: materialis vero non ad vſum, ſed ad patiētiam, & ad nutum. Sacerdos ergo cum ſpirituali gladio excōicando inobedientes ferit, & eo propria manu vtitur: cum materiali vero nō ferit, & eo propria manu non vtitur: Sed reges, & milites eo debent vti, & ferire ſecundum nutum, & patientiam ſacerdotis. eſt enim nutu per aliqua ſigna cognoſcere alterius voluntatem. Reges ergo, & principes videntes per ſigna hoc expedire Eccleſiæ: debent contra rebelles, & inobedientes materialem gladium exercere. Materialis itaq; gladius non ab Eccleſia: quia non manu Eccleſiæ, ſed manu Regum, & militum; tamen pro Eccleſia, ideſt, pro vtilitate Eccleſiæ ad nutum, & patientiam Eccleſiæ exercetur. Notandum etiam, q; accipiendo hoc generaliter, & ſpecialiter poſſumus dicere, q; ad imperium, & nutum Eccleſiæ materialis gladius exercetur ad imperium generaliter: quia mandat eccleſia generaliter, q; fiat iuſtitia. Sed ad nutum ſpecialiter: quia poteſt ſpecialiter innuere, etiam q; de iſto fiat iuſtitia. Notandum etiam, q; accipiendo iuſtitiam in aliquo ſpecialiter, dicitur materialis gladius exerceri ad nutum, & patientiam ſacerdotis, ad nutum quidem, quia per aliqua ſigna denotat regibus, & militibus, q; pro Eccleſia, & ad vtilitatē Eccleſiæ materialis gladius extrahatur. ad patientiam vero, quia in hoc, q; aliquis punitur in corpore: ſic Eccleſia ſuſtinet, & patitur, & condolet, & compatitur patienti. Notandum, q; hos duos gladios eſſe in poteſtate Eccleſiæ aliter, & aliter, vnum ad vſum manu Eccleſiæ, & ab Eccleſia: alium ad nutum, & pro Eccleſia manu militis: tradit, & ſcribit Bernardus ad Eugènium quartum.

Gladius materialis qualiter exercetur per Eccleſiam.

e Oportet autem gladiū, &c.] Poſtquam determinauit de pluralitate, poteſtate, & vſu iſtorum gladiorum, vult determinare de eorum ordine: & hoc eſt principale propoſitum: quia, vt patet, principalis intentio huiuſmodi

decre.

autẽ gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati: Nam [a] cũ dicat Apoſtolus: Nõ eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per aliũ in ſuprema. Nam [b] ſecundum beatũ Dionyſium, lex diuinitatis eſt, infima per media in ſuprema reduci. Nõ ergo ſecundum ordinem vniuerſi omnia æque, ac immediate, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinẽ reducuntur. Spiritualem aũt, & dignitate, & nobilitate terrenã quamlibet præcellere poteſtatem, oportet tanto clarius nos fateri, quãto ſpiritualia temporalia antecellunt. Quod [c] etiã ex decimarum datione, & benedictione, & ſanctificatione, ex ipſius poteſtatis acceptione, ex ipſarũ rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nã veritate teſtante, [d] ſpiritualis poteſtas terrenã poteſtatem inſtituere, ha-

decre. eſt oſtendere, ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis, prout vltima concluſio manifeſte declarat: & quia ex ordine gladiorum hoc aperte patet: ideo agit de pluralitate, ptãte, & vſu illorum gladiorum, ꝗdam præambula. Sed agere de ordine eſt ad propoſitum principale: poſſet tñ qui vellet ex ipſis p̃ambulis rõnes formare ad propoſitum principales. duo ergo facit, qa primo ponit quem ordinem habeant hmõi gladij. Secundo, ꝓbat, quod dixerat: ibi. Nã cum dicat, dixit ergo: oportet aũt gladium eſſe ſub gladio: & temporalem auctoritatem ſubijci ſpirituali poteſtati, quaſi dicat, ꝙ hi gladij habent hunc ordinem, quia gladius eſt ſub gladio, cum temporalis, & materialis ſit ſub ſpirituali.

a ¶ Nam cum dicat Apoſtolus.] hic ꝓbat, qđ dixerat, videlicet, ꝙ debet eſſe gladius ſub gladio. Circa qđ tria facit, quia probat hoc per Apoſtolũ. Secundo per Dionyſiũ. Tertio ſubiungit multa media ſimul probantia propoſitum. Secunda ibi, Nã ſecundum. Tertia ibi, Quod etiam. Dicit ergo ſecundum Apoſtolum: Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Notandum autem, ꝙ nõ poteſt eſſe eſſentialis ordo inter aliqua, niſi vnum ſit perfectius alio: & vbi vnum magis appropinquat ad Deum, quàm aliud: habet enim ſe res reſpectu Dei, ſicut vnum reſpectu vnitatis, vt innuit Dionyſius quinto de diuinis nominibus: & ſicut non ſunt duo numeri eſſentialiter differentes, quin vnus habeat plures vnitates, quã alius: ſic non ſunt duæ res eſſentialiter differentes, quin vna perfectior ſit alia. Si ergo iſti gladij ſint per ſe diſtincti, & ordinati, oportet vnum eſſe ſub alio, & vnum eſſe perfectiorem alio.

b ¶ Nam ſecundum.] hic probat hoc idem per B. Dionyſium: formetur ſic ratio, Secundum legem diuinitatis infima reducuntur in ſuprema per media: & ſm ordinem vniuerſi non omnia æque immediate reducuntur ad ordinem: ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur: cum autem ſpiritualis poteſtas excellat terrenam ptãtem dignitate, & nobilitate, qa ſpiritualia temporalia antecedunt; iſtæ duæ ptãtes non ęque immediate reducentur ad ordinem: ſed vna reducetur p aliam, terrena per ſpiritualem. Notandum autem, ꝙ hæc rõ non concludit ſolum terrenam ptãtem eſſe ſub ſpirituali, quia tpalia cõiter ſunt ſub ſpiritualibus: ſed etiam probat, ꝙ terrena poteſtas habet reduci in Deũ per ſpiritualem, hoc eſt, habet dirigi, & gubernari per ipſam. Notandum etiam, ꝙ iſta rõ eſt ſumpta à Dionyſio, & eſt ad propoſitum principale, & eſt declaratio eius, quod Apoſtolus dixerat. dicebatur. n. per Apoſtolum: Poteſtates à Deo ſunt, & ordinatę ſunt. Cum ergo dubitari poſſet, quo ordine ordinatæ ſunt poteſtates: hoc dubium ſoluit dicens, ꝙ oportet eas, vt res aliquæ ſunt in vniuerſo ordinatas eſſe, quia infima per media, inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur.

Spiritualia antecedunt temporalia.

c ¶ Quod etiam ex decimarũ datione, &c.] Hic multa media ſumit ad probandum, quòd poteſtas terrena eſt ſub ſpirituali. Circa quod duo facit, quia primo facit, quod dictum eſt. Secundo ex dictis infert ad propoſitum multas concluſiones ibi: Nam veritate teſtante. Dicit ergo etiam, ſupple ſic eſſe, quòd terrena poteſtas ſubſit ſpirituali ex decimarum datione, & benedictione, &c. Notandum eſſe hic poſita quattuor media ad propoſitum, quòd terrena poteſtas ſubeſt ſpirituali. Primum medium de decimis habetur in canone. Secundum de benedictione, ſiue de ſanctificatione, habetur ab Hugo. de ſacramẽt. 2. lib. 2 parte 2. Tertium de poteſtatis acceptione, habetur ab eodem Hug. eod. li. & eadem parte 2. Quartũ vero ex ipſarum rerum gubernatione, poteſt haberi ex verbis Augu. 11. de tri. ca. 4. Propter primum ſciendum, ꝙ ſi de iure diuino laici dant decimas clericis, tota terra laicorũ eſt incenſiua Eccleſię: terrena itaq; poteſtas ſecundum omnia bona terrena, quæ habet, eſt ſub Eccleſia. Propter ſecundum ſciendum, ꝙ Hugo. de ſacramẽ. lib. & parte præaſſignatis ait, ꝙ ſacerdotalis dignitas regalem poteſtatem ſacrat, & benedicit: ſed ſecundum Apoſtolum, qui benedicit, maior eſt: ergo quia per Eccleſiam terrena poteſtas benedicitur, ſanctificatur, inungitur quidem ſi ſit inungenda, abſoluitur ſi delinquat. Sed cum inungitur, etiam abſoluitur, & benedicitur, & ſanctificatur: quare terrenam poteſtatem, & ſpecialiter reges excellentiores propter vnctionem, & omnes Chriſtianos propter abſolutionem, oportet ſubeſſe Eccleſiæ. Propter tertium ſciendum, (vt Hugo ait lib. & par. præaſſignatis,) ꝙ ſpiritualis poteſtas eſt maior dignitate, quam terrena: quod in illo antiquo populo veteris teſtamenti declaratur manifeſte, vbi primum à Deo ſacerdotium inſtitutum eſt, poſtea vero per ſacerdotium regalis poteſtas, iubente Domino ordinata eſt. Potuiſſet enim Deus ſi voluiſſet per ſeipſum vocare Saulem, & dare ſibi poteſtatem regalem: ſed voluit hoc fieri per Samuelem; inſinuans poteſtatem terrenam dependere à poteſtate eccleſiaſtica, & ſibi debere eſſe ſubiectam. Propter quartum ſciendum, ꝙ Aug. 3. de trini. c. 4. vult, quòd totum vniuerſum quodam ordine regatur: quia corpora groſſiora reguntur per ſubtiliora, & tota corporalis creatura per ſpiritualem: ſed turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo. Si ergo in toto vniuerſo corporalia reguntur per ſpiritualia, turpe eſſet ſi in genere humano, quod eſt pars vniuerſi, terrenæ poteſtates non ſubeſſent ſpiritualibus, & non regentur per ipſas.

Poteſtas terrena ſubeſt ſpirituali.

Terra tota laicorum eſt incenſiua Eccleſiæ.

Reges quare ſubſunt Eccleſiæ.

Sacerdotium præceſſit regalẽ ptãtem.

Corporalia p ſpiritualia reguntur.

d ¶ Nam veritate teſtante, &c.] hic concludit de eccleſiaſtica poteſtate plures, & varias concluſiones ad propoſitum vtiles. Circa quod quattuor facit, quia primo concludit, ꝙ ſpiritualis poteſtas poteſt terrenam poteſtatem inſtituere, iudicare, transferre, & plantare. Secundo concludit de eccleſiaſtica ptãte, & potiſſime de ſuprema, quę à ſolo Deo non ab homine poterit iudicari. Tertio cõcludit de eadem, quomodo eſt humana, & quomodo eſt diuina. Quarto concludit etiam, quòd cum iſta ita ſint ordinata, quòd qui Eccleſiæ poteſtati reſiſtit, Dei ordina-

bet, & iudicare, ſi bona nõ fuerit: ſic de Eccleſia, & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremię: Ecce conſtitui te hodie ſuper gẽtes, & regna, & cætera, q̄ ſequũtur. Ergo [a] ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis minor, à ſuo ſuperiori: Si uero ſuprema, à ſolo Deo, non ab hoĩe poterit iudicari: teſtante Apoſtolo: Spiritualis homo iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur. Eſt autẽ [b] hæc auctoritas, (& ſi data ſit homini, & exerceatur per hominem) nõ humana, ſed potius diuina ore diuino Petro data, ſibiq;, ſuiſque ſucceſſoribus in ipſo, quẽ confeſſus fuit petra firmata: dicente Domino ipſi Petro: Quodcumq; ligaueris, & cætera. Quicumque [c] igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatę reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, niſi duo (ſicut Manichæus) fingat eſſe principia: quod falſum, & hæreticum iudicamus: quia te

tioni reſiſtit: & q. non pōt quis eccleſiæ poteſtati reſiſtere cum ſalute, niſi duo aſſerat principia, vt Manichæus errans poſuit, q. ſcriptura ſacra veritatẽ aſſerens, negat, & deſtruit. Secunda ibi, Ergo ſi deuiat. Tertia ibi, Eſt aũt. Quarta ibi, Quicunq; igitur, Continuetur ergo ſic: Bene dictum eſt, q. poteſtas eccleſiaſtica poteſtatẽ terrenã benedicit, ſanctificat, & ab ea poteſtas terrena ptãtem accipit. Nam veritate atteſtante, i. canone Bibliæ aſſerente, ſpiritualis poteſtas terrenã poteſtatem inſtituere habet: & ſupple, ſi habet eam inſtituere, habet eam iudicare, ſi bona non fuerit; quia cuius eſt cõdere, eius eſt deſtruere: & quia etiam quãtum ad terrenam poteſtatem habet eã inſtituere: & ſi non bona fuerit, habet eam iudicare, & deſtituere. ſic eñ ſecũdum hunc modum de eccleſia, & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticiniũ Hieremię: Ecce conſtitui te hodie, i. à die qua formata eſt Eccleſia ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes ea deſtituendo: ædifices, & plantes ea inſtituendo. Notandum autem, q. dicit, veritate teſtante, ſpiritualis poteſtas terrenã inſtituere habet, quia vt patet ex veteri lege, & ex canone Bibliæ, primum à Deo ſacerdotium inſtitutum eſt: & poſt iubente Domino per ſacerdotium regalis poteſtas ordinata eſt.

Hiere. 1.

a ¶ Ergo ſi deuiat, &c.] hic ponit concluſionẽ ſecundam de eccleſiaſtica poteſtate, & potiſſime de ſuprema. quę ſi deuiat, à Deo ſolo poterit iudicari. Continuetur ergo ſic: Dictum eſt, ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis minor, iudicabitur à ſuo ſuperiori: ſi vero ſuprema ſpiritualis poteſtas deuiat à ſolo Deo, non ab homine poterit iudicari, teſtante Apoſtolo: Spiritualis homo iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Notandum autem, q. ille eſt ſpiritualis homo, qui habet ſanam mentem, & ſanum iudicium, ſicut ille eſt ſanus corporaliter, qui habet ſanum guſtum, & habet ſanum iudicium de ſaporibus, ſic & ille eſt ſpiritualiter ſanus, qui habet ſanam mentem, & habet ſanum, & rectum iudicium de agibilibus. ſicut ergo ſolus ille, qui eſt ſanus corporaliter, poteſt recte alia corporalia iudicare: ſic ſolus ille, qui eſt ſpiritualis, poteſt de omnibus iudicare tam de ſpiritualibus, q̄ de corporalibus; quia corporalia ſub ſpiritualibus continentur. Notandũ etiam, q. idem eſt eſſe ſpiritualem, & ſanum ſpiritualiter, quia quicunq; eſt ſpiritualis, habet ſanam mẽtem, & habet rectum iudicium de rebus. Notandum etiam, q. ſicut habens guſtum infectum male iudicat de ſaporibus, & in ſuo iudicio ab omnibus iudicatur: quia ſi habet guſtum infectum cholera, & dulce iudicabit amarum: ſic habẽs mẽtem infectam, habet prauum iudicium de agibilibus, & in ſuo iudicio ab omnibus iudicatur, & reprehenditur; quia iudicabit eſſe faciendum, quod non eſt faciendum, iuxta illud:

Spiritualis, q. libet ſanam mẽtẽ habet.

Dicit amor cæcus, dedecus eſſe decus:

Itaq; ſpiritualis homo, & habẽs ſanam mentem iudicat oĩa, & ipſe à nemine iudicatur; quia in ſuo iudicio à nemine reprehẽditur. Notandum etiam, q. duplex eſt ſpiritualitas, perſonalis, & ſecundum ſtatum: & duplex eſt iudiciũ, ſiue duplex eſt correctio, auctoritatiua, & fraterna. [c] Itaq; ſpiritualis perſonaliter oẽs iudicat; quia omnes male agẽtes poteſt corrigere correctione fraterna, & ipſe à nemine iudicatur; quia ſi eſt ſpiritualis bonus, & ſanctus, nil agit, de quo poſſit iudicari, vel reprehendi. Eſt autẽ alia ſpiritualitas ſecundũ ſtatum, quã eſt in ſtatu ſanctiſſimo, & ſpiritualiſſimo: & in hoc ſtatu eſt ſolus ſummus Pontifex: ideoque quilibet eum nominat, & nominare debet ſanctiſſimum patrẽ. Iſte omnia iudicat etiam auctoritate, quia ſuper omnes auctoritatem habet, & ipſe à nemine iudicatur, quia nullus habet auctoritatẽ ſuper ipſum: perſonaliter ergo poſſunt eſſe, & forte ſunt multi ſanctiores Papa, & ſpiritualiores eo, ſed ſecũdum ſtatum nullus eſt ita ſpiritualis, nec ita ſanctus; & quia auctoritate iudicare reſpicit ſpiritualitatẽ, & ſanctitatem ſecũdum ſtatum: ideo auctoritatiue ipſe ſolus eſt ille ſpiritualis homo, qui iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.

Spiritualitas eſt duplex.

[c] Al. ſuper.

Papa ſanctiores multi poſſunt eſſe.

b ¶ Eſt autẽ hæc auctoritas, &c.] hic ponit cõcluſionem tertiam de eccleſiaſtica poteſtate, oſtendẽs quomodo ſit humana, & quomodo non humana, vel oſtendit quomodo ſit humana, & quomodo diuina. eſt enim humana, quia data eſt homini, & eſt humana, quia exercetur per hoĩem: tñ non eſt humana, quia ſit data ab hoĩe: ſed potius eſt poteſtas diuina, quia data à Deo: nam de ore diuino Petro eſt data ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus. Eſt etiam hæc auctoritas diuina, quia firmata in ipſo Chriſto petra, quam Petrus cõfeſſus fuit dicẽte Dño ipſi Petro: Quodcunq; ligaueris, &c. ita patet quidem. Notandum autẽ, q. hæc auctoritas dupliciter eſt humana, & dupliciter diuina. Eſt aũt humana, quia exercetur per hoĩem: Sed eſt diuina, quia eſt data à Chriſto, qui erat Deus: & eſt diuina, quia firmata eſt in petra firma in Chriſto, qui erat verus Deus. Notandum ẽt. q. oĩa iſta quattuor pñt haberi ex Euangelio; Nam q. ſit humana, quia data eſt homini, hr ex Euangelio, vbi dr: Tibi dabo, &c. q. etiam ſit humana, quia exercetur ab homine: patẽt ex Euangelio, dum dr: Quodcunque ligaueris, &c. Quòd ſit diuina, quia data à Deo: patet ex Euangelio, quia ipſe Chriſtus, qui erat De⁹ loquebatur, qñ dixit: Tibi dabo. & q. ſit diuina, quia fun data in eo: patet ex Euangelio, quia ipſe Chriſtus, qui erat Deus loquebatur cum dixit: Super hanc petram, i. ſuper meipſum, qui ſum petra, & qui ſignificor per petrã, ædificabo eccleſiam meam.

Auctoritas Papæ eſt humana, & diuina.

c ¶ Quicunq; igitur, &c.] hic ponit concluſionem quartam de eccleſiaſtica poteſtate dicens: Quicunque igitur huic poteſtati, ſupple, eccleſiaſticæ à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & ſupple, non poteſt eſſe in ſtatu ſalutis, niſi forte fingat duo principia, & duos Deos, ſicut finxit Manichæus hæreticus; quod dictum falſum, & hæreticum iudicamus; quia teſtante Moyſe, non in principijs, ſed in principio cœlum Deus creauit, & terram. Notandum autẽ, q. Deus pater ſecundum vnum modum exponẽdi, quẽ tangit Aug. ſuper Geñ. in prin. ideſt, in filio creauit, &c. Et quia Pater, & filius non ſunt duo principia, ſed vnum principiũ, immo quia non

In principio, & nõ in principijs Deus cęlũ creauit, & terram.

Trinitas,

Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, relatiue ad creaturam nō ſunt plura principia, ſed vnū principium; vt dicit Aug. 4 de tri. ca. 13. ideo non in principijs, ſed in principio cœlū Deus creauit, & terram. Nondū etiā, q̀ ſi eſſent duo Dij, poſſent eſſe plura capita in regimine humani generis, & vnū caput poſſet referri in vnum Deum, & aliud in alium Deū. Sed cū hoc ſit falſum, & hæreticum, ſicut non eſt niſi vnus Deus, & vnus Dei filius Ieſus Chriſtus, ita Eccleſia non habet niſi vnum caput, & vnum principalem vicariū Ieſu Chriſti, cui ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.

Gen. 1.

al. Ita: omnem humanā creaturā.

Eccleſia vnicū caput habet.

ſtāte Moyſe, Nō in principijs, ſed in principio cœlum Deus creauit, & terram. ¶ Porro [a] ſubeſſe Romano Pontifici omni † humanæ creaturæ declaram⁹ dicimus, diffinimus, & pronūtiamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. Datum Lateranī. Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Prælati non diſcurrant præſertim habitu transformato: qui ſi ad curiam venerint, inde recedere non debent ſine Papæ licentia: aliàs ipſi, & recep-*

a ¶ Porro ſubeſſe Romano Pontifici.) Hic ponit concluſionem tot modis inueſtigatam, & etiā illatā ab omnibus antedictis. Continuetur autem ſic; quia ex conditionibus quibuſdam generalibus competentibus Eccleſiæ. & quia ex quibuſdā adaptationibus ſpiritualibus adaptatis Eccleſiæ: & tertio, quia ex ipſis gladijs, qui ſunt in Eccleſia, patet, q̀ tenemur ſubeſſe Romano Pontifici. Porro, ideſt, certe, quia ſic eſt: ideo omnibus his conſideratis declaramus, dicimus, & diffinimus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis omni humanæ creaturæ ſubeſſe ſummo Pontifici. Notandum autem, q̀ ait dñs Papa ſe declarare, dicere, & diffinire omnino, q̀ ſibi ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis, &c. quæ poſſunt ſic adaptari, vt concludamus, q̀ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis: declaramus, ſi conſideramus conditiones generales ſupra poſitas competentes Eccleſiæ: dicimus, ſi conſideramus adaptationes ſpeciales adaptatas Eccleſiæ: & hoc diffinimus, ſi conſideramus ipſos gladios, qui ſunt in Eccleſia, & omnino, ideſt, penitus: vel omnino, ideſt, præfatis omnibus conſideratis, pronuntiamus ſic eſſe. Et hæc de expoſitione præſentis decretalis editæ à ſanctiſſimo patre, & domino, domino Bonifacio diuina prouidentia Papa octauo, dicta ſufficiant. Io. Mona.

Papę ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.

Additio domini Petri Bertrandi.

ADDITIO. Quæro vtrum poteſtas ſpiritualis debeat dominari temporali? Et vr, q̀ nō, quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt in Authen. quo. opor. epi. in princ. colla. 1. de conſecr. diſt. 5. celebritatem. in fi. Non ergo Papa debet ſe intromittere de poteſtate temporali: ſed debet temporalia dimittere Imperatori, Regibus, & alijs dominis temporalibus. 8. diſt. quo iure. arg. ext. qui fil. ſint legit. cap. lator. & ca. caulam. aliàs poneret falcem ſuam in meſſem alienam. 3. de elect. ca. venerabilem. quod non eſt faciendum 6. q. 3. c. 1. præterea ſecundum Hug. Imperator à ſolo Deo habet poteſtatem in temporalibus, Papa in ſpiritualibus. & ſic iuriſdictiones ſunt diſtinctę, vt dicunt primæ concordantiæ. Et licet coronam recipiat à Papa: gladium tamen ab altari. 93. diſt. legimus. & etiam ante fuit Imperium, q̄ Apoſtolatus. Pręterea poteſtas ſpiritualis indigeret temporali multoties. 23. q. 5 adminiſtratores. ergo non dominatur ei. Præterea ſi poteſtas ſpiritualis dominaretur temporali, haberet dñium temporalium. Sed dominium earundem rerum nō poteſt eſſe ſimul, & ſemel inſolidum eodem tempore apud plures. ff commo l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ergo nullus alter haberet dominium, quod eſt falſum; ergo, &c.

ptantes illos excommunicati ſunt.

CAP. II.

VT prælatorum inepta diſcurſibus grauitas, & ſimplicitas ſimulationibus obuia, & ipſorum ad Chriſti vicarium indeuotio, religioſitati quippe contraria, non immerito arguenda, cum reuerentiam illorum ſanctitas, lucem puritas, firmoſq; maturitas poſcat greſſus, vt ſint vita mundi, fama clari, proficuique reddantur exemplo. Verum quia ipſorum quo-

CONTRARIUM VT. Chriſtus cōmiſit ſummo Pontifici vices ſuas, vt habetur Matth. 16. c. & 24. q. 1. quodcunq; Sed Chriſto data erat omnis poteſtas in cœlo, & in terra, Matth. 28. ergo ſummus Pontifex, qui eſt eius vicarius habebit hanc poteſtatem. ext. de tranſlatio. cap. quanto.

Rñdeo, & dico, q̀ poteſtas ſpiritualis debet dominari omni creaturæ humanę per rationes, quas Hoſt. inducit in ſumma, q fil. ſint legit. §. qualiter, & à quo. Itē quia Ieſus Chriſtus filius Dei, dum fuit in hoc mundo, & etiam ab æterno naturalis Dominus fuit, & de iure naturali in Imperatorem, & quoſcunque alios depoſitionis ſentētias ferre potuiſſet, & damnationis, & quaſcūq; aliàs, vtpote in perſonas, quas creauerat, & donis naturalibus, & gratuitis dotauerat, & etiam conſeruabat. Et eadem ratione, & vicarius eius poteſt. Nam non videretur Dñs diſcretus fuiſſe, (vt cū reuerentia eius loquar,) niſi vnicum poſt ſe talem vicarium reliquiſſet, qui hæc omnia poſſet. Fuit autem iſte vicarius eius Petrus, Matth. 15 vltra medium. Et idem dicendum eſt de ſucceſſoribus Petri, cum eadem abſurditas ſequeretur, ſi poſt mortem Petri humanam naturam à ſe creatam ſine regimine vnius perſonæ reliquiſſet. argumen. ad hoc ſupra, qui filij ſint legiti. per venerabilem. vltra medium. de hoc not. Innocen. ſupra de foro compe. cap. licet. Et ideo dominus Bonifacius viij. motus alijs efficacibus rationibus, & exemplis, & auctoritatibus ſacræ ſcripturæ, declarauit, dixit, & diffiniuit ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam eſſe de neceſſitate ſalutis, vt in Extrauag. vnam ſanctam. quę hic de verbo ad verbum poſita eſt, cum glo. domini Io. Mona. qui plene declarat hanc quæſtionem.

Iuriſdictio ſpiritualis omnes creaturas humanas adſtringit.

AD argumenta in contrarium reſpondeo. Ad primum cum dicitur, q̀ iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, &c. dicit Hoſt. hic. Ego iuriſdictiones aſſero, & vtramque à Deo proceſſiſſe, vt dicta Authen. quomo opor. epi. tamen quanto altera magis Deo appropinquat, tanto maior. Ergo ſacerdotium maius, quod probatur ex ordine ſcripturæ dictæ authen. Et ſic intellige, q̀ non multum diſcrepant ſacerdotium, & imperium, vt Authen. de non alien. aut permut. rebus eccleſiæ. §. ſi minus. colla. 2. Non multum diſcrepant quo ad principium vnde procedunt: ſed multum diſcrepant quo ad maioritatem. Inde eſt, quod caput epiſcopi iniungitur, ſed armus regis: & epiſcopus chriſmate, rex oleo, vt ſciatur, quod epiſcopus eſt vicarius capitis noſtri, ideſt, Ieſu Chriſti, & vt oſtendatur quanta ſit differentia inter auctoritatem Pontificis, & principis poteſtatem. ext. de ſacra vnc. cap. 1. ver. vnde in veteri teſtamento. Et eodem modo reſpondetur ad ſecundam oppoſitionem. Et quod dicitur ante fuiſſe imperium, quam Apoſtolatum, hoc non facit ad propoſitum, quia poteſtas non ratione temporis dicitur maior, ſed potius ratione dignitatis. Nam & ſi Andreas primus venit ad fidem, quam Petrus: prælatus eſt tamen Petrus Andreæ, cum in Apoſtolorum catalogo ſemper primus, quaſi præcipuus præmittatur, non quod Petrus

& potior tempore, ſed potior dignitate.

Ad tertium argumentum dico, quod licet, vt ſup. dictum eſt, omnis humana creatura ſubſit Papæ, & ſic poteſtati ſpirituali; non tamen ſequitur, quod habeat dominium omnium rerum temporalium.

Dominium eſt duplex.

Ad cuius declarationem ſciendũ eſt, q̃ eſt duplex dñium. Eſt enim quoddã dñium iure diuino: quoddã aliud iure humano. ꝟ. diſt. quo iure. Diuinũ dñiũ eſt illud, qđ eſt apud Deum ſuper oẽm creaturã: ipſe. n. Deus creator eſt omnium vniuerſorũ; qui eñ manet in æternũ, creauit oĩa ſimul. Itẽ in Gen. c. 1. In principio creauit Deus cœlũ, & terrã Et vide ꝺ hoc quod legit̃, & no. ꝟ. de ſum. tri. & fide cath. c. 1. Iſto dñio Dñi eſt terra, & plenitudo eiꝰ, in pſal. ꝟ. de deci. cap. tua nobis. & d. c. quo iure. Iſtud dñium eſt verũ dñium, ſimplex, & abſolutum, & vnus eſt Dñs oĩum creaturarũ Deus. Et ideo ꝓprie loquẽdo oẽs creaturæ proprietates, res, & poſſeſſiones, & bona alia in nullius bonis ſunt vere, abſolute, & proprie, niſi Dei. Circa qđ dictũ dñiũ dicit Hoſt. ꝟ. de vo. & vo. redemp. c. qđ ſup. in magna gl. ver. mihi tñ vř. ſic vř mihi, q̃ in aduentu Chriſti oĩs honor, & oĩs principatus, & oẽ dñium, & iuriſdictio de iure, & ex iuſta cauſa per illũ, qui ſupremã manũ habet, nec errare põt, oĩ infideli ſubtracta fuerint, & ad fideles trãſlata: Quod hoc iuſta cauſa fuerit, ꝓbatur Eccl. 10. Regnũ de gente ad gentem transfertur ꝑꝑ iniuſtitias, & iniurias, & cõtumelias, & diuerſos dolos. Quod hoc factũ ſit, comprobatur ꝟ. de conſtitu. cap. trãſlato. & hoc in perſonam Chriſti filij Dei viui, qui non ſolum ſacerdos fuit, ſed & rex. Lucæ 1. Ecce concipies in vtero, &c. vſq;, & regni eius non erit finis. vnde & ipſe dixit, Matth. 21. Auferetur a vobis regnũ, & dabitur genti facientĩ fructũ eius Huius autẽ regni, & ſacerdotij principatum perpetuum cõmiſit filius Dei Petro, & ſucceſſoribus eius, vt patet in eo, quod legitur, & not. lib. 6. de homi. c. pro humani. & ꝟ. qui fil. ſint legit. per venerabilem. §. rationibꝰ. per totũ & maxime in ver. fin Et de tali dñio diuino dico, q̃ oĩs tpalis poteſtas eſt ſubiecta ſpirituali, & debet poteſtas ſpiritualis poteſtati temporali dominari.

Chriſtus fuit ſacerdos, & rex.

rundam, (vt fide dignorum habet aſſertio,) eo vana prorupit, interdũ ne dixerimus pernicioſa temeritas, quod (veſtibus ſpiritualis ſanctitatis abiectis, diſſimulato habitu,) ad remotas à ſuis ſedibus partes ſe transferunt: Quinimmo ad ſedem Apoſtolicam clanculo nobis non viſis, nec inſinuato † quod venerint, veniſſe, latitaſſe, diſceſſiſſeque dicantur: Nos ne tacentibus nobis non præciſus huiuſmodi morbus inualeat: dũ prouidum creditur, quod incautũ; licitum, quod impune: Omnibus epiſcopis ſuperioribuſque prælatis ſub obteſtatione diuini iudicij inhibemus, ne abſque rationabili cauſa, timoris forte, vel alia, extra ſuarum ciuitatis, & diœceſis, ac prouinciarum, (mutatis habitibus,) limites indiſcrete diſcurrant. Inhibemus etiam ne qui epiſcoporum, & ſuperiorũ ipſorum latenter, (præſertim habitu transformato,) venientes ad curiam, (de ipſa Romani Pontificis non præſentati conſpectibus, vel ſaltem ab eo recedendi licentia non obtenta,) recedant. Si qui vero epiſcoporum, & ſuperiorum huiuſmodi noſtræ inhibitionis contradictores extiterint, & abſque ipſius Romani Pontificis recedendi licentia conceſſa, eoque non viſo receſſerint ab eadem, necnon ſi qui ſcienter receptauerint antedictos, niſi id confeſtim eidem Romano Pontifici, vel alicui per quem hoc ipſum ad eius crediderint deduci notitiam, manifeſtare curauerint, (etiam ſi epiſcopali, archiepiſcopali, patriarchali, vel quauis alia dignitate præfulgeant,) eos excommunicationis ſententia innodamus.

† vel intimato

¶ Ioannes xxij.

¶ Prælati ad curiam non debent more nectua latenter venire, nec inde ſine Papali licentia recedere: aliàs infideles iudicantur, & ſententia excommunicationis ligantur.

CAP. III.

ET ſi deceat quoſlibet ſubditorum curam exercere ſolicite, & per omnia velut lucis

Dominium legale, vel humanũ, quale eſt: & an fuerit ab initio introductũ.

Aliud eſt dominium, qđ ſecundum legiſtas vocatur legale dñium: & ita nominat Accur. ff de verb. ſigni. l re ſte. ſecundum vero canoniſtas vocat humanum, vt in dicto cap. quo iure. De iſto legali, vel humano dñio dicit Innoc. ſic, q̃ eius iuris eſt, quod ad aliquem ſpectat, vel requiritur de iure naturali, vt ſunt dominia obligationes, & huiuſmodi, &c. Innuens expreſſe, q̃ rerũ dominia, & obligationes ſunt de iure naturali, ideſt, de iure gentium. Non autem à iure ciuili, vel Imperatore, vt actiones. ff. de iuſt. & iu. l. ex hoc iure. Inſtit. de rerum diui. §. fere. ita not. Innoc. de conſti. ca. quæ in eccleſiarũ. & Compoſt. dicit ibidem, q̃ à iure gentiũ deſcendũt dominia: ſed per leges principũ diſtinguũtur modi, per quos rerũ dominia acquiruntur. ff de acqui. re. do. per totum. & Inſti. de rer. diui. per totum. Et ſic intelligitur, quod legitur ꝟ. diſt. quo iure. & ſic concordant in hoc, q̃ dñia ſunt de iure gentiũ. Vř mihi, q̃ dominiũ rerum legale, vel humanum fuit à Deo collatum humanæ creaturę, & non fuit ab initio introductum iure gentium, vel ciuili. Nam Deus omnia, quę creauit, fecit propter rationalem creaturã, & omnia ſubiecit rationali creaturę Gen. c. 1. Et ſic reſeruato ſibi vniuerſali, & vero dominio oĩum creaturarũ, huius dñij vtilitatem cõceſſit ab initio humanę creaturę quo ad vſum: qđ vř intelligere Accur. C. de iu. do. l in rebus. ſup verbo naturaliter, vbi dicit, q̃ iure primæuo non diſtinguebantur dñia, niſi quantũ ad vſum, & c. vnde ante ius gentium oĩa fuerunt cõia quouſq; iure gentium vſibus primorũ parentũ introductũ fuit, q̃ terrę diuiderentur, & limitarent̃, & appropriarentur, vt vnuſquiſq; qđ ſuũ eſſet, ſciret. Vnde lex dicit, q̃ iure gentiũ dñia ſunt diſtincta, nõ dicit introducta, vt dicta l. ff. de iuſti. & iu. l ex hoc iure. Cum enim iure gentium diuidantur dñia: ſequitur, q̃ ante diuiſionẽ erãt dñia cõia. arg. ff. com. diui. l. 4. circa prin. cum ibi notatis. vnde ex conceſſione diuina vtilitatis dñij rerũ cauſatur quoddam dñium legale, vel humanũ, quod reſpectu veri dominij diuini non dř dñium: ſed in ſe conſideratum dicitur verum. Illud vero dominium legale, vel

Dominia iure primæuo nõ erant diſtincta.

vel humanum, prout erat in communi, nō debet dici iuris gētiū, ſed diuini. Prout vero cuilibet appropriatur, vel acquiritur hoc dominium, ſic conſideratum eſt iuris gētium. Et tale dñium non eſt apud Papam tñ, ſed apud oēs, qui iuſte acquirunt: & ex quo ſemel acquiſitū eſt, non licet Papæ, vel alicui alteri auferre, vel occupare ſine iuſta cauſa, quia eſſet contra ius naturale diuinū, quo vnicuique dictum eſt: Ne facias alteri, quod ſibi non vult fieri, vt in prin. decr. Et Dominus dicit in Euāgelio: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. 9. q. 2. nullus alterius. facit ad hoc. C. de cohorta. l. ſi quis. lib. 12. Et hoc intelligo ſine cauſa, quia ex iuſta cā poſſet aliquis priuari ab homine, vel à iure tali dominio. ff. de reli. & ſump. fu. l. ſi quis ſepulchrū. C. pro quib; cau. ſer. li. acci. per totum. & ff. & C. de bo. dam. per totum. Vnde per hoc reſpondetur ad arg. q; quātum ad humanam creaturam illa ſubeſt ſpirituali poteſtati, ſicut dictum eſt. Sed dominia rerū aliarū ſunt apud ſingulos, qui iuſte acquirunt: verum eſt de dominio legali, vel humano. ſed diuinū dominiu eſt apud Deū. Nec eſt contradictio, diuerſis reſpectib⁹ accepto dominio.

Dominium rei an poſſit domino ſuo tolli.

Noctua nocte videt, lux huic excęcat ocellos.

Ad illa iura cōmunia, quæ dicunt, quòd Imperator eſt domin⁹ mundi. ff. ad leg. Rho. l. deprecatio. reſpōde, vt no. C. de quadr. pſc. l. bene à Zenone. Petrus Bertrandi.

AD vniuerſalis Eccleſiæ.]

filios ambulare: hoc tñ præcipue ab ipſis exigitur, qui cōſtituti per altitudinem dignitatis, vt in ſpecula, circa cōmiſſas ſibi plebes paſtorū ſimul, & cuſtodum partes implere tenentur, & coram ipſis laudabilium operum exemplo lucere. Ad noſtrum ſane peruenit auditum, q; nonnulli pontificali præditi dignitate gregū ſuorum cuſtodiam negligentes, & abhorrentes lucem tamquam filij tenebrarum, non verentur ſe ab ouiū ſuarū cura, mercenarij more, tempore longo ſubducere, & pontificali dignitate reiecta, non erubeſcunt vagari per deuia ſub habitibus trāsformatis, ac contempto de exhibendo paribus, & ſuperioribus honore pcepto, ſic abiecti, & indecori interdum ad ſedem Apoſtolicam clanculo declinare præſumūt, vbi more noctuæ, cuius intuitum nox illuminat, lux excęcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos ſuis arbitrantur conformari deſiderijs viſitant, ſuos eis euomentes conceptus iniquos, & conſpirationes forſan illicitas aduerſus nos, & alios pertractantes, & demum abinde (non abſque notabili ſedis prædictæ cōtemptu) reuerentia tam conſueta, q̃ debita non exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipſo petita licentia, nec obtenta, recedunt. ¶ Nos igitur, & ipſius ſedis honori in hac parte proſpicere, ac talium inſolentijs finem imponere cupientes: de fratrum noſtrorum conſilio hoc generali prohibemus edicto, ne de cætero pſul aliquis ſine ſui ſuperioris licētia, niſi p negotijs Eccleſiæ ſibi commiſſæ, extra ſuā diœceſim audeat pernoctare: firmiter ſtatuentes, vt quicunq; pontifex ad Romanā curiam veniēs, Papale palatium primitus viſitet, ad Papam (ſi hoc patiatur tpis opportunitas) intraturus, ac reuerentiā cōſuetā, & debitam exhibiturus eidem: nullatenus receſſurus à curia, niſi ab ipſo ſuper hoc petita licētia, & obtēta. Quod ſi ſecus à quoquam ſuper his fuerit attentatū, nos quoſcumq; prælatos, quamuis etiā patriarchali dignitate fulgentes ſic ad ſedem accedentes, & ab illa, (vt prædicitur,) recedentes, necnon quoslibet alios, qui tales, quod ſedem ipſam receptare præſumpſerint, niſi ante receptionem huiuſmodi eidē Romano Pontifici ſignificauerint aduentum illorum: decernimus eoipſo notam infidelitatis incurrere, ac excōmunicationis ſententiæ ſubiacere. Nulli ergo, &c.

De treuga, & pace.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Sixtus Papa volens diſcordiam ex pragmatica ſanctione ſubortam ſedare, ordinarijs regni Franciæ ad conferenda beneficia ſex menſes concedit. Facultatem concedendi ſex gratias ſibi retinet. Beneficia Cardinalium, & eorum, qui Cardinalibus ſunt familiares in regno Franciæ exiſtentia, ſuæ diſpoſitioni vſque ad certum tempus reſeruat. De beneficijs promouendorū quid fieri debeat, oſtendit. Cauſas beneficiales in prima inſtātia vult in partibus terminari, in quibus ante diffinitiuam ſententiam (niſi in vno caſu) vetat appellari. Quid de cauſis in curia pendentibus faciendum ſit, narrat. Si autem eadem cauſa in diuerſis curijs diuerſis reſpectibus tractatur, quonam pacto terminanda ſit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxij. ſeruandas cenſet. Tandem tempus ponit, intra quod vult iſta acceptari, & ſeruari.*

C A P. I.

AD vniuerſalis Eccleſiæ regimen diuina diſponente clementia vocatis, inter alia pro cōmiſſorum populorū votiua dilectione nil occurrit præſtantius, quàm exorta

[a] ¶ Ad regimē.] hæc habetur infra, ſub ti. de præb.

[b] ¶ Execrabilis.] iſta habetur J. ſub titu. de præb. cum glo. Guliel. de Monte Lauduno, & etiam inter xx. Ioānis xxij. cum glo. domini Zenzelini ſub eo. ti. de præb.

Diſcordia eſt extinguēda, & pax cōſeruanda.

inter perſonas eccleſiaſticas, principijs tenebrarum aſtutia, diſcordiarum fomenta p noſtrę ſollicitudinis occurſum protinus extinguere, vt cuiuſuis altercationis ſalubriter euulſis ſeminibus, pacis, & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos(diuina nobis aſſiſtente gratia)imponere, & cōſeruare valeamus. Cupientes itaque, vt ſuſcitata retroactis temporibus diſcordia (proh dolor) in regno Franciæ, Delphinatu, alijsque terris, & dominijs chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Frācorum regis illuſtris, inter nonnullas ex eiſdem perſonas occaſione cuiuſdam conſtitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quam perſonę prędictæ pragmaticam ſanctionem vocant,ne ſi(quod abſit) maiora fomenta ſumeret,dāna pariter, & grauiora ſcandala, periculaque ſubſequerentur, fine debito claudatur,& totaliter ſecludatur: Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia de fratrum noſtrorum conſilio omnibus, & ſingulis prælatis, & alijs perſonis eccleſiaſticis regni,Delphinatus,terrarum,& dominiorum eorundem, ad quos dignitatum aliorumq; beneficiorum eccleſiaſticorū, terrarum,& dominiorum eorundē collatio,prouiſio,præſentatio,electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet: de quibuſuis dignitatibus,perſonatibus, adminiſtrationibus,officijs, canonicatibus, & præbendis, necnon alijs beneficijs eccleſiaſticis cum cura,& ſine cura,ſęcularibus,& regularibus ad eorum collationem, prouiſionem,præſentationem,electionē, ſeu quāuis aliam diſpoſitionem pertinētibus: quæ deinceps in Februarij, Aprilis,Iunij, Auguſti,Octobris,& Decembris menſibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit, (dummodo diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua generali reſeruatione in corpore iuris clauſa, aut per alteram ex cōſtitutionibus felicium recordationū Benedicti xiij. quæ incipit: Ad regimen. [a] aut Ioan. xxij. Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, quæ incipit: Execrabilis. [b] ſeu cōſtitutiones,& regulas cancellariæ Apoſtolicæ per nos ſuper hoc editas reſeruata generaliter non exiſtant) perinde, ac ſi aliquæ à ſede Apoſtolica, vel eius legatis expectatiuæ litteræ non emanaſſent, libere diſponendi facultatem concedimus per præſentes. Et quia iſti ſummi Pontifices prædeceſſores noſtri conſueuerunt ſe in cōceſſionibus gratiarum expectatiuarū † perſonis benemeritis exhibere liberales, noſtræ intentionis exiſtit concedere in regno,Delphinatu,terris, & dominijs regni hmōi vltra gratias expectatiuas per nos in eiſdem regno, Delphinatu,terris,& dominijs conceſſas,(quibus in aliquo prędiudicare non intendimus p præſentes, quaſq; in ſuo robore permanere volumus,) ſex pſonis idoneis regnicolis, ſeu alias gratias expectatiuas ad quamlibet collationem,prouiſionem,pſentationem,ſeu q̄uis aliam diſpoſitionem ſingulorum ex p̄latis, & aliis perſonis prædictis.Ex quibus quidē ſex gratijs duæ gratiæ expectatiuæ concedentur duobus clericis regnicolis idoneis, ꝓ quibus rex ipſe, & chariſſima in Chriſto filia noſtra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vieñ.necnon magiſtri,& præſidentes, ac alij officiarij in aliquo ex parlamentis regis eiuſdem regni nobis ſup hoc vnanimiter ſupplicabunt: qui duo nominati per regem, & reginam, Delphinū, magiſtros,pręſidentes, & officiarios præfatos gaudeant prærogatiuis ad inſtar familiarium noſtrorum continuorum commenſalium. Ipſiſque ſex gratijs conſumptis, alias ſex gratias ſimiles aliis ſex gratijs perſonis idoneis modo,& forma prę miſſis cōcedere intendimus. ¶ Volumus autem,ac eiſdem auctoritate, & tenore præſentium decernimus,& declaramus,beneficia,quę venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium familiares, continui commenſales eorum familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris, & dominijs præfatis obtinent, & in poſterum obtinebunt,diſpoſitioni Apoſtolicæ in poſterū cenſeri reſeruata, quandiu duntaxat Cardinales præfati vitam duxerint in humanis, ac poſt obitum eorundem Cardinalium per ſex annos continue ſequentes: Quibus quidem ſex annis elapſis alij ad quos eorundem beneficiorum collatio,prouiſio,præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio aliàs pertinet: de beneficijs familiariū huiuſmodi in regno,

† Gratias expectatiuas, & mandata de ꝓuidēdo nemini amplius concedi decreuit conci. Tri. ſeſ. 24. de refor. c. 19.

Delphinatu, terris, & dominijs prefatis cõſiſtentibus, ne prædictis menſibus diſponere valeant, huiuſmodi reſeruatione non obſtante. ¶ Concedimus etiam, ꝙ beneficiorum, quæ promouendi per nos ad dignitates, ſeu beneficia conſiſtorialia ipſarũ prouiſionum per nos de eorum perſonis faciendarum obtinebunt, ac in quibus, & ad quæ ius eis quomodolibet competit, ac competere poterit, per promotiones ad dignitates, & alia beneficia conſiſtorialia prædicta, ac munus conſecrationis eiſdem promouendis impendendum, ſeu lapſum temporis de conſecrandis epĩs à ſacris canonibus definiti vacaturorum, ſi promotiones ipſæ in aliquo ex ſupradictis menſibus fiant, niſi beneficia ipſa eſſent aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ (vt præfertur) reſeruata, ad prælatos, & perſonas ſupradictas: Si verò in alijs menſibus promotiones eiſdem fieri contingat, ad nos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros collatio, ꝓuiſio, & omnimoda diſpoſitio pertineat.

Notarij Apoſtolici in magno ſunt numero.

¶ Et quoniam ſedis Apoſtolicæ notariorũ magnus reperitur numerus, eorũdem notariorum, qui habitum per eiuſdẽ ſedis notarios geſtari ſolitum publice, & continue geſtant, & in poſterum geſtabunt, beneficia in eiſdem regno, Delphinatu, & terris conſiſtentia dumtaxat cenſeantur reſeruata: quodque † omnes, & ſingulæ cauſæ beneficiales in partibus coram iudicib' competentibus, vſque ad diffinitiuam incluſiue in prima duntaxat inſtantia, in qua nulli ante diffinitiuam liceat appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) debeat admitti, niſi ab interlocutoria, vel à grauamine negotium principale minime concernente, quòd non poſſit per appellationem à diffinitiua ſententia reparari: In alijs vero inſtantijs in curia Romana tractentur, cognoſcantur, & fine debito terminentur.

† Vide concl. Tri. ſeſ. 24. de reſor. c. 20.

Appellare an liceat ante diffinitiuam ſniam, vide c. ſuper eo 2. extra de appella.

¶ Cauſæ vero beneficiales pendentes in dicta curia inter noſtros, aut dictorum Cardinalium familiares continuos commenſales, ipſis Cardinalibus in eadem curia præſentibus, ſeu in aliqua legatione, aut recreationis cauſa ſecedentibus, necnon præfatæ ſedis officiales, officia actu exercẽtes, aut alios à præmiſſis, qui per ſex menſes curiam prædictam ſecuti ſunt, & ſequuntur de preſenti curiales, & quoſcunque alios eorum aduerſarios ſuper quibuſuis beneficijs eiſdem aduerſarijs auctoritate ordinaria collatis, per illos quibus commiſſę reperiuntur, ſeu alios per nos ad id deputatos, ſeu etiam deputandos iudices audiantur, cognoſcantur, decidantur, fineq; debito terminẽtur, ac executioni debitæ demandentur. Cæteræ vero ſimiles cauſæ beneficiales inter quoſcunque alios pendentes, & quæ quibuſuis iudicibus, ſeu auditoribus commiſſæ reperiãtur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Francię auctoritate Apoſtolica cõmittantur audiendæ, & cognoſcendæ, decidẽdæ, & fine debito terminandæ, cũ neceſſaria earundẽ cauſarum aduocatione. Præterea, quia aliquæ ex ſupradictis cauſis in eadem Romana curia ſuper petitorio, & diuerſis curijs ipſius regni ſuper poſſeſſorio tractantur: volumus, ꝙ in eiſdem cauſis in diuerſis curijs ſuper petitorio, & poſſeſſorio vnico, & eodem contextu pendẽtibus (ſuſpẽſo petitorio, & cenſuris ſuper hoc latis) in poſſeſſorio in curijs eorundẽ iudicũ, coram quibus cauſæ poſſeſſorij pendeant de præſenti, procedãt, cauſęque ipſæ ſuper huiuſmodi poſſeſſorio intra biennium terminẽtur, & finiantur. Alioqui biennio elapſo liceat partibus ipſis procedere ſuper petitorio, & vlterius dictis cauſis expeditis ſuper poſſeſſorio: aut huiuſmodi biennio elapſo altera partium litigantium corã iudice competẽti auctoritate Apoſtolica deputato poterit ius ſuum proſequi, ipſeque Apoſtolicus iudex intra aliud bienniũ cauſam in petitorio terminare teneatur. Quod ſi non fecerit, cauſa ipſa ab eo auocata, & lis penitus extincta cenſeatur. Et ſi forſan aliquis eorũdem iudicum cuiuſuis ſibi cõmiſſæ cauſæ expeditionem malitioſe prorogare, aut differre præſumpſerit, excõmunicationis, & omnium beneficiorũ priuationis pęnas ipſo facto incurrat, à qua quidem excõicationis pœna abſolui nequeat, niſi à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, præterꝗ in † mortis articulo: quodq; de cętero in litteris expediẽdis in regno Frãciæ, Delphinatu, & terris, alijsq; dominijs prędictis ſeruentur taxæ a ſuper hoc editæ per Ioan. xxij. Papã præfatum: & exceſſus, ſi qui fuerint, corrigãtur. ¶ Et quia pp aſſiduas guerras, & nouitates,

a ¶ Taxæ.] vide pro hoc extrauagantem. Cum ad ſacroſanctæ, quę eſt inter xx. Ioannis xxij. ſub titu. de ſent. excomm.

Cauſa eadẽ diuerſis reſpectibus in diuerſis curijs tractari põt.

† In mortis articulo nulla eſt caſuum reſeruatio: atq; ideo oẽs ſacerdotes, quoſlibet pęnitentes à quibuſuis peccatis, & cẽſuris abſoluere poſſunt. cõcl. Tri. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſerua.

tes, quæ continue vigent in dicto regno, ꝑtenditur eccleſias, dũ vacãt grauatas, in taxa ét reformata in concil. Conſtantinenſi, quæ reducta eſt ad medietatẽ antiquæ taxæ, ꝙ grauatus in eadẽ taxa ꝑlatus promouendus ſoluat cõia, & minuta ſeruitia, quę plures ex Gallis annatã vocãt: tñ pro vera ęſtimatione fructuũ eccleſię, & monaſterij, ad quę ſit ꝓmotus, eaq; in dicta cancellaria, & camera Apoſtolica inuiolabiliter obſeruari mãdamus. ¶ Et quia in ſupradictis cõceſſionibus regnũ, ac regẽ maxima ſumus charitate cõplexi; credẽdum eſt nõ immerito, vt ſe deuotos, & obediẽtes erga ſanctã Romanã Eccleſiã exhibeãt. Quare volumus, & eiſdem auctoritate, & tenore ſtatuimus, ꝙ præfatus Rex intra quattuor mẽſes ꝑmiſſa acceptare, & obſeruare, ac in regno Delphinatu, & dñijs hmõi obſeruari facere, necnon intra alios duos præfatos quattuor immediate ſequẽtes mẽſes ſuper acceptatione, & obſeruatione, alijſq; ꝑmiſſis oĩbus, & ſingulis per ſuas patentes lr̃as nos, & ſedem præfatã certificare teneatur. Alioquin præſentes litteræ, & inde ſecuta quæcunq; ſint caſſa, & irrita, nulliuſq; roboris, vel momẽti. Nos.n. extunc irritũ decernimus, & inane, ſi ſecus ſup his à quoq̃ quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo oĩno hominum liceat hanc paginam noſtrarũ conceſſionis, intentionis, voluntatis, conſtitutionis, declarationis, indulti, mandati, & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romę apud ſanctum Petrũ, anno incarnationis Dominicæ M cccclxxij. ſeptimo idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno j.

¶ Sixtus quartus.

¶ Diſcordia inter religioſos Mendicãtes, & eccleſiarũ parochialium rectores in partibus Germaniæ quattuor delegatis commiſſa, per eos ſub certis formis, & modis in pacẽ, & concordiam conuerſa fuit: quam Romanus Pontifex confirmat, præcipiens ſub pœna excõmunicationis illam à prælatis obſeruari.

CAP. II.

Matth. 16.

VIces illius, qui ſupra petram ædificauit Eccleſiam ſuam, meritis licet inſufficientibus, gerentes in terris, & per eius immaculata veſtigia, quãtum nobis ex alto cõceditur, incedere ſatagentes, inter Chriſti fideles quoslibet, & præſertim ſub vno, atq; eodẽ ſacerdotij vexillo nobiſcũ Deo militãtes, pacẽ, & charitatẽ inducere, & inductã confouere, vigilanti ſollicitudine meditamur aſſidue, & quę ijs cõtraria ſunt, falce vigilãtiæ paſtoralis ad radicẽ poſita ſubmouere, ꝓut rerum, & temporum circunſtantiæ id nõ immerito expoſcere dinoſcũtur. ¶ Nuper ſiquidem pro parte tam venerabilium fratrũ noſtrorum Moguntineñ. & Treuereñ. archiepiſcoporũ, ac Herbipoleñ. & Vuormacieñ. & Spireñ. epiſcoporum, quàm dilecti filij nobilis viri Philippi comitis Palatini Rheni, & [a] ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus [b] Romani imperij exiſtit, ad noſtrum peruenit auditum, quòd inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum ordinum profeſſores, & nonnullos parochialium rectores, & alios etiam eccleſiarum prælatos, inſtigante illo, qui tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, in partibus Germaniæ, & præſertim in oppido Eſſingeñ. Conſtañ. diœceſis ſuſcitata ſunt nonnulla diſſenſionum, & ſcandalorum fomenta ex certis cauſis tũc nobis expreſſis, quę niſi per vigilantiam paſtoralis officij celeriter ſuccidantur, poſſent ad ſcandalum nõ modicum Chriſti fidelium illarũ partium faciliter peruenire. ¶ Nos igitur attendentes, ꝙ ſacroſancta Romana eccleſia ab eius fundatione primæua in ordine ſacerdotali, quem Petrus Apoſtolus, & eius ſucceſſores obſeruarunt, inſtituta, & per viros prouidos, & ſacerdotes virtuoſos adaucta, & longiſſimis temporibus feliciter conſeruata extitit: Rurſuſque animaduertentes, quòd hodiernis temporibus hominum creſcẽte malitia, niſi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus ſpiritus ſancti, & pręconibus verbi Dei, (qui pręter cęteros in ordinibus fratrũ Mendicãtium gratia aſſiſtente diuina in copioſo numero reperiuntur) aſſidue coleretur, vepribus malorum, & ſentibus vitiorum omnium

celeriter

Vices illius.] [a] [b] Ex electoribus.] electores imperatoris ſunt ſeptem: tres eccleſiaſtici. & quattuor laici. de quibus per glo. in cap. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iudi. li. 6.

Sacerdotes dicuntur ſub eodẽ vexillo cũ Papa militare.

1. Pet. 5.

Eccleſia Romana ꝑ quos fuit inſtituta, adaucta, & cõſeruata.

Prædicatores multi in ordinibus Mẽdicantiũ reperiuntur.

celeriter obrueretur: non potuimus non niſi ab intimis cordis noſtri dolore, quod inter tales viros, qui ſe mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apoſtolum, onera portare deberent, diſcordiæ ſeminarium excitaretur. Vnde cum vellemus ſuper his ea, qua decet maturitate conſulere, venerabilibus fratribus noſtris Gulielmo, Hoſtieñ, & Angelo Pręneſtin. epiſcopis, & dilectis filijs noſtris Iuliano tituli ſancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli ſancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuæ vocis oraculo commiſimus, & mandauimus, vt à ſingulis partibus prædictis, vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hincinde propoſitis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem epiſcopi, & Cardinales ſtatutis loco, & tẽpore conuocatis, auditis, & intellectis partibus prędictis, (vt præfertur,) & in præmiſſis grauiter, & cõſulte procedentes, partes ipſas de communi earundem conſenſu ad concordiam infraſcriptã perduxerunt. Videlicet, quod ipſi parochiani ſacerdotes de cætero non dicant à Mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cum in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, & prſertim per ordines Prædicatorum, & Minorum, vt iura teſtantur. Quodque fratres mendicantes non prædicent populis, parochianos non teneri audire Miſſam in eorum parochijs diebus feſtiuis, & Dominicis, cũ iure ſit cautum † illis diebus parochianos teneri audire Miſſam in eorum parochiali eccleſia: niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa eccleſia ſe abſentarent: quodque etiam nec fratres, nec curati inducãt aliquo modo laicos ad eligendum ſepulturam apud eos, & bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cum ſit libera. Quod etiã ipſi Mendicantes deſiſtant prædicare, quod parochiani non ſint obligati ſaltem in Paſchate, proprio confiteri ſacerdoti: quia de iure † tenetur parochianus ſaltẽ in Paſchate proprio confiteri ſacerdoti. Per hoc tamen ipſi fratres Mendicantes non cenſeantur excluſi, quominus ſecundum iuris communis, & priuilegiorum eiuſdem conceſſorum diſpoſitionem, confeſſiones audire, & pœnitentias iniungere valeant. Quod etiam de cætero inter ipſos fratres Mendicantes, & curatos quo ad effectum prædicandi, horas cantandi, & campanas pulſandi, ſeruetur conſuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis ſeruata fuit in ipſo oppido Eſligeñ. Et caſu quo veniat aliqua occaſio, ſiue neceſſitas, non fiat cõmutatio temporis, vel horæ in ipſis prædicationibus fiendis, niſi de conſenſu partium. Quodque etiam ipſi fratres in ſermonibus eorum non detrahant †prelatis, & rectoribus parochialium eccleſiarum: Nec etiam populos à ſuarum eccleſiarum parochialium frequẽtia, & acceſſu abſtrahant, ſiue retrahant quoquo modo. Et viceuerſa ipſi rectores, & prælati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, ſed illum fauorem, quem poſſunt, eis impendant, & in omnibus, & per omnia præſtent, ita vt vera vnitas, & perfecta charitas inter eos oſtendatur. ¶ Nos itaq; illius vices gerentes in terris, qui Apoſtolis ſuis dixit: Pacem meã do vobis, pacem meam relinquo vobis: cupientes ſuper his opportune prouideri, motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiã: ſed de noſtra certa ſcientia, & mera voluntate concordiam prędictam, ac omnia, & ſingula per prſatos epiſcopos, & Cardinales ordinata, ad hoc vt perpetuo inconcuſſa perſiſtant, auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia approbamus, & confirmamus, ac viribus perpetuo ſubſiſtere debere decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos defectus tam iuris, quam facti, qui forſan interueñerunt in eiſdem. Iniungentes nihilominus archiepiſcopis, epiſcopis, plebanis, rectoribus, curatis, necnon prioribus, guardianis, & ſingulis fratribus ordinũ Mendicantium ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, quam contra facientes, & quemlibet eorum contra facientem incurrere volumus eo ipſo: à qua abſolui nequeant, niſi de expreſſo conſenſu partis læſę, & debita ſatisfactione præuia, inuiolabiliter obſeruent, & quantum in eis eſt, ab alijs obſeruari faciant. Et inſuper quaſcunque lites, & cauſas coram quibuſcunque cauſarum palatij Apoſtolici auditoribus, ſeu alibi occaſione prmiſſorũ, inter dilectos filios decanum, & capitulũ eccleſiæ Spireñ. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indeciſas pendentes, illarum ſtatus, tenores, & formas, & in eis geſta,

Galat. 6.

†Cap. vt Dominici de parochijs, & aliena paroch. vide concil. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de celebra. Miſſæ §. moneãt.

†Cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſ.

†Vide cõcil. Lateran. ſub Leone x. ſeſſ. 11. in decre. incip. Supernæ maieſtatis.

Ioan. 14.

Suppletio qũque fit de iure, & de facto. vide not. in c. bonæ. 1. de poſtu. pla. in antiquis.

geſta, & actitata, præſentibus pro expreſſis habentes, ad nos harum ſerie, motu, ſcientia, & auctoritate prædictis aduocamus, & litem, ſeu lites ipſas penitus extinguimus. Et ambabus partibus prædictis litis huiuſmodi conſortibus, ſeu illis adhærentibus perpetuum ſilentium imponimus: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac priuilegijs eiſdem fratribus in genere, vel in ſpecie conceſſis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, M. ccccclxxviij. xv. Caleñ. Iulij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

LIBER SECVNDVS.

De iudicijs.

Iudicij deſcriptio.

¶ Nota pro rubricæ intellectu, q iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei. Sed contra cap. forus. §. in omni. de verb. ſig. in antiq. vbi dicitur, q in omni negotio requiruntur etiam tres teſtes. Sed dic, q teſtes non ſemper ſunt neceſſarij: ſed quando eſt factum negatum, vel aliæ probationes deſunt, vt dicto §. in omni. & 4. q. 4. cap. 1. Et dicitur iudicium non à iudice, (vt dicit Ioan. Mona.) ſed à iuris diſquiſitione, ſeu diſcuſſione. Nam cauſa eſt dum proponitur, iudicium dum diſcutitur, iuſtitia dum finitur. dicto cap. forus. de verbo. ſignifi. Vel potes dicere, ſi vis, q iudicium non ab actore, vel à reo dicitur, ſed à iudice ſicut à perſona principaliori. argu. C. de accu. qui explicandi. Et redditur iudicium inuitum ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. 1. Et expone, de iudicijs, ideſt, de proceſſibus iudiciarijs, qui enumerantur in c. quoniam. ext. de proba. Sic accipitur C. de iud. ſancimus. & cap. pia. de excep. lib. 6. in princ. & cap. nonnulli. de reſcrip. in antiq. & ff. vt leg. not. l. etiã. in prin. Vel dic de iudicijs, ideſt, de iuris diſquiſitione, ſeu diſcuſſione, vt dictum eſt.

Teſtes non ſemper neceſſarij ſunt.

Iudicij xv. ſignificationes declarantur.

¶ Nota inſuper, q iudicium habet xv. ſignificationes. Primo modo eſt actio, vt iudicium familiæ erciſcundæ, ideſt, actio. ff. de iudi. l. in tribus. ext. de prob. c. ex literis. Secundo modo eſt lis, ſiue controuerſia, vt iudicium pendet de hæreditate, &c. ff. ad Trebel. l. 1. 2. reſponſo. & ff. de pecu. quod debetur. Tertio modo eſt auctoritas, vt negotia eccleſiaſtica non ſunt iudicio laicorum diſponenda. ext. de iudi. c. decernimus. Quarto modo eſt forus, vt cauſa iuris patronatus debet diffiniri iudicio eccleſiaſtico, ideſt, in foro eccleſiæ. cap. quanto. ext. de iudi. Quinto modo eſt arbitrium. 2. q. 6. à iudicib⁹. & ff. qui ſatiſd. cog. arbitro. de offic. deleg. ab arbitris. lib. 6. Si enim arbiter eſt iudex, ergo arbitrium eſt iudicium. Sexto modo eſt vltima voluntas, vt iudicium teſtatoris nõ debet eſſe caſſum. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. de ſepul. licet. in fi. lib. 6. Septimo eſt quæſtio, vt iudicium ambiguum eſt ad Papam referendum. cap. per venerabilem. § rationibus. ext. qui fil. ſint legit. C. de orig. iur. l. quoniam. Octauo modo iudicium dicitur eſſe diſcretio, vt furioſus, & impubes non poſſunt eſſe iudices, quia carent iudicio, ideſt, diſcretione. ff. de iudi. l. cum prætor. cap. graue. de præb. in antiq. Nono eſt ſententia, vt iudex punire poteſt eos, qui ſuo neglexerint parere iudicio, ideſt, ſententiæ. de offic. deleg. cap. de cauſis. aliàs, in cauſis. de appel. ſi duobus. circa fin. de præſcrip. cap. ſi. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. ff. hæres. & Eccleſiaſtici 18. ibi, Ante iudicium iuſtitiam tibi para. Decimo eſt inſtantia, vt iudicium perit triennio. l. properandum. §. 1. C. de iudi. & cap. venerabilis. eod. titu. in antiq. Vndecimo eſt diſcuſſio, vt hic, vt C. & ff. eod. tit. & in cap. forus de verbo. ſignifi. Duodecimo eſt poteſtas iudicandi. ff. de iud. l. iudicium ſoluitur, vetante eo, qui iudicare iuſſerat, &c. Tertiodecimo eſt pernicies. Vnde Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. ibi: Qui manducat, & bibit indigne corpus, & ſanguinem Domini, iudicium, ideſt, perniciem ſibi manducat, & bibit: Sic exponitur 4. ſent. diſt. 9. in fi. Quartodecimo eſt pœna, in Matth. Qui occiderit, reus erit iudicio, ideſt, pœna. ſic in Ioanne: Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in reſurrectionem iudicij, ideſt, pœnæ æternæ. Vltimo iudicium dicitur eſſe proceſſus iudicialis. c. 1. eod. tit. lib. 6. de excep. pia eod. lib. Et iſta xv. ſignificata his verſibus comprehendi poſſunt: Matth. 5. Ioan. 5.

Verſus.

Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle:
Quæſtio, diſcret. ſenten. inſtant. diſcuſſio poſſe:
Pernicies, pœna, proceſſus iudicialis.

Vide Io. Mona. ſuper rubrica de iudi. lib. 6. & etiam glo. in cap. in iudicijs. de reg. iur. lib. 6. Nullibi tamen clarius habentur hæc expoſita, quam hic.

¶ Ioannes xxij.

¶ Decretalem, ſuper cathedram, quæ eſt in Clem. in c. dudum. innouata iubet obſeruari: neque propter illam debent religioſi Mendicantes eſſe moleſti, & graues prælatis, neque prælati ipſis religioſis. Et ſi ſint aliquæ iniuriæ, vel moleſtationes hincinde factæ: Papa vult iuſtitiæ complementum breuiter exhiberi, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vel aliter prout qualitas exceſſuum exigit. Non obſtantibus quibuſcunq; obſtaculis, quæ poſſent his obuiare.

Frequentes.] a ¶ Super cathedram.] nunc eſt ſub titu. de ſepul. in cle. & incipit, dudum.

CAP. VNICVM.

Frequentes, immo innumeroſæ quodammodo de diuerſis mundi partibus venerabilium fratrum noſtrorum epiſcoporum, aliorumque ſuperiorum prælatorum, necnon dilectorum filiorum, rectorum, curatorum, & parochialium ſacerdotum querelæ contra dilectos filios fratres Prædicatorum, Minorum ordinum, noſtrũ, & ſedis Apoſtolicæ excitarunt auditum, & clamoroſis inſinuationibus excitare, & fatigare non ceſſant, quod ijdem fratres decretalem, Dudum. editam à felicis recordationis Bonifacio Papa viij. prædeceſſore noſtro, quæ incipit, Super cathedram. a Ac per piç memoriç Clementem Papam v. prçdeceſſorẽ noſtrũ in Viẽneñ. concilio

concilio innouatam temere obſeruare non curant: ſed ipſam tranſgredi nō timētes in eiuſdem ſedis contemptum, animarum ſuarum periculum, & eorundem, & eccleſiarum parochialium præiudicium, & grauamen. Intelleximus quoq; ꝙ plerumq; præfatis dictorum Prædicatorum, & Minorum, necnon Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum Eremitarum perſonis idē prædeceſſor Bonifacius conſtitutionem prædictam, in qua tātum de ipſis Prædicatorum, & Minorum cauebatur ordinibus, per omnia voluit poſtmodum integraliter, & inconcuſſe ſeruari. Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos ſubſequenter conſtitutionē eandem, quo ad oīa in ea contēta duximus extendendam, à prædictis epīs ꝓlatis, rectoribus, curatis, & ſacerdotibus, contra tenorem conſtitutionis ꝑdictæ graues iniuriæ, atq; moleſtię in diuerſis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vień. fratris noſtri archiepī Burdegalē. & dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegalēń. & aliarum eccleſiarum, prioratuū, conuentuum, rectorum, curatorum, ſacerdotum, & vicariorum parochialiū, ac clericorum tam regularium, q̄ ſæculariū ciuitatis, & diœceſ. prędictarum nobis extitit intimatum, ꝙ prædicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiuſdem, multa eiſdem, & eorum ſingulis grauamina, & iniurias inferūt, & iacturas. Quia igitur parum eſſet iura cōdere, niſi q. ea tueatur, exiſtat: Nos volentes de fratrum noſtrorum cōſilio decretalem prędictam, Super cathedram. irrefragabiliter obſeruari: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrū per vos, ſeu alium, vel alios etiam ſi ſint extra loca, in quibus eſtis conſeruatores, ſeu iudices deputati, tam eiſdem archiepō, capitulis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero ciuitatis, & ❧ diœceſ. prædictarum, & eorum cuilibet aduerſus ꝑdictos, quàm econuerſo eiſdem fratribus aduerſus archiepiſcopum, capitula, prælatos, priores, conuentus, rectores, ſacerdotes, vicarios, ac clerum, præfatos, & ſingulos eorūdem efficacibus defenſionibus ꝑſidio aſſiſtentes, ac facientes decretalem ꝑdictā, quo ad omnia eius capitula prout iacēt, firmiter obſeruari, non permittatis cōtra tenorem ipſius per memoratos fratres dictorum ordinum eiſdem archiepiſcopis, capitulis, ꝑlatis, prioribus, cōuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero, vel alicui, ſeu aliquibus eorūdem, nec etiam prædictos archiepm, capitula, prælatos, conuentus, rectores, curatos, ſacerdotes, vicarios, ac clerū, ſeu aliquē, vel aliquos ipſorum eiſdem fratribus grauamina, ac iniurias irrogari. Facturi ipſis hincinde de quibuſcunq; iniurijs, moleſtationibus, grauaminibus, & damnis viciſſim illatis hactenus, & etiam in poſterum inferendis eiſdem contra tenorem cōſtitutionis eiuſdem, in illis, videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummarie, [a] ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu iudicij, & figura, in alijs vero, ꝓut qualitas ipſorum exigit iuſtitiæ complemētum: Moleſtatores minores, & maiores huiuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, qn̄cunque, & quotieſcunque expedierit per cēſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibuſcunq; exemptionibus, ſpecialibus, vel generalibus, tā fratribus, & ordinibus ꝑdictis, vel alicui, ſeu aliquibus fratrum, & ordinum eorundem, quàm ꝑfatis archiepiſcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero, ſeu ipſorum alicui, vel aliquibus, cōmuniter, vel diuiſim, ſub quacūq; forma, vel expreſſione verborū ab eadē ſede conceſſis, ac eiuſdem Bonifacij, quo cauetur ne aliquis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra dietam vnam à fine ſuæ dięceſis ad iudicium euocetur. [b] Seu ne iudices, & cōſeruatores à ſede deputati ꝑdicta extra ciuitatem, & dięceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſiue alij, vel alijs vices ſuas cōmittere, aut aliquos vltra vnā dietam à fine diœceſis eiuſdem trahere præſumant:

Conſtitutionē Papalem violans periculo ſe ſubijcit.

Iura cōdere parum eſſet, niſi qui ea tueretur exiſteret. ff. de orig. iu. l. 2. §. poſt originē. de elec. c. vbi periculum. §. porrea. li. 6.

a ¶ Summarie, &c.] propter illa verba, hęc extrauagans ſub hoc titu. fuit poſita. Quæ autem cauſæ ſint hic decidendæ, vide c. diſpendioſam. eo. tit. in cle. Et quid illa verba importent, declaratur per cap. ſæpe. de verb. ſign. in clem.

b ¶ Euocetur.] loquitur de §. ſtatutum. de reſcr. li. 6.

ſumant:

a ¶ Conſeruatores.] loquitur de cap. 1. de off. deleg. lib. 6.

b ¶ Numerum.] vide c. cum in multis. de reſcri. li. 6.

ſumant: dummodo vltra duas dietas aliquis extra ſuam ciuitatē auctoritate pręſentiū non trahatur. Seu quòd de manifeſtis iniurijs, moleſtijs, & alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt (pœnis in eos ſi ſecus egerint, & etiam id procurantes adiectis) conſeruatores[a] ſe nullatenus intromittant, quàm alijs quibuſcunque conſtitutionibus à Romano Pōtifice tam de iudicibus delegatis, & conſeruatoribus, quàm perſonis vltra certum numerum[b] per litteras Apoſtolicas ad iudicem non vocandis, aut alijs edictis, quæ noſtræ poſſent iuriſdictioni, aut poteſtati eiuſque exercitio libere quomodolibet obuiare. Seu ſi tam eiſdem fratribus, vel eorum ordini, aut alicui, ſeu aliquibus fratrum, & ordinum prædictorum, quàm archiepiſcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotib⁹, vicarijs, ac clero prędictis, vel aliquibus ipſorum, ſeu quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à præfata ſede ſit indultum, ꝙ excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel vltra, circa, vel alio quocumque modo ad iudicium euocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, & de eorum perſonis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus proprijs mentionē. Et quibuslibet alijs indulgentijs, ſeu priuilegijs dictæ ſedis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta noſtræ iuriſdōnis explicatio in hac parte valeat, quomodolibet impediri. Et de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialem oporteat in noſtris litteris fieri mentionem.

Excōicari ne poſſint, aliquibus qñq; conceditur.

¶ Ceterū iudicibus, ſeu conſeruatoribus, quibuſcumq; per litteras Apoſtolicas ſub quacumq; alia, quàm præſenti verborū forma, vel expreſſione confectas, eiſdē prædictorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, ac Carmelitarum ordinum fratribus, ſeu ipſis ordinibus communiter, vel diuiſim, ſuper damnis, & iniurijs, & alijs quibuſcunq; rebus, ſeu negotijs aliàs deputatis, & ſubdelegatis eorum pręſentibus, & futuris auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne aliquem, ſeu aliquos auctoritate litterarum Papaliū prętextu, ſeu occaſione quorumcunq; damnorum, vel iniuriarum, ſiue grauaminum cōtra tenorem prædictæ conſtitutionis, Super cathedram. ipſis fratribus, ſeu eorum ordinibus antedictis cōiter, vel diuiſim à quibuſcunque perſonis illatorū hactenus, & etiā inferendorum in poſterum, corā ſe alicubi deinceps ad iudicium, vel aliàs quoquo modo vocare, ſeu in cauſam aliquatenus trahere præſumant. Inhibitionē huiuſmodi non ſolum ad futura, ſed etiam ad quouiſmodo adhuc pendentia, & incœpta negotia volentes extendi: ac decernentes præfatas litteras, & proceſſus eorum auctoritate quacunq; habitos, & habendos ad dāna, grauamina, & iniurias huiuſmodi contra tenorem dictæ conſtitutionis illata, & inferēda, (vt dictum eſt) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum, & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis per quoſcunq; ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem noſtram huiuſmodi ad dictorum iudicum, ſeu conſeruatorum, & ſubdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Inſuper volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, ꝙ quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatū, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico: quodque à data pręſentium ſit vobis, & vnicuique veſtrum in pręmiſſis omnibus, & eorū ſingulis cęptis, & nō cęptis, pręſentibus, & futuris, & pręteritis, licitū procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram vobis cępta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra, & cuiuslibet veſtrum in prædictis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet, conſtitutione prędicta ſuper cōſeruatoribus, & alijs quomodolibet in contrarium edita nō obſtante. Datum Auinio n. decimo Calend. Februarij, Pontificatus noſtri anno xj.

Iuriſdictiō p citationē perpetuatur. ca. gratum. de offi. dele.

De dilationibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Præmiſſo eleganti exordio, oſ* *tenſiſque periculis.*

IN Delictorum.] ª Cudunt,&c.] vide cap. quanto. cum ibi nota. de iureiur. in antiq. & extrauagantem, ſpondent. ſ. de crimi. falſi.

Rem[...] culis, quæ proueniunt ex falſorum florenorum fabricatione, citantur peremptorie fabricantes, data ſibi dilatione triũ menſiũ, intra quos coram Papa compareant: alias contra ipſos, eorum abſentia non obſtante, procedetur prout iuſtitia ſuadebit.

CAP. VNICVM.

Peccatum vnũ ſua mole attrahit aliud.

IN delictorum diuerſorũ nexibus, ac tenebris inuolutos, plerumq; trahit in maiorum ſcelerũ præcipitium moles præponderãs peccatorum: nam & ſi diuerſos diuerſa delicta coinquinent; ſunt tamen nonnulli, qui propriæ ſalutis immemores, delictis communibus, & vulgaribus non contenti, ad profana, & vetita prorumpentes, ſic damnata cupiditate lucrorum, ac inexhauſta eorum voragine deuoluuntur, ꝙ dummodo ſuas ingluuies, ad quas inhiant, expleant, ſe lucris illicitis, immo iacturis ſpiritualibus temere immergentes, honori Dei, & animarum ſaluti, ac ſacrorum canonum, & imperialibus edictis, & iuribus communibus capturas nefarias, & lucra illicita anteponunt. ¶ Sane iamdudum ad noſtri Apoſtolatus auditum multorũ fidedigna relatio ſæpius etiam repetita perduxit, & fama iam publica per facti euidentiam diuulgata effecit notorium, nonnullos eſſe in Lombardiæ ſuperioris, & Marchiæ Ianuenſis partibus, qui licentiæ temerariæ laxatis habenis licere ſibi præſumentes illicita cudunt, ª & fabricant, ſeu cudi, & fabricari faciunt florenos auri, ſecundum formam, & ſignum, & coinum, ac circunferentias litterarum, qui in ciuitate Florentiæ, (à tempore cuius non extat memoria,) cudi, & fabricari ſunt ſoliti, & cuduntur, & fabricantur etiam in præſenti. Et quãuis dicti floreni ad veram florenorum de Florentia ſimilitudinẽ fabricati, in vero, & ſolito florenorũ eiuſdẽ ciuitatis pondere cõiter, & bonitate auri, & vero florenorũ valore deficiant; ipſi tamen (ſimulata eorum effigie) perſonas, vt plurimum ſimplices, & quandoq; etiã in huiuſmodi rebus expertas decipiunt, ipſaq; damnis rerũ, & periculis perſonarũ exponunt, dum pro veris florenis ipſos recipiunt: Cum etiã prætere in talibus plurimi non habeant inter florenos, & florenos tantæ ſimilitudinis peritiã diſcernẽdi.

Lucrorũ cupiditas ad multa nefaria impellit.

¶ Nos itaq; tantis, & præcipue animarum periculis affectu paterno occurrere cupiẽtes: monemus omnes, & ſingulos talium præſumptores, ipſis nihilominus diſtrictius inhibentes; quatenus deinceps à cuſione, & fabricatione florenorum huiuſmodi ceſſent, realiter, & effectualiter reſipiſcant: Nihilominus præſentis edicti peremptorij auctoritate citantes eoſdem, ac eorum ſingulos ſub pœna priuationis iuris, ſi quod eis ſuper cudendis florenis cõpetit, (quia ipſos ceſſante iuſto impedimento, ſi in exequendis mãdatis noſtris huiuſmodi remiſſi, ſeu negligentes fuerint, incurrere volumus ipſo facto,) vt intra triũ menſium ſpatium à data præſentiũ numerandũ, per ſe, vel per procuratorẽ idoneũ Apoſtolico cõſpectui ſe præſentent, propoſituri quo iure ipſis florenos cõpetat ius cudendi, ac exhibituri priuilegiũ, ſi quod ſuper hoc habeant, vel ius aliud, ſi quod ſibi credãt cõpetere, oſtenſuri. Et nihilominus ſuper prædictis facturi, & recepturi, quod iuſtitia ſuadebit: Intimantes eiſdẽ, ꝙ ſi nõ venerint, nos contra ipſos ſuper præmiſſis, & ea tangentibus procedemus prout expedire viderimus, & ſuadebit iuſtitia, ipſorũ abſentia nõ obſtante. ¶ Vt autẽ huiuſmodi noſtra nuntiatio, atque citatio ad cõem oĩum notitiã deducatur; chartã, ſiue membranã citationẽ, atq; monitionẽ huiuſmodi continentes, in maiori Eccleſiæ Auiñ. affigi oſtijs faciemus: Quæ proceſſum huiuſmodi ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt; vt prædicti moniti, & citati, & alij quicunque qui ſua crediderint intereſſe, vel quos proceſſus ipſe contingit, nullã poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos proceſſus huiuſmodi nõ peruenerit, vel ignorauerint eundem, cum non ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum, †vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione vj. Calend. Decemb. Pontificatus noſtri anno ix.

†Occultũ r.õ præſumitur, qđ omnibus publicatur.

De dolo, & contumacia.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Citationes etiam extra dies ſolemnes*

publica

Diuiſio.

Rem non nouã.] Hęc decret. diuiditur in quattuor partes: Nã primo procemiũ ad intentum pręmittit. Secundo ver. [Eſt ſiquidẽ] ad hoc probandum plura argumenta inducit. Tertio ver. [Pręmiſſis.] ſuper ipſo intento ſtatuit. Quarto verſic. [Non obſtantibus.] ſtatutũ huiuſmodi per non obſtantia munit.

[a] ¶ Inſolitam.] C. de iudic. rẽ nõ nouã. Et qui eſt adſtrictus ad inſolita, non tenetur de ſolitis. ff. de cõtrahen. emptio. fiſtula. §. frumenta. & adſtrictus ſimpliciter, tenetur de ſolitis, non de inſolitis. ff. de lega. 3. qui ſaltum. ff. de annu. lega. l. Seio. §. fin. Vnde adſtrictus in genere, ad cõem modũ tenetur. ff. de verb. ob. l. continuus. §. cũ ita. ff. de ædil. edi. ſi quis venditor. C. de dona. ſi quis argentũ §. 1. & adſtrictus ad ſolita faciens inſolita, de caſu tenet̃. ff. de nego. geſt. ſi negotia abſentis.

Adſtrictus ad aliquid faciendum ad q̃d tenetur.

[b] ¶ Peruenire citatio.] vt lit. non conteſt. quoniã. §. porro. ff. quod vi, aut clam. l. 1. §. ſed Ariſto. ff. de euic. ſi ideo. §. fin.

[c] ¶ Quodque in albo.] arg. ff. de iu. om. iu. ſi id q̃d. 1. reſpon. not. ff. de albo ſcri. per totum. Authen. de litig. §. omnem. colla. 8. C. quomodo, & quando iu. authen. qui ſemel.

[d] ¶ Ius.] hic ex iurib⁹ iam allegatis arguit.

[e] ¶ Violẽter pręſumpſiſſe.] de violẽta pręſumptione habetur extra de præſump. literas. & ca. quanto. & ibi not.

¶ Fortaſſis legendum, arctent.

[f] ¶ Lapidibus.] Auth. ſcriptum exemp. l. 2. §. ſi. colla. 2. & arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. 1. Authen. de iudi. in fi. colla. 6.

[g] ¶ Rationis.] ſumptæ tam ex pręcedentibus, quã ſubſequentibus.

publicæ facta de mandato Papæ in audientia litterarum Apoſtolicarum, vel Papali palatio affixa ianuis maioris Eccleſiæ, loci in quo Papa cum curia ſua degit, arctant citatum, ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent. Reſtringitur tamen hæc extrauagans ad illos, qui impediunt ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute adiri non poteſt, vt cap. 1. de iudi. in clemen.

CAP. VNICVM.

Rem nõ nouam aggredimur, neque viam inſolitam [a] ambulamus, ſed anterioris iuris calcatam veſtigijs præſentis conſtitutionis indubitato roboramus ſuffragio, & inconcuſſo munimine ſtabilimus. Eſt ſiquidem iam ſancitum, quod propoſitum publicæ citationis edictum eum arctet, qui impedit, aut facit etiam ſe celando, ne ad eum poſſit peruenire [b] citatio, appareatque cõtumax, qui ſic agit. Quodque [c] in albo prætoris huiuſmodi edicta propoſita ſuæ iuriſdictioni ſubiectos arceant, † & adſtringant magis, quam ſi voce præconia, (quæ innoteſcit paucis,) vel [d] litteris citarentur. Ius enim quod talem modum citationibus poſuit, violenter [e] præſumpſiſſe credendum eſt, vt quæ in eodem albo tot ipſius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam deuenirent. Vnde ad præbendam omnibus eorum, quæ ſanciuntur plenam lectionem, & notionem, mandatur legem tabulis, aut lapidibus [f] ſculptam, ſanctiſſimę Eccleſię deſcribi porticibus, & affigi. ¶ Præmiſſis igitur in debitam conſiderationem deductis, ac in lance irrefragabilis rationis [g] appenſis: nos qui vniuerſis, [h] (diſponente Domino,) præeſſe dinoſcimur, volentes per hanc nouellam conſtitutionem aliquid circa prædicta ſtatuta expreſſius inueniri: declaramus de fratrum noſtrorum conſilio, & nihilominus hoc edicto perpetuo valituro firmamus, & ſtatuimus, vt citationes auctoritate Apoſtolica de quibuſcunque perſonis vndecunq;, & vbicunq; [i] ſint, cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, vel pręeminentię Eccleſiaſticę, vel mũdanę, etiam ſi imperiali, vel regali fulgeant dignitate, prætertim [k] ſi impediant, vel faciant per ſe, vel per alios [l] quoquo modo ne citationes ipſæ ad eos perueniant, ex quacunq; cauſa faciendo, vt citandorum domicilia, ſiue loca tute, vel libere adiri nõ poſſint: cum, (prout ſcriptum eſt,) exiſtimare debeamus, an eo [m] ire liceat [n] vbi eſt citatio facienda, perinde ad inſtar edictorum præfato-

[h] ¶ Vniuerſis.] nõ eſt ĩ vniuerſis cauſis, ſeu negotijs, vt not. in extrauag. c. vnam.

[i] ¶ Vbicunque.] & ſic ligant̃ exiſtẽtes in eadẽ prouincia, ſeu alia, ſiue etiã modico freto diſtẽt, ſeu ſi fuerint vltra mare. ff. de verb. ſig. notionẽ. §. 1. C. de dila. l. 1.

[k] ¶ Præſertim.] verbũ præſertim, quandoq; tenetur comparatiue, aliquando tenetur p̃ciſiue, vt pro tanto, vt not. extra de ſimo. per tuas. 1. circa ſi. & dic hic teneri p̃ciſiue, vt in caſu hic poſito, & alijs parem æquitatem, ſeu maiorem habentibus, vt j. not. ſecus regulariter. Nam ſi citatio facta voce præconis, vel in albo prætoris contra Anglicũ, vel Theutonicum, qui veriſimiliter non credebat habere cauſam in curia Romana arctaret eũ, eſſet durũ, & contra ſtylum curiæ, qui nõ citatũ ab homine, vel à iure vult citari, ſi negotiũ ad curiam reuocet̃ p litteras. Et p hũc modũ quilibet teneret̃ habere p̃curatorem in curia: & hoc modo curia oẽs ad ſe faceret venire: nec iſte citatus in albo prætoris, de quo non eſt ius expreſſum, vel voce p̃conis in palatio Papali, debet eſſe nimis credulus referentibus ſe citatũ. ff. de eo per quẽ fa. erit. l. 1. §. dolũ. nec eulogijs, ſeu relationibus eſt credendum. ff. de cuſt. re. diuus. 2. Et nũtio iurato creditur. ext. de appe. cũ parati. non illi, qui nõ eſt præco iudicis. extra de proba. quoniam contra.

Pręſertim tenetur dupliciter.

[l] ¶ Per alios.] ff. de admi. tuto. ita autẽ. §. geſſiſſe. ext. de ſenten. excõ. mulieres. §. ſi.

[m] ¶ Eo.] aduerbium eſt loci, & ſumuntur hęc verba. ff. ad Treb. de ætate.

[n] ¶ Ire liceat.] tute, vel libere, vt præmittitur: & hęc ęſtimatio debet eſſe veriſimilis, vt timor non ſit vanus.

nur: aliàs citatio arctaret. ext. de ſpon. veniens 2. ff. quod met. cau. l. metum. ff. ſi cui plus, quàm per leg. fal. hoc autem. 1 reſpon. ff. de reg. iur. vani timoris. Nam ſicut prouiderunt partibus, quibus non patet ſecurus ad iudicem acceſſus. extra de appel. ex parte 1. ita decuit prouidere iudicibus, executoribus, aut apparitoribus eorum in citationibus faciendis, quãdo non patet ad partes ſecurus acceſſus. extra vt lit. non conteſt. tux. & hic. quo caſu debet in citatione exprimi. arg. extra 6. lib. de appel. c. Romana. §. cum autem. ff. de tranſac. cũ hi. §. vult igitur. & §. ſi prætor. argu. opt. ad hanc diſtinctionẽ. ext. 6. lib. de offic. deleg. ſtatuimus.

[a] ¶ In albo prętoris.] Papa hoc ſpirituali ter, & ex certa ſciẽtia iubente, vt ꝫ. ſequitur in caſibus pari, vel maiori æquitate nitentibus, quam ſit caſus. ꝫ. eod. §. eſt ſiquidem. 1. reſpon. aliàs regulariter intelligendũ eſt de illo citato prius litigiume: nam negotio per citationem iuris, vel hominis ad curiã legitime deuoluto, pars nihilominus in audiẽtia publica, vel præconizatione, vel in albo prætoris citatur, & tunc huiuſmodi citationes ſunt magis citationũ iam factarũ exaggerationes cõtumaciã partis antea citatæ declarãtes.

rum propoſitorũ in albo [a] prætoris etiam extra ſolemnes [b] dies, in quibus Romani Pontifices ſuos facere conſueuerunt generales proceſſus, publice id nobis ſpecialiter, & ex certa ſcientia iubentibus, factæ in audientia litterarum noſtrarum, aut in aula noſtri palatij, poſtmodum affigẽdæ ianuis maioris Eccleſię loci, in quo Romana cõmunis omnium Chriſtiani populi nationum reſidebit curia, vt cunctis poſſint patere, & ita deferri citatis ſic valeant, ac arctent citatos poſt terminum lapſum, quem, (cõſiderata locorum diſtantia [c]) volumus citationibus ipſis cõpetentem apponi, ſicut [d] ſi eos perſonaliter [e] apprehendiſſent: Non obſtantibus [f] aliquibus priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apoſtolicis generalibus, aut ſpecialibus quibuſcunque perſonis pontificali, imperiali, regali, vel alia Eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate præditis, alijſque inferioribus Eccleſijs, monaſterijs, locis, collegijs, & vniuerſitatibus in quacunque forma verborũ conceſſis: per quæ talium citationum effectus poſſit quomodolibet impediri, etiam ſi de ipſis, & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum, aut de proprijs nominibus perſonarum, monaſteriorum, Eccleſiarum, locorũ illorum quibus cõceduntur, vel eorum ordinibus, aut dignitatibus oporteat in noſtris litteris fieri mentionem.

Dies ſolẽnes ſunt tres.

[b] ¶ Solemnes dies.] qui ſunt tres: dies Iouis ſancti, dies Aſcenſionis Domini, & dies dedicationis baſilicæ beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli: qui eſt octaua dies poſt feſtum ſancti Martini.

[c] ¶ Diſtantia.] ff. de verb. obli. continuus. §. cum ita. & l. interdum. ext. lib. 6. de elect. cupientes. §. hac generali.

[d] ¶ Sicut.] hic, ſicut, eſt ſicutiuum, quo ad hoc, quod vtrobiq; teneat proceſſus mero iure: plus tamen deliquit ille, quem citatio apprehendit. ff. de in inte. reſti. diuus.

Contumax pòt excõicari, & ꝫ eũ ſententia diffinitiua ferri.

[e] ¶ Perſonaliter apprehendiſſet.] & ſic talis contumax poterit reputari. ff. de appel. ex conſenſu. §. fi. & ibi not. & contra ipſum ad excommunicationem procedi. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. & definitiua ſententia ferri, vt dicto §. porro. Sed nunquid ſunt de iure communi? Dic, quod ſic per argumenta hic adducta intelligo, vt not. ꝫ. eo. in ver. in albo. Sed & illa, quæ aguntur in vna diœceſi, præſumuntur ignorata in alia: ergo magis in illa, quæ ſunt acta in alia prouincia, ext. qui ma. accu. poſ. cum in tua. Item dato, quod alias malitioſe faciat ne citatio ad ipſum perueniat, citatio tamen eſt ad Eccleſiam, ſeu ad domum facienda. ext. de do. & contu. c. cauſam. & c. venerabilis. ext. de cler. non reſi. ex tuæ. ext. de eo, qui mit. in poſſ. c. ſi. & ff. quibus ex cau. in poſſ. ea. hæc autem. §. 1. Item leges, & ſi ſint publicatæ vbi ſunt factæ, non arctant abſentes, niſi in eorum prouincijs publicatæ fuerint duobus menſibus elapſis. Auth. vt fa. no. conſti. §. pen. colla. 5. 18. diſt. decernimus. hoc apparet in qualibet conſtitutione authentica, in qua in fine mandatur publicatio eiuſdem. Item argu. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto. & ſunt hæc vera regulariter: quia citatio, quæ eſt principium iudiciorum. Inſti. de pœna te. liti. §. fin. debet habere principium certum, & firmum: cum ſit potiſſima pars cuiuſcunque rei. ff. de orig. iur. l. 1. aliàs iura ſtulta viderentur dicere, quod manifeſtatio debet fieri præſidibus, vel in facie Eccleſiæ, vel ad domum. ff. de excu. tut. ſcire oportet. §. oportet. & dicto c. venerabilis. aut procuratori, aut amicis. ff. quod vi. aut clam, aut quod aliter. §. & ſi forte. ff. de dam. infec. l. de pupillo. §. totiens. ff. ex qui. cau. ma. l. ſciendum. Sed fallit regula in caſu, quem concludit primum arg. hic allegatum: cum per illum, qui mandabatur citari: ſtetit ne citetur. extra 6. lib. de reg. iur. imputari. & c. cũ ſtat. & ibi not. & cap. pro poſſeſſore. Item arg. ſecundum intelligo, vt not. ꝫ. in ver. in albo. aliàs regulariter citatio facta in curia ſupponit legitimam citationẽ præceſſiſſe, vt dictum eſt: & hoc innuit dictus §. omnem. Item argu. tertium dic, quod lex, ſcriptum exemplar. loquitur non de neceſſitate, ſed de vtilitate, vel expedienti, vt ibi patet in verbo, melius. & verbo, vtilius. Item loquitur de habitantibus in eodem loco, vt in verbo, habitantibus. arg. ff. de iuriſ. om. iud. ſi per errorẽ. ſecus eſt in habitantibus in remotis. Et diſtingue, aut factũ generale eſt ad oẽs, & ſic ſufficit publice proponi nõ in auribus ſingulorum inculcari. ext. de poſtu. prę la. c. 1. & 2. diſt. propoſuiſti. 54 diſt. ex antiquis. ff. de inſtito. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. arg. ff. de annu. leg. l. Meuia. in fi. aut eſt factum ſpecialiter tangens partẽ, & ſic regulariter citatio nõ ſufficit generalis in albo, vt eſt ꝫ. probatum. argu. ad hanc diſtinctionem ext. 6. lib. de elect. in c. fi. in fi. & ff. de app. cum quidam. Io. Mo. Card.

Citatio eſt principium iudiciorum.

[f] ¶ Non obſtantibus aliquibus priuilegijs.] ſimilia non obſtantia habentur ext. 6. lib. de ſen. excom. c. ſi. in fi. ext. eo. lib. de elect. quia ſæpe. Et abſq; his non obſtantibus priuilegia non tollerentur. not. ext. 6. lib. de conſti. cap. 1. Et quid operentur non obſtantia in litteris beneficialibus? not. ext. 6 lib. de reſcrip. cum aliquibus.

Citatione nõ præmiſſa, an poſſit Papa ꝫ aliquem procedere.

Ad euidentiam præmiſſorum quæro, an Papa procedere contra aliquem valeat citatione non præmiſſa? Et videtur, quod ſic: quia eſt ſupra ius. ext. de conceſ. præben. propoſuit. Item quia princeps ſolutus eſt legibus. ff. de legib. & ſenatuſconſul. princep. Item Papa habet plenitudinem poteſtatis. 3. q. 6. decreto. ext. de pœniten. & rem. cum ex eo. in fi. extra de vſu. pal. ad honorem. Sed contra, citatio eſt principium proceſſus iudiciarij, vt ꝫ. not. & habetur extra de proba. quoniam contra. & ad finem iudiciorum, quæ eſt ſententia. ff. de re iudi. l. 1. attingi

Iudiciorum finis ſine principio attingi non poteſt.

ſine principio non poteſt. Dic,ꝙ citatio eſt de pertinentibus ad iudiciarium ordinem. Iudiciarius autem ordo requirit, vt iudex quilibet ex aliquo iure procedat. Conſiderandum eſt primo, qualiter ad ius ſe habeat iudex, de quo nunc eſt ſermo, videlicet Papa. Secundo qualiter ad idem ius citatio ſpectet. Tertio, ex his deducetur ſolutio quæſtionis.

Circa primum ſciendum eſt, ꝙ prçter legem æternam diuini intellectus, quç ſecundum Aug. in 1. lib. de lib. arb. ſumma ratio nominatur, de qua habetur 23. q. 5 lex çterna. fuit neceſſe eſſe aliquam legem naturalem, ſiue aliquod ius naturale impreſſum homini tamquam participationem quandam legis æternæ, in quo ſtatim à principio nobis nota fierent principia agendorum; puta, ꝙ bene eſt agendum, nulli nocendum: ꝙ bene agentes prçmiari debent, peccantes autem puniri. 3. diſt. omnis. Prçter hoc etiam neceſſe fuit eſſe aliquam legem diuinam, ſiue aliquod ius diuinum: quia per legem naturalem non poterat homo dirigi in finem ſupernaturalem: eo, ꝙ naturalem virtutem, & facultatem hominis excedit. 8. & 9. diſtin. per totum. A lege autem naturali deriuatæ ſunt leges humanæ: ſed dupliciter deriuantur à lege naturali: vno modo, ſicut concluſiones deriuantur ex principijs: alio modo, ſicut determinationes aliquorum communium: per quem modum forma communis actus determinatur ad hanc, vel ad illam: puta forma domus, ad domum quadratam, vel rotundam. Primo modo lex humana, quç eſt, nõ eſſe occidendũ: deriuatur ſicut concluſio à lege naturali, quæ eſt, nulli malum eſſe faciendum. Secundo modo, lex humana, quæ eſt, ꝙ talis tali poena puniatur: deriuatur, vt determinatio quçdam à lege naturç, quç eſt, vt peccans puniatur. Sic igitur quantũ ad propoſitum ſpectat, quintuplex eſt lex. Æterna, quæ idem eſt, quod diuina eſſentia. Vel verius: Lex æterna eſt, (ſecundum Aug. contra Fauſtum,) diuina voluntas, ordinem vniuerſitatis cõſeruari iubens, & perturbari vetans. Diuina, quç regulat actus humanos in ordine ad finem ſupernaturalem vitæ æternæ. Naturalis, Humana deriuata à naturali, vt concluſio ex principio. Humana deriuata à naturali, vt determinatio quçdam modo expoſito.

Lex eſt quintuplex.

Ius eſt quintuplex.

Et eodem modo eſt quintuplex ius, ſ. æternum, diuinum, naturale, humanum deriuatum à naturali, vt concluſio ex principio, & humanum deriuatum à naturali, vt declaratio cuiuſdam cõmunis. Præmiſſa probantur à principio decreti vſq; ad 15. diſt. Supra nullam dictarum legum, & ſ. nullum dictorum iurium Papa poteſt, vt quicunq; alter homo, quinto excepto. 14. diſtin. cap. ſi. & 15. diſt. per totum. Quod licet ſit ex ſe manifeſtum, & præcipue quo ad quædam illorum; poteſt tamen ad omnia vna ratio communis adduci talis: Nullus poteſt ſupra ius, quod non condidit, ſed conditum præſupponit: ſed Papa, vel purus homo nullum dictorum iurium condidit: ſed aliás conditum præſupponit. 25. q. 1. ſunt quidã. igitur ſupra nullum illorum poteſt. maior patet: minor etiam manifeſta eſt quantum ad legem æternam, vel ius æternum, diuinum, naturale, & quantum ad ius humanum, quod deriuatur a naturali, vt concluſio ex principio: ꝙ ſi principium eſt naturale, & concluſio: ſicut enim naturalis ratio dictat non eſſe malefaciendum: ita non eſſe occidendum: quia vnum ſtatim deducitur ex alio. 23. q. 5. ſi non licet. ſequitur ergo concluſio: ſcilicet, quod Papa non poteſt, niſi ſupra ius quinto modo dictum, ſcilicet, ſupra ius pure poſitiuum. & ſic patet primum principale.

Citatio ad quod ius ſpectat.

Secundo videndum eſt qualiter citatio ad ius ſpectat: eſt autem manifeſtum, ꝙ non ſpectat ad ius primo dictum, ſcilicet, ius æternum: nec quatenus quidquid dictat ius naturale, & ius humanum recte poſitum, dictat etiam principaliter ius æternum: quia omne ius rectum ab illo deriuatur. 27. diſt. §. ſed contra. Nec ſpectat etiam citatio ad ius diuinum eo modo, quo nunc loquitur de iure diuino. dicitur enim aliquid eſſe de iure diuino, prout diuiditur a quattuor alijs iam prçdictis, qd non eſt naturali ratione inductum, nec humana ratione adinuentum: ſed ex diuina inſpiratione tamquam excedens facultatem naturæ hominibus reuelatam: vnde ſ. ꝙ quicquid in canone Bibliæ continetur eſt de iure diuino, nec contra alia iura diuiditur. Immo continentur ibi decem prçcepta moralia, quæ omnia ſunt de iure naturæ, & præcepta iudicialia, quæ ſunt de iure humano: licet à Deo tradita fuerint, & alia multa huiuſmodi. Reſtat igitur videre, ſi citatio ſit de iure naturali, vel de humano deriuato à naturali, vt concluſio ex principio: quia ſi Papa circa talia iura nihil poſſit, vt ex præcedentibus patet: conſequens eſt, ꝙ contra nullum poſſit procedere citatione non præmiſſa. 3. q. 9. cap. 1. & ca. abſens. & per totum. 2. q. 1. cap. 1. cum ſex ſeq. ext. de maio. & obed. inter quattuor. de cau. poſ. & proprie c. 1. Eſt igitur conſiderandum, ꝙ ad hoc videtur aliquis citari, vt id, de quo reus dicitur, diſcutiatur plenius, & per conſequens ſi condemnari, vel abſolui debeat, aut innocens oſtendi, & ſententia clarius, & perfectius cognoſcatur. 2. q. 1. in primis. ext. de teſti. in nomine. & 3. q. 9. reuera. Eſt autem de iure naturali, ꝙ bene, & plene cognoſcatur id, ſuper quo ſentẽtiari debet, & iudicium dari: quia naturale eſt, quod vnuſquiſq; bene iudicet, quæ cognoſcit, & horum ſit bonus iudex. 11. q. 3. graue. & c. ſeq. vnde. & iudicium de agibilibus ad ſynderesim ſpectat, quç eſt bene iudicatiua. vt dicitur 6. Eth. Syndereſis autẽ eſt pars prudentiæ, quç procul videt cãm cum conſiderat conſideranda: quæ habentur de pçn. diſtin. 1. aut facta. & diſt. 5. conſideret. Cum igitur non poteſt ad plenum factum, & iuſtum, vel iniuſtum ſine præſentia eius, qui iudicari debet, cognoſci, & ſciri. 30. q. 5. §. his ita. in ſi. ext. de re iudi. cum Bertholdus. 11. q. 3. cotum, tunc neceſſe eſt ipſum citari, & vocari: nec Papa hoc poteſt omittere, & minus alius iudex: quia ſic omitteretur cognitio, quæ ad iudicium de neceſſitate requiritur. vnde cum iniuſtum facti, ſiue defectus, & malitia actus, quod idem eſt, dependeat ex circunſtantijs multis, quæ continentur in illo verſu:

Citatio ad quid ſit.

Sydereſis eſt pars prudentiæ.

Circũſtantię ſeptem attendi debent.

{Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quãdo. & habetur a Tullio in Rhetorica, & à philoſopho in Ethi. Impoſſibile autem ſit omnes circunſtantias huiuſmodi plene cognoſci abſque præſentia rei: quoniam multotiens ſe excuſant homines per ignorantiam alicuius circunſtantiæ, vt in Ethic. philoſophus exemplũ ponit quaſi quo ad omnes circunſtantias: neceſſarium eſt omnino habere præſentiam eius, qui forefecit, vt factum, & defectus, vel malitia facti plenius, & perfectius cognoſcatur. Et ſic patet ſecundum, & tertium ſimul, ſ. ꝙ citatio eſt de iure naturali, & per conſequens, ꝙ Papa contra aliquem procedere non poteſt, niſi citatione præmiſſa, & hoc probat hæc conſtitutio euidenter. hoc liquet etiam in notorijs, in quibus licet iuris ordo non ſit ſeruandus vſquequaque, ſeruandus tñ eſt in citando, & in ſententiando. ext. de iureiu. ad noſtram. 3. q. 1. in primis. ext. de diuor. porro. 2. q. 1. manifeſta. not. ext. de accu. qualiter. ibi, deſcendam. & Geñ. 18. vbi factum erat notorium, attamen Deus primo voluit probare, & videre, quã iudicare, vt à præcipitatione iudicij compeſceret præſidentes, vt dicit glo. Geñ. 4. Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nec obſtat ext. de accu. ca. euidentia. nec ibi tollitur citatio, nec ſententia: quia Geñ. 4. probatur vtrunq; neceſſarium, quod apparet aliter confitens præſens, & ſic habitus pro citato per cõfeſſionem factum facit notorium ext. de cohab. cler. & mu. c. ſi. attamen ſunt in eum partes iudicis in ſententiando, vel præceptũ dando, licet non in cognoſcendo ff. ad l. Aquil. proinde enim. ff de iudi. ſi debitori. Item de vnoquoq; eſt ferenda ſententia partibus præſentibus vere, vel interpretatiue. ext. de in integ. reſti. cum ex litteris. §. tandem. ff. de re iudi. l. de vnoquoque. & in arduis eſt pronunciandum de citando ante citationem. C. de exhib. vel transferre. re. l. ſi. & citatio ſententia dicitur. C. de epiſ. & cler. cum clericis. & l. oratio. C. de procu. l. ſi. Ad primum arg. in oppoſitum dic, ꝙ Papa eſt ſupra ius: in hoc, ꝙ ipſe ſolus põt æquitatem non ſcriptã ex ſui interpretatione præferre iuri ſcripto. C. de leg. & con. l. 1. vnde ipſe poteſt multa diſpenſando,

Citatio eſt de iure naturali, & ea omiſſa nõ poteſt Papa contra aliquem procedere.

Iudicis partes quales ſint in cõfeſſum.

Papa qualiter eſt ſupra ius.

ſando, quæ non poteſt inferior, vt dicto c. propoſuit. nam nullus alter ab eo das ius ad vacatura, extra de conceſſ. præb. c. 2. & not. ſimile, & habetur extra 6. lib. de offi. leg. c. pen. §. 1. & ſi ſupra ius diſpenſet, hoc debet eſſe cum ratio poſtulat. extra de præb. de multa. in fi. 50. diſt. vt conſtitueretur. in fi. vtpote propter vrgentem neceſſitatem, vel euidentem vtilitatem Eccleſiæ. 1. q. 7. diſpenſationes. & duobus c. ſeq. non propter burſæ repletionem illius cui prouidit. argu. 33. q. 1. manet Petri priuilegium, cum ex ipſius æquitate procedit iudicium: aliàs eſt diſſipatio ſecundum B. non diſpenſatio. nam princeps eſt numerus explicans, hoc eſt, director, vt ſtatuat, vel diſpenſet contra ius, aut contra ſcriptum, ſi æquitas, quæ mouet ipſum, mouiſſet legiſlatorem, ſi caſus nunc emergẽs eſſet ſibi expoſitus, vt habetur Ethic. 5. c. vlti. vbi optime ponitur in fine tractatus virtutũ moralium de epykeia, quæ præcipue ſoli principi competit. extra de tranſla. epi. c. 3. not.

Diſpenſatio quare fieri debet.

Ad ſecundum dic, q̃ princeps eſt ſolutus à lege quinto modo dicta, ſcilicet pure poſitiua, & hoc quo ad vim legis coactiuam, non tamen quo ad vim directiuam: nam quo ad vim legis coactiuam nullus ſubditus, niſi qui lege cogitur, cogi poteſt: vnde quia alius non habet vim coactiuam, niſi ex principis poteſtate, & nullus à ſeipſo cogitur, nec ſibi imperat. ff. de arbi. l. pe. & hoc modo princeps non ſubditur legi: ſed eſt à lege ſolutus. verum quo ad vim directiuam legis princeps legi ſubditur. extra de conſti. cum omnes. 9. di. iuſtum. C. de leg. & conſti. digna. Inſti. quib. mo. te. infir. in fi. ff. de leg. 3. ex imperfecto. ff. de pac. cum in eo. aliàs princeps eſſet de numero eorum, quibus dñs in Matt. improperat, dicunt, & non faciunt, & alijs onera grauia imponunt, digito autem ſuo nolunt ea mouere.

Princeps qualiter eſt ſolutus à lege.

Ad tertium dic, q̃ in quo habeat Papa plenitudinem ptãtis dictum eſt d. c. vnam. Item potentia, & ptãs ſunt de genere bonorum, & poſſe malum non eſt poſſe: ſed non poſſe. & in Papa præſertim vitium eſt impoſſibile moris; & indebite facit procedendo contra non citatum. extra de maio. & obe. inter. 2. q. 1. c. 1. & 2. & princeps iuris compendium, ſeu poteſtatem trahere non poteſt ad iniquum diſpendium. C. de vſucap pro emp. cum qui, arg. ff. de off. procon. Cæſa. l. 1. 1. reſp.

Poſſe malum nõ eſt poſſe.

Item quæro ſecundo, & principaliter, aliquis per Papã eſt citatus, & ſubeſt cauſa depoſitionis, ſed de eo nõ conſtat confeſſione, vel alia probatione, deponitur: an depoſitus poſſit de iure petere reſcindi dictam ſnĩam quatenus proceſſit? Vr. q̃ Papa poteſt iuſtificare ſnĩam, quam tulit ex veritate facti, ſicut habet eam reſcindere, ſi conſtat ſibi obreptum. extra de re. iu. cum olim. 35. q. 9. ſnĩam. extra de in inte. reſti. cum ex litteris. §. nos igitur. Item poſita cauſa ſequitur effectus: ſed cauſa deponendi ſuberat, vt eſt ſuppoſitum, ergo, & effectus ſtat, ſ. depoſitio. Item quod principi placuit, legis habet vigorem. inſt. de iu. na tu. gen. & ci. §. ſed & quod principi. Item iugũ ſedis Apoſtolicæ eſt tenendum, quamquam durum. 19. diſt. in memoriam.

Ad oppoſitum proceſſus habet fieri de notioribus ad ignota: quod non ſeruatur in caſu propoſito: ergo non tenet, quod agitur. Item à citatione ad ſententiam proceditur, ſicut à principio ad finem. Inſti. de pe. te. l. 1. § fi. ff. de re iud. l. 1. Sed ab extremo in extremum ſine medio non eſt deueniendũ, & ſic probatis per aliquem modũ probãdi debet deueniri ad ſnĩam. extra de verb. ſig. forus. §. in omni. nec ibi teſtes appellantur probatio, quæ fit viua voce: ſed omnia illa, quæ producunt ſuper ſtatu cauſæ. arg. Ioan. 7. & 25. vbi reo locus defendẽdi ad abluenda crimina, quæ ſibi obijciuntur. reſeruatur. 3. q. 9. nõ oportet, & c. ſeq. & ſi hoc fieri poſſit, gaudere debet præſidens. extra de accu. c. licet in beato. in fi. Item creditur proponenti contra ſe, non pro ſe. C. de lib. cau. cum precum. Item ſi crederetur parti narranti contra alium, defenſio legitima reo auferretur, & quemlibet Papa ad dictum ſuum condemnare poſſet. Itẽ quilibet pſumitur innocens, niſi probetur nocens. extra de præſum. c. dudũ. extra de ſeru. in or. fa. c. vnico. ff. de manumiſ. teſt. l. ſeruos. & ius eſt promptius ad abſoluendum, q̃ ad condemnandum. ff. de act. & obl. Arianus. extra de proba. ex litteris. & ſententia Papæ facit ius, quo ad quid, & ſentẽtia inferioris iudicis fit matura: quia ſententia minoris iudicis taciturnitate illius, contra quem profertur, firmatur. C. de poſtu. l. 1. C de ſen. quæ ſi cer. quanti. profe. l. vlt. non ſic in ſententia Papæ, q̃ in rem iudicatam contra proferentem non tranſit, vt d. c. cum olim.

Senẽtia Papę an poſſit reſcindi.

Et hoc arg. concedo, ſ. q̃ dicta ſnĩa reſcindi debet. & hoc ad præſens quadruplici rõne. Primo quidem ex parte iudicis. nam quilibet iudex in iudicando, & ſnĩando debet aſſimilari primo, & ſupremo iudici. Sed iudicium ſummi iudicis, ſ. Dei, erit manifeſtiſſimum. 1. Corin. 4. illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. & Roma. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationem accuſantiũ, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum: ergo, & iudicium cuiuſcunque inferioris, ſiue Papæ, ſiue alterius debet ex manifeſtis pcedere, aliàs non eſt conforme diuino iudicio, nec per conſequens iuſtum. Secundo patet idem ex parte rei: nã reus, ſiue ille, qui iudicari habet. põt cauſam multipliciter excuſare, vel oſtendendo ſe proceſſiſſe ex ignorãtia aliquarum circunſtantiarum, vel ex infirmitate, aut etiam accuſare, vel aggrauare confitendo ſe egiſſe, quod egit ex certa malitia: cum igitur manifeſtum ſit, q̃ talia ignorari non debeant: vtpote quorum ignorantia iudici certitudinem tollit, de neceſſitate concluditur, q̃ illa ſnĩa nõ eſt iuſta, ad quam proceditur talibus prætermiſſis. Tertio patet idem ex parte principij formalis, quo iudicium, vel ſnĩa profertur, ſ. prudentiæ: non enim poteſt eſſe iudiciũ rectum, niſi ex prudentia procedat. Eſt enim prudentia habitus rationis verus circa agibilia, vt patet 6. Ethi. & ſicut ad prudẽtiam ſpectat iudicare per ſynderesim, quę eſt vna prudentiæ pars: ſic ad eam pertinet bene cõſiliari per aliam eius partem, quæ eubulia dr̃. ſicut enim ſynderesis eſt bene iudicatiua, ſic eubulia eſt bene cõſiliatiua, vt dr̃ 6. Ethi. Conſilium autem eſt inquiſitio quædam, vt tertio eiuſdem; ſpectat igitur ad iudicem quemlibet diligenter inquirere, & inueſtigare ea, quæ ad cauſam pertinent. Vnde dicit Iob, Pater eram pauperum, & cauſam, quę neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. Nõ ergo iudex poteſt ad ſnĩam recte procedere, niſi pmiſſa diligenti inueſtigatione, diſcuſſione, & cognitione cauſæ. ſi igitur ſecus pcedat, poteſt peti reſcindi ſnĩa tamq̃ iniuſta. Sed forte dices, q̃ Papa, vel alius iudex nouit cauſam, & veritatem negotij ſecreto, vt eſt priuata perſona. Dicendum eſt, q̃ hoc non ſufficit; quia iudex non iudicat, vt priuata perſona, ſed vt publica, & ideo publice debet ſibi innoteſcere veritas, ſ. per leges publicas, diuinas, vel humanas in cõi: in particulari autem negotio per inſtrumẽta, & teſtes, & alia huiuſmodi legitima documenta. Vnde dicit Aug. ſuper Pſal. Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſm leges, & iura pronuntiat. arg. ff. de offic. præſi. illicitas. §. veritas. Quarto patet idem ex fine iudicij: finis enim iudicij eſt promotio boni communis, quod eſt diuinius, humanius, & melius, quàm bonum vnius, vt dr̃ 1. Ethi. Sed ſi procedatur ad ſententiam ignorata cauſa; vel non diſcuſſa: bonum commune non promouetur, ſed potius retardatur. per hoc enim in ſententijs depoſitionum, vel aliarum pœnarum ſaluatur, & procuratur bonum commune; per quod mali, vel emendantur, vel terrentur, vel totaliter exterminantur, ſi fuerint inſanabiles, vt dicitur 4. Ethic. Boni autem per hoc quietius viuunt. ſublata autem diſcuſſione cauſæ hæc omnia tollũtur: quia omnino eadem ratione poteſt damnari innocens, & bonus, & malus: ex quo de cauſa damnationis nulla fit mentio, vt ex ſe manifeſtum eſt. Suppoſito autẽ tali proceſſu iudicij, q̃ etiam damnari poſſit innocens, vt nocens, bonus, vt malus: non tamen plus terretur, vel exterminatur bonus, quàm malus, nec quietius viuit bonus, quàm malus, vt patet: ergo talis ſententia ſaltem contra ordinem eſt iniuſta, & per conſequens reſcindenda.

Iudex iudicat, vt publica perſona.

Ad primum ergo in cõtrarium dic. ꝙ ſententia debet eſſe iuſta ex actis nodis: licet diffinitiua, quandoq; reſcindatur ſaltem in cauſa appellationis ex alijs de nouo probatis ff. de mino. præfec. C. de temp. appel. per hanc. & extra de teſti fraternitatis. ſic ſnia Papæ reſcindi põt ab eo à quo appellari non licet, vt d.c. cum olim.

Ad ſecundum dic, ꝙ licet cauſa depoſitionis ſubſit ſm rem, non tamen ſubeſt ſecundum cognitionẽ, cognitio aũc neceſſaria eſt ad iudicium, vt declaratum eſt prius: non igitur ſufficit ſubeſſe cauſam ſecundum rẽ, niſi ſubſit ſm cognitionem & poteſt declarari per ſimile. abſtinere enim à fornicatione, ſecundum rem eſt bonum: ſed ſi alicui dictet conſcientia, ꝙ non ſit bonum, ſtãte tali conſcientia, ſi abſtineat, non faciet bene; quia non ſolũ requiritur, ꝙ ſit bonum, ſed ꝙ apprehendatur, & cognoſcatur ſub ratione boni. extra de ſimo. per tuas 5. extra de teſti. ſpo. litteras. §. nos autem. & eodem modo in propoſito non ſolum requiritur ad recte iudicandum, & ſententiandum, ꝙ cauſa ſubſit, ſed ꝙ manifeſte in iudicio cognoſcatur ſubeſſe, vel ſubfuiſſe.

a Circa hoc exemplum, vide omnino B. Th. 1. 2. q. 19. ar. 5. & 6.

Ad tertium dicendum eſt, ꝙ voluntas principis, legis habet vigorem, ſi ſit rõne regulata, & fiat animo condendi legem: cuius forma traditur. C. de legi. humanũ: quia voluntas de ſe non eſt ſecurus canon, vt philoſophus dicit 1. Pol. Cum autem prĩceps iudicat, vel ſententiat ſine cauſæ diſcuſſione, & examinatione, non habet voluntatẽ regulatam ſecundum rectum iudicium rationis.

Principis voluntas legis hẽt vigorem qualiter intelligitur?

Ad quartum dicendum eſt, ꝙ ſecũdum philoſophum in 1. Polit. duplex eſt principatus, deſpoticus, & politicus. primus eſt domini ad ſeruum, qui non habet ius reſiſtendi, eo ꝙ ſeruus eſt domini totaliter, ſecundum ꝙ huiuſmodi. ſecundus eſt principatus liberorum, qui habẽt ius in aliquo reſiſtendi, & talis eſt principatus Eccleſię circa ſubditos: non enim eſt veriſimile, ꝙ principatus Eccleſiæ ſit deſpoticus. non enim ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus non liberauit, ad Galat. 4. Ioan. Monach. Cardinalis.

LIBER TERTIVS.

De vita, & honeſtate clericorum.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Præmiſſa muſicæ artis plurima laude, cantorum laſciua melodia reprobatur, qui contra honeſtatem clericalem, quod ore cantabant, geſtibus ſimulabant. Et cantores ipſi tam exempti, quàm non exempti per octo dies ab officio ſuſpenduntur. Poſſet etiam hæc extrauagans apte locari ſub ti. de celeb. Miſſ.*

CAP. VNICVM.

D Octa ſanctorum patrum decreuit auctoritas, vt in diuinę laudis officijs, quę debitæ ſeruitutis obſequio exhibentur, cunctorũ mẽs vigilet, ſermo non ceſpitet, & modeſta pſallentium grauitas placida modulatione decãtet. Nam in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. Dulcis quippe omnino ſonus in ore pſallentium reſonat, cũ Deum corde ſuſcipiũt, dum loquuntur verbis: in ipſum quoq; cãtibus deuotionem accẽdunt. inde etenim in Eccleſijs Dei pſalmodia cantanda præcipitur, vt fideliũ deuotio excitetur, in hoc nocturnũ, diurnumque officium, & Miſſarum celebritates aſſidue clero, ac populo ſub maturo tenore, diſtinctaq; gradatione cãtãtur, vt eadem diſtinctione collibeant, & maturitate delectẽt. Sed nõnulli nouellæ ſcholæ diſcipuli, dum temporibus menſurãdis inuigilãt: nouis notis intẽdunt, fingere ſuas, q̃ antiquas cãtare malũt. in ſemibreues, & minimas Eccleſiaſtica cantantur: notulis percutiuntur. nam melodias hoquetis interſecãt, diſcantibus lubricant, triplis, & motetis vulgaribus nonnunq̃ inculcant, adeo, vt interdum antiphonarij, & gradualis fundamenta deſpicient: ignorent ſuper quo ædificant, tonos neſciant, quos non diſcernunt, immo confundunt: cum ex earũ multitudine notarum aſcenſiones pudicę, deſcenſioneſq; tẽperatæ, plani cantus quibus toni ipſi ſecernuntur adinuicem obfuſcentur: currunt enim, & nõ quieſcunt: aures inebriãt, & non medentur: geſtibus [a] ſimulãt, quod depromunt, quibus deuotio quærenda contemnitur, vitanda laſciuia propalatur. Non enim inquit fruſtra ipſe Boetius, laſciuus animus, vel laſciuioribus delectatur modis, vel eoſdẽ ſæpe audiens emollitur, & frangitur. Hoc ideo dudum nos, & fratres noſtri correctionem indigere percepimus, hoc relegare, immo prorſus abijcere, & ab eadem Eccleſia Dei profligare efficacius properamus. Quocirca de ipſorum fratrum conſilio diſtricte præcipimus, vt nullus deinceps talia, vel his ſimilia in dictis officijs, præſertim horis canonicis, vel cum Miſſarum ſolemnia celebrantur, attentare præſumat. Si quis vero contra fecerit, per ordinarios locorum, vbi iſta cõmiſſa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemptis: in exemptis vero per præpoſitos, ſeu p̃latos ſuos, ad quos aliàs correctio, & punitio culparum, & exceſſuũ huiuſmodi, vel ſimiliũ pertinere dinoſcitur, vel

Eccle. 47.

D Octa.] a ; Geſtibus ſimulanc.] qđ eſt turpe, & contra honeſtatem clericalem. In hoc quodãmodo cõparandi illis, qui ludos theatrales in Ecclebijs faciunt, vel ibi laruas induunt, vt ſuæ inſaniæ ludi.

vel deputandos ab eiſdem per ſuſpenſionem ab officio per octo dies auctoritate huius canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere quin interdũ diebus feſtis præcipue, ſiue ſolemnibus in Miſſis, & præfatis diuinis officijs aliquę cõſonantiæ, quæ melodiam ſapiunt, puta octauę, quintę, quartæ, & huiuſmodi ſuper cantum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur: ſic tamen vt ipſius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene memorata muſica immutetur: maxime cum huiuſmodi cõſonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocẽt, & pſallentiũ Deo animos torpere nõ ſinant. Actũ, & datum, &c.

De prębendis, & dignitatibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Cum beneficia in curia vacantia idoneis debeant conferri perſonis, illorum collationem Papa ſibi reſeruat. vide c. 2. & 3. & c. præſenti. eod. tit. lib. 6.

CAP. I.

PIæ [a] ſollicitudinis ſtudio ducimur, vt dignitates, perſonatus, præbendæ, aliaque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur, perſonis conferantur idoneis, † per quas in eis debita impendantur obſequia, & diuinorum cultus exerceatur ſollicite in eiſdem. Inde fit, quod nos huiuſmodi dignitates, perſonatus, præbendas, Eccleſias, & alia Eccleſiaſtica beneficia, quæ apud ſedem eandem intra vnum menſem à data præſentium hactenus in curia vacauerint, computandum, & quæ exnunc apud eam vacauerint in futurum, prouiſioni ſedis eiuſdem auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernentes [b] exnunc irritum, & inane ſi ſecus in hac parte ſcienter, vel ignoranter, [c] per quemcunque, ſeu quoſcunque, Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Datum Lateraň. iij. Noň. Maij, anno primo.

¶ Clemens quintus.

¶ Prouiſiones ſub titulo commendæ factas de Eccleſijs Parochialibus, Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, & monaſterijs ad petitionem regum, vel quorumcunq; magnatum, reuocat.

CAP. II.

EX supernæ † prouidentia maieſtatis, cuius vniuerſa diſpoſitione reguntur: ad Apoſtolicæ præeminentiam dignitatis, (licet inſufficientibus meritis,) euocati, gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ creditum vndique contemplamur, illumque ſalubri ſtudemus paſtoris more vigilis, (quantum nobis ex alto permittitur,) obſeruantia cuſtodire, vt de illo poſſimus ad ipſius laudem, cuius exercemus vices in terris, dignam in extremo iudicio reddere rationem. Ideoque nos diligens cura ſollicitat, continua pulſat inſtantia, & curioſa ſollicitudo perurget, vt circa fidelium ſtatutum ſalubriter dirigendum ſic efficacibus ſtudijs, & promptis operibus intendamus, quod per noſtræ cooperationis miniſterium erga ſanctam matrem Eccleſiam deuotio filiorum concreſcat, ipſorum ceſſent grauamina, & tranquillitas ei proueniat incrementum: quod tunc recte agere credimus, cum moleſtis euentibus viam præcludimus, indirecta dirigamus, ſubtrahimus noxia, & ſalubria procuramus. ¶ Sane pridem nos licet inſufficientibus meritis ad ſummum Apoſtolatus apicem, (ſicut Domino placuit,) euocati, ab ipſo noſtræ promotionis exordio antiquę notitiæ regum, prelatorum, magnatum, & aliorum nobilium perſonarum Eccleſiaſticarũ, &

† Vide cõcil. Trident. ſeſſ. 24. de refor. cap. 12.

† Vide cõcil. Tridẽ. ſeſſ. 7. de refor. c. 2. & 4. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 17.

ludibria exerceant. de quibus in c. cum decorem. eod. tit. Et per hoc iſta extrauagans bene facit ad iſtum tit. de præb. ponderata etiam verba, quæ ſequuntur, vitanda laſciuia ꝓpalatur. Non nego tamen quin potuiſſet poni, & forte aptius. ſ. ſub titu. de celebr. Miſſ. Sed non eſt inconueniens eandem decretalẽ diuerſis reſpectib⁹ ſub diuerſis poni titulis, vt patet de c. ſignificantibus. de lib. obla. qđ ſub eadem prorſus forma reperitur in titu. de appel. Idem in iure ciuili reperitur, vt patet de l. legem. quæ eſt. C. de pac. & etiam in titu. de pact. conuentis.

a ¶ Plę.] Hęc cõſtitutio reciut mode rationem factam pro prælatis contra cõſtitutionem Clem. iiij. ext. 6. lib. de præben. c. ſtatutum. ſed videtur reuocata ext. 6. li. in procem. in fi. dicitur, quod ibi loquitur de conſtitutionibus non ſuis, ſed prædeceſſorũ ſuorum. Sed adhuc videtur eſſe reuocata per aliã ſuam conſtitutionem iſti, (quæ præceſſit) aduerſam. ext. de conſti. cap. 1. & de præben. ſi Apoſtolicæ. quod concedo, & ſi nõ in toto, tamen in tanto, vt poſt in eccl. parochialibus, vt hæc conſtitutio prorſus non tollatur, ſed attenuetur. arg. ff. de adimen. leg. qui hominem.

b ¶ Decernentes] per hoc verbum habetur epiſtola pro conſtitutione. C. de legi. & conſtitu. l. leges, vt generales. & j. eo. ver. nulli ergo.

c ¶ Ignoranter.] qualiter hoc caſu ligantur ignorantes, not. ext. lib. 6. de elect. ſi eo tempore.

ſæcularium memores exiſtentes, ac ipſorum aliquibus, tum quia in terris morantes eorum gradum huiuſmodi promotionis habuimus, tum quia ſolitæ ad eos amicitiæ ſpecialibus affectibus ducebamur: aliquibus vero ex aſſueta Romanorum Pontificum liberalitate, quam in ſuis exercere ſunt ſoliti nouitatibus: Volentes honoris, & liberalitatis affluentia complacere, ad eorum importunas tamen & multiplicatas precum inſtantias, nonnullis clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, religioſis, & ſæcularibus diuerſorum ordinum, dignitatis, conditionum, & ſtatuum patriarchales, & archiepiſcopales, & epiſcopales Eccleſias, ac monaſteria diſtincta paſtoribus, ſub commendæ, vel cuſtodiæ, ſeu curæ, vel guardię, aut adminiſtrationis titulo, nomineve notabili duximus perpetuo ad vitam, ſeu ad certi temporis ſpatium committenda, ſuper his, an tales videlicet tantaſque gratias per nos fieri decuiſſet, variorum arduorum negotiorum multiplicitate diſtracti, vſque ad tempus quo infirmitate ſatis perículoſa nos his diebus viſitauit omnipotens, nequiuimus cogitare plenarie. Verum in debilitate ipſius ægritudinis conſtituti, à negotiorum vtcunque diſcuſſione ſemoti, ad hoc ſub diligenti examine direximus aciem noſtrę mentis, demumque proſpeximus euidenter, quod Eccleſiarum, & monaſteriorum eorundem cura negligitur, bona & iura diſſipantur ipſorum, ac ſubiectis eis perſonis, & populis ſpiritualiter plurimũ, & temporaliter derogatur, eiſque redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum, ac nedum ipſis, ſed etiam Romanæ matri Eccleſiæ, (quæ diſponente Domino ipſorum caput fore dinoſcitur, & magiſtra,) grauiora inde futura timentur pericula. ¶ Nolentes igitur his tot, & tantis diſpendijs vlterius cauſam relinquere, ſed volentes potius opportunum, & debitum in hac parte remedium adhibere, omnes, & ſingulas promiſſiones huiuſmodi per nos, (vt præmittitur,) factas quibuſcunque cuiuſcunque ordinis, dignitatis, aut ſtatus, ſed etiam ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalibus quocunque modo, vel tempore factæ noſcantur, auctoritate Apoſtolica exnunc ex certa ſcientia reuocamus, caſſamus, & annullamus, & decernimus de cætero non habere aliquam roboris firmitatem. Nulli ergo, &c. Datum apud Piſatum Burdegaleñ. diœceſ. decimo Calend. Martij, anno ſecundo.

Commenda de beneficijs facta multorum eſt cauſa malorum.

¶ Clemens quintus.

¶ *Beneficia maiora, & minora vacantia, & vacatura, præſertim in prouincia Burdegalen. Clemens quintus certis ex cauſis ſuæ diſpoſitioni reſeruauit, cum appoſitione decreti.*

CAP. III.

ET ſi in temporalium diſpoſitione bonorum habẽda ſit diſcretionis cautela, præcipue, vt ea digne, & laudabiliter diſponantur: in eccleſiaſticis tamen rebus multo fortius inuigilare noſtra debet intentio, vt iuxta perſonarum conditiones, & ſtatus, ad diuini nominis laudem, & ipſarum vtilitatem prouideatur ex merito Eccleſiaſticis perſonis: cum iuxta canonicas ſanctiones †nihil ſit, quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur ad regimen animarum. ¶ Hac igitur conſideratione moti, ſpecialiter Burdegaleñ. Eccleſiam, de qua (licet immeriti,) ſumus nouiter ad hunc ſtatum ſummi Apoſtolatus aſſumpti, & monaſterium ſanctæ crucis Burdegaleñ. ordinis ſancti Benedicti etiam vacans per obitum quondam fratris Gulielmi de Bombio abbatis eiuſdem: Et generaliter patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales Eccleſias, monaſteria, prioratus, & quoſlibet perſonatus, dignitates, vel officia cuiuſcunq; ordinis, & cõditionis exiſtant, necnon canonicatus, præbẽdas, Eccleſias cum cura, vel ſine cura, & alia quęlibet beneficia Eccleſiaſtica quocunque nomine appellentur, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur ad præſens, & quæ toto noſtri Pontificatus tempore vacare cõtigerit in futurum, prouiſioni, collationi, & diſpoſitioni noſtræ, & ſedis eiuſdẽ hac vice auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernẽtes exnunc irritũ, & inane ſi quid contra hoc per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari: conſtitutione Clementis iiij. & Bonifacij viij. Romanorũ Pontificum prædeceſſorũ noſtrorũ, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Et

Bona Eccleſiaſtica ſunt diligẽtius diſponenda, q̃ temporalia.

¶ In concilio Lateraſi. ſub Innocen. iij. c. 16. refertur in c. nihil eſt. ext. de elect.

quia

quia plus† timeri ſolet, quod ſpecialiter iniungitur, quàm quod gñaliter imperatur, hac reſeruatione noſtra, & decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam noſtram non habemus ad præſens, ad cautelam præſentium, & memoriam futurorum huiuſmodi reſeruationẽ cum præmiſſi interpoſitione decreti ſcribi, & in publicam formã redigi iuſſimus per Bernardum Capuarij publicum notariũ infraſcriptum: quam ẽt ſigilli, quo vtebamur olim Burdegal. eccleſiæ præſidentes, fecimus appẽſione muniri. Datum Burdegalæ, ij. Calend. Auguſti, Põtificatus noſtri anno primo.

¶ Ioannes xxij. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ Papa hic primo ambitionem, & importunitatẽ quorundam religioſorum, & ſæcularium ſuper obtinendis pluribus beneficijs diſpẽſatiue, qui inſufficientes quandoque erant pro vno in diuerſis locis regnis, & alijs locis diſtantibus recitans, apponit plures ex hoc cõtingentes inconuenientias, & tãdem ſtatuit, ꝙ omnes (exceptis Cardinalibus, ac regum filijs,) qui ſuper pluralitate beneficiorũ, quæ aliàs de iure non poterãt obtineri, diſpenſationem obtinent, vnum cum cura, aliud ſine cura, poſſint à tempore notitiæ eligere intra menſem, & alia cum effectu dimittere teneantur; aliàs omnibus ſic diſpenſatis ſint ipſo iure priuati. Et idem de beneficijs, in quibus ius eſt ad rem dum vacabunt. de pluribus etiam talibus iniuſte tamen, & ſine diſpenſatione detẽtis, ordinat, ꝙ vltimum retineant, & omnia alia dimittant intra menſem; alioquin omnibus ſint priuati. Item vult, ꝙ qui amodo talia receperint, dimiſſionem de primo faciant coram ordinario cum effectu: alioquin ſint omnibus ipſo iure priuati: quæ omnia ſic vacantia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis reſeruat, interpretans ordinarios in hoc caſu ſolos diœceſanos beneficiorum ſic dimiſſorum. Item hoc vult de ſolis beneficijs intelligi, in quibus quis per ſe, vel vicarium ſuum tẽporalẽ curam animarũ, vel ſpiritualem iuriſdictionẽ exercet de conſuetudine, vel de iure. hoc dicit de Lauduno.

CAP. IIII.

Execrabilis[a] † quorundam tam religioſorum, quàm ſæcularium[b] ambitio,[c] quæ ſemper plus ambiens, eò magis inſatiabilis[d] creditur, quò ſibi amplius indulgetur, & improbitas importuna[e] petentium à nobis, & prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe[f] plerumq; noſcũtur, vt vnus interdum etiam ad vnum beneficium eccleſiaſticum minus idoneus,[g] in diuerſis eccleſijs[h] nedum vicinis, ſed abinuicem longe diſtantibus,[i] immo nonnunquam in diuerſorum regnorum[k] partibus ſituatis, plures

Execrabilis.] Hæc decreta. quæ põt in ti. de præben. & dign. ſituari, diuiditur in decem partes. In prima, ambitio, & importunitas quorundã præmittitur. In ſecunda, multiplex incõueniẽs exprimitur. In tertia, ſuper his moderantia apponitur. In quarta de beneficijs iam iniuſte poſſeſſis ſtatuitur. In quinta, ſuper vacaturis, quibus eſt ius ad rem, conſulitur. In ſexta, de iniuſte detentis annectitur. In ſeptima, ſuper deinceps percipiendis cum appoſitione pœnæ proſpicitur. In octaua, omnium ſic vacantium prouiſio, cum decreto ſedi Apoſtolicæ reſeruatur. In nona, quis in hoc caſu dicatur ordinarius, declaratur. In decima, ſubijcitur de quibus beneficijs intelligatur. Secũda, [Vnde inter cætera.] Tertia, [Nos itaque.] Quarta, [Statuimus.] Quinta. [Per hoc.] Sexta, [Porro.] Septima, [Qui vero.] Octaua, [Quæ omnia.] Nona, [Cæterum.] Decima, [Quantum autem.]

a ¶ Execrabilis.] ſic incipiebat, quędã conſtitutio Alexan. iiij. loquens de ptãte legatorũ circa beneficia conferenda. Gul. de mõte Lauduno.

b ¶ Sæcularium.] ſupple clericorum: & ſic concordãt iſti in hoc, licet diuerſificent ſe in alijs, vt 16. q. 1. alia. vnde quaſi totus mũdus conuenit in hoc caſu. ſ. de ele. quorundam. lib. 6.

c ¶ Ambitio.] ſi. ſ. de præb. quia intantum.

d ¶ Inſatiabilis.] ad initar ignis materialis, cuius ardor tanto fortius accenditur, quanto magis de lignis in eo ponitur. & eſt huius rõ: nã talium dilectores vbi magis abundant in talibus, magis ad amorẽ inflãmantur eorum; quia nunq̃ vacat amor in anima amãtis, immo quantumuis ibi delectationibus magis abundat, magis accẽditur, & crematur. 45. diſt. omnes. & ideo dicit Seneca. Cum cętera vitia hominis ſeneſcente ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit: maxime cum de rebus mundanis nõ poſſit naturalr̃ aĩa, q̃ ſpiritualis eſt, ſatiari: ſed tũc dũtaxat anima beata ſatiabit, cum ſibi apparuerit gloria Domini, vt in pſal. xvj. Gul. de monte Laud.

e ¶ Importuna.] ſim. ſ. de reſcr. quia per ambitioſam. lib. 6.

f ¶ Quam extorſiſſe.] ſimile 31. q. 2. hac ratione.

g ¶ Minus idoneus.] ſ. de æta. indecorum. 100. diſt. contra morem. ibi, decorari, & cætera.

h ¶ Eccleſijs.] ſcilicet ſituatis, quod eſt infra.

i ¶ Diſtãtibus.] & ſic nimia diſtãtia nocet, vt hic; qñq; ẽt nocet nimia propinquitas, vt ſ. de conſue. cap. 1. li. 6. vbi habetur, quòd quis non poteſt in vna tenere, quod poſſet in diuerſis. Item nimia vicinitas Sodomæ, & Gomorrhæ nocuit alijs quinque vicinis. de quo ſ. de exceſ. prælat. clerici. facit ſ. de præſumpt. quoſdam. & c. quanto. prodeſt etiam qñq; diſtãtia, vt leg. & not. ſ. de in inte. reſt. cum ex litteris. in fi. vbi de hoc in glo.

k ¶ Regnorum.] hoc facit ꝓ opinione Io. poſita. 3. q. 6. neminem ſcilicet, ꝙ auctoritate

† Hęc extrauag. hr̃ inter xx. Ioã. xxij. ſub ti. de pb. cũ gl. dñi Zẽzelini: hic vero poniť ꝯ glo. Guliel. de Monte Lau.

† Specialiter iniũctũ plus timetur, q̃ qđ gñaliter imperatur. c. Si aduerſus. extra de hęr. c. quamquã. diſt. 1j.

Aĩa de rebus mũdanis ſatiari nõ pot.

Propinquitas nocet, qñq;.

† Vide conci. Tri. ſeſ. 7. de refor. c. 2. & 4. & ſeſ. 14. de refor. c. 17.

dicta re Apoſtolica non poſſit quis citari extra prouinciam, infra vnam dietam: cõ trarium tñ ſeruat curia Romana, vt tenet ibi Bartholomæus.

Pluralis locutio duo comprehendit.

a ¶ Plures, quàm duas.] aliàs autem pluralis locutio duorum numero contenta eſt. ꝫ. de reg. iu. pluralis. lib. 6. quod eſt verum, vbi duo, vel alia maior multiplicatio nõ præcedit eandem. ſed potius certa de ſe pluralitas ponitur, & non vaga. ꝫ. de præb. is cui. ſecus ſi fiat contrarium, vt hic, in hoc quod ſequitur, intra duas, vel tres, aut plures. & hoc in fauorabilibus: ſecus aũt in odioſis in quibus pluralitas ad vnum coniunctim. quandoq; reſtringitur, vt ꝫ. de priuileg. vt priuilegia. in fi. talia enim ſecundum materiam, de qua eſt ſermo plura, vel pauca dicuntur, & ad multa, vel modica referuntur, vt legitur, & not. 45. diſt. diſciplina. in fi. de cle. excom. latores. cum ſimil.

quàm duas, a vel tres, aut plures etiam dignitates, vel perſonatus, b officia, ſeu prioratus, c

Dignitas, & perſonatus parũ, aut nihil differũt.

b ¶ Perſonatus.] licet aliqui dicant infra nomina, ſcilicet dignitates, perſonatus, ſynonymiace pro eodem poni, textus tamen ꝫ. de præb. de multa. vř differentiam inter ea ponere aliqualem: in quo dum facta in principio mẽtione de dignitate, ſubiungitur in fi. hoc idem in perſonatibus quod crederem verum, ſi dixiſſet hoc ſimile. ꝫ. de conſti. tranſlato. quod non facit: ſed idem potius, quod differt multum à ſimili, vt ꝫ. de tranſla. epiſ. inter corporalia § ſicut autem. ibi tamen dicit pp expreſſam ſimilitudinem, vel identitatem potius, &c. quaſi dicam aliud eſt ſimile, & aliud idem vnde licet nomina ſint diuerſa, vnam tamen formam tenent: ſicut legitur 99. di. prouinciæ. de primatibus, & patriarchis. diuerſitas autem nominum introducta eſt ex diuerſis conſuetudinibus Eccleſiarum, & ex diuerſo modo loquendi, vt patet in illis titulis. ꝫ. de offic. vic. vſq; ad titu. de maio. vbi idem, & eadem adminiſtratio appropriatur diuerſis officijs pp diuerſas conſuetudines diuerſarum eccleſiarum, & diuerſos modos loquendi. facit ad hoc ꝫ. de conſti. cum acceſſiſſent. vbi primiceriatus, quandoque dignitas, quandoque perſonatus, interdum etiam officium dř. de hoc dixi pꝑter iſtos impetrantes, qui in ſuis ſupplicationibus, quas Papæ porrigunt, quandoque omnia iſta ponunt: quandoq; etiam deficiunt Et idem credo dicendum de officijs, & adminiſtrationibus, ꝙ vnum, ſ. aliud comprehendit. ſicut de hoc vidi dubitare in Eccleſia Tholoſañ. an ſ. operaria illius Eccleſiæ eſſet officium, vel adminiſtratio: cũ quidã impetrans haberet officium in ſuis litteris, non autem adminiſtrationem, quam dicebant dictam operariam eſſe ibi, non autem officium: & tñ impetrans obtinuit: vnde non video, ꝙ iura inter talia beneficia gradum, ſeu diſtinctionem aliquam ponant, ſeu faciant; quod credo facerent, ſi eſſet, ſicut faciunt in ſua propria materia inter curatam, & non curatam, & ſim. ꝫ. de præb cũ in illis. li. 6. ex quo ergo lex non diſtinguit: nec nos: nec vbi Papa hoc non facit: nec nos, & idem, & eiuſdem iuris dicerem eſſe archipresbyteratus, & decanatus in Pictauia: qa idẽ officium gerunt ibi: nam ex quo ſunt eiuſdem gñis, ſint, & eiuſdem iuris hos. n. plebanatus æquiparat Inno. cum dignitatibus, & perſonatibus. ꝫ. de præb. cum olim. in gl. ſua. de his plebanis loquuntur iura. ꝫ. de re iud. cũ inter. de præſcr. cum olim. 31. q. 1. & ſi dormiens. ꝫ. de deci. ad audientiam. Si aũt arguis de ſtylo curiæ, quæ in ſuis reſcriptis, & conſtitutionibus omnia ſingula talia ſpecificat, dic, ꝙ tales inculcationes verborũ ſæpe immiſcet in ſuis ordinationibus, & hoc facit ad cautelam, & ex ſuprabũdanti: cum talia non vitient, ſed proſunt potius ad exceptiones ſuperfluas citius elidendas. ad varietatem autẽ diuerſæ locutionis, ſeu mutabilitatem nominantium, nihil immutatur in iſtis realiter in effectu, nec mutari debet, ſeu aliqua diuerſitas denotari. arg. 10. di. lege. & ideo dicit philoſophus, pp noſtrum affirmare, vel negare nihil mutatur in re, vel hoc fit, vt diuerſis locutionibus gentium ſatiſfaciat. argu. ꝫ. de magiſt. inter concil. Vieñ. 37. diſt. qui de menſa. Quid ſi Papa dicit, conferimus tibi talem dignitatem, non obſtante, ꝙ talia beneficia teneas, qualiacunq; ſint: quæ omnia cum iſta volumus, ꝙ ex diſpenſatione noſtra poſſit tenere: numquid prima qualiacumque ſint, et ſi per electionem quis creetur in iſtis, iſte poterit retinere? Vř ꝙ ſic. arg. ꝫ. de præben. ſi Romanus in verſ. qualiacũque. vnde vř, quòd iſta duo operentur, quia ſcilicet tollãt omnem ſurreptionem, quotquot, & quæcumque ſint prima beneficia. Item, quòd inſimul obtineri valeant, quæcunque, & quotquot ſint: cum tantum valeat genus in generali, quantum ſpecies in ſpeciali. ꝫ. de maio. ſubtræ. in fi. de off. ord. ſi ſacerdos. nam qui dicit qualiacumque, nihil excipit. 19. diſtin. Romanorum.

Simile & idẽ differunt.

Officium, & adminiſtratio idẽ ſunt.

Prioratus appellatione qd continetur.

c ¶ Prioratus.] dicunt quidam nomine Prioratus contineri ſolas quaſdam adminiſtrationes, & dignitates monachorum, & aliorum regularium, vt ꝫ. de offic. ordina. præſenti. lib. 6. de præben. niſi. in fi. & c. cum ſingula. lib. 6 facit ꝫ de reſcrip. & ſi principalis. concil. Vieñ. vſus tamen in aliquibus partibus obtinet, prælatos, rectores ſæculares Eccleſiarum ruralium, & etiam curatarum, vbi cura tamen per vicarios in eis ſeparatim regitur, vocari Priores: ſicut in Carcaſſeſio, Ageneſio, & in exteris alijs partibus: & talis eſt Prioratus de Fraga in diœceſi Ilerdeñ. ſunt, & plures Priores ſæculares, & collegiati, ſicut Prior ſanctæ Radegundæ Pictauẽs, & de Manſo in Ageneſio, de talibus enim loquitur decre. ꝫ de præb. c: ſi: qui autem talium dicantur collegiati, & qui non, notaui plene in extrauaganti domini Ioan. Suſcepti. ſed quid dices de Prioratibus clauſtralibus, qui ſunt in iſtis monaſterijs, de quibus loquitur decre. ꝫ. de reſcrip. & ſi principalis. concil. Vienneñ. numquid iſta cadunt ſub edicto aliorum iurium. ſupra de conſue cap. conſuetudinem. & de præben. cum ſingula. lib. 6. & iſtius cap. ſcilicet, quod ſint incompaſſibiles cum alijs officijs, Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus conſtitutis intus monaſterium, vel extra? Videtur, quòd non, immo poſſunt ſe cum altero de alijs beneficijs intus, vel extra compati: immo etiam cum pluribus, aliàs tamen canonice poſſeſſis. Et eſt ratio, quia tales Prioratus, vt communiter nullas adminiſtrationes, ſeu temporales prouentus habent: ſed ſolummodo ſpiritualem iuriſdictionem, ſeu officium in perſonas monachorum, abbatibus dumtaxat abſentibus, & in eorum defectum. & ſic poteſt dici officium ſine adminiſtratione, ad inſtar illorum iudicum, de quibus legitur ꝫ. de in integ. reſti. cauſam. vnde nihil videtur eis repugnare, quin habentes alias adminiſtrationes, poſſint tales Prioratus tenere, ſicut aliàs beneficiati poſſent eſſe officiales etiam principales, vel vicarij generales, vicedomini, ſyndici, vel ſimilia officia in curia Romana tenere, vel alibi: talia enim officia, vel ſimilia nullam adminiſtrationem habent ſibi annexam: & ideo aliquo iure nõ prohibentur vna cum alijs exerceri, & inſimul poſſideri. de hoc etiam not. ꝫ. de conſue. conſuetudinem. 1. quæſt. 3. ſaluator. 89. diſtinctio. indicatum. maxime cum non ſint perpetua. quod vult dicta decre. conſuetudinẽ. immo de die in diem omnes iſti remouentur pro nutu cum cauſa, vel ſine cauſa. Et idem vř cenſendum, ſaltem quantum ad iſtam decre. & quantum ad c. cum ſingula. de Prioratibus ſimplicibus monachorum, in quibus quis non creatur per electionem: nec proprie inſtituuntur in eiſdem, vt no. Hoſt. ꝫ. de præb. de multa. & Gui. in d. decr. cum ſingula & de offi. ord. præſenti lib 6. licet aliqui contra Nec obſtat decre. ꝫ de ſup. negl. præla. quia regulares. in ñ quia illud non reſpicit præterita, vt patet in ver. cenſuimus. præterea ibi dicit tantum de Prioratibus, & Eccleſijs curatis: nec replicat de adminiſtrationibus, quaſi velit in illo obtinere dictam opinionem Gul. & Hoſt. Et idem videtur dicendum de archipresbyteratibus diœceſis Bituriceñ. qui conſueuerunt rectoribus aliquarum eccleſiarum committi per archiepiſcopum ſic, ꝙ quandiu viuit iſte archiepiſcopus, durat in ipſis rectoribus dictum

Archipresbyteratus Bituriceñ. nõ ſũt perpetui.

dictum officium archipreſbyteratus: ſed eo mortuo capitulum committit alijs, & poſtea nouo archiepiſcopo creato committit alijs, licet iſti archipreſbyteri excõicentur, &c. aliàs iuriſdĩonem ſpũalem exerceant: nihilominus tñ rectores curã aĩarum habentes, pñt iſtos tenere, & ſic fuiſſe interpretatum dicitur per Papam.

k ¶ Vagandi.] in hoc, quod habent diſcurrere per loca, in quibus beneficiati exiſtunt. ſimile. ſ. de off. ordi. quanto. debebant enim manere in ea vocatione, qua primo vocati erant: vt ſ. de reg. licet. in prin. talis itaq; diſcurſus frequenter nocet nedum animæ, immo & corpori, & burſæ: iuxta vulgare, quod dr, quod petra mutabilis nunquã accipiet muſcũ: & hoc verum eſt, niſi fiat ex cauſa iuſta: nam interdum valet loci mutatio. 81. diſt. valet.

Vagatio nocet corpori, & animæ.

aut diuerſa eccleſiaſtica beneficia curã [a] animarum habentia poſſit diſpenſatiue, cum [b] aliàs non liceret de iure communi, recipere, & ſimul licite retinere &c. Vnde inter cætera [c] inconuenientia infraſcripta naſcuntur, quòd videlicet, [d] interdum vnus, qui vnum, quamuis modicum vix officium [e] implere ſufficeret, plurimorum ſibi védicat ſtipẽdia: quæ multis litteratis [f] viris vitæ puritate, ac teſtimonio bonæ [g] famæ pollentibus, qui mendicant &c. poſſent abunde ſufficere, æqua [h] diſtributione collata. Habẽtibus [i] ipſa paratur vagandi [k] materia, diuini [l] cultus minuuntur, hoſpitalitas [m] in ipſis beneficijs debita [n] non ſeruatur: & dum [o] non ſunt ſui in vnaquaq; regione [p] rectores eccleſiarũ, detrahitur commodis, & honori: quæ carentes defenſorum auxilio in iuribus ſuis, & libertatibus multipliciter collabuntur: ruinis [q] patent ædificia nobilia &c. quæ magnificentia [r] extruxerat deceſſorũ. Et (quod [s] amarius eſt dolendum) animarũ [t] cura negligitur: & vitiorum [u] ſentibus fomentum [x] periculoſe præbetur. ¶ Nos itaque [y] tot malis, tantiſque diſcriminibus occurrere cupientes, omnes, & ſingulas diſpenſationes ſuper receptione, ac retentione [z] plurium dignitatum, perſonatuũ, officiorum, prioratuũ, aut beneficiorum, quibus cura ſit animarum annexa, ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum à nobis, vel dictis prædeceſſoribus

a ¶ Curam animarũ habentia.] quæ ſunt iſta, dicetur infra eod. c. §. fi.

b ¶ Cũ aliàs non liceret de iure cõi.] & ſic not. quod dare eſt de iure cõi aliqua beneficia ſibi ad inuicẽ cõpaſſibilia, etiã ſine aliqua diſpenſatione. ſim ſ. de reſcr. gratia. li. 6. & c. gratiæ. concil. Vieñ. quod eſt contra opinionem Hoſt. notatã. ſ. de præb. cum iamdudum. & cap. ſuper inordinata. & per glo. ſ. de electio. dudum 2. & de præben. de multa &c.

Beneficia aliqua ſunt de iure compaſſibilia.

c ¶ Vnde inter cætera.] Secunda pars.

d ¶ Videlicet.] nota primũ inconueniens.

e ¶ Modicum vix officium.] diuinũ, ſ. cuicũq; gradui ſpectans: & tñ nihil facilius eſt, & leuius hoc tempore, & hominibus acceptabilius ſi perfunctorie res agatur: ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, &c. damnabilius, vt 40. diſtinct. ante omnia. & maxime Miſſam, quam ſi quis vnicam in die digne celebrauerit, valde felix eſt, vt ſ. de celebr. Miſſ. te referente.

f ¶ Litteratis viris.] quibus potiſſime inter alios eſt de bonis Eccleſiæ ſubueniendum. ſim. ſ. de præb. de multa. §. vlti.

g ¶ Bonæ famæ.] iſta enim duo, ſcilicet nitor conſcientiæ, quantum ad dominum, & odor famæ, quo ad proximum, ſunt neceſſaria in miniſtris Eccleſiæ, vt ſ. de ſacra vnct. c. vnico. §. ad exhibendum. in fi. vnde in odore bonæ famæ potius, quàm in fama delectandum eſt, vt s. de accuſ. licet. Econtra vero infamia multa mala pręſtat, vt ſ. de accu. inquiſitionis. & c. qualiter. & qui hanc negligit, & in ſe oriri permittit, crudelis eſt. 12. q. 3. non ſunt audiendi.

Fama eſt clericis neceſſaria.

h ¶ Æqua diſtributione collatã.] Nota bona patrimonij crucifixi debere æquis portionibus diuidi inter aſſumptos in ſortem per capita, non per ſtirpes. omnes enim ſumus filij primi gradus. & hæredes, & ſic digni ſucceſſione, niſi ab ea propter ingratitudinem excludamur: potentioribus tamen nobilitate, litteratura, (vt de carnis proximitate, ſeu alijs taceamus) pares eſſe non poſſumus, nec debemus; eſt enim gradus inter angelos, Apoſtolos, & alios in cœleſti militia triumphantes, & ſic fuit ab initio temporis, & ſic erit. argu. 86. diſt. non ſatis. 89. diſt. c. 1. in fi.

i ¶ Habentibus.] verſ. & eſt ſecundum inconueniens.

l ¶ Diuini.] verſi. & eſt tertium, & dic de hoc, vt dixi in extrauaganti ſuſcepti, & de celeb. miſſ. graui. concil. Viennen.

m ¶ Hoſpitalitas.] verſicu. & eſt quartum.

n ¶ Debita.] quæ, quando, per quem, &c. quibus hoſpitalitas debeatur? dic vt legitur, & not. 42. diſtin. per totum. C. de epiſco. & cleri. l. 1. ſ. de empt. & vendi. ca. 1. in ſum. Hoſtien. de tempo. ordi. ſuper verbo, hoſpitale.

o ¶ Et dum.] verſi. & eſt quintum.

p ¶ Regione.] & ſic no. quod pręſens eſt, qui in regione eſt. hoc idẽ dicitur de illo, qui in ortis eſt.

q ¶ Ruinis.] verſi. & eſt ſextum.

r ¶ Magnificentia.] Not. magnificũ opus exercere, qui nobile ædificium erigit in loco ſibi cõmiſſo: iſtud enim proprie dicitur verſum in vtilitatem eccleſiæ, & durare verſum, vt not. Innoc. ſ. de fideiuſſ. quod quibuſdam. Et ſic eſt arg. per locum à contrario, quod in illis, qui per negligentiam ſuam talia permittunt collabi, cum ſint de ſe perpetua, de dilapidatione poſſint merito accuſari. & idem de illo, qui nemora antiqua non cædua ſine ardua neceſſitate Eccleſiæ ſcindit, vel deſtruit: talia vero de proprietate Eccleſiæ ſatis poſſunt dici cum emphyteutæ vſufructuario non liceat, vel vaſallo, vt ff. de vſuf. arboribus. in prin. cum l. præceden. i. & l. hactenus. in fi. cum ſeq. & ff. de cenſi. forma.

Ædificãs in beneficio ſuo ipſius vtilitatem facit.

s ¶ Et quod.] verſ. & eſt ſeptimum.

t ¶ Animarum.] quæ quanto precioſiores ſunt corporibus, tanto in eis amarior eſt iactura. extra de ma. & obe. ſolitæ. de pœni. & remiſſ. cum infirmitas.

u ¶ Et vitiorum.] verſi. & octauum.

x ¶ Fomentum.] ſuperfluæ etenim, & exquiſitæ delitiæ ſunt vitijs alimenta. 41. di. & 43. diſt. per totum. ſ. de vi. & ho. cle. c. à crapula

y ¶ Nos itaque.] Tertia pars.

z ¶ Retentione.] & ſic non ſufficeret diſpenſare, quòd poſſent plura recipere, niſi addetur, quod recepta poſſent retinere: quod verum eſt de incompaſſibilibus. aliàs ſecus, vt ſ. de reſcr. gratia. & de præb. non poteſt. lib. 6.

a ¶ Vni-

noſtris cuicunque perſonæ conceſſas,(Cardinalibus tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui circa nos vniuerſali [a] Eccleſiæ ſeruiendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt: ac regum filijs, qui propter ſublimitatem eorum, ac generis [b] claritatē ſunt potioris prærogatiua gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis,) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habita diligenti, de ipſorum conſilio, & ex certa noſtra ſcientia in forma ſubſcripta duximus taliter moderandas, [c] quòd per moderamen noſtrum effrænatā circa eaſdem perſonas talium beneficiorū multitudinem refrenemus, ipſiq; impetrantes fructu diſpenſationum huiuſmodi totaliter [d] non fruſtrentur. ¶ Statuimus [e] itaque, & de fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, quòd obtinentes nunc ex diſpenſatione legitima [f] pluralitatem [g] huiuſmodi dignitatum, perſonatuum, officiorum, aut prioratuum, ſeu beneficiorum, quæ [h] aliàs abſque alia diſpenſatio-

Vtilitas publica præfertur priuatę.

a ¶ Vniuerſali.] & ſic nota, ꝙ officium vniuerſale in ſe eius ſingularia comprehendit, ſicut alibi dr̄, quòd vtilius ſeruiunt iſti generali Eccleſiæ, quàm ſpeciali, & ſic publica vtilitas præfertur priuatæ, & maior minori, vt legitur, & notatur plene de hoc ſ. de poſtula. præla. bonæ. 1. q. 1. ſciat.

b ¶ Ac generis claritatem.] curialior eſt hic Papa, quàm Hoſtienſis; quod not. ſ. de præbē. venerabilis, ꝙ diſputare de nobilitate generis eſt diſputare de nobilitate ſtercoris.

c ¶ Moderādas.] & ſic diminutionem denotat, vt ſequitur, & probatur ſ. de verb. ſign. tranſmiſſæ.

d ¶ Totaliter.] mediā viā concedit Papa hic. ſimile ſ. de offi. deleg. quærenti. de offi. cuſt. cap. 1.

e ¶ Statuim⁹.] Quarta pars.

f ¶ Legitima.] ſupple, in quo ſunt neceſſaria oſtendi auctoritatem, ſcilicet, & poteſtatem diſpenſantis, & factum per quod diſpenſauerit, vt probatur ſupra de ſchiſma. fraternitatis. & ſic non ſufficit notitia defectus, & potentia, niſi ſit ad actum proceſſum, vt ibi not. & facit, quod legitur, & not. ſ. de eo, qui mitt. in poſſ. c. 1. ad quod facit, quod legitur. ſ. de præb. non poteſt. lib. 6. per quod videtur ceſſare, quod not. glo. ord. 51. diſt. c. fi. & 89. diſt. ſi qui. & Inn. ſ. de fil. presby. veniens. licet Hoſt. ibi concordet cum eis, quæ ſ. dixi. Simile dicit c. ſcilicet, quòd in quouis opere conſiderari habent duo, factum ſcilicet, & modus. ſ. de reſti. ſpo. Piſanis. Et intellige legitima non ſolum Apoſtolica, ſed etiam alia: dumtamen poteſtatem habuit ſuper hoc diſpenſandi, vt infra dicetur.

g ¶ Pluralitatem.] quæ duorum numero contenta eſt, vt ſ. de præben. ſi cui. §. penulti. de regu. iur. pluralis. lib. 6.

h ¶ Quæ aliàs abſque alia diſpenſatione legitima.] Sed quæ erunt iſta, quæ alias, id eſt de iure communi, ſeu ſpeciali, puta conſuetudine, vel ſtatuto, vt patet infra §. proxi. in verbo, de iure. abſque omni diſpenſatione poterunt licite retinere, vt ſic viſo de iſtis primitus, per conſequēs de alijs, quæ non poſſunt de iure abſque omni diſpenſatione retinere, licite nobis conſtet. Ad cuius maiorem dilucidationem vr̄, quòd in nullo caſu aliquis poſſet tenere duo beneficia in ſimul. & probatur ſic: nam per Innoc. Hoſt. & fere per omnes doctores traditur circa hoc talis regula: Omne beneficium eccleſiaſticum requirens reſidentiam de iure communi, ſpeciali priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine, non poteſt cum alio ſimili inſimul retineri. ſic no. ſ. de cle. non reſi. relatum. & c. ex tuæ. & ca. quia nonnulli. & c. fi. ſed ita eſt, ꝙ omne beneficium eccleſiaſticum etiam xx. ſolidorum requirit regulariter reſidentiam, vt in c. conquerente. cuius ratio eſt, quia beneficium datur pp officium diuinum: & diuinum officium habet fieri in propria perſona: nec ad hoc excuſationem habet, niſi propter ſolam infirmitatem. 91. diſt. per totum. de celeb. Miſ. c. 1. ergo nullum poteſt cum alio inſimul retineri. Nec obſtat ſi dicat, ꝙ vna perſona poteſt inſimul duo officia facere, quod non eſt verum; quia ſi

Beneficia plura obtinere an liceat.

non poteſt in vna eccleſia, vt ſ. de conſue. c. 1. lib. 6. multo minus in diuerſis; quia nō pōt diuidere perſonam ſuam. & ideo no. Inn. & Hoſt. ſ. de conceſſ. præb. cum noſtris. in gl. credimus tñ, &c. & de renun. admonet; ꝙ vbi eſt conſuetudo, vel ſtatutū alicuius eccleſiæ, per quod quis obligatus eſt ad reſidentiā perſonalem ꝓ certo beneficio, puta pro capellania, ſeu altari, ꝓ aliquo mortuo relicto, recipiens tale ſimile, ipſo iure primo renunciare vr̄. & eſt rō, quia non poteſt continuam reſidentiam facere perſonalem in vtraque. de hoc nota. 81. diſt. ſi quis ſacerdotum. nec poteſt eps diſpenſare ſuper talibus, ex quo ambę reſidentiam requirunt, vt vr̄ Inn. innuere in ca. admonet. licet in contrarium notetur 21. q. 2. c. 1. & c. ſi quis iam. In contrarium patet, ꝙ omne beneficium poſſit cum alio inſimul retineri. Cōſtat enim, ꝙ aliquis duas poteſt tenere canonias in pluribus eccleſijs ſine aliqua diſpenſatione de iure communi: & eſt rō, quia hoc eſt ad honorem, & fauorem eccleſiarum, licet præbendas vtriuſq; non debeat recipere in abſentia. & ſic ſeruat curia Romana, vt legitur: & no. maxime per Inn. ſ. de præb. cum iamdudum. de cler. non reſi. c. fi. ſed ita eſt, ꝙ in talibus reſidentijs præbenda vincit eccleſiam curatam, cui annexa eſt, vt ſ. de præben. extirpandæ §. qui vero. & eod. tit. ſuper eo. lib. 6. ergo ſi præbenda ſibi compatitur aliam præbendam: multo fortius eccleſia curata eccleſiam curatam: qui ſi vinco vincentem te, &c. Præterea omnes eccleſiæ vna eccleſia ſunt. 21. diſtinct. quamuis. Nec obſtat, quod dr̄, quòd qui viuit de altari, ſeruire ei debet, aliàs viuere non debet. Dic, ꝙ quilibet reſidens, ſiue non reſidens, altari ſeruit, dum bene faciat, & bene expendat, quod inde percipit, iuxta vulgare de beau meſſa, qui de beau paſſa. arg. ſ. de mag. c. ſi. ſicut not. Inno. de cler. non reſi. c. fi. vbi de hoc plene per ipſum. Ad ſoluendum iſtud contrarium vidēdū eſt primo, quæ ſint beneficia, in quibus ipſo iure per aſſecutionem ſecundi vacat primum, etiam ſine alio facto, ſeu ſententia hominis. Secundo, quæ ſunt illa beneficia, quæ ſi non vacant ipſo iure, primum tamen vacat per ſententiam aliorum ſuperiorum præhabita monitione ipſius, non tamen primum: ſed illud, quod eligendū nō duxerit. Tertio, quæ ſunt illa, quæ non ipſo iure, nec per ſententiam ſuperioris vacant, ſed omnino ſunt compatibilia inter ſe. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ quædam ſunt beneficia ſuprema, quædam duplicia, quędam ſimplicia. Suprema ſunt epiſcopatus, & ſuperiora, in quibus non eſt dubium, ꝙ aſſumendo ſecundum cū auctoritate Papę, ipſo facto vacabit primum. ſ. de tranſla. c. 2. ſi ſine auctoritate Papæ, vtroque caret. ſ. de tranſla. quanto. in fi. Duplicia ſunt dignitates inferiores, perſonatus, & beneficia curam animarum habentia; in quibus aſſumēdo pacifice poſſeſſionem ſecundi cum titulo, ipſo facto vacat primum. ſ. de præb. de multa. & in hoc caſu, & in præcedenti ſolus Papa diſpenſat, nec valet conſuetudo in contrarium, vt in cap. de multa. niſi eſſent dependētes inter ſe, vel vnitæ, ſeu tenues, vt ſ. de æta. & qualita. ca in

te. 10.

An canonias duas pſit ſine diſpēſatione teneri.

te.10.q.3.vnlc. vel niſi vna commendata eſſet, & alia intitulata, iuxta decret.ſup.de elect.nemo.lib 6. Sed numquid ſola tenuitas, ſeu paupertas eſt cauſa ſufficiens, quod epiſcopi per ſe poſſint plures conferre vni, vel plures poſſint ab vno ſine alia diſpenſatione à Papa impetrari? Videtur, quod ſic per dicta iura. Credo potius contrarium, & quod dictis iuribus ſit derogatum per c. de multa. & ideo expedit, quod epiſcopus ipſas vniat ſi propter ipſa adſit paupertas, aliàs caderent ſub iſta pœna. Sed numquid dependentes, vel vnitæ præſumentur tales eſſe, ſi aliàs de hoc non doceatur expreſſe: tamen eſt per xl. annos ſic fieri conſuetum? Non credo, quod ſit actus præſcriptibilis, cum ſine inſtitutione canonica talia teneri non poſſint, ſicut dicitur de decanatibus, & eccleſijs curatis.inf.dixi plene de hoc. Omnia vero alia ſunt ſimplicia, & in iſtis, an ſint compaſſibilia necne, ideſt, an duo quis poſſit inſimul retinere? diſtinguitur: quia aut quis teneat ea nō vt intitulata, ſed vt ſimplicia beneficia, aliàs velut commendata, in quo caſu talis non cenſetur clericus illius eccleſiæ, qua quis intitulatus non eſt, licet beneficiatus inibi ſit, vt not.21.q 1.cap.1. & voco hic beneficiatum ſine titulo iſtos aſſiſos, portionarios, præſtimoniarios habentes altaria vel capellas pro Miſſis defunctorum. ſup.de cleri non reſiden. cap.penult. de præben. ſignificatum. & idem de habētibus poſſeſſiones ad vitam. 16.q.1.poſſeſſiones. & q.3.illud.12.q.2.quicunque. cum ſimilibus. Et in hoc caſu crederem aliquem de iure communi poſſe habere plures, maxime vbi alias per ſe non ſufficeret, niſi forte ex iure ſpeciali, puta priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine eſſet prohibitus. Sunt alia ſimplicia, & intitulata, ſicut ſunt eccleſiæ rurales ſine cura, vel præbendæ alicuius eccleſiæ collegiatæ, vel cathedralis. 70.diſtin.ſanctorum.71.diſtin clericos. 21.q.1.cap.1. nec talis ſic intitulatus recedere debet ab illa, in qua vocatus eſt.7.quæſt.1.epiſcopum. quo caſu proprie dicitur clericus talis eccleſiæ. Sed in iſtis duobus caſibus vltimis quæro de tribus quæſtionibus. Prima eſt, an de iure quis poſſit duo talia beneficia, vel vnum duplex cum alio ſimplici inſimul retinere? Secundo, an de conſuetudine ſaltem? Tertio, an ex diſpenſatione? Ad primum dicendum eſt, quod tam titulata, quam intitulata, vel etiam vnum de illis cum vno duplici quis tenere poteſt, de iure, & conſuetudine Romanæ curiæ, vt ſup.de præben.exurpandæ. §.qui vero. per Innocen. & de præben. ſuper eo. lib.6. fructus tamen illius præbendæ, ſeu beneficij, in quo reſidet, non percipiet; & ſic erit canonicus, & non præbendarius: & ſic quaſi canonicus honorarius ad inſtar honorarij tutoris.ff.de admin.tu.ſi plures.§.1.iſte eñi vocabitur ad communes tractatus, vt not. Hoſtien. in cap. ſuper inordinata. nec in hoc caſu ille, qui tali aliàs beneficiato dat ſcienter ſecundo beneficium, poterit ipſum cogere ad reſidentiam, quia ſuper ea tacite videtur diſpenſare cum eo, vt not.Innocen.de cler.non reſiden.cap. fin & de præben cum iamdudum. Quid ergo erit de conſuetudine in talibus? Diſtingue, quia aut loqueris in eadem eccleſia, aut in diuerſis. Si primo, non potes diuerſa, ſeu plura habere. ¶.de conſue. cap.1.lib.6. quæ decre.videtur intelligi de intitulatis inibi perpetuo, quouis nomine dictum beneficium cenſeatur: quia ſecus crederem de alijs, puta præſtimonijs, officialibus, prioratibus temporalibus, ſeu clauſtralibus, ſyndicatibus, vel alijs officijs ſimilibus. Si autem loqueris in diuerſis eccleſijs, hic non poſſum dare certam doctrinam de conſuetudinibus, priuilegijs, ſeu ſtatutis ſingularibus, ſeu ſpecialibus, cum ſint facti, & in facto conſiſtant. ſup de conſtit.licet lib.6. vnum tamen dico, quod ſi conſuetudo, vel ſtatutum conditionet in ſua eccleſia beneficia ſic, quicunque beneficiatus alias adipiſcatur beneficium in iſta eccleſia eo ipſo vacet illud: & ſint ambo beneficia in poſſe ſtatuentis: primum vacat de facto, licet alias eſſet cum ſecundo compaſſibile de iure, niſi eſſent diuerſi collatores,

Beneficia ſimplicia, an ſint incompaſſibilia.

Conſuetudo pōt quãdoq; beneficia cõditionare.

ne legitima obtinere nequibant, vnum tantum ex dignitatibus, perſonatibus, officijs,

& collator primi beneficij intra ſex menſes contradiceret, iuxta ea, quę not. Innocen.ſup.de renuntia admonet. de præben.de multa. ſic intelligo, quod not. per Innocen. & Hoſt. ¶.de conceſ.præb.litteras.& dixi ¶. Quid ſi ſtatutum dicat, quod talis compellatur dimittere primum, ſicut eſt in ſtatutis eccleſię Barchinon. Dic, quod in hoc caſu erit opus facto hominis: nec crederem, quod præciſe poſſet epiſcopus agere contra talem ad dimittendum primum: ſed conditionaliter, ſcilicet ſi velit retinere ſecundum: ex quo nec de iure, nec de ſtatuto aſſecutio ſecundi aufert ſibi primum. ſic intelligitur ¶. de præben.referente. Sed nunquid conſuetudo per quadraginta annos ſeruata poterit viceuerſa incompaſſibilia facere compaſſibilia, verbi gratia. Conſuetudo patitur, quod decanus ruralis, qui habet viſitare, & archidiacono, vel epiſcopo referre, & ex hoc procurationem recipere, inſtituere corporaliter rectores, eccleſiarum vacantium cuſtodiam gerere, & tempore vacationis adminiſtrare diuina, & exercitium curæ in ipſis, habeat vnà cum decanatu tali vnam eccleſiam curatam illam, vel iſtam ſi qua ſibi aliàs canonice conferatur: numquid talis conſuetudo excuſat contra iſtam decre. execrabilis. & à pœnis eiuſdem? Videtur, quod ſic, ſup.de conſti. cum omnes. in fi. cum excuſet in ſacramentis, quod eſt fortius, 91.diſtin. peruenit. Item in matrimonijs ſupra de ſponſ. duorum.cap.fin.de cog ſpi.ſuper eo. tacite enim videtur conſenſiſſe princeps, ex quo per xl. annos obſeruata fuit inconcuſſe ſaltem in maiori parte eccleſiarum, vt de offi. archid.cap.fin. & ſic cum facti ſit, non videtur eam reuocaſſe per ſuam generalem conſtitutionem, in qua de ipſa non fuit facta ſpecialis mentio, vt patet per cap.ſup. de conſtitu.licet.lib 6. Contrarium credo, nam expreſſe dicit textus, quod quicunque receperit beneficium habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, quod exponit Innocen.dicens, tale, ſcilicet, curam habens ſtricte in foro animæ.ſupra de pœn. omnis. ſiue large, ſcilicet ſi habet in foro contentioſo. ſupra de electio dudum. & hoc ſiue habebat in eccleſia cathedrali collegiata, parochiali, vel capellania, & etiam licet non habeat ſpecialem eccleſiam, vel in eccleſia certa: habet tamen ſuper certa loca, iuxta cap. ſupra de præbend. ſuper eo. lib.6. de quo per Innocen.in cap.de multa.& de offic.archid.cum ſatis.ex quo ſequitur, quod ſi ſic intitulati in diuerſis eccleſijs, vel beneficijs, erant primo ipſo iure priuati: ſequitur, quod non poſſidebant ipſam à principio aliqua poſſeſſione colorem habente, ſeu adminiculum iuris: & ſic non præſcribebant. ſup.de reg.iur.ſine poſſeſſione.lib.6. 8.diſtinctio.quo iure ſup.de præſcrip.cauſam. de reſtitu. ſpolia. ex parte. de regul.iur.beneficium. lib.6. maxime cum in titulis beneficiorum, qui omnino ſunt ſingulares, vt 8.quæſt.1.olim. poſſeſſio vnius non iuuat alium, cum in talibus non cadat ſucceſſio iuris, vel facti, licet in caſu cadat ſucceſſio litis, vel cauſæ, vt ſupra, vt lite penden.ſi hi in fine.lib.6. & dicto cap.olim. de præbend. capitu.1. de hoc etiam dixi ſupra in extrauag. ſuſcepti. Non obſtat ſupra de præſcriptio.ſi qui exigentibus.lib.6. vbi non præſcribunt priuati ipſo iure: ſed eorum ſucceſſores cum bona fide: in noſtro autem caſu non eſt dare ſucceſſorem, vt dixi ſup.eod. cap. & alia ratio, ſcilicet, quod conſuetudo non valeat in tantum grauamen eccleſiarũ, & derogationem Papæ, & legis ſuæ, cum introducendo conſuetudinem populus, ſeu clerus habeat intentionem ſuā declarare ex ipſis factis. ff.de leg. l.de quibus. ſed ipſe clerus in factis Papę nihil hēt declarare, cui ineſt obſequendi neceſſitas, nō auctoritas imperandi.19. diſt.ſi Romanorũ. & c.in memoria. maxime vbi expreſſe ſoli Papę reſeruatũ eſt, ſicut eſt in noſtro caſu.ſimi.91.diſ. illud. .o..diſt.5 morem.¶.de conſue.c.1. & ca quanto. & c. vlt.cum ſimilib. Idem videtur dicendum de conſuetudine aliquorum monachorũ, qua adminiſtratores, puta

Beneficia incõpaſſibilia, an per cõſuetudinem poſſint fieri compaſſibilia.

Cura animarum habetur in duplici foro.

Beneficiorũ tituli ſunt ſingulares.

prior

prioratibus, [a] eccleſijs, vel beneficijs huiuſmodi, quibus cura immineat animarum, cum dignitate, perſonatu, vel officio prioratu, eccleſia, vel beneficio ſine cura, quæ habere maluerint, prętextu diſpenſationis [b] ſufficientis circa id eiſdem indultæ, poſſint licite retinere: quæ [c] tamen teneantur eligere intra menſem numerandum à tempore notitiæ [d] conſtitutionis iſtius: Cæteris [e] beneficijs cũ cura, vel ſine [f] cura, quæ ipſius diſpẽſationis prætextu tenebant, & quę aliter ante non poterant de iure abſq; diſpenſatione aliqua licite retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinarijs [g] ſub teſtimonio publico [h] intra idem [i] tempus verbaliter, vel realiter [k] cum effectu dimiſſis: abſq; eo, quod ad illa nunquam ſine noua collatione [l] ab eo, qui facere poterit facienda redire, aut eorum adminiſtrationi ſe immiſcere [m] pręſumãt. Alioquin tam his, quam alijs omnibus beneficijs, quę virtute huiuſmodi

prior eius clauſtralis, camerarius, ſacriſta, celerarius, vel ſimiles poterunt cum ſua adminiſtratione tenere vnum prioratum extra, vel aliud beneficium, ſi ſibi aliàs conferatur, quod videtur reprobari in perpetuis, vt hic: & ſ. de præb. cum ſingula. lib. 6. ſecus in temporalibus, vt dixi ſ. de priore clauſtrali, & de officialibus eorum, & ſimilibus. Ad tertium quo quæritur, an poſſit, & quis cum talibus diſpenſare? Et videtur, quod nullus citra Papã, quia ex quo talia beneficia facta ſunt incompaſſibilia de iure, & de cõſuetudine, vel ſtatuto, & ipſę cõſuetudines, & ſtatuta aſſumunt vigorem à Papa, qui in eis tacite, vel expreſſe vt cõſentire, & eis firmitatem dare, vt ſ. de maio. & obed. ſi quis. & de hoc not. ſ. de conſti. licet. lib. 6. ergo citra Papã nemo poteſt diſpenſare. non enim ipſi ſtatuentes per ſe ſtatuunt: ſed potius ipſe Papa, qui in ſuo canone dedit eis poteſtatẽ ſtatuendi. argu. ſ. de tranſla. inter corporalia circa medium, ibi, præſertim cum nec ſine auctoritate Romani Pontificis. & c. canonem. ſ. de maio. & obe. ſi quis. de ſen. excom. ſi concubinæ. immo vr, quod nec ipſe Papa, saltẽ in ijs, quæ ſunt ſtatuti, vel conſuetudinis, dum diſpenſatio non faciens mentionem de alio iure ſpeciali non valeat. ſ. de præſcrip. cum olim. & cap. veniens. ſed Papa non poteſt diuinare omnia iura ſpecialia, vt ſ. de conſti. licet. ergo, &c. Ad quod dicendum, quod in ſupremis, & duplicibus Papæ, in ſimplicibus, vel vno ſimplici, & alio duplici non requiritur diſpenſatio, ex quo ſunt de ſe compaſſibilia, vt hic. & not. de præb. cum iam dudum. & c. exurpandæ. §. qui vero. per Innoc. fallit primo, niſi conſuetudo, vel ſtatutum faceret ea incompaſſibilia, vt ſ. dictum eſt. Secundo vbi exigitur perſonalis reſidentia in vtroq;: quia tunc ſuper reſidentia alterius ordinarij diſpenſatio requiritur, niſi forſan dicas, quod collator ſecundi ipſo facto ſuper reſidentia diſpenſat in hoc, quod tali ſic adſtricto primo beneficio confert ſecundum, vt not. Innoc. de cler. non reſi. cap. fin.

a ¶ Prioratibus.] collegium ſcilicet habentibus, ſeu eccleſiam parochialem ſibi annexam, dum tamen eccleſia immediate per ipſum Priorem regatur, quia ſi ſecus per vicarium perpetuum, vt ĩ §. fi.

b ¶ Diſpenſationis ſufficientis.] diſpenſatio enim erit ſufficiens, ſi quicquid erat impedimenti relatum in ipſa fuerit, & expreſſe ſuper omnibus diſpenſatum, aliàs non, vt ſ. de elect. dudum. 2. in fi. de conſan. quod dilectio. de præben. non po. eſt. lib. 6.

c ¶ Quæ.] ſcilicet, vnum curatum, & aliud nõ curatum.

d ¶ Notitiæ.] ſupple, per quemcunque de iſtis ſcitæ. & ſic non à tempore publicationis factæ in curia, vel prouincia. quia ſi intelligeret publicationis, ita dixiſſet ſicut dicit, notitiæ. argu. ſ de deci. ad audientiam. ſimile ſ. de conceſ. præb. quia diuerſitatem cum ſimilibus. Is enim, qui neſcit, nõ dicitur poſſe experiri. 2. q. 5. biduum. ff. de calum. annus.

e ¶ Cæteris.] verſiculus eſt.

f ¶ Sine cura.] aliàs tamen de ſe incompaſſibilia de iure, vt ĩ nſ. patet.

g ¶ Coram ordinarijs.] ideſt, diœceſanis, non aliàs, vt inf. eo § cæterum.

h ¶ Publico.] ſcilicet, tabellione, vel Papæ, vel Imperatoris, vel alio creato tamen ab illo, qui poteſtatem habuerit hunc creandi ex conſuetudine, vel de iure, vt legitur, & not. ſup. de fide inſtru. ca. 1. & 2. & cap. cum dilectus. & c. fin. ſimile ſ. de electio. vt circa. & de offi. ord. ſi canonica. li. 6. An officium tale ſit voluntariæ iuriſdictionis in tantum, quod extra territorium creãtis ipſum valeat exercere, vel potius contentioſę, & ſic non poterit. nõ eſt materia propria: ſed de hoc not. Hoſt. ſ. ne cle. vel mona. ſicut te. Sed nunquid authenticum ſigillũ epiſcopi, vel alterius prælati erit teſtimonium publicũ? Non videtur, quia ſi Papa hoc voluiſſet, adieciſſet: ſicut fecit in dicta decre. ſi canonici. & in cap. vt circa. adiecit litteris. quod exponitur: ſigillo authentico ſigillatis. Credo, quod authẽticum ſigillum ſatis faciat teſtimonium publicum: dum tamen illum cuius eſt ſigillum, principaliter non tangat: ſed alios potius, maxime ſubditos, argu. ſ. de proba. poſt ceſſionem. & cap quoniam. & de teſti. à nobis. cum ſimilib. vnde licet in iudicialibus non credatur regulariter vni, vel eius ſigillo, vt ſ. de proba. quoniam. in extraiudicialibus tamen talibus miniſtris, & eorum ſigillis circa officium ſuum creditur. arg. ff. de reb. cor. l. magis. §. illud. ſic Compoſte. ſ. de reſcrip. capitulum.

Sigillum epiſcopi, an ſit teſtimonium publicum.

i ¶ Idem tempus.] ſcilicet, ſex menſium.

k ¶ Realiter.] dum tamen eſſent præſentes in ſuis beneficijs, aliàs ſi ſint in curia, vel aliàs longe, ita quod præſentialiter hanc realitatem non poſſint intra dictum tempus oſtendere, nec ad effectum dimiſſionem perducere, ſufficit, quod animo, & verbo expreſſo faciant hoc cum teſtimonio publico ibi vbi ſunt, & quod hoc vt citius poterunt, mittant, & denuncient dictis diœceſibus. & hoc credo, quod ſufficit, dum tamen poſtea nullum ius ſibi in ipſis vendicent, nec per ſe, vel per alios aliquod impedimentum apponant, quo minus Papa poſſit libere diſponere de eiſdem. arg. 12. q. 2. faciat.

l ¶ Noua collatione.] quæ immediate eis fieri poterit etiam per ordinarios, ſi aliàs beneficia iſti compaſſibilia dimitterent: dum tamen eſſet ordinarijs facultas diſponendi de iſtis, cum non propter crimen, ſed ſolo placito Papæ iſti huiuſmodi beneficijs ſunt priuati. argum. ſ. de elect. ſuper eo.

m ¶ Se immiſcere.] & ſic eſt argu. quod immiſcens ſe beneficio quo priuatus eſt, vel ſuſpenſus, iure quod in eo obtinet, priuatus eſt ipſo iure. quod credo verum vbi expreſſit in pœnam, hoc eſt in ipſa, vel alia conſtitutione adiectum, ſicut eſt hic. ĩ. alioquin, &c. & ſup. de elect. cupientes. §. cæterum. lib. 6. alias ſecus. ſed punietur arbitrio ſuperioris, vt ſup. de elect. ſtatuimus. in fi. lib. 6. & ibi per Hoſt. ſuſpenſio enim à beneficio non procedit à claue, nec cõprehenditur ſub cenſurę nomine, ſed ſuſpenſio ab officio duntaxat. ſ de verb. ſig. quærenti. & de exceſ. præla. tanta. quod patet, quia abbatiſſa licet non habeat claues, vt ſ. de pœn. noua. nihilominus hanc pœnã infligit,

vt

vt ſ. de malo. & obed. dilecta. aliàs per totum mundum ſe extenderet, ſicut vſus clauis ſe extendit, vt ſ. de treu. c. 1. in fi. & tamen non tranſgreditur territorium profe- rentis eandem, vt ſ. de ele. ſi compromiſſarius. lib. 6. cum ſimilibus.

de iſtis tamen incompaſſibilibus dic, vt in dicto cap. de multa. per hoc enim videtur ſublata opinio Gard. po- ſita ſupra de offic. ordi. ordinarij. lib. 6. quæ videtur in talibus dare electionem, de quo dic, vt ibi, & in ſequenti gloſſa.

noſtri moderaminis retinere poterant,[a] vt præfertur, ſint ipſo iure priuati, & prorſus inhabiles ad ſimilia beneficia obtinenda.[b] ¶ Per hoc[c] autem ijs, qui dignitates, perſonatus, officia, prioratus, vel alia beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione, quæ ius[d] tribuat, iuxta noſtram moderationem præſcriptam obtinent, & alia ſimilia beneficia noſtrarum, vel eorundem prędeceſſorum auctoritate litterarum expectant,[e] cum quibus eſt, vt illa cum vacauerint recipere, & vnà cũ obtentis retinere licite valeant, diſpenſatum, nolumus derogari, quin ea cũ vacauerint, intra dicti temporis ſpatium poſſint eligere, & dimiſſis alijs recipere in forma præſcripta, ac licite retinere: pœnas ſimiles incurſuri, ſi huiuſmodi noſtræ contraire præſumpſerint ſanctioni. ¶ Porro,[f] quia quorundam oculos ſic auaræ[g] cupiditatis vitium excœcauit, quòd plura talia beneficia ſimul abſque diſpenſatione canonica retinere præſumunt:[h] nos de illis præſenti decreto ſtatuimus, vt omnia, & ſingula beneficia ſic detenta, (illo tamen retento, quod vltimo receperunt, dummodo in eo ex collatione canonica[i] competat ius eiſ-

a ¶ Poterant.] quæcunque illa ſint, ſiue de iure communi, ſiue diſpenſatione mediante eis cõpeterent. ex quo dicit ſ. omnibus in contrarium &c. videtur: nam ſola illa videtur eis auferre, q obtinebant ex diſpenſatione, & non alia: quod vr innuere præcedens verbum: ibi, virtute huius noſtri, &c. ergo ſecus de alijs, maxime cum ſit pœnalis hæc conſtitutio, & ſic reſtringenda &c. de pœni. diſt. 1. pœnæ. pro prima parte facit, quod ſequitur, & prſus inhabilis, &c. huic tamen poſſet reſponderi, q turpius ejicitur, & difficilius, quàm non admittitur hoſpes. ſupra de iureiurã. quemadmodum.

b ¶ Obtinenda.] & ſic qui grauiter offendit principem, multiplici pœna punitur. ſ. de iudi. at ſi clerici. in fi. de exceſſ. prælat. grauem.

c ¶ Per hoc autem.] Quinta pars.

d ¶ Quæ ius tribuit.] ſ. ſpeciale, cum priuilegium ſit ius, & lex priuata. 3. diſt. porro.

e ¶ Expectant.] & ſic habebant ius ad rem tantum. vnde not. hic, q ſuperueniens conſtitutio priuatiua fortius operatur in beneficijs realiter poſſeſſis: quàm in his; in quibus tantum ius eſt ad rem, quod eſt contra decre. ſ. de conceſ. præb. quoniam. lib. 6. Dic, q non obſtat, quia ibi ſimpliciter reuocabat expectantes, & ius ad rem ſolum obtinentes, hic ſub conditione, optione, ſ. ſeruata retinẽdi, quod vellent, quæ optio non poſſet habere locum in hoc caſu, niſi adhuc perduraret ius illis expectantibus; quod ſit, ne ſint deterioris conditionis, quam alij, & q conſtitutio ſit omnibus æqua, & ne eorum impetratio multis expenſis, & laboribus obtenta eis penitus ſit damnoſa, cum ignorent merito, quod obtinebunt ratione expectationis; quia de futuris nemo certus: & ſic optare nõ poterant, & ſic impedito non imponitur conſtitutio, ſicut nec ignoranti currit tempus, vt ĩ. de conſti. cap. 2. de elect. eis.

Futura ſunt incerta.

f ¶ Porro.] Sexta pars.

g ¶ Auaræ.] auaritia. n. eſt idolorum ſeruitus, vt ſ. de præb. auaritiæ. & de elect. auaritiæ. li. 6. nam ipſa excæcat poſſeſſores ſuos, vt in d. c. auaritiæ.

h ¶ Præſumunt.] hęc præſumptio inducit infamiam, furtum, & peccatum mortale, vt ſ. de elect. dudum 2. vbi de hoc nam per illud, quod erat expulſiuum omnium aliorum, ex quo alia erant ſibi incompaſſibilia, videtur alijs tacite renunciaſſe, & ipſa pro derelicto habuiſſe, iuxta decret. ĩ. de præb. de multa. 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. & arg. 32. q. 1. cum renuntiatur: nam ſicut clauus clauo retunditur; ſic vnum beneficium alio.

i ¶ Ex collatione canonica. hoc videtur impoſſibile, quòd ex quo quis primo tenebat plura beneficia curata, & incompaſſibilia ſine diſpenſatione: & ſic per conſequens erat vt fur, infamis, & ineligibilis, & in mortali peccato conſtitutus, vt ſ. de elect. dudum 2. q tali canonice poſſit aliud dari: immo dicit decre. quòd niſi prius talia ſic ſine diſpenſatione obtenta libere, & ſponte reſignent, collatio facta de alijs penitus nullius eſt momenti, vt ſ. de offic. ordin. ordinarij. in fine. Poteſt dici, quòd illa loquitur, vbi plura tenebat illicite, antequam vltimum aſſequeretur, vel vbi illa priora habebat licite cum diſpenſatione: ſed non erat in ea, q non poſſet aliud recipere: ſed hic vbi duo tantum, ſic, quòd ante aſſecutionem ſecundi licite tenebat primum. & ſic concordat ibi cum decre. de multa ſ. de præb. Cum decre. de multa. vr iſta ſimilis omnino: ſed huic contradicit etiam in hoc, quod ſ. dixerat plurima, quod verbum plura, quàm duo videt comprehendere: quare videtur potius, quòd ſpecialis ſit hæc prouiſio, per quam Papa vult talibus proſpicere efficiendo gratiam, ſ. q dato, quòd in nullo de iſtis haberent ius, poſſint tamen vigore huius decre. vltimum retinere, aliàs eis canonice collatum, quod denotat hoc verbum, aliàs. quaſi dicat non erat omnino canonica collatio propter pluralitatem, quæ hoc impedierat: ſed aliàs, id eſt, ſi non eſſet pluralitas, canonica erat: aliter non video, quòd poſſet reſponderi dictis decre. dudum. & cap. ordinarij. Vnde iuxta hoc vidi dubitari: An obtinentes plura beneficia de ſe incompaſſibilia ſine diſpenſatione habeant vocem in electione, & ſic an poſſint eligere actiue. Secundo an poſſint eligi paſſiue. Tertio, an ſi quis electus fuerit, poſſit ſecum per inferiorem Papa ſine reſignatione diſpenſari. vnde planum eſt, quòd & talis cum ſit in peccato mortali, vt not. glo. ſ. de elect. dudum. in fi. & ſic quo ad ſeipſum tantum ſuſpenſus, non quo ad alios, non debet in officio ſuo vitari, vt legitur ĩ. de vita, & hone. cleri. quæſitum. immo ſi acquiſiuit beneficium, poterit cum eo per ſuum epiſcopum diſpenſari, prout videntur not. Innoc. & Hoſt. ĩ. de tempo. ordin. dilectus. & de cle. excomm. poſtulaſti. glo. in verbo, diſpenſare. quod credo verum: niſi dictum peccatum non habebit infamiam publicam, ſeu reſtitutionem rei alienæ ſibi annexam: nec ſit tale, quòd aliàs impediat de ſe executionem ordinum, vel officij poſt peractam pœnitentiam. de quo per Inno. ĩ de deſpon. impub. ad diſſoluendum. & de renun. niſi, ſicut eſt iſte, niſi forſan aliud ſit poſt di-

Electio, an impediatur propter beneficiorum incompaſſibilitatem.

miſſionem illorum beneficiorum, quę iniuſte detinet, vt in c.dudum.Sed an poſſit eligere,vel eligi quæritur? & ꝙ poſſit eligere,eſt arg.ī.de elect.cum Vintoñ. niſi ſuſpēſus per triennium à beneficijs pro eo, quia inſufficientem eligit:ſi interim immineat electio, eligere pōt. facit & eo. ti.perpetuo. lib. 6. Itē & ꝙ eligi poſſit, facit ī. de iureiur. ſicut noſtris.

iura non permittantur, cum per ſpecialem prouiſionem cōia iura regulariter non tollantur.1.q.6.exigunt.19.diſ. per totum . & ſic quantum ad hoc eſt conſtitutiua iuris noui,non aut em recitatiua antiqui.ſimile de hoc legitur ſupra de præb.de multa.

a ¶ Ius eiſdem.] aliàs ſubaudi,ꝙ propter pluralitatem.

b ¶ Quod ſi non fecerint.] verſiculus. Guliel. de monte Lauduno.

c ¶ inhabiles .] ſupple, perpetuo, ex quo intra ſex dictos menſes non compleuerint præmiſſa . & in hoc additur ad decre. dudum. per quam tenet Innoc. ꝙ ſtatim libera dimiſſione facta de illis beneficijs, quæ iniuſte tenebat, deſinebat eſſe ſuſpenſus, ineligibilis, & infamis, quod intelligebat Hoſt. ī.de reſcri. poſtulaſti. in fi. in reſtitutione prius tamen facta de fructib' male perceptis:ante vero non. hic autē indefinite, & ſic perpetuo eos inhabilitat . Qui enim ſimpliciter deponitur, perpetuo deponitur, vt 50.diſtinc. ca.1.in fi.quod crederē verum, ſi pœna imponeretur pro crimine cum cauſæ cognitione, & definitiue, & beneficia talis ſtatim poſſint conferri , ex quo eſt per ſentētiam damnatus . ſi vero interloquendo non expreſſa cauſa,tunc vſq; ad ſolutionem intelligitur ſuſpenſus, ne rūpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ Si vero fuerit cauſa expreſſa,vt quia pro contumacia,vel offenſa,tunc vſquequo de illis ſatisfaciat: ſed vbi pro contumacia,vt hic vř: tunc non eſt perpetua pœna ſimpliciter appoſita, ſed tēporalis tantum,ideſt, quādiu contumacia durat, vt ī. de conſt.ex litteris.vbi de hoc:quare hæc decr. vř intelligenda ſecundum dictas opiniones doctorum : ſed prima vř verior, ſ.ꝙ pœna ſit perpetua, per hoc quod ponitur . infra in ver.alioquin ibi,extunc. & c.vbi inhabilitātur quo ad ordines, & quo ad quodcunque aliud beneficium; & priuantur etiam licite obtento: magnum etenim crimen eſt tantam inobedientiam committere aduerſus ſic deliberatam,& ſic expreſſam principis volūtatem:& ideo ſatis pro crimine , potius ꝗ pro contumacia vř dicta pœna infligi.arg ī.de maio.& obe.illud.81.diſ. ſi qui ſunt preſbyteri.cum ſimil.

Pœna alicui impoſita, an intelligatur perpetua.

dem[a]) intra tempus, vt præſcribitur,limitatū verbo, & facto, ac ſine fraude, coram ordinarijs ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod ſi non fecerint,[b] & illo ſint ipſo iure priuati, in quo ius eis aliàs competebat, & inhabiles[c] penitus ad quæcunque obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeantur. ¶ Qui vero[d] deinceps[e] receperunt dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium curam animarū habens annexam,ſi antea ſimile beneficium obtinebant,illud,[f] quo ipſo iure (poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo,& fraude ceſſantibus, quo minus[g] habeant ſteterit[h]) priuati noſcuntur, abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo:[i] Alioquin[k] ex tunc ſint ipſo iure ſecundo[l] priuati,& nedū ad ſacros ſuſcipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcunque aliud eccleſiaſticū beneficiū inhabiles reputentur. ¶ Quæ[m] omnia,& ſingula beneficia vacatura,[n] vt pręmittitur,vel dimiſſa,noſtrę & ſedis[o] Apoſtolicæ diſpoſitioni, de ipſorum fratrum conſilio reſeruamus: Inhibentes ne quis pręter Romanum Pontificem, quacumq; ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi beneficijs diſponere, vel circa illa per mediū permutationis, vel aliàs innouare hoc quoquo modo[p] pręſumat. Nos enim[q] ſi ſecus actum, ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus,[r] & inane. ¶ Cęterum[s] ordinarios intelligimus in caſibus ſupraſcriptis epos,[t] in quorum ciuitatibus,vel dioeceſibus conſiſtunt

f ¶ Illud,quo ipſo iure.]de quo ī. de præb. de multa. & c.licet epiſcopus.li.6.

g ¶ Quo minus habeant.]ſubaudi,poſſeſſionem.

h ¶ Steterit.] ſimile ī. de elect. commiſſa. §. annus.li. 6.

i ¶ Pari modo.] ſ.intra ſex menſes ſub teſtimonio publico verbaliter,realiter,& cum effectu.

k ¶ Alioquin.] verſiculus.

l ¶ Secundo.]&c ſic habito iſto, ſcilicet ſecundo , in quo ius habebat,& habito ſcilicet primo , in quo non habebat ius . & in hoc additur ſecunda pœna ad dictam decre. de multa . nam primum erat ibi, ſcilicet, ꝙ eſſet primo beneficio ipſo iure priuatus , & ſecundo priuaretur: ſed hodie in caſu huius cap. ſunt ipſo iure priuati vtroque, vt hic patet ; tertia , vt ſit inhabilis ab ordinibus ſuſcipiendis . quarta à quocunque beneficio, vt infra ſequitur.

m ¶ Quę omnia.]Octaua pars .

n ¶ Vacatura, vt præmittitur.] vt quia eliget , quod mallet, vbi plura tenebat cum diſpenſatione: vel retinebit vltimum , vbi alia tenebat ſine diſpenſatione,vel primum vacabit,quod licite obtinebat , vbi ſēm adipiſcitur,in quo habebat ius ad rem tempore, quo iſta conſtitutio fuit facta:aliàs contra,vt ī. vel quia omnibus ipſo iure priuatus erit,ſi hanc decr.non ſeruet. & ſic poſſunt eſſe vacatura propter iſtam decr.altero de quattuor modis.

o ¶ Sedis Apoſtolicæ.] & ſic durabit perpetuo hæc prouiſio,cum ſedes ipſa non moriatur,vt ī.de reſcri. ſi gratioſe.li.6.12.q.2.liberti.

p ¶ Quoquo modo.] & in hoc caſu ceſſabunt prouiſiones illarum decre ī de præb.ſtatutum. & c. Apoſtolica.li. 6.cum non ſit mirum,ſi per ſpeciale generali, & per vltimum prioribus derogetur.ī de reſcri. c.1.& de offi.deleg. ſuper quæſtionum.in prin.

q ¶ Nos enim.] verſiculus.

r ¶ Irritum decernimus.]de hac decr.dic, vt ī. de elect. ſi eo tempore.& de conceſſ.præb.quia cunctis. li.6.

d ¶ Qui vero.]Septima pars.

e ¶ Deinceps.]hoc intelligas de his,in quibus tpe conſtitutionis non obtinebat ius in re,ſed ad rē, vt ī.dī in §. p hoc,quem tantum ille §.reſpicit.ſecus aūt eſſet de vacantibus alias,ꝗ per iſtam cōſtitutionem, in quibus antiqua

s ¶ Cæterum.]Nona pars.

t ¶ Epiſcopos.] &c ſic ſtricte accipitur hic ordinarius pro dioeceſano tantum : alias autem regulariter accipitur pro prælato alicuius eccleſiæ , maxime in beneficijs ad plo-

Ordinarius in iure ꝓ qb, accipiatur.

ad plenam eorum collationem ſpectantibus. ſup. de elect. licet canon. & de offic. ordi. lib. 6. Quid erit de illis rectoribus, quibus in priuilegio abbas Cluniacen. committit curam animarum: inſtituit, & deſtituit, & facit per quem vult epiſcopum ordinari, & breuiter in omnibus, & per oĩa diſponit de preſbyteris ſuis ſicut epiſcopi de ſuis proprijs: numquid cenſebitur diœceſanus ipſe abbas in hoc caſu? Non credo, cum hic ſit ſpecialis prouiſio, à qua recedendum non eſt, etſi perquã dura ſit. ff. qui, & à qui. l. proſpexit. & ſic erit hic caſus epiſcopalis, qui computetur inter illos, de quibus not. Hoſtien. ſupra de vſur. cum tu.

[a] ¶ Capitula.] quæ ſuccedunt in adminiſtratione eccleſiæ vacãtis. de malo. & obe. epiſcopali. lib. 6. de hæret. cum ex iniuncto. in fi.

[b] ¶ Et hi.] verſiculus.

[c] ¶ Dimiſſis.] ꝑ obedientes huic conſtitutioni.

[d] ¶ Perditis.] ſubaudi propter pœnam huius conſtitutionis, vbi rebelles, vel inobedientes in dimittendo fuiſſent.

beneficia, ſeu aliquod eorum, quæ debent ſecũdum præmiſſa dimitti, aut ipſi, qui ea debent dimittere, cõmorantur, vel eccleſijs cathedralibus vacantibus capitula [a] earundem. Et hi [b] de beneficijs tam dimiſſis, [c] quam, (vt præmittitur,) perditis, [d] nos, vel Apoſtolicam ſedem certificare ſtudeãt quamprimum commode poterunt [e] indilate, vt de illis ſalubriter diſponere valeamus. [f] Quantum [g] autem ad modificationem [h] perſonatuum attinet antefactam, illa dumtaxat, & non alia beneficia eccleſiaſtica quocunq; nomine nuncupentur, curam habere cenſemus, quę parochias habent, in quibus eſt animarum [i] cura annexa, non per vicarios perpetuos, [k] ſed per rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales vicarios exercenda. Necnon [l] etiam illa, [m] quorum miniſtris ratione beneficiorũ [n] huiuſmodi competit viſitare, [o]

[e] ¶ Quamprimum commode poterunt.] ſimile ſup. de elect. cupientes. §. 1. in fi. lib. 6.

[f] ¶ Valeamus.] & ſic ex hoc, & ex multis ſupra poſitis apparet, q̃ hæc conſtitutio ſpecialem prouiſionem continet: nec in aliquo Papa intendit per iſtam decre. de multa. vel alia iura de hac materia loquentia quantum ad alia beneficia corrigere, vel in aliquo immutare. nec eſt in alijs ad conſequentiam trahenda argu. 1. q. 7. exigunt. 19. diſt. ſciendum. cum ſimilibus.

[g] ¶ Quantum.] decima pars. Guliel. de monte Landuno.

[h] ¶ Modificationem.] hoc enim reſtrictionem denotat, vt ĩ. de verb. ſig. tranſmiſſæ.

Cura dupli. foro exercetur.

[i] ¶ Animarum cura.] exercenda ſcilicet in foro animæ, vt hic, ſiue in foro contentioſo, vt infra ibi, necnon. ergo à contrario ſenſu de beneficijs ſimplicibus etiam ordinem preſbyteralem, diaconalem, vel aliũ ſibi annexum, ex quo alias curam non habent, non intromittit ſe hæc conſtitutio, ſed de curatis dumtaxat ad hoc, q̃ dicantur priuati ipſi obtinentes, vt ſup. patet.

Monachorum ambitio plus eſt cõpeſcenda, quã aliorum.

[k] ¶ Perpetuos.] in hoc deuiat à decre. ĩ. de præben. cum ſingula. in princ. lib. 6. & eſt caſus diuerſus, non aduerſus. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Dic, quod ambitio monachorum, cui ſoli dicta decre. cum ſingula obuiat, quæ tanto damnabilior eſt, quanto ipſi mittendo manum ad aratrum, reſpicienduque retro, in ipſis auaritiæ accenditur appetitus, vt ĩ. de elect. quorundam lib. 6. hic autem vniuerſos proſpicit. Vel aliter, hæc prouidet circa incompatibilia ſpecialiter, illa vero circa multiplicia quæcunque ſint generaliter. Vnde notabis ex hoc etiam verbo, perpetuos, quod iſta decret. non adſtringit temporales officiales epiſcoporum, ſeu miniſtros, ſicut ſunt Priores clauſtrales, officiales epiſcoporum, ſeu vicarij, pœnitentiarij, clericarij, ſeu ſimiles, qui de anno in annum in ſuis monaſterijs commutantur, vt de hoc dixi ſupra.

[l] ¶ Necnon.] verſi. Supra locutus eſt Papa de cura, quæ exercetur in foro animæ: nunc loquitur de illa, quæ exercetur in foro contentioſo, quam vocat textus ſpecialem iuriſdictionem. ĩ. de præb. ſuper eo. lib. 6. & de elect. dudum. 2. §. tandem.

[m] ¶ Illa.] ſcilicet, beneficia.

Subiecta talia ſunt, qualia permittũtur ab eorũ prædicatis.

[n] ¶ Ratione beneficiorum.] No. & ex hoc, q̃ conſuetum eſt exerceri per miniſtros beneficiorum, talia ipſa beneficia iudicari, iuxta hoc, q̃d dicitur, talia accipi ſubiecta, qualia prædicata permittunt, vt not. glo. ĩ. de deci. dudum. in fi. & ſic non curemus de nominibus beneficiorũ, ſed de his potius, quæ ſolita ſunt fieri per miniſtros ipſorum, cum officium iſtarũ perſonarum eccleſiaſticarum ſubiectarum regulæ, ſicut ſunt canonici, archipresbyteri, & ſimiles, de quib⁹ habes 1. q. 3. Saluator. ſecundũ diuerſas conſuetudines circa diuerſa verſetur: & ideo illis titulis de offi. archi. & cæterorum ſequentium, nõ potuit dari certa doctrina de certis officijs, certis dignitatibus applicandis: immo vnum & idem officium certis quandoque officialibus applicatur ſicut vides de ſacriſta, & cuſtode, qui habent ſibi cauere de oleo, vt ĩ. de offi. ſacriſtæ, & cuſtodis. vnde videbis, q̃ in eccleſijs aliquibus archidiaconatus ſunt omnino ſine cura aliqua, & iuriſdictione, ſicut eſt in eccleſia Valentina: & præpoſitatus, ſicut ſunt illi, de quibus not. Innoc. ſup. de præben. de multa.

Forum ſpirituale cõtentioſum habens, qd exercere poteſt.

[o] ¶ Viſitare.] Not. hic ſubſequenter ſex, quæ ad ſpiritualem forum contentioſum ſpectant, ſcilicet viſitare, inquirere, procurare ſuſpendere, excommunicare, abſoluere ab excommunicatione, & ſuſpenſione. Septimum apponit decre. dudum. §. tandem. ſcilicet interdicere. quorum etiam alterum tantum ſufficeret per ſe, quantum ad pœnam huius conſtitutionis. quod patet in hoc, quod infra addit, ſeu quod totam orationem alternatiuam facere videtur, vt ſup. de reſcrip. inter cæteras. Quid ergo erit de iſtis prælatis religioſis, ſeu ſæcularibus, qui eccleſias, in quibus habent perpetuos vicarios, quos præſentant epiſcopis, & ibi ratione temporalium, de quibus habent eis reſpondere, ſemel in anno viſitant ab antiquo de conſuetudine, & procurantur? Non videtur habere locum hæc decre. cum ratione alicuius ſpiritualitatis hoc non faciant, ſed ratione temporalitatis dumtaxat: & ideo cum non attingant aliquid quod verſetur circa ſubiectionem regulæ, non habet locum hæc decre. ſecus autem ſi viſitatio tenderet ad aliquid tangens diuinũ officium quantumcunque modicum, ſicut faciunt aliqui archipresbyteri, qui non habent, dum viſitant, inquirere, niſi de cuſtodia Eucharistiæ, & pannis altaris, & ſimilibus, ita q̃ non excommunicant, nec corrigunt, alias nec abſoluunt. de quo dic, vt per Innocen. & Hoſtien. ſup. de cenſ. auctoritate.

Viſitare, & procurationes accipere, quibus permittitur.

[p] ¶ Viſitare.] ſed qui ſunt illi, qui de iure poſſunt viſitare, & a viſitatis procurationes accipere? De epiſcopis, & archiepiſcopis non eſt dubium: dummodo ſint loca alias de ſe viſitabilia, vt ĩ. de cenſib. auctoritate. cap. perpetuo. lib. 6. Sed numquid patroni clerici? Idem videtur cauſa temporalium prouentuum, de quib⁹ eſt eis per ſuos vicarios reſpondendum, vt s. de app. bonæ. & de præben. in

Latera-

miſſionem illorum beneficiorum, quę iniuſte detinet, vt in c. dudum. Sed an poſſit eligere, vel eligi quæritur? & q. poſſit eligere, eſt arg. ſ. de elect. cum Vinton. niſi ſuſpēſus per triennium à beneficijs pro eo, quia inſufficientem eligit: ſi interim immineat electio, eligere pōt. facit & eo. ti. perpetuo. lib. 6. hi & q. eligi poſſit, facit ſ. de iureiur. ſicut noſtris.

a ¶ Ius eiſdem.] aliàs ſubaudi, q̄ propter pluralitatem.

b ¶ Quod ſi non fecerint &c.] verſiculus. Guliel. de monte Lauduno.

c ¶ Inhabiles.] ſupple, perpetuo, ex quo intra ſex dictos menſes non compleuerint præmiſſa. & in hoc additur ad decre. dudum. per quam tenet Innoc. q. ſtatim libera dimiſſione facta de illis beneficijs, quæ iniuſte tenebat, deſinebat eſſe ſuſpenſus, ineligibilis, & infamis, quod intelligebat Hoſt. ſ. de reſcri. poſtulaſti. in fi. in reſtitutione prius tamen facta de fructib9 male perceptis: ante vero non. hic autē indefinite, & ſic perpetuo eos inhabilitat. Qui enim ſimpliciter deponitur, perpetuo deponitur, vt 50. diſtinc. ca. 1. in fi. quod crederē verum, ſi pœna imponeretur pro crimine cum cauſæ cognitione, & definitiue, & beneficia talis ſtatim poſſint conferri, ex quo eſt per ſentētiam damnatus. ſi vero interloquendo non expreſſa cauſa, tunc vſq; ad ſolutionem intelligitur ſuſpenſus, ne rūpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. Si vero fuerit cauſa expreſſa, vt quia pro contumacia, vel offenſa; tunc vſquequo de illis ſatisfaciat: ſed vbi pro contumacia, vt hic vī: tunc non eſt perpetua pœna ſimpliciter appoſita, ſed tēporalis tantum, id eſt, quādiu contumacia durat, vt ſ. de conſt. ex litteris. vbi de hoc: quare hæc decr. vī intelligenda ſecundum dictas opiniones doctorum: ſed prima vī verior, ſ. q. pœna ſit perpetua, per hoc quod ponitur. infra in ver. alioquin ibi, extunc. & c. vbi inhabilitātur quo ad ordines, & quo ad quodcunque aliud beneficium: & priuantur etiam licite obtento: magnum etenim crimen eſt tantam inobedientiam committere aduerſus ſic deliberatam, & ſic expreſſam principis volūtatem: & ideo ſatis pro crimine, potius q̄ pro contumacia vī dicta pœna infligi. arg. ſ. de maio. & obe. illud. 81. diſ. ſi qui ſunt presbyteri. cum ſimil.

Pœna alicui impoſita, an intelligatur perpetua.

iura non permittantur, cum per ſpecialem prouiſionem cōia iura regulariter non tollantur. 1. q. 6. exigunt. 19. diſ. per totum. & ſic quantum ad hoc eſt conſtitutiua iuris noui, non autem recitatiua antiqui. ſimile de hoc legitur ſupra de præb. de multa.

dem[a]) intra tempus, vt præſcribitur, limitatū verbo, & facto, ac ſine fraude, coram ordinarijs ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod ſi non fecerint,[b] & illo ſint ipſo iure priuati, in quo ius eis aliàs competebat, & inhabiles[c] penitus ad quæcunque obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeantur. ¶ Qui vero[d] deinceps[e] receperunt dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium curam animarū habens annexam, ſi antea ſimile beneficium obtinebant, illud,[f] quo ipſo iure (poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo, & fraude ceſſantibus, quo minus[g] habeant ſteterit[h]) priuati noſcuntur, abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo:[i] Alioquin[k] ex tunc ſint ipſo iure ſecundo[l] priuati, & nedū ad ſacros ſuſcipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcunque aliud eccleſiaſticū beneficiū inhabiles reputentur. ¶ Quæ[m] omnia, & ſingula beneficia vacatura,[n] vt prĕmittitur, vel dimiſſa, noſtrę & ſedis[o] Apoſtolicæ diſpoſitioni, de ipſorum fratrum conſilio reſeruamus: Inhibentes ne quis prĕter Romanum Pontificem, quacumq; ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi beneficijs diſponere, vel circa illa &c. per mediū permutationis, vel aliàs innouare hoc quoquo modo[p] prĕſumat. Nos enim[q] ſi ſecus actum, ſeu attentatum fuerit, irritum &c. decernimus,[r] & inane. ¶ Cęterum[s] ordinarios intelligimus in caſibus ſupraſcriptis epōs,[t] in quorum ciuitatibus, vel diœceſibus conſiſtunt

f ¶ Illud, quo ipſo iure.] de quo ſ. de præb. de multa. & c. licet epiſcopus. li. 6.

g ¶ Quo minus habeant.] ſubaudi, poſſeſſionem.

h ¶ Steterit.] ſimile ſ. de elect. commiſſa. §. annus. li. 6.

i ¶ Pari modo.] ſ. intra ſex menſes ſub teſtimonio publico verbaliter, realiter, & cum effectu.

k ¶ Alioquin.] verſiculus.

l ¶ Secundo.] & ſic habito iſto, ſcilicet ſecundo, in quo ius habebat, & habito ſcilicet primo, in quo non habebat ius. & in hoc additur ſecunda pœna ad dictam decre. de multa. nam primum erat ibi, ſcilicet, q. eſſet primo beneficio ipſo iure priuatus, & ſecundo priuaretur: ſed hodie in caſu huius cap. ſunt ipſo iure priuati vtroque, vt hic patet; tertia, vt ſit inhabilis ab ordinibus ſuſcipiendis. quarta à quocunque beneficio, vt infra ſequitur.

m ¶ Quę omnia.] Octaua pars.

n ¶ Vacatura, vt præmittitur.] vt quia eliget, quod mallet, vbi plura tenebat cum diſpenſatione: vel retinebit vltimum, vbi alia tenebat ſine diſpenſatione, vel primum vacabit, quod licite obtinebat, vbi ſcđm adipiſcitur, in quo habebat ius ad rem tempore, quo iſta conſtitutio fuit facta: aliàs contra, vt ſ. vel quia omnibus ipſo iure priuatus erit, ſi hanc decr. non ſeruet. & ſic poſſunt eſſe vacatura propter iſtam decr. altero de quattuor modis.

o ¶ Sedis Apoſtolicæ.] & ſic durabit perpetuo hæc prouiſio, cum ſedes ipſa non moriatur, vt ſ. de reſcri. ſi gratioſe. li. 6. 12. q. 2. liberti.

p ¶ Quoquo modo.] & in hoc caſu ceſſabunt prouiſiones illarum decre. ſ. de præb. ſtatutum. & c. Apoſtolica. li. 6. cum non ſit mirum, ſi per ſpeciale generali, & per vltimum prioribus derogetur. ſ. de reſ. r. c. 1. & de offi. deleg. ſuper quæſtionum. in prin.

q ¶ Nos enim.] verſiculus.

r ¶ Irritum decernimus.] de hac decr. dic, vt ſ. de elect. ſi eo tempore. & de conceſſ. præb. quia cunctis. li. 6.

s ¶ Cæterum.] Nona pars.

t ¶ Epiſcopos.] & ſic ſtricte accipitur hic ordinarius pro diœceſano tantum: alias autem regulariter accipitur pro prælato alicuius eccleſiæ, maxime in beneficijs ad ple-

Ordinarius in iure p qb. accipitur.

d ¶ Qui vero.] ſeptima pars.

e ¶ Deinceps.] hoc intelligas de his, in quibus tpe conſtitutionis non obtinebat ius in re, ſed ad rē, vt ſ. dī in §. p hoc, quem tantum iſte §. reſpicit. ſecus aūt eſſet de vacantibus alias, q̄ per iſtam cōſtitutionem, in quibus antiqua

ad plenam eorum collationem ſpectantibus. ſup. de elect. licet canon. & de offic. ordi. lib. 6. Quid erit de illis rectoribus, quibus in priuilegio abbas Cluniacẽſ. committit curam animarum: inſtituit, & deſtituit, & facit per quem vult epiſcopum ordinari, & breuiter in omnibus, & per oĩa diſponit de preſbyteris ſuis ſicut epiſcopi de ſuis proprijs: numquid cenſebitur diœceſanus ipſe abbas in hoc caſu? Non credo, cum hic ſit ſpecialis prouiſio, à qua recedendum non eſt, etſi perquã dura ſit. ff. qui, & à qui. l. proſpexit. & ſic erit hic caſus epiſcopalis, qui computetur inter illos, de quibus not. Hoſtien. ſupra de vſur. cum tu.

beneficia, ſeu aliquod eorum, quæ debent ſecũdum præmiſſa dimitti, aut ipſi, qui ea debent dimittere, cõmorantur, vel eccleſijs cathedralibus vacantibus capitula [a] earundem ꝯ. Et hi [b] de beneficijs tam dimiſſis, [c] quam, (vt pręmittitur,) perditis, [d] nos, vel Apoſtolicam ſedem certificare ſtudeãt quamprimum commode poterunt [e] indilate, vt de illis ſalubriter diſponere valeamus. [f] Quantum [g] autem ad modificationem [h] perſonatuum attinet antefactam, illa dumtaxat, & non alia beneficia eccleſiaſtica quocunq; nomine nuncupentur, curam habere cenſemus, quę parochias habent, in quibus eſt animarum [i] cura annexa, non per vicarios perpetuos, [k] ſed per rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales vicarios exercenda ꝯ. Necnon [l] etiam illa, [m] quorum miniſtris ratione beneficiorũ [n] huiuſmodi competit viſitare, [o]

a ¶ Capitula.] quæ ſuccedunt in adminiſtratione eccleſiæ vacãtis. de maio. & obe. epiſcopali. lib. 6. de hæret. cum ex iniuncto. in fi.

b ¶ Et hi.] verſiculus.

c ¶ Dimiſſis.] p obedientes huic conſtitutioni.

d ¶ Perditis.] ſubaudi propter pœnam huius conſtitutionis, vbi rebelles, vel inobedientes in dimittendo fuiſſent.

e ¶ Quamprimum commode poterunt.] ſimile ſup. de elect. cupientes. §. 1. in fi. lib. 6.

f ¶ Valeamus.] & ſic ex hoc, & ex multis ſupra poſitis apparet, q̃ hæc conſtitutio ſpecialem prouiſionem continet: nec in aliquo Papa intendit per iſtam decre. de multa. vel alia iura de hac materia loquentia quantum ad alia beneficia corrigere, vel in aliquo immutare. nec eſt in alijs ad conſequentiam trahenda argu. 1. q. 7. exigunt. 19. diſt ſciendum. cum ſimilibus.

g ¶ Quantum.] decima pars. Guliel. de monte Lauduno.

h ¶ Modificationem.] hoc enim reſtrictionem denotat, vt ſ. de verb. ſig. tranſmiſſæ.

Cura duplici foro exercetur.

i ¶ Animarum cura.] exercenda ſcilicet in foro animæ, vt hic, ſiue in foro contentioſo, vt infra ibi, necnon. ergo à contrario ſenſu de beneficijs ſimplicibus etiam ordinem presbyteralem, diaconalem, vel aliũ ſibi annexum, ex quo aliás curam non habent, non intromittit ſe hæc conſtitutio, ſed de curatis dumtaxat ad hoc, q̃ dicantur priuati ipſi obtinentes, vt ſup. patet.

k ¶ Perpetuos] in hoc deuiat à decre. ſ. de præben. cum ſingula. in princ. lib. 6. & eſt caſus diuerſus, non aduerſus. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Dic, quod ambitio monachorum, cui ſoli dicta decre. cum ſingula obuiat, quæ tanto damnabilior eſt, quanto ipſi mittendo manum ad aratrum, reſpiciendoque retro, in ipſis auaritiæ accenditur appetitus, vt ſ. de elect. quorundam lib. 6. hic autem voluerſos proſpicit. Vel aliter, hæc prouidet circa incompatibilia ſpecialiter, illa vero circa multiplicia quæcunque ſint generaliter. Vnde notabis ex hoc etiam verbo, perpetuos, quod iſta decret. non adſtringit temporales officiales epiſcoporum, ſeu miniſtros, ſicut ſunt priores clauſtrales, officiales epiſcoporum, ſeu vicarij, pœnitentiarij, clericarij, ſeu ſimiles, qui de anno in annum in ſuis monaſterijs commutantur, vt de hoc dixi ſupra ꝯ.

Monachorum ambitio plus eſt cõpeſcenda, quã aliorum.

l ¶ Necnon.] verſi. Supra locutus eſt Papa de cura, quæ exercetur in foro animæ: nunc loquitur de illa, quæ exercetur in foro contentioſo, quam vocat textus ſpecialem iuriſdictionem. ſ. de præb. ſuper eo. lib. 6. & de elect. dudum. 2. §. tandem.

m ¶ Illa.] ſcilicet, beneficia.

n ¶ Ratione beneficiorum.] No. & ex hoc, q̃ conſuetum eſt exerceri per miniſtros beneficiorum, talia ipſa beneficia iudicari, iuxta hoc, q̃d dicitur, talia accipi ſubiecta, qualia prædicata permittunt, vt not. glo. ſ. de deci. dudum. in fi. & ſic non curemus de nominibus beneficiorũ, ſed de his potius, quæ ſolita ſunt fieri per miniſtros ipſorum, cum officium iſtarũ perſonarum eccleſiaſticarum ſubiectarum regulæ, ſicut ſunt canonici, archipresbyteri, & ſimiles, de quib⁹ habes 1. q. 3. Saluator. ſecundũ diuerſas conſuetudines circa diuerſa verſetur: & ideo illis titulis de offi. archi. & cæterorum ſequentium, nõ potuit dari certa doctrina de certis officijs, certis dignitatibus applicandis: immo vnum & idem officium certis quandoque officialibus applicatur ſicut vides de ſacriſta, & cuſtode, qui habent ſibi cauere de oleo, vt ſ. de offi. ſacriſtæ, & cuſtodis. vnde videbis, q̃ in eccleſijs aliquibus archidiaconatus ſunt omnino ſine cura aliqua, & iuriſdictione, ſicut eſt in eccleſia Valentina: & prępoſitatus, ſicut ſunt illi, de quibus not. Innoc. ſup. de præben. de multa.

Subiecta talia ſunt, qualia permittũtur ab eorũ prædicatis.

o ¶ Viſitare.] Not. hic ſubſequenter ſex, quæ ad ſpiritualem forum contentioſum ſpectant, ſcilicet viſitare, inquirere, procurare ſuſpendere, excommunicare, abſoluere ab excommunicatione, & ſuſpenſione. Septimum apponit decre. dudum. §. tandem. ſcilicet interdicere quorum etiam alterum tantum ſufficeret per ſe, quantum ad pœnam huius conſtitutionis. quod patet in hoc, quod infra addit, ſeu quod totam orationem alternatiuam facere videtur, vt ſup. de reſcrip. inter cæteras. Quid ergo erit de iſtis prælatis religioſis, ſeu ſæcularibus, qui eccleſias, in quibus habent perpetuos vicarios, quos præſentant epiſcopis, & ibi ratione temporalium, de quibus habent eis reſpondere, ſemel in anno viſitant ab antiquo de conſuetudine, & procurantur? Non videtur habere locum hæc decre. cum ratione alicuius ſpiritualitatis hoc non faciant, ſed ratione temporalitatis dumtaxat: & ideo cum non attingant aliquid quod verſetur circa ſubiectionem regulæ, non habet locum hæc decre. ſecus autem ſi viſitatio tenderet ad aliquid tangens diuinũ officium quantumcunque modicum, ſicut faciunt aliqui archipresbyteri, qui non habent, dum viſitant, inquirere, niſi de cuſtodia Euchariſtiæ, & pannis altaris, & ſimilibus, ita q̃ non excommunicant, nec corrigunt, alias nec abſoluunt. de quo dic, vt per Innocen. & Hoſtien. ſup. de cenſi. auctoritate ꝯ.

Forum ſpirituale cõtentioſum habens, qd exercere poteſt.

¶ Viſitare.] ſed qui ſunt illi, qui de iure poſſunt viſitare, & a viſitatis procurationes accipere? De epiſcopis, & archiepiſcopis non eſt dubium; dummodo ſint loca alias de iure viſitabilia, vt ſ. de cenſib. auctoritate. cap. perpetuo. lib. 6. Sed numquid patroni clerici? Idem videtur cauſa temporalium prouentuum, de quib⁹ eſt eis per ſuos vicarios reſpondendum, vt ſ. de app. bonæ. & de præben. in

Viſitare, & procurationes accipere, quibus permittitur.

Lucta-

inquirere, [a] procurationes [b] recipere, ſuſpendere, [c] excommunicare, [d] ſeu [e] ab excommunicationis, & ſuſpenſionis ſententijs abſoluere [f] de conſuetudine, [g] vel de iure, [h] iuribus alijs de animarum cura loquentibus in ſuo robore quo ad cætera permanſuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtrorum moderationis, ſtatutorum, cõſtitutionũ, reſeruationis, inhibitionis, & volũtatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinion. xiij. Calẽd. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Lateranenſ. De his non reperitur in iure: & ideo ſi talia exerceant, credo, q; magis hæc faciant de conſuetudine, vel ex inſtitutione fundationis, quã de iure. arg. 18. q. 2. Eleutherius. & licet talia exerceant, non propter hoc ſolum cadent ſub edictum huiuſmodi decret. cum temporaliter potius, q̃ ſpiritualiter videatur hæc facere. ſic in recipientib⁹ albergas. hoc idẽ notaui plenius ſupra, quare dic, vt ibi. Guliel. de monte Laudu.

[a] ¶ Inquirere.] quantumcunque de modicis rebus, dumtamen ſint tales, q̃ ſint eccleſiaſticis regulis ſubiectæ: ſecus de mere p̃fanis, vt ſup. dixi.

[b] ¶ Procurationes.] quę ratione viſitationis, & ſic de iure debentur: quia ſecus ſi ratione cõſuetudinis, pietatis, vel conſtitutionis ſint aliàs ſine viſitatione debitæ: de quibus loquuntur iura. 18. q. 2. Eleutherius. ſup. de ſuplen. negl. præla. cap. 2. de præſcrip. cum ex officij, quæ tales in aliquibus locis vocantur albergę, vel cœnæ.

[c] ¶ Suſpendere.] tali ſuſpenſione, ſ. quæ procedat à claue, de qua ſup. de exceſ. præla. tanta. & quæ attingat diuinum officium, vt 11. q. 3. ſi quis epiſcopus in vtroq;. aliàs autem nõ poteſt intelligi de alia ſuſpenſione, qua ſuſpenditur quis à ſolo beneficio, vel alijs actibus temporalibus, à quibus etiam ſuſpendit abbatiſſa, quæ non habet claues, & alij ſæculares, de quibus ſup. de maio. & obed. dilecta. de pœn. nouæ. de elect. ſi compromiſſarius. lib. 6. & re ſpon. nec de illa, de qua loquuntur iura. ſup. de tempo. ordi. ex tenore. & ca. quod translationem. vbi de hoc per Hoſt. & de pœn. omnis.

Abbatiſſa ſuſpẽdere põt, licet claues eccleſiæ nõ habeat.

[d] ¶ Excommunicare.] quod eſt extra communionem hominum, & perceptionem ſacramentorum aliquem ponere, ſiue diſtrahat à communione hominum tantum, ſiue ſacramentorum tantum, ſiue vtriuſq;. & intelligo ſi exercendo iuriſdictionem in foro contentioſo ſolemniter hoc faciat: quia ſecus ſi tamquam ſimpliciter curatus, iuxta decre. ĩ. de offic. ordi. ſi ſacerdos.

Excõmunicatio qd eſt.

[e] ¶ Seu.] iſta eſt alternatiua, de qua ſ. dixi. quæ oia pręcedentia, & ſubſequentia reſpicit. arg. ĩ. de appel. ſecundo. & c. inquiſitioni.

Seu, alternatiua pręcedẽtia, & ſequentia reſpicit.

[f] ¶ Abſoluere.] & ſic not. quod non ſemper qui excommunicat, abſoluit, vt de conſecra. diſtin. 4. ſane. de ſenten. excom. tua. & ca. quicunque. lib. 6. C. vbi ſenato. quotiens. §. adeo. C. de offic. proconſu. l. 2. Contra de pœnit. diſt. 1. verbum. vbi dicitur, quod dominus per ius ligandi, & ſoluendi eſſe voluit: ex quo vtrunq; pari conditione promiſit. ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi. de quo dic, vt ibi.

[g] ¶ De conſuetudine.] puta archidiaconis, vel abbatibus, ſeu aliàs in dignitate conſtitutis, vt in cap. dudum. 2. & requiritur, quod talis conſuetudo ſit alias legitime per xl. annos præſcripta, vt ſup. de conſuetu. cum tanto. in ſi. vbi de hoc. & dixi plene in extrauag. Suſcepti. Sed quid erit de ſingulis canonicis, vel alijs clericis ciuitatis, vel diœceſis Beluacen. qui ex indulgentia, vel conſuetudine habent iuriſdictionem ſuper ſeruitores ſuos, non tamen quod poſſint excommunicare, vel alias ſpiritualiter, ſeu corporaliter coercere eoſdem, vt legitur ſup. de fo. competen. cum contingat. vel de alijs, qui habent parochiales eccleſias præbendis ſuis annexas, in quibus iuriſdictionem ſpiritualem obtinent, & etiam curam animarum, ſecundum quoſdam, de quibus loquitur capitulum ſup. de præben. ſuper eod. lib. 6. numquid tales poterunt tenere vnum beneficium curatum cum talibus beneficijs, vel præbendis, aliàs de ſe ſimplicibus? Credo, quod ſic, maxime ſi exponas in cap. cum contingat. coertione, ſub. temporali, non ſpirituali coertione, iuxta cap. ſup. de verbo. ſignifi. quærenti. prout exponit ibi Hoſtien. quia iuriſdictio temporalis non reddit beneficium curatum, nec aliàs incompatibile alijs. Hoc idem facit pro iſtis archidiaconis, vel alijs beneficijs, qui licet habeant villas, vel caſtra ſuis beneficijs aliàs ſimplicibus annexa, in quibus iuriſdictionem obtinent tantummodo temporalem, non tamen propter hoc eorum beneficia curata dicentur. Et idem credo de iſtis eccleſijs in talibus, in quibus rectores decimas, & primitias percipiunt, nullam tamen curam animarum exercent inibi: vel quia non ſunt ibi parochiani, vel quia ſi ſint, quia forte ſuperuenerunt ibi aliqui Bordalarij, vel aliàs ab antiquo ſunt ibi pauci ignes: cura tamen animarum illorum per vicinos presbyteros ab antiquo exercetur, & oblationes, & ſimilia ipſis ſoluunt: quod poteſt fieri de iure. ſup. de deci. cum ſint homines. & ca. in aliquibus. in ſi. Sicut nec religioſi poſſunt dici curati, licet decimas, & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo titulo. ſup. de deci. ſtatuto. lib. 6. & cap. religioſi. concil. Viennen. Ad decret. ſuper eo. dic, quod illa cura, vel iuriſdictio ſpiritualis non ineſt ibi præbendis, quæ ſunt principales; ſed eccleſijs potius, quæ ſunt acceſſoriæ: & ſic eccleſia non iudicatur ibi, vt principale. argumen. ſup. de præben. extirpandæ. §. qui vero. & ſic conſuetudo dat iuriſdictionem: quia ſi nedum ipſam dat conſtitutis in dignitatibus, immo, & priuatis perſonis, vt in decret. cum contingat. nec alibi eſt ita expreſſa, vt not. Hoſtien. non tamen poteſt dare poteſtatem excommunicandi talibus priuatis perſonis, vt ſup. de offic. archid. cum ſatis. nec degradandi, ſeu deponendi, vt ſupra de electio. tranſmiſſa. ſecundum Hoſtien. ibi, nec etiam capiendi clericos, ſeu corporaliter puniendi, vt credo. argu. ſup. de cler. coniug. clerici. lib. ſexto.

Iuriſdictionem habent aliqui ĩ ſuos ſeruitores.

Religioſi nõ poſſunt dici curati.

Excõicatio, degradatio, &c. non poſſunt cõpetere ex conſuetudine.

[h] ¶ De iure.] ſed quis eſt ille, qui de iure poſſit præmiſſa, vel eorum alterum exercere? ſatis eſt dubium. Hic videtur dicendum, q; in hoc caſu illi dicuntur habere pręmiſſa de iure, qui eliguntur ab aliquibus ſupra ſe in pręlatos, & per ſuperiores ſuos confirmantur: nam licet per electionem ius adminiſtrandi quis acquirat, non tamen exercitium donec ſit confirmatus, maxime in exercitio cenſuræ eccleſiaſticæ. de quo plene in glo. not. 63. diſtin. quanto. & per Innoc. & Hoſt. ĩ. de offic. ordi. cum ab eccleſiarum. & c. quanto. per electionem enim exercitus, & quodlibet collegiũ ſibi imperatorem, & prælatum eligit. 93. diſt legum. ſed iſte in ſolas perſonas eligentium iuriſdictionem obtinet, & ſic eſt iudex perſonarum, non territorij: quod territorium ſolus eps de iure cõi obtinet in diœceſi ſua 16. q. 7 omnes baſilicæ. niſi forſan talis inferior prælatus habere certas parochias, vel alia loca pro territorio, iuxta cap. ĩ. de præben. ſuper eo lib. 6. ſed hoc potius eſſet de conſuetudine, quã de iure. & hic de iure loquimur tantum. & hoc quod dixi de electis confirmatis, idem dico de inſtitutis per epos inſtitutione auctorizabili. dumtamen præſint perſonis collegiatis, & curam animarum

Imperator, & prælatus p electionẽ aſſumuntur.

marum in ipſis exerceant, de quibus loquitur c. de reſeri. ctſi principalis. concil. Vienneſ. & dic, vt per Hoſt. ꝭ. de offi. ordi. cū ſatis. & idem de approbatis à iure, ſicut ſunt electi in concordia. de quib. ꝭ. de elect. nihil eſt. in ſi. & c. indemnitatibus. lib. 6. licet quantum ad veritatem iſtæ pœnæ ſpirituales non poſſunt fieri per moniales, cū procedant à claue, & clauis vſus non cadat in moniales, vt legitur, & not. ꝭ. de exceſ. præla. tanta. & de pœn. noua. de verb. ſig. quærenti. cum ſimilib. de iure enim, ſeu de conſuetudine non propriè cadunt iſtæ pœnæ ſpirituales in ſingulares perſonas, vt ꝭ dixi. Sed quid de curatis parochialium eccleſiarum, nunquid poſſunt iſtas ſpirituales pœnas exercere, ſeu excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere? De hoc nihil ad nos, ad præſens: ſed dic, vt per Innoc. & Hoſt. ꝭ. de offic. ordi. ſi ſacerdos. & in ſumma Hoſt. de ſenten. excom. §. quis poſſit excommunicare. & 2. q. 1. nemo.

Pœnæ ſpirituales nō poſſunt exerceri ꝑ moniales.

Curati, an poſſint excōmunicare.

¶ Declaratio ampliſſima, & luculentiſſima extrauagantis, Execrabilis. quæ eſt vna de xx. gloſſatis per dominum Zenzelinum ſub titu. de præbendis.

EXecrabilis quorundam ambitio, &c.] Super hac noua conſtitutione dubietates inſurgunt, & quæſtiones. vt ſequitur. Primo in quibuſdam eccleſijs, puta Auicieſ. Leod. & ſimilibus, ſunt quædam officia, vel beneficia, quæ vocantur abbatiæ, quarū aliquæ habent animarum curam, & parochias. Aliquæ nec curam animarum habent, nec parochias, immo aliquæ nec eccleſiæ, nec dignitates, vel perſonatus eſſe cēſentur; & tamen canonici ipſarum eccleſiarum aſſignantur, ſeu conferri conſueuerunt: ita, q canonicus habet præbendam, & illam abbatiam. Quæritur vtrum huiuſmodi officia, ſeu beneficia veniant in conſtitutionem, ita, q canonicus talem abbatiam cū ſuo canonicatu obtinens, teneatur ipſam dimittere, ſi extra eam habeat aliam dignitatem, vel perſonatum, quos licet vigore dictæ conſtitutionis nouæ retinere?

Reſponſio.

[Cum abbatia curata poterit retinere dignitatem non curatam, aliàs non: vel iſto modo non pōt retinere aliud beneficiū curatū, vbi curam animarū annexam habet Eccleſia.]

Item in aliquibus eccleſijs ſunt quædam cuſtodiæ, quarum cuſtodes non habent legere, nec cantare, nec ſe diuinis officijs intromittere in eccleſia, nec aliàs curam aliquam in eccleſia exercere: ſed ſolum pulſare campanas, parare eccleſias pannis aureis, aut portare libros in choro, luminaria accendere, cuſtodias, reliquias, theſaurū, & ſimilia miniſteria in eccleſia expēſis proprijs facere, quarum expenſarum occaſione eiuſdem cuſtodijs fuerunt poſtmodum annexæ aliquæ parochiales eccleſiæ curam animarum habentes, in quibus cura exercetur per proprios, & perpetuos ſacerdotes, licet in eis ſic annexis cuſtodes habeant de conſuetudine viſitare, excommunicare delinquentes, & abſoluere, & horum occaſione prædictarum, quaſi archidiaconi vulgariter nominantur, & reputantur. Nūc quæritur, vtrum tales cuſtodiæ veniant in conſtitutionem prædictam, ita q habentes eas teneantur illas dimittere, potiſſimè cum quodam tempore in aliquibus eccleſijs, (orta materia quæſtionis) inueniatur fore ſententialiter definitum, tales cuſtodias, nec dignitates, vel perſonatus eſſe, nec curam animarum habere: ſed ſimplicia eſſe officia abſque cura?

Reſponſio.

[Cadunt ſub conſtitutione.]

Item ſunt aliquæ eccleſiæ, vbi rectores creantur per electionem: & vocantur creati quandoq; abbates, quandoq; rectores, quandoq; præpoſiti, quandoq; archimandritæ, quandoq; diuerſis alijs nominibus ſecundum conſuetudinem locorum: nullam tamen curam habent, niſi q canonicos congregant tanquam caput, ſicut eſt in partibus Apuliæ. Quæritur vtrum talia beneficia veniant in præfatam conſtitutionem. 1 De iure communi videtur, q habeant curam, & iuriſdictionem per electionem, & confirmationem: ſed ſi per priuilegium, vel conſtitutionem approbatam amiſerant, curam non habent?

1 al. conſuetudinem.

Reſponſio.

[Non cadunt in conſtitutione.]

Item quidam ex diſpenſatione Apoſtolica duas obtinet in diuerſis eccleſijs dignitates, quarū alteri dumtaxat cura imminet animarū, & cum eiſdem ſimul plures canonicatus, & præbendas: in alijs tn̄ eccleſijs canonicatus, & præbendas, quibus parochiales eccleſiæ ſunt annexæ, in quibus perpetui vicarij debent inſtitui: in aliquibus tamen earundem propter procuratoris obtinentis huiuſmodi dignitatem in remotis agentis, & hoc ignorantis deſidiam, ſeu negligentiam, reperiuntur tempore conſtitutionis noſtræ nouiter promulgatæ eſſe vicarij temporales. Modo quæritur, an ſecundum formam dictæ conſtitutionis dictus obtinens dignitatem huiuſmodi, canonicatus, & præbendas tales cum parochijs ſic annexis, ſi dignitates voluerit retinere, dimittere teneatur illas, in quibus contra iuris debitū reperti ſunt dicti vicarij temporales, vel hoc nō obſtante cum pp talem deſidiam nō poſſit natura beneficiorum cenſeri mutata, quin præfatæ parochiæ ſint canonicatibus, & præbendis ipſis annexæ, ipſos poſſit licitè retinere, potiſſimè cum idem obtinens poſtquam ſciuit de tali deſidia procuratorum ſuorū ad ipſas eccleſias elegerit vicarios repræſentandos, & inſtituendos perpetuo in eiſdem, licet nondum potuerint ordinarijs præſentari propter temporis breuitatem?

Reſponſio.

[Non cadunt ſub conſtitutione.]

Item quæritur, numquid officia curiæ Romanæ computentur in numero officiorum quo ad noſtram conſtitutionem, ita q ſi quis habet duas alias dignitates teneatur aliam dimittere, vel poſſit retinere omnes, ſi vna illarum erat ſine cura.

Reſponſio.

[Non computantur, nec cadunt in conſtitutione.]

Item presbyteratus Bituriceſ. diœceſis viſitationem & iuriſdictionem habentes conſueuerunt cōferri parochialium eccleſiarum rectoribus ipſius diœceſis per ipſos archiepos: ſed ſtatim archiepo defuncto deſinit archipreſbyter ille, qui per eum fuerat poſitus, & capitulum eccleſiæ Bituriceſ. creat archipresbyteros nouos: creato vero archiepo ceſſant archipresbyteri poſiti per capitulum, & archieps ponit nouos, & quandoq; poſitos amouet pro libito voluntatis, & ita fuit antiquis temporibus, de quo non extat memoria, obſeruatum. Quæritur, vtrum archipresbyteratus huiuſmodi ſub conſtitutione cadant adeo, vt ille, qui huiuſmodi archipresbyteratum cum haberet, parochialem eccleſiam acceptauit, vtrunque retinere valeat: & ſi non. vtrum de iure ceciderit à iure parochialis eccleſiæ per acceptationem archipresbyteratus: & ſi non ceciderit ab eo iure, vtrum retinere poſſit parochialem eccleſiam, quam primo obtinuit.

Archipresbyterorū Bituriceſ. diœceſis qualitas.

Reſponſio.

[Non cadunt ſub conſtitutione.]

Item in regno Apuliæ ſunt eccleſiæ habentes porochiā tenuiſſimā quo ad fruct⁹: pp qđ ordinarij, & alij, ad quos ſpectat collatio, ſiue prouiſio dictarū eccleſiarum de more patriæ vni conſueuerunt pluralitatem talium eccleſiarum conferre, non recipientes ipſas eccleſias propter hoc ſe faciunt promoueri ad ſacerdotium, nec etiam ad ſacros ordines: & faciunt deſeruiri dictis eccleſijs per vicarios temporales iuxta beneplacitum ſuum: plurimi præterea ſummi Pontifices pluribus contulerunt, q poſſent acceptare in dictis partibus beneficium vſq; ad valorem xv. librarum, vel xl. vel lx. vnciarum auri, cuius conceſſionis prætextu eſt videre, q obtinuerint quinque quadraginta, & ſexaginta de dictis eccleſijs: Modo quæritur, vtrum reuocatoria nuper facta ad ſupradicta beneficia, ſiue eccleſias ſe extendat?

Reſponſio.

[Reſpondetur, quod ſic.]

Epiſcopus cum ſuo capitulo ſubuenire volens exiguitati cuiuſdam collegiatæ eccleſiæ ſuæ diœceſis, quandam parochialem eccleſiam eiuſdem diœceſis, (rectoris ipſius accedente conſenſu,) poſt ceſſum, vel deceſſum rectoris huiuſmodi dictæ eccleſiæ collegiatæ vniuit. Nunc vero prædictam eccleſiam vigore nouæ conſtitutionis vacare contigit, quodam alio curato beneficio electo à rectore præfato, & prædicta eccleſia re, & verbo dimiſſa. Hinc quæritur, an præfata vnio ſub forma præſcripta locum ſibi vendicet reſeruatione dictæ conſtitutionis non obſtante, vel econtra?

Reſponſio. [Sub conſtitutione cadit, vel reſeruatur domino noſtro.]

Item dubitatur ſi prædicta, vel conſimilis vnio facta fuerit per ſedem Apoſtolicam, & ſub forma prędictorum verborum, quid iuris?

Reſponſio. [Reſpondetur, vt ſupra proxime, dumtamen legitime ſit facta vnio.]

Item quidam archidiaconus in ſuo archidiaconatu obſtante ſibi longa conſuetudine non poteſt inquirere, nec ſuſpendere, nec excōicare, vel abſoluere, nec aliquam iuriſdictionem exercere: ſed eccleſias rectorum ſui archidiaconatus viſitare poteſt, & procurationes ab eis recipere dumtaxat. Quæritur cum aliàs talis archidiaconus nullam habeat parochialem eccleſiam annexam dicto archidiaconatui, an ex pręmiſſis ſub forma dictæ conſtitutionis nouæ curam animarum habere reputetur? Et eſt quærentis intentio, vtrum oratio ſoluta poſita prope finem conſtitutionis prędictę ibi, necnon, & illa, quorum miniſtris ratione beneficiorum huiuſmodi competit viſitare, inquirere, procurationes recipere, ſuſpendere, &c. ponatur pro coniunctiua in caſu dictæ conſtitutionis?

Reſponſio. [Comprehenditur ſub conſtitutione.]

Item cum eidem beneficium curatum obtinenti prouiſum eſt de quodam archidiaconatu in quadam cathedrali eccleſia, cuius archidiaconatus ratione idem archidiaconatus caput eſt cuiuſdam eccleſiæ collegiatæ ſæcularis: hic archidiaconus eſt i poſſeſſione pacifica, vel quaſi viſitandi, & procurationes recipiendi dūtaxat. Cęterum poſſeſſionem dictæ collegiatæ eccleſiæ, nec habet, nec habuit, nec regimen canonicorum ipſius, nec quicquā percipit de decimis, & alijs fructibus beneficij ſui prædicti, omnibus his de facto per alium occupatis, & detentis. Ex his quæritur cum præfatus archidiaconus pro parte ſit in poſſeſſione iurium ſpiritualium prædicti archidiaconatus, & pro parte non, cum curam nō habeat perſonarum ſuæ collegiatæ eccleſiæ prędictę, & ſuper ea, & alijs iuribus ipſius pendeat lis in curia, vtrum talis archidiaconus retinendo iſtud curatum beneficium pœna nouæ conſtitutionis adſtringatur?

Reſponſio. [Curam habet, & ſub conſtitutione cadit.]

Item quidam in eccleſia collegiata à iuriſdictione ordinarij exempta, & Apoſtolicę ſedi ſubiecta obtinet decanatū, & in ea eſt caput capituli, & ad decanatū aſſumitur decanus per electionem, nec electus à capitulo alia confirmatione indiget de conſuetudine, ſed tm̄ electus inſtituitur, & inſtallatur à capitulo de conſuetudine ſupradicta: ipſe vero decanus ratione dignitatis conuocat canonicos ad capitulū, & habet in capitulo primā vocem, vox tn̄ ipſius plus quam ſimplicis canonici in effectu nō operatur. Ipſe per ſe inſolidum ratione dignitatis, nec viſitat, nec procurationes recipit, nec excōicat, vel ſuſpendit, aut etiam interdicit, nec audit confeſſiones, vel abſoluit, nec prædeceſſores eius vnà cū ſuo capitulo prædicta conſueuerunt exercere, licet ipſe, & prædeceſſores eiuſdem vna cū ſuo capitulo exceſſus clericorum prædictæ eccleſię interdum delinquentium corrigere conſueuerunt, & punire per chori priuationem, & diſtributionem groſſorum fructuum beneficiorum, quæ in ipſa eccleſia obtinent: & ad ipſius capituli diſpoſitionem pertinent ſuſpenſio, & ſubtractio, & ipſorum deliquentium corporum detentio aliqn̄, dūtaxat citra alicuius alterius iuriſdictionis ſpiritualis exercitium, videlicet viſitandi, corrigendi, procurationes recipiendi, excōicandi, ſuſpendendi, vel aliter, ſeu aliàs interdicendi, confeſſiones audiendi, pœnitentias imponendi, vel abſoluendi. Quare cum dubitetur, an in caſu ſimili conſtitutio noua præfata loquens de beneficijs curam habentibus animarū vendicet ſibi locum: quæritur vtrū decanus decanatum prædictum cum alio beneficio, ſeu dignitate curā animarum habente iuxta cōſtitutionem antedictā ex diſpenſatione dudū obtenta poſſit licite retinere, & ſine pœna conſtitutionis eiuſdem?

Iuriſdictio ſpiritualis in multis conſiſtit.

Reſponſio. [Curam habet, & ſub conſtitutione cadit.]

Item in regno Siciliæ cōiter eccleſiæ parochiales, atque curatæ conſueuerunt per Apoſtolicam ſedem, ac etiā per ordinarios, plures vni dignitates, & alias parochiales eccleſias, ſiue curatas obtinenti conferri, licet illi, quibus conferebantur, eſſent impuberes quandoque, vel legitima ætate minores, & q̄ eccleſiæ ſupradictæ quantum ad eos, quibus taliter conferebantur, non cenſebantur eſſe ſecundum conſuetudinem à longe retro temporibus in dictis partibus obſeruatam: quia cura earum in ipſis per capellanos etiam non perpetuos gerebatur. Cum itaque multi fuerunt in curia Romana, ac regno prædicto, & alijs partibus, qui per collationem Apoſtolicæ ſedis, & ordinariorum obtinuerint plura, & multa talia beneficia, quæ ex virtute conſtitutionis præfatæ nuper editæ ſuper curatis beneficijs dimittendis, oporteret eos dimittere, pium eſſet, q̄ circa eorum indemnitatem Apoſtolica benignitas prouidere dignaretur, & ſi ſanctitati veſtræ placeret, modus congruus videtur, q̄ quantum ad tenorem conſtitutionis prædictæ, beneficia parochias habentia, ſiue curas in partibus ſupradictis, decernerentur perinde haberi, ac ſi fuiſſent ipſa, & ipſorum curæ per perpetuos vicarios gubernatæ: & quod futuris temporibus per vicarios perpetuos gubernentur, & q̄ illi, qui dicta beneficia obtinebant, & nondum dimiſerunt, ipſa nō teneantur dimittere. ſi qui vero dimiſerint eadē, ad ipſa, (quotcunque fuerint,) auctoritate veſtra reſtituantur in integrum, ac de eadem redeant, ac ſi ea nullatenus dimiſiſſent conſtitutione prædicta in contrarium ſuper hoc edita non obſtante.

[Dimittant, & de prouiſione facienda deliberatur.] Reſponſio.

Item quæritur, vtrum præfata conſtitutio adſtringat aliquem habentem eccleſiam curatam, & canonicatum, & prębendam ſacerdotalem ſimul, qui canonicatus, & præbenda requirunt reſidentiam perſonalem.

[Non cadit ſub conſtitutione.] Reſponſio.

Item in quadam eccleſia cathedrali fuit olim facta cōpoſitio inter epm̄ ex vna parte, & capitulum ex altera, q̄ vicaria, quæ quandoq; collata fuerat clericis, quandoque laicis ſoli canonico per epm̄, ad quem ſpectabat collatio cōferretur, qui vicarius nihil ſpecialiter habet in eccleſia, nec habet aliquod officium, nec aliquam prærogatiuam, ſed de obuentionibus curiæ, vel iuriſdictionis ſæcularis ciuitatis habet tertiam partem, & in hoſpitio vicariæ habet carceres, & cuſtodem, qui vnà cum cuſtodibus epiſcopi cuſtodit captos?

[Dimittat, & de prouiſione facienda deliberabitur.] Reſponſio.

Item in eadem compoſitione continetur, q̄ vnus archipresbyteratus, qui appellatur à nomine cathedralis eccleſiæ, vtpote archipresbyteratus Ferrarien. ſoli canonico conferretur: non tamen archipresbyter habet aliquam prærogatiuam in eccleſia, vel ciuitate, ſed habet eccleſiam curatam annexam archipresbyteratui, & viſitat certas eccleſias, etiam contra reſiſtentes viſitationi poteſt cenſuram eccleſiaſticam exercere: ſed aliam iuriſdictionem non habet: diſpenſatum eſt cum tali auctoritate Apoſtolica, quod poſſit dicta beneficia retinere vna cum quadam eccleſia, cuius cura per vicarium perpetuum gubernatur. Nunc dubitatur, an dicta duo vicariatus, & archipresbyteratus poſſint dici beneficia in eadem eccleſia. Ratio dubitationis eſt, cum ſola nomina habeant ab eccleſia cathedrali, & ſolis canonicis conferantur?

[Non cadit ſub conſtitutione.] Reſponſio.

Item dubitatur, an conſtitutio, Execrabilis, extendat ſe ad præfata tria beneficia?

[Conſtitutio non extenditur.] Reſponſio.

Quidam habens vnam eccleſiam curatam ſine perpetuo vicario, habet aliam curatam, in qua eſt perpetuus vicarius. Quæritur, an poſſit, non obſtante noua conſtitutione, vtrunq; retinere, maxime ſi ſuper hoc fuerit cum eodem legitime diſpenſatum?

[Reſpondetur, quod ſic, ſecundum conſtitutionem iſtam.] Reſponſio.

Item cum conſtitutio liget intra menſem à tempore notitiæ: & conſtitutio ipſa nondum ſit publicata, niſi in Romana curia: ſed ad aliquos extra curiam peruenit per famā, ſeu rumorem, & ad aliquos per literas quorundam dumtaxat.

dumtaxat. Quęritur à quo tpe incipiat currere dictus mẽſis, antequam conſtitutio ipſa per prælatos, vel deputatos ab ipſis fuerit ſolemniter publicata in eccleſijs cathedralibus eorundem, & alijs locis ſolemnibus, in quibus conſueuerunt talia publicari.

Reſponſio. [A tempore notitiæ, aliàs à tpe conſtitutionis nouæ.]

Item cum per conſtitutionem eandem dimitti debeãt beneficia curata intra menſem vnico retento dumtaxat: & illa dimitti debeant nedum verbaliter, ſed etiam realiter, & abſentes à beneficijs, in curia, vel alibi exiſtentes verbaliter ea dimittant, & realiter, quod poſſunt. Quæritur an per hoc ſit conſtitutioni ſatisfactum, dumtamen poſtmodum non impediant per ſe, vel per alios illos, quibus dominus Papa de beneficijs ſic dimiſſis, ſeu reſignatis duxerit prouidendum.

Reſponſio. [Faciant realiter, vt citius poſſunt.]

Adomatus de Graphicano ſignificauit paternitati noſtræ, & infra. Prioratus curam animarum habentes cadunt ſub conſtitutione, in quibus non ſunt perpetui vicarij. Paſchaſius presbyter ſignificat paternitati noſtræ, & infra. Eccleſia parochialis, in qua ſunt plures ſacerdotes, quorum quilibet officiat eam per certas hebdomadas miniſtrando ſacramenta.

Reſponſio. [Cadit ſub forma.]

Item Prioratus habens parochialem eccleſiam ſine perpetuo vicario, cadit in conſtitutione, habens perpetuũ non cadit: quoniam ſi habent curam, locum habet conſtitutio, aliàs non.

Item idem in domibus Beatæ Mariæ Theutonicorũ, Bethleem, & ſimilibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ Epiſcopatus Tholoſanus in redditibus plurimum abundans, in nouam metropolim pp multiplices cauſas hic expreſſas erigitur: cui pro ſuffraganeis eccleſiis ſunt deputatæ quattuor villæ in nouas ciuitates erectæ, adiecta cũ illis eccleſia Apamiarum. Et quibus epiſcopis, & archiepiſcopis prius ſuberant, quidq; earũ cuilibet pro redditibus ſit aſſignatum, hic exprimitur, & tandem cenſura eccleſiaſtica in rebelles proferuntur. Aduerte, ꝙ eccleſia de Vauro, & eccleſia de Mirapice ſunt ſub eccleſia Tholoſana, tamquam ſuffraganeæ, licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoſcimus cauſas erigẽdi, & diuidendi eccleſias, alias alijs ſubijciendi, & alias ab alijs eximendi, & ad ſolum Papam hæc omnia ſpectare: cui in ſingulari priuilegio, maiores cauſæ, maioraq́; negotia reſeruantur. patet in c. 1. de transl. epiſco. cum ſuis concordan.

C A P. V.

Meſſis multa, operarij pauci. Matth. 9.

SAluator noſter, cuius nutui cuncta ſeruiunt, in agro mundi huius meſſem multam aſpiciẽs, & operariorum raritatẽ attendens, dominum meſſis rogandum eſſe, vt in illam operarios mitteret, cenſuit: & ipſe idem ẽt exiens mane veluti paterfamilias diligens horis diei varijs operarios in vineam ſuam miſit, Romanus itaq; Põtifex ſicut eodem Domino diſponente vicarius eius in terris eſſe dignoſcitur, ſic, & ipſius actibus (in quantũ ſinit humana fragilitas) ſe conformare tenetur. Vbi ergo ſuperexcreſcere meſſem, populi, videlicet multitudinem viderit, operarios debet opportunos adijcere, & iuxta propheticũ verbum augere cuſtodiam: cuſtodes, & cultores idoneos in Dominicam vineã deſtinare. ¶ Sanè conſiderantes attẽtius, & intra pectoris clauſtra meditatione ſollicita reuoluentes, ꝙ in tanta multitudine populi, quanta fœcundauit altiſſimus ciuitatẽ, & diœceſim Tholoſanam ſingulorum vultus nequibat (vt condecet) vnicus paſtor inſpicere, aut alias partes boni paſtoris implere: quodq; durum erat, atq; difficile per talem latam, & diffuſam diœceſim ad vnum tantum à perſonis eccleſiaſticis, & mundanis recurſum haberi: Attendentes etiã, ꝙ licet Tholoſanus epiſcopatus redditibus abundaret immenſis, non tamen ſupererat hucuſq; memoria, ꝙ ex ſuorum opulentia copioſa redditüum aliquid in eccleſia, vel diœceſi Tholoſana proueniſſet in diuini cultus augmentum: immo ſic ex adipe prodierat, & prodibat iniquitas, vt multo iam tempore luxus circa carnis deſideria, euectionum pompa, immenſitas clientelæ, immoderata diffluxio in parentes, ſumptus enormes, aut vſus extraordinarij ſibi vendicaſſent ibidem, quaſi totum patrimonium crucifixi: & verendum erat ne præſul vnicus Tholoſanus incraſſatus, & dilatatus, & exceſſiuis huiuſmodi opibus, aliàs ſuperbus periculoſe recalcitrãs Deum factorem derelinqueret, & à ſuo ſalutari recedens, pernicioſum exemplum in ſubditos deriuaret. Penſantes quoq;, ꝙ ſanctæ memoriæ Clemens Papa v. prædeceſſor noſter eodem etiam tempore, quo ciuitas, & diœceſis antefatæ longe minus in populo, ac redditibus affluebant: tamen extunc benedicente Domino incredibiliter creuerint in vtroque, & iugiter creſcere dignoſcantur, ſpiritu beatæ conſiderationis inductus, ad diuiſionem epiſcopatus eiuſdem firmiter dum viueret, intendebat: licet morte præuentus ſuum in hac parte nequiuerit implere conceptum. ¶ Nos pium

Paſtor ſingulariũ ouium vultus inſpicere debet.

Pſal. 72.

Diuitię q̃hq. ſunt cauſa Dei relinquendi.

Deute. 8.

m a præde-

prędeceſſoris noſtri propoſitum in effectū volentes adducere, & tam diſſipare malum, quod prædictorum reddituum copia exceſſiua produxit, quàm etiam cultum augere diuinum, & ſpiritualem animarū profectum, quos (ſi iuxta facultatis exigentiam, & diffuſam latitudinem dictæ diœceſis ſufficiens numerus in eadem vtilitate præſulum deputetur,) in dubio prouenire ſperamus, promouere ſalubriter intēdentes. Præmiſſis, & alijs ſuadentibus iuſtis cauſis, ex certa noſtra ſcientia de fratrum noſtrorum conſilio concordi, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ad laudem Dei, exaltationem eccleſię, fideliumq; ſalutem epiſcopatum ipſum dictamque diœceſim Tholoſanam apoſtolica auctoritate diuidimus in quinque diœceſes, quas per certos diſtingui limites faciemus. Volētes ac decernentes, ꝙ præter ciuitatem Tholoſanam, quæ ſuam propriam, & diſtinctā habebit dięceſim certis finibus limitandam, ſubſcriptæ quattuor villæ, quarum quamlibet, eiſdem conſilio, & auctoritate in ciuitatem erigimus, & ciuitatis vocabulo inſignimus, ſ. de monte Albano, pridem de Caturceñ. diœceſis, cui adijcietur certa pars dictæ quondam diœceſis Tholoſanæ, ac ſancti Papuli de Riuis, & de Lumberijs, & de ipſa quondam Tholoſana dięceſi exiſtētes quattuor ſeparatas diœceſes habeant, certis limitibus diſtinguendas. Quódque beati Martini de monte Albano, vbi corpus ſancti Theodori confeſſoris dicitur eſſe reconditum prædictæ ciuitatis montis Albani, & beati Papuli, dictæ ciuitatis ſancti Papuli, Mariæ de Lumberiaco, ciuitatis præfatæ Lumberiacæ, necnon beatæ Mariæ de Riuis Eccleſiæ ipſius ciuitatis Riueñ. ſint de cætero, & habeantur perpetuo eccleſiæ cathedrales. Et quia eccleſia Tholoſana, ſicut ſolemniori ſtatu, & conditione potiori refulget, ſic & grandioris honoris titulo efferenda eſt, ipſam hucuſque ſuffraganeam eccleſiæ Narboneñ. ac totā quondam diœceſim Tholoſanam de fratrum noſtrorū conſilio, & ex certa noſtra ſcientia, & Apoſtolicę plenitudine poteſtatis, ab omni iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectione archiepiſcopi, capituli, & eiuſdem eccleſiæ Narboñ. penitus eximentes, eā ad laudem diuini nominis, & honorem eccleſiæ ſanctæ ſuę in archiepiſcopalem, ſeu metropolitanam erigimus, eamq; honoribus, & inſignijs ſedis metropolitę decoramus. auctoritate Apoſtolica decernendo, vt exnunc pro metropolitana eccleſia in perpetuum habeatur.

Eccleſia Tholoſana fuit olim ſuffraganea Narbo arch. eccleſiæ.

Et quia etiam dignum eſt, vt ex quo de filia facta mater metropolicę dignitatis ſuſcepit inſignia, & ſuffraganeorum congruum numerum filiarū, ac decētem prouinciam habeat, vt ad iudiciū archiepī Tholoſani, qui pro tpe fuerit, omnes cauſæ ſuffraganeorum epōrum, & pſonarū eccleſiaſticarum, ac ciuitatum eiuſdem prouinciæ iuxta ſacrorum ſtatuta canonum referātur: Nos præfatas quattuor ciuitates, & eccleſias cathedrales cum earum dięceſibus, (vt pmittitur) diſtinguendas, necnon ciuitatē, & eccleſiam Apamiarum, cum ſua dięceſi exnunc ipſius eccleſiæ Tholoſanæ ſuffraganeas, ac de prouincia Tholoſana in perpetuum fore decernimus, & iure metropolit. ſubijcimus, & ſubiectas eſſe volumus eas illi. Prænominatas montis Albani, quę de dięceſi Caturceñ. & Bituriceñ. prouincia, & Apamiarum ciuitates, & eccleſias, quæ de prouincia Narboñ. hactenus fuiſſe noſcuntur: necnon reliquas tres ciuitates, & eccleſias ſancti Papuli Riueñ. & Lumberiaceñ. quę ab olim de dięceſi Tholoſana fuerunt, cum earum dięceſibus, conuentibus, collegijs, ſiue capitulis à iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectione quacumque Bituriceñ. & Narboñ. archiepiſcoporum, ac Caturceñ. & quondam Tholoſañ. epiſcoporum, capitulorum, & abbatum, atque conuentuum, & ordinariorum quorumlibet aliorum eccleſiaſticorum, quibus quomodolibet fuerant hucuſq; ſubiectæ, auctoritate præſentium perpetuo eximentes de prædictorum conſilio, & plenitudine poteſtatis.

Eccleſia vna, quaq; fit mater de filia.

¶ De bonis autē redditibus, prouentibus, & iuribus dicti quondam epatus Tholoſañ. ipſi Tholoſan. decem millia, & ſingulis alijs prædictis eccleſijs, (Apamiarum excepta, cui de ipſis bonis, redditibus, & prouentibus, iuribus, vltra illa quæ habere dinoſcitur, certam aſſignabimus portionem noſtris alijs litteris diſtinguendam) ſingula quinque millia librarum Turoñ. annui redditus, & perpetui prouentus, quæ quidem vnicuiq; illarum iuxtą pontificibus (dignitate, ac onere, & circunſtantijs alijs attente penſatis) debare ſufficere

Eccleſia Tholoſana quantum habuit in redditib.

vidimus,

vidimus,pręter redditus,prouentus,& iura,quę ad prędictas eccleſias, & cõuentus earũ antea pertinebant,de quibus ad honorem Dei,& ipſarũ eccleſiarum cõmodum intendimus ordinare: exnunc auctoritate prędicta de conſilio,ac plenitudine memoratis concedimus,donamus, ac etiã deputamus percipiẽda integraliter per ipſarum eccleſiarũ pręſules,qui pro tẽpore fuerint, in rebus,& locis cuilibet magis adiacentibus,& vicinis, iuxta diſtinctionem, ſeu limitationem diœceſium ſingularũ per alias noſtras litteras faciendã. ¶ Interim tamen diſtinctione,ſeu limitatione prædicta pendente,volumus,ꝙ eorũ quilibet ſummam eũ contingentem pro rata accipiat annuatim de bonis,redditibus,prouẽtibus,& iuribus antedictis, per manus eorũ, quos ad hoc prouiderimus deputãdos. Reſiduum vero redituũ,prouentuum, & iuriũ ipſorum,qđ facta de illis,(vt pręmiſſum eſt,)aſſignatione,ſuperetit, necnon iuriſdictionẽ ſpiritualem, & temporalẽ, quę ad dictum quondam epatum Tholoſanum vſque ad tempus diuiſionis huiuſmodi pertinebat, & quę diſtinctione, ſeu limitatione poſt tacta pendente faciemus per idoneas exerceri perſonas. Ac beneficia etiã ſi dignitates,perſonatus, ac officia exiſtãt, (exceptis his ad quę quis per electionem aſſumitur, & in quibus,vel ad quę auctoritate litterarum Apoſtolicarũ alicui, ſeu aliquibus ius eſt aliquod acquiſitũ:quibus per id nullum volumus pręiudiciũ generari,) nunc,& in antea vſq; ad diſtinctionẽ diœceſum vacatura,diſpoſitioni noſtrę,ac ſedis Apoſtolicę de fratrum ipſorũ conſilio reſeruamus. ¶ Hæc igitur per dictę ſedis prudentiã circunſpectã ſic ſtatuta ſalubriter, & vtiliter ordinata,perpetuis eſſe valitura tẽporibus, & robur incõmutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate pręd.cta diſtrictius inhibemus,ne aliquis cuiuſcunq; pręeminentiæ,ordinis,conditionis,aut ſtatus,etiã ſi archiepãli, vel epãli, ſeu regia præfulgat dignitate,huiuſmodi ordinationem,Apoſtolicam reſeruationem, & alia ſupradicta quouis modo turbare, ſeu quomodolibet impedire pręſumat. Nos enim exnunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos,qui ex certa ſcientia cõtrarium præſumpſerint, niſi intra octo dierũ ſpatium poſt publicationem preſentium reſipuerint cũ effectu excõicationis i perſonas,& interdicti in vniuerſitates,ac ſuſpenſionis in cõuentus,capitula,ſiue collegia, de conſilio, & auctoritate prędictis ſententias promulgamus: à quibus non niſi per Romanũ Pontificem abſolutionis beneficium, (pręterquam in mortis †articulo,) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrarũ diuiſionis,volũtatis,cõſtitutionum, erectionũ,inſignitionũ,exẽptionum,decorationis,ſubiectionis, conceſſionis, donationis, deputationis, reſeruationis, inhibitionis,promulgationis,infrĩgere,vel ei auſu, &c. Datum Auinioñ. vij. Calend. Iulij,Pontificatus noſtri anno primo.

Excõicatio, interdictũ, & ſuſpenſio in diuerſa ſecũtur.

† In articulo mortis nulla eſt caſuũ reſeruatio:atq; ideo oẽs ſacerdotes quoſlibet pœnitẽtes à quibuſuis peccatis,& cẽſuris abſoluere poſſunt. Concil. Trid. ſeſſ.14.c.7.de caſuum reſeruatione.

¶ Idem.

¶ *Impedientes epiſcopatus Toloſani erectionem in eccleſiam cathedralem, & eius diuiſionem in quinque diœceſes vltra pœnas in conſtitutione ſuperiori declaratas, perdunt feuda, & quæcunque beneficia ſpiritualia, & temporalia. Et ſi ſint perſonæ eccleſiaſticæ efficiuntur inhabiles ad quæcunque beneficia eccleſiaſtica.*

CAP. VI.

j NVper certis ex cauſis,quæ noſtrum & fratrum noſtrorũ animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam epiſcopatum Tholoſanum in archiepiſcopalem,ſeu metropolitanam ereximus eccleſiam: quattuor villas, quarum quamlibet inſigniuimus vocabulo ciuitatis, quattuor cathedrales eccleſias creauimus,vnam videlicet in villa montis Albani, quondam Canturceñ. diœceſis adijcienda ſibi certa parte quondam diœceſis Tholoſañ. alteram in villa Lumberiaci,aliam in villa ſancti Pauli, & aliam in villa de Riuis, & de Robeſtria quondam Tholoſañ. diœceſis. Quas quidem eccleſias vnà cum Apamiarum eccleſia tamquam ſuffraganeas ſubiecimus ipſi metropolitanę Tholoſanę eccleſiæ. De bonis quoque, & redditibus dicti quondam epatus Tholoſañ. tam ipſi Tholoſañ. quã prędictis eccleſijs ſuffraganeis certam portionẽ, quam vnicuiq; illarum debere ſufficere vidimus,prouidimus aſſignandã,totali bonorum,& redditnum ipſorum reſiduo diſpoſitioni noſtræ,& ſedis Apoſtolicę reſeruato. Alia etiam circa pręmiſſa fecimus, decreuimus, & ordinauimus

a ¶ Litteris.] Intelligit de cap. ſ. proxi. qd propter illam, & ſequentem extrauagantes iamdudũ impreſſas, curauimus imprimendum.

mus ex certa noſtra ſciẽtia, de ipſorum fratrum concordi cõſilio, & Apoſtolicę plenitudine poteſtatis, diſtrictius inhibentes, ne quis cuiuſcunq; pręeminentię, ordinis, conditionis, aut ſtatus etiam ſi archiepiſcopali dignitate fulgeret, ipſam ordinationem noſtram impedire præſumeret, vel turbare: ac decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrarium facerent, niſi reſipuerint cum effectu intra octo dierum ſpatium poſt publicationem ordinationis ipſius, excommunicationis in perſonas, interdicti in vniuerſitates, ac ſuſpenſionis ſententias in capitula, conuentus, ſiue collegia duximus promulgandas: prout hæc, & alia in Apoſtolicis litteris a inde confectis plenius continentur. ¶ Verum quia ipſa noſtra ordinatio eo efficacius, & inuiolabilius ſperatur ſeruari, quo plurium, & grauiorum vallata fuerit adiectione pœnarum: Nos ad obſeruationem inconcuſſam ipſius eo amplius anhelantes, quo euidentius in diuini cultus augmentum, & ſalutem fidelium animarum noſcitur redundare, prętatis adijciendo ſententijs omnes & ſingulos ſcienter turbantes, aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta, ſeu turbantibus, vel impedientibus dantes conſilium, auxilium, vel fauorem directe, vel indirecte, publice, vel occulte, cuiuſcunq; ſint conditionis, dignitatis, ordinis, aut ſtatus eccleſiaſtici, vel mundani, etiam ſi archiepāli, vel epāli, aut maiori, vel ſuperiori pręfulgeant dignitate: niſi intra octo dierum ſpatium poſt publicationem pręſentium ab huiuſmodi impedimento, ſeu turbatione, ac impenſione conſilij, auxilij, vel fauoris reſipuerint cũ effectu, feudis, locationibus, officijs, & beneficijs quibuſcunq; ſpiritualibus, & temporalibus etiam ſi dignitates, vel prælaturę quæuis fuerint, quę ab eccleſijs, ſeu in eccleſijs quibuſcunq; obtinebunt, ſeu obtinent, ex certa noſtra ſciẽtia, & de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis priuatos eſſe decernimus ipſo facto. Et ſic libere ipſa feuda, locationes, vel officia, aut beneficia ſpiritualia, & temporalia, dignitates, & prælaturæ ad ipſas, ad quas ſpectant, reuertantur eccleſias, & deuoluantur ad rectores, capitula, ſeu collegia eorundem, quod de illis pro ſua voluntate diſponant. Et ad dignitates, & prælaturas per electionem, aut alium modum licitum idoneas perſonas aſſumant. Perſonaſque eccleſiaſticas, quæ culpabiles fuerint in præmiſſis inhabilitamus ad quæcunq; eccleſiaſtica beneficia obtinenda. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Auin. iiij. Non. Aug. Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Idem Bartholomæo electo Narboñ. diœce. Aguelmo de Blauia Engolimeñ. Edueñ. Archid. & magiſtro Berengario de Lagijs Lemouiceñ. & Narboneñ. eccleſiarum canonico.

¶ *Executores quattuor dantur ad pœnas ſuperiores ſolemniter publicandas.*

CAP. VII.

ij NVper ex certis cauſis, quę noſtrum & fratrum noſtrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, &c.

Vt ſupra proxime vſq; ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus priuationem, & inhabilitationem noſtram huiuſmodi vos omnes, ſeu tres, vel duo, ſiue vnus ex vobis, per vos, vel alium, ſeu alios in eccleſijs, & ſolemnibus locis, & alijs, de quibus, & quotiens expedire videritis, ſolemniter publicetis: ne quiſquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datũ Auiñ. ij. Idus Nouemb. Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Idem Arnoldo electo Lumbaneñ.

¶ *Diſpenſat cum quodam abbate, vt epiſcopus poſsit eſſe, licet defectum patiatur in ordinibus, & ætate. Ex hac, & ſequenti cognoſcimus cauſas, & formas diſpenſandi. Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Roma. xv.*

CAP. VIII.

iij NVper ex certis rationabilibus, & manifeſtis cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, ciuitatem Lumbañ. olim villam de Lumbanis, tunc intra Tholoſanę diœceſis limites conſtitutam, qui locus inſignis, ac multiplici commoditate

moditate dotatus exiſtit, de fratrū noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, per litteras noſtras ſub certa forma in ciuitatem ereximus, ciuitatiſq; vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes, ac ēt decernentes, vt eccleſia abbatiæ illius loci de Lumban. ordinis ſancti Auguſtini ex tunc haberetur, & exiſteret cathedralis: ac deinde volentes eidem eccleſiæ de paſtore idoneo ſalubriter prouidere, in te abbatem eiuſdem eccleſiæ virum, vtiq; litteratum, & litterarum ſcientia præditum, vitæ morum honeſtate decorum, diſcretionis, & cōſilij maturitate conſpicuū direxerimus oculos noſtræ mentis, teque (non obſtante defectu ætatis, & ordinum quem pateris, cū tōſuratus modo in clericū, & in xxvij. ætatis tuæ anno, vel circa conſtitutus eſſe dicaris, ſuper quo tecū gratioſe duximus diſpēſandum) de fratrum noſtrorum conſilio ipſi eccleſiæ præfecimus in epiſcopum, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo. Vnde licet nondum ſit tibi munus conſecrationis impenſum, nec Apoſtolicas litteras promotionē tuam huiuſmodi continentes (cū illas non habeas) poſſis oſtendere: Nos tibi, vt (cōſtitutione felicis recordationis Gregorij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri, & qualibet alia ſuper hoc in contrarium edita, nequaquam obſtāte) poſſis eiuſdem eccleſiæ Lūban. & quorumcumq; bonorum ipſius adminiſtrationem accipere, ipſamq; adminiſtrationem libere exercere, auctoritate p̄ſentium indulgemus. Contradictis, &c. Datum anno iiij. vt ſupra.

Diſpenſatione facile obtinet, qui multis qualitatibus pollet.

¶ Idem venerabili fratri Bertrando epiſcopo montis Albani ad vniuerſalis eccleſiæ regimen exercendum diuina diſpenſatione vocato.

¶ *Hortatur quendam in multis cōmendatū, vt curam paſtoralem adminiſtres in eccleſia, quæ de nouo fuerat in cathedralem erecta. hic autem inuenies multa notatu digniſſima, quæ debent lectores ad deuotionem accendere.*

CAP. IX.

Eccleſiæ cuiuſlibet ſtatus eſt per Papā attendēdus.

AD cuiuslibet ſtatus eccleſię aciem, ſollicitæ cōſiderationis extendimus, paſtorales partes officio vigilanti adhibentes, vt earum ſingulæ paſtoribus gubernentur idoneis, & prouidis rectoribus diſponantur: quorum diſpenſatione prouida, & prouidentia circūſpecta (illius cooperante clementia, qui vere paſtor, & rector agnoſcitur) ſpiritualium, & temporalium proficiant incrementis. Nuper ſiquidem ex certis, & rōnabilibus cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, ciuitatē olim villam mōtis Albani, tūc intra limites Caturcen. diœceſis cōſtitutam, qui locus inſignis exiſtit, ac vbertate multiplici hoīum, & rerum exuberat, de fratrū noſtrorū cōſilio, & Apoſtolicæ plenitudine ptātis ciuitatis vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes, ac ēt decernentes, vt eccleſia monaſterij illius loci montis Albani monaſterij Caſa Dei ad Rom. Eccleſ. nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti Claremōten. diœce. tunc immediate ſubiecta, ex tūc haberetur, & exiſteret eccleſia cathedralis. poſtmodum vero de celebri, ac ſalubri prouiſione ipſius eccleſiæ montis Albani, vt ſponſi ſolatio lætaretur, ſollicite cogitātes, ac volentes illum eidem pręficere in paſtorem, de quo certam haberemus notitiam, ꝗ eum clara morum inſignia redimerent, nec eſſet dubia eius charitas circa plebem ſuo regimini committendam, & in cuius fiducia conſiſteret ſalubriter ſecuritas ſubditorum: Ad te tunc monaſterij prædicti abbatem, quem litterarum ſcientia præditum, vitæ, & morum honeſtate decorum, diſcretionis, & conſilij maturitate conſpicuum, in temporalibus prouidum, in ſpiritualibus circumſpectum nobis, & fratribus noſtris placida tua conuerſatio continuata diu apud ſedem Apoſtolicam approbauit, direximus oculos mentis noſtræ: quibus omnibus debita meditatione pēſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum fratrum cōſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem eccleſię montis Albani prouidimus, præficientes eidem ſanctæ eccleſiæ teipſum in paſtorem, tibique curam, & adminiſtrationem illius in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, ac tibi poſtmodum faciendo per venerabilem fratrem noſtrum Berengarium epiſcopum Tuſculan. munus conſecrationis impēdi: Firma

Eccleſiæ ſponſus prælatus dicitur eſſe.

Eccleſiæ viduatæ p̄ficiēdus, in multis debet eſſe commendatus.

ſpe, fiduciaque tenentes, ꝙ eadem eccleſia monaſterij Albani (Dominica aſſiſtente clementia) per tuæ circunſpectionis, & induſtriæ ſtudium fructuoſum ſeruabitur à noxijs, & aduerſis, & ſpiritualibus, & tẽporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei iugum tam leue collis humilium, quàm ſuaue, ac dilectione paſcendum ſuſcipe gregem eius, ſuper quem noctis vigilias dilectus, ſollicituſq; cuſtodi, vt liber nõ pateat aditus inuaſori, & Dominus inſuſpicabili hora venturus ſi te inuenerit ſic agẽtẽ, curſu conſummato, qui tuo labori præponitur, & horum fide ſeruata, quæ tuę ſollicitudini committuntur, te repertũ fidelẽ in modico, ſupra multa conſtituat, ac in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula introducat. Datum, &c. anno quarto.

Prælatus bonus multa bona facit eccleſiæ.

Iugũ Dei eſt leue, & ſuaue.

Fidelis in modico ſupra multa conſtituetur.

Idem Hugoni de Mirabello canonico Ebredunen. collectori fructuum primi anni, &c.

Declaratur an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum eccleſiaſticorum vacantium, et vacaturorum, vſq; ad certi temporis ſpatium deputatorum pro camera Apoſtolicæ oneribus facilius ſupportandis, poſſit cum obtinentibus beneficia conuenire, & an altaria dotata cadant ſub tali reſeruatione, &c.

C A P. X.

Poſtulaſti per Apoſtolicę declarationis euidentiam edoceri, quid tibi ſuper dubijs infra ſcriptis circa commiſſam tuæ induſtriæ recollectionem fructuum prædictorum (aliàs prębendarum, aut beneficiorum) imminentibus ſit agendum: Tuę itaque conſultationi breuiter reſpondentes, te ſcire volumus beneplaciti noſtri eſſe ſuper fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in ſolutione decimæ iuxta verum taxata valorem, ꝙ illum nequaquam excedũt, cum obtinentibus huiuſmodi beneficia, prout melius, & vtilius diœceſanis locorum (in quibus huiuſmodi beneficia fuerint, quorum conſilia in hac parte requiras,) & tibi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ipſorum diœceſan. & tuam conſcientiam ſuper his oneramus. ¶ Licet autem quotidianæ diſtributiones per nos fuerint à perceptione fructuum prædictorum excluſæ, hoc tamen volumus de diſtributionibus ipſis intelligi, quæ dantur eis, qui horis interſunt: ſic, quòd illæ, quæ ſoluuntur ijs, qui ſunt in ciuitate, vel loco præſentes, quamuis horis non interſint eiſdem, non ſint ab onere dictæ recollectionis immunes. ¶ Porro declarationem illam factam per nos in deputatione, ſeu reſeruatione fructuum prædictorum, vt videlicet non extendatur ad vicarias, ſeu capellanias, vt plurimum à decedentibus inſtitutas ad Miſſas pro ipſis decedentibus celebrandas, certis conſtitutis redditibus presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis vſuaticis, ſeu cenſibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dantiũ animabus certis vicibus, ſingulis ſeptimanis, & in eccleſia cathedrali horis intereſſe diuinis, dummodo valeat annuus ipſorum altarium ſummam xx. lib. Turonen. non excedat. Alioquin includantur in deputatione, ſeu reſeruatione prædictis. Vbi vero præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quòd parum poſſet canonico hebdomadario (cui certum pro illa ſeruitium imminet in eccleſia faciendum) poſt perceptionem taxationis huiuſmodi remanere: volumus, quòd de taxatione ipſa pro huiuſmodi ſeruitij onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera noſtra reſiduum percepturus. Cęterum præbendas illorum, qui taxationem decimæ ſoluere recuſantes abeſſe velle ſe ſimulant, vt taxationem ipſam diminuere compellantur: ne per illorum abſentiam huius perceptione taxationis fraudeëris, quaſi nil de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, niſi ſaltem in loco, vel in ciuitate præſentes, cum tamen eccleſiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoſcatur; declaramus ſub deputatione, ſeu reſeruatione comprehendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis noſtrę modum percipere valeas, canonicorum ipſorum abſentia non obſtante. Ridiculum enim eſſet, vt eadem fabrica potiori, q̃ nos priuilegio in talibus vteretur. ¶ De illis denique qui licet per multos menſes tenuerint eccleſias, vel præbendas, nihil tamen ſe percepiſſe aſſerũt ex eiſdem, cum iuxta conſuetudinem patriæ prędeceſſores eorũ

Conſcientiã aliorũ, q̃s iſ Papa onerat.

Redditus miſſis celebrãdis à decedẽtibus relicti, non ſunt aliquatenus diminuendi.

Papa in perceptione fructuum eſt fabricæ præferendus.

teſtati

Teſtati de bonis eccleſiæ, an clerici poſſint. vide no. in c. præſenti. de offi. ordi. li. 6.

teſtati fuerunt de bonis illarum, pp quod ipſi obtinentes tales eccleſias tibi ſatisfacere nequeunt de fructibus antedictis: nihilominus offerentes, ꝙ tamdiu fructus eccleſiarum ipſarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie ſatisfactum, placet nobis, & volumus, vt ſi eſt ita, oblationi huiuſmodi condeſcendas: per hoc tamen non intendimus conſuetudinem approbare prædictã. Datum Auin. v. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno ij.

¶ Idem.

¶ Cum Romanus Pontifex pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus fructus beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus reſeruaſſet, circa illam reſeruationem plurima ambiguitates orta ſunt, quas hic ſoluit.

CAP. XI.

Fructus beneficiorum à Papa, qñque pro Eccleſiæ Romanę neceſſitatib. reſeruantur.

j CVm nonnullæ eccleſiaſticæ perſonæ in cathedralibus eccleſiis canonicatus, præbẽdas, dignitates, perſonatus, & officia, ac alia beneficia eccleſiaſtica obtinentes, reuocare conẽtur in dubium an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum eccleſiaſticorum etiam vacantium, & quæ in diuerſis orbis partibus vſque ad triennium vacare contingeret; quos pro Eccleſię Romanæ neceſſitatibus per noſtras ſub certa forma litteras duximus reſeruandos, iuxta tenorem litterarũ ipſarum cameræ noſtræ ſoluere tenẽatur: præſertim cum archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſiæ, ac regulares abbatiæ ab huiuſmodi ſolutione fructuum, (vt dicunt) in dictis litteris eximantur. ¶ Nos dubitationem huiuſmodi amputare volentes, auctoritate Apoſtolica declaramus, ꝙ cum ſub appellatione archiepiſcopalis, vel epiſcopalis eccleſiæ, aut regularis abbatiæ, huiuſmodi præbendæ, dignitates, perſonatus, & officia nequaquam intelligantur, nec etiã includantur, prædictos [a] necnon, & præbendarum, & officiorum monachorum, monaſteriorum regularium, ac redditus abbatiarum, ſeu abbatum earundem, quæ in beneficijs eccleſiaſticis aſſignantur, diſtinctos fructus redditus, & prouentus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ iuxta prædictarum litterarum tenorem debere perſolui: ac id idem ſuper ſolutione omnium fructuum, redditũum, & prouentuũ commendatariarũ, curtuum, [b] ſeu grãgiarum, monaſteriorum, domorum, & locorum conuentualium, quæ pro beneficijs eccleſiaſticis, (vt prædicitur) conceduntur, (niſi duntaxat in fructibus illorum, quæ ſunt forſan excepta) declaramus, & præcipimus obſeruari.

Dubitationes ſunt amputandæ.

C Vm nonnullæ.] a ¶ Prædictos.] aliàs prædicta. b ¶ Curtuum.] aliàs cultuum.

Diſtributiones quotidianæ, quãdoq; cõſiſtunt in potu, & pane, qñque in alijs rebus.

¶ Preterea cum in aliquibus eccleſijs, tàm cathedralibus, q̃ alijs, panis, & potus pro quotidianis diſtributionibus ipſarũ eccleſiarum canonicis, & perſonis de prębẽdarum ipſarum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quãdoq; certa pecunię ſumma, & aliquando alterum pro altero pro ſingulis menſibus, vel hebdomadis etiam canonicis ſtudiorũ cauſa, aut aliàs pro eorum negotijs de licentia capitulorum eccleſiarum ipſarum ab eccleſijs eiſdem abſentibus exhibeantur, & etiam perſoluantur: declaramus auctoritate prędicta, illã bladi quantitatem, & pecunię ſummam, quę pro quolibet menſe, vel hebdomada dictis canonicis, (vt prędicitur,) miniſtrantur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantum, quę pręfatis canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis diſtribuuntur ſine fraude.

Horarũ, quędã ſunt diurnæ, quędam nocturnæ.

¶ Adijcimus inſuper declarationi p̃dictę, ꝙ ſi obtinenti curatum beneficium, aliud ſibi conſimile collatum fuerit, vel etiam in poſterum conferatur, poſt ſecũdi pacificam poſſeſſionẽ adeptam, & fructuũ perceptionem ipſius, nihil de fructibus eiuſdem primi beneficij, (niſi forſan ſuper hoc diſpenſatione canonica ſit munitus) percipere poſſit: ſed ꝓ dicta camera noſtra iuxta formam dictarum litterarũ recipiantur, & etiam exigantur. Vbi vero fructuum, redditũum, & prouentuum beneficiorum eccleſiaſticorum non reperiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prædicta, ꝙ fructus, redditus, & prouentus beneficiorum hmói cum vacare contigerit, per medium diuidantur, quorum medietas recipiatur pro camera prędicta: reliquam vero medietatem ille pro ſua ſuſtentatione percipiat, qui beneficium huiuſmodi dignoſcitur obtinere. ¶ Grangias autem, & alia loca

Adminiſtratores ad voluntaté ſuperiorum, q̃ſique ſunt remouibiles.

ca Ciſtercie. ordinis, & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores, ſeu cuſtodes, vel adminiſtratores ponũtur ad tempus, & remouentur ad voluntatem ſuperiorum ſuorum, eorumque fructus, redditus, & prouẽtus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta, ac litteris noſtris ſuper illa confectis aliquatenus nõ includi. Nulli ergo omnino, &c. Datum Auinio. nonis Ianuarij, Põtificatus noſtri anno quarto.

¶ Idem.

¶ Fructus amborũ beneficiorum, quibus quandoque beneficiatus priuatur, cameræ Apoſtolicæ deputantur.

CAP. XII.

CVm nõnullæ eccleſiaſticæ perſonæ reuocare conentur in dubiũ, an ſi obtinenti dignitatem, vel aliud beneficiũ eccleſiaſticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo caſu quo ambo beneficia ipſa ſucceſſiue vacare cõtingit, eorundem amborum fructus primo anno, quo vacãt rõne deputationis fructuum, reddituum, & prouentuum eccleſiaſticorum tunc vacantium, & quæ vſq; ad certum tempus vacare cõtingeret, quos pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus releuandis per noſtras litteras duximus deputandos, noſtræ cameræ debeãtur: Nos ambiguitatem huiuſmodi remouere volẽtes, auctoritate Apoſtolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus, & prouentus, (cum vtrumq; ipſorũ vacet) pro eadem camera debere percipi, & haberi. Nulli ergo, &c.

¶ Benedictus xj.

¶ Diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium ſi moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipſa curia nõ diſtantibus.

CAP. XIII.

Beneficijs vacantib. ſunt aſſumẽdi viri, qui illis pſint, & pſint.

AD regimen Eccleſiæ generalis quãquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſiderijs, vt debemus, q per noſtræ diligẽtiæ ſtudium ad quarumlibet eccleſiarum, & monaſteriorum regimina, & alia beneficia eccleſiaſtica iuxta diuinum beneplacitum, & noſtræ intentionis affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint, & proſint, committẽdis eis eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs prelibatis. ¶ Præmiſſorum itaq; conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis alijs rõnabilibus cauſis nonnullorum prędeceſſorum noſtrorum Romanorum Põtificum veſtigijs inhærentes omnes patriarchales, [a] archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſias, & etiam monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus, & officia, necnon canonicatus, & præbendas, & eccleſias, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica cũ cura, vel ſine cura, ſæcularia, & regularia, quæcunq;, & qualiacumq; fuerint, ét ſi ad illa perſonæ cõſueuerint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicã quocumque modo vacantia, & in poſterum vacatura, necnõ per depoſitionem, vel priuationem, ſeu translationem, aut muneris conſecrationis ſuſpẽſionem, per felicis recordationis Ioannem Papam xxij. prędeceſſorem noſtrum, ſeu eius auctoritate factas, & per nos, ſeu auctoritate noſtra in antea faciendas vbilibet: Necnon ſi forſan tempore iam dicti prædeceſſoris aliqui in concordia, vel diſcordia electi, vel poſtulati fuerint, quorum electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renuntiatio, & admiſſa per ipſum p̃deceſſorem, vel auctoritate ipſius extiterint, ſeu quorũ electorum, vel poſtulatorum, & in antea eligendorum, ſeu poſtulandorum, ac renuntiãtium electionem caſſari, vel poſtulationem repelli, aut renuntiationem admitti per nos, vel auctoritate noſtra cõtingeret apud ſedem prædictam, vel alibi vbicũq; Ac etiam per obitum Cardinalium eiuſdẽ Eccleſiæ Romanæ, ac officialium dictæ ſedis, videlicet camerarij, vicecancellarij, notariorum, auditorum litterarum contradictarum, & Apoſtolici Palatij cauſarum auditorum, correctorum, & ſcriptorum litterarum Apoſtolicarum, ac pęnitentiarij pręfatæ ſedis, ac abbreuiatorum, necnon commenſalium, & aliorum quorumlibet capellanorum ſedis eiuſdem, & etiam quorumcumque legatorum, ſiue nuntiorum,

Electio caſſatur, & poſtulatio repellitur.

Officiarij Papæ diuerſi ſunt.

[a] ¶ Omnes Patriarchales.] accipe infra in fine, reſeruamus ordinationi, & cętera.

ac in

ac in terris Eccleſiæ Romanæ rectorum, & theſaurorum, per dictum Ioannem prædeceſſorem, vel nos ſpecialiter deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel à nobis deputandorum, aut mittendorum in poſterum, nunc vacantia, & in antea vacatura vbicunque dictos legatos, vel nuntios, ſeu rectores, aut theſaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint, ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis: Necnon quorumlibet pro quo quibuſcunq; negotijs ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia vltra duas dietas legales non diſtantibus iam forſan obierint; vel eos in antea tranſire contigerit de hac luce: Ac etiam ſimili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacunq; cauſa ad quæuis loca ſecedentium: ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis vltra duas dietas ab eadem curia, (vt præmittitur,) non remotis; dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem, iam forſitan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoueri: nunc per obitum huiuſmodi vacantia, & in poſterum vacatura: Rurſus monaſteria, prioratus, decanatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbendas, & eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, ſæcularia, & regularia, cum cura, vel ſine cura, quæcunq;, & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueuerint, & debuerint per electionem, aut quamuis alium modum aſſumi, quæ promotę per dictum prædeceſſorem, vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiſcopaliū, & epiſcopalium eccleſiarum, necnon monaſteriorum regimina obtinebāt tempore promotionum de ipſis factarum nunc vacantia: Et qui per nos, ſeu auctoritate noſtra in poſterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiuſmodi obtinebunt: Necnon etiam quæ per aſſecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, dignitatum, perſonatuū, officiorum, canonicatuum, & præbendarum eccleſiarum, & beneficiorum aliorū per nos, vel eundem Ioannem prædeceſſorem, ſeu auctoritate litterarum noſtrarum, vel ipſius Ioannis prædeceſſoris collatorum, & conferendorum in poſterum, nunc vacantia, & in antea vacatura, (plena ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta,) ordinationi, diſpoſitioni, & prouiſioni noſtrę, (donec miſerationis diuinæ clementia nos vniuerſalis Eccleſię regimini pręſidere cōceſſerit,) de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica reſeruamus: decernentes extunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis, & quolibet eorum per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus editis, quatenus obſiſtere poſſent ſuper enarratis articulis, vel alicui, ſiue aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſeruationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo, M. cccxxxv.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

¶ Beneficia quæcunque ſint diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, per talem reſeruationem ſunt affecta, ita quod illorum collatio non tenet, ſi per alium à Romano Pontifice fuerit facta.

CAP. XIIII.

Lites ex Iurium dubijs ſæpe oriuntur.

AD Romani Pontificis prouidentiam & circunſpectionem prouidam ſpectare dignoſcitur, dubia iuris, (ex quibus lites graues oriuntur in dies,) ſuæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inſpectis, conſpexerit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romani Pontifices prędeceſſores noſtri per diuerſas eorum conſtitutiones, quas ſuo tēpore dumtaxat durare voluerunt, quæcunque beneficia eccleſiaſtica, quæ ſui, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ viuentium, & tunc exiſtentium Cardinalium familiares continui commenſales obtinebant, & in poſterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam ſi ab ipſa familiaritate

per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs receſſiſſent, necnon illa, quæ etiam fructuum, & prouentuum cameræ Apoſtolicæ debitorum collectores, & qui ipſorum prædeceſſorum temporibus ſua officia exercerent, vniti ſubcollectores durantibus eorum officijs obtinebant, ac in quibuſcunque locis vacauerint, cum irritantis appoſitione decreti, & deinde prædeceſſoribus ipſis ſublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriuſque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ ſæpenumero hæſitatum extiterit, an beneficia huiuſmodi propter reſeruationem, & decretum prædicta, reſeruata, vel affecta remanſerint: ita quod nullus præter Romanum Pontificem de illis diſponere potuerit, ſiue poſſit reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ac cum propter ambiguitatem huiuſmodi varias quoque iuriſperitorum opiniones, & diſcrepationes ipſas aduerteremus: plerumque pro reſeruatione, affectione præmiſſis, interdum vero econtra pronuntiatum, & diffinitum fore.

Prælatus vigilem paſtorem imitari debet.

¶ Nos qui vigilis more paſtoris ſuper his maturo prouidendum eſſe conſilio non indigne cenſuimus. Et propterea in ſingulis cauſis ſuper quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, vſque ad noſtrum beneplacitum ſuperſedere mandauimus: cupientes, (quemadmodum noſtro incumbit officio,) dubijs huiuſmodi finem imponere: ſubditorum obuiare diſpendijs, & (ne lites fiant penitus immortales,) de opportuno remedio prouidere:

Lites debent eſſe breues.

Felicis recordationis Vrbani v. Gregorij ix. Bonifacij viij. Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ad ſubmouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiuſmodi lucidandas, declarationes ſimiles per ſuas litteras ediderunt, veſtigijs inhærendo, ac prouide conſiderantes effectum per reſeruationem manuſque appoſitionem eorundem prædeceſſorum in dictis beneficijs ineſſe productum per obitum ipſorum nequaquam cenſeri debere reuocatum.

Romani Pontificis manus eſt magnæ virtutis.

Romani quoque Pontificis manus appoſitionem prædictam tantæ efficaciæ tantæque virtutis exiſtere, vt etſi litteræ Apoſtolicæ ſuper prouiſionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum, & reſeruatio huiuſmodi apponuntur, ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum: facultatem tamen prouidendi de beneficijs taliter reſeruatis quibuſcunque alijs fuiſſe ademptam huius perpetuæ, & irrefragabilis cõſtitutionis edicto de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio omnia, & ſingula beneficia eccleſiaſtica, ſæcularia, & cuiuſuis ordinis regularia, etiam ſi prępoſitatus, canonicatus, præpoſituræ, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint: etiam ſi ad illa conſueuerint, qui illis præficiuntur per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum, (vt præmittitur,) reſeruata, & per Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros canonice intrantes in poſterum reſeruanda, ac etiam quouis modo vacantia, & in antea vacatura: per huiuſmodi reſeruationem, & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullumq; de illis, (cum primum vacare contigerit,) pręter eundem Romanum Pontificem ea vice quouis modo diſponere potuiſſe, ſiue poſſe, harum ſerie decernimus, & pariter declaramus.

Beneficia per quid dicuntur affecta.

Quod tam in pendentibus etiam per appellationem, quam in futurum ſuper eiſdem beneficijs, vt præmittitur reſeruatis, committendis cauſis, per dilectos filios magiſtros capellanos noſtros cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, atque alios quoſcunque delegatos, & iudices vbilibet inuiolabiliter obſeruari; & ſecundum præmiſſa, nec aliter ſententiari, & diffiniri volumus, atque mandamus eis, & eorum cuilibet, quauis alia ſuper præmiſſis interpretandi facultate ſublata: Decernentes exnunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, declarationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datũ Romę apud ſanctum Marcũ, anno incarnationis Dominicæ, M. ccccclxvij.

Calend.

Calend. Septembris, Pontificatus noſtri anno iij.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶ Ioannes xxij. epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei: ad perpetuam rei memoriam.

¶ Papa volens prouidere diuino cultui, & miniſtris eiuſdem, & occurrere diſpendiis, quæ ipſis quotidie imminent propter occupationes vacantium eccleſiarũ primi anni, quæ competunt ex diuerſis titulis aliquib. eccleſiis, ſeu perſonis: ſtatuit, ꝙ quando talis occupatio imminebit in beneficiis, quæ conſueuerunt in decimæ ſolutione taxari, collectores ipſorum annalium ſint cõtenti ipſa ſumma, pro qua conſueuit dari decima; ſi ipſam eligendam duxerint totali reſiduo penes eum, cui collatum eſt beneficium remanente; vel dimiſſa eidẽ ſumma prædicta, poſſint dictum reſiduum ſibi aſſumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligant collectores; aliàs poſt decem dies ipſorum optio in beneficiatum tranſeat ipſo iure. In non taxatis autẽ fructus decimabiles illius anni diuidantur per medium, & vtrique eorum medietas tribuatur: ita quòd ſi alter dimidia noluerit contentari, ipſa in volentem tranſeat ipſo iure. Et ſi quicquam aliquis contra dictam ordinationem receperit, pœnas hic contentas incurrat.

CAP. VNIC.

SVſcepti[a] regiminis nos cura ſollicitat, vt quæ in Eccleſijs non abſque diſpendio[b] miniſtrorum,[c] & cultus[d] detrimento diuini ſeruari videamus, per appoſitionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cũ itaq;[e] in nonnullis Eccleſijs[f]

¶ Hæc extrauagans reperitur iter xx. Ioã xxij. ſub ti. de elect. cũ gl. dñi Zenzelini: hic vero ponitur cum gl Gul. de mõte Lau.

SVſcepti.] Hæc decr. pōt intitulari ſub titu. de reſcrip. vel ſub ti. de elect. vel ne ſede vac. vel ſub illo, vt eccl. bene. vel ſub illo, de verb. ſign. Et diuiditur in quinque partes. Primo ponitur concedendæ conſtitutionis duplex occaſio. Secundo facti, de quo agit̃, ſummaria recitatio. Tertio ſuper taxatis conſtituit̃. Quarto de non taxatis annectitur. Quinto nõ ſeruãtibus diuerſa pœna apponitur. Secũda, [Cum itaque.] Tertia, [Nos de illo.] Quarta, [In illis.] Quinta, [Et ſi quicquã.] Et ſic hæc facta eſt ad declarationem illorum iuriũ. ſ. vt eccle. bene. c. vnico. in fi. ne ſe. vac. c. i. per Inno. de ver. ſig. tua. de priuile. ſi Papa, & de præb. ſi tibi conceſſo. lib. 6. Gul. de monte Lauduno.

a ¶ Suſcepti.] ſimile ſ. de præben. ſuſcepti. lib. 6.

b ¶ Diſpẽdio.] de his de reſcr. diſpendia. in prin. li. 6.

c ¶ Miniſtrorũ.] generi. n. taliũ intendit hic Papa ꝓuidere, nõ aũt perſonis ſingularibus, & ſic erit perpetuũ, & fauorabile. arg. 12. q. 2. liberti. maxime cũ fiat in fauorẽ diuini cult⁹, vt patet j. alias. n. mere perſonalia ꝑſonas nõ trãſgrediuntur, immo cum eis pereunt, & maxime debẽt, vt odioſa reſtringi. inſt. de iu. natu. §. ſed & quod principi. ſ. de reſcri. quia ꝑ ambitioſam. lib. 6. Notanter ẽt dicit, miniſtrorum, ſub noĩe officij, non proprio: quaſi dicat hic Papa, ꝓuidere intendimus arti, & virtuoſæ induſtriæ hominum, non naturæ: ſicut econtrario vitiũ hominis debet haberi odio, non natura 81. diſt. odio. & 86. di. donare. Notabile ẽt hic, ꝙ Papa nedum diuino cultui, de quo j. Immo etiã diſpendio miniſtrorum prouidere intendit, ẽt principalius, & fortius: quod patet in hoc, quod in ſcripturæ ordine hic præmittit. arg. iurium ſ. de elec. ſi quis iuſto. & de præb. mandato. li. 6. Ex quo ſequitur, ꝙ nedum reſidentes vere, ſicut ſunt illi, qui interſunt horis diuinis: immo ẽt præſumptiue, & iuris fictione, ſicut exiſtentes in Papę, vel Cardinalium ſeruitio, vel ſtudio theologiæ, vel ſimiles gaudeant huiuſmodi beneficio decre. de quo dicit infra. Gul. de monte Laud.

Vitium odio ꝓſequamur, non naturã.

d ¶ Et cultus.] multa ſunt ſpecialia in fauorem diuini cultus ſtatuta. ſ de conſti. ex parte. de reſcr. quia per ambitioſam li. 6. de cele. Miſſ. grauí conci. Vienneñ. vnde cũ cultus diuinus ſit iuris publici. 1. diſt. ius publicum. pacto priuatorum tolli, ſeu ipſi renuntiari non poteſt. ff. de pac. l. ius publicum. ſ. de foro compe. ſi diligenti. maxime cũ videatur inhærere præceptis primæ tabulæ. 32. q. 7. quid in omnibus. ex quo vr̃, ꝙ etiam Papa nõ poſſit ſuper hoc ſine magna cauſa diſpenſare: cum ſola infirmitas ab hoc excuſat, ne vicarius tollat penſum à domino ſibi ſpecialiter ſuper quemlibet viuentem de eius patrimonio reſeruatum. ſ. de cele. Miſſ. c. 1. nec etiã ſuper ſubtractos: niſi illud reſtituat, vt ſic non remittatur peccatum: ſi cum poteſt (maxime Deo) non reſtituatur ablatũ: cum etiã idem eſſet de penſione alicui domino priuato ſubtracta. arg. ſ de vſur. cum tu. 16. q. 1. reuertimini. cum ſimi. Sed nũquid poterit huic beneficio renuntiari? Credo, ꝙ ſic, inquantum tangit ius cuiuſuis priuati: ſed inquantum Eccleſiæ, non. arg. ſ. de arb. cum tempore.

e ¶ Cum itaq.] Secũda pars.

f ¶ Eccleſijs.] de quibus ſi in priuilegio, vel ſtatuto expreſſe actum eſt, expreſſioni ſtabit. ſ. de priuil. accepimus. 9. q. 3. conqueſtus, ſaluo hoc, quod legitur contra conſuetudinem, vel ſtatuta inferiorum. ſ. de elect. ſæpe. & de offic. ordi. præſenti. lib. 6. aliàs vſus obtinuit, ꝙ monaſteria, ſeu loca collegiata non comprehendantur: multominus ipſæ Eccleſiæ cathedrales. arg. ſ. de præb. c. fi. de conceſſ. præb. dilectus. Si quæras quam Eccleſiam dices collegiatam, vel conuẽtualem quantum ad hęc? Credo, ꝙ illa dumtaxat, in qua ſunt duo, vel plures tanquam facientes vnum corpus, conſueuerit cõuentus, capitulum, vel collegium vocari: & ſic nihil faciet ibi pluralitas perſonarum, vel paucitas: dũ tñ ſint duo, vel tres: ſed ipſa realitas, ſ. ꝙ ibi conuerſentur, vt vnum corpus facientes inſimul. Item credulitas gentium, & opinio, ſ. ꝙ communiter à gentibus conſueuerunt ſic appellari, & haberi, vt tales. hoc dico per iura. ſ. de elect. nullus. de exceſ. prælа. dilecta. de prob. per tuas. qui ſi. ſint legi. tranſmiſſæ. 3. q. 7 §. tria. de præb. de multa. per Inn. Quid ergo erit de Prioratibus monaſteriorum Olumaſ. CaſæDei, Grandimonten. maioris monaſterij Præmonſtrateñ. vel ſimilib. in quorum aliquibus quinque conſueuerunt eſſe quattuor monachi, quandoq; octo aſſociantes Priores ibidem, nunquid collectores percipient talium annalia cũ vacabunt? Credo, ꝙ nõ debeant collectores ab iſtis, tanquã à collegiatis excludi: cum tales potius ſint, tãquam per modum aſſociationis, quàm collegij, ſeu conuentus, per cap. dilecta.

Eccleſia. quæ dicitur collegiata.

dilecta.de hoc plene notaui ſ.de reſcrip. & ſi principalis. & de ſtatu reg.ne in agro. Sed quid de celeraria Eccleſiæ S.Stephani Tholoſæ; in qua de anno in annum mutantur celerarij: vel de archipresbyteratibus diœceſis Bituricen. qui ad mutationẽ archiep̃i, vel capituli in regimine cathedralis Eccleſiæ renouantur: nunquid à talibus percipient? Credo, quod non, cũ non dicantur vacare proprie, nec inſtitutio beneficiorum eſt apud celerarios, ſeu archipresbyteros tẽporales: ſed apud illos potius, quorum iſti vices gerunt: ſicut dicitur de vicarijs temporalibus in fine extrauagantis, Execrabilis. & dixi ſ.de offi.vica.quæ de Eccleſijs.concil. Viennen. facit ſ. de conſue.c 1.lib 6.in verb.perpetua. Et idem dico pari ratione de grangijs monachorum alborum, vel monialium fontis Ebrandi ſanctæ Claræ, vel de Prolhano, ſeu ſimilium, & de alijs poſſeſſionibus traditis ſub annua penſione fratribus de ordine, vel alijs ad vitam, vel aliud tempus modicum, quæ per eorum ceſſum, vel deceſſum non dicerentur vacare, vt ſ.de præben.quamuis.in prin.lib.6. 16 q.1. poſſeſſiones.facit, quod legitur, & not. ſupra de præſcri. ſi diligenti.

Archipsbyteri Bituricen. mutanẽ mutato plato.

¶ Vide extraua. Pij V. Põ. Maxi. incip. Durũ nimis.

obſeruetur, [a] & à longis [b] retroactis temporibus fuerit obſeruatum, quòd fructus † primi, vel ſecundi, aut alterius [c] cuiuſque ſequẽtis anni beneficiorum vacantium [d] in eiſdem, defuncto, vel fabricæ, aut eccleſijs, vel perſo-

a ¶ Obſeruetur.] ſub prætextu priuilegij, vel ſtatuti, de quibus ĩ Guliel.de monte Laud.

b ¶ Et à longis.] & hic vbi conſuetudo allegatur. Et ſic nota ſufficere conſuetudinem longi temporis, de quo dicetur plenius infra.

Infinitas reprobatur.

c ¶ Primi, vel ſecundi, aut alterius.] vel tertij, vel quarti, ſeu deinceps: ſicut dicit lex de replicationibus. inſt. de excep. quod in infinitum eſt ire hodie in aliquibus locis, quæ infinita, tanquam diſpendioſa nouis beneficiatis, in illis partibus merito eſt reprobanda. argu. ſ de reſcrip.cum in multis. lib.6. Hic quæro primo, ſi contingat in primo anno bis vacare beneficium: an ille cui primi anni fructus competunt, habebit eos per duos annos? Dicunt quidam, quòd habebit à tempore primæ vacationis, vſque ad ſecundam, & à ſecunda per totum annum completum. per l ff. ad ſenatuſconſul. Turp. L. in ſenatuſconſultum.§. quamquam. Secundo quæro, an poſito, quod de conſuetudine mortuus primo anno, fabrica ſecundo inibi colligeret: ſi Papa pro ſe, vel pro paſſagio hoc ſimpliciter leuandum iuſſerit, vel iuſſum per alios ex certa ſcientia confirmauerit: quo ordine iſti leuabunt? Si eſſet hoc verbum, anteferri, non eſſet dubium: immo etiã dato, quod non ſit, adhuc videtur, quod Apoſtolicus debeat præcedere, & in primo anno leuare: licet vltimus ſit in conceſſione, ex quo concurrit cum alijs, iuxta ea, quæ leguntur ſ.de præben. hi qui.li.6. maxime ſi adiecerit Papa in ſuo priuilegio, illis non obſtantibus: de quibus legitur ſ. de reſcrip. aliàs de priuileg. ſi Papa. lib.6 vbi dictum eſt ſatis de hoc in ſi.

Cõſtitutio ad præterita, vel pẽdentia, nõ extenditur: niſi in ipſa caueatur.

d ¶ Vacantium.] à tempore, ſcilicet introductionis, conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti, & ſic alia beneficia, quæ ante iſtam introductionem vacare inceperant, licet iſtis ſuperuenientibus adhuc erant libera, & vacantia: non cadunt ſub aliquo iſtorum, cum conſtitutio iuris publici, vel priuati non extendet ſe ad præterita, vel pendentia, niſi de his expreſſe caueatur in ipſa. in Auth. vt cum. de appellat.cog. in princip. ſ. de iud. diſpendioſam. in ſi. concil. Viennen. Quod credo verum, ſi ſit ibi adiectio aliqua certi temporis, vt quia dicitur, fructus vacantium per tres annos, quia tunc curſus illius termini incipiet ſtatim poſt editam publicatam, vel editam ſi ſit decretum. in Authen. vt fa. no. conſtit. in princip. ſ. de elect. ſi eo tempore. lib.6. arg. ſ. de verbo. ſignifi. abbate. de elect. quiſquis. vel etiam ſi verbum futuri temporis ſit ibi inſertum; puta, vacatura, vel vacabunt, vt ſ de reſcri. aliàs de priuile. ſi Papa. lib.6 Secus ſi dixit ſimpliciter fructus vacantium, vt hic videretur, quia tunc intelligi debet etiam de ijs, quæ inueniuntur tempore conceſſionis libere vacare aliàs, quàm per adeptionem pacificam ſecundi; quia tunc etiam fructus primi non habebit, vt ſ. de præb. ſi tibi conceſſo.li. 6. & pari ratione idem de permutatis videtur, vt ĩ. dicetur, & dixi ſ. de præb. ſi plures. concilii Viennen. Et credo, quod pacifica adeptio ſecũdi ſufficit ad hoc, quod primum, quod incompaſſibile eſt, ipſo iure vacet; ad lucrandos in hoc caſu fructus, in quocumq; beneficio minori epiſcopatu, ſiue ſit ſolemnis abbatia, ſeu quod vis aliud: dumtamen aliàs ſub tali forma caderet: per iura ſ. de præb. de multa. de elect. commiſſa. lib.6. 21.q. 2. ſi quis, excepto epiſcopatu, ꝑ quem quis non amittit priora beneficia ſtatim adepta poſſeſſione, niſi poſt tempora de conſecrandis epiſcopis: quod eſt ſpeciale in ipſis, vt ſ. de elect. cum in cunctis. §. cum vero. in princi. Sed quæ beneficia dicentur vacantia in hoc caſu? Dic vacans proprie dicitur, quod à nemine eſt occupatum, ſeu poſſeſſum, & ideo hæreditas iacens vacare dr: nec in eam furtum committi poteſt, ex quo adita nõ eſt. ff. de effrac. & expil. l. 1. ff. de furtis. l. hæreditariæ. Et poteſt dici vacans de iure, & de facto. Item de iure tantum, non autem de facto, vt ſ. de reſt. ſpo. c. 2. Item de facto tantum, non autem de iure. ſ. de conceſſ. præb. cum noſtris. Sed in primo caſu hoc contingit multipliciter, morte, renuntiatione, depoſitione, permutatione. Mors enim naturalis omnia ſoluit, in tantum, quod etiam ſi in inſtanti miraculoſe reſuſcitetur ſicut Lazarus, non recuperaret beneficium; immo ipſum collectores leuarent. ar. eorum, quæ leguntur, & notantur. 33.q.7. licite. nec in beneficialibus aliquid de iure mortui ad ſucceſſorem tranſmittitur, ſed ius vnius continuatur in alium: niſi ſola lis incepta prius cum mortuo: & hoc fit de quadam æquitate, non de rigore: cum ius beneficiale adeo perſonale ſit, quod perſonam non tranſgreditur: immo in ſucceſſore per omnia ius nouum creatur: licet ſecus ſit in ſucceſſionibus hæreditarijs, in quibus ſucceſſor ſecundus in iure primi ſuccedit continuando ius primi ad ſecundum ſine innouatione iuris, vt hæc probantur ſ. de præb. c. 1. 7. q. 1. Moyſes. ſ. vt li. pen. ſi hi contra quos. in h. ff. de iudi. tam ex contractibus. & idem in iure proprietario reali, ſeu perſonali, quamuis eccleſiaſtico. ſ. de offi. dele. qm. vel li. pend. eccleſia. maxime vniuerſali. ſ. de teſt. ſignificauerunt. in prin. cum ibi not. de hoc dicetur in Extrauag. Execrabilis. In alijs autem modis, ſicut in ceſſione, & ſimilibus, licet perdatur ius, dum tñ aliàs legitime hat, non tñ ipſa poſſeſſio, niſi hoc per ſniam iudicis declaretur, vel niſi euidenter appareat poſſidentem habuiſſe pro derelicto facto, vel verbo. cum ſemel poſſidens ſemper poſſidẽs præſumatur. hoc probatur ſ. de hæret. cum ſecundum. de præb. licet eps, lib. 6. Inſti. de rerum diui. §. fi. ſ. de priuil. dudum. In quo ergo caſu de præmiſſis habebit collector vacantem? Dic, quod de ijs, quæ conſtat verbo, & facto vacare, non eſt dubium: ſed quia de aliquibus eſt dubiũ hic. Primo quæro an beneficia permutata legitime vacare dicantur? & vi, quod non. Primo propter rationem. ſ. de præben. ſi tibi conceſſo. lib.6. Secundo, nam permutatio initium efficax non capit ex mutuo conſenſu, ſeu voluntate permutantium, ſed ex traditione rei; nam antequã ego habeam tuam præbendam, & tu meam, non eſt completa permutatio. licet ſecus ſit in emptione, & venditione, quæ habent initium efficax ex ipſo conſenſu. ff. de rerũ permu. l. 1. §. item emptio. Si ergo adeptio ſola rei permutatæ hunc contractũ perficiat: clarũ eſt, quod antea nihil, quod ſit ibi vacans, reperitur: cum totum ſit in pendẽti, nec etiam re adepta, cũ iã ſit poſſeſſum, & ſic nõ inuenitur aliquod inſtans, vel momentum, quo iſta beneficia vacauerint, & ſic non debebuntur collectoribus iſtis. Contrarium patet. Nã in reſignatione reperit libera iuris p-

Vacans, quid proprie dr.

Mortuus ſi reſurgeret beneficium nõ recuperaret.

Beneficia permutata an dicanẽ vacare.

prij

nis habentibus annalia de conſuetudine, [a] priuilegio, [b] vel ſtatuto applicetur in totũ, [c] ita quod illi, qui huiuſmodi beneficia canonice obtinẽt, & ad quos aliàs de iure fructus ipſi ſpe-

prij refutatio vtriuſque: quæ ambæ confuſe, & vno ſpiramine ad inſtar perſonarum diuinarum fieri non poſſunt: immo ad diuerſitatẽ ſuppoſitorum habet hic ſequi diuerſitas actuũ, ita q; in exercendis iſtis actibus impoſſibilis eſt quin ſit dare aliquod inſtans in quo vacans extat vnum antequam aliud ſubſequitur: qđ de rigore credo verius, ſed de æquitate primum per cap. præ dictum, ſi tibi conceſſo. & ī. de rer. permu. licet. lib. 6. Sed quid erit ſi ſine alia vacatione beneficij diuidatur in xij. iuxta decre. ī. de conſti. cum acceſſiſſent. ſicut factum fuit de præpoſitura Cæſarauguſtana: ita q; præpoſitus, qui tunc totum tenebat, habeat nunc tantum vnam de xij. nunquid aliæ partes dicentur vacantes? Videtur, q; in altera parte quantumcunque modica ſaluetur totus titulus, & ſic non dicatur vacare: talia enim nomina, quæ ſunt iuris potius quam facti: ſicut ſunt dignitates, nobilitates, corpora, vel ſimilia, in qualibet parte modica, integra perſeuerant: maxime quantum ad ea, quæ in honoribus conſiſtunt. hoc ideo per iura ī. de iurepat. cap. 1. ff. de ſerui. vię. not. 16. q. 7. pię mentis. facit ff. ad municip. l. ſicut municipij. §. vlt. de conſec. diſt. 4. vbi pars. & diſt. 5. non mediocriter. cum ſimilibus. In contrarium videtur: quia cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio, & aliud ſit de parte ſeparata à toto, & de ſpeciebus ſubtractis a genere, quam eſſet de ipſo toto in ſe integre perſiſtente, & non poſſit dici quin ex quo partes diuiſæ, & ſeparatæ fuerint per momentum antequam alicui conferrentur vacantes exiſterent. & ſic affectæ fuerint per iura ſpecialia alicui de contentis in hac decret. argu. iurium ī. allegatorum. facit ī. de reſcrip. paſtorali. ī de offic. deleg. præterea. in fi glo. à contrario ſenſu. & de reg. iur. in toto lib. 6. Primum videtur verius. Si enim ante conceſſionem vacantium Eccleſia aliqua ſit vnita alicui dignitati, vel prębendæ poſt ceſſum, vel deceſſum rectoris: iuxta decret. ſup. de teſti. ſpo. cum veniſſent. & de reb. eccl. non alie. ſi vna. concil. Viennen. ſi poſt talem conceſſionem moriatur rector, vel cedat, non habebit eam collector. ī. de reſcrip. eam te. Sed quid erit de altaribus, vel beneficijs alijs, quæ ex deuotione decedentium, & aliorum quotidie poſt dictam conceſſionem de nouo conſtituuntur perpetuo, & dotantur? Nunquid ipſa ipſi collectores habebunt? Videtur, q; non: per iura. ī. de conſti. quoniam conſtitutio. de reſcrip. litteras. concil. Viennen. Contrarium videtur cap. de offi. archid. dilecto. vbi illa conſuetudo, quæ de ſe ſtricti iuris eſt, ad monaſterium, quod de nouo creatur ſe extendit. Credo, q; vbi cauſa priuilegij, ſtatuti, vel conſuetudinis huiuſmodi de ſe extenſiua ſic in futurum, ſicut eſt hic, futura etiam reſpiciat, maxime in realibus, quæ quaſi ſunt fauorabilia, vt in ſecundis concordantijs, ſecus quando cauſa eſt actus tranſiens, maxime in ijs, quæ fauore perſonarum ſiunt: quę quaſi ſunt odioſa, vt in primis. De hac notaui ſatis ī. de vi. & hone. cler. quoniam. concil. Viennen. quod crederem verum, niſi fructus, ſeu prouentus dictorum beneficiorum eſſent ad certos vſus deputati: puta ad vitam ſacerdotis, & ſuæ familiæ, vel exterorum pauperum in hoſpitalibus, vel monialiũ, ſeu aliorum religioſorum: qui vix de illis poſſent ſuſtentari: nec habent vnde aliàs viuerent, niſi per ſuffragia inde dicata: ſicut eſt de illis redditibus deputatis pro vita pauperum in ſede Barchæ: quia de talibus, nec leuabitur decima, nec cadunt ſub vacantibus. argu. ī. de præb. ſignificatum & cap. per litteras. & de teſt. do. quia contigit. concil. Viennen. immo nec alia, quę non excedunt vij. libras Turon. prout interpretatus fuit Gregor. x. in concil. Lugdu. tempore quo conceſſit decimam paſſagio vltramarino. Guliel. de monte Laudu.

Iuris nomina in qualibet parte perſeuerant integra.

a ¶ De conſuetudine.] & ſic valet conſuetudo, q; fructus vnius Eccleſię ad tempus alij applicentur, vt ſit membrũ vnius & eiuſdem corporis; cũ illa Eccleſia militãs ſit vnica, & vnũ corpus myſticũ faciat, vt ī. de ſum. trin. firmiter. §. vna. & de exceſ. pręla frequens. concil. Viennẽ. alij ſeruiat. facit ī. de elect. cum non deceat. lib. 6.

Fructus vniꝰ Eccleſiæ poſſent alteri applicari de cõſuetudine.

b ¶ Priuilegio.] Iſtud concedit quotidie Papa, vt ī de reſcrip. aliàs de priuileg. ſi Papa. in verbo, concedamus. de præb. in verbo, a nobis. & de verb. ſignifi. tua. ſuper verbo, duxerimus indulgendũ. ergo a contrario ſenſu nullus alter inferior hoc poterit: niſi forſan de vno, vel de duobus certis beneficijs, & ex cauſa ante collationem cũ capitulo ſuo. & ſic intelligitur, quod legitur, & notatur ī. vt eccle. benefi. vt noſtrum. in fi. Sed contra videtur per cap. fin. ī. de ijs, quę fiunt à maio. par. capi. & videmus, ꝙ quotidie faciunt epiſcopi cum capitulis ſuis aſſignando vacantia ipſi fabricæ, mortuo, vel ſimilibus pijs operibus. Hic crederem diſtinguendum: quia aut hoc priuilegium fit maxime per modum ſtatuti pro aliquo pio vſu, & neceſſario, vt in caſibus prędictis: non tamen vtilitati menſæ epiſcopi, vel capituli applicando, & tunc videtur, quod ipſi poſſunt hoc facere: ſecundum, q; decimam, vel aliam partem beneficiorũ ſuorum ibi poſſeſſorum poſſet epiſcopus nedum cum maiori parte capituli, immo cum minori, cum ſit in hac parte ſanior, etiam inuitis alijs deputare, vt in cap. ex parte. de ijs, quæ fi. a maio. par. capi. aliàs pro vtilitate menſæ ſuæ, vel ſua, non poſſent ſine expreſſa licentia Papę, vt in iuribus ſ allegatis. hoc excepto tamen quod dictum eſt ī. vt eccle. benefi. vt noſtrum. hoc dico arg. ī. de reb. eccle. non alie. ſi vna. conci. Viennen. Legatus tamen videtur indiſtincte hoc poſſe facere: cum non inueniatur hoc expreſſe reſeruatum Papæ. arg. 2. q. 5. quæ de cauſa de hoc not. in prima parte Spec. titu. de legato. §. nunc oſtendendum. verſi. legatus igitur. Sed quid erit de alijs inferioribꝰ ordinarijs, nunquid hoc facere poterunt ſaltem in beneficijs ad eos pleno iure ſpectantibus: ſicut ſunt dignitates, officia, prioratus, & aliæ adminiſtrationes ad ipſos immediate ſpectantes? Videtur, q; ſic cum diſtinctione facta de epo, & capitulo ī. Sed nunquid vigore priuilegij, vel ſtatuti epiſcopi, & capituli poterunt iſta leuari à beneficijs ſpectantibus ad inferiores pręlatos ipſius diœceſis? Planum eſt, q; ſi ſint exempti, non. ſup. de offi. ordi. graue. & de priui. ex parte. vnde ſolus Papa, & legatus a latere poſſet eos adſtringere ad hoc, vt ī. de offi. leg. c. 1. de verb. ſign. veniens. in prin. Et idem videtur de non exemptis beneficijs, quæ ad eos pleno iure ſpectant. 16. q. 1. in ſumma. & cap. de monachis. & q. 2. viſis. In alijs autem, in quibus epiſcopi habent inſtitutionem, ſeu confirmationem, videtur, ꝙ poſſint, ſicut de proprijs habent ſtatuere: cum plus habeat in talibus epiſcopus, quam patronus. ī. de offi. leg. dilectus. & de priu. leg. cum & plantate. §. in Eccleſijs ergo, &c.

Beneficiorũ vacantiũ fructus, an poſſint menſæ, vel alij vſui applicari.

c ¶ In totum.] No. q; dicit hic, in totum, & hoc, qđ ſequitur nihil inde percipiunt. & ī. §. ſequitur. in princ. integre. & eo. §. circa finem, verſicu forſan. cum integritate percipere, &c. ex quibus concluditur, q; Papa non intellexit hic prouidere, nec proſpicere, niſi in caſu, in quo beneficiati ex toto amittebant fructus, & obuẽtiones annorum primi, ſecundi, vel vlterius, ergo a contrario ſenſu ſi aliquid remanebat beneficiatis, quod non conſueuerint collectores leuare, in iſto caſu non prouidet decret. Pone ergo, quod Prior ſancti Euſebij Altiſſiodorenſis, qui conſueuit ab antiquo accipere groſſos fructus præbendarum primi anni in Eccleſia Altiſſiodorenſis ex integro, reſeruatis quotidianis diſtributionibus nouis canonicis, nunquid dictis canonicis inibi reſidentibus, vel in ſeruitio Papæ, ſeu Cardinalium exiſtentibus, habebit iſte prior iuxta hanc decreta. ſummam, pro qua dictæ groſſæ præbendæ ſoluuntur, decimam, vel reſiduum, quod maluerit eligere: vel potius poterit prout hactenus conſueuit totam groſſam præbendam accipere relictis quotidianis diſtributionibus illis, qui volunt inibi reſidere? Videtur, quod

ctare deberent, nihil inde percipiunt, vnde illud inconueniēs ſequitur, quod cōmode [a] nequeunt ad impendendum ſeruitium debitum reſidere in Eccleſijs, in quibus beneficiati exiſtunt. ¶Nos de illo [b] ſuper his remedio prouidere volentes, per quod hi, & illi in fructuum perceptione prædictorum participēt, [c] & Eccleſiæ debitis [d] ſeruitijs non fraudentur; præſenti [e] decreto ſtatuimus de fratrum noſtrorum conſilio, quod illi, qui fructus prædictos ſibi hactenus integre [f] vendicabunt [g] ex priuile-

quod totam groſſam, prout cōſueuit, habebit. per ea quæ dixi: Nam ſatis debent ſufficere quotidianæ diſtributiones illis, qui reſident: alij autem ſibi imputent: quia tales abſentias forſan voluntarie ſibi quærunt. voluntarium enim & exquiſitum, ſeu procuratum impedimentum neminem excuſare debet. argu. de accuſ. veniēs. de appel. cum parati. de dila. expoſuit. cum ibi not. In contrarium videtur: nam Papa in vtroque caſu huiuſmodi decret. intelligit prouidere ipſis beneficiatis, qui commode nequeunt ad impēdendum ſeruitium debitum reſidere, vt ſ. ſequitur. Sed iſti nequeunt cum ſolis diſtributionibus quotidianis, dato q; reſideant, impendere ſeruitium: cum illud dicatur commode fieri in talibus, quod fit cōſideratis nobilitate, ſcientia, & dignitate, de quo plene not. ſup. de reſcrip. cum adeo. Item intelligit prouidere circa illos: & de illis fructibus dumtaxat, qui erant in Eccleſia decimabiles, & de quibus decima ſolui conſueuit: ſiue decima eſſet taxata, ſiue non: quod plene innuit. §. ſ. eod. in illis vero. in princ. ibi dum dicit, quod fructus, & obuentiones beneficij tūc vacantis, quos in decima ſoluere cōſueuit, &c. vnde cum diſtributiones quotidianæ non ſint decimabiles: ergo de illis non curauit hic Papa: ſed de groſſa præbenda dumtaxat, quæ erat decimabilis. vnde cum iſta ſic ab antiquo taxata, tenetur prior eligere alterum, quod maluerit iuxta primum dictum: maxime inter illos, qui cauſa neceſſitatis, vel euidentis, & probabilis vtilitatis ſunt abſentes: iuxta ea, quæ leguntur, & not. 7. q. 1. §. ambitionis. ſ. de cler. non reſiden. cum dilectus. durū etenim eſſet ſi rector Eccleſiæ poſſet exigere totam integram decimam à ruſtico: qui non fraude, vel dolo, vel negligentia, vel maiori ſua vtilitate permiſit ſuā ſegetem deſtrui: nec paſſus fuit eam ad perfectionē venire: ſic in propoſito de illis quotidianis diſtributionibus, quæ ſine fraude ſua, & culpa iſtis deficiunt. durum eſſet ſi groſſa ſua ipſis auferretur, qđ alijs tribueretur: & ſic quaſi bis punirētur ijdem ꝯ omnia iura. & hoc verius. Sed quid dices de illo reſiduo, qđ ſupereſt canonicis quolibet anno in cathedralibus, & collegiatis Eccleſijs de illis fructibus, quos habent ad partem ſolutis groſſis præbendis, & diſtributionibus quotidianis: vel propter nimiam abſentiam canonicorum, quæ interuenit in illo anno, vel aliàs, nunquid illud computabitur inter groſſas præbendas: ſic q; exiſtentes in ſeruitio Papæ, vel ſtudentes in Theologia, vel aliàs priuilegiati habebunt de his partem: vel potius inter diſtributiones computabitur, ſic q; ſoli præſentes hoc totum ſibi retineant? Crederem, q; vbi ſunt diſtincti fructus, & redditus, de quibus ſoluuntur groſſæ, à redditib⁹ de quibus quotidianæ ſoluuntur: tunc abſentes tales haberent partem de ſolo reſiduo groſſorum: ſed vbi totum eſt inſimul, & nihil diuiſum: tunc de toto reſiduo debent habere abſentes, ex quo a ſolis diſtributionibus quotidianis, & non ab alio ſunt excluſi. fauorabile eſt enim priuilegium eorum ſaltem in illis caſibus, de quibus ſup. de cler. non reſiden. cum dilectus. de magiſtris. cap. fin. & per conſequens excluſio odioſa: cum contrariorum eadem ſit diſciplina, vt 32. diſtin. hoſpitiolum. Diſtributiones enim proprie dicuntur, quæ actu diſtribuuntur, & non aliæ. argu. ſup. de præb. licet. vnde de toto reſiduo in hoc caſu habebunt partem ſuam dicti canonici: & per conſequens iſti collectores iuxta ordinationem illius decretalis. Si quæras, quæ ſit ratio, quod in hoc caſu nihil recipiatur de quotidianis diſtributionibus, & tamen de groſſa præbenda percipitur? Dic, quod hoc eſt: nam vt frequentius quotidianæ diſtributiones accipiuntur de bonis indiſtinctis talium locorum collegiatorum: vnde ipſa collegiata loca ſunt exempta à talibus collationibus, vt dictum eſt ſup. ſic, & quæuis bona ipſis adhærentia. argum. ſup. de paroch. cap. pen. de regu. iur. acceſſorium lib. 6. Secus autem de ſeparatis arg. eorum, quæ leguntur, & not. de proba. ex litteris. per Innocen. ff. de ſepara. p totum. Vel ſi forſan de bonis diſtinctis ſoluantur, dic, q; non cadunt ſub gratia: quia non ſunt proprie Eccleſiaſtica beneficia, ſed potius quædā ſalaria, quæ dantur ſeruitoribus pro labore diurno, ſicut ſtipēdia militibus, vel diurni denarij. Per primam autem rationem credo, quod de Eccleſijs, in quibus nulla eſt diſtinctio: ſed omnia ſunt communia, quę per quotidianas diſtributiones ſoluuntur, nihil iſti recipiant leuatores: ſicut fit inter iſtos regulares quaſi communiter, & inter ſęculares etiam quandoque: iuxta ea, quæ notantur ſup. de præben. ratio. & ca. expoſuiſti. ſecus autem de officijs, de præbendis, ſeu dignitatibus: etiam inter corpora iſtarum Eccleſiarum collegiatarum exiſtentibus, ex quo habent bona diſtincta ab ipſo capite: iuxta ea, quæ leguntur ſ. de præben. mandatum. §. ad beneficia. lib. 6. Quotidianum tamen victum, quem camerarius in monaſterio recipit, non percipient iſti collectores: licet fructus camerariæ recipiantur: licet contrarium fieri viderim, & male. Sed quę eſt ratio, quod iſta membra intra corpus exiſtentia non gaudeant priuilegio capitis, ſicut gaudeant in illo caſu ſ. de preben. quamuis. §. quamquam. lib. 6. Dic, q; fauor, qui eſt hic, & odium ibi, ſoluunt contrariū. ſup. de regul. iuris, lib. 6. odia. de hoc notaui in dicto cap. quamuis.

Impedimentum exquiſitum non excuſat.

Decima integra exigi non poteſt a ruſtico cuius ſeges eſt deſtructa.

Diſtributiones ſunt quæ actu diſtribuuntur.

Diſtributiones quotidianæ de quibus bonis capiuntur.

[a] ¶ Commode.] Nihilominus tamen tenebitur impendere ſeruitium, aliàs peccat, ad inſtar viri, cui vxor non poteſt reddere debitum: qui nihilominus eam alimentare tenetur: ſed imputet ſibi qui talem accepit, vt legitur 32. q. 7. quod propoſuiſti. & not. 91. diſt. clericus.

[b] ¶ Nos de illo.] Tertia pars.

[c] ¶ Participent.] iſta enim eſt bona prouiſio, quæ æqualitatem eligit: lucrum, & damnum penſat, & diuidit æqua lance: & ideo ſtatera in manibus eius eſt poſita, vt ſic cum ea gratias, quas facit aliquibus ponderet, vt non per eas alij enormiter aggrauentur: iuxta ea, quæ leguntur ſ. de re iud. cum cauſam. in princip. de decimis, ſuggeſtum. quia durum eſt, quod aliqui de fletu rideant aliorum. ſ. de priui. petiſti. & quod vnus tantum habeat onus, alius totum lucrum. ſ. de præben. extirpandæ. Guiliel. de monte Laud.

Fletus vnius non debet eſſe riſus alterius.

[d] ¶ Debitis ſeruitijs.] eſt ergo ſeruitium, vel obſequium diuinum penſio Deo debita, vt ſ. de celeb. Miſſa. cap. 1. & c. graui. concil. Vienneń. à qua non videtur quis poſſe abſolui, niſi ipſam reſtituat, ſi citra infirmitatem eam ſubtraxerit, cum non remittatur peccatum, &c. vt ſ. de vſur. cum tu, & 91. diſt. c. 1. & 2. de hoc plene dixi in dicto cap. graui ſ. eo. in prin.

[e] ¶ Præſenti.] verſiculus.

[f] ¶ Integre.] ſubaudi, vel in tam pauca quantitate, q; in ea commode reſidere non poſſet, vt ſ. dixi, vt ſic nullum, & inutile hic æquiparentur. ſ. de tranſla. inter corporalia. de frigi. fraternitatis

[g] ¶ Vendicabunt.] conditione ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio: cum alia actio non ſit hic prodita, licet non ſit multum de nomine actionis curandum: dum

tamen

gio, de cõſuetudine, vel ſtatuto, nihil exinde vltra ſummam pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit [a] in decimæ ſolutione taxari, prætextu cuiuſuis priuilegij conſuetudinis, vel ſtatuti quouis modo percipiát: ſed ipſius ſummæ perceptione dumtaxat ſint omnino contenti, totali reſiduo [b] prædicta obtinentibus beneficia remanſuro, [c] niſi forſan illi, qui fructus eoſdem ſoliti [d] fuerint, (vt præfertur,) cũ integritate [e] percipere, ꝓ ſe mal-

Actionis nomen non eſt cauandum.

tamen ſit recta intentio, & verbis apertis, & cõgruis proponatur, vt ĩ. de iud. dilecti. & cap. examinata. vel aliàs directa rei vendicatio intenietur, cum dominium iſtis de iure ſpeciali competere in his fructibus videatur, ſicut de decima de iure communi eccleſijs parochialibus, vt ſup. de deci. parochianos. Quis habeat verum dominium in rebus Eccleſiæ? dic vt not. Hoſtien. de pecul. cler. c. fin.

a ¶ Conſueuit.] per xl. annos, ſcilicet non interuenerit, niſi vnus actus, vt ĩ. de cau. poſ. cum Eccleſia. 16. q. 3. quas actiones. Videtur tamen, ꝙ decem anni ſufficerent, ex quo non eſt cõtra ius commune: dum tamen vnus actus interueniſſet per ea, quæ not. ff. de legib. cum de conſuetudine. & C. quæ ſit longa conſuetudo, ſuper rubrica & l. 1. maxime cum tendat ad tollendum ius alterius certantis tantum de lucro captando: nam iſtis, qui de nouo talia aſſequuntur beneficia, non multum detrahitur ſi fructus primi anni ſibi retineat, qui eſt dominus omnium Eccleſiarum, vt ĩ. de præben. licet. 1. li. 6. hoc dico arg. leg. ff. de perpe. & temp. præſcrip. l. ſi quis. & ideo iura canonica de præſcriptione conſuetudinis loquentia, nõ dicunt, ꝙ canonice ſit præſcripta, ſed potius, ꝙ legitime, vt patet ĩ. de conſue. cum tanto. in fine. & de præb. cum de beneficio. lib. 6. quod videretur maxime hodie iuxta formas, quæ à curia exierunt ſuper gratijs, in quibus non dicitur, iuxta taxationem antiquæ decimæ, ſed decime tantum: & ſic cuiuſlibet cõſuetæ: habet enim

Conſuetudo diuerſa nomina habet.

conſuetudo diuerſa nomina: quandoq; dicitur præſcripta, vt ĩ. de offi. ord. dũo. quandoq; antiqua. C. de iure fiſci. l. 1. quandoque longa. vt C. quæ ſit longa conſuetudo, quandoq; vetuſta, vt ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. denique. & l. 2. in princ. quandoque diuturna. ff. de legi. diuturna. quandoque inueterata. ff. de leg. de quibus quandoque vetus. ff. de pub. & veſti. l. Imperatores. quandoque perpetua. ff. de legi. nam tempore. iuxta hoc quæro, quę propriè dicatur antiqua? textus dicit ſic: Ex antiqua conſuetudine, a tempore cuius non extat memoria in contrarium: & ſic videtur, ꝙ tantum tempus requiratur in hoc caſu, & talis conſuetudo habetur iure conſtituti, vt probatur ĩ. de verb. ſigni. ſuper quibuſdam. de præſcrip. epiſcopũ. lib. 6. in fi. cum ibi notatis. Quæ ergo conſuetudo hic ſufficiet ad hoc, ꝙ diuiſio in iſto §. poſita habeat locũ: quia de hoc vidi pluries dubitari: vnde vt melius hoc videas, pone, ꝙ quidam impetrauit primam dignitatem in eccleſia Gerundeñ. non excedentem ſummam centum librarum Turoneñ. ſecundum taxationem decimæ: dominus autem Ioannes filius regis impetrauit ſecundo inibi ſine ſumma: poſtquam vacauit quidam archidiaconatus, qui hodie valet vltra centum libras Turoñ. tam propter res, quæ ſunt ibi caræ, quam propter monetam illius terræ: quæ licet olim minus valere conſueuerit, quam Turonenſes parui: modo tamen adæquatur eis: non tamen inuenitur ibi aliqua antiqua, vel conſueta taxatio, niſi ꝙ à tempore Greg. x. qui decimam concedens paſſagio vltramarino, iuſſit, ꝙ in primo anno haberetur iuramentum à rectoribus ſuper valore, & ꝙ extunc ille valor ſic iuratus acciperetur, & ꝙ non plus, niſi vellent: non tñ propter hoc eſſent liberati à populo. nec propter hoc a parentis in proceſſibus ſuper hoc factis contentus: quæ quidem taxatio in illis partibus, quaſi cõiter obſeruatur, & hoc in collectione decimæ: quia ibi non inuenitur contradictio: non autem in taxatione expreſſa in litteris impetrantiũ. vel per collectores annalium, vbi contradictores exiſtũt. Credo, ꝙ ex quo Greg. non abſoluit eos a reſiduo, licet taxationem iuratam præceperit recipi: quicquid tunc expertis ſuper hoc ſecutum eſt, totum fuit permiſſum, & ſic conditionale: quia quod permittitur volendo, præcipitur in hoc caſu. Sed pone, ꝙ Prior de Spinaſſa prope Tholoſam, non ſoluit decimam, niſi à xxx. annis citra, ſed ab illo tempore ſoluit continuo certam ſummam pro maiori valore in duplo, quam valeant redditus prioratus: nunc dicit collector, ꝙ illã ſummam elegit iuxta iſtum §. Prior autẽ dicit nõ eſſe taxationem conſuetã, ex quo per xl. annos nõ durauit: & ſic non iſtũ, ſed §. ſequentem habere locum: maxime quia ſi illam ſummam leuaret, nihil remanebit ſibi, vel alijs ſeruitoribus prioratus. hoc eſt, quod ĩ. quærebatur, an ſcilicet minor xl. annorum conſuetudo, aliàs ſuper certa, & indubitata quantitate continuata, liget inuitas partes ad ſui obſeruantiam? pro & contra, ſ. allegaui ſatis: ſed reſponſionem, quia de facto eſt, diſputationi relinquo. Sed nunquid ſaltem poterit dictus prior per beneficium reſtitutionis iure minorum, ex quo non eſt conſuetudo completa, & à fine completionis cum extunc incipit grauari, videantur computari quattuor anni, qui dantur in talibus, vt ſup. de in integ. reſtitu. eccleſia. lib. 6. vel ſaltem ex maioribus, petere, vt error, qui fuit in calculo reparetur per legem. ff. quæ ſen. ſine appel. l. 1. §. 1. & idem quæro de beneficijs, quę à tempore taxationis xl. annorum ſunt, & poſtea vſq; nunc bene valebant ſummam taxatam, & plus: nũc autem eorum poſſeſſiones per alluuionem, vel aliàs perierunt, vel valor fructuum diminutus eſt propter vilitatem rerum. ita ꝙ multo plus excedit ſummam, quam valeant omnes fructus: iuxta ea, quæ leguntur, & no. ĩ. de loca. ꝑ ſterilitatem. in quibus non præcipito ſententiam: quia de facto pendent. Sed nunquid iſte collector poterit dicere, volo, ꝙ ſummam pro qua conſueuit ſoluere decimam, quam ego eligo, ſtatim mihi ſoluat: alter dicit, ꝙ non faciet, niſi prout euenient fructus, & prout poſſit gaudere de ipſis? Credo, ꝙ bene dicat, nam ſufficit, ꝙ intra annum ſibi ſoluerit, ex quo totus annus cedit. ĩ. de offi ord. præſenti. li. 6. Sed quid erit ſi illo anno pereunt tempeſtate, vel incurſu hoſtium fructus, vel contingit tranſitus Papæ, vel legatorum, qui maiorem partem conſumpſerunt de ipſis: nunquid totum damnum, & periculum erit beneficiati, vel potius contribuet collector cum ipſo? Hic videretur dicendum, ꝙ ſi omnes fructus illius anni abſorberentur in ſumma conſueta ſolui pro decima, non haberet locum iſte §. ſed ſequens, maxime vbi nihil remaneret beneficiato, quod innuit verbum ſequens, totali reſiduo, &c. vel ſaltem, ꝙ ipſe beneficiatus diceret collectori, ego nihil volo, accipias tu omnia, & ſupportes onera, mihi, & alijs neceſſaria miniſtrando. arg. cap. de offi. ord. præſenti. lib. 6. præſertim cum mihi ſit licitum, quatenus me tangit, renunciare huic, quod fauore mei noſcitur introductum. C. de legi. quod fauore.

Error petitur reparari.

b ¶ Reſiduo.] ergo hic præſupponit eſſe reſiduum: quod ſi nõ eſt, vĩ locũ iſtũ §. non hic, nec etiã ſequentem, cum iſta ſint taxata. remanet ergo iſte caſus, in quo nõ prouidet hæc conſtitutio: ſed quid de ipſo fiet? dixi ſupra.

c ¶ Remanſuro.] pro ſuis, & ſuorum, & alijs oneribus ordinarijs, & extraordinarijs ipſius beneficij ſupportandis. ſimile ĩ. de præb. de monachis. cum ſimilibus. Guitel. de monte Laud.

d ¶ Soliti.] ſupple, vel de nouo conceſſi ex gratia, vel ſtatuto, vt ĩ patet.

e ¶ Cum integritate.] & idem ſi non integre, ſed quaſi: ſic ꝙ de reſiduo non poſſent reſidentes com. mode ſuſtentari, vt dixi ſ. eo. c. 1. § in fi.

lent [a] ipſum habere reſiduum, & obtinentibus ipſa beneficia ſummā [b] dimittere memoratam: quo caſu percipiendi quod maluerint, illis relinquimus optionem: [c] ſic quod intra decem dies poſtquam ſciuerint beneficia ipſa vacare, ij quibus annalia ipſa debentur ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, aut ipſorum annaliū collectores, [d] quam partē habere voluerint, an ſcilicet decimæ taxationem, vel illa dimiſſa reſiduum, (nulla ſubhaſtatione pręmiſſa,) eligere teneantur. Quam electionem ſi intra dictos decem dies nō fecerint, vt eſt dictum, extunc [e] ad eum cuius eſt beneficium, huiuſmodi optio, vel electio tranſeat ipſo iure. [f] Et hoc in eccleſijs, & partibus illis, in quibus beneficia maiora, & alia quātum ad ſolutionem decimæ ſunt taxata, volumus obſeruari. In illis [g] vero partibus, & eccleſijs, in quibus decimarum

a ¶ Mallent.] Nota tales gratias, quæ fauore eccleſiarum, vel aliquibus pijs vſibus applicantur, etiam de bonis eccleſiaſticis, &c. in aliorum odium conceduntur, ad inſtar eorum, quę conceduntur motu proprio large interpretari. argu. ī. de præb. ſi pluribus. lib. 6. facit ī. de verb. ſign. tua. Item nota, q. vbi in diuerſis perſonis ius priuatum concurrit cum communi, & extraordinariū cum ordinario; priuatum, & extraordinarium communi ordinario præferuntur: & hoc facit prærogatiua illorū, per quos hic ſpecialia ſunt conceſſa. argum. ſup. de præben. ij qui. lib. 6. Item fauor illius pro quo conceſſa eſt res, vt dictum eſt: ſecus ſi in eadem perſona concurrerent: quia tunc primo vti debet ordinario, quam extraordinario. & ſic non obſtat ff. de mino. in cauſæ.

In priuatum quādoq; pręfertur communi.

b ¶ Summam.] & de hac habebunt ipſi beneficiati onera eccleſiæ ſupportare, ſi id non ſufficiat, ponat de proprio, vel propria manu ſibi quærant. arg. ī. de celeb. Miſſ. c. 1. 19. diſt. c. 1.

c ¶ Optionem.] ſimile ī. de conſue. ca. fi. de præb. ſi pluribus lib. 6.

d ¶ Collectores.] hic poteſt quæri, an aliquam compulſionem habeant huiuſmodi collectores? videtur, quod ſic: aliàs parum eſſet eorum officium. argum. ī. de offic. ord. ex litteris. Dic, q. hic non poteſt dari certa reſponſio, cum hoc dependeat ex poteſtate eis in ſuis priuilegijs, vel ſtatutis conceſſa. vel per conſuetudinem, quę etiam facti eſt, introducta: de quibus niſi per inſpectionem eorum non poſſumus iudicare. ſup. de priui. accepimus. de conſtitu. licet. lib. 6. Sed pone, quod ipſis collectoribus in priuilegijs, vel ſtatutis data eſt per illos, qui poterant, plena compulſio, cum clauſula, contradictores, &c. numquid poterunt hoc alij cum eadem coertione committere? Non videtur, cum certum miniſterium ſit eis commiſſum, per cap. ī. de offic. deleg. quoniam abbas. Sed numquid ipſi poterunt ſine alio ſpeciali mandato, poſito etiam q. ſint dati a Papa, beneficia, quæ vacant de iure, non tamen de facto vocatis partibus declarare vacantia, & vt talia occupare? Hoc vidi de facto in præpoſitura eccleſiæ Cęſarauguſtañ. Et videtur, q. ſic, cū executores gratiarum, & legatus ſedis Apoſtolicæ, (præmiſſa tamen cauſæ cognitione,) hoc poſſint, & etiam ſimplex ordinarius, iuxta ea, quæ leguntur, & not. ſup. de præben. licet epiſcopus. ī. de offi. leg. officium. lib. 6. Contrarium credo, niſi amplius contineret eorum littera, quam officium ipſorum requirat, cum ad colligendum vacantia ſimpliciter dati ſint, & ad compeſcendum rebelles ſuper hoc, & res poſſeſſa per aliquos non dicatur plene vacare, dum tamen eorum poſſeſſio ſit aliquo iuris adminiculo fulcita: quia forſan ſecus ſi poſſeſſio eſſet nuda, vt dixi ī. in verbo, vacantia. & probatur ſup. de reſtitu. ſpo. ex parte. in ſi glo. & de conceſ. præb. cum noſtris. & ca litteris. officiū enim ad certum vſum datum, non debet ad alium penitus diuerſum extendi, vt ī. de appel. nouit. In contrarium autem allegata in ſuis caſibus ſpecialibus locum ſibi habent. Quid ergo dices de iſtis collectoribus, qui volentes fauere impetratori fingenti vacare beneficium, quod non vacat, ad eius inſtantiam cum potentia regis, cui data ſunt annalia, & etiam ipſi regales repellunt per violentiam poſſeſſorem de beneficio, & frequenter iniuſte: ad hoc, vt ipſe impetrans poſſit poſtea poſſeſſionem citius adipiſci, ex quo multa mala ſequuntur? Credo in hoc caſu, quod impetrans incideret in pœnam illius cap. ī de præb. eum qui. lib. 6. & q. etiam collectores ſic in ſuo officio publice delinquentes, crimen concuſſionis incurrunt. ff. de concuſſ. l. 1. & 1. 11. q. 7. ſancimus. vbi de hoc. Sed qualiter cognoſcit collector, ſi poſſeſſio talium ſit iuris adminiculo fulcita, vel nuda penitus: nunquid ipſe cognoſcet de hoc, cum nulla cognitio, ſed ſimplex cōpulſio, & executio ſit ſibi in hac parte commiſſa? Credo, q. in hoc caſu habebit per omnia ſeruare doctrinam illius cap. ī. de reſcrip. cum cōtingat. vt ſcilicet ſi ſibi ſit liquidū vtriuſque partis documentis quis ius habeat, & hoc ſit notoriū, & certum: ſecundum hoc accipiet, vel non accipiet vacantem: aliàs ſi dubium eſt, faciet hoc per eorum iudices declarari, ad quam partem declinabit ſemper in dubio, ne falcem ſuā ponat in meſſem alienam. arg. ī. de offi. deleg. ſi quando. & cap. paſtoralis. & de elect. venerabilem. in princ. Sed nunquid iſti collectores poterunt ſuo tempore ſcindere nemora cædua, vel alia, vel pulchras arbores, ſeu exhaurire, vel euacuare ſtagna de groſſis piſcibus per multos annos nutritis? Videtur, q. ſic, quia quicquid fructum nomine vtiliter ſuo tempore euenit, totum ſuum eſt oneribus ſupportatis ī de offi. ord. pręſenti. lib. 6. In contrarium videtur, quia talia ſine quibus deterioratur proprietas, non cadunt ſub fructuum nomine, vt ff. de vſuf. arboribus. & l. item. & de cenſib. forma. Videtur dicendum, q. magna nemora, arbores non cæduas, non vaſtabunt, nec ibi cædua, vel ſtagna, niſi quatenus augmētum, ſeu emolumentum eorum tempore iſtis competenti poterunt adæquare ad inſtar mariti fructus dotis lucrantis. argu ff. ſol. matri. l. diuortio. §. non ſolum.

Decimarum beneficialiū collectores, an habeant aliquā compulſionem.

Falcē in meſſem alienam mittere non debemus.

e ¶ Extunc.] hoc verbum, tunc, vltimam horam temporis denotat. & ſic iſtos decem dies computabo de hora in horam, à tempore ſcientiæ incipiendo, ad inſtar decendij ad appellandum hoc probatur. ff. de condi. & demon. l. 4. in fi. 2. q. 6. biduum. ī. de appel. concertationi. lib. 6. Sed quis probabit ſcientiam, vel qualiter conſtabit de ea: cum ſemper collector dicat ſe hoc ignoraſſe, & quilibet præſumatur ignorans de iure, maxime in hoc caſu, in quo non imminet periculum animę, ſi non vigilet, licet immineat periculum burſæ. 82. diſtin. propoſuiſti? Credo, q. ſemper poterit allegare ignorantiam, donec vacatio publice nota ſit in loco vbi eſt beneficium. Sed extunc non, vt ſup. de conceſ. pręb. cum ▪ quem. concil. Vien. in fi. quare credo expediens ipſi beneficiato, q. cum teſtibus, vel inſtrumento intimet collectoribus ipſam vacationem, ne extunc poſſint ignorantiam allegare. argu. ī. de elect. cauſam electionis. concil. Vieñ.

Decendium ad appellandū currit de hora in horam.

f ¶ Ipſo iure.] & ſic non eſt hic opus facto hominis, niſi in declaratione tantum, vt ī. de hæret. cum ſecundum leges. lib. 6. Guliel. de monte Laud.

g ¶ In illis.] Quarta pars. iſte eſt caſus in illis partibus, in quibus non eſt conſueta pro certa ſumma ſolui decima:

taxatio non eſt facta, [a] ſeruetur, quòd fructus, & obuentiones benefi-[b]cij tunc vacãtis, quos in decima [c] ſoluere cõſueuit, [d] per medium diuidantur: [e] quorum medietatem habeat [f] is, cui annalium per alterum de prædictis [g] modis perceptio eſt conceſſa. Reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium eſt conceſſum pro ſuſtentatione ſua, & alijs eccleſiæ oneribus ſupportandis. [h] Quòd ſi alter de prædictis prædicta medietate voluerit [i] eſſe contentus, altero contentari nolen-

Fructus non omnes ſunt decimabiles.

ma: ſed de anno in annum taxantur fructus, prout eueniunt, ſi ſint ibi aliqui fructus, de quibus non conſueuit ſolui decima, vt puta de horto contiguo eccleſiæ, vel de vinea, vel de agricultura, quam proprijs manibus rector excolit, vel ſimilibus. Hoc non diuiditur, ſed de reſiduo toto decimabili fient duæ partes, quarum vna collectoribus, alia applicabit beneficiato ſic ꝙ pars illius, qui ipſa non contentabitur ad contentantem tranſibit. Guliel. de monte Laudulo.

a ❡ Non eſt facta.] Ideſt conſueta fieri. Vel dic facta per illũ, qui eam facere poterat cauſa cognita, & vocatis, qui fuerant euocandi: aliàs res inter alios acta alijs nõ noceret. ĩ. de re iudi. cum ſuper. & c. quamuis. quod qualiter poſſet fieri, maxime niſi deberetur ex priuilegio Papæ, non video, niſi ipſe Papa ex certa ſcientia hoc feciſſet, cum officium executorum, ſeu collectorum decimæ non extendat ſe ad hoc, vt ſ. dictum eſt. Sed nunquid epiſcopus, & capitulum ſtatuere poterunt, & taxare in ſingulis eccleſijs certam ſummam, pro qua quælibet eccleſia teneatur ſoluere decimam, & non pro pluribus? Non credo, cum hoc eſſet legem ſuperiori imponere, & eius reſtringere poteſtatem, & libertatem, quod non poſſunt. 28. diſtin. §. 1. ĩ. de verb. ſignifi. conſtitutionem. in fi. lib. 6. ex quo ſequitur, quòd per ſolam ordinationem Papæ expreſſam, vel ſaltem tacitam, quæ fingitur in conſuetudine aliàs præſcripta legitime, talis taxatio poterit fieri, ad minus in his, quæ forum Papæ concernunt ſuper hoc.

b ❡ Quos.] ſ. fructus, & obuentionem.

c ❡ In decima.] ideſt, qui hactenus fuerunt decimales eccleſijs baptiſmalibus.

Decima de quibuſdam fructibus nõ debetur.

d ❡ Conſueuit.] ſcilicet beneficium vacans, hoc vult dicere, quòd ſoli illi fructus veniant in diuiſione pro quibus dictum beneficium conſueuit ſoluere decimam, & non alij. Sed qui ſunt illi fructus pro quibus eccleſia, ſeu beneficium eccleſiaſticum non ſoluit decimam? Dic, ꝙ aliqui reperiuntur in iure liberi à decima, aliq poſſunt eſſe de conſuetudine. expreſſi in iure ſunt illi, ſ. qui inſurgunt in dote eccleſiæ. ĩ. de decl. nouum. Item ſi ſit locus religioſus, de ſuis noualibus, quæ proprijs manibus, vel ſumptibus excolit, & de nutrimentis animalium, & hortis, vt ĩ. de deci. ex parte tua. in fi. & ſic poteſt intelligi iſta libertas de decima debita eccleſijs parochialibus, vel poteſt intelligi etiam de decima, quę datur à beneficiatis ſummo Pontifici, vel illi, cui ille iuſſerit, de qua ĩ. de dec. c. 1. à qua poſſunt eſſe liberi aliqui fructus de iure, & etiã de conſuetudine: de iure crederem liberos fructus, qui pro quotidianis diſtributionibus aſſignantur, & lucrantur: nam tales diſtributiones a laborantibus in vinea Domini quotidie, ſic lucro fiunt: & ſub eorum proprio appropriantur, ꝙ de ipſis teſtari poterunt, ſicut ruſticus de denario diurno, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur maxime per Hoſt. ĩ. de pecu. clerico. c. ſi de teſta. requiſiſti. circa fi. de magiſtris. cap. fin. Item de agricultura, de lucro ſeruorum, de hoc, quod nent, ſeu filant moniales, vel ſcribunt monachi, licet totum ſit monaſterij. Item de quotidianis oblationibus, ſeu legatis, quæ religioſis maxime Mendicantibus offeruntur. arg. ĩ. de ſta. reg. c. 1. de exceſ. prælat. nimis, ſeu alijs hoſpitalibus, vel domibus religioſis. arg. ĩ. de præb. per litteras, & de relig. domi. quia contingit. concil. Viennen. de pecunia relicta a teſtatore pro certis anniuerſarijs, capellanijs, vel alijs officijs eccleſiæ perpetuo emendis. argu. ĩ. de teſta. tua. & c. de his, nec de beneficijs valde minutis, ſeu pauperibus. argu ĩ. de cleri. ægro. c. 1. Sed quid dicetur pauper, ſeu exiguum? Hoc relinquatur arbitrio eorum, iuxta ea, quæ notaui. ĩ. de reb. eccle. non alie. monaſteriorum. concil. Vien. in verbo, modicum. Credo tamen ſicut regulariter datur alia decima, quæ debetur eccleſijs parochialibus de omnibus fructibus ſaltem realibus, vt ſupra de deci. nuntios. & cap. ex parte. & cap. ex tranſmiſſa. ſic iſta, quæ debetur Papę ſaltem. ar. ĩ. de deci. c. 1. vnde ſicut de iſtis, vel ſimilibus non dabitur decima collectoribus eius, ſic nec iſta venient in diuiſionẽ iſtam: vidi tamen in Catalonia, ꝙ omnia etiam quotidianus victus monachi ſub hac diuiſione includebantur, & male.

Fructus quidam eccleſiaſtici ſic liberi ſunt, vt de illis ad placitũ poſſit diſponi.

e ❡ Diuidantur.] ſcilicet alij fructus, non autem liberi à decima.

f ❡ Habeat is.] illam. ſ. quam diuiſionem per aliũ factã de alijs, tam in rebus, q̃ in pecunia exiſtentibus ipſe elegerit, vt ſic tam ꝑꝑ ordinem litterę, q̃ etiam prærogatiuã, qua fungitur in hac parte, in optione potior habeatur. argu. ĩ. §. præced. facit. ĩ. de paroch. c. 1. & de elect. ſi quis iuſto. de præb. mandato. & c. ij qui. lib. 6. & habebit decem dies ad optandum, aliàs in alium optio deuoluetur per §. præcedentem.

g ❡ Prædictis.] ſcilicet priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto.

h ❡ Supportandis.] quæ ſi non ſufficiant, quærat ſibi aliunde, vt ſ. dixi.

i ❡ Voluerit.] ſupple, & volitum ſuum expreſſo ore, vel per aliqua interſignia indubitata oſtenderit. argum. ĩ. de conceſſ. præb. cum ei. concil. Vienn. aliàs non præſumitur quis de facili velle iactare pecuniam, aut iuri ſibi acquiſito renunciare. arg. ĩ. de renun. ſuper hoc. Sed quid ſi nolit ſuum volitum ſuper hoc declarare verbo, vel facto: ſed tacendo permittitur, ꝙ aliter fructus colligat: nunquid tacendo videtur oſtendere ſe nolle ipſos, vel potius velle? Et vr̃, ꝙ velle potius, quàm nolle, cum in appetibilibus taciturnitas habeatur pro conſenſu: in odioſis vero pro diſſenſu, vt ĩ. de regu. iur. is qui tacet. & c. qui tacet. lib. 6. Dic, ꝙ ſuper hoc expedit volenti, vt alium corã teſtibus, vel tabellione requirat, vt dixi ĩ. in alio membro. & ſi hoc modo non poſſit de ſua voluntate conſtare, ꝙ faciat per ſuum ſuperiorem ſibi aſſignari terminum. argu. ĩ. de præben. ſi tibi abſenti. in fi. lib. 6. alias non video, ꝙ pars parti poſſet terminum aſſignare, vel ipſam ad oſtendendum ſuum volitum compellere, cum non habeat imperium par in parem, vt ſ. de elect. innotuit. Nec appellatio decem dierum, de quibus loquitur ĩ. §. proxi. & ĩ. de præb. ſi pluribus. lib. 6. ſeu xx. de quibus. ĩ. de conſue. cap. fi. lib. 6. vel menſis ĩ. de conceſſ. præb. cum ei. aliquid in hoc caſu faciat, cum diuerſi caſus ſint: non ijdem, ſeu aduerſi. & Papa in iſto, ſicut in illis potuiſſet proſpicere ſi voluiſſet: quod nõ fecit: & ſic ad iura communia recurremus arg. ĩ. de decl. ad audientiam. cum ſimilibus. Sed quid ſi procurator, ſeu collector dixit ſe velle partem illam: Dominus autem, rex, vel fabrica, ſtatim dum ſciuit, reuocauit hoc, & dixit ſe nolle: numquid in hoc caſu factum procuratoris nocebit domino? Et videtur, ꝙ ſic, cũ ſit in omittendo potius, quam in committendo. & ſic debet domino nocere, & imputet, ꝙ ſic negligẽtem eligit. ĩ. de elect. ſi compromiſſarius. lib. 6. In contrariũ vr̃, cum expreſſio voluntatis potius in committendo, quàm in omittendo exiſtat, & ſic non debet nocere, maxime cum in talibus delictum, ſeu factum perſonæ nõ noceat eccleſiæ,

Iuri ſuo non renuntiat, quis de facili.

Procuratoris factũ an dño noceat.

eccleſiæ, vt ſ. de excep. cum venerabilis: & error procuratoris poſſit retractari negotio nondum finito. ſ. de confeſſis. c. fi. de appel. cum cauſam. de cenſi. olim. Hoc non eſt materia propria: ſed dic de hoc, vt legitur, & no. ſ. vt li. nō conte. c. 1. vbi de hoc, maxime per Hoſt. nuntur iſta duo: & ideo non ſufficit alterum iſtorū accidere. ſimi. ſ. de reſcr. ex parte & c. olim.

f ¶ Ad quos pertinebit.] ſ. ſm præfatum ordinem, vel alias ſm ius cōe, vel ſpeciale, de quo ſ. de offi. ordi. cum vos plerumque. in fi. & c. præſenti. li. 6.

te, pars volentis ipſo [a] iure tranſeat ad nolentem, & volens fructus, & obuentiones illius beneficij percipiet vniuerſos, eidem beneficio congrue faciens deſeruiri, ac eius ſupportans onera cōſueta. ¶Et [b] ſi quicq̃uam aliquis prędictorū [c] vltra [d] præmiſſa perceperit, [e] illudq; his, ad quos [f] pertinebit, intra menſem non reſtituerit cum effectu, [g] eo ipſo [h] ſi [i] epiſcopus, vel ſuperior prælatus fuerit, à pōtificalibus, [k] & ingreſſu eccleſiæ nouerit ſe ſuſpenſum. Si autem capitulum, vniuerſitas, vel collegium, eccleſiaſtico interdicto [l] ſe nouerit (donec prædicta cum integritate [m] reſtituerit) ſubiacere. Si vero aliqua ſingularis pſona eccleſiaſtica, vel mundana [n] id fecerit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto, à qua niſi reſtitutione præmiſſa (prætèrquam in mortis articulo) minime abſoluatur, nō obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, vel indulgētijs, aut contrarijs cōſuetudinibus, aut contrarijs ſtatutis, iuramēto, confirmatione ſedis Apoſtolicæ, aut alia quacūq; firmitate vallatis. Quæ omnia quo ad hæc auctoritate Apoſtolica reuocamus, caſſamus, & irritamus, & nullius deinceps eſſe volumus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cōſtitutionis, reuocationis, caſſationis, & voluntatis infringere, vel ei, &c. Si quis, &c. Datum Auinion. Calend. Nouembris. Pontificatus noſtri anno ij.

De rebus eccleſiæ non alienandis.

¶Paulus Venetus Papa ij.

¶ Bonorum eccleſiaſticorum alienatio non tenet: & alienantes, & recipientes ſunt excommunicati, prælatiſque diuerſis diuerſa pœnæ imponuntur.

CAP. VNIC.

AMbitioſæ † cupiditati, illorum pcipue, qui diuinis, & humanis affectati damnatione poſtpoſita, immobilia, & pretioſa mobilia Deo dicata, ex quibus eccleſiæ, monaſteria, & pia loca reguntur, illuſtranturque, & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant, profanis vſibus applicare, aut cum maximo illorum, ac diuini

a ¶ Ipſo iure.] poſtquam de eius voluntate conſtabit.

b ¶ Et ſi quicquam.] Quinta pars. Et nota verbum, quicq̃, legitur in Euangelio Ioan. 14. in fi. vbi dr̄, & in me non habet quicquā. ſ. de ele. quia ſæpe. lib. 6. ibi, quicquam de bonis perceperint, &c. & ſic nihil excipitur: immo quantumcumque modicum fuerit, qđ vſurpatur p̄ iſtos contra ordinationem prædictam, vſurpans iuxta condōnem ſuā pęnas inſcriptas incurrit. arg. ſ. de maio. ſoli tæ, in fi.

c ¶ Prædictorum.] ſ. benefactorum, vel illorum, quibus ex conſuetudine, priuilegio, ſeu ſtatuto fructus vacantium competunt, & intellige per ſe, vel per alios eis mandantibus, vel aliàs poſt factum ratū habētibus, quod eorum nomine geſtū erat, ſeu pręſtantibus auxilium, conſiliū, vel fauorem, aliàs non, vt ſ. de reſt. ſpol. cum ad ſedē. de ſen. excommu. quantæ. & c. cum quis. lib. 6. non tamen extenditur iſta pœna ad extraneos iſta vſurpantes, niſi forte participarent cū iſtis ſciēter in crimine criminoſo, cum tamquam pœnalis ſit reſtringenda. ſ. de electio. ſtatutum. lib. 6 de ſenten. excommuni. ſi concubinæ.

d ¶ Vltra præmiſſa.] ſ. ſummam, vel reſiduum in taxatis, vel dimidium in alijs iuxta ordinem, vt ſuperius clare patet. Guliel. de monte Laud.

e ¶ Perceperit.] & ſic nota hic duo, ſcilicet iſtud, & illud, quod ſequitur intra menſem, niſi reſtituerit cū effectu, eſſe neceſſaria ad hoc, q. quis infraſcriptas pœnas incurrat: ergo ſi non perceperit, licet ad eum aliquo caſu aliàs peruenerit: vel ſi perceperit, & reſtituerit, non incurrit; coniunctim enim ponuntur

g ¶ Cum effectu.] ſic verba intelligenda ſunt, vt ſ. de cler. non reſi. relatum. de pœni. di. 1. aut verba.

h ¶ Eo ipſo.] poſt mēſem ſ. ſimi. ſ. de ſent. excom. quicumq; li. 6. Si quæras quot dies mēſis iſte habeat: dic, q. tot, quot habebat ille menſis, in quo illud contingit, ſi in Februario 28. ſi in Martio 31. & ſic de alijs, de quo nota. plene ſ. de ele. q̄ ſit eccleſijs. lib. 6. & ſi aliqui dies de ipſo menſe effluxerunt, de alio ſupplebuntur. facit quod no. ff. de diuer. & temp. præſcrip. leg. 2.

i ¶ Si epiſcopus.] ſimiles pœnę ponuntur ſ. de vſur. vſurarum. lib. 6. in fi. & dic vt ibi. Guliel. de monte Landuno.

k ¶ A pōtificalibus.] De hoc dic, vt ſupra de offi. dele. quia pontificali, & de ſenten. excom. cum medicinalis. li. 6.

l ¶ Interdicto.] de quo dic, vt ſupra de appe. ad hoc. & c. dilectis. & de exceſ. prælatanta. de ſent. excom. ſi ciuitas. & c. alma li. 6. Guli. de monte Laudeno.

m ¶ Cum integritate.] idem in ſimili dr̄, vt ſ. de elect. quia ſæpe. vbi de hoc. Integritas autem diminutionem non recipit, ſicut nec adiectione indiget plenitudo. 3. q. 1. redintegranda. 6. quæſt. 1. ſi omnia.

n ¶ Mundana.] & ſic no. duo genera hominum. 12. q. 2. duo. in his enim huius mūdi illecebris non debent ſe implicare clerici, nec ſe curis prouocare eiuſdem: ſed potius talia ſunt vacantibus laicis relinquenda. 11. quæſtio. 1. te quidem. Sed, proh dolor, ipſi volunt proprias manus apponere: & ſimpliciter religati fortius, & pluſquam fortius mendicantes.

¶Vide concil. Trid. ſeſ. 25. de refor. c. 11.

Immobilia, & mobilia p̄tioſa æquiparantur.

culus

Alienationis variæ ſunt species.

cultus detrimento exquiſitis medijs vſurpare præſumunt, ocurrere cupientes: omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorũ alienationem, omneq; pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura conſtitutione præſenti fieri prohibemus: prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, prohibitionibus, & decretis alijs ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris. ¶ Si quis autem contra huius noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quicquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, cõceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi, nullius omnino ſint roboris, vel momenti. Et tam qui alienat, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat. Alienanti vero bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi pontificali, vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus. Et ſi per ſex menſes immediate ſequentes, ſub interdicto huiuſmodi animo, (quod abſit,) perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiſdem à regimine, & adminiſtratione ſuæ eccleſiæ, vel monaſterij, cui preſidet in ſpiritualibus, & temporalibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores vero prælati, commendatarij, & aliarum eccleſiarum rectores, beneficia, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, à prioratibus, præpoſituris, prepoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, alijſque eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & regularibus beneficijs, quorũ res, & bona alienarunt dumtaxat, ipſo facto priuati exiſtant: illaque abſq; declaratione aliqua vacare cenſeantur: poſſuntque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis, (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint,) libere de iure conferri: niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicę ſedis ſint ſpecialiter, aut generaliter reſeruata: nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, libere reuertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, & innouationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctũ Marcum, anno Dominicę incarnationis M.cccclxviij. Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Alienãs bona eccleſię, & alienata recipiens eadem pœna puniuntur.

De emptione, & venditione.

¶ Martinus v. venerabilibus fratribus Treuereñ. & Lubicineñ. ac Almacenſi epiſcopis.

¶ *Contractus emptionis, & venditionis annui cenſus cum conditione reuenditionis, declaratur hic non eſſe vſurarius. Et in fine mandatur quod huiuſmodi bulla publicetur.*

C A P. I.

Regimini † vniuerſalis Eccleſiæ quamquam immeriti, diſponente Domino, pręſidentes, curis angimur aſſiduis, vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum quorumlibet paci, & quieti, (quantũ nobis ex alto conceditur,) intendamus: Et dubia, quę inter eos oriuntur pro tempore, ne litis anfractũ, ſeu ſcandalorũ parturiant fomentũ, noſtro moderamine declarentur. ¶ Sane petitio dilectorum filiorum vniuerſorũ, cleri, nobiliũ, incolarũ, & habitatorum ciuitatis, & diœceſis Vratiſlauieñ. nobis exhibita cõtinebat: quod à centum annis citra, & ſupra, & à tanto tẽpore, & per tantum tempus, cuius contrarij memoria hominũ non exiſtit: in eiſdem ciuitate, & diœceſi, ac partib⁹ alijs vicinis, quędam conſuetudo rationabilis obſeruata, pręſcripta, ac moribus vtentium approbata,

† De materia huius Extrauagãtis vide glo. & Doc. in c. cõquestus. de vſur. Butr. & Imo. in ca. ad noſtrã. de emp. & vẽdi. Anchar. cõſi. 30. inci. Dubitari ſolet. Felin. in cap. ſi cautio. de fi. inſtru. & Sot. lib. 6. de iuſt. & iure. q. 5. artic. 3.

Conſuetudo immemorialis per quid cognoſcitur.

bata, ad communem hominum vtilitatem introducta fuiſſet: Pro quibus princeps, baro, miles, ciuis, ſiue oppidanus partium earundem, cum hoc expedire videbatur melius pro tunc non valentes ſibi conſulere, perſonæ eccleſiaſticæ, aut ſæculari collegio, aut vniuerſitati, oppido, vel ciuitati, ſuper bonis ſuis, dominijs, oppidis, terris, agris, prædijs, domibus, & hæreditatibus vendere conſueuit, & vendidit annuos cēſus vnius, vel plurium marcarum, aut groſſorum Pragenſium nummi polonici, & pagamenti conſueti: ad rationem, & pro qualibet marca annui cenſus decem, vndecim, tredecim, quattuordecim marcę, aut plus, vel minus ſecūdum temporis qualitatem, prout ipſi contrahentes tunc inter ſe conuenerant. Ipſi venditori tunc integraliter in pecunia numerata ſolui conſueuerant, bonis in ipſo contractu tunc expreſſis, pro ipſius cenſus annui ex ſolutione in perpetuum obligatis. Et ſemper in ipſis contractibus expreſſe ipſis venditoribus data fuit facultas, atque gratia, quod ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab ipſis emptoribus receperunt, quandocunque vellent libere abſque alicuius requiſitione, contradictione, vel aſſenſu poſſent extinguere, & redimere, ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione extunc penitus liberare. Sed ad hoc huiuſmodi cenſus venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, vel adſtringi valerent, etiam ipſis poſſeſſionibus, & bonis obligatis penitus interemptis, ſeu deſtructis. Fuitque, & eſt talis contractus emptionis, & venditionis per epiſcopos Vratiſlauieñ. pro tempore exiſtentes, & eorum officiales, necnon per diuerſos dominos temporales locorum, & terrarum, in quibus cenſus huiuſmodi conſtituti exiſtunt, tamquam licitus, & communi vtilitati deſeruiēs ſæpius cōfirmatus pariter, & approbatus. Quodque etiam ſuper huiuſmodi cenſibus, plurima beneficia eccleſiaſtica, collegia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, & officia, vicariæ, altaria numero pluſquam duo millia, de expreſſo conſenſu, & voluntate dominorum temporalium, ſub quorum territorijs dicta bona obligata conſiſtunt, erecta, dotata, & fundata, authenticis eorundem dominorum temporalium litteris ſigillis ſigillatis, & roboratis fore noſcuntur. Quodque etiam venditores eorundem cenſuum ſe nonnunquam ad ipſorum cenſuum ſolutionem, pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis ordinariorum locorum ſponte, & libere ſubmiſerunt, ſicuti etiam aliqui eorum tractu temporis compulſi fuerunt, & compelli conſueuerunt. Tamen nonnulli ex venditoribus ipſis in arcum prauum conuerſi, cupientes cum alterius pecunia locupletari, huiuſmodi cenſus hucuſque per eos antea libere, & abſque vlla contradictione ſolutos, eiſdem emptoribus tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus ſoluere contradicunt, & recuſant, confingentes huiuſmodi emptionis, & venditionis contractus fore, & eſſe vſurarios, & illicitos: ipſos emptores eccleſiaſticos, & ſæculares, necnon collegia, canonicatus, & præbendas, & dignitates, perſonatus, & officia, vicarias, & altaria, ac beneficia huiuſmodi ipſorum annuorū cenſuum ſpoliant perceptione, & detinent ſpoliatos in animarum ſuarū periculum, eorumque emptorum præiudicium, damnum, & grauamen. Et propterea, an contractus emptionis, & venditionis huiuſmodi liciti exiſtant, à nonnullis hæſitatur. Quare pro parte eorundem cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum ciuitatis, & diœceſis Vratiſlauieñ. nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt an contractus huiuſmodi liciti, vel illiciti cenſeri debeant, declarare, & aliàs eis in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Locupletari ex alieno reprobatus.

¶ Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quia etiam ex relatione dilecti filij noſtri Gulielmi tituli ſancti Marci presbyteri Cardinalis, cui negotium huiuſmodi cum peritorum conſilio commiſimus examinādum, comperimus contractus huiuſmodi iuridicos, & iuxta determinationem doctorum licitos fore. Ad huiuſmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium in præmiſſis, præfatos contractus licitos, & iuri communi conformes, ac ipſorum cenſuum venditorem ad illorum ſolutiones, (remoto contradictionis obſtaculo,) obligari auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ex certa ſcientia declaramus: Non

ob-

obſtantibus præmiſſis cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. ❡ Volentes, quòd prædictæ litteræ noſtræ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, præfatis emptoribus in præmiſſis opportuni fauoris præſidium efficaciter impendentes, dictaſque litteras vbi, quando, & quotiens expedire videritis auctoritate noſtra ſolemniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eiſdem emptoribus, vel ipſorum procuratoribus eorum nominibus, per venditores, ſeu debitores cenſuum huiuſmodi de præfatis cenſibus iuxta contractuum, & conuẽtionum inter ipſos habitorum formam, & tenorẽ, plenam, & debitam ſatisfactionem impendi: Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcẽdo. Non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica ſit indultum, ꝙ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos ſexto nonas Iulij, Pontificatus noſtri anno octauo.

Priuilegium Papæ poteſt à cenſura eccleſiaſtica ꝓſeruare.

❡ Calixtus tertius epiſcopus Magdeburg. Nuremburg. & Halberſtaden. eccleſiarum decanis.

❡ *Contractum quendam emptionis, & venditionis præcedenti ſimilem declarat eſſe iuri conſonum, & ab vſuris alienum. Et tandem iubet præſentem bullam cunctis manifeſtari.*

CAP. II.

❡ Vide doct. in prox. præcedenti. extrauag. citatos.

ij REgimini† vniuerſalis Eccleſię quãquam immeriti diſponẽte Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, vt iuxta nobis crediti diſpẽſationem officij ſubditorum quorumlibet paci, & quieti (quãtum nobis ex alto conceditur) intẽdamus: Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore (ne litigium anfractus exinde, ſeu ſcãdala proueniant) debito (prout iuſtitia ſuaſerit) declarationis noſtræ miniſterio ſopiantur. ❡ Sane pro parte venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Merſburgen. & dilectorum filiorum vniuerſi cleri ciuitatis, & diœceſis Merſburgeñ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet à tanto tempore, cuius contrarij memoria non exiſtit, in diuerſis Alemaniæ partibus, pro communi hominum vtilitate, inter habitatores, & incolas partium earundem talis inoleuerit, hactenuſq; obſeruata fuerit legitime pręſcripta, ac moribus vtentium, & ordinariorum permiſſione, & plerumque expreſſa ratificatione approbata conſuetudo, quòd ipſi habitatores, & incolæ, ſiue illi ex eis, quibus id pro ſuis ſtatu, & indemnitatibus expedire viſum fuerit, ſuper eorum bonis, domibus, agris, prędijs, poſſeſſionibus, & hęreditatib. annuos marcarum, florenorum, ſeu groſſorũ monetæ in partibus illis currentis, redditus, ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis, florenis, ſiue groſſis huiuſmodi ab eis, qui illas, vel illos, ſiue redditus, ſiue cenſus ipſos emerint certum competẽs pretium, in numerata pecunia ſecundum temporis qualitatem, prout ipſi vendentes, & ementes in contractibus ſuper his inter ſe firmauerunt, & recipere ſoliti fuere illa ex domibus, terris, agris, prædijs, poſſeſſionibus, & hæreditatibus prædictis, qui in huiuſmodi contractibus expreſſi fuerunt, prædictorum ſolutione reddituum, & cenſuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium fauorem: Hoc adiecto, ꝙ ipſi pro rata, qua huiuſmodi per eos receptam dictis ementibus reſtituerent in toto, vel in parte pecuniam, à ſolutione reddituum, ſeu cenſuum huiuſmodi reſtitutam pecuniam contingentium, liberi forẽt penitus, & immunes. Sed ijdem ementes etiam ſi bona, domus, terræ, agri, poſſeſſiones, & hæreditates huiuſmodi proceſſu temporis ad omnimodæ deſtructionis, ſiue deſolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamẽ hęſitationis verſatur ſcrupulus, an huiuſmodi contractus liciti ſint cenſendi. ❡ Vnde nonnulli il-

Conſuetudo di ius vtentiũ moribus approbatum.

los vſurarios fore prætendentes, occaſionem quęrunt redditus, & cenſus huiuſmodi ab eis debitos non ſoluendi. Quare pro parte epi, & cleri prędictorum aſſerentiū, ꝙ in talibus hic emptis cenſibus, & redditibus, fructus, redditus, & prouentus plurium eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & eccleſiaſticorum beneficiorum ciuitatis, & diœceſis, ac partium prædictarum, necnon fere omnes quotidianę diſtributiones, quæ in pleriſq; ex eccleſijs ipſis diuinis intereſſentibus miniſtrari ſolent, conſiſtere noſcuntur: nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper his Apoſtolicæ ſedis declarationis oraculum impertiri, & adijcere paterna dilectione curaremus. ¶ Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, & factas ex commiſſione felicis recordationis Martini Papæ v. prędeceſſoris deſuper examinationem, & eiuſdē prædeceſſoris noſtri declarationem attentius perſtringentes, ſuiſque veſtigijs inhærētes, ad omne ſuper his ambiguitatis tollendum dubium, præfatos contractus licitos, iurique cōformes, & vendentes eoſdem ad ipſorum ſolutionem cenſuum, & reddituum, iuxta dictorum contractuum tenores (remoto contradictionis obſtaculo) efficaciter teneri auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie declaramus. Nulli ergo hominum liceat hāc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datū Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę Mcccclv. pridie nonas Maij, Pōtificatus noſtri anno primo. ¶ Volentes itaque, ꝙ prædictæ litteræ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios dictis præpoſito, decano, capitulo, ac alijs beneficiatis opportunæ defenſionis præſidio aſſiſtentes, dictaſque litteras, (vbi, & quando, ac quotiens expedire videritis) auctoritate noſtra ſolēniter publicantes, faciatis, & eadem auctoritate per venditores, ſeu debitores reddituum, & cenſuum huiuſmodi dictis emptoribus, ſeu illis, quibus ipſorum reddituum, & cenſuum ſolutio præſtāda fuerit, de eiſdem cenſibus, & redditibus iuxta contractuum, & conuentionum ſuper his habitorum formam, & tenorem, plenā, & debitam ſatisfactionem impēdi: cōtradictores vero per cenſuram eccleſiaſticā appellatione poſtpoſita compeſcendo: non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mētionē. Datum, vt ſupra.

Dubia declarare ſummi Pontifi. eſt.

De ſepulturis.

¶ Bonifacius viij.

¶ *Corpora defunctorum exenterantes, & eaimmaniter decoquentes, vt oſſa à carnibus ſeparata ferāt ſepelienda in terrā ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati.*

CAP. I.

Deteſtādę [a] feritatis [b] abuſū, [c] quem ex quodam more horribili [d] nonnulli fideles improuide proſequuntur, nos piæ intentionis ducti propoſito, ne abuſus prædictæ ſæuitia vlterius corpora humana dilaceret, menteſque fidelium horrore cōmoueat, & perturbet auditū, digne decreuimus abolēndū. ¶ Præfati namque fideles

Alias, modo.

Deteſtādę.] Huic ſtatuto cauſam dedit bonę memoriæ N. tituli ſancti Laurentij in Damaſco Preſbyter Cardinalis. Et hoc c. diuiditur in ſex partes. Primo, proœmium ad dicenda præmittit. Secūdo, §. [Præfati.] factum horrendum ponit. Tertio, §. [Volentes.] ſuper facto huiuſmodi ſtatuit. Quarto, §. [Sed vt defunctorū.] voluntates defunctorum moderando docet exequi. Quinto, §. [Nos enim.] contra ſtatutum huiuſmodi facientes pœnas excōicationis, & defunctū, vt eccleſiaſtica careat ſepultura, punit. Sexto, §. [Nulli.] inhibet, ne contra prohibitionem huiuſmodi fiat, volens, ꝙ facientes indignationem Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum incurrant.

a ¶ Deteſtandæ.] id eſt, execrādæ, vel abominandę. ſic ſumitur extra 6. lib. de conceſ. præben. c. deteſtanda. extra de fil. presby. ex tranſmiſſa. extra qui fil. ſint legi. per venerabilem, circa fi. Alio modo accipitur deteſtari, hoc eſt abſenti denuntiare, vt deteſtatio ſit denuntiatio facta cum teſtatione. Vnde deteſtari, denuntiando, teſtari. ff. de verb. ſign. l. ſubſignatum. §. deteſtari. & l. ſeq. Io. Mo.

b ¶ Feritatis.] i. crudelitatis, inſtituti. ff. ſi qua. pau. fec. dic. circa prin. Io. Mo.

c ¶ Abuſum.] i. malū vſum, ſeu contra rationem. extra de ele. quiſquis: & ca. quòd ſicut 2. reſpon.

d ¶ Horribili.] hic horror exprimitur. J. eod. §. præfati. & dic horribili, id eſt, abominabili. 32. q. 4. ſi vxorem extra de ſpon. veniens 1.

fideles

a ¶ Improbandæ.] & merito: cum enim conſuetudo, qua tenditur ad rerum abuſum, ſit reprobata. extra de conſue. ex parte. de offi. ord. ſi canonici. li. 6. multo magis illa eſt reprobanda, qua tenditur ad abuſum corporum humanorum, quæ non recipiunt (ꝑ eorum excellentiã) æſtimationẽ. ff. ſi quadru. pau. fe. di. l. ex hac lege ff. de his, qui deie. vel effu. l. prima. §. ſed cum homo. ſic nec libertas æſtimationem recipit. ff. de regu. iu. l. libertas.

Corpus humanum non recipit æſtimationem.

b ¶ Impiæ pietatis.] prætextu enim pietatis impietas non eſt committenda. 30. q. 1. noſſe. 1. q. 1. non eſt putanda. & ſicut miniſterium pietatis eſt conſolari merentium corda. 45. diſt. diſciplina. in fi. ſic deſolari eadẽ ſub colore obſequendæ voluntati improbæ, defunctorum eſt impietas: contriſtatur enim quis merito cum videt illa diuidi, quæ nõ patiuntur diuiſionem commodã, quo caſu in re etiam cõi non fit diuiſio, ſed de iure fit vni adiudicatio totius rei, æſtimatione alteri ꝓ ſua parte danda. Inſt. de offi. iud. §. eadem. & §. ſeq. ff. de le. 1. nõ amplius. §. vlt. nec per hoc cap. derogatur electioni ſepulturæ, ſed modus hic narratus merito reprobatur, vt infra §. ſed vt defunctorum. Sic Iacob, & Ioſeph elegerũt ſepulturam, vt Iacob conditus aromatibus integre, & Ioſeph. corpore incinerato eius oſſa ad ſepulturam paternam portarentur. Gen. c. vlti. extra de ſepul. c. 1. lib. 6. 13. q. 2. c. Ebron. & c. vnaquæque. ver. item Ioſeph. Io. Mona. Cardinalis.

¶ Mori eſt naturę debitum ſoluere.

Rei communis adiudicatio fit, ſi diuidi nõ poſſit.

fideles huius ſuæ improbãdę [a] vtiq; conſuetudinis vitio intẽdẽtes, ſi qſquã ex eis genere nobilis, vel dignitatis titulo inſignitus, præſertim extra ſuarum partium limites debitum † naturæ perſoluat, in ſuis, vel alienis remotis partibus ſepultura electa; defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis [b] affectu truculenter [c] exẽterant, [d] ac illud membratim, vel in fruſta [e] immaniter [f] cõcidẽtes, ea ſubſequenter aquis immerſa exponũt ignibus decoquenda. Et tandem (ab oſſibus tegumento [g] carnis excuſſo) eadem ad partes prædictas mittunt, ſeu deferunt tumulanda. [h] Quod non ſolum diuinæ maieſtatis conſpectui abominabile plurimum redditur, [i] ſed etiam humanę conſiderationis obtutibus [k] occurrit vehementius abhorrendum. [l] ¶ Volentes igitur, (prout officij noſtri debitum exigit) illud in hac parte remediũ adhibere, per quod tãtæ abominationis, [illegible] tæq; immanitatis, [m] & impietatis abuſus penitus deleatur, nec extendatur [n] ad alios: Apoſtolica, auctoritate ſtatuimus, & ordinam⁹, vt cũ qs cuiuſcũq; ſtatus, aut generis, ſeu dignitatis [o] extiterit: in ciuitatibus, terris, ſeu locis, in qui-

idest, virtutes, quæ faciunt hominem lucidum, & armatũ contra vitia, & vt dicit Boetius; Prius ſunt extirpanda vitia, q̃ inferantur virtutes: ergo condiendum prius erit à fœcibus mundandum: q. fit leuius per inciſionẽ. Dicunt quidam, q. hoc eſt tolerabile in maximis viris extra ſolũ proprium longe morientibus, vel in remotis valde ſepulturam eligentibus. Dic cõtra, ne fiat diuiſio incommoda, quæ etiam eſt prohibita in profanis, vt dictum eſt, pſertim cum his commune ſine captione, & calumnia electionis ſepulturæ intelligendum ſit. ff. ad exhi. l. pen. & ad arg. dic ornatum præſupponit mundum, dumtamen mundare, quod intenditur non ſit prohibitum, vt hic. Et eſt hic aliud hoc mundare contra naturam rei, nam cadauer, idest, caro data vermibus debet dari terræ: nam caro eſt terra, & in terrã reuerti debet: vnde q. corpus Ieſu Chriſti, & Iacob fuit conditum aromatibus, vt habetur Ioan. 19. & Gene. vlti. non tamen habetur ibi, q. fuerit exenteratum. Io. Mon.

c ¶ Truculenter.] à truculentus, qui eſt plenus truculentia, vt in hymno.

Arcet luporum truculentam rabiem.

d ¶ Exenterant.] idest, extrahunt interiora. vnde exentera inteſtina dicuntur, quaſi ex intra trahantur. Ex quo verbo, & pluribus poſitis in hac conſtitutione videtur inteſtina per inciſionem corporis non debere extrahi, vt forſan corpus per aliquot dies cuſtodiatur ſuper terram ad expectandum defuncti amicos, & ratio redditur. 13. q. 5. ſi non licet. Item ius ſtatuit quo loco quis debet ſepeliri: & licet ius det electionem ſepulturæ, hoc iuris beneficium non debet trahi ad diſpendium illicitum. C. de vſuca. pro empt. eum qui. ſiue ſit illicitum in modo, vel facto, vt hoc cap. & dicto cap. ſi non licet. Item humana corpora ſub certa pœna prohibentur ſepeliri in ciuitatibus. ff. de ſepul. vio. l. 3. §. diuus. ne contingat infectio, quę ſi contingat, eſt purganda ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ergo propter beneficium electionis ſepulturæ non debet committi, vnde habeatur contagium, horror, ſeu infectio. Et ideo ne contingat infectio, debet corpus tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ, & fieri ſeruitium conuocatis amicis. Sed contra, licet corpus humanum condire aromatibus, & hoc eſt ornare ipſum, ſed ornatus præſupponit mundum: nam munda ornari debent; non immunda: vnde Apoſtolus ad Romanos 13. Abijciamus opera tenebrarum, hoc eſt vitia, & induamus arma lucis,

Exentera qd dicantur.

Mortuo aliquo an poſſint inteſtina extrahi, vt expectentur amici.

e ¶ Fruſta.] ſine r, in vltima ſyllaba. Et eſt fruſtum, pars carnis, vel panis: ſicut lupus fruſtatim comedit agnum. 13. quæſtio. 1. §. his ita. ver. item Apoſtolus, laborantem agricolam, &c.

f ¶ Immaniter.] idest crudeliter. C. de emen. ſer. l. 1. in fi. Reperitur tamen quandoque immanis pro grãdi, vt hic, immania cete. & forte eſt ratio, quia grandes conſueuerunt eſſe crudeles.

Immanis duo ſignificat.

g ¶ Tegumento.] idest, coopertura. ff. de au. & arg. leg. argum. in prin.

h ¶ Tumulanda.] illud forte attendentes.

Mollius oſſa cubant, tumulis ſociata parentum.

Aliàs.

Mollius oſſa cubant, manibus tumulata parentum.

Ioan. Mona.

i ¶ Redditur.] cum diuiditur, quod commode diuidi nequit, & ſic in re Dei peccatur. extra de cor. vit. ſignifica vlt. 23. q. 5 ſi non licet.

k ¶ Obtutibus.] idest, aſpectibus.

l ¶ Abhorrendum.] nam quod quis abhorret in ſeipſo, iure naturali habet abhorrere in alio. extra de off. ord. ad reprimendam. & d. c. ſi non licet. iuxta illud.

Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli;
Sic potes in terris viuere iure poli. Io. Mona.

m ¶ Immanitatis.] idest, crudelitatis.

n ¶ Nec extendatur ad alios.] deinceps, quia ſtatuta dãt formam futuris negotijs. extra de conſti. c. vlti. C. de leg. & conſt. l. leges, & conſtitutiones.

o ¶ Dignitatis.] numquid comprehenduntur epi, & etiã laici reges? Dic, q. ſic, quia vnus eſt introitus omnib. ad vitam, & ſimilis exitus. Sap. 7. & quo ad id, de quo agitur. eſt negotium eccleſiaſticum, in quo omnes ęqualiter ſubſunt Papę ſtatuenti. Nec hoc caſu tollitur deſiderium defunctorum, ſed differtur, vt j. §. prox. Nec obſtat, q. notabilia

Moriuntur magni, vt parui.

bus catholicæ [a] fidei cultus viget, diem decæ tero claudet extremũ: circa corpora defuncto rum huiuſmodi abuſus, vel ſimilis nullatenus obſeruetur, nec fideliũ manus tanta immanita te fœdentur. Sed vt defunctorum corpora ſic impie, ac crudeliter nõ tractentur, deferantur ad loca in quibus viuen tes elegerint ſepeliri, aut in ciuitate, caſtro, vel loco vbi deceſſerint, vel loco vicino eccleſiaſticę ſepulturæ tra dantur ad tempus, ita, quòd demum incinera tis corporibus, aut aliàs ad loca, vbi ſepulturam elegerint, deportẽtur, & ſepeliãtur in eis. Nos enim ſi prædicti defuncti executor, vel executores, aut familiares eius, ſeu quiuis alij cuiuſcunque ordinis, conditionis, ſtatus, aut gradus fuerint, etiam ſi põtificali dignitate præfulgeant, aliquid contra huiuſmodi noſtri ſtatuti, & ordinationis tenorem p̃ſumpſerint attentare defunctorum corpora ſic inhumaniter, & crudeliter pertractando, vel faciẽdo pertractari, excommunicationis ſentẽtiam (quam exnunc in ipſos proferimus) ipſo [b] facto ſe nouerint incurſuros, à qua non niſi per Apoſtolicam ſedem (prę terquam in mortis [c] articulo†) poſſint abſolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille, cuius corpus ſic inhumane tractatum fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura. [d] Nulli ergo, &c. Datum Latera. xij. Calen. Martij, Pontificatus noſtri anno vj.

¶ Bonifacius viij.

¶ Super prædicationibus, cõfeſſionibus, et ſepulturis, prouidet hoc cap. vt tollat contentiones, quæ olim erãt inter curatos ex vna parte, & Iacobitas, & cordigeros ex altera. Hoc c. licet fuiſſet ſublatum per extrauagantem, inter cũctas. quæ eſt infra de priui. eſt tamen hodie innouatum per cle. dudũ. de ſepultu.

CAP. II.

Svper †cathedrã [e] præeminentię paſtoralis diuina diſponente clementia conſtituti, &c ſi multis, & arduis, quæ in amplum

---

...bilia ſunt ſpecialiter exprimenda, aliàs viderentur neglecta. ff. de iniu. l. item apud. §. hoc edictum: quia ibi reſpicitur ſtatus hominis poſt mortem, in quo nõ eſt diſtinctio liberi, vel ſerui. Auth. de mon. §. 1. coll. 1.

a ¶ Catholicæ fidei.] & ſic hæc conſtitutio non inhibet, vbi catholicus decederet in terra Saracenorum, immo inhibetur modus hic expreſſus. Sed ſi ſunt tanti: debe rent condiri aromatibus, vt dictum eſt de Iacob. aliàs permittantur incinerati, vt in Ioſeph. vnde ſubaudi hic, maxime.

b ¶ Ipſo facto.] ſed pœna excõicationis an iſtam conſtitutionem, aut præter eam, vt in caſu poſito, locum ſibi non vendicat, vtpote antea non inflicta. Et dico illum modum eſſe illicitum ante iſtã conſtitutionem; quia corpus humanum cuius facies ad ſimilitudinẽ cœleſtis pulchritudinis eſt figurata, nec maculari, nec defigurari debet. C. de pœnis. l. ſi quis in metallum. Item improba eſt volũtas defuncti, quæ mãdat reliquias ſuas poſt mortem ſuam in mare proijci. ff. de condic. inſtit. conditiones. & l. quidã. ff. de leg. 1. ſeruo alieno. §. fi. qđ tamen nõ eſt ita horribile, ſicut illud. Item humana natura eſt erubeſcenda. in Auth. vt defun. ſeu fu. §. 1. colla. 5. Sed contra. ff. de reli. & ſum. fu. cũ in diuerſis. Sol. lex illa non dicit, vtrum humanum corp⁹ debeat diuidi, vel non, ſed q̃rit, quid iuris ſit ſi diuiſum fuerit forte ab hoſtibus, vel ab alijs. Nec obſtant. C. de adul. l. quamuis adulterij, in fi. vbi quis decapitatur. nec C. de ſer. fug. Auth. ſed nouo iure. vbi manus amputatur, nec extra de hom. tua nos. §. vlt. vbi oculi eruuntur, & virilia amputantur: quia hæc fiunt ad iuſtitiam exercendam, vt pœna vnius ſit metus multorum. C. ad leg. Iul. rep. l. 1. Nec obſtat ſi dicatur, homo mortuus non eſt homo, quia ſaltem retinet figuram, & reliquias humanæ naturæ: & ideo etiam poſt mortem corpus humanũ non recipit æſtimationem, arg. Auth. vt defun. ſeu fu. eorum. §. 1. coll. 5. in fi. & C. de ſepul. vio. l. 3. & fi.

c ¶ Mortis articulo.] hoc ſemper excipitur. extra. lib. 6. de pœn. felicis. §. præſenti. extra de offi. ord. c. paſtoralis. §. 1.

d ¶ Sepultura.] ſed quomodo defuncto imponitur pœna hic? Dic ex ſequela præcedẽtis delicti. ſicut, & honor fit ei ex ſignis, q̃ in eo apparuerũt ipſo viuo. extra de ſen. excomm. a nobis 2. Sed tu dices: iſte non mãdauit in ſpecie: ſed tantum in gñe, quod non continet illicitum. ff. de cõdi. ind. l. p̱curator. Solu. iſte mandans genus vł ſm̃ vſum ſolitum mãdare: qui hoc reprobatur, & ideo hic punitur. Vel dic, q̃ hic punitur ſine culpa, licet non ſine cauſa: quia hic punitur propter deteſtationem facti, & ſequelæ eiuſdẽ, ſicut ſæpe fit, vt not. extra de conſtitu. cap. cognoſcentes. & c. antiqua. de priuil. Ioann. Mona.

ADDITIO. Adde ad materiã huius dec. cõſilium Oldradi 76. qđ incipit, Thema tale eſt, vbi concludit, q̃ nepos non eligens ſepulturam, ſepelitur in ſepulchro patris, & aui, licet ſit in eccleſia Mẽdicantium, dato, quòd ſuperiores eiuſdem ſint ſepulti in eccleſia parochiali, vbi vide optimas rationes. Io. Franciſci.

e Svper cathedrã.] Hoc ſtatutum ordinat, prouidet, & decidit ſuper tribus articulis, ſcilicet de prædicationibus faciendis, &c. confeſſionibus audiendis, ac de ſepulturis, & occaſione earum lucris. Super quibus fuit grandis contentio inter p̃latos, & rectores parochialium eccleſiarum ex parte vna, & Prædicatores, & Minores ex altera, pręſertim à tempore felicis recordationis Martini Papæ Quarti, cuius indultum prædictis fratribus cõceſſum per hoc ſtatutũ eſt ſublatum. Et hoc ſtatutum diuiditur in octo partes. Et primo ponit auctor prooemium ad dicenda. Secũdo §. Ab olim. factum ſuper dictis articulis narrat. Tertio, quarto, & quinto §. Diligenti. & §. Statuimus, & §. Huiuſmodi quoq; ſuper dictis tribus articulis prouidet, ſeu ordinat. Sexto §. Nos etenim. priuilegia, indulgentias, gratias, verbo vel ſcripto conceſſas, conſuetudines, conuentiones, & ſtatuta, & pacta, prout prædictis, ſeu aliquibus eorum ſunt aduerſa, caſſat, & irritat, Septimo §. Cæterum. prælatos, & rectores rogat, & hortatur, vt ſe dictis Fratribus beneuolos reddãt, ſecus faciẽdo pro-

---

Facies humana eſt ad ſimilitudinẽ diuinę pulchritudinis figurata.

Corp⁹ humanum pp iuſtitiã exercẽdam varijs pœnis ſubijci poteſt.

Mortuis q̃ſque pœna imponitur.

† Vide conc. Trid. ſeſ. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

Additio Ioã. Franciſci.

Ad intellectũ huius extrauag. vide oĩno Oldra. cõſ. 287. inci. Qõnes q̃ poſitæ ſ. de ſepulturis. & conſ. 288. inci. Secunda qõ eſt. eo. ti. Ancha. in ca. 1. q. 13. de conſti. & Areti. cõſ. 85. incip. Cõſiderata diligenter.

Romanæ curiæ alueum vndique confluunt,[a] quaſi torrens,[b] pregrauemur negotijs,[c] curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur, circa id tamen feruentibus votis intendimus, vacamus inſtantius,[d] ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impertimur, vt ad diuini hominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fideliũ animarum, (præciſis radicitus diſſidiorum[e] vepribus,[f] & litigioſorum anfractibus[g] omnino ſubductis,) inter eccleſiarum antiſtites ad curã, & regimen gregis Dominici deputatos,[h] cæteraſque perſonas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas, animorum identitas perſeueret. Scimus enim, & ex euidẽtia facti colligimus, quod non,[i] niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod diſſenſiones,[k] & ſcandala prauis actibus aditum præparant: rancores, & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auiſum præbent.

prælatis, & rectoribus comminando. Octauo, §. Nulli ergo. vt præmiſſa non infringantur, mandat, & contrarium faciens indignationem Dei, & beatorum Apoſtolorum incurrat. Et pro prælatis, & rectoribus iſta ſunt ſpecialiter notanda Primum eſt, quod nõ eſt hic ſpecialiter conceſſum, cenſetur eſſe denegatum. arg. C. de appel. præcipimus. in fi. ext. lib. 6. de electio. conſtitutio. Et eſt ratio, cum dicti Fratres pugnẽt cõtra ius cõe, quod non eſt expreſſe ſublatum. ſtat. ext. de priuil. paſtoralis præſertim vbi priuilegiũ habet aliàs effectum, vt d. c. paſtoralis. & c. in his. Item ſecundo hac conſtitutione priuilegia, pacta, conſuetudines, cõuentiones, ſtatuta, gratiæ, ſeu indulgentiæ hic ordinatis aduerſa per hanc conſtitutionẽ reuocãtur. ſimile video ext. lib. 6. de elect. cum nõ deceat. & cap. quia ſæpe. & eod lib. de ſent. excom. cap. vlt. in fi. Item videtur notandum, q; prælati nõ denegent dictis Fratribus licẽtiam petitam ſimpliciter, ne id, qđ eſt poteſtatis ordinariæ, fiat poteſtatis Apoſtolicæ, & poteſt fieri hæc conceſſio ſimpliciter, vel ad tempus. Et forte dare ſimpliciter, ne pro malitia notaretur. Et concedendo ſimpliciter eſt facultas reuocandi, quãdo volet ordinarius, vel in totum, vel in partem. ff. de iudi. iudicium ſoluitur. Contra dic. nam in hoc caſu eſt gratia, licentia, & beneplacitum, ſiue quo ad prælatos, ſiue quo ad Papam gratioſe concedentem in negligentia prælatorum ĩ. eo. §. ſtatuimus. & verſi. ſi vero ijdem. Et gratia non debet reuocari, cum ſit perpetua. ext. lib. 6. de offic. deleg. ſi ſuper. Et nos beneficijs deceat adiuuari, non decipi. ff. commo. incommodato. §. ſi ex facto. in fi. argu. C. de dona. quæ ſub modo. l. perfecta. Nec obſtat l. iudicium. in qua non fit datio, ſed cognitio, & cognitio executio. & hoc in ſimili not. ext. de elect. in cauſis. Et hic non præſumeretur malitia, ſi prælatus ſic diceret, do vobis vſq; ad tale tempus, deliberaturus poſtmodum de tempore longiori, prout audiam merita, & diligentiam Fratrum eligendorum. Item notandum ne dicti Fratres metas exeant dictæ ordinationis, & ipſis exeuntibus ſunt repellendi. vnde delegatis principis venientibus ad certam prouinciam, præſes eiuſdem non debet ſinere eos amplius facere, quam eorum legatio ſe extendat. Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. volumus. colla. 2. Et eſt ratio, delegatus habens poteſtatem à principe, illud tantum proſequatur, quod ſibi ſpecialiter eſt conceſſum, nec alia vſurpet. C. de execu. & exact. l. quicunque. lib. 12. præſertim cum contra hoc ſtatutum Fratres priuilegiati non exiſtant, immo priuilegium, ſi contra ipſum ſtatutum habent, eſt ſublatum. inf. eod. §. nos etenim. Sed an iſto caſu prælati poſſint animaduertere in tales excedentes? notaui ext. lib. 6. de priuileg. cap. epiſcoporum. Pro fratribus illud eſt notandum, vt ipſi formam huius ſtatuti diligenter obſeruent, & ipſius limites non excedant. extra lib. 6. de priuileg. volentes. in princip. Sic enim ſeruare debent priuilegia, vt eorum mentem minime tranſgredi videantur. ext. de priuileg. porro. & excedentes metas priuilegiorum coerceri poſ-

Negatũ cenſetur, qđ expreſſe nõ conceditur.

Gratia Papæ eſt perpetua.

ſunt, ſi ſuo indulto nõ contenti iuſtitiam impediunt aliorum. ext. de priuileg. patentibus. priuilegium enim meretur amittere, &c. 11. q. 3. priuilegium. ext. de ſenten. excom. contingit. 2.

¶ Cathedram.] cathedra eſt nomen Græcum: & eſt excelſa ſedes præſidentis. Et cõponitur à cathos, quod eſt ſedes, & edra, id eſt ſponda, q̃ eſt pars lecti. Et proprie cathedra eſt doctorũ, q̃ cõpetit præ cæteris ſummo Põtifici: qui ſicut præeminet cæteris dignitate, ita cæteros præcellat ſanctitate. 1. q. 1. viliſſimũ.

Cathedra qđ ſit, & vnde dicitur.

a ¶ Confluunt.] vnde omnes oppreſſi ſedem Apoſtolicã poſſunt adire. 2. q. 6. omnis. & cap. ſeq.

b ¶ Torrens.] nã proprie dr̃ torrens, qui ex diuerſis partib9, aquã recipiens, torret, id eſt, vertit, & voluit: ſic Papa nunc ad hunc, nũc ad illum ſe vertere habet, & voluere.

c ¶ Negotijs.] vnde Papa prægrauatur, id eſt, præ alijs grauatur negotijs. Et eſt negotium, quaſi negans otium. Non ergo vacent otijs, & nugis, qui curis excitari habent innumeris, vt ſequitur.

Negotiũ vnde dicitur.

d ¶ Inſtantius.] ex hoc nota, q; habens ad multa intendere, ad id debet, qđ eſt grauius, manum imponere, ſicut ille, qui ſe vult liberare iuris præſumptione, ab eo, quod eſt ſibi grauius ſoluendo ſe liberat ff. & C. de ſolu. l. 1.

e ¶ Diſſidiorum.] id eſt, diſcordiarum, vt habetur.

Conueniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.

Verſus.

f ¶ Vepribus] ſicut enim vepres pannos, & carnes hominum lacerant, ſic, & diſſidia mentes.

g ¶ Anfractibus.] qui nonnullas moras habent. ff. vt leg. no. l. etiam.

h ¶ Deputatos.] vt paſcant præcipue, nõ vt tondeant, ſeu paſcantur, niſi acceſſorie. ext. de præſcri. cũ ex officij. ext. de cenſi. procuratores & cap. cum Apoſtolus. ext. lib. 6. de offi. ord. ſi eps. Sed hodie grex iſte ſic reſpicitur, q; nulli, ſeu pauci, (proh dolor,) intendunt ad paſturam, & oẽs cõtert ad tonſurã, intendentes emungere, non nutrire: lac, & lanam curantes, non ouem. in termino a quo in quo incipere deberent, vt eſt viſitatio, & medio per quem procedere debẽt, vt eſt correctio, & morum reformatio ſicut gallus ſuper prunas currẽtes, vt in termino ad quem principaliter tendunt, vt eſt ventris, & burſæ repletio, prout proponunt diutius immorentur: & ob hoc prælati non dicuntur paſtores à paſcendo actiue, ſed paſſiue, propter quod dicuntur exactores ab improbe exigẽdo, vt dicatur in vtroque brachio tam eccleſiaſtico, quam ſæculari; exinanite, exinanite vſq; ad fundamentum in ea.

Quæ hic paulo acrius dicuntur, de malis paſtorib9 ſunt accipienda.

i ¶ Quod non.] ſic ordina literam, q; non bene colitur auctor pacis, id eſt, Deus, niſi in tempore pacis, hoc eſt in ſtatu tranquillo: nam pax eſt ſtatus tranquillus, ſecundum Iſidorum.

Ordo literæ.

k ¶ Diſſenſiones, & ſcandala.] cum ergo hæc quo mala infra ſcripta ſequentia inferant, diſſenſionibus, & ſcandalis totis eſt viribus obuiandum, ne pullulent, & ſi pullulauerint, tunc tollantur, ſeu, vt poſſibile eſt, minuantur: his ergo prohibitis, & mala ſequentia prohibentur. extra 6. lib. de reg. iur. cum quid prohibetur.

a ¶ Ab

a ¶ Ab olim.] Secunda pars, in qua præmiſſo prooemio factum ſuper quo ſtatuitur, & ordinatur, narrat.

b ¶ Æmulo.] ideſt, inuido, ab æmulor, quod multa ſignificat. vnde verſus.

Verſus.

Æmulus inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.

m ¶ Exoſa.] ideſt, valde, vel perfecte odiens, vt dicitur exoſus bella, ideſt, valde odiens bella: & ideo hac diſcordia, quam Deus habet exoſam, ab omnibus extirpetur. arg. C. de hæret. Manichæos. quem enim odit dominus, habet odire ſeruus.

¶ Ab olim [a] ſiquidē inter prelatos, & rectores, ſeu ſacerdotes, ac clericos parochialiū eccleſiarū per diuerſas mūdi ꝓuinciascōſtitutos ex vna parte, & Prędicatorū, & Minorū ordinū Fratres ex altera, (pacis æmulo [b] ſatore zizaniæ [c] procurāte,) grauis, & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata ſuper ꝑdicationib9 [d] fideliū populis faciēdis, eorū confeſſionibus audiendis, [e] pœnitētijs iniungēdis eiſdē, & tumulandis [f] defunctorū corporibus, qui apud Fratrū ipſorū eccleſias, ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam. ¶ Nos autem (pij patris [g] more laudabili) moleſte ferentes incōmoda filiorū, reducentes ad exactę [h] cōſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſollicite reuoluentes quam ſit plena periculis, [i] q̄ onuſta [k] diſpēdijs, [l] quamq; in diuinæ maieſtatis cōſpectu reddatur exoſa [m] diſcordia ſupradicta: Et propterea intendētes paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimode ſubmouere, nullis vnquam futuris temporibus fauente Domino ſuſcitādam: grādi quoque deſiderio cupientes, vt huiuſmodi negotiū, quod potiſſime inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem, [n] & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudiū conſequatur, diligenti [o] cum fratribus noſtris deliberatione præhabita ſup eo, ad honorē Dei, & exaltationē catholicæ fidei, quietum ſtatū partium ꝑdictarū, ac ſalutis animarum fidelium incrementum, de ipſorū fratrum cōſilio, [p] auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus, vt dictorum ordinū fratres in eccleſijs, & locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero, & populo prędicare, ac proponere verbū Dei, hora illa dūtaxat excepta, in qua locorū [q] prelati prędicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prędicari, in qua prædicare ceſſabūt: præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali. ¶ In ſtudijs autē generalibus, [r] vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent, diebus illis quibus prędicari ſolemniter conſueuit, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus, ſiue peculiaribus eorūdem Fratrum poſſint ijdem fratres, & liceat eis libere prædicare: niſi forte illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, epiſcopus, vel prælatus ſuperior [s] clerū ad ſe generaliter conuocaret, aut ex aliqua rōne, vel cauſa vrgente clerum ipſum duceret cōgregandum. ¶ In eccleſijs [t] autem

Zizania quid dicatur.

c ¶ Zizaniæ.] eſt primæ declinationis, & feminini generis in ſingulari, & in plurali eſt neutri, & ſecundæ declinationis, & primæ. Vnde verſus:

Eſt zizania, ſunt zizania plura, niæq;.

Et eſt zizania herba peruerſa, quam poetæ infelix lolium vocant, & ſignificat ſcandala, vel iuuantes mala: & ideo ſator dicitur diabolus, vt hic, & ſup. de elect. licet.

d ¶ prędicationib9.] hic eſt primus articulus.

e ¶ Audiēdis.] Secundus articulus.

f ¶ Tumulādis.] Tertius articulus.

g ¶ Patris.] qui habet ſumere cōſilium pro liberis ſuis. ff. ad leg. Iul. de adulte. nec in ea.

h ¶ Exactę.] ideſt, exquiſitæ. C. manda. in re mandata. Et ſignificata huius verbi, exigo, not. ext. 6. lib. de iudi. cap. 1. in fine. Ioan. Mona.

i ¶ Periculis.] quandoque incurſis, à pereundo: & quandoque euaſis, ſeu præuiſis à pereundo, iuxta illud:

Verſus.

Felix quem faciūt aliena pericula cautum.

Et illud:

Non vadit peritū, qui vult audire peritum.

Et curare debem9 de periculis, vt illa euadamus, ſeu præuideamus, non vt ea incurramus, & ideo dico periculum dictum à perio, non à pereo, vt ſecunda ſit longa non breuis, vt in ſupino de perio, vt in verſu prædicto.

k ¶ Onuſta.] ab onus, ideſt, ſarcina, ſic onuſtus, ideſt, ſarcinatus.

l ¶ Diſpendijs.] expone, vt ext. lib. 6. in prooemio. §. penult.

n ¶ Salubrem.] ideſt, ſalutis vberem.

o ¶ Diligenti.] modo tres prædictos articulos per ordinem proſequitur, & habet tria dicta ſecundum hos tres articulos.

p ¶ Conſilio.] quid importent hęc verba, not. ext. 6. lib. de hæret. ſuper eo.

q ¶ Locorum prælati.] intelligo prælatos in iure cōmuni, vt epiſcopos; vel conſuetudine, vt decanus Baloceñ. Balocis. Et hoc probatur in ver. vel epūs, vel prælatus, &c. Et ſic eſt differentia inter prælatū, & epiſcopum, & latius eſt verbū prælati. & not. in ſimili ext. 6. lib. de temp. ord. cū nullus. nec nomine prælati continetur rector eccleſiæ, cum ſpecificetur contra prælatū. §. eo. §. ab olim. Quid ſi vicarius hoc faciat? Dic idem, quod enim ordinarij per ſe nequeunt, per alios expediant. ext. de offic. ord inter. ext. 6. lib. de offi. ord. ſi epiſcopus.

r ¶ Generalibus.] nō ergo in villis, ſeu caſtris. ext. de cler. non reſid. tuæ. Et loca in quibus iura docentur, debēt eſſe ſtudia legitima. ff. in prooemio. §. illud vero. Et legitimum eſt, quod iure cōceſſū, & approbatum eſt. ff. de verb. ſigni. l. lege obuenire. vel antiqua cōſuetudine, cuius memoria non exiſtit, hęc enim æquipollent. extra de verb. ſigni. ſuper quibuſdam. ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ.

s ¶ Superior.] non intelligitur hic tantum ſuperior epiſcopus, ſed ſuperior prælatus reſpectu cleri, vel ex conſuetudine, vel priuilegio.

t ¶ In eccleſijs.] §. eo. §. diligenti. & verſic. In ſtudijs. vbi ſunt Fratribus quędam loca

parochialibus fratres ibi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibus inuitati fuerint, vel vocati: & de ipſorū beneplacito, & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit, & obtenta, niſi epiſcopus, vel prælatus ſuperior [a] per eoſdem fratres prædicari mādaret. ¶ Statuimus [b] etiā, & ordinamus auctoritate prædicta, vt in ſingulis ciuitatibus, & diœceſibus, in quibus loca fratrum ipſorum conſiſtere dignoſcuntur, vel in ciuitatibus, & diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca huiuſmodi nō habentur, Magiſtri, Priores, Prouinciales Prædicatorum, aut eorum vicarij, [c] & Generales, & Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes Minorum ordinum p̃dictorum, ad præſentiam prælatorū [d] eorundem locorū ſe conferant, per ſe, vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres, qui ad hoc electi fuerint, [e] in eorum ciuitatibus, & diœceſibus cōfeſſiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volentium audire libere valeant, & huiuſmodi confitentibus, (prout ſecūdum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficiū impēdere [f] de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Ac [g] deinde p̃fati Magiſtri Priores, Prouinciales, & Miniſtri ordinū prædictorum, eligere ſtudeant perſonas [h] ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalubre miniſterium, & officium exequēdum: [i] quas ſic ab ipſis electas repræſentēt, vel faciant præſentari prælatis, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus, & diœceſibus eorundem huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones confiteri ſibi volentium audiāt, [k] imponant pœnitentias ſalutares, & beneficiū abſolutionis impēdāt, [l] prout ſuperius eſt ex-

loca permiſſa cum certis modificationibus ad prædicandum: ſi ipſis loca parochialia cum certa moderatione ſunt interdicta, vt hic: & cum officium prædicandi in communi eis non competat, ſed prælatis, & curatis. extra de offic. ord. inter. & ȷ. eo. §. huiuſmodi quoque. omnem locum eis reputo interdictū, qui hic non reperitur pmiſſus. Sed quæro, an poſſit in cœmeterijs, vel capellis vicinis? Dic, q̀ non, extra 6. lib. de ſen. excō. ſi ciuitas.

a ¶ Superior.] expone, vt ȷ. ver. prox.

b ¶ Statuimus.] Secūdus articulus in quo ſic procedit: Nā primo p̃mittit duo, q̃ incumbunt fratribus, anteq̃ audiant confeſſiones, vt licentiam audiendi confeſſiones petere, & poſt conceſſam licentiam fratres eligere. ȷ. eo. ver. ac deinde. Tertio, & quarto, ver. extra. & ver. numerus. ponit duas modificationes circa prædicta. Quinto decidit, quid ſit agendum cū eſt obtēta licentia, & fratres electi ſunt, & eorum perſonæ acceptatæ, vt ȷ. ver. & ſi iidem. Sexto, quid ſit agendū, qñ perſonæ non ſunt acceptatæ. ȷ. verſi. q̀ ſi forte. Septimo, ver. ſi vero. in caſu recuſationis prælatorū dat fratribus licentiam gratioſam. Octauo, ver. p huiuſmodi autem. dictam licentiam moderatur.

c ¶ Vicarij.] pro parte Prædicatorum ſunt tres gradus, ſicut pro parte Minorū. Sequitur ſtatim de tribus gradibus. Et fuit hoc factū, vt paritas in dictis ordinibus ſeruaretur. In ſequenti tñ ver. nō ponunt niſi duo gradus, nec mirum: quia grauius eſt eligere fratres ad miniſterium audiēdi confeſſiones, q̃ ad licentiam in genere petendam: ex qua conſequenter peti debet ſequens gradus. ȷ. ver. prox. Et hic appellantur vicarij illi, qui ſunt in certis prouincijs, ſeu re. nis, vbi non ſunt Prouinciales Priores, ſed Prouinciales conſtituerunt vicarios, vt prouincialis Angliæ fecit vicarium in Scotia, vbi non eſt Prouincialis.

d ¶ Prælatorum.] iure communi, vt epiſcopi, vel conſuetudine, ſeu priuilegio: hæc enim dant prælationem. arg. extra de conſang. & affi. c. 1.

e ¶ Fuerint.] poſt licentiam datam. ȷ. eod. ver. ac deinde, &c.

f ¶ Impendere.] ab illis solū, à quibus poſſunt abſoluere curati. ȷ. e. ver. per huiuſmodi. extra 6. lib. de pœni. & remiſ. ſi epiſcopus.

g ¶ Ac deinde.] & ſic nota gradum non concurſum inter hunc ver. & præcedentem §. Et dicunt quidam deinde, i. obtenta licentia præmiſſa fiat electio, vt ſequitur. Tu dic deinde, i. poſt licētiam præmiſſam petitam dumtaxat: nam peti poteſt, & conſiliū, & licentia, & non obtineri. extra de arbi. cū olim. extra de regul. licet. Et hic habetur ex ſequentibus in quibus Papa prouidet, nedum in caſu obtentæ licentiæ, ſed etiam in alio, in quo oportet, quod fiat electio, & ſi oporteret licētiam, &c. hoc caſu obtinere, iā eſſet in poteſtate prælatorum iſtos ordines impedire: quod Papa non intendit, vt infra ſequitur. Aliquando tamen non ſufficit licentiam petere, extra de pœni. & remiſſ. omnis. extra 6. lib. de elect. ſi religioſus.

h ¶ Perſonas.] ſed quales? Dic ſex qualitatibus ſequentibus in, &c. textu fulgētes nec mirum: quia iſti falcem ſuam in meſſem alienā mittere ſatagunt: & ideo ſi tales non ſunt, quales hic deponuntur, ſunt in culpa. ff. loc. ſi quis domum. §. ſi quis vitulos. etenim iſti fratres de gratia prælatorum, vel ſedis Apoſtolicæ in, &c. narratis hic ſe immiſcent, vt hoc verſi. & infra eod. ver. ſi vero iidem.

i ¶ Exequendum.] quod eſt ars artium. extra de æta. & quali. cum ſit.

k ¶ Audiant.] & illi ſolum, de quibus eſt dictū ſ. eo. ſuper verb. impendere.

l ¶ Impēdāt.] ſi hæc tria faciunt, ergo habent curam animarum, & curati curam eccleſiarum habent in toto in ſuis territorijs, ergo iſti ſaltem in tanto. Sed dices, habent ex conceſſione prælatorum gratioſa, vel Papæ ſ. eod. ver. numerus. & verſ. ſi vero. & ſic ſunt delegati, qui nihil proprium habent, ſed alienam iuriſdictionem exequuntur. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. 1. §. qui mandatum. Sol. delegatus reſpectu delegantis alienam iuriſdictionē exequitur: ipſe tamen delegatus habet iuriſdictionem, & honorem, quæ exercet nomine ſuo. Vel dicti fratres videntur ordinarij per hanc conſtitutionem eis iuriſdictionem tribuentem: nam hæc ordinatio eſt ſtatutum, & conceſſio generalis per hanc canonem. ȷ. e. in ſi. Et hæc

Fratres per confeſſionib⁹ audiendis deputati, an ſint delegati, vel ordinarij.

Et hæc ordinatio eſt potius vicaria, q̃ eſt ad vniuerſitatẽ territorij. ℑ. eo ver. numerus. & tales vnt ordinarij. not. 6. lib. de appel Romana. & ff. de ver. ſign. pupillus. §. territorium. Tu ergo frater ſi curam habes, vide ſi hoc eſt aduerſum conſtitutioni, extra 6. lib. de ver. ſig. Exijt. Tu dic, licet fratribus ſit conceſſum ſignificantia, q̃ ad curatos de iure pertinent, non tñ pp hæc ſunt dicendi habere curam animarum: nec principalem, quia nõ ſunt prælati: nec delegatam, quia talia facere non ſic eis committitur, q̧ ad eorum executionem obligentur, ſed in arbitrio, & libera voluntate eorũ remanet, q̧ talia exequãtur, ſicut eis placuerit, & viſum fuerit expedire. Fideles etiam non ſunt fratribus obligati, nec quantum ad p̃miſſa ad fratres recurrere ſunt adſtricti. Et ideo licet hæc conſtitutio ſit ſtatutum, & cõceſſio generalis: & in perpetuum duratura, quãtum ad præmiſſa, quę fratribus ſunt cõceſſa: non tamen fratres pp hoc curati, aut ordinarij debent dici. Si autẽ aliqui fratres minus prudenter propter præmiſſa, modo prædicto eis conceſſa ſibi attribuere p̃ſumpſerint, q̧ curam habeant animarum: videant ſi hoc ſit cõtrarium dictæ conſtitutioni, Exijt.

poſſet vniuerſali, & extendi debet in edictis prætorum: ff. vi bo. rap. l. 2. §. homines. ff. de neg. geſt. l. 1. §. 1. & 2. ff. de conſt. pecu. l. 1. §. 1. alias fieri poſſet fraus huic conſtitutioni, quæ requirit multa in fratribus aſſumendis. ℑ. eod. verb. ac deinde.

preſſum, extra ciuitates, & diœceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, [a] & nõ per prouincias deputari, confeſſiones nullatenus audituræ. ¶ Numerus autem perſonarum aſſumendarũ ad huiuſmodi officium exercẽdum, eſſe debet, prout vniuerſitas cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit [b] eorundem. Et ſi ijdem prælati petitam licentiã cõfeſſionum huiuſmodi audiendarum conceſſerint, illam præfati Magiſtri, Miniſtri, & alij cum gratiarum recipiant [c] actione, dictæq; perſonæ ſic electæ commiſſum ſibi officium exequantur. ¶ Quòd ſi forte iam dicti prælati quemquam [d] ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad huiuſmodi officium nollent [e] habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel ſubtracto loco ipſius ſimiliter [f] eiſdem pręſentandus prælatus poſſit, & debeat alius ſurrogari. [g] ¶ Si vero ijdem prælati præfatis fratribus ad confeſſiones, (vt præmittitur) audiẽdas electis huiuſmodi exhibere licentiã recuſarint, [h] nos ex nunc ipſis, vt confeſſiones ſibi confiteri volentium libere liciteq; audire valeant, & eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impertiri gratioſe [i] concedimus [k] de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. ¶ Per

a ¶ Prouincias.] quid importat prouincia, ciuitas, & diœceſis, habetur extra 6 lib. de cenſi. Romana. 1. reſp. extra lib. 6. de præb. quamuis. 1. in fi.

Prælati ſunt plures, vel pauciores deputandi pro neceſſitate ſubiectorũ.

b ¶ Exigit.] & ſic nota numerum præſidentium conſiderari, prout ſubditorum neceſſitas expoſcit. Auth. vt determ. ſit nu. cleri. circa prin. coll. 1. extra de vi. & ho. cle. q̃m. & extra de inſtit. c. 1. extra lib. 6. de ſta. regu. c. vnico. §. ſane. Sed quid ſi ep̃s dicat, pauciores ſufficiunt, & fratres contradicunt? quidam recipiuntur per epiſcopum, illi de quibus ſibi uidebitur, & ſi fratres volunt, de alijs contendant. arg. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. Trebatius. Sed ille §. loquitur, vbi taxatio erat facta, tunc in eo, quod excedebat poterit prohiberi. exemplum extra de cenſi. cũ Apoſtolus. vnde dic, recurrendum ad arbitrium boni viri, l. iudicis, qui debet eſſe medius inter extrema. arg. ff. de pigno act. ſi ſeruos. in fi. C. de iudæis. nullus. ff. de ver. obli. continuus. §. cum ita. extra de offi. dele. de cauſis. ff. de teſti. l. quæſitum. Et forſan caute faceret ep̃s, ſi in exordio cum licentiam concedit, taxaret numerum: etenim multa fieri poſſunt ab initio, quæ locum non habẽt ex poſtfacto. ff. de pact. l. in traditionibus. C. de don. quæ ſub mo. l. 1. & l. perfecta.

c ¶ Gratiarum recipiant.] cum nihil communi iure ſibi valeant vẽdicare, & ob hoc fratrum poteſtas in expreſſis hac ordinatione eſt menſuranda, non vltra laxanda. extra de priuile. porro.

d ¶ Quenquam.] & ſic non poſſunt plures refutari. Dic contra, quia hoc verbum, quẽquam, eſt iuris, quod æquipollet vniuerſali, & extendi debet ...

e ¶ Nollent.] hoc verbum, & ſequens reſpicit ſolum factum, & ſic fuit dictum in concedendo hoc ius deferendo prælatis; ita, q̧ hic non verſetur cauſę cognitio: aliud n. eſt arbitrium, quod refertur ad arbitrium boni viri, vt eſt pręmiſſum. Aliud voluntas, quę refertur ad propriũ motum ff de hære. inſti. ſi quis Sempronium. ff. de le. 2. l. 1. ff. ad Treb. quia poterat. Voluntas enim, q̃ eſt domina in regno animæ, cogi nõ poteſt.

f ¶ Similiter.] vt ℑ. ver. ac deinde.

Surrogatio fratrum an poſſit pluries fieri.

g ¶ Surrogari.] Sed nunquid hæc ſurrogatio fieri poterit pluries? Vi, q̧ non: quia ſemel ſufficit. argu. ff. de arb. ſi duo. §. ſemel. & ff. de aqua plu. arc. in diem. ff. de bo. auct. iud. poſſ. l. ſi. §. ſi. ff. de lega. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. Solu. dicta iura loquuntur, vbi res effectum habuit, ſed hic non habuit, & ideo eſt iterandum. Sed quotiẽs? dic iterum requiſitionem ad minus neceſſariã. Et ſimilis quæſtio no. extra de offi. dele. cum cauſa. Et diſtingue circa hoc: Aut recuſatur ſurrogatus à prælato ex cauſa, vtpote, quia non habet qualitates expreſſas. ℑ eod. ver. ac deinde. & tunc fratres ſibi imputent qui malũ elegerunt: mala enim electio eſt in culpa. ff. de neg. geſt. nam & Seruius. in ſi. inſti. de ſoc. in fi. extra 6. lib. de elect. ſi cõpromiſſarius. §. 1. Aut ſine cauſa & tunc ſuccedit Papalis licentia, ſeu gratia. ℑ. ver. proxi. In dubijs dic, vt not. ℑ. in ver. exigit.

h ¶ Recuſarint.] quid ſi neglexerint? Dic idem, ſi tertio requiſiti non fecerint, vt no. in ſimili. d. c. cum cauſa. & nota diligenter tres gradus poſitos in toto iſto §. ℑ. eo ſtatuimus. Vnde gradibus præcedentibus diligenter non ſeruatis, fratres non habent poteſtatem inſraſcriptam: nam primo gradu non expleto, non eſt locus ſecundo. argu. ff. de acqui. hære l. 3. & l. quandiu.

i ¶ Gratioſe.] quæ eſt arcte interpretanda, quatenus ius tertij tangit. ff. ne quid in loco pub l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe. Alij dicunt large in odium prælati recuſantis, & in fauorem animarum: hæc tamẽ interpretatio verba ſtatuti non excedat. ex. de priui. porro. Et in re dubia melius eſt. verbis edicti ſeruire. ff. de exect. l. 1. §. licet autem.

k ¶ Concedimus.] ℑ. de ſuppl. negl. præl. c. 1. Sed nunquid p hoc concilio gñali. extra de pœni. & remi. omnis. derogatur? Vi, q̧ ſic. arg. extra li. 6. de conſt. c. 1. Sol. hic nõ eſt contradictio, ſed compatientia, & ſic vtrũq; tenet. extra de priui. in his. & ℑ. diceſ. Item prouiſio ſpecialis tollit generalem. C. de pa. cõuẽ. tã ſuper do. l. fi. Sed illa lex loquit, vbi ſpe-

huiuſmodi autem conceſſionem [a] nequaquā intendimus perſonis, ſeu Fratribus ipſis ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impēdere ampliorem, quam in eo curatis, vel parochialibus ſacerdotibus eſt à iure [b] conceſſa, niſi for-

ſpecialis prouiſio erat hoīs: ſed gñalis, legis. Sed hic vtraq; erat iuris: quo caſu ſpecialis prouiſio non tollit gñalem, ſed geminat ſubſidium, vt plenius prouideatur ſaluti animarum: quod reſpexit præſens conceſſio ſup. eod. ver. ac deinde. ſicut iuris ſubſidium geminatur, vt plenius improbitas reprimatur. ff. nau. caup. ſta. & ita de facto. § ex hoc edicto. Item hæc eſt ſpecialis, illa gñalis: ergo iſta illi derogat. extra lib. 6. de reg. iur. generi. & ibi not. Solu. vbi gen⁹, & ſpecies legantur diuerſis, & ad diuerſos fines, intelligitur dicta regula. Nam ſi mihi eſt relictum genus, & tibi ſpecies illius generis, meum legatum non eſt extinctum, ſed attenuatum. ff. de adi. leg. qui hominem. Et mihi donatur, vt habeam, & tibi ſimiliter, & iſti ſunt diuerſi fines. Sed in hoc caſu tam generalis prouiſio, quam ſpecialis eſt ad eundem finem, vt ſaluti animarum prouideatur, & ideo vna alij non obſiſtit, ſed concurrunt: ſicut ſi genus, & ſpecies vni eſſent legata, vt d. c. generi. not. Sed dices ergo confeſſus tenebitur iterato confiteri? Sol. hoc non eſt ex neceſſitate ſacramenti, ſed ex obligatione tui, qui voluntarie ad fratrem acceſſiſti. ī. eo. §. ſtatuimus. relicto patre ſpirituali, cui es aſtrictus, non fratri, ad quem voluntarie vadis. nec ita ſubuenitur illi, qui voluntarie facit, ſicut illi, qui ex neceſſitate. ff. de procu. l. procurator, qui pro euictione. & ibi not. Nec prima ratio, quæ loquitur in iuribus communibus, obſtat. Sed hæc conceſſio eſt gratioſa priuilegialiter data, quę non tollit ius præcedens, niſi de ipſo fiat mentio ſpecialis. ext. de capel. mona. ex parte, 2. Sed illud cap. loquitur vbi priuilegium datur ſine magna deliberatione. Sed iſtud fuit datum cum magna deliberatione, & eſt ſtatutum, vt inf. in fine. Item vt eſt dictum, generale, & ſpeciale hic non tendunt ad diuerſos fines, & ideo ſe compatiuntur. Item ſi non haberet quandoq; reuerti ſubditus ad curatū, poſſet prorſus eius poteſtas in auditione confeſſionum exhauriri. Et priuilegium non tenet, quod vergit in enormem alterius læſionem. ext. de deci. ſuggeſtum. ff. de vulg. & pup. ſubſti. ex facto. in prin. & §. 1. Et eſſet in poteſtate ſubditorum totaliter recedere à curato. Quo caſu qualiter curabit, qui morbum neſcit? Ait Boetius: Si opera medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas. Item & ſi curati non interſit propter ſubditum, qui forſan bene confeſſus eſt Fratri: intereſt tamen curati pp ſe agnoſcere vultum pecoris, cui dictum eſt in Eccleſiaſt. 22. c. Curam illius habe. item ſubditus poſſet tranſire nunquam veniendo ad confeſſionē, dicendo ſe Fratri confeſſum. Item qualiter dabit curatus eccleſiaſtica ſacramenta ſubdito, quem non nouit diſpoſitum, maxime vbi ſubditi ſunt aliqua notoria crimina, nec poteſt Frater reuelare confeſſa: vt dicit dictum cōcilium, omnis. Item hoc indultum poteſt operari multos effectus, cum hoc, quod conſtet dictum concilium de confitendo ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, ergo ſtabit concilium cum hoc indulto. ext. de priuileg. in his. & cap. paſtoralis. Item Papa per hoc indultum non aufert hic poteſtatem curati, ſed ſocium hic ſibi cum multis modificationibus adiungit, ergo curatus remanet non excluſus, ſed incluſus. Nec obſtat ſi dicat, duobus competit poteſtas inſolidum: ergo Frater, poſtquam expleuit cum certa perſona, non poteſt curatus cum eodem ſuper eodem. ff. de offic. conſul. l. vnica. Sol. vbi duo eſſent dati ab initio pariter, procedit argumentum, 2. Sed curatus datus eſt ab antiquo, ſicut habens poteſtatem ab exordio fundationis eccleſiæ. 10. diſtin. in nouo teſtamento. Iſte Frater de nouo adueniens, qui dari præſumitur, vt poteſtas curati non tollatur, ſed iuuetur. vnde ius commune, quod eſt pro curato, eſt fortius iure priuilegiato. Nec mirum, primum neceſſarium, ſecundū voluntarium, licet ſit æqualis poteſtas audiendi, & abſoluendi. ī. ver. proxi. neceſſitate veniendi ad curatū remanente,

Confeſſus religioſo priuilegiato, an teneatur iterum cōfiteri proprio curato.

Boetius.

quæ non eſt hic expreſſe ſublata. Item hęc conceſſio gratioſa, vt hæc, quæ eſt voluntaria, non tollit neceſſitatem. d. cap. omnis. arg. ff. fami. erciſc. l. alienationes. Sed cōtra, poteſtas Fratrum eſt delegata, ſeu à maiore tributa, ſiue habeatur ab epo, ſiue à Papa, vt hic totali §. ergo eſt potior poteſtate rectoris. Si igitur confeſſus rectori iterata confeſſione nō eget, minus egebit confeſſus Fratri. Sol. voluntarium, & neceſſarium tollit contrarium. Et eſt in hoc argumento fallacia figuræ dictionis: nam ſi excedat hęc poteſtas in quanto, non ſequitur, q; excedat in quoto, ſeu quali iterationis. Item contra, confitens epo, licet ſit parochianus curati ſubditi epo, non habet iterato confiteri rectori: ergo minus confeſſus Fratri, qui habet poteſtatem papalem: quia omnis poteſtas delegata à Papa eſt maior omni alia ordinaria. Item ſi Frater habeat cauſam à prælato, vt ī. in princ. huius §. ergo maior eſt iſta poteſtas in delegato epi, quam in ipſo rectore ſubdito epi, cum omnis delegatus repræſentet perſonam delegantis. 93. diſtin cap. vlt. & 94. diſt. c. 1. Sol. non nego quin Papa hoc poſſit facere ſi velit, ſed dico, q; nunquam ius alterius tollit, niſi expreſſe hoc agatur. ff. ne quid in loco publi. l. 2. § ſi quis à principe. præſertim vbi vtrunq; poteſt ſeruari. Nec fit deterior conditio confitentis habentis conſilium animæ à duobus. Et firmius eſt iudicium plurium, quam vnius. ext. de offi. deleg. prudentiam. §. 1. Item licet commiſſio ſpecialis derogaret dicto concilio omnis. & vt ibi, 1. reſpon. non tamen generalis, vt hic. & optimum argu. extra lib. 6 de hæret. per hoc. in princ. & ibi not. in ſimili. Item dictum concilium habet, vt remittatur ſeruitus bene impoſita ſubdito, ſ. q; ſemel in anno confiteatur proprio ſacerdoti, hoc eſt curato, ſic eſt interpretatus Martinus Papa iiij. & ſic eſt de iure interpretandum, cum dictū concilium de iure communi loquatur. Sed dicti Fratres iure communi nihil obtinent, ſed gratioſa cōceſſione, vel prælatorum, vel Papę, vt hic. Et dico bene impoſita: tum quia proprius ſacerdos melius agnoſcere habet vultum pecoris ſui, tum quia ſubdito miniſtrare habet eccleſiaſtica ſacramenta. ī. eo. § huius. & duo requirit huiuſmodi concilium, & iuſta cauſam, q; non proprio, ſed alieno confiteatur ſacerdoti: & licentiam proprij ſacerdotis, vt liquet in dicto concilio. § ſi quis autem. vbi non ſine myſterio eſt aduerſatiua coniunctio, autem. Et ideo ſi iuſta cauſa non ſubſit, quamquam licentiam habeat Papæ, vel epi, aut etiam proprij ſacerdotis, & licet confeſſus fuerit, & etiam abſolutus ſit, vt dicunt verba præſentis indulgentię, debebit tñ confiteri iuxta concilium memoratū proprio ſacerdoti: aliàs poterit arceri pœna dicti cōcilij, non quia peccata non fuerunt dimiſſa, ſed quia contempſit ſalubre ſtatutum, cuius tenor in toto non eſt ſeruatus, & ob hoc eſt ei parendum in eo, quod non fuit ſeruatum. arg. ff. de ſerui. vrb. præd. ſi domus. Nec inſurgit inconueniens, ſi iterum confiteatur proprio ſacerdoti: quia hæc iterata confeſſio non eſt ex defectu ſacramenti, ſed ex contemptu dicti concil. ſ. Verum iuſta cauſa concurrente cum licentia Romani Pontificis, vel epiſcopi, prædicta ſeruitus eſt ſublata. Et quod licentia prædicta in genere data videatur eſſe conceſſa, cum iuſta cauſa ſubeſt recedendi a proprio ſacerdote, non abſurde dici poſſet. argu. ff. ad muni. Lucius §. Imperator. aliàs poteſtas iuſte conceſſa reuocari non debet.

a ¶ Conceſſionem.] ſ. proximo poſitam.

b ¶ A iure.] ſed quæ eſt iſta poteſtas à iure conceſſa curatis quæro. Nec quæro de poteſtate Papæ in caſibus ſibi reſeruatis, qui notantur ext. de tranſla. epiſc. cap. 1. Nec loquor de poteſtate Papæ diſpenſandi, de qua tractant doctores in tractatu de diſpenſationibus: ſed loquor de poteſtate, quę eſt per ſacramentum pœnitentiæ ſuper criminibus. Et de hoc tractat Hug. & Hoſtien. in ſumma. &

Gulıel.

Guliel. Durandi in repertorio, & Frater Thomas 4 ſent. diſt 15. Et dico in iſta materia, quod quilibet ſacerdos poteſtate ordinis regulariter poteſt à quolibet peccato abſoluere. Quod ſic probo. Io.20.di, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Sed dices, hoc dictum eſt Apoſtolis. Dic, quod epalis dignitas in hoc non adijcit, de quo agitur ſupra ordinem ſacerdotalem, & quid adijciat, not. ext.lib.6.de ſen.excõ. cum medicinalis. Et

ſan eis eccleſiarum prælati vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter

in ordinatione cuiuſlibet ſacerdotis etiã dicta verba per ordinatorem dicuntur, vt patet in lib. Pontificali. Item à capite Chriſto omnia deſcendunt. 21.diſt. in nouo. & Io.1. Nam de eius plenitudine omnes accepimus. Cum ergo ſacerdos rite ordinatus habeat poteſtatẽ conficiendi corpus Chriſti verum, vt ext.de ſum.trin. firmiter. §. vna vero. & poteſtas, quę eſt ſupra corpus Chriſti myſticum, deſcendat à poteſtate, quæ eſt corpus Chriſti verum. de conſecra.diſt.2.quia corpus & cap. quia paſſus. Cum igitur quilibet ſacerdos quando eſt recte ordinatus poteſt miniſterialiter in verbo Dei conuertere panem, & vinum cum aqua in calice miſtum in corpus Chriſti verum, & ſanguinem de conſecra.diſt.2.panis.& cap calice. ergo conſimiliter poterit miniſterialiter peccatorem quemlibet conuertere in membrum Chriſti, & corpori Chriſti myſtico adunare per ſacramentum pœnitentiæ. Item dico ſecundo, quod licet ſacerdos habeat hoc ex poteſtate ordinis: non habet tñ poteſtatem iuriſdictionis, ſeu exercitij, niſi in ſubditos. Vnde ſicut in foro iudiciali quis non ligat, nec abſoluit, niſi ſubditum: ita nec in foro pœnitentiali. ext.de paroch.nullus.ext.de iudi.c.at ſi clerici. ext.de pœnit.& remiſ.c.omnis.§. ſi quis. Et ſicut ſacerdos non hẽt exercitiũ ſuæ poteſtatis in corpus Chriſti verum, quãdo non habet materiam ad ſacrificandum, ſicut panem, & vinũ, ſic nec in hoc caſu agere poteſt, niſi in materiã ſibi ſubiectam. arg. 10.diſt. quis neſciat. 11 diſt. cap.1.& 2. 19.diſt. ita Dominus. ergo in foro pœnitentiæ duo requiruntur ad peccata remittenda, ſ. poteſtas ordinis quo ad ſe, & iuriſdictio, ſeu exercitium poteſtatis, quæ a maioribus in inferiores deſcendit. 21.diſt. in nouo. nam ibi tangitur ordo naſcentis eccleſiæ à Deo. hinc eſt, quod à ſummo ſacerdote ad maiores ſacerdotes, hoc eſt epos, & a maioribus ſacerdotibus in curatos ſit deriuatio, & poteſtatis deſcenſus, & ſummus ſacerdos poteſtatem maiorem ſacerdotũ, & magni ſacerdotes poteſtatem curatorum arctare poſſunt, ſicut maius imperium habentes. ff. de iudi. iudicium. 63.diſt. Salonitanæ. ext.de offi ord. cum ab eccleſiarum. Vnde ſicut ſummus ſacerdos arctat poteſtatem magnorum ſacerdotum in abſoluendo. 17.q 4. ſi quis ſuadente. & illam eandem poteſtatem arctatam in certis caſibus quandoque laxat. ext. de ſent.excom. peruenit. & 6.lib.eo. titu. religioſo. 1.reſpon. ſic ſacerdos magnus poteſtatem ſacerdotis curati ex cauſa arctare poteſt, & laxare eandem, cum ſit ordinarius totius ſuæ ciuitatis, & diœceſis. 11.q.1.de perſona. Cum actius vnum factum in vna regione puniatur, quam in alia: & ideo maiorem iudicem requirit. ff. de abig l.1.1.reſponſo. Ipſe tamen epiſcopus peccat, ſi ſine cauſa arctat. 11.q.1.peruenit. & d.c. cum ab eccleſiarum. Quædam etiam ſunt reſeruata a iure ipſis epiſcopis. ext.lib.6.de pœnit. & remiſ ſi epiſcopus. Primus

Caſus epiſcopis reſeruati.

eſt, vbi ſolemnis eſt pœnitentia imponenda. 50.diſt. in capite. 26.q 6.cap.1. Secundus, vbicunq; eſt arduum, & graue factum. 16.diſt. de concilijs. 65.diſt. de perſona. ext. de offic. archip. cap fin. & 26.q 6.cap.vlt. præſertim ſi fuerit difficile, & ambiguum. ext. qui fil. ſint legit. per venerabilem. Et eſt ratio. quia maiora negotia maiores iudices requirunt. ext.de appel. vt debitus. in fi. Tertius eſt in reſtitutione male ablatorum incertorum in magna quantitate. ext.de iudæ. cum ſit. ext. de decima. tua. & 81.diſt. § 1. & cap.1. ext. de vſu. cum tu. Quartus eſt vbicunque abſolutio ab excommunicatione reſeruata epo eſt neceſſaria. ext.de ſent. excom. de cætero. & cap. de monialibus. Sicut video in diſpenſatione, quæ non eſt permiſſa inferiori epo. ext.de vot.& voti redemp.c.1. Sed nunquid ab alio, quàm ab excõicatione poterit abſoluere ſacerdos curatus, vtpote ab iniectione manuum, propter quam pœna excõicationis imponitur? Dic, quod non. Et eſt ratio, cũ idem ſit factũ propter quod eſt peccatum. Et pœna peccati nõ debet ferri per diuerſos, ſed per eundem. ſecus ſi ex alio facto emergerẽt. verbi gratia, Excõicatio, vel ſuſpenſio infligitur propter peccatum, & irregularitas propter immiſtionem, ſuſpenſione, vel excõicatione durante, quo caſu inferior poſſet abſoluere à primo, non diſpenſare cum ſecundo. ext.lib.6.de ſent.excom.cap.1. §.vlt. ext. lib.6.de ſent.& re iud. æterni. §.fin. ext. de ſent. excom. nuper §. in ſecundo. Quintus, in publico blaſphematore Dei, & ſanctorum. ext.de male.c.2. Sextus, in incendiarijs domorum. Et ſeptimus, in truncatoribus membrorum. 23.q.vlt. ſi quis membrorum. & cap. ſeq. Octauus, in homicidio, cum enim truncatio membrorum ſit minor homicidio, ſi primum reſeruatur epiſcopo, magis ſecundũ. Nam cui ſunt prohibita minora, magis, & maiora. ff. de ſeru. expor. cui pacto. ext. de ſenten.excom. cum illorum. circa princip. Nonus, vbi ſtatutum ſynodale, vel conſuetudo aliquos caſus reſeruaret epiſcopo, nam conſuetudo dat iuriſdictionem, etiam in foro pœnitentiali. argu. ext. de elect. dudum.2.& de præſcrip. ex tranſmiſſa. & c. cum olim. & c. veniens. Vbi autem ius, vel conſuetudo, ſeu expreſſa reſeruatio non abdicat à curatis, curati habent plenam poteſtatem abſoluendi, & pœnitentias occultas, & publicas iniungendi. de pœnit. diſt.1. multiplex. & diſt.3. de pœnitentibus. 26.q.6. presbyteri. & ext. de pœniten. & remiſ. omnis. quæ ponit regulam, quam ſeruabo, niſi inueniam viciatam. ff. de reg iur. l.1. & 50.diſt. cap.vlt. vbi eſt expreſſum de publica. Credo tamen, quod pœnitentiam per epm impoſitam inferior minuere non poteſt. 20.diſt. Inferior. ext de maio. & obed. cum inferior. Nec obſtat 50.diſt accedens. & 33.q.2. latorem. quia ibi expreſſe fuit conceſſum inferiori. Sed quæro, nunquid epiſcopi iſta conſtitutione non obſtante poſſunt reſeruare ſibi caſus de quibus ante hanc conſtitutionem poterant curati abſoluere? Et videtur, quod non: quia hoc iam eſſet priuilegium diminuere, vel auferre, ſeu decurtare: quod fieri non debet, etiam indirecte. ext. de priuileg. quanto. Dic contra, quia licet fratres ſint exempti ab epiſcopo, nõ tamen parochiani. arg. ext. de priuileg. [illegible]ore. & lib.6. eo. tit. per exemptionem. Nec obſtat hæc littera: quia non videtur poteſtas conceſſa à iure, quæ eſt iure reuocata. ff. de diuor. diuortium. Item ſicut epiſcopi poteſtatem ordinariam arctare poſſunt inferiorum ſuorum, multo magis extraordinariam, & aduentitiam: nec debet idem parochianus diuerſo iure cenſeri quo ad curatos, & quo ad fratres. ext. de priuil. quia circa. vt ille, qui non eſt ſub curato, non ſit ſub fratre quo ad id, de quo agitur. Et nihil eſt curatis a iure conceſſum, niſi quod non eſt ab epiſcopis reſeruatum. Item illa, quæ ſunt de bene eſſe, & accidentalia non debent mutare poteſtatem eporum, quæ eſt ſubſtantialis, fundamentalis, & ordinaria. not. ext. li.6. de hæret. per hoc. arg. ext. de priuil. patentibus. ext. de eccle. ædifi. ad audientiam. 2. Et alias vno verbo contingeret multa iura ſubuerti, quod eſſe non debet ext. de elec. eccleſia. 2. §. denique. Nec obſtat arg. in oppoſitum: quia cuilibet eſt licitum facere in re propria, quod placet, dũmodo non animo iniuriandi. & nemini facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo. ff. de aqua plu. arcen. l.1.§. denique. ff. de iniur. iniuriarum. §. is, qui.

ducent faciendam.

¶ Huiuſmodi [a] quoque ſtatuto, & ordinationi-

a ¶ Huiuſmodi.] hic §. tractat de lacte, & lana, ad quæ inhiant prælati, curati, & fratres, vbi plerunque quærentes, quæ ſua ſunt, non quę Ieſu Chriſti, contra doctrinam Apoſtoli. Et hic § diuiditur in tres partes. Primo dictis religioſis concedit liberã ſepulturã. Secundo, verũ. verum. curatis reſeruat quartam, in nullis caſibus ſpecificando cam,

bus noſtris adijcimus, vt fratres dictorum ordinũ in eccleſijs, vel locis ſuis vbilibet conſtitutis liberã, (vt ſequitur,) habeant ſepulturam: videlicet, quod omnes ad eam recipere valeãt, qui ſepelliri elegerint in locis, & eccleſijs memoratis. [a] ¶Verum ne parochiales eccleſiæ, & ipſarũ curati, ſiue rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de iure [b] competere, prædicare, ſeu proponere verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium, debitis, & neceſſarijs beneficijs defraudentur, cũ operarijs mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & ordinamus eadem, vt dictorũ ordinum fratres de obuentionibus oĩbus tam funeralibus, quam quibuſcunq;, & quomodocunq; relictis, diſtincte, vel indiſtincte: ad quoſcũq; certos, vel determinatos vſus, de quibus etiam quarta, ſiue canonica portio dari, ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure, nec non de datis, vel qualitercũq; donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit quomodocunq; directe, vel indirecte fratribus ipſis, vel alijs pro eiſdem, quartam [c] partem, (quam auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus,) parochialibus ſacerdotibꝰ, & eccleſiarũ rectoribꝰ, ſeu curatis largiri integre teneantur: facturi, & curaturi, ꝙ nec alij, nec alijs, à quibus quarta huiuſmodi minime deberetur, ad ipſorũ fratrum vtilitatẽ, vel cõmodum huiuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data, vel donata procedãt, ſeu ꝙ in morte, vel ab infirmis huiuſmodi dãdum, vel donandũ fratribꝰ ipſis exiſteret, in eorũdem dantiũ, vel donantiũ ſanitate, ſibi dari, vel donari procurent: In quibus per ipſos vitãdis eorum intendimus cõſcientias onerare: vt ſi, (ꝙ abſit,) per fratres ipſos dolo, vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſſe contigerit, (pręter id, quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus,) etiam diſtricta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionẽ autem huiuſmodi nihil valeãt parochiales, rectores, curati, & ꝑlati exigere ſupradicti, neq; illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neq; ad id

tam. Tertio, verſi. vltra. mandat ampliorem portionem non exigendam. Sed nunquid idẽ eſt ſeruãdum in alijs religioſis Mendicantibus, & non Mendicantibus? Dic, prædicti duo articuli gratioſe conceſſi Prædicatoribus, & Minoribus vt ſ. patet, ad conſequentiam non ſunt trahendi. Sed hic §. in quo limitatur ius cõe. ad cõſequentiam eſt trahendus. ff. de legi. non poſſunt. & l. ſequenti. & ext. 6. lib. de re iud. quæ à iure, & hoc dico quo ad emolumenta ſepulturæ, non quo ad ipſam ſepulturã: quia de iure cõi non eſt conceſſa ſepultura: hoc eſt ius recipiendi ad ſepulturam oẽs. Sed qui habent ius recipiẽdi ad ſepulturã quo ad partem curatorum, cenſetur hoc ius cõe. Vel dic alios religioſos iure antiquo cenſeri, & Prędicatores, & Minores hoc iure arctari, vt illud quodãmodo ſequatur ex pręcedentibus, quę nõ ſunt conceſſa alijs religioſis.

[a] ¶ Memoratis.] etiã ſi eſſent minus religioſa. ext. lib. 6. de ſepul. cũ quis. §. ſi quis.

[b] ¶ De iure.] ext. de teſta. c. ſi. Et verbũ, in fraudẽ, ibi poſitũ fecit hoc adijci, ne locus fraudi relinqueretur: quĩ frequenter fraus fiebat in animarum cõtra agentium periculum, & rectorũ detrimentum quibus vtinam ſit occurſum.

[c] ¶ Quartã.] ſed nunquid iſta quarta debebitur curatis de legatis relictis fratribus, & ſi legãtes apud fratres nõ elegerunt ſepulturam? Dic, ꝙ non. Et ſic not. ext. de ſepult. c. 1. & ratio redditur hoc §. Nam iure cõi quis debet ſepeliri vbi recepit eccleſiaſtica ſacramenta. ext. de ſepultu. cap. 1. quia tamen contra hoc ius datur electio ſepulturæ in vltima voluntate, decuit vt data electio prædicta fieret ſine iniuria curati, & ob hoc canonica portio, quæ quandoque erat tertia, quandoq; quarta, quandoq; dimidia, hic limitatur, & taxatur, vt ſit quarta ad remouendum diſcordias, vt hic. & ext. de ſepult. certificari. Et vbi hoc conſuetudine canonica, vel ſtatuto, vt hic; vel alio modo legitimo non taxaretur, dicerem illam dimidiam in dubio. arg. ff. de verb. ſig. nomen filiarum. §. portionis. ff. de vſufru. etiam. Nam priuilegium datum fauore vltimæ voluntatis, debet intelligi ſine cuiuſq; iniuria. C. de eman. libe. nec auus. & ideo ſit hæc compenſatio hic, non in quęſtione propoſita. Et ſi curatus de oĩbus relictis haberet quartam: eſſet fortunatus ſi haberet ſubditum, qui centũ millium marcharum legaſſet. Itẽ legatarius integrum debet hic legatum regulariter, & ideo defalcationẽ eiuſdem denego, vbi non eſt iure expreſſum. arg. ff. de reg. iur. l. 1. præſertim ne vltimę voluntates, quę ꝓ lege ſeruantur. Auth. de nupt. §. diſponat. colla. 4. minuãtur. & vt vltima voluntas prorſus ſit libera. C. de ſacroſan. eccle. l. 1. Sed quæro eligens ſepulturam apud fratres hẽt Miſſam antequã portetur ad fratres in parochia ſua: nunquid de iſto emolumento aliquid habebunt fratres, vel propter hoc diminuet quarta dictorũ curatorũ? Dic, ꝙ non, quia hoc caſu ſtabo iuri cõi, vbi nõ reperio ipſum infractũ. ext. 6. lib. de elect. conſtitutio. Sed quæro, nunquid funus debet portari primo ad parochiã ꝓpriã? Dic, ꝙ ſic, ſi ſit cõſuetudo, q̃ in his ſeruatur. extra de ſepul. certificari. & in §. proxi. non tollitur conſuetudo ſimpliciter, ſed conſuetudo aduerſa pręcedentibus. Sed quid ſi non eſt conſuetudo? idem dico, quia ſicut iſte funeratus ſacramenta recepit à proprio curato dum viueret, ſic honeſtũ, eſt, vt vltimum vale recipiat à ſuo curato, habendo Miſſam in ꝓpria eccleſia. arg. de conſecr. diſtin. 1. non oportet. Item eligẽdo alibi ſepulturam videtur eligere pp fructum animæ, qui in eccleſia propria per ſacramenta eccleſiæ habuit exordium. vnde non decet, quod in fine fruſtraretur Miſſa in propria eccleſia, & ſic augebit, quód intendit: quod enim faciendum erat ſine electione, quod tacitæ electioni non repugnat,

Sepulturę libera eſt electio.

Voluntas vltima pro lege ſeruatur.

Mortuus an prius ſit ad ſuã parochiã portandus. ſi alibi elegit ſepulturam.

à quoquam poſſint aliqualiter coerceri. Nos etenim, [a] (vt in cunctis æqualiter, & pacifice fauẽte Domino procedatur,) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgẽtias verbo, ſeu ſcripto ſub quacunq; forma, vel expreſſione, ſeu conceptione verborũ à nobis, vel prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicũq; ordinũ prędictorũ cõceſſa, nec non cõſuetudines, cõuẽtiones, ſtatuta, & pacta inquãtum ſunt præmiſſis, vel alicui prẽmiſſorũ contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus, & irritamus; quinimmo caſſa, vel vacua, & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. ¶ Cęterũ vniuerſos eccleſiarũ prẹlatos cuiuſcũq; præeminentiæ, ſtatus, vel dignitatis exiſtãt, ac ſacerdotes parochiales, & curatos, ſiue rectores prædictos pręſentiũ tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominuſque eis diſtricte pręcipiendo mandamus, quatenus ꝓ diuina, & Apoſtolicę ſedis reuerentia prędictos ordines, & profeſſores eorũ habẽtes affectu beneuolo cõmendatos, fratrib⁹ ipſis nõ ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaq; munificentia liberales, ſe ſtudeãt exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs ſupradictis tamquam cooperatores eorum idoneos, & laborum ſuorũ participes prompta benignitate recipiãt, ac affectuoſe admittere non omittant, vt proinde illis æternæ beatitudinis præmiũ augeatur, & animarum ſalutis incrementa felicia procurẽtur. Nec ipſos lateat, ꝙ ſi ſecus ab eis agi fortaſſe cõtigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines, & profeſſores eoſdẽ vbere fauore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur: nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cœleſtis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cuius obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minime præteriret. ¶ Nulli ergo omnino, &c.

De decimis.

¶ Bonifacius octauus collectori decimæ.

Cum Bonifacius decimam certis ex cauſis hic in principio expreſsis ab eccleſiis, & eccleſiaſticis perſonis exigi ſtatuiſſet, multa dubia circa illam ſuborta ſunt, quæ hic clare, & ꝓlixe manifeſtãtur

vide

ſed concordat, eſt implendum. ſicut intentioni eligentis, & iuri conſonum. arg. ff. de euict. in creditore. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. Labeo.

[a] ¶ Nos etenim.] ſed nunquid hic. §. reſpicit tres articulos præcedentes, vel ſolum immediatum de ſepulturis? Dic, ꝙ omnia, præſertim ꝑ verba, quæ ſequuntur, præmiſſis, vel alicui præmiſſorum. Sed quæro, pactum eſt ſuper ſepultura, quod haberi poteſt regulariter, licet hoc modificetur. extra 6. lib. cap. 1. & 3. mota controuerſia ſuper hoc eſt ſententiatum, & confirmatum per ſedem Apoſtolicam, vt de facto vidi ante hanc cõſtitutionem: Nunquid per hunc §. tollitur dicta ſententia, & confirmatio? Videtur, quod ſic, quia ſi pactum tollatur, & quod ſequitur ex virtute pacti. argu. C. de duobus reis. l. fin. Dic contra. hæc ordinatio exorbitat à iure communi, & hoc, quod non eſt expreſſe ſublatũ, ſtat. C. de appell. præcipimus. in fi. nec ſententia pactum eſt ſublatum, ergo pactum eſt ſic fortificatum ſicut ſententia, & confirmatione. arg. extra 6. lib. de pact. quãuis. & 6. lib. de iureiur. licet. & 6. lib. de foro compe. cap. fin. Plus enim hoc poteſt ſimpliciter, vt dictis iuribus. Item argu. Auth. vt cũ. de appella. cognu. in princ. & §. 1. & ibi not. legem nouam non referri ad cauſam pendentem in iudicio, ſeu deciſa ſententia: etiam ſi lex ad præterita referatur. dominus Ioan. Monachus de partib⁹ Picardiæ Cardinalis.

Additio Io. Franciſci de Pauinis.

ADDITIO. Ad intellectum iſtius decretalis, ſuper cathedrã. eſt omnino videndus tractatus, ſiue conſilium Oldradi, quod incipit, Grauamina, quæ fratribus ordinum Mendicantium inferuntur. & eſt in numero meorum 185. vbi examinãtur, & determinantur per partes difficultates reſultantes tam ſuper verbo libera, de quo in textu, quam ſuper alijs, de quibus ibi: vbi concluditur in effectu, ꝙ verbũ, libera, notat quandã prærogatiuã abſolutam, & dñium ſuper actu, cui adijcitur. de elec. cũ nobis olim. in fi. &c. Itẽ ꝙ licitũ eſt fratribus etiã proceſſionaliter ire ad aſſumẽdum funus per alienas parochias, cũ eis videantur cõceſſa omnia, ꝑ quæ peruenitur ad fin. l. 3. §. vlt. de ſet. vrb. præd. Itẽ, ꝙ de relictis ab his, q apud eos nõ eligunt ſepulturã, nulla quarta debetur: quia ceſſat ratio cõſtitutionis l. quod dictũ. de pac. Itẽ ꝙ de relictis fratribus affectione ſanguinis, amicitię, vel meriti, debet ſolui quarta. Itẽ ꝙ decretalis non habet locũ, niſi in relictis fratribus, apud quos eligitur ſepultura per infirmũ, qui in ea infirmitate deceſſerit. arg. no. in l. alũnę. ff. de adi. leg. Item ꝙ non habet locũ vbi teſtator expreſſe relinquit canonicã portionem eccleſię parochiali. argu. in l. cum quo. ff. ad legẽ Falcid. Itẽ, ꝙ nõ debet quarta de oblationibus, q̃ ſiũt in anniuerſario, & alijs officijs ſequẽtibus. Itẽ, nec de mortuarijs inquantũ differunt à funeralibus. Itẽ, ꝙ parochia debet recipere quartam de manibus fratrum, & nõ hæredũ defuncti. Itẽ, ꝙ quarta debetur de relictis pro ornamentis, libris, & fabricis, & luminarib⁹, &c. Item ꝙ de datis inter viuos, & in ſanitate quorũ dominium ſtatim tranſiuit, quarta non debetur. Itẽ, ꝙ parentes poſſunt eligere ibi ſepulturã ꝓ filijs. Itẽ, ꝙ quarta debetur de pecunia relicta ad cõplendã eccleſiã: licet ſi quarta detraheretur nõ ſufficeret pecunia ad iſtũ vſum. Itẽ, ꝙ dicta decret. nõ extendit ſe ad eos, qui mortui ſunt ante eam cõditam: ſed in illis ſeruari debuit decret. inter cunctas. Benedicti xj. Ioannes Franc.

vide textum cum gloſſa in clementina ſecunda, co. ti. vbi hæc extrauagans in multis declaratur.

CAP. VNICVM.

Declarationes, quas in negotio decimę per nos nuper impoſitæ pro proſecutione guerræ, ac negotij regni Siciliæ cõtra hoſtes, de eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis, per totam Italiam, & cætera loca conſtitutis volumus obſeruari (cuius quidem decimę in illis partibus te ſuperintendentem, ſeu collectorem duximus deputãdum) tales ſunt: De redditibus, & prouentibus leproſariarum, domorum Dei, & hoſpitalium pauperum, qui in vſus leproſorum, infirmorũ, & pauperum conuertuntur, decima non ſoluetur: Moniales, alięq; regulares perſonę, quarum redditus, & prouentus eccleſiaſtici adeo ſunt tenues, & exiles, ꝙ de illis ſuſtentari non poſſunt, ſed pro habẽdo vitæ ſuæ ſuſtentationem neceſſe habẽt publice mendicare, & eleemoſynas publice petere, dictã decimã nõ perſoluent. Sęculares quoq; clerici, quorum eccleſiaſtici redditus, & prouentus annui ſummam ſeptẽ florenorum auri non excedunt, eandẽ decimam nõ præſtabunt. ¶ Si vero vna perſona plura habeat beneficia, quorum nullũ per ſe acceptum dictam ſummam ſeptem florenorum auri annuatim attingat, ſimul tamen collecta in minimis prouentibus ſummam memoratã excedant, quotquot, vel quantumcunq; modica fuerint, de omnibus, & ſingulis decima perſoluetur: ſed non ſoluetur de pitantijs monachorum. Similiter de his, quę à Chriſti fidelibus relinquuntur eccleſijs, vt ex his perpetui emantur redditus: Item de xenijs prælatis, & alijs perſonis eccleſiaſticis liberaliter factis, decima nõ ſoluetur. ¶ Soluentiũ decimã electioni, ſeu arbitrio cõmittitur, vtrũ ipſam velint ſoluere per totum tp̃s, quod durabit decima, pro rata prouentuũ, quos ſingulis annis dicti temporis ipſos percipere contigerit, an per ipſum tempus pro rata communis æſtimationis prouentuum eorundem. Sed vna via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo. Et fiat, & redigatur per collectores in ſcriptis electio huiuſmodi in prima ſolutione decimæ ſupradictæ: alioquin iuxta æſtimationem communem per totum tempus ſoluere tenebũtur. Declaramus autem, ꝙ hi, qui elegerint ſoluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorũ ſuorum, quæ perſonalem reſidentiam non requirunt, & ſoluant decimam pro ſolo pretio, quod receperint de eiſdem: dumtamen cõtra hoc in fraudẽ decimæ nihil omnino agatur. Sed eccleſiaſtica perſona, quæ in eccleſia ſua, vel beneficio, (quod reſidẽtiam perſonalẽ requirit) non reſidet, ſed facit in eodẽ per firmarium, uel vicarium deſeruiri, deputãdo ipſi vicario, vel firmario certam ſuorũ prouentuum portionẽ: non de vicariatus, ſeu firmarij portione, ſed de vniuerſis ipſi eccleſiæ, vel beneficij prouentibus decimã exhibebit. ¶ Declaramus etiã, ꝙ de ſyluis, ſeu nemoribus, quæ non conſueuerũt vẽdi, nil ſoluetur, niſi forte aliquid de illis vẽditum fuerit durante decima: & tunc æſtimabitur quantum valere debẽt annui redditus partis venditæ ſecundum aſſiſiam, quæ conſueuit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus ſituatum fuerit: & de ſola æſtimatione decima perſoluetur, & non de eo, quod perciperetur de dictis ſyluis, ſeu nemoribus, quæ vendi non conſueuerunt, niſi forte vendantur durante decima: quia tunc ſoluetur ex venditione paſcuagij, ſeu herbagii, aut alterius conſimilis prouentus eorundem nemorum, & ſyluarum. Et ſi nõ vendantur huiuſmodi paſcuagia, & ſimilia, non ſoluetur decima de his: ita tamen, quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemq; de paſcuis, herbagijs, & conſimilibus obuentionibus ſyluarũ volumus obſeruari. ¶ De ſtagnis, & piſcarijs decima ſic ſoluetur: videlicet, quòd fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretij ex ipſa venditione vltima recepti: vt pretio diuiſo in partes ſecundum annorum terminum, durante decima ſoluatur decima ipſa de tot partibus pretij ex ipſa venditione recepti, quot fuerunt anni prædicti: vt ſi forte ſunt quinque anni elapſi ex quo fuerat ſtagnum vẽditum, & tunc vendantur pro centum florenis,

Beneficia aliqua ſunt, quę perſonalem reſidẽtiã non requirunt.

fiant de pretio quinq; partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima, ſoluetur ipſa decima de tribus partibus pretij tãtum, videlicet, lx. florenorum, & ſic multiplicabuntur, & minuentur partes pretij, prout pluries, & pauciores fuerint dicti anni. De piſcarijs autem fluminum, & lacuum, & venationibus ſi vendantur, & ſyluis cæduis, idem quod de ſtagnis fiet. De piſcibus ſtagnorum, vel beluis garenarum, quos pro vſu, vel eſu ſuo cõſumi, vel ſine fraude donari contigerit, decima non ſoluetur. Et quia nonnulli obtinent à monaſterijs, & eccleſijs prioratus, grãgias, domos, redditus, penſiones, & cenſus in ſoluenda de his decima credimus diſtinguendum: videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, ſiue hoc ſit cõceſſum per ſedem Apoſtolicam, ſiue per ipſorũ monaſteriorum, vel eccleſiarum perſonas, de illorum prouentib. ſoluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad penſionem, vel firmam annuam, in qua non eſt facta gratia obtinenti, ſed in hoc vterque contrahentium ſtuduit conditionem ſuam facere meliorem, præceptores penſionis, vel firmæ de ipſa penſione, vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante, uel poſt cõceſſionem huius decimæ ad vitam propriam emit prouentus prioratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita, ꝙ in hoc ei ſcienter gratia non eſt facta, conſiderabitur quãtum æſtimatione communi valeant annui prouentus, prioratus, grangiæ, domus, terrarum, ſeu reddituum huiuſmodi: & ſecũdum hoc ab illis, quorum eſt horum proprietas, qui inde pretium ꝓ futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta ſit obtinentibus, quia ſcienter pro minori pretio, quàm valeãt, ſunt talia vẽdita, vel locata, ipſi obtinentes, & non monaſterium, vel eccleſia de illo, in quo gratia facta eſt ipſis, & de reliquo illi, quorum eſt proprietas, decimam exhibebũt. Si autem perſonis aliquibus pro iuſta mercede, ſeu remuneratione laboris, vel obſequij præſtiti, vel præſtandi talia ſunt conceſſa: ij quorum eſt illorum proprietas in decimatione prouentuum ſuorum, & horum prouẽtus merito numerabunt, & de illis (ſicut de alijs, quos pro certis ſuis vtilitatibus expẽdunt) decimam exhibebunt. Quòd ſi hæc per illos, qui ea obtinebant, in alios ſunt translata, (quia res tranſit cum onere ſuo) & circa illos, quæ prædiximus ſeruabũtur. Nec deducentur expenſæ, quæ pro monachis, qui in talibus prioratibus, grangijs, ſeu domibus, in beneficiũ, ſeu ex mera gratia conceſſis, ex pacto teneri debent, fieri dignoſcuntur. Expenſæ aũt illorum monachorum, vel perſonarũ, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangijs, ſeu domibus ad iuſtã firmam, ſeu penſionem cõceſſis, ſiue determinatæ, ſiue non, æſtimabuntur ęſtimatione cõi, & talem ęſtimationẽ monaſterium, vel eccleſia, cuius illorũ eſt proprietas cũ ſuis prouentibus, decimabit.

Redditus obtinentur ab eccleſijs varijs modis.

Labor eſt remunerãdus.

Res trãſit cũ onere ſuo. 16. q. 1. ſi q̃s laicus.

¶ Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non perſoluent: ſed qui eis præſtant hmõi victualia in decimatione ſuorũ prouẽtuum, & redditũum numerabunt, & ſoluent decimam de eiſdem. De illis autẽ procurationibus, quas p̃lati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, & quas perciperent, etiã ſi non viſitarent, decimam præſtare tenentur. Prelatus aũt qui procurationem, (quã ſine viſitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit; quia remittit, quod ſibi debetur, & de quo ſoluiſſet decimam, ſi recepiſſet illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipi, fortaſſe remittit, perſona eccleſiaſtica cui remiſſio facta eſt, huiuſmodi victualia cum alijs prouentibus ſuis, cum ſoluet, decimam æſtimabit: cum etiam ſi non eſſet remiſſa, hoc facere teneretur.

Procurationes, q̃nq; in victualibus, q̃nq; in pecunia recipiuntur.

¶ In ſoluẽdo decimam ſupradictam ſolæ expenſæ neceſſariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando, colendo, & colligendo fructus, ſine quibus non poſſunt inde fructus percipi, deducentur. Expẽſæ autem quæ fiunt in caſtrorum cuſtodibus, cũ fiunt extra rem, vel etiam in ædificijs cõſtruendis, vel conſeruandis, nullatenus deducẽtur: ſic, vt nec illæ, quæ in villis tuendis fierent in guerris, ſeu etiã caualcatis. De ijs quoq;, quæ conſiſtunt in iuriſdictione, mero imperio, regalibus, atque ſimilibus, ſoluetur decima deductis ſalarijs moderatis, quę ante conceſſionem decimæ conſueuerunt ſolui iudicibus,

Expenſarum quædã fiunt in re, quædã extra rem.

&

& officialibus, ſimilibuſq; perſonis, ſine quibus iuriſdictio, & cætera ſimilia nequeunt expediri: ita tamen quod in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expenſę officialiũ, iudicũ, & conſimilium perſonarũ factæ in veſtibus, ſiue victualibus, minime deducentur, ſicut nec alię expenſę ſimiles factę circa familiã prælatorũ. Ratione autẽ æris alieni, quo perſona ſoluens decimã obligata conſiſtit, nihil de decima minuetur, etiam ſi certæ res eccleſiaſticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis, & de molendinis decima præſtabitur. Soluetur autẽ de oblationibus, ſiue fiant pro benedictione nubentium, ſiue pro exequijs mortuorum, necnon de prouentibus ſingulorum prælatorum, & de emendis, quę ab excõicatis recipiuntur. De legatis quoque ſibi, & alijs perſonis eccleſiaſticis nõ perſonarum, ſed eccleſiarum, vel officiorum ratione relictis, decima perſoluetur. ¶ Pro decima ſupradicta non exhibebitur pecunia, niſi illa communiter curreret de mandato domini terræ, & quæ eſt moneta in locis, in quibus conſiſtet fructus, & redditus, vnde decima perſoluetur: nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem. ¶ Sed ſi ex probabilibus, ſeu veriſimilibus præſumptionibus apparuerit quiſquam penſatis eius prouentibus minus debito notabiliter de decima perſoluiſſe, ita quod ſuper hoc merito ſuſpectus debeat reputari, ex officio noſtro per viros idoneos deputandos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui ſuper hoc ſcire valeant veritatem, videlicet de conſilio diœceſani epiſcopi, vel alicuius deputandi ab ipſo, ſi ſit eius ſubditus, & non aliter, ſi epiſcopus ipſe, vel deputatus ab eo commode poſſit haberi: & tunc demum, & non prius, ille cuius prouentus fuerint taliter æſtimati, pro eo quod minus ſoluerit etiam nominatim excommunicabitur: ſi eius contumacia exegerit, & viſum fuerit expedire. Epiſcopi autem, & abbates, cæterę; perſonæ eccleſiaſticæ honorabiles non ſuſpectæ, propriæ conſcientiæ relinquantur: ita quod ſufficiat quo ad tales excommunicationis ſententia, quæ in nullo modo ſoluentes, vel ſcienter adhibentes fraudem, vel malitiam circa ipſius decimæ ſolutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet cõpulſio per cenſuram eccleſiaſticam, prout nobis, & illi cui committendum duxerimus, viſum fuerit expedire. Proferatur autem, (ſi expediens viſum fuerit,) excõicatio generaliter, vel ſpecialiter in eos, qui contra ſolutionem decimæ, vel ſuorum æſtimationem prouentuum, cũ fuerit facienda fraudem, vel malitiam ſcienter duxerit adhibendam. Fiet autem ſolutio decimæ non ex ipſis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus, ſed in pecunia numerata. Soluetur autem decima illis, quos ad hæc contigerit deputari. Rector parochialis, qui vrgente neceſſitate eccleſiæ, puta quia ipſe reſidendo perſonaliter in eadem per ſe non ſufficeret ipſi curæ propter multitudinem parochianorum, vel diuiſionem parochiæ ſuæ: ſed neceſſe habet vnum, vel duos, vel plures capellanos conducere, & eis propter victum ſalarium conſtituere, ſalarium huiuſmodi poterit in decimæ ſolutione deducere: ſed ratione victus capellanorum ipſorum aliquid non deducet. Quod ſi in diuerſis ciuitatibus, & diœceſibus diuerſa beneficia obtineantur, de vnoquoque beneficio in ciuitate, vel diœceſi, in qua illud fuerit, decima perſoluetur. De eleemoſynis vero, ſeu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, quæ in ciuitatibus, & aliquibus caſtris, & locis dictarum prouinciarum in certis feſtiuitatibus, in candelis, & alijs conſueuerunt dari, & offerri ad opus fabricæ deputatis, decima non ſoluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui conſortiales dicuntur: interdum per clericos, quæ ad opus conſortij reducuntur, & quæ offeruntur, vt luminaria in eccleſia, cruces, & calices fiant, & reparentur, & etiam ex illis pauperibus ſubueniatur, & ſepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem, & clerici exules cuiuſcunque conditionis, aut dignitatis exiſtant, de ſuis prouentibus eccleſiaſticis decimam perſoluent. Ille quoq; expenſæ, quę fiũt pro foſſatis, & aliàs pro terris ædificandis, vt vberiores fructus producant, & illæ quæ fiunt in cõſeruandis, & reparãdis ædificijs molendinorũ, domorũ, ſeu apothecarũ, & ſimilium,

Emẽdæ poſſunt ab excõmunicatis recipi.

Capellani poſſunt operas ſuas locare. vide no. in c. ſignificati. de præb.

Oblationes quãdoq; per laicos, quãq; per clericos colliguntur.

ſium, & ex quibus fructus, & penſiones recipiuntur, & niſi reparentur fructus ex eis percipi nõ valerent: de decima huiuſmodi minime deducentur. Nec etiam illę, quæ fiunt pro cuſtodia caſtrorũ, quamuis fiant maiores ſolito. Inſuper de oblationibus minutiſſimis, quas percipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarum ſuarum pro ſepulturis, & dandis pœnitentijs, decima perſoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianæ diſtributiones prouentus eccleſiaſtici ſint, de diſtributionibus, quæ dantur in horis canonicis præſentibus, debere ſolui decimam declaramus. Illi quoq; qui deputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis, qui debent ſoluere decimam, de aliqua certa ſumma ſoluenda pro decima, nequeunt conuenire. De fructibus arborum, & hortorum ſoluetur decima. De his autem, quę conſumuntur vſu, vel eſu animalium, ſi ſint eccleſiarum, ſoluetur decima deductis expenſis neceſſarijs, quæ fiunt pro cuſtodia: ſi vero ſunt perſonarum, decima non ſoluetur. ¶ Tu ergo in his ſolum Deum, & iuſtitiam pro pręmiſſis præ oculis habens, ex prędictis declarationibus in decidendis huiuſmodi dubitationibus, quę pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem accipias: ſuper maioribus vero deciſionem Apoſtolici oraculi expectes. ¶ Volumus quoque & pręſentium tibi auctoritate mãdamus, vt in vnamquamq; perſonã eccleſiaſticam deputatarum tibi partium, cuiuſcunq; ordinis, conditionis, vel dignitatis exiſtat, quę decimam ipſam nullo modo, vel non integre, ſcienter, aut non ſecundum verum valorem fructuum ſuorũ perceptorum, ſiue nõ in terminis conſtitutis exhibuerit, ſeu in illorũ exhibitione malitiam cõmiſerit, ſiue fraudẽ, excõmunicationis ſententiam auctoritate noſtra promulges: Et etiam in ſingulos, qui ſcienter impedimentum præſtiterint directe, vel indirecte, publice, vel occulte quominus decimæ prędictę ſoluantur. Et omnes, & ſingulos, qui huiuſmodi ſententias latas incurrerint: per te, & per alios, ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis pulſatis campanis, & candelis accenſis, vſque ad ſatiſfactionem condignam excommunicatos publice nunties, & facias ab omnibus publice euitari: Aggrauaturus aliàs manus tuas contra ipſos, prout proteruiam, & contumaciam exigere videris eorundem: quod ſi ſatisfacere decreuerint, poſt plenam, & integrã ſatisfactionẽ ab huiuſmodi excommunicationibus iuxta eccleſię formã abſoluas eoſdẽ, & diſpenſes cũ eis ſuper irregularitate, ſi taliter ligati nõ abſtinuerint à diuinis: Prouiſo hactenus, quod contra decimam huiuſmodi non ſoluentes nullatenus ſine ſpeciali mandato Apoſtolicę ſedis inuocetur brachium ſæculare. Quodque ad vaſa ſacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinum, vel ad priuilegia eccleſiarum, & monaſteriorum, aliorumque locorum eccleſiaſticorum: ipſius occaſione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Calen. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Deum in negocijs noſtris habere debemus præ oculis.

Excommunicationis publicandę modus.

V Iam ambitioſæ.

De regularibus, & tranſeuntibus ad religionem.

¶ Martinus quartus.

¶ Religioſi Mendicantes ſub excommunicationis pœna prohibentur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocunque quaſito colore, quam ipſo facto incurrunt tam recepti, quam recipientes quacunque licentia non obſtante. Quid iuris ſit de iam receptis ſubdit.

CAP. I.

Viam ambitioſę cupiditatis religioſis potiſſime Mendicãtibus pręcludere cupientes, ad alios ordines præſertim monaſticos, (fucatis tamen colorib⁹ aſſerentibus ob frugem melioris vitę, aut arctioris obſeruantiæ,) tam ſancti Benedicti, quam Ciſtercienſis, Camaldulenſis, Vallis vmbroſę, canonicorum regularium ſancti Auguſtini, vel aliorum monaſticorum ordinum conuolare nitentibus, licentiã à ſede Apoſtolica, ſeu legatis, aut nuntijs eiuſdem ſedis ad tranſferendum ſe de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, pręſertim ea ratione, (vt veriſimile eſt, prout facti euidentia docet,) vt liberius degant, dignitateſq;, & beneficia monaſtica conſequi valeant, & ex cer-

Cupiditas oĩbus pręſertim religioſis Mendicantibus eſt præcludenda.

a ¶ Debeat.] cape verbum, admitti, aut recipi, quod eſt ſ.

tis alijs cauſis honeſtati non conſonis obtinentibus. Ac volentes etiam conſeruationi ordinum Mendicantium prouidere: auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium declaramus, & etiam decernimus, ſtatuentes, quòd de cætero nullus religioſus ordinum Mendicantium quorumcunque, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, vel religionis exiſtat, quantumcumque, & qualitercunque poſſit, & debeat [a] virtute cuiuſcunque licentiæ, etiam indulti Apoſtolici, ſeu pœnitentiarij noſtri curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per litteras Apoſtolicas facultatum quarumuis tam legatorum, vel nũtiorum ſedis Apoſtolicæ, quàm alia auctoritate, maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus præſertim ordinum Mendicantium profeſſoribus in genere, vel in ſpecie ab ordinibus huiuſmodi Mendicantium, ſub quacunque verborum forma appareant, admitti, aut recipi, per aliquos etiam ſuperioris ordinis, ſeu monaſterij, aut loci monaſtici, ſeu aliàs in monachũ, vel in fratrem alicuius ex ordinibus monaſticis ſupradictis, vel alijs expreſſis (ordine Carthuſienſium dumtaxat excepto) ſub pœna excommunicationis, tam recipientes, quàm recepti ipſo facto incurrunt. Et quam exnunc, prout ex tunc, contra quemlibet tranſgreſſorem quomodolibet in præmiſſis, ſcientia, & auctoritate anteſatis proferimus in his ſcriptis. Et à nemine, niſi dũtaxat à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo †) excommunicati huiuſmodi poſſint abſolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus ſecus facta non teneant, & nullius exiſtant efficaciæ, vel momenti. Decernentes etiam, & volentes, quòd ſi quis hactenus virtute cuiuſuis licentiæ, ſeu mandati huiuſmodi fuiſſet receptus ad aliquem monaſticum ordinem, & habitum conſuetum geſtari per monachos talis ordinis ſuſcepiſſet, ſiue ꝓfeſſionem emiſerit, ſiue non, ſub dicta pœna teneatur in monaſterio, in quo receptus fuerit (etiam ſi beneficia eccleſiaſtica, ſeu rectorias eccleſiarum quarumuis obtineat) ſtare in eius totali ordinatione, & in huiuſmodi ordine monaſtico Altiſſimo deſeruire. ¶Si quis autem prętextu huiuſmodi licentiæ, vel ſine habitu, vel cum habitu vagando incederet, monitione pręuia teneatur, & debeat intra terminum quindecim dierum à die monitionis huiuſmodi computandorum, ad eius religionem, vel ordinem, vnde cum licentia, vel ſine licentia receſſerat, remeare. Quod ſi efficere neglexerit poſt ipſum terminum, tamquam notorius apoſtata excommunicatus in omnibus, & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari, etiam per inuocationem auxilij brachij ſæcularis, quotiens fuerit opportunum. ¶In futuris autem nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiuſmodi in aliquem monaſticum ordinem (Carthuſienſium dumtaxat excepto) poſſit, aut debeat per quemcumque recipi, vel admitti virtute alicuius licentię, vel indulti, abſque ſedis huiuſmodi licẽtia ſpeciali ſub dictis pœnis: & nihilominus ſecus facta non teneant ipſo iure: Huiuſmodi licentijs, & indultis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & Mendicantium ordinum prædictorum, etiam ſi de illis ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum in noſtris litteris mẽtio habita foret, & alijs contrarijs non obſtantibus quibuſcũque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſtatuti, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Sebennis iij. Calen. Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

Ordo Carthuſienſium pręcæteris ampliori ponit prærogatiua.

¶Vide conc. Trid. ſeſ. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

¶Ioannes xxij.

¶Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia vltra mare euntes, ſunt ipſo facto excõmunicati: nec ibi ſunt ad prædicationem, vel diuinorum celebrationem admittendi.

CAP. II.

AD noſtrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli religionis geſtantes habitum, ſed à veritate

Religionis habitus ſine ipſius veritate parum prodeſt.

religionis omnino vacui, & à modeſtia pẽnitus alieni, ad partes quandoque tranſmarinas ſe transferant, in quibus pauci fideles reſpectu infidelium commorantur: Et vt illi decipere facilius ſimplicium animos, ac ipſos, & alios in errores præcipitare, ſeu retinere valeant, ſub ouili veſte, ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, per doctrinas ſuas reprobas, & erroneas fidelium mentes, quantum in eis eſt, corrumpere ſatagunt: In ipſis partibus periculum nimium ſpargere non omittunt, necnon, & os ſuum ponentes in cœlum, lingua eorum falſidica tranſeunte ſuper terram, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ detrahere conſtitutionibus, & alia multa à fide deuia in ſuis ſermonibus, & ſecretis collocutionibus euomere inſanis auſibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, perículoſa ſuſcitantur ſcandala, paratur ſimplicibus laqueus, ipſique talium præſumptores de hæreſi vehementer arguunt ſe ſuſpectos. ¶ Nos itaque tantis obuiare periculis paternæ diligentiæ ſtudijs cupiẽtes, vniuerſis, & ſingulis religioſis cuiuſcunque conditionis, religionis, ordinis, vel ſtatus exiſtant: de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictius auctoritate pręſentium inhibemus, ne ipſorum aliquis abſque ſuperioris ordinis ſui licentia, ſibi per ipſius litteras patentes conceſſa, decætero ad partes ſe transferat antedictas. Superioribus ipſis nihilominus iniungentes, ne quibuſuis ſui ordinis fratribus, (niſi dumtaxat viris litteratis, prouidis, & expertis) huiuſmodi licentiam impertiri præſumant. Nos enim quoſcunque præſumentes contrarium, quouiſmodo excommunicationis ſubiacere ſententiæ volumus ipſo facto: A qua nullus ab alio, quàm à Romano Pontifice poſſit, (niſi dumtaxat in mortis articulo) abſolutionis beneficium obtinere. ¶ Cæterum vniuerſalis Eccleſiæ prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo, præſentium tenore mandamus, quatenus nullos religioſos ad partes ſe transferentes prædictas: niſi per patentes ſuperioris ſui ordinis litteras de licentia ſpeciali ſe illuc transferendi ſibi conceſſa prælatis eiſdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus ſuis, & diœceſibus, ac locis, & terris alijs ad prædicationis officium, vel diuinorum celebrationem admittant: ſed ipſos potius, velut apoſtatas capiant, ſeu capi faciant, eos carcerali cuſtodiæ, (donec de dicta licentia ſpeciali modo prædicto ſibi conſtiterit) detinendo. Et nihilominus ſi quos religioſos approbare, quæ ſedes Apoſtolica reprobauit, vel quæ aliàs ſunt fidei obuia in ſuis prædicationibus, ſeu ſecretis collocutionibus dogmatizare perſenſerint, vt tales (quibuſcunque ceſſantibus priuilegijs) poſſint licite capere, & carcerali cuſtodiæ, ſicut ſuos poſſent ſubditos mancipare, licentiam impertimur. Et inſuper tenore præſentium mandamus eiſdem, vt de præmiſſis ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu iudicij, & figura, per ſe, vel per alium, ſeu alios ſe ſolerter, & fideliter ſtudeant informare: quoſque de prædictis, ſeu eorum aliquo repererint reos eſſe, iuxta ſtatuta canonum, & in aliorum exemplum caſtigare pœnis debitis non poſtponant: Non obſtantibus exemptionibus, & alijs quibuſcunque priuilegijs, & litteris Apoſtolicis eiſdem religioſis, vel eorum ordinibus ab eadem ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis, etiam ſi de illis plena, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda. Quæ quantum ad prædicta, vel aliquod eorundem eiſdem in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auiñ. vj. Idus Maij. Põtificatus noſtri anno nono.

Lupinus animus ſub ouili veſte à multis geritur.

Os in cœlum ponunt, qui Romanæ eccleſiæ detrahunt conſtitutionibus.

Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia ſe abſentare non debent.

Approbata per ſedem Apoſto. à nemine ſunt reprobanda.

De religioſis domibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ Licet Beguinarum ſtatus ſit propter multas rationes per Clementem V. reprobatus, permittitur tamẽ mulieribus fide dignis, quæ nec ſunt culpabiles, nec ſuſpectæ ſub habitu Beguinarũ viuere: nec ſunt tales per ordinarios moleſtanda. vide c. 1. eo. ti. in clem.

CAP. VNICVM.

RAtio + recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicẽtur. Sane felicis recordationis Clemens Papa v. prædeceſſor noſter, cũ de mulieribus, quæ Beguinæ vulgariter nuncu-

+ Vide c. 1. e. ti. in clem. & ca. ad noſtrũ. in cle. de hæreti. & extrauag. Io. xxij. Sãcta Romana. eo. titu de relig. do. Guidonem Carmelitam in ſumma de hæreſib. Beguinorũ, & Eymericum in Dire. inquiſ. p. 2. q. 25.

nuncupantur, nonnulla ei fuiſſent, præcipue de Alemaniæ partibus inſinuata ſiniſtra, & præſertim, quòd earum quædam de ſumma Trinitate, & diuina eſſentia diſputarent, & prædicarent, ac circa articulos fidei, & eccleſiaſtica ſacramẽta opiniones catholicæ fidei cõtrarias introducerẽt, & multorum ſimplicium animas in diuerſos errores inducerent: ex his, & alijs frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione ſuſpectas, in illas, quæ ſtatũ huiuſmodi nouiter aſſumptũ ſectarentur vlterius, aut quæ illum de nouo aſſumerent, excommunicationis ſentẽtiam promulgauit. ¶ Verum, quia in multis mundi partibus plurimæ ſunt mulieres, quæ ſimiliter vulgo Beguinæ vocatæ, ſegregatæ, quandoque in parentum, aut ſuis, interdum vero in alijs, aut conductis ſibi communibus domibus inſimul habitantes, vitas deducunt honeſtas, eccleſias de nocte frequentant, diœceſanis locorum, & parochialium eccleſiarum rectoribus reuerenter obediunt, curioſitatem diſputandi, aut auctoritatem, ſeu temeritatem potius prędicandi nullo modo ſibi vſurpant, nec ſe, vel alia, ſeu alios quoslibet præmiſſis opinionibus, erroribuſq; inuoluunt, nec vlla ſuper his eſt, aut fuit hactenus nota, ſeu ſuſpicio contra eas, quæ ipſas diſſimiles à luce ſua conſtringeret: Vt nullis earum, quę perpetuam forte Domino continentiam deuouerunt, occaſio prębeatur ad lapſum: & ne periculis, damnis, & ſcandalis plurimis, quæ proinde veriſimiliter ſequerẽtur, pro prouiſione eccleſię moderna occupentur: Beguinas huiuſmodi inculpabiles, (vt præmittitur) nec ſuſpectas ſub prohibitione, & [a] abolitione præmiſſis, (quia de ipſis prædeceſſor noſter prefatus nullatenus ſenſiſſe dignoſcitur) de fratrum noſtrorum conſilio declaramus, & volumus nõ includi. ¶ Locorum ordinarijs nihilominus iniungentes, vt eas ſub prætextu huiuſmodi nullatenus moleſtari permittant. Et ſi quid forſan ex hoc in bonis, aut iuribus à quibuſcunque contra eas attentatum eſt hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auctoritate noſtra in ſtatum reduci debitum uolumus: Inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij † ſæcularis. ¶ Cæterum ſtatum Beguinarum huiuſmodi, quas eſſe permittimus, (niſi de his per ſedem Apoſtolicam aliter ordinatum extiterit) nullatenus ex præmiſſis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios, & alios ad quos prædicta ſpectabunt, curam peruigilem, & ſollicitudinem debitã præcipimus adhibere, ne præmiſſarum ſequentes inuia, & ipſarũ actus temerarios imitãdo, pręmiſſis erroribus, & diſputationũ, & prędicationũ temeritatibus ſe inuoluãt: eas quę cõtra prædicta pręſumpſerint per cenſurã eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, cõpeſcẽdo. Porro mulieres, quodcunq; nomen habentes, quæ de illis ex quibus prohibitio præceſſerit, culpabiles ſe reddiderint, aut merito notabiles, vel ſuſpectas eſſe, ſi ſtatum, vel habitum quoquo modo mutauerint, uere ſub prędicta decernimus remanere cenſura: & taliter contra eas, per illos ad quos pertinuerit, procedi uolumus, & mandamus, quòd ab errore de more reuocatæ, non ultra inficiant ſanas oues.

Religioſę mulieres, quid facere debeãt.

¶ Brachium ſęculare põt, qñque ab eccleſia inuocari. c. 1. de off. ord. in antiq.

De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

¶ Benedictus [a] xij. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam [b] rei memoriam.

§ Taxat procurationes, pabula charitatis, & ſubſidium charitatiuum: Saluat priuilegia, cõuentiones, conſuetudines, & præſcriptiones, & indemnitatem pauperum: inhibet contrauenienti, punit tranſgreſſores, & eorum familiares, &c. Et locari debet ſub rubrica, de cenſibus, & procurationibus.

a ¶ Benedictus.] Iſte Benedictus fuit duodecimus natione Tholoſanus Sanardanus Apamiarum diœceſis primum appellatus Iacobus Fornerij, abbas fontis frigidi, ordinis Ciſtercienſis, & magiſter in ſacra pagina, deinde epiſcopus Apamiarũ, & deinde epiſcopus Mirapiſcẽſ. poſtea tituli ſanctæ Priſcæ presbyter Cardinalis, aſſumptus ad Papatũ anno domini M ccc xxxiiij. xx. Decẽ. & Anno M.ccc xlij. xxv. Aprilis vita functus eſt, Pontificatus ſui anno v. ſucceſſit Ioanni xxij. ſibi vero ſucceſſit Clemens vj. Io. Fran.

b ¶ Perpetuam.] ſic & omnia inſtrumenta ad hoc fiunt. 1. q. 7. ſaluberrimum. 25. q. 1. omnes fœminæ. & qa hoc graue negotium eſt, & vt magis timeatur hæc prouiſio, merito eſt perpetuæ memoriæ ſeruanda. facit de pœnis, in quibuſdam de ſchiſmaticis. c. 1. de pœnis. in c. felicis lib. 6. & quod not. in c. ad Apoſtolicæ. in princ de re iudi. eo. li. 6. vbi nota, q ſolus Papa ſine concilio poteſt hoc facere: & facit hęc extrauagans ius commune c. paſtoralis. de fide inſtru. & ibi not. Io. Fran.

Vas

¶ De materia huiꝰ extraua. vide concil. Later. ſub Alexan. iij. c. 4. Concil Late. ſub Inno. iij. c. 33. Concil. Oxoniẽ. c. vt ſingula & cõcil. Tri ſeſ. 24. de refor. c. 3.

1 Hãc extrauagã gloſſat hic Io. Franc. Pauinus.

¶ Act. c. 10.

VAs [a] † electionis [b] Paulus Apoſtolus egregius prædicator, ſe, & eos, qui ſecũ erãt, proprijs manibꝰ exhibebat, [c] † vt pſeudo, [d] & ſubdolis operarijs ſub p̃dicationis ſpecie lucra ſectantib. locũ præcluderet, & his, quos ipſe paſcebat pabulo [e] verbi Dei, non exiſteret oneroſus. ¶ Sane licet circa modeſtiam in exigẽdis procurationibus obſeruandam à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſalubria emanauerint inſtituta; quia tamen (ſicut experientia docet) nõnulli prælatorum, [f] necnon diœceſis nũtiorum, vel legatorũ Apoſtolicæ ſedis, de quibus nullam faciunt mẽtionem expreſſe, ſic ſe reddiderunt, & reddunt in dictarum procurationũ exactionibus oneroſos, [g] vt oppreſſi ſubditi huiuſmodi onera nequeãt ſupportare, & victum longi temporis breuis hora conſumat. Nos attendentes, quòd parentes [h] debent theſaurizare filijs, non delitijs faſtidioſis eorũ ſubſtantiam abſorbere: ac cupientes pro diuerſitate conditionum viſitantiũ prælatorum, & prouinciarum, ac eccleſiaſticarum etiam facultatum certum modum ſufficientem viſitantibus, & ſupportabilẽ viſitatis in præmiſſis fore de cætero obſeruãdum; de fratrum noſtrorum conſilio [i] præſentis conſtitutionis edicto: Statuimus, quòd cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum Regnis, ac terris, prouincijs, & partibus adiacentibus, & in vicinis eiſdẽ, necnõ in Delphinatu, Burgundiæ Sabaudiæ prouinciæ, & Forcalquerij comitatibus archiepiſcopi, [k] & epiſcopi, ac alij prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ, quibus id de iure, vel conſuetudine competit, ſuos ſubditos perſonaliter viſitabunt: Iidem archiepiſcopi à ſuis, vel ſuffraganeorum ſuorum cathedralibus eccleſijs pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia vltra trecentorum, à monaſterijs vero, & alijs eccleſijs, vel prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentib. collegium, vel cõuentum duodecim, vel plurium perſonarum, vltra ducẽtorũ, ac quinquaginta: Ab habẽtibus vero paucarum perſonarum collegium, ſeu conuẽtum, & quibuſuis alijs eccleſijs, prioratibus, & locis, vltra ducentorum: Epiſcopi vero ab eccleſijs cathedralibus, vltra ducentorũ: A monaſterijs vero, & eccleſijs alijs, ac prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegium, vel conuentum xij. vel plurium perſonarũ, vltra ducentorum quinquaginta: Ab habentibꝰ vero paucarum pſona-

VAs electionis. 1] Diuiditur in quinque partes principales: Nã primo exorditur. Secundo: ibi, [Statuimus.] taxat procurationes. Tertio: ibi, [Inſuper.] punit trãſgreſſores. Quarto, ibi, [Præmiſſi.] extendit conſtitutionem. Quinto ſubdit clauſulas conſuetas cum data: ibi, [Nulli, &c.] Prima pars tres habet rationes exemplares impulſiuas ad cõdendam hanc cõſtitutionem. Secunda pars tripliciter taxat quantitatem procurationum exigendarum, iuxta triplicem diuiſionem prouinciarum, & regnorum, & qualitatẽ viſitantium, etiã ſi per alios viſitant modificando, & extendẽdo, ac declarando, vt infra patet. Tertia pars punit viſitatores tranſgreſſores, & eorum familiã, etiam ſi à ſponte volẽtibus recipiãt, vel receptum remittẽtibus non reſtituant. Quarta pars extendit cõſtitutionem ad charitatiuum ſubſidium. Taxat valorem Turonenſium, & excipit tres caſus. Vltima ibi, [Nulli.] ſubdit clauſulas conſuetas cum datis.

a ¶ Vas.] hoc nomen fuit ſibi impoſitum cælitus in eius cõuerſione. Actuum. 9. c. & hoc principium ſumptum eſt ex c. cum Apoſtolus. in princi. de cenſib.

b ¶ Electionis] & ideo non vitioſum, in quo omne oleum, & vinũ facile corrumpitur. de pœ. diſt. 3. §. ſiue à me. adde textum Marci 2. in fi.

c ¶ Exhibebat.] i. procurabat. 18. q. 1. iam nunc. 21. q. 1. c. 1.

d ¶ Pſeudo.] id eſt, falſis: Et eſt græcum nomen indeclinabile, vt not. in dicto c. cum Apoſtolus. cõtra quos mora monitionem cõ-[illegible] generalis. de qua in c. irrefragabili. in fine, de officio ordina.

e ¶ Pabulo.] eſt n. verbum Dei pabulũ animæ ex quo viuit. c. inter cætera. de off. ordi. quia nõ in ſolo pane, &c. ſed in omni verbo, &c. vt ibi.

f ¶ Prælatorũ.] etiam Cardinalium, vt probat textus in cap. cum Apoſtolus. verſic. Cardinales. de cenſib. & in cap. procurationes. in princ. eo. titu. & ibi not.

g ¶ Oneroſos.] vſque ad exinanitionem extremæ virtutis. 10. q. 3. cauendum. & 1. q. 3. placuit. ideo ſeruandũ eſt, quod ſtatuit concilium Viennẽ. in cle. ad noſtrum. § fi. de cenſibus.

h ¶ Parentes.] 16. q. 1. prædicator. vbi Paulus dicitur diuinus Apoſtolus, &c. & quod beatiꝰ eſt dare, quàm accipere. Et cum myſterio accumulantur tot rationes, vt ſi aliquæ ceſſarent, nõ ceſſat diſpoſitio. Inſti. de nup. § affinitatis.

i ¶ Cõſilio.] ad quod non arctabatur ſequẽdum, nec petendum, ſecundum glo. & doctores. in ca. Apoſtolicæ. de re iudic. & in c. 1. de ſchiſmat. lib. 6. licet Ioan. Monach. in hoc variauerit factus Cardinalis. Sed quod Papa regatur conſilio Cardinalium probatur in cap. licet. & cap. in Geneſi. & cap eccleſia 2. in fi. de electio. ſicut epiſcopi conſilio canonicorum regi debent. cap. nouit. & ca. quanto. de ijs, quæ fiũt a præla. c. quæſiuit. & c. fin. de ijs, quæ fiunt à maio. par. cap. Hoſt. in ſumma. in ti. de offi. archipreſby. §. quæ pertinent. verſi. poteſt. præterea in arduis. 2 & hoc ſeruat conſuetudo.

k ¶ Archiepiſcopi.] Iidem, & in patriarchis, primatibus, & alijs etiam pluribus, id eſt, & abbatibus, de quibus vide infra. idẽ ſunt enim primates, & patriarchæ. 99. diſtin. prouinciæ. & diſt. ſupra.

Conſiliũ Cardinalium an debeat Papa ſequi.

2 Vtrũ in arduis teneatur Papa reqrere conſiliũ Cardinaliũ, vide late per Filippum Frãcũ, & doct. in c. ſuper eo. de here. li. 6. ad. de Abb. in c. quæſiuit. de his, quæ fiũt à præla.

ſupra in ſecũda quæſtione primæ partis. & idem archiepiſcopi, & metropolitani, & nudis tantum verbis differunt. not. in cap. duo. de offic. ord. vide in Spec. in tit. de offic. ordina. §. ſunt quoque. & in verſi. & not. ſic & archiepiſcopi ſunt epiſcopi. no. in cap. quam periculoſum. de ſent. excom. lib. 6.

a ¶ Locis.] non credo comprehendi hoſpitalia pauperũ propter infra dicenda, puta leproſorum, & aliorum infirmorum mendicantium panẽ, ſicut nec grãgias per cap. ſi. de cẽſi. & idem forte de fabricis, & cõmiſſarijs, de quib⁹ canonica portio non detrahitur. cap. fin. de teſtam. & de alijs, de quibus non eſſet ſoluenda decima, de qua in clem. ſi beneficiorũ. de deci. de quibus omnibus dic, vt ibi plene nota. Circa hoc tamen tenẽdum eſt illud, quod cõcludit Fridericus de Senis in conſi. 111. Et an epiſcopus poſſit priuilegiare hoſpitale tempore cõſtructionis, vt non poſſit ab eo, vel ſucceſſoribus viſitari? vide eundem in cõſi. 248. Et quid de domibus leproſorũ? vide per eundẽ in cõſi. 130. Et adde in ſimili, qđ firmat Pet. de Anchar. de teſtatore, in conſi. 118. & qđ examinat Guliel. de monte Lauduno in gloſ. ſuper extrauagan. ſuſcepti. Ioan. xxij. ſuper ver. in totum. Io. Franc.

b ¶ Abbates.] idem credo de priorib⁹ etiã canonicorum regularium. arg. c. quod Dei timorem. de ſta. mona. & aliorum quorumcunque viſitãdorum etiam Mendicãtium, exceptis tantum Fratribus Minoribus. de quibus in clem. Exiui. de verb. ſignifi. Ioan. Franc.

c ¶ Si vero.] hic determinat, quæ habentur in c. felicis. de cenſib. lib. 6.

rum collegiũ, ſeu cõuentum, & quibuſuis alijs eccleſijs, prioratibus, & locis,[a] vltra ducentorum: Epiſcopi vero ab eccleſijs cathedralibus vltra ducentorũ: A monaſterijs vero, & eccleſijs alijs, ac prioratibus ſæcularibus, vel regularibus collegiũ habẽtibus duodecim, vel plurium perſonarũ, vltra cẽtum, & quadraginta: Ab habentibus vero perſonarum collegium pauciorum, & quibuſlibet alijs eccleſijs, prioratibus, & locis, vltra centum, & quadraginta: Abbates[b] quoque à monaſterijs, vel prioratibus habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, vltra centũ: Ab aliis quoque habentibus minus collegium, ab eccleſijs, prioratibus, & locis quibuſcunque, vltra lxxx. Archidiaconi quoque vltra xxxv. Archipresbyteri quoq; ultra viij. Turonen. argenti ualorem recipere non præſumãt. Si vero[c] præfati archiepiſcopi, prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere ualeant in pecuñia numerata: Iidem archiepiſcopi à ſuis, & alijs cathedralibus eccleſijs, ultra centum xx. A monaſterijs vero, & eccleſijs alijs, ac prioratibus ſæcularibus, & regularibus habentib⁹ collegium duodecim, vel plurium perſonarum, ultra centũ: Ab habentibus vero minus collegiũ, & quibuslibet alijs eccleſijs, prioratibus, & locis, ultra lxxx. Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, atque locis, vltra lxxx. Abbates ultra lx. Archidiaconi vltra xxx. Turoneñ. argenti ualorem non recipiant quoquo modo. ¶ In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniȩ, Noruegiȩ, Daciæ, Scotiæ, & Suetiȩ regnis, terris, ac prouincijs, & partibus eiſdem adiacẽtibus archiepiſcopi, & epiſcopi, alij quoque prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ cum, (ut præmittitur,) perſonaliter viſitabunt: Iidem archiepiſcopi, & epiſcopi, etiam ſi primates exiſtant, à ſuis, vel ſuffraganeorũ ſuorum eccleſijs cathedralib⁹, & perſonis earum pro procuratione unius diei, ſiue in uictualibus, ſiue à volentibus in pecunia ultra trecentum, & uiginti: A monaſterijs uero, & alijs eccleſijs, prioratibus ſæcularibus, uel regularibus habentibus collegiũ duodecim, uel plurium perſonarum, ultra cc. & lx. Ab alijs uero monaſterijs, eccleſijs, ſeu prioratibus minus collegium habentibus, alijs quoq; eccleſijs, prioratibus, & locis, ultra ducentorum, & uiginti: Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſijs, ultra ducentorum, & uiginti: A monaſterijs uero, & alijs eccleſijs, & prioratibus ſæcularibus, uel regularibus habentibus collegium duodecim, uel plurium perſonarũ, ultra centũ, & lxxx. Ab habentibus uero collegium minus, & quibuslibet alijs eccleſijs, & prioratibus, atq; locis, ultra centum, & quinquaginta: Abbates inſuper à monaſterijs, prioratibus, ſeu eccleſijs habentibus colleg[illegible] xij. vel pluriũ perſonarũ, ultra centum: Ab habentibus uero minus collegiũ, ac eccleſijs, prioratibus, & alijs locis quibuslibet, ultra lxxx. Archidiaconi uero ultra quinquaginta: Archipresbyteri[d] etiã ultra decẽ Turoneñ. argenti ualorem recipere nõ præſumant. Si uero ijdem archiepiſcopi, epiſcopi, & prȩlati, ac perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio[e] Apoſtolico per alios[f] viſitare, & procurationes recipere valeant in pecu-

d ¶ Archipresbyteri.] quid autem de archipresbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupãtur? ſubdit infra. in verſic. illud quoque. Ioan. Franc.

e ¶ Ex priuilegio.] ſine priuilegio vero non poſſunt, aliàs contrafacientes puniuntur, vt in ca. felicis. de cenſib. lib. 6.

f ¶ Per alios.] hæc conſtitutio approbat, quod not. Ioan. And. in c.

nia numerata: dicti archiepiſcopi, etiam ſi primates exiſtãt, ab huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, atq; locis, vltra centũ: Epiſcopi vltra lxxx. Abbates [a] vltra lx. Archidiaconi vltra triginta Turoneñ. argẽti valorem pro procuratione qualibet vni⁹ diei recipere non præſumant. ¶ In Caſtellæ quoque, Legionis, Aragoniç, & Portugaliæ regnis, & dominijs, terris, & prouincijs regũ Caſtellæ, Aragoniæ, & Portugaliæ, & partibus adiacentibus etiam vicinis eiſdem, excepto Sardiniæ, & Corſicæ regno: archiepiſcopi, epiſcopi, & prælati, ac perſonæ eccleſiaſticæ cum (vt præmittitur,) perſonaliter viſitabunt ijdem archiepiſcopi à ſuis, & ſuffraganeorũ ſuorum eccleſijs cathedralibus pro procuratione vnius diei, ſiue in vectigalibus, ſiue à volentibus in pecunia, vltra centum, & quadraginta: A monaſterijs vero, & eccleſijs alijs, ac prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegiũ duodecim, vel plurium perſonarum, vltra centum, & viginti: Ab habentibus vero minus collegium, alijſque eccleſijs, prioratibus, atq; locis, vltra centum: Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſijs, vltra centum: A monaſterijs vero, & prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegium xij. vel plurium perſonarũ, vltra octuaginta: Ab habentibus vero minus collegium, alijſque eccleſijs, prioratibus, & locis vltra ſexaginta: Abbates [b] etiam à monaſterijs, vel prioratibus habentibus collegium xij. vel plurium perſonarum, vltra quinquaginta: Ab habentibus minus collegium, & quibuſlibet alijs eccleſijs, prioratibus, & locis, vltra quadraginta: Archidiaconi vero vltra xxv. Archipresbyteri vero vltra v. Turoneñ. argenti valorem recipere non attentent. Si vero proxime nominati archiepiſcopi, epiſcopi, & prælati, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere poſſint, in pecunia numerata: Iidem archiepiſcopi ab eiſdem ſuis, & ſuffraganeorum ſuorum eccleſijs, vltra octoginta. A monaſterijs vero, & eccleſijs alijs, ac prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegium xij. vel plurium perſonarum, vltra ſexaginta: Ab habentibus vero minus collegium, & quibuſlibet alijs eccleſijs, prioratibus, ſiue locis, vltra quinquaginta: Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, ſiue locis, vltra quadraginta: Abbates vero ab eorum monaſterijs, prioratibus eccleſijs, ſiue locis, vltra triginta: Archidiaconi vero vltra viginti Turoñ.

Prælatorum vicẽ gerentes varijs cenſentur nominibus.

in c. felici. de cenſib. in glo ſuper ver. officio Et adde, q; prælati aliquãdo habent officiales. de offi. vic. c. 2. & 3. de appel. Romana. de offic. ord. c. Romana. de offic. deleg. c. 4. in fi. lib. 6. & c. inſinuante. Quandoque habent vicariũ in ſpiritualib⁹. de temp. ord. cap. 3. §. 1. lib. 6. Quandoque habent vicarium generalem. dicto c. 3. §. epiſcopo autem. de temp. ord. & de offic. vic. ca. fi. de præb. cap. ſtatutum. lib. 6. Quãdoque habent ſimpliciter vicarium. c. ſtatutum. & cap. vt officium & c. vt cõmiſſi. de hære. lib. 6. Quandoque tales vocantur Locumtenentes 93. diſtin. c. fi. Siue ergo qs vicarius à ſede Apoſtolica deputetur, vt in c. is cui. de elect. li. 6. ſiue à capitulo eccleſiæ cathedralis epiſcopali ſede vacante, vt in c. penul. de ſuppl. negli. præla. li. 6. vbi poteſt ex conſuetudine viſitare, ſaluis notatis in clem. 1. de hære. ſiue ab electa in abbatiſſam à maiori parte capituli, indemnitatibus. de electio. lib. 6. ſiue ab alio prælato electo concorditer in caſu capituli, nihil. de electio. cum viſitat, poterit recipere procurationẽ iuxta iſtam taxam. arg. notatorũ in dicto c. felicis. de cenſi. facit ca. ſi epiſcopus. de offi. ord. eod. lib. Et ſi ſunt plures, tunc ſolum principalis, ſed non foraneus poterit hoc generaliter facere, vt probat clem. & ſi principalis. de reſcrip. Quid ſi plures eſſent omnino æquales officiales, vel vicarij? Dic, vt ibi not. Quid de foraneis in locis ſuis? Dic attendenda illorũ mandata. adde tex. in l. 1. C. de offic. eius, qui vic. alterius gerit. Io. Franc.

Vicarius poteſt viſitare, & procurationẽ recipere.

[a] ¶ Abbates] de patre Abbate Cluniacenſiũ, quo modo teneatur viſitare ſubditos ſuos mediatos, & immediatos? vide Oldr. in cõſi. 115. quod incipit: Prima quæſtio. & adde quantum ad abbates, idẽ videtur eſſe effectus inquiſitionis generalis, & ſpecialis, vt dicit idẽ Oldrad. in conſi. 217. qđ incipit, Licet quantũ. Ioan. Franc.

Abbas Cluniacẽſis ſubditos mediatos, & immediatos viſitare poteſt.

[b] ¶ Abbates.] honeſte facerent abbates, & alij religioſi nõ exigere pecuniã, ſed conformare ſe laudabilibus cõſuetudinib⁹, & cõſtitutionib⁹ monaſteriorũ, & cõtentari comedere cũ alijs in refectorio, & dormire in dormitorio cõmunibus, vt melius valerent oculo intelligere quõ ſe habeant omnia tam i eccleſia, quam in menſa, & tam de die, quam de nocte, & ꝑpter bonũ exemplum. argu. eius quod not. in clem. ad noſtrã. de cẽſi. in ver. ſi voluerint. & in cap. magnæ. de voto. quia qđ agitur à prælatis, cito à ſubditis trahitur in exemplum, vt ibi, & in ca. præcipue. 11. q. 3. aliàs tot mortib⁹ digni ſunt, quot ꝑnicioſa exẽpla, &c. vt ibi. & hoc ſatis dicit §. noſtræ tñ intentionis. in ver. nec vltra. & verſi. cæterũ. Tenentur eñ viſitatores non minus exemplo, q̃ verbo ædificare, & plantare. cap. qm. &c. inter cætera. de offic. ord. facit c. Romana. in fi. de cenſib. lib. 6. vbi vide no. per Ioan. And. in nouel. & in c. ſingulis. de ſta. mona. In huiuſmodi namq; actib⁹ regularibus nõ ſunt ſubtilitates, neq; gloſſæ exquirẽdæ, nec appellationes admittendç, ſed ſimpliciter omnia ſunt expedienda. cap. ad noſtrã. reprehẽſibilis. &, cũ ſpecialis. de appel. Nõ eſt tñ omittẽdũ, q; ſi prælatus religioſus in mortali cõſtitutus, notori⁹ vel infamatus ſit incorrigibilis, & propterea a ſubditis appelletur, debet appellationi deferri: alias pro-

Prælatorum geſta ſunt ſubditorum exempla.

tanto

agenti valorem recipere non attentent. ¶ In Apuliæ vero, Calabriæ, terræ Laboris, Siciliæ,[a] Lombardię, Tuſcię, Sardiniæ, Corſicæ, & cæteris alijs Italiæ partibus: necnō Sclauonię, Achaiæ, Cypri, & cæteris regnis, inſuliſque, & alijs prouincijs, & partibus omnibus vltramarinis, & etiam trāſmarinis, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, ac prælati alij, & perſonę eccleſiaſticę conſiſtētes, cum (vt præmittitur) perſonaliter viſitabunt: Iidē patriarchæ, & archiepiſcopi à ſuis, vel ſuffraganeorū ſuorum eccleſijs cathedralibus pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volētibus in pecunia, vltra ſexaginta: A monaſterijs vero, & eccleſijs alijs, ac prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habētibus collegiū xij. vel pluriū perſonarum, vltra quinquaginta. Ab habentibus vero minus collegiū, & quibuslibet alijs eccleſijs, prioratibus, atq; locis, vltra xl. Epiſcopi, etiam à cathedralibus eccleſijs, vltra quinquaginta: A monaſterijs vero aliſq; eccleſijs, & prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, vltra quadraginta: Ab habentibus vero minus collegium, & eccleſijs alijs, ſeu prioratibus, vel locis quibuslibet, vltra triginta: Abbates[b] vero à ſuis monaſterijs, vel prioratibus ſimile collegium, vel maius habētibus, vltra viginti: Ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet alijs eccleſijs, prioratibus, atq; locis, vltra ſexdecim: Archidiaconi vltra decem Turoñ. argenti valorem nō audeant recipere: quoquo modo. Si vero prælati, patriarchæ,[c] archiepiſcopi, epiſcopi, & perſonæ eccleſiaſticæ ꝓxime nominati, ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti patriarchæ, ſeu archiepiſcopi ab eiſdem ſuis, vel ſuffraganeorū ſuorum eccleſijs cathedralibus vltra quadraginta: A monaſterijs quoque, & eccleſijs alijs, ac prioratib. ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum vltra triginta: Ab habentibus vero minus collegium, & eccleſijs alijs, prioratibus, ſiue locis, & ſubditis quibuſcumque, vltra vigintiocto: Epiſcopi quoque à ſuis cathedralibus, & quibuſlibet alijs eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, atque locis, vltra viginti: Abbates etiā vltra decem, necnon archidiaconi vltra quinque Turoneñ. argenti valorem recipere non præſumant. Ita quòd expenſæ, ſeu ſumptus vniuerſi, ſeu taxatio pecuniaria[e] huiuſmodi procurationis totius diei, videlicet in pecunia, vel victualibus, & neceſſarijs alijs prædictam ſummam, vel valorem aliquatenus non excedat: nec vltra dictas ſummas, vel taxationes, ſeu ualores earum prætextu cuiuſuis conſuetudinis, vel aliàs, vel ab ipſis prælatis, vel familiaribus earundem quicquam exigere, vel recipere liceat etiam à volentibus, quando ex conuentione, vel conſuetudine nu-

nus

Monachi ſūt miſericorditer corrigendi.

tanto exceſſu ſatiſfacere compelletur. de appell. de priore: quia ad talem nō pertinet iudicialis correctio. 3. q. 7. Iudices. Miſericorditer etiam, & non paſſim ſunt corrigendi monachi, & nō more latronū in grauem carcerem detrudendi. de ſta. mon. c. ea quæ: & nō debent eſſe prælati nimis graues in corrigendo, aliàs de conſilio cōuentus, i. capituli, eſt correctio tēperanda. d. c. reprehenſibilis. in fi. de his, quę fiunt à præl. nouit. & c. cū noſcitur. & ideo dicit textus in dicto c. Romana. in fi. conſuetudines rationabiles, & approbatas. ſecundum Hoſt. & Io. And. ibidem in nouella. Io. Franc.

a ¶ Siciliæ.] no. q. huiuſmodi inſulæ ſunt pars ꝓuinciæ cui adhærent. l. inſulæ. ff. de iudi. cum ibi not. facit ff. de ver. ſign. l. notionem. §. 1. faciunt no. in c. qm̄ à nobis. de deci. ex quo ſequitur, quòd qui in Sicilia, vel Corſica eſt, aut Sardinia, debet reſpondere in Italia, vt no. in d. l. inſulæ. probatur. ff. ad munici. l. qui ex vico. Idem dico de eo, qui eſt in inſula Maioricarum, vt teneatur reſpōdere regno Nauarræ, vt patet ī. §. ſtatuim⁹. vbi dicitur illi adiacere, &c.

Abbatiſſæ monaſteriū egredi non debent.

b ¶ Abbates.] de abbatiſſa vero dicit Archid. q. etiam pro viſitandis monaſterijs ſibi ſubiectis, ei non licet egredi monaſterium, per textum in c. 1. de ſta. reg. lib. 6. ibi, quacunq; ratione. ſed debet per alium viſitationem facere, circa qđ vide not. in clem. 1. in prin. eo. tit. in glo. iſtorū. mouetur etiam archidiaconus: quia quod generaliter ſcriptū eſt, generaliter eſt accipiendū. c. 1. de cōiug. lepro. Item fortificatur ꝓhibitio in eo, q. ibi duo caſus excipiuntur, in alijs ergo ſtet valida. de deci. ad audiētiam. 31. di. omnino. 31. q. 1. quomodo, &c. 8. diſt. ſi cōſuetudinem. Et licet textus ille non videatur loqui de abbatiſſa, nihilominus appellatio monachorum includit abbates, vbi de ſalute animæ agitur. c. fin. de ſimo. Item ibi in §. verum. exprimit de abbatiſſa. & hæc opinio multum ſapit honeſtatem. de quo per Ioā. And. in d. c. 1. de ſta. reg. in 6. & dixi in tractatu viſitationum. q. 2.

Monachorū appellatione includuntur abbates.

c ¶ Patriarchæ.] nota patriarchæ. & ſicut c. exigit. extendit ç. Romana. de cenſi. ita fortius vna clauſula debet extendere aliam. ar. in l. doli clauſula. de ver. obli. & c. 2. requiris. ī. de appel. & l. 3. ff. de vi bono. rapto. Ioann. Franc.

d ¶ Diei.] hoc intellige, niſi qñ ex cā oporteret viſitātem ibi ſtare per plures dies ex cauſis neceſſarijs, & culpa viſitādorum, vt habetur in c. conquerente. de offi. ord. tunc enim ſibi debēt imputare viſitandi: quia neceſſitas legem non habet. de quo plene dixi in tract. viſitationum. q. 3. primæ partis. Ioā. Franc.

e ¶ No-

nus ſoluere conſueuerint, quòd propter prædicta non plus ſoluant. Illud quoque quod de archidiaconis ſuperius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpoſitis, aliiſque perſonis eccleſiaſticis ſuperius non expreſſis, quibus viſitationis officium, & procurationis receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel de iure, ſeu conſuetudine competere dignoſcuntur: Decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipresbyteri nominantur,[a] circa quos in receptione huiuſmodi procurationis id, quod ſupra ſtatutum eſt de alijs archipresbyteris, volumus obſeruari. ¶ Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quòd ſi ex conuentione, vel conſuetudine tam eccleſię cathedrales, quàm collegiatæ, & aliæ quælibet ſęculares, ac etiam monaſteria, prioratus conuentuales, & loca alia quæuis eccleſiaſtica, earumque capitula, collegia, ſeu conuentus, rectores etiam, & perſonæ prælatis quibuſuis viſitantibus, (vt præfertur) minus debeãt, vel conſueuerint,[b] quàm per nos ſuperius eſt ſtatutum, ad ſoluendum vltra cõuentionem, uel conſuetudinẽ huiuſmodi nullatenus adſtringantur, ſed ſuper ijs circa eos conſuetudo, & conuentio huiuſmodi obſeruentur. Huiuſmodi etiam moderationes, & taxationes ad prȩlatos quoſlibet, qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis in monaſterijs, ſiue locis alijs eccleſiaſticis gratis recipiãtur ad pabulum charitatis[c] extẽdimus, & etiã prorogamus:[d] prouiſo nihilominus, quòd in locis quibuslibet, ſecundum quòd maior, vel minor rerũ copia fuerit in ijſdem, necnõ iuxta maiorem, vel minorem perſonarum, & euectionum[e] numerum huiuſmodi viſitãtium, expenſarum maiorum, vel minorũ debita moderatio teneatur: ita tamen quòd maiores expenſæ non excedant ſummam ſuperius limitatam. ¶ Inſuper prædictis omnibus archiepiſcopis, primatibus, epiſcopis, & alijs ſuperius nominatis viſitantibus, ne vltra conuentionem, vel cõſuetudinem huiuſmodi circa perſonas, & loca, vbi fuerint, nec vltra moderationes, & taxationes prædictas quicquã præſumant recipere diſtrictius nihilominus inhibemus. Volentes etiam conſtitutionem præſentem pœnę[f] adiectione iuuari, ſtatuimus, quòd ſi dicti viſitantes per ſe, vel (ſi ex priuilegio eis competat) per alios viſitationis officium exercuerint, & procurationes receperint, (vt præfertur) ipſi, vel familiares eorum vltra taxationes prædictas aliquid ſciẽter exegerint, vel receperint etiã à volente:

a ¶ Nominantur.] vt no. in d. c. cum Apoſtolus. ſuper verbo, decani. Io. Fran.

b ¶ Conſueuerint.] hoc dicit, pp ea, quæ habentur in c. cum ex officij. de præſcr. & ibi no. in cle. ad noſtrum circa prin. de cenſi. ad. de quod habetur per Ioann. And. in addit. Spec. in ti. de cenſi. in fi. & in mercu. ſuper regula, plus ſemper. de reg. iu. lib. 6. & in c. fi. eod. titu. & lib. & ibi per Lapum allegatione 50.

c ¶ Charitatis.] hoc dicit propter ea, quæ habentur in clem. ad noſtrum. circa fi. de cẽſi. & in d. c. cum Apoſtolus ad fi.

d ¶ Prorogamus.] patet ergo hic, & infra verſi. præmiſſis. q, hæc conſtitutio quamuis pęnalis extenditur ad caſus ſimiles ex identitate rationis: quaſi tunc non dicatur extenſio, quia quod eſt ex ratione, eſt, & ex mente, vt not. in c. ſi poſtquam. de elect. lib. 6. & in c. ſciant cuncti. præſertim vbi eſt omnino eadẽ ratio. not. de temp. ordi. ca 1. eo. lib. & not. Archid. de pœnl. diſt. 1. cap. vulgaris. in §. pœnę. aliàs ſecus, vt not. Butriga. in clem. 1. de reſcript. facit deci. 277. quod no. Ioan. And. in nouella. de reg. iur. odia. ad fi. & in clemen. 1. de conſangui. & affinit. & in cle. auditor. de reſcrip. & in clem. 1. de foro compe. & per Barto. in l. furti. §. fin. de his, qui not. infam. & Butri. de præb. in ca. dilectus. facit l. tantum. §. 1. ff. de ſer. corrup. & quod habetur in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. maximum vitium. C. de libe. & poſthu. & l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & Butr. in cle. 1. de of. vica. & in Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. & in l. 1. C. de pat. qui fil. diſtra. & per modernos in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri. vide Io. de Milis in repertorio, in verbo, lex, ſiue conſtitutio, &c. habebit enim locum in ſpeciali viſitatione, de qua in c. excõmunicamus. in §. adijcimus. de hære. & in ea, de qua in c. Eleutherius. 17. q. 2. & in ea, de qua in c. ſeruitium. ead. cauſa, & quæſtione. de quibus not. in c. accedentes. de præſcript. & in cap. præterea. de iure patro. & in ca. procurationes. de cenſi. & in omnibus alijs ſimilibus procurationibus.

Conſtitutio & pœnalis, qñq; ampliatur ex identitate rationis.

e ¶ Euectionum.] & an numerus perſonarum, & euectionum debeat aliàs eſſe æqualis: vide plene per doct. in c. cum ad quorundam. de exceſ. præla. & dixi ſ. q. proxi. circa princi.

f ¶ Pœnæ.] vt quos Dei timor, &c. de vita, & hone. cleri. vt clericorum. 82. diſt. plurimos. &c. felicis. §. præmiſſis. de pœnis. lib. 6. quia non ſemper omnia deducuntur in iudicium, & ideo ſola prohibitio, quandocunque parum proficit, & inter leges illa dr imperfecta, in qua nulla pœna deuiantibus ſancitur, vt refert dicere Macrobium. Io. And. in dicto c. exigit. de cenſi. Et nota hic imponi pœnam pecuniariam pro delicto: quia non applicatur viſitanti, neq; parti, ſed Eccleſiæ: ſic, & qñ eſſet applicanda ibi pauperibus, vt in cap. ad liberandam. de iudæ. & in c. quia plerique. de immunit. eccl. etiam vſq; ad quadrupl. 18. diſt. quoniam quidam. 1. q. 7. ſancimus. 23. q. 1. militare. Si autem applicaretur viſitanti, procederet de radice auaritiæ, & cupiditate: & ideo imponi non poſſet niſi in caſibus à iure expreſſis. c. licet. de pœn. 16. q. 2. cum deuotiſſimam. & de rapt. in archiepiſcopatu: qa nec cõuentionalis in foro eccleſiaſtico exigi debet: aliàs modeſtiæ põtificalis obliuiſceretur, qui inhoneſtis quæſti-

Lex, quæ deuiantes non punit, eſt imperfecta.

Pœna pecuniaria, qñq. imponitur pro delicto.

bus

duplum [a] eius, quod ipſi iidem prælati, vel eis ſciētibus, aut ratum habentibus eorum familia taliter exegerint, vel receperint, intra duos menſes poſt receptionē, ſeu ſcientiam huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, & alijs locis à quibus illa receperint, reſtituere teneantur. Si vero dictis prælatis per alios viſitantibus, hi qui pro eis viſitationis officium exercebunt, per ſe, vel alios vltra moderationes, ſeu taxationes prędictas quicquā exegerint, ſeu receperint etiam à volētibus: duplū eius, quod vltra receperint, eccleſijs, & monaſterijs, vel locis alijs, à quibus id receptum fuerit, intra præfatū terminū reſtituere teneantur. Alioquin extunc dicti pręlati, qui vltra moderationes, & taxationes prędictas, ſeu cōuentionem, vel cōſuetudinem huiuſmodi receperint, in pecunia numerata duplum ipſum eiſdem eccleſijs, monaſterijs, ſiue locis vltra dictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum eccleſiæ ſibi nouerint interdictum. Hi vero pro dictis prelatis viſitationē huiuſmodi, (vt prēmittitur,) exercentes, ab officio, & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, quouſque grauatis eccleſijs, monaſterijs, ſiue locis de huiuſmodi duplo plenariā ſatisfactionem impendant. Adijcientes conſtitutioni præſenti, quod ſi quis de familia prelati perſonaliter viſitantis, aliquid vltra moderationes, & taxationes præfatas per ſe, vel alios prælato ignorante, nec ratum habēte receperit ab eccleſijs, monaſterijs, & locis alijs viſitatis, duplum eius, quod vltra receperit, de ſuo proprio intra duos menſes poſt receptionē huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, & locis alijs, à quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin extunc [b] recipiens, ſi clericus fuerit, tamdiu ab officio, & beneficio ſit eo ipſo ſuſpenſus. Si vero laicꝰ, [c] tamdiu ingreſſum eccleſiæ ſibi nouerit interdictū, & à communione Euchariſtiæ ipſo facto nouerit ſe ſuſpenſum, donec de duplo huiuſmodi grauatis eccleſijs, monaſterijs, ſiue locis ſatiſfecerit cū effectu: Nulla eiſdem vltra moderationes, & taxationes prędictas recipientibus in his donantium remiſſione [d] liberalitate, vel gratia valitura. Cęterum moderationes, & taxationes huiuſmodi in illis locis volumus obſeruari, in quibus id fieri poterit ſecundū eccleſię, monaſterij, vel loci alterius facultates. In alijs autem tantam pręcepimus modeſtiā adhiberi, ꝙ per hæc, quę ad exonerationem locorum eccleſiarum ſtatuendam prouidimus, non doleant ſe grauari, nec per hoc dicti pręlati exigendi amplius quam ipſi ſubditi pati poſſint, indultā ſibi exiſtiment poteſtatem. ¶ Præmiſſis quoque adijciendo ſtatuimus, [e] quod ſi dicti pręlati, vel aliquis eorundē ex Apoſtolica indulgentia, vel conſuetudine, ſeu de iure, petant ſibi ab eccleſijs, monaſterijs, & locis alijs, eorumque capitulis, collęgijs, vel conuentibus, rectoribus, ſeu perſonis moderatiuum, ſeu charitatiuum [f] ſubſidium exhiberi, non poſſint à ſingulis eccleſijs, monaſterijs,

ſiue

bus anhelādo deſideraret cū aliena iactura ditari. c. ſuā. & c. cōſtitutus. de pœn. niſi pro menſura intereſſe. c. dilecti. de arb. Eſt enim naturæ cōgruū eas tantū pœnas exigi, quæ cū competenti conferuntur moderatione, vel à legibus certo fine cōcluſæ ſtatuunt. l. 1. C. de ſent. q̄ pro eo, qđ inter. prof. hoc tenēt Card. & Butrig. poſt Hoſt. in dicto ca. dilecti. ſed Abbas cōtra, & male, ſaltē in ſpirituali, & eccleſiaſtico. Io Franc.

[a] ¶ Duplum.] hoc ſumptum eſt ex c. ꝓcurationes. in fi. de cenſi. & c. quia plerique de immu. eccl. & credo, ꝙ in iſto duplo computetur exactū, & receptū. facit 15. q. 1. militare. 18. diſtin. quoniam. 1. q. 1. concuſſionis. & c. exegit. de cenſi. lib. 6. vbi nota illud, quod hic dicitur de familia. Et ꝙ prælatus tenetur de facto ipſorum, facit 86. diſt. an putatis. & de electio. generali. §. fin. Ioan. Franc.

[b] ¶ Extunc.] ſcilicet elapſo ſecundo menſe, vt not. in dicto ca. exigit. ſuper ver. extunc. & facta reſtitutione, ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia. 81. diſt. ſi qui cum ſuis. & de ſpon. in ca. non eſt. Ioan.

[c] ¶ Laicus.] puta cocus. clem. ad noſtrū. de cēſib. vel notarius, vel alij, de quibus in cap. Romana. §. procurationes. de cenſib. & ibi not. de ſigillatoribꝰ, quod tamen debet intelligi ſecūdum qđ ibi declarat Ioan. And. in nouella. Ioan. Franc.

Rem ſuam, vel ſibi debitā quis quandoq; remittere nequit.

[d] ¶ Remiſſione.] hoc ſumptū eſt ex ca. exigit. de cenſi. lib. 6. vbi no. ꝙ quis rem ſuam, vel ſibi debitā remittere non poteſt, licet in re ſua quis ſit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. & nihil tam naturale, &c. vt in §. per traditionem. Inſti. de rer. diui. Et ſi poſt reſtitutionem factā ille iterū donaret, credo idem propter verba hic geminata, ſcilicet remiſſionem liberalitate, vel gratia, quia pręſumeretur in fraudem facta. arg. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. recte. & ff. ad Velleian. l. quamuis. §. ſi cum eſſent. & quod habetur in c. commiſſa. de elect. cum ſimilibus. & quod not. 14. q. 1. pleriſque. & in c. quāto. de priui. Licet Ioā. And. videatur innuere cōtrarium in ſimili. in c. ſtatutum. circa fin. de reſcrip. lib. 6. ſuper verſic. remiſſione. per l. ſed ſi ego. ff. ad Velleian. & ea, quæ habentur in ca. Gemma. de ſponſ. quia aliās facile fieret fraꝰ legi, &c. Io. Franc.

[e] ¶ Statuimus.] concor. cum dicto c. cum Apoſtolus. §. fin. de cenſib.

Charitatiuū ſubſidiū quare, & à quibꝰ peti poteſt.

[f] ¶ Charitatiuū ſubſidium.] quod ex manifeſta, & rationabili cauſa tantum peti poteſt cum charitate, vt dicto cap. cum Apoſtolus. §. prohibemus. hæc enim duo ſimul requi-

ſiue locis pro ſubſidio huiuſmodi vltra petere, vel recipere, (etiam à volentibus,) niſi quantum aſcenderēt ſingulę procurationes in pactum per nos ſuperius moderatum, quas idem prælati poſſint recipere, quando ex priuilegio per alium viſitarent.

¶ Porro Turonēſes prędictos tales fore intelligimus, quod duodecim ipſorum valeant vnum florenum [a] auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunij Florentini.

¶ Per conſtitutionem autem huiuſmodi nolumus, quod prædicti pręlati, vel alij, quibus viſitationis officium, & procurationū receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel aliàs de conſuetudine, vel de iure competere dignoſcuntur, ius viſitādi, ſeu procurationes recipiendi ſibi valeant vendicare. [b] Nec per cōſtitutionem eandem alijs conſtitutionibus ſuper præmiſſis per prędeceſſores noſtros dudum editis, quo ad alia contenta in eis aliquatenus derogetur. Inſuper abbates Ciſtercienſis [c] ordinis ſua monaſteria viſitantes, ſub præfata conſtitutione noſtra nolumus comprehendi, cum ſuper his per aliam conſtitutionem noſtrā duxerimus ſpecialiter prouidendū. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum conſtitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis, & præcepti, ac voluntatis [d] infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē [e] omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &

requiruntur, & quia hæc eſt charitas, non currit contra eam præſcriptio, ſecundum Hoſt. aliàs multum longe à paterna pietate videretur, ſi præpoſiti ſubditis ſuis graues exiſterent, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris debent more fouere, & poteſt epiſcopus etiam compellere eos ad hoc ſoluendum, ſecundū Inno. & Hoſt. allegant. 43. diſt. qui emendam, dūmodo non excedant, vt cap. ſane. & ca. cū ad quorundā. de exceſ præl. aliàs poſſet appellari ſecundum cōmunem ſententiam doctorum ibi, per quam appellationem eſſent tuti ab excōmunicatione, & vbi eſſet dubium, ſuperioris arbitrio eſſet determinandū. argu. 10. q. 3. quia cognouimus. & 11. q. 1. ſi clericus. & not. in dicto c. cum Apoſtolus. Adde quæ plene habentur per Innoc. in c. ex parte. de verb. ſignifi. & Butri. in c. venerabilis. de cenſib. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ petendi charitatiuum ſubſidium, vide Oldradum in conſil. 205. quod incipit, circa propoſitam quæſtionem. & quod poſſint prælati conuocati ad conciliū generale imponere clero charitatiuum ſubſidium, tenet Inno. in c. 1. de ſtatu mona. & no. 10. q. 3. vnio. & quid de priore Generali ordinis Camaldulenſium, an pro expenſis factis in ſua promotione, & communi ſeruitio cameræ Apoſtolicę, poſſit a ſubditis petere charitatiuum ſubſidium, & quando per epiſcopos poſſit exigi? vide per Calde. in conſi. 30. in titu. de cenſib. Et adde, quod ad ſubſidium impoſitum per Papam tenentur Cardinales, etiam pro beneficijs, quę tenent vt adminiſtratores. Et quędam alia circa ſubſidium Papæ, vide per Ludo. in conſi. 498. Adde etiam, quod ſi cap. ſede vacante. ſtatuit, & iurat de minuendo charitatiuo ſubſidio, poteſt poſtea ſoluere debitam ſummam conſtitutione huiuſmodi non obſtante, ſecundum Lap. allegatio. 20. Conſulo, quod clerici impetrēt à ſede Apoſtolica priuilegium ad inſtar priuilegij cleri Paduani, dudum à ſede Apoſtolica obtenti, quod pro charitatiuo ſubſidio nō poſſint grauari vltra certam, & ſpecificam ſummam ſoluendam in termino annorum duorum, maxime propter crebras tranſlationes, quæ hodie fiunt cum magna iactura cuiuſq; cleri. Adde etiam, quod an à pœna ſuprapoſita, & non repetita hic, ſ. quando exigeretur ſubſidium charitatiuum vltra taxam prædictam valeat exigens, maxime ſi exigat à ſponte ſoluentibus, excuſari? videtur tenenda concluſio Lapi alleg. 38.

a ¶ Florenum.] quid ſi mutentur monetæ, & facultates eccleſiarum creſcant? Vide quæ plene habentur in cap. quanto. & cap. olim de cenſib. Et hæc intelligo, niſi ſuper hoc in aliquibus partibus eſſent beneficia taxata ad minorem ſummam: quia tunc illa taxa eſſet ſeruanda, quod videtur eſſe de mente huius conſtitutionis, & probatur ex notatis in clem. beneficiorum. de deci. in glo. in ver taxationem. facit ad hoc extrauag. Ioan. xxij. quæ incipit, Suſcepti. iunctis declarationibus, quæ ſuper ea emanauerunt, de quibus plene habetur in dicta clemen. ſi beneficiorum. quas Doctor. poſt glo. dicunt extendi debere ad caſus ſimiles.

b ¶ Vendicare.] ſimile in cap. 1. de ſta. reg. lib. 6.

c ¶ Ciſtercienſis.] per iſtud verbū patet, quod clem. Ad noſtrum. de cenſib. quæ principaliter propter Ciſtercienſes facta fuit, de quibus hic ſubijcitur, in quātum præſertim loquitur de charitatiua hoſpitalitate remanet in ſuo vigore, & quōd per clauſulas derogatorias conſuetas poni in litteris legatorum, derogetur derogatorijs clauſulis contentis in priuilegijs hmōi monaſteriorū ſuper procurationib9 ſoluēdis? vide plene per Frider. de Senis in conſi. 233. & plura dubia circa mandatū Apoſtolicū de cōpellendo exemptos ad contribuendū cū alijs clericis ad onera legatorū, & nūtiorū ſedis Apoſtolicæ. vide per eundem Frid. in conſi. 138.

d ¶ Voluntatis.] de importantia iſtorum verborū, vide glo. in c. ſtatutum. de hæret. lib 6. & clem. de offi. vic. & in cle. 1. de rer. permu. & in c. ſtatuimus. de offi. deleg. in 6. & in c. vt litigantes. de offi. ordi. eo. lib. & per Butri. in ca. præterea requiſiſti. de appel. & Abb. in c. cum te. de re iud. De verbo autem, iniungimus, habetur in clem. quia contingit. de relig. domi. De verbo, volumus, per Abb. in c. ſi. qui fil. ſint legit. De verbo, decernimus, not. in clemen generalem. de æta. & quali. & in clem. per litteras. de præb. & in clem. ſi vna. de reb. eccle. non alie. & in cle. quamuis. de appel. & cle. litteras. de reſcrip. in c. fi. de verb. ſign. lib. 6. De verbo, cenſemus, in clem. 1. de prob. De verbis ſimul iunctis, decernimus, & declaramus, in c. 1. de cler. ægro. lib. 6. Adde, quod quādoq; iſta verba improprientur per c. in his. de ver. ſignifi. Adde deciſ. 106. in antiq. quæ incipit, vtrū ſi contra reum. ſecundum ſcilicet ſubiectam materiā. & quando in materia magis eſt erratum, quam in forma, ſic & vbi Papa loquitur vt magiſter, vt in c. litteras. de reſt. ſpol. & c. cum Marthæ. de celeb. Miſſ.

e ¶ Indignationem.] humano more loquitur, quoniam non indignatur, neque iraſcitur Deus. 32. q. 4. incommutabilis. & not. in cap. ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. non alien. vbi probatur, quod iſta importans talem anathemate feriendū, quo Deus iratus animas percutit. Vel pōt dici, quod etiā aliàs iudicis arbitrio punire poſſit, & debeat, ex quo non eſt certa pœna ſtatuta, per ea, quæ habentur in c.

Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ.[a] Datum[b] Auinione xv. Calend. Ianuarij, Pontificatus vero noſtri anno ij.

De celebratione Miſſarum.

¶ Ioannes xxij.

¶ Narratis perturbationibus plurimis, quæ eccleſiæ præſertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, quod dum Miſſæ celebrantur, in quibus deuotius oratur, certæ preces hic expreſſæ ad Deum effundantur. Et vt Chriſtiani ad id ſint promptiores, viginti dies indulgentiarum cunctis hoc facientibus elargitur. Aduerte, quod ſub hoc tit. apte potuiſſet locari extrauagans, Docta. quæ eſt ſupra de vita, & honeſtate clericorum, vt ibi tractatum eſt.

CAP. VNICVM.

Diſcipulorũ Chriſti geſta nos inſtruũt, vt in pelago huius mũdi procella ſurgente, ad diuinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem cõmotione maris adeo grandi facta, vt fluctus in nauiculam, quam Ieſum ſequentes intrauerunt, operirent, Chriſtum dormientem vocibus excitarunt ſupplicibus, & aduerſus ingruentes tempeſtatis impetus ab eo ſalutis præſidium poſtularunt. Cum itaque catholicam Eccleſiam, quæ congregationem † fidelium comprehendit, videamns (quod dolentes referimus) pacis æmuli, zizaniorumque ſatoris malitia procurante, diſcordiam flatibus concitatam, earumque fluctus adeo eleuatos, quod quaſi operiant ipſam totam; hæreticos inſuper Eccleſiam ipſam cernamus, & ſchiſmaticos impugnare ferociter, ac vt inconſutilem † Domini tunicam ſcindant, multipliciter laborare: Cum fratribus noſtris deliberatione præhabita diligenti expediens, (immo neceſſarium potius) æſtimamus, vt ad illum, qui ad dexteram Patris reſidet in excelſis, qui caput eſt cõgregationis eiuſdem, cuiq; poteſtas omnis tã in cœlo, quam

in c. de cauſis. de offi. deleg. & cap. ſuper his. de accuſ. & c. fin. de dolo, & contum. & l. 1. de iure delib. not. in verſi. vlt. in cap. ſi canonici. & in verſi. condigna. in c. quia pleriqué. de offic. ordi. lib. 6. Adde etiam, q poena maledictionis eſt poena æterna, vt no. Io. And. in c. Romana. in verſi. pen. ſuper ver. maledictionem. de cenſib. lib 6. in nouella. poſt Hoſt. iniungitur enim pro quolibet mortali peccato. Gen. 3. & non remittitur, niſi reſtituatur, &c. de vſur. cum tu. nec aliter poteſt abſolui. 14. q. 3. ſi res, & in regula, peccatum. de reg. iur. vbi ſi iudex, ideſt, epiſcopus nõ poteſt diſpenſare: alias ſecus, vt no. in cap. licet. de pœnis. Adde quod refert Io. And. in cap. 1. in fi. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. in nouella. & q per ſalutationem Papę, & oſculum talis indignatio remittatur, videtur tenere Ioan. And. in ſolutione 6. lib. in nouella. licet poſt excõmunicationem propterea non conſequeretur abſolutionẽ. clem. ſi ſummus. de ſent. excom.

[a] ¶ Incurſurum.] & ſic eſt canon ferendæ ſententiæ, & non latæ, vt probatur in ca. relatum. de iure pat. & mitius agitur cum lege, quam cum homine. cap. ſi celebrat. de cler. excom. min. l. Celſus. ff. de arbit. c. dolentes. de celebra. Miſſ. & habetur in c. vnico. de ſagit. in ca. vno. de eo, qui fur. or. ſuſ. ſecus ſi diceretur, excõmunicamus ſic facientem, &c. & ita intelligitur cap. 1. de depoſito. & c. Salonitanæ. 63. diſt. de quo plene in ca. ſicut tuis. de ſimo. & in l. in criminali. de iuriſd. om. iud. Et quod monitio debeat præcedere, vide per glo. in clem. attendentes. in fi. de ſta. regu. etiam contra rebelles viſitare volentibus, & illos impedientes. vbi autem ipſo facto pœna incurreretur, licet requireretur, q deberet de exceſſu conſtare parte citata, tamen abſque alia ſententia declaratoria poſſet pœna publicari, & exigi, & hoc ſufficeret per not. in cap. pro humani. in fi. de homici. lib. 6. in clemen. præſenti. de cenſib. & in clemen. multorum. in fine, de pœnis. & ita intelligi poteſt Lapus allegatione 135. & not. in cap. commiſſa. de elect. clemen. 1. de ſeque poſſ. & fruct. & in cap. cum qui. de præben. in 6. & cit. 13. in antiq. & adde quod not. gloſ. in clemen. 1. de immunita. eccle. ſuper verſi. pro infectis.

[b] ¶ Datum.] de concernentibus datas, vide plene per Ioan. And. ſuper data lib. 6. in glo. Et quare non ponatur indictio, ſed ſolum anni pontificatus ibi vide plene in nouella. & an error in talibus vitiet? Et adde, quod vſq; ad tempora Eugenij non ponebantur in litteris Apoſtolicis anni Domini, prout factum eſt ab eius tempore citra, & hodie fit ad faciliorem habendam notitiam temporũ tunc currentium. vnde error in illis haberet viciare reſcriptum, per ea, quæ plene allegat Ioan. And. ibidem, maxime propter ſtylum cancellariæ, qui etiam habet, q vltimum verbum temporis debet complere vltimam lineam, qui ſtylus eſt attendendus, vt in cap. quam graue. in fi. de crimi. fal. cum ſimilibus. Et adde, q à natiuitate Domini, ideſt, ab ipſo die natiuitatis Ieſu Chriſti, & non à die circunciſionis eſt cõputandũ, & incipiendum principium anni in Romana curia, vt vult Deci. in nou. 50. Item quod ſecundum curiam Franciæ, & Angliæ, annus incarnationis non incipit poſt annum natiuitatis, ſicut ſecundum curiam Romanæ curiæ, ſed poſt menſem Martij concurrunt ſub eodem numero tam annus à natiuitate præcedẽs, quam annus incarnationis ſequens, vt vult alias decius in nou. num. 18. Et adde quod menſis intelligitur tot dies habere, quot habet menſis, in quo negotium faciendum occurrit, & quod deficit in mẽſe occurrenti, ſuppletur de menſe ſequenti. no. Io. And. in cap. quam ſit. de elect. li 6. & ita communiter ſeruatur, vt not. Bu t. in c. licet de ſup. negli. prælat. & Bart. in l. cum biſſextus ff de verb. ſign. licet Hoſtien. dixerit pendere ex arbitrio iudicis, qui magis debet ampliare, quam arctare. Adde quod dies incipit à media nocte more Romano. l. more Romano. ff de fer. & adde not. in cap. conſuluit. de offi. deleg. Quod autem de loco loci? vide Bar. in l. cum tabernam. §. idem quæſijt. ff. de pigno. per Ioan. And. in nouella. in c. abbate ſane. de re iud. lib. 6. & in c. inter. de fide inſtru. Et omnino vide glo. in cap. pronunciandum. de conſe. diſt. 3.

Luce 8.

† Vide Turrecrem. i ſum. de eccleſia, lib. 1. c. 1.

† Vide l. Federici Imperatoris incip. Incõſutilem tunicã. habetur poſt Directoriũ inquiſitorũ inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.

in terra noſcitur tradita, eiq; venti, & maria obſecundant, † leuemus cum manib' corda noſtra: Ipſumque deuotis pulſantes precibus, apud eum ſedulis orationibus inſiſtamus, vt inſurgentes præmiſſæ fremitus tempeſtatis, quæ quaſi vniuerſorum Chriſticolarum regna concutit ſubditos contra dominos violato fœdere erigit, hæreticis, & ſchiſmaticis, ac rebellibus Eccleſiæ Dei, inſurgendi cōtra ipſam, eiuſque iura vſurpandi inſania damnabili auſum pandit: flatus ceſſare, fluctuſque prędictos quieſcere ſua faciat omnipotenti virtute: Cordaque hęreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumq; rebellium ad Dei Eccleſiæ vnitatem, ac deuotionem inclinet, & habilitet: vel forſan, cum prę miſſis pertinaciter intendant perſiſtere, ipſorum elidat ſuperbiam, eorumque obſtinatam malitiam ſuę virtute dexterę conterat, & proſternat. Corda quoque ſubditorum ad eorum ſuperiores, & eorum ſuperiorum conuertat ad ſubditos, ipſoſque diſſidentes in concordię veritate cōciliet, & confirmet, ſicque det ipſis ſuperioribus prę ſidere, ꝙ ſic regnent, vt dirigantur, eorumq; regimen cedat ſubditis ad ſalutem perpetuam, quietem, & pacem: nobiſque ipſe, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, modos, & vias aperiat, per quos hoc quod in votis gerimus, efficaciter promouere poſſimus. ¶ Et quia in Miſſarum ſolemnijs ad Deum conſueuerūt preces effundi deuotius, de eorundem fratrum conſilio ordinamus, ꝙ in ſingulis Miſſarum celebrationibus poſt dictum à celebrante, Pater noſter, reſponſioneque ſecuta, antequam in Miſſa vlterius procedatur illud canticum, Lętatus † ſum in ijs, quæ dicta ſunt mihi, totum cum Gloria patri, à religioſis clericis, & alijs litteratis prę ſentibus cum deuotione dicantur. † Et primo dicātur Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et poſt iſti verſiculi ſubſequantur: Domine ſaluos fac reges: Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hęreditati tuę. Et rege eos, & extolle illos vſq; in æternū. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Lucæ 8.

†Pſal. 121.

* In rectioribus libris cōſtanter legitur, dicant.

Collecta.

Eccleſiæ tuę quęſumus Domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Dominum noſtrum.

Hoſtium noſtrorum quęſumus Domine elide ſuperbiam: eorum contumaciam dexteræ tuę virtute proſterne. Per Chriſtū Dominum noſtrum. Amen. Benedicat celebrans conſequenter. ¶ Nos autem Chriſti fideles ad exequendū ſupradicta promptius donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis tam his celebrantibus, quam ipſis aſſiſtentibus obſeruantibus ſupradicta, quam alijs preces tunc deuotas Deo fundentib', pro prę miſſis diebus, & Miſſis ſingulis, quibus hęc fecerint, xx. dies de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxamus. Nulli ergo, &c. Datū xij. Calend Iulij, anno xij.

De reliquijs, & veneratione Sanctorum.

¶ Sixtus quartus.

¶ Qui Conceptionem immaculatæ Virginis deuote celebrabunt, in eodē feſto, & eius octauis officio intererunt, tales tribuuntur indulgentiæ, quales conſequuntur Chriſti fideles in corpore Chriſti ſolemnitate.

C A P. I.

CVm præexcelſa meritorum inſignia, quibus regina cęlorum Virgo Dei genitrix glorioſa ſedib' prælata æthereis, ſyderibus quaſi ſtella matutina prærutilans deuote conſiderationis indagine perſcrutamur, & intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipſa vtpote via miſericordiæ, mater gratiæ, & pietatis, amica humani generis, conſolatrix pro ſalute fidelium, qui delictorum onere grauantur ſedula oratrix, & peruigil ad regem, quem genuit, intercedit: Dignū, quin potius debitum reputamus vniuerſos Chriſti fideles, vt omnipotenti Deo (cuius prouidētia eiuſdem Virginis humilitatem ab æterno reſpiciēs, pro recōcilianda ſuo auctori humana natura lapſu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui vnigeniti habitaculum

Dei genitrix eſt pro peccatoribus ſedula oratrix.

ſancti

ſancti Spiritus præparatione conſtituit, ex qua carnem noſtræ mortalitatis pro redẽptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo nihilominus poſt partum remaneret) de ipſius immaculatæ Virginis mira Conceptione gratias, & laudes referãt, & inſtituta ꝓpea in Dei eccleſia Miſſas, & alia diuina officia dicant, & illis interſint, indulgentijs, & peccatorum remiſſionibus inuitare, ut exinde fiant Virginis meritis, & interceſſione diuinæ gratię aptiores. Hac igitur conſideratione inducti, eiuſdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, auctoritate Apoſtolica, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ oẽs, & ſinguli Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui Miſſam, & officium Conceptionis eiuſdẽ Virginis glorioſæ, iuxta piã, deuotã, & laudabilẽ ordinationem dilecti filij magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis notarij noſtri, & quæ deſuper à nobis emanauit, Miſſę, & officii hmõi inſtitutionem in die feſtiuitatis Conceptionis eiuſdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuote celebrauerint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quotiens id fecerint, eandem prorſus indulgentiam, & peccatorum remiſſionem conſequantur, quam iuxta felicis recordationis Vrbani† iiij. in concilio Viennenſi approbatę,† ac Martini quinti, & aliorũ Romanorum Pontificum prædeceſſorũ noſtrorum conſtitutiones, conſequuntur illi, qui Miſſam, & horas canonicas in feſto Corporis, & sãguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti à primis ueſperis, & per illius octauas iuxta Romanæ Eccleſiæ conſtitutionem celebrant, dicunt, aut Miſſę officio, & horis huiuſmodi interſunt: præſentibus perpetuis temporibus ualituris. Datum Romę apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę M cccclxvj. iij. Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Cõceptionis B. Virginis officium à quo fuit ordinatum.

† Hãc conſtitutionem Vrbani hẽs inſertã in cle. 1. de reliq. & vener. ſanct.

† Forte, approbatam.

¶ Idem in eadem materia.

¶ *Excommunicationem ipſo facto incurrunt prædicatores aſſerentes diuinam Virginem in peccato originali fuiſſe conceptam; qui etiam dicunt, ꝙ feſtum Conceptionis eius celebrantes grauiter peccant. Et vult præſentem conſtitutionem in locis populoſis publicari.*

CAP. II.

GRaue† nimis gerimus, & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſdam eccleſiaſticis perſonis referuntur. Sed in eorum, qui ad Euangelizandum uerbum Dei ſunt deputati exceſſibus prędicando commiſſis, eo grauius prouocamur, quo illi periculoſius remanent incorrecti. Cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publice prędicando diffuſius, & damnabilius imprimuntur errores. ¶ Sane cum ſancta Romana Eccleſia de intemeratę ſemperque Virginis Marię Conceptione publice feſtum ſolemniter celebret, & ſpeciale, ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: nonnulli, (ut accepimus) diuerſorum ordinum prędicatores in ſuis ſermonibus ad populum publice per diuerſas ciuitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prędicare non ceſſant, omnes illos, qui tenent, aut aſſerunt eandem glorioſam, & immaculatam Dei genitricem, abſque originalis peccati macula fuiſſe cõceptam, mortaliter peccare, uel eſſe hęreticos: eiuſdem immaculatę Conceptionis officium celebrantes, audienteſque ſermones illorum, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant, peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt: ex quorum aſſertionibus, & prædicationibus non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & maiora merito exoriri formidantur in dies. ¶ Nos igitur huiuſmodi temerarijs auſibus, ac peruerſis aſſertionibus, ac ſcandalis, quæ exinde in Dei eccleſia exoriri poſſunt, (quantum nobis ex alto conceditur) obuiare uolentes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia huiuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos qui crederent, aut tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, ꝓpterea alicuius hęreſis labe pollutos fore, uel mortaliter peccare, aut huiuſmodi officiũ Conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſer-

† Vide conc. Tri. ſeſſ. 5. in decr. de peccato originali. § vlt. & extrauag. Pij V. Pont. Max. incip. Super ſpecula Dñi. vbi hoc ſtatutũ confirmatur, & approbatur.

Scandalis eccleſiaſticis obuiandũ eſt à prælatis.

mones audientẽs, alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falſas, & erroneas, & à veritate penitus alienas, editoſq; deſuper libros prædictos id cõtinentes, quo ad hoc auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus, & damnamus. Ac motu, ſciẽtia, & auctoritate prædictis ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ prædicatores verbi Dei, & quicunque alij cuiuſcũque ſtatus, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu aliàs quomodolibet affirmare huiuſmodi ſic per nos improbatas, & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtq̃ de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eoipſo incurrant, à qua ab alio, quàm à Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficiũ obtinere. ¶ Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœnæ, ac cenſuræ ſubijcientes eos, qui auſi fuerint aſſerere contrariam opinionem tenentes, videlicet, glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum ſit à Romana Eccleſia, & Apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcumque, quibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, ꝙ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, ac expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. ¶ Et ne de præmiſſis aliquando valeant ignorantiam allegare: volumus, ꝙ locorum ordinarij requiſiti præſentes litteras in eccleſijs conſiſtentibus in eorum ciuitatibus, & ſuarum diœceſum, & locis inſignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, ſermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit deferre: etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, ꝙ earundem litterarum tranſumpto† manu publici notarii confecto, & authentico alicuius prælati eccleſiaſtici ſigillo munito, vbique ſtetur, prout ſtaretur eiſdem originalibus litteris, ſi forent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ reprobationis, damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si qs autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctũ Petrũ anno incarnationis Dñicæ Mcccclxxxiii. pridie nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno xiii.

¶ Inſtrũm originali tranſumptũ quãdoque facit plenam fidẽ.

De immunit. eccle.

¶ Benedictus xi.

¶ *Decretalis, clericis laicos. eo. ti. li. 6. habet locum tantum, quo ad laicos tallias à clericis exigẽtes, & dantes illis auxilium, & non quo ad ſoluentes: præcipit deinde Lateranenſe, & generale concilia diligenter obſeruari.*

C A P. I.

Vod† olim per felicis recordationis Bonifacium Papam octauum prædeceſſorem noſtrum contra laicos exigentes, ſiue recipiẽtes à clericis, & eccleſiaſticis perſonis tallias, decimã, vel aliam quotã, ſeu quantitatem aliquam de prouentibus bonorum ſuorũ, aut eccleſiarum: nec non aduerſus ſoluentes, aut promittentes, vel conſentientes, ſe ſoluturos, pœnis adiectis ſtatutum eſt,[a] quantũ ad pœnas ipſas ex cauſa de conſilio fratrum noſtrorum reſtringimus ad exigẽtes[b] tantũmodo, & ad exigendũ dantes auxilium,[c] conſilium, vel fauorem: nõ autẽ quo ad eaſdem pœnas in ſoluentibus, aut recipientibus à ſponte dantibus, deinceps vendicet ſibi locum. ¶ Cæterum attendãt ſollicite eccleſiarum prælati, & alii cleri-

¶ Vide c. 1. e. ti. in cle. cum nota. ibidem per Doct.

Vod olim.] ¶ Hæc conſtitutio diuiditur in tres partes: Nam primo recitat conſtitutionem Bonifacij illã reſtringit. Secundo. §. Cæterum. ſoiam duorum conciliorum ſubiungit. Tertio §. Attente. tranſgreſſoribus dictorum conciliorũ pœnas comminatur.

Diuiſio textualis.

a ¶ Statutũ eſt.] extra 6. lib. de immu. eccle. clericis.

ADDITIO. In cap. clericis laicos. eo. ti. in 6. quod hodie reuocatum eſt. & & hæc declaratio ſaltẽ, quo ad primam partem, vt c. 1. eo. ti. in clem.

b ¶ Ad exigẽtes] hoc eſt ab inuitis extorquẽtes. ff. de leg. 3. l. fideicõmiſſa. §. ſi tem. ſecundo reſpõ. & aliàs ſignificationes habet hoc verbum, vt notaui extra 6 lib. de iudi. c. iuris. lo. Mona.

c ¶ Dãtes auxilium.] omnes illi pari pœna puniuntur. argumen.

extra de offic. deleg. cap. 1. Inſti. de oblig. quæ ex delict. naſ. §. penult.

a ¶ Lateranenſe.] extra eod. titu. cap. non minus.

b ¶ Neceſſitatis, &c.] Nota neceſſitatem, & vtilitatem æquiparari.

c ¶ Generale.] extra de immu. eccle. ſi aduerſus.

Concilium per c, & per ſ, differunt.

d ¶ Concilium.] Nota iſtud cōcilium debere ſcribi per c, dicitur enim à con, & cilium, quadam ſimilitudine ciliorum: quia ſicut cilia iunguntur cum oculi quieſcere cupiūt: ita quoque concorditer iunguntur homines in concilio. Eſt autem cilium folliculus quo oculus tegitur: quia oculos celat. Sed conſilium per ſ, eſt quod ex animi prouidentia alicui tribuitur, inde conſiliorum, & conſiliarius.

Paſtoralis in quot, & quibus titulis reperitur.

e Paſtoralis.] Tale, vel ſimile puto fuiſſe exordiū deciſum de decre. paſtoralis. in compilatione Gregoriana ſub diuerſis collocata titu. qui ſequuntur: de reſcrip. de ſacra. nō ite. de offic. iud. delega. de offi. ord. de iud. de cau. poſ. & propr. de fide inſtru. de excep. de appel. de ijs, quę fi. à præla. de do. de deci. de iure pat. de priui. Itē habetur in 6. de cler. ægro. & in clem. de ſent. & re iud.

ci Lateranenſe [a] concilium, quod in huiuſmodi ſubuētionibus ſolum caſum neceſſitatis, [b] aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non ſuppetant facultates, deliberatione prouida noſcitur excepiſſe: & deinde generale [c] ſtatuiſſe concilium [d] propter quorundam imprudētiam, etiam in hoc caſu Romanum Pontificem (cuius intereſt communibus prouidere vtilitatibus) primitus conſulendum. Attente igitur caueant, ne prædictorum conciliorum tranſgreſſores exiſtant, aliquid in caſu prædicto, & multo magis ſi caſus ipſe non ſubſit, quoquo modo, vel titulo inconſulto Romano Pontifice occaſione ſubuentionum dictarum concedendo laicis, vel etiam promittendo: Alioquin tamquam canonum, & tam ſolemnium conciliorum temerarij tranſgreſſores, quas proculdubio Deo propitio idē infliget Pontifex, grauiſſimas pœnas poterunt merito formidare. Nulli ergo omnino hominum, &c.

Paſtoralis [e] cura ſollicitudinis ſuper cunctas populi Chriſtiani nationes inuigilare remedijs ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, ac ſcandala remouere compellit. Sane quoniam ex conſtitutione felicis recordationis Bonifacij, &c. vt in clem. 1. eod. tit.

FINIS LIBRI TERTII.

Quartus liber vacat.

QVINTVS LIBER.

De ſimonia.

¶ Vrbanus iiij. aliàs v.

¶ Pactus, vel iocalia exigentes, & etiam dātes pro religionis ingreſſu, ſi ſint ſingulares perſonæ, excommunicationis; ſi conuentus, vel capitulum, ſuſpenſionis ſententias ipſo facto incurrunt, cuius vtriuſque vinculi abſolutio ſoli Papæ reſeruatur: alijs pœnis in ſuo robore duraturis, niſi ingredientes aliquid ſpōte, & ſine pactione obtulerint. Quid de perſonis iam tali labe fœdatis, & bonis ſic receptis faciendum ſit, tandem patefacit.

Sane.] ¶ Aliàs incipit: Sane non i vinea. aliàs, Ne in vinea. Hāc extrauag. allegat in c. de ſimoniace. ext. de ſimonia. acutiſſimus iuris vtriuſque interpres dñs Felinus Sandæus Ferrarienſis, ſacri Palatij Apoſtolici auditor. Et ibi dicit ſe audiuiſſe à fide dignis, φ Vrbanus v. non intendebat comprehendere Moniales pauperes, quæ cōſueuerunt aliquid recipere vigore conſuetudinis. Allegat etiam ibidem Felinus extrauagantem Martini v. quæ incipit, Multę. & extrauagantē eiuſdē, quæ incipit, Damnabile. Itē extrauagantem Eugenij iiij. quæ incipit, cū deteſtabilē quas aſſerit fuiſſe reuocatas: ideo nec dignas occupare membranas. diſt. 19. ſi Romanorū. §. itē ſi ideo.

f ¶ Prandia.] Vide cap. Iacobus. eo. tit. in antiquis.

Simonia dicitur labes.

CAP. I.

Sane † ne i vinea Domini, noſtrę (licet inſufficiētibus meritis) cōmiſſa cuſtodiæ, naſcētes vepres, & ſpinę adeo cōualeſcant, φ ſperatam fructificationem ipſius valeant impedire: diligētiæ noſtræ incumbit officio, vt illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procuremus. ¶ Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, φ in nonnullis eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, & alijs locis religioſis, tam virorū, quam mulierum, ordinum, regionum, & partium diuerſarum deteſtabilis, & à canonibus reprobata ſeruatur abuſio, φ cū perſonæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obſeruantiam regularem, ipſæ temeritate præſumptuoſa paſtus, ſeu prandia [f] capitulis, & conuentibus ipſarum eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, & locorum, aut pecunias, aut iocalia, seu res alias ipſis eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, & locis, ſeu præſidentibus eis, ex ſtatuto, ſeu conſuetudine, quę corruptela eſt potius dicenda, tribuere compelluntur: Ex quibus de-

† Vide c. non ſatis, ca. cū in Eccleſiæ corpore. & c. veniens. cū ibi not. extra de ſimo. adde B. Thom. 2. 2. q. 100. articu. 3. ad quartum argumen.

cori eccleſiaſticę, & immaculatę religionis detrahitur: Quamplures etiam tam execratione huiuſmodi criminis, quam expenſarum onere à ſacræ religionis propoſito retrahuntur: Ipſęq; eccleſię, monaſteria, & loca famulantium Deo cõſuetis numeris remanent deſtituta, & in multorum mentibus fidelium ſcandalum generatur. ¶ Nos igitur huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam, & alijs pœnis in talia pręſumentes inflictis à iure in ſuo robore duraturis, pęnam adijcere grauiorem: Vniuerſis abbatibus, prioribus, decanis, prępoſitis, & magiſtris, necnon abbatiſſis, & prioriſſis, alijsq; prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunq; etiam eccleſiarũ, monaſteriorum, prioratuum, domorum, & locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quam non exemptorum, quocunq; nomine cenſeantur, ac capitulis, & conuentibus, & ſingularibus perſonis eorum, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica, (quamuis ſit eis à iure inhibitum,) diſtrictius inhibemus, ne tam à maribus, quã à mulieribus volentibus ingredi eorum religionem, eccleſias, monaſteria, prioratus, domus, ſeu loca in earundem perſonarum receptione, aut ante, vel poſt illam, quoſcunq; paſtus, prandia, ſeu cęnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vſum eccleſiaſticum, ſeu quemuis pium vſum alium deputata, vel deputanda directe, vel indirecte petere, vel exigere quoquomodo præſumant. Sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu, & veſtitu, ſicut alias perſonas ſuarum eccleſiarũ, monaſteriorum, prioratuum, domorum, & locorum ſyncera charitate pertractent. Illa dumtaxat, quę perſonę ipſę ingredientes pure, & ſponte, & plena liberalitate, omniq; pactione ceſſante dare, vel offerre eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, domibus, & locis huiuſmodi voluerint, cũ gratiarum actione licite recepturi: Nos enim qui ſecus egerint, ſi ſint ſingulares perſonę, tam dantes, quam accipientes, huiuſmodi excõicationis: ſi capitulum, vel conuentus fuerit, ſuſpẽſionis ſententijs eo ipſo decernimus ſubiacere: A quibus (preterquã in mortis articulo) abſolui nequeant abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali.

Morbo eſt adhibenda medela.

Cęterum perſonis illis vtriuſq; ſexus, quæ iam labe huiuſmodi ſunt fœdatæ, earum prouidentes ſaluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per ſuos locorum diœceſanos hac vice dumtaxat à crimine huiuſmodi, & nota infamiæ inde cõtracta, auctoritate Apoſtolica abſoluantur: canonica proinde ipſis pœnitentia ſalutari impoſita, de qua ipſorũ diſcretioni videbitur expedire: & demum cũ ipſis, vt in earum eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, dignitatibus, & locis licite valeant remanere, miſericorditer diſpenſetur. Inſuper erga perſonas illas, quæ in præmiſſis recipiendo aliqua contra canonicas ſanctiones peccaſſe noſcuntur, volentes nos reddere gratioſos, omnia recepta huiuſmodi, ſi ad cõmunem vſum monaſteriorum, ſeu locorum eorum, ſunt applicata, ea ad dictum vſum licite concedimus retineri. Si vero ad ſpecialem vſum abbatis, ſeu abbatiſſę, prioris, aut prioriſſæ, aut alterius ſingularis perſonę retineantur: illa venire præcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, conceſſionis, & præcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ij. Nonas menſis Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

¶ *Omnes ſimoniaci cuiuſcũq; dignitatis, aut ſtatus, ſunt ipſo facto excõicati: nec habent ſimoniacæ ordinationis executionem. Et electiones, aut alia prouiſiones per ſimoniam facta non valent, nec ius percipiẽdi fructus tribuũt. Mediatores etiã ſimoniacæ eadẽ cenſura ligantur, qui à ſolo Papa abſoluentur. Et omnes prædicti ſunt Romano Pontifici reuelandi.*

CAP. II.

CVm † deteſtabile ſcelus ſimoniacæ prauitatis, tam diuinorum, quam ſacrorum canonum auctoritas abhorreat, atque damnet: Nos conſiderantes, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere ſolet à voluntate peccandi, ac ſummis deſiderijs affectantes, vt horum peſtiferum vitiũ non ex vſu ſolũ, ſed etiam ex

¶ Vide extrauagãtẽ Pij v. incip. Cũ primũ. §. & vt ſimoniacæ prauitatis. p quã hæc conſtitutio inuiolabiliter obſeruari mandatur. Et de intellectu deciſionẽ Caſſadori. ſ. tit. de conſti.

ex mentibus hominum ſaltem propter pęnarum metum penitus euellatur: prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes, ac etiam omnes, & ſingulas excommunicationis, ſuſpẽſionis, priuationis, & interdicti, ſententias, cẽſuras, & pęnas dudum à Romanis pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis cõtra ſimoniacos quomodolibet latas, & illos, qui cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiã ſi Cardinalatus, patriarchali, epiſcopali, regali, reginali, vel alia quauis eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitatibus præfulgeant, & eorum quemlibet tam manifeſtum, quàm occultum, quas ipſo facto eos incurrere volumus, confirmantes, & innouantes Apoſtolica auctoritate declaramus, ꝙ omnes illi, qui ſimoniace † ordinati fuerint, à ſuorũ ſint ordinum executione ſuſpenſi. ¶ Per electiones vero, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit reſtitutionem ſub animę ſuę periculo ſit adſtrictus. ¶ Statuentes † præterea, ꝙ vniuerſi, & ſinguli etiam præmiſſis dignitatibus prędìti, qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint, aut ꝙ illa fiat mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſententiam excommunicationis incurrant, à qua niſi à Romano Pontifice pro tẽpore exiſtente non poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo cõſtituti. ¶ Et vt huiuſmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus, & ſingulis eccleſiaſticis, ſæcularibuſque perſonis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius iniungimus, vt eos omnes, quos ſimoniam huiuſmodi commiſiſſe, vel procuraſſe, aut in ea mediatores eſſe ſciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per ſe, vel alios reuelare, quantocitius non ommittant. Pro reuelatione huiuſmodi etiam ſi complices † fuerint, non ſolum veniam à nobis, ſed etiam gratiam conſecuturi, ſi eorum iudicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod ſi non fecerint, abſolui non valeant, donec prędicta reuelent, & complices huiuſmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, & cętera: noſtræ confirmationis, innouationis, declarationis, & voluntatis infringere, &c.

¶ Vide c. de ſimoniace. & ibi plene per canoniſtas extra d̃ ſimo. adde oĩno B. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad 4. arg.

¶ Vide oĩno Caſſ. ad deciſ. 1. ſub titu. de conſtitu.

¶ Complices criminis qñque puniantur. C. ad leg. Iul. ma. l. quiſquis. in ſi.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dñicæ M.cccclxiiij. ix. Calend. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo. publicata die xxiiij. Nouemb. Anno prędicto.

De Iudæis.

¶ Clemens quintus.

¶ Chriſtiani arma portantes ad infideles Chriſtianos impugnantes ipſo facto ſunt excommunicati, capientium ſerui, infames, & inteſtabiles tam actiue, quam paſſiue, & eorum bona confiſcata vide c. ita quorundam. & c. ad liberandam extra eo. ti.

C A P. I.

MVlta mentis † amaritudine concitamur, grauiſque doloris aculeus perfodit mentem noſtram, intelligentes, quòd renati fonte baptiſmatis, in deuium oberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis ſuæ totis viribus vindicare, potius iniuriatoribus ſuis fauent, Sarracenorum, videlicet horribili, & perfidæ nationi: & degenerantes miſerabiliter à ſtatu fidelium, famæ propriæ immemores, & ſalutis obliti, inimicis crucis Chriſti contra ipſius negotium, ferrum, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia, & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre præſumunt. Ex quo manifeſte apparet, ꝙ Chriſtianos, qui ad defenſionem hęreditatis Domini ibidem pro fide remanſerunt, talibus adiuti ſubſidijs irreuerenter impugnant, propter quòd fidei negotium ibidem quodammodo noſcitur deperire. ¶ Nos igitur, qui ad liberandam terram ipſam operam dare intẽdimus, (cum Dei adiutorio) efficacem, tam graues tranſgreſſus vlterius ſuſtinere nolẽtes, felicis recor-

† Præter c. Ita quorundam. & c. ad liberandã. extr de Iud. e. vide Clem. 1. eo ti. & proceſſum Bullę in cęna Dñi. §. 7.

Hæreditatẽ Dñi defendunt, qui cõtra infideles pugnant.

dationis Nicolai Papæ iiij. prędeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, præſentium tenore ſtatuimus, vt nullus arma, equos, ferrũ, lignamina, victualia, & alia quæcunq; mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre, mittere, vel portare, ſeu de portubus eorum, vt eiſdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium, vel fauorem præſtare quoquo modo præſumat. Nos vero illos, qui contra huiuſmodi conſtitutionem noſtram auſu temerario venire præſumpſerint, eoipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, a qua abſolui nequeāt, niſi tantum de bonis propriis in dictæ terræ ſubſidium conuertendum exoluerint, quantũ ad partes prædictas detulerint, vel miſerint, aut deferre, vel de ipſorum portubus extrahi permiſerint deferendum: nec tunc ẽt ab eadē (præterquā in mortis articulo) abſoluātur ſnīa, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et nihilominus ſi perſonas eorum capi cōtingat, in ſeruitutem, & capturam illorum eſſe volumus, in quorũ ceciderint captionem. Auctoritate inſuper Apoſtolica ſtatuentes, vt illi, qui contra huiuſmodi ſtatutum noſtrum quomodolibet venire præſumpſerint, præter pœnas prædictas, quas ipſo facto incurrāt, perpetuo ſint infames, & inteſtabiles habeantur, ita ꝙ nec teſtari, nec legata eis, ſeu relicta percipere valeāt: & inſuper ad ſucceſſiones tam ex teſtamēto, quàm ab inteſtato ſint prorſus, & reddātur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, ſintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti: tamquam excommunicati, hoſteſque catholicę fidei, (poſtquam de ipſorum huiuſmodi temeritate conſtiterit) diebus Dominicis, & feſtiuis publice nuntientur, & in fiſcum bona eorum omnia deuoluantur.

¶ Ioannes xxii.

¶ *Iudæi ad fidem conuerſi nō ſunt in bonis moleſtandi, ne ſint deterioris conditionis poſt baptiſmum, quàm eſſent ante.*

CAP. II.

¶ Vide oīno extrauã. Pauli Papæ iij. incip. Cupiētes Iudæos. vbi de hac materia plenius cauet.

DIgnum † arbitrantes, & iuri conſonum, fonte renatos baptiſmatis Iudaicæ cęcitate dimiſſa amplioribus fauoribus, aut gratijs, quàm antea abundare; indecēs, abſurdum, vt qui in perfidia abundarent, cogantur mendicare fideles: vniuerſis, & ſingulis rectoribus, & alijs officialibus comitatus Veneſini, aliorumq; comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apoſtolicam ſedem diſtricte præcipimus, & mandamus, quatenus conuerſis huiuſmodi, & qui in poſterum conuertētur, in poſſeſſionibus, & bonis alijs quocunq; nomine cenſeātur, quæ in comitatibus, & terris prædictis conuerſionis tempore obtinebant, ſeu etiam obtinebunt, occaſione prædicta nullam moleſtiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, ſed ipſis in his, & aliis ſe fauorabiles exhibentes, ipſos ab iniuriis, & moleſtiis protegant, & defendant, vt ſic de ſeruitute ad libertatē ſe tranſiſſe percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimiſſam perfidiam compellantur. Nulli ergo, & cętera: noſtrorum præceptionis, & mandati infringere. Datũ Auin. x. Calend. Auguſti, anno iiii.

EX eo.] ¶ Hęc decr. interpretatur conſtitutionē, extra 6. li. de hære. ca. per hoc. Et in quattuor partes diuiditur. Primo, dictam conſtitutionem eius 2. reſpon. recitat. Secundo verſi. [Nos conſulere.] iuxta ipſum reſponſum q̃ōnem formans dicti reſpōſi interpretationem dat. Tertio §. [Verũ.] Et quarto §. [Rationem.] circa pmiſſa duos caſus, qui emerſerunt, determinat.

¶ Proceſſus.] Vſque

De hæreticis.

¶ Benedictus vndecimus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ *Decretalem, per hoc eod. tit. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diœceſanos vſurpari vetans.*

CAP. I.

EX eo, † quòd quædam nouella conſtitutio ſuper negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octauo prędeceſſore noſtro edita cōtinet, ꝙ in ipſo negotio per diœceſanos epiſcopos, & Inquiſitores ſuper eodē facto inquiri valeat communiter, vel diuiſim: & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem cōicare proceſſus: Nos cōſulere voluiſtis, quādo, & quotiens ſit iſta proceſſuum cōmunicatio facienda.

¶ Præter not. in c. per hoc. de hære. li. 6. vide Nicolaũ Eymer. in Directo. inquiſit. par. 3. q. 50. 51. & 52. Repert. inquiſit. verbo: cōicare. §. Sed quõ. & Zanchinũ tract. de hęre. c. 15.

¶ Nos

huc mens dictæ conſtitutionis recitatur: ſed poſtmodū qō formatur: & ſolutio eiuſdē, & iuris noui editio ſubijcitur.

a ¶ Nos autē.] ad quæſita per ordinem reſpondet.

b ¶ Procedunt, &c.] non eſt diuiſio, nec in facto, nec in iure, ſed poteſtatis datæ perſecutio. argu. ff de offic. proconſu. l. vna. extra, li. 6. de offi. deleg. cum plures.

c ¶ Per legem.] vide authen. ad hæc. C. de iudi.

VAs electionis.]

d ¶ Generali.] extra de pœni. & remiſſ. c. omnis.

¶ Nos a autē de fratrū noſtrorum cōſilio intelligendo diœceſanos, & Inquiſitores tunc demū diuiſim procedere, cum hi, & illi ſeparatim, non quādo epiſcopi tantum, vel inquiſitores tantum procedunt, conſultationi veſtræ breuiter reſpōdemus, ꝙ quando vtriq; procedunt b ſeiunctim, ſibi debent in fine tātū, dum nil reſtat agēdum, niſi ꝙ ſolū ſnīa promulgetur, cōicare ꝓceſſus. Licet. n. quibuſdam potuiſſet videri per legē c ciuilem, ꝙ ſicut qn̄ aliquis ex actitatis corā alio debet ferre ſnīam, vt puta qn̄ adminiſtrator delegat cauſam ſibi ſnīa reſeruata: ſaltem in principio, i. conteſtatione, rurſus in medio, & ſemel in fine, quæ ſunt examinata audire debet; ita & in caſu pręſēti, vbi ex actis coram alio habitis alter profert ſnīam, ſic ter hmōi acta recenſeat, quod fieri non poteſt, ſi eorum denegetur editio: tñ id æquitas canonum non admiſit. Vnum ſane caſum excipimus, ſi alter cōmode nō poſſit procedere, niſi alterius actis viſis: Ex hac. n. cauſa ſemel tantum, (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur.

¶ Verum quia † nōnulli diœceſani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquiſitionis officio deputatæ propter expenſas, quas dum inquirunt in ſæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliūtur: hoc tamquam iuri abſonum (cum ordinarii ſint, ideoq; officium tale, quod eis incūbit, propriis eos oportet explere ſtipendiis) fieri penitus prohibemus. Rationem autē iidem diœceſani prouentuum, obuentionū ex inquiſitionis officio à vobis, non obſtante aliqua conſtitutione, conſuetudine, vel mandato contrariis non expoſcant: ſed eā cameræ noſtræ, vel alii, cui nos, vel ſucceſſores noſtri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis: quæ generaliter obſeruari iubemus.

† Vide Eymeri. in Direct. Inquiſit. p. 3. q. 104. & q. 105. & ſeq.

Ordinarij inquiſitionis officium ꝓprijs expenſis explere debent.

¶ Ioannes xxij.

¶ Tres errores magiſtri Ioannis de Poliaco doctoris Pariſienſis hic damnantur.

CAP. I.

VAs electionis † doctor eximius, & egregius prædicator, cuius prędicatio mundum docuit vniuerſum, præſumptuoſam illorum audaciam refrętnare ſollicitus, qui prudentiæ proprię innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrina ſuggeſſit: & iuxta Sapientis † eloquium: Quiſque ſuæ prudentiæ modum ponat. Sane dudum cum dilectum filium magiſtrum Ioannem de Poliaco ſacræ Theologiæ doctorem certis ex cauſis de fratrum noſtrorum conſilio ad noſtram præſentiam vocauiſſemus: fidedigna relatio ad noſtrum perduxit auditum, quòd ipſe in quibuſdam articulis tangentibus pęnitentiæ ſacramentum non ſobrie, ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos articulos periculoſos continentes errores docens publice in ſuis prædicationibus, & in ſcholis. Primo ſiquidem aſtruens, quòd confeſſi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundo, quòd ſtante omnis vtriuſq; ſexus, edicto in cōcilio generali, † d Romanus Pontifex non poteſt facere, ꝙ parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quem dicit eſſe parochialem curatum: immo nec Deus poſſet hoc facere; quia (vt dicebat) implicat cōtradictionem. Tertio, ꝙ Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeſſionem, immo nec Deus, quin confeſſus habenti licentiā teneatur eadem confiteri proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe, vt præmittitur propriū curatum. ¶ Nos igitur ſcire volentes ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, articulorū præmiſſorum copiam eidem magiſtro Ioāni fecimus aſſignari, & ad ſui defenſionem plenam audientiam ſibi præbuimus, tam in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia in conſiſtorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad huiuſmodi officium deputatis. Verum licet præfatus magiſter dictos articulos, & contenta in ipſis defendere niteretur, aſſerebat tamen ſe paratum credere, & tenere in præmiſſis, & alijs, quæ tenenda, & credēda eſſe ſedes Apo-

† De materia vide B. Th. & alios, li. 4. ſen. diſt. 17. & canoniſtas 1 c. oīs. de pœni. & remiſſ.

Rom. 12.

† Prou. c. 23.

† Scilicet Later. ſub In no. iij. c. 21.

Apoſtolica definiret. Nos igitur attendentes, quòd prædictorum articulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarũ, ipſos per prælatos magiſtros in theologia examinari fecimus diligenter. Noſipſi ét cum dictis fratribus noſtris collationem ſolertem, & examinationem habuimus ſuper his. Per quas quidem collationem, & examinationem ſuper his habitas cõperimus præmiſſos articulos doctrinam nõ ſanam, ſed periculoſam multum, & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes, & ſingulos, idem magiſter Ioãnes, veris ſibi rationibus opinioni dudũ ſuæ habitæ contrarijs demonſtratis, in conſiſtorio reuocauit, aſſerens ſe credere eos nõ veros, ſed ipſorum contrarium verum eſſe, & dicens ſe neſcire rationibus ſibi factis in contrarium reſpondere. Ideoque ne per aſſertionem, prædicationem, & doctrinã huiuſmodi in errorem, (quod abſit,) animę ſimplicium prolabantur, omnes articulos, & quemlibet eorum, tamquam falſos, & erroneos, & à doctrina ſacra deuictos auctoritate Apoſtolica condemnamus, & reprobamus de fratrum noſtrorum conſilio prædictorum, doctrinam contrariam, veram; & contrarium eſſe catholicum aſſerentes: ſcilicet, quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm ſi ea alias confeſſi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti iuxta concilium generale. † Optanteſque veritatis vias notas eſſe fidelibus cunctis, & prædictis erroribus pręcludere aditum, ne ſubintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clemẽtis quarti Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs innitẽdo, vniuerſis, & ſingulis diſtrictiꝰ inhibemus, ne quiſque præmiſſos articulos per nos, (vt præmittitur) damnatos, & reprobatos, & contenta in eis, vel aliquo ipſorum, vtpote à catholicis mentibus reſpuenda, tenere audeat, ſeu defenſare quomodolibet, vel docere. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mãdamus, quatenus vniuerſis, & ſingulis veſtrum in ciuitatibus, & diœceſibus veſtris conuocato clero, & populo communiter omnia præmiſſa, & ſingula per vos, ſeu alios ſolẽniter publicetis. Nos etiam eidem magiſtro Ioanni mandamus, ꝙ in ſcholis, & ſermone Pariſijs prædictos articulos, & contẽta in eis, tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, aſſeueratione conſtanti publice debeat reuocare: Quod ſe facturum dictus magiſter Ioannes efficaciter repromiſit. Datum Auiñ. viij. Calen. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.

¶ Id eſt cõcilium gñale Latera. ſub Inn. iij. c. 21. & c. o.s. de pœni. & remiſſ.

¶ Idem.

¶ Inquiſitores hæreticæ prauitatis cenſuras eccleſiaſticas fulminare non poſſunt in officiales, & nuntios ſedis Apoſtolicæ ſine ipſius licentia ſpeciali, ſed de eorum exceſſibus informationẽ facere poſſunt, & deinde Romano Pontifici ſignificare.

CAP. III.

CVm Matthæus † de Pontiniañ. ordinis Prædicatorum, inquiſitor hæreticæ prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apoſtolica deputatus, friuola occaſione quęſita, ac noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reuerẽtia, & honore poſtpoſitis, in dilectum filium G. de Baleto, archidiaconũ Foroliuieñ. capellanum noſtrum, Cãpanię maritinæque rectorẽ excommunicationis ſententiam inconſultis motibus, non ſine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volẽtes de cætero talium pręſumptionibus obuiare, vniuerſis, & ſingulis tam ordinarijs, q̃ delegatis iudicibus, & inquiſitoribus prauitatis eiuſdem, & alijs vniuerſis, & ſingulis, quacunq; auctoritate fungantur, auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, & mandamus expreſſe, ne contra noſtros, & Apoſtolicæ ſedis officiales, vel nuntios, aut ipſorum aliquem quauis occaſione, vel cauſa, abſque noſtra, & Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali eis per ſedis ipſius litteras concedenda, plenam faciente de tenore præſentium mentionem, procedere quoquo modo præſumant: aut in eos, vel ipſorum aliquem excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſeu quaſuis alias ſententias promulgare. Nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane, quicquid contra inhibitionem, & mandatum huiuſmodi contigerit attentari. ¶ Volumus tamen, quòd diœceſani, & inquiſitores prædicti ſuper ijs, quæ negotium tangunt fidei: alij vero

¶ Super hac cõſtitutione, vide oĩno cõſilium Lapi inci. Factum ſuper quo. id cõſiliũ nunc circunfertur poſt conſilia Oldra. adde Eyme. in Direct. inquiſi. p. 3. q. 16.

ſuper

ſuper ijs, quę rem tangunt, vel publicam, vel priuatam, ſiue ordinarij, ſiue delegati quacũq; auctoritate fuerint, prout poſſet ad eorum officium pertinere, ſi quid per officiales, & nuntios ipſos indebite forſan attentatũ extiterit, ſe plenius informare: idque nobis ſignificare ſtudeāt: vt prouidere ſuper hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &cęt. Datum Auin. xij. Calend. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

De ſchiſmaticis.

¶ Benedictus xj.

¶ Proceſſus, & ſententias latas per Bonifaciũ octauum contra Iacobum, & Petrum de Columna, tamquam ſchiſmaticos, & eorum poſteros, reuocat hic Benedictus vndecimus, exceptis confiſcationibus, in quibus nihil immutat, & ſic (vt clare patet) hæc extrauagans corrigit, & prorſus reuocat capit. vnicum. eo. tit. lib. 6.

CAP. VNICVM.

Dudũ bonæ memorię[a] Bonifacius Papa octauus prędeceſſor noſter contra Iacobum, Petrũ, & Ioannem de ſancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanũ, & Iacobum Scyarram nepotes memorati Iacobi, & filios olim Ioãnis de Columna, & poſteritatem eorum, necnon contra Richardum, Petrum, & Ioannem de monte nigro, ac adiutores, fautores, & receptatores eorum, cuiuſcumq; ſtatus, etiam ſi imperiali, vel regali dignitate fulgerent: cõtra ipſam inſuper Pręneſte: dum vixit varios fecit proceſſus: ſententias graues pœnas habentes, & multas,[b] prout in eiſdem proceſſibus continetur, ex quibus ſic paucas ex multis,[c] & prolixis breues exprimimus, quod intelligi volumus ſpecialiter ſingulas numeratas, & nominatim expreſſas.[d] Inter cętera ſiquidem depoſuit dictos Iacobum, atque Petrum à Cardinalatibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, reddens eos, & filios dicti Iacobi, & poſteritatem eorum inhabiles ad Apoſtolicæ dignitatis apicem, & Cardinalatus honorem: ipſos, eoſdemq; Iacobum, & Ottonem, & Richardũ beneficijs eccleſiaſticis, & eccleſijs cunctis priuauit, eoſque, & Agapitum, Stephanum, & Scyarram prędictos banniuit ab vrbe, & ita Eccleſiæ ſupradictæ ipſorum confiſcauit bona, & iura, plurium excommunicationum ſenten-

Dudum.] Hæc epiſtola plures proceſſus narratos extra 6. lib. de ſchiſm. cap. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes: nam proceſſus contra Columnenſes, & adhærentes eiſdem primo in genere, & poſtmodum ſpecialius recitat. Secũdo §. Nos itaque. paucos de dictis proceſſibus excipiens, cæteros alios viribus euacuat, quandam inhibitionẽ annectens. Tertio verſi. Non obſtantibus. euacuationem huiuſmodi per non obſtantia corroborat.

Bonæ memoriæ poſt mortem dicitur aliqui.

a ¶ Bonæ memorię.] Papa poſt obitũ dicitur bonæ memoriæ. ext. de æta. & quali. bonę. Idem in epis, & ſuperioribus. ext. de elect. bonæ memoriæ. 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri, & diaconi ſic nominabuntur? Dic, quod ſic, quia pars corporis Papæ ſunt, & de eius latere, & patricij merito appellantur. C. ad leg. Iul. maieſt. quiſquis. extra 6. lib. de offic. lega. c. 1. inſti. quibus mod. ius pat. pot. ſol. §. filiusfamilias. ex quo enim viciniores ſunt ſummi Pontificis, maiori prærogatiua gaudere debent, arg. ff. ſi tab. teſta. nullæ extabunt. l. 1. 1. reſpõ. Cardinales enim ſunt liberi primi gradus, & ſunt membra capitis: cæteri prælati ſunt membra corporis: alij autem ſunt liberi nõ primi gradus.

Cardinales reſpectu Papæ ſunt liberi primi gradus.

Si autẽ ſint præmiſſis inferiores, improprie bonæ memoriæ dicũtur. ext. de appel. bonæ. ext. de confir. vti. bonæ. verũ reges dicũtur claræ, vel inclytæ memoriæ. & olim imperatores dicebantur diuæ memorię. C. mãd. l. fi. 16. q. 3. placuit. Sed quæro, quidã Papa exactionib⁹ improbis, ſimonijs, & turpiloquijs eccleſiã fœdauit, vt hic, nũquid propter dictos actus poſſet dici malæ memoriæ? Dic, quod non: quia reſpici debet non ad id quod fecit, ſed ad id quod ipſum facere decuit. ff. de offi. præſi. ſed licet. ff. de iuſti. & iure. l. pen. §. prætor. extra de elect. cum cauſam. vnde malus prælatus, & ſi non habeat diadema ſanctitatis, habet tñ diadema dignitatis, quæ ex ſe, nec de ſe peccauit, licet ſuppoſitum cui dignitas inerat male egerit, propter quod dignitas ſibi coniuncta infecta fuit. 7. q. 1. ſcire. & not. ſimile C. de ſum. trin. inter claras. 2. reſpõ. Itẽ prælatus etſi non ſit bonus, pro bono tamen ponitur, vnde Prouerb. 26. Sicut qui mittit lapidẽ in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem. certum eſt, quod in computando denarios paruulos pro mille ponitur: ſic prælatus, quia pręſidens eſt toti cõitati virtute ſecundum Philoſophũ: & ob hoc debet honorari, quia patres ſunt prælati. Auth. de inceſtis nup. §. ſancimus. coll. 2. ff. de obſeq. l. liberto. & dij vocantur propter ordinis excellentiã, & officij dignitatẽ. ext. de hęret. cum ex iniuncto. item pręlatus non dr̃ bonę memoriæ ratione ſuppoſiti, ſed dignitatis, quę de ſe, nec à ſe deliqt. & delictũ perſonę nõ redũdat in damnum eccleſię. extra 6. lib. de reg. iur. delictũ, & hoc caſu, vbi de his ponerem, ſicut vilem ponerem. ext. de in integr. reſtit. cum ex literis. in princip. & extra de verb. ſig. venerabili. & extra de accuſ. licet. ext. 6. lib. de hęret. cũ ſecundum. in fi. extra 6. lib. de ſent. excom. ſtatutum. ext. eod. lib. de verb. ſigni. veniẽs. ext. eod. lib. de cõceſ. pręb. auctoritate. ext. de reſcrip. cõſtitutus. extra de frigid. & malefic. cap. fin.

b ¶ Multas.] quæ ſit differentia inter mulctam, & pœnam, habetur. ff. de verb. ſign. ſi qua. & no. C. de modo mulctan.

c ¶ Ex multis.] in proœ. ff. §. 3.

d ¶ Expreſſas.] ſimilis modus loquendi habetur, C. de pſcrip. xxx. vel xl. ann. oẽs. & not. de hoc ext. 6. lib. de procu. qui ad agẽdũ. Et ratio huius dicti eſt, quia hic agitur de liberãdo, quod eſt promptius, quam ligare. ff. de actio. & obliga. Arianus.

Iura facilius ſoluūt, quam ligent.

tijs innodauit, addixit infamiæ, capiendos expoſuit, iudicauit ſchiſmaticos, & tamquam hæreticos puniendos, ab adminiſtrationibus, & officijs, iuriſdictionibus, exercitio, & dignitatibus in vrbe, & circa, in Romana Eccleſia, & curia, ac ipſorum poſteros perpetuo, & in terris Romanæ Eccleſiæ vſque in quartam generationem per maſculinum, & fœmininum ſexum coercuit, eis incolatum, ciuilitatem, & habitationem vrbis, circumpoſitæ regionis, & terrarum ſubiectarum Eccleſiæ interdixit, & inteſtabiles fecit, &c.

¶ Nos itaque qui eius vices in terris gerimus, cuius eſt proprium miſereri, & parcere, eorum miſerijs, & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commouemur, ipſis pietatis noſtræ aperimus viſcera, & manſuetudinem non negamus, miſericordes ab eis nō auertimus oculos, illiſque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas depoſitionis à Cardinalatibus, priuationis à beneficijs, &c. eccleſijs, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum, & iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus, & alijs conceſſa ſunt (confiſcationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præſens) ſententias, pœnas, & mulctas, & aliàs [a] quæ in proceſſibus memoratis, ſiue alibi continentur, verbo etiam in vita ipſius, vel in morte in eos latas, & inflictas, ſeu confirmatas, &c. innouatas per prædeceſſorem eūdem, ſicut ſi (vt prædicitur) eſſent per nos ſpecialiter numeratæ, & nominatim expreſſæ tam ad prædictos Iacob. & fil. dicti Ioannis de Col. maſculinam, & fœmininam prolem eorundem Ioannis, & filiorum per vtrunque ſexum poſteritatem deſcendentem ab eis Pet. & Richardo, & Ioan. de monte nigro præfatos, quam ad coadiutores, fautores, receptatores, ſuſceptores, & ſequaces eorum quoſlibet alios, penitus tollimus, & viribus vacuamus. Ita ꝙ nec etiam pro præterito tempore poſſint ſuper eis aliquę perſonę impeti, quæ incurriſſent eas, aut cōtra ipſas aliquem effectū habere. Eiſque [b] quod quæuis alia quam præfatarum depoſitionis à Cardinalatibus, priuationis beneficiorum, & eccleſiarum, confiſcationis bonorum, & iurium, quæ (vt præmittitur) dictis ciuibus, ſeu alijs ſunt conceſſa, &c. inhabilitatis ad Papatum ſententia, ſiue pœna abſtulit, reddimus. [c] Et irregularitatem, [d] ſi quam quoquo modo contraxerint, remouemus: & notam abolemus [e] ipſius: Inhibentes ne iam dicta Præneſte cum monte ſuo reædificetur, vel muniatur, aut ciuitatis nomen, ſiue epiſcopatum recuperet abſque noſtra licentia ſpeciali. Non obſtantibus quibuſcunq; cōſtitutionibus, proceſſibus, inhibitionibus, decretis, priuilegijs, indulgentijs, &c. litteris Apoſtolicis, per quæ præſentibus non ex-

preſſa

Arianus. extra de proba. ex litteris. præſertim ab ijs, quæ ſurgunt ex delicto. ff. de pact. l. ſi tibi decem. §. quædam.

[a] ¶ Et aliàs.] hæc dictio, aliàs, aliqn̄ eſt aduerbium tpis, vt cum dicitur, aliàs hoc faciam. & aliquando loci, vt cū dicitur, aliàs veni ad me. ſed hic accipitur pro aduerbio qualitatis, vt ſit ſenſus, ꝙ nedum pœnas, & multas prædictas, ſed etiā aliàs, id eſt, aliter omnia illa, quæ in ꝓceſſibus, &c. Alij dicunt, ꝙ debet eſſe dictio, alia: Sed hoc nihil eſt propter adiectiua, quę ſequūtur, ſ. latas, & inflictas, &c. quia tunc ſecundum ſtylum curiæ diceretur in neutro genere, non in feminino, nec hic ſeruatur grammatica Priſciani dicentis, ꝙ maſculinum, & femininum genera concipiunt neutrū. & Priſcianus melius dicit, inſpiciendo dignitatem generū. Sed ſtylus curiæ omnia ſuperiora per neutrū ſententioſius cōprehendit, nam neutrū adiectiuum de omni genere ſecūdum philoſophum prædicatur, vt vir eſt album, mulier eſt album, & mācipium eſt album.

Adiectiuum neutrum de omni genere prædicatur.

[b] ¶ Eiſque.] ſcilicet, reddimus illud, quod ſnia, ſiue pœna abſtulit, quod eſt infra.

[c] ¶ Reddimus.] quęro, vnus de prædictis eſt excommunicatus occaſione dictorū ꝓceſſuum, & ſe immiſcens poſtmodū diuinis, factus eſt irregularis, poſtmodum recipit beneficium, nunquid poſt hanc relaxationē poterit illud retinere? Videtur, ꝙ ſic, quia verbum reddendi, ſignificat retro dare. ff. de verb. ſigni. verbū reddendi. hoc idē innuit text. pręcedens ibi, nec & ꝓ pręterito, &c. Dic vbi ius non eſſet alij acquiſitum in re, vel ad rē, crederem iſtum ius habere in beneficio, vitio expreſſe purgato per dominum, qui poteſt. arg. ff. de vſuc. ſi fur. & notatur ſimile extra de renuntia. poſt trāſlationē. in fi. Sed vitio nō expreſſe purgato, opus eſt noua electione, vel collatione. argu. extra de æta. & quali. cū bonæ. extra de exceſ. prælatorum. tanta nota ſimile de elect. dudum. 2. ſecus ſi alter haberet ius in re, vel ad rem. C. de emanc. libe. nec auus. & extra, 6. lib. de reſcrip. quamuis. Sed dices, dicta decret. excipit hunc caſum. Sed dic, ꝙ hic non eſt expreſſe dictum, ſed in genere, nō loquendo de iure alterius, non de pręiudicio alterius faciendo, vnde exceptionem, quæ competebat ex facto Papæ, Papa non tollit, niſi hoc expreſſe agatur. extra de conſuetu. cū olim. in fi. & d. c. quamuis. & ideo quod hic dicitur, intelligo, ꝙ pro tunc non poſſit impeti in iure nouiter acquiſito.

Beneficium in irregularitate acquiſitum, an illa purgata retineri poſſit.

[d] ¶ Irregularitatē.] occaſione præmiſſorum incurſam: nam ad præcedētia facienda eſt relatio. ff. de poſtula. l. 1. deinde cum adiecit. ſecus de irregularitate aliūde cauſata, &c.

Relatio fit ad pręcedentia.

[e] ¶ Abolemus.] id eſt, delemus. vnde abolere eſt, quod olet, vel maculat, tollere, ſeu auferre. Et quid ſit abolitio, & eiuſdem diuiſio, not. Azo. C. de abolit.

Abolere, qd eſt.

preſſa, vel totaliter non inſerta, earum effectus poſſit quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in noſtris litteris fieri mentio ſpecialis.

De furtis.

¶ Ioannes xxii.

¶ Publicatio excommunicationis lata in eos, qui furati ſunt theſaurum eccleſiæ, quem iubente Clemente Papa de Peruſio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerant. & hic habetur optima practica monendi malefactores, vt intra certum terminum ſatisfaciant, aliàs excommunicationem incurrant, & modum ipſius excommunicationis publicandæ hac extrauagans clare manifeſtat.

CAP. VNICVM.

INfidelis, & ſtolidæ prædicationis alumni ſe per culpę vitium indignos efficiunt, vt matris Eccleſiæ filii nuncupentur, dum ad ipſius matris iniuriam ſe conuertunt, (quod graui nos commotione perturbat) matris eiuſdē pietatem offendūt: & his in perniciem miſerabili cęcitate delapſis, reſpergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis. ¶ Dudum ſi quidem nōnulli degeneres filii, qui ad quæque nefaria currere ſunt auſi, peruerſis auſibus in matris eiuſdem proſiliētes iniuriam, & offenſam, illā theſauri ſui maximam partem, quæ de Peruſio ad ciuitatē Lucanam de mādato felicis recordationis domini Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, dum adhuc viueret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate, clericum Burdegaleñ. diœceſis, & Guliel. de Luna ſeruientem prædeceſſoris eiuſdem, vnà cum dilecto filio Iacobo de Caſalibus decano eccleſiæ S. Seuerini Burdegalenſis diœceſis capellano noſtro, extiterat deportata: & quæ in ſacriſtia monaſterij ſancti Fedriani Lucanen. tunc temporis ſeruabatur, deinde ad cameram prædeceſſoris eiuſdem fideliter deferendam tempore inuaſionis ciuitatis Lucanen. direpſerunt in prædam, & de præfata ſacriſtia per violentiam aſportarunt. ¶ Nos igitur ad recuperationem theſauri prædicti ſollicitis ſtudiis prætēdentes, omnes, & ſingulos aſportantes theſaurum prędictum, & alios, penes quos aliqua de theſauro fuerunt, vel adhuc exiſtunt, auctoritate Apoſtolica coram hac fidelium multitudine copioſa monemus, vt ea nobis, aut ei, quem ad id duximus deputandū, intra quattuor menſium ſpatium a die datæ publicationis præſentium numerādum, cum integritate reſtituant, & aſſignent: ac omnes, & ſingulos ſcientes, vbi vel penes quos aliqua de dicto theſauro extiterint, vel exiſtant, vt intra terminum ſupradictum nobis, aut ipſi deputato noſtro indicare ſtudeant: alioquin in omnes, & ſingulos monitionis huiuſmodi contemptores, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, vel conditionis extiterint, etiam ſi patriarchali, vel ſuperiori, aut alia quacunque præemineant dignitate, exnunc auctoritate prædicta excōmunicationis ſnīam promulgantes: Mandantes illos per diœceſanos locorum, & rectores parochialium eccleſiarum, ciuitatum, & diœceſum earundem, ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis pulſatis cāpanis, & candelis extinctis excōicatos publice nuntiari, proceſſuri ad grauiora nihilominus contra eos, necnon, & cōtra ciuitates, cōmunitates, vniuerſitates, & ſingulares perſonas quaſcunq;, quę fuiſſent in præmiſſis culpabiles, ſicut proteruia ipſorum exegerit, & viderimus expedire. Non obſtante ſi eis, aut eorum aliquibus, vel alicui ſub quacunq; forma, vel cōceptione verborū, à ſede Apoſtolica ſit indultum, ꝙ excommunicari nō poſſint, per litteras ſedis eiuſdem non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbū de indulto huiuſmodi mētionē, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcūque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium impediri poſſit, vel quomodolibet retardari. ¶ Vt autem huiuſmodi noſtra monitio verius ad cōem omnium notitiā deducatur, chartas, ſiue mēbranas monitionem continentes eandem, in eccleſia Auinionen. appendi, vel affigi oſtiis, ſeu ſuperliminaribus eiuſdem eccleſiæ faciemus, quæ monitionem ipſam ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt: ita ꝙ omnes, & ſinguli, quos monitio ipſa contingit, vel contingere poteſt, nullam poſtea poſſint excuſationem prætēdere, ꝙ

ad

ad eos talis monitio non peruenerit, vel ꝙ ignorauerint eãdem: Cum non ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum, vel occultum, quod tam patenter oĩbus publicatur. Datum Auinione ij. Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno j.

De crimine falſi.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro, & argento debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantũ de falſo, & adulterino poſuerunt. Et ſi eorum facultates non ſufficiant, pœna per iudicis diſcretionẽ in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et ſi ſint clerici beneficijs habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur: Vide extrauagantem Ioan. quæ incipit: Prodiens, & eſt ſub eo. ti. collocata.*

CAP. VNICVM.

¶ Vide B. Tho. 2.2.q.77 art. 2. ad 1 arg. & ibidẽ Gaieta. Oldr. cõſ. 74. incip. An Alchimiſta peccet. & late Caſſan. in catalo. gloriæ mundi, p. 11. conſid. 40.

SPondent,† quas nõ exhibent diuitias pauperes Alchimiſtæ: pariter qui ſe ſapientes exiſtimant, in foueam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchimiæ alterutrum ſe profeſſores ludificant, cum ſuæ ignorantiæ conſcij, eos qui ſupra ipſos aliquid huiuſmodi dixerint, admirantur: quibus cum veritas quæſita non ſuppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: ijdẽque verbis diſſimulant falſitatem, vt tandem, quod non eſt in rerum natura, eſſe uerum aurum, vel argentum ſophiſtica tranſmutatione cõfingant: eoq; interdũ eorum temeritas damnata, & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudãt publicę monetæ characteres fidis oculis, & non aliàs alchimicum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. ¶ Hæc itaq; perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali cõſtitutione ſancimus, vt quicunq; hmói aurum, vel argentum fecerint, vel fieri ſecuto facto mandauerint, vel ad hoc ſcienter dum id fieret facientibus miniſtrauerint, aut ſcienter, vel auro, vel argẽto vſi fuerint vendendo, vel dãdo in ſolutum: verum tanti ponderis aurum, uel argentum pęnę noĩe inferre cogantur in publicum pauperib. erogandum, quanti alchimicum exiſtat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitimè conſtiterit deliquiſſe: facientibus nihilominus aurũ, vel argentum alchimicum, aut ipſo (vt pręmittitur) ſcienter vtentibus perpetuę infamię nota reſperſis. ¶ Quòd ſi ad pręfatã pęnam pecuniariam exoluendam delinquentium ipſorum facultates non ſufficiant, poterit diſcreti moderatio iudicis pęnam hanc in aliam, (puta carceris, vel alterã iuxta qualitatem negotij, perſonarum differentiam, aliaſque attendendo circunſtantias) commutare. Illos uero, qui in tantæ ignorantiam infelicitatis proruperint, vt nedum nummos uendant, ſed naturalia iuris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumq; uiolẽter interdicta, ſcienter uidelicet adulterinam ex auro, & argento alchimico cudendo, ſeu fundendo, cudi, ſeu fundi faciendo monetam, hac animaduerſione percelli iubemus, vt ipſorum bona deferantur carceri, ipſiq; perpetuo ſint infames. Et ſi clerici fuerint delinquẽtes, ipſi vltra pręd ictas pęnas priuentur beneficijs habitis, & prorſus reddantur inhabiles ad habenda.

Moneta falſa ab oculis fidis facile diſcernitur.

INter cunctas.] ¶ Hæc conſtitutio habet ſex partes. In quarum

Alchimiſtæ ſũt infames.

Qui nõ hẽt in ęre, luat in corpore ff. de in ius vo. l. ſi. C. de ſer. fug. l. quicunque. & Inſt. de pę. te. liti. §. ſi.

De priuilegijs.

¶ Benedictus xj.

¶ *Hæc extrauagans dat Prædicatoribus, & Minoribus priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confeſſionum auditiones, & ſepulturas. De ſecundo in §. Sed quia multotiens. De tertio in §. Porro. Et licet ſit reuocata per clem. 2. de ſepult. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non ſunt retractata. Et potuiſſet non inepte poni ſub titu. de ſepult. Sed non eſt inconueniens idem ca. diuerſis reſpectibus ſub varijs collocari titulis, vt patet in c. ſignificantibus. extra de libel. obla. & de appel.*

CAP. I.

INter cũctas † ſollicitudines noſtras, quibus nos paſtorale premit officiũ, & debitũ Apoſt. ſeruitutis adſtringit, illa debet eſſe præcipua, vt

gregi

¶ Vide extrauag. Sixti iiij. incip. Vices illius. titu. de tre. & pa ter cões.

gregi [a] Dominico nobis ſuperna diſpoſitione commiſſo, [b] animarum cura nõ deſit, [c] ne illum lupus [d] rapax antiquus ſerpens humani generis inimicus inuadat, eiuſque ſanguis de noſtris (quod abſit) clamante propheta [e] manibus requiratur. Debemus inſuper quantum ex alto permittitur, pacem [f] inſerere, remouere [g] ſcandala, iurgiorũ [h] amputare materiam, & intelligere ſuper egenum, [i] & pauperẽ: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem. ¶ Sane [k] dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa octauus prædeceſſor noſter, quandam ſpecialem inter prælatos, rectores, ſeu ſacerdotes, & clericos parochialium eccleſiatum ex parte vna, & Prædicatorum, ac Minorum ordinum fratres ex altera, ſuper faciẽdarũ prædicationũ, audiendarum cõfeſſionum per eoſdem fratres, ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis conſtitutionẽ [l] edidit, certum his modum imponens, prout in eadem conſtitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete turbatio nata eſt, pro cõcordia ſunt ſuborta diſſidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noſcuntur: ſicque dum anſam ſoluiſſe ſe credidit, nodum [m] ligaſſe videtur, & ſeptẽ, vno hydræ [n] amputato capite, ſuſcitaſſe. Nec mirum, quia plerumq; pariunt [o] nouitates diſcordiã, præſertim dum ab eo, quod diu æquum viſum eſt, per nouã conſtitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens, vel alia cauſa ſubeſt. ¶ Ideoque cupientes, vt ipſi gregi cura noſtra eo plenior impendatur, quo amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, ſuper egenum intendentes, & pauperem, ac nouitatem per eandem cõſtitutionem inductam: Statuimus de fratrum noſtrorum conſilio, vt priorum ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in eccleſijs, ac locis ipſorum, quæ impræſentiarum habent, & in poſterum obtinebunt, ac in plateis communibus, ſeu publicis, libere abſq; diœceſanorum, & aliorum prælatorum petita licentia valeant clero, & populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœceſani prædicti prædicarent, [r] vel coram ſe facerent prædicari, prędicent ijdem fratres: putamus etenim dignum, vt maiori [p] minor, & ſuperiori [q] inferior deferat in hac parte: niſi forſan aliud circa hoc facerent de voluntate diœceſanorum ipſorum, aut in ſtudijs generalibus prædicarent diebus illis dumtaxat, quibus ſermones ad clerum fieri ſolent, & ſolemniter prædicari, ſeu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum feſtis ſpecialibus, ſeu peculiaribus: quia

---

prima prœmium ad dicenda generale, & poſtmodum ſpeciale præmittitur. Secundo §. ideoq;. articulus de prædicationibus faciendis. Tertio §. ſed quia. articulus de confeſſionibus audiẽdis. Quarto §. porro. articulus de lucris ſepulturarum deciditur. Quinto §. ad hoc. Papa clerum alloquitur. Sexto §. hæc autem. hic ſtatuta permulta nõ obſtãtia firmãtur.

a ¶ Gregi Dominico.] in quo debet eſſe aliquid ſpeciale. C. de grege Dominico. l. vna. lib. 11. & cuius pręcipuus eſt director extra 6. lib. de elect. vbi. §. cęterum.

Pſal. 40.

b ¶ Commiſſo.] in perſona Petri, per hęc verba, Paſce oues meas. extra de elect. ſignificaſti.

c ¶ Non deſit.] ne Papa faciat, vt paſtores mali, quoniam defectus ponuntur Ezechiel. 33. cap.

d ¶ Lupus rapax.] hæc verba dicta ſunt primo Beniamin, Gen. 49.

Sanguis impij de manu prælati requiretur.

e ¶ Propheta.] ex Ezechiel. 3. ſanguinem eius, ſ. impij, de manu tua requiram. ext. de offi. ord. irrefragabili. 1. reſpon. & dic ſanguinem, id eſt, peccatum, quod eſt ſanguine plandum, vt Leuit. 4. & Heb. 9.

f ¶ Pacem inſerere.] cum ſit vicarius regis pacifici, id eſt, Chriſti, in prœ. decre. ſic econtra inimicus homo, i. dæmon zizania ſeminat. ext. de elect. licet de vitanda.

g ¶ Remouere ſcandala.] ext. 6. lib. de offic. lega officij.

h ¶ Iurgiorum amputare materiã.] quæ ex cupiditate ꝓcedit. ext. in prœ. decret.

i ¶ Egenum.] in Pſal. 40.

k ¶ Sane.] hic proſequitur prœmiũ ſpeciale recitans conſtitutionem, Super cathedram, quæ nominatur.] §. ſi.

l ¶ Conſtitutionem.] quę incipiebat. Super cathedram. & illa per iſtam reuocata, vt §. eo. in fi. eſt hodie approbata per Clementem quintum. patet in c. 1. de ſepul. in cle. iſta autem quæ eſt Benedicti xj. ibidem reuocatur.

m ¶ Nodum ligaſſe videtur.] ext. de verborum ſignific. cum olim.

n ¶ Hydræ.] hydra eſt ſerpens aquaticus, dictus ab hydros, qđ eſt aqua, cui ſecundũ fabulas vno capite abſciſſo plura naſcebantur eidem. ſecundum ſenſum autẽ moralẽ vnũ male geſtum plura mala generat: quia vno principio illicito dato multa mala ſequuntur. Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. § 1. coll. 2. & aqua cuius curſus obturatur, multos meatus facit.

Hydra quid ſit.

Pſal. 40.

Vitium vnũ plura generat.

o ¶ Pariunt nouitates diſcordiam.] ext. de conſue. cum conſuetudinis.

p ¶ Maiori.] nota ſtatum prælatorum maiorem ſtatu religioſorum, at religioſi ad prælaturam aſcendere non debent, argu. 93. diſt. legimus. in fi. extra 6. lib. de electio. nullus. in fi.

q ¶ Superiori.] not. ꝙ exempti, vt Prædicatores, & minores iure communi ſuperiores epiſcoporũ eſſe cenſentur, & ſi ijdem exempti in pluribus caſibus prælatis ſubſunt. extra de hæret. ad abolendam. extra 6. lib. de præb. ca. 1. in fi. & aliquando ſunt ſedis Apoſtolicę delegati legatione generali. extra 6. lib de ſta. regu. c. vnico. §. & quoniam. ff. de conſtitu. princip. l. 2.

r ¶ Intellige ſano modo; q̃m in his, in quibus ſunt exempti, epiſ nõ contemperant, & ſic ita poſſunt dici ſuperiores.

a ¶ Inui-

Inuitus eſt, qui non probatur cõſenſiſſe.

[a] ¶ Inuitis.] dic inuitum, qui non probatur conſenſiſſe. ff. de furt. qui vas §. vetere. ff. de procu. filiuſfamilias. §. inuitus. & ff. de ſeru. vrba. præd. inuitum. arg contra. ff. de mãda. qui patit.

[b] ¶ Superioribus.] ſuperiorem voco diœceſanum, ſeu illum, qui habet ius diœceſeos, & concurrere poteſt cum rectore. ext. 6. lib. de tempo. ordi. eos. & ca. cum nullus. vt eſt metropolitanꝰ. cui non eſt ſuperior in prouincia ſua, niſi in certis caſibus not. extra de offi. ordi. paſtoralis.

[c] ¶ Ad ſalutem.] Roma. 10.

[d] ¶ Concilij.] extra de pœniten. & remiſſ. omnis.

[e] ¶ In morte.] extra de offi. ordi. paſtoralis. §. 1. extra 6. lib. de pœn. cap. fin. §. præſenti.

† Prædicatio non ſemper retrahit audientẽ à peccato.

in his caſibus cum diœceſanis in prædicatione cõcurrere poterunt. Vbi vero ijdem diœceſani vocarent generaliter ad ſe clerum aliqua ratione, vel vrgente cauſa illum ducerent congregandum; ea hora in ſtudijs memoratis diebus ſæpedicti fratres ab huiuſmodi prædicatione ceſſabunt. In eccleſijs autem parochialibus fratres ipſis inuitis [a] eorum rectoribus, ſeu ſacerdotibus, (niſi iuſſi à ſuperioribus [b] eorundem,) non audeant prędicare. ¶ Sed † quia multotiens propoſitum verbum Dei audientem à peccato non retrahit, idcirco poſt prædicationem neceſſariũ eſt pœnitentiæ ſacramentum, circa quod (niſi articulus neceſſitatis occurrat) ſacerdoti facienda oris cõfeſſio (prout ſcriptum eſt: Corde ad iuſtitiam creditur, ore autem fit confeſſio ad ſalutem [c]) exigitur: aliàs fruſtra eſſet in ſacramento eodem ſacerdotis, (qui inter lepram, & lepram debet diſcernere) miniſterium inſtitutum. Electi igitur ab eiſdem fratribus ad audiendas confeſſiones, & pœnitentias iniungẽdas, libere auctoritate Apoſtolica abſq; licentia diœceſanorum, & aliorum prælatorum inferiorum exemptorum, & non exemptorum, quibus ſubſunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata ſua confiteri volentes: Non religioſos, qui ſecundum ſtatuta ſuorum ordinum proprijs prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur alijs prohibentur, abſoluant: ipſiſque pœnitentias ſalutares iniungant, intra ſibi deſignatos terminos ad huiuſmodi exercendum officium conſtitutos. Excommunicationis vero, vel alias ſententias per prælatos latas cõtra hoc, vel in eius fraudem, denuntiamus irritas, & inanes, nec confeſſi ipſis fratribus peccata illa, de quibus confeſſi fuit eis, & abſoluti pœnitentes, de illis ſacerdotibus

Rom. 8.

proprijs teneantur (ſicut etiam non tenentur) iterum confiteri: non obſtante conſtitutione generalis concilij, [d] † quæ ſano intellectu (ne ſequatur abſurdum, quod per pœnitentiam dimiſſa peccata quis confiteri debeat, & quod liberatus debitor adhuc ad ſoluendum remaneat obligatus) intelligenda eſt, (vt ex ea patet) de illis, qui peccata ſua confiteri alijs neglexerunt. Sed ſacerdotes ipſis taliter cõfeſſis, & abſolutis adſtricti ſint miniſtrare Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis etiam ſacramentum. ¶ Super confeſſione autem facta fratribus memoratis, cum de confitentis ſolius præiudicio (ſi falſum dicat) agatur in iudicio animæ, ſeu pœnitentiæ foro, ſtabitur ſimplici verbo illius, qui ſacramenta petit prædicta, & dicit fratribus ſe confeſſum. Duos † tamen caſus excepimus, ſcilicet ſi ſacerdos aſſerat eum excommunicatum, aut notorie peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, vel in fraudem: quia ſi hoc egerit, à delicto tali, niſi plene ſatisfecerit (præterquã in [e] morte) abſolui nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur. ¶ Vt autem diœceſanis honor debitus reſeruetur, præcipimus, vt Prouinciales Priores Prædicatorum, & Miniſtri Minorum ordinum præfatorum, per ſe, vel alios verbo, vel ſcripto eis ſignificent, ſe fratres ad huiuſmodi confeſſionum addiendarum, & pœnitentiarum iniungendarum officium elegiſſe, & non nominando, aut coram ipſis ſiſtendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter à diœceſanis eiſdem, ꝙ ijdem electi fratres de ipſorum beneplacito, & licentia dictum poſſint in eorum ciuitatibus, & dięceſibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod ſi denegent, vel intra triduum non concedant, extunc ijdem fratres nihilominus auctoritate eadem huiuſmodi officiũ exequantur. Datam vero licentiam per diœceſanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autẽ non intendimus, ꝙ ſæpedicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis cõfeſſionibus, & pœnitẽtijs iniungendis, quam parochiales ſacerdotes noſcuntur habere. Sicq; de caſibus epis, & ſuperioribus, quos inferius adnotamus, ac ſedi Apoſtolicę reſeruatis, ſe nullatenus intromittant.

† Scilicet Lateranẽſ. ſub Innocen. iij. cap. 21.

† Vide doctrinam concilij Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

¶Obſer-

¶ Obſeruent ergo ſollicite dicti fratres, ne ad confeſſiones recipiant criminoſos criminibus pro quibus ſolemnis eſt pœnitentia[a] indicenda: Modo eodem excommunicatos reſpuant, & clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt.[b] Incōueniens[c] enim exiſtimamus, vt à peccato abſoluat, qui pęnitētiam ei debitam imponere,[d] aut irregularitatis pœnā peccati ſequelam,[e] vel excōicationem, quæ infligitur maxime à iure[f] quandoq; pro crimine, quæve quem[g] ab eccleſia, & per cōſequens à participatione eccleſiaſticorum ſacramētorum excludit,[h] remouere nō poteſt. ¶ Incendiarios, eoſque qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis, quod ea rationabilis conſuetudo præſcripta canonice in epiſcopatibus aliquibus reſeruauit epiſcopis, ſimiliter non admittant, quam conſuetudinem, (ex cauſa, quæ iuſte ad id animum noſtrū mouit,) ſolūmodo circa voluntarios homicidas, falſarios, eccleſiarū immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ violatores, & ſortilegos approbamus. Quod ſi forſan antequā ab eo, qui poteſtatem habet, abſolui poſſint, mors talium confiteri volentium veriſimiliter timeatur, etiam in prædictis caſibus ſæpefacti fratres eos confiteri volentes audiant, ipſiſque beneficium abſolutionis impendant, ſed ſubeant iuramentum, q̄ liberati ſe ſuis epiſcopis, & excōicatoribus præſentabūt: excōicantium ſuper his pro quibus ab eis excōicati erant, & epiſcoporū pro peccato huiuſmodi parituri mandatis.[i] ¶ Verum quia poſt baptiſmū inter cætera magis ad ſalutem neceſſaria † eſt propoſitio verbi Dei, quo audientes illud, quod eſt victoria noſtra, inſtruuntur in fide, docentur fugienda fugere, & ſectanda ſectari, à quo per peccatum lapſi reſurgunt, pœnitentiæ ſacramentum perficiunt: Grandis nobis ſollicitudo incumbit, vt tales ad hæc promoueātur fratres, qui oleo dulcedinis verbi eiuſdem noſtros foueāt ſubditos, à peccatis prohibeant: increpationis vino peccatorum ſuorum mordeant vulnera, eoſque ad illa pœnitentiæ acrimonia[k] purgandum, & tergendum prouocent,[l] & inducant. Ad id vero exequendum ſententia † diuinę legis expoſcitur, deſideratur ordo, & vitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum[m] eſt enim: Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi: quia labia[n] ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius: aliàs prout ad eum pertinet inter peccatum, & peccatum non poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens, Dei deberet narrare iuſtitias, & teſtamentum illius aſſumere per os ſuum. Nam cuius vita deſpicitur, conſequens eſt, vt eius prædicatio contemnatur. Quare decernimus, vt Priores, & Miniſtri Generales, & Prouinciales Prędicatorum, & Minorum ordinum præfatorum, vel eorum vicarij, de diſcretorum conſilio ad tam ſalubre officium fratres diuina ſcientia doctos, diſcretione vigentes, vita probatos, & expertos moribus, (alioquin diſtrictam reddent in futuro examine rationem,) eligant, & ©[o] aſſumant: ſic enim, quod prædicabunt, facient: quæ arguent, operari ceſſabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter, & exemplo. Cæterum, (licet ſicut prædicitur,) de neceſſitate non ſit iterum eadem confiteri peccata: tamen quia propter erubeſcentiam, quæ magna eſt pœnitentiæ pars, vt eo-

Pœnitere eſt pœnam pro peccato tenere, &c.

† Verbi Dei propoſitio eſt ad ſalutē valde neceſſaria.

† forte, ſcienda

Oſeæ, c. 4.

Malach. 2.

Pſal. 49.

a ¶ Pœnitentia.] indicenda. 50. diſtin. in capite. 26. q. 6. c. 1.

b ¶ Incurrerunt.] quādem factum eſt peccatum, & ipſum eſt pœna peccati, vt eſt clericidium, vel ablatio membri. 55. diſt. ſi Euangelica. ſecus ſi ex diuerſis factis emergerent, vt excommunicatio, quę eſt pœna peccati, & irregularitas, quę contraheretur propter immiſſionē excōicatione, ſeu ſuſpenſione durante: & tūc poteſt fieri abſolutio à primo p prælatum, non diſpenſatio. exemplum pone ex 6. lib. de ſent. & re iudi. cum æterni. ext. 6. lib. de ſent. excom. cum medicinalis.

c ¶ Inconueniēs.] declarat, quod promiſerat dicens, exiſtimamus inconueniens, vt ſcilicet ille abſoluat à peccato, qui non pōt imponere debitā pœnitentiam ei, ſcilicet peccatori, & qui non pōt remouere irregularitatem, ſequelam peccati, &c.

d ¶ Imponere.] ſcilicet non poteſt, quod eſt infra: nam cum pœnitere ſit pœnam pro peccato tenere, & pœna ſit menſura culpę. not. ext. 6. lib. de pœn. c. fin. §. illud. & §. ſeq. vbi debita pœna non poteſt infligi per aliquem: ergo nec pœnitentia ſalutaris.

e ¶ Sequelam] vt dicto cap. ſi Euangelica.

f ¶ Audire.] 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

g ¶ Quem.] ideſt, aliquem.

h ¶ Excludit.] de iſtis excōicationibus maiori, & minori habetur ext. de ſen. excommuni. nuper. & cap. penult.

i ¶ Mandatis.] extra de ſent. excommunicatio. de cætero. & ca. ea noſcitur. & capitu. quamuis.

k ¶ Acrimonia.] hoc verbum expoſui ext. 6. lib. de ſtatu. regula. c. vnico. § fin.

l ¶ Prouocent.] hic accipitur in bona parte, vt aliàs. ſi. de ædil. edic. quod ſi nolit. §. qui mancipia.

m ¶ Scriptum.] Oſeæ 4. ext. de renun. cap. niſi cū pridem. §. pro defectu.

n ¶ Labia.] Malac. 2. & ext. de hæret. cum ex iniuncto. ver. licet.

o ¶ Epiſco-

a ¶ Epiſcopalis quarta.] de qua habetur 12 q. 2. concelſa. & tribus cap. ſeq.
b ¶ Ruſtica prædia.] prędium ruſticum ab vrbano non loco, ſed qualitate ſecernitur. C. de præd. mino. l. ſi prædium.
c ¶ Non miſereatur.] argu. C. ne fil. pro pat. authen. habita.
d ¶ Voluntatem.] argu. ext. de exceſ. pręla. nimis. 1. reſpon.
e ¶ Triturātis.] Deut. 26. ext. de pręb. extirpandæ. 1. reſponſo. & 1. Timoth. 5.
f ¶ Necare.] ff. de alie. & exhib. li. necare.
g ¶ Inopes.] Authen. de coll. §. nullus autē moleſtetur. colla. 9.
h ¶ Immunes.] C. de ſacroſan. eccle ſancimus. 2. Auth. de eccle. titu. §. ſi quis vero res. colla. 9.
i ¶ Falcidiam.] C. ad leg. Fal. authen. ſimiliter. quæ ſumitur ex Authen. de eccl. tit. §. ſi autem hæres.
k ¶ Portionis.] extra de teſta. cap fin.
l ¶ Non deſint.] C. de ſacroſan. eccle. priuilegia. in fine.

a ¶ Ne-

rundem peccatorū iteretur confeſſio, reputamus ſalubre: diſtricte iniungimus, vt fratres ipſi confitentes attente moneant, & in ſuis prędicationibus exhortentur, quod ſuis ſacerdotibus ſaltem ſemel confiteantur in anno: aſſerendo id ad animarum profectum proculdubio pertinere. ¶ Porro, vt circa ſepulturā apud loca eorundē fratrū eligentium ſepeliri, & portionem canonicam de relictis eiſdem fratribus minime detrahendam, nequeat in poſterū dubitari: iubemus, vt corpora defunctorum, qui apud eorūdem fratrum loca elegerint, dum viuerent, ſepulturam, proceſſionaliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta cantando, ſeu legendo officium mortuorum, vel pſalmos, & alienas ingredientes parochias, poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre eccleſias tumulanda. De quibuſcunque vero relictis præfatis fratribus in communi, vel ſingulis vltimis decedentium volūtatibus, ſiue apud eos ſepeliendi ſint, ſiue alibi: nulla per parochiales ſacerdotes morientium, à qua fratres ipſos liberos eſſe volumus, canonica portio, vel multominus per epiſcopos epiſcopalis [a] quarta omnino, cum eis tamquā exempti nō ſubſint, nec etiam debita iure parochiæ, ſi forſan cathedralis defunctorum eſſet parochialis eccleſia, detrahatur. De funeralibus autem medietatem, ſi commode diuiſionem recipiant: aliàs eiuſdem medietatis æſtimationem ſoluant parochiali eccleſiæ, & ſacerdotibus antedictis. Funeralia vero intelliguntur hoc caſu, quę cum funere deferuntur. De candelis vero, quas fratres portāt, portio nō petatur. Moneant autem ijdem fratres, & pro poſſe inducant confitentes ſibi, vt de proprijs bonis ſuis parochialibus eccleſijs, eorumq; ſacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent, parochialia iura reddant. Ad hoc nō murmuret quęſumus ſæcularis clerus, non gerant moleſte prælati, quod circa præmiſſa ſic duximus prouidendum. Attendant quanta ex ijs, quę in primis duobus articulis ſtatuta ſunt, ſalus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter conſiderent, quod eorum onera cum alijs noſtro beneficio ſalubriter, & quaſi neceſſario patiuntur. ¶ Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quod fratres ipſi hoc per priuilegia Romanorum Pontificum eis benigne conceſſa, ante conſtitutionē eandem hactenus habuerunt. Quodque ſunt pauperes, nil habentes ſinguli in communi ruſtica [b] prædia, immo nec vrbana, vel mobilia, eorum alteri, vel etiam vniuerſi mendicant victum, quęrunt veſtitum, & eatenus ſuſtinere poſſunt, quatenus, vel viuorum pietas, aut morientium charitas eis neceſſaria ſubminiſtrat. Quis ergo non miſereatur [c] eorum, qui omnia, voluntatem [d] habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eiſdem operantibus tam vtiliter in agro prædicto? Certe nullus, niſi qui triturantis [e] bouis os impie alligare velit, aut eos ſubtractis alimentis necare. [f] Inopes [g] patrimonij onera ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent, & à curialibus res eccleſijs, vel pijs locis donatas, à quartæ præſtatione, ſeu lucratiuorum inſcriptionibus lex facit immunes. [h] Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam. [i] Et legata ad fabricam, vel pro ornamentis eccleſię, aut ad diuinum cultum perpetuum, ſolutioni non ſubiacent canonicę portionis. [k] Pauperes autem, (vt dictum eſt,) ſunt fratres: & quod eis relinquitur, aut in ſua alimenta erogant, aut in fabricam, ſiue in cultum diuinum, & eccleſiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere ſuper egenum, & pauperem, & non obliuiſci eorum, cum humanitatis ſit etiam ſæcularis principis proſpicere egenis, & dare operam, vt pauperibus alimenta non deſint, [l] non tam pie, quam quodammodo iuſte in eodem articulo egimus, egenos eoſdem, (vt præmittitur,) reddendo ab onere canonicæ portionis exem-

Funeralium nomine qd intelligatur.

Falcidia nō debet de relictis pauperibus.

Pſalm. 40.

Pauperibus ſubueniendū eſt.

a ¶ Nequaquã obſtantibus.] de viribus iſtorum non obſtantium notatur in Extrauag. ſem non nouam. in fi. Io. Mon.

exemptos. Hęc aũt(dicta cõſtitutione, quę incipit, Super cathedram. quam penitus reuocamus, alijſq; quibuſcunque conſtitutionibus ſpecialibus, & generalibus ſtatutis, priuilegijs, indulgẽtijs, ſub quacunq; forma verborum conceſſis, etiã ſi de ipſis de verbo ad verbum, vel aliquorũ nominibus in noſtris litteris oporteret fieri mentionem, conuentionibus, pactis, iuramentis, ſententijs, conſuetudinibus contrarijs, nequaquam obſtantibus [a]) inuiolabiliter obſeruari ſancimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, denuntiationis, exemptionis, pręceptorum, approbationis, iuſſionis, voluntatis, reuocationis, & ſanctionis infringere. Si quis autem, &c.

¶ Clemens quintus.

¶ Rex Franciæ, & regnicolæ per extrauagantem, vnam ſanctam. ſupra de maio. & obe. non amplius ſubijciuntur Eccleſiæ Romanæ, quàm prius erant.

C A P. I I.

Regnũ Franciæ Papa fauore proſequitur.

MEruit chariſſimi filij noſtri Philippi regis Francorum illuſtris ſyncerę affectionis ad nos, & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorũ ſuorum præclara merita meruerũt: Meruit inſuper regnicolarum puritas, ac deuotionis ſynceritas, vt tam regem, quã regnum fauore beneuolo proſequamur. Hinc eſt, quod nos regi, & regno per definitionem, & declarationẽ bonæ memoriæ Bonifacij Papæ viij. predeceſſoris noſtri, quæ incipit; Vnam ſanctam. nullum volumus, vel intendimus præiudicium generari. Nec quod per illam rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius Eccleſiæ ſint ſubiecti Romanæ, quàm antea exiſtebant: Sed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erãt ante definitionem præfatam: tam quantum ad Eccleſiam, quàm etiam ad regem, regnum, & regnicolas ſuperius nominatos.

¶ Eugenius quartus.

¶ Ordinarij non poſſunt ferre cenſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotijs Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficijs, quod ſi fecerint, irritum eſt. Et ſi beneficia illorum alijs ſint collata, tam dantes, quàm recipientes ipſo facto ſunt excommunicati, & à ſolo Papa abſoluendi.

C A P. I I I.

DIuina † in eminenti ſedis Apoſtolicę ſpecula diſponente clementia conſtituti, ad ea libẽter intendimus, per quę officiales prædictæ ſedis obſequijs eius (ad quã veluti fidelium omnium matrem, pro animarum ſalute quærenda, & iuſtitia proſequenda, de diuerſis mundi partib. confluit multitudo) tutius, & quietius ſe promptiores valeant exhibere: Hinc eſt, quod nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiam nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærẽtes, diſtrictius inhibemus locorum ordinarijs, necnõ commiſſarijs, & delegatis eorum, cæteriſque vniuerſis, & ſingulis quacumq; poteſtate, & auctoritate præfulgeant, cuiuſcunq; dignitatis, gradus, vel præeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos quocunq; nomine nuncupentur, in noſtris, & dictæ ſedis obſequijs nunc, & pro tempore exiſtẽtes, necnon quoſcumque alios pro ſuis, & eorum cauſis, vel negotijs proſequendis ad ſedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum, & cauſarum huiuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadẽ, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorũ, ſeu quamuis aliam ſententiam promulgare præſumãt. ¶ Nos enim omnes, & ſingulos proceſſus, & ſẽtẽtias contra tenorem, & mentem noſtræ inhibitionis huiuſmodi latas, & habitas, & in poſterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcumq; inde ſecuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſq; extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti. Necnon quicquid in cõtrarium à quoquam, quauis auctoritate ſciẽter, vel ignorãter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterũ contigerit attentari, ẽt decernimus irritum, & inane. Et nihilominus in omnes, & ſingulos ordinarios, & officiales, cõmiſſarios, & delegatos eorum, qui ſe de dignitatibus, ac beneficijs eccleſiaſticis quibuſcũq; officialium, aut negotia huiuſmodi apud dictam ſedem proſequentium prædictorum, eos illis forſan

† Vide conci. Tri. ſeſ. 23. de refor. c. 1. circa fi. & ſeſſio. 24. de refor. c. 11. §. quę vero priuilegia.

Exhibita.) ¶ Conſtitutionem quæ incipit, Suſcepti: & eſt vna de xx. gloſſatis per Zenzelinum, & poſita ſub titu. de elect. Et inter has reperitur cum gl. Gulielmi de Monte Lauduno in ti. ne ſede vacante.

Dantes, & recipientes qſique æqualiter puniunt.

priuando, atq; priuatos decernẽdo, ſeu declarãdo, vel cuiuſcunque priuationis ꝑtextu illa perſonis alijs conferendo, ſeu de illis in eos quomodolibet ſe intromittendo, tam in dantes, q̃ in recipiẽtes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus, quas volumus eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſñia abſolui nequeant, niſi à nobis, vel per nos deputandis, preterquam in mortis articulo conſtituti. ¶ Præmiſſa autem à die affixionis præſentiũ ad valuas baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, ex certa ſcientia quoſcumque ligare volumus, & arctamus. Non obſtantibus Apoſtolicis, & quibuſcumq; generalibus, aut prouincialibus, aut ſynodalibus concilijs, edictis, conſtitutionibus, ordinationibus, & Apoſtolicis priuilegijs, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet, vel differri, ét ſi de illis, eorumq; totis tenoribus habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis: & quæ præſentibus volumus habere pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrũ, anno incarnationis Dominicæ 1432. octauo idus Martij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

¶ Ioannes xxij. Magiſtro, & Fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.

¶ Præmiſſo tenore duarum conſtitutionum, dicit, quòd hoſpitalarij S. Ioannis ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſidentes.

C A P. IIII.

Exhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, quòd dudum poſt conſtitutionem[a] per nos editam, qua ſpecialiter, & expreſſe cauetur, quòd habentes annalia in eccleſijs de conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi, vel ſecundi, vel alterius cuiuſcumque ſequentis anni beneficiorum vacantium ſibi hactenus in totum vendicauerant, nihil exinde vltra ſummam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit in decimæ ſolutione taxari, prætextu cuiuſuis priuilegij, conſuetudinis, vel ſtatuti, quouis modo perciperent: ſed ipſius ſummæ perceptione dumtaxat deberent eſſe contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi, qui fructus illos ſoliti eſſent cum integritate percipere, mallent ipſum habere reſiduum, & obtinentibus beneficia dimittere ſummam memoratam: quo caſu percipiendi, quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam conſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter cauebatur, quòd ſi huiuſmodi beneficium obtinentes in eccleſia, in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, minime reſiderent, ad debitum ſeruitium impendendum capitulo eiuſdem eccleſiæ nihil deberet accreſcere, cum ceſſante cauſa † ceſſare debeat pariter, quod vigebat. Quodq; ex verbis declarationis huius ſatis innui videbatur: quòd fructus beneficiorum nõ reſidentium accreſcere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo, ꝙ in declaratione dicta non continetur expreſſe de perceptione annalium beneficiorum vacantium vobis debitorum de prædictis conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, quo ad fructus non reſidentium in eiſdem, qui vobis accreſcere debent, nullum adhuc commodum aſſequi potuiſtis, licet, (vt præmittitur) dicti fructus capitulo non accreſcant. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt quod in huiuſmodi declaratione noſtra tacite innuitur, declarare expreſſius dignaremur. ¶ Nos itaque petitionem veſtram iuri conſonam æſtimantes, ac propterea in hac parte quieti, & indemnitati veſtræ prouidere volentes, præſenti oraculo declaramus, ꝙ fructus prædictæ eccleſiæ, vel beneficij vacantis, cuius annalia in quibus conſ-

† l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patr. c. cum ceſſante. de app.

Annaliũ perceptio multiplici iure põt competere.

Petitio iuri cõſona exaudiri meret.

ſtunt debentur vobis ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto etiam pro ea parte, quæ obtinentibus prębendam, vel beneficium huiuſmodi, (ſi in eccleſia vbi illa cóſiſtunt perſonalem reſidentiam facerent,) deberetur, ſi non reſideant ibidem vere, vel interpretatiue, vtpote per ſpeciale priuilegium Apoſtolicum, vel aliàs ex cauſa rationabili ab huiuſmodi reſidentia legitime excuſentur, cum dicta pars, (vt præmittitur,) capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet ſecundum intentioné, & mentem declaratorię memorię. Nulli ergo, & cętera, vt ſupra. Si quis autem hoc, &cęt. vt ſupra. Datum Auinione Calen. Martij, Pontifi. noſtri anno v.

Beneficiatus à reſidentia faciéda qñq; excuſatur.

De pœnis.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Epiſcopus Caturcen. propter varios exceſſus per ipſum perpetratos, præſertim quia ſedi Apoſtolicæ, ſuis ſubditis, & ſibiipſi iniurioſus fuerat, varias pœnas incurrit, quoniam perpetuæ depoſitionis ſententiam meruit, priuatuſque fuit pontificali, ſacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt ſcilicet cognoſcamus crimina, & exceſſus, quibus prælatus deponi poſsit. Facit ad hoc cap. veritatis. extra de dolo, & contuma. & cap. ex litteris. & cap. tanta eſt clauis Petri. de exceſ. præla. Et niſi antiqui libri hoc capitulum ſub titulo,* De pœnis, *annotauiſſent; ſub titulo, De exceſsibus prælatorum, poſitum fuiſſet.*

CAP. VNICVM.

Diuinis exemplis, quæ noſtrorú debent eſſe actuú regula, patenter inſtruimur, aures noſtras ſubditorum à ſuis præpoſitis oppreſſorú indebite, & aggrauatorú iniuſte, nó obturare clamoribus, ſed ipſis ipſas potius compaſſiuis affectibus inclinare, vt ſi per ſolertis inquiſitionis indaginem clamores huiuſmodi opere ¶ completos eſſe viderimus liberationis opportunæ remedium ſollicitis ſtudijs apponamus, pœna nihilominus debita puniturі in hanc patratorum qualitatem exceſſuum illicitos oppreſſores. Omnipotens etenim Dominus audito ¶ clamore populi ſui propter duritiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum deſcendit: Et ſummi templi præpoſito, qui iuxta nominis interpretationem in vias prauas inique diuerterat comminando, ſic ait: ¶ Expellam te de ſtatione tua, & de tuo miniſterio te deponam. Dudum ſiquidem fama graui, clamore frequenti, & querela flebili ſubditorum deferentibus nobis Hugonem Geraldi olim Canturcenſem epiſcopum, de multiplicatis exceſſibus, oppreſſionibus grauibus, enormibuſque criminibus eſſe reum: nos mala huiuſmodi nolentes ante credere, quam probare, ſuper illis inquiſitionem per nos, & alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquiſitionis ipſius viſo, & examinato proceſſu, luculenter inuenimus, quod eius fuerat vitioſus ingreſſus, cum per ambitionem nimiam, & per abrupta ſimoniacæ prauitatis ad pontificalem aſcendiſſet honorem. Progreſſus autem eius, (vt execrando conueniret initio,) iniurioſus extiterat quo ad tria: Primo videlicet quo ad Apoſtolicam ſedem, cui (licet ipſum honoraſſet in multis, & tandem ad epiſcopalis dignitatis apicem promouiſſet,) terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperium retulit pro honore: Appellationibus interdum ad ſedem ipſam ab eo, vel officialibus eius per ſubditos oppreſſos emiſſis, nedum deferre contemptibiliter renuens, ſed eas verbo vilipendens, & facto ſuis pręcipiendo miniſtris, quod de appellationibus huiuſmodi non curarent, ac nihilominus appellantes, (quibus contra oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa remedium,) nunc per captionis iniuriam, nunc per ſpoliationem beneficiorum, & aliàs indebite affligendo multipliciter, non abſque vitio ingratitudinis violans iuramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum dictæ ſedi: nec veritus matris Eccleſię tranſgreſſionem apertam, nonnullis quandoq; per ſuas patentes litteras de vacaturis mandauit beneficijs prouideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas, & ſuſpectas, pernicioſus etiam fuit, & frequens litterarum Apoſtolicarú abuſor. Secundo vero quantum ad ſubditos, erga quos non pij prælati, vel paſtoris peregit officium, quinimmo

¶ Gen. 18.

¶ Exod. c. 3.

¶ Eſa. 22.

Prælati non debent eſſe creduli.

Appellatio eſt remediú cótra oppreſſiones.

Pręlati erga ſubditos paſtoris officiú peragere debet.

mo tamquam fur improbus, crudeliſque tyrannus ſub pallio charitatiui ſubſidij incuſſis terroribus, violentijs, & iniurijs illatis, doloſis inductionibus, & fraudibus exquiſitis, veluti recurſor iniquus, extorſionibus eos intolerabilibus pręgrauando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium exceſſiuas, & eccleſijs importabiles, vtpote multiplicato euictionum numero canonibus † diffinito, interdum per ſe, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito viſitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter nō ad fructum correctionis, ſed ad ſaturandæ cupiditatis affectum impenſo, ad alios quæſtus illicitos, & damnatos ſuū exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de cauſa curauit. Et cum inuenit ſubditos ſuis in hoc probandis affectibus non parentes, nec aliàs ab eis exigere potuit concupita, calumnioſas delationes fieri, contra eos lites moueri, & diuerſa eis grauamina ſubdole procurauit pluries inferri. Pręterea non citatos legitime, nec conuictos etiam, aut confeſſos ſuis priuauit beneficijs, occaſionem pro cauſa confingens, non rationem in iis, ſed tyrannidem potius proſequens perſonalem. Multa falſa ſcienter inſtrumenta dictauit, per ſuos illa faciens notarios publicari: & vt illis qualem ipſe habuerat ad eccleſias pręberet ingreſſum, inſtituere ei præſentatos, ſeu inſtitutionis ſuæ eis concedere litteras ſæpius renuit, niſi primitus certa ſibi, & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa eccleſiaſtica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc vero ſimpliciter in ſuis manibus reſignata, modo iure, (vt prætendebat,) ordinario, modo ſuper hoc, (vt dicebat,) Apoſtolico munimine indulto, de facto ſcienter contulit interuenientibus fraude, pacto, & ſimoniaca prauitate ſubiectas ſibi eccleſias occupans earum redditus vſurpauit: & ſic in ſuis fuit corruptus iudicijs proceſſum eorum, & finem in pecuniarium commodum ordinando, quandoque iuſtificans impium, innoxium iniuſte condemnans. ſic & alios corrumpere iudices pro obtinenda ſuper oppreſſionibus inchoatis iniuſta victoria niſus fuit. Tertio, quantum ad ſe, vt qui ſibi nequam exiſteret, nulli alij bonus eſſet: ſuæ namque famæ prodigus ſe periurijs patenter inuoluit, irregularitatiſque laqueis irretiuit, & (quod referre pudet,) in corpus ſuum fornicando peccans per continuatum incontinentiæ vitium, quo ſe dudum fœdauerat, pontificali poſtea decoratus honore, in ſua ponere gloria maculam, & fœmora ſua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius ſit reprehendēdus ingreſſus ſic ſcandaloſus, pernicioſus exemplo progreſſus, vt vitio huiuſmodi, ſiue culpis neſcius finē imponere, & periculoſus egreſſus, cum adeo foret in ipſo habituata malitia, quod (remanente ſibi ad ſolita facultate) in iniquitatis opere voluntas ſibi deficere minime ſperaretur. Propter quod ne prioribus peius committeret, illud ſolum æſtimamus ſalubre remedium, vt quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel poſſe. Nos itaque ſuper præmiſſis, & pluribus alijs eius nefandis exceſſibus cum fratribus noſtris ex ſano conſilio deliberatione cohabita diligenti, in pręfatum Hugonem Geraldi, qui ſe omni honore, ac dignitate reddidit tam indignū, quique ob ſuas iniquitates, ne præſit eſt abiectū à Deo, ſuis ligatum peccatis omnique honore, ac dignitate pontificali iam priuatum à Domino, de cōſilio omnium, & ſingulorum fratrum ipſorum perpetuæ depoſitionis ſententiam duximus promulgandam: pontificali eum, & ſacerdotali, & alio quolibet officio priuātes, & ad perpetuum carcerem condemnantes: vt ibi committendis ceſſantibus, agat pœnitentiam de commiſſis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ promulgationis, & condemnationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione xv. Calend. Iunij, Pontificatus noſtri anno ij.

† Vide cōcil. Lateran. ſub Alex. iij. ca. 4. Cōcil. Latera. ſub Inno. iij. c. 33. Concil. Oxoniēſe ca. vt ſingula. & Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reforma. cap. 3.

De pœnitentijs, & remiſſionibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Centeſimo quoque anno viſitantibus baſilicas Petri, & Pauli Apoſtolorum pleniſſima peccatorum venia conceditur.

CAP.

Antiquorum.] Hæc epiſtola ſatis groſſe fuit compoſita. Et habet ſex partes. Primo, ſuper remiſſionibus, & indulgentijs conceſſis accedentibus ad Eccleſiam principis Apoſtolorum de Vrbe fidam antiquorum relationem commemorat. Secundo, §. Nos igitur. remiſſiones, & indulgentias huiuſmodi confirmat, approbat, & innouat. Tertio, §. Vt autem. accedẽtibus ad eccleſias beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de Vrbe, vere pęnitentibus, & confeſſis pleniſſimam indulgẽtiam peccatorum dat. Quarto, §. Statuentes. quid pro indulgentia prædicta dictis vere pęnitentibus, & confeſſis fieri oporteat ſtatuendo taxat. Quinto, §. vnuſquiſque tamen. anticipophorizat. Sexto, §. Nulli. inhibens præmiſſa non infringi, vult, vt ſecus facientes maledictionem incurrant.

Vide Doct. ſcholaſticos li. 4. ſen. diſt. 19. 20. & 21. ibide. n. fient aperta, q̃ tradũtur in tex. & gloſ. adde Roffenſem cõtra Lutherum, arti. 17. & aliquot ſequentibus.

CAP. I.

Antiquorum habet fida relatio,[a] quòd accedentibus ad honorabilem baſilicam[b] principis Apoſtolorum[c] de Vrbe,[d] conceſſæ ſunt magnæ remiſſiones, & indulgentiæ peccatorum.[e] ¶ Nos igitur, qui iuxta officij noſtri debitum ſalutẽ appetimus, & procuramus libentius ſingulorum huiuſmodi remiſſiones, & indulgentias oẽs, & ſingulas ratas, & gratas habẽtes,[f] ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, & etiã innouamus, & pręſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. ¶ Vt autẽ beatiſſimi Petrus, & Paulus Apoſtoli eo amplius honorẽtur, quo ipſorũ baſilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatę, & fideles ipſi ſpiritualium largitione munerũ ex huiuſmodi frequentatione magis ſenſerint ſe refertos:[g] Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & eorundem Apoſtolorum eius meritis, & auctoritate confiſi de fratrum noſtrorum cõſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus in præſenti anno milleſimo trecẽteſimo à feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti pręterito proxime inchoato, & in quolibet anno centeſimo ſecuturo, ad baſilicas ipſas accedentibus reuerenter vere pęnitẽtibus, & confeſſis:[h] vel qui vere pęnitebunt, & cõfitebuntur[i] in huiuſmodi pręſenti, & quoli-

a ¶ Relatio.] ad quam recurrendum eſt in antiquis. ff. de lega. 3. ſi chorus. §. 1. extra de prob. cap. cum cauſam.

Baſilica, quid eſt.

b ¶ Baſilicam.] ideſt, eccleſiam. ext. de relig. dom. ca. 1. 16. q. 7. omnes baſilicæ. Et proprie eſt domus regia, vel palatium regis: ſed modo per tranſlationem dicitur eccleſia: quia eſt palatiũ ſummi regis.

c ¶ Apoſtolorum.] ideſt beati Petri, qui primatum habuit, & ſucceſſores ſui in Eccleſia Dei. 21. diſt. in nouo.

d ¶ De Vrbe.] loquitur vulgariter: nam loquendum eſt, vt plures. argu. extra de tranſl. epiſco. inter corporalia. §. ſed neque. nam re vera eccleſia ſancti Petri non eſt in Vrbe, ſed in ciuitate Leonina. & minus eccleſia ſancti Pauli, de qua etiam dicitur, quòd non eſt in continentibus ædificijs. Quid autem importet hoc nomen, Vrbs, villa, ciuitas. not. extra. lib. 6. de ſenten. excommu. ſi ciuitas.

e ¶ Peccatorum.] ideſt pœnarum pro peccatis debitarum. ſic ponitur 2. Machab. 12. in fi. ibi, ſancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

f ¶ Habentes.] per hanc ratificationem, & confirmationem non ratificantur niſi legitime conceſſa. extra lib. 6. de reſcrip. ſi gratioſe. §. fi. extra de elect. dudum 2. §. penul.

g ¶ Refertos.] non refectos, quia refectio proprie eſt corporis, ſed refertio eſt proprie mentis, vnde dic, refertos, ideſt plenos, bene fartos, obeſos, ſeu craſſos. Et deſcendit refertus de refercio, cis, quod componitur de re, & farcio, cis. Io. Mona.

h ¶ Et confeſſis.] qui eſt vere pœnitens, & confeſſus, habet veniam culpæ, quam ſolus Deus in contritione remittit, quæ non datur niſi correcto. extra li. 6. de reg. iu. peccati venia. & pœna æterna debita pro culpa mortali commutatur a Deo in pęnam temporalem. Nam ſicut culpa reſpectu illius, in quem commiſſa eſt, fuit infinita, ſic, & pœna debet eſſe infinita, cuius infinitas tollitur per remiſſionem culpæ. Sed quãta remaneat, ignorat miniſter Dei, qui in pęnitentiæ ſacramento aliquam portionẽ illius pœnæ remittit: vnde miniſter Dei poſt præmiſſa arbitratur de pęna, quam credit ſupereſſe ad arbitrium ſuum, & ſic intelligitur, quod omnes pœnitentię ſunt arbitrariæ. 16. q. 7. tempora. extra de pœn. & remi. quęſitum. & c. ſeq. Tãta tamen poſſet eſſe contritio cõfitentis, quod nedum culpa, ſed pœna prorſus tolleretur: verũ, quia hoc eſt dubium apud homines, miniſter Dei pręſertim vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri iſtam pœnam certis de cauſis, vt hic, & in voto vltramarino, & quibuſdam alijs commutat in certos actus ſatisfactorios. Sed pone: ille miniſter minus diſcrete, ſeu ſine cauſa legitima taxat: nunquid confeſſus ad plus tenebitur? Dic, quod ſic, vt ſuppleatur, quod de iure deficit. ff. de re iud. l. 4. §. ſi quis condemnatus. & hoc requirit virtus diuinæ iuſtitię. manet ergo Petri iudiciũ, vbicunque ex ipſius ęquitate fertur iudiciũ. 24. q. 1. manet. 11. q. 3. tunc vera. eſt enim ſibi commiſſum diſpenſare, ideſt diſcrete penſare, non diſſipare. ff. de offi. procu. Cæſa. l. 1. nec nego, quin ſit abſolutus, ita, quòd pœna æterna commutata eſt in temporalem: quia hoc video in eo, qui non eſt miniſter. extra de electio. dudum 2. Et ibi eſt abſolutus nõ propter ſacramẽtum fidei, ſed propter fidem ſacramenti; ſed indiſcretio miniſtri in hoc ſe onerantis, vel mei confitentis à debita pœna temporali me non releuat confitentem. Et dic, confeſſis propoſito, & facto.

Peccati pęna debet eſſe infinita.

Qualiter intelligatur, quod pœnæ ſunt arbitrariæ.

Diſpenſare vnde dicitur.

i ¶ Confitebuntur.] facto, ſunt tamen confeſſi propoſito, alias non ſunt filij Dei, ſed inimici. Tu dic: confitebũtur, & propoſito, & facto. Sed cum opera viua ad vitam æternã valeant, & mortificata viuificari poſſint: dic qualiter opera mortua, vt labor itinerationis hic expreſſus in mortali peccato factus poſſit prodeſſe ad remiſſionem pœnarũ pro peccatis debitarũ, licet poſt laborem huiuſmodi fit vere pęnitens, & confeſſus. Et notandum, quod ad hoc, quod indulgentiæ valeant, quattuor principaliter requiruntur, & quintum etiam huic propoſito poteſt addi ratione materiæ. Requiruntur. n. auctoritas in cõcedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintũ quod addi põt, cõgruitas in tempore. Primo ergo requiritur auctoritas in cõcedẽte, quę typica eſt, & principaliter reſidet in ſummo Põtifice; ſicut enim videmus, quod in corpore

Indulgẽtię, vt valeant, quot requiſita exigantur? vide B. Th. in qõnibus addi tis ad 3. par. q. 25. ar. 2.

naturali vnicum eſt caput, in quo poſiti ſunt omnes ſenſus, ſic in corpore myſtico, quod eſt Eccleſia, eſt ponere caput vnum habens plenitudinem poteſtatis. Hoc enim ſic eſſe voluit ordinatio diuina. Et huic concordat ratio recta, voluit namque diuina ordinatio, quòd eccleſia militans repręſentaret Eccleſiam triumphantem. de quib. no. ī. 6. li. de elect. fundamenta. Vnde Ioan. in Apoc. Vidi, inquit, Hieruſalem deſcendentem de cœlo; quia Hieruſalem terreſtris, hoc eſt Eccleſia militans, exemplificata eſt, & formata ad inſtar cœleſtis Hieruſalem, quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra: videlicet Eccleſiæ triumphātis.

Hieruſalē eſt terreſtris, & cœleſtis.

Ibi autem ſecūdum beatum Dionyſium nouem ſunt ordines angelorum ſub triplici hierarchia diſpoſiti. Et eſt ordo ſub ordine, & tandem omnes ſub vno capite, quod eſt vnus Deus: & ſi ibi velimus amplius aſcendere, inueniemus, ꝙ pluralitas diuinarum perſonarum reducitur ad vnitatem eſſentiæ, rōnem illius ordinis diuina ſapientia in Eccleſia militante voluit exemplari. Vnde in Iob dr̄: Numquid noſti ordinem cœli, & ponis rōnem eius in terra? Si autem in Eccleſia militante eſſet ponere duo capita de pari ſe habentia, quorum vnum alteri minime ſubderetur, non eſſet rō cœleſtis ordinis congruenter in ea poſita. Sed tunc rō cœleſtis ordinis proprie, & perfecte in terra ponitur, ſi cuncti gradus prælationum, & principatuum ſub vno capite collocentur, & ei obediāt, & ſubdantur. huiuſmodi autem eſt ſolus Romanus Pontifex vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri: cui in hmōi deſignationem dictū eſt à Domino: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput.

Cephas dr̄ caput.

Huic ēt veritati concordat rō recta. Nam ſecundum Proculum. oīs multitudo reducitur ad vnitatem. Et ſēm Philoſophum, in vnoquoq; genere eſt reperire vnum primum, & ſupremum, quod eſt mēſura, & regula omnium aliorum in illo genere conuentorum. Et alibi, Monadem ſequitur dyas. Oportet igitur, ꝙ multitudo hominum reducatur ad vnum, & in genere hominum ſit reperire vnum hominem primum, qui ſit ſupremum in illo genere, qui ſit menſura, & regula omnium aliorum hoīum: hmōi autem eſt Romanus Pont. qui eſt inter omnes hoīes ſupremus, exiſtens menſura, & regula directiua omnium aliorū, cui plene omnes catholici ſimpliciter ſunt ſubiecti. Ad vltimum aūt intantum ſe extendit iſta ſubiectio, ꝙ qn̄ plenitudo gentium intrauerit, vt oīs Iſrael ſaluus fiat, ſicut dicit Apoſt. ad Rom. 11. c. Tūc omnes nationes orbis terrarum huic vnico capiti ſubijcientur, & obedient. Et tūc implebitur illud, quod ait Saluator in Ioan. Erit vnum ouile, & vnus paſtor. Sicut ergo in corpore materiali eſt ponere caput vnū, in quo ſunt omnes ſenſus, ſeu plenitudo ſentiendi: ſic in Eccleſia militante (ne ſit tamquam corpus monſtruoſum, ſi duo haberet capita) eſt tantum ponere vnum caput, videlicet Romanum Pōtificem, in quo eſt plenitudo poteſtatis, & auctoritatis, quam ſiquidem p̄tātem cōtulit ei Dominus, qn̄ beato Petro dixit; Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum, &c. & quodcunq; ſolueris, &c. Ipſe aūt Romanus Pontifex eſt, qui conceſſit illam indulgentiam, & in ipſo, (vt iam oſtenſum eſt) plenitudo reſidet poteſtatis. Et ſic patet primum, videlicet, ꝙ eſt auctoritas in concedente.

Indulgētia ſolis idoneis cōceditur.

Secundum eſt idoneitas in recipiente. Nam ſecūdum Philoſophum, actus actiuorum ſunt in patiēte diſpoſito. Nam theſaurus Eccleſiæ non applicatur, niſi ei, qui eſt membrum Eccleſię. 11. q. 3. nihil ſic debet. 23. q. 4. ſi quis à catholica. Et certum eſt, ꝙ remanente culpa non remittitur pœna: quia ſecundum Auguſtinum non dimittit Deus dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Si autē manente culpa remitteretur pœna, eſſet dedecus culpæ ſine decore * iuſtitiæ, & ſic eſſet aliquid inordinatum in vniuerſo: quod diuina ſapientia non permittit. argu. in Auth. de hæred. & falc. §. inordinatum. coll. 1. Oportet ergo, ꝙ capax indulgentiæ ſit purgatus à culpa, quod fit in contritione. Ille ergo eſt habilis indulgentiam recipere, qui eſt vere pœnitens, & confeſſus. Et hoc tangitur in forma indulgentiæ, cum dr̄, ꝙ vere pœnitentibus, & confeſſis hæc indulgentia ſit conceſſa, non alijs. arg. C. de re milita, cum allegatis, lib. 12. extra de appell. paſtoralis.

* Al. pudore

in fine. Tertio requiritur pietas in fine, hoc eſt honor Dei, & exaltatio fidei: in omni enim conceſſione indulgentiarum eccleſiaſticarum finaliter debet attendi, vt per hoc Deus honoretur, & fides exaltetur catholica.

Indulgentia eſt concedenda in honorem Dei, & exaltationē fidei.

Quartum eſt vtilitas in opere, hoc eſt, ꝙ opus, quod pro indulgentia obtinenda imponitur, ſit vtile, & ordinabile ad finem prædictum, ſ. ad honorem Dei, & exaltationem fidei. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ in conceſſione indulgentiæ non attenditur quantitas operis, ſed genus operis: indulgentia enim principaliter reſpicit gratiam, non meritum: aliàs non diceretur indulgentia. Si enim quis offendiſſet regem, vel principem, ita, ꝙ pp offenſam huiuſmodi mereretur ſecundum legem patriæ manu, vel pede truncari, & vt liberaretur à tali pęna, quam meruit, offerret principi duo, vel tria millia florenorum, talis liberatio remiſſio dici non mereretur, ſed potius redemptio, & quædam commutatio. arg. ff. de contrahē. emptio. l. 1.

Remiſſio differt à redemptione.

Si autem rex condonaret ei pœnam huiuſmodi liberaliter, vel ei pro pœna vitanda, aliquid leue imponeret: tunc talis liberatio remiſſio vocaretur: ergo indulgentiæ eccleſiaſticæ principaliter reſpiciunt gratiā, non meritum: meritum dico proprium, reſpiciunt tamen meritum alienum, ſcilicet meritum Chriſti, immo ſuper illud fundantur, & ex illo ſumuntur.

Indulgētia ſuper Chriſti meritum fundatur.

Paſſio namque Chriſti exceſſiua fuit, vnde & exceſſus vocatur in Luca: vbi dr̄, ꝙ in transfiguratione Chriſti apparuerunt Moyſes, & Helias cum eo, & dicebant exceſſum, quem completurus erat in Hieruſalem: vnica enim gutta ſanguinis tam pretioſi ſuffeciſſet pro redemptione totius mundi. Nam propter coniunctionem humanitatis cum diuinitate, quantulacunque paſſio Chriſti, perpeſſa pro redemptione noſtra, habebat pretium infinitum. Noluit autem Chriſtus, quod exceſſus iſte fruſtra fuiſſet, & quòd de nihilo nobis ſeruiret: ſed voluit, ꝙ eſſet theſaurus eccleſiæ per ſuum vicarium Romanum Pontificem, pro fidelibus loco, & tempore diſpenſandus. diſpenſatur autem cum eis, cum indulgentiæ conceduntur. Nam pp vnionem capitis, & membrorum, meritum capitis attribuitur, & applicatur membris, & quia ſic per alienum meritum, non per proprium meritum liberantur a pœna, ideo quantum ad ipſos talis liberatio dicitur remiſſio, ſeu indulgentia licet quo ad Chriſtum, qui hoc nobis meruit, vocetur redemptio copioſa. vnde in Pſalm. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Nec eſt timendum, ſeu phantaſtice opinandum, ꝙ per talem diſpenſationem theſauri, quæ fit in collatione indulgentiarum, præfatus theſaurus in aliquo minuatur: Nam omnes catholici vtriuſq; ſexus per vniuerſum orbem diſperſi, in hoc anno centeſimo pro hac indulgētia obtinenda venirent ad vrbem, & perfecte præfatā indulgentiam obtinerent, tota omnium indulgentia in minori proportione ſe haberet ad theſaurum, ex quo ſumitur, quām ſit proportio vnius guttæ aquæ ad totū Oceanum, vel vnius grani milij ad montem ſancti Bernardi: quia finiti ad finitum eſt proportio aliqua: finiti vero ad infinitum nulla: propter infinitatem enim ſuam præfatus theſaurus ex diſpenſatione ſua non diminuitur, nec decreſcit. Verſus.

Mille licet ſumant, deerit inde nihil.

Quia ergo indulgentiæ reſpiciunt principaliter gratiam, non meritum proprium: ideo in indulgentijs conferendis non attenditur principaliter quantitas operis. vnde in præſenti indulgentia, Romanis, qui viſitando Apoſtolorum baſilicas ſatis parum laborant, pleniſſima conceditur indulgentia, ſicut eis, qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Hiſpaniarumque finibus accedunt cum magnis laboribus, & expenſis.

Indulgentia tanta conceditur Romanis, quāta venientib. à remotis.

Attenditur ergo in iſtis indulgentijs conferendis principaliter non quantitas operis, ſed genus operis: hoc eſt dictū, ꝙ opus, quod pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, ſit opus tale, quod ordinetur ad finem præfatum in collatione indulgentiarum intentum, qui eſt videlicet honor Dei, & exaltatio fidei, & primatus Eccleſiæ in vrbe exiſtens. Peregrinatio vero ad præfatas beatorum Apo-

ſtolorum baſilicas, ad honorem Dei, & exaltationem fidei, vt plurimum ordinatur: per hoc enim ꝙ ex tali peregrinatione ſancti Apoſtoli honorantur, Deus in ipſis ſe reputat honorari. ipſi enim pro Chriſti honore conſeruando, & dilatando, ſeipſos expoſuerunt ſupplicijs in vita pariter, & in morte: ipſe autem Dominus ſe honorantes honorare decreuit: vnde dicit in 1. lib. Regum 2. c. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ex hac enim peregrinatione fides catholica non modicum exaltatur, eo, quòd ex omnibus Chriſtianitatis finibus fideles confluunt ad ortum fidei, ad baſilicam, videlicet ſancti Petri. Nunc cernit apertiſſime beatus Petrus orationem illam exauditam, quam Chriſtus ad patrem ſuum fudit pro eo, dicens: Ecce rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.

Fides Petri nõ deficiet.

videt enim, ꝙ vndique cateruatim ruunt fideles populi ad ipſius baſilicam, fidẽ catholicam profitentes, vnde fit, videlicet, ꝙ eius fides ſecundum Chriſti rogationem non deficit, ſed magis proficit manifeſtiſſimis incrementis. Olim verum eſſe poterat, ꝙ Bernardus dicit: An non limina Apoſtolorum magis ambitio, quàm deuotio terit? ſed nunc econtrario poteſt dici, ꝙ deuotio, non ambitio limina Apoſtolorum terit, & eorum baſilicas frequẽtat, ſeu frequentare facit. O quantum credendum eſt beatiſſimos Apoſtolos exultare, cernentes ſuas baſilicas à populo Chriſtiano, cum intenſo feruore fidei populoſius, & frequentius, quàm ſolerent, & vrgente deuotione populi accedentium ordine non ſeruato, impetuoſius frequentari, non fuit à diebus antiquis tanta deuotio, nec tantus fidei feruor in populo Chriſtiano, ex quo gaudent non ſoli Apoſtoli, ſed totus etiam cœleſtis exercitus, & confunditur diabolus, & angeli eius. Sic igitur patet veritas, & ſoliditas huiuſmodi indulgentiæ, in quam ſic excellentiſſime confluunt quattuor cauſæ prædictæ: quæ ad hoc, ꝙ indulgentiæ valeant principaliter requiruntur. Quintum, quod poteſt adijci, eſt congruitas ex tempore conceſſa. Eſt enim hæc indulgentia in tempore congruo, videlicet in anno Iubileo. In Leuitico ſiquidem legitur, ꝙ annus quinquageſimus erat Iubileus, in quo ſecundum legis præceptum clangebant tunc tubis, & remittebantur peccata: hic legalis Iubileus typicus erat, & verum Iubileum, qui in aduentu Chriſti ſumpſit initium, figurabat.

Annus Iubileus typicus, verũ Iubileũ figurauit.

Ad hoc enim Chriſtus venit, vt remiſſionem, & indulgẽtiam prædicaret ſpiritualium debitorum, videlicet peccatorum. vnde ipſe per Eſaiam dicit, Eſa. 61. c. Spiritus Domini ſuper me: eo quod vnxerit me: ad Euangelizandum pauperibus miſit me. Et ſequitur, vt prædicarem captiuis indulgentiam. Ecce tuba prædicationis: Ecce indulgentia, ſiue remiſſio debitorum. Et in exordio prædicationis ſuæ ſic orſus eſt: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, in quo verbo, forma, & efficacia præſentis indulgentiæ continetur. hæc enim indulgentia ſolis pœnitentibus, & confeſſis conceditur: & eis regnum cœlorum propinquiſſimum eſſe facit. Et quia Chriſtus in ortu ſuo ſecundum communem curſum humanę naturæ fari non poterat: ideo in Iubileo iſto clangentes præmiſit, vt dicitur in Luca ſecundo cap. Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, &c. Quamdiu enim eſt in peccato aliquis, nõ eſt ei pax cum Deo; quia ſecundum Eſaiam ca. 48. Non eſt pax impijs, dicit Dominus;

Pax non eſt impijs.

remiſſa culpa, remanente pœnæ debito, nondum eſt pax perfecta: ſed vtroque remiſſo pleniſſima pax hominibus habetur cum Deo: quod per iſtam indulgentiam obtinetur. A natiuitate igitur Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua verus Iubileus incepit, quilibet ſequens annus quinquageſimus vocari põt rectiſſime Iubileus. Quod autem ſummus Pontifex non in anno quinquageſimo, ſed in cẽteſimo indulgẽtiam iſtam concederet, (ſicut ego ex ore ipſius audiui) duplex ratio mouit eum.

Annus Iubileus non ſine cauſa fuit cẽteſimo quoque anno.

Primo, quia vulgatum eſt, ꝙ talis indulgentia in annis centeſimis à natiuitate Chriſti olim concedi ſolebat. Et quia, vt dicit commentator; Sermo, qui famatur ab omnibus, non eſt omnino falſus. Et quia iſtud ſic publice famatum erat, & vulgatum, noluit ſummus Pontifex, ꝙ hoc anno centeſimo in tempore ſui regiminis, ſecundum curſum temporis accedente populus Chriſtianus hoc munere fruſtraretur. Alia cauſa fuit, quia ob fauorem indulgentiæ tranſmarinæ, quæ ſimilis huic extitit, hanc indulgentiam, nõ in anno quinquageſimo, quia frequenter euenit, ſed in hoc centeſimo concedere voluit: & deinceps in quolibet anno centeſimo ſecuturo, eo, ꝙ periodus humanæ vitæ annum centeſimum, (niſi in pauciſſimis) non tranſcendit.

Vitæ humanæ periodus centũ annos nõ trãſcẽdit, niſi in pauciſſimis.

Ad hoc etiam adduci poſſunt aliæ congruentiæ, ex quibus ſequentes aſſumo. Prima eſt, quia per iſtam indulgentiam, quæ vere pœnitentibus, & confeſſis conceditur, duplex indulgentia, culpæ, videlicet, & pœnæ habetur: & ideo congrue non in quinquageſimo, qui ſimplicem remiſſionem denotat, ſed in centeſimo conceditur, qui duplicem continet Iubilæum. Secunda congruentia eſt, quia ſecundum Bedam, & Hieronymum numerus centeſimus tranſit à leua ad dexteram, ſicut etiam dicit glo. ſuper illud de parabola ſeminis: Aliud cecidit in terram bonam, & attulit fructum: aliud quidem triceſimum ⁊, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc ſæculo purgatus à culpa, ſed non liberatus à pœna, non tranſit à leua ad dexteram, ſed à pœna præſenti tranſit ad pœnam purgatorij, ſed quando migrat liberatus à culpa, & pœna, tranſit à leua ad dexteram. Et quia pręſens indulgentia ſic diſponit hominem, vt ſi pœna adempta decedat, tranſeat abſque medio à leua præſentis aduerſitatis ad dexteram æternæ fęlicitatis: & idcirco in anno centeſimo congrue conceditur; qui quidem centeſimus eſt numerus tranſiens à leua ad dexteram, ſicut dixi. Tertia, quoniam ille Iubilæus, de quo agitur Leuit. 25. redire faciebat temporalia, ſed iſte ſpiritualia: & ideo non eſt mirum ſi duplicetur tempus.

Numerus cẽtenarius eſt perfectus.

Quarta, hæc indulgentia pleniſſima per numerum magis pfectum, vt eſt centenarius, debuit deſignari: pro tanto, quia vſque ad ipſum fit aſcenſus per continuam adiectionẽ vnitatis, ac pręcedẽtem numerum: & vltra ipſum tali modo non proceditur, ſed fit regreſſus ad principiũ numeri. ſ. ad vnitatem ⁊. Et vlterius tali modo, vſque ad alium centenarium fit proceſſus, quod non eſt in aliquo alio numero. Quinta, quadrageſima eſt numerus abundans, reddens in ſua abundãtia quinquageſimam.

Quadrageſima ẽ duplex.

Et eſt duplex quadrageſima: vna deletiua mali, vt vulgaris: alia operatiua boni, vt illa, quæ eſt inter Paſcha, & ⁊ aſcenſionem Domini: & per has duas quadrageſimas homo habens gratiã in duabus quinquageſimis abundat. Et per hanc in centeſimo abundanter in gloria creſcit. Et dic argu. ꝙ iſte textus non dat liberationem puram, ſed ſub conditione: & quando aliquid eſt conceſſum ſub conditione, non reſpicit tempus ipſius conceſſionis, ſed conditionis exiſtentis. ff. de condi. & demonſtr. l. cum qui. & ibi no. ff. de leg. 2. l. non oportet. & ideo in hac conceſſione reſpiciam nõ tempus conceſſionis ipſius, ſed cõditionis exiſtẽtis. Et ꝙ hic ſit cõditio, liquet ſic: quia hæc dictio, qui, iuncta cum verbo futuri temporis, conditionem importat. ff. de leg. 1. Stichum. ff. de auro, & arg. leg. Quintus. Et tũc ad arg. hic non conſequitur quis indulgentiam ex operibus mortuis, vt cõcludit arg. ſed ex exiſtentia conditionis, vt eſt oſtenſum. vnde cõſiderato opere, quod eſt virtuoſum de genere, & ab agente fit pia, & recta intẽtione ſecũdum dictamen rectæ rationis, quo ad bonum homo naturaliter inclinatur; tale opus poteſt dici aliquo modo viuũ, & meritoriũ, licet non perfecte, ſaltem merito congrui, licet non merito condigni. Et pro tali opere dari poteſt indulgentia, cum fuerit diſpoſitus per pœnitentiam ſubſequẽtem. Sed ponamus, ꝙ Papa alicui exiſtenti in gratia concedat indulgentiam ſine cauſa rationabili non facienti opus bonum, pro quo eſt indulgentia merito concedenda, quæritur, verum valeat?

Indulgentia alicui conceſſa ſine cauſa an valeat.

Videtur, ꝙ ſic: quia Papa habet plenitudinem poteſtatis, nec habet ſuperiorem, quem ſequi debeat, & a quo debeat regulari: ergo ſi det ſibi indulgentiam, tenet: & valet ei, cui datur, quia capax eſt; ſed Papa qui omnia, &

præcipue

præcipue maiora agere debet cum diſcretione, & ſecundum iudicium rectæ rationis, peccat in ſic concedendo. Sed dicendum, quòd licet Papa habeat plenitudinem poteſtatis, quantum ad omnia bona eccleſiaſtica, temporalia, & ſpiritualia, non habet tamen illam, vt dominus, ſed vt miniſter, & diſpenſator domini principalis: vnde licet non habeat ſuperiorem in terris, eum tamen habet in cœlis. Et ideo diſpenſatio talium bonorum ab eo non debet fieri, niſi in illis caſibus, in quibus veriſimiliter apparet, quòd dominus, cuius ſunt huiuſmodi bona, conſenſum adhiberet, vt poteſtas ſuper ratione reſtringatur. 11.q.3. illa. Conſtat autem, quòd Deo nõ placet, quòd tanta bona ſua ſine cauſa rationabili concedantur: & ideo talis conceſſio non valet. Quamuis ergo ille, qui eſt verus dominus alicuius rei, ſi illam det alicui ſine cauſa rationabili, poteſt tenere talis donatio, quia fit de conſenſu domini: non meretur tamen donans, nec agit fructuoſe, ſed potius peccat; quia cum quilibet ea, quę agit, teneatur agere ſecundum iudicium rectæ rationis: & qui ſic agit, fructuoſe agit, & meretur, oportet, quòd quicunque agit contra iudicium rectæ rationis, peccet. Item quæritur, quidam in bono ſtatu fecit partem iſtorum dierum: & ante completionem labitur in mortale peccatum: & tandem illis diebus completis ante annum confitetur, an habeat indulgẽtiam? Dic, quòd non, quia dicta verba reſpiciunt peccata commiſſa, non committenda. Nam indulgentia iſta completa dat remiſſionem pęnę, ſi adſit vera confeſſio, & pœnitentia intra hunc annum, quibus remittitur culpa effectiue per ſolum Deum, ſacramentaliter per ſacramentum pœnitentiæ: & miniſterialiter per miniſterium debitum Eccleſiæ, & indultum non reſpicit futuras pœnas, ſed præteritas. arg. extra de conſuetu. c. ex parte. Item hæc tota indulgentia per xv. dies facta commutat pœnas omnium peccatorum, aliàs debitas in hũc laborem: & ſic hæc indulgentia non reſpicit culpas commiſſas poſt iter peregrinationis arreptum, ſed ante. Secus dicerem in tali caſu: Confiteor in ſpeciali quæcunque ſcio, & in generali de alijs: dolens ſuper eo, quòd alia, quæ commiſi neſcio reminiſci. tandem ſum memor vnius peccati grauis: iſte, (vt habetur 4. ſententiarum) de iſto peccato poteſt habere purgationem poſt mortem, quod non eſſet, ſi non eſſet vere confeſſus; & ſic vera confeſſio hoc caſu tollit pœnam. Nec obſtat, quòd ſciens, & memorans de peccato illud tenetur confiteri: ergo non eſt plene confeſſus. Dic, quòd peccatum eſt remiſſum: ſed fit iterato confeſſio ſpecialis, ne videatur contemptus: nam poſtquam ſcit, nec confitetur: ex ſuo contemptu nouo ligatur. extra de ſen. excom. per tuas. §. nos igitur. vnde ſicut vere contritus habet remiſſionem culpæ, habens propoſitum confitendi poſtea: & ſi non confitetur cum poteſt, peccat; ſic confitens in genere de neglectis, & poſtmodum reminiſcens, tenetur ad confeſſionem: primo tamen erat remiſſio culpæ: & per conſequens pęnæ per hãc indulgentiam. Item quæro: Aliquis fuit vere pœnitens, & confeſſus ante iſtam indulgentiam, & multa fuerunt ſibi iniuncta, (nec loquor de iniunctis tangẽtibus partem, vt in furto: quia hoc hac indulgentia non remittetur. Nã licet Deus per veram contritionem, & confeſſionem dimittat peccatum: damnum tñ, vel iniuriam, illatum, ſeu illatam homini non dimittit. Sic enim Deus, & quilibet alius gratiam debet facere, vt ius alterius non abſorbeat. arg. C. de emanci. lib. nec auus. ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. ſi quis à principe,) nunquid iſta iniuncta tollentur per iſtã indulgentiam? Et vi. quòd ſic: Ponamus, quòd iſte non fuiſſet confeſſus ante iſtam indulgentiam: conſtat, quòd per iſtam indulgentiam omnia fuiſſent ablata: & conſtat, quòd iſte tantum expectando fuit fatuus, ſed in alio caſu confitendo fuit ſapiens: & fatuus non debet eſſe melioris conditionis, q̃ peritus. ff. quod vi, aut clam l. ſeruus. extra lib. 6. de præb. cum qui. Cum igitur ſecundo caſu pœna tollat, multo magis, & primo. Item hic remanet pœna pro peccato: ergo illa tollitur per indulgentiam, quæ eſt pleniſſima, vt hic dicit: quæ pleniſſima non poteſt dici, quo ad cordis contritionem, nec oris confeſſionem, quę hic ſupponuntur: ergo erit pleniſſima, quo ad ſatisfactionem. Item in particularibus indulgentijs fit in tanto: ergo in plena, vt eſt hic, fiet remiſſio in toto. arg. ff. de rei vend. l. quæ de tota. Sed contra: ſpecialis obligatio per generalem abſolutionem non tollitur, cum ligatio, & ſolutio ſibi inuicem reſpondere debeant. extra de pœniten. & remiſſ. c. 1. ergo iſte confeſſus ſpecialiter ſe ligens, non ſoluetur eius obligatio per ſolutionem generalem non facientem mentionem de ſpeciali obligatione. extra 6. li. de conſt. c. 1. extra de deci. c. ex multiplici. ff. de verbo. obliga. l. doli clauſula. ff. de pœnis. l. ſanctio. & eſt ratio. ex quo enim iſte confitens ſpecialiter ſibi prouidet: generalis prouiſio prouidet, & ſpeciali prouiſo non prouidetur. C. de pact. conuen. tam ſuper dote, quàm dona. propter nup. l. vlt. ¶Vnde Papa hoc hic non exprimens pœnitentiam iam iniunctam, & acceptam non ſuſtulit. nec dico quin Papa remittere potuerit: ſed non ſuſtulit, quod non expreſſit. Item vt apparet ex hoc textu, qui ſunt, vel qui erunt intra centeſimum annum vere pœnitentes, & confeſſi, habent hanc indulgentiam, facientes, quod infra ſequitur: & ſic non clauduntur confeſſi ante hanc indulgentiam, aliàs bene fuit diſpẽſatum. Item dato, quòd non eſſent verba illa: omnibus in pſenti anno &c. adhuc idem vr, quòd verbum, vere pœnitentes, & cõfeſſi, non importat, qui fuerant, ſed qui ſunt dumtaxat: niſi forte ex admiſſo, [1] vt in hoc ſophiſmate, album fuit diſputandum, diſputẽt artiſtæ. Sed ad hoc vltimum põt reſponderi, iſta non habere locum, vbi adiectiuum nõ reſpicit certum tempus, vt cum dr homo albus. Nam inter adiectiuum tale, & ſubſtantiuum intelligitur, qui eſt, ſm Priſcianum. ſed ſecus in adiectiuo tempus diſcernente, vt in verbo confeſſus: quod eſt præteriti temporis, & actus in eo deſignatus eſt præteritus: ſed terminus adhuc põt eſſe præſens, vel iam præteritus. Et ideo in ſuppletione præteriti, deponentis, vel paſſiui, ponitur, qui eſt, ¶vel qui fuit. vnde ſi fui confeſſus ante hanc indulgentiam, ſi remanſi in gratia, eſt veritas, quòd ſum confeſſus, ideſt remaneo in illa vera contritione, & dato, quòd labar in peccatum, & poſtea vere confitear, adhuc illa confeſſio prima vere remanet, & operã prima reuiuiſcunt. Item datur particularis indulgentia vere pœnitentibus & confeſſis, pone vnius anni: ſi non daretur niſi illis, qui ſunt actu in confitendo, ridiculum eſſet: ergo extendetur ad illos, qui confeſſi ſunt. Et Papa declarauit conſiſtorialiter, quòd pœnitentiæ antea iniunctæ etiam tolluntur per commutationem operis ſatisfactorij hic poſiti. Dixit etiam, quòd vota (excepto Hieroſolymitano, & ingreſſu religionis) tolluntur per hanc indulgentiam. Et ego dixi hoc verum de votis, quæ eſſent propter commutationem pœnitentiæ, vel eſſent impoſita in ſatisfactionem peccatorum. Secus videbatur de votis hoc non reſpicientibus: verbi gratia. Aliquis exiſtens in periculo maris, vouit ire ad ſanctum Iacobum, vel exiſtens infirmus: vnde tale votum cum non ſit propter pœnam peccati, quam tollit hæc indulgentia, qualiter tollitur per hanc indulgentiam ſatisfactoriam de pœnis peccatorũ? Reſpondit tamen mihi Papa, quòd etiam vult hoc votum tolli per hanc indulgentiam: quòd poteſt Papa, licet verba indulgentiæ hoc non patiantur: & eſt ſecus, quando peccatum, vel votum tangit tertium: quia hoc non tollitur per hanc indulgentiam, ſed quando proponitur ſancto, hoc eſt ordinatũ in Deum: vnde tale votum per hanc indulgentiam tollitur. Declarauit etiam, quòd ſui pœnitentiarij nihil debent iniungere vltra iniunctionem hic poſitam: alias, (vt dicebat) indulgentia fruſtraretur: niſi confitens volens facere opera ſupererogationis, voluntarie pęnitentiam ſatisfactoriam aliam ab hac taxata recipere: niſi ad alium finem iniũgeretur: verbi gratia, Pœnitẽtia nedum eſt ad remiſſionem pœnarum pro commiſſis, & omiſſis debitarum, ſed & ad cautelã futurorum: & quo ad illud forſan põt pnia iniungi. Item quæro, monachus ab abbate humiliter requirit, vt veniat licentiatus ab abbate pro dicta indulgentia acquirenda. Quæritur an abbas iuſte poſſit hanc licentiam ſibi concedere? Et vi, quòd ſic; nam monachus pro vtilitate monaſterij re-

cedere

Indulgentia anni Iubilei p culpam ſequentẽ impeditur.

Pęnitẽtia pro peccatis iniũcta ante indulgentiam per illam an tollatur.

Stultus non dẽt eſſe melioris condĩonis, q̃ ſapiẽs.

[1] Al. adiunctio.

Vota an tollãtur per indulgentiã anni Iubilei.

Monach9 an poſſit ab abbate licentiari, vt eat ad annum Iubelei.

cedere poteſt abbate imperante. ext. de poſt. cap. ex parte. 16. q. 1. monachi. 2. Contra vouens votum peregrinationis celeberrimę, & tandem religionem intrans, non videtur fractor voti: quia illud in melius cõmutat. ext. de vo. & vo. red. ſcripturæ. ext. de iureiur. peruenit. 2. ergo meliꝰ eſt vouere religioné, & proſequi, quã proſequi dictam indulgentiam: ergo cũ abbas de meliori debet proſpicere monacho ſuo, dictam licentiam propter maius bonũ admittendum concedere non debet. Reſpondeo, ꝙ poteſt, vt cõcludit prima ratio. & eo efficacius recipit indulgẽtiam, quo magis eſt diſpoſitꝰ interius p virtuoſa exercitia religionis. Ad argu. in oppoſitum dicendum eſt, ꝙ actus peregrinandi compatitur ſecum omnia illa, quæ ſunt eſſentialia religionis: & ideo cum vtrunque religio, & peregrinatio ſit quid bonum, neceſſe eſt, ꝙ ambo ſimul ſint maius bonum, quam alterum tantum: ſcilicet obſeruantia religionis tantum: quia omne totum eſt maius ſua parte: & ideo ambo ſimul tamquam maius bonum, magis diſponunt ad gratiam ſuſcipiendam, & bonum indulgentiarum. Ratio autem in oppoſitum procedit, ac ſi obſeruantia religionis, & peregrinationis eſſent inuicem incompatibiles: quod non eſt verũ. & facit 10. q. 4. monachum. §. fin. Sed contra, monachatus omnem maculam abſtergit: Authen. de mo. in prin. colla. 1. & abſterſum facit creſcere in opera virtuoſa: ſed per indulgentiam prædictam non habetur niſi primũ: ergo monachatus melior. Sol. cũ per tramites cões proceditur, bene arguis: ſed in hac indulgentia proceditur per ſemitã compendij, vt eſt præmiſſum. Sed quæro, aliquis vere pœnitens, & confeſſus inchoauerat huiuſmodi indulgentiam, & firmiter proponebat eam perficere: ſed infirmitate ſuperueniente mortuus eſt. nũquid debet huiuſmodi indulgentia gaudere, ac ſi eam perfeciſſet? Videtur, ꝙ non: quia hæc conceſſio non eſt pura, ſed conditionalis, vt ſuperius eſt probatum in glo. ſuper ver. confitebuntur. quæ conditio videtur defeciſſe, vt arg. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi. Contra vr̃ fauore indulgentiæ, quę animam liberat a pœna: ſicut ſeruus cui legata eſt libertas, ſi per certum tempus ſeruierit, libertatem conſequitur: licet per aduerſam fortunam fuerit impeditus ſeruire. ff. de ſtatu lib. cum hæres. §. Stichus. 1. C. de con. inſer. l. fin. Dic, aut infirmus viuit vſq; ad tempus, qđ peregrinari debuit, & ſic vr̃ liberatus, vt dicto §. Stichus. aut non, & tũc non eſt liberatus. Et eſt ratio: quia conceſſio indulgentiarum nedum eſt ſub conditione, (vt eſt dictum,) cõcepta, ſed in diem. vnde oportet vtrunq; ſubeſſe: quia per infirmitatem non debet plus conſequi, quam ſi in veritate dictam indulgentiam perfeciſſet, vt dicta l. cum hæres. §. ſeruire. & §. Stichus. & eo. tit. l. ſi hæreditas. 1. reſpon. ff. de verbo. oblig. l. in illa ſtipulatione. & l. inſulam. ext. de elec. 6. lib. commiſſa. 1. reſponſo. Quicquid ſit de iure, Papa declarauit, quod illi, qui incęperunt venire, licet non peruenerint: morte, vel alio legitimo impedimento detenti, vel ſi venerint, nec compleuerint, habeant hanc indulgentiam. Item quęro cur ſufficit hoc caſu confiteri etiam in ijs, quæ ſedi Apoſtolicæ, vel epiſcopis reſeruantur? Et vr̃, ꝙ ſimplici ſacerdoti: quia longe maiorem iniunctionem ſimplex ſacerdos poteſt facere, quam ſit pœna contenta. Contra dic, quia confitens eget diſcreto confeſſore, nedum propter pœnitentiam ſibi iniungendam, vt arguis: ſed etiã ꝑ confitentis directionem, quę melius fiet per maiorem, quam per minoré. Nã ſicut in foro iudicij

Indulgentia plenaria, an cõcedatur illi, qui peregrinationem requiſitã morte præuentus implere non potuit.

Reſponſio vera ad quęſtionem.

Cõfeſſor diſcretꝰ eſt valde vtilis.

bet centeſimo ſecuturo annis, non ſolũ plenam, & largiorem, immo pleniſſimam [a] omniũ ſuorum cõcedemus, & cócedimus veniam [b] peccatorũ: [c] Statuentes, [d] vt qui voluerint huiuſmodi indulgentię à nobis conceſſæ fieri participes: ſi fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis, [e] ſeu interpolatis, [f] & ſaltem ſemel in die. [g] Si vero peregrini [h] fuerint, aut foréſes, [i] ſimili [k] modo diebus xv. ad baſilicas eaſdem accedant. Vnuſquiſque tamen plus merebitur, & indulgẽtiam efficacius cõſequetur, [l] qui baſilicas ipſas amplius, & deuotius fre-

maiores cauſæ requirunt maiores iudices: ext. de appel. vt debitus. in fi. ext. de baptiſ. maiores in princip. ſic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirunt. nec eſt veriſimile, quod Papa vno verbo gradus confitentium voluerit abſorbere. ext. de electio. eccleſia veſtra. 2. §. denique. C. de inoffic. teſta. l. ſi quando. in princ. Eſt enim ordo eccleſiaſticus iſte: qa eſt ſummus ſacerdos, vt Papa, & magnus ſacerdos, vt epiſcopꝰ. & eſt ſacerdos, vt curatus. & iſti in republica clericorum fundant intẽtionem ſuã de iure cõmuni. ſummus ſacerdos in omnibus: magnus ſacerdos, & ſacerdos i ſuis territorijs. 21. diſt. in nouo. extra de proba. cum cauſam. ext. de paro. & alie. parochia. cap. ſignificauit. & c. ſuper eo. Nec proſequor quid cuiq; iſtorum competat, & de hoc not. c. ſuper cathedram. edito poſt publicationem Sexti lib. Nec dico confitendum diſcretiori ex præcepto, ſeu neceſſitate, ſed ex conſilio, ſeu congruitate.

a ¶ Pleniſſimam.] ſed quomodo iſta ſe compatiuntur plenam, largiorem, & pleniſſimam? Dico Papam interpretatum fuiſſe in conſiſtorio me præſente hanc indulgentiam adeo plenam, prout clauium poteſtas ſe extendit, quod intelligo, prout verba patiuntur.

b ¶ Veniam.] quot modis dicitur venia, not. ext. lib. 6. de reg. iur. peccati.

c ¶ Peccatorum.] ideſt, pœnarum pro peccatis debitarũm, vt ſ. eo. c. 1. reſpon.

d ¶ Statuentes.] cõceſſit. ſ. eo. §. proxi. nunc ſtatuit, qui, & quando erunt participes huiuſmodi indulgentiæ.

e ¶ Continuis.] vt quia ſucceſſiue triginta dies cõplent ſine interruptione. vnde continuum eſt vicinum ſine interpoſitione: quia ſimul teneatur.

f ¶ Interpolatis.] per vnum, l, ab inter, & polus: vnde interpolare eſt obſcurare, & interrumpere, vt hic, vbi quis quia fuit prima feria, & interpolate iuit, ideſt, interrupit: quia ſecunda feria non iuit, ſed tertia.

Interpolo qd ſit.

g ¶ Et ſaltem ſemel in die.] hæc verba Papa in conſiſtorio ſic eſt interpretatus cum præcedentibus: vt continuatio, ſeu interpolatio etiam proſit, ſi ſit ſemel facta in die in vna dictarum baſilicarum, verbi gratia, Semel in die vado ad vtramq; baſilicam, & ſic eſt continuatio quo ad illam diem, ſiue ſit continuatio, ſiue interpolatio quo ad dies præcedentes. poſſet etiam eſſe interpolatio, vt ſemel in die vadam ad ſanctum Petrum dumtaxat, & alia die cõtinue, ſeu interpolate ad ſanctum Paulum dumtaxat, & tunc iſtę duę itinerationes erunt pro vna die.

h ¶ Peregrini.] de quibus habetur ext. de peregrin. cap. vno. & ext. de cleri. peregri. per totum.

i ¶ Forenſes.] ideſt, qui venientes de foris non venerunt cauſa peregrinationis, videntes tamen hanc indulgentiã conſequuntur eandem. Quid de curialibus exiſtentibus in curia Papali? Rñdet Sixtus Papa, illos facere debere xxx. dies. Et eſt ratio, quia iſti, nec vere peregrinantur, nec vere ſunt forẽſes, ſed vt moraturi in curia accedunt, vt Cardinales, officiales curiæ, aduocati, procuratores, & in curia manentes, qui terminum ſui receſſus ignorant, cum legem Papæ imponere nequeant, vt cauſæ eorum finem accipiant. ext. de appel. ex inſinuatione.

Curiales cũ non ſint peregrinantes, an poſſint indulgentias mereri.

k ¶ Simili.] ſcilicet diebus continuis, ſeu interpolatis, & ſaltem ſemel in die, vnde ſimilis modus eſt vtrobiq;, licet terminus ex vna parte ſit rectior.

l ¶ Conſequetur.] alias aſſequetur. Sed quomodo hoc põt eſſe, cũ illi habeant pleniſſimã indulgentiã. ſ. eo. §. vt aũt. in fi.

quentabit. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtræ [a] confirmationis, approbationis, innouationis conceſſionis, [b] & conſtitutionis [c] infringere, [d] &c. Datum Romę apud ſanctum Petrum viij. Calen. Martij, Pontific. noſtri anno ſexto.

¶ Clemēs ſextus archiepiſcopo Tarracoñ. eiuſque ſuffraganeis.

¶ *Annus Iubileus, ſiue plenaria remiſſio, quæ olim dabatur quolibet centeſimo anno omnibus vere pœnitētibus, & confeſſis viſitantibus baſilicas beatorum Petri, & Pauli, per iſtam extrauagantem ad annum quinquageſimum reducitur.*

CAP. II.

Vnigenitus Dei fili[us] de ſinu patris in vterum dignatus eſt deſcendere matris, in qua, & ex qua noſtræ mortalitatis ſubſtantiam diuinitati ſuę, in ſuppoſiti vnitate, ineffabili vnione cōiunxit, id quod fuit permanēs, & quod nō erat aſſumēs: vt haberet vnde hominē lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo patri. Vbi enim venit plenitudo tēporis, † miſit Deus filiū ſuū factū ſub lege, natū ex muliere, vt eos, qui ſub lege erāt redimeret, vt adoptionē reciperēt filiorū. Ipſe namq; factus † nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redēptio, nō per ſanguinē hircorū, aut vitulorū, ſed per propriū † ſanguinē introiuit ſemel ī ſancta, æterna redemptione inuenta. Non enim † corruptibilibus auro, & argento, ſed ſuiipſius agni incontaminati, & immaculati pretioſo ſanguine nos redemit: quē in ara crucis innocēs immolatus, non guttā ſanguinis modicā, quę tamen propter vnionē ad verbum pro redemptione totius humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſe velut quoddā profluuium noſcitur effudiſſe: ita vt à planta † pedis vſque ad verticem capitis, nulla ſanitas inueniretur in ipſo. Quantū ergo exinde, vt nec ſuperuacua, inanis, aut ſuperflua...,

† Ad Gala. 4.
† 1. Cor. 1.
† Ad Heb. 9.
† 1. Pet. 1.
† Eſa. c. 1.

Indulgentia, an poſſit obtineri maior per vnū, quā per alium.

In fi. cū ſuperlatiuus dicat qualitatem intenſam in termino, vltra quē nō cōtingit progredi, & cōparatiuus eandem qualitatē dicat extenſam, tñ circa terminū, & poſitiuus eandē ſignificat abſolute. Sol. ingredi aulam gloriæ recipit plus, & minus. Nā ſi quis eſt in gratia per veram confeſſionē, & veram pęnitentiā, & eſt ſine obligatione ad pęnā, ꝑ hāc indulgentiā eo ſic mortuo ſtatim euolat, & ſic habet ſtatim pleniſſimā indulgentiā quantū ad ingreſſum domus cœleſtis. verū ſi iſte idem cum prędictis ſe ornaſſet, credo deuotius, & efficacius tunc ingrederetur domū regni cęleſtis melius intenſiue, quia vt habetur in Ioan. In domo patris mei māſiones multæ ſunt. vnde dicit gl. illic, patris, diſpoſiti ꝑ dignitate meriti. vnde dic, ꝙ cōſequi efficacius pōt referri ad fructū, quem quis ex indulgentia cōſequit̃, ſic videlicet, ꝙ maioris pęnę remiſſionem obtineat. Et ſic verba prędicta non poſſunt hīc veritatē, qa ſuperlatiuus gradus, q per ſuperabundantiā dī, oīum graduū cōſummationē includit. Itē iſta indulgentia per quā fit totalis culpæ remiſſio, & totius pœnæ, in quadā priuatione, ſeu negatione conſiſtit, ī priuatiōe aūt, & negatione non inuenit̃ magis, & min[us]. Vnde quia ingredi in regnū cœlorū inquantū includit adeptionē gloriæ, eſt quid poſitiuū, & in quo inuenitur magis, & min[us], pōt dici, ꝙ aliquis efficacius, & perfectius pōt ingredi regnū cęlorū. Item hoc aduerbiū, efficacius, pōt referri ad mediū, per qđ aliquis meretur illud, ꝑꝑ quod huiuſmodi indulgentiam conſequatur, qđ eſt opus operatum, & deuotio operantis, ſic videlicet intelligendo, ꝙ agens ad hoc, q. indulgentiæ fructū determinatum inde conſequatur efficacius, agit ad hoc, ꝙ illum valeat obtinere, quia ſi ageret pauciora opera, & cū minori deuotione, nihilominus verum fructū indulgentiæ conſequeretur. Cum autem plura opera, & ex maiori deuotione facta, quantum eſt de ſe, ſint efficaciora ad aliquid promerendum, quanto aliquis deuotius, & frequētius agit opus dictæ peregrinationis, tanto efficacius fructū dictæ peregrinationis conſequitur.

anno M.ccc. qui incipit à Natiuitate Dñi, ſm vſum Eccleſiæ Romanæ, Papa fecit indulgentiā plenam ter in anno: primo die Iouis ſancta his, qui principaliter venerant ꝑꝑ hanc indulgentiā, & ſi non fuiſſent ad baſilicas dictorum Apoſtolorū, niſi ſemel. Et die dedicationis baſilicarū dictorū Apoſtolorū, quę eſt die octaua poſt feſtū beati Martini hyemalis. Et die Natiuitatis ſequentis. Io. Mon. Cardin.

ADDITIO. Adde quędā notanda in ſimili indulgētia plenaria cōceſſa crucē aſſumentibus § infideles: examinata ꝑ Io. And. in nouella, in c. ad liberandam. de Iudæis. Adde etiā quędā pulchra deciſa ad propoſitū per Hoſt. in ſum. de remiſſionib. poſt ti tulū, de pęniten. in §. quib[us] proſint. & in §. ad quid valent, & in quātū. & alijs §§. ſeq. Adde ēt nōnulla pulchra in ſimili ꝑ Card. Flor. in clem. ſi dñm. de reli. & vene. ſan. in fi. Et an verba, tertia, vel quarta pars pœnitentię, quæ ponuntur in cle. 1. de pęnit. & remiſ. ponantur exemplificatiue tantū? vide Old. in conſi. 10. quod incipit: Factū tale eſt, dñs Clemēs, &c. ī vlt. dic. dicti cōſilij. Et adde, ꝙ dñs Clemens vj. de anno M.cccl. reducit Iubileū ad annum quinquageſimum in perpetuū, per bullam ſuā, & decretalē, q incipit: Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiā eccleſiā viſitandam, videlicet ſancti Ioannis Lateranenſis, vbi etiā inter alia declarauit, ꝙ accedētes ad indulgētiā huiuſmodi, poſt iter arreptū impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum præfixato numero nō completo in vrbe deceſſerint, eandem indulgentiā conſequantur: & inſuper nihilominus omnes, & ſingulas indulgentias, tam per eum, quam per prędeceſſores ſuos Romanos Pontifices tam præfatis tribus eccleſijs, quam alijs de dicta vrbe conceſſas confirmauit, & innouauit Pontificatus ſui anno 1. in Auinioñ. Quomodo deinde Martinus v. magis abbreuiauerit. Et Paulus ij. etiam reduxit ad viceſimumquintum. Et deinde Sixtus iiij. confirmauit cum reuocatione omnium aliarum plenariarum indulgētiarum: & plura alia examinaui ſuper gloſſis, quas feci ad dictam decre. vnigenitus, ſcilicet Clementis vj. Et ibi poteris videre. vide etiā aliqua per Iac. de Zochis, & in repetitione capituli, omnis, vtriuſq; ſexus. de pœnit. & remiſ. in vlt. parte. 1. Ioan. Franc.

a ¶ Noſtrę cōfirmationis] approbarę ſ. eo. §. nos igitur.
b ¶ Conceſſionis.] ſ. eo. §. vt autem.
c ¶ Conſtitutioni.] ſ. eo §. ſtatuentes.
d ¶ Infringere.] vel ei auſu temerario contraire. Et hoc

tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſiuit, volens ſuis theſaurizare filijs pius pater, vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti. Quem quidem theſaurum non in ſudario †repoſitū, non in agro †abſconditum, ſed per beatum Petrum cœli clauigerum, eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris vicarios cōmiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & proprijs, & rationabilibus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quàm ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent) vere pœnitentibus, & confeſſis miſericorditer applicandum. Ad cuius quidē theſauri cumulum, beatæ Dei genitricis, oīum electorum à primo iuſto, vſq; ad vltimū merita adminiculum pręſtare noſcūtur: de cuius conſumptione, ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti, (vt prædictum eſt) merita, quàm pro eo, quòd quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iuſtitiam, tanto magis accreſcit ipſorum cumulus meritorū. Quod felicis recordationis Bonifacius Papa viij. prædeceſſor noſter pie (ſicut indubie credimus) conſiderans, & attenta meditatione reuoluens, quātum apud homines glorioſi principes terræ Petrus, & Paulus (per quos Euangelium Chriſti Romæ reſplenduit, & per quos Eccleſia religionis ſumpſit exordium, qui facti Chriſtiani populi per Euāgelium genitores, gregis Dominici paſtores, fidei lucernæ, Eccleſiarum columnæ, prę cæteris Apoſtolis peculiari quadam prærogatiua in ipſo Saluatore fidei virtute præcellunt: Quorum vni, ſcilicet Apoſtolorum principi, ſicut bono diſpenſatori, claues regni cœlorum cōmiſit: Alteri tāquam idoneo doctori, magiſterium Eccleſiaſticæ eruditionis iniunxit) in ſpeciali veneratione haberi debeāt, & debita honorificētia venerari, pro ipſorum memoria recolenda crebrius, & reuerentia à cunctis Chriſti fidelibus eis deuotius adhibēda, ipſorumque patrocinio fauorabilius aſſequendo, inconſumptibilem theſaurum huiuſmodi pro excitāda, & remunerāda deuotione fidelium voluit aperire, decernens de fratrū ſuorū conſilio, ut omnes, qui in anno à Natiuitate Domini

† Lucæ 19.
† Matth. 13.

Theſaurus eccleſiæ ex ſanctorum meritis adiuuat: nec conſumi poteſt.

Petri, & Pauli laudes.

Mccc. & quolibet anno cēteſimo extūc ſecuturo, ad dictorum Apoſtolorū baſilicas de vrbe accederent reuerenter, ipſaſque ſi Romani, ad minus xxx. ſi vero peregrini, aut forenſes fuerint, xv. diebus continuis, vel interpollatis, ſaltem ſemel in die: dūtamen vere pęnitentes, & confeſſi exiſterēt, perſonaliter viſitarent: ſuorū omniū obtinerent pleniſſimam veniam peccatorum. ¶Nos autem attendentes, ꝙ annus quinquageſimus in lege Moſaica, †(quam non venit Dn̄s ſoluere, ſed ſpiritualiter adimplere) Iubileus remiſſionis, & gaudij, ſacerq; dierum numerus, quo lege fit remiſſio, cenſebatur: quodq; ipſe quinquagenarius numerus in teſtamētis, veteri quidem ex legis datione, nouo ex uiſibili Spiritus ſancti in diſcipulos miſſione, per quem datur peccatorum remiſſio, ſingulariter honoratur. Quodq; huic pluria, & grādia diuinarū adaptātur myſteria ſcripturarum, & clamorē peculiaris populi noſtri Romani, videlicet hoc humiliter ſupplicantis, ac nos ad inſtar Moyſis, & Aarō ꝑ proprios, & ſolemnes nuntios ad hoc deſtinatos ſpecialiter orantis pro toto Chriſtiano populo, & dicētis: Dn̄e aperi eis theſaurū tuum, fontem aquę uiuę, deſiderantes benignius exaudire, non quidem, vt ſicut illius Iſraelitici populi indurati ceſſet murmuratio, ſed vt iſtius prędilecti populi, & cūctorum fidelium augeatur deuotio, fides ſplēdeat, ſpes vigeat, charitas vehementius incaleſcat: Volenteſq; quamplurimos huiuſmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum reſpectu ꝓpter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum cēteſimum peruenire, de fratrum noſtrorum conſilio prædictam conceſſionem indulgentiæ ex ſupraſcriptis, & alijs iuſtis cauſis, ad annū quinquageſimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum conſilio prædictorum, & Apoſtolicę plenitudine poteſtatis, vt vniuerſi fideles, qui uere pœnitentes, & confeſſi in anno à Natiuitate eiuſdem Mccc. quinquageſimo, proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prędictas eorundem Petri, & Pauli Apoſtolorum baſilicas, & Lateran̄. eccleſiam (quā inclytæ recordationis Conſtantinus, poſtquam per beatum Silueſtrum, ſicut per eoſdem Apoſtolos Deo reuelante cogno-

uit,

† Leuit. 25. c. vbi pleniſſime de anno quinquageſimo, ſiue, Iubileo.

Vita hominum eſt breuis.

† Conſtantinus per B. Silueſtrum baptizatus eccleſiā Lateran. conſtruxit, vide Niceph. Caliſtum li. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticę, c. 49.

uit, renatus fonte baptiſmatis fuerat, & à contagio lepræ mundatus, in honorē Saluatoris conſtruxiſſe, quamq; idem B. Silueſter nouo ſanctificationis, & chriſmationis genere dedicaſſe legitur, & in cuius eccleſiæ parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano viſibiliter apparuit deuotius venerãda, quam ex his, & alijs certis, & rationabilibus cauſis, vt ipſa eccleſia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apoſtolis mirabilis prædicatur, eorum meritis, & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatē, in hoc cenſuimus venerandam,) cauſa deuotionis modo prædicto viſitauerint, pleniſſimam omnium peccatorũ ſuorum veniam cõſequantur: ita videlicet, vt quicunq; voluerint indulgentiam huiuſmodi aſſequi, ſi Romani, ad minus triginta: ſi vero peregrini, aut forenſes, modo ſimili quindecim diebus ad prædictas baſilicas, & eccleſias accedere teneantur: Adijcientes, vt ij etiam, qui pro ea cõſequenda ad eaſdem baſilicas, & eccleſias accedent, poſt iter arreptum impediti legitime, quo minus ad vrbē illo anno valeãt peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in dicta vrbe deceſſerint, vere pœnitentes, (vt præmittitur,) & cõfeſſi, eandem indulgentiam conſequantur. Oẽs nihilominus, & ſingulas indulgentias per nos, vel prædeceſſores noſtros Rom. Pontifices tam pręnominatis, q̃ alijs baſilicis, & eccleſijs de dicta vrbe conceſſas, ratas, & gratas habentes: ipſas auctoritate Apoſtolica cõfirmamus, & approbamus, ac ẽt innouamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ reductionis, conſtitutionis, &c. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſeſe nouerit incurſurum. Datum Auiñ. vj. Calen. Februarij, Pontificatus noſtri anno primo. ¶ Quocirca fraternitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrum in ſingulis veſtris ciuitatibus, & diœceſibus, prædictas noſtras litteras ſubditis vobis clero, & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, vt annuente Dño ad promerendam huiuſmodi indulgentiã ſe diſponant. Cæterum, quia præſentes litteræ nequirent forſitan propter viarum diſcrimina, vel alia legitima impedimenta ſingulis veſtrũ commode præſentari: volumus, ꝙ per te frater Archiepiſcope dictarum litterarũ tranſumptũ manu publica ſcriptum, tuoq; munito ſigillo vobis fratres ſuffraganei tranſmittatur: Cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

¶ Paulus Venetus Papa ij.

¶ Conſtitutio caſus Papæ reſeruatos comprehendens, certis ex cauſis hic ponitur: à quibus nullus poteſt abſoluere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ.

CAP. III.

Et ſi Dominici † gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cũ humilitate poſcentibus ea benigne cõcedere ſtudeamus, per quæ (peccatorum mole depoſita) ſalus ipſa ſuccedat, & ab hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucri faciamus Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate cõmiſit: id tamen propenſiori ſtudio præcauendum eſſe cenſemus, ne cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtẽtu Chriſti fideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut veniæ facilitas † eis peccandi tribuat incentiuũ. Hac itaque conſideratione habita, olim emanauit à nobis conſtitutio tenoris ſubſequentis, videlicet: Sanctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter, dominus Paulus diuina prouidentia Papa ſecundus, qui pridem ſuper plenarijs remiſſionibus, quæ ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo conceduntur, formã, & normam inſtituit, ne paſſim ſine exceptione quorumcunq; criminum procliuiores redderẽtur homines ad peccandum: per regulam in cancellaria Apoſtolica publicatam ſtatuit, & ordinauit, ꝙ in quibuſcunque conceſſionibus, & facultatibus abſoluendi, caſus infraſcripti, tamquam ſpeciales ſedi Apoſtolicæ reſeruati ſemper intelligerentur excepti: Videlicet offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, Violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, Criminum hæreſis, Conſpirationis in perſonam, aut ſtatum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, ſeu rebellionis eiuſdem Pontificis, vel ſedis

† Pręter caſus hic Papę reſeruatos, plures alios ſibi reſeruat Papa ſingulis annis in proceſſu bullæ in cęna Dñi. Et vide conc. Tri. ſeſ. 14. c. 7. de caſuum reſerua.

† Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi. c. vt clericorum. extra de vi. & ho. cle.

Apo-

Apoſtolicæ, Presbytericidij, Offenſæ perſonalis in epiſcopum, ſeu alium prælatum, Inuaſionis, Depredationis, Occupationis, aut deuaſtationis terrarum Romanæ Eccleſię mediate, vel immediate ſubiectarum, ac etiam inuaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunq; aliorum ad Romanam curiam venientium, Prohibitionis deuolutionis cauſarum ad dictam curiam, Delationis armorum, & aliorũ prohibitorũ ad partes infidelium, Impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonaliũ eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis, Simonię ſuper ordinibus, vel beneficijs aſſequendis in eadem curia, vel extra contractæ: Et generaliter in caſibus contentis in bulla, quæ conſueuit in die cœnæ Domini per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices publicari: Conſiderans, quod plerunque contingit ſuam ſanctitatem huiuſmodi facultates, & confeſſionalia tam pręſentibus, quam abſentibus, etiam oraculo viuę vocis concedere, (ne pretextu conceſſionis huiuſmodi, vel pœnitentes, vel confeſſores in ſupraſcriptis caſibus fallantur, & fallant,) ſtatuit, & decreuit, ſuę intentionis fuiſſe, & eſſe per quaſcunq; conceſſiones, & facultates per ſuã ſanctitatem tam ſcripto, quam verbo factas, & in poſterum faciendas, nemini licere irretitos dictis caſibus abſoluere ſine ſpeciali ſuæ ſanctitatis licentia: quinimmo conceſſiones, & indulta prædicta quo ad caſus exceptos huiuſmodi nulli penitus ſuffragari. ¶ Vt autem ipſa conſtitutio, (quæ dudum, ſcilicet quinto Calendas Aprilis, anni ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti M.cccclxvj. Pontificatus noſtri anno ſecundo, publicata fuit,) eiſdem Chriſti fidelibus plenius innoteſcat, nullusq; illius ignorantiam prætendere valeat in futurum, præſentibus inſeri fecimus, vt ad maiorem omniũ perueniat notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. cccclxviij. v. nonas Martij, Pont. noſtri anno quinto.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Bulla confirmationis anni Iubilei, publicata apud ſanctum Petrum in die Natiuitatis Domini, in qua continetur, quod annus Iubileus eſt ad breuius tempus reductus, quam olim eſſet, quoniam vigeſimoquinto quoque anno cunctis fidelibus baſilicas vrbis Romanæ hic expreſſas viſitantibus illius indulgentiæ conceduntur: Et illo durante aliæ indulgentiæ vbique ceſſant.*

CAP. IIII.

QVemadmodum † operoſi, vigiliſque paſtoris ſolertia oues ſuæ cuſtodiæ deputatas curat à ferarum præſeruare incurſibus, & ad ſtatum proſperum fœtu multiplicato producere: ita quoque & nos, (quibus diſpoſitione ſuperna vniuerſi gregis Dominici ſollicitudo cõmiſſa eſt,) & ſupremis deſideramus affectibus, & ſtudijs nitimur indefeſſis; cunctos Chriſti fideles, quos à iuſtitiæ ſemita hoſtis humani generis diabolica fraude auertit, depoſita peccatorum ſarcina, ſuo reconciliare auctori, vt æternæ felicitatis præmijs noſtri redemptoris ineſtimabili charitate media potiantur, fiatque noſtræ operationis miniſterio, vtilitate publica ſuadente, etiam per gratiarum ſuſceptionem, quod eorum ſaluti conueniat, atq; noſtra, & prædeceſſorum noſtrorum ordinationes ſalubres debitis effectibus mancipentur. Olim ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa ij. prædeceſſor noſter, rationabilibus cauſis tunc expreſſis inductus, de venerabilium fratrum noſtrorum tunc ſuorum, (de quorũ numero tũc eramus,) conſilio, annum Iubileum ad breuius tempus prouida moderatione reducens, illum ad annum vigeſimumquintum Apoſtolica auctoritate reſtrinxit: ac voluit, ſtatuit, & decreuit ex cauſis prædictis, quod ſingulis xxv. annis Iubileus annus prædictus celebrari deberet: quodq; anno Dñi M. cccclxxiiij. proxime futuro, videlicet à vigilia natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, idem annus Iubileus inciperet, & vt ſequitur finiretur: ac vniuerſi, & ſinguli vtriuſq; ſexus fideles, qui beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli baſilicas, Lateranenſem quoque, & ſanctę Mariæ maioris almæ vrbis eccleſias ſtatutis diebus deuotæ viſitarent, omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorũ remiſſiones conſeque-

† Vide extrauagan. Greg. xiij. Incip. Dominus, ac redẽptor. qua indicitur ſanctus Iubileus p̃ anno 1575.

ſequerentur; quas idem põtifex, ſuique prædeceſſores anno Iubileo huiuſmodi baſilicas, & eccleſias prædictas viſitantibus deuote conceſſerant, per quaſdam primo, & deinde nos, qui, (dicto prædeceſſore ſicut Dño placuit, ſublato de medio,) fuimus diuina diſponente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, & per noſtras litteras eiuſdem Pauli prædeceſſoris ordinationem, voluntatem, & ſtatutum, ac omnia, & ſingula in eiſdem ſuis litteris contenta, de fratrum eorundem cõſilio approbantes: Similiter ſtatuimus, & ordinamus, quod annus Iubileus prædictus cum eiuſdem indulgẽtijs, & remiſſionibus plenarijs peccatorum anno proxime futuro à vigilia Natiuitatis eiuſdem incipere, & vt ſequitur, continuari deberet, prout in ſingulis litteris prædictis, (quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur.

¶ Verum quia poſtmodũ tam nos, quam idem Paulus prædeceſſor noſter dum in humanis ageret, animarũ ſaluti fidelium intenti, multorum principum, & aliorum Chriſti fidelium, ac deuotarum perſonarum pulſati precibus, diuerſas indulgentias, & peccatorum remiſſiones plenarias nonnullis eccleſijs, monaſterijs, & pijs locis duximus concedendas, propter quas populorum forſan concurſus ad baſilicas, & eccleſias antedictas retardari, aut ipſius anni Iubilei celebratas minui, vel intermitti poſſet, cum animarum non modico detrimento: Nos, qui vniuerſorum credentium profectibus, & ſaluti proſpicere ex debito miniſterij paſtoralis adſtringimur, (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus à nobis, ſeu eodem Paulo, vel alijs prædeceſſoribus noſtris conceſſarum huiuſmodi effuſionem, hoc ſanctũ opus, ac remiſſionis, & gratiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipſi à tanto munere reddantur expertes,) remedijs opportunis prouidere volentes, omnes, & ſingulas plenarias, etiam ad inſtar Iubilei, ac etiam commutandi vota, aut ſuper eis, & male ablatis incertis, aut per vſurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis, diſpenſandi, & componendi, aut illa ſub certis modo, & forma remittendi, & deputandi cõfeſſores cum poteſtate abſoluendi, etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, facultates, conceſſiones, & indulta à nobis, & eadem ſede, vel illius auctoritate quibuſcunque eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, & pijs locis, vniuerſitatibus, fraternitatibus quibuſlibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus, in vita, ſeu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis cauſa quomodolibet cõceſſas, & conceſſa, & in poſterũ forſitan concedendas, vel cõcedenda, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vſque ad noſtrum, & eiuſdem ſedis beneplacitum ſuſpendimus, illaſque durante beneplacito noſtro, & ſedis prædictæ ſuſpenſas eſſe volumus, nec interim alicui ſuffragari: indulgentijs tamen baſilicarum, & eccleſiarum dictæ vrbis in ſuo plenario robore durantibus: Diſtrictius inhibentes alias indulgentias, (præter iſtas dumtaxat,) in locis publicis, vel priuatis prædicari, aut nuntiari, earumque prætextu à quæſtoribus† aliquid exigi quoquo modo. Quinimmo quæſtores, & prędicatores quoſcunq; per locorum ordinarios à prędicationibus, & quæſtis huiuſmodi faciendis, volumus, & mandamus pręſentium auctoritate arceri, ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, de quibus viſum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſuſpenſionis, inhibitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Tybure, anno incarnationis Dominicæ M. cccc.lxxiij. iiij. Cal. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Papa cunctorum credentium ſaluti pſpicere adſtringitur.

† Prædicatores quæſtuarios omnino aboleuit concilium Trid. ſeſſ. 5. de refor. c. 2. §. vlt. & ſeſſ. 21. de refor. c. 9.

¶ Idem.

¶ *Sixtus tempore ſuo multas cõceſſerat indulgentias, quas certis ex cauſis hic reuocat.*

C A P. V.

ET ſi Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benigne concedere ſtudeamus, per quę (peccatorum mole depoſita,) ſalus ipſa ſuccedat, & hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciamus Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate commiſit: id tamen prõpenſiori ſtudio præcauendũ eſſe cẽſemus, ne cuiuſuis

Humiliter poſcentibꝰ mos gerentibꝰ eſt.

Animæ ſunt à Deo Papæ commiſſæ.

indulgentię,remiſſionis, vel facultatis obtentu, Chriſti fideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cum itaq;,(ſicut multorum fidedignorum teſtimonio accepimus,)ob multitudinem facultatū per nos, vel auctoritate noſtra conceſſarum, tam verbo, quam in ſcriptis confectis exinde litteris,vel non,prælatis,& perſonis eccleſiaſticis, etiam religioſis, & ſæcularibus vtriuſq; ſexus,capitulis,collegijs,conuentibus,hoſpitalibus,confratrijs,& vniuerſitatibus,tam in genere, quam in ſpecie, ſub electione, vel deputatione confeſſorū,qui eligentes eoſdem,vel pro indulgentijs per nos conceſſis conſequendis, ad eccleſias, & alia pia loca confluentes, ſeu ad aliqua

Indulgentiæ ob pia opera ſunt concedendę.

pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemq; confratriarum confratres, & ſorores, ac in hoſpitalibus prędictis decedentes,ſeu deſeruientes,aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum miniſteria exhibentes, &[illegible] in ordinibus profitentes, eorum confeſſione diligenter audita, in ſingulis etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis caſibus ſemel in vita, & in alijs totiens quotiens,ac in morte plenarie, vel aliàs etiam ad effectum cōſequendi quaſcumque indulgentias plenarias, vel non plenarias, abſoluere,& pœnitentiam ſalutarem eis iniungere, emiſſa quoque vota per illos quæcunque in alia pietatis opera commutare libere, & licite valeant: fideles præfati ad peccandum, & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliuiores exiſtant, in nō paruū periculum ſalutis animarū ſuarū: Nos qui Deo propi-

Gregis Dominici cauſam gerit Papa.

tio eiuſdem gregis Dominici, (meritis licet inſufficientibus,) cauſam gerimus, & illum ſpiritualis theſauri elargitione cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, ipſique ad peccandum procliuiores, (vt diximus,) liberius prolabantur: Ex præmiſſis, & alijs rationibilibus cauſis animum noſtrum mouentibus,motu proprio, (non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera voluntate, & deliberatione,) auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero prętextu facultatū huiuſmodi cōceſſarum à nobis,vel auctoritate noſtra, & quas cōcedi quomodolibet continget in poſterum verbo,litteris, aut quauis alia ſcriptura,etiam cum clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat,etiam in fauorem fidei, & cruciatæ,nullus confeſſorum eorundē quempiam cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtat, & quacunque eccleſiaſtica, etiam epiſcopali, vel maiori, aut mundana, etiam regali, & maiori dignitate præfulgeat, qui offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, violationis, interdicti ab eadem ſede impoſiti, ſeu hæreſis, poſtquam fuerint de ea ſententialiter condemnati, delati, ſeu publice diffamati: conſpirationis in perſonam, aut ſtatum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiuſdem Pontificis,vel dictæ ſedis, mutilationis membrorum,vel occiſionis cuiuſcunque in ſacris ordinibus conſtituti: offenſæ perſonalis in epiſcopum, ſeu alium prælatum: inuaſionis, deprædationis, occupationis, aut deuaſtationis terrarum Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectarum: ac etiam inuaſionis Romipetarum,ſeu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis deuolutionum cauſarum ad dictam curiam: delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonalium eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis: ſimonię ſuper ordinibus,vel beneficijs cōſequendis in dicta curia,vel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in caſibus contentis in litteris, quæ conſueuerunt in die cœnæ Domini publicari, prætextu huiuſmodi facultatum abſoluere, & per eos emiſſa peregrinationis vltra marinæ,& viſitationis liminum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in Cōpoſtella, & caſtitatis, ac religionis vota: Niſi ex ſpeciali licentia, & certa ſcientia noſtra,de qua dèmum conſtare cenſeatur,cum in ſignatura noſtra deſuper manu noſtra ſcriptum, aut in litteris noſtris expreſſum fuerit, nos ex certa ſcientia,& de ſpeciali gratia id concedere cum derogatione præſentis conſtitutionis, illius de verbo ad verbum inſerto tenore: non autem per clauſulas id importantes: vel in articulo mortis conſtitutum, & tunc

in caſibus, in quibus ſatisfactio fuerit impendenda, facta ſatisfactione, vel idonea præſtita cautione, cõmutare præſumant. ¶ Et ſi aliqui confeſſorum prædictorum cõtra præſentẽ conſtitutionẽ quenquã abſoluere, aut excepta vota p̃dicta cõmutare attẽtauerint, abſolutio, & cõmutatio huiuſmodi nullius ſit roboris, vel momenti. Et contrafacientes eoipſo excõmunicationis ſententiam incurrant, à qua, (niſi in mortis articulo † conſtituti) ab alio, quam à Romano Pontifice abſolui nõ poſſint: Non obſtantibꝰ litteris, & cõſtitutionibus huiuſmodi, ac cõſtitutionibus, & ordinationibus, &c. ¶ Et ne aliquis de præſentibꝰ ignorantiam valeat allegare, mandamus eas in cãcellaria Apoſtolica, & audientia litterarũ contradictarũ legi, & publicari, ac inter extrauagãtes alias Apoſtolicas conſtitutiones in quaterno dictæ cancellariæ deſcribi, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum ſuſpenſionis, inhibitionis, mandati, & voluntatis, &c. Datum Spiræ, anno Dñi M.cccclxxviij.

De ſentẽtia excommunicationis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Excõmunicati ſunt, qui pactis, aut promiſſionibus iuſtitiam, vel gratiam à ſede Apoſtolica obtinent, & qui tales non reuelant, nec illis abſolutio facile cõceditur.

CAP. I.

EXcõmunicamꝰ [a] † & anathematizamus [b] ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritꝰ ſancti, auctoritate quoque beatorũ Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, omnes clericos, [c] religioſos, & laicos, vtriuſq; ſexus, ſiue ſint familiares curiæ, ſiue alij vndecunque, qui aliquod pactũ fecerint, ſeu aliquod paruum, vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint, aut ex pacto, ſiue promiſſione occulta, vel manifeſta facta ſub generalibus, [d] & plenarie nõ ex-

† Vide cõcil. Trid. ſeſſ. 14. de caſuũ reſeruatione, cap. 7.

† Hanc cõſtitutioné cum ſuis cenſuris, & pœnis omnibꝰ innouauit Greg. xiij. per extrauagantem incipientem, Ab ipſo pontificatus noſtri principio. anno 1574. eique extendit ad audẽtes, auxiliantes, vel fauentes.

Diuiſio.

EXcommunicamus.] Hæc pronuntiatio reperitur in prouinciali cancellariæ. Et cum quidam ſcriptor Papæ diceretur incidiſſe in eam, Bonifacius Papa octauus hanc pronuntiationem innouauit, & eam publicari in audientia fecit. Et diuiditur in quinque partes. Nam primo Papa dantes, & promittentes, acceptantes, & recipientes pro iuſtitia, vel gratia ſub quacunq; forma, verborum aſſequenda, excommunicat. Secundo §. [Illos.] ad ſcientes hæc, & intra triduum non denuntiantes dictam excommunicationem prorogat. Tertio, §. [Decernimus.] abſolutionem dictæ excommunicationis ſibi reſeruat, ſtatuens quid primitus ſit agẽdum pro huiuſmodi abſolutione aſſequenda. Quarto, §. [Iuſtitiã.] iuſtitiã obtẽtam poſt dictã excõmunicationem incurſam caſſat, & irritat. Quinto, §. [Sed & ſcienter.] vtẽtes ſcienter ſic obtentis, poſt dictã excommunicationem præmiſſis pœnis alligat.

Excõmunicatio quãdo profertur de qua intelligitur.

a ¶ Excommunicamus.] nunquid per hoc verbum intelligitur excommunicatio maior, vel minor? Et videtur, q̀ minor. extra, lib. 6. de reg. iur. in pœnis. & ibi not. extra lib. 6. de exceptio. pia. vbi proponendo excõmunicationem, requiritur expreſſio ſpeciei excommunicationis. quod non eſſet neceſſe, ſi maior excommunicatio intelligeretur. Dic contra, ext. de ſent. excõ. cap. ſi quem. & eſt ratio. quia verbum, excommunicatio, de vi vocabuli importat maiorem, quæ excludit à fidelium communione, vt ibi. Item decre. pia, loquitur in proponendo, vbi impingitur parti, quę non declarat propoſitum: hic in pronuntiando, ſeu ſtatuendo, cuius interpretatio eſt intelligenda prout verba ſonant. ext. de ſpon. ex litteris. 1. Io. Monach.

Anathema quid eſt.

b ¶ Anathematizamus.] ſimile ext. de hæret. excommunicamus. 1. & 2. Et anathema eſt ſolemnis excommunicatio, de qua habetur 11. q. 3. cum aliquis. & cap. debent. & eſt idem quod ſuperna perditio, ſeu maledictio. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. & 23. q. 3. cum ſancti. & c. corripiantur. Et dicitur ab ana, qd eſt ſurſum, & thema, quadam figura quaſi rotunda, habente telum quaſi ex tranſuerſo, quę conſueuit poni in frontibus damnatorum. Sed nunquid hæc pronuntiatio eſt conſtitutio, ſententia, ſeu mandatum? Hæc enim diuerſa dicuntur. ext. lib. 6. eod. tit. c. quia. Et videtur eſſe conſtitutio. ext. eo. tit. c. à nobis. & inf. eod. §. decernimus. Nam decretum eſt conſtitutio, & proprie põt dici ſanctio: quia hęc cõſtitutio pœ nę adiectione firmat. arg. Inſti. de rer. diui. §. ſanctæ. & diſt. 3. in ſumma. Item quod nullo addito dicitur, ſimpliciter, & perpetuo dicitur. ff. de don. cau. mor. l. Seia. in fi. C. de pœn. l. ſi ſeruus. Item ad prohibitum perpetuo antea, pœna hic adijcitur, quæ debet naturam principalis ſortiri. ff. de pact. do. l. inter ſocerum. §. cum inter. ext. 6. lib. de reg. iur. acceſſoriũ. arg. C. de vſu. l. eos. in princip. ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1.

c ¶ Clericos.] Sed nunquid comprehenduntur hic epiſcopi? Videtur, q̀ non. extra 6. lib. de hæret. inquiſitores. & ibi not. Dic contra propter generalitatem verborum ſequentium. argu. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. extra lib. 6. eod. titu. ca. quia periculoſum. Item pœnam hic inflictam omnes, (niſi hic excipiantur expreſſe,) incurrunt. argum. C. vbi ſen. vel cla. l. 1. & ff. de ritu nup. Senatoris. cum vnumquemque criminoſum dignitas nõ debeat comitari. C. de decu. ne quis officialium. lib. 10. C. de digni. l. iudices. lib. 12. Et hoc argu. dico Cardinales ligari hac conſtitutione. Nec obſtat, quod not. extra lib. 6. de ſchiſm. cap. 1. §. omnẽ. quia in alio caſu loquitur: & hoc nũquam fuit bonum exordium, ſed ibi ſecus. Et eſt ratio huius diſtinctionis, factum quod eſt malum in ſe, quanto committens in illud, eſt maior, tanto grauius peccat. 40. diſt. ho[illegible]. Sed forſan ibi non eſt mihi credendum, qui pro me [illegible]. Sed nunquid mediatores huius maledictionis tenentur hac pœna? Dic, quod ſic, ſaltem ex §. inf. eod. illos. & hos credo comprehendi inf. eod. ver. & hanc. & quia participat in crimine criminoſo. ext. eod. nuper. & cap. ſi concubinæ.

d ¶ Sub generalibus.] verbi gratia: non intendo vobis eſſe ingratus, vel dicendo, decens eſt, vt laborans pro alio, recogno-

preſſis, ſiue ſit ſub ſpecialibus, & expreſſis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint magnũ, vel paruum, vel promiſſionem de quacumque re, aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint pro aliqua iuſtitia, ſiue gratia, pro ſe, aut ꝓ alio in cauſis, vel iudicijs, ſeu aliàs per litteras Apoſtolicas, & quibuſcũque modis apud ſedẽ Apoſtolicã obtinẽda. ¶ Et hanc ſentẽtiã [a] ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes duximus extendendã. ¶ Illos quoque qui aliquem ſciuerint culpabilẽ in prædictis, & nobis intra dierũ triũ ſpatiũ nõ retulerint, vel alicui per quem ad nos verbum fideliter perferatur, [b] ſimili decernimus ſentẽtiæ ſubiacere. ¶ Decernimus etiam, vt nullus hãc incurrens excõicationis ſententiam pro p̃dictis, vel aliquo prædictorũ, abſque ſpeciali mandato, noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere: [c] niſi forſan ad nos habere acceſsũ non poſſet in mortis † articulo [d] conſtitutus: Nec etiam ad abſolutionis gratiã admittatur, niſi prius quantũ dedit, vel recepit [e] integraliter pauperibus largiatur. [f] ¶ Iuſtitiam vero, ſiue gratiam ſic obtentam

recognoſcatur. Multa enim tacita tenent, quæ expreſſa vitiant. arg. ff. de hære. inſti. l. ſi quis Sempronium. Sed quid ſi verbo non exprimit, ſed facto deponit: vel aliter rogat, non ſolitus rogare: aliàs niſi ſciat ſe munitum? Dic talis dicit, quia facta loquuntur, vt ait Grego. argu. 22. q. 5 cauere. & plus exprimitur facto, quàm verbo ff. de ædil. edic. l. ſi tamen. §. 1. Sed quæ eſt ratio, quòd hic expreſſa, ſeu generaliter dicta vitient? Dic, quia quod iuſtum eſt, iuſte exequaris, vt Deutero. 21. & eſt caſus extra, de ſimo. ſicut tuis. 24. q. 4. non ſane. 1. q. 1. non eſt putanda ff. quod me. cau. l. extat. C. de act. & oblig. l. negantes. Inſti. vi bo. rap. §. ſed nedum talia. C. de re milit. contra publicã. in fi. lib. 12 quia ponẽs finem bonum, habet illum attingere per bona media, vt dictis iuribus, & competenti tempore non agens, cum teneatur finem ponere, & attingere illum: illud attingere, cum ſit facti, debet intelligi arbitrio boni viri. ff. de verbo. obli. l. continuus. §. cũ ita. ff. de rei vend. qui reſtituere. in fine. Sed numquid aduocatus, procurator, vel tabellio, petens ſalaria, & conueniens de eiſdem ligetur hac ſanctione? Dic, quòd nõ. 11. q. 3. non licet. ſecus in iudice, vt ead. cau. & quæſtio. qui recte. & hic. Et eſt ratio, hic damnata generaliter, non referuntur ad perſonas, iuſte ſecundum ius ſalaria recipientes. Notatur de hac materia extra de verbo. ſignifi. ſuper quibuſdam. & de vita, & honeſt. cleri. cum ab omni. C. de iura. calum. authen. principales. Quid ſi tabellio plus debito acceperit, numquid hac conſtitutione tenetur? Dic, quòd non, quia non recipit pro iuſtitia, ſeu gratia aſſequenda, quod requirit hæc conſtitutio: vnde dato, quòd iudici daretur, vel alius det pecuniam pro iuſtitia differenda, aut auferenda, hac conſtitutione non ligatur. quæ in alio caſu loquitur. argum. ff. de libe. & poſthum. l. commodiſſime. extra lib. 6. de reſcri. ſuſceptum. item cum ſit pœnalis, eam non extendam. de pœnit. diſtinct. 1. pœnæ. Sed numquid ſine parabola præcedente poteſt dari aliquid promotori negotio completo? Videtur, quòd ſic. argu ff de orig. iur. l. 2. § fin. ff. de do. Aquilius Regulus. & de var. & extraord. cog. l. 1 §. proinde. extra de ſimo. c. dilectus 1. in fi. 1. q. 2. ſicut epiſcopum. Contra. 1. q. 1. eos. in fi. Sol. ibi ſpeciale propter magnitudinẽ criminis. 1. q. 7. c. fin. Item hic ligantur ſcientes tantum. infra eod. in fi. ſed ibi etiam ignorantes. extra de electio. cap. penult. & 1. q. 5. præſentium. Item ibi quis ligatur pro peccato alterius, quod non eſt in pœna hic inflicta. 24. q. 3. § 1. & c. 1. Sed pone: neuter aliquid facto, vel verbo exprimit: & tamen mente vterque gerit, ſeu alter ſe daturum, numquid ligatur hoc vinculo? Dic, quòd non, quia hæc conſtitutio factum requirit, ſicut ille canon. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

a ¶ Et hanc ſententiam.] ſed numquid hæc ſunt dicta ſupra? Dic loquitur ſupra cum ſunt dantes, recipientes, promittentes, & acceptantes, ex verbis emiſſis, ſpecialiter, vel generaliter ſe obligant: ſed hic loquitur, quando parabola præceſſit per proxenetam, & commodum ad alium deuenit, ita quòd contractus ſupra damnatur, ſed hic ſequela huius contractus proueniens ad alios ſcienter, damnatur pœna conſimili, nec mirum, quia ſcientes, & non denunciantes eadem pœna ligantur. infra § proxi. Vnde dic, ad promittentes, &c. ex ſequela præcedentium iam ſuperius damnatorum, & hoc innuunt verba ſequentis §. quæ copulant per verbum, quoque, caſum ſequẽtem minus dubium præcedẽtibus in parilitate pœnæ, vt in 1. reſp. huius ca. damnetur contractus: ſecundo ver. & hanc. ſequela eiuſdem commodũ continens. tertio, §. illos. ſcientes, & non denunciantes, licet non habeant commodũ directo, vel indirecto. Ioan. Mona.

b ¶ Perferatur.] Nota aliquem teneri ad iudicandum, vel denunciandum. extra li. 6. de reb. eccl. non alie. cap. 2. ver. clericos. 2. q. 7. ſicut. & c. ſeq. argu contra. ff de cond. ob turp. cau. leg. idem & ſi. §. ſi tibi iudicium, & forſan ſecundũ canones. ſecus not. extra de fur. qui cum fure. Sed quem vocas hic ſcire? videtur ſi ab alio audiuit. 22 quæſt. 5. hoc videtur. ff. de adminiſt. tuto. l. quidam. §. vlti. ff. de pet. hære. l. item veniunt. §. quicumque ergo. Dic illum ſcire, qui hoc poteſt probare. 2. q. 7. plerique. & §. ſeq. & c. ſi quis epiſcopus. C. de proba. l. ſciant.

c ¶ Obtinere.] aliàs Papa non reſeruante ſibi abſolutionem, alij poſſunt abſoluere. extra eo. nuper.

d ¶ Mortis articulo.] hoc eſt generale. extra lib. 6. de pœnis, cap. fina. §. præſenti. extra de offic. ordi. paſtoralis. § 1.

e ¶ Recepit.] quod ſi nõ habet, tunc luat in corpore. Nã in pœnis pecuniarijs, quæ ſurgunt ex delictis, quod non poteſt in burſa male ages, in corpore luat. ff. de in ius vo. l. ſi. ff. de pœn. l. 1. in ſi. extra de do. & contu. finem. in fi. & no. extra de appel. reprehenſibilis.

f ¶ Largiatur.] vt non fiat reſtitutio danti propter eius turpitudinem: nec recipiens commodo retentionis vtatur, licet vtrobique verſetur turpitudo. & eſt ratio, quia vterque incidit in factum merito damnatum. ff. de condi. ob turp. cau. l. 1. in fi. extra de vita, & honeſta. cleri. ca. cum ab omni: & quia quod gratis fieri debuit, in pactum lucroſum non debet conuerti. ff. de condi. ob turp. cau. ſi veſtimenta & extra de ſimo. c. nemo. & c. de hoc. not. ſimile. Vnde dans hoc caſu contra recipientem agens, repellitur. ff. de condi. ob turp. cau. vbi autem. Iudex tamen qui habet purgare culpam, & illam in bonum pœnæ commutare argu de offi. præſid. l. 2. & l. congruit. turpe lucrum à poſſeſſore extorquebit, & dabit pauperibus, vt hic. & ff. de iure fiſ. l. Lucius. Sed contra. C. de relig. & ſumpt. fu. & al. lu. alearum. Sed ibi non erat malum ſecundum ſe, cum in certis caſibus bene poſſit fieri ludus, vt ibi. & ff. de aleato. l. ſolent. §. 1. hic ſe-

† Vide conc. Trid. ſeſ. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

Denunciare an quis teneatur.

Aduocatis, & procuratoribus, licet quod eſt iudicibus vetitum.

Corpore det pœnas, qui caret ære mal⁹.

Lucrum turpe eſt extorquẽdum, & pauperibus dandum.

eus. Dico eum ludum prohibitum regulariter clericis. extra de vi. & hone. cle. clerici 2. extra de exceſſ. prę la. inter dilectos. Auth de ſanct. epiſ. §. interdicimus. colla. 9. Item contra. ff. de colleg. illic. l. collegia. 1. reſp. Sed ibi erat res illicita propter carentiam ſolemnitatis, ſ. quia collegium non erat per principē approbatum: hic erat illicitum de ſe: & ideo hic maior pęna, quàm ibi. Nec per remedium hic datum tolluntur antiqua. argu. ff. nau. cau. ſtab. l. & ita de facto. §. 1. ff. de actio. & oblig. l. quotiens. C. de ſepulc. viola. l. 3. extra lib. 6. de pœn. cap. fi. §. per hoc quoque. & extra li. 6. de re iud. cum æterni. de quorum aliquibus habetur 14. q. 5. non ſane. C. de pœn. iudi. qui ma. iudi. per totum.

Ludus eſt clericis prohibitus.

Remediū nouū nō debet antiquū tollere.

a ¶ Momenti.] & ſic nota, q̀ vitium partis, vel defectus facit gratiam, vel iuſtitiam nullam, vt hic, & extra de reſcrip. cum adeo. extra de æta. & qua. cum bonæ. extra 6. lib. de reſcri. c. 1. extra de fil. presby. c. 2. li. 6. & l. canonizata. 1. q. 6. venales. Firmatur hic pęnæ excōmunicationis adiectione. Idem de gratia, quæ gratis debet dari, 1. q. 1. ſunt nonnulli.

b ¶ Vtentes.] & ſic not. q̀ nedum faciens malum: ſed vtens malefactis ſcienter conſimili pœna irretitur. extra de immu. eccle. aduerſus. extra de cri. fal. ad falſariorum. C. de cri. fal. l. ſi falſas. & l. maiorem.

nullius prorſus eſſe momēti [a] volumus, omnique ſtatuimus carere effectu, & robore firmitatis. ¶ Sed & ſcienter vtentes [b] ipſis, ſimili ſententia excōmunicationis [c] adſtringimus: & reſeruantes nobis abſolutionem eorum, cum præmiſſis in omnibus ad pœnas ſimiles obligamus.

¶ Idem.

¶ Præmiſſis damnis ex interdicto prouenientibus, ſtatuit, quod propter dominum debita nō ſoluentem eius terra, vel ciuitas ſine ſpeciali Papæ licentia non interdicatur.

CAP. II.

PRouide attendentes, quòd vt frequentius, quamuis non ſine cauſa, ſine culpa [d] tamē multorum, interdicti ſentētię proferuntur: [e] quòdque ſunt nonnulli iudices nimis [f] prōpti ad proferēdas eaſdem, etiam in negotijs, ſiue cauſis, quæ interdum plus ex cupiditatis, q̄ charitatis radice [g] perſpicuis indicijs [h] procedere arguuntur: quodque interdicti tempore diuina organa ſuſpenduntur, & laudes, [i] nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur, [k] vt ſolent: tolluntur mortuis, ſeu minuūtur ſuffragia, [l] præſertim per oblationem frequentem Hoſtiæ ſalutaris: adoleſcentes, & paruuli participantes rarius ſacramenta minus inflammantur, & ſolidantur in fide: fidelium tepeſcit deuotio, hæreſes pullulant, & multiplicantur pericula animarum: Præſentis conſtitutionis prouidemus edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, [m] locus, [n] territo-

c ¶ Excommunicationis.] quæ eſt timenda, ſiue fuerit iuſta, ſiue iniuſta, vt patet 11. q. 3. ſententia.

Excommunicatio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt.

PRouide attendentes.] ¶ Quod vnus nomine ſuo pro ſui intereſſe non poſſet eccleſiam ſubijcere interdicto, dudum prouiſum eſt, extra de ijs, quæ fi. à maio. par. c. quæſiuit. Sed hic prouidetur generalius, vt ℥. prox. & præmiſſa intelligo, vbi proceditur à parte, vt d. c. quæſiuit; aut à iudice conuentione partis, vt hic. Sed quæro: archidiaconus, qui ex conſuetudine excommunicare nō poteſt, ſed bene eadem conſuetudine poteſt interdicere, eccleſiam interdicit: numquid poteſt? Dic, q̀ ſic: quia cū excommunicatio, interdictum, vel ſuſpenſio in poteſtate iudicis regulariter ſumuntur paria, extra eo. titu. cum medicinalis. §. & hæc eadem. ideo illam pœnam infliget, de qua ſibi videbitur, & quæ erit aptior negotio. extra vt li. non conte. tuæ. & c. ita quoniam. §. fi. Item poteſtas ſpecialiter non prohibita, ſtat. arg. C. de appell. præcipimus. in fi. quia in tractatu prohibiti, vt eſt edictum de matrimonio, de procurationibus, & ſimilibus, quod non eſt prohibitum expreſſe, eſt permiſſum. extra de ſpō. cum apud. ff. de procur. l. mutus. 2. reſpon. Et hæc decre. habet quinque dicta. Primo, proœmium ad dicenda præmittit. Secundo, ver. Præſentis, iuxta præmiſſa ſtatuit. Tertio, ver. Nos enim. factum contra ſtatutum huiuſmodi irritum decernit. Quarto, ver. Non obſtantibus. dicto ſtatuto obuiantia tollit. Quinto, ver. Niſi a prædicto ſtatuto, excipit.

Edictum de matrimonio eſt prohibitorium.

d ¶ Sine culpa.] de hoc no. extra de cōſti. cognoſcentes.

e ¶ Proferūtur.] extra de ſpon. non eſt. & no. 1. q. 4. in ſumma. Quid ſi hodie conſimilis ferretur ſentētia ſine ſcriptis: numquid ferens eſſet ſuſpenſus? Argu. pro, & contra. extra li. 6. de reg. iu. nō pręſtat. Dic, q̀ ſic. extra li. 6. e. ti. cum medicinalis. §. hæc eadem. Sed dices illud cap. loquitur, vbi ſentētia eſt aliqua, vt dicto c. §. ſi quis. & §. ſuperior. ſed hic eſt nulla. Solu. dictum ca. punit temeritatem iudicum, vt dicto ca. §. ſi quis: quæ cōuincitur, ſiue ſentētia ſit nulla, ſiue aliqua, iniuſta tamen. Et quādo iudex peccans iſta conſtitutione, & illa duplici maledictione dignus eſt, ſecundum Philoſophum, & tranſgreſſor duarum conſtitutionum; nec pœna p̄ſtat ſibi immunitatem. ff. de interd. & releg. relegatorum. §. ſi. & pone, q̀ excommunicans eſſet excommunicatus, ſententia eſſet nulla. 24. q. 1. audiuimus. attamen pęna dicti §. locum haberet.

f ¶ Nimis prompti.] idest, nimis feſtiui. contra iura. C. de ſentē. ex breui. reci. l. 2. C. de appel. ne cauſas. 50. diſt. ponderet. 2. q. 1. in primis. Io. Mona.

g ¶ Radice.] vt ſunt contractus mercatorum, qui dederunt cauſam præſenti edicto.

h ¶ Indicijs.] C. de rei vendica. l. indicia. C. de dolo. l. dolum.

i ¶ Laudes.] extra de pœni. & remiſ. quod in te. extra de conſe. eccl. vel alta. c. ſi.

k ¶ Miniſtrantur.] vt dicto c. quod in te. extra 6. lib. eod. ti. c. ſi.

l ¶ Suffragia.] 13. q. 2. pro obeuntibus. & cap. ſequenti. & ſequen.

m ¶ Villa.] extra de ver. ſig. c. cum in partibus. extra li. 6. eo. ti. ſi ciuitas. notatur quid ſit.

n ¶ Locus.] multipliciter accipitur locus: vno modo pro quantitate menſurante rem extra, vt ſunt tēpus, & locus, ſm Philoſophum. Et ſic ponitur 13. q. 2. vbicumque 1. & ff. de exerci. l. 1. Alio modo pro parte fundi. ff. de ver. ſig. l. locus. Tertio modo pro efficacia argumenti, vt eſt locus maxima, vel differentia maxime, ſecundum quod dicitur ab Artiſtis, locus eſt ſedes argumenti, vel illud à quo extrahitur argumentum. Verſus:

Locus quinque modis accipitur.

Eſt locus, atq; loci ſunt artes, ſunt loca terræ.

Verſus.

Quarto modo pro conuenienti ſtatu, vt d. c. cum in partibus. in fi. Et ſic accipit Horatius, cum dicit:

Singula

rium, a vel diſtrictus au ctoritate ordinaria, vel delegata ſupponatur eccleſiaſtico interdicto ꝓ pecuniario debito, vel pro cuiuſuis monetæ, vel pecuniæ b quantitate, quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore: pro eo maximè, quòd ipſorum domini, rectores, ſeu officiales, quocumque nomine cenſeantur, aut incolæ, ſeu habitatores, aut ſingulares perſonæ ipſorum ſtatutis, vel ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis terminis huiuſmodi debitum, ſeu quantitatem non ſoluerunt hactenus, aut in antea nõ perſoluẽt: Nos enim exnunc decernimus irritum, & inane, ſi ſecus hactenus extitit attentatum, c vel contigerit attentari: illudq; reuocamus omnino. Non obſtantibus quibuſcunque contractibus, d obligationibus, e pactis, f cõuentionib⁹, g compoſitionibus, h ſubmiſſionibus, i fideiuſſionibus, k conſenſibus, l proceſſibus, m & ſententijs ſuper hoc habitis, vel habendis iuramentorum, n pœnarum ſpiritualium, & temporaliũ, ſeu mulctarum o ap-

Horatius.

Singula quæque locum teneant ſortita decenter. Quinto modo pro congregatione habitantiũ intra metas vnius loci, vt hic. & extra de cler. excom. miniſt. c. poſtulaſtis. extra 6. lib. eo. ti. alma. 2. reſp.

¶ Territorium.] quid ſit, habes. ff. de ver. ſig. l. pupillus. ver. territorium.

Pecuniæ appellatione oĩs res continet.

a ¶ Pecuniæ.] appellatione pecuniæ omnis res continetur. 1. q. 3. c. totum. ff. de verb. ſig. l. pecunię verbum. & l. pecuniæ nomine. & C. de cõſt. pec. l. 2. & hoc ait Philoſophus dicẽs, appellatione pecuniæ oĩs res continetur, cuius dignitas, i. valor numiſmate menſuratur.

Cõſtitutio ad pterita, qñq; extenditur.

¶ Attentatum.] & ſic hęc conſtitutio trahitur ad pręterita: nec mirum, quia hoc hic cauetur expreſſe. extra de conſti. cap. ſi 3. q. 4. omnes. C. de ſacroſan. eccl. l. fi. in fi. Et de materia attentatorũ ante pęnam incurſam; verbi gratia: Ante iſtam cõcluſionem eſt eccleſia interdicta: ſecundũ vnum modum de hic reprobatis: aliquis celebrat in ea eccleſia, tandem fit hæc conſtitutio: non releuatur per hanc conſtitutionem. not. ſimile extra 6. lib. de reg. iu. c. ratihabitionem. ff. de iti. act. pri. l. 1. in fi. & l. ſeq. C. de ſen. paſ. l. fi. in prin. ff. de capt. & poſtl. reue. l in bello. §. factæ, Auth. vt cum. de app. cogen. circa prin. colla. 8. vbi not. ꝙ conſtitutio, quæ extenditur ad præterita, non comprehendit deciſa per ſententiam. & extra lib. 6. de reg. iu. cap. factum. Io. Mona.

Contractus ſũt duplices.

¶ Contractibus, &c.] & eſt ratio, quia innoxij tunc ligarentur per iſta, vt ī. in prin. extra e. Romana. §. fi. propter hoc illicitum hic retractat. Et dic contractibus, vel quaſi, ſiue vltro citroq; obligatorijs, vt emptio, & venditio, & ſimiles; vel ex parte vna, vt eſt donatio. C. de ſacroſan. eccle. vt inter diuinum. Inſti. de obli. quæ ex quaſi contrac. naſc. per totum.

Intereſſe eſt æſtimatio pecuniaria.

¶ Obligationibus.] quæ ſunt iuris vinculum. Inſti. de obli. in prin. Sed quid ſi agatur ex obligatione ad intereſſe? Dic idem, cum intereſſe ſit æſtimatio pecuniaria. ff. de re iud. l. ſi quis ab alio.

¶ Pactis.] quid ſit pactum, & quæ conuentio, habetur ff. de pact. l. 1. §. 1 & §. adeo.

¶ Conuentionibus.] ab initio.

¶ Compoſitionibus.] ex poſtfacto. Io. Mona.

¶ Submiſſionibus.] in iudices factis.

¶ Fideiuſſionibus.] hoc eſt obligationibus non principalibus, ſed acceſſorijs. Inſt. de fideiuſſ. per totum.

¶ Conſenſibus.] partium. Io. Mon.

Interdictum, qñq; directe, qñq; indirecte fertur.

¶ Proceſſibus.] & ſentẽtijs iudicum. Quid ſi nõ ſit lata ſententia interdicti directo, ſed ſolum mandatur rectoribus locorum, in quibus morantur: vel veniunt excommunicati ex cauſis prædictis, ꝙ quãdiu morãtur ibidem ceſſent à diuinis, etiam tribus diebus poſt receſſum, ꝑut frequenter fieri conſueuit. Videtur idem, cum eadem ſit ratio. ff. ad leg. Aquil. illud. nam aliàs præſens conſtitutio imponeretur verbis, & non rebus, & debito fraudaretur effectu. arg. extra lib. 6. de elect. commiſſa. §. porro. C. commu. deleg. l. 2. in fin. Dic diſtinguendum, aut agitur de delicto maiorum, propter quod terra poſſet directo interdici. ext. eo. tit. lib. 6. ſi ſententiæ. §. cęterum. & ſic prędicto modo poſſet directe poni interdictum, ext. de ſpon. nõ eſt. aut non: & ſic reditur ad interdictum hic prohibitum: ſed primo modo reditur ad interdictum permiſſum. Sed quæro hoc caſu permiſſo, non interdicitur prouincia, vt dicto cap. non eſt. ſed interdicitur curatone celebret tali præſente, celebrat: nunquid eſt iſte celebrans irregularis? Argu. quod ſic. ext. lib. 6. eod. titu. cap. is qui. ext de cler. excom ſi celebrat. Sed dices ad hoc mitius agitur cum lege, quã cum miniſtro legis. ff. de arbit. l. Celſus. Sol. hoc caſu nedum requiro inhibitionẽ iuris, vel hominis, ſed pœnã à iure inflictã, vt d. c. is qui. & pœnalia nõ extendam. ff. de pœn. Interpretatione. & de pœn. diſt. 1. pœnę. & ext. lib. 6. de reg. iur. odia. & ext. eod. lib. de fil. presby. ca. 1. in fi. Sed quęro, ex delicto quis condemnatur ad pœnam pecuniariã, nunquid huic cõſtitutioni locus eſt? Et videtur, ꝙ nõ, quia hic loquitur in contractib⁹, & ſic ad delicta non extendam, & etiam ratio originis eſt conſideranda. ff. de dona. qui id quod. & initium ſpectandum. ff. ad Maced. ſi tamen. not. de ele. dudum. 1. Dic contra. ff. de pecul. l. 3. §. idem ſcribit. & leuiter reuertor ad pœnam interdicti tollendam propter rationes, ī. eo. in princ. tactas. Sed quid ſi omnes, & ſinguli conſentirent? Videtur conuentio tenere. ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & ad municip. l. quod maior. Dic cõtra, quia infantes ſe ad hoc obligare non poſſent, cum eorum ætas ignoret quid agat. C. de fal. mon. l. 1. idem in furioſo. ff. de rei vend. l. quod infans. Item tunc ligarentur mortui, ne commoda eccleſiæ militantis ad eos venirent, vt ſup. eo. in princip. Sed contra per leg. quæ omnes adſtringit, hoc poteſt fieri. ext. de conſti. cap. fin. ergo & per pactum. ff. de pact. l. non impoſſibile, & per conſuetudinem: ergo & per pactum. C. de fideiuſ. l. fin. Sol. pacta hæc non valent, quibus detrahitur honori Dei, & publicæ vtilitati animarum, & vbi contra animam hæreſes pullulant, vt ſup. eod. in princip. argu. extra de foro competen. ſi diligenti. & de fer. conqueſtus. ff. de pact. ius publicum. & male adinuenta, vtpote contra prædicta, tempore non firmantur, Authen. vt nulliud. li. ha. lo. ſer. §. 1. colla. 9. Item vbi agitur de electionibus, & ſimilibus, quod maior pars facit omnes facere videntur, vt dicta l. quod maior. Item vbi factum omnium reſpicere debitum, vel publicam vtilitatem: quia tunc ſufficeret maior pars. ext. de ijs, quæ fiunt à maio. parte cap. cap. fin. Sed vbi agitur tantum de commodo, vel incommodo ſingulorum, conſenſus omnium eſt requirendus. ext. de offic. archid. ad hæc. in fi. C. de acto. præſt. l. fi. ff de aqua plu. arcen. l. in concedendo. ext. li. 6. de reg. iur. quod omnes.

Pactum non valet, qđ detrahit honori Dei.

Factũ à maiori parte, an videatur factum ab omnibus.

¶ Iuramentorũ.] nam ex quo non tenet contractus, nec confirmatio contractus valet. ff. de fideiuſ. cum lex. not. ext. lib. 6. de reg. iur. non eſt obligatorium. Arg. contra. C. de præd. mino. l. & ſi Is. Sol. vt ibi.

¶ Mulctarum.] de quibus habes C. de mo. mul. & ff. de verb. ſign. ſi qua.

a ¶ Speciali.]

a ¶ Speciali.] Sed qualiter ſedes Apoſtolica illicitum, vt hic, faciet licitum: quę ait, quod eſt licitum approbantes, & illicitum reprobantes. extra de præben. dilectus. 1. Sol. illicitum quandoq; ex certis circũſtantijs toleratur, vt dicto tit. de præb. niſi eſſent.

Illicitũ qñq; toleratur.

b ¶ Apparente.] ſunt & quidem alij caſus, in quib⁹ probare oportet per ſcripturã. not. ext. lib. 6. de cenſibus. Romana. §. poſtquã. Ioan. Mona.

poſitione, vel quacunq; alia firmitate vallatis: Niſi talis ſuppoſitio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de Apoſtolicæ ſedis ſpeciali [a] licentia, & expreſſa per ipſius ſedis patentes litteras apparente. [b]

¶ Clemens quintus.

¶ *Andronicum Palæologum ſe Imperatorem Græcorum nominantem, & hæreſis ipſorum fautorem, excõicatum denuntiat: omnesq; cũ eo ſic manente ſocietatem contrahentes, ipſo facto dicit excõmunicatos, & eorum terras eccleſiaſtico ſupponendas interdicto. Suntque priuandi bonis, quæ ab Eccleſia tenent, & talis ſocietas, ſeu confœderatio nulla eſt. Facit c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iud. lib. 6.*

CAP. III.

AD certitudinem præſentium, & memoriam futurorum, Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem ſe nominat, tamquam eorundẽ Gręcorum antiquorum † ſchiſmaticorum, & in antiquato ſchiſmate conſtitutorum, & per † hoc hæreticorum, & hæreſis ipſorum, ac ſchiſmatis antiqui fautorem, de fratrum noſtrorum conſilio denuntiamus excommunicationis ſententiam latam à canone incurriſſe, ac ipſius fore ſententiæ vinculo innodatum. Cæterum vniuerſis, & ſingulis Regibus, principib⁹, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & cæteris omnibus cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, ſtatus, necnon vnuerſitatis ciuitatum, caſtrorum, & aliorum locorum diſtrictius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palæologo in huiuſmodi excommunicatione manente, ſocietatem, confœderationem aliquam contrahere, ſub quouis ingenio, vel machinatione præſumant: vel ei aliàs in his, quibus excommunicatus eſt denuntiatus à nobis, præſtare conſilium, auxilium, vel fauorem publicum vel occultum. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, omnes ſingulares perſonas contrarium præſumentes (non obſtante qualibet indulgentia ſub quacumque forma verborum, vel expreſſione ipſis ab Apoſtolica ſede cõceſſa, vel in poſterum concedenda, quam quo ad hoc viribus volumus omnino carere) ſententiam excommunicationis, quã exnunc in ipſos ferimus, incurrere volumus ipſo facto. Terras ipſorum, & vniuerſitates prædictas, qui ſecus attentare præſumpſerint, prout expedire videbimus eccleſiaſtico curabimus ſubijcere interdicto. Ad priuationem omnium bonorum, quæ à quibuslibet tenent eccleſiis, & ad pœnas alias ſpirituales, & temporales, prout vtile putabimus, proceſſuri. Et nihilominus ſocietatem, & confœderationem ipſas (etiãſi pœnarum, & iurameti additione, vel quacumque fuerint alia firmitate vallatæ) decernimus irritas, & inanes. Datum Pictauis, iij. Nonas Iunij, anno ij.

† al. antiquatorum.

† Quia nullũ ſchiſma eſt, qđ nõ ſibi aliquã hæreſim confingat, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videat. Ita B. Thom. 2. 2. q. 39. art. 1. adde Turrecrematã in ſum. de Eccleſia. li. 4. c. 2. & ſeq.

¶ Idem. †

¶ *Excõmunicati ſunt, qui litteras à Papa ante ſuam coronationem conceſſas impugnant.*

† Ioannes de Selua in trac. de benefi. p. 1. q. 2. dũ meminit huius extrauagã. eã tribuit Clem. ſexto.

CAP. IIII.

QVia † nonnulli, (prout accepimus) contra doctrinam Apoſtoli ſuæ prudentiæ, quin potius imprudentiæ innitentes, ac diſceptare ſuper his, de quibus eis non expedit, ſatagentes, aſſerere nõ verentur, ꝙ ſummus Pontifex ante ſuæ coronationis † inſignia, ſe non debet intromittere de prouiſionibus, reſeruationibus, diſpenſationibus, & alijs gratijs faciendis, nec ſe in litteris epiſcopũ ſimpliciter, ſed electũ epiſcopum ſcribere: Nec etiam vti bulla, in qua nomen exprimatur ipſius: Nos talium temeritates compeſcere cupiẽtes, ſingulos, qui occaſione huiuſmodi, aliquas litteras noſtras ſuper negotijs quibuſcumq; confectas, † quæ à nobis ante donationis noſtræ inſignia emanarunt, auſi fuerint impugnare, excommunicationis ſententia innodamus. Datum apud Peſecum Burdegaleñ. diœceſis, anno ij.

† Prou. c. 3. c. ne innitaris. extra de conſtitut.

† Vide tex. in c. in nomine Dñi. 23. diſt. ver. elect⁹ th. & ibi Gemi. & alios: & Ioã. de Selua tra. de benefi. par. 1. q. 2.

† al. cõceſſas

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, ET VERBORVM,

Quæ in Sexto Decretalium, Clementinis, & Extrauagantibus habentur.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam denotat.

A

ABBAS plus conſequitur per benedictionē quam abbatiſſa. Cle. 153. 1
Abbas debet eligi ad aliam abbatiam. 115. 1
Abbas Cluniaceſi. ſubditos mediatos, & immediatos viſitare poteſt. Extr. 220. 1
Abbates exempti vices epiſcoporum gerunt. Clem. 124. 2
Abbates eccleſias vnire nō poſſunt. Clem. 125. 2
Abbates, an poſſint benedicere calices, patenas, veſtes ſacerdotales, cruces, & ſimilia. 456. 2
Abbates de iure non benedicunt ſolemniter. 455. 2
Abbatiſſa ſuſpendere poteſt: licet claues eccleſiæ non habeat. Extra. 172. 2. & 176. 1
Abbatiſſæ monaſterium egredi non debent. Extr. 221. 1
Abbatiſſæ nō omnes benedicuntur. Clem. 153. 1
Abbatiſſæ benedictionem multa impediunt. 153. 1
Abbatiſſa electa cōtra quam minor pars ſe opponit, an poſſit ante cōfirmationem adminiſtrare. 126. 1
Abbatię, & prioratus principales monaſteriorum non dicuntur vacare in curia Romana. 248. 1
Abeſſe quis dicatur. 18. 1
Abolere quid eſt. Extr. 236. 2
Abſens, & præſens pōt quis conſtitui procurator. 199. 1
Abſentes non omnibus caſibus ſunt vocandi. 184. 1
Abſoluere, an poſſit epiſcopus ſuſpēſos a iure. 94. 1
Abſoluere poteſt epiſcopus à qualibet excōmunicatione iuris, ſi non ſit reſeruata Papæ. 178. 1
Abſolutio, & relaxatio differunt. 202. 1
Abſolutio poteſt dari non petenti. 482. 1
Abſolutio reſeruat̄ epiſcopo in multis caſibus, & qui ſint caſus epiſcopo reſeruati. 471. 1
Abſtinentia eſt continentiæ nutrix. Clem. 146. 2
Abſolutus in infirmitate ab inferiori, quando debeat ſe repreſentare ſuperiori. Clem. 208. 2
Abſq;, & ſine, priuant. Extr. 26. 2
Abuſus facit multa, etiam iuſta caſſari. 340. 1
Acephali ſunt, qui nulli prælato ſubſunt. Extr. 50. 1
Acceptare in malam partem ſumitur. Extr. 98. 1
Acceptare dicitur quis beneficium eoipſo, quod petit illud ſibi conferri. 338. 1
Acceſſorie aliqua licent, quæ principaliter non licent. Extr. 138. 1
Accreſcit alteri, quod ab alio ſubtrahitur. Clem. 49. 2
Acceſſorij iure venit, quod principaliter non veniret. Clem. 116. 1
Acceptare valens intra menſem, an poſt menſem acceptare poſſit. Cle. 122. 1
Acceptatio beneficij ſine executoris præſentia fieri poteſt. Cle. 123. 1
Actio de dolo non datur pro modico. 19. 2
Actio alicui tripliciter attribuitur. Clem. 8. 2
Actio popularis quādoque intereſſe priuatum habet. Clem. 35. 1
Actio in factum oritur ex ſententia definitiua. 107. 1
Actorum quædam ſunt acta cauſæ, quædam iudicij. Clem. 236. 2
Actionis nomen non eſt curandum. Extrauag. 193. 1
Accuſatus de ſimonia qualiter opponet teſtibus ſimoniam. 236. 2
Accuſare nō valens, denunciare poteſt. 585. 1
Acrimonia, i. exacerbatio. 399. 2
Acta iudiciaria non requirunt teſtium inſcriptionem. 426. 2
Actio de dolo tunc demum competit, vbi alia actio deficit. 402. 2
Actio de dolo non datur pro modico. 29. 2
Actio edita, an, & quando poſſit mutari. 101. 2
Actio Publiciana qñ locū hēat. 260. 1
Actio quandoq; datur, vbi exceptio denegatur. 125. 1
Actio realis, an poſſit dari poſſidenti. Extra. 92. 2
Actio alicui tripliciter attribuitur. Clem. 12. 1
Actio realis nō datur poſſidenti pro re corporali, ſed bene pro incorporali. Extra. 92. 2
Actiones in nomine immobiliū cōprehendantur. Extra. 88. 1
Actor forum rei ſequi debet. Extra. 97. 2
Actor, an poſſit recuſare iudicē. 28. 1
Actor, an poſſit conuenire reum ſuper pluribus actionibus realibus coram diuerſis iudicibus. 14. 1
Actor, qui non reſpondet poſitioni, habetur pro confeſſo. 235. 1
Actus eſt duplex. 96. 2
Actus quidam ſunt publici, quidam ciuiles, & quidam cōes. 246. 2
Adeſſe liti prodeſt intereſſenti in multis. 193. 1
Aedificās in beneficio ſuo, ipſius vtilitatem facit. Extra. 169. 2
Adiectiuum neutrum de omni genere prædicatur. Extr. 236. 1
Adminiſtratores ad voluntatem ſuperiorum quandoque ſunt remouibiles. Extr. 186. 1
Aduocatis, & procuratorib⁹ licet, qđ eſt iudicibus vetitum. Extr. 259. 1
Aduocatus debet primo ius ſuū firmare, deinde ius aduerſarij impugnare. 280. 1
Aduocatus debet peregiſſe annum xvij. 196. 1
Aduocatus dicitur militare. 365. 1
Aduocati nō admittuntur in cauſis ſummarijs. 437. 1
Aduocatorum doloſitas circa teſtes remotos tripliciter repellitur. 33. 1
Aduocatorum doloſitas, & imperitia circa dilationes fruſtratorias ad teſtes vltramarinos, vel extra prouinciam tribus cautelis repellitur. 30. 1
Aduocandi officium eſt laudabile. 472. 2
Adulterij cauſa, an requirat ordinem iudiciarium. Clem. 64. 2
Aequalitatem debere eſſe in iudicijs, qualiter intelligatur. Clemen. 81. 1
Aequitas ſimulata, duplex eſt iniquitas. 60. 2

Aeſtimatio quid eſt. Extra. 18.2
Aetas beneficiandi. 108.1
Aetas idonea in beneficijs obtinendis. 22.1
Aetas pupillaris, quæ dicatur. 108.2
Aetates hominis ſunt ſex. 4.1
Affatim qualiter exponatur. 382.1
Affinitas in primo genere impedit, & dirimit matrimonium. 406.2
Affirmatiuam geminata negatio ponit. Extra. 84.1. & 101.1
Affirmatiua duplicata negatio ponit. Extra. 89.1
Agere volens de nullitate ſententiæ, quid debeat facere. Cle. 92.1
Agere quis compellitur in multis caſibus. 225.1
Album prætoris quid erat. Cle. 70.1
Altàs, varie ſumitur. Extra. 236.1
Alienans bona eccleſiæ, & alienata recipiens eadem pœna puniuntur. Extrauag. 197.1
Alienationis variæ ſunt ſpecies. Extrauag. 197.1
Alienationis nomine quid contineatur. 451.2
Alienari poſſunt bona eccleſiæ cauſa incommoditatis. 365.2
Alchimiſtę, varia incurrunt detrimenta. Extra. 238.1
Alchimiſtæ ſunt infames. Extrauag. 239.2
Alter alterius onera portate. Extra. 155.1
Allegatio indeterminata eſt admittenda. Extra. 87.2
Alternatiua eſt duplex. 160.2
Alueus dupliciter ſumitur. Clemen. 133.1
Ambiguitas eſt triplex. Cle. 6.2
Ambitio torquet omnes. Extr. 16.2
Ambiguitas quid ſit, & vnde dicatur. 109.2
Anathema mucro eſt epiſcopalis. 441.1
Anathema quid ſit. Extra. 258.1
Anfractus quid notet. Cle. 135.1
Anima quando infundatur corpori humano. Cle. 9.2
Anima eſt omnibus præferenda. Extrauag. 20.2
Anima eſt triplex. Cle. 12.1
Anima rationalis eſt forma corporis humani. 12.1
Animæ purgatorij ſunt Dei iudicio reſeruatæ. Cle. 214.1
Anima de rebus mundanis ſatiari nō poteſt. Extra. 167.2
Anima viuit ex verbo Dei. Extrauag. 218.2
Animæ ſunt à Deo Papæ commiſſæ. Extrauag. 257.1
Animarum periculis occurrere debēt prælati Extra. 131.1
Annalium perceptio multiplici iure poteſt competere. Extra. 244.2
Annus Iubilęus typicus verum Iubilęum figurauit. Extra. 249.1
Annus Iubilęus non ſine cauſa fuit centeſimo quoq; anno. Extr. 249.1
Annus quinquageſimus in lege veteri erat Iubilęus. Extra. 253.2
Annus dicitur tempus breue. 287.2
Anno probationis durante, non poſſunt mendicantes aliquem ad profeſſionem recipere. 372.2
Anni domini à quo tempore ſint cōputandi. Cle. 10.1
Anticipatio vnde dicatur. Cle. 11.1
Antidotum, & non antidorum dicendum eſt. Cle. 87.2
Antiquitates cognoſcere vtile eſt. Extrauag. 90.1
Antiquior in eccleſia quis dicatur. 42.2
Apes, & apex, differunt. Cle. 83.2
Apoſtata, an ſit ipſo iure excommunicatus. 404.2
Apoſtata, an ſit excommunicatus. 143.1
Apoſtoli Domini fuerunt duodecim. 395.2
Apoſtoli quid ſint, & vnde dicantur. 269.1
Apoſtoli ſunt multiplices. ibid.
Apoſtolorum quinque ſunt ſpecies. 269.1
Apoſtoli in iure, qui dicantur. Clem. 72.2
Apoſtoli intra 30. dies ſunt petendi. Clem. 100.1
Apoſtoli varia habent nomina. Clem. 101.2
Apoſtolorum varia genera. Clemen. 99.2
Apoſtoli dantur vt iudex ad quem inſtruatur. Cle. 100.2
Apoſtoli cuius expenſis ſint tradendi. 102.2
Appellare, an liceat ante definitiuam ſententiam. Extra. 153.1
Appellatio eſt remedium contra oppreſſiones. Extra. 245.2
Appellari non poteſt in iudicio à grauamine futuro. Cle. 103.2
Appellationis proſequendæ quando incipiat tempus currere. Clemen. 103.1
Appellationis notitia quandoque eſt plena, & certa. Cle. 30.1
Appellationi ſuper beneficijs tribus temporibus præſcribitur. ibid.
Appellans ab vno ex pluribus iudicibus, an bene appellet. Cle. 100.1
Appellans ab interlocutoria quid exprimere debeat. Cle. 105.2
Appellans ante ſententiam, ſi poſtea appellet à ſententia, non ob id appellationi renuntiat. Cle. 73.1
Appellanti in cauſa beneficiali ſufficit ſolam appellationem appellato intimare. Cle. 78.1
Appellatur à ſententijs auditorum curiæ. Cle. 78.1
Appellari ad partem poteſt, ſi de hoc ſit conſuetudo. 273.2
Appellari an poſſit à ſententia arbitrorum. 163.2
Appellari an poſſit per ſcripturam priuatam. 269.1
Appellari debet à ſubdelegato in totum ad primum delegantem, non ad delegatum. 156.1
Appellari non poteſt omiſſo medio regulariter. 272.2
Appellari poteſt ad Papam, etiā omiſſo medio. 273.2
Appellari poteſt à delegato officialis ad ipſum officialem, vel epiſco pum. 41.2
Appellari poteſt ab archiepiſcopo ad ſynodum, licet illi præſit archiepiſcopus. 285.1
Appellari poteſt ſecundum canones à qualibet interlocutoria, & quolibet grauamine. 300.2
Appellatio ab interlocutoria non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo. 501.1
Appellatio ab interlocutoria, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo interponenda eſt in ſcriptis. 102.1
Appellatio ad quid ſit inuenta. 277.1
Appellatio alternatiua, an valeat. 163.1
Appellatio, an poſſit interponi omiſſo medio. 163.1
Appellatio, an ſuſpendat effectū ſuſpenſionū, vel interdictorū. 507.1
Appellatio, & excommunicatio ſi eadem die proferantur, nec appareat de proprietate, præſumitur, q; excommunicatio præceſſerit. 494.1
Appellatio, & recuſatio in quibus conueniant, & differant. 157.2
Appellatio, & recuſatio, an ſint paria. 41.2
Appellatio in multis caſibus prohibetur. 275.1
Appellatio varios hēt effectus. 266.1
Appellatio quid ſit. 41.1
Appellatio in multis caſibus eſt prohibita. 279.1
Appellatio, an ſit ſemper coram iudice interponenda. 281.2
Appellationis proſequendæ terminus à iure datus per iudicem à quo breuiari poteſt. 267.1
Appellationi friuolæ non eſt deferendum. 277.1
Appellatio non deuoluit ad curiam cauſas beneficiales, niſi multa concurrant. Cle. 30.1
Appellatio qualiter interponatur à duobus iudicibus, qui etiam diuiſim haberi non poſſunt. Cle. 100.1
Appellatio à definitiua ex nouis cauſis iuſtificari poteſt. Cle. 106.1
Appellatio poteſt eſſe deſerta tacite, & expreſſe. Cle. 106.2
Appellatio ab electione, &c. & appellans à ſententia diffinitiua diuerſimode onerantur. Cle. 99.1
Appellatio poteſt interponi abſente appellato. 99.2
Appellare tertio non licet. Clem. 91.2. & 107.2
Appellare ſecundo, & ſuccumbere, tantum eſt, quantum non appellare. 108.1
Appellare licet quandoque etiam ſecundum leges ab interlocutoria. Clemen. 186.2
Appellans à definitiua in caſu prohibito, debet cauſam inſerere. 271.2
Appellans à diffinitiua, nec cauſam exprimere, nec in ſcriptis appellare tenetur. 66.1
Appellans à grauamine extraiudiciali, vel ab interlocutoria, debet in ſcriptis appellare. 257.2
Appellans à iudice in vna cauſa, an te-

an teneatur corã illo in alia cauſa reſpondere. 14.2
Appellans ante diffinitiuam, dicitur deponere querelam de iniquitate iudicis. 278.1
Appellans an poſſit renuntiare appellationi ſuæ inuito appellato. 67.1
Appellans, & impeditus vno die anni ad proſequendum appellationem, an habeat ſecundum annum integrum. 103.1
Appellans ne certa perſona ad electionem admittatur, an teneatur ſeruare conſtitutionem, vt circa &c. 95. 2
Appellans non comparens, an debeat cõdemnari in expenſis appellato legitime comparenti. 48.2
Appellans qualiter debeat mittere ꝓcuratorem inſtructum. 269.2
Appellans vna die, & ſequenti die iurans, an ſatisfaciat conſtitutioni, vt circa. 58.1
Appellandũ eſt intra decem dies ab actibus extraiudicialibus. 281.2
Appellatur verbo, & facto. 268.2
Approbatum ſemel non poteſt reprobari. 64.1
Approbata per ſedem apoſtolicam, à nemine ſunt reprobanda. Extraua. 216. 2
Arbor quę inutiliter terram occupat, excidenda eſt, & in ignem mittenda. 439.2
Arbitri poſſunt cognoſcere nõ ſolum de veritate ſuſpicionis propoſitæ: ſed etiam de illius legitimitate &c. 220. 1
Arbitri ſunt eligendi in cauſa, quam mouet epiſcopus cõtra ſubditum. 163. 2
Arbitri iuris quattuor habeant qualitates. 214.1
Archa Noe quantæ fuerit altitudinis, longitudinis, & latitudinis. Extrau. 144. 1
Archidiaconus, quis eſſe nõ poteſt in vigeſimo anno. Clem. 50.2
Archiepiſcopus viſitans, quid primo facere debeat. 386.2
Archiepiſcopus poteſt concedere indulgentias in tota ſua prouincia. 393. 2
Archiepiſcopus non poteſt tollere capitulo ius ſuum ſine cauſa. 141.2
Archiepiſcopus de conſenſu partium an poſſit committere cauſam appellationis extra ſuam diœceſim. 181. 1
Archiepiſcopus poteſt delegare cãm inter epiſcopum, & clericum extra diœceſim ipſius epiſcopi. 181.2
Archiepiſcopus non relaxat excõmunicationem à ſubdito ſui ſuffraganei latam. 486.1
Archipresbyteri Bituricen. mutantur mutato prælato. Extr. 177.2.& 190.1
Archipresbyteratus Bituricẽ. nõ ſunt perpetui. Ext. 168.2
Archipresbyter ſi non ſit presbyter, an poſſit admitti ad eligendum &c. Cle. 48.2
Archiui ſunt armaria librorum &c. 89. 1
Argumentum ab abſurditate valet. 305. 1
Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum. 214.1
Argumentũ à contrario non ſemper procedit. 148.2
Argumentum à cõtrario ſenſu, quandoque ceſſat. Cle. 216.2
Argumentum à contrario ceſſat aliquando. Extra. 27.1
Argumentum à contrario eſt fortiſſimum. 10.1
Argumentum valet ſi dicitur, non eſt ita: quia iure cautum nõ reperitur. 46. 1
Arma, & tela differunt. 149.2
Arma clericorum ſunt lachrymæ. 488. 2
Armorum quædam ſunt offenſionis, quędam defenſionis. Extra. 53.2
Articulus quid ſit. 11.1
Articulus nouus fidei an per Papam poſſit fieri. 104.1
Artificium per experientiam recipit incrementum. 61.1
Aſpidis proprie[illegible] 256.2
Aſſaſſini qui dicantur. 443.1
Aſſeſſor habeat ſalarium licet partes concordent. 32.1
Aſſeſſor, vt ſuſpectus recuſari poteſt. 31. 1
Aſſignatio fit verbis, vel nutu. 283.1
Aſtrictus ad aliquid faciendum, ad quid teneatur. 169.1
Attentata poſt citationem, iudicis officio reuocantur. Cle. 76.1
Atteſtationibus publicatis in principali, nõ licet in cauſa appellationis teſtes producere ſuper iiſdem capitulis. 82.2
Auarus dicitur cęcus. 59.2
Auarus quilibet cæcus eſt. Extrauag. 28. 2
Auarus eſt inſatiabilis. 16.2
Auditor qualiter à Papa deputetur. Cle. 18.2
Auditores quam iuriſdictionem habeant. ibid.
Aurum, & argentum, quomodo prohibetur à domino poſſidere &c. 227. 1
Auctorizãs quandoque plus punitur, quàm faciens. 198.2
Auctoritas quid ſit. 300.1
Auferri non dicitur, quod differtur. 424. 2
Auctoritas Papæ eſt humana, & diuina. Extrauag. 148.2

B

BAſſinus qualis dictio, & quid ſignificet. Cle. 208.1
Baptiſmus obligat etiam infantes ad fidem ſeruandam. 430.1
Baptiſmus quid faciat. Extra. 144.1
Baptiſmo tria ſunt neceſſaria. Clem. 371. 1
Baſes, quid ſit. 89.1
Baſilica quid ſit. Extra. 247.1
Baſilicæ, meſquitæ, & ſynagogę differunt. Cle. 184.2
Benedictio ſolẽnis ꝑ quæ verba fiat. 205. 2
Benedictio abbatiſſæ an ſit iterabilis. 153. 1
Benedictio ſolemnis qualiter fiat &c. 456. 1
Beneficium abſenti poteſt conferri. 19. 1
Beneficium collatum abſenti, an poſſit alteri conferri ſub conditione, ſi ille non acceptauerit. 309.1
Beneficium comprehẽdit dignitates, perſonatus, &c. 532.2
Beneficium curatum non debet conferri minori. 22.1
Beneficium curatum habens, nõ ſemper tenetur ſe facere promoueri infra annum. 299.1
Beneficium dicẽs ad ſe ſpectare, qualiter debebit libellare. 335.2
Beneficium impetrans an teneatur facere mentionẽ de commenda. 65.2
Beneficium multis modis capitur &c. 58. 1
Beneficium non acquiritur mihi per cõſanguineum ante acceptationẽ. 329. 1
Beneficium per violentiam intrare non licet. 310.1
Beneficium primo vacans debetur, ſi de proximo vacaturo per Papam prouideri mandetur. 300.1
Beneficium principis quid ſit. 10.2
Beneficium religionem ingreſſi non vacat pendente probationis anno. 374. 1
Beneficium ſi abſenti ſit collatũ, ſtatim, ꝙ ſciuit, & acceptauit, ſibi ius in beneficio acquiſiuit. 308.2
Beneficium in irregularitate acquiſitum an illa purgata retineri poſſit. Extr. 236.1
Beneficij collatio non impeditur per appellationem. 137.1
Beneficio priuari non debet non citatus, non conuictus, nec confeſſus. 246. 1
Beneficia aliqua ſunt, quæ perſonalẽ reſidentiam non requirunt. Extra. 211. 2
Beneficia multis modis vacare poſſunt. 131.2
Beneficia plura obtinere an liceat. 170. 1
Beneficia aliqua ſunt de iure compaſſibilia. 169.1
Beneficia ſunt triplicia. 170.2
Beneficiorum multiplex diuiſio. 200. 2
Beneficia ſimplicia an ſint incompaſſibilia. 171.1
Beneficia permutata) an dicantur vacare. 190.2
Beneficia per quid dicuntur affecta. 188. 2
Beneficia incompaſſibilia an per conſuetudinem poſſint fieri compaſſibilia. 171.2
Beneficiorum taxæ. 153.2
Beneficiorum vacantium fructus an poſſint menſæ, vel alij vſui applicari. 191.2
Beneficiorum tituli ſunt ſingulares. 171. 2
Beneficiatus non reſidens ſatisfacit, dummodo bene expendat. 170.2

Beneficium à reſidentia facienda, quandoque excuſatur. Extrauag. 245. 1
Beneficijs vacantibus ſunt aſſumendi viri, qui illis præſint, & proſint. Extraua. 186.1
Beneficium accipiens cum animo retrocedendi, tenetur omnes fructus ex illo perceptos reſtituere. Clem. 47. 1
Beneficium tempore datæ non creatum, cum non debeatur impetranti: ſi data, & citatio ſint eiuſdem diei, quis de prioritate probabit. Cle. 20 1
Beneficiũ idem ad duos ſpectare non poteſt. Clem. 76 1
Beneficium ſine magna cauſa nõ eſt ſubtrahendum Cle. 212 2
Beneficium perdens obtentum, non videtur inhabilitatus ad aliud obtinendum. Clem. 109.1
Beneficij reſignatio facta per incarceratum, an teneat. 109.1
Beneficij reſtitutionem petẽs, an habeat probare titulum. Clem. 71.2
Beneficij ſequeſtratio impedit duob. concurrentibus. Clem. 78 1
Beneficiorum incompatibilium pluralitatem habenti, an poſſit aliud tale conferri. Clem. 117 2
Beneficiorum mutationes gratæ non ſunt. Clem. 119.2
Beneficia de ſui natura ſunt perpetua. 157.2
Beneficia à quib. petitur decima, quæ ſunt taxata. Cle. 141 1
Beneficia confirmati in curia, an vacent in ipſa, 70 1
Beneficiandi ſciant legere, cantare, & conſtruere. 121.1
Beneficium quodlibet reſidentiã exigit. Extrauag. 71.1
Beneficiũ de facto tantum obtinens ab epiſcopo expelli poteſt. Extrauag. 29.1
Beneficium quid ſit. Ext. 17 1
Beneficium ſi debeat dimitti verbaliter, qualiter a muto dimittatur. Extraua. 26 2
Bñficia plura incõpatibilia ſimul obtinere eſt contra ius cõe. Ext. 17 1
Beneficiorum pluralitas animæ periculum inducit. Ext. 16. 1
Beneficiatus an fructus beneficij faciat ſuos. Extra. 71. 1
Beneficium ſufficiens obtinentes ad alia idonei non ſunt. 312 1
Beneficium tertium recipiens facit duo prima vacare. 314 1
Beneficij vacaturi promiſſio promittentem non obligat. 341.1
Beneficij appellatione quid contineatur. 357.1
Beneficij collatio conditionalis, ſeu alternatiua, vel incerta, an valeat. 49 2
Beneficij ſecundi adeptio facit primum incompatibile vacare. 310 1
Beneficio vacaturo ſolus Papa poteſt ius tribuere. 136 2
Beneficia ad ſedem deuoluta nullus confert niſi Papa. 326.2
Beneficia debent eſſe perpetua. 384.1
Beneficia extra diœceſim cõferri poſſunt. 294.2
Beneficia in curia vacantia conferuntur per ordinarios ſede apoſtolica vacante. 326 1
Beneficia non poſſunt conferri ad tempus. 384.1
Beneficia plura an ſit licitum de iure tenere. 19 2
Beneficiorum fructus ſunt dandi ſtudentibus. 469 1
Beneficiatus beneficium ſine ſuperiore dimittere non poteſt. 134.2
Beneficiatus ſi beneficio deſeruire non poſſit, epiſcopus prouidebit. 374. 1
Bigamus dĩ quis aliquando vere, aliquando interpretatiue. 170.1
Bigamus nõ eſt qui ducit quam corrupit. 288 2
Biſſextus vnde procedat. Cle. 174.1
Bononia, vnde dicatur. Cle. 182 1
Bona eccleſiaſtica ſunt diligentius diſponenda, q̃ tpalia. Extraua. 166 2
Bonæ memoriæ p[illegible]mortẽ dicuntur aliqui prælati. Ext. 235 1
Bonum facere non ſufficit, niſi id bene fiat. 553.2
Bona eccleſiæ per coadiutorem alienari non poſſunt. 332.2
Bona impiorum ſunt danda iuſtis. 440. 1
Bona in peccato facta ꝓſunt ad multa. 528.1
Bona quæſita ex bello iuſto contra infideles geſto, efficiuntur capientis. 261. 2
Bonorum poſſeſſi operdita cui debeatur. 251.1
Bonifacij etymologia. 1.2
Bonifacius raro ius antiquũ reuocat, niſi id exprimat. 600 1
Bonum commune eſt priuato præferendum. Extr. 60.2
Breuitas amatur. Extra. 78.1
Brachium ſæculare poteſt quandoq; ab eccleſia inuocari. c. 1. de offi or. in ant. 207.1
Bufones, qui dicantur. 287.2
Bulla aurea vtĩ periculoſum eſt. 83. 1

C

Calendæ ſunt de proximis intelligendæ. Ext. 4 2
Calumnia quid ſit. Cle. 91.2
Calumnijs litigantium eſt obuiandũ. Cle. 92 1
Calumniæ probabilis excuſatio. 49. 1
Camerarius Papæ, & mareſcallus, an habeant ordinariam, vel delegatã. Cle. 25 1
Camerarij apoſtolici officium. ibid.
Canes, & aues non habeant epiſcopi. Cle. 165.2
Canon generalis à ſolo Papa cõditur. Extr. 81.1
Canon multipliciter ſumitur. Clem. 66. 1
Canonica monitio quid ſit. Clemen. 66. 2
Canonicus in ſacris non conſtitutus, non eſt ab alijs expectandus. ſi et velit ordinari intra terminum iuris datum ad eligendum. Clemen. 48. 1
Canonicus nõ in ſacris, actus nõ collegiales exercere poteſt. 48.1
Canonici regulares ſunt in colore varij. 12. 1
Canonicum ſufficit eſſe in ſacris tempore electionis ad hoc, vt eligere poſſit. 40 1
Canoniæ duæ, an poſſint ſine diſpenſatione teneri. Extr. 170 2
Canonia pro tempore poteſt eſſe ſine præbenda. 161.2
Canoniam habẽs, licet non petat primam præbendam; non ob id perdit ius ſuum. 301.1
Canoniæ ius poteſt eſſe ſine præbẽda. 330. 1
Canones editi in concilijs prouincialibus ligant ſubditos totius prouinciæ. 486 1
Canones ſeruandi ſunt etiam inter eos, qui ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ. 436 1
Canonicus eccleſiæ cathedralis exiſtens intra annum probationis, an debeat vocari ad electionem epiſcopi. 374.2
Canonico ſufficit eſſe in ſacris tpe electionis Cle. 48.1
Canonicus creatus per Papam in eccleſia cathedrali, an poſſit per iudicem delegari. Extr. 136.1
Canonicus eccleſiæ nequit eſſe conſeruator. 161.1
Canonicus impeditus, qui ad actum electionis procuratorem non legitime conſtituit, an debeat iterum citari. 131 2
Canonicus impubes an poſſit deputari delegatus à ſede Apoſtolica. 25. 2
Canonicus minor xx. annis an poſſit deputari delegatus ab inferiori à Papa 25 2
Canonici abſentes an debeant vocari in omnibus actibus capitularibus. 238. 2
Canonici noleñtes eligere vnũ de impetrantibus in data, & pręſentatione æqualib. qualiter debeant compelli. 37.1
Canonicorum receptio ad quos ſpectat de iure communi. 35.2
Canonizatio ſanctorum ſpectat ad ſolum Papam. 395.1
Canonizatio ſanctorum qualiter debeat fieri, & quid debeat præcedere ipſam canonizationem. 396. 1
Cãtus in eccleſia ad quid fuerit inuẽtus Extr. 115.1
Capa, vnde dicitur. Cle. 147.1
Capellani poſſunt operas ſuas locare. Extra. 213.2
Capere, in iure multipliciter ſumitur. Extr. 60 1
Capitulum caret anima, & excommunicari non poteſt. Extra. 12 1
Capitis diminutio minima, quæ ſit. 348. 2

Capitulum ſede vacante poteſt confirmare electionem archidiaconi per ipſum capitulum electi. 141.1
Capitulum, licet canon, in prioratibus habet locum. Cle. 70.2
Capitulum ſede vacante abſoluit excommunicatos. 187.1
Capitulum ſede vacante, quæ beneficia confert. 551.2
Cap. paſtoralis in quot, & quibus titulis reperiatur. Extra. 200.1
Capitulum ſede vacāte poteſt in permutationibus auctoritatem pręſtate Cle. 127.2
Capitulum vtrum ſede vacante poſſit viſitare, & procurationem exigere Cle. 186.2
Capitulum ſede vacante non lucratur emolumenta ratione iuriſdictionis obuenientia. 120.1
Capitulo qualiter pręſentabuntur litteræ apoſtolicæ. 344.2
Capituus ad iuramentum de redeundo relaxatus, an redire teneatur. Clemen. 96.2
Carcer eſt inſtitutus ad cuſtodiā, aliquando ad pœnam. 183.1
Carcer non eſt pœna. 503.2
Cardinalis non expectatus tempore debito, an poſſit agere de contemptu. 52.1
Cardinalis, qui renuntiauit voto propter infirmitatem, an rediens debeat admitti. 53.1
Cardinales Papa mortuo non ſunt ſine capite. 441.1
Cardinales nouem habent priuilegia. Extrauag. 23.2
Cardinales præſentes in electione Papæ, an debeāt expectare per decem dies alios abſentes intra illos dies venire non valentes. 52.1
Cardinales qualiter à Papa vocentur. 169.1
Cardinalium collegium, an fungatur iuriſdictione Papali ſede vacante. 441.1
Cardinalis nullus eſt, niſi ſaltem ſit diaconus. Cle. 47.2
Cardinalium cœtus an ſede vacante iuriſdictionem habeat. Extr. 5 2
Cardinales quare ſic dicantur. Extrauagan. 21.2
Cardinales per Papam creati vbicunque, an dicantur Cardinales Rom. Eccleſiæ. Extra. 21.2
Cardinales dicuntur fratres Papę. Extrauag. 132.1
Cardinales reſpectu Papæ ſunt liberi primi gradus. Extra. 235.1
Cardinalatus, an ſit maior pontificatu. Extra. 41.2
Carnes licet comedere tempore prohibito propter neceſſitatem. Clemen. 166.2
Carnifex vnde dicatur. Cle. 109.2
Carolus frater regis Franciæ obtinuit regnum Siciliæ deuicta ſobole Friderici Imperatoris. 255.2
Caſſatio confirmationis, an inducat caſſationem electionis, ſi de cauſa caſſationis non apparet. 219 1
Caſus ſunt triplices. 530.2
Caſtitas depurat à carnis lubrico. Extrauag. 18.2
Caſtrum quid ſit. 505.1
Caſus epiſcopis reſeruati. Extrauag. 208 1
Caſus multi ſunt Papæ reſeruati. Extrauag. 257.2
Caſus papales. Extra. 254.2
Cathedra quid ſit, & vnde dicatur. Cle. 132.2. Extra. 203.2
Catholicum quid ſit. Extrauagan. 143.2
Cauillatio cauillatione repelli poteſt. 77 1
Cauſa eadem diuerſis reſpectibus in diuerſis curijs tractari poteſt. Extrauag. 153.2
Cauſa criminalis poteſt delegari. Clemen. 52.2
Cauſa ſuper proprietate eccleſiæ, non debet expediri ſummarie. Clem. 64.1
Cauſa ſi committatur ſimpliciter ſolum, vel ſimpliciter, & de plano, an poſſit expediri ſine ordine iudiciario. Cle. 234.2
Cauere non ſufficit habere ratum, qd legitime fiet per procuratorem. Clem. 55.2
Cautio de iudicato ſoluendo, tres clauſulas continet. Cle. 55.1
Cautio idonea pignora, vel fideiuſſores comprehendit, nō nudam promiſſionem. 511.2
Cautio idonea quid importet. 474.2
Cautio non ſufficit vbi ius requirit reſtitutionem. 186.1
Cautio non ſufficit vbi requiritur ſatisfactio. 402.1
Cautio ſufficiens dicitur, quādo dantur pignora, vel fideiuſſores. 128.1
Cautionis nomine quid contineatur. 449.2
Cedens cenſetur mortuus. Clemen. 25.2
Celebrans præſente excommunicato non propterea efficitur irregularis. 462 1
Celebrans præſente excommunicato, vel interdicto, licet non efficiatur irregularis: tamen eſt vicinus irregularitati contrahendæ. ibid.
Celeritas in quibuſdam caſibus reprobatur, & in alijs deſideratur. 134.2
Cella à celando, & occultando dicitur. 528.2
Cenſum ſoluentes, non dicuntur ſerui eorum quibus habent ſoluere. 458.1
Cenſeo pro iubeo, delibero, &c. ponitur. Cle. 122.1
Centenus multipliciter exponitur. Clemen. 80 1
Cephas dicitur caput. Extra. 204 1
Certus vt homo, certioratur vt iudex, & certus ad cautelam certioratur. 557.1
Ceſſatio à diuinis vt poſſit fieri, nouem requiruntur. 130.2
Ceſſatio à diuinis non debet fieri, niſi propter grauem iniuriam. 176 2
Ceſſatio a diuinis non habet vim interdicti. 159 1
Ceſſionarius an poſſit intentare actiones ſibi ceſſas ab excommunicato. 385 2
Cæterorum bonorum appellatione veniunt mobilia, & immobilia. 358 1
Cœlum de ſe apertum quandoque clauditur. Extra. 109.1
Cœli apertio legalibus exemplis declaratur. ibidem
Charitas maximas eſt animam pro ſuis ponere Extra. 52.2
Charitas perfectiſſima in hac vita haberi non poteſt. Cle. 192.2
Charitas bene ordinata incipit à ſe. 186 1
Charitatiuum ſubſidium quare, & à quibus peti poſſit. Extrauagan. 223.2
Chorea vnde dicatur. Cle. 169.1
Chriſtus, an omnes humanos defect⁹ aſſumpſerit. 9.2
Chriſtus de Maria propter tres rationes voluit incarnari. Clemen. 10. 1
Chriſtus quadruplici ratione crucis mortem elegit. 10 2
Chriſmatio frontis ſit à ſolo epiſcopo. 411.1
Chriſtus Græce, dicitur vnctus Latine. 398.2
Chriſtus loculos habuit. 510.1
Chriſtus, & eius diſcipuli aliquid habuerunt proprij. Extra. 102 1
Chriſtus fuit ſacerdos, & rex. Extra. 150.1
Chriſtus ad quid loculos habuerit. Extra. 106 1
Chriſtus vbi fuerit natus, nutritus, & paſſus. Extra. 53.2
Chriſti facta fuerunt perfecta. Extra. 112.2
Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. Extrauag. 34 1
Chriſti opera fuerunt patentia. Extrauag. 99.1
Chriſtiani omnes ſunt mēbra vnius corporis. Extra. 142.2
Chriſtiani opprobrium Chriſto illatum vindicare debent. Extrauag. 231.2
Circunſtantiæ ſeptem attendi debēt. Extra. 161.2
Citatio ad quod ius ſpectet. 161.1
Citatio ad quid fiat. 161.2
Citatio eſt principium iudiciorum. Extra. 161.1
Citatio eſt de iure naturali, & ea omiſſa poteſt Papa cōtra aliquem procedere. Extra. 161.2
Citatione non præmiſſa, an poſſit Papa contra aliquem procedere. Extrauag. 161.1
Citatio contra malefactores vbi fieri debeat. Cle. 65.2
Citatio ad caſum debet eſſe formata. Cle. 202.2
Citatio prima firmat iudiciū, & perpetuat iuriſdictionem. Cle. 62.1
Citatio perſonalis conſtituit aliquem verum contumacem. Cle. 50.1
Citatio an poſſit fieri die feriato. Clemen. 68.2

Citatio non arctat aſſignato loco notorie non tuto. Cle. 96.1
Citatio vna peremptoria non ſufficit, vbi ius ternam requirit. Clemen. 210.1
Citatio debet eſſe trina, vel peremptoria. Cle. 237.1
Citatio peremptoria, an ſit ad ſententiam audiendam neceſſaria. Clem. 239.1
Citatio interpretatiua quando dicatur. 48.1
Citatio ſola perpetuat iuriſdictionem. 158.2
Citatus de quo conſtat, quod non eſt de iuriſdictione citantis, an teneatur comparere. 310.2
Citatio eſt de proceſſu. Extr. 65.1
Ciuitas eſt quid inanimatum. Extra. 42.1
Ciuitas quid ſit. 26.1
Ciuitas quid comprehendat. 26.1
Claritas eſt propria legibus. Extrauag. 34.1
Claudere peccatum ſera dicitur vnica cœlum. Extra. 110.2
Clauis ſpiritualis, quæ ſit. Ext. 109.1
Clauibus habens vti, debet eſſe ſciens. Extra. 111.2
Clauſula, niſi pro alio, &c. an intelligatur in litteris ad beneficia. 37.2
Clauſula, & quidam alij, qualiter operetur. 13.2
Clauſtri abuſiones ſunt duodecim. Clem. 149.1
Clauſtralis curam populi gerere non debet. Cle. 150.2
Clemens v. quare tempore ſuo non edidit Clementinas. Cle. 5.2
Clementinę tres ante concilium emanauerunt. Cle. 7.1
Clementinæ non ſunt vocandæ ſeptimus liber. 7.1
Clementinæ à quo tempore ligauerunt. 7.2
Clementinæ quando fuerint factæ. Clem. 164.2
Clericus aures habeat patentes. Clem. 212.1
Clericus, qui eſt ſacerdoti neceſſarius, an habeat partem oblationum, & funeralium. Cle. 132.1
Clericus eſt, qui primam tonſuram habet. Cle. 111.2
Clericum citatum ad curiam impediens, licet non animo iniuriandi, excommunicationem incurrit. Clemen. 209.1
Clerico pauperi non prouidetur de beneficio ſine examine. Cle. 121.1
Clericis ſæcularibus habitus certi coloris, vel formæ non eſt præfixus. Cle. 21.2
Clericus priuilegiatus, quia reſidet, ſi vagari incipiat, illud perdet. Extra. 19.2
Clerici in veſtimentis decorem quærere non debent. Extra. 76.2
Clerici mendicantes, qui appellandi ſint. Extra. 19.1
Clericalis habitus in duobus cõſiſtit. 288.2
Clericus occaſione cuius repręſaliæ fuerunt conceſſæ, ſi capiatur, ceſſat pœ. a.c.1. de iniur. 468.1
Clericus vocans milites pro defenſione rerum eccleſiæ, an teneatur de morte inde ſecuta. 71.1
Clerici nõ poſſunt contribuere ad tallias laicorum. 400.1
Clerici pro rebus ſuis, vel eccleſiæ non tenentur ad tributa. 392.1
Clerici ſunt immunes à tallijs, & exactionibus. 397.2
Clerici ſunt immunes ab exactionib⁹ perſonarum ſæcularium de iure diuino. 347.1
Clericum detinens in carcere, incurrit excommunicationem. 503.1
Clericorum bona, an gaudeant eodẽ priuilegio quo bona eccleſiarum. 392.2
Clericatus quæſtio pertinet ad iudicẽ eccleſiaſticum. 520.1
Coactio abſoluta quid ſit. 430.2
Coactio eſt duplex. Cle. 179.2
Coadiutor, an detur inuito. 333.2
Coadiutoris officiũ expirat per mortem illius, cui datus fuerat. 138.2
Cœtus, collegium, & gremium idem ſunt. Cle. 14.2
Cœtus cardinalium à Papa habet poteſtatem. Cle. 24.1
Codex quid ſignificet. Cle. 198.1
Cogitatio deliberata aliquando punitur. 40.1
Cognatio ſpiritalis quid ſit. 410.2
Cognatio ſpiritalis, an contrahatur cum concubina leuantis aliquem de ſacro fonte. 410.2
Cognatio ſpiritalis pertinet ad paternitatem, & filiationem, fraternitatem, ſeu compaternitatem: alios autem ſpiritales non habemus. 410.1
Cognatio ſpiritalis ratione confirmationis, inter quos perſonas contrahatur. ibidem
Cognationis ſpiritalis effectus. 410.1
Collatio beneficij, vel prouiſio facta non ſeruata forma. cap. ſi. de elect. an valeat. 134.1
Collatio beneficiorum ad quem pertineat. 341.2
Collatio differt ab inſtitutione, & prouiſione. 334.1
Collatio, præſentatio, & inſtitutio differunt. 532.2
Collatio quid ſit. 531.2
Collatio ſola ius tribuit in beneficio. Extra. 28.2
Collationes quandoque fiunt per vices. Cle. 163.2
Collegiata eccleſia qualiter cognoſcatur, & an deficientibus perſonis collegij, deſinat eſſe collegium. 97.2
Collegium ſi eſt numeratum, an poſſit aliquis recipi vltra numerum. 15.2
Collegium vnde dicatur. 446.1
Collegij ius in vno remanere poteſt. 97.1
Commendare quid ſit. 74.2
Commenda an impediat collationem. ibidem
Commenda durante, an vacet beneficium. ibidem
Commenda prima finita, an poſſit ordinarius iterum commendare. 74.2
Commendas duas, an ſit licitum habere. ibidem
Commendare an poſſit ordinarius beneficium poſt lapſum tempus conferendi. 74.2
Commenda de beneficijs facta multorum eſt cauſa malorum. Extra. 166.1
Commenda, & vicaria differunt. Clemen. 51.1
Cõmercium vnde dicatur. Cle. 109.1
Commiſſio in vno loco, an poſſit de conſenſu partium fieri in alio loco. 27.1
Commiſſio ſeruum eſt periculoſa. 469.2
Communicans cum excommunicato in diuinis, incurrit maiorem excommunicationem quinque concurrentibus, aliàs non. 500.1
Compago, & ſandalia ſunt caligę epiſcopi. 459.1
Complices criminis quandoque præmiantur. Extra. 251.2
Compulſio eſt multiplex. Cle. 218.2
Compromiſſarius datus ad eligẽdum poteſt poſtulare. 116.2
Compromiſſarius, qui ſemel elegit, an iterum eligere poſſit. 117.2
Concedere quid importet. 446.2
Conceptionis diuæ Virginis officium à quo fuerit ordinatũ. Extr. 227.1
Concertatio quandoque eſt inter doctores. 281.2
Conceſſio principis intelligitur facta ſine præiudicio alterius. 34.1
Concilium Lugdunẽ. & alia quo tẽpore fuerint celebrata. 74.1
Concilia fieri exemptis non expedit. Clem. 13.2
Concilium generale non ſit ſine Papa. Extr. 144.2
Concilium per c, & per ſ, differunt. Extra. 229.1
Conclaue quid ſit. 52.2
Concluſio in cauſa, an ſit neceſſaria. Clem. 239.1
Concluſio in cauſa beneficiali poteſt omitti. Cle. 71.1
Concorditer, an dicatur factum, quod ſit à maiori parte. 53.1
Condictio ex lege quãdo detur. 176.2
Conditio grauis, an vitiet cõtractum. 352.2
Conditio inhærens de ſui natura, an reddat actum conditionalem. 49.2
Conditio, quæ de iure ineſt, non facit rem conditionalem. Extrauagan. 136.2
Confeſſio facta religioſo nõ eſt de neceſſitate iterum facienda proprio curato. Extra. 134.2
Confeſſor diſcretus eſt valde vtilis. Extra. 251.1
Confeſſus religioſo priuilegiato, an teneatur iterum confiteri proprio curato. Cle. 135. & Extra. 234.1
Confeſſor quem ordinem ſeruare debet antequam abſoluat. Clemen. 132.1

Con-

Confeſſus in iure an audiatur appellans. 240.1
Confeſſio iudicialis inducit notoriũ. 413 2
Confeſſor poteſt eligi de licentia epiſcopi. 477.1
Confirmatio electionis facta pendente appellatione ſuper negotio electionis, an valeat. 109 2
Confirmatio electionis cuius ſententiæ vim habeat. 134 1
Cõfirmatio electionis petita per amicum electi, & ſine mãdato, poteſt rata haberi per electum. 61 2
Confirmatio præcedit conſecrationẽ. 129 1
Confiteri quomodo poſſimus laico. 478 1
Coniuratio quid ſit. 515.2
Coniurare, & conſpirare quid ſibi velint. 517 1
Coniuncta pro diſiuncta ponitur, & econtra Extra. 9.1
Conſecratio nulla non vitiat electionem prius factam. 129.1
Conſecratio epiſcopi cõtra iuris diſpoſitionem facta, an imprimat characterem. 129.1
Conſenſus tacitus an operetur tantum quantum expreſſus, & conſenſus tacitus quandoque ſufficit. Clem. 239 2
Conſenſus, ſeu collaudatio quid ſit. 354 2
Conſequitur quis per alium, quod per ſe non poteſt. 348.1
Conſeruator poteſt inuocare auxiliũ brachij ſæcularis. 154.1
Conſeruator poteſt defendere nõ tantum ab iniuria commiſſa, ſed etiã à committenda. ibid. 2
Conſeruator an poſſit, vt ſuſpectus recuſari. ibid.
Conſeruatorum quot ſunt ſpecies. ibid.
Conſeruatores cognoſcunt ſolum de violentijs, & iniurijs manifeſtis. ibid.
Conſeruatores, & delegati ſimplices in multis differunt. 168 1
Conſeruatores ſunt iudices delegati. 154 2
Conſilium mutare ſapientis eſt. Extraua. 54.2
Conſilium iuſtum licet vendere. 31. 2
Conſilium, & conſenſus differunt. 352 2
Conſilium an obliget conſulentem. 375 2
Conſilio reuerentiæ parendum eſt. Cle. 81.1
Conſilium per c, & ſ, differunt. Extra. 90. 1
Concilium generale non ſit ſine Papa. 197 2
Conſilium Cardinalium an debeat Papa ſequi. 218.2
Concilium Later. eſt generale, & econtra. Clem. 178.2
Concilia fieri exemplis non expedit. 50 1
Conſcientia alicuius quandoque per Papam oneratur. 233.1
Conſcientiam aliorum quandoq; Papa onerat. Extr. 184 1
Conſiſtorium vnde dicatur. 96.1
Conſpiratio quid ſit, & vnde dicatur. 515 1
Conſpiratio in bonam, & in malã partem ſumitur. 64.2
Conſuetudo in confirmatione attenditur. 16.1
Conſtãtinus per B. Sylueſtrum baptizatus. 253.2
Conſtitutionem Papalem violans periculo ſe ſubijcit. 140 1
Conſtitutio principis poſt duos menſes ligat à tempore publicationis. 43. 1
Conſtitutio nouiter edita reſpicit futura. 103 2
Conſtitutio ſecũda primam reuocat, etiam non facta mentione. Extrau. 6. 1
Conſtitutio non ligat à tempore editionis. 25.1
Conſtitutio quando liget. 25.1
Conſtitutio principis qualiter ſcribenda ſit. 74.1
Conſtitutio ſuper fide à ſolo Papa fieri poteſt. 110 2
Conſtitutio principis non debet eſſe ſublatiua alieni iuris. Extrauagan. 10. 1
Conſtantinus per B. Sylueſtrum baptizatus eccleſiam Lateran. conſtruxit. 211 1
Conſtitutio pęnalis non eſt extendenda. 129.1
Conſtitutio etiam pœnalis quandoque ampliatur ex identitate rationis. 222 1
Conſtitutio ad præterita, vel pendentia nõ extenditur, niſi in ipſa caueatur. 261.1
Conſtitutio ad præterita, quandoque extenditur. 190.1
Conſtitutio antiqui iuris declaratoria. an trahatur ad præterita, ſi conſuetudo, & communis opinio prudentum erat in contrarium. 45. 1
Conſtitutio auaritię an habeat locum in electo ad regimen cuiuſlibet eccleſiæ, & adminiſtrante ante confirmationem, & quid de imperatore electo. 50.1
Conſtitutio capitur dupliciter. 7.1
Conſtitutio cupientes, an habeat locum in eccleſia ſubiecta metropolitano ſchiſmatico, vel a Saracenis capto. 78.1
Conſtitutio, cupientes. non habet locum in cauſa pendente coram ordinario, quam Papa ad ſe reuocauit. 78. 1
Conſtitutio, cupientes, non habet locum in dignitatibus eccleſiarum cathedralium, vel regularium, quæ ſunt ſub epiſcopo abbate, vel priore. ibid.
Conſtitutio, & ſententia differunt. 485 2
Conſtitutio generalis poſterior nõ tollit priorem ſpecialem. 500.1
Conſtitutio generalis multipliciter cognoſcitur. 56.2
Conſtitutio, licet canon. an habeat locum in dignitatibus. 72.1
Conſtitutio, licet canon. an habeat locum in vicarijs perpetuis eccleſiarum parochialium. 73.1
Conſtitutio, licet canon. an habeat locum in eccleſia parochiali, quæ deſijt habere parochianos. 72.1
Conſtitutio noua an extẽdatur ad pẽdentia tpe conſtitutionis. 72.2
Conſtitutio noua ligat poſt duos menſes a tempore publicationis. 337.1
Conſtitutio pœnalis loquens in vno caſu, an extendatur ad alium caſum ſimilem, & communiter parificatum. 110.2
Conſtitutio principis noua, an tollat ſtatutum epiſcopi continens id qđ ius commune. 8.2
Conſtitutio publicata poſt duos menſes ligat. 323.1
Conſtitutio vnde dicatur. 7.1
Conſtitutio quid ſit. ibid.
Conſtitutio, vt circa. an afficiat adhærentes. 57.1
Conſtitutio pœnalis, quandoq; extendi poteſt. Cle. 16.1
Conſtitutio pœnalis propter identitatem rationis eſt prorogabilis. Extraua. 4.1
Conſtitutio ſecunda primam reuocat etiã primę non facta mentione. 5.2
Conſtitutionem Papalem violans periculo ſe ſubijcit. 157.2
Conſtitutio eccleſiæ ligat occulta. Cle. 189 2
Conſulens fraudulenter, obligatur ei contra quem conſulit. 67.2
Conſuetudo contra ius reprobãs conſuetudinem induci poteſt. Clemen. 40. 2
Conſuetudo quid ſit. 94.1
Conſuetudo de non reſidẽdo in prioratibus non valet. 151.1
Conſuetudo animarum ſaluti contraria eſt reprobanda. Ext. 127.1
Conſuetudo immemorialis per quid cognoſcatur. 198.1
Conſuetudo dicitur ius vtẽtium moribus approbatum. 199.1
Conſuetudo diuerſa nomina habet. 193 1
Conſuetudo poteſt quandoque beneficia conditionare. Extrauagan. 171 1
Conſuetudo pauca crimina epiſcopis reſeruat. 241.1
Conſuetudo in confirmatione attenditur. 15.2
Conſuetudo dat iuriſdictionẽ. 215.1
Conſuetudo leges interpretatur. 216 1
Conſuetudo quando debeat eſſe præſcripta. 4.1
Conſuetudo quando dicatur rationabilis. 9.1
Conſuetudo eccleſiæ Romanæ quando ſit ſequenda. 6.2
Conſuetudinis deſcriptio. 42.1
Conſuetudine de optando ſtante, an poſſit capitulum præfigere certos dies ad optandum. 43.2
Contemnere non dicitur, qui non interpellatur. 83.2

Contigua quæ ſint. 505.1
Contigua quæ dicatur. 395.1
Contractus celebratus in eccleſia valet. 399.2
Contractus in eccleſia celebrari non debent. ibid.
Contractus ſunt duplices. Extrauag. 261. 1
Contrariorum nō ſemper eſt eadem diſciplina. Clem. 216.2
Contumax in non veniendo non appellat: ſecus ſi eſt cōtumax in non parendo. 73.1
Contumax verus, & contumax fictus quis ſit. 73.1
Contumax poteſt excommunicari, & contra eum ſententia diffinitiua ferri. 161.1
Contumaciam facit, quandoque partis requiſitio etiam vnica. Clem. 139. 2
Contumacia eſt triplex. 71.1
Contumax in vno actu iudicij, an ſit citandus ad alios actus. 229.1
Contumax manifeſtus, quis dicatur. 491. 1
Contumax multos offendit. 227.1
Contumax præſumptus, quis dicitur. 491. 1
Contumax qualiter puniri debeat. Extraua. 123.1
Conuenticulas facere an liceat. 49. 1
Copula coniungit diuerſa. Extrauag. 9. 2
Copulatiua omniū copulatorum exiſtentiam expoſcit. 9.2
Copulatiua requirit concurſum copulatorum. 88.2
